JOANNIS

LORINI

SOCIETATIS JESU,

Commentarii in Librum


PSALMORUM,

IN QUIBUS PRÆTER ACCURATAM SENSUS litteralis explanationem, variarum tùm editionum, tùm lectionum collationem cum vulgata, quæ defenditur, Phraſeon etiam Scripturæ atq; vocabulorum diſquiſitionem, myſtici omnis generis ſenſus, ex Patribus, præcipuè Græcis Latiniſque, traduntur.

TOMUS TERTIUS.

EDITIO SECUNDA VENETA.

Cum Indicibus Sacræ Scripturæ, ac rerum magis exquiſitarum & inſigniorum.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

VENETIIS. MDCCXXXVII.
Apud Jacobum Tomaſinum.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

PSALMUS

SEPTUAGESIMUS PRIMUS.

Psalmus.

1 In Salomonem.

2 DEus judicium tuum regida: & justitiam tuam filio regis.

Judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio.

3 Suscipiant montes pacem populo: & colles justitiam.

4 Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

5 Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione, & generationem.

6 Descendet sicut pluvia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

7 Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

8 Et dominabitur à maris usque ad mare: & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

9 Coram illo procident Æthiopes: & inimici ejus terram lingent.

10 Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba, dona adducent.

11 Et adorabunt eum omnes Reges terræ omnes gentes servient ei:

12 Quia liberabit pauperum à potente: & pauperem, cui non erat adjutor.

13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum salvas faciet.

14 Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

15 Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

16 Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus: & florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

17 Sit nomen ejus benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

18 Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus:

19 Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum: & replebitur majestate ejus omnis terra: fiat, fiat.

20 Defecerunt laudes David filii Jesse.

Titulus & Argumentum.

Psalmus.

Vers. 1.) In Salomonem.

QUod ita simpliter emendatis codices Græci Latinique in titulo habent, εἰς Σαλουών, *in Salomonem*, & Hieronymus, *Salomoni*, ex Hebræo לשלמה *lislomoh*, aut *ipsis Salomoni*, aut *pro Salomone*, aut, *ipsius Salomonis*, aut *de Salomone*; Codices Complutenses ac Regii legunt cum addito, *in Salomonem*

A *Psalmus David* εἰς Σαλομών ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, quo pacto legunt etiam Euthymius ac Nicephorus. Extat apud Ruffinus. Remigium, Arnobium, Haimonem, Brunonem Cartusianum, Hugonem, Glossam, & alios, *Psalmus David in Salomone*: Apud Bedam, *Psalmus in Salomonem*: apud Brunonem Herbipolem, *in Salomonem Psalmus*. Chaldæus paraphrastes expositit, *per manum Salomonis dictus prophetice*. Illi qui *Davidis* apponunt nomen, propterea fortassis faciunt, quia Davidem hujus Auctorem Psalmi esse, voluerunt exprimere: qui Hebræum לשלמה *lislomoh* interpretantur ipsius Salomonis, ab eo compositum ceteri nomen Salomonis ad argumentum, retulerunt: Sive *Davidis* retineatur nomen, sive juxta emendatiores libros non retineatur, jam docui in præfatione *a* vero videri similiorem sententiam, quæ psalmos omnes adscribit Davidi. Quod verò ad præsentem pertinet, indicant, ut argumentatur Valentia, Cajetanus, incidis Parmensis, Jansenius, Auctorem Davidem postrema ejus verba, *defecerunt laudes David filii Jesse*. Confirmat Valentia Hieronymi auctoritate, qui contrariam alibi *b* Assumtione Virginis. At hic sermo à B peritis negatur esse Hieronymi. Videtur Apollinarius *c* edidisse omnino absque titulo psalmum hunc apud Hebræos olim fuisse.

a cap. 2. Verisimilior sententia quæ psal omnes adscribit Davidi.

b in Prolog.

Psalmus hic sine titulo videtur ereditus Apollinario.

τῷ τ' ἀ ρα παισὶν ἓ λω ἀ νεπι γραφον Ἑβραίοισιν.
Illud utique pueris erat inscriptione carens Hebræis.

Deinde tamen tituli qui nunc est mentionem facit:

ἡδὺ μέλος Σολομῶνι πολυκλείστι μέμηλος:
Dulce carmen Salomoni claro gratum.

Magna porro, ut ad argumentum psalmi accedamus, Catholici consensione affirmant, agi in hoc de Christo; & probant, quia Salomon jam diu mortuus, non permanet cum Sole, nec etiam fuit ante lunam, nec C dominatus finibus terræ, nec ante Solem fuit nomen ejus, nec ab orientalibus & occidentalibus tributum accepit, nec propriè adoratus est ab omnibus Regibus terræ, vel ei servitum est ab omnibus gentibus, vel benedictæ in ipso omnes Tribus terræ, vel cœlitus roris instar in terram stillavit, vel ejus fructus elevatus est super Libanum; vel inimici ad pedes provoluti pulverem linxerunt. Negat Basilius vel Theodoretus *c* idem etiam Judæos inficiari posse: Eusebius *d* autem asserit quicumque divinarum scripturarum non sit imperius, facilè concessurum; etiamsi prima psalmi verba Salomoni valeant convenire, quia successor istius ac filius Roboam solum regnans in Judæa, ac ne in tota quidem, Solis septemdecis annis pessimè usus est imperio. Anastasius recitans Marcellino senis cujusdam judicium sibi de libro psalmorum dictum, præcipua quæque Christi mysteria hinc peti testatur, tùm verò Regnum ejus, potestatem judicandi, secundum D in carnem adventum, vocationem Gentium. In quæstionibus quoque ad Antiochum *e* (si tamen operis ejus Auctos est non dubitat affirmare mentiri Judæum qui de Salomone psalmum interpretetur. Justinus nihil eorum quæ psalmo contineantur; audet Judæo Tryphoni asserere, Salomoni congruere, φαίνεσθαι *clarum & perspicuum esse*. Augustinus aliis in locis *f* præter commentarium docet, quod psalmus iste in Salomonem quidem titulatur, sed quia ita ibi dicta sunt, quæ in illum Regem temporalem, & postea graviter peccantem convenire non possunt, etiam contra ipsos Judæos de Christo esse prædicta invictissimè defenduntur; nullus autem Christianus negat; talia enim dicta esse, de quibus dubitari non possit quòd ad Christum pertineant. Hieronymus

Argumentum. De Christo Psalmus, non de Salomone.

c eumdem vide in c. 3. Cant.

d 7. demonst. in demonst. 7.

e 9. 136.

f de unit. Eccl. 8. & 17 de civit. c. 8. 13. cont. Faust. c. 7.

ronymus ; multoties *a* scribit sub nomine *Salomonis* a- gi de Christo in hoc psalmo, & ad Ruffinum de judicio Salomonis nullam ait esse dubitationem, Salomoni mortuo hunc psalmum non convenire, sed Christi majestati. Tertullianus *b* affirmat quòd hic quidem psalmus Salomoni canit, sed quæ soli competant Christo. Idem ex professo demonstrat Ambrosius *c*, & Chrysostomus *d* qui ait, neminem eorum qui etiam vehementer delirant, fateri dici nonnulla de natura humana: & Isidorus *e*. Fatetur R. Salomon antiquos Hebræos hunc psalmum intellexisse de Messia; & in Midras thehillim idest, in expositione psalmorum, & in libro Siphræ, & R. Mose Hadarsalan idem produnt. Refert istos Nebiensis hoc loco, & Galatinus sæpenumero *f*, ut suis postea dicam locis. Paraphrastis eadem hic quoque sententia. Nec Theodoretus Mopsuestenus, in genere negans loqui Christum psalmos ad litteram, ausus est, negare de isto. Quum porro Hilarius *g* Salomonem in hoc psalmo loquentem facit, ad titulum respicit, sive ab illo compositum credat, sive non: de Salomone autem loqui non aserit.

Cur ergo inquies *Salomonem* inscriptio habet, si falsa est aliquorum Rabbinorum opinio, ut R. Salomonis, & R. Esaiæ Tranensis, orare in isto psalmo Davidem pro Salomone filio, eaque illius prosperitate quam sibi Deus promiserat *h*? Respondent omnes nostri Salomonem gessisse Christi typum, & nomine ipso, & re, quia juxtà nomen *pacificus* fuit: Christus verò *Rex Salem*, idest *pacis* & *princeps pacis*; & prosperitatem promissam filio suo, David ipse intellexit de Christo *i*: cui congruunt quoque mystícè ingentia Salomonis ædificia sacra profanaque quum cetera regali pompa, & opulentia, nec non cum illis quæ describuntur in historia Regum, & sub quibusdam involucris in Cantico Canticorum; ubi & ejusdem sponta materq; & filia *Sulamitis* cognominatur *k*, i.e. *pacifica*. Ait Augustinus *l* multùm errare qui grandem illam promissionem putent in Salomone fuisse completam; vel qui alium, ut Judæi, sperent; sed in illo factam nonnullam imaginem rei futuræ & figuram qualemcumque adumbratam; in isto ipsam veritatem præsentatam. Ejusdem rei signum notat esse quòd superstes adhuc David juffit Salomonem regnare, quum tamen dicta promissio loqueretur de suscitando Rege, postquam David implesset dies suos, & dormisse cum patribus suis. Docet præterea Hieronymus *m*, ex parte, & quasi in umbra, & imagine veritatis in Salomone quædam præmissa esse, ut in Domino Salvatore perfectius implerentur. Ait etiam *n* veri Salomonis laudem in hoc psalmo contineri. Quidquid sit de promissione illa, utrùm de Salomone intelligi debeat ad litteram, de Christo sub quodam typo & allegoria, an de Christo dumtaxat, quod Ribera *o* noster accuratè discutit, priori adhærens parti, omnino constare debet, in psalmo nostro plurima de solo Christo, & non de Salomone declarari litteraliter posse, ut prius attigimus, & omnes catholici consentiunt, & in progressu magis ostendetur: ita ut secundùm hæc quæ Salomoni convenire non possunt, non possit Salomon typus Christi dici: quemadmodum certum est Salomonem ratione indololatriæ suæ non fuisse illius typum.

Hinc fit ut *Salomonis* nomen in titulo psalmi nostri figuratè sumendum sit, & non pro filio Davidis Bethsabeæ: ad eum modum quo *Davidis* nomen apud Ezech. *p* de Christo tantùm intelligitur, quum scribit, *suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David*: & apud Oseam *q*, *quærent Dominum Deum suum, & David Regem suum*. Eadem ratio de titulo Psal. 15. qui est, ipsi David, in quo tamen, ut vidimus, illa de solo sunt Christo *r*: *non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Genebr. satis probabiliter sentit *Salomonis* nomen hoc loco patronymicum esse, quasi dicas *Salomonium*, aut *Salomonidem*, idest, filium, nepotem, prolem, à Salomone ortum: vel appellativum, pro pacifico, ut in Cantico *s* Canticorum, in quo tam grandia dicuntur & sublimia, ut quadrare nequeant impropriè dictum Salomonem, uxoremque illius. Sic verò etiam constat in scripturis *Judam* pro Judæis usurpari, pro Rubenitis *Ruben*, *Levi*, pro Levitis, *Israel* pro Israelitis. Accedat postremò judicium Ecclesiæ quatenus in præcipuis Christi mysteriis festivè solemniterq; hoc psalmo utitur, in Nativitate Domini, Epiphania, feria quinta; cœna, festo Trinitatis: in antiphonis quoque ad primas vesperas Nativitatis vocat Christum regem pacificum, magnificatum super omnes Reges universæ terræ, cujus vultum desideret universa terra. Legi demum his à me jam descriptis polemicam 5. Delrii nostri in die Annuntiationis. B Mariæ, in qua illud proropositum tractat; *descendet sicut pluvia in vellus*, &c. & quod hactenus probavi de psalmi argumento, etiam ipse comprobat.

Vers. 2.) Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.

Judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio.

DAvid considerans filium suum Salomonem, de quo tam multa ei pollicitur erat Deus, jam in solio collocatum, se ad Regni moderandas habenas applicantem, orat ei à Deo, cum judicio & justitia, id facere secundùm potestatem divinitus traditam, juxtaq; imitationem tradendis illam Dei æquissimi ac justissimi, & ut commissum sibi populum arbitretur ipsiusmet Dei populum esse, atq; tamquam pauperes ipsius curæ commissos ab eodem Deo cui *derelicti* sunt *pauperes* t, & quorum *pater* u *est*, nituntur tueri ac vindicare ab iniquis oppressoribus. Appellat autem ipsum Salomonem, & *Regem* & *Regis filium*, hoc est suum, quem primum ex Tribu Juda Regem Deus idem constituerat *x*. Hoc Eusebium *y* priùs monui concedere Salomoni propriè convenire. At nihil obstat simul de Christo Regum Rege Davidem cogitavisse, qui etiam κατ' ἐξοχὴν & absolutè *Rex* nominatur, ut Ps. 44. & aliis vidimus. Quatuor ante mortem annis tradidisse Salomoni regnum Davidem scribit Vitali Hieron. quod quum nulli alteri contigerit Regi, ut notavit Augustin. *z*, præfiguratio quædam Dei Patris fuit, qui *omne judicium dedit filio*. Christus Rex Regis filius est, vel Regis filius est, vel Regis sæculorum secundùm divinitatem, vel Davidis secundum carnem, qui primus in Christi genealogia *Rex* nominatur *a*. Huic tamquam filio hominis omne judicium optando prædicit, optatque prædicendo. Græci atq; Latini Enarratores concordant: & Euthym. ac Nicephor. observant *Regem* vocari Christum, & *Regis filium*, non dicto dumtaxat modo, sed quia simul Deus, simul Dei filius est, Basilius aut Theodor. hunc loquendo modum confirmant, quia etiam idem Christus nunc *leo* vocatur, nunc *catulus leonis* b. Tertull. *c* quem hoc loco videtur imitatus is quem vocant Hieron. ita etiam declarat; *Deus judicium tuum Regi da*, i.e. Christo regnaturo. Sed quod sequitur, *filio Regis*, interpretatur populo Christi, quia filii ejus, inquit, sunt, qui in ipso renascuntur. Sequitur eamdem explicationem de Christo Novat. *d* & Cypr. *e*: hinc probantis Christum Regem esse atq; Judicem. Hoc ipsum innuit Origenes *f*, & apertiùs asserit Athan. *g*, Justin. *h*, Hieron. *i*, qui Christum ipsum abstractè nominat *judicium & justitiam* sicut & *redemtionem*, atq; *sanctitatem* k, & eumdem Christum vocabulo *Regis*, & *filii Regis*, esseq; illum, *in cujus labiis divinatio est* & *in judicio non errat* l, quia nullus est Regum temporalium qui numquam erret in judicio; præterea Bernar *m*, qui ea in re Deum se patrem misericordiarum declarasse dicit, quòd per hominem homines judicari voluerit, quò in tanta trepitatione & perturbatione malorum electis fiduciam præstaret naturæ similitudo: denique hoc Davidem nunc orando pariter & prophetando prædixisse; & Angelos significasse, qui assumto jam in cœlum Christo sic venturum responderunt, quemadmodùm visus fuerat iviſſe in cœlum *n*. Greg. *o* eadem sententia, datum judicium à Deo Patre Regi, quando Dei filius carnis humanæ substantiam assumsit. Rupertus *p* ibidem docet. Nyssen. *q* confirmat hinc etiam judiciariam potestatem Christi: huncq; ut quidem est Deus, *Regem* esse ac *filium Regis*; ut homo, factum esse Regem ac filium Regis, nempe Davidis. Ex hoc loco Ambr. *r* refellit Judæos, qui contendebant & Davidem & Salomonem appellari posse filium Dei: ac inter cetera negat simpliciter *pacificum* dici posse Salomonem,

Sensus loci.

---

a in c. 52. Es. in c. 8. Jerem. in c. 9. Dan.

b 4. cont. Marcio c. 14. lib. 5. c. 1. Hic Psalm. Salomoni canit, sed quæ soli competant Christo.

c Apoc. 2. David c. 4.

d in c. 1. Esa.

e de vocat. Gen. c 2.

f lib. 10. cap. 4. Theodori Mopsuesteni de isto sententia.

g in ps. 67.

h 3. Reg. 3. 11

i 2. Reg 23. 1 Ps. 88. 5. 27. & seq. 36. & seq.

K c. 6. 3. & 8. c. 7. 1.

l 17. de civit. c. 8.

m in c. 9. Dan.

n in c 66 Es.

o in c. 1. Ep. ad Heb. n. 38 & seq.

p c. 34. 23.

q c. 3. 5.

r vers. 10.

s. 3. 7. 9. 11.

t ps. 9. 34.

u ps. 27. 34.

x ps. 2. 6.

y de demonst. in 7. Quatuor ante mortem annis Salomoni regnum Davide traditum, quod de nullo alio legitur.

z 17. de civ. c. 8.

a Matt. 16.

b Gen. 49. 9.

c 5. cont. Marcio n. cap. 9.

d de trinit. cap. 9 apud Tertull.

e 2. contr Judæos c. 30.

f Hom. 12. in Numeros.

g tract. 2. de Ps. ad Marcellinum.

h in Trypho.

i in c. 58. Es. in c. 8. Jer. in c. 14. Zac. in c. 3. Mala. in c. 16. Pr. Deus pater misericordiarum dictus quòd per homines judicari voluerit.

k 1. Cor. 1. 30

l Pr. 16. 10.

m Ser. 73. in Cant.

n Act. 1. 11

o in ps. pœnitentialem. Judiciaria Christo potestas ex hoc loco confirmata.

p in cap. 3. Cant.

q in fragmentis t. 7. bibliothec. Patrum. Judæorum refutatio, contendentium & Davidem & Salomonem posse vocari filium Dei.

r Apolog. 2. David. c. 4.

monem, quia occidit Joab *a*, Adoniam *b*, Colligit item Nazianzeni Scholiastes Elias Cretensis distinctionem personarum Patris & Filii, licèt sic obscurius indicetur, ut Nazianzenus *c* donet in vetere testamento, magisq; obscurè persona Spiritu Sancti. Inferre demum licet, jure summæ peractam redemtionem à Christo, atque tùm in eo tùm ab eo factum judicium & justitiam: ita ut licuerit ei dicere, *nunc judicium est* d *mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras: & Spiritus Sanctus arguet mundum de hoc judicio & justitia simul cum peccato* e.

Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.) Chaldaicè, *Deus sententiam judiciorum tuorum Regi Christo dato, & justitiam tuam filio David Regis.* Intelligit de Messia, sed qui expectatur à Judæis frustra. Christus autem verus quo pacto *Rex* dicatur & *filius Regis*, antea dixi: *Regnum* etiam qua ratione illi convenit & *judicandi potestas*, aliàs docui. Dicitur Rex nuptias fecisse filio, idest, Deus Pater Christo *f*, ut notat Augustinus & *judicandi* verbo præcipuè in libro Judiciũ regere atq; gubernare designatur: & Esaias *g* simul dixit, *in justitia regnaturum Regem*: *& principes in judicio præfuturo*. Familiaris Hebræis phrasis, ut *filius hominis* idem sit, quod homo; *filius Regis*, quod Rex: tamen quando simul conjunguntur, nonnullum discrimen indicari videtur. *Judicium* porro & *justitia*, vel in plurali *judicia & justitiæ* nunc eodem, nunc ordine inverso crebro conjunguntur *h*; nonnumquam appellantur judicia, *justitiæ*, *i* aut *justificationes* k: interdum dicuntur *judicia æquitas* l esse: aliquando *converti justitia in judicium* m. Davidem scribitur *Regnantem super omnem Israel fecisse justitiam, justitiam omni populo* n *suo*. Gratulata est Salomoni Regina Saba, quòd constituisset eum Deum Regem, ut faceret *judicium & justitiam* o, et ab eodem Deus exemplo patris sui eamdem exegit conditionem, ut *justitias suas judiciaq; servaret* p. hac etiam Deus de causa *benedicendas* pollitus est in *Abraham omnes nationes terræ*, quia *sciret quod ipse præcepturus esset filiis suis, & domui suæ post se, ut custodirent viam Domini, & facerent judicium & justitiam* q. Rectè verò orat David, ut Deus *det judicium suum, & justitiam suam*, quia *Deus judicii Dominus* est, ut misereatur & parcat *r*: & illius beneficio impletur *judicio & justitia* s Sion, idest, Ecclesia, & quivis justus: & judices aliorum juxta præceptum Josaphat (quem etymologicè possis interpretari à judicio Dei) videre oportet quid faciant, quia non hominis exercent judicium, sed Domini judicium & causam *t*. Distingui possunt hæc duo, *judicium & justitia*; ut sumendo justitiam, quod non rarò fit, pro misericordia, clementia; æquitate significetur judicii rigorem, severitatem, acerbitatem leniendam, moderandam, temperandam, quia *honor* quidem *Regis judicium* u *diligit*, sed misericordiam quoq; & judicium *x* simul. Spectari præterea *judicium* potest in vero absq; errore cognoscendo, *justitia* in tribuendo cuique quod suum est; vel prima virtutis pars in fontibus damnandis; altera in absolvendis innocentibus: vel illa circa causas capitales; hæc circa civiles: vel judiciariam potestatem significat *judicium*; *justitia* virtutem in ea exequenda: vel *judicium* pertinet ad seipsum; *justitia* ad alterum: sicut ad Deum, ut Michæas *y* monet exponitq; Augustinus *z* sollicitè ambulare cum illo: vel in Christo *justitia* est qua nos reconciliat Patri *judicium* quo judicat omnes. Nihil etiam vetat hæc synonyma existimare quum & seorsim variis in locis ad idem usurpata legantur, & hoc ipso loco mox repetatur secundùm ordinem inversum, judicare populum in justitia, & pauperes in judicio. Ubi utrumq; habitudinem dicit ad alterum, & si justitia benignitatem significaret, pauperibus potius attribui debuisset. Istas repetitiones, ait Augustinus, alia eorumdem proferens exempla, multùm eloquia divina commendare, sive eadem verba alia sententia, sive aliis verbis eadem sententia repetatur: & maximè reperiri in psalmis, & in eo genere sermonis, quo animi est movendus affectus. Notarunt id alii post Augustinum vocatq; Cassiodorus figuram *ἐπιμονῆς*, quasi dicas immorationem: is qui gerit Ruffini nomen endiaden quæ vox quid sibi velit nescio, nisi dicas eamdem illam moram, quia *ἐνδιαν*, & *ἐνδιάζειν*, *inesse, morari, degere*, significat: *ἐνεῖναι, καὶ διατρίβειν*, & *ἐνδιαθέτως*, idem quod *διηνεκῶς* *continentur*: & *τὰ ἔνδια* idem quod *διατριβὰς* præsertim *μεσημβρίας*, *immorationes meridianas*. Sed hoc non mo-

ror. Idem Augustinus *a* admonet quòd amat Scriptura ista duo simul ponere: & fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni posse: tamen si propriè dicantur, aliquid interesse non dubitare.

Judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio.) Ex Hebræo יריו *iadin*. Hieronymus & alii, *judicabit*. Apollinarius quasi duos distinxisset *Regem* & *filium Regis*, exposuit *ὕφρα διακρινωσιν*, *ut dijudicent*. Quamvis deinceps numerum sequatur singularem. Addunt alia duo in Psalteria, & Cassiodorus pronomen, *in tua justitia*, est autem Græcismus quo infinitivus pro gerundi ponitur. Confirmat Augustinus exemplo ex Proverbiis *b*: *Proverbia Salomonis filii David, scire sapientiam & disciplinam*. Sed in versione nostra legimus *ad sciendam sapientiam & disciplinam*: & Hebraicè cum littera servili לדעת *ladahbath*: quod est Græce in simplici infinitivo *γνῶ αι*. Suppetunt passim plurima apud omnes scriptores Græcos exempla, nec ferè aliter Græci scribunt loquunturve. Hoc est exercitium seu finis obtari judicii, & justitiæ, ut Rex regisve filius, qui est idem nempe sensu saltem mystico, Christus, regat justè ac rectè pro potestatè à Deo accepta, qua sicut semet Deus abdicare non potest, ita nec subditis, qui vocantur *populos & pauperes Dei*: quemadmodum Petro commendavit pascendas oves, non quæ Petri essent præcisè sed etiam suę imò magis suæ quàm Petri quoniam illas *acquisivit sanguine c suo*. Prædixit Michęas *d* Christum *judicaturum inter populos multos, & correpturum gentes fortes usque in longinquum*: Elaias *e*, ex quo ille videtur mutuatus, *judicaturum gentes multas, & arguiturum populos multos*: Abdias *f* ascensuros salvatores *montem Sion, judicare montem Esau, & futurum Domino regnum*. Alludit ad tempus, quod degebant Hebræi sub Judicibus, qui vocabantur etiam *Salvatores* g. Vidit Daniel *h* *accepisse filium hominis* hanc *potestatem, & honorem, & Regnum, ut omnes populi Tribus, & linguæ ipsi servirent*. Tunc manifestius super solium David, & super Regnum ejus sedit, ut *confirmaret & corroboraret illud in judicio & justitia* i: & gestavit *in femore* scriptum *ac in vestimento Rex regum, &, Dominus dominatium* k.

Pauperes tuos.) Idem est, *populus, & pauperes*. Sed *pauperum* fit mentio nominatim, quia horum justitia sive jus, ut notat Cajet. facile contemniatur: & quum hi judicandi, hoc est, eorum cognoscendæ dicantur causæ, ut vindicentur, multo credibilius est alios minimè prætereundos. *Pauperes* etiam elegit initio præsertim, Christus *l*, & tropologicè soli se judicari ac Regi à Deo sinunt, qui, ut ait Augustinus, & alii, in Deo divites, in seipsis egentes sunt; non ifiantur scientia, sed præditi sunt *charitate* m scientes *sine illa se nihil esse, etiamsi distribuerint omnes facultates pauperibus* n, scientes etiam *ex spiritu qui ex Deo est, non hujus mundi, quæ à Deo donata sint* o sibi; nec *ignorando Dei justitiam, & suam volentes statuere*, subtrahentes se à subjectione *justitiæ* p *Dei*. Hugo distinguit pauperes diaboli: ut qui dicebantur de Lugduno quidam hæretici: mundi & non Dei, ut fures: Dei & non mundi, ut Davidem & similes bonos divites Dei & mundi, ut Monachos Græci paupertatem quoque secundum tropologiam interpretantur ob infidelitatem & peccatum, & servitutem diaboli, aliarumq; necessitatem calamitatum. *Propter miseriam* horum *inopum & gemitum pauperum* tandem *exsurrexit* q *Dominus*: *pauperibus evangelizare* r missus est, *judicare in justitia pauperes & arguere in æquitate pro mansuetis terræ*: primam beatitudinem pauperibus assignavit *t*, *divites in fide & hæredes Regni* faciens *u*: *væ divitibus* denuntiavit *x*: & per difficile iis esse *intrare in Regnum cœlorum* y. Postquam Deum descripsit Moyses *Deum esse deorum*, & *Dominum dominantium, Deum magnum, & potentem, & terribilem, qui personam non accipiat, nec munera*: statim subdit, *facere judicium pupillo, & viduæ, amare peregrinum, & dare ei* z *victum*. Job *a* etiam affirmat quòd *judicium pauperibus tribuit*: David *b* quòd *facit judicium inopis & vindictam pauperum*: *populum* c *humilem salvum facit*: *adjuvat pauperem de* d *inopia*: Sophonias quòd *derelinquit in medio* (idest, ut superfit, vivat, vigeat, floret) *populum pauperem & egenum, ita ut sperent in nomine Domini*: vocat item Deus populum suum *pauperem* e. Sed prioribus psalmis aliquoties actum eodem de argumento.

a *in ps.* 105.

Græcismus, infenitivi pro gerundio.

b *c.* 1. 2.

Tropologica paupertatis interpretatio.

Pauperum distinctio.

a *Reg.* 2. 31.
b 3. *Reg.* 2. 26.
Distinctio Trinitatis sub obscurè hinc collecta.
c *orat.* 6. *de Spiritu sancto.*
d *Joa.* 12. 31.
e *Joa.* 16. 8.
f *Matt.* 22. 2.
g *c.* 32. 1.
h *Gen.* 18. 19. 2. *Reg.* 8. & 3. *Reg.* 10. 9. 2. *Par.* 18. 14. 2. *Par.* 7. 17. *c.* 9. 8. *hoc ps. vs. sed. confr. ps.* 88. 15. *ps.* 98. 4. *ps.* 105. 3. *ps.* 118. 121. *ps.* 147. 19 *Pr.* 3. *Esa.* 32. 1. *c.* 33. 5. *c.* 56. 1. *c.* 58 *c. Jer.* 4. 2, *c.* 9. 24. *c.* 12. 3. 14. *c.* 23. 5. *c.* 33. 15, *Ezec.* 3. 14. 16. 9. 145. 9, *Ose.* 2 19. *Mich.* 6. 8
Judicare idem quod regere ac gubernare.
Filius hominis, idem quod, homo apud Hebræos
i *ps.* 118. 7. 106, 160, 164
k *ps.* 128. 620
Filius Regis idem quod Rex, phrasi Hebraica.
l *ps.* 118. 75.
m *ps.* 93. 15.
n 2 *Reg.* 8. 15 1. *Par.* 18. 14.
o 3. *Reg.* 19. 9. 2. *Paral.* 9. 8.
p 2. *Par.* 7. 17.
q *Gen.* 18. 19
r *Esa.* 30. 18. s *Esa.* 33. 5. 2 *Paral* 19 [illegible] *& seq.*
Judicii & justitiæ distinctio.
u *ps.* 98. 4
x *Pr.* 8. 2. 5.
y *ca* 6. 8.
z *Serm.* 236. *de tom. c.* 2. *Judicium & justitia* synonyma.
Ἔνδιον.
Ἐνδιάζειν.
Ἔνδια.

Vers. 3.) Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam.

Sensus loci.

PEtit usurpans prosopopœjam aut metaphoram, ut universa terra designata per montes & colles, suscipiat ac proferat, tamquam fruges quæ in montibus & collibus feliciter proveniunt, pro cuncto populo Dei pacem justitiamque ac omni in loco pacatè & justè vivatur sub isto Rege, absq; metu & periculo impiorum & iniquorum. Vel, ut affluat terra rerum ac fructuum copia, sitq; *fines, pax, & frumenti a satietas; pax in virtute & abundantia in b turribus*, quum enim abundant omnia, pax est, vicissimaq; & ex inopia nasci discordia solet, vivituriq; ex rapto, quando urget necessitas, & quivis facilè rixatur etiam pro recula ablata. Vel, ut nec hi qui per montes inter agunt, & colles, lædantur à prædonibus, sed tutò transeat ob pacem quam profert justitia. Vel, ut ipsimet habitatores montium & collium bellis ac seditionibus assueti mitescant & colla pacifico justoque Regi submittant. Vel, ut qui de populo in Regno istius Regis montibus collibusq; sunt similes, ob altitudinem & excellentiam dignitatis ac potestatis, illa eadem duo in totius populi gratiam servent ac tueantur.

a *psl.* 121. 4.
b *psl.* 121. 7.
Ex inopia solet nasci discordia.

Allegoria.

Quod allegoricè de primoribus Ecclesiæ præconibus potest intelligi, ut *legatione pro Christo fungentes* c annuntient, & evangelizent omnibus bona, pacem & reconciliationem cum Deo; satisfactionem factam justitiæ Dei à Christo Christum ipsum, exercitium justorum operum, utq; serviatur coram Deo à liberatis de timore inimicorum, *in sanctitate & justitia* d. Vel ut sub Regno Christi, majoresque principes, ei sese subdentes, afferant veluti munus eidem, ac populo ipsius pacem & justitiam, non amplius exercentes se ad prælium *e*, Deo ponente visitationem populi sui pacem, & præpositos ejus *f* justitiam, τοὺς ἄρχοντας ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐν δικαιοσύνῃ, *principes in pace, & Episcopos in justitia*. Vel, ut pacis justitiæq; copia tanta sit quam suspicere, idest, levare ac attollere sicut opus quoddam montes & colles possint, nam justitia Dei comparatur cum *montibus* g *Dei*. Vel, ut inhabitatos quondam ab idololatris montes colleq; incolant monachi, Angelorum viventes ritu, & assiduis precibus gratiam Dei reconciliare populo studentes. Vel, ut sublimes illæ substantiæ, videlicet Angeli, qui propter impias superstitiones horrebant priùs habitationem cum hominibus, resumant pacem cum justitia, & hominibus jam justificatis reconcilientur. Vel, ut etiam agrestes homines, barbari, remoti ab urbibus communique habitatione, non urbani dumtaxat & commodioribus præditi moribus pacem sectentur, & justitiam, quam Christi. Lex rem utramque maximè commendat. Vel, ut elevati propter potentiam, divitias & similia, illam pacem justitiamq; suspiciant quam populus adoptivus Dei, idest: Christum ipsum, qui est pax nostra & justitia. Vel ut qui eminent sanctitate aut potestate, pacem humilitatis amplectantur, ne se inferioribus præferant: hi autem justitiam per obedientiam quam illis debent. Sed imprimis Deo & Christo, cui non interponendi servi sunt, ut se quis dicat v. g. esse *Cephæ* aut *Pauli* aut *h Apollo*.

c 2. *Cor.* 5. 20
d *Luc.* 1. 75.
e *Esa.* 2. 4.
f. c. 60. 7. 1.
g *psl.* 35. 7.
h 1. *Cor.* 3. 4

Litteralis sensus placet Hebræis, nec incommodè Salomoni aptari potest. Treveti expositio fuit illa de mansuefaciendis habitatoribus montium & collium: alia de tuto per obsessos à prædonibus montes colleque itinere R. Esaiæ Tranensis & Genebrardi, quamvis neminem citet. Ex allegoricis Euthymius recitat tres de monachis, quæ est Basilii seu Theodoreti, innuitq; Nicephorus de Angelis, quam tradidit Athanasius: de principibus viris ad fidem conversis pacificèque ac benignissimè sese habentibus erga populum Christi. Latinis ferè placet subordinatio superiorum qui præsunt, & pacem procurant docendo fideliter & bene vivendo ad sui imitationem provocando; & inferiorum qui obediunt & justitiam inter se conservant: quæ duo *suscipi* dicuntur *populo*, idest, in commodum populi, qui constat ex utroque hominum genere. Repetit hoc alibi Augustinus *i* ex cujus colligi sententia potest divina mysteria & voluntatem nobis non immediatè innotescere, sed per divinas Scripturas, vel prædicatores ac prælatos. Hugo, *montibus* ut denotant contemplativos, pacem; *collibus*, ut activos, assignat justitiam; de illis qui sunt in utroque perfecti dici posse, quod *justitia & pax oscu-*

i *Tract.* 1. *in Joan.*

lata k sunt. Agathias acutè satis alludi vult sensu contrario ad illatas priùs modo pœnas quasi de cœlo cui propinqui montes ut diluvium *l*, confusionem linguarum *m* ignem *n* ac sulphur: nato autem Christo de cœlo Angelos *pacem evangelizant & gaudium futurum omni populo* o, non quomodo mundus dat, Deus pacem dat, sed *quæ exuperat omnem sensum* p. Intellexit Hieronymus redigendos superbos sub jugum Christi, ad eum modum quo est populus qui ipsius censetur per adoptionem.

k *psl.* 84. 11. Agathiæ acuta satis allusio.
l *Gen.* 7. 10.
m *cap.* 11. 7.
n c. 19. 24.
o *Luc.* 2. 10
p *Phil.* 4. 7.

Probantur & mihi sensus hi omnes, nec non & de temporali ubertate, felicitate, pace, justitia, quas eximio quodam modo excellere sub Evangelica lege magis quàm sub alia ulla demonstrari facile posset. Id aliàs in hoc ipso opere non semel attigi; & disputantes de signis notisque Ecclesiæ diligentiùs exequuntur, ut Thomas Bozius. *Pacem* ante omnia annuntiari Christi jussit, & *pœnitentiam* q.

Suscipiant montes pacem populo.) Hieronymus, *assument*. Alii, *afferent*, vel, *ferent*, vel, *extollent*, vel, *portabunt*. Hebræum verbum futuri temporis pro imperativo, est נְשָׂא֣וּ *iisseu*, significat inter alia, *portare* atque etiam *producere*, seu *proferre*. De Christo quidem est illud: *aperiatur* r *terra & germinet salvatorem, & justitia oriatur simul*; hanc tamen ἀναλαβεῖ τῷ notionem quod hìc est non habet, nempe pro *productionem*. Athanasius vim fecit in compositione, quasi ἀναλαβεῖν sit *iterum sumere*. Chaldaicè, *afferent habitatores montium pacem populo domus Israel*. In aliis duobus Latinis Psalteriis, & in Æthiopico, apudque Cassiodorum, additur pronomen secundæ personæ, *populo tuo*: & meminit Augustinus. Dativus casus *populo*, idem est, quod est, quod pro populo, & in commodum illius. Durior expositio suppositi Hieronymi, ut sit in similitudinem populi adoptivi suscipi pacem atque justitiam à superbis, quos indicent montes & colles. Non displicet *suscipiendi* verbo innui libertatem voluntatis adjutæ per gratiæ efficacis auxilium, ad consentiendum, acceptandum, cooperandum. Digreditur longiùs Jacobus Jansonius in hujus controversiæ disputationem. Illi sensui, quem dixi, satis communem de divina derivanda doctrina in inferiores per superiores utcumque favet alterius Psalmi locus *s*, cum commentario Augustini; *illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*: præterea *unguentum descendens à capite Aaron in barbam, usque in oram vestimenti* t, ut exponit etiam Augustinus *u*: item quòd Christus priùs Apostolis pacem dixit, mox remittendi peccata contulit *x* potestatem, ut observavit Gregorius *y*, eodem referens osculum datum Sauli Regi designato à Samuele *z*: quòd antea Christus *amicos* vocavit suos, tum dixit se illos posuisse ut *irent & fructum afferrent* a.

q *Matt.* 10. 11. c. 4. 17.
r *Esa.* 45.
Ἀναλαβεῖν.
Hieronymi supositi durior expositio.
s *psl.* 75. 5.
t *psl.* 132. 2.
u *Ibidem & 2. contra litteras Petil. c.* 104.
x *Joh.* 20. 23.
y *Lib.* 4. *in* 4 *Reg. c.* 5.
z 1. *Reg.* 20. 1
a *Joh.* 15. 16.

Et colles justitiam.) Ita etiam Hieronymus; quamvis Hebraicè sit præpositio בִּצְדָקָה *beesidcah*, quod aliqui reddunt, *in justitia*: vel, *ob justitiam*, ut sit sensus: suscipiant montes pacem populo, & colles eamdem suscipiant in justitia, ut ob justitiam; quasi medium ad pacem sit justitia. Vocat quidem Esaias *b pacem opus justitiæ*; sed præstat dicere præpositionem redundare: & nostram sequi versionem, quam Augustinus dealia mentionem faciens quæ habet, *in justitiam*, meritò meliorem affirmat. Exponit tamen, si lectionem illam sequamur, ita, ut duæ dictiones in justitia rejiciantur in sequentem versum; & aliæ *suscipiunt montes pacem populo & colles*, constituentes integram per se sententiam, significent utrosque Prædicatores Evangelicæ pacis sive præcedentes, sive subsequentes. Delectatur Scriptura *c* crebrò cum justitia pacem conjungere, tamquam videlicet effectum cum causa. Hoc sibi apud Athenienses in prytaneo volebant cum legibus Solonis statuæ pacis & Vestæ *d* apud alios dea Pax cum comitibus, Fide, Justitia, Concordia, unde Petronius:

b c. 32. 17. Justitiæ & Pacis crebra conjunctio in Scriptura. Pacis & Vestæ statuæ cum legibus Solonis apud Athenienses, quid vellent.
c *Infrà v.* 7. *psl.* 84. 11. *Psl.* 118. 164. *Eccl.* 5. 12. *Esa.* 32. 17. *Baruch* 5. 4. *Rom.* 14. 17.
d *Pausanias in Atticis*.

Huic (paci) *comes & sincera fides, & crine soluto,*
Justitia, & lacera merens concordia palla.

Veterum Hebræorum mos, quæ publicè sciri vellent, præconis voce de montibus proclamandi.

Legi apud Ariam montanum *e* ex libro Misnajoch, tractatu de festis & jejuniis, veteres Hebræos quæ publicè sciri vellent, præconis voce montibus proclamari curavisse, huc vero alludi verbis Esaiæ *f*: *Vox clamantis in deserto*; & ; *advocate eam*: item g, *laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabunt*: præterea *h*, *quam pulchri super montes pedes annuntiantis*,

e *in c.* 1. *Nah.*
f c. 40. 2. 3.
h c. 42. 12.
g c. 52. 8.

&

& prædicantis pacem: denique apud *a* Nahum, *Ecce super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem*. Idcircò videtur Christus in monte prædicasse præsertim celebrem illum ac longum sermonem *b* inchoatum à beatitudinibus in quibus vera pax continetur & justitia. De Apostolis etiam Apostolus Paulus *c* usurpavit Esaiæ citatum locum, quo *pulchri* vocantur *pedes evangelizantium*. Ibi Græcè est ὡραῖοι, quod explicat Hieronymus *tempus, curam, sollicitudinem, pulchritudinem*. Cyrillus etiam *ver*, quod refert ad Christum vel Apostolos, qui quum venit plenitudo temporis, denuntiarunt Evagelii solemnitatem & lætitiam. Aliqui volunt innui eos qui apud Græcos curam temporum solemnior habebant & horologiorum publicorum, ut idcircò ὥραις appellarentur, vel etiam gnomones, ut meminit Rhodiginus *d*, quod & Censoris apud Romanos officium Plinius *e* & Gellius *f* fuisse scribunt.

a c. 1. 15.
b Matth. 5. 1. seq.
c Rom. 10. 15.
d Lib. 12. c. 9
e Lib. 7. c. 60
f Lib. 14. c. 7

Vers. 4.) Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Sensus loci.

REpetita ad Deum apostrophe, Propheta veluti certus se exauditum, eoque nomine gratias agens, affirmat fore, ut Rex Regilve filius de quo dixerat, sua utens judicandi potestate, vindicet ab injuriis pauperes, eorumve filios, & à violentis oppressoribus liberet, quique calumniosis infectentur accusationibus, ac inique & tyrannicè dominari nitantur. Et hoc habere in Salomone locum potest, sed multò meliùs in Christum convenit, de quo pergunt enarratores exponere, præterque illos Athanasius *g*. Nam *dissolvit opera Diaboli* h, Calumniatorem, accusatoremve significat Græca vox διαβόλου, *ligavit* i *fortem*; ejecit *principem* K *mundi hujus*; liberavit *oppressos*, & *vexatos a diabolo* l, & ab eodem ad extremam inopiam redactos, præterea qui quemlibet Ecclesiæ persecutorem, præsertim vero Antichristum *spiritu oris sui interficiet, & destruet illustratione vultus sui* m. *Pauperes* quoque peculiariter seu filii pauperum, ut idem sunt, intelligi possunt omnes justi, prædíti paupertate spiritus: aut qui studiosè paupertatem etiam externam, propter Christum & Christi exemplo sectati sunt, tùm si qui tales in veteri testamento fuerunt, tùm in novo tam multi, Apostolorum quoque & primorum Christianorum hac in re imitatores. Denique præcipuam Christus etiam haberi vult rationem pauperum & miserabilium personarum *n*: idque in primis Apostoli præcipui Paulo Barnabæque commendaverunt *p*; & Ecclesiasticæ leges consulunt iis ac tuentur, quos sæcularia tribunalia vel malè tractant, vel negligunt. Euthymius *judicandi* exponens verbum in deteriorem partem & *pauperes populi* rudiores quosque Judæorum, qui intellectu & prudentia erant pauperes, dum nudæ legis litteræ insistentes, ad occultas sancti Spiritus divitias prospicere non valebant: ait *filios pauperum* esse fideles in Christum, qui per illum salvi fiunt, vel *pauperes* accipit pro Apostolis, qui re ipsa pauperes erant & aspectu viles, sed à Christo judicati, hoc est, selecti ac secreti sunt de mundo *s* *filios pauperum* discipulos eorum fideles qui salutem consecuti sunt. Chrysostomus *p* *calumniatorem* diabolum scribit *humiliatum* à Christo fuisse, quando tentationis eius *q* elusit, & *draconi* r *illusit*, & *confregit capita* illius, & *adduxit in* t *hamo*. Arnobius vocat populum Judaicum *calumniatorem* Christi. Ayguanus omnem persecutorem Ecclesiæ, & quemlibet qui pravo exemplo rapit spiritualia bona aliorum: quod Gregorii *u* confirmat auctoritate.

g Ad Marcellinum.
h 1 Joa. 3. 8.
i Matt. 12. 21.
k Joa. 12. 31.
l Act. 10. 38.
m 2. Thess. cap. 2.
n Matt. 25 40.
o Gal. 2. 10.
p Hom. 5. de var. in Matt.
q Matt. 4. 1.
r Psal. 103. 26.
s Psal. 73. 14.
t Job. 40. 19.
u 26. Moral. c. 9. vel 10.

Judicabit pauperes populi.) Eodem pacto etiam Hieronymus & Paraphrastes. Meminit Augustinus alterius lectionis, *in justitia judicabit*, eam non ita probat, ut nostram. Illam indicat Arnobius; & est apud Tertullianum *x*, *in justitia judicabit mendicos* y & in Psalterio Æthiopico; & in emendatis bibliis Græcis ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ, & in metaphrasi Apollinarii:

πτωχοὺς δημοτέροισιν ὑπ' εὐδικίῃσι δικάζει,
Pauperum popularibus in æquitatibus judicare.

Addito autem pronomine tertiæ personæ habet Psalterium Romanum & Cassiodorus, *in sua justitia*. Sed Cassiodorus, Arnobius, Psalterium Romanum bis nomen *justitiæ* ponunt, hìc, & fine sententiæ præcedentis; ceteri hoc tantuùm loco. Hebraicè semel dumtaxat est cum præpositione jungiturque passim ab omnibus, & in ipso textu Hebræo cum priore versu. De *judicandi* verbo monui à nonnullis accipi in malam partem quomodo & pauperes essent sumendi. Plurimi melius in bonam interpretantur & *pauperem* & *judicandi* vocabula, ut sit defendere ac tueri destitutos opisque indigentes.

x 4. cont. Marc. c. 14.

Et salvos faciet filios pauperum.) Hebraicè אביון *evion* singulare collectivè pro pluribus. Nisi placeat singularem quemdam pauperem innui, vel Christum, qui dicatur salvos facturus imitatores suos, & facturus ut sint tales: vel ipsum illum qui postea vocatur *calumniator*, scilicet, diabolum summis gratiæ opibus propter peccatum spoliatum, & in maximam egestatem redactum, quæ sub typo Regum superborum describitur ab Esaia *y*, & ab Ezechiele *z*, Augustinus censet eosdem esse *pauperes & filios pauperum*; sicut eadem est, inquit, *civitas Sion*. Vel, si distinctiùs intelligendum est, *pauperes* accipi qui priùs dicti sunt montes, *filios pauperum* qui colles; illos Prophetas & Apostolos: hos qui sub eorum auctoritate proficiunt, putat etiam *judicandi* verbum exponi per salvum facere ut sit judicare à perdendis damnandisque discernere, ac proinde donare salutem paratam revelari *in tempore novissimo* a. Denique considerare non jubet dictum *b* antea, *judicare populum*) nunc (*pauperes populi*) quia priùs iidem intelligebantur esse *populus Dei*, & *pauperes ejus*, idest, tantummodo boni, & ad dexteram partem pertinentes: jam verò discretio atque separatio bonorum à malis, ita ut *populi* nomen denotet ex utrisque commixtionem. Videri tamen potest exaggeratio in *filiis pauperum*, quia vendi solebant filii eorum qui non essent solvendo; & quamvis hoc non fieret, paterno præsidio destituti erant. Quid porrò differant πτωχὸς & πένης; item עני אביון *bboni euion*, quos editio nostra hic vocat communiter *pauperes*, quamvis primo loco Tertullianus *c* *mendicos*, alibi notatum est. Sæpe synonyma sunt, & in præsenti quoque sententia.

y c. 14. 4. & seq.
z c. 28. 1. & seq. *Pauperes & filii pauperum* idem: ab aliis distinctio.
a 1. Pet. 1. 5.
b *vers.* 2.
c d. cone. Marcio c 14

Et humiliabit calumniatorem.) Ordiuntur hinc versum novum alia duo Latina Psalteria, usque ad illud, *in sæculum sæculi*, Gallicanum autem omittit conjunctionem Hieronymus *confringet*, Alii *conteret*, *atteret*, *comminuet*, *contundet*, *perdet*, & pro *calumniatore* (*violentum*.) Omnia ista valent Hebreæ voces ורכא עושק *vidacche hhoscek*, significat enim ταπεινῶν & *humiliare* ea quæ verbis aliis tamquam annexam vel consequentia humiliationem & depressionem indicant. Pro עושק *hhoscek* cujus vim alibi declaravimus, est Græcè συκοφάντης, quem & Latini Sycophantam nominant, rectèque *calumniatoris* vocabulo redditur, & de eodem Græco diximus etiam aliàs. Apollinarius, ψευδυγορον ἀνδρ, *falsiloquum*, aut *falsum accusatorem virum*. Unus pro multis dicitur, aut κακὸ ἐξοχῶ, ille unus inimicus homo διαβολου *accusater fratrum*, & calumniator *d*. Quot id modis faciat diabolus, idest, calumnietur nos Deumque, docuisse alio loco memini, Notant hic Græci calumniam diaboli adversus Deum quando primis parentibus dixit invidiosè ne lignum sumerent vetuisse *e*, nunc etiam passim omnes calumniari: hoc sibi velle nomen διαβόλα. Basilius aut Theodoretus affert exemplum falsò apud Deum delati *f* Job. Serit præterea inter homines discordias, facitq; ut alteri alteros calumientur. Docet item quadam Epistola Bernardus hanc diaboli calumniam unam esse, quòd putet nos injustè subtractos imperio suo, supplicitque consortio, quoniam alterius, nempe Christi redemtio pretio sumus. Valde *humiliatus* est iste *calumniator* à Christo in passione, quando innocentiæ illius vel invitus dedit testimonium per ipsummet proditorem *g*, & ut quidam putant, per Pilati uxorem *h*: deinde quando declaratus est innocens à Pilato *i*, ab Herode *k*, à latrone *l*, in ipsamet cruce. Humiliatus est à tam multis sanctis, humiliaturque quotidie etiam ab idiotis, à fœminis, à pueris, &c. Jucundum Bernardus *m* appellat judicium, ut superbus ille humilium malleator, eisdem ipsis nescíens fabricet coronas perpetuas, impugnando omnes, & omnibus succumbendo. Siquidem ubique & semper, inquit, *judicabit Dominus populos, & salvos faciet filios pauperum*, & *hu-*

d Apoc. 12. 10. Diaboli calumnia.
e Gen. 3. 1.
f Job. 1. 10.
g Mat. 27. 4
h vers. 19.
i Luc. 22. 14.
k vers. 15.
l vers. 42.
m Serm. 17. in Cant. Jucundum Dei contra Diabolum judicium.

& humiliabit calumniatorem. Humiliabitur demum in judicio, quando proijcietur *a* ac præcipitabitur in supplicium æternum. Tunc libera & læta licebit voce parabolam illam sumere & decantare *b*. *Quomodo cessavit exactor, quievit tributum ? &c, absque ulla causſa calumniatus est nos*; qui *propter* d *multitudinem calumniatorum* olim clamabamus & ejulabamus *propter vim brachii tyrannorum. Conturbat calumnia* etiam *sapientem* e: & hoc fieri Deus exigit *judicium & justitiam* à nobis, ut liberamus *vi oppressum de manu calumniatoris f*. Cassiodorus observat judices antiquos litteram (K) damnationibus affigere solitos fuisse: & quoniam crudelis impugnator condemnationibus favet alienis, littera (K) militem calumniatorem appellare voluisse: & calumniatorem esse qui innocentiam alienam in reatum nitatur exquisita machinatione perducere: id congruere diabolo, qui humanum genus suis fraudibus tot sæculis imperat, & Auctor sit criminum, atque culturam sibi vendicare terrarum. Allusio illa ad litteram (K) locum habet dumtaxat in vocabulo Latino *calumniatoris*. Illius autem notæ, ut id obiter etiam dicatur, hæc per conjecturas reperi vestigia. Petrus Diaconus in libro de notis ad Conradum, & Aldus Manutius in libro suo eodem argumento eadem repetens, etsi mentionem de priore non facit, docent duabus istis litteris (k. C.) vel (K. K.) significari calumniæ causſam. Utebantur enim veteres in plerisque littera (k.) pro (C.) Aliunde constat calumniatori ex lege Remmia *g*, quam vocant alii Rhemiam, aliqui Memmiam, in fronte impressam litteram, qua indicaretur calumniatum enm esse cui imprimebatur. Vocat M. T. *h* litteram: Plinius puncta & notas quibus frons convulneraretur: addit Suetonius *i* stigmatum notas, quibus os deformaretur. Cujacium *k*, Fabrum *l*, Petrum *m*, Gregorius, Menochium *n*, alios qui scribunt de legibus, ut Antonium Augustinum; Paulum Manutium. Non hoc dictum prorsus παρέργως, si minus enim ad id quod Cassiodorus voluit de calumniatore diabolo, certè calumniandi crimen in genere pertinet.

a *Apoc.* 12. 9.
b *Esa* 14. 4.
c c. 52. 4.
d j b 35. 9.
e *Eccl.* 7. 8.
f *Jer.* 22. 3.
Littera (k) damnationibus affigi solita apud judices antiquos.
Litteræ (k) pro (C.) usus k. C. vel k K. idest, Calumniatorum pœna.
g *D. l.* 1. 48. *tit.* 16. *ad Senatusc. Turpilia, leg.* 1. §. *calumniari*.
h *pro Rosc. Amer.* *in Paneg.* i *in Cal. c.* 27.
k 7. *observ. c.* 23. *& comm. ad titul. qui test. fac. pp. ad leg.* 15. l 3. *semestrium c.* 19. m *syntag. lib.* 32. *c.* 20. n 2. *de arb. adi c. cent.* 4 *usu* 302.

Vers. 5.) Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione & generationem.

Sensus loci.

DEinceps quæ sequuntur non ita aptè de Salomone possunt exponi, sed Christo. Hujus autem quia typus Salomon etiam secundùm ea quæ adhuc dicta sunt, judiciariam potestatem multò majorem quàm Salomonis, ostendit esse in Christo, & ea Christum dignum esse, ob eximias laudes ejusdem. Quarum prima est, quòd dicta potestas illius, regnumve nullo spatio temporis concludatur, nullum alium habeat successorem, sed in suo Rex hic regno sit permansurus quoad existet Sol, & in conspectu lunæ, seu quandiu durabit illa, per omnes generationes, ætates, tempora, quæ juxta cursum utriusque istius prælertim syderis & *luminaris* o, mutari atque mensurari solent. Nam *regni Christi non erit* p *finis*: & regnum ejus *regnum omnium sæculorum* q *potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur* r: *regnabit in monte Sion, ex hoc nunc & usque in sæculum* s. Itaque sermo est tùm de justitia, judicioque Christi quibus regnet ac regat, & de regno ejusdem; tùm de ipsomet Christo, ut tam hic quàm illa permaneant semper. Basilius seu Theodoretus, Euthymius, & Nicephorus, præterea Cyrillus Hierosolomitanus *t* divinitatem Christi volunt ostendi *sine principioque carentem*, ἀτελεύτητον καὶ ἄναρχον; illud quum dicitur *permansurus cum Sole*, hoc quum dicitur quod *erat ante lunam*. Idem ferè dicunt Latini (præter enarratores, etiam Petrus *u* Alphonsus, qui vixit anno Christi 1106.) de humanitate Christi numquam separanda Sole divinitatis (quod etiam apud Euthymium) deque eodem Christo numquam separando à luna Ecclesiæ suæ, sed permansuro coram illa, & ante faciem ejus; sicut promisit se cum ea futurum *usque ad consummationem sæculi* x. Ex quo inferunt cum Augustino numquam desituram Ecclesiam propter præsidem Christum, qui sua præcedit immortalitate, ut ait Augustinus, lunam, ideſt, incrementa defectusque mortalium, & omnia mortalia. Sic diversis modis luna nunc Ecclesiam, nunc res mortales omnes designat: qua de re postea.

o *Gen.* 2. 16.
p *Luc.* 1. 55.
q *Ps.* 144. 13.
r *Dan* 7. 10.
s *Mich.* 4. 7.
t *Cathec.* 12. Divinitas Christi sine principioq; carens hic ostensa.
u *titul.* 8. *de Christo*.
x *Matt. ult.*

Epermanebit cum Sole.) Hieronymus, *& timebunt te quandiu erit Sol*. Alii, *timebunt te cum Sole*, ideſt, quamdiu solerit: Vel in imperativo *timeant te quoad Sol erit*. Chaldaicè, *timebunt à te cum ascensu Solis*, vel *cum ortu*. Hebræa יראוך עים - שמש *ijrauchahhim sciameſch* significant ad verbum, *timebunt te cum Sole*: quod Hieronymus exposuit, quandiu erit Sol, & ita transtulit Symmachus, φοβηθήτω τοῦ σε ἐφ' ὅ τον ὁ ἥλιος. Exponit R. Esaias Trancensis ut DEUM timeat Rex ac populus ejus, quandiu Sol & Luna duraverint in universo. Alii apud Trevetum, quòd ejusmodi erit Salomonis justitia, ut cedat in honorem DEI, Deusque timeatur a subditis illius, idque in perpetuum, loquendo hyperbolicè, vel quia, si perpetuò durarent, perpetuò etiam timerent. Cajetanus inhærens quoque versioni ex Hebræo, *timebunt te cum Sole, & faciebus luna, generatio generationum*, describi vult terribilitatem judicii futuri per Christum, ex universalitate locorum & temporum, *generatio generationum*, hoceſt, motus cœli, qui consistit in fieri, & est causſa omnium generationum, timeat cum Sole & stellis quæ apparent in conspectu, & non in conspectu Solis, ideſt, se habeant ad similitudinem timentium; quia cessabit motus cœli, cessabunt Sol & stellæ apparentes in conspectu lunæ ab influxibus suis: cessabit generatio, ita ut non sit opus alio amplius judicio. Refert ex Rabbinis Galatinus *y* aliam expositionem de Messia, timebunt te cum Sole, ideſt, Israelitæ, aut alii quicumque, ob conjunctionem divinitatis & humanitatis, & ante lunam, ideſt, ante regnum David, vel Ecclesiam. Septuaginta ad sensum respexerunt non ad verba; quia is qui timetur semper, & colitur ab aliquibus semper item permanet, semperque apud illos ejus cognitio, timor, honor. Putat præterea Genebrardus fortassis accepisse Lxx. metathesim poeticam ut יואוך *ijroach* crederent esse pro יראוך *ieeroch*, videlicet quia hoc secundum habet litteram essentialem (כ) *chaph* ab ארך *arach*, quod significet *prolongare, protrahere*, ac proinde permanere, sæpeque addito nomine dierum dicuntur hoc verbo Hebræo *prolongari dies* z. Richardus Cenomanus conjicit thema esse Chaldæum יוך *ierach*, significans quoque *prolongare*. Duplex littera (י) *jod* magis favet isti sententiæ; quia innuit thema inchoatum radicaliter, ut loquuntur, etiam à (י) *jod*: potuit autem littera (א) *aleph* facilè omitti, quæ etiam quiescit in verbo quod non legimus יראוך *ijraucha* à themate seu radice ירא *jare*, *timuit*. Sed & Genebrardus quandoque fatetur usurpatas in psalmis voces Chaldæas. Denique facilior hic dicendi modus quàm de metathesi poetica. Extat Græcè, συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ; quod Augustinus Latinè legit, *permanebit Soli*, quamvis fateatur meliorem translationem nostram, *permanebit cum Sole*: quia præpositio includitur in composito Græco verbo: nec satis Latinè dici potuisse *compermanebit*. Docet autem *permansionem* istam *cum Sole*, non tam de Christo, per quam facta sunt omnia, intelligi, quàm de Ecclesia, quam putabant quidam usque ad certum tempus in hoc sæculo victuram, & postea non futuram.

y *lib.* 3. *c.* 2.
z *Deut.* 5. 16. 53. *c.* 22. 7. *Jos.* 24. 31. 1. *Reg.* 3. 14. *Prov.* 28. 16.

Præter mysticos alios sensus, tradit quoque tropologicum Hugo de sapiente & sancto, quia homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol; nam *stultus ut luna mutatur* a. Quamvis Auctor Ecclesiastici, cujus hæc verba sunt, agat de narratione sapientiæ, in qua Sanctus & pius constanter sit occupatus ad aliorum utilitatem, sicut Sol communicat semper lumen suum: διήγησις εὐσεβὴς διὰ παντὸς σοφία, vel, ἐν σοΐᾳ. Ita etiam prior hunc psalmi locum expoluerat Ambrosius *b* tropologicè, illo sermone, quo populum objurgat ob quamdam lunæ superstitionem. Eodem pertinet quod interpretatur Hugo, *sapientem permanere cum Sole*, qui est Christus justitiæ Sol, & *ante lunam*, ideſt, B. Mariam, continuè illam colendo & venerando. Sed quod spectat ad litteralem sensum, similis exornatio, sive hyperbolica oratio videtur Cantici c Canticorum; *dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ*: ideſt, diligam & diligar perpetuò, ac sine fine, sicut dierum noctiumque successio ac duratio creditur vulgò perpetua futura, saltem loquendo naturaliter.

Tropolog. sensus.
a *Eccl.* 27. 11.
b *Serm.* 4. *edit. Roma.*
c *c.* 2. *v.* 16. 17.

Et

Et ante lunam.) Hieronymus, *& ultra lunam*. Felix, *in conspectu lunæ*. R. Esaias Tranensis, *coram lunæ*. Cajetanus, *faciebus Lunæ*. Durior hæc versio cum interpretatione cujus ante meminimus. *Ultra lunam permanere* est semper, sicut & *cum Sole*; ut idem duplici illo dicendi modo exaggeretur: quemadmodum cum dicitur *in æternum*, & *ultra*; ac proximè hìc subiicitur *in generatione & generationem*: & deinde infrà similes aliæ formulæ, *donec auferatur luna*: *in sæcula*, *ante Solem*, *in æternum*. Sed quamvis לִפְנֵי *liphne* verti potuerit, *faciebus*, cum Cajetano, tamen coactior est, ut dixi, tota sententiæ interpretatio, & planè singularis quam affert. Hieronymus autem exponendo *ultra*, respexit profectò ad sensum potiùs quàm ad exactam significationem dictæ vocis cum servili littera לִפְנֵי *liphne*, ut, ideo sic verterit, quia quod coram alio & in conspectu ejus est, ea ratione propter oppositionem, ultra id esse censeatur. Simul respectum habuit ad sequentia vocabula, *in generatione & generationem*. Significat prius tempore, & coram, seu in conspectu, sicut & Latina particula *ante*. Si retineretur notio prior, non esset construction cum verbo futuro, *permanebit*, sed supplendum esset, permansit, vel *fuit*, seu erat, permanebat, &c. Id profectò suppleverunt Basilius, sive Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, qui priore membro doceri volunt carere fine Christum, posteriore, non habuisse principium,

At communior & facilior sensus est juxta posteriorem acceptionem, ita ut dicatur & Christus & regnum justitiaque ejus permansura tum cum Sole quandiu erit, tum ante lunam, hoc est, coram illa, & in conspectu ipsius, & quasi semper præiens ei, &, ut postea *a* dicitur, *donec auferatur* illa. Similis item infrà *b* phrasis, *ante Solem permanet nomen ejus*; ubi eædem particulæ לִפְנֵי *liphne*, & πρὸ: & in Hieronymi versione, *ultra*. Quamvis ibidem Paraphrastes interpretetur, *antequam creatus Sol*: hìc verò, *& orabunt coram lumine lunæ*. Præterea in Psalmo 68. *c permanet* (aliàs *permanebit*) *in æternum in conspectu Dei*, ubi Hieronymus reddit eodem pacto eamdem vocem לִפְנֵי *liphne*, pro qua Græcè est, ἐνώπιον. Recitat Agellius ex vetere quodam Græco annotationem de (πρὸ,) ut hoc loco non significet tempus, quia nullam habet πρὸς τὸ παραμένειν ἀκολουθίαν, *ad permanere consequentiam*, quod dicitur εἰς τὸ ἑξῆς, *in id*, & *de eo quod sequitur deinceps*, ac *in futurum*; sed supplendo, κοινῶς, *à communi*, verbum, *permanebit*, ὑπεροχὴν *excellentiam*, in hoc ipso quod est *permanere*; ut scilicet de pace & justitia (adde & de Christo) dicatur quòd permanebunt *cum Sole*, idest, æquando ipsum splendore, & πρὸ τῆς σελήνης, *ante lunam*, hoc est, supra illam, ὥστε προέχειν τὸ σελήνης κατὰ τοῦτο, *ita ut præcedant lunam hac in parte*, quia luna habet multa tempora μειώσεως *immissionis*. Sic duplex exsisteret sensus, præter rejectum de prioritate temporis; ut *ante lunam* sit ante conspectum ejus, & excellendo seu præstando supra illam: & lucere supra ipsam ipsa quoque præsente. Hoc indicat Apollinarius:

κ' ἐλίῳ φαέθοντι διαμπερὲς ἴσα φαείνει
πάντας ὑπερλάμπων κοιρανίης προπάροιθε σελήνης.
Soli lucido semper æqualiter luceat
Omnes col ustrans cornutam ante lunam,

Verum לִפְנֵי *liphne* recipit dumtaxat propriè secundum, *ante lunam*, idest, coram illa, & in conspectu seu ante conspectum ejus; quasi dicas, quòd luna semper in conspectu habeat illa quæ diximus, ac respiciat unà secum permanentia. Quod etiam dici potest de aliis verbis, *ante Solem permanet nomen ejus*, πρὸ τοῦ ἡλίου. Quum autem eadem utantur præpositione periti græcè linguæ scriptores, ut est idem quod ἔμπροσθεν & ἐνώπιον, *coram & in conspectu*, ut collectores Græcarum dictionum demonstrat: verbi gratia dicendo, πρὸ ὀμμάτων, vel, πρὸ ὀφθαλμῶν, *ante oculos*, & *præ oculis*, nescio cur Genebrardus & Agellius dicant ea sic usos impropriè LXX. Apollinarius quidem quem citavi, vertit προπάροιθε. Videtur mihi similis in Martiali *e* extare dicendi formula, sed assentatoriè, plusque quàm hyperbolicè:

Manebit altum Flaviæ decus gentis
Cum sole, & astris, cumque luce Romana.
Invicta quidquid condidit manus, cœlum est.

Mysticæ lunæ significationes.

f *Serm. 4. edit. Rom.*

g Ecc. 27. 11.

Lunam quo pacto imitari oporteat.

h *Ps.* 88. 38.

i *lib. 4. cap. 8.*

k *in c. 66. Esaiæ.*

l *Plin. lib. 6. de Salomone cap. 20.*

m *Ps.* 118. 90

n *Psal.* 607. *Ps.* 99. 5.

o 2. *De consensu Evan. cap. 4.*

p *lib. 3. c. 2.*

Verſ.

§ Formulæ loquendi.

a *vers.* 7.

b *vers.* 17.

c *vers.* 8.

πρὸ.

d *vers.* 17.

e *lib.* 9. *Epi.* in 3

A De mysticis lunæ significationibus non est agendum modò, sive pro Deipara, sive pro Ecclesia, sive pro omni te corruptibili, sive pro stulto & aliis. Obvii sunt quos consulas. Subtiliter & verè Ambrosius *f* in eo sermone quo objurgat populum ob quamdam lunæ superstitionem, quum nempe laborante ac deficiente illa vociferaretur quasi eam adjuturus, ait *mutari stultum sicut* g *lunam*, dum cerebrum ejus ita exinanitur sapientia, sicut lunæ obscuritas ac teterrimis tenebris mentis invaditur: oprandum verò etiam ut sicut ipsa mutaretur, quia citò ad plenitudinem suam redit, ille ad sapientiam nec seriò convertitur: ipsa velociter colligit quod amiserat lumen; ille nec tardè fidem recipit quam negavit: ipsa defectum luminis patitur, ille salutis: ipsa à statu suo non sponte mutatur, sed ut serviat; ille sensu suo sponte muratur: ipsa in diminutionem sui conditione deducitur; ille in detrimentum sui voluntate pertrahitur. Subdit quo pacto lunam imitari oporteat: nimirum non quum deficit, sed quando est plena atque perfecta: quia scriptum est de justo; *sicut luna perfecta in æternum* h. Le-

B ge eumdem in flexameron *i*.

In generatione & generationem.) Hieronymus *k*, *in generatione generationum*; & alibi, *in generationes generationum*. Nec mihi verò placent *l* qui cum Sole permansurum Christum interpretantur; ante lunam vel coram luna, vel ad facies lunæ, quæ lucet alieno mutatoque lumine, & faciem habet partìm obscuram, partìm lucidam, & declinat ac deficit, exponunt de regno Salomonis. De Christo utrumque passim exponitur; & non obstante lunæ defectu aut mutuatione luminis, tam est ratus ejus cursus quàm Solis, & *ordinatione DEI perseverat* m *dies* pendens à Sole & à luna, ideoque perpetuitas quædam utroque luminari significari potest. Psalterium Gallicanum & Arnobius, *in sæcula sæculorum*, etsi non exprimat Arnobius, *sæculorum*? Psalterium Romanum & Cassiodorus, *in sæculum sæculi*, vetus Psalterium & Augustinus absque præpositione, *generationes generationum*. Cajetanus, *generatio generationum*. Hebraicè דור דורים *dor dorim*, *generatio generationum*, quod Chaldæus vertit, *generationes generationum*, sed solet supplenda præpositione reddi, *in generatione & generationem*, aut, *generationes*; & absque præpositione obscurior est sensus. Græcè legitur in correctis bibliis, γενεᾶς γενεῶν, *generationes generationum*; in aliis cum duplici genitivo, γενεᾶς γενεῶν, *generationis generationum*. Priorum lectionem Græcam præfert Augustinus. Supplendum, ἕως, *usque*, quod aliàs *n* exprimitur. De formula ista dictum alibi. Apollinarius, πάντας, *omnes*. exposuit. Omisso Cajetano declarante *generationem generationum*, ut ipse transfert, de motu cœli, ut priùs dixi, Jacobi Jansonii alia expositio est recens etiam excogitata, ut quia non dicitur, *in omni generatione*, *& generationem*, sed *in generatione & generationem*, significetur, regem, de quo nunc est sermo, idest, Christum quatenus Deus est, in sola sua immutabilitate permansurum, donec decurrant in sæculo aliquot generationes, videlicet septuaginta sex; his verò decursis, nimirum generatione septuagesima septima, non permansurum solummodò ante lunam, ut priùs; sed futurum sub luna, humanæque se mutabilitati, per humanæ naturæ assumD tionem subjecturum; quum *descendet sicut pluvia in vellus*, &c. Confirmat Augustini *o* testimonio, docentis voluisse Dominum generatione septuagesima septima descendere, ut eo numero significaret se omnium peccatorum remissionem sæculo afferre, propter dicti numeri mysterium, de quo idem Doctor.

Simplicior, melior sensus de duratione indefinita, & quodammodo infinita; qua duret Rex cum regno suo, quod est Ecclesia præsens, aut simpliciter infinita, ratione triumphantis Ecclesiæ; præsertim juxta magis receptam opinionem, quod secundùm substantiam cœli permanebunt cum terra, quicquid sit de aliis corporibus. Recitat Palatinus *p* Rabbinos explicantes *generationem generationis*, de Messia habente duas naturas, divinitatis & humanitatis, & tres generationis, idest, substantias, nempe corporis, animæ, divinitatis. Valet hoc ad coarguendam perfidiam Judaicam, licèt sensus sit parum in se aptus.

Vers. 6.) Descendet sicut pluvia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

Sensus loci.

HOc adhuc litteraliter de Salomone quidam declarant R. Esaias Tranensis de verbis ejus, quæ optet David auribus populi gratè illabi placidèque quomodo imber de tonsæ præsertim ac demessæ jucundus est herbæ. Trevetus de justitia ejusdem; quam David prædicat ita suaviter, sineque strepitu à subditis admittendam, ut in vellus ros blandè decidit, pluviæque stillæ in terram, quarum vix casus percipitur, quia cum tanta clementia exercebitur, ut nulla sit rebellio, nullaque murmuratio. Vatablus & alii de eadem justitia ordineque politico, sine quo non pullularet genus humanum, neque conservari posset; quemadmodum inter medios calores æstatis, ubi tonsa fuerint prata, radices etiam ipsæ arescerent, nisi pluvia sequeretur. Placet aliis describi lætitiam, qua Rex placidissimo vultu recreans subditos excipietur; juxta illud, *in a hilaritate vultus Regis, vita & clementia ejus quasi imber serotinus*: qui imber *descendit super vellus*: idest, detonsam terram, quam *b* Amos vocat *tonsionem*. Posset præterea intelligi descriptio sapientiæ & doctrinæ, ut prima volebat opinio, quoniam dicitur doctrina *descendere sicut pluvia, fluere ut ros eloquium*, & *quasi imber super terram*, & *quasi stilla super* c *gramina*, qui est *benedictio* d *legis atoris*, *& imber matutinus atque serotinus*, quem *descendere fecit* ad nos Dominus Deus *e* noster. Hanc eamdem Lyranus exponendi rationem soli Christo accommodat, atque bonitati regiminis secundùm mansuetudinem, juxta illud etiam ex Psalmo 89. *f*, *quoniam supervenit mansuetudo*, & *corripiemur*; id Zachariam *g* quoque vaticinatum, quem citat Matthæus *h*, vocando Regem pauperem & mansuetum. Addit simul suavem ac imperceptibilem descensum in Virginem per incarnationem, ita ut latuerit etiam mundi principem: & sicut pluvia in velle recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris: Christus conceptus, & natus absque corruptione Virginis.

a *Trev. 16. 21.*

b *c. 7. 1.*

c *Deut. 32. 2*
d *Ps. 83. 7.*
e *Joel. 2. 23.*

f *vers. 10.*
g *c. 9. 9.*
h *c. 21. 5.*

Hic idem sensus multorum præterea est, ac ab Ecclesia ipsa receptus in una ex antiphonis ad laudes officii de Circumcisione, & ad vesperas primas de Purificatione, & in Officio parvo de Beata Virgine post Nativitatem Domini, & in Litaniis Marianis. Enarratores omnes in hoc sensu concordant, excepto Augustini, qui de Christo quidem etiam explanat, sed aliter, ut postea dicam. Tertullianus *i* ait, placidum hic describi descensum Christi, & insensibilem de cœlo in carnem. Salomon autem inquit, etsi descendit aliunde, non tamen sicut imber quia non de cœlo. Nam facescere ipso jubere nos hic debere censeo fabulosum illum & impurum imbrem aureum *k*. Non hinc abit *l* Lactantius, dicens, sicut pluvia si descendat in vellus, animadverti non potest, quia strepitum non facit, ita Christum in terra sine cujusquam suspicione venturum significari, ut justitiam doceat & pacem. Ita præterea hunc intellexit locum Ambrosius *m*, qui hujus quoque rei causas reddit, quas nequeo breviore, non dicam meliore, sed ne æquè apto ut ipsiusmet sermone, proponere, præsertim quum quæ dicuntur sparsim ab aliis, videatur simul complexus. Transcripsit verò eumdem prorsus verbatim is qui nominatur Ruffinus, commentarii Auctor in Psalmos, ut æquè dubium possit esse, an ille sit etiam verus Ambrosius. Quid enim (ait, tam silenter, & sine strepitu fit, quàm quum imber in lanæ vellus infunditur?) Nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit, sed sine inquietudine ovium totum imbres per multiplices effusum partes toto corpore in se trahit, unius meatus scissuram nesciens, solida mollitie plures præbens meatus, & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, ut toto eum hauriret corpore, nec ejus discissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur; de cujus fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est; siquidem de molli sinu ejus agnus egressus est; qui & ipse matris lanicium, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunctorum opetit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi fovetur sanguine, & ut sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur. Hucusque Ambrosius. Cyrillus *n* Jerosolymitanus *pluviam* dici docet, διὰ τὸ ἐπουράνιον, *propter superceleste*, idest, divinitatem, *vellus*, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, *propter humanitatem*: quia pluvia super vellus descendens, ἀφθόρως καταβαίνει, *sine strepitu descendit*: unde & Magi quærebant ubi natus: Herodes ubi nasceretur *o* Christus. Adde latuisse ipsummet diabolum. Exponit eodem pacto *p* Basilius Seleuciensis *q*, Bernardus Ephrem *r*. Vellus, inquit Bernardus, de carne tonsum, sed sine vulnere carnis, in area ponitur: & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, quum assumitur caro de carne Virginis, absque detrimento virginitatis; & distillantibus cœlis tota se ei infundit plenitudo divinitatis, adeò ut ex hac plenitudine omnes accipiamus, qui sine illa nonnisi terra arida sumus. Distillationem præterea super terram attendit in prædicatione, quodamque strepitu verborum, ac sonitu miraculorum. Placet idem *s* Ruperto *t*, Nicetæ Choniatæ *u*, Nicetæ, Heracleensi *x*, Damasceno *y*, Sophronio *z*, Proclo, Chrysologo *a*, cujus nefas duco elegantem reticere sententiam. Vellus quum sit de corpore, nescit corporis passiones; sic virginitas quum sit in carne, vitia carnis ignorat; cœlestis ergo imber virgineum in vellus placido se fudit illapsu, & tota divinitatis unda bibulo se nostræ carnis celavit in vellere, donec per patibulum crucis expressum terris omnibus in pluviam salutis effunderet: & sicut stillicidia stillantia super terram, ut vitalibus partita stillicidiis tempora fidei rigarent germina, non necarent. Epiphanius *b* explicat vim similitudinis, quòd Verbum in Virginem descendens, adduxit ei sine viri opera fœcunditatem, ut daret illa fructum suum, quem hoc ipso nomine appellavit Elisabeth *c*. Notat etiam sicut pluvia transfertur, ac transubstantiatur quodammodo in plantæ, quam rigat, naturam; ita Verbum non quidem in hominis transiviſſe substantialem; sed ex utero ejus in quam descendit, exque materia humanæ naturæ feciſſe carnem matri consubstantiem (quæ actio Physicè communis fuit toti Trinitati eamque sibi in unitatem suppositi copulaviſſe (quod non fecerunt aliæ personæ.) Eodem trahit verba Deuteronomii *d*; *descendas sicut pluvia eloquium meum*. Insinuat hoc etiam Hieronymus *e*, & Chrysostomus *f*. Verum idem Rupertus *g* declarat præterea eo modo quo Augustinus hoc loco, & aliis *h* nonnullis, & Chrysostomus *i*, Ambrosius *k*, Isidorus *l*, Origenes *m*, qui omnes, ut & ceteri, Gedeonicum *n* vellus unà conjungunt. Summa est, tamquam in area in toto orbe terrarum siccum *vellus* fuisse populum Hebræum: Christum descendisse *sicut pluviam*, quum eum docuit, ad quem & se missum dixit *o*, & discipulos primùm ire voluit *p*: postea guttas sive *stillicidia*, quum sicca remansisset gens Judæorum, descendisse super omnem terram gentium omnium: Judæos cum vellere comparari, vel quia expoliandi fuerant auctoritate doctrinæ, sicut ovis expoliatur vellere: vel quia in abdito eamdem pluviam detinebant, nolentes Gentibus prædicari. Addit Chrysostomus, quia Sacrificiis dediti erant: *guttas* etiam esse miracula edita à Christo (quod & Bernardum dixisse retuli) profert denique locum Esaiæ *q*: *Rorate cœli desuper & nubes pluant justum*, &c. Augustinus *r* notat, expressione velleris exisse pluviam à Judæis, quando hi per pressuram à se excluserunt Christum. Attingit eumdem sensum Eucherius *s*. Origenes autem refert quemdam ex prædecessoribus suis illum tradidisse ac scriptum reliquisse: placuitque Didymo & Eusebio. Dici verò posset, designari *terra* gentes, non modo propter universalitatem, fertilitatem, soliditatem, sed etiam propter fragorem, commotionem, perturbationem; quæ accidere debeat decidente velut imbre prædicationis Evangelicæ; denique propter magis planam, apertam, expositam mysteriorum intelligentiam, non jam per integumenta quasique vellera agni, ovis, hirci, hœdi, capræ, ut liceat *revelata facie gloriam Dei speculari, in eamdem imaginem transformatis* t *à claritate in claritatem, tamquam à spiritu Domini*.

Nicephorus Blemmida primum quidem versus membrum de incarnatione interpretatur, ac de assumta ovis erratis natura: quod asserunt etiam Basilius, sive Theo-

i 5 *cont. Marc. c. 9.* Placidi descensus Christi & insensibilis de cœlo in carnem descriptio.
k *Terent. in Eun. & ex eodem Aug. 1. Conf. c. 16.*
l *de vera Sap. c. 16.*
m *Ser. 9. ad Rom. qui est tertius de Nativit.*

Mariæ Virginis cum vellere comparatio

n *Cateches. 13*
o *Mat. 2. 4.*
p *Or. de vet. Incer. tom. 2 bib. Patrum*
q *Ser. 2. sup. Missus est*, & *ser. 3. super Salve Regina & ser. de nat. Mariæ.*
r *tom. 3. ser. de B. V.*
s *in l. Jud. cap. 20.*
t *2. Thess. c. 1*
u *in Ora. 39. Nazia.* Elegans Chrysolog. sententia.
x *Orat. 1. de dorm. Deip.*
y *Orat. de assumpt.*
z *Oratio de nat. ejusdem*
a *Serm. 143.*
b *Har. 74.*
c *Luc. 1. 41. & c. 2. 2.*
d *c. 32.*
e *Ep. 27.*
f *Hom. 44. in Matth. & homil. quod Christus sit Deus.*
g *Supra.*
h *in Psalm. 45. 12. cont. Faust. c. 32. ser. 2. de verbis Apost. c. 9. serm. 108. de temp. q. 49. in l. Jud. de unit. Eccl. cap. 5.*
i *tom. 1. hom. in hæc verba.* Discendit sicut.
k *l. de Spir. S. in prom.*
l *de voc. Gen. cap. 23. & de ve. Gen. cap. 23.*
m *Hom. in Judic.*
n *Jud. 6. 37.*
o *Mat. 15. 24*
p *cap. 10. 6.*
q *c. 45. 8.*
r *in Ps. 45.*
s *in form. in cap. 8.*
t *2. Cor. 3. 18*

Theodoretus, Euthymius, Hesychius: sed secundùm de secundo Christi adventu, quando non ampliùs clam & latenter, sed palam & apertè, cum spiritu veniet ad judicandum.

Illustrari potest quod de suavi Christi doctrina dictum est, Esaiæ *a* verbis, prout à Cyrillo *b* explicantur, quibus comparatur Verbum Dei cum *imbre & nive descendente de cœlo, quæ inebriant & infundunt terram, & germinare faciunt, ita ut det semen serenti, & panem comedenti.* Confirmat Cyrillus ex Psalmo 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam*, &c. Accendit ex Deuteronomio *c*: *Descendat sicut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum; quasi imber super herbam, & sicut stillæ super gramina.* Legit cum locum hoc loco Arnobius, *expectetur sicut pluvia verbum meum*, & quem ibi jussit Deus Pater expectari sicut pluviam, in Evangeliis præsentavisse sicut pluviam, non ex inferioribus semine humano erumpente progenitum, sed verbo Patris de cœlorum altitudine quasi pluviam venientem exortum. Hilarius præterea in explanatione Psalmi 67. illa verba *d*; *Pluviam voluntariam segregabit Deus hereditati tuæ*, de prædicatione intelligens, scribit, quòd Salomon hoc loco (Salomonem vocat propter titulum, quasi ab eo compositum innuat) hanc eloquii prædicationisque pluviam, terræ spei securitatem nuntiavit. Citat allatum Mosis locum, & quòd aliquibus nubibus, ne super vineam pluerunt, præceptum *e* est. Denique *rore* significari veritatem, doctrinem, eloquentiam, prodidit etiam Horapollo *f*.

Cajetanus paullò aliter legens, nempe, *descendet velut pluvia super tonsam, veluti imbrum gutta terræ*, totam accommodat sententiam ad secundum adventum Christi. Ait hunc adventum respondurum expectationi justorum quasi post tonsionis, & succisum germen præsentis vitæ, quod novum resurrectionis expectat: & ad idem tendere alteram similitudinem, quoniam ariditas terræ, ideſt, humani generis arefacti per mortem, hujusmodi pluviam desiderat.

Præferendus meritò communior de incarnatione per pluviam in vellere sensus, & de utilitate quæ veluti per expressionem guttarum ex vellere proventura toti terræ, ideſt, omnibus hominibus, erat. Quò facilè reduci possunt alii sensus de doctrina Evangelica, de miraculis, de perturbandis inimicis crucis, ac resistentibus Evangelio, de secundo adventu. Nam & hæc ad justitiam, pacemque conducunt, de quibus antea dictum erat, proximèque post dicitur. Sic autem vel duo versus membra pertinebunt ad idem, vel ad diversa, sed cum habitudine ad unum.

Placet hìc etiam juxta versionem nostram, alludi ad Gedeonis vellus. Gedeon verò designatus populi sui Dux & liberator novitate rei stupefactus, quòd ex infima familia esset, poposcit magna fide confirmationem per signum *g*. Scipsum cum vellere comparavit exciso (hoc significat ipsum nomen *Gedeon*) ac postremò, quia se inter tota sua Tribu familiaque postremum professus fuerat *h*, & se perinde cum suo populo conjunctum esse velle significabat, ut pluribus vellus lanæ partibus vilisque unica pecudis pelle ortis constat: per *rorem* intellexit benignitatem ac favorem Dei in expeditione ad quam destinabatur: *aream* locum certum constituit, in quo Angelum priùs viderat *i*; *omnis terra sicca* vocabulo gentes ceteras quibuscum pugnandum ei erat, & ne sibi repugnare possent, optabat. Compos factus, majore calescens fiducia, & gaudio gestiens; quum intellexisset opera sua præstandam salutem divinitus Israelitico populo cupiit scire quid hostibus futurum esset. Proposuit antithetum symbolum, ut esset *solum vellus siccum*, & *omnis terra rore madens*, ut perciperet rorem, jam aliter sumendo pro labore ac sudore, an promissa victoria cum adversarum gentium calamitate magna foret, absque ullo sui ipsius aut Israelitici populi labore negotioque. In his petendis signis peccasse censendus non est, ne veniali quidem timiditate, & diffidentia quadam, ut Abulensis *k* tamen sentit. Hæc qua ratione congruant incarnationi & universæ œconomiæ redemtionis humanæ, liquet satis ex dictis. Ambrosius *l* ostendi dicit quòd ad instaurandam Ecclesiam, Dei filius humani corporis Sacramenta susceperit, abdicato populo Judæorum, quibus beneficiorum ademta sunt miracula divinorum. Theodoretus *m* docet innuisse Aduo illa signa Israelitas quondam gratia potitos esse, sicut vellus rore; ac postea universam hominum naturam adeptam esse spiritualia dona, quibus tamquam rore vellus Israel privatus sit. Addi demum potest indicari signo secundo populos electos instar velleris lanæque albæ ac mundæ, evasuros imbrem indignationis divinæ. Vel per utrumque innuitur aqua baptismalis, de qua colligit Isidorus *n* plura prophetarum testimonia. Hieronymus *o* describens Paulæ sacras peregrinationes, quum perduxit eam ad turrim Ader, ideſt, gregis, ubi pastores erant, quibus Angeli evangelizaverunt natum Christum *p*, ait, dum servabant oves, invenisse agnum Dei puro & mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ cœlesti rore complutum erat. Diceres renovatum velleris miraculum in Epistola Bernardi, quum scriberetur sub dio, & subitus decideret circumcircà imber, nec tamen charta compluretur.

Descendet sicut pluvia in vellus.) Ita quoque Hieronymus. Tertullianus *q* in præsenti vel præterito tempore, *descendit tamquam imber super vellus*. Vertunt alii ex Hebræo, *super defectam herbam*, vel *resecatam*, vel *tonsam*, seu *detonsam*; vel *super tonsum*, ideſt, gramen incisum, sive demessum, quod scilicet sitit aquam, & si pluvia non descendat, exarescit usque ad ipsas radices: Chaldaicè, *super herbam corrosam à locustis*: quod fit siccione tempestate. Significat גז *ghez*, & *germen excisum* exsistentibus adhuc radicibus quæ pluviæ beneficio germinare possint, & *lanam tonsam velluſque à verbo* גזז *ghazaz*, *succidere*, *excidere*, *tondere*. Frequentior acceptio pro *vellere*; nec non alterius nominis גזיז *ghizzah*, secundùm aliam de *herba tonsa*, docui in principio quis efficiatur sensus. Potest is quoque illustrari verbis Amos *r*, quibus vastitatem populi confert cum locustis arrodentibus arbores ac segetes, eo tempore, quo casurus expectabatur serotinus imber, (nempe Aprili ferè extremo in Palæstina) & omnium rerum abundantiam pollicebantur. *Hæc ostendit mihi Dominus Deus*, inquit, *& ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem Regis.* Ubi Hebraicè vox גזזי *ghizze*, *germina excisa* significat. Similitudinem ex locustis spicas tondentibus attulit Chaldæus hoc loco, ut dixi, & Hebræum nomen גזם *ghezem verzem vermem* significat, qui morsu vellit herbas, frondes, flores, & reddi solet *eruca* u. Inde suspicari licet Hispanus, suum *guſano*, *pro verme* mutuatos. Nam litteram [ז] *zain*, per litteram (*s*) non rarò effertur. Descendit Christus opportunè super tonsum ac resectum, à divina gratia genus humanum: & animas *sicut terram sine* x *aqua* etiam clamantes invitavit ad bibendum *y*, ut iterum germinarent, reflorescent, *fructum* multum *ferrent* z ad vitam æternam. Fortassis poeticè *vellus* de herba dicitur, & indicatur detonsio de herba, sicut ànè *tonderi prata* usurpat Virgilius *a*:

nocte arida prata
Tondentur.

Et dicuntur *tondere* ac *attondere* pecudes *virgulta*, b *dumeta*, *campum*, *pabula* c. Forsterus, damnatæ religionis homo, in Hebræo Lexico fatetur, ad vellus Gedeonis Davidem respexisse. Quærunt Rabbini, & observavit Agathius Guidacerius, de Messia interpretantes hunc locum, quo pacto ille nunc *descendere* dicatur, & ibi *d*: *inclinavit cœlos, & descendit*, aliàs autem *venire* e: *ecce Rex tuus veniet*: veniet ad templum suum dominator: tandem confutato eorum responso, tuum dat, ut *venire* dicatur, eo modo, quo quemlibet hominem quum nascitur, *venientem* dicimus *in hunc mundum* f: *descendere* tamquam de cœlesti tuo palatio, nec enim quum in istius Psalmi verbis *descendere* scribitur *sicut pluvia*, palatium aliud altum, ut somniant Rabbini, insinuari, sed illud cœleste.

Adventum ac descensum Christi primum lenem, ac mitem, occultum sineque strepitu *pluvia in vellus* indicat *descensus*: ut colligit Chrysostomus *g*, simul & ex Esaia *h*, quem citat Matthæus *i*, & extat idem in synodo 6. Constantinopolitana *k*. Et, si Judæos interpretemur, *vellus* esse, illos deditos sacrificiis, atque ceremoniis superfluis, nec satis ad ferendum fructum propter propriam

a *c.35.10.11.* b *ibidem.* c *c.32.2.* d *in psf.13.* e *Isa.5.6.* Rores significationes. f *lib.2.c.37.* g *Judic.6. & seq.* h *vers.15.* i *v.1.12.* k *q.47.& 49* De signis à Gedeone requisitis Abulensis sententia. l *de viduit.* m *in l. Jud. dic.q.14.* n *de vocat. Gen.c.14* o *Epist.27.* Pauri sacræ peregrinationes. p *Luc.2.10.* Charta S. Bernardi non compluta circumcirca decidente imbre. q *5. contra Marcionem cap.9.* r *Deut.18.4 c 31.20.* s *Jud.6.37. 38* t *c.7.1.* u *Joel.1.4. Amos 4.9.* x *Ps.142.6.* y *Joan.7.37.* z *c 15.16.* a *1.Georg.* b *ib. & Esc. 10.& Æn. 3.* c *Lucr. l.3.* Rabbinorum quæstio. d *P.17.20.* e *Zach 9.9. Malach 4.6.* f *Jo.1.9.* 3 *Homil.54. in Matt. & Hom 9 quod Christ. sit Deus.* h *c 42.l.2 5 1 c.12.18.* k *Act.8.*

priam ipsorummet culpam, idoneos: si Mariam, intelligitur, salva virginitate, Dei Filius in eam illapsus, & carne assumta ex eadem integra illibataque prodiisse, ac magis, mundam, ut solet visus aqua, reddidisse. Hic ego, ut aureum suprà imbrem fabulosum, impurum Jovis & Danaes, præteribo, famosum aurea pelle arietem Colchicum, & insigne nunc ægrè aureum vellus, nobilis notam sodalitii, in Burgundia orti, auctore Philippo Bono duce, anno 1429. & ad Austriacos hæreditaria successione translati *a*; cui non dubitem Marianum, ut ita dicam, vellus sodalium anteponere, velut notam & indicium pietatis. Vellus Maria candidissimum, & aureum, ideſt, splendidissimum, quæ pote *amicta sole b*: innocentissimæ mansuetissimæque animæ, tamquam agni gestans ceu exuvium corpus: sicut adhærens arctè carni, sicut carnis vulnere vellus detondentur, ita nullum illa sensit carnis vulnus contagiumve, tametsi degeret in carne: solida velleris mollities aquam integrè admittit, nihil amittit, nusquam discinditur: Mariæ Christo concepto natoque in violata perstitit integritas mentis carnisque,

a Fran. Sansoni de quæst. dignitat. Italiæ Cusp. 2. gen. Austriæ, & alii quos citat Serarius noster in lud. c. 6. q. 20.

b Apoc. 22. 1

B

Proprietates velleris in eadem Hugo *c* demonstrat, quæ versibus istis comprehenduntur,

c Ser. 148.

Succida vestis ovis non sentit, non sonat icta,
Hirta, pilo molli, bibulo, tingique parato.
Pectunt, nent, texunt, quod frigora pellat & ornet.

Velleris proprietates.

Erat Maria succo plena pietatis; vestis protegens innocentes simpliceisque: non sensit carnales motus; non sonuit, vel conquesta est etiam transverberata gladio doloris de nece filii, hirta, quia non comta: pilo molli, ob cogitationes pias: bibulo, propter sitim, & conservationem verbi Dei: tingi parata, virginali pudore: pectunt illam, qui laudibus dilatant: nent, qui subtiliter prædicant: texunt, qui prolixiores de eadem orationes habent: pellit frigora infidelitatis: ornat charitate & aliarum virtutum exemplis. Philippus de Grave *d* versum totum interpretans de primo placeido Christi Adventu, dicit venisse Christum, ut se induceret; quia autem omne vestis genus fit ex lana & lino, *descendisse sicut pluviam in vellus*, ut de vellere sibi exteriorem vestem assumeret, *& sicut stillicidia stillantia super terram*, ut terra irrigata, linum, unde vestis ipsi fieret interior, germinaret: ideò alibi de Sapientia; quod *quæsivit e lanam & linum*, ostendit. Præterea quomodo *lanæ* proprietates, humilitati, *lini*, virginitati conveniunt, nam ut lana, sic humilitas facilè constringitur, nec perdit quid de sua quantitate: ut detonsa lana renascitur, sic suppedit semper unde quis humilietur: ut lana bibula est, sic humilitas capax divinæ gratiæ: ut lana imbuta, si leviter comprimatur, reddit aquam, sic humilis nullo negotio seipsum communicat requisitus. Meminisse non pellicearum tunicarum oportet, quas Deus jam morte damnatis primis parentibus fecit, eosque illas induit *f*, aurea maximè salutaris hujus rei memoria, utque mortalitatem eandem Dei filius induere dignatus sit, ac similis iis fieri, qui similitudinem ipsius affectaverant: aureum immortalitatis vellus restituit DEUS reformatis, & configuratis similitudini ejus per gratiam baptismalis aquæ, quæ illa longè præstat, in qua nutriti aureum produnt vellus, ut & lanam in memorati speciem metalli gigni in littoribus *g*.

d Ser. 148.

e Pr. 31. 13. Lanæ proprietates humiditati convenientes: lini, virginitati.

f Gen. 3. 21.

g Ambros. Sexæm. 11.

Et sicut stillicidia stillantia super terram.) Nihil addendum ad sensum: & ut aliis possint hæc exponi modis, quos priùs attigimus, ille probabilis, ut sint prioribus synonyma, idemque valeant *stillantia super terram stillicidia*, quod *in vellus pluvia descendens*, nimirum significationem lenis & obscuri adventus primi: nec enim propriè stillant cum impetu strepituque *stillicidia*, seu *stillæ distillantes in terram*, ut legit Tertullianus *h*, vel, ut Hieronymus, *irrorantes*, & Apollinarius de nivibus tacitè descendentibus explicavit.

h 5. contra Marc. 10. c. 9.

ὡς γὰρ αν νιφάδυσιν ἐπ' εἰρανὸς ἡσύχα βάλλει.
sicut terram nivibus quando cœlum tacitè ferit.

De primo Christi adventu blando & humili Nicetas Nazianzeni *i* Scholiastes hunc locum interpretatur, in quo propter humilitatem sicut agnus, Margarita, & similibus nominibus alibi appellatur, ita & σαγήνην,

i in orat. 49. num. 28.

A Nihil tamen obstat de secundo etiam Christi Adventu terribili, aut de strepitu prædicationis cum persecutione interpretari, prout antea ex nonnullorum opinione σαγὲν σάζεσθαι *stilla stillans* potest id importare, quatenus stillat super terram, ut fragorem edat, quemadmodùm & imber, quem quidam etiam hoc loco exprimunt: sed & Hebræa vox זרזיף *zarziph* hanc vim habet, ut Agellius quoque vidit, sive unica sit, sive composita ex זר *zar*, & זיף *ziph*, nam si sit unica, potest significare idem quod צז *ghez* in priore membro, ideſt, herbam excisam, & extonsam, si composita, id quod est alienum & mutuatum, ac propterea pluviam non naturalem terræ, sed quasi ei mutuatam; vel stillationem: vel id quod rapitur, ac removetur; & id quod cum falsitate fit & errore, præsertim In ponderibus ac mensuris. Prædicatio Evangelica evertit omnes errores, & fraudes, lege in Psalm. 64. *k*, *in stillicidiis ejus lætabitur germinans*. Videtur hoc membrum innuere miraculum illud Gedeonis secundum, quando sicco vellere maduit tetra.

k vers. 5.

Vers. 7.) Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.

Senſus loci.

ADventus Christi atque prædicationis Evangelicæ fructum hunc futurum docet, ut quum priùs prævaleret in mundo iniquitas, ac impietas, & quod inde necessariò sequitur, dissidium hominum cum Deo, & inter se, ac in propria cujusque conscientia gravis admodum perturbatio, beneficio gratiæ per Christum allatæ, & reconciliationis cum Patre, seu pacificationis eorum, & quæ in cœlis, & quæ in terris *l*, & salutiferæ doctrinæ, tamquam imbris fœcundantis terram, vigeret ubique justitia, pax ubique multa, atque tranquillitas, non obiter, aut brevi tempore, sed usque dum à suo luna cesset officio, ideſt, usque ad consummationem sæculi, ac etiam ultra. Fuit quidem sub Salomone aliquamdiu pax, & justitia, cujus penè quoque puer insigne exemplum edidit *m*, & *imperasse* scribitur *in diebus pacis* n, sed constat ab ipsomet graviter, ac satis diu violatam Dei legem, adeo vexatum populum, ut scindendi regni causſam dederit, constructa pluribus in locis excelsa, culta idola, mulieres alienigenas adamatas, contraque legem in uxores ductas, rejectum timorem ac pietatem Dei, sive illum tandem pœnituerit, sive non pœnituerit, de quo disserui præfatione ad Ecclesiastem *o*, susciatum adversarium Adad, & Razon, & Jeroboam contra ipsum *p*. Christum vocandum *Principem pacis*, vaticinatus est Esaias *q*, & Jeremias *r*, *Dominum justum nostrum*. Rursus Esaias votum suum exposuit, ut *rorarent cœli desuper, & nubes pluerent justum* (quæ sententia indicata est priore versu) *& aperiretur terra, & germinaret Salvatorem*. Eodem illud ejusdem *s* spectat, *sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam*. Docet lex Evangelica omnem justitiam, & vires id eam habendam exercendamque suppeditat, & justitiæ Dei per nobis ab ejusdem auctore Christo satisfactum est, qui dicitur quoque justitia, & pax nostra. Externa etiam orbe toto pax quum natus est, erat, ac species quædam justitiæ, dum silebant ubique bella. Sed veræ internæque justitiæ, ac pacis munera, & perduratio cum ipso mundo & Ecclesia hìc maximè intelligitur, quàm per se Angeli cantantes Evangelizaverunt in CHRISTI nativitate *u*, & adeo sæpe Christus idem tùm dedit suis, tùm commendavit, ut aliis darent.

l 1 Col. 1. 20.

m 3. Reg. 3. 25.

n Eccl. 47. 15

o cap. 1.

p 3. Reg. 11. 23.

q c. 9. 6.

r c. 23. 6. & c. 45. 8.

s c. 61. 11.

u Luc. 2. 10.

Euthymii objectio.

Euthymius occurrit objectioni, quod justitia & pax non permaneant modo in omnibus usque ad tempus consummationis, sed multæ adhuc hodie civitates inter se inimicè agant; non hìc esse sermonem de universali pace, sed de ea quæ inter veros fideles futura esset, Christique servos: vel de pace ac justitia in Deum, eamdem videtur *x* Origenes prior dixisse; ut justè, hoc est, condignè, unius divinitatis Sancta Trinitas adoretur, & pax fiat cœlestium & terrestrium, quæ usque ad sæculi consummationem permaneat, &, quod addit Nicephorus, sit κατ' ἀξίαν ἑκάστου διανομὴν, *distributio* nimi-

x Hom. 2. in I. Judic.

nimirum in præmiis, & suppliciis, *juxta dignitatem cujusque*; sed exponamus modo sententiæ partes, unde constet etiam, quàm sit receptus iste de Christo sensus, quem urget Hesychius *a*, quia nullus discipulorum Salvatoris, vel aliorum Christianorum, in tabulis & chartis scripsit, sed filii circumcisionis, sive Judæi.

a *Hom. 1. de Deip.*

Orietur.) Hieronymus, *germinabit*. Alii, *florebit*: aut imperativo, *floreat*. Hoc valet פרח *iisphrach*: & eam significationem exigit quoque comparatio præcedens ex stillicidiis stillantibus super terram, ut scilicet non de luce, sed intelligamus de germine. Eadem catachresi usi sunt LXX. apud Esaiam *b* eo loco quem antea citavimus, ubi est, quo *Dominus germinabit justitiam*, Græcè sicut & hìc, ἀνατελεῖ, sed Hebraicè, יצמיח *jatsmiac*, sed & ceteri auctores Græci satis frequenter ita usurpant ἀνατέλλειν, pro eo quod est *enasci*, & *oriri facere*, *producere*, *emittere*, & neuttaliter pro *existere*, *oriri*, *emicare*, &c. Hoc loco posset etiam significari quod justitia, sive justi futuri essent in pretio, vel ipsemet Christus κατ' ἐξοχὴν justus ac justitia ipsa, utpote *rorantibus cœlis desuper, & nubibus pluentibus illum, atque germinante terra Salvatorem, & orta justitia simul* *c*. Ipsemet promisit se *quasi rorem* Israeli futurum, *ut germinet sicut lilium, & erumpat radix ejus ut Libani*; *eant rami ejus, & sit quasi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani* d. Exponit Paraphrastes multiplicandos esse justos Hieronymus in Jeremiam *e* observat in *oriendi* verbo hìc indicari nomen quod Propheta *f* ille attribuit Christo, vocans *germen justum*, sive, inquit, *orientem justum*, צמח *tsemach*, ἀνατολὴν, ubi Chaldaicè nomen משיחא *meschichats*, Messiæ ponitur, in Zacharia *g* item, quum nominatur *oriens*, ἀνατολὴ, צמח *tsemach*, & reddi Latinè posset *germen*, sicut apud Jeremiam habetur idem nomen Messiæ in editione Chaldæa. Innuunt illa nomina ortum Christi, ex radice pene emortua, eumq; non humana opera, sed sponte ipsius, ac divina virtute.

b *cap. 61. 11.*

c *Esa. 45. 8*

d *Ose. 14. 6.*

e *in c. 23. Hieronymi observatio in oriendi verbo*

f *c. 23. 5.*

g *c. 3. 8. c. 6. 12.*

In diebus ejus.) Pronomen transfert Augustinus in sequentem vocem, *justitia ejus*: quamvis autem Græcum συτῆ conjungi posset cum illa, tamen affigitur Hebraicè cum nomine dierum טומיר *beiamau. Dies* Hieronymus Christi explicat, non solum quum natus est orbe pacatu sub Augusto, sed totum spatium quo complevit opus redemtionis nostræ, in conceptione, nativitate, nutritione, quum opera patris operatus est, cum passus, quum ad inferna descendit, quum resurrexit, quum ie discipulis præbuit, quum ascendit. De diebus Christi mysticè consideratis Origenem *h* consule.

h *Hom. 1. in lib. Ind.*

Justitia.) Hieronymus, *justus*. Sed legerunt LXX. צדק *tsedek*, non צדיק *tsuddik*. In Psalmo *i* 84. habetur, quod *veritas de terra orta est, & justitia de cœlo prospexit*, ubi pro *orta est*, legitur Græcè, ἀνέτειλεν, Hebraicè חצמח *thithsmach*, eadem *justitia* ibi *de cœlo prospexisse* dicitur, hìc *oritura quasi de terra*, juxta vim verbi Hebræi יפרח *iphrach*, ut prius diximus. Idem Dei filius, quo fieret nobis justitia, descendit de cœlo, ut oriretur in terra, hoc est, ex utero matris. Hoc est *germen justum* de quo Jeremias *k*, & *germen justitiæ, quod germinare fecit Deus Davidi* l; ut idem propheta describit, quia exercuit judicium justum: quia semper justus jam inde à prima conceptione.

i *vers. 12.*

k *c. 23. 5.*

l *c. 33. 15.*

Et abundantia pacis.) Hieronymus *m*, & Julianus Pomerius *n*, *multitudo*, id significat πλῆθος, & רוב *rou*, fallitur dupliciter Agellius, quod & hìc, & apud Esaiam *o*, ubi vocatur Christus *princeps pacis*; putet Hebraicè esse רב *rau*. Est hoc loco רב *rou*, ut dixi, & ibi שר *sar*. *Abundantia pacis*, rerum ubertatem quoque denotat externam. De externa sub Augusto pace, sub quo Christus natus est, explicat præsentem locum etiam Julianus Pomerius *p*, ducens transacta jam esse hujusmodi tempora prædicta de nativitate Christi ab Esaia *q*, item & Michæa *r*, mundum vero ex ejusdem Christi *s* prædictione bellorum potius fine claudendum.

m *Hieron. & in Psal. 2. 9. & c. 52.*

n *Lib. 1. contra Jud.*

o *c. 9. 6.*

p *Lib. 1. contra Jud.*

q *c. 2. 4.*

r *cap. 4. 2. & 3. & 4.*

s *Mat. 24. 5.*

t *Esa. 57. 19.*

u *Sermo. 77. in Joann.*

x *vers. 11.*

y *c. 32. 17.*

Pacis & Concordiæ templa sub Romanis.

De aliis modis pacis dictum antea satis. Abundantia pacis inde cognoscitur, quod toties in Evangelio inculcatur, & quod *fructus t labiorum creatus* à Deo dicitur, ideſt promissionum Dei, lege Augustinum *u*. Copulantur justitia & pax, etiam in Psalmo 84. *x* & *in vicem osculari* dicuntur: & ab Esaia *y*, *opus justitiæ pax*. Coli à nobis pax Concordiaque religiosius debent, quàm quo modo dicatis templis, eas Romani quondam coluerunt, illud vel à Tiberio, vel à Livia Germanici matre; hoc à Vespasiano, & Tito, utrumque non longe à temporibus Christi.

Donec auferatur luna.) Hieronymus, *donec non sit luna*, quod propriè significat עד בריוח *hhad beli iarach*. Chaldaicè, *donec destruatur servi luna*. Simplex sensus est ut indicetur vel ubicumque luna cernitur, (quod innuit R. Esaias Tranensis, ac Trevetus, pacem hujusmodi futuram: vel quamdiu luna lumine suo illuminabit, quod faciet eo modo, quo nunc facit, usque ad finem hujus mundi: vel quamdiu ipsum lunæ corpus existet, & non auferetur, ideſt, semper. Istis omnibus modis, de Christo solo intelligi propriè hunc locum posse, prius docui, etiamsi Salomon *habuerit pacem ex omni parte in circuitu* z ad tempus; quod si de durationis æternitate intelligamus, pax Jerusalem cœlestis accipienda erit, & particula (*donec*) ratione luminis lunæ, ut nunc est, quia cessabit post judicium, non excludit id quod est deinceps futurum, quemadmodum aliis in locis non rarò, deque hoc nostro notat etiam Chrysostomus *a*; vel includit æternitatem, si de lunæ corpore interpretemur, ut scilicet pacis multitudo duret, donec non sit, seu auferatur luna, quia numquam non erit, nullo umquam tempore auferetur. Apollinarius declarat de illuminatione lunæ:

De Christo solo propr. loci hujus intelligentia.

z *3. Reg. 4. 14*

a *Hom. 5. in Matth.*

μήνης δ' ἕνος εἰσόκε λάμπῃ.
luna robur donec luceat.

In duobus Psalteriis Latinis, apudque Cassiodorum, Ambrosium *b*, Isidorum *c*, *donec extollatur luna*. Augustinus, *tollatur*. Meminit autem Augustinus, qui legit etiam alibi *d*, *interficiatur*, harum omnium versionum, easque idem Græcum ἀναιρεθῇ ferre posse: parum differre *tollatur*, & *auferatur*, quia *tolli* significare potius solet, ita auferri ut non sit, quam ita ut altius elevetur, *extolli*, aut de superbia intelligi, aut de delato honore majore. Tunc *donec Luna tollatur*, & *auferatur*, declarat, ut non sit amplius mortalitas *e*, & *inimica destruatur mors*, & nihil beatæ paci resistat; *donec extollatur*, exponit de Ecclesia, ut præ justitiæ excellentia contradictio rebellatioque carnis vineatur, ut præ abundantia pacis; Ecclesia; quam luna designat, elevetur per gloriam resurrectionis. Chrysostomus *f* videtur eumdem sensum probare, explicans, donec finiatur omnis prædicatio Ecclesiæ, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, sed postea tantum bonis plena erit. Quidam nomen habens Hieronymi, auctore Epistolæ de celebratione Paschæ *g* legens etiam donec interficiatur Luna, vult innui, donec tollatur & absumatur omnis mutabilitas mortalitatis; videtur exscripsisse Augustinum *h*. Cum verbo Græco ἀναιρεθῇ, nulla ratione cohærere posset verbum *extollendi*, vel *tollendi*, nisi, ut hoc valeat idem quod *auferre* significat Hesychio, ἀφανισθῆναι, *evanescere*; Suidæ, κτανθῆναι *interfici*, vel ἀνασφενδυλισθῆναι, quod idem est, propriè autem significat *vicissim sumere*, sive *recipere* sicut ἀνταναμβάνειν. Didymus quem citat Agellius, Ecclesiam hìc adhuc ait quasi nothum lumen habere, & *ex parte* tantum *cognoscere* i, tandem evasuram veluti in Solem, *quum venerit, quod perfectum est* k; nunc *progredi, ut auroram*, deinde ut lunam, fore demum admirationi tamquam alterum Solem *l*. Procopius *m*, quem transcriptum puto in collactaneis additis ad Cyrilli *n* Alexandrini opera, *lumen auferri* exponit Principem tenebrarum; quique, ut luna videatur præesse nocti ac tenebris, & tamquam adulterinam quandam lucem mundi sapientiam cordibus indat deceptorum: luna decimaquarta passum Christum, quia tunc gloria luxque illius cœpit dissolvi, aliquando tandem penitus desitura & consummanda. Scholiastes Nazianzeni Nicetas *o* hoc ipsum docens, observat in compositione verbi ἀναναιρεθῇ, quod significare *vicissim tolli*, & *auferri*, quod quia quasi diabolus hominem antea sustulerit, vicissim ipse tollatur de medio, hoc autem opere Christi futurum fuisse indicatum immolatione agni decimaquarta Luna, quando incipit lumen ipsius imminui.

b *4. Hom. c. 8*

c *de Nativ. & c. c. 58.*

d *Epist. 119. cap. 6.*

e *1. Cor. 15. 21*

fin Hom. in hunc locum.

g *tom 9.*

h *Epist. 119. cap. 6.*

A' ναλαμβάνειν:

A' ναλαμβάνειν.

i *1. Cor. 13. 9.*

k *ibidem.*

l *Cant. 6. 9.*

m *in Exod. pag. 247.*

n *cap. 21.*

De principe tenebrarum loci expositio.

o *in Orat. 42 sive 1. de Pascha.*

Quidquid sit de his mysticis sensibus, litteralis est quo tra-

tradit etiam Hieronymus, explicans Esaiam *a*, scribentem, quod multiplicabitur imperium Christi, & pacis ejus non erit finis, ut significet, *donec auferatur luna*, idem, quod usque ad consummationem sæculi, seu vitæ, ut Eusebius *b* loquitur, videlicet tùm Christi, quoad inter homines vixit, tùm ceterorum hominum quamdiu vivent aliqui, & perdurabit hic mundus. Hieronymi verba usurpare Isidorus *c* videtur. Relege quæ de lunæ defectu & incremento accommodatè ad mores ex Ambrosio *d* priùs attigi. Quæstionem hìc non exciro de luna, & aliis cœlestibus corporibus, ad de sublunari quoque mundo toto, an sint penitus destruenda, tùm vero postea instaurandi cœli, elementa, & aliqua corpora alia. Dixi nonnihil in Commentario Petri Epistolarum.

a in c. 9.
b 7. de demonst. in 7.
c de nativit. & c. c. 18.
d Ser. 4 edit. 10. Rom & 4. hex. cap. 8.

Vers. 8.) Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Sensus loci.

NON erit solum hoc regnum æquissimum ac pacatissimum, sed latissimè etiam extensum; scilicet à mari occidentali usque ad orientale, & à magno flumine Euphrate ad extremos usque fines terræ, vel à mari Australi, quod etiam vocant Idumææ, usque ad Aquilonare sive Oceanum; & à flumine orientali quod egreditor de Eden, estque ad Solis ortum, usque ad fines Orbis terræ, qui censentur esse ad Occidentem: vel à quovis mari undecumque sumseris initium, usque ad aliud oppositum; quam longè ac latè patet, & à quolibet flumine, usque ad terminos Orbis terrarum. Flumen etiam multi Jordanem accipiunt. Unde Christus baptizatus, prædicandi principium fecit. Rabbani, quas hac in re Trevetus sequitur, & Vatablus. Flaminius, & ferè alii qui carmine paraphrases edunt, de Salomonis regno interpretantur, etsi plures concedant Christi regni typum fuisse. Propterea maria duo ajunt esse. Rubrum & Palæstinum, vel Mediterraneum, quod erat ab Occidente, & à mare salinarum, quod terræ promissionis ab Oriente: flumen Euphratem, & fines terræ, spatium terræ habitabilis promissæ Hebræis usque ad desertum. Narratur quoque Salomon habuisse in ditione sua *omnia regna à flumine terræ Philistiim usque ad terminum Ægypti*, & *omnem regionem quæ erat trans flumen à Taphsa usque ad Gazam*, & *cunctos Reges illarum regionum* e. Dicunt etiam tempore Salomonis completum quod promissum fuerat Abrahamo *f*: *semini tuo dabo terram hanc, à flumine Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratem*, &c. item quod promissum postea est Israel *g*; *Ponam terminos tuos à mari rubro, usque ad mare Palæstinorum, & à deserto usque ad fluvium* h; *à deserto & à Libano, & à flumine magno Euphrate, usque ad mare occidentale erunt termini vestri*, quia *omnes Reges Arabiæ, Ducesque terræ, & universa terra desiderans vultum ejus* i, videbantur cupere transire in illius dominatum sponte offerendo munera, & *erat in ditione sua habens omnia regna à flumine terræ Philistiim usque ad terminum Ægypti offerentium sibi munera, & servientium ei cunctis diebus vitæ ejus*: *k* & posuit Deus manum (sinistram) ejus in mari, & in fluminibus dexteram ejus, quum tot classes misit: & ibi, ac in Tyro, Ægypto, Sabæa dominatus dici potest, non quidem potestatem ac imperium exercendo, sed veluti manu sumendo, & contrectando delicias & opes illarum provinciarum & locorum, Quo pacto quod Samson *sumsisse favum* dicitur *in manibus* l, & *mel de corpore leonis*, Hebraicè diceres dominatum esse, vel abstuliisse instar dominantis. Verum tamen Patres citati sæpius non dubitant negare præsentem locum alteri ad litteram quam Christo convenire. Hoc soli datum est Christo, inquit Tertullianus, *m* ceterum Salomoni uni & modicæ Judææ imperavit. Soli Judaicæ genti ne totos quidem decem & septem annos præfuit, ait Eusebius *n*. Idem docent Hieronymus *o*, Augustinus *p*, & alii. De hac regni Christi magnitudine, & amplitudine diximus multoties. Eam his ipsis verbis Zacharias, in eo præclaro testimonio, quod Evangelistæ *q* de Christo sunt interpretati, expressit *r*, *& loquetur pacem gentibus: & potestas ejus à mari usque ad mare, & à fluminibus usque ad fines terræ*. Idipsum

Salomonis regni fines.

e 3. Reg 4. 2. 24
f Gen 15. 18. 10. 20. 21.
g Exod. 23. 31
h Deute 11. 24. Josue 1. 24.
i 3. Reg. 10. 25. 24.
k c. 4. 21.
l Jud. 14. 9.
Alteri ad litteram præsens locus non conveniens quàm Christo.
m 5. contra Marcionem cap. 9.
Salomonis imperium.
n 7. de demo in 7.
o in Dan. c. 11.
p 17. de civ. cap. 8.
q Mat. 21. c.
r Zach 9. 10.

A Galatinus *s* demonstrat ex Rabbinorum commentariis. Hinc verò solet Augustinus Donatistas confutare, qui Ecclesiam ad unum orbis angulum contrahebant *t*. Docet præterea *u* de sua ætate multas gentes in Africa nondum Evangelium audivisse, adhuc habuisse Ecclesiam quo cresceret, donec fieret quod hìc prædicitur.

A mari usque ad mare.) Dixi quot modis hæc exponi valeant Chaldaicè, *ab angulo maris magni, usque ad angulum maris Oceani*, quod retento nomine vocatur אוקינוס *okeanos*. Dicendi similis formula est in Amos *x*, Michæa *y*, Zacharia *z*, quem antea citavi: potestque, ut etiam prius dicebam, non certa maria, sed quæcumque indefinitè inter se opposita significare: ita ut, quod ait Cajetanus, significentur hoc loco universa maria, terræque universæ, quidquid sit de locis aliis. De Gregorio VII. proditum *a* est, quum adhuc puer luderet ad pedes patris fabri ligna dolantis, ex rejectaneis segmentis inter se dispositis, & coagmentaris, quamvis litteras omnino nesciret, expressisse istam sententiam: *Dominabitur à mari usque ad mare* quasi nomine manum B ejus ductante, præsagitio quædam hæc foret amplissimæ auctoritatis quam aliquando nacturus esset.

Et à flumine usque ad terminos orbis terrarum.) Tertullianus *b*, *usque ad terminos terræ*; quo etiam pacto Psalterium Gallicanum, & Cassiodorus: Augustinus, & Romanum Psalterium, orbi terræ. In emendantis codicibus Græcis est etiam in singulari, ἀπὸ τῦ ποταμῦ, sicut Aquila transtulit, quod in Complutensibus, Regiis, aliisque bibliis pluraliter, & secundùm editionem Latinam, & Græcam, etiam apud Zachariam *c*, quamvis ibidem, sicut hìc nomen Hebræum נהר *nahar*, sit numeri singularis, sed Hieronymus hoc loco in commentario legit, *à fluminibus*. Galatinus *d*, regnum Christi, seu Ecclesiam explicat esse à mari mediterraneo, usque ad mare Oceanum saltem Anglicum à flumine Danubio, quod inter alia maximum est, & ultra Græciam in mare Ponticum descendit, usque ad terminos orbis terrarum, idest, usque ad Hispaniam, quæ est caput terræ, ac vulgo certus in ea locus appellatur, *fines terræ*, ut psalmo *e* etiam 18. notatum est, nomen *fluminis*, seu *fluvii*, absolutè positum denotat aliquando Jordanem *f*, præsertim quum de terra promissionis est sermo; sæpius Euphratem *g*, quem hoc loco, & in Zacharia Paraphrastes expressit. Observat autem Ribera *h* noster Græcè dici ποταμὸς numero multitudinis, & hìc, & apud Zachariam *i*, ut cum Euphrate comprehendatur etiam Torrens deserti, diciqui non à flumine, seu à fluminibus, usque ad flumen vel flumina, sed *usque ad terminos terræ Orbisve terrarum*, & nomen *fluminis* singulare Hebræum, pluraliter & collectivè sumendum, ut amplitudo regni CHRISTI intelligatur, prolatumque imperium.

a Baron. to. 11. an. ann. 1073.
b 5. contra Mar. c. 9.
c c. 9. 10.
d l. 4. cap. 26. Regni Chr. seu Ecclesiæ fines.
e vers. 5.
f 2. Reg. 17. 21. 22. Micah. 7. 12.
g 1. Esdr. 4. & 5. & 6. Esaiæ 7. & c. 11. & 27.
h in Zach c. 9. n. 57.
i c. 9. 10.

Super k *Garamantas & Indos,*
Extra sydera,
Extra anni, Solisque vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

k Æn. 6.

Eusebius *l* conferens inter se hunc Psalmi locum cum Zachariæ loco, cujus mentio à me non semel facta est, & rursum considerans eumdem per *m* se, citat sæpius *flumen* ex Psalmo in singulari, sed ex Zacharia in plurali *n*, semel tamen etiam *o* ex eodem psalmo pluraliter. Lego item hunc eumdem psalmi locum cum nomine plurali ποταμῶν, apud Athanasium, eumve qui apud illum respondet Antiochi quæstionibus *p*. Prætarea ita legerunt Nicephor. & Euthymius quamvis hic de Jordane etiam interpretans, ubi Christus baptizatus est (quod Basilius adhuc facit, vel Theodoretus, legendo in singulari) moneat pluralem pro singulari numero esse juxta idioma Hebræum, quæ observatio hìc locum non habet, ubi נהר *nahar*, est numeri singularis. Suspicari posset aliquis ea ratione *flumina* pluraliter de ingenti uno dici, qua *behemot*, quum sit etiam nomen plurale plurium bestiarum, de immani bestia, cum additò vocatur Euphrates *flumen magnum*, non semel *q*, & absolutè, ac sine proprio nomine videtur *flumen magnum* de Euphrate dici *r*. Appellant Assyrii *regium flumen*, ut Joannes Britannicus testatur *s*, cur autem vocetur

l 8. demonst. in 4.
m l. 7. in 7. de monstra. n ibid. & l. 8. in 4. & l. 6 in 17.
o l. 9. in 17.
p quæst. 136.
q Gen. 15. 18 Deut. 1. 7. c. 11. 24. Josue 1. 4.
Flumen magnum.
de Euphr. r 1. Machab. 7. 8.
s in Juvenal. 8.

cetur *magnum flumen* differit noster Pererius *a*. Placet magis per *maria* & *flumina* idem significari, ut idem Euthymius docet ac Nicephorus, *fluminaque* pluraliter dici, veluti partes quasdam Oceani: & per multitudinem istam innui totum terræ ambitum, qui cingitur aquis. Designatio fluminis Jordanis, de qua modo dixi, recipitur passim ab omnibus Latinis, ut paterna Christus voce ibi à baptismo declaratus, & ab Spiritu sancto Columbæ specie indicatus *b*, dominari ac regnare tunc cœpisse censeatur, vel etiam quum discipulos evocavit ad se mari *c*.

Alios tradunt alii sensus mysticos, ut dominatio Christi, qua per suam gratiam dominatur & regnat in fidelibus, inceperit à Maria, quæ comparatur multis de caussis cum mari: quando in ea conceptus est, & processit per totum orbem usque ad mare, idest, ad omnes, per pœnitentiam, pro peccatis amaros. Sic Aiguanus. Hugo autem addit, *mare* tribulationis: *flumen* esse prosperitatem; *terminos terræ* contemptum terrenorum cum desiderio æternorum. Indicat præterea *maria* & *flumina* esse justitiam pacemque, de quibus mentio præcessit, nam scripsit Isaias *d*, Deum dixisse, *utinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris*. Omnium bonorum, tum spiritualium, tum temporalium abundantiam significat *pacis* ac *justitiæ* vocabulis: & vocabulo *justitiæ* bona etiam temporalia, quæ tribuuntur à Deo in præmium justitiæ: videtur enim tamquam justos illos declarare, quibus prospera sunt cuncta, nec ullas immittit calamitates, atque per ipsum nomen *justitiarum* quandoque beneficia intelliguntur, sive misericordiæ. Sic quod Samuel dicit *e*: *Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit Dominus vobiscum & cum patribus vestris*; Hebraicè legimus כל צדקות *chol tsidkoth*. Græcè πᾶσαν δικαιοσύνην, *omnes justitias*, & *omnem justitiam*.

Vers. 9.) Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.

Vers. 10.) Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba, dona adducent.

Vers. 11.) Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei,

ARgumentum amplissimi regni, de quo dictum est, hoc optimum, quod extremarum incolæ regionum, barbarique mediterranei sete advolvent pedibus Regis, cujusmodi sunt Æthiopes, & quibus antea invisus, & offensus erat, summæ demissionis ergo, & ad perfectam demonstrandam subjectionem, toto strati corpore, humum ipsam coram eo deosculabuntur. Præterea Reges Tharsis, sive Tyri, sive Carthaginis, sive Ciliciæ, sive quicumq; maritimi, cum regibus populisque insulanis, annuis quasi tributis eidem sese subditos protestabuntur; nec non & Arabes, Sabæique: omnes demum orbis totius Reges ac gentes, ipsius se servos profitebuntur. De Salomone hæc utcumque possunt intelligi, quoniam ad eum venit Regina Saba, (quæ creditur Æthiops fuisse, & regni metropolim Saba habuisse;) cum muneribus *f*: *obtinebat omnem regionem trans flumen à Thaphsa usque ad Gazan & cunctos reges illarum regionum* g: *erat nominatus in universis gentibus per circuitum* h: *Veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam ejus, & ab universis regibus terræ*. *Universum populum, qui remanserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Hevæis, & Jebusæis, qui non sunt de filiis Israel, horum filios qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerunt filii Israel exterminare, fecit tributarios* k: *aurum ex Ophir* advehi curabat instructa classe *l* & alia *ex Tharsis* m *cum argento, dentibus elephantorum, simiis, pavis*: *Omnes etiam Reges Arabiæ; ducesq; terræ aurum afferebant* n: *singuli deferebant ei munera, vasa argentea, & aurea, vestes & arma bellica, aromata, quoq; & equos & mulos per annos singulos* o. *exercuit etiam potest, super cunctos reges à Aflumine Euphrate, usque ad terram Philisthinorum, & usque ad terminos Ægypti* p.

At sine ulla dubitatione multo melius congruunt ista Christo, de quo similia vaticinatus est Esaias *q*; *reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum: & erunt* r *reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent, &* s, *ambulant gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui*, &c. *omnes* t *de Saba venient, aurum & thus deferentes*, &c. *me* u *enim insula expectant, & naves maris in principio, ut adducam filios de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui*, &c. Et x. *ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi*, &c. & y, *Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi*, &, *Labor* z *Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur*: & a, *ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi*, & b, *Dedi propitiationem meam Ægyptum, Æthiopiam, & Sabas pro te*.

Coram illo procident Æthiopes.) Hieronymus in editione Victorii, & Treveti, *ante eum*, Hilarius *c*, *in conspectu ejus*, & Hieronymus *d*. Alii pro *Æthiopibus*, reddunt, *habitatores deserti*, sive *solitudinis*, aut *eremitas*, aut *siccos*, aut *nautas*. Signif. plurale nomen ציים *ejim*, *naves* & *nautas*, & *bestias sylvestres*, denique *homines incolentes loca deserta*. Nebiensis nimis amplè *populos*, interpretatus est. Hi præsertim voce innuuntur Hebræa, qui quod etiam Αἰθίοψ, ab αἴθω, & ὄψ, sonat, quasi dicas, *vir in facie*, præ calore exulti sunt, sitientes, squallentes. Eamdem vocem transtulerunt rursus interpretes psalm. *e* 73. *Æthiopas*. Psalm. *f* 67. legitur, quod *Æthipia præveniet*, quæ vocatur Hebraicè כוש *Chus*. ibi docuit, ut & in cap. 8. *g* Actuum Apostolorum symbolum peccatorum Æthiopas esse, ob atrocem *h*, & primitias quasdam ex gentibus in Ecclesia Æthiopiam fuisse, quando Æthiopum reginæ Eunuchum Philippus diaconus baptizavit. Paraphrastes exponit, humiliandos proceres. Quam autem late pateat Æthiopia demonstrat Antonius Grevara *i* diligenter, tum ex Homero, quia appellat Æthiopas extremos hominum, bifariamque illos dividit, ad Occidentem & Orientem, quos Seneca *k binos* nominat. Qui Christo supplices cadunt, ait Cyrillus *l*, ab ipso illustrantur. Verbum Hebræum יכרעו *tichrehhu* valet *incurvare*. Sicut in Abacuc *m*. *Incurvari sunt colles mundi*, quod Esaias *n* dixit *vultu in terram demisso adorare*, de qua incurvatione observantiæ caussa & subjectionis, aliquoties meminit liber Geneseos *o*, & psal. 68. *fumi vidimus p* pro vastitate, ac dejectione omnimoda.

Et inimici ejus terram lingent.) Verti potuit *pulverem*, quem significat עפר *hhaphar* & χοῦς. pro quibus etiam apud Esaiam *q* potuit eum interpres, *& pulverem pedum tuorum lingent*; ubi præterea est, *vultu in terram demisso adorabunt te*. Tertullianus *r pulverem* legit, Hilarius *s*, *limum*. Ejusmodi & in Threnis sententia *t*, *ponet in pulvere os suum, si forte sit spes*, quo loco addit Chaldæus: *& prosternetur coram Domino suo*, &c. & apud Michæam *u*, *lingent pulverem sicut serpentes*. Id sibi quoque velle, *vertere solum*, apud prophanos scriptores, ad placanda numina, ostendunt de nostris Christophorus à Custro ibidem, & Martinus Roa *x*, vel *sedere*, seu *procumbere inter cineres*: idem indicari, cum *suscitari*, seu *erigi de pulvere*, aut *de terra* dicitur *egenus*, vel *paupery*: item quando *humiliata in pulvere anima*, *conglutinatus in terra venter z*: vide ibidem animadversa. Omissis Deorum supplicibus, quorum citati proferunt auctores exempla, proprius ad rem reus facit L. Piso, qui prostratus humi, pedesque Judicum osculans; os cœno replevit *a*. Preterea Parthi, quos Martialis *b* scribit:

Pictorum sola basiasse regum.

De quo more Heraldus *c* plura, & Josephus *d*, Stephanus Brissonius *e*. Minus mihi placet Euthymii dicendi modus, hac formula significari occisionem inimicorum Christi, quos ait esse ejusdem occisores Judæos: quia qui violenta pereunt morte, solent præ gravi dolore

---

a *in c.* 15. *Gen.*

b *Matt.* 3. 16

c *c.* 4. 19.

d *c.* 48. 18. *Pacis & justitiæ* vocabula quid comprehendant.

e *c.* 1. *Reg.* 12. 7

f 3. *Reg.* 10 1 2. *Par.* 9. 1 g *c.* 4. 24. h 3. *Reg.* 4 5 31. i *vers.* 34.

k *c.* 9. 20. 21. l *vers.* 26. 27 28. *c.* 10. 11. m *c.* 10. 22. n *c.* 10. 15.

o *vers.* 23.

p 2. *Par.* 9. 26.

q *c.* 49. 7.

r *vers.* 23.

s *c.* 60. 3.

t *vers.* 6.

u *vers.* 8.

x *vers.* 10.

y *vers.* 14.

z *c.* 45. 14.

a *Sopho* 3 10

b *Esa.* 43. 3.

c 4. *de Trin.* d *in Soph. c.* 1.

e *vers.* 14.

f *vers.* 32. Æthiopes symbolum peccatorum

g *vers.* 27. h *lege Jer.* 18 13. *Amos* 9. *psal.* 86. 4. *Sopho* 2. 12. Primitiæ ex gentibus in Ecclesia, Æthiopia Æthiopiæ termini quam late extendantur,

i *in c.* 3. *Abacuc.* K *in Hero. furentes* · *linc.* 2. *Soph.*

m *c.* 3. 6. n *c.* 49. 23. o *c.* 17. 29. *c.* 33. 6. *c.* 43. 28.

p *vers.* 24.

q *c.* 49. 23.

r 5. *cont. Marcia c.* 9.

s 4. *de Trin.*

t *c.* 3 29

u *c.* 7. 17.

x 4 *singu. c.* 2

y 1 *Reg.* 2. 8 *psal.* 112. 7.

z *Psal.* 43. 25. Lucii Pisonis & Parthorum supplicium exempla.

a *Valer. l.* 7. b *l.* 10. *Epig. in* 72.

c *ibid.*

d *tr de osc. pedum Pont.*

e *l. de regno Persarum*. Violenta morte pereuntium consuetudo

a 19. *var l. c. cap.* 17.

b 11. *Æneid.* Nicephori explicatio minus probata.

lore mordicus terram apprehenderè. Hac de re, ex variis etiam Græcis auctoribus Petrus Victorius *a*, ad illud Virgilii *b*.

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Nec ita eiusdem atque Nicephori explicationem probo, de perfectè subjiciendis dæmonibus, ac in terram dejiciendis, & adeo conculcandis, ut ipsam humum lambere videantur, dum illinc exurgere nequibunt.

c *in para.* Allusio hujus loci.

Clemens Alexandr. *c* in deteriorem partem interpretans hunc locum, alludi vult ad pœnam indictam serpenti

d *Gen.* 3. 14. *d* de comedenda terra, dehortaturque gentes ab imitatione illius; sed ut à terra in ætherem extollantur, respiciant in cœlum, admirentur, desinant insidiari calcaneo justorum, & viam veritatis impedire. Eodem

e *ead.* 7. 17. alludit in Michæa *e*, *lingent pulverem sicut serpens*, amatores terrestrium bonorum; alii interpretantur, quæ *lingi* dicantur, non *morderi*, vel *comedi*, quia non satiant, sed accendunt appetitum; sic Hugo & Cassiodorus, qui de Judæis adversariis Christi terrena tantum sapientibus, meminit Lyranus alios explanasse de Judæis, qui in obsidione Titi præ fame compellendi essent sordidas res, insterquilinium projectas comedere. Valentia, *inimices* vult esse Scythas; sed post conversionem majore veneratione prosequentes loca sacra, & vestigia sacerdotum quàm Latinos.

Tropologia f 20. *Mor. c.* 15. *vel* 12. g *t.* 30. 9.

Tropologiam *de lingentibus terram* Gregorius *f* eleganter tractat opponens *rodentibus*, de quibus Job *g*, ut *lingentes* sint, qui ad avaritiam blandimentis utuntur linguæ sub specie fidei pravè vivendo: *rodentes*, qui potestate, ac robore implent, quod volunt, velut adnisu dentium. Bernardus *h* accommodat ad Dæmones, qui victi stratique concident ante justos, præsertim in morte ipsorum. Augustinus aliique intelligunt de adulatoribus, qui approbent, vel approbare videantur homines carnales, vel, quum sint tales, alios assentando decipere nitantur. Omnes inimici Dei *lingentes* nominari possunt, ac proinde Amalechitæ, quorum ea est etymologia, ut observat Petrus Damiani *i*.

Bernardi accommodatio. h *ser.* 7 *in Psal.* 90.

Amalechitarum etymologia. i *l.* 5. *epist.* 3.

Planior & verior sensus.

Planior sensus ejusdem Euthymii, & verior, multos ex iis qui oppugnabunt Evangelii prædicationem, convertendos, & sanctorum Christi templorum solum ac pavimenta exosculaturos, vel, ut ait Ruffinus, orthodoxam doctrinam eorum qui sunt *sal terræ*. Prosper *k* etiam ita hunc, & similem Esaiæ *l* intellexit locum, quod Reges Christum in Ecclesia persequentes, ad eam humiles adducentur. Quadrat illud etiam, quod affert à Christo dictum, *venisse Reginam austri à finibus terræ audire sapientiam Salomonis; se autem plusquam quam Salomonem* m *esse*, de quo nimirum quæ hic dicuntur, typi, umbræ, figuræ dumtaxat, Christi respectu, rationem habent. Profert domum ex Sibylla:

mMatt. 12. 42.

Et coram hoc Domino reges sistentur ad unum.

Egimus non indiligenter in enarratione Actuum Apostolorum *n*, quo honore, ac reverentia sint accepti, accipique debeant, qui rebus Ecclesiasticis præsunt. Legisse non pœnitebit. forsan allusio quoque sit in *lingenda terra* & *pulvere* subjectionis ergo, ad victoriam, quia pulvis excitatus, hostis adventantis, aut indicendi belli, aut ineundi prælii signum erat, ut docui in eodem commentario *o*, ex Vegetio *p*, cujus Scholiastes Godescalcius alia colligit, & Pontanus *q* noster. Sic quasi de dimicaturo Deo, Nahum *r*: *nebulæ pulvis pedum ejus*.

n *In c.* 10. *vers.* 25. & 26.

o *c.* 13. 51. p *l.* 3. *c.* 5. q 9. *Aen.* 35 r *c.* 1. 3.

Terram lingent.) Humiliationis usque ad abjectissimam servitutem, signum hoc esse, præter ea quæ prius allata sunt, Moscovitæ testes; qui se ad id paratos profitentur, cum suum dominum alloquentes, tertio quoque verbo, fronte humum ferire se usurpant. Auctor in ceteris Possevinus noster.

in Moscovitica.

Reges Tharsis.) Quid sit *Tharsis*, dictum ps. 73. *f* Euthymius ait expositores omnes carthaginis civitatem intelligere: sunt nihilominus, qui Tyrum putent esse, vel Indiæ regionem, mari proximam, vel Ciliciæ, vel etiam quodlibet mare, seu adjacentes mari provincias, si fit allusio ad classem Salomonis missam *in Tharsis* t, indicabit Indiæ provinciam. Procopius in Isa. *u* regiones Indicas ita in scriptura vocari sentit, alios, Cypri Urbem intelligere; Pineda *x* noster contendit ad Bæticam pertinere, atque Tarteffi Hispalensis oras Gaditanave licora, idque post Goropium Becanum *y*, qui

f *vers.* 8. Quid per *Tharsis* intelligatur.

t 3. *Reg.* 10. 22.

u *c.* 60.

x *de Sale. c.* 14. & 15.

y *Hispaniarum* 7.

Ade hac opinione, tamquam novus auctor, gloriatur. Insigniorum vero regionum memoria, ut Euthymius notat, alia præterea regna omnia denotat: sicut & cum collectim, paullo post 2 subditur quod *omnes reges servient ei*. De maribus Cajetanus exponit, & Varlenius, Agathius, Genebrardus, & alii. Omitto mysticum sensum ex etymologia Tharsis, ut sit exploratio gaudii, vel contemplatio.

2 *vers. eod. Tharsis* etymologia.

Et insulæ.) Alii, & *insularum*: videlicet reges insularum: vel, *insulani*. Est casus rectus pluralis νῆσος, Chaldaicè, *insulæ maris magni Oceani*, scilicet Indici. & Eoi, in quo plures auriferæ sunt, & procreatrices hemmarum, aliarumque rerum pretiosarum, recensetque Valentia cum Ptolomæo in mari Indico mille octingentas, præterea Cycladas, & triginta fortunatas in Oceano Atlantico, & viginti Orcadas, seu Albiones in Britanico. Potes extendi nomen ad alias insulas, quod Vatablus nimis restringit ad illum tractum qui adjunctus est Ciliciæ usque in Græciam: Judæos enim patriæ suæ contentos commodis navigare solitos non fuisse ad alias gentes: & conclusos data opera à Domino, ne sese corrumperent moribus externis. Prædixit Esaias *a* Christi *legem insulas expectaturas Christumque ipsum*; & * hunc missurum *ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de illo, & non viderunt gloriam ejus*. Vidit hoc ætas nostra feliciter, impletum in plurimis Insulis Indiæ utriusque, ac incognitis ante hoc tempus Japoniis, non levi ordinis nostri hominum opera ac labore: & Japoniæ Insulæ regios adolescentes Romam legavit, quum muneribus, quibus Christianitatem suam apud caput illius Pontificem Gregorium XIII. protestati sunt, anno 1583. quæ res me ipsum tam novæ & optatæ rei spectatorem, & alios insigni voluptate affecit.

Insularum in mari Indico numerus, & aliarum aliis locis.

a *c.* 42. 4. *c.* 51. 5. *c.* 60. 9. * *c.* 66. 19.

Japoniæ Insulæ Christianismum suscipientes, ejusdem insulæ regii adolescentes Romam legati missi.

Munera offerent.) Apollinarius, hoc verbum & aliud sequentis membri, imperativè exponit,

Οἰσατέτω δῶρ, ἄμαδὶ οἰσατεΘάρσιδος ἀρχὶ.
Afferte insulæ dona simul vero afferte Tharsidis principes.

Item:

Ἐκ δ' Ἀράζων Σαβαίων μολύζα δῶρα φερέσθω.
Ab Arabibus vero Sabæisque supplicia dona afferuntur.

Reges Arabum & Saba.) Hieronymus, *Reges Arubiæ & Saba*, Hilarius *b*, *Reges Arabum & Sabaim*: alii *Reges Sceba Arabicæ*, & *Seba Æthiopica*, Hebrææ voces, ut notat Hieronymus *c*, sola differunt littera prima asperiore, & leniore, שבא *sceba*, סבא *seba*: idem discrimen cernitur in proprio nomine primi filii Chus, & alterius, qui erat filius Regma *d*: nam posterioris nominis littera prima est scin, prioris samech valens (*s*) exile confunduntur apud scriptores prophanos, non rarò Sabæi, quos Arasium populos nominat Plinius, *e* ad utraque maria, idest, Persicum & Arabicum, seu rubrum porrectis gentibus habitantes, qui à duobus illis vocabulo Saba dictis, genus duxerunt. Conjunguntur hoc loco etsi sub diversis vocibus Arabum, & Saba, tum Græcè tum Latinè, quia sedes contiguas habebant, quamvis longè ac latè susas, posteri Chus, magis ad Arabicum sinum vertentes, posteri Regma, ad Persicum. Vocant etiam eosdem Arabas & Æthiopas, scilicet qui sunt Æthiopes Orientales. Utrique Arabiam εὐδαίμονα, *felicem*, habitaverunt. De Sabæis ex Chus meminit Esaias *f*: aliorum ex Regma regina fuit, quæ visit Salomonem *g*, ut Eugubinus demonstrat *h* contra Josephum: deque iisdem Job *i* scribit, *irruisse in facultates, & pueros*.

b 4. *de Trin.*

c *quæst. Hebraic. in* 10 *Gen. & vide* 27. *Ezech.*

d *Gen.* 10, 7. Sabæorum apud scriptores prophanos confusa descriptio.

e *l.* 6. *c.* 28.

f *c.* 45. 16. g 3. *Reg.* 10. h *in Gen. c.* 10.

i *c.* 1. 15. Nominis *Saba* inanis notio apud Plinium. *Kl.* 12. *c.* 14 *l.* 6. *c.* 60. 6. Loci hujus interpretatio ab Ecclesia, & Marcellino m *ep. ad Salem. ep. sc.* Synodus Francofordiensis quid colligat ex his verbis. *& adorabunt &c.*

Inanis notio videtur nominis *Saba* apud Plinium *k*, à verbo Græco σέβεσθαι *colere*, ac *venerari*, quod Sabæo thure, aliisque gentis ejusdem adoramentis colere ac venerari Deum pleræque soleant gentes, non est è Græcis excogitatum, & inditum id nomen. Similis prædictio Esaiæ *l*; *omnes de Saba venient*.

Ecclesia, & Esaiæ locum istum, & præsentem psalmi, de Magis qui adoraverunt in cunabulis Christum, profitetur se intelligere in officio Epiphaniæ. Marcellinus quoque Papa *m* sic intellexit, indeque probavit Christo tamquam vero Filio DEI sacrificatum: Synodus Francofordiensis, ex aliis verbis, *& adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes serviunt ei*, colligit, Christum

stum non esse servum. Tertullianus objicit eumdem hunc locum Judæis *a*, & Marcioni *b*, vocans Magos Reges, & spolia Damasci, ac Samariæ, quæ diripienda Elaias *c* prædixerat, ob idolatriæ abjectionem, ratione cujus Magi figuratè vocati sint Samaritani, sicut per eandem figuram alii alienis nominibus, quæ ipse ostendit Hilarius *d*. Consentit allato simul alio Esaiæ *e* loco: *labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, tequè deprecabuntur*, &c. Recitat paullo aliter: *Laboravit Ægyptus, & mercatus Æthiopum & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi, & post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur*. Tum explicat: quod in Magis & muneribus, *labor Ægypti & mercatus Æthiopum, & Sabaim* ostenditur, scilicet mundi error Magis adorantibus, & electa Gentium munera adorato ab his Domino oblata, &c. Eadem Chrysostomi *f* sententia, & Idacii *g*, qui videtur transcripsisse, quæ recitavi ex Marcellini epistola, & Hieronymi, in hujus loci commentario. Ubi Gentium Regumque typum tenuisse dicit; & Haimonis, & Hugonis qui monet versiculum istum in die Epiphaniæ cantari, ac repeti frequenter. Item Ayguani & Lyrani, Arnoldi Bonævallis etiam *h*, & Isidori *i*. Galatinus *k* refert, ex Rabbenu in Beresceith. rabba, omnia munera, quæ legitur Jacob dedisse fratri Esau, à Regibus mundi restituenda fuisse Messiæ, propter hujus psalmi testimonium, & verba illa, *dono adducent*, quæ legi vult aliter, *munus reddent*. Procopius *l* idem de hoc nostro loco innuit: Prosper *m* magis disertè tradit. Id multo antè de dictis muneribus notaverat Hieronymus *n* à sancta fide, ex Judæo Christianus, tùm ex Rabbi Mose in beresceith, rabba, tùm ex R. Osua in beresceit zota.

Controversia est, ex qua regione Magi venerint, an ex Chaldæa, an ex Persia, seu ex terra Evilath, an ex Arabia, seu ex parte illius dicta Magodia, an ex India Orientali sive ex Brachmanis & Gymnosophistis, an ex Mesopotamia Orientali, quæ terra quoque Chaldæorum cognominatur *o*: unde Balaam *p* erat, an ex Æthiopiæ parte externa. Vocabula Hebræa *seeba*, & *eba* favent Arabiæ: tùm præterea quia vaticinium, quo per moti creduntur Magi, editum est in Moab à Balaam *q*, quæ pars est Arabiæ; tùm quia Madiam & Epha, de quibus Esaias *r* in simili prophetia hunc nostræ, maximè conjuncti Abrahamo, aliter ut filius, alter ut nepos ex Cethura, dimissi sunt ab eo cum muneribus auri, thuris, myrrhæ, quæ ille à Regibus abstulerat à se subactis ad Damascum, ut Judæi tradunt, Epiphanio *s* teste: tùm quia ex eodem Abrahamo Regina Saba orta creditur, quæ cum muneribus etiam ad Salomonem venit *t*, dubitans an esset is de quo Balaam vaticinatus fuerat, verusque Messias, quod citatus Hieronymus à sancta fide, collegisse Rabbinos ait, quod Regina venisse scribitur ad Salomonem, *audita famaejus in nomine Domini u*: tùm quia sic bene percipitur, quo pacto Christus, adhuc infans, abstulerit eadem illa spolia Damasci *x*: tòm quia munerum talium non aliæ ita feraces Regiones, ut Arabia, præsertim quam vocant Felicem: tùm quia ita sentiunt Justinus *y*, Cyprianus *z* Epiphanius *a*. Cyrillus *b* Alexandrinus, Tertullianus *c*: & de recentioribus Baronius *d*, Suarez *e* & alii.

Confirmatur quia Sabæos Plinius *f* Arabas vocat, & regionem Saba Hieronymus *g* docet esse Arabiam, ac de ea hoc loco sermonem esse: & Isidorus *h* ait Magos venisse de gente Persarum, & de Arabia, & de Saba, dici vero Arabia Felix potest nomine Persiæ, quoniam solo sinu Persico separatur ab ea, quo fortassis modo possent intelligi, qui de Perside venisse Magos dixerunt.

Hæc opinio probabilis: quamvis præsentem psalmi locum Augustinus, & plures de Latinis, Græci etiam ferè omnes Enarratores generaliter interpretentur de futura Gentium variarum, ac Regum, Principumque conversione per prædicationem Evangelicam, atque de muneribus ab iisdem offerendis Christo, & Ecclesiæ. Legendus etiam Barradius *i* noster, & Maldonatus, & alii in Matthæum *k*.

Dona adducent.) Hieronymus, *tributum conferent*. Tertullianus *l munera afferent illi*. Galatinus *m* refert, Rabbinum veterem tummi nominis, observasse, non esse hìc, *munus adducent*, sed, *reddent*, illud nempe omne quod attulerat Jacob fratri *n* suo, ut prius quoque meminimus. Sed munus illud non legitur ex auro, thure & myrrha fuisse, ita ut non liceat inde argumentari de Christo, muneribus à Magis affecto. Deinde יקריבו *iakrinu*, *offerre*, significat, non reddere, nec vis in *adducendi* verbo inesse mihi videtur, ut designet ipsosmet homines offerendos sponte Deo auctoritate Regum qui convertentur, non amplius victimas. *Adducendi* Latinum verbum crebro usurpant divinæ litteræ de rebus quoque inanimatis, non de his tantum, quæ ambulare valent, ut hoc tamen Ruffinus loco notat, & indicant alii. Pro *donis* est nomen Hebræum singulare, quod iterum dumtaxat *n* alibi occurrit, שׁ-חַ-בַ *eschar*, quasi dicas inebriativum, idest, exhilarativum, quam vim habent munera; vel merces & pretium, si scribatur eum שׂ *sin* leni, seu cum puncto in sinistro cornu, vel est quadrilitterum, vel peregrinum nomen, quod quidam ξένιον volunt esse est, hospitale, hospitibusve offerri solitum benevolentiæ gratia.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ.) Puto errore typographico legi, *fines terræ*, apud Idacium *o*. Cassiodorus omittit, *terræ*, sicut etiam Tertullianus *p*, & Hilarius *q*, & in Hebræo textu non est; Hieronymus docet *r* superfluam esse: & emendati codices Græci non habent, tamen retinendo nomen *terræ*, placet *Reges terræ* opponi *Regibus Tharsis*, & *insulis*, idest, habentibus in mari, seu juxta mare, & in insulis, principatum. Completum longè melius in Christo somnium Joseph, quàm in ipso Joseph *s*, Isidorus *t*, observat, ut manipuli aliorum fratrum adorarent manipulum illius. Neque David, neque genti Hebræorum, ait idem Sanctus *u*, concessum est, nisi tantummodo Christo, ut adoraretur ab omnibus Regibus, & serviretur ab omnibus gentibus, & has haberet hæreditatem possessionemque, terminos terræ. Idem fecerat prior Tertullianus *x* argumentum, & Julianus Pomerius *y*, & Augustinus *z* & alii quos antea citavi, sicut adversus Donatistas idem Augustinus *a*. Ex adoratione autem ista colligit Fulgentius *b* divinitatem Christi.

Omnes gentes servient ei.) Tertullianus *c*, *& servient ei omnes nationes*. Non repetenda quæstio de prædicato ubique Evangelio, & propagato Christi regno. Oportet, ait Augustinus *d*, ut in omnibus gentibus aliquando futura sit Ecclesia, non ut omnes, qui sunt in gentibus, credant. Etsi vero in quibusdam locis, inquit Julianus, increduli adhuc populi habeantur, dominatum tamen Christi in hoc penitus non effugiunt, quum à talibus principibus premuntur, in quorum cordibus jam per fidem Christus ipse habitare dignoscitur. Subdit, se non putare aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret, & quæ, licet non habuerit prædicatorem, ex vicinis nationibus opinionem fidei potuerit ignorare. Eludunt Hebræi exponentes ista, non in futuro, sed per optantis modum, & faustæ precationis pro Salomone. Ceterum rectè post adorationem Regum omnium, omnium quoque gentium servitus subjicitur: quia subditi principum sequi exemplum solent: & ab illis quodammodo fermentantur, ut de populo Israelitico à Jeroboam fermentato loquitur Oseas *e*, quem similem præterea pictori facit *f*, & subditos ait *in malitia sua lætificavisse Regem, & in mendaciis suis Principes*.

Vers. 12.) Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adjutor.

Vers. 13.) Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum salvas faciet.

Vers. 14.) Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

CAussa cur se cuncti subjecturi libenter sint summo Regi, tum Reges tum populi, quia liberabit omnes à potentioris tyrannide, atque illum, qui destitutus omni ope

Sensus loci.

a *contr. Jud. c.* 9.
b *l.* 3. *contra Marcio. c.* 13
c *Esa.* 8. 4.
e *c.* 45. 14.
f *ho.* 2. *in var ipe. ex Mat.*
g *l. contra Varimandum.*
h *tr. de laudibu*, *B. Mar.* Galatini *super hoc loc.* relatio.
i *de nativ. Dom. c.* 14.
k *l.* 8. *c.* 3.
l *in c.* 60. *Es.*
m 3. *par. ac promiss. in* 6
n *l. contra Judæos c.* 6.

Controversia ex qua regione Magi venerint.

o *Act.* 7. 2.
p *Deut.* 23. 4
q *Num.* 23. 18.
r *c.* 60. 6.
s *in doct. compend.* Regina Saba ex Abrahamo ortũ habuisse credita.
t 3. *Reg.* 10. 1
u 3. *Reg.* 10. 1
x *Esa.* 8. 4.
y *in Tryph.*
z *ser. de Ep.*
a *in doct. compend.*
b *con. Jud. l.* 1. 93 *con. Marc.* 13.
c *to.* 1. *annal.* Arabia Felix nomine *Persiæ* ut dici queat.
d 3 *p. tom.* 2. *disp.* 14. *sect.* 3.
e *l.* 6. *c.* 20.
f *l.* 12. *c.* 4.
g *quæst. hebr. in c.* 10. *Gen.*
h *l. de nativ. &c. c.* 14

1 *cont. Jud. c.* 9.
m *Gen.* 33. 11.

Adducendi verbum ut crebro usurpetur in S. Scriptura.
n *Ezc.* 27. 15
o *cont. Varim.* p 5. *cont. Marcio. c.* 9
q *in Ps.* 144
r *ep.* 135. Somnium Joseph melius in Chr. completũ quam in ipso Joseph.
s *Gen.* 37. 7.
t *in Gen. c.* 30.
u *de nativ. Dom. c.* 1. x 4. *contra Marcio. c.* 14. *lib.* 5. *c.* 9
y *l. contra Jud. in* 5. *sign. adventus Chr.* Christi divinitatem ex hoc loco colligens Fulgentius
z 17 *de civ. c.* 8 *& orat. cont. Jud. Pag. & Arian.* In omnibus gentibus aliquando futura Ecclesia, at non omnes qui sunt in gentibus, credituri.
a *de unit. Ecclesiæ c.* 8.
b *respon. con. Arian. & l. ad Donat.*
c 5. *cont. Marcio. c.* 9.
d *epist.* 80. Eusio Hebræorum.

e *c.* 7. 4.
f *ibid. vers.* 6.
ibid. vers. 3.

i *tom.* 1. *cons. evang. l.* 9. *c.* 8.
k *in c.* 2.

ni ope auxilioque, pateat alienæ injuriæ, tùm humanæ, tùm præsertim diabolicæ. Præterea, quis facilem se, benignum, indulgentem subditis exhibebit, qui propriæ paupertatis inopiæque conscii, ad eum recurrent, ipsorum salutem curans, vitamque & corporis & potissimùm animæ, parcens utrique, ideſt, à periculo servans: deinde, quoniam eruet unumquemlibet ac omni debito & onere quo miseri constringuntur, partìm propter externas necessitates, partìm propter peccati reatum; efficiens, ut nec sit qui opprimat in posterum, nec, qui ab iniquitatis malitia per gratiam liber, eadem amplius teneatur, si velit gratiæ respondere: postremo, quia efficiet, ut qui tamquam viles animæ sordidaque prius mancipia habebantur, in magno apud eum pretio & honore sint, eidem præchari gratissimique, & vulgo ac passim vigeat hæc de illis fama & nomen, quod maximi fiant ab ipso, & honori atque gloriæ ducatur esse ac dici Dei servum, & Christianum.

Aptissimè congruunt ista Regi Christo: Salomoni haud ita, qui justè gubernavit quidem multo tempore, sed non repetit à tyranno aliquo subditos oppressos, & ipse tandem adeo gravi tributo illos vexavit, ut quia id remittere filius recusavit, scissionis regni, & discessionis ad defectionis decem Tribuum causſam præbuerit *a*. Auctores hujus interpretationis nominandi non sunt, tam multi sunt, & jam antea indicati: & si quid nonnihil discrepans ab iis aliisque afferatur, obiter in partium singularum enarratione admonebimus.

a 1. *Reg.* 11.

A principes monitio.

Habent hìc autem quod imitentur Principes erga subditos, ut pauperes à potentioribus liberent: ut legum severitatem in illis remittant potius quàm in aliis: ut nimiis tributis non vexent: ut quodam honore prosequantur, expediendo causſas illorum citius, quàm divitum, ita ut fit juxta vim phrasis Hebraæ, pretiosus sanguinis eorum coram ipsis. Nunc *divites per potentiam opprimunt* alios *& trahunt ad judicia b; Principes infideles, socii furum, diligunt munera, sequuntur retributiones: pupillo non judicant, & causſa vidua non ingreditur ad eos* c: *causſam viduæ non judicant, causſam pupilli non dirigunt, judicium pauperum non judicant* d. Tamen prophani quoque dixerunt *Regis majestatem salutis esse tutelam* e. *Principem à Deo datum, qui erga omnium hominum genus vicesua sungatur* f. De qua re plura psalmo 81. Videtur hinc Theodoricus Rex apud Cassiodorum *g* illam mutuatus sententiam. *Inter gloriosas Reip. curas, quas perpeti cogitatione, Deo auxiliante revolvimus, cordi nostro est levamen humilium contra potentiam superborum.*

b Jacob. 5. 6.
c Esai. 1. 23.
d Jer. 5. 28.
e Gurius l. 8 Vitr. in Panegyr. Theodorici regis sententia præclara
f cap. 4. 1.
g l. 3. varia. epist. 20.

Liberabit.) Hieronymus, *eruet*, etiam in futuro, quod est Hebraicè יציל *iatsil*, in præterito est Græcum ἐῤῥύσατο, & in eodem legit Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, Ruffinus, Remigius, Tertullianus *h*, Ambrosius de Toaia *i*. Auctor hypognosticon *k*, aliique satis multi, nempe, *liberavit*, & Lombardus meminit utriusque lectionis.

h 4. cont. Marcion. 14.
i c. 4.
k l. 5. c. 1.

Pauperem à potente.) Eodem pacto Hieronymus, alii ex Hebræo, *pauperem*, seu *inopem clamantem*, vel, *querulum inopem*, seu *conquerentem*: Cajetanus, *mendicum à divite*: Tertullianus *l*, *à dynasta mendicum*, quod est Græcè, προχόν'ν δυνάστ. Athanas. *m.* ἐκ χειρὸς δυνάστ, *de manu potentis*, seu *dynastæ*. Augustinus, *egenum à potente*. Hebræa nunc sunt אביון מטוע ubi secunda dictio est benoni, sive participium conjugationis Piel. Legerunt autem alii cum præpositione nomen משוע *miscioahh*; quia שוע *scioahh* significat *majorem* *n* tyrannum *o*, *magnificum p*, & hebraizantes ferè interpretantur, *divitem*, *liberalem*, *prodigum*. Est שוע *sciavah*, *clamare*, præsertim salutis & opis causſa. Quare is ad quem illa de causſa clamatur, quasi *clamatum* dicas, vocatur שיע *scioahh*, vel activè quasi *clamans*, si contrario sensu clamet, ac vociferetur, & perterreat minis, & ut Job *q* tyrannum describit, eo nomine appellatum, *disceptat contra pauperem*. Cujus oppositа optimi principis Christi conditio *ut non clamet, neque audiatur vox ejus foris*, *r*, seu *non contendat, neque clamet, neque audiat aliquis in plateis vocem ejus*, *s*. Fateor in lib. Job *t*, in valdè affini sententia eamdem dictionem Hebr. participii ab interprete Latino redditam per participium *vociferantis*, *eo quod liberaſſem pauperem vociferantem*, *& pupillum*, *cui non esset adjutor*. Hebraicè עני מטשוע *hhoni meſcianueah*, sed Græcè πρωνόν ἐκ χειρὸς δυνάστ, *pauperem de manu potentis*.

l 4. cont. Marcion. 14.
m tr. de Ps. ad Marcell.
n Esa. 13. 5
o Jov 34 19 Ezech. 23.
p Esa. 22. 5.
q cap. 34. 19
r Esa. 42. 2.
s Matt. 12. 19.
t cap. 29. 11.

Præter querimonias Esaiæ & Jeremiæ de spretis miserabilibus personis, præsertim in judicio, extat in psalmo 81. severissima hac de re admonitio Dei ipsius, objecta inter Deos judices confidentis ac præsidentis præsentia *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem DEOS dijudicat. Usquequo judicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem justificate.* Tertullianus *u*, *justè tractate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate*, Vocatur etiam DEUS *eripiens inopem de manu fortiorum ejus, egenum & pauperem à diripientibus eum* x.

u 4. cont. Marcion c. 14

Mysticè *potens*, est peccati auctor Diabolus *y*, antea vocatus *calumniator*, & à Christo *fortis* z, ut Augustinus hic obtervat, dicens quod non sua eum virtus potentem, sed peccata nostra reddiderunt. Ceteri concordant; auctorque operis hypognosticon *a*, & demonstrat Galatinus *b*, veteres etiam Rabbinos locum istum accepisse de salvatione, atque redemtione spirituali per Messiam futura. De paupertate, cujusmodi nunc intelligatur, repete ex versu 2.

x Ps. 34. 10. Mystica potentis expositio.
y vers. 4.
z Mat. 12. 19 Diabolum potentem non sua virtus, sed peccata nostra reddiderunt.
a apud Aug. to. 7. l. 5. c. 1.
b lib. 6 c. 4.
c lib. 5. c. 1.

Et pauperem.) Alia duo Psalteria, ut Cassiodorus, & auctor hypognosticon *c*, *inopem*: sed synonymæ voces sunt, sicut *egeni mendicique*, quamvis aliqui discrimen afferri possit, ut sæpe monuimus.

Cui non erat adjutor.) Non potuit genus humanum cujusquam alterius virtus liberare, vel quisquam homo justus, vel aliquis Angelus, ut Augustinus docet aliique, nec abhorret ab Hebræo præsertim textu, & *non adjutor ei*, si exponatur de liberatore, ut hic, nempe Christus, in opere liberationis, ac redemtionis, negetur adjutorem & auxiliatorem habuisse: juxta illud *d*: *torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum*. Regia Theodorici vox *e*, quam supra recitavi. *Inter gloriosas Reipublicæ curas, quas perpeti cogitatione, Deo auxiliante revolvimus; cordi nostro est levamen humilium, ut contra potentiam superborum nostra pietatis erigamus obstaculum, nec liceat quidquam apud nos audaciæ, cujus est propositi superba calcare*. Non sine lacrymis referebat opinor Ecclesiastes *f*, *Vidi lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos*. Consule commentarium nostrum.

d Esa 63. 5.
e Cassiod. 3. var. ep. 20. Regia Theodorici vox
f cap. 4. 1.

Parcet pauperi & inopi.) Augustinus, *parcet ipse inopi & pauperi*. Tertullianus *g*, *parcet mendico, & pauperi*. Alii ex Hebræo יחם *jachos*, *miserebitur*, *pius erit connivebit*, *dolebit*; Quo postremo modo vertit Hieronymus Jonæ locum *h*. *Tu doles super hederam*, alibi præterea vertitur, *concedere* i, *flectii* k. Ergo significat, quod Rex, ac Redemptor Christus, cum dolore quodam & sympathia miserturus erat pauperis, & inopis, optimè cognoscens figmentum ejus *l*, simul ejus infirmitati compatiendo, simul oculos veluti claudendo, ac tegendo ad tantam turpitudinem peccati contractam à nobilissima natura humana, condita ad imaginem ipsius.

g 4. cont. Marcion c. 14.
h cap. 4. 10.
i Jer. 13. 14.
k cap. 21. 7.
l Ps. 102. 14.

Repetitio quidem hìc prioris videri sententiæ potest, ut sit idem *parcere pauperi & inopi*, quod liberare pauperem, tamen Euthymius mysticè, nomen primum Græcum πραχὺς πρὰ τὸ πεπρωνεῦσι cadere, ad Judæum accommodat, qui ope atque divitiis ceciderit divini auxilii, alterium πένητος, ad gentilem. Aiguanus *pauperem*, ait esse fidelem, qui fidem habet sine operibus & charitate, & ideo aliquid, sed parum; *inopem*, qui nihil habet fidem quidem. Augustinus, *parcere* interpretatur de remissione peccatorum, quæ fit humili, de suis meritis non confidenti, nec de sua virtute salutem speranti, sed præ se ferenti indigentiam gratiæ Salvatoris sui, & nimirum, quod addit Hieronymus, pœnitentiam agenti, & divitias, quod etiam addit Euthymius, abjicienti propter ipsum. Vera est quoque sententia non raro de pœnis hujus temporis, quas DEUS condonat humilianti se: quia *exiguo conceditur misericordia*; *potentes autem potenter tormenta patientur* m, & tamen *non parcit Deus delinquenti* n, quia delictum, ut Gregorius *o* docet, sine ultione non deserit, quod vel ipsemet homo in se, pœnitens punit, vel Deus vindicat, quum hominem percutit, pœnitenti autem parcit, *sicut vir parcit filio suo* p.

Πτωχὸς. Pauperis & inopis mystica interpretatio.

m Sap. 6. 7.
n Job. 9. 29.
o 9. Mor. c. 27.
p Mal. 3. 17 In Deo & Christo pauperi & inopi parendi modus.

Alius

Alius in Deo & Christo *parcendi* modus est *pauperi & inopi*; non exigere summo rigore, quod posset, nempe charitatis, pœnitentiæ, gratitudinis, bonorum operum perfectionem summam, sed pro talentis, quæ cuique decit, *secundum propriam a virtutem*, ideſt, habita etiam ratione imbecillitatis, quæ in quolibet est, minimè *austerus*, nec *tollens quod non posuit*, aut *mettens quod non seminavit b*. Maria cecinit eum *qui potens fecisset sibi magna*, *deposuisse potentes de sede*, & *exaltavisse humiles* c, ubi vox δυναστὰς, est eadem quæ hoc loco, & usurpatur etiam à Latinis. Hæ artes optimi Regis:

pacique d *imponere morem*,
Parcere subjectis, & *debellare superbos*.

Easdem in Rege agnovit noster, noster hoc loco Propheta, ut adhuc vidimus. Quocirca falsò asserit, aut abutitur nomine Seneca *e* Stoicus, quum misericordiam vitium vocat pusilli animi ad speciem aliorum malorum succidentis.

Et animas pauperum salvas faciet.) Et hoc synonymum præcedentibus: etsi non de sola vitæ corporalis, quam significat sæpe *anima*, salute sumatur; sed etiam de spirituali, ultra peccatorum remissionem priore membro indicatam; insinuatur collatio gratiæ sanctificantis, ac demum glorificatio. Euthymius nomine *pauperum* πενήτων, Gentiles, ut antea monui, intelligens, (quibus prius aliud nomen Latinum *inopis* respondebat (eorum animas salvari ait, quia Judæi, eo quod Christum non receperint, dimissi sunt. Gentiles admissi.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum. (Hieronymus, *ab usura*, &c. Tertullianus etiam in singulari, *ex usura & injustitia*, &c. Cassiodorus, Arnobius, Ambrosius *f*, Auctor hypognosticon *g*, *ex usuris*, *& iniquitate liberavit*: Psalterium Gallicanum *liberabit*. Hebræum & Græcum nomen est singulare, pro quo *usuras*. Interpres posuit; nempe תוך *thoch*, & τόκος, quod secundum, sono congruit cum primo, sed non derivatione, lege Ps. 14. *h* ubi est alia vox Hebræa נשך *neseeh*, & 54. *i* ubi תוך *thoch*, quæ hìc habetur etiam pro *usura*. Exponunt alii hoc loco תוך *thoch*, *dolum*, sive *fraudem*: quo item pacto redditur in psal. 10. *k* secundùm supputationem LXX. tùm Græcè, tùm Latinè, *cujus maledictione os plenum est*, *& amaritudine*, *& dolo* ורמיה *adiboch*, καὶ δόλου & à Hieronymo, *& avaritia*. Quum namque תוך *thoch*, medium significet, rectè de *dolo* ac *fraude* dicitur, quæ in medio pectoris cordisve occultatur: & de *usura*, quæ prætexit commodum alterius. Est denique Chaldæum præsentis loci nomen אונסא *unesa*, *fraus*, vel *oppressio*. Placuit LXX. interpretibus restringere ad τοκον, sive ad usuram, aut usuras, generaliorem nominis תוך *thoch*, notionem, quia hoc plerumque pauperes, & inopes laborant incommodo, ut accipere pecuniam ad usuram constringantur, & quidem sæpenumero implicitatem & palliatam propter fraudulentos contractus: altero præterea, ut rapinæ pateant, quam חמס *chamas* significat, & potest ἀδικία significare. Trevetus notari ad litteram vult magnam copiam auri argentique sub Salomone *l*, ut opus usuris non fuerit, & facile fuerit ab iis se liberare.

Sensu mystico, cuncti ferè Enarratores, per hæc duo mala *usura* atque *iniquitatis* intelligi volunt omnia peccata, quæ potens ille diabolus, idemque calumniator suggerit, & subministrat, & propter quæ, qui illa committunt, eidem tamquam fœneratori debitores & obnoxii fiunt. Augustinus, quem solent alii imitari, peccata, quæ etiam vocantur *debita m*, idcirco *usuras* vocari vult, quia plus mali invenitur in suppliciis, quàm commissum est in peccatis. Affert exemplum homicidæ, cujus perit & corpus & anima in gehennam, quum alterius tantum corpus peremerit. Et in genere id explicans Cassiodorus, ait, in peccato versantibus usuram crescere malorum, quia quod in temporali conversatione delinquunt, in æterna calamitate recipiunt. Augustini sententiam Thomas *n* declarat non de excessu pœnæ in intensione & gravitate, quasi puniat Deus supra condignum, qui potius citra, sed secundum durationem; sicut è contrario meritis temporali-

a *Matt.* 25. 25.

b *Luc.* 19. 21

c *cap.* 1. 52.

d *Aen.*

e 2. *de elem. cap.* 5.

Anima, de vitæ corporalis salute plurimum solita.

f *de Tob. c.* 4.

g *lib.* 5. *c.* 1. τόκος.

h *vers.* 5

i *vers.* 12.

k *vers.* 7.

l 3. *Reg.* 21.

Sensus mysticus. Nominibus *usura* atque *iniquitatis* subintellecta omnia peccata quæ suggerit diabolus. *Peccata* cur *usuras* vocari velit Aug. m *Mat.* 6. 18. In peccato versantibus usura malorum crescens. n 4. *d* 46. *q.* 2. *art.* 2.

Abus redditur præmium æternum. Est & præter usuram culpæ, & aliam pœnæ, usura etiam quædam gloriæ; ut idcirco jubeat nos Christus dare sibi *pecuniam* creditam *ad mensam*, ut *veniens cum usuris exigat o*, usuris inquam, tum quas ipsi solvamus, reddendo pro doctrina, & gratia, bona opera & merita; tum quas ipse nobis reddendo pro *momentaneo & levi*, quorumlibet meritorum nostrorum, *æternum gloriæ pondus p*, & *centuplum q*. Distinguit Hugo usuras, sive fœnora, quæ DEO *r* dantur, mundo *s*, Diabolo *t*, ventri *u*, convitianti *x*, benefacienti *y*, fœneranti *z*.

Usura culpæ usura pœnæ usura gloriæ.

o *Luc.* 19. 23

p 2. *Cor.* 4. 17

q *Mat.* 19.

Usurarum distinctio.

r *Luc.* 19. 23.

s *Eccl.* 29. 1. & 2.

t *Ps.* 108. 6.

In peccato fœneris rationes.

u *Eccl.* 1. 20. 16.

x *Luc.* 6. 34.

y *Pro.* 9. 17.

Eleganter ostendit Ambrosius *a* in peccato rationem fœneris, & Diabolus quo pacto fœnerator sit, Christus autem, ut chirographum abstulerit, simul magnum vocat, & memorabile beneficium liberari ab usuris, quia inferunt servitutem. Primam usuram contractam docet in primorum peccato parentum, quod ad nos transfusum est. Simile quid scribit Auctor *b* hypognosticon, quod Eva peccatum à Diabolo mutuavit, Adam consensu cautionem fecit, usura posteritati crevit, chirographi usuræ etiam in infantibus sunt malignissimæ passiones Chrysostomus *c* ait, quod Adam initium induxit debiti, nos fœnus auximus posterioribus peccatis. Redemtio ab usura culpæ pœnæque & ab iniquitate, innuit pretium sanguinis Christi, quo liberamur à peccatis, à pœnis æternis, à captivitate Diaboli, cui debebamus etiam pœnas illas: Præterea, ut Græci docent, legis Evangelicæ præcepta, quibus magis differtè vetantur usuræ injustitiæ, omniaque peccata: deinde illam rationem ut Arnobius notat, delendi debita, quæ soli Deo debebantur, sed accipiunt etiam dæmones, nequeunt autem solvi à nobis mendicissimis, ut nostra inter nos debita remittamur *d* & injurias condonemus, dictum satis psalmo 14. *e* de usura, & an Judæis licuerit exigere ab externis; ipsa quoque per, se, quam sit mala, quod memoriæ causa indicat hìc versus, continens ea, contra quæ per usuram peccatur.

Usura mala.

a *de Tob. c.* 4. & 9. & 5. *de sacra c.* 4

b *l.* 5. *c.* 1. τόκος.

c *hom.* 5. *ad Neophytos*.

d *Mat.* 6. 12.

e *vers.* 5.

Lex, *natura*, *Deus*. *homo*, *virtus*, *tempora*, *vita*.

De his hoc loco Hugo. Hic locus indicat Judæis in lege veteri permissas tantum usuras ab exteris impune, beneficium autem Messiæ unum futurum fuisse, ut liberarentur ab ea iniqua cupiditate. Redemit Christus ab usuris externis pecuniariis, & eos, qui accipiebant illas, & illos qui solvebant, penitus eas prohibendo, à spiritualibus, satisfaciendo pro debitis pœnis, & præbendo modum, quo satisfaciamus: condonando etiam peccata, & gratiam communicando, quia in posterum eadem non contrahamus: ab iis præterea quas venter exigit, & varia naturæ necessitas, acquisito nobis jure immortalitatis tempore suo tribuendæ, ut liceat libera tunc, læta, grata oratione cantare: *Quomodo f cessavit exactor*, *quievit tributum?* *Qui non rapuit* Christus, *exolvit g*. Fur est diabolus & latro, non tam respectu nostri, quàm Dei, quia volentibus furtum non fit, nos vero peccamus volentes, & contra voluntatem DEI, quæ dicitur signi & beneplacit, peccatum committimus, & ad id nos diabolus inducit: quod quia fraude ac dolo facit, iniquus atque injustus respectu etiam nostri hoc pacto dici potest.

Redemtio Christi ab usuris [externis & spiritalibus.

f *Es.* 5. 14. 4.

g *ps.* 68. 5.

Diabolus fur & latro non tam respectu nostri quam Dei.

Et honorabile nomen eorum coram illo.) Hieronymus, *& pretiosus erit sanguis eorum coram oculis ejus*. Eadem ratione cuncti Hebraizantes, qui exponunt, vitam subditorum, quæ *sanguis animæ*; dicitur, futuram in pretio apud Regem sive Salomonem, sive Messiam, ut non sinat impunè, vel temerè ab aliis fundi: ipse etiam nullum facilè occidat, aut laboribus opprimat, aut in vilibus servitiis operisve occupet. Confirmat id Trevetus de Salomone, quoniam *Amorrhæos* quidem, *& Hethæos*, *& Pherezæos*, *& Hevæos*, *& Jebusæos*, *qui non potuerant exterminari*, non occidit, sicut Moses jusserat, sed *fecit tributarios*, *de filiis autem Israel non constituit servire quemquam*, *sed erant viri bellatores*, *et ministri ejus*, *et Principes*, *et Duces*, *et Præfecti curruum*, *et equorum h*. Hoc ipsum etiam est esse *honorabile nomen* Judæorum & aliquo item pacto aliorum subditorum exterorum: eaque in re non est usus Salomon illo jure, seu more, quo aliarum gentium

h 3. *Reg.* 9. 20. 21. 22. 2. *Par.* 8. 7. 8. 9. 10.

Iniquorum regum mos.

tium iniquiores Reges uti solitos jussit Deus per Samuelem populo renuntiari Regem poscenti, nempe ut subditos adhiberent ad vilia quæque opera *a*. Verumtamen postea sicut recessit à cultu Dei, ita & ab æquitate, qua subditus tractaverat: illo namque mortuo flagitavit populus à filio ejus Jeroboam, *imminui durissimum imperium, & jugum gravissimum atque servitutem b*. Quocirca nec Salomon typus exactè Christi, cujus *jugum suave*, & *onus leve c*, ac pretiosiorem nostrum suo sanguinem veluti dixit, quum suum pro nostro fuderit. Cavet quoque legibus suis Christus, ne cujusquam fundatur sanguis innoxius, & ne cui noceatur, ne nos ipsi vindicemus: Petrumque stringentem gladium acriter reprehendit. Eamdem illam ex Hebræo versionem Græcè tradidit etiam Aquila, καὶ πμιωβήσεται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῦ. *& pretiosus erit sanguis eorum in oculis ejus*; Hebræa sic se habent וייקר דמם בעיניו *vetekar damam behhenau*: Græca, ἔντιμον τὸ αἷμα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῦ: quamvis in Complutensibus, Regiis, aliisque bibliis ordine inverso ponantur pronomina; sicut & apud Euthymium, prætereaque apud Augustinum *& honorabile nomen ejus coram ipsis*: & apud Arnobium, nec non in Gallicano Psalterio, *& præclarum nomen ejus coram ipsis*. Juxta nostram Latinam correctam versionem pro *honorabile*, Tertullianus *d*, legit, *honoratum*: Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *præclarum*, Vel LXX. legerunt Hebraicè שמם *scemam*, *nomen eorum*, pro דמם *daman*, *sanguis eorum*: vel verterunt αἷμα *sanguis*, pro quo deinde irrepsit ὄνομα *nomen*: primum suspicatur Richardus Cenomanus: Genebrardus secundum, mihi primum placet magis: & omnino solam probo editionem nostram Latinam quantum ad omnia, quamvis illa commodum signat sensum, quæ habet *honorabile*, vel *præclarum nomen ejus coram ipsis*; nempe ut Regis Christi nomen in honore sit apud eos, quorum redemerit animas ex usuris & iniquitate, ut, quod ait Augustinus, dent honorem nomini ejus pro tantis beneficiis, respondeantque dignum & justum esse, gratias agere Domino Deo suo, vel, ut apud fideles, quod ait Euthymius, adeo honoratum sit Christi nomen, ut pro summa dignitate eis sit, & ad amplissimam nobilitatem reputetur quod ab eo *Christiani* appellentur. Nostræ versionis, *honorabile nomen eorum coram ipso*, (à qua non differt si dicas *honoratum*, aut *præclarum*, aut etiam *pretiosum*, quia ἔντιμον hæc omnia valet, nec non verbum dictum Hebræum יקר *tehar*) meminit quoque Augustin. explicat vero, quod etsi videantur huic sæculo contemptibiles Christiani, *nomen eorum coram ipso sit honorabile*, quis eis illud dedit, jam *non memor nominum eorum per labia sua e*, quibus antea vocabantur, quum essent gentilium superstitionibus obligati, vel suorum malorum meritorum signati vocabulis, antequam essent Christiani. Incidit expositio cum ea quam retulimus ex Euthymio. Addit Rufinus illud esse *honorabile nomen*, atque omni jucunditate plenum, quod ipse prius Dominus, discipulis suis imponere dignatus est, dicens *f*: *Jam non dicam vos servos, sed amicos*.

De honore, pretio, nobilitate præclari nominis Christiani secundum se, & quam vile tamen, sordidum, criminosum quoque sit habitum, docui, explicans Actus *g* Apostolorum, & Petrum *h*; Vetabat Petrus *erubescere, si quis pateretur, ut Christianus, sed glorificare Deum in isto nomine*, & Agatha, aliique solo glorificabantur hoc nomine magis, quam quavis alia celebritate famæ, generis, potentiæ, honoris, doctrinæ, alterius rei, quæ hominum judicio plurimi æstimetur, & Christus jubebat de hoc gaudere, quod *nomina nostra scripta essent in cœlis i*, quod est esse honorabilia, honorata, præclara, pretiosa coram Deo, & ut Cassiodorus docet, ante ipsum, & in ipsius regno vivere. Hoc revera est *super omne aliud nomen*. Comminatur apud Esaiam *k* Judæis Deus, fore ut execratorie jurantes usurpent ipsorum nomen, dicendo: v.g. hoc mihi contingat quod Judæis, & ipse *servos suos vocet nomine alio* &: *dimittetis nomen vestrum*, inquit, *in juramentum electis meis*: *& interficiet te Dominus Deus*: *& servos suos vocabit nomine alio*. Appellat id etiam idem Propheta *l*, *nomen novum*, *quod os Domini nominabit*; & ita præterea de eodem nomine scribit in Apocalypsi *m* Joannes, quod est *in calculo candido scriptum*, *& nemo scit*, *nisi qui accipit*: est autem nomen Abeati, & perfecti filii Dei, cujus filiationis potestas promittitur hìc jam *natis ex Deo n*. Dicitur porro propterea *nomen novum*, quia novo datum & acceptum modo: & *in calculo candido*, quasi simile nomini *absolvendi*, quod olim in calculo solebat inscribi, aut ejus, cui in comitiorum suffragiis favebatur, ut prætereamusum calculi ad computandum, ad lætos & faustos dies notandum: ad symbolum victoriæ, ac promeriti pro ea præmii in theatris, atque certaminibus; ad fastos dies præsignandum, prius quam in tabulis insculperetur. De his *calculi candidi* usibus Pererius *o* noster ex Sixto *p* Senense & aliis. Honorabilius electorum nomen coram Deo, quàm Hebræorum, quorum Pontifex nomina gestabat in pectore humerisque, lapidibus pretiosis insculpta. *Honorabilem filium* Deus ipse appellat *Ephraim*, *& puerum delicatum*, *cujus recordetur*, *ex quo sit locutus de eo*, *& conturbentur super eo viscera ipsius*, *& miserans misereatur ejus q*: & paullo post, velut honoris tanti, quo prosequatur eum, evidens argumentum subdit Jeremias *r*, *filiam* vocans eumdem, *vagam*; quod *fœmina circumdaret virum*, hoc est, quod fieret Deus homo, atqui noster David raptus in admirationem summæ dignitatis, potestatis, honoris, qui novi testamenti tribuendus hominibus erat, exclamat agens cum DEO *s Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus*, *nimis confortatus est principatus eorum*. Ubi est etiam יקרו *iaceru*, & ἐτιμήθησαν, vel τιμιώτατοι *pretiosi*, seu *honorati fuerunt*, *sic honoratur*, *quem Rex honorare voluerit t*, & *gloria*, *& honore coronare u*, & *facere vas in honorem x*, & *cum gloria*, *& pace honorem* dare *operanti bonum y*. Si tam honorificè nominat, & tractat subditos Deus, *disponit que etiam cum reverentia z*; quam dedecet homines ab hominibus nominari tractarique pecudum ritu, ac deterius etiam quam vilissimas bestiolas? Non ultima Centurionis laudatissimi à Christo laus, quod ei *servus* esset *pretiosus a*, ἔντιμος, Syriacè, יקיר *iakir*, qui etiam dici potest *charus*, *utilis*, *fidelis*, *gratia pollens apud dominum suum*, ideoque tanto studio curavit valetudinem ipsius. Et dignitas in hoc sæculo diversa est inter homines, una est tamen natura illis, inquit Auctor *b* operis imperfecti, & propterea Centurio magis Dei imaginem honorabat in homine, quàm opus captivitatis in servo. Sed ut servi humaniter tractandi sint *c*, alibi docui, Macrobium *d* citans & Senecam *e*, aliosque cum Martini *f* exemplo. Legatur quoque Plato *g*, & Ambrosius *h*. Omnes quidem, sed nos inutiles Christi ervos agnoscimus, & profitemur, ut esse tamen & censeri inter inscripros in cœlis melius valeamus, maximè *honorabile* optavimus *nomen* Jesu, tantum confisi de bonitate illius, quantum diffisi de nobis, futurum ut hac etiam ratione *honorabile nomen* nostrum reddatur coram ipso. Diligentius vero propterea studeamus nihil admittere, quantum per ejusdem gratiam licuerit, quod nomine ejusdem honorem dedeceat, vel dedecoret. Nullus despici debet, quoad vivet, etiamsi magnus videatur peccator, sed honorari, ut Franciscus *i* injungebat suis. Siquidem, ait Leo *k*, plurimos novimus in optimos mores transiisse de pessimis, &c. & quos viles fecit carnalis sapientia, nescimus quam pretiosos spiritualis sit factura gratia. Celebris Antonii Patavini historia, quod summa reverentia non boni nominis hominem prosequeretur, quod martyrii à Deo dignandum honore præsciviset. *Vocant* aliqui *nomina in terris suis l*, & *facere* sibi *nomen* volunt *m*: at dolet eorum Deus nomen in æternum, & in sæculum sæculi *n*. ut *cum justis non scribantur o*, sed in terra *p*, Qua de causa Hugo hoc loco mendici Lazari nomen expressum, suppressum divitis *q* notat. Visum est quibusdam *r nomen* hoc loco idem esse, quod syngrapham sive tabulas, quarum nomine vique exigi pecunia ab aliquo possit, ita ut *honorabile nomen coram Deo sit* Christus ipse, à quo denominantur Christiani, & jus ac potestatem petendi, & exigendi à Patre quæ velint, nomine Christi, habent, & Pater hoc quasi diploma regium exosculetur, capiti imponant, honore prosequatur, quatenus exaudit, & annuit postulatis. Nonnihil obest, quod is coram quo *honorabilem nomen* fore dicitur, videtur esse Rex hactenus descriptus, ac proinde Christus. Deinde quia notio illa nominis pro syngrapha tabulisque debitum, non congruit vocabulo Græco ὄνομα, vel Hebræo שם *scem*. Deniq; acuminis laudem interpretatio

a 1. Reg. 8. 11 & seq.

b 3. Reg. 12. 9. 2. Par. 10. 4. Salomon exacte typus Christi non fuit.

c Matt. 11. 30

d 4. cont. Marcion. c. 14

Amplissima nobilitas. Christianos appellari.

e Psal. 15. 4.

f Joan. 15. 15.

g in c. 11. 26.

h 1. epist. 2. 16.

Agathæ aliorumque sola gloriatio in nomine Christi.

i Luc. 10. 20.

k c. 65. 15.

l c. 62. 2.

m c. 2. 17.

n Joan. 1. 12.

Calculi candidi usus.

o in Apoc. c. 2. disp. 14. p 2. bibl. verbo calculus.

o Jer. 31. 20.

q vers. 22.

r Psal. 138. 17.

s Psal. 138. 17.

t Esth. 6.

u Psal. 8. 6.

x Rom. 9. 21. 2. Tim. 2. 20

y Rom. 2. 10.

z Sap. 12. 18.

a Luc. 7. 2. Etsi dignitas inter homines diversa in hoc sæculo, una est tamen natura.

b hom. 22. Servi humaniter tractandi.

c in Eccl. c. 10. 7.

d lib. 3. c. 11.

e Epist. 4. c.

f Sulp. in vita.

g 3. & 4. de legibus.

h serm. 33. Nullus despici debet quoad debet quoad vivit etia si magnus videatur peccator sed honorari. Plurimi in optimos mores de pessimis transierunt Celebris Antonii Patavini histor.

i in Chron.

k serm. 10. de Quad.

l Psal. 48. 12.

m Gen. 11. 4.

n Psal. 103. 12.

o Psal. 68. 29.

p Jer. 32. 20 Mendici Lazari nomen cur expressum, divitis suppressum. Nomen prosyngrapha sive tabulis

q Luc. 16. 1.

r 1 Reg. 1. sing. c. 1. Joan. 15. 16.

tio habet, sed auctoritate aliorum destituitur, paullo-que durior apparet.

Vers. 15.) Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Sensus loci. SPlendorem, pompam, apparatum regium, copiam opum Regis describit hic, ac deinceps. Imprimis ait, quod vivet felix, omnibus bonis circumfluens, eique de Felici Arabia laudatissimum & probissimum dabitur aurum, ac pretiosiora quæque munera. Præterea pro ejusdem Regni prospero successu cuncti semper orabunt nec ab illius umquam laude cessabunt, & observantia. Omnes Reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum comportasse scribuntur aurum & argentum Salomoni *a*, præter Saban, cujus nomen hic habetur שבא *sceba*, Reginam, & alios. ipsique omni circum ex parte aggratulationes, & faustæ precationes fiebant, sed hic, ut & in ceteris typus est Salomon Christi, cujus post resurrectionem vitæ est immortalis *b*, & cui conversi Reges multi obtulerunt aurum, & alia pretiosissima munera, ad ædificationem Ecclesiarum, cultum religiosum, subsidium egenorum: & laudes ipsius celebrat hymnis & psalmis ordo præsertim Ecclesiasticus, omnesque fideles adorant, & orant Deum per ipsum, ac ipsummet etiam, ut Deus est, tùm propter accepta, tùm propter sperata beneficia. Modis aliis exponuntur singula, qui ad traditum tamen facilè reducuntur sensum, & de quibus nonnihil dicemus.

a 3. Reg. 10. 25. 2 Par. 9. 24.

b Rom. 6. 9.

Et vivet.) Symmachus, διαμενεῖ *permanebit*. Alenior expositio R. Esaiæ Tranensis, de paupere, cujus aliquoties prius facta mentio; ut de eo intelligatur quod vivat, *& dabit ei* (ita enim legit quod sequitur) *Rex de auro Sabæorum*, idest. eleemosynam, & subventionem, & orabit idem Rex pro eodem paupere, hoc est, pro populo suo, *& tota die benedicet* eumdem populum, idest, dabit ei alimentum & benedictionem, sive gratum munus, quo possit nutriri. Differunt alii Rabbini, quod interpretentur orationem de populo pro Rege, similiter & benedictionem, quamvis in templi dedicatione oraverit solemniter Salomon pro populo, *& ei benedixerit* c, idemque aliàs crebro fecisse credi possit. Recepto tamen illo sensu potest transferri ad Christianos pauperes, necnon ad externos, quibus Ecclesia liberaliter aurum erogat, ut Agellius observavit. Quod dicitur *& vivet*, indicat florentem, felicem, diuturnam vitam, & pro geniali absolutum *vitæ* nomen scriptores usurpant prophani: sacri, pro beata, ut alibi memini dixisse. Quid si hic etiam illa insinuetur acclamatio fausta, *Vivat Rex* d, *Rex in æternum vive*, divinis litteris familiaris; & posterior etiam formula Regibus Ethnicis communicata legitur *e*. Conjecturam hanc meam vidi postea indicatam à Christophoro Sanctotiosio *f*. Favet Campensis, interpretans, *vivat*: sicut & sequentia verba in Imperativo. Græcis quidem Ζωὸς deorum Rex dicitur, quasi ζῶν, *vivens*, & τὰ ζῶντα τοῖς *g*, quod ridet Lactantius *h*. Lege commentarium Actuum Apostolorum *i*. De Christi vita perpetua post resurrectionem, & post mortem, qua redemit pauperes sublata *de terra* vita ejus *k*, multi explicant: Cassiodorus de vita Divina, quæ simpliciter meretur *vitæ* nomen. Hieronymus de illa qua Christus vivit in suis, quemadmodum affirmabat de se Paulus *l*. *Mors* mortuo semel Christo *ultra non dominabitur m*; ipse idem *vita* ἀϊδιότης est: nobis *vivere* est, & *vita lux hominis* o: *vitam* concessit *habere*, *& abundantius habere* p. Interdum, *vivet*, in scripturis idem valet, quod effugiet ac evadet miseriam, calamitatem, pœnam *q*, & inimicos *vivere* vidimus psal. 37. *r Justum* etiam *in fide sua vivere* s potest esse improbis impendentia vitare supplicia. Eadem notio sæpe apud Ezechielem *t* illius formulæ, *vita vivet*, vel, *non vivet*, vel, *vivet*.

c 3. Reg. 1. 14. & seq. *Vita* nomen ut usurpetur apud sacros & prophanos auctores.

d 1. Reg. 1. 24. 1. 3. 1. 25. 34. 39. l. 4. 1. 11. 12. 2. Paral. 23. 12.

e Dan. 2. 4. c. 19. c. 5. 10. 2. Esd. 2. 3.

f in c. 2. Mat. Ζεὺς

g Laert. in Zenone.

h l. 1. c. 11. 1. c. 14. 14.

i Esa. 53. 8.

k Gal. 2. 20.

l Rom. 6. 9.

m Joan. 1. 4.

n Joan. 14. 6.

o Joan. 14. p. c. 10. 10. *Vivere* quid sit interdū in scripturis.

q Jer. 30. 10 Levit 18. 5. 1 verſ. 20.

r Abac. 2. 4. 1 c. 18. 19. 13. 17. 19. 21. 22. 23. 24. 28. 32 c. 20. 11. 13. 31. 25. c. 33. 16. 11. 12. 13. 15. 16. 19.

s Marria. 6. epig. in 70.

Longam u *quiputat esse* (ærumnosam vitam)

Martiane,

Multum decipiturque, fallitur que:

Non est vivere, sed valere.

Temporalis vita, mors dicenda potius quàm vita.

t Dom. 17. in Evang.

Et Gregorius *x* temporalem vitam scribit æternæ vitæ comparatam, mortem esse potius dicendam, quàm vi-Atam: ipsum enim quotidianum defectum corruptionis nihil esse aliud, quàm quandam prolixitatem mortis.

Et dabitur ei de auro Arabiæ.) Hieronymus; *& habitur ei de auro Sabæ*, alii, *& dabitur ei de auro Sceba Arabiæ*. Cajetanus supplet (populo) ut efficiatur sensus; ejus memini, quod Rex daturus esset populo de auro allato de Saba: & meminit Theodoretus posuisse alios interpretes σαβὰ pro ἀραβίας. Hebraicè יתן *ijtthen*, significat *dabit*, sed supplendo, (quilibet cui facultas erit) idem est ac passivè, nempe *dabitur ei*. Quare de Rege quidet, minus aptè intelligitur, nec ex muneribus ei allatis de Saba, sed aliunde daret Rex ac largiretur subditis, vel certè non esset causa, cur eorum fieret hic distincta, quantum ad hoc mentio. Eo tamen modo Hebraisantium plures, & quidem carmine *y*. y Crucius

Rex quippe secum vivere pauperes
Auri Sabæi torquibus inclytos
Donabit.

Confirmant, quia Salomon *præbuisse, scribitur argentum & aurum in Jerusalem, quasi lapides; & cedros quasi sycomoros z*. Genebrardo credi non debet, non debuisse hic reddi Arabiam, seu Æthiopiam, unde Regina Saba venit ad quam alludatur, quia Arabia non recensetur inter regiones auriferas; nam nomen hujus loci שבא *sceva* versu quoque 10. redditum est per *Arabiam*: nec minus de Regibus Arabiæ proditum est aurum obtulisse Salomoni, quàm de Regina Saba *a*: testaturque Euthymius Arabiam non modo εὐδαίμονα, *felicem*, ac *beatam*, sed & λαμπρὸν, *aureum*, & Cassiodorus ait celebrari ut purissimum præceteris terris aurum Arabicum, summoque splendore rutilans: & probat Tertullianus *b* de Arabia propriè hic sermonem esse, ac Damascum prius deputatam Arabiæ, antequam transcripta esset in Syrophœnicem, ex distinctione Syriarum: Christum vero *abstulisse virtutum Damasci c*, idest, aurum ejus. Et quamvis non ferret aurum Arabia; posset nihilominus comparatum ex mercibus aliis, quibus abundabat, offerre *d*. Plinius Arabiæ Felicis incolas ditissimos appellat, ut apud quos maximè opes Romam. & Parthorum subsiderent, & venderent, quæ è mari aut sylvis caperent, ac nihil invicem redimerent. Confirmat idem Tertullianus testimonio Zachariæ *e*, ubi prædicitur *omnes divitias* (vocat ipse *valentiam*) *gentium in circuitu congregandas, aurum & argentum, & vestes multas satis*.

y 2. Par. 1. 15. Genebrardi improbata sententia.

a 1. Para. 9. 9. 14. Aurū Arabicum purissimū & valde rutilans.

b cont. Jud. c. 9. Damascus prius Arabiæ deputata.

c Esa. 8. 4.

d Plin. 6. c. 21. Arabiæ felicis incolæ ditissimi.

e c. 14. 14.

Arabiæ nomine, gentes omnes comprehendendo, & per *aurum* intelligendo sapientiam *f* illarum; docent Enarratores Latini denotari, sapientes Gentilium credituros in Christum. Addit Ruffinus *Arabiam* etymologicè significare *humilitatem*: hoc autem thesauro nihil charius, nihil pretiosius aut haberi, aut offerri Deo posse, quàm si offeratur sapientia cum humilitate. Haud adeo vera notatio, sed à permixtione lucis, ac tenebrarum, qualis vespertino tempore: vel à solitudine, quamvis hoc loco non sit ערב *hharau*, vel ערב *hhereu*, sed שבא *sceva*.

f Prov. 8. 10.

Arabiæ etymologia

Hieronymus, & Cassiodorus mystico quoque sensu, mentis puritatem offerendam Deo interpretantur, tamquam aurum Arabicum splendore pulcherrimo rutilans. Arnobius, aurum Arabiæ ait esse magnum: mysticè autem pr batum, ac fulgidum in Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus. Procopius *g* per *Arabiam* Persarum regionem suo tempore appellatam docens, accipit præsentem locum de Magis, quos arbitratur Persas fuisse, & aurum inter alia obtulisse Christo narrantur *h*. Isidorus *i* etiam vult innui hoc loco munera Magorum. Cassiodorus item in commentario, qui omnia munera illorum, uno *Arabici auri* nomine comprehendi dicit, quoniam puritate cordis oblata sunt: & antiqui *aureum* colorem pulcherrimum appellabant. Valentia docet in Arabia maximè primitus adoratum Christum: Euthymius primam omnium gentium Christi fidem recepisse, Paulo illam docente, ut indicat scribens ad Galatas *K*.

Mysticus sensus.

g in Esa. c. 49. Arabiæ Persarum regio appellata.

h Matt. 2. 11.

i de Nativit. Domin. c. 14. *aureus* pro pulcherrimo. Arabia prima omniū gentium Christi fidem recepit.

k c. 1. 17.

l 1. cont. Jovinianum.

Et adorabunt de ipso semper.) Hieronymus, *& orabunt de eo jugiter*: alibi *l*, *& adorabunt pro eo semper*, non autem, ut eum Jansenius citat, *orabunt*. Alii singulari *& orabit pro eo semper*; supplet etiam Cajetanus nomen populi, ut pro populo Rex oret, nempe Christus, quatenus nos meritis suis servat, eo modo, quo orans sacer-

cerdos, inquit, ſervat eum pro quo orat. Addere potuit *ſemper vivere adinterpellandum pro nobis* a & *ad vocatum eſſe apud Patrem* b, idem hic dico, quod de prioribus verbis, *adhibitur ei*, juxta phraſim Hebræam, *orabit*, perinde eſſe atque quivis, & hic ac ille, & collectivè omnes, aut multi. In Pſalterio veteri & Romano, & apud Auguſtinum, *& orabunt de ipſo*. In Pſalterio Gallicano, ſive Ambroſiano, *& orabunt pro ipſo*. cujus quoque lectionis meminit Auguſtinus; & Bruno Carthuſ. alterius, *adorabunt pro ipſo*. Hebraicè תסיר בצרו ויתפלל *verte hpallel bahhado tam id*. Græcè, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διὰ παντὸς. Exponit Auguſtinus, & alii, quod de Chriſto orabunt. ut propagetur nomen, gloria, imperium ejus, ſeu *adveniat regnum ejus* c, *pro ipſo*, ideſt, pro ejus corpore, quod eſt Eccleſia. Quo pacto etiam Remigius, Euthymius, ac Nicephorus, *de ipſo*, vel *pro ipſo*, hoc eſt, de illa, ſeu pro illa una re, qua maximi refert, nempe pro ſalute, quæ à Chriſto eſt, ut ipſe juvet ac ſalvet: Theodoretus, aut Baſilius, quia qui Patrem laudant, & gratias agunt, ei de illis rebus gratias agunt. quas per filium acceperunt. Adde orare ac petere de Chriſto, ideſt, per Chriſtum, ſicut ſuas Eccleſia orationes ferè terminat per eumdem, ab eodem edocta Chriſto *d*. Refert Euthymius alios hoc ad Prophetas retuliſſe, quod prævidentes adventum Domini, rogaturi ac ſupplicaturi eſſent Patrem, ut celerius filium mitteret, atque dæmonis tyrannidem deſtrueret. Verbum Hebræum, & Græcum, propriè ſignificant *orare*, qui adorationis actus cenſetur atque religionis. *Orare pro Chriſto* admitti poteſt eo modo quem dixit Auguſtinus, videlicet pro corpore myſtico illius; & humano more pro ipſomet, quatenus, non quia egeat, ſed quia placet nobis, gloria quam habet etiam ut homo, eam illi optamus, aut potius de ea lætamur. Id ſibi etiam velle potuit illud *hoſanna filio David* e, hoc eſt, ſalus ſit filio David, ſalva quæſo illum, quemadmodum & in Apocalypſi *f* à beatis dicitur *ſalus Deo & agno*, etſi ſignificare quoque poteſt, illis, ut auctoribus, tribui ſalutem, quam habent beati, ut Auguſtino placet *g*. Priore autem ſenſu, idem eſt, atque cum quis ait ſemper ſalvus ſit, vivat Rex, & in æternum vivat: nec aliter intelligenda oratio ſecreta in Miſſa de S. Leone I. ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur. Quamquam qui rectè percepiſſet, potuiſſet orare pro Chriſto homine Deum, illa ratione, qua pro ſe ipſo illum orabat Chriſtus, conformando ſe ea in re ad voluntatem utriuſque alioqui merito reprehenſæ filiæ Jeruſalem *flentes*, ac fortaſſis orantes pro *h* Chriſto, quia non ut oportebat, id faciebant.

Tandem eadem omnino phraſis, tùm Hebræa, tùm Græca, quæ hic eſt, redditur alibi *i*, *orare pro aliquo*, nimirum ubi habetur verbum התפלל *hitpallel*, aliudve verbum Synonymum עתר *hhathar*, aut idem in hiphil, & προσεύασθαι, aut εὔχεσθαι, & præpoſitio cum affixo בערו *bahhado*, & περὶ σου, vel hæc Græcè præpoſitio cum alio nomine *k*, quandoque pro præpoſitione בעד *bahhad*, in eadem formula ponitur *l*. Potuit interpres paullo clarius transferre, *orabunt pro ipſo*: ſed in præpoſitione vitare voluit, ne quis pro Chriſto putaret orari: ſub verbo *adorandi* magis generali, cum oratione alia multa complecti ad religionem pertinentia. Eunuchum illum, qui ſcribitur à Luca *m* *veniſſe adorare in Jeruſalem*. Tertullianus *n*, & Nicephorus *o* Callixti, dicunt profectum orandi gratia. Lege commentarium noſtrum in Actus Apoſtolorum *p*. Repete, quod ibi dixi, *adorare*, ab *orare* derivatum, (etſi aliter alii putent) idem interdum valere, quod ipſum ſimplex orare. Adde etiam *adorare* dici ab Apulejo *q* pro eo quod eſt alloqui; infuſa, inquit, aqua, populum ſic adorat, ulurpant quoque Poetæ, *prece numen adorare* r, *adorare precibus* ſ, & *adorare* pro orare, cujus acceptionis recitat Pontanus *t* noſter exempla non in Virgilio *u* dumtaxat, quem enarrat, verum etiam in Propertio *x* & Juvenale *y* Conſule Briſſonii formulas *z*.

Tota die benedicent ei.) Expoſita eſt ſæpius phraſis hæc. Græcus auctor apud Agellium declarat, ἀδιαλείπτως δοξάσουσιν αὐτόν, *perpetuo glorificabunt eum*, & Euthymius, quod ſemper eum fideles laudabunt. Pſalterium Gallicanum hinc inchoat novum verſum.

Verſ. 16.) Et erit firmamentum in terra in ſummis montium; ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus, & florebunt de civitate, ſicut fœnum terræ.

DOcet ſub tali tantoque Rege ſummam fore annonæ ac rerum ad victum neceſſarium abundantiam, ita ut ex paucis jactis ſeminibus, ad ipſa montium faſtigia fruges & fructus aſcendant, atque denſiùs & copioſiùs, quàm provenire arbores in fertiliſſimo altiſſimoque Libani monte ſoleant, nec minorem ariſtæ vento agitatæ ſonitum edant, quàm in Libano dictæ arbores, quando ventus illas agitat: præterea ut in civitatibus adeo largè ſuppetant, ac ſi turgeſceret atque pullularet fœnum, ſive herba; vel ut ex Principe civitate Jeruſalem prodeat infinita hominum multitudo, quemadmodum ab agro fertili prope infinita exiſtit herba. Senſus loci.

De Salomone Hebræi nonnulli interpretantur, & Trevetus, Flammius, aliique; quoniam tempore illius, *Juda & Iſrael innumerabiles ſicut arena maris in multitudine, comedentes & bibentes, atque lætantes* a. Quidam de Meſſia venturo, ut, quod Lyranus refert, quum venerit, frumenta creſcans ſicut cedri Libani, faciantque ſpicas magnas & latas: ex quibus vento flante decidat ſimila; unde Judæi pro voluntate valeant ſatiari. Catholici, præſertim recentiores, Euchariſtiæ, & antiquiores, verbi divini panem innui docent, utrumque per ſummos Eccleſiæ vertices Apoſtolos, & Apoſtolicos viros miniſtrandum, auctore utriuſque Chriſto & confirmatore. Confirmat hic panis duplex corda noſtra, ne *deficiamus in hac via* b, & fructus ejuſdem duplicis panis excedit altitudine ac multitudine frugiferum Libanum: & regiæ civitatis incolas, ideſt Eccleſiæ, reddit bonis operibus virentes ac florentes, tantoque numero creſcentes, quanta in agro graminis eſſe germinatio ſolet. Hoc indicavit Chriſtus c per ſemen poſt mortificationem vivificandum, & de ipſo potiſſimùm intelligens, & de paucis illis diſcipulis ſuis diſſeminatoribus verbi divini, nam & in montanis ac ſterilibus locis eximii quidam extiterunt Sancti, ut monachi; & in campis civitatum copioſiores, licèt non adeo ſublimes aliorum fruges. Sic juxta Eſaiæ *d* vaticinium *germen DOMINI* fuit *in magnificentia*, & *gloria*, *& fructus terræ ſublimis*.

Arbitrantur etiam quidam, hunc & ſequentem verſum optativè ſumendum, ac deprecativè, ut ſit hæc illa benedictio precatioque ultimis indicata priori verſus verbis, *tota die benedicent ei* quaſi dicas, ſi firmamentum, &c. Primus ex Enarratoribus Lyranus, affert expoſitionem de Euchariſtia, quam Epiſcopi, & ſacerdotes, velut montes Eccleſiæ, ſuper capita ſua elevant. Sed jubet nos legere non *firmmentum*, quem errorem cenſet; verum *frumentum*, de qua lectione poſtea. Conſentit Paulus Burgenſis, & Michael Ayguanus, & Beatus Antoninus *e*, qui ſermonem integrum ſcribit ſuper hoc loco. Valentia hìc notat, non tantum Chriſto munera offerenda, quod ante dictum fuerat, ſed ipſummet quotidie offerendum in oblationem ſub forma panis per ſacerdotes in Euchariſtia, & elevandum ſuper capita Deorum, fructus vero illius, fructibus Libani meliores eſſe, collationem gratiæ, reſtaurationem deperditæ, reconciliationem membrorum ad caput multiplicationem fidelium, augmentum virtutum, vitam æternam. Favent Rabbini etiam veteres, quos R. Salomon, ut refert Galatinus *f*, quum neget Pſalmum eſſe de Meſſia, fatetur expoſuiſſe de placenta in diebus illius. In libro autem Siphre, & Chethuvoth, illud habetur, quod Hebræos Lyranus ajebat intellexiſſe, frumenti copia magna. Sed in midras Chotheleth, hoc eſt, in explanatione Eccleſiaſtæ, quod ipſemet Meſſias erit placenta menti in terra ſicut Moſes olim deſcendere fecerat manna de cœlo, & R. Moſes Hadarſan explanans c. 14. Geneſis idem afferuit: atque R. Johai multis annis antiquior Chriſto, hocque perpetuum ſacrificium, futurum loco priorum ſacrificiorum quæ deficerent. Alia eorumdem Rabbinorum teſtimonia circa alios ſcriptura locos recitat idem Galatinus *g*, & poſt illum Judocus Coccius *h*, Claudius de Sainctes *i*, Joannes *k* Roſſenſis, Joannes Eckius *l*, Joannes Stephanus *m* Durantus, Joannes

Rabbinorum expoſitio.

a Heb. 7. 25.
b 1 Joan. 2.
c Matt. 6. 10
d Joan. 14. 14 c. 16. 24. Eph. 3. 16.
Orare pro Chriſto ut dii poſſit.
e Matt. 21. 9
f c. 10. 7.
g Serm. 11. de Sanct. Oratio ſecreata in miſſa de S. Leone 1.
h Luc. 23.
i Gen. 20. 7. Job 42. 10. Jer. 7. 16. c. 11. 14.
k Gen. 25. 21. Reg. 7. 5. lib. 9. 19. 4. m Actuum 8.
n de bapt. c. 18.
o l. 2 c. 6.
p in c. 8. 27. Adorare ab orare; derivatus quod nonnulli negant interdum, idem valens quod o a e.
q Adorare pro alloqui lib 2
r Virg. 3. Aen
ſ Virg. 4. Aen. fil. Ital. l. 3e Ovid. 4. Faſt. 1. Triſt. eleg. 3. Senec. in Octav. Act. 4.
t in 10. Aen. uito. Aenid. xi. 1. eleg. 4
y Saty.
z l. 1. pag. 47.
a 3. Reg. 4.
b Matt. 15. 32.
c Joan. 12. 24.
d c. 4. 2.
e 3. p. tit. 04. 1. 5. Valentiæ obſervatio.
f l. 10. c. 4. & 5.
g ibid.
h 2. tom. Theſau. Catholi. 6. art. 1. & 4. & 16
i repet. 9. de Euchar. c. 4.
k di Sacerdoteſenſ.
l 11. ſacrif. miſſa c. 6.
m 2. de ritib. Eccl. c. 3.

nos de la Fuente *a*, Blasius Viegas *b* noster, Leo Castro *c*, Joannes Garetius *d*, Jacobus Pamelius *e*, Guilielmus *f* Alanus, Thomas *g* Bozius, Auctor libri cui nomen triumphus Crucis *h*, Bartholomæus Spina *i*.

Hic ultimus id quod in historia Regum *k* habetur, *offerat nummum argenteum & tortam panis*, ait pro *nummo* Hebraicè esse *calicem*, qui si cum placentula panis conjungatur præsignificatur sacrificium sanguinis in calice, sicut corporis in placentula, sive torta panis. Idem docet Adrianus Finus *l* & alii qui omnes urgent præsentem locum, sicut & in ejusdem commentario Richardus Cenomanus, Agathius Guidacerius, Genebrardus, Varlenius, Jansenius, Felix Nebiensi, Folengius, Franciscus de Puteo, Petrus de Harentals, Faber, Titelmanus. De elevatione autem Eucharistiæ veterum scriptorum auctoritates colligit omnium postremus diligentissimè Coccius *m* Nituntur omnes illi auctores, versione, ut est ex Hebræo, & Chaldæo; de qua more nostro separatim agemus. Valet certè hoc argumentum ad hominem contra Judæos, & à fortiori contra Sacramentarios hæreticos. Rectè autem Titelmanus monet non debere nos ab hac sententia retardari, quod veteres Christiani doctores eam non indicaverint; proficere enim novis Ecclesiam subinde temporisque successu, illuminatoribus. Sed non ausim majus momentum illi dare, quàm quod inest in sectatoribus illius, & quia cum vulgata editione satis aptè potest cohærere, ut modo videbimus.

Et erit firmamentum in terra, in summis montium.) Nec Hebraicè, nec Græcè extat conjunctio. Hieronym. ea quoque omissa, vertit, *erat memorabile triticum*, vel *memoriale tritici in terra, in capite montium*; etsi quidam *n* errore quodam oblivionis asserant vertisse, *erit placentula in summitate montium*. Alii, *erit pugillus frumenti in terra*, nempe satus *in capite montium*, vel, *erit multiplicatio frumenti*, &c. vel, *extensi*, vel *deprecatio*, vel, *complacentia*, vel, *placenta*, seu *placentula*: vel, *particula*, vel *buccella*, vel, *fragmentum*, vel, *vola*, seu *palma*, quæ idem valent ac pugillus. Refert B. Antoninus *o* aliam lectionem, *erit panis triticeus*: Chaldaicè, *erit substantificus panis in terra in capite montium*; vel, teste Luca Burgense, *erit fulciens* seu *confortans panis in terra*, &c. Admonet Nebiensis nequivisse se reperire aliam Chaldæam paraphrasim, quæ sic habet, *erit sacrificium frumenti in terra in capite montium Ecclesiæ*. Galatinus ait hanc non esse Rabbi Akilas, aut R. Joseph cœci, cui tribuitur illa quam habemus in bibliis, sed Rabbi Jonatham, recipique non solùm à nostris, sed etiam ab Hebræis & citat librum Kibucim, idest, collectionem: ubi *montes* dicuntur esse Sacerdotes, in quorum capitibus fiet sacrificium panis: & oculis carere, qui hoc non videant, psalmumque totum convenire Messiæ. Paulus Burgensis etiam facit mentionem, Chaldæam paraphrasim vertisse, *erit placentula in terra in capitibus sacerdotum*. Neque Lyranus audiendus, neque Ayguanus, neque Valentia, dum videntur admittere in editione nostra errorem legi, *firmamentum*, pro *frumentum* nullo modo potest *frumentum* significare πλήρωμα nomen Græcum, ex qua lingua immediatè confecta est editio nostra. Convenit nihilominus benè *firmamenti* vox *frumenti*, quia dicitur psalmo 103. *p* quod *panis cor hominis confirmat*, στηριζει; & in 104. *q* quod *Deus omne firmamentum panis* πᾶν στήριγμα ἄρτου, *confregit*, quem Hieronymus reddit *virgam panis* ex Hebræo nomine מטה *matieb*; quod est etiam in Levitico *r*. ubi dicitur *confringi baculus panis*: idemque valet apud Esaiam *s*, *robur panis* מטעי *mishbben*, & ἰσχύς. *Baculum* item seu *virgam panis* מטה *matteh*, & στήριγμα vocat Ezechiel *t*. *Montes* vero figuratè pro principibus accipi hoc ipso psalmo *u* vidimus, quamvis pro altaribus quoque sumi possent summitates, sive cacumina montium. Tot alii quoque illi modi transferendi ex Hebræo & Chaldæo redeunt eodem, & juvare possunt allatam expositionem de Eucharistia. Hebræa sic habent פסת-בר בארץ בראש הרים יחי *iechi pissath bar baarets beros harim*. Tota difficultas est in duabus vocibus פסת בר *pissath bar*, ut simul conjunguntur, nam בר *bar*, ut psal. 2. *x* docuimus, ad ea verba, *apprehendite disciplinam*, ubi pro *disciplina* est בי *bar*, inter alia significat *frumentum*, seu *trit cum*; quod attinet ad פסת *pissath* in regimine ex פסה *pissah*, satis ineptè R. Ira, ut Galatinus *y* refert,

Adixit lingua Romanorum *placentam tenuem & extensam* vocari *pissa*. *Pizza* vulgus non Romanorum tantum, sed aliorum Italorum vocat. quamvis *aliqui* rudiores *possa* proferant. Veteres Romani Latinique illam vocem non agnoscunt, nec verisimile est recentiores Italos ab Hebræis suam *pizzam* mutuatos. Lucas Brugensis derivat à Chaldæo verbo פס *pas*, quod valet *certum reddere*, *firmare*, *fulcire*, ut proinde LXX. transtulerint στήριγμα *firmamentum*. Fateri possumus, id quod aliàs cum Genebrardo concessimus, vocabulis Chaldæis uti quandoque Davidem; sed cur LXX. non addiderunt interpretationem nominis בר *bar*, si solum פסה *pissah*, est *firmamentum*? Certè nullibi alibi absque addito *panis*, ἄρτου, absolutè usurpaverunt στήριγμα. Non occurrit quid dicam, nisi vel LXX. non legisse בר *bar*, vel excidisse eorum interpretatione nomen ἄρτου, aliudve simile: vel ex adjunctis per στήριγμα judicavisse satis intelligi esse firmamentum panis, seu tritici. Quid sibi voluerit Hieronymus per *memorabile*, aut *memoriale*, nescio, nihil habet commune cum Hebræis vocibus: etiamsi Eucharistiæ aptè accommodetur illud *z*; *Memoriam fecit mirabilium suorum*; & בר *bar* significet *purius*, ac *nobilus*. Zacharias *a* appellat *frumentum electorum*. *Vivent tritico ejus*, ait Oseas *b*, & posset hìc allusio nonnulla esse ad id quod præcessit *vivet* &c. quasi respondeatur etiam vivent alii de firmamento frumenti. *Arescit cor ejus*, *qui oblivisceatur comedere* hunc *panem c*. In Alexandria condenda designati sunt muri farina, quam illico aves consumserunt: augures autem futuram verbis abundantiam vaticinati sunt *d*. Surgit Ecclesiæ civitas, & corroboratur pane isto gustato. *Audito sonitu gradientes in cacumine pyrorum* pugnarunt feliciter Hebræi *e*, sic nos, ope, sic per Sacerdotum capita, elevati Christi.

Vetustiores Latini misso illo de quo dixi in paraphrasi, de copia & abundantia externa frugum, ita ut ex pugillo lato plurima messis colligatur etiam in altissimis montium verticibus sterilibus, *firmamentum* simpliciter accipientes, nulla *panis* mentione facta declaraverunt de promissionibus & prophetiis confirmatis in Christo, & quod Christus sit firmamentum omnibus timentibus eum, &, ut loquitur HIERONYMUS magnum terræ labenti afferat; adventus ejus, passio, ac resurrectio firmamentum, gratiaque baptismi, per quam peccata tolluntur, super omnes altitudines sæculi elevetur. Jacobus Jansonius *firmamentum panis* interpretans, idque de sana doctrina, docet eam in terra esse; ideest, juxta nos, ita ut non sit exigenda peculiaris revelatio, & inspiratio privata. & *in summis montium*, hoc est, in iis, qui eminent in potestate & culmine auctoritatis Ecclesiasticæ; quod culmen est in sede illius, cui dictum est *f*: *tibi dabo claves regni cœlorum*; & *confirma g fratres tuos*. Pluralis *montium* numerus plures comprehendit, quam unum Petrum, vel successorem ejus. Tropologicè etiam dici *firmamentum* potest cum Hugone, *in summis montium*, de insignioribus sanctis anachoretis, qui habitaverunt in montibus.

Super extolletur super Libanum fructus ejus.) Hinc incipit versus novus in Psalterio Gallicano. Hieronymus, *elevabitur sicut Libani fructus ejus*. Alii, & *contremiscit sicut Libanus fructus ejus*: vel, *fragorem redder*: vel, *contutietur*: vel, *callidetur*: vel, *crescet*, *fructificabit*, *multiplicabitur*, *Elevatio* aut collisio quanta est *arborum Libani* maximè allatum, & vento agitatarum, per hyperbolem denotat frugum plenarum copiam: ut passim ad litteram exponunt Hebræi, & alii recentiores, & in paraphrasi diximus, aut certè de multiplici prole, ac liberis Hebræorum exponitur multiplicatio illa similis Libano, aut per metathesim יועש *ijrrhaas* pro יעשר *ijhhfar*, quod secundum significat, *ditabitur*. Figmentum vero illud Rabbinorum ex R. Cassaja recitatum à Galatino *h* non referrem, nisi cuperem Hebræorum aliquando ruditatem cum pervicacia conjunctam risui, & execrationi, & commiserationi exponere. Nugabatur ille plantasse Salomonem intra templum omnia genera fructuum ex auro, producique veros ac naturales inde solitos tempore suo; quum autem flaret ventus in eos, defluxisse; & hoc sibi velle verba psalmi, *contremiscet, ut Liba-*

a *in cap. 14. Marci.*
b *in Apoc. c. 2. comment. 3. sect. 1.*
c *Apol. lib. 3 pag. 320.*
d *de Euchar. class. 9.*
e *tom. 1. Lit. pag. 8. & 17.*
f *l. 10 de Euch. c. 7.*
g *13. de sign. Eccl. 6 lib. 14. c. 1.*
h *tit. de prob. 5.*
i *3. cont. Jud. consid. 4. argum. 39.*
k *l. 12. 16. 18. cont. Jud. c. 4.*
l *supra art. 16.* Titelmani admonitio.
m *Salmeron tom. 12.*
o *3. p. ult. q. 5.*
p *vers. 15.*
q *vers. 16.*
r *c. 26. 16.*
s *c. 3. 1.*
t *c. 4. 16. c. 9. 16. c. 14. 15.*
u *vers. 5.*
x *vers. 18.*
y *l. 10. c. 4.*
z *Ps. 110. 4.*
a *c. 17.*
b *c. 14. 8.*
c *Ps. 101. 5.* In Alexandria condenda designatio murorum ex farina.
d *Pierius fol. 184.*
e *2. Reg. 5. 24.*
f *Mat. 16. 19.*
g *Luc. 22. 32.*
Tropologia.
Figmentum ridendum Rabbinorum omnia genera fructuum ex auro plantata à Salomone intra templum.
h *l. 4. c. 9.*

Libanus, fructus ejus. quando Gentiles intraverunt sic- A catas esse arbores aureas, idque dictum à Nahum *a flos Libani elanguit*.

a c. 1. 5. Mysticus sensus.

Vetustiores Latini mysticè declarant gratiam baptismi, ac legis Evangelicæ, & charitatis, quæ super omnes altitudines sæculi, nitoremve, & candorem, seu etiam odorem opinionis ac famæ externæ elevata est, aut eximios sanctos quorum opera fructus Spiritus sancti sunt, & egregium æternæ vitæ præmium.

b 7. demonst in 7.

Eusebius *b*, per *Libanum* accipiens civitatem Jerosolymitanam, propter arcam & suffitum thuris, aliasque causas, & Prophetarum testimonia ita usurpantium, explicat Christi fructum, quæ est ex gentibus Ecclesia, super Libanum extollendum; idest, Ecclesiam super Synagogam.

Euthymius & Nicephorus declarant superandam idololatriam, quæ maximâ in Libano exercebatur, ab Evangelica prædicatione. Alii non adeo antiqui, explicant de fructu Eucharistiæ, panisque divini, ex quo manducans *vivet in æternum c*, præsertim propter divinitatem Christi, quam B. Antonius *d* intelligit per *firmamenti* nomen. Verbum Hebræum יִרְעַשׁ *iyrrhas* B rectè interpretes reddiderunt ὑπερῳψώσεται *superextolletur*, & Hieronymus, *elevabitur*, quia hic expresserunt motum rectum vibrationi similem, quem dictum importat verbum, & qui cernitur quodammodo in augmento, incremento viventium. In absoluta vero motionis & agitationis notione, quam habet idem verbum, satis apte Guidacerius observavit innui fructum veritatem que sanctissimæ placentulæ altaris, & hostiæ, concutiendam fuisse novissimis temporibus à Berengarianis, Occolampadianis, aliisque Sacramentariis, ut mons Libani à diversis impetitur concutiturque ventis: sed ut venti, posteaquam aliquamdiu irruendo, in montem flaverint excidunt, monsque ipse ad pristinam suam redit tranquillitatem, sic hæreticos interituros, & Sacramenti sacrificii que veritatem & cultum in fines usque sæculorum permansurum. Adde, proprietates Libani, de quibus aliàs egi, Eucharistiæ optime congruere, sive spectes montis candorem, sive thuris, & aliarum odoriferarum plantarum productio C nem: sive suavitatem saporum in fructibus, quos producit, quorum saporum differentias septem in Eucharistia B. Antonius *e* demonstrat, juxta id quod in libro sapientiæ *f* de manna scribitur, sive altitudinem montis & arborum, sive, quid aliud. Quòd sit *fructum* placet intelligere, ut quandoque sit pro prole, firmamentum hoc & fructus Eucharistiæ, sicut & vinum sacrum ejusdem *germinare* facit *virgines g*, & sanctam Ecclesiæ prolem multiplicat, atque corroborat: quod sequentibus quoque verbis indicatur.

c Joan. 6. 51. d 7. par. tit. 14. c. 5.

Guidacerii observatio,

Proprietates Libani Eucharistiæ optimè congruentes.

e 2. par. tit. 14. c. 15.
f c. 10. 20.
g Zach. 9. 17.

Et florebunt de civitate, sicut fœnum terræ) Petrus de Arentals, ait in translatione Romana haberi, *sicut fructus terræ*: penes illum solum fides hujus est: nec enim alibi lego. Videtur Arnobius legisse *florebit*, in singulari, significatur annonæ copia in civitatibus, in metropoli præsertim quam Chaldæus nominatim exprimit Jerusalem, ut sobolis, ita ut sint civitates magna hominum refertæ multitudine, quæres pertinet ad felicem regni statum, & conjuncta solet esse cum abundantia rerum ad victum necessariarum: De tempore Salomonis proditum est, quòd *Juda & Israel innumerabiles erant sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes h*.

h 1. Reg. 4. 20.

Ad Eucharistiam & Ecclesiam facilis applicatio; & hujus initium à Sion. sive à Jerusalem *i*, de qua postea florebimus in cœlesti, tribulationibus interim affecti, ut Cassiodorus notat. Eucharistia, ut ante dixi, sobolem Ecclesiæ multiplicat, & præterea potentes suavi odore virtutum facit.

i Esai. 2. 3.

B. Antonis *k* ad multitudinem Angelorum refert, qui de civitate cœlesti descenderunt ad Eucharistiam; item fidelium, qui ad eamdem accurrunt, ut tota fere devotio illorum remanserit in hoc Sacramento. Dici quidem potest, ut priùs monui, *germen Domini magnificentia; & gloria, fructus terræ sublimis l*.

k 3. part. tit. 14.

l Esa. 4. 2.

Augustinus *civitatem* etiam in malam partem sumit, & *fœnum*, ut significetur comparandum fœno terræ quiquid pro magno habetur in sæculo: diffamandum super omnia, quod in æternum promittitur.

Simplicior sensus requirit, ut *fœnum* accipiamus in meliorem partem pro fructifero, quale est frumentum, ut placet etiam Augustino, vel in fœno herbave qualibet attendatur cum Cassiodoro, non utilitas, quodque citò arescat & decidat, sed quod facilè copioseque proveniat & vireat; & *de civitate* sit idem quod ex civitate (hoc loco Græcè est ἐκ, & Hebraicè מִן *min*,) & in civitate, & qui pertinent ad civitatem. De hac inferiore civitate ad superiorem Christus flores detulit animarum sanctarum Patri, & obtulit, quum ascendit: dicens, ut ratiocinatur Chrysostomus *m*: vide fructus terræ, hos omnes tamquam primitias tibi offero, & tu Domine Deus virtutum Deus Israel, intende ut visites omnes gentes. Ego visitavi, & implevi tuam obedientiam; nunc autem ad te venio, intende & tu, ut visites gentes & mandes eis alium Paraclitum Spiritum Sanctum tuum. Fere semper ex fœno comparatio in scripturis malè sonat. Sed in bono sensu, non solùm eo modo quem jam dixi, hic accipitur, & ab Arnobio pro Christo, ut se ille accommodat rudioribus, tamquam jumentis, quod Hilarius *n* quoque docet, sed præterea subjugatam carnem *o* & fructum bonorum operum *p*. Similis ei quam dixi comparationis ratio legitur in Job *q*: *Sties quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ*, ubi est עֵשֶׂב *hhesev* sicut hìc significans *molliorem herbam, tenerius gramen, lætum; virens, seminificans*: & alibi sæpius vertitur *herbar*; iterum adhuc *fœnum s*, Græcè, nunc χλόη *t*, nunc χόρτος *u*, sicut etiam hoc loco, nunc μαμβρανον *x*, aliquando עֵשֶׂב *hhesev*, additur alteri nomini דֶּשֶׁא *desce*, Latinè, *herba virens*, Græcè βοτάνη γ χόρτος. Ad idem valet alia similitudo, qua Esaias *z* exprimit veluti florentem ac germinantem exultationem. *Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt* בְּרֶשֶׁא *chaddesee* ὡς βοτάνη. Potest verò etiam ducta ex fœno comparatio aliter accipi secundùm tropologiam, ut superveniente quasi calore amoris divini, & insufflante spiritu Domini deferveseat, deficiat, decidat, exaresecat amor sæculi, quamvis hoc non tam hic florere, ut hic dicitur, quàm deflorescere, & florem perire.

Chrysostomi elegans ratiocinatio.

m Hom. 2. de Spir. S.

Fœni comparatio in scripturis fere semper malè sonas.

n in Ps. 146.
o Hier. in Mat. c. 14.
p Hilar. c. 14 in Matth.
q c. 5. 25.

r Gen 29. 30
Ps. 103. 14.
s Pr. 27. 25.
t Ps 103. 14.
u Pr 27. 25
x Job. 5. 25.
y Gen. 1. 11. 12
z c. 66. 14.

Tropologia.

In quo sensu Euthymius, atque Theodoretus, non tantùm de multiplicandis fidelibus explicant, crescente Evangelii prædicatione, perituros habitatores civitatis Jerusalem, omnesque Judæos, & universam Synagogam celerrimè instar herbæ; sed præ se fert Theodoretus accepisse oppositam notionem verbi ξανθησουσι, Ἐξανθεῖν. quasi significet, *defloresscent*. Et quidem ἐξανθεῖν aliquando idem, quod ἀνανθεῖν, sed rarò admodum, nec arbitror ex LXX. afferri exemplum posse; repugnat autem ea significatio Hebræo יְצִיצוּ *tarsitsu*. Innuisse porro videri quoquomodo Christus potest dictum illum sensum: natus in Bethleemitico præsepio, fœnoque, vel florem nostri fœni (Nazaræus *florem* significat) ipsum esse, & proverbio finem imposuisse, *quid paleis ad triticum a?*

a Joan. 23. 25.

Vers. 17.) Sit nomen ejus benedictum in sæcula, ante Solem permanet nomen ejus.

D

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.

POstquam tam multa de Rege ratiocinatus est, potissimùm de Christo, cujus figura Salomon typuiq; & post vaticinium de nominis Christiani amplissima quasi segete, votum suum depromit, quo se desiderare significat: aut quia suprà quoque dixerat *adorandum ab omnibus, & servituras ei omnes gentes b*, exponit hoc fere b *vers.* 11. uturas sermone, quo se dicant optare, ut nomen ipsius Christi, & Christianorum, omnes perpetuo laudent, quod in conspectu hujus Solis & quamdiu ille durat, permanet permanebitque: Et quia per eumdem CHRISTUM, sicut Patriarchis & Prophetis promissum, & prædictum est, omnes absque ullo discrimine vel exceptione, terræ nationes benedicentur omni benedictione præsertim spirituali in cœlestibus, & ipsæ se quoque propter illum beatas prædicabunt, denique à cunctis celebrabitur supra omnes maximus & beatissimus.

Sensus loci.

Sit

Sit nomen Domini benedictum in sæcula. Hieron. *erit nomen ejus in æternum.* In Psalterio Romano & Gallicano, & apud Hieronymum putatum in commentario, *& erit nomen ejus benedictum in sæcula.* In bibliis Complutensius, & Regius Græcè ἔσαι. Latinè, *erit*, id parum refert. Participium εὐλογημένον, *benedictum*, Basilius testatur, à nullo interprete poni, & Theodoretus, apud nullum exemplar legi, neque in sexdublici, sive hexaplo, neque in Hebraico, quum tamen id legant omnes, excepto Tertulliano *a*, qui citat, *sit nomen ejus in æternum*, & retentum sit auctoritate Ecclesiæ, undecumque sit, sive ex textu, sive ex glossemate, quod irrepserit in textum.

a 5. cont. Marcio. c. 9.

Parcere Agellius labori potuisset, quo probare contendit vocem *nominis* quandoque sumi pro posteritate, ut in Deuteronomio *b*, quum *suscitare semen* dicitur, Hebraicè, *nomen:* in Ps. 108. *c* quum *deleri nomen in generatione una*, & apud Eliam *d*, quum *perdi*, apud eumdem *e*, quum *stare semen*, & *nomen*. Explicat verò etiam omnes *nomen* pro honoris celebritate, famæ, & gloriæ; sicut est in Ps. 114. *f*. *Sit nomen Domini benedictum*, ad quæ verba utriusque Psalmi solent pii viri religionis ergo capita inclinare, quod facere desinent auditis quidem, seu recitatis hujus verbis, qui Agellium sequi malent, quàm ceterorum consensum. Pendent quidem nomen alicujus, & fama apud homines non parum ex ejusdem posteritate; attamen durat non rarò illud quàm ista diutius. Præterea favet, quod sequitur, ut *benedicantur* g *omnes Tribus terræ* h, *ut sit benedictus DEUS*, ut *benedictum nomen majestatis* i *ejus*. Denique loca, quæ affert Agellius, ostendunt magnam conjunctionem posteritatis & nominis, sed indicant simul distinctionem: ut *k fiant nati ejus in interitum, in generatione una deleatur nomen ejus: & perdam Babylonis* l *nomen & reliquias, & germen, & progeniem*, & *sic* m *stabit nomen vestrum, & semen vestrum.* Quòd autem loco vocabu i שֵׁם *scem*, quod *nomen* significat, reddat interpres n alicubi, *semen*; solùm indicat, quam dixi nominis conjunctionem cum posteritate, ad quam nomen proprium descendit. Is qui cohonestatur Hieronymi nomine, quum legat *erit*, interpretatur, benedicendum nomen Domini Christi in sæcula ab his quos transtulerit in cœlestem Jerusalem, ubi de sœno floridо & viridi, coma perdurante Sanctorum ornantur coronæ. Gramineas vocare possis, impositas liberatis ab hac moralitatis obsidione à liberatore, non liberatori ipsi, ut apud homines solebat o, nisi eo modo etiam liberatori à liberatis, quomodo seniores ex Apocalypsi *p* abjiciunt suas, quas se agno profitentur debere; quæ benedicendi, laudandique ratio optima. Quid sit *benedici Deum*, ex dictis alibi petendum, *ante Solem permanet nomen ejus*. Hieronymus, *ultra Solem perseverabit nomen ejus*. Alii, *quamdiu fuerit Sol, propagabitur nomen ejus*, vel *coram Sole filiabitur nomen ejus:* idest, sicut filius ducit nos in memoriam Patris, estque illius memoria, seu monimentum, τὸ μνηλόσυνον, sic nominis ejus erit memoria in sæculum; aut, sicut quotidie Sol oritur mundo, sic efficiet Dominus, ut continua sit successio regni, semperque verè nominari possit tamquam exsistens. Rursus alii *q*, *priusquam esset Sol, jam ab æterno, filius erat nomen illi*, nempe Christo, Filio coæterno Patri, vel, *instar Solis juveneſcat nomen ejus*; vel, *ante Solem genitum est nomen ejus*, vel, *ante Solem filiabit nomen ejus*, vel, *ante Solem dominabitur nomen ejus*, vel, *ante Solem Jinnon nomen ejus*; nempe proprium unum nomen Messiæ. Cajetani versio est, *faciebus Solis filiabitur nomen ejus*: expositio autem, quòd in clara luce, & palam in toto universo nomen Messiæ, filiatione cognoscetur; hoc est, ab omnibus cognoscetur, quòd ipse est filius Dei, quòd esse filium Dei, est ei nomen proprium. Hinc autem ait vulgatum apud Judæos nomen Messiæ: *Filius DEI* ac propterea sæpius in Evangelio induci & homines *r*, & Dæmones *s* appellantes Christum *Filium Dei*: Caipham etiam, qui interrogavit *t*, *si tu es Christus filius Dei*; & ita vocandum prædixit Gabriel *u*. Ex Rabbinis Galatinus *x* recitat testimonia de filiatione Divina, quam hìc tribui Christo explicant. Præterea *y* juxta illam versionem *ante Solem filiabit nomen ejus*, vel, *nasci faciat* quòd nasci faciet omnes dormientes in pulvere, nempe per resurrectionem. Hebræa sunt יגין שמש

Vox *nominis* pro posteritate sumta ab Agellio, b c. 25. 5. 7. c vers. 13. d c. 14. 22. e c. 66. 22. f vers. 20

g *hoc versu*. h *vers.* 8. i *vers.* 19.

k Ps. 108. 23. l Esa. 14. 22. m c. 66. 22.

n Deut. 26. 2. 19.

o Gellius l. 3. c. 6.

p c. 6. 10.

q Campensis.

r Matt 14. 33 c. 16. 16. c. 27. 54. Joan. 1. 34. 49. c. 6. 69. c. 11. 27

s Mat. 8. 29. Mar. 3. 11. c. 5. 7. Luc 4.

t Mat. 26. 63 u Luc. 1. 35. x l. 3. c. 2. l. 4. c. 13 l 12. c. 3. Rabbinorū testimonia de filiatione divina.

y l. 12 c. 3.

A שמו לפני *liphne scemesch iinnon scemo*, ubi ultimum verbum habet notam, quam vocant Keri chetric, quæ monet aliter legi, aliter scribi. Suspicatur Genebrardus lectum à LXX. יכון *iichon*, in niphal, vel ob affinitatem litterarum, unum pro alio sumsisse, quia כון *chun* significat *præparare*, & *firmare*, & Paraphrastes expositit: *& antequam creatus esset Sol, præparatum erat nomen ejus*. Possem & ipse non improbabiliùs conjicere de ילין *jalin*, *pernoctabit*, *morabitur*, *manebit*. Si fieri possit, nihil mutandum, dicendumque potiùs ad sensum LXX. respexisse, & figuratè ינון *iinnon*, quod à בין *nin*, *filius*, unde Hispani *ninno*, & aliud nomen Hebræum מנון *manon*, pro quo interpres z vertit *contumacem*, ut paviſse pro eo, quod est veluti per filiationem, & propagationem permanere, quod aliter dici solet, *in generationem & generationem*, perinde ac si nomen Christi denuo generetur in posteris, immo ipsemet qui aliquando dixit *a*, *eum qui Patris sui faciat voluntatem esse matrem suam*. Quare interpretationes illas ex Hebræo non magni facio, nisi ut nobis adversus hostes nostros Judæos argumentum suppeditant, cujusmodi argumentum conficit hoc loco Paulus Burgensis ex Judæo Christianus, dicens ex necessitate litteræ Hebraicæ colligi dari in divinis filium, seu filiationem ab æterno. Quod attinet ad editionem nostram, in aliis duobus Psalteriis Latinis, est futuri temporis, *permanebit*; item in correctis bibliis Græcis διαμενεῖ, & apud Tertullianum *b*, *ante Solem manebit nomen ejus:* sed Enarratores, tùm Græci, tùm Latini retinent præsens tempus, quamvis Hebræum verbum, de quo egimus, sit futuri temporis. Legit Ayguanus cum conjungente particula, *& ante Solem*, volens, &, esse pro *quia*, ut ideo sit nomen Domini benedictum, quia hoc nomen permanet ante Solem.

Hispanorū *ninno* unde z Pr. 29. 22.

a Mat. 12. 50

b 5. cont. Marcio c. 9.

Additur in dictis duobus Psalteriis, *& ante lunam sedes ejus*, quod etiam Chrysostomus *c* videtur legisse, & Isidorus *d*, & Athanasius *e*, qui *lunam* nominat, sed non *sedem*, προ τῆ ἡλία διαμένει τὸ ὄνομα αὐτῆ καὶ πρὸ τῆ σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. De phrasi ipsa quia sit *permanere ante Solem*, idem prorsus hìc sentio, quod vers. 5. *& permanebit cum Sole, & ante lunam*: ut, *ante Solem*, non sit, priusquam Sol esset, sed in conspectu ejus, & quamdiu lucebit eritque. Repetit hìc quoque Apollinarius τὸ προπάροιθε, quod eam vim habet, quam volumus. Assentior probantibus hinc æternitatem Christi, sed non quia, *ante Solem*, denotet durationis æternitatem ante ipsum Solem, in qua permaneret nomen Christi. *Permanendi* verbum, & διαμένειν, ut vers. 5. dicebam, extensionem indicat, in futurum, non ita propriè habitudinem ad præteritum. Etsi tamdem *permanere ante Solem*, exponi posset, consistere jam inde antequam Sol esset, quomodo videntur Enarratores intellexisse, qui passim de æternitate declarant, secundùm partem anteriorem. Explicat etiam de Christo hunc locum Cyrillus Jerosolymitanus *f*, ut probet frustra laboratum à Judæis in illo conterendo: Nyssenus *g* item, ut demonstret Deum esse, & Isidorus *h*, ut ostendat Christo filio Dei crediturās omnes gentes, item Athanasius *i* ut confirmet ejusdem divinitatem. Si *nomen* incomplexè sumeremus, quæri posset, quo pacto conveniat, ante Solem Deo, seu Dei filio, & Christo, ut Dei filius est, nimirum ab æterno. At neque ita *nomen* hìc accipitur, neque ante, *ante Solem*, illo modo. Ab æterno esse verbum & filium Dei, convenit personæ secundæ. Ambrosius *k* ait, quod cognoscens Mosis mentem Deus, interrogantis *quod esset nomen ejus*, non respondit nomen, sed negotium; hoc est, rem expressit non appellationem, dicens, *ego sum*, *qui sum*, quia nihil tam proprium Dei, quam semper esse. Qui ergo, inquit, negant Christum coæternum Patri, videant, quia Deum negant, cujus est semper esse, nec aliquando non fuisse.

c in c. 2. Esa & Ps. 109

d de vocat. gent. c. 2.

e disp. 2. cont Aria.

¡Hujus loci de Christo expositio ad quid probandum

f Catth. 13.

g in fragm. sunt Hebr. tom. 3. bibl. Patrum.

h de vocat. Gentes. 2.

i disp 2. cont. Aria. & qu. 136. ad Antioch.

Quæstio mota hoc loco.

k in Ps. 49.

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ.) Hieronymus, *omnes gentes* כל גוים *chol goim*. Tertullianus *l*, *universæ gentes*: qui addit, quòd in Salomone nulla natio benedicitur, in Christo verò omnis; alii, & *benedicent se in eo omnes gentes*. Videntur supplevisse LXX. *omnes tribus terræ*, quia in textu Hebræo extant semel dumtaxat *omnes gentes*: quas voces referunt aliqui ad sequens membrum, quod parum refert.

l 5. cont. Marcio c. 9.

Hebraizantes bifariam explicant, ut quoties gentes

volent

volent sibi aliisque bene precari, dicant, sit mihi, vel tibi Deus beneficus, quemadmodum erga Salomonem fuit: vel ut DEUM adeo beneficum adversus Judæos agnoscant, ut eamdem cupiant fortunam sibi & suis, Tradit priorem modum etiam R. Esaias Tranensis, & Trevetus. Utrumque verum, quod fideles, & se in Christo beatos agnoscent prædicabuntque, sive in ejus merito, ut Paraphrastes explanat, & benedicentur in ipso, id efficienter ab ipso, tum moraliter propter merita, tum physicè, ob realem gratiæ donorumque illius promissionem factam Abrahæ, ut *in eo*, ideſt in semine ipsius, *benedicerentur universæ cognitiones*, sive *Tribus*, sive *gentes*, sive *nationes terræ* a quæ promissio iterum facta est Isaac *b*, & Jacob *c*. Huc facit Esaias *d*, *in quo* (nomine novo Christiano) *qui benedictus est super terram*, *benedicetur à DEO. Amen*, hoc est qui in Christo, propterque illum benedictionem sibi precantur, sciant se ab eo, qui est DEUS fidelis, atque beneficus, petere benedictionem.

a Gen. 12. 3. c. 18. 18. c. 22. 1. Gal. 3. Hebr. 11. 8.
b c. 26. 4.
c c. 28. 14.
d c. 65. 16.

Omnes gentes magnificabunt eum.) Hieronymus, & *beatificabunt eum*. Id propriè valet Hebræum verbum, cum affixo יאשרהו *iaasserúhu*, & Græcum, παιζατέ μ, συν παιχνεῖσαν αὐτόν. Ita etiam est in Gallicano Psalterio, *omnes gentes beatificabunt eum*. Magnificatur Deus, & beatificatur, quum magnus & beatus cognoscitur, & prædicatur, ut sæpe dictum est. Sic hoc loco Apollinarius optativè:

Βλβισον καλέ σειαν ἀεὶ θεὸν ἔθνα πάντα.
Beatissimum vocent semper Deum gentes omnes,

e Apud Theod. Tertullianus *e*, *& beatum eum dicent*.

Vers. 18.) Benedictus Dominus Deus Israel qui facit mirabilia solus.

Vers. 19.) Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, & replebitur majestate ejus omnis terra: fiat fiat.

Sensus loci. PErgit in fausta precatione; votoque, ut benedicatur ab omnibus Deus Israelis, quia non Gentium Dei, sed hic solus: nec aliena egens ope, sed suismet solis viribus atque potentia, opera quædam insigniora designet per eum Regem, & circa eum, de quo hactenus dictum est, exercenda pro salute humani generis: & quicquid mirabiliter ab aliquo fit, ejus virtute fit. Repetit etiam, ut sit apud omnes celebris, laudataque semper majestas illius, & compleatur orbis universus, cognitione atque prædicatione ejusdem.

Quod ad extremum confirmat gemina voce confirmantis, & asseverantis, sic se omnino verèque velle, ac optare, quod pronuntiat. Habet verò etiam hæc desiderium exprimens oratio, rationem prædictionis, ut alibi, non rarò.

Benedictus Dominus Deus Israel.) Eadem sententia declarata est Psal. 40. extremo. Tertullianus *f* exprimit genitivum *Israelis*, & asserit de Christo sermonem esse, & DEUM hic dici. Miror duo tantùm nomina poni *Domini*, & *DEI*. etiam ab Hieronymo *g*, quum ipsemet sit testis in Hebraico esse, & apud LXX. iterum extet nomen *DEI*, & manifestissimè triplicem *Domini Dei Deique* nuncupationem asserat esse mysterium Trinitatis. Monet eadem de re Bruno. Herbipolensis. Id fateor probabile, sed non argumentum necessarium esse. Paraphrastes Hebræum textum sectatus est, & alii qui transferunt ex illo. In Psalmo 40. ubi eadem habetur sententia, duo sola nomina sunt יהוה *Jehovah* אלהי *Eloe*: hic bis *Elohim*, & *Elohe* in regimine, præter *Jehovah*.

f 6. cont. Marc. c. 9.
g Epist. 135.
6. vers. 14.

Qui facit mirabilia solus.) In Psalterio Romano apud que Cassiodorum, additur epitheton, *magna*: (*mirabilia magna*) ex Psalmo 135. *h* videtur sumtum, ubi est, *qui facit mirabilia magna solus*, cui affinis alia sententia Ps. 85 *quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus*. Deum & Christum mirabilia solùm facere iis modis, quos dixi, docent ferè omnes commentatores. præsertim autem. quia Deus etsi communicat vim patrandi mirabilia hominibus, ita etiam ut voluerit *majora per illos fieri*, quàm per se ipsum *k potestatem ipsis dando l*, quamvis etiam opera fecerit, *quæ nemo alius ante ipsum m*; tamen per se, *vi propria*, sine alio, solus id potest Deus, nullus alius absque ipso. Propterea quum Petrus claudum curasset, dixit non esse quòd mirarentur, aut se ac Joannem collegam intuerentur, quasi sua virtute ac potestate fecissent eum ambulare: glorificare Deum voluisse filium suum Jesum, & in fide nominis illius, atque ad confirmandam fidem in eum, datam à Deo per fidem, & invocationem, videlicet Jesu, integram sanitatem *n* illam. Et idem tamen aliquando, veluti pro potestate (sed communicata) nec orationem adhibens, quemadmodum in curatione illa claudi, & Tabithæ *o* suscitatione, Ananiam, & Saphiram interemit *p*, ut observat Gregorius *q*. Sed frequentior fuit edendi miracula modus primus, in aliis; in Christo secundus; qui etiam dicebat *quæcumque Pater facit, ea similiter & filium facere r*; *sicut Pater suscitat mortuos, ita & filium, quos vult vivificare s*. Lazarum suscitando dixit, *veni foras t*. Dæmonium ejiciendo: *ego præcipio tibi exi u*.

k Joan. 14. 12. l Matt. 10. 1. Mar. ult. 17. Luc. 10. 19.
m Joan. 15. 24.
n Act. 3. 12. 16.
o Act. 9. 40.
p c. 6. 5. & 10.
q 2. Dialog. c. 30.
r Joan. 5. 19.
s ibid. 21.
t c. 11. 43.
u Mar. 9. 25.

De falsis autem nunc mirabilibus, miraculisque, quo pacto discernantur à veris, non est otium agere. Qui contra superstitiones magorum disputant, præcipuè Delrius, ac Pererius de nostris, & hoc etiam loco Joannes Bochius, detegunt, quid in iis insit fraudum. De Christi verò miraculis, quàm fuerint vera, & à propria ejus profecta virtute, legendus Arnobius *x*. Certè falsorum non est auctor Deus, quatenus talia sunt; quæ nihilominus etiam non fierent, nisi permittente, & quatenus reales actiones sunt, nisi Deo concurrente. Soli Deo tribuuntur, seu Christo, ut Deus est, quæ conveniunt per se ac sine habitudine, & dependentia ab alia superiore causa, & interdum, quæ nec propriè alteri possunt communicari. *Solus Deus* propriè dicitur *y*, ita ut Deitatis ratio tribui nulli verè possit; *soli Deo serviendum z* latriæ cultu: *solus est Deus regum omnium terræ a & Dominus solus b* (absoluto dominio) *solus novit corda c solus fecit cœlum cœlorum, & omnem exercitum eorum* (stellas & Angelos) *terram & universa, quæ in ea sunt, maria & omnia, quæ in eis sunt d*: *solus* est *e*, nempe habens infinitum, & independens esse: *exaltatur nomen ejus solius f*, quia *solus altissimus g*: *magna potentia Dei soliush*: *solus justificatur* (comparatus cum creatura) *& manet invictus Rex in æternum i*: *solus bonus Rex*, *solus præstans*, *solus justus*, *& omnipotens*, *& æternus k*: *solus dimittit peccata l*, *solus rapiens*, *m*, *solus habet immortalitatem n*, *solus prius o*. Denique ipsemet de se pronuntiat Deus: *Ego p Dominus*, & *non est amplius*, *extra me non est Deus*.

x 1. Cont. Gent. Falsorum non est auctor Deus quatenus talia sunt.
y Deut. 32. 9. Tob. 8. 19.
z Deut. 10. 20.
a 4. Reg. 19. 19. 15.
b ibid. ver. 19. Dan. 3. 45.
c 2. Paral. 6. 30.
d 2. Esd. 9. 6.
e Job. 14. 4. c. 23. 13.
f Psc 148. 13.
g Ps 82. 19.
h Eccl. 3. 21. 11. 4.
i c. 18. 1.
k 2. Mach. 1. 24. 25. Luc. 18. 19.
l Luc. 5. 21.
m Rom. 16. 27.
n 1. Tim. 6. 14.
o Apoc. 15. 4.
p Esa. 45. 5.

Si quando autem vocabulum *solus*, aliudve synonymum, cuidam ex personis Trinitatis tribuitur, quantum ad operationem, quam vocant ad extra, vel secundum naturalem & essentialem dignitatem, non excludit aliam personam. Incarnationem quoque opus omnium personarum est, quamvis terminus, quo est esse incarnatum, secundæ solius. Quum etiam Christus dixit, *ut q cognoscant te solum verum Deum*, non excludit se ipsum, vel Spiritum Sanctum à Deitate; sed quod ad se ipsum pertinet, voluit per conjunctionem (&) de se ipso intelligi, quòd esset solus verus Deus, nihil de Spiritu Sancto, quia non ita faciebat ad rem, dicens, quasi is sit ordo verborum, ut ait Augustinus & Beda in Joannem: ut te & quem misisti Jesum Christum cognoscant solum verum Deum. Hoc ipso præterea se ipsum inclusit, ut ratiocinatur Ambrosius *, quoniam in sui etiam cognitione consistere vitam æternam affirmavit, ut nempe à Patre missus erat ad assumendam naturam humanam: sed de se ipso modestiùs locutus est, idque in tertia quoque persona.

Vocabulũ *solus* aut synonymum cuidam ex personis Trinitatis tributum non excludit alias personas.
q Joan. 17. 3.
* 5. de fide c. 3.

Aliorum communior ad eum locum expositio: Patrem nominari *solum verum Deum*, non ad alias excludendas personas; sed idola, seu falsos Deos, unum enim verum esse Deum Patrem cum quo consubstantialis filius quum sit verus Deus idem, numerum ac multitudinem non efficit. Pater sine dubio ac Spiritus Sanctus

sapiens est, habeat immortalitatem, ac lucem inhabitat inaccessibilem, etiamsi ea de Christo affirmet Paulus *a*, & in hymno angelico canat de Christo Ecclesia, *tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus*. Tandem vox (*solum*) in dicta sententia, non subjecti, sed attributi rationem habet, ut sit sensus, *ut cognoscant te solum verum Deum*, id est te, qui es ille Deus, qui solus verus es, non autem, ut te qui solus es verus Deus: quod adhuc magis clarè Græcus textus indicat, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, ubi etiam sicut *verum* pertinet ad attributum, ita *solum*. Potest præterea per attributionem dici Patet *solus DEUS*, qui Deitatis fons est, atque αγαρύτος & *ingenitus*, ut adnotavit Theodorus Heracleotes; Augustinus, aliusve, qui ex ejus libris de Trinitate collegit quæstiunculas de eadem *b*, docet ad solam Patris personam non pertinere hanc, & similes dicendi formulas, dum dicitur *solus DEUS*, sive in novo, sive in veteri testamento, aut quum dicitur, quod Deus solus, sive hoc, sive illud facit, sed ad totam Trinitatem sanctam, quæ est unus Deus omnipotens, omnia faciens, quæ in cœlo, & in terra. A notat demum Guidacerius, eo quod repetatur nomen *DEI* bis cum nomine *Domini*,, ne quis pluries suspicetur Deos, hìc additum, *solus*.

a 1. Tim. 6. 16. 1 Tim. 6. 16.

b tom. 3.

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum.) Hieronymus, Augustinus, Tertullianus *c*, & vetus psalterium, *gloriæ*; quam significat vocabulum δίξης, & כבוד *chavod*. Argumentatur Tertullianus de Salomone hunc locum non esse, quia etiam quam habuit, in Deo gloriam amisit, per mulierem in idololatriam usque perductus. Quum *benedictum nomen* Dei ter dicatur, vel *benedictus Deus* hìc, & versu 17, atque 18. Faber observat personas Trinitatis Filium Patrem, Spiritum Sanctum, & hoc esse quod Catholici pronunciant. *Benedicamus Patrem, & filium, cum Sancto spiritu, laudemus, & superexaltemus eum in sæcula*. Refert etiam, quòd Gulielmus, ex Hebræo Christianus, ac tempore S. Gulielmi Bituricensis Archiepiscopi baptizatus, affirmabat illam hymnologiam Hebræis jam olim fuisse traditam, & in eorum codicibus extare. Guidacerius per *benedictum nomen majestatis*, sive *gloriæ*, intelligit filium, quem Paulus *d* nominat *splendorem gloriæ DEI*. Monet Hieronymus illa alia quæ se legisse Sunia & Fretela scribebant, *& in seculum sæculi*, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, nec in Hebræo textu esse, nec apud LXX. Extat in duobus Psalteriis Romano & Gallicano, nec non apud Augustinum & Cassiodorum, videturque Apollinarius legisse;

c 2. Paral. 7. 4. Esa. 6. 1. 1 Esa. 2. 19. & 6. 68.

d Hebr. 1. 3.

καὶ νῦν, καὶ μετέπειτα· καὶ ἐσσαδαρύποις γενέθλαις.
Et nunc, & postea, & futuris generationibus.

Augustinus quum legisset *in æternum, & in sæculum sæculi*, observat ita Latinos vertisse, qui non possent dicere, *in æternum, & in æternum æterni*; fortè autem commodius dicturos fuisse *in sæculum & in sæculum sæculi*; ut *in sæculum* intelligeretur quantum hic sæculum durat, *in sæculum* autem *sæculi*, quod post hujus finem futurum promittitur. Aliàs expensa formula ista est, nunc minùs necessaria notatio, quum Hebraismus dumtaxat, *in æternum*, & quamlibet hoc longam durationem significet.

Et replebitur majestate ejus omnis terra.) Et hic legunt, *gloria*, qui in membro precedente, quum sint eædem voces Hebræa & Græca. Jungit Paraphrastes *splendorem gloriæ*. Occurrit alibi ut *majestas Dei* dicatur *replere & implere*, & ut cum addito *gloria majestatis* appelletur *f* & sæpius pro *majestate* δόξα est; & כבוד *chavod* apud Esaiam *g* quod legimus, *ea quæ sub ipso erant, replebant templum*, Græcè est, πλῆρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ, *plena domus gloriæ ejus*; scilicet quæ sub Deo est incarnatio, cum ille se subdit, gloriam ei peperit magnam. Subdit Esaias *h* audivisse se Seraphim quum clamarint *plenam omnem terram gloria Domini*. Plenam testantur divinæ litteræ *terram misericordia DEI*, & *laudes k*, laus nimirum Dei gloriaque spectatur potissimùm in misericordia ejusdem; sed & conspicua fit in operibus justitiæ, quæ in extremo potissimùm judicio exercebitur. Innuunt hæc etiam, ut elicere Justinus videtur, majestate divina replendam fuisse omnem terram per Incarnationem, non ut Ubi-

e 2. Par. 7. 4. Esa. 6. 1. 1 Esa. 2. 19. & 6. 68.

f verf. 3. g Pf. 32. 5. Pfa. 118. 64

h Abac. 3. 3.

Laus Dei gloriaque spectatur potissimum in misericordia ejus.

Aquitarii volunt; sed quatenus infinita majestas per hypostasim unita particulari naturæ humanæ, extra quam nullibi sic est, eo modo gloriam suam erat orbe terrarum declaratura, ut equidem interpretor. Leo *l*, quis, ait, illis præsentem non intelligat majestatem, ubi veram videt apparere virtutem? Bernardus *m* autem, replendam dicit majestate terram corporis nostri, & in ea inhabitaturam gloriam in resurrectione, quum erit incorruptibile, impassibile, agile, configuratum corpori claritatis Christi *n*; animam etiam, quando perfecta in illa erit scientia, justitia, lætitia. Videtur Bernardum tranicripsisse is, qui apud August. vocatur auctor libri de spiritu, & anima *o*. Nihil replere ac explere nos potest præter immensam *DEI* majestatem, nihil satiare, nisi *apparens gloria ipsius* p: templum Dei, tabernaculumve, quod sumus nos, sola replet *gloria Domini* q. In quotidiana præfatione missæ canitur Deo, Pleni sunt cœli & terra gloria tua, ideſt, manifestatione gloriæ tuæ, pleni Angeli, hominesque, vel tùm fidele amici Dei, tùm inimici crucis Christi, qui terrena tantum sapiunt, vim gratiæ divinæ percipiunt, quæ vocatur aliquando *gloria* r, quum dicuntur omnes peccavisse, & egere gloria DEI. In majestate, ut latiùs accipitur, notantur ista, ut Hugo meminit.

l Serm. ult. de Epipha. m Ser. 4. festo omn. de Sanct. & ser. de verbis Esa. Phil. 3. 21.

n tom. 3.

o tom. 3.

p c. 65.

q Pf. 16. 5. Ezech. 43. 5. Exod 40. 32. Ho. 9 15. 3. Reg 8. 10.

r Rom. 3. 25. In majestate quæ notentur.

Gloria, signa, timor, virtus, persona, potestas, Magnum, magnificum, plebs, honor, arma, cliens.

Fiat, fiat.) Lege dicta in fine Psalm. 40. tùm de varia lectione, tùm de sententia, quòd per hujusmodi voces in extremo cujuspiam psalmi positas integrum psalmorum opus distinguatur in libros quinque. Id non cohæret cum alia sententia, quod sequentis verba versus ad hunc spectent psalmum: sic enim ultima clausula non esset per *fiat, fiat*, sive *amen, amen*, sive, *verè, verè*. πεπιστευμένος, πεπιστευμένως, *fideliter, fideliter*, aut πεπιστωμένως, πεπιστωμένως. De generali & Catholica Ecclesia priora, totumque psalmum intelligens Augustinus, ait, sicut jussit Deus ita fieri, ita omnino fieri, & arguit Donatistas in angulum Africæ redigentes Ecclesiam *s*. Ite nunc Donatistæ, inquit, & clamate, non fiat, non fiat. Vicit vos verbum Dei dicens, *fiat, fiat*. Ecce manifestè est in psalmis Ecclesia toto orbe diffusa, super quam requiescit gloria regis ejus.

Per has voces *Fiat, fiat* in extremo cujuspiam Psalm. quid notari velint nonnulli.

Donatistarum in angulû Africæ Ecclesiam redigentium reprehensio.

s de humil. Eccl. c. 8.

Vers. 20.) Defecerunt laudes David filii Jesse.

STatuendum est ante omnia, hunc versum, qui tamen in Ecclesiastico non ponitur officio, nec recitatur, nec à Paraphrastis, ut pars psalmi exprimitur, ad hunc psalmum pertinere, non ad titulum sequentis, quamvis hæc posterior opinio sit ejus, quem vocant Ruffinum, item Augustini, Cassiodori, Remigii, Bedæ, Haimonis Hugonis, Bruonis Carthusiani, Riccardi Pampolitani, Dionysii Carthusiani, & de recentioribus Lindani, atque Jansonii, denique Ambrosii, in commentario psalmi sequentis. Ex Græcis, Euthymii, Nicephori, Apollinarii; qui sic etiam exponit,

Δαυὶδ μᾶλλον μὲν ἐπισίασεν δεσσεσίν φρεσὶ,
παυσὲς ἐσσαιεν, ἐξολιγογρανίης,
Ἀσὰφ ς δὲ ἀνόρουσεν καὶ ἴαλε νεύμασι θείοις,
ἑβδομάτης δεκάδος δεύτερον φωνὴ εἰς.

Davidis carminum quidem cessavit divina mens
Filii Jesse, ex imbecillitate.
Asaphus verò surrexit, & resonuit spiritu divino,
Septimæ decadis secundum hymnum mittens.

Sed de hoc, quod initio dixi, non ad sequentis titulum spectare verba ista, verùm ad hunc psalmum, credi debet emendatis auctoritate Pontificia bibliis, in quibus hic in fine, & ante sequentem psalmum notantur, tametsi in vetustis aliquot, & impressis, & manuscriptis referantur ad dictum titulum, & in quibusdam omnino prætermittantur, in Græcis etiam correctis jungantur titulo. Excitatis in opposita sententia Auctoribus memi-

meminerunt Beda, & Bruno Carthusianus nostræ; & Bruno citat Hieronymum, hunc que docuisse ab Esdra partem istam psalmo præsenti appositam: quod in ejus, qui Hieronymi nomine circumfertur, commentariis quum non extet, argumentari licet eum esse suppositium Hieron. Verus autem Hieronymus, ad Marcellum, *a*, docet finem esse istius psalmi, *defecerant hymni David filii Jesse*. Alter Bruno Herbipolensis præcisè idem sentit, & nunc quotquot ex Hebræo interpretantur, sive Hebræi, sive Catholici, (ut hæreticos taceam) Liranus etiam, Trevetus, Valentia, & alii, Scholion quoque quoddam Græcum, quod collector notationum ad biblia Græca Sixtina editionis LXX. recitat, non dubitat appellare qui contradicant, ἀπείρους μὲν ἀκριβείας τῆ ἀναγνώσματος, *expertes exactæ exquisitæque lectionis*, quæ cum Hebræo textu concordat.

a *Epist.* 249

Sensus autem est, quem David intendit, si adscripsit, vel is qui psalmos digessit, sive Ezechias, sive Esdra, sive alius ut postremum hunc à Davide compositum psalmum, licèt alios quoque sequentes composuerit, sed eo ordine dispositi non sint, quo pro vario tempore composuit: aut quia huc reliqui tendunt psalmi, hoc B est, ad regnum Christi, de quo Psalmus iste agit, & ad id omnia Davidis vota referuntur, ut quid præterea optaret, peteret, caneret, prædiceret, non haberet. Tale illud Christi in Cruce: *Consummatum* b *est*, ut suo patiendi desiderio satisfactum significaret, complctasque scripturas de omnibus, quæ pati debebat. Ejusdem generis quod Job dixi c: *repositam est hæc spes mea in sinu meo*, postquam de videndo à se aliquando redemtore, in carne propria, locutus fuisset; ubi forma dictionis Hebræa nostræ similis בלו כלוחי בחקי *chalu chiliothai vecheki*, *consumti sunt*, vel *defecerunt renes mei in sinu meo*, ideſt, hoc unicum desiderium meum, & concupiscentia vehementior, & ardentior appetitus, cujus renes sunt sedes, & cum quo conjuncta ipes. Significare voluit illud votorum suorum complementum esse. Huc possit etiam conferre, quod scribitur de eodem Job *d*: *finita sunt verba Job*, non modò quia deinceps in eo libro admodum pauca & rarò narratur locutus sub finem libri, Deo respondendo; sed etiam quòd quum multa prolixeque dixisset priùs pro se absq; interpellatione inimicorum, nihil haberent illi amplius, C quod objicerent, nihil ipse, quod afferre, quum plenè satisfecisset, seseque purgasset. Id certè LXX. exprimunt initio c. 31. secundùm supputationem, quæ apud eos est, καὶ ἐπαύσαντο Ἰὼβ τοῦ ῥήματος τούτου καὶ οἱ τρεῖς φίλοι αὐτῶ ἔτι ἀντεῖπεν Ἰὼβ, *& cessavit Job à verbis; cessaverunt autem & tres amici ultra contradicere*. Quamquam de illa sententia, *finita sunt verba Job*, ambigi posset an sit canonica, non tantùm quia desideratur in multis libris, & expositoribus, sed etiam quoniam in emendatis bibliis scribuntur minutoribus characteribus, per modum annotationis, quemadmodum in medio psal. 9. (psalmus 10. secundùm Hebræos) & totus titulus psalmi 17. & in medio item cap. 3. Danielis (huc usque in Hebræo non habetur, quæ posuimus, de Theodotionis editione translate sunt.) Nam quæ sunt in fine cap. 15. Jeremiæ, & ante principium Threnorum, eodem genere characteris scribuntur, ex nostris Pineda liberum relinquit opinari utrovis modo de verbis Job: de titulo ante Threnos negat Christophorus à Castro e, & Azor f, & Serarius g, hoc ego secundum non auderem. De verbis psalmi quæ tractamus, nullo D modo ambigendum censeo quin canonica sint.

b Joan. 19. 30

c c. 19. 17.

d c. 31. 40.

De titulo ante Threnos controversia.

e *Io. in præf. c. 2. Ferr. de Inst. l. 8. c. 1. q. 5.*

f *in Proleg. bibl. c. 19. q. 21.*

Defecerunt laudes David.) Hieronymus, *completæ sunt orationes*: alii, *finem habent orationes*, vel *finitæ sunt*. Explicat Campensis, hæc ut evenirent, summa fuit votorum Davidis: credibile est legisse LXX. non תהלים *thephiloth*, quod significat *orationes*, sed תהלים *theilloth*, quod *laudes*, sive *hymnos*, quo modo legit etiam Hieronymus h, & Augustinus; Ambrosius autem *psalmos*: ut & *liber Psalmorum*, vocatur, qui Hebraicè תחלות *theillim*. Quare discrimen ab Euthymio & Nicephoro allatum inter *hymnum*, & *psalmum*, minimè necessarium videtur, ita ut hic significetur ultimus ex hymnis à Davide ipso decantatis, non autem ex psalmis, quos aliis decantandos dedit, ut Asaph, qui est in titulo sequentis psalmi, & aliquorum aliorum deinceps. Idem verò Augustinus, & alii qui referuntur ista ad psalmum sequentem, defectum istum interpretantur de regno temporali Davidis, pro quo laudabant Hebræi Deum carnaliter, nondum intelligentes quid in illis figuris præsignaret, & promitteret Deus, ut idcircò deficientibus rebus, pro quibus laudabant, defecerint hymni David, non filii Dei, sed filii Jesse. Hinc argumentati sumus alibi, à Davide compositum esse hunc Psalmum, nec propterea non etiam alios, quamvis iste videatur ultimus compositus.

h Epist. 24. Discrimen inter *hymnum* & *Psalm.* ab Euthym. & Nicephoro hoc loco allatum.

Filii Jesse.) Attigi ex Augustino mysticam rationem, quare hìc expressum sit nomen Patris David, non alibi toto hoc libro. In Actibus Apostolorum *i* egi de isto nomine *Jesse*, dixique videri exaggerationem divinæ liberalitatis, ac propriæ quoque laudis ipsius David, quando apponitur patris nomen, non solùm quod ex tam humili radice Rex, sed tantus Propheta extiterit. Certè in historia Regum quum inducitur cygnæas illas de Christo loqui voces, de eo ita scribitur k; *Hæc autem sunt verba David novissima; dixit David filius Isai: dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psaltes Israel; spiritus Dominus locutus est per me*, &c.

Mystica ratio cur hìc expressum nomen Patris David i c. 13. 12.

k 2. *Reg.* 23. 1.

PSALMUS
SEPTUAGESIMUS SECUNDUS.

1 Psalmus Asaph.

QUàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde!

2 Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei:

3 Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.

4 Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

5 In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

6 Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

7 Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

8 Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem excelso locuti sunt.

9 Posuerunt in cœlum os suum: & lingua eorum transivit in terra.

10 Ideo convertetur populus meus hic: & dies pleni invenientur in eis.

11 Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?

12 Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias.

13 Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas:

14 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea D in matutinis.

15 Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

16 Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me.

17 Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in novissimis eorum:

18 Verumtamen propter dolos posuisti eis: dejecistis eos dum allevarentur.

19 Quomodo facti sunt in desolationem subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

20 Velut somnium surgentium Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

21 Quia inflammatum est cor meum, & renes mei com-

commutati sunt: 22. & ego ad nihilum redactus sum & nescivi,
23 Ut jumentum factus sum apud te: & ego semper tecum;
24 Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
25 Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram?
26 Defecit caro mea, & cor meum: DEUS cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
27 Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur.
28 Mihi autem adhærere Deo bonum est; ponere in Domino Deo spem meam;
Ut annuntiem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

Tulus & Argumentum.

Vers. 1.) Psalmus Asaph,

Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde.

De titulo,

IDem omnino titulus fuit Psal. 49. & ejusdem Asaph nomen extat in titulis psalmorum sequentium usque ad 82. inclusivè. Nec sequitur tamen undecim istos psalmos ab Asaph esse compositos, ut neque alios, quorum tituli aliorum nomina gerunt. Non etiam propterea in fine præcedentis psalmi habetur illud, *Defecerunt laudes David filii Jesse*, quia qui sequuntur non pauci nomine alio inscribantur, quàm *David*. Rationem aliam dicto priore psalmo redidi, docuique verba illa non pertinere ad titulum istius, ut quiddam tamen volebant. De *Asaph* quoque dixi Psalm. 49. & tum in præfatione, tum

Psalmi omnes à Davide compositi.

alias non semel, psalmos omnes à Davide compositos multò probabilius esse demonstravi; Asaph, & similes alios fuisse præfectos cantorum, quibus certi dabantur canendi psalmi.

Argumentum.

Argumentum totum Ethicum est, consolationem continens piorum, qui nonnihil interdum impiorum utuntur & offenduntur prosperitate: respiciendum namque attentè ad arcana Dei consilia, sapientiæ ac justitiæ plena, & ad exitum qui semper in impietate perseverantibus infelix est, felix permanentibus in pietate. Proinde statuendum nihil melius esse quàm soli Deo fidere, atq; firmiter adhærere. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus Blemmida efferendum hunc psalmum ex Israelitici populi persona vult, qui captivus detinebatur in Babylone: præsertim ex illorum qui magis pii ac religiosi erant; quamvis unicuiq; etiam

Psalmi accommodatio.

fideli accommodari queat, qui suam, vel proximi sui velit μικροψυχίαν *pusillanimitatem*, consolari. Enarratores Latini non dissident in generali a gumento, sed per allegoriam arbitrantur indicari quærimonias carnalis populi Hebræi seu synagogæ (*Asaph* enim *congregationem* sonat) temporalia bona quærentis: consolationem verò spiritualis ad novum testamentum pertinentis & æterna concupiscentis; quòd etiam fuerint in vetere testamento illi qui vivebant secundùm spiritum, & intelligebant hæc præsentia bona esse velut umbram verorum quæ in futurum expectantur. Hieronymus in Esaiam *a*, docet loqui Prophetam in hoc psalmo ex persona eorum qui Dei judiciis perturbantur. Et indicat, in Malachiam *b*, sub populi persona loqui reversi de Babylone, quum viderent Babylonios & alios indolis servientes abundare divitiis, vigere corporibus, omnia quæ bona putantur in sæculo, possidere, se qui veram notitiam habeat Dei, squalore, inedia, servitute coopertum. Affert exemplum Lazari, divitisque purpurati. Idem quoddam sermone tradit Augustinus *c* pertractans obiter

a *in c.* 63.

b *in c.* 2.

Luc. 16. 1. *& seq.*

c *Serm.* 236. *de temp. c.* 3. 4. 5.

A majorem psalmi partem: & in opere de civitate DEI *d* totius psalmi paraphrasim refert ad utriusque testamenti distinctionem illam quam dixi.

d *lib.* 10. *c.* 25.

Athanasius monet Marcellinum, ut quum viderit impios pace florere, ne offendiculum ei inde nascatur & vacillet, recitet hunc Psalmum. Ephrem *e* scribit in isto psalmo contentam plurimùm conferre doctrinam; exponi enim hujus vitæ varietatem & inæqualitatem, tentationesque; tum quomodo alii capiantur tentationibus, alii eisdem superent in patientia: singulorum remunerationes ibidem adscribi: superbiam atque arrogantiam, venamque gloriam everti, & ad veram gloriam salvari cupientibus iter parari. Negat Chrysostomus *f* loqui Davidem in hoc psalmo ex persona propria, sed narrare illorum qui claudicant, animi perturbationes. Nyssenus *g* totum psalmum percurrit explanando juxta traditam à nobis argumenti rationem.

Psalmi hujus utilitas.

e *to.* 1. *p.* 22. *vedi* R. P. *Ser. de non suscipsendis rebus hisce, &c.*

fin Ps. 115. *hom.* 1.

g *Tract.* 2. *in Ps.* c. 6.

Quàm bonus, &c.) Ut seipsum excitet magis, & gravem ex impiorum felicitate perturbationem, de qua mox dicet, excutiat, prorumpit contenta voce in admirationem bonitatis atque benignitatis divinæ adversus eos qui corde recto synceroque, ac vera studeant intentione in omnibus DEO placere, sive bonis afficiat, sive mali quidpiam illos pati aut jubeat aut sinat. Similem quandam Jeremia *h* expositurus querelam suam, ita præfatur cum professione justitiæ DEI; *Justus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen justa loquar ad te.* Eodem pacto Abacuc *i*, *Mundi sunt oculi tui ne videas malum; & respicere ad iniquitatem non poteris; quare respicis super iniqua agentes, & taces devorante impio justorum se?* Non idem fuit animus eorum qui capere volentes Christum in sermone, honorificè prænominaverunt *veracem, viam Dei in veritate docentem, cui non esset cura de aliquo, nec respiceret personam hominum* *k*, Job *l* idem argumentum priusquam tractare aggrediatur, *quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatiq; divitiis?* &c. præmunit se ac præmonet Deum arguere injustitiæ; *Numquid* m *contra hominem disputatio mea est*, &c. *& ego quando recordatus fuero pertimesco & concutit carnem meam tremor?* Monet Chrysostomus *n*, quamvis hi quos diximus ambigerent, DEUM non accusasse, aut ipsius justitiam taxasse. Nazianzenus in carmine de humana natura similem habet querimoniam:

Sensus loci.

h c. 12. 1.

i c. 1. 13.

k *Matt.* 22. 16.

l *Job.* 21. 7.

m *vers.* 7.

n *l.* 1. *de Prov.*

Οὐδὲν πλεῖον ἔμοιγε, Τίχι ὑπλέον ἐστὶ κακοῖσιν,
Αἴδε γὰρ ἴχον, γὰρ μάλα πὲρ μογέων
Κεἰμὶ ὀλιγόδρα νέων:
Plus ego nil habeo: quid non malus amplius autem?!
Namq; utinam saltem pars foret aqua mihi.
Oppressus jaceo.

Quàm bonus Israel Deus.) Hieronymus, *attamen*. Alii, *profectò, verè, revera, certè, quamvis*, ut sit velut abruptum principium, & postquam David, quantùm valuit, restitit tentationi contra providentiam DEI, tandem erumpens dicat; *& tamen bonus Deus*, &c. Ideoq; valeant omnes cogitationes quæ me tantopere torserunt, quasi Deus aut improvidens esset aut injustus. Habent (אַךְ) & (אַר) *ach*, notionem istam πρὸς βεραιώσεων, & asseverationis seu confirmationis, qua tamquam ex proprio experimento non dubitet David pronuntiare bonum Deum Israeli esse, & his qui secundum spiritum nomen id mereantur: sed interpres Latinus per particulam, *quam*, vel comparationem indicare voluit, vel incrementum. Clemens Alexandrinus *o* videtur hic intellexisse exaggerationem beneficientiæ Dei erga nos: Nyssenus *p*, quàm sit admirandum bonum quod esse inter homines voluit Deus comparandum cum vanitate & futilitate fallacis hominum studii in hac vita: Isidorus *q* Pelusiota comparationem cum amplificatione, quemadmodum quum Joannes *r*, vocat *gloriam* Christi *quasi unigeniti à Patre*. Non enim quidquam his formulis ἐλαττῶσαι, *imminuit*, sed innuit ἐπίτασιν, βεβαίωσιν, ὁμοίωσιν, πῶς τόσον; *intentionem, confirmationem, similitudinem*. Exponit quoque Apollinarius πῶς τόσον: *quomodo tantum?*

o[1]. *Pædag.* c. 1.

p Tr. *in ps.* 18.

q *lib.* 1. *Ep.* 472.

r *c.* 1. 14.

Quapropter non audiatur Agellius contendens ὡς idem esse quod ὅπως; etsi enim esse possit, itaque sentiat Euthymius, non esse persuadet communior interpretatio,

Ὡς pro ὅπως malè hìc Agellius.

tio, & Latina particula, quàm, quæ per se ac solitariè A posita, vel comparationem importat, vel amplificationem.

Israel.) Τῷ Ισραήλ. Apollinarius, Θεὸς Ισραήλ, *Deus Israelis*, quod etiam Theodoretus innuit, ut cognominetur *Deus Israelis*, non, quòd sit bonus Israeli. De nomine Israel, curque inde cognominetur Deus, aliàs dixi. Omissa etymologia, ut significet *videntem Deum*, quam non esse veram constat, non licet hinc inferre, quòd visio Dei reddat beatum formaliter & essentialiter, quatenus est expressa cognitio sive judicium bonitatis divinæ, loquendo præcisè: quo nomine rectè Vasquez *a* notat & Salas *b* recentiores quosdam refutant: Bonitas namque est singulare quoddam beneficium Dei; cognitio autem unius dumtaxat attribui; non beati, quoniam ut sic perfecta non est. De bonitate autem Dei disputat B. Thomas quæst. 6. primæ partis, an ei conveniat, an soli, an etiam aliis, sive bonitas metaphysicè consideretur sive moraliter, *nemo bonus nisi solus Deus* * per excellentiam & essentiam, quæ quia per se necessariò independenter ac ut debitum continet omne bonum, rectè se nominavit *omne bonum* c, ut ratiocinat S. Thomas B *d*. Hic locus noster, ut & similis in Threnis *e*, Deum bonum significat cum habitudine ad aliud, quatenus est ei conveniens ac appetibilis, & quod ait Dionysius *f*, ex quo omnia subsistunt, denique finis ultimus; Proprio autem modum creaturæ rationalis tamquam objectiva illius beatitudo. A bono Deo (nec vero aliàs est non bonus) creata *cuncta valde bona* g: Ejusdem bonitas enitescit in opere justificationis *h*: impatienter expectando peccatores, *divitiæ bonitatis* i: abundantes divitiæ gratiæ, in *admittendo ad confessum suum in cœlestibus* k; boni pastoris munus *in danda pro ovibus anima* l *sua*.

a 1. 2. q. 3. c. 8 disp 11. c. 1 & 9. 12. c. 1. b ib tr. 2. d. 4. ser. 3.

* Matt. 19. 17 Luc. 18. 19

c Exod. 33. 19.

d 1 con. gen. c. 48.

e cap. 2. 17.

f de Divin. nom. c. 4.

g Gen. 1. 31.

h Rom. 11. 22.

i c. 2. 4.

k Eph. 2. 6.

l Joa. 10. 15.

His qui recto sunt corde.) Hieronymus, *qui mundo sunt corde*. In Psalterio Gallicano, & apud Augustinum atq; Cassiodorum, *rectis corde*. Hieronymi versio magis expressit Hebræum textum. Nam *recti corde* dicuntur ישרי לב *iisreteu*, non autem ut hìc habetur ברי *hare*, quod *puros & mundos* significat. At cor non est rectum nisi sit mundum purumque. *Gloriantur in Domino recti corde* m, videntes gloriam ejus: & hanc videndo *mundi corde*, *beati sunt* n. Et, si vera esset notatio, *Israel* ut significaret *videntem Deum*, rectè per C appositionem Israel rectos corde denotaret. *Cor* utramque rationalem primæ partem potest significare, sed pro recta mente, cogitatione, judicio Græci explicant, ut in meliorem semper accipiat partem quicquid facit Deus, etiam quando flagellat; quum sit certum id ex amore illius proficisci. De cordis rectitudine egimus prioribus psalmis *o*, docuimusque synonyma videri *corde rectum* esse ac *sine dolo*; & Nathanaelem cognominatum meritò *verum Israelitam in quo dolus non esset* p. Semper *justo bene est* q: & omnia, quæ videlicet Dei reguntur providentia, *diligenti Deum cooperantur in bonum* r. Nemo potest Deum bonum fateri, ait Ambrosius, nisi hic qui non ex successibus commodorum suorum, sed ex cœlestium mysteriorum profundo & divinæ dispositionis altitudine bontatem ejus cognoscit, quæ non specie præsentium, sed futurorum utilitate pensanda est. Justo itaque semper bonus est Deus, & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum. Et post illam Job *s* sententiam, *si bona suscepimus*, &c. subdit; bonus huic semper est Deus, qui novit quo tempore metat, D Tum postea: semper ei bonus Deus, quia semper quæ bona sunt de Deo sperat. Tandem quum docuisset bonum Deum, quod in se est, omnibus esse qui *velit omnes salvos fieri* t. His tamen ait reipsa solis talem esse, quos sanat, & quibus peccata donat. Psalmistam de illis loqui qui aliter de Deo sentire non norunt nisi quia bonus ad omnia & in omnibus est. Profectò quum quivis in id quod amat soleat transformari, qui Deum amat diligitque, cujusmodi est qui recto, æquabili, mundo corde, cetera quæcumque sint, diligendo propter Deum, faciet ut in eumdem veluti convertantur, & idcirco ut sibi *diligenti Deum*, quique in ipsum transiit, *cooperentur in bonum*. Quoniam Deus non nisi boni causa est. *Recte diligunt Deum* u, & vicissim hos *diligit* ille & *justos* x, iisque bonus est, benevolus, beneficus. Cum Sancto Sanctus est, *cum perverso perverteris* y. Perversi corde sunt, & pravi & distorti, qui Deo non acquiescunt, ut multis verbis demonstrat Augustinus z.

z Tr. 25. in Joan. & ser. 236. de tem.

Cor quid significet.

o ps. 7. & alibi. *Corde rectus & sine dolo*. synonyma. p Joan. 147.

q Esa. 3. 10.

r Rom. 8. 28. Deum bonum quis possit fateri.

s c. 2. 28.

t 1. Tim. 2.

u Cant. 1. 4.

x ps. 144. 8.

y ps. 17. 27.

Vers. 2.) Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.

Vers. 3.) Quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.

FActo priùs veritatis fundamento, atque sinceræ fidei suæ facta professione, quod nulla in Dei sit iniquitas, sed omnibus æquus ac bonus sit, exponit quantam passus difficultatem fuerit, quum animadverteret cuncta iniquis & impiis tam prosperè succedere. Asserit nihil propius fuisse, quum urgereturque immodica quadam secundùm speciem justitiæ, indignatione ac zelo, quin, quamvis minimè dubitaret de eo quod primo loco posuit, similis vacillanti & labascenti in prava, inæquali, confragosa, lubricave via, excideret à sano judicio, à fiducia in Deum, à studio virtutis, desineret *ambulare in lege Domini* a, & *in viis ejus* b; non ampliùs recto corde esset, nec recta intercederet gradereturque, quasi pedibus intellectus & voluntatis, prudenter æstimando & agendo, sed incesseret eum invidia, impatientia; cupido etiam quædam; adeo ut quidem tunc existimabat, beatos imitandi, eodemque quò pervenissent illi: per easdem artes malas perveniendi: sed & nimius timor ne fortè ipsemet à via recta exorbitet, Deoque minùs ejus probetur vita. Ultimum Gregorius *c* innuit. Quid si etiam indicet præfervidum animum ulciscendi aliorum ac Dei injurias, quasi se sentiret exstimulari ad eorum effundendum sanguinem, quorum ad idem videbat *veloces pedes* esse *d*?

Sensus loci.

a ps. 118. 1. b *vers.* 3. ps. 127. 1.

c 6. Moral. c. 4.

d ps. 13. 3.

Videri autem potest non solùm antithesis hìc esse ad priùs appellatos *rectos corde*, claudicantium ob distortas quasi tibias pedesque; sed allusio præterea ad furentes, insanos, ebrios, qui toto nutant & titubant corpore, atque transversum huc illuc aguntur, licèt pedibus invalidis minimè sint. Tales certè Hebræa vox הוללים *Holelim* significat, de qua postea. Quasi seipsum accusaret quòd non conjiciens in Deum oculos, ejulque sapientiam, justitiam, potentiam, bonitatem, sed nimis defixos tenens in consideratione externæ impiorum fœlicitatis, quibus nihil inconstantius stultiusque, illorum eademmet quodammodo vitia mentis abalienatæ atque vacillantes contraxerit, & ineptire visus sit, ut loquitur Olympiodorus.

e, Simul gratias tacitus agit Deo, quòd se dum præcipitans tenderet in infidelitatis & impietatis per hujusmodi perversa de illo judicia, barathrum, liberaverit: ita ut *cadens collisus non fuerit* f, *impulsum ac eversum ut caderet*, *susceperit Dominus* g.

e in c. 7. Eccl.

f ps. 36. 24.

g ps. 117. 23.

Accommodatitiè Bacchiarius *h* accipit istam sententiam de periculo æternæ damnationis, & de præteritis peccatis, peccandique tentationibus; ut & illud alterius psalmi *i*: *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea*. In arcta angustaque via k, extra quam ruina & præcipitium est, non sine periculo pedes obliquè moveas, gressus labantur tui, peniteat te eam iniisse, inde resilias, ut perpendit Auctor *l* operis imperfecti. Sed, ut initio dixi, gravis molestaque sanctissimis etiam viris tentatio pacem atque prosperitatem iniquorum videre: qua se Bernardus *m* tentatione pulsatum testatur his ipsis ad idem usurpantis verbis. Statuendi *pedes supra petram*, *ut dirigantur* n *gressus*; orandus Deus ut eripiat *pedes de lapsu* o; nec eos det *in commotionem* p; & si fortè moveantur, *misericordia illius nos* q.

Accommodatio sententiæ.

h ep. ad Joa.

i ps. 128. 1.

k Matt. 7. 13.

l Hom. 28.

m Ep. 230.

n ps. 39. 3.

o ps. 5. 13.

p ps. 65. 9. ps. 120. 3.

q ps. 93. 18.

Mei autem penè moti sunt pedes.) Hieronymus, *penè vacillaverunt*. Alii, *declinaverunt*, *inclinati sunt*, *vel eversi*, item, *& ego sicut parum inclinatus pedes meos*: sic sonant Hebræa ut nunc sunt ואני נמעט זכוי רגלי *vaani chimhhat natui raglai*, si tamen legas נטוי *nutui*, nam ut sit *moti pedes*, vel, *moverunt se pedes*, legendum נטו *nateu*, vel in participio רגלי *netue*: & ultimum nomen in singulari רגלי *ragli*, in plurali רגלי *regalai*. Emphasis est in pronomine cum recto casu ואני *vaani*, *& ego*: quasi dicat, etiam ego; ego tamen, qui quod initio asserui, penitus mihi persuadeo; ego qui tanta cura studui Deo placere; ego tot ab eo beneficiis affectus;

ego, inquam, eò prolapsus sum, ut ferè divinam providentiam revocarem in dubium: inviderem quodammodo alienæ fortunæ: metirer fœlicitatem ex carentia calamitatum. Talis emphasis psalm. 68. *a Et ego orationem meam ad te Domine.* Verbum Græcum est ἐσαλεύθησαν, quod fluctuationem importat, & sali seu maris fluctus. Apollinaris ἀμοιόνων interpretatur, id est, *vacillabant* seu *agitabantur*. Augustinus hìc & alibi legere solet, *commoti sunt*. Lege dicta psalmo 16. *b Perfice gressus meos ut non moveantur vestigia mea*: Et 17. *c. Non sunt infirmata vestigia mea*. Et 36. *d. A Domino gressus hominis dirigentur*, ubi Origenese: & 37. *f Dum commoventur pedes mei*: & similia in 39. *g* & 55. *h*. Remedium claudicantis in hujusmodi rebus ratiocinatio nis fides est cum humilitate, ut colligit Chrysostomus *i*, facta quoque hujus loci mentione ex psalmo 115. *k Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis*, videlicet agnoscendo ac deflendo, ut Athanasius *l* loquitur, *τὸ ὀλισθηρὸν, lubricitatem*, labendique & fallendi periculum. *Resistendum diabolo fortiter in fide* m, sed in hac *stando & viriliter agendo* n: sic enim *fugiet à nobis* o, immo *velociter conteret eum DEUS sub pedibus nostris* p, ut observat Origenes *q*, exemplo Mosis ante Pharaonem stantis *r*, & constanter brachia in pugna elevantis *s* similia in eamdem sententiam affert Hieronymus *t*. Hæc *motus pedes effusioque gressuum* nondum cura, primos indicat quos vacant motus in peccatis qui non sunt in nostra potestate, nec reos non efficiunt, si absit consensus; juvant potiùs ad exercitium meritumque, si quis eis resistat. Non dubium quin sanctissimi etiam viri, nonnumquam sinantur ejusmodi motus experiri, tum turpes, ut de Paulo quidam credunt, dum de stimulo carnis *u* scribit, tùm contra fidem, & blasphemos. Hujus generis Hugo Gratianopolitanus Episcopus *x* molestissimas sensit tentationes. Dubitationem, timorem, inconstantiam *motio pedum* solet denotare in scripturis divinis *y*.

Penè effusi sunt gressus mei.) Ad verbum, ex Hebræo, כאין שפכה אשרי *cheain sciuppechu asciurai, sicut non* (quasi dicas, tantum non, ferè nihil abfuit quin, &c.) Parum fuisse hac figurata formula significat quin diffluere more aquæ, idest, recederet à mandatis divinis; quin collaberetur eo modo quo solent ambulantes per lubrica, quin lubrico erroris effunderetur, ut Ambrosius explicat:

κὴ μὲν, ait Apollinarius, ἐδαφὴ ἐδαφ ποτὲ ῥρέουσι χυμὸς πίζης.
Et mea hinc & hinc diffluebant vestigia pedis.

Ambrosius, & Augustinus, vetusque Psalterium, *paullo minus*: in priore membro erat Græcè, παρὰ μικρὸν in hoc, παρόλιγον: ib Hebraicè כמעט *chimmhhat, quasi parum*; hìc, ut dixi, כאין *chain, quasi*, seu, *tantum non*. In psalmo 8. *z* interpres reddit, *paullo minus*, pro מעט *mehhat*, & in 93. *a* & 118. *b*, pro כמעט *chimhhat*. Symmachus ita sententiam totam reddit, παρ' ὀλίγον ἐλυθη τὰ ὑπροδοῦμέ, *propriùs nihil factum est quam ut solverentur ea quæ me sustentabant*. Rectè definita est fides, ὑπόστασις c, quasi *fundamentum*, & firmamentum cui fixè, & immobiliter niti debemus: ab ea facilè excidunt qui perversis contra providentiam Dei cogitationibus constanter non occurrunt.

Credi potest Augustino synonyma dici in utroque membro: & verum est quod idem & Ambrobus *d* docent, ipsique aliàs, *pedem & gressum* vocabulo profectus animæ accipiendos. Nam quis, inquit Ambrosius etam stolido ingenio est, qui putet David de corporali pedum suorum ingressu esse sollicitum? De verbo etiam *effundendi*, ut ad res varias adhibetur, alibi egimus *f*. Vult Hieronymus *g* hoc & aliis locis, *effundere*, pœnarum ostendere magnitudinem. Dicerem de isto loco: lapsus magnitudinem & gravitatem, seu periculum labendi. Innuitur per idem verbum tropumqoe, quòd insanæ ac parum firmæ cogitationes adversus Deum, vanescunt, ut observant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Bruno Carthusianus, quemadmodum ea quæ effunduntur. Ita Paulus ait de quibusdam impiis & injustis, *qui veritatem Dei in injustitia detinebant, erantque inexcusabiles*, quum *quem cognoverant Deum, non sicut Deum glorificabant, aut Agratias agebant*, quòd *evanuerunt in cogitationibus suis* h, ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖ σαυτῶν. Sapientis eloquium fluit *ut ros & stilla* i, *cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit* k. Repete alio psalmo *l* dicta de *lubricis viis*; cui loco similia sunt alia *m*. Ille etiam Job *n*, *pedes meos subverterunt, dissipaverunt itinera mea*.

Quia zelavi super iniquos.) Hieronymus, *æmulatus sum contra iniquos*. Alii, *in insanos, stolidos, insipientes, gloriabundos, ebrios*, idest, qui ebrietate fortunæ ad insaniam usq; sibi placent, vel, *invidi iniquis*, vel, *in stultam æmulationem inciai*. De tota phrasi dictum psalmo 36. *o. noli æmulari in malignantibas; neq; zelaveris facientes iniquitatem*. Hoc loco pro, *super iniquos*, & Græcè ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, est Hebraicè בהוללים *beholelim*, cujus loco Paraphrastes substituit עכיא בטחל *bemithla hhuvaita, in irrisoribus*. *Est* הלל *halal, laudare, lætari, insanire*: & in Piel, *gloriari*, ἰæpius הוללים *bolelim, iniquos* reddit interpres *p*. Sumi quoque posset ut toar, idest, nomen formæ pro insaniis, quo modo diceret David se zelavisse in insaniis, idest, insanè ac stultè. Certè nihil stultius invidia, quæ auctorem suum excutiat: & *parvulum occidit* q: πεπλανημένον *deceptum* פתה *potheh*. Idem valet *zelare super iniquos*, quod, *in iniquis*, ut constat ex citato psalmo 36. Ubi est utraque præpositio, quum Hebræa ב *he*, *in*, sit unica. Hoc loco Psalterio Romano & apud Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum *in peccatoribus*. Hieronymus *r* aliquando, *zelatus sum super iniquis*.

De zelo bono & malo, eodem 36. Psalmo differuimus, & in 68. *s*. *Malum zelum* appellare possumus, *idolum zeli ad provocandam æmulationem*, de quo Ezechiel *t*. Et quæ Paulus *u* appellat *desideria erroris*. Quamvis apud Ezechielem videri potest *idolum zeli* dici, quod provocat zelum & indignationem Dei, quum videlicet ei præponeretur idolum Baal, & *in sculptilibus ad æmulationem illum provocarent* & acerbarent *x* sive *in amaritudinibus y* illis. *Non zeles gloriam & opes peccatoris*, inquit Sapiens *z*, *non enim scis quæ ventura sit subversio illius: Bonis æmulatoribus nihil nocet* a: sed iis qui *æmulationem* etiam *Dei habent*, *non secundùm scientiam* b, nec sciunt *cujus spiritus sint* c *& maledicto furore* aguntur *d*, *& in igne* vel *in spiritu grandi & commotione*, non *in sibilo auræ tenuis* e.

Pacem peccatorum videns.) Hieronymus. *Impiorum*. Augustinus, *Intuens*, Chaldaicè: *in tempore pacifice improbos videbo*. Verbum Hebræum אראה *Ereh*, futuri temporis est. Pacem pro posteritate ac omnibus rebus abundante statu sumi, pluries notatum est. Importat etiam impunitatem scelerum ἀπαραξίαν, ita ut nullus improbos perturbet, ut Euthymius ac Nicephorus docent: Præterea improbòrum inter se conspirationem, concordiamque ad malum, ut indicat Apollinarius,

εἰρώλω ἐπισερχόγαρ☞ κακόνοος ἐσθων.
Pacem videns improbitatis sociorum.

Pax impiis vera *non est f* nec *eam venit* Christus *mittere*, sed *separationem & gladium g*, *domus eorum securæ sunt & peccatæ*, *& non est virga Dei super illos*, ait Job *h*, similia his quæ hìc dicuntur, tractans. Ubi Hebraicè legitur בתותם שלום מפחד *battgehem salom mipacad*, *Domus eorum pax à timore*, idest, expertes timoris, Græcè autem, οἱ οἶκοι αὐτῶν εὐθωθῶσι, φόβος κὴ δάκος, *domus eorum prosperantur*, sive *abundant*, *timor verò nequaquam*, nimirum est. Infœlices *errando circa Dei scientiam*, *in magno viventes inscientiæ bello*, *tot & tam magna mala pacem appellant* i, cujus loci commentarium nostrum potes consulere, Ibi dixi a matam sapientiæ Deam veteres fabulatos: exhibitam in Cantico *Sulamitem*, *ut castrorum aciem ordinatam k* & in qua nihil nisi *castrorum chori* viderentur *l*: *in* mundi *pace amaritudinem amarissimam esse* m, *nullum qui resistat Deo*, *habere pacem* posse n, *pacem quam Deus det*, *dare non posse mundum* o. Pax ista mundi cum conscientia semper litigat, inquit Cassiodorus, rixatur intrinsecus; & quum hostem non habeat, secum ipsa decertat: Conspirant peccatores, ait Ambrosius, adversus innocentes, coeunt ut justos opprimant, viduam exterminent, vel expugnent ejus pudorem. Pacem precatur Ecclesia in Cano-

a *vers.* 14
b *vers.* 5
c *vers.* 57
d *vers.* 23
e *Hom.* 40
f *vers.* 17
g *vers.* 13.
h *vers.* 14
i *Hom.* 1. *in psal.* 115.
k *vers.* 10 *secundum Hebræos*.
l *Ad Marcellinum tr. de psal.*
m 1. *Petr.* 5. 8
n 1. *Cor.* 16 13.
o *Jacobi* 4. 7.
p *Ro.* 10. 20.
q *Hom.* 3. *in Exodum leg. Hom.* 5. *in Josue*
r *Exod.* 5. 20
s *Exod. c.* 17 21.
t 1. *c.* 58. *Esa.* Primi quos vocant motus in peccatis non sunt in nostra potestate, Reos non efficiunt nos si absit consensus. Stimuli carnis in Paulo quales credantur à nonnullis.
u 2. *Cor.* 12.
x *Sur.* 10. 2 Hugonis Gratianopolitani molestissimæ tentationes *Motio pedum* in scripturis sacris quid denotet.
y *psf.* 37. 17 *psf.* 93. 18. *psf.* 120. 2. *Jere.* 23. 10.
z *vers.* 6
a *vers.* 17
b *vers.* 88
c *Heb.* 11. 1
d *hic & in psf.* 118. *act.* 17.
c *in psf.* 118. *Act.* 17.
f *psf.* 21. 13. *psf.* 34. 3. *psf.* 41. 5. *psf.* 61 9. *psf.* 68. 25
g *in c.* 5. *c.* 5.
h *Rom.* 1. 18 20. 11
i *Deut.* 32. 2
k *Eccl.* 21. 17
l *psf.* 34. 6
m *Hierem.* 23. 12 *c.* 88 12 *Thren.* 4. 18
n *c.* 30. 13
o *vers.* 1
p *psf.* 5. 6. *psf.* 74. 5
Nihil stultius invidia quæ auctorem sui excruciat.
q *Job.* 5. 2
r *Esa. c.* 26 & *in Mal c.* 2 De bono & malo zelo.
f *vers.* 10
t *c.* 8. 3
u *Eph.* 4. 22
x *psf.* 77. 18
y *Ose.* 11. 14. *c.* 41. 1
z *Ezech.* 9 16
a 1. *Per.* 3. 13
b *Rom.* 10. 2
c *Luc.* 9. 55. d *Gen.* 19. 7. e 3. *Reg.* 19 10.
Pax pro prosperitate ac omnibus rebus abundate statu.
f *Esa.* 48. 22.
g *Mat.* 10. 34
h *c.* 21. 9. & *seqq.*
i *Sap.* 14. 22
k *Cant.* 6. 9.
l *ib. vers.* 22
m *Esa* 38. 16
n *Job* 9. 4.
o *Jo.* 14. 27 Pax mundi cum conscientia semper litigans.

a *de Divin. offic. c. de celebrat. miss.* b *in expositi. missæ.* c *in c. 5. Ep. ad Gal.* Pax Christi, pax iniquorum, quæ. Quædam optima dissensio, & perniciosa quandoque concordia. d *Cor. 2. de pace.* Quæ pax amanda sit. Melior contentio pietatis causa, susceptа quã turpis & vitiosa concordia. e *orat. ad 140. Epist.* Bellum boni a Christo missum ut rumperetur pax mala. f *in c. 10. Matth.* g *Jer. 6. 14. Ezech. 13. 10. 1 Thes. 5.* Sensus loci. Peccatorũ pax & prosperitas.

Cnone Missæ, ut ope misericordiæ adjuti & à peccatis simus semper liberi (secundùm pacem internam, interioremque devotionis religionem, ut Alcuinus *a* docet) & ab omni perturbatione securi (quantum ad exteriorem pacem) nam, ut scribit Florus *b*, pax, in qua non Divinæ Religioni sed mundanæ cupiditati servitur, non est justorum, sed iniquorum: prout hoc loco habetur. Pax Christi, Hieronymo *c* teste, est, dum tranquilla mens nullis passionibus perturbatur: & ut optima quædam dissensio est, ita pernicioſam dici Nazianzenus *d* esse quandoque concordiam; pacem amandam quæ bona est bonique causſa initur, nosque Deo conjungit: meliorem contentionem pietatis causa susceptam, quàm turpem & vitiosam concordiam: & *e*, paci non esse studendum cum veræ atq; orthodoxæ fidei pernicie. Denique bellum missum est à Christo bonum, ut rumperetur pax mala, inquit Hieronymus *f* in alia pace & securitate, & quamlibet sibi quis plaudat de illa, pax minimè censeri potest; sed *cùm dixerint, pax & securitas, repentinus eis superveniet interitus* g.

Vers. 4.) Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.

DEscribit deinceps peccatorum pacem seu prosperitatem. Primùm autem hanc in eo consistere asserit, quod non ita passim illorum acerba funera morteſque cernantur frequenter laborioſæ, sicut justorum; nec sint adeo visendæ & suscipiendæ, aut illis horribiles & timendæ, sed leniter ac placidè moriantur; nullis quasi detenti vinculis: deinde, quoniam in illorum afflictione atque calamitate nulla ferè firmitas aut perseverantia est, nulla quasi soliditas & gravitas; sed si qua forte incidat, aut sit levis, aut si paullo gravior, mox liberentur. Vel, si absque negatione membrum legatur secundum; adest ipsius robur & opes, quibus illam facilè citoque repellere valeant. Postremò, si mori contingat, non agitantur magnis & longis doloribus angoribusve, sed levibus morbis, quia summa curant diligentia seipsos, & exquisitis utuntur medicamentis, nihilque eis negatur quod levamento & solatio queat esse, ita ut vix de morte cogitent, aut se morituros putent, aut vereantur. Hìc ex variis dicendi modis integratur sensus, verus, & liberalis, ut ex singularum sententiæ partium explanatione constabit, ubi de mystico nonnihil attingetur.

Quia non est respectus morti eorum.) Hieronymus, *non cogitaverunt de morte sua:* quæ Symmachi etiam translatio est ut scholiorum ad biblia Sixtina refert collector, & Agellius approbat, ἐκ ἀνεθυμὲ τὸ θαράτου αὐτῶν, id est, *non fuerunt anxit & solliciti, nihil eis cura fuit, non exagitavit eos cogitatio de morte*, quippe cum tam benè & lautè curatis, ne subiret quidem suspicio aut recordatio mortis. Hoc pacto *non est respectus* (nempe illis) *morti eorum*, idem esset atque, non respiciunt ad mortem, aut, juxta nomen Græcum, ἀναυευσις, non annuunt suggerentibus mortis memoriam, vel occurrenti per se cogitationi de illa. Quod non tendit ad accusandos peccatores, ob incogitantiam & incuriam mortis, sed ad eorum prosperitatem exprimendam, quia ob optimè tractatam cutim & corpus, vix ullum doloris habent sensum, quo stimulentur ad cogitandum & curandum de morte; ad extremam perveniunt ætatem, & tamquam fructus maturus, ex corpore anima sponte abit, ac inopinatò. Alii item ex Hebræo, אין חרצבות *enthartsubboth, non sunt ligamina*, ideſt non trahuntur quasi vinculis gravium dolorum & morborum ad mortem, sed quasi laxatis habenis & spatiis, diutius vivere sinuntur, non velut catenis in corpore ligata violentè anima extrahitur; non diu languent, ægramve trahunt animam, non stringuntur hujusmodi vinculis ad pœnitentiam; non habent molestiam ligaminum quæ vulneribus adhibentur; non sunt colligati & conjurati in mortem eorum, ut exponit Trevetus; sed ocyus eorum discedit anima, & per se facilique negotio; quumque duxerint *in bonis dies suos, in puncto ad inferna descendunt* h, ἐκ ἀνπαύσει, *in requie*, & placida morte defungendo, salvo, quantum ætas patitur, nullis vexata morbis molestioribus, robore & sanitate, cum divitiis, & fœlicitate, *cum visceribus plenis adipe, ossibusq; medulla irrigatis* i, & absque cogitatione vitæ prius male actæ, ut pœniteat, & meditatione futuræ, ut de ea sibi prospiciant. Eò respicit Aquilæ versio, ἐκ ἰσὶν δυσκάθεκα τῷ θανάτῳ αὐτῶν *non sunt difficiles passionis*, seu acerbi dolores morti eorum. Tribuit hanc Aquilæ interpretationem Basilius; Theodoretus autem Symmacho, adhuc dicens, addidisse, *& non conquerebantur de morte sua*. Vox Hebræa quam dixi difficultatem habet. Occurritque adhuc semel tantùm apud Esaiam k, ubi sunt *colligationes*, συνδεσμοι, in singulari: Chaldaicè, תקמת *thaklath, offendiculum* Eam Richardus Cenomanus componit ex חרן *charats, decernere ac determinare sententiam*, & בת *bath*, ideſt, *pupilla*, quasi dicas, decreta pupillæ oculorum, hoc est, mentis, quæ non sint morti peccatorum, quod est aliter dicere, non esse respectum & ἀνάνευσι, quatenus ipsi nihil de ea decernunt vel cogitant, vel non respiciunt ad illam. Agellius duas alias conjecturas affert, aut componi ex אחר *achar, differre ac negare*, & צבא *tsaua, vel* צבא *tsauah, cupere*, ut sit sensus, Deum nihil eorum cupiditati denegare, sicut ægrotis conclamatis medici nihil negant: aut à תרך *charad, pavere*, & עצב *khatsau, dolore*, ut significetur peccatores istos in morte nec pavere nec dolere. Quo pacto vertit Paraphrastes Chaldæus, *non terrentur nec conturbantur propter diem mortis eorum*. Alias tres Forerius *l* notationes assignat: vel si (צ) sit adventitium à חרך *charau, adurere*, quia vincula adurunt & exhauriunt spiritum vitamque: vel si (ב) a חרן *charats*, quod significat etiam *acuere*, quia extenuant & pungunt: vel à חרה *charah, urere*, & צמח *tsauah*, quod valet quoq; *intumescere*, quia vincula tumescere faciunt membra. Si cui placent hæ derivationes, primam eligat: & si vult, suspicetur etiam lectum à LXX. Symmacho, Hieronymo, חוון בת *charuts baeh*, vocibus duabus. *Non est sollicitus quisquam secundùm pupillam & attentum cogitationem morti eorum*, ideſt, de sua morte, nemo cogitat de illa. Nam חרוץ *charuts* significat *solicitum, sedulum, acrem, strenuum, industrium, sollertem, exactè diligentem*.

Jam quod attinet ad editionem LXX. utentium nomine ἀναυευσις, id nomen constanter censeo retinendum, nec suspicioni Genebrardi, dandum locum: fortassis vertisse ἀναδεσις, *religatio & constrictio*, quum Enarratores Græci eo modo legant, & Latini usurpent vocabula, quæ illud aliquo modo sonant. Videamus priùs quid afferant Græci. Videtur mihi Apollinarius intellexisse non posse quidem abnui mortem, & vitari ab istis, & plagis tandem duris accipi (quod pertinet ad membrum sequens, quamvis (quod est in alio versu) ordinarios in vita hominum aliorum labores non subeant.

> Το τσιναφυκτος ἀεὶ καὶ ἀτόσιμος ἐπλεσπότμος,
> καὶ δενεραὶ μάστιγες ἐπὶ πλημμὲσ' βαρείως.
> ἀγδρομέων καμάτων ἀδαὴς μένε αἰὲ ἐασσιν.
> *His inevitabilis semper & irremeabilis erat mors,*
> *Et valida flagella in plagis gravibus:*
> *Humanorum laborum nescientes semper sunt.*

Hoc pacto, ἐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐ τῷ θανάτῳ αὐτ, exponetur, *non est renuntus, repulsa, denegatio in morte eorum*, ideſt, non possunt renuere, repellere, denegare aditum morti, mortem recusare, aut vitare, moriendum illis necessariò. Basilius, Theodoretus, & is quem citat Agellius, Theodoretum suspicans esse *renuitionem* sic explicant, seu *abnutum, recusationem*, &, ut habet versio quædam Latina, de qua postea, *declinationem*, ut intelligamus, illos, etiamsi versari quandoque videantur in periculis, numquam præ se ferre defatigationem, declinationem, animi defectum, & desperationem; sed brevi ab iis sese expedire, eximere, liberare. Euthymius & Nicephorus referunt hoc ad alios, ut non judicetur ab aliis illorum abnuenda & respuenda mors, quæ pote secundùm naturam adveniat & sponte, καὶ μὴ βιαίως, *non violentè*, quasi videlicet etiam ex moriendi modo judicari felices possint, & optabile fit sic mori, quemadmodum optat ille *mori animam suam morte justorum, & fieri novissima sua similia eorum* m, Revocari huc posset quartus antea indicatus, licèt non

h *Iob 21. 13.* i *v. 23. 2.* k *c. 58. 6.* l *In Esa. c. 58. 6.* m *Num. 23. 10.*

non auctorum Græcorum, dicendi modus, ut *renutus* de Deo accipiatur, qui peccatoribus, de quibus hìc agitur, nihil deneget in morte, cuncta illis concedat, placidè & quietè mori faciat.

Quod ad Latinos porrò attinet, pro, *respectus*, qui in editione vulgata est, legit, *declinatio*. Psalterium Romanum, Gallicanum, & aliud quod vocant vetus: præterea Cassiodorus: Augustinus verò in genitivo, *mortis*. Ambrosius, *non est declinatio morti eorum. Respectum non esse morti* peccatorum, explanat Hieronymus, simul *nec firmamentum in plaga eorum*, quia ab infirmitate & plagis velociter convalescunt, nec, quod est versu sequenti, sicut homines justi tribulationum flagellis quatiuntur. Hugo & Lyranus vim nominis *respectus* attendunt, ut quasi denotet conjectum oculorum & advertentiam, & significetur quòd non videantur aliis citò mori, nec plagis morbisve diu affici propter præsentia efficaciaque remedia, quæ opibus, quibus pollent, conquirunt. Declarat Ruffinus non esse in eis respectum divinæ misericordiæ, ut liberentur ab æterna morte, & *in plaga* peccati non esse *firmamentum* aliquod, idest, medicamentum pœnitentiæ: hìc non flagellari, ut solent filii Dei. Imitatur hoc Haimo, adhibens exemplum medici, qui nihil prohibet ægroto de cujus valetudine desperat. Brunonis Carthusiani & Hugonis similis sententia. Grevæus *a* utitur avis comparatione calandrii, quæ si avertat oculos ab infirmo, signum dicitur mortis ejus; si convertat, vitæ, atque ita dum *Deus convertitur ad nos, nos vivificari* b, sicut quum *respexit Petrum* c. Remigius exponit, quòd mors quam promeruerunt, non respicit eos, & si quando plagis percutiantur, non esse firmas, sed transitorias, neque ita puniuntur, ut solent homines utentes ratione. Iidem adhuc explicant modo contrario, tamquam pernicioſa effecta pacis; quia mors non respicit, ideſt, non se avertit ab eis; sed semper nos expectando, intuetur; & est *firmamentum in plaga*, quæ ipsis reservatur perpetuò duraturа, quum interim parcatur iis, neque more hominum, & filiorum DEI castigentur. Haimo, Bruno Herbipolensis, Hugo, docent, non respici à peccatoribus, nec timeri mortem, quæque in ea cuivis redduntur pro meritis, ut à pace illa sua mala desinant atque lugeant, & pœnitentiam agant; neque *firmamentum esse in plaga eorum*, ut moveantur compunctione per infirmitatem, & curentur à peccatis, quia non diu hærent in pio illo proposito. Confirmatur Hieronymi versione priùs recitata, ut etiam notat Hugo, *non cogitaverunt de morte sua*. Dionysius Carthusianus refert plures ex allatis opinionibus quòd peccatores non respicient mortem; quòd eos non respiciat DEUS in morte: quòd non respiciatur mors eorum ab aliis, cùm tamdiu vivant. Ultimam censet optimam. Quartam recitavimus etiam de morte, quod ipsa non respiciat; id est, non retro aspiciat, & non recedat. Juxta editionem quæ habent, *non est declinatio morti, vel mortis eorum*, interpretatur Augustinus, & Hugo, ideo permitti peccatoribus pacem, & ut floreant in terra, quia certa illos mors & æterna manet, quæ nec declinat ab eis, nec ipsi declinare ab ea possunt. Aliter Cassiodorus, quia peccatores in mortem citiùs non declinant, nec die protinus urgentur extremo, sed cùm eis ad pœnitendum detur spatium vitæ, illi magis scelera probantur augere.

Ultima versio, in qua est, *reclinatio*, traditur ab Ambrosio, qui præcedentem reprehendit, quamvis alibi *d* legat, *non est declinatio mortis eorum*: & de damnatione interpretetur æterna. Sensum autem dicit esse, quòd peccatores maximè impii se reclinare non possunt, hoc est, quasi in alteram partem se convertere, propter fatigationem; & se erigere ad cœlestia & *resurgere in judicio* e, quum sit *eorum mors pessima* f, qualis in inferno sepulti divitiis, qui vix ad Abraham non totum se, sed oculos erigebat g; justus autem Christo commoriens, & consepultus, non solum reclinetur, sed etiam resuscitetur; cujusmodi Job, David, (adde Lazarum mendicum) martyr præsertim, *cujus universum stratum in infirmitate versatur* h, infirmitas passione solvitur, mors resurrectione: quæ mors etiam tali viro requies i & thesaurus.

Certum est mihi semper tueri vulgatam editionem nostram, quæ quum ex Græca LXX. immediatè prodierit, oportet ut *respectus* vocabulum, cum nomine ἀνάπαυσις aptè cohæreat. Arbitror litteraliorem sensum, ut significetur, sua illa pace iniquis potentibus, nullum esse respectum morti, aut in morte sua, seu de morte sua, quia illam non respiciunt, non cogitant, non pro eo ut deberent, æstimant, non recusant, aut renuunt mortem, quod est ἀπάνευσις, quia illis horrorem non incutit, præsertim non timent, non apprehendent animo, non annuunt quasi vocanti morti, quam nec attendunt vocantem, vel, secundùm aliam notionem verbi Græci, non reflectunt caput oculosve sursum, non se resupinant, aut convertunt, & respiciunt in aliam partem, ut solent doloribus & angoribus morbi pressi, & ægrotus Ezechias *k* fecisse legitur, quia nullos experiuntur. Explicatur hoc loco pax, sive prosperitas peccatorum, redditurque causa quare pronunciatum sit, illos habere pacem, & recensentur ea in quibus consistat pax. Ad eam verò non ita commodè spectant alii illi dicendi modi, quod mors non se avertat ab illis, quòd sua Deus illos misericordia non respiciat, quòd eos alii non respiciant morientes, aut moribundos; sed quòd facilè, placidè, citò, & prout loquentem Job audivimus, moriantur in puncto. Juvant hanc interpretationem, versio Hieronymi, & aliæ omnes ex Hebræo, sive vincula & ligamina, & quasi funes doloris accipias (utrique eodem nomine חבלים *ebevalim* dicuntur) sive metum, quo quis veluti vinculo præpeditus, mortem fugit: ex Græcis expositiones ultimæ duæ, ex Latinis, quæ sequuntur editionem vulgatam, prima & secunda, ex aliis quæ nomen *declinationis* retinent, secunda. *Respectus* numquam significat renutum sicut ἀνάπαυσις aliquando, nec temerè dici debet pro *despectu*, *respectum* irrepsisse, etiam si *declinatio*, quæ in alia editione est, despectum indicet. Phrasis eadem occurrit alibi aliquoties, ut *respectus* dicatur *aliquibus esse*, vel *in aliquos* l, vel *non esse* m, vel vocetur *dies respectus* n. Sed Græca vox est ἐπισκοπή, aut σκοπιά. Lege commentarium nostrum in librum Sapientiæ. Non autem concesserim, *respectum* hoc loco, quod Sà dicit, esse à respuo.

Et firmamentum in plaga eorum.) Hieronymus, *& firma sunt vestibula eorum*: quæ Symmachi versio est: ἱερὰ γὰρ ὧν τὰ προπύλαια αὐτῶν. Alii, *palatia regia*, vel, *magna opulentia*, vel, *sana vis ac fortitudo, integrumque robur & pingue*, vel, *sani sunt ut palatium forte*: Chaldaicè, *efferuntur cogitatus eorum, & tersum & pingue, & forte est cor eorum*. Reipsa idem significatur, si negatio ex priore membro repetatur, quod plaga eorum, non est gravis, nec diuturna, sed sana perstat vis, ac fortitudo, si non repetatur, quòd quo valent corporis robore, nervo divitiarum, incidentem plagam facilè depellunt, malique vim superant, quod perinde, atque qui porticus, aut palatia benè munita, & plena hominibus habent, annonàque, non timent hostes; ita illi nullum verentur mortis periculum, si quod forte creetur. Sunt & qui activè interpretantur, quod plaga, qua alios afficiunt, est fortis ac vehemens, & sunt in nocendo potens. Melior prior expositio, nata verò diversitas est ex textu Hebræo, quem non eodem omnes modo legerunt. Sic nunc habet ובריא אולם *ubari, ulam*, nam, אילם *elam*, idem valet, quod אל *ail*, ita ut si ultimum *mem* (ם) heemanticum, ideſt, formativum nominis; idem etiam, quod אילם *ulam*, nempe *limen*, vel *porticum*. Alii exterminaverunt esse dictam litteram finalem loco affixi pronominis pluralis masculini tertiæ personæ: & legerunt ex אול *ul, fortitudo eorum*, vel fortassis ex אל *el*, quod est ejusdem significationis, ita ut sit *Elam*. Quidam voluerunt esse רולם *holem*, quod significat *contusionem*: vel חלים *choliam* à חול *choli*, *dolor*, seu *plaga*, cum affixo per litteram (ם) *mem* indicato. Penultima sententia est Richardi Cenomani: ultima, Agellii, quæ ob affixum sit mihi probabilior: nec refert, quòd addita sit Græcè propositio, γὰρ σπλάγχνα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν, quod in Augustini editione est, *in flagello*. Usurpant autem LXX. σπλάγχνα pro concreto nomine בראי *bari*, quod significat *pinguem, crassum, obesum, conspicuum, nitentem*, quasi dicas benè creatum, aut recreatum. Non est quòd plura de hoc membro afferam præter ea quæ dixi, de præcedente, sive secundùm litte-

Vis in nomine *respectus* notata.

a *Serm.* 150. De ave calandrio circa infirmos quæ narrentur.

b *Ps.* 84. 6.

c *Luc.* 22. 61.

d *de parad.* c. 14.

e *Ps.* 1. 5;

f *Ps.* 33. 22;

g *Luc.* 16. 23.

h *Ps.* 40. 4.

i *Job.* 3. 21.

k 4. *Reg.* 21. 2

l *Sap.* 3. 20. c. 3, 6. c. 4. 15. c. 19. 14 *Eccl.* 34. 13.

m *Respectum* hoc loco esse à *respuo* auctoris probatio.

teralem, sive secundùm mysticum sensum, Augustinus ait, firma, idest, perpetua esse reproborum flagella. Ambrosius, flagella nihil post mortem profutura. Prior negantem particulam non includit, posterior repetit; ille de futuris, hic intelligit de præsentibus flagellis. Relege quam attuli priùs de toto loco expositionem Ambrosii.

Vers. 5.) In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

Sensus loci.

HÆc alia probatio vulgò existimatæ prosperitatis ac felicitatis iniquorum, quòd quas homines pati passim solent naturæ necessitates, secundùm famem, sitim, frigus. æstum, fatigationem, labores in comparando victu, & id genus alia, ab his ferè liberi sunt, nec afficiuntur sicut alii diversis calamitatibus, quæ interdum occurrunt, ac immittuntur à Deo, & involvunt plurimos, cujusmodi sunt charitas, seu penuria, bellum, pestis, populares morbi, &c. denique communia etiam Reipublicæ onera devitant, & in aliorum humeros capitaque rejiciunt. Existimo *homines* hìc generaliter accipi, pro conditione naturæ obnoxios multiplici necessitati, & ærumnæ, sive sint justi, sive injusti. Negatio etiam labori, & flagellorum plus importat, quàm præ se fert, hoc est non tantùm indolentiam, in qua quidam Philosophi summam beatitudinis constituerunt, sed copiam quoque, & affluentiam externorum bonorum, quæ afficiunt voluptate.

Quod Enarratores asserunt, ut Cassiodorus, & alii, de justorum calamitatibus flagellisque & quòd iis benè utantur, laborando, ut per eas veram sibi felicitatem comparent, respondeantque voluntati & amori Dei, qui *flagellat omnem filium, quem recipit* a, & quòd sæpius contingat, ut improbi patiantur fortunæ bonis, ac rebus jucundis, & quòd suscepti pro bonis externis labores, non hominum, idest, ratione res æstimantium, sed brutorum more viventium censendi sunt, & quòd qui *tota nocte* sine Christo *laborat*, non ea quærens, quæ sique piscans, quæ prosint ad salutem, *nihil capit* b: verum profectò est. Sed generaliorem dixi esse propositionem ex vulgi petitam opinione, deque illis, qui re ipsa non experiantur communes labores, & miserias. Nam si rem exactè dispiciamus, comperiemus, si minùs externis, quamvis & hi aliquando non desint, certè internis laboribus & ingoribus dirissimum quemque discruciari.

Proprium ac peculiare omnium hominum est, ait Euthymius, ut labores sustineant, quod confirmari testimonio Job *c* potest, affirmantis, ita *nasci hominem ad laborem, ut avem ad volatum*. Unde argumentari licet, mancum hominem esse, atque veluti implumem, qui laborare detrectet, & ea carere quadam fœlicitate, atque suavitate, quam percipiunt, qui *labores manuum suarum manducant* d, *& in laboribus ac sudore vultus victum sumunt pane suo* e. Nemo ex omnibus filiis Adæ, inquit Bernardus *f*, sine labore hìc vivit, nemo sine dolore. Est qui declinat aliquos, sed incidit procul dubio in graviores. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur*. Non tamen continuò in labore non sunt, & cum hominibus non flagellantur: quod nec laboris anxietatem, nec flagelli sentiunt læsionem, ipsa jam insensibilitas vehementiam indicat passionis. Sudat pauper in opere foris, sed numquid minùs anxiè dives intus in ipsa sua cogitatione laborat? Aperit iste os suum in detestatione, aperit ille in eructatione: & interdum iste gravius fastidio, quàm ille inedia, cruciatur, &c. Indulgentiam istam & remissionem Dei, suspensionem plagarum & flagellorum, atque patientiam, quum non punit, sed afficit etiam beneficiis, quibus deteriorem quempiam prævidet evasurum, Augustinus *g* docet pertinere ad obdurationem, sive indurationem, & tamen Dionysius *h* divinæ justitiæ docet esse non emollire optimorum virorum fortitudinem materialium donationibus. Videlicet cedit ejusmodi emollitio in indurationem. Hortans Paulus *i* Thessalonicenses ne quis moveretur in tribulationibus ipsius causam reddit, dicens: *ipsi enim scitis, quod in hoc positi simus*. Observat id Gregorius *k*. Liquet, ait Bernardus *l*, eos, *qui in labore hominum non sunt, & cum filiis non flagellantur*, nec diligi à Deo, nec recipi.

In labore hominum non sunt.) Alia Psalteria, & Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, *in laboribus*, Græcè, *ἐν κόποις*, qui etiam dolores denotant, estque id nomen in hominis maledictione circa culturam terræ *m*. Hebræum nomen עָמָל *hhamal*, est singulare, id etiam pro quo nomen *hominum* plurale & ἀνθρώπων, scilicet אֱנוֹשׁ *enos* significat *hominem arumnosum*, ut aliàs dixi. Aquila vertit, *ἐμέσῳ*, *in medio*. Fortassis voluit dicere, non esse ceteris hominibus similes, ac tamquam uno de medio vulgi, & de trivio, in labore non esse aliquem, & per hypallagem laborem non esse in aliquo. Paraphrastes exponit, *labori virorum legi operam navantium, non compatiuntur*, vel, ut reddit Nebiensis, *In labore virorum laborantium in lege non loquuntur*. Esset sensus, non compati labori, quem ferunt viri justi, præsertim ut legem observent; non loqui mentionemve facere, aut curare de hac re; totos occupari in eo, ut per fas ac nefas beatam & hilarem vitam transigant. Sed alter antea traditus sensus communior est. Nihil infelicius hac felicitate. Ferre diabolus non potuit arcam Dei apud Philisthæos esse, tùm quum Deus tormento impulit eos ad pœnitentiam *n*. Solos timet diabolus patienter adversa tolerantes, quemadmodum solos quidam respondit Thebanis, eos ab Alexandro timeri, quòd ceteris libertate donatis, soli detinerentur in servitute. Si posset, vellet tollere Deum nobis, quem benè scit quæri ab iis, quos occidit, & cruciat *o*; & *cum talibus esse in tribulatione* p. Vel, serò tandem qui fugitant labores; anteque tempus cessare ab iis volunt, deprehendet, ac inviti fatebuntur, *lassatos se* hìc fuisse *in viis iniquitatis, & ambulasse vias difficiles* q. Qui in labore hominum non sunt, ait Bernardus *r*, in labore dæmonum profectò erunt, & erunt *s* necessariò in labore dæmonum, qui cum hominibus non flagellati, in labore hominum non fuerunt. Invehitur etiam *t* in quosdam clericos, qui, quum singula quæque genera hominum laboris aliquid, aliquid voluptatis habeant, solerti ac miro quodam artificio illa discernunt, & ab invicem sequestrantes, totum quod delectat, eligunt; quod molestum est, fugiunt & declinant, Inductione id ita esse demonstrat, & hanc Davidis sententiam grave vocat cauterium ad inurendum tales.

De vario genere laboris boni malique lege hoc loco Hugonem. Affinem priori Bernardi reperio apud Ambrosium *u* sententiam, dum scribit fassam Evam peccatum suum, & flagellatam esse, ac bonum nobis esse condemnari in peccato, & flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur. Cain, quia voluit crimen negare, indignum judicatum, qui puniretur in peccato, & accusatori diabolo ejus accusationem reservatam esse, ut cum ejus angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. Hoc est quod sequitur:

Et cum hominibus non flagellabuntur.) Chaldaicè, *& cum hominibus justis, qui patiuntur martyria, non vulnerantur*. Sed generaliorem docui sententiam esse, non proprium justorum. Nam & *peccatoris multa* dicuntur *flagella* x. *flagellandique* verbum usurpatur, non de justis dumtaxat, sed etiam de injustis; quamvis illos dicatur Deus flagellare tamquam *filios* y. Quæ ratio movit eos, qui de justorum flagellis interpretantur hunc locum, de quibus jam dixi. Ambrosius *z* rursus urget alio in loco eumdem sensum: scribens inter alia, quòd vult Dominus commune sanctis cum diaboli sociis consortium esse judicii: diabolum enim & ministros ejus, cum hominibus non flagellandos, separatam esse pœnam, ubi distat & culpa: idcircò scriptum esse *a*, *à sanctis meis incipite*. *Tempus* b *est incipere judicium à domo* DEI. Præterea, quos miserentur Deus, citò castigare, ut non diutiùs afficiantur futuri expectatione judicii, ut non prolixiùs misera reatus sorte macerentur. Confirmat ex judicio quorumdam reorum, & quia differatur judicium quoque diaboli, puniti timore perpetuo, nondum pœnis suis subjecti. Quod cum moderatione debet intelligi de pœnis accidentalibus, & de detrusione in carcerem perpetuum inferni post judicii diem.

Nomen *hominum* hoc loco Hebraicè est singulare, sed collectivum, & appellativum אָדָם *adam*, utilitatem innuens

---

m Gen. 3. 17

n 1. Reg. 5. Solus timet diabolus patienter adversa tolerantes.

Responsum Thebanis datum.

o Ps. 77. 34.

p Ps. 90. 15.

q Sap. 5. 7. Qui in labore hominum non sunt, in labore dæmonum erunt

r Ser. 23. sup. Cant.

s Declama in id. Ecce nos reliquimus.

t ibidem.

u de paradiso. 14. Bonum condemnari in peccato & flagellari in delicto.

x Ps. 31. 10.

y Hebr. 12. 6

z in Ps. 118. octon. 20. Commune sanctis cum diaboli sociis consortium esse judicii non vult Deus.

a Ezechiel 9.

b 1. Pet. 4. 16. Quos misereatur Deus cito castigat.

Hebr. 12. 16

Luc. 5. 5.

c 1. 5. 7. Mancus homo est ac veluti implumis qui laborare detrectat.

d Ps. 27. 2.

e Gen 3. 17. 18.

f Ser. de obed. Sapientia, patientia.

g Ser. 88. de tempore. Divina justitia non emollire optimorum virorum fortitudinem materialium donationibus.

h de divin. nom. c. 8.

i 1 Thess. 3. 3.

k 6. Mor. c. 51 vol. 7.

l Declam. in id. Ecce nos reliquimus.

innuens formati de limo, seu creta corporis, ac proinde obnoxii confractioni & contritioni. Allusio quoque potest esse ad primum hominem, qui, ut ante dixi, damnatus est a, *in sudore vultus vescipane* a, sic Zacharias scripsit *b. Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea*, γεωργὸς ἄνθρωπός μέν εἰμι, *quoniam homo genuit me.*

a *Gen.* 3. 19. b *c.* 13. 15.

Vers. 6.) Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

Sensus loci.

TAnta illa rerum secundarum copia, pax, fortuna prospera, felicitas insolentes facit, quasique tumentes ac turgentes, & erecto incedentes collo reddit, perinde ut quibus torques colli stringit totos, & quemadmodum vestis hominem tegit, ita & sua iniquos impiosque totos involvit iniquitas in proximum, contra Deum impietas, quo etiam veluti duplici vestimento sese, prætexendo excusationes in peccatis, excusant: ornant etiam: notabiles præ ceteris videri volunt: semetipsos tuentur adversus extrema quælibet mala, proponentes sibi *fortitudinem* & vires suas *pro lege justitiæ* c: fas putantes quod possunt: *Deum non timentes, & homines non reverentes* d: rapto viventes, diteſcentes, sese splendidè componentes.

c *Sap.* 2. 11. d *Luc.* 18. 2.

Denotant quoque hæ formulæ, malitiæ magnitudinem, vimque tantam, ut necessitate quadam, quibus inest ceu manibus injectis apprehendat, stringatque nec elabi sinat, ut ait Cassiodorus, & per modum habitus, ut Lyranus, permaneat, & in alteram quamdam tranſeat naturam, &, ut iterum Cassiodorus, non unam alteramve occupet partem, seu potentiam, sed animam totam, corpusque, sensus externos, & internos, cunctas ipsas rationalis animæ facultates; &, quod observat Augustinus, nec permittat, ut eo modo circumamictus tectusque videat, quia contemtum nutrit resoluta securitas; nec ut videantur interiora ejus, quia ibi miser est, qui felix putatur, & qui illius suspiceret interiora, videret trucem conscientiam, qui animam cerneret, videret diverberari tantis perturbationibus cupiditatum & timorum. *Parietes* dicas, & *sepulchra dealbata* e, templum *abominationibus plenum* f, oscilla personata. Ludit eleganter Ambrosius in similitudine, vestimentum vocans iniquitatis malum, quod si quis voluerit in nobis tenere, remittere nos oporteat *g*: si tunicam spiritualem auferre, remittere pallium iniquitatis, & sumere operimentum fidei atque patientiæ, quo se David *operiebat in jejunio* h: Joseph, sancta sobrietate *i*: Adam verò exuit seipsum k, *induitque maledictionem* l, quærens integumenta foliorum *m*.

e *Matth.* 23. 27. *Act.* 23. 3. f *Ezech.* 8. 8. *& seqq.* g *Matth.* 5. 40. h *Ps.* 68. 11. i *Gen.* 39. 7. *&c.* k *Gen.* 3. 10. l *Ps.* 108. 18. m *Gen.* 3. 21.

Ideo tenuit eos superbia.) Hieronymus, *nutriti sunt ad superbiam.* Alii, *ut torques cingit*, aut *cinxit eos superbia*, seu *circumdat*, aut *circumdedit*, vel *onerat*, seu *oneravit*, Chaldaicè, *coronavit*. In emendatis Græcis libris, διὰ τὸ ἐκράτησεν αὐτὸυς ἡ ὑπερηφανία: in aliis additur αὐτῶν εἰς τίμος, nullum enarratorem Græcum apertè video aliter legisse, quam sit in emendata editione, quamvis Theodoreto tribuat collector scholiorum in biblia Sixtina, LXX. legisse εἰς τέλος. In Latino Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *ideo tenuit eos superbia eorum*: in Gallicano, *superbia eorum in finem*. Ambrosius & Augustinus, *obtinuit eos superbia*. Posset quis opinari, Hieronymum non legisse, ut nunc est ענקתמו *hhanakatmo*, à nomine ענק *hhanak*, torquis quod esset, ut ita dicam, torquavit eos, torque ornavit, seu coronavit (unde ענקים *enacim* gigantes quasi torque insignes,) vel etiam absolutè, figurata tamen locutione, oneravit, ut solet onerari torque collum, sed ינקתמו *janekachemo*, *lactavit eos*, à ינק *janak*, quod est *lactare*. Et si juxta verbum quod nunc extat, *nutriri* verti potuit, hoc est, ita pinguescere, ac opimari, ut adeps, de quo postea, sit instar torquis, ad eum modum, quo legimus in Job *n*, *operuit faciem ejus craſſitudo, & de lateribus ejus anima dependet*. Idem verò etiam Hieron. *dare viaticum de gregibus*, exponit in Deuteronomio *o*, quod est Hebraicè העניא תעניק *habbenck thahhanik*, ἐφόδιον ἐφοδιάσεις: & exponunt phrasim Hebræam, *onerando, onerare*, aut *munificè circumcingere*. Ergo *superbiam tenere*, esse onerare muneribus, & opibus, nutrire, ornare, coronare, circumdare: In acceptione autem oneris lateret egregia antithesis, qua intelligeretur depressio per superbiam ipsam, cujus videtur proprium, ut attollat, indicat Apollinarius:

Enacim gigantes unde dicti.

n *c.* 15. 27. Locus Deuteronomii expositus. o *c.* 15. 14.

Ἔνδεν ὑπερβαίνει καρδίας ταπεινώσασι.
Inde superbia cordis depressi sunt.

Similes illæ phrases, quum dicuntur *angustiæ tenere aliquem* p, *pavor, & tremor* q, *defectio* r, *torsiones & dolores* s. Præterea quod aliter dicimus obligari, vel adstringi debito aliquo, dicitur *teneri* t, vel *febribus* u, qui dicendi modi prophanis quoque scriptoribus sunt communes: qui usurpant, *tenet me desiderium, teneor desiderio*, pro eo quod est, valde, ac vehementer desidero. Sic igitur æstimare possumus quod *superbia iniquos tenere* dicitur, quia vehementissimè addicti sunt superbiæ diabolus, omnium quidem, sed vitii superbiæ præsertim auctor, cujus durissima & irrequieta servitus est.

Phrases Scripturæ. p 2. *Reg.* 1. 9. q *Job.* 4. 14. *Ps.* 118. 53. r *Esa.* 13. 8. *Jer.* 49. 24. s *Gen.* 24. 8. *Ezech.* 45. 16 t *Esa.* 24. 18. u *Luc.* 4. 38.

Sunt quoque tropologiæ utiles alii modi, quos in hac notatione, & in paraphrasi, attulimus. Donec Pharao, inquit Origenes *x*, *in laboribus hominum non est*, & *cum hominibus non flagellatur*, *tenuit eum superbia*: paullo post proficit in flagellis, meliorque verberatus efficitur, dicens prius, nescire se Dominum, postea petens orari pro se, digitumque Dei esse in virtute signorum, confidens contestantibus Magis.

x *hom.* 3. *in Exod.*

Operti sunt iniquitate, & impietate sua.) Hieronymus *circumdederunt iniquitatem sibi*. Alii, *induitur quisque eorum veste violentiæ*, ideſt, aut iniquitate, seu violentia, tamquam veste, aut veste, per vim & iniquitatem parta: vel *operiet*, *sive occultabit se ut tollat prædam sibi*, vel, *violenta* y *amicit quisque nates, fundamentum, femur, podicem, pudenda sibi*. Juxta Hebræam phrasim priore quidem membro, videtur innui caput ornatum superbia, per hoc autem corpus reliquum tectum violentia, aut caligis, seu femoralibus partes corporis, quæ istis tamquam honore circumdantur, ut loquitur Apostolus *z*, & in quos homines vani ornatum curiosè conquirant: denique illas ipsas partes pingues reddi denso adipe, nimiaque pinguedine, sic est Hebraicè, יעטף שית חמס מלו *jabbatoph ſcith chamas lamo*, *circumdedit*, aut *circumdabit*, seu *cooperiet quilibet eorum ornamentum, seu ornatum vestium sibi*, quod significat שית *ſcith*, vel *nates*, quas שת *ſceth*, à ponendo, quod est שות *ſciuth*, quoniam, ea parte ponitur homo sedendo. Honestius rem eamdem expressêrunt LXX. proque unica voce חמס *chamas* quæ valet *violentiam*, *rapinam*, *vim apertam*, duas posuerunt, ἀδικία & ἀσεβείας, contra homines Deumque. Et quis scit an sicut membro præcedenti superbia indicata est quasi coronans caput, ita hìc insinuetur luxuria in ornatu reliqui corporis, præsertim secundùm eam partem, quæ illi magis servit, & cui ut inserviatur, violatur omne jus divinum humanumque? Apollinarius de sola injustitia meminit, apposito ei epitheto,

y *Felix R. Abraham R. David.*

z *Heb.* 3. 3.

Καὶ σύλας δυκμονίη ἀθεμίστῳ ἀμφελίτεν:
Et ipsos injustitia iniqua circumdat.

Non admitto Agellii conjecturam, legisse LXX. pro שוח *ſcith*, שר *ſcied*, etsi hoc significet vastationem, direptionem, prædam, &c. Chaldaicè, *corona quam imponunt capiti suo, de rapinis illorum est*. Ambrosius *a* legit, *cooperti sunt*. August. vim Græci verbi ωεριβάλοντο, melius expressit, per *circumamicti*: quo declaratur adeo magna improbitas, ut nihil sit quod non eam prodat, & manifestet, nulla veluti nuda iniquitate pars, nulla actio, sermo nullus, aut corporis habitus gestusve. Habitus boni malique ita nominantur, quasi vestiant animam & jubemus *expoliare* b *veterem hominem*, ut *induamur novum*, & ipsummet Jesum Christum, cum armis lucis, *visceribus misericordiæ*, benignitate, charitate, &c. Tam difficilis est malorum expoliatio habituum, ut censeri potius debeat, excoriatio, & mortificatio victimæ, cui secundum legem extrahi pellis debet. Certè, quoad vivimus, strictam carni lineam vestem adhærere oportet, ut quam parcissimè rebus de terra ortis utamur, vestimenta alia catenulis, aut vittis colligari, ut non nisi necessitatis, vel charitatis obligati vinculo, ea usurpemus.

a *hic & 5. de fide c.* 7.

b *Coloss.* 3. 9. 10. 12. Malorum expoliatio habitum quam difficilis.

Vers.7.) Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum; transierunt in affectum cordis.

Sensus loci. DOcet non extrinsecam dumtaxat iniquitatem esse, quasique circumjectum de foris vestimentum, non levem, quæque parum nocere possit; sed ut ita dicam, opimam, opulentam, cuique affatim supperat unde valeat expleri: prodeuntem ac redundantem ex intimis, ac serio prius meditatam; ita ut quidquid animo conceperint, & affectaverint, re ipsa consequantur, & in opus deducant; immo etiam vincat expectationem desideriumque eventus prosperæ fortunæ, præterea ut non obiter sed cum affectu studioque magno exequantur præcogitatam iniquitatem, magna contentione, & ex habitu, iniquitatis opera exerceant. Exaggeratur peccatum ex eo quod quis per ingratitudinem abutatur divinis beneficiis ad peccandum, & *incrassatus, impinguatus, dilatatus, derelinquat Deum factorem*, & benefactorem *a suum*, quod *magnificatus & ditatus, incrassatus & impinguatus prætereat sermones Dei pessime* b: quod *cum comederit & saturatus fuerit, & impinguatus, & abundaverit delitiis in bonitate Dei magna, provocet eum ad iracundiam, & recedat ab illo, & projiciat legem ejus post terga sua, & prophetas illius occidat* c. Ea scribitur *Sodoma iniquitas* fuisse *eum superbia* & otio, (sub quo comprehenditur luxuria) *saturitas panis & abundantia & manuum egeno & pauperi non porrexisse* d (quod inhospitalitatem & sævitiam in exteros indicat.)

a Deut.32.13
b Jer.5.27.28
c 2. Esd.9.25 26.
d Ez.16.49.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.) Hieronymus e monet errare qui legant *prodibit*, quia Græcè est, ἐξελύσατο, non ἐξελύσεται; quo modo tamen extat in bibliis Complut. & Regiis. Idem vertit, *processerunt à pinguedine oculi eorum*: quo modo Symmachus, προέπεσον ἀπὸ λιπαρότητος ὀφθαλμοί (aliàs ὀφθαλμῶν) αὐτῶν, Chaldaicè, *mutata est ob pinguedinem similitudo vultuum eorum*: ut scilicet vix agnoscantur præ pinguedine. Alii item ex Hebræo, יצאכיחלב עיניטו *jatsa mecheleu hhenemo, egressus est uterque oculus præ adipe*, ideſt, prominent eis oculi præ pinguedine. Sub qua metaphora significatur affluentia rerum tanta, ut multum superfluat ac redundet. Ita quoque vulgo dicunt, *crepant oculi huic præ bono tempore; exit ei ex oculis tempus bonum*, &c. incrassati sunt eidem oculi, nimirum quum elatus felicitate, nec aspectu alium dignatur, prodit ex oculis malitia. Videlicet quum cavati soleant aliquantulum esse oculi ad cernendum commodius acutiusque, pinguedo adeo excrescere potest, ut exequari videantur genis, ac supra etiam extare, protrudique extra orbes suos, & vix appareant, & egressi, aut decidisse censeantur, aut etiam dissiliisse ad res, quas vident, concupiscendas, ac veluti hauriendas, aut sese prodere plenos avaritia luxuriaque, invidia, ira, &c. aut, quod tritus habet etiam sermo, impinguari videantur oculi, totaque improborum facies, iniquè agendo. Posset eodem utcumque parœmia illa spectare *f*, ἅλλεται ὀφθαλμός μου δεξιός *salit oculus meus dexter*, vel, *supercilium salit*. Exemplo Eglon esse potest, *crassus nimis pinguissimoque praditus adipe* h. Rectè dixeris, a dominini vacantem, & opimando corpori, adversus semetipsum carcerem munire, ut olim sive Crates Thebanus *i*, sive Pythagoras dixit.

e epist. 135.
f Thren. in Amaryllide.
g Plaut. in Aud. 3.17.22 Abdomini vacans, & opimando corpori, adversus semetipsum carcere munit. Nudorum ephebo rum apud Lacedæmonios decimoq; die inspectio i *Maximus mane sec.* 27 k Ælian. 14. var. hist. c.17 Athen. lib.12 cap.28.

Lacedæmonii decimo quoque die nudos ephebos inspiciebant, sique aliquod membrum Ephori delicatius molliusque ob suppositam aut succrescentem pinguedinem, reperissent, verberabant, ac exilii quoque mulctam nisi vivendi mutarent rationem, minitabantur. Censores *k* Romani equum obeso equiti ademerunt cum ignominia, ut M. Cato arbitratus est *l*, idque ipsum ab Agesilao Sparthano Rege facto memorant *m*. Iberi etiam Gallique zonæ mensuram habebant, quam si mulier, quæ gravida non esset, capere non posset, aut obesior puer, probro magno afficiebatur *n*. Denique verum illud etiam sæpe adagium:

Contra obe sos & pingues mulctę & ignominia: etiam con ra mulieres. l Gal. l.7.c.2 m Ael. l.2. cap.25 n idem ibid. & Ioan. Boemus Auban. 8. demor. Gen

Παχεῖα γαστὴρ μετρὸν οὐ τίκτει νόον.
Pinguis venter tenuem non gignit mentem,

o epist. 2. ad Nepotianum p contra Tra fibulum.

Recitat sic Hieron. *o pinguis venter non gignit sensum tenuem*: Galenusque *p* meminit hoc idem ab omnibus propè hominibus cani sive celebrari solitum.

q *Nam corpus onustum*
Hesternis vitiis animum quoque pragravat ipsum,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ,

q Horat. 2. serm. sat. 2.

Et impuberes, plurimo cibo, ut & nimio somno, hebetiores tardioresque fieri, non solum improceros corporibus, minusque adolescere, Varro, ac plerique alii medici, philosophique apud Gellium *r* tradunt. Inculpatum omnino ac indefidem videri posse non nego, cui cum natura ipsa crevit adeps, licèt parsimonia, ac tormento etiam curari minuique possit, ut de Nicomacho Smyrnæo Galenus *s*, Rodericus *t* Toletanus de Sancio primo Austrum Rege, de Dionysio Heracleote tyranno scribit Ælianus *u*, & de religiosissimo Francisco Borgia Ordinis nostri Præposito Generali tertio adhuc penè recens memoria est. Attamen si luxuriando exuberet immodicè caro, ac immodica sagina excrescat, & ex iniquitate prodeat, prodidit denuo facilè inde iniquitas, nisi temperantia sese quis castiget, arbitror vero, quod antea innui, figuratum dicendi modum hunc esse, pro effundente sese, ob affluentem, quasi segetem ipsius iniquitatem. Legendo autem *oculos*, vel *aspectum*, non improbabilis explanatio R. Esaiæ Tranensis, eorum aspectum ac vultum resultasse pulchrum, & jucundum propter copiam pinguedinis. Ad id etiam respexisse potuit David, quod accidit unctis oleo, vel butyro currus rotis, ut facilè tunc etiam onustus procedat currus, nam *x præcordia fatui quasi rota carri*. Suspicabar & ipse prius, quod Richardum Cenomanum observasse deprehendi, legisse LXX. non עיניהמו *hhenemo, oculi eorum*, sed עיניהמו *hhavonemo, iniquitas eorum*. Hoc melius quam quod Genebrardus ait, censuisse idem pollere hæc duo: Lege quæ dixi Ps.16. *y adipem suum concluserunt*, & Psalm.62. *z sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Comparat istos pingues Augustinus hoc loco cum tauro devoto victimæ *a*: dicit etiam damnandos quidem macie malos, & necessitate quadam improbros, quia ferenda magis omnis necessitas, quàm perpetranda aliqua iniquitas: tamen multo damnandum magis divitem, qui abundans rebus tantis, diripiat res alienas, nec ferat corripientem, sed indicat inimicias, exque eodem adipe iniquitatem in ipsum effundat, vel cum Dei respondeat contemptu. Hic ille est de quo Job *b*: *Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit adversus eum erecto collo, & pingui cervice armatus est*; quia rebus temporalibus armatus inquit Gregorius *c*, contra præcepta veritatis, quasi de magnitudine carnis erigitur. Exstat Sidoni, Apollinaris *d* epistola elegantiæ admirabilis, in qua parasitum describit inter cetera, ab aruina, & pinguedine immensa. Inserat sibi dives *murenulatas vermiculas* e, ne *sublime sapiat* f, sed vermiculorum cælatis moveatur imaginibus ad deprimendam superbiam, & deponendam iniquitatem, & abjiciendum *Deum ventrem suum, gloriamque confusione* g, ideſt, in re pudenda, ut explicat Hieronymus *h*. Caveat abusum opum, quæ facile inducunt oblivionem Dei, & alias iniquitatis species, quas enumerat Hugo. *Viscera plena adipe* i gignunt iniquitatem, sicut enim ex abundanti cibo adeps, ait Gregorius *k*, ita ex abundantia rerum, superbia nascitur, quæ impinguat mentem divitis, dum elevatur animus superbientis, superbia quippe cordis, quasi quædam pinguedo est crassitudinis. Unde quia plerique ex abundantia peccata perpetrant, per Prophetam dicitur; *prodit quasi ex adipe iniquitas eorum*. Divites cur sint contumelioſi, contumaces, delicati, arrogantes, & pejores aliis, causſas tradit Aristoteles *l*. Consentit Plato *m*, Thucydides *n*, Cicero *o*, Terentius *p*, Cæsar *q* & alii.

x Eccl.33.5.
y vers. 10.
z vers. 6.
a Prov.7.7. Esa.34.6. Damnãdus qui ex necessitate sit improbus sed multo magis dives qui abundans diripit res alienas.
b c.15.26.
c 12.mor.c. 22.
d lib.3.n.13
e Cant.1.11.
f 1.Tim.6.17
g Phil.3.19.
h epist. 128. Abusus opũ quantopere cavendus.
i Iob.21. 24. K 115.mor.c. 25.vel 33.
l 2.Rhet.c.16
m in Ereria
n lib. 3.
o lib.7.ep.in 3.& de lege Adra.
p Hecyra. act.3.serm.5
q 6 de bell. Gall.

Transierunt in affectum cordis.) Hieronymus, *transierunt cogitationes cordis*. Alii eodem ferè modo ex Hebræo synonymè, & in tempore præsenti, *transgrediuntur speculationes*, vel עברו משכות מחבב *hhaveru maschijoth levau*. Et sensus est plura recepisse à Deo, quàm optarant, vel cogitarant. Sed nihil opus opinari lectum מחשכות *machscevoh* quod significat *cogitationes*. Aliqui tamen etiam juxta Hebræam phrasim, quæ nunc est, declarant, plus cogitavisse, quàm par sit homines cogitare, longius cogitando processisse animo, speque mundum totum, ac plures etiam, ut de Alexandro proditur *r*, devorasse, delineasse, ac finxisse apud animum suum nescio, quas imagines, & picturas denotat nomen משכיות *maschijoth* à singulari משכיח *maschith*, unde forsan *larva* nomen, *mascara* idiomate Italico, & Hispanico; Gallico *masque*; castra, ut dicere solemus, in aere, fabricasse, atque, ut ait ille *s*, dum vitant humum, nubes & inania captas-

r Seneca epi. 95. & 114. 120, & lib.1 de benef.c.13 lib. 6. quæst. natu.c.23. & Arrian. Curtius Justinus Alii plures apud Jos. Ph. Stephanum ad 1. Macho c.1.v.1. Masque Gallicum unde potest ortũ habere.
s Horat. de art. poet.

captasse, res novas & omnino invisas excogitavisse. Græce, est διήλθοσαν εἰς διάθεσιν καρδίας, Symmachus reddit, παρέβαινον τὰ φαινόμενα τῆ καρδία, *prætergressi sunt apparentia cordi*, idest, cogitationes usitatas cordi humano, & quas cor ordinativè suggerit aliis. Secundum priorem translationem LXX. legimus in Psalterio Romano, & Gallicano, apudque Ambrosium *a*, Augustinum, Cassiodorum, Gregorium *b*, *transierunt in dispositionem cordis*, quam sonat διάθεσις, & significat *affectum circa aliquid*, & fixam velutique habitualem propensionem, aliter vocatam σχέσιν ἕξιν. Habitum malum Athanasius, Euthymius, Nicephorus interpretantur.

a hic & 5. *de fide* c. 7.
b 34. *Mor.* c. 13. *vel* 12. Διάθεσις.

Basilius, ac Theodoretus, licentiam & securitatem malè agendi: Apollinarius, veluti contrectationem sedulam curarum animi, circa opes nimirum aggerendas, & concupitis potiundum:

Εἶχον ἀμφαφόντες ἑῶ μελεδήματα θυμῷ.
Prodibant contrectantes sui curas animi.

Uno verbo, quidquid subibat animo & libebat, exe- B cutioni mandabant, ut exponit etiam Beda. August. *transitum in dispositionem cordis*, exponit de divitibus, qui transiliunt superba cogitatione, judicioque & desiderio, viam omni communem homini, metas humani generis excesserunt, homines se partes ceteris non putaverunt, tumore ac typho elevati sunt. Illustrat collatione inter divitem epulonem, & pauperem ulcerosum *c*.

c Luc. 16. 20.

Hieronymus *transitum* notat à Dei voluntate ad faciendam propriam: Cassiodorus, à rectis semitis veritatis, ut rationabiles homines forte teterrima idolis servirent, quod applicati ad *ventrem* potest aliquorum hominum *Deum*, d & ad avaritiam, quæ vocatus *idolorum servitus* e. Ambrosius, lapsum in errorem non fortuitum, sed ex consilio & dispositione. Bernardus *f*, quum cupiam ipsa complacet malitia, etiam nulla spe alterius commodi blandiente. *Transeunt* præterea *in affectum cordis*, qui quod volunt, & inordinatus eis suggerit affectus, impotenter efficere conantur; æstuantes nimio zelo, etiam secundum speciem bono, non ex ordinatione charitatis, nec ex charitate; de qua re idem C Bernardus *g* præcipit egregiè. Item *transeunt in disputationem cordis*, qui divina, tum judicia, tum mysteria, ex sui cordis æstimant dispositione. Id Ambrosius *h* torquet in Arrianos, qui Dei filio scientiam derogare non perhorrescant, quum nec dispositioni sit subjectus Deus, nec ordini, & ex similitudine humanæ naturæ dispositionem sibi nemo debeat cœlestis arcani. Adhæc *transire* censentur *in affectum cordis*, qui affectui & concupiscentiæ consentiunt, ita ut *concupiscentia concipiens pariat peccatum*, *& hoc quando consummatum fuerit*, *generet mortem* i, *& videntes*; verbi gratia, *mulierem*, *ad concupiscendam eam*, *jam mœchantur eam in corde suo* k, *& post concupiscentias suas* l *erunt*, faciunt vias suas, *& inveniatur voluntas eorum*, ut loquatur & faciant quæ volunt *m*. Denique transeunt in affectum cordis, qui sese transmutant, ac transformant totos in affectus carnales, & bestiales, ita ut cor feræ illis, quemadmodum Nabuchodonosori, esse videatur *n*. Hos Paulus *o* vocat *desperantes*, *& semetipsos tradentes impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ*. Pro *desperantes* Græcè ἀπηλγηκότες, Hieronymus interpretatur *indolentes* aut *indolorios*, hoc est, absque dolore ac remorsu peccantes, & qui non sentientes ruinam suam, ferantur in pronum, & tamquam bestiæ ferrum viventes, in mortem ruunt, *desperantes* enim dici ἀπηλγηκότας, & illos alios esse qui in vitio deprehensi delectentur, & non solum non doleant; verum etiam glorientur, & putent se quamdam turpitudinum palmam & victoriam consecutos.

g Ser. 49. *in Cant.*
h 5. *de fide cap.* 7.
i Jacobi 1. 15
k Matt. 5. 28
l Eccli. 18. 30.
m Es. 58. 3 13
n Dan. 4. 13.
o Eph. 4. 19.

Vers. 8.) Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Vers. 9.) Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transivit in terra.

Sensus loci. Divitum superbia, iniquitas, unde.

ARgumentum, quod teneat divites improbos superbia, quod operti sint toti iniquitate, & impietate, quod pro facultate copiave rerum quas habent, iniquè agant, quod faciant, quidquid eorum dictat & instigat affectus, horum, inquam, argumentum omnium probatioque satis evidens est, quoniam non verentur quæcumque veniant in mentem, liberè ac licenter eloqui, cumque sui similibus communicare, atque tractare ut consiliorum malorum sibi socios & adjutores adjungant; nec pudet de loco etiam superiore palam publiceque & elato animo vultuque, conceptam ac etiam commissam evulgare iniquitatem; immo contra excelsum & altissimum Deum ipsum blasphemari, neque cœlestibus aliis superisve, neque inferis parcendo; sed os maledictum, ac venenatam in utrolvis linguam exerendo, atque ejaculando, vel obliti se linguam vilem, carneam, terream, & in terra ipsa morantes, habere, non dubitant adversus sublimem Deum verba proferre, persuadent sibi, quæ dicant ipsi cœlestia esse, ac tamquam oracula & effata divina, rata, atque immutabilia humillimi terrigenæ: audent & de cœlo numen deturbare, & ejusdem quoque de rebus inferioribus providentiam superbissimo & insipientissimo suo sermone auferre: non timent de cœlestibus divinisque pro arbitrio censere, ac de Deo terrena nugari, judicia incerta ex cœlis & astris ferre, atque his terræ incolas dementare, transilire cogitatione & oratione terrena omnia, quasi essent his superiores, nec in terram umquam convertendi per mortem.

Complexus sum conflavique in unum multa, quæ commodè venire in unius compositionem valeant, sed præcipuum tenet locum effrenata improborum maledicentia in Deum, hominesque. Pharaonis *p*, Sennacherib *q*, Nabuchodonosor *r*, Antiochi *s*, Herodis *t* & similium notissimæ notatissimæque blasphemiæ & in Deum ac homines contemptus, ita ut negarent Deum ullum esse qui suis obsistere consiliis conatibusque posset, & negarent se nosse Dominum, vel *omnipotentem* u.

p Exod. 5. 15
q 4. Reg. 18. 13.
r 1. Mach. 6. 16.
t Actuum 12. 21.
u Job. 21. 15

Cogitaverunt.) Hieronymus, *irriserunt*. Alii, *dissolvunt* aut *dissolverunt*, *liquefaciunt*, aut *liquefecerunt*, *contabescere faciunt*, aut *fecerunt*, nimirum verbis suis alios alioqui bonos; adeò sunt formidandi terribilesque; & alios consumunt loquendo de dolo ac fraude, (inquit R. Esaias C Tranensis,) vel, neutraliter, *diffluunt*, hoc est, lasciviunt supra modum in superbiam, ut se obliviscantur esse homines, ut ceteros præ se despiciant & irrideant, ut Hieronymus videtur intellexisse. Nam *calumnia* * (& irrisio) *conturbat sapientem & perdet robur cordis illius*. Trevetus tamen exponit Hieronymi versionem de irriso Deo: Richardus Cenomanus, de iis quos illi viderunt motibus suis contrarios. Alii, *sordent eis omnia*, scilicet præter ea quæ sentiunt & loquuntur. Quidam *dissolverunt seipsos*, nempe in omnes cogitationes, torquent se variis modis, tabescunt commentatione desiderioque malè agendi, & hoc sibi voluerunt LXX. per τὸ διενηθισαν. Etenim *frequens meditatio*, *carnis afflictio est* x. Sic vero, quamvis antea dixisset, pingues & oppletos pinguedine, nec in labore flagellisque ceterorum esse, sed compotes affectus cupiditatisque suæ; nihilominus indicat non deesse molestas cogitationes, & curas, quibus magis magisque infinitæ illi cupiditati suæ satisfaciant. Chaldaicè, *liquefient præ humore*: vel juxta versionem Nebiensis, *propter pinguedinem*. Hebræum verbum est D יְמִיקוּ *jamiku* significans *dissolvere*, *liquefacere*, *tabescere*, atque per metalepsim fœtere, sicut & מקק *makak*. Huic notioni convenit ea sententia: *Corrupti sunt*, *& abominabiles facti sunt in studiis suis* y. Inde sermones tales, quos indicat verbum sequens, *& locuti sunt*, ita ut disseminavisse & diffudisse intelligantur putorem & corruptelam cordis sui. Non est Agellii conjectura contemnenda, legisse LXX. adjecta littera (ע) יעמיקו *jahhamiku profundum fecerunt*; seu *facient* sumto futuro, pro præteritu, nempe, consilium; sicut apud Esaiam *z*, *Væ qui profundi estis corde*, *ut à Domino abscondatis consilium*; *quorum sunt in tenebris opera*, *& dicunt*, *quis videt nos? & quis novit nos?* Quasi David velit significare, istos non raptim, & inconsulto, sed cum præmeditatione, consideratione, summo studio, ut Euthymius Græcique ceteri notant, & nonnulli ex Latinis, cuncta egisse, ita ut inducerent in animum ne Deo quidem ipsi perspectas esse hujusmodi cogitationes & consilia.

* Eccl. 7. 8.
x c. 12. 12.
y Ps. 13. 1.
z c. 29. 15.

Et locuti sunt nequitiam. Gregorius *a*, *nequitias*. Hieronymus, *in malitia*, quo pacto etiam est Hebraicè כרע *berahh*, & Græcè, ἐν πονηρίᾳ. Chaldaicè, *ut noceant*. Au-

a 34. Mor. 6. 18. vel 22.

gustinus, & Psalterium vetus, *malignitatem*. Alii, *malitiosè*, posset que conjungi cum eo quod sequitur, *loquuti sunt in malignitate*, seu *malitia*, & malitiosè iniquitatem, aut calumniam, aut oppressionem, aut occupationem alienorum bonorum, ut liberè, audacter, impudenter sibi dicant licere capere quidquid velint. Simplex sensus, quod cogitatam *locuti sunt nequitiam*, & quod, ut canit Apollinarius,

πέδεσιν ὅρμαίοντες ἀθέμιτα μυθίζοντο.
Pectoribus cogitantes iniqua loquebantur.

Fortassis autem intelligit de sermone iniquo adversus proximum innocentem, sicut in Psal. 30. a *mutа fiant labia dolosa, quæ loquitur adversus justum, in superbia, & in abusione*. Observat Hugo in his sequentibusque verbis quinque genera, seu modos peccandi; peccatum cordis in verbo, *cogitaverunt*: oris, *locuti sunt*: læsæ majestatis, ac blasphemiæ, *in excelso*: temeritatis, *posuerunt in cœlum os suum*: detractionis, *lingua eorum transivit in terra*. Ayguanus exemplis demonstrat *nequitiam* de quolibet ex septem peccatis mortalibus dici; at non eædem ubique respondent voces Hebrææ & Græcæ.

a *vers.29.* Hugonis observatio hoc loco.

b Nequitia de quolibet ex septem peccatis mortalibus.

Iniquitatem in excelso locuti sunt.) Ambrosius *b*, *in excelsum*. Hieronymus, *calumniam de excelso loquentes*. Alii jungentes primum nomen עשק *hhoseek* priori membro, ut ante monui, supplentesque particulam, *immo*, vertunt, *immo de excelso loquuntur*, quod tripliciter exponi potest de Deo, qui dicatur abstractè ipsa celsitudo, & τὸ ὑψος, ut placet Euthymio ac Nicephoro, Apollinario, qui sic ait:

ἁλομένης ὕψιον ἐπεσκολόπευν ἅμαλλον:
Perniciosis altissimum contumeliis feriebant:

præterea Treveto, Lyrano, Glossæ, Hieronymo, qui ad Judæos, aut Hæreticos applicat, Ayguano, Brunoni Herbipolensi, Osorio, Gregor. *c*, Cassiodoro, & aliis, nec non R. Etaiæ Tranensi, ita ut blasphemetur Deus, quasi vel non sit excelsus, idest, super ipsos vel non habeat providentiam, quod est *loqui adversus Deum iniquitatem* d, peccare & mentiri contra Dominum, *loquique calumniam & transgressionem* e. Alter modus est, ut sint locuti excelso seu superbo corde, tamquam superiores, & non ex communi sorte aliorum, sic Paraphrastes, & *ad violentiam de celsitudine cordis sui loquentur*. Haimo explicat, *in superbia sua*. Tertius, locuti sunt de excelso loco & edito, alta & contenta voce (qui posset haberi quartus modus) ita ut exaudiri vellent, & existimari pro imperio ac potestate loqui. Oritur hic ex priore modus, & placet Augustino, qui legit, *in altum*. Græcè εἰς τὸ ὑψος, & explicat locutos clarè, audientibus omnibus, superbè, quasi diceret quispiam eorum, ego facio, ego ostendo, senties cum quo habes (sic vulgo Itali, *conchi l'hai*) vivere te non sinam. Remigius publicam gloriationem de nequitia interpretatur, & quasi ex *cathedra pestilentiæ* f. Consentit Ruffinus in audaci, claro, aperto sermone: Beda, Bruno, ac Dionysius, Carthusiani, Hugo, in publico, seu manifesto, ad similitudinem illius, inquit Bruno, qui in altum locum ascendit, ut vox ejus omnibus, in circuitu existentibus manifesta sit, quod Hugo *pulpitum* vocat. Placet magis ultimus sensus, quia convenit magis Hebræo nomini cum præpositione מכרום *mimmarom*, & vulgatæ editioni *de excelso*, non enim est idem, quod contra excelsum, sive cœlum, sive cœli præsidem Deum; seu quasi ex loco superiore, aut ex altitudine, sive præ altitudine non tantum loci & vocis, quæ fortasse litteralius denotantur, sed etiam potentiæ vel superbiæ. Nec memini vel מרום *marom*, vel ὑψος usurpatum pro Deo. Quod versu 11. dicitur, *si est scientia in excelso*, Hebraico nomine עליון *hhelion*, & Græco ὑψιστος, dicitur approbant quoque hanc expositionem Jansenius & Genebrardus. Quod Jansenius declarat *locutus iniquitatem*, quæ vociferetur & clamet in excelso, cum Græca phrasi εἰς τὸ ὑψος, *in altum*, consistere potest, qua motus in locum significatur, non item cum Hebræa מכרום *mimmarom*, *de excelso*, nisi dicas cum illuc pervenerit, illic clamare. Sed quæ dici solent *clamantia in cœlum peccata* intelliguntur hinc illuc usque clamantia.

Denique simplicior sensus tertius, quasi dicas illos *peccatum suum sicut Sodomam prædicavisse, & non abscondisse* g. De superbia vero Gregorius *h* locum istum optimè declarat, quum in antithesi quam statuit inter Christum & inter Leviathan, *Regem superborum* i, ait quod Leviathan nihil aliud mentes sibi subditas docet, quam celsitudinis culmen appetere cuncta æqualia mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum alta elatione transire, ac sese & contra potentiam conditoris erigere.

g *Esa.* 3. 9.
h 34. *Mor. c.* 18. *vol.* 22.
i *Job* 41. 25. Diabolus mentes sibi subditas ut instruat.

Posuerunt in cœlum os suum.) Hieronymus in Esaiam *k*. *Posuerunt in excelsum os suum.*) Symmachus, ἔταξαν *disposuerunt*. Paraphrastes, *in sanctos* aut *sanctis cœlorum*. De Deo passim reliqui explanant, de quo impii blasphement *sermones contra excelsum loquendo* *, ut vel negent esse, vel providentiam habere, vel obstare conatibus eorum posse. Scripturæ idiotismus videtur, *ponere os in aliquid*, pro eo quod est de eo loqui; *ponere verba* vel *sermones in cujuspiam* *; dictare ac suggerere, quæ loquatur; *ponere in corde* l, meditari, serioque cogitare. Requirunt autem adjuncta, ut hoc loco in deteriorem partem accipiatur. Vulgaris quoque lingua eumdem sic usurpat dicendi modum, ut *ponere os* significet temere contemtim, indignè de re aliqua loqui. *Cœlum* præterea sumitur interdum pro Deo ut aliàs docui, sunt que non pauca exempla *m*; & quod exprimitur *in conspectu Dei cœli*, Græcè tantum est aliquando, ἐναντίον τοῦ θεοῦ *n*.

k *cap.* 54.
* *Dan.* 7. 25. Scripturæ idiotismi.
* *Exod.* 4. 15. 2. *Reg.* 14. 3. 19. *Esa.* 5 16 li. *Reg.* 22. 12 *Job.* 22. 28.
Cœlum pro Deo interdum.
m *Luc.* 15. 18 *c.* 20. 4. 1. *Mach.* 2. 37 *c.* 3. 50. *c.* 4. 10. *c.* 9. 46. *Job.* 2. 22. 10.
n 1. *Mach.* 3. 19.

Puto satis litteraliter intelligi posse, *ponere in cœlum os*, fere synonymum esse cum eo quod ante dictum est, *in excelso loqui*, juxta ultimum ibi allatum sensum, idest altè & publicè. Etenim o, *dives locutus est*, ait Sapiens, *& omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducent*, Hoc ipsemet dives per se efficere nititur. Etiam in inferno dives epulo in lingua peculiariter punitus cohibere linguam nequivit, & perscribere voluit modum prædicandi, ac docendi viventes p. E contrario *ponere in pulvere os* q, est suppressa loqui voce, abjectè, humiliter, ac *se pulverem* nominando, non se in cœlum extollendo; sic se Abraham coram Deo *terram* appellabat, & *cinerem* r. Ambrosius explicat hanc phrasim, per illam aliam de Prodigo, qui se *peccasse* dicebat *in cœlum & coram Patre*. Docet etiam id eis convenire, qui sibi criminum auctores, nativitatibus putant quadam necessitate deferri, nec cœlo, nec terris parcentes, ut cursu quodam stellarum arbitrentur vitam hominis gubernari, nihil providentiæ, nihil bonis moribus derelinquentes. Meminit Euthymius de hac expositione, qua carpi vult nimis curiosè stellas, & astra contemplantes, sicut & de Philosophis, perperam de Deo loquentibus. Placuit id Treveto. Utitur Leo Papa IX. eamdem sententiam contra Michaelem Constantinopolitanum, & Leonem Acridanum Episcopos s, qui circa ritum azymorum, non verebantur Latinam Ecclesiam reprehendere, humanisque argumentationibus, & conjecturis antiquam fidem confodere, ac subvertere. Eodem pacto attribuit idem Hæreticis & Judæis Hieronymus *t*, & Gregorius in disputatione cum Herbano Judæo *u*, iisdem Judæis Deo maledicentibus & Christo. Valet id etiam, interprete Hugone, in eos, qui magistratibus, quos *Deos* vocat Scriptura *x* detrahunt, aut spiritualibus viris. Alienior ejusdem sensus in meliorem partem, de Prædicatoribus, qui censeantur *ponere in cœlum os suum*, quando in oratione familiariter Deo loquuntur, postea *lingua eorum transire in terra*, quum prædicant peccatoribus.

p *Luc.* 16. 10. *& seq.*
q *Thren.* 3. 29
r *Gen.* 18. 27.
Nativitatib. sibi quædã deferri & cursu stellarum vitam hominis gubernari, male arbitrantes.
Hujus sententiæ usurpatio a Leone Papa contra quos
s *c.* 5.
thic & in Esa. c. 54. *& in Abdiam.*
u *tom.* 4. *ib. Patrum.*
x *Exod.* 22. 9
Alienior Hugonis sensus ex hoc loco petitus.

Et lingua eorum transivit in terra.) Hieronymus, *deambulavit*: quomodo & Symmachus, περιπάτει, *deambulabat*. Hebraicè est futurum, pro præterito, scilicet יתהלך *thihalach*. Chaldaicè, *& lingua eorum ardet in justos terræ*; aut *lingua eorum inflammant justos terræ*. In aliis Psalteriis Latinis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum, *& lingua eorum transiit*, seu *transivit super terram*. Hieronymus alibi *y*, *pertransit ad terram*: & *transivit* z *in terram*. Præter indicatos antea sensus, Ruffinus explicat maledicta contra Ecclesiam, non modo contra Christum; præterea nimiam de se ipsis laudem, quæ metas humanitatis excedat; & *linguam suam magnificando, & à se labia esse* jactando, audeant *dicere quis noster dominus est* a? Hoc etiam Cassiodorus, Hugo, aliique observant; sed Hugo nonnihil violentè ita distinguit, ut *lingua*, quæ est *in terra*, idest, hominum qui sunt in terra & de terra, *transeat*, hoc est, transiliat, ac perveni-

y *in Esa. c.* 54 z *in Abdiam.*
a *Ps.* 11. 5. Hugonis violentia distinctio.

venire ad cœlum usque contendit. Quæ tamen exposi- A
ti, Græci Auctoris videtur, quem citat Agellius, βλάσφημα προφέρουσι κατὰ τοῦ θεοῦ ὀνόματα, καὶ ταῦτα ταπεινοὶ ὄντες, καὶ τὴν γλῶτταν ἐπὶ τῆς γῆς ἔχοντες, *blasphema proferebant in Deum verba, idque quum humiles, seu viles essent, & linguam in terra habentes.* Idem est si dicas *in cœlum os posuisse*, quasi divina, & omnino rata effantes, quum eorum *lingua in terra*, & de terra esset, ubi omnia mutabilia, & *qui de terra est, de ea quoque loqui* tantum possit *a*: Vel frustra quasi jacula blasphemiarum mississe in cœlum, à quo tam longe abest lingua, utpote versans in terra. Illa ejusdem quoque Hugonis tropologia durior, *transire* Prædicatorum *linguam in terra*, quum postquam *os posuerint in cœlum*, familiariter cum Deo loquendo prædicant peccatores.

a Joan. 3. 30.

Hugonis hoc loco durior tropologia. Litterelis sensus.

Ad maximè litteralem sensum ut improbi lingua usurpent, quidquid ubique in terra fit, ac de rebus omnibus ut libet agant, & ex suo judicio æstiment, sive quas in terra & mundo hoc inferiore operatur Deus, sive quas homines alii: adjungi potest similis, excogitatus à Jansonio, & ex illo consequens, *lingua* impiorum, qui pol- B
lent opibus & potentia, *transit in terra*, quia sermones eorum impii, blasphemi, superbi, inhonesti, injusti & injurioſi, obeunt in proverbium & frequentantur passim à vulgo qui talia facile imbibit, sive tuamet pronitate ad malum, sive studio quodam gratificandi potentioribus. *Linguam* Trevetus ait esse sermonem ac famam de prædictionibus quas ex astris, *os in cœlum ponendo* impii faciebant, illis fortunam suam adscribendo. Denique *transit lingua in terra* libero aditu, transituque, nullo prohibente, ut Pineda *b* noster explicat. Gallico proverbio de licentiosè ac quod lubet loquente lingua dicitur: *Sa langue trotte par tout. Ardere* etiam, quod usurpavisse Paraphrastem dixi, Nonius atque Servius explicant, cum quodam ardore festinare.

b in c. 5. Iob. vers. 7. nu. 3.

Vers. 10.) Ideo convertetur populus meus hic, & dies pleni invenientur in eis.

C

Sensus loci.

OBscurior locus etiam juxta editionem nostram. Communior antiquiorum maximè Latinorum expositio est, ut Propheta errorem illum ac perturbationem agnoscens ex impiorum provenientem prosperitate, corrigat seipsum & alios, qui simili errore labi possent, & ad populum DEI pertinent, cui seipsum annumerat. Cum eandem ea secum reputaverit, quæ dixit; videri ait, sibi & tui similibus resipiscendum, ut non tanti faciant brevem ac temporalem illam prosperitatem, sed dierum æternitatis, qui numquam deficiunt, plenique sunt vera felicitate, rationem per se solam ducant. Parum differunt, qui non Prophetæ, sed Dei volunt verba esse, scilicet, ut afferat populum suum convertendum, ne nimio ac immoderato tangatur zelo circa impiorum prosperitatem: sed de futura æterna felicitate sit sollicitus, & eam curet, bene de Deo sentiendo, & bene vivendo, sibi comparare: sic Hugo. Addunt aliqui *plenitudinem temporis*, id qua venturus erat Christus *c*, quo tempore futura erat conversio, ut fideles non quærerent terrena, ac temporalia, sicut olim Judæi, sed æterna, & cœlestia bona. Sic Augustinus, Cassiodorus & alii. Ex recentioribus Jansenius existimat, significari populum conversum iri ad ejusmodi illum immoderatum zelum, quo initio Psalmi, se tactum fuisse dixerat, ita ut dies plenos, ideſt, longos ac prosperos concupiscat, quos conspiciat vivere iniquos. Jansonius, Agellius, Titelmanus, interpretantur, populum observantem, quæ dicta sunt, & impunè ac feliciter agere improbos, convertendum intro ad hujus rei considerationem, atque dies plenos inveniendos in ea consideratione, ut nimirum veluti in ipsa defixi perveſtigent rei adeo difficilis rationem; quam difficultatem paullo post *d* maximam expertum seipsum David fatetur. Genebrardus, Osorius, Vatablus, & alii hebraizantes, explicant, populum ad ista cogitanda convertendum, & eamdem passurum difficultatem, quam se David passum dixerat, atque plenos dies amaro quodam Calice seu amaras aquas pleni Calicis gustaturos.

c Galat. 4. 4.

d vers. 16.

Græci loqui volunt Davidem, vel ex sua, vel ex Dei persona, de redituro populo ex captivitate Babylonica, pronuntiando, ac promittendo fore ut ei liceat in patria ævo frui longiore, atque beatiore; quamvis eum, dum captivus teneretur, impiorum perturbet prosperitas, Paraphrastes declarat de supplicio impiorum, (*propterea decretum est verbo Domini, ut percutiat eos malleis, & lacryma quasi aqua multa defluent illi.* (Quamvis Nebiensis reddat aliter de impiis pios de sævientibus, (*propterea convertuntur adversus populum Dei, & feriunt eos malleis, & lacrymis multis humiliant eos.*) Satis probabiles omnes opiniones, iis exceptis quæ recedunt ab editione nostra, quæ de adventu Christi atque conversione populi ad eum, magis mystica, quæ de reditu captivi populi, angustior. Ergo ille verior sensus, ut propter pervulgatos illos impiorum, velutique transeuntes, & ambulantes in terra sermones de quibus antea dictum est, etiam populus alioqui fidelis trahatur in eam, vel dubitationem, vel sententiam, quæ tollit de rebus Deum, aut providentiam ejus.

Verior sensus.

Ideo convertetur populus meus hic.) Hieronymus, *propterea convertetur populus ejus huc*, Alii, *revertitur populus ejus huc: vel, redire faciet* nimirum Deus, *populum suum huc*, cum enim tantis malos bonis afficiat Deus, efficere videtur ut etiam fideles ad eam quæstionem convertantur, sæpeque redeant, ac ferè illa obruti sese ad improbos adjungant, invidentes fortunæ ipsorum: quo pacto Job, Jeremiam, Abacuc antea retulimus non parum eadem quæstione pulsatos ac turbatos fuisse. Quidam, *revertetur populus ejus concussus*, in aliis Psalteriis & apud Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum, *ideo revertatur huc populus meus.* Adverbium loci est חלם *halom*, & ἐνθα significantque & *hic*, & *huc*: & ut nonnullis placet, quasi geminetur huc & illuc, ut nempe denotetur versio populi more fluctuantis in varias partes, & agitati, concussique dicta illa molestissima quæstione. Qui *populum concussum* interpretantur ut Felix, legunt pro הלם *halom* הלום *halum*, non autem הלם *halam*, ut Richardus Cenomanus tamen voluit: qui, *populus ejus* עמו *hhammo*, quo pacto nunc extat pro עמי *hhammi*. Chaldæus in recitata paraphrasi *malleos* exprimens respexit ad הלמות *halmuth* quæ vox *malleum* valet, & *reverti facere* intellexit de manu, ut Deus manum suam reverti faceret sæpius percutiendo: illa ratione, qua scribitur in Threnis *e*: *tantum in me vertit, & convertit manum suam tota die.* Verbum ישוב *jascuu* valet, *convertetur* seu *revertetur* ישוב *jascin*, ut legũt alii, *converti faciet*, aut *reverti*, seu *redire*, *convertetur*, aut *revertetur populus*; *converti*, aut *reverti populum faciet Deus hic*; vel *huc*, vel *illuc*, hoc est, ad ea, quæ prius dicta sunt. Quare non agitur hoc loco propriè de conversione ad meliorem frugem mentemque, nec ita commodè de reditu ex captivitate declaratur, ut indicat cum ceteris Græcis Apollinarius, optativè vertens:

Improborũ felicitas justos etiam non parum turbat nonnumquam.

e c. 3. 3.

τοὺνεκ' ἐπιστρέψειεν ἐμὸν πάλιν ἐνθάδε λαόν.
Ideo converteretur meus rursum huc populus.

nec placet admodum expositio *f*, ut convertendum dicat populum ad iniquos, ut claudant omnes latus ejus, ut ingenti comitatu stipati incedant, ut cuncti ad eorum se comitatum convertant.

Minus grata expositio.

f Pineda in Iob. c. 5. vers. 7. nu. 3.

Et dies pleni invenientur in eis.) Ambrosius, *& implebit dies vitæ suæ*, Hieronymus, *& quis plenus invenietur in eis?* quod exponit Hugo, quia nullus serio convertatur propter linguam transeuntem in terra, ideſt, maledicam; sed metu dumtaxat illius. Tropologicè dictum. Treveti alia expositio, quamvis Hieronymi enarrans versionem, profiteatur se litteraliter agere, videtur mihi etiam sapere tropologiam: videlicet ut ob detestationem blasphemiarum, quas in impiis deprehendet, convertatur populus ad cultum Dei, & rarus tamen in eo sit futurus ex omni parte beatus, & plena perfectaque potiens felicitate. Alii ex Hebræo transferunt, *& aqua pleni* (nempe Calicis) *exprimuntur* aut *exprimentur eis*: vel, *aquas pleni Calicis fugent*: ideſt, ea quæ dicta sunt, populo obtrudentur, ut bibat, inquit Campensis, & Clarius veluti aquæ amarissimæ pleno Calice, haurient dolorem, & cruciatum magnum ex prospero improborum successu. Vel passivè, *exprimentur iis aquæ*, videlicet ex oculis largissimæ lacrymæ. Genebrardus hoc approbat, favet Paraphrastes, *& lacryma, quasi aqua multa defluent illis.* Refert Clarius aliam expositionem, quod qui se addicent

Tropologia

impiis prosperitate fruentibus, iis etiam fugentur aquæ pleni calicis, hoc est, benè ac feliciter habebunt. Pineda *a plenum calicem* tribuit iisdem illis iniquis, ut epulentur quotidie splendidè, & aliis etiam, qui sibi adulantur & obsequuntur propinent liberaliter. Cajetanus explicat populum Dei tunc præcipuè converti, idest, vacillare, ob sæpius dictam impiorum prosperitatem, & ad eam redire, quando impii habent aquam nitidam, ipsi turbidam; illi abundant, isti penuriam patiuntur etiam corruptorum ciborum: Hoc sibi vellę, *aquæ pleni exprimuntur eis*, ut sint *aquæ pleni*, aquæ loci pleni aliena materia, ut luto seu fæce; denique sint aquæ turbidæ; per *exprimendi* autem verbum significetur has ipsas aquas parcè communicari. Hebræus textus sic habet ומי מלא ימצו למו *ume male jimmatsu lamo*: Græcus, καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. Doctè annotavit Richardus Cenomanus Hieronymum legisse ומי *umi* & *quis*, pro *ume* ומי & *aqua*: LXX. ימי *jeme*, *dies*: alios quia מלא male est numeri singularis suppleviſse nomen calicis ad plurale מי *aquæ*, idest, aquæ calicis pleni: verbum ומצו *jimmatsu* derivasse LXX. atque Hieronymum à מצא *matsa*, *invenit* in niphal (male apud Richardum scribitur מצה *matsah*, quod habet significationem sequentis verbi) alias à מצץ *matsats*, *premere*, *exprimere*, *exurgere*, vel à מצה *matsah*, quod idem valet. Genebrardus existimat lectum à LXX. ומי *ume* per aphræsim poeticam, pro וימי *vieme* & ימצו *immatsu* pro ומצאו *jimmatseu* comprimendo litteram quiescentem (א) ex מצא *matsa* invenit. Laudabilis & probanda utriusque apologia pro LXX. Addi posset legisse במו *bemo* pro למו *lamo*, quia *bemo* significat ἐν αὐτοῖς *in eis*, *lamo* tantum *eis*, & pro מלא *male* מלאי *malee*, quamvis collectivè sumi possit singulare *male* pro plurali *malee*, & *lamo* idem valere, quod *bemo*.

a *supra*.

Plenum dierum sæpius reperimus pro longævo: *plenos alicujus dies in aliquo esse*, ut significetur diù occupari circa aliquid: quem retuli sensum satis communem ac receptum. Non occurrit aliud exemplum, nec negari potest per se satis duram dicendi formulam esse. Faber etiam declarat dies plenos futuros in populo circa providentiam Dei decepto, ut tempora multa comperiantur errorum, seductionisque eorumdem. Qui *dies plenos inveniri*, secundum tropologiam interpretantur, de felicibus, ac præsertim de æternis, inveniri observant, quasi non effluxerint, nec vacui abierint, sed ratione fructus meritique perseverent. Eodem volant pertinere, si quis *annos habere* dicatur, ut Paraliticus 38. *in infirmitate* b, quod in morbo tam longo patientiam servaverit: item quod sanctorum dumtaxat virorum computentur anni in Scriptura exactè non autem malorum: Ut Cain, Lamech, Ismael, Esau, Absalom: Saulem autem refert duobus annis vixisse, quia solis illis bonus fuit, quum tamen regnaverit annos 40. *Quæ in deliciis est mulier; vivens mortua est*: d *& plena* non sunt *opera* e ejus, qui non respondet divinæ gratiæ, sed *menses vacui* f, quin etiam dies ipsi. Disputat Grevæus g de diebus vacuis, & plenis, distinguens dies naturæ, gratiæ, gloriæ: primos impleri per gratiam, hos per gloriam, vacuos naturæ dies esse nihil agentibus, vel negligentibus: mala agentibus, seu peccantibus, temporalia quærentibus, bona non agentibus: tempus gratiæ solum *plenum* dici; sive *plenitudinem temporis* h, quia lex vetus temporalia ferè dumtaxat promittebat bona: nec tamen absolutè *plenos* censeri hos *dies*, quia patiuntur accessionem, cum nonnulla nube, ac velo fidei, sacramenti, pœnæ, sive pœnulitatis. Auctorem ipsum lege Euthymius *dies plenos* explanat vel vitæ mensura longiores, vel operibus virtutum: vel quod inimicorum dies malis erant pleni, ita ut ad eorum pravitatem nihil desit.

b *Joan.5.5.* Anni sanctorum virorum exactè in Scriptura computati, non malorum.
c 1. *Reg.* 11. 13. *Act.*13.21.
d 1. *Tim.*5.6
e *Apoc.* 3.2.
f *Job.*7.3.
g *Serm* 151. Dierũ netutiæ, gratiæ gloriæ, distinctio.
h *Gal.*4.4.

---

*Vers.*11.) Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?

Sensus loci.

POpulum illum, quem David suum, sive suomet nomine loquens, sive Dei, appellaverat, ait adeo improborum prosperitate offensum fuisse, ut apud se ipsos dicerent, quærerentque, quo modo fieri possit, ut scientiam Deus rerum, & providentiam habet, & inde de cœlo curet hæc inferiora, quererentur etiam de injuriis, quas ab hujusmodi patiebantur iniquis. Referri hoc etiam posset ad improbos ipsos, ita ex animi deliberatione adversus Deum blasphemantes, sibique persuadentes, vel illum omnino non esse, vel humanis negotiis non prospicere, quum tam sibi feliciter succedant cuncta quamvis neque illum colant, neque illi credant. Sic Basilius, ac Theodoretus de Babyloniis, qui captivos vexabant Hebræos. Mutantur in Psalmis personæ subinde, ut ab hac secunda sententia minimè retrahere debeat Agellium, quod paullo post quiritetus unus *sine caussa justificasse cor suum*. Etsi concedo primum sensum faciliorem. Converti oratio per interrogationem potest ad istos, qui talia scitantur de Deo, in dubiumque revocant scientiam atque providentiam Dei. *Quare* i *dicis Jacob, & loquaris Israel, abscondita est via mea à Domino? & dicis* k, *quid enim novit Deus, & quasi per caliginem judicat, nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Et dicunt* l: *non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. Et non dicas* m, *à Deo abscondar, & ex summo, quis memorabitur mei? in populo magno non agnoscar; quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?* Error Philosophorum quorumdam est, qui tribuitur etiam Aristoteli n, non convenire particularium scientiam Deo, quia vilesceret, mutationi subjiceretur, ab extrinseco perficeretur. Sed Aristotelem vindicat ab hujusmodi sententia Suarez o noster. Certè simplex scientia, quàm de omnibus habet per se ipsum Deus immediatè (Περὶ δὲ τὰ πάντα ἴσασιν, *dii autem omnia norunt*, ait p ille) non involvit imperfectionem, sed perfectionem; nec aliter potest intelligi, quomodo dirigantur omnia in finem, nec Deus efficiens omnium caussa, nihil cum natura agat frustra: & Deo charissimi sint viri boni, præsertim qui activæ contemplativam conjungunt: & talium curam habeat; nisi concedatur illi omnium scientia, nihilque ipsum omnino lateat, Hæ autem pronuntiantur ab Aristotele multis locis. Quod ad rem tamen nostram haud multum facit. Vetus hic error, à muliere, sed sancta, coarguitur *q*: *recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes*. Et hic tamen Deus, quod Seneca r scribit de pluribus, omnium rerum optimus auctor, beneficia ignorantibus enim, dare incipit, ingratis perseverat, licet alius illi objiciat negligentiam nostri; alius iniquitatem; alius illum extra mundum suum projiciat, & ignavum hebetemque, sine luce, sine ullo opere destituat. Ad Arianos Ambr. *s* transfert sententiam, per strepentes in Christo scientiam omnem esse non posse. Hoc autem loco docet, simili vitio ei, quod hic tractatur, laborasse Pharisæorum illum, qui dicebat *sciturum* fuisse Christum si Propheta esset, quæ & *qualis esset mulier à qua se tangi sinebat* t, quasi hoc symbolum sit prosperitatis; sed patientia Dei, inquit, non præjudicat veritati, & præscientia ejus, & providentia hoc ipso amplius probatur quòd in peccato positus successu affluit sæcularium prosperitatum: quod fortior videns ridet, incautus traducitur, & monetur.

i *Esa.*40.17. *K Job.*22.13. 14.
l *Ezech.*8.12.
m *Eccl.* 16. 17.

Philosophorum, error non convenire particularium scientiam Deo.

n 12. *Metaph. text.* 51.
o *in Metaph. disp.*20.*sect.* 15. *num* 40.

Simplex scientia quã de omnibus habet per se ipsum Deus immediate, non involvit imperfectionem, sed perfectionem.

q *Homo diff. 5.*
r 1. *Reg.* 2.3. *Sen. de benef. c.*31.
s *5. de fide c.*7
t *Luc* 7 39.

Quomodo scit Deus.) Hieron. *novit*. Romanum Psalterium, Ambrosius u, Augustinus, Cassiodorus, *scivit* sicut etiam, Hebraicè ידע *jadahh* & Græcè ἔγνω. Non tam de modo, quærunt, quærunturve, qui Theologis ipsis difficilis est ad intelligendum, quàm de re ipsa; alioquin laudabiliter à nonnullis interdum dubitatum legimus, ac propositas Deo ipsi quæstiones, dubitandive rationes. Monui hac de re aliàs. Monet vero Hieronymus defuisse in aliquibus codicibus Græcis nomen (Θεὸς *Deus*.)

u *supra*.

Et si est scientia in excelso?) Ambrosius & Augustinus, *in altissimo*: rursumq; Ambrosius x, *si est scientia omnis*, &c. Unum de nominibus Dei hoc loco est עליה *hhelion* & ὕψιστος: Versu autem 8. pro *excelso* erat מרום *marom* & ὕψος, ut ibidem notavimus suppleta est particula *ei si*, habens hic alibi vim interrogandi, non autem conditionis. Sic Actuum 1. y *Si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Ibi de hoc usu præsentis particula diximus. interrogatio autem est cum aggregatione, propter dictum attributum *excelsi*, quasi non videatur quod is qui circa cardines cœli perambulat, ut antea retulimus, nostra cõsideret z, & idcirco admirabundus alibi cecinit a, *quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra!* Nec raro cum celsitudine, & altitudine Dei, conjungit ejusdem scientiam, atque providen-

x *5. de fide c.*7
Si interrogationis particula hic, & alibi non conditionis.
y *vers.*6.
z *Job.*22.14.
a *Ps.*112.15.

videntiam de inferioribus, ut *Excelsus Dominus* 2, & *humilia respicit, hæc* b *dicit excelsus, & sublimis, habitans æternitatem; & sanctum nomen ejus in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum.* Pars quoque sententiæ contra Nabuchodonosor pronuntiatæ hæc fuit: *donec* c *cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus in Regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum.* De eadem Dei de omnibus scientia extant alia scripturæ testimonia d.

b Esa. 57. 15
a Ps. 137. 6.
c Dan. 4. 14.
d Ps. 138. 6. 3 Reg. 8. 39. Baruch. 3. 32. Dan. 13. 42.

Vers. 12.) Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias.

Sensus loci.

CAussa cur ambigatur, quomodo sciat Deus, vel certè non impediat, adeo, ut quidem videtur, injustè ac iniquè distribui opes inter homines: ut immeriti eas consequantur, immo digni privatione illarum atque supplicio, & qui jam abundant, iis adhuc ampliores obtineant, ut ratiocinatur Ambrosius: justi egentes jaceant, & si quid habeant, hoc spolientur. Hæc est illa, quam initio vocavit *pacem peccatorum*: & non contentus descripsisse multis modis, adhuc inculcat aliter: tamque valde agitatus, & perustus zelo indignationis, & hìc vel huc, ideſt, ad eamdem conversus & reversus molestissimam cogitationem. Loquitur autem, ut de re comperta omnibusque nota, digitum veluti intendens, cum admiratione ac stupore in peccatores, impietate adversus Deum, & injustitia contra proximum, notatissimos, quorum *viam prosperari* conspiciant omnes, *beneque omnibus esse, qui prævaricantur, & iniquè agunt* e. Babylonios Euthymius, atque Nicephorus, qui captivos detinebant Hebræos, intelligunt, sed nimis angusto sensu.

e Jer. 12. 1.

Ecce ipsi peccatores.) Hieron., *impii*: quos sæpe significant רשעים *reseiahhim*. Prima particula demonstrativè & admirativè sumitur, non indicat rem novam, immo quo minus novam, eo mirabiliorem, ita ut magis scientia vel negligentia Dei de rebus humanis atqui videatur, vel etiam impotentia, cum res quæ tam judicatur absurda, contingat nihilominus, tam frequenter. Eumdem effectum malum operantur nimiæ divitiæ in his qui habent illas, suntq; ut plurimum, improbi, & in iis, qui ipsis destituti omnino sunt, & alioqui boni sunt, ut in tanta inæqualitate an sit Deus, dubitent. Profectò sicut Davidem hæc res & Job, & Jeremiam, & Abacuc, de quibus non semel memini, vehementer perturbavit, ita Salomon, idem veritus periculum, rogabat enixè *mendicitatem removeri à se, divitiasque ne fortè satiatus illiceretur ad negandum, & dicendum, quis est Dominus? aut egestate compulsus, & furaretur & perjuraret nomen Dei* f *sui*. Sed & Jacob voluit fore ut *esset ei Dominus in Deum*, si vitæ necessaria subministrarer g. Quum sit facilè in rerum copia elevari, & non reminisci Domini Dei sui, ut ipsemet Dominus Deus noster *præmonuit* h. *Væ opulentis, qui separati sunt in die malum* i: *laborem & dolorem Deus considerat, ut tradat eos in manus suas* k.

Bonorum & malorum circa divitias & proficeritatem inæqualitas perturbationem etiã viris justis injecit.

f Prov. 30. 7. 9.
g Gen. 28. 20. 21.
h Deut. 8. 29.
i Amos 6. 5.
k Ps. 20. 14. secunda Heb.
l Gen. 49. 10.

Et abundantes in sæculo.) Ex Hebr. שלוים *scialuehholam*, vertunt alii *pacati sæculi*, aut *locupletes*, aut *felices*. Inde est שילה *scioloh* epitheton Messiæ l, quasi dicas salvum, salvatorem, pacatum, felicem, augustum, ersi alii à שיל *scil*, *filius*, derivant & dicunt (ה) affixum fœmininum, innuere Virginem, sed repugnat punctum cholem denotatus (o) *sciloh*, q um dici debuisset *scilah*. Malunt alii dici tamquam שלו *scello*, cujus omnia sint: quod ibi Græcè nonnulli legunt, τὰ ἑπομένα αὐτῷ: quidam ὃ ἐπικειται, *quæ reposita sunt ei*, aut *cui repositum est*. Aliis videtur (ה) esse pro (ו) *vau*, *filius ejus*, nimirum Dei, aut Juda; nonnulli esse nomen loci *Siloh*, quo deficiente veniret Rex David m. Aliqui שילה *schiloah*, *donum*, vel *promissum ipsi*: nempe virgæ, seu sceptro. Videtur Hieron. legisse שילוח *sciloach*, exponens, *mittendus*. Paraphrastes expressit nomen Messiæ. Plura Genesis interpretes, maximè Pererius, Delriusque. Porrò Græcè hoc loco εὐδαιμονοῦντες εἰν τῷ αἰῶνι, sunt *qui prospere agunt in hac vita, vel diu*, & veluti progerminant more plantarum fertilium. Idem Averbum εὐδαιμεῖν reddit interpres apud Jeremiam n per *bene esse*, ibidemq; o cum Deo agens, ait Propheta: *plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum*. Chaldaicè, *ecce ipsi impii permanentes in tranquilitate in mundo. Abundant in sæculo*, secundum tropologiam opponitur illi, qui vocatur *in Deum dives* p, & qui, ut ait Beatus Antonius q, abundat in sæcularitate, & vitii mundi.

m Ps. 77. 60.

Εὐδαιμεῖν. n Jer. 12. 1. o vers. 2.
p Luc. 12. 21.
q 2 p. tit. 7. c. 2. parag. 2.

Obtinuerunt divitias.) Hieron., *multiplicaverunt*: alii, *apprehenderunt*, nomen חיל *chail*, *robur*, *potentiam*, *opes* significat. Verbum השכו *hisgu* significat *multiplicare à* נה *sagah*. Sed LXX. legerunt השגו כשג *hissigu nasag*, *attingere*, *assequi comprehendere* Hoc secundo modo significatur divitias veluti fugientes, fugaces, volucres, nisi eas quis insequatur studiosè atq; illas adeptus, summa conservet cura velutique stringat, labi facilè, diffluere, evanescere: violentè etiam comparari, & retineri. *In fortitudine brachii tui*, ait Job r, *possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam*. Hæc est *lex justitiæ, fortitudo* s, seu potentia, & apud Æschinem t, χειρώνεκτος, *manuum lex*, quibus apprehenduntur cuncta, tenaciterque retinentur. Quocirca non est cum Dionysio Carthusiano hic locus interpretandus de hæreditaria possessione.

Divitiis comparandis & servandis labor.
r c. 12. 8.
s Sap. 2. 11.
t cour. Tim.

Vers. 13.) Et dixi; Ergo sine causſa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas.

Vers. 14.) Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

Sensus loci.

VEl ex suomet sensu David, cum pulsaret eum ureretq; zelus, quem principio dixit: vel ex persona cujuspiam de populo, quem etiam scripsit conversurum, seu reversurum, ac rediturum ad ejusmodi cogitationes, de prospero improborum successu, hanc ratiocinationem colligit. Si Deo curæ non sunt res nostræ, meliusque iniquis est, quàm justis, frustra & sine fructu, mundum studui conservare me ipsum ab omni injustitia, & juxta paræmiam, *mundas beneque lotas habere manus cum innocentibus*, qui diligentissime cavent, ne quas ex aliena injuria in manibus contrahant sorde, & vereri merito posse videor, ne non ex vero virtutis præscripto adhuc vixerim, nec modo frustra id, ac sine fructu feci, sed etiam cum detrimento damnoq; Nam nulla dies abiit, in qua non aliquam ferre me calamitatem opotuerit; nulla umquam diluxit dies, quæ mihi mox molestiam non attulerit. Et tamen contemplari cogor iniquos, nullo labore aut flagello affici, sed affatim eis cuncta pro votis evenire.

Et dixi.] Suppleta sunt ista ad similitudinem præcedentium in versu 11. *& dixerunt*: sed numero singulari, in quo & sententia tota est.

Ergo sine causſa justificavi cor meum.) Hieronym. *ergo ne frustra mundavi cor meum*. Augustinus u alibi, *numquid vane*: & in antiquiore ejusdem editione, *in innocentibus*: quod idem est ac *inter innocentes*, eamq; vim habet. ἐναδίως, alii *vere in vanum*, &c. אך ריק *achrik*, ἄρα μετὰ ὡς. Symmachus, ἰσως ἕν, *forte assis igitur*: Theodotio, πλὴ, *ceterum vere*, &c. Apollinarius μήπαχα, *num forte*. Non deest in Augustino emendato particula *ergo*: ut collector tamen scholiorum ad bibl a Sixt. editionis LXX. voluit. De Psalterio veteri id concendo. Pro *justificavi*, ἐδικαίωσα, vertit Aquila, ἐκαθάρισα, *mundavi*, quod significatur verbo זכית *zichitha*, non ponit mundatio hæc sordes priores, sed curam ne contraherentur, & forsitan intelligit de his quibus graviter lædatur pietas in Deum, vel proximi jus, res, persona. Extendi potest sententia ad omnem innocentiam, atque ad studia sobriæ conversationis, ut Ambros. loquitur, & ad quemlibet modum abstinendi à peccatis, aut emundandi se ab iisdem: inter quæ Remig. confessionem ponit: soli videlicet per se Deo factam. Si agatur de tempore, quo scribebat David, non Sacramentalem, quæ novæ legis est. Ruffinus, Beda, Bruno, alii, munditiem præsentis membri referunt ad cogitationes, sequentis, ad actiones. Ex verbo *justificandi se ipsum & cor suum*, colligitur nos in justificatione nostra efficienter concurrere, in prima quidem dispositivè, meritorieq; de congruo, in ea quæ dicit augmentum justitiæ, quando justi *justificamur adhuc* x, etiam meritorie de con-

u 20. de civ. c. 28.

Nos in justificatione nostra concurrere.
x Apoc. 22. 11.

condigno, quamvis habitum gratiæ solus Deus physicè, ut principalis caussa producat & intendat. Sacramentum, tamquam physicum instrumentum. Similis dicendi forma in Joannis epistola prima *a*, *omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se*.

a *cap.* 3. 3.

Sciendum verò, quod querimonia ista minus perfecti hominis est, metientis quodammodo laborem, opusque virtutis, ex mercede præsertim temporali. Ejus tamen rationem nonnullum ducere, multoq; magis æternæ permittitur, dummodo non ibi consistamus; sed ad amandum, secundùm se, propter se, & supra omnia Deum tendamus, sed & tanta est virtutis in se spectatæ tamquam honesti boni, quam vocant, appetibilitas, ut nullo alio proposito præmio quivis eam possit appetere, contentusque esse, nec conqueri cum ratione valeat, quibuscumque circumfluant improbi externis bonis; ipsi vero priventur iisdem, aut malis etiam afficiantur, si una adsit possessio virtutis. Viderunt hoc nonnulli quoque de Gentilium philosophis, nec admiserunt illas querimonias huic similes, *quid* b *nobis prodest si oraverimus illum? & vanus* c *est qui servit Deo, & quod emolumentum, quia custodivimus peccata ejus, & quia ambulavimus tristes coram Dómino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, si quidem ædificati sunt facientes impietatem & tentaverunt Deum, & salvi facti sunt*. Hoc Deus contra se dictum ægrè ferre respondit, & eos qui timore ipsius ducti non consensissent, plurimi se facere significavit *d*. Quanto absque comparatione conqueri justius Christi de obstinatis peccatoribus potest, illis verbis *e*: *& ego dixi: in vacuum laboravi, sine caussa, & vane fortitudinem meam consumsi: & multo* f *labori sudatum est, & non exivit de ea nimia rubigo, neque per ignem*.

b *Iob.* 21. 15.
c *Malach.* 3. 14. 15.
d *ibid.* 14. 16
e *Isa.* 49. 4. 17. 16.
f *Ezech.* 24. 12.

Et lavi inter innocentes manus meas.) Hieron., *in innocentia*, sicut & in ps. 25. *g* ubi est eadem prorsus sententia, cum substantivo Hebr. נקיון *benikkaion*, & adjectivo Græco ἐν ἀθῴοις, quod substantivè ab Agellio hìc exponi miror, ac in neutro genere, contra Latini interpretis fidem, & communem Enarratorum expositionem, præsertim quum soleat alienum se ostendere à Rabbinis, & ab Hebraizantibus, nec obstet quidquam quominus de lotis inter innocentes manibus parœmialem hunc sumamus sermonem, ex certo quodam ritu derivatum, de quo egimus eodem psal. Ambrosius pulchrè dici hoc notat, ut non arrogare sibi summam innocenti David, sed sedulum deferre studium videretur. Hugo, ne etiam affectus, minorave peccata, velut pedum sordes deesse sibi significaret. *Salvabitur* quidem *innocens munditia manuum suarum* h, *sed etiamsi lotus fuerit velut aquis nivis, & fulserint velut mundissima manus* i, & sit *mundus totus*, adhuc *indiget ut pedes lavet* k, pœnitentia continua, quam *flagella* sequenti membro designant, vel aliis modis.

g *vers.* 6.
h *Iob.* 22. 30.
i *c.* 9. 30.
k *Ioan.* 13. 10

Et fui flagellatus tota die.) Idem est *tota*, quod omni die & *tota* seu *omni die*, quod quotidie, vel etiam omni, ac singula die, continenter, & absq; cessatione, καθ' ὑπερβολὴν loquendo. Illata extrinsecus ab alio flagella Basilius ac Theodoretus interpretantur, quum justitiæ studeret, & malitiæ consortium fugeret: Euthymius & Nicephorus, sponte suscepta sectandæ virtutis gratia, jejunia, vigilias & alias hujusmodi afflictiones. Utrumq; credo, sed primum præ se fert magis extrinsecam caussam. Haimo & Bruno disciplinam vocant Dei, quam vero *castigationem* postea dicit David *suam* ab ipsomet exhibitam; quæ tamen distinctio necessaria non est, & Hugo accipit utrumque de pœnitentia, quam quis obit ultro, Dion. *flagella* de vigiliis, jejuniis, disciplinis, fletu, precibus, exterioribus laboribus, propter Deum assumtis, vel ad spiritalem profectum relatis: *castigationem* qua seipsum correxerit, & exercitationem sanctam summo mane arreptam, qua castigaverit corpus & spiritum, vel qua castigatus fuerit à Deo. Nec de flagellis puto Prophetam loqui, propter probatum illum sermonem, quo frustra se *justificavisse cor* Domino dixerat, quæ Ambrosii sententia est, sed universè atque indefinitè etiam citra culpam. Denique flagellationem suam intelligit eo modo secundùm contrarium sensum, quo prius dixerat *l iniquos cum hominibus non flagellandos*.

l *vers.* 5. De Christo flagellato interpretatio per accomodationem.

Per accommodationem Hieronymus interpretatur de Christo flagellato, quem etiam præcedentia locutum velut ex persona justi, Flagellabatur Dominus, inquit, A sæpe dolis eorum, sed in die passionis certis contumeliis, & veris ictibus verberatus est.

De eadem flagellatione Christi usurpat eumdem locum Antonius *m* & quidam alii. Quod Ambrosius *n* de David ait, potiore jure dicere de Christo possumus. Si igitur flagellatus est David (dictus Christus) cavere debemus, ne & nos flagellemur (scilicet præbendo flagellationi caussam justam, idest, peccatum præsertim murmurationis contra Deum) & dicatur nobis, quia divitiæ honores, potentiæ, generationi huic videantur esse dispositæ, quasi vaga, & incerta pecuniæ opera, iniquitatisque compendia, non quasi præmia ulla virtutis, ideoq; (quod hìc postea dicitur) *velut somnium* veniant & cum somno, te surgente deficiant. De usu flagellorum & disciplinarum egi alìas, & copiosè tractavit Gretserus noster. Sed *flagella*, hoc loco, ampliorem habent notionem, sicut & verbum נגע *nagahh*.

m 4. *p. tit.* 4. *c.* 44. *par.* 2.
n *in Ps.* 36.

Et castigatio mea in matutinis.) Hieronymus, *increpatio mea*: non probo Campensem, *frustra totum diem vapulo, ac totam noctem castigor*: non significant noctem בקרים *aekarim*, & πρωΐας, multo minus Latina vox editionis nostræ. Phrasi autem ista significatur cito, & oriente quotidie Sole, novam exsistere, quæ ipsum excipiat, & arguat, reprehendatq; miseriam (est enim ἔλεγχος *redargutio*: reprehendi ut primum diluculò surgeret, seà seipso, vel etiam à Deo, sive interius, sive quoq; aliqua, quasi externa admonitione. Vim dictæ formulæ, pl. 5. *o* expendi, *mane exaudies vocem meam, mane adstabo tibi*. Augustinus, *argutio mea in matutinum*. In Psalterio Romano & apud Cassiodorum; *judex meus in matutino*. In Psalterio Gallicano *judex meus in matutinis*. Ambrosius *judex meus in matutinis*. Indicem Christum Cassiodorus ait fuisse in matutino Resurrectionis suæ, qui nobis viam veritatis, Evangelicis prædicationibus indicavit, & tempore matutino resurgens spem nostram de isto mundo auferens, ad cœlorum regna protendit, Ambros. quod in aperto & perspicuo lux veritatis, non finit eum hæc sentire quæ dicit sed revincebat, & redarguebat, & compuncto corde illuminabat affectum. Idem valet nomen *judicis & argutionis*. Hanc propriè sonat ἔλεγχος, sed hic quoque fit indicando, judicando, vindicando.

o *vers.* 5.

Ceterum synonymum videtur istud cum præcedente membro: nec nisi accommodatitiè applicari ad Christum matutino tempore castigatum; vel, quod facit Hieronymus, ad Judam proditorem, qui sequenti post proditum Christum die, abiit, & laqueo se suspendit, vel, cum Hugone & Dionysio, ad eum qui *primo mane* in opus *exeat* Dei *p*, *& portet jugum ejus ab adolescentia q*, & ad laudes divinas exsurgat *r*, seseque castiget, ac *vigilia honestatis tabefacit carnes s*, vel ad lucis divinæ matutino illustratum, post conscientiæ remorsum, qui priores minus sanas cogitationes castiget. *Castigatio Dei in matutini*, est ad litteram, cita, nec dilata, tota die seu omni die facta. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium* t, sive castigatio præcedat, ne quis peccet, sive sequatur, ut resipiscat aliquando ad exercitum dumtaxat virtutis, aut meritum, aut exemplum, calamitas quæpiam immittitur: *castigatio, argutio*, תוכחה *& thochachah*, habiutdinem includunt ad peccatum. Si placet *castigationem in matutinis* intelligere, quum quis tali tempore expendit rationes conscientiæ suæ, seque ipsum castigat, ostendimus alibi *u* quàm sit hoc tempus orationi, & meditationi, opportunum. Quo sunt magis reprehendendi, qui cogitant *inutile, & operantur malum in cubilibus suis, & in luce matutina faciunt illud* x, *& consurgunt mane ad ebrietatem sectandam & portandum usq; ad vesperam* y.

Accommodatiria applicatio.

p *Matt.* 20. r
q *Thre.* 3. 27.
r *Ps.* 5. 5. *Ps.* 62. 2.
t 2. *Matth.* 6 13.
u *in Ps.* 4. & 5. & 26.
x *Mich.* 2. 1.
y *Esa.* 5. 11.

Vers. 15.) Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

Sensus loci.

COrrigit seipsum, eosque qui similem cum ipso finistram de Dei providentia cogitationem haberent: deprehendisse namq; ita cogitare, ac loqui, nihil aliud esse, si quis definitè consentiat, & ex animo pronuntiet, quam non modo unum se vanitatis, verum etiam universam eorum nationem condemnare, quos Deus filiorum habet.

habet loco, quasi frustra studeant virtuti Deumqs ipsum sine causa & fructu colant, quum passim modis multis affligantur, nec bonis abundent externis, quibus iniqui circumfluunt. Hoc est, tum reprobos censere quotquot censentur sanctorum numero, qui nonnisi per multas tribulationes ad beatitudinem pervenerunt, & placuerunt Deo; præterea sacrorum scriptorum reprehendere testimonia, quibus hoc ipsum inculcant, genere Deum curam de rebus humanis, justos amare, cuique pro meritis reddere tempore suo. Obvia sunt, tùm exempla, tùm testimonia, ut necesse non sit indicare.

Si dicebam, narrabo sic.) Hieron. *dixi, narravero*, vel apud Trevetum, *si narrabo sic*. Tamen in psalmo 93. a quod Hebraicè, & Græcè, eodem modo habetur, *si dicebam*, εἶπον, *iu amarthi*, vertit Hieronymus, *si dicebam*, Ambrosius ita evolvit, *dicebam* (nempe mihi, conferens cum corde meo) *si narrabo sic*: videlicet, quod *sine causa justificavi cor meum*. Congruit editio nostra, cum textu Hebræo, Chaldaicè, *si dixi narrabo qualitates eorum*, nimirum iniquorum, quasi B ferens indignè affici bonis malos, bonos malis. *Narrare* διηγήσασθαι ספר *sipper*, est *pronuntiare*, quasi de re certa, ut aliàs vidimus.

a vers. 18.

Ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.) Hieronym. *reliqui*. Alii, *ecce natio filiorum tuorum* (supple dicet quod) *prævaricatus sum*, vel *narrabo*, *ut ecce generatio filiorum tuorum prævaricatus sum*: ideit, si quando apud me statui pronuntiare de hac re, quod non cures fideles, ut iis pronuntiare contingit aliquando, quorum pater es, sensi me defeciisse à te. Vel, *ecce natio filiorum tuorum* (subaudi multis miseriis exercetur, & si dicam) *perversè agam*; vel *generationem filiorum fefelli*: ideit quantum in me est, fraudavi ipe sua; qui te curam ipsorum putant habere. Vel, *in nationem filiorum tuorum transgressus sum*: hoc est, injurius fui. In Psalterio Romano, *ecce natio filiorum tuorum, quibus disposui*: in Gallicano, & apud Cassiodorum, *ecce nationem filiorum tuorum, cui disposui*. Ambrosius, *ecce generationi filiorum sic disposui*. Explicat Ambrosius, quasi occurrerit vox Dei, dicens: Ecce his scripturis C invenis ò tu Adam, quia dispolui generationi filiorum tuorum, quia fortuitò (ideit: sine merito eorum, ut mox subdit) divitiæ ad impios non aliquo merito deferantur, nec præmia virtutis sunt emolumenta thesauri: nec è contrario inopia pœna peccati est, sed indiscretè (hoc sibi etiam volebat illud fortuitò) veniunt ista, quæ modo fluminis quodam sæculi profluvio volutantur. Cassiodorus sic declarat, ut ipsemet David sibi ipsi dicat, & veluti cogitationi, ac sermoni contra providentiam Dei respondeat: quo pacto hæc mecum cogito, aut etiam aliis narro, qui his contraria non semel docui, & in scriptis meis posui? Hoc tandem est, juxta editionem nostram; reprobare ac improbare proborum nationem, quam toties antea probaverat, & Deo charam esse, curamque ipsum de illa habere pronuntiaverat, & pronuntiatum ab aliis legerat. In textu Græco sic legitur passim, ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσωτέθηκα: quod corruptè alicubi habetur ἠσωτέθηκα, tunc enim deberet esse, ἰδοὺ γενεά, &c. Quomodo retuli ex Psalterio Romano, *ecce natio*, & idem atq; Gallicanum cum Ambrosio & Cassiodoro, quum utantur verbo (*disposui*) videntur legisse σωτεθηκα; Ambrosius autem vertens (*sic disposui*) accepisse ἠ ut adverbium similitudinis: Basilius & Theodoretus legerunt ἠσωτέθηκας, in secunda persona, & meminit Euthymius hujus lectionis: ut sit sensus, juxta Theodoretum & Basilium, ecce, ideit, num nationi filiorum tuorum non servasti pacta conventa, ἢ πραίρης, τὰς συγκειμένας σαυτοῖς, *num transgressus es compositas promissiones?* Videre *primogenitum filium* b, & filios à te genitos & *exaltatos* c, quique te creatorem agnoscunt, actua servant mandata, rupisse fœdera, quæ olim cum Abraham, & primogenitoribus nostris pepigeras, de terra promissionis, & similibus aliis. Amplectitur Nicephorus hanc expositionem, sed retenta prima persona, quæ est etiam in Hebræo verbo בצרתי *bagadti*, significat ἠσαυτέθηκα, ab ἀσαυτέθημι, vel ἀσαυθετέω, (a) privativum *reprobare*, quasi rupto fœdere, incomposita, & non utilia, vel grata loqui, prævaricari, fallere, Quasi non solum *videns prævaricantes, tabescat* f, sed etiam justos, ob prosperitatem illorum, & adversitatem istorum. Atqui הצר *hagad*, est *fallere*, *fraudare*, *dolo decipere*, *perfidè agere*. Constat vero sensus ex dictis, quod se David significet, si ejusmodi ferat sermones, se populo Dei qui fidebat sibi, fraudem facturum, & eum spreturum, tam perniciosa docendo, contraria pactis divinis, doctrinæ à seipso traditæ; officio & quasi pacto, quo tamquam Rex & Propheta, & scriptor sacer obstringatur; ut ob similitudinem Dei, cujus gerit vices, doceat *utilia* g, se injuria cultores Dei affecturum, qui malè ipsum docuerint, maloque exemplo præiverint: multa passi, quum docerent de suis curam à Deo geri. Non est quidem omnino improbabile, sed tamen nonnihil violentum, interpretari, Deum ipsum induci loquentem, ut se David videri sibi audire dicat, si talia pergas cogitare & loqui, atque imperveltigabilia Dei judicia rimari, ecce te quique similes reprobavi. Ita Varlenius, Hieronymo etiam, sed non verè tribuens. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava* h, scripta quoque nec ulla magis, quam quibus de medio tollitur providentia Dei, Deusve ipse, simul enim laxantur vitiis fræni, jacetque virtus, & contemnitur.

f Ps. 118. 15.

g Esa. 48. 17

h 1. Cor. 15. 33.

b Exod. 4. 22. c Esa. 1. 2.

A' ωτ. θημι.

Vers. 16.) Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me.

Vers. 17.) Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in novissimis eorum.

IN tanta illa mentis fluctuatione, animiq; perplexitate, & molestissimarum agitatione cogitationum, de Dei providentia, de iniquorum felicitate, de adversitate justorum, ait adhibuisse diligentiam, ut comperiret veritatem, sibiq; satisfaceret & conquiesceret: speraviise quidem se rerum tam difficilium cognoscere causas posse: ceterum secus eveniisse, ac deprehendisse, assequi se id absque magno labore non posse, nec aliter, quam animum prorsus abstractum à creaturis, ipsimet Deo conjungendo, ejusq; unius per sanctam contemplationem, discere voluntatem conando, & in adyta illa conciliorum arcanorum ipsius, quæ etiam scripturæ bene intellectæ produnt, more Sanctuarii, in quo edebantur oracula, humiliter subeundo auxiliun ad D intelligendum adito etiam templo, & per merita Christi *sancti sanctorum* i flagitando, unde tandem percipe- i Dan. 9. 24. ret, quem exitum essent iniqui habituri, quorum præsens felicitas tantopere perturbat humana etiam justorum judicia, quem quoque consecuturi finem justi, tantis nunc miseriis affecti, vel certè, ut certà fide confirmatus, spe que roboratus, tantisque expectaret extremam utrorumque mortem, judiciumve universale, & illud tempus, quo ipsemet hinc evocatus in beatorum domicilium, clarissimè intelligat, quam sit *justus Dominus, & rectum judicium ejus* k, & quo pacto illius providentia, & in sui dispositione non fallatur, & plena merces, ac pœna reserventur in futurum.

Senſus loci.

k Ps. 118. 137.

Existimabam ut cognoscerem hoc.] Ambrosius, *existimabam me cognovisse, & hoc labor*, &c. In Psalterio Gallicano, *& si existimabam* Hieronymus, cum conjunctione, quæ Hebraicè & Græcè habetur, & *cogitavi ut intelligere istud*. Alii, *expendi, consideravi, supputavi, adjeci animum, applicui studium*, vel *cogitationem constitui*. Omnia significat verbum Hebræum in piel cum (ה) paragogico אחשבה *achassevah*. Græcum est

Τ' πλλμ-ςάνειν. est ὑπέλαβον, quod non tantum valet, *existimavi*, A quod Symmachus reddit, ἐνογιζόμην *cogitabam*, & similia, sed etiam *suscepi*, *aggressus sum*, *conatus sum*: a *Luc.* 10. 30 & aliquando redditur in Evangeliis *a* per *suscipiendi* verbum, valetque respondere, ac sermonem excipere. Meminit Hugo nescio cujus versionis, quæ habet *suscepi*, & explicat, proposui. Reperi etiam in Augustino super psal. 41. Laudabile sciendi studium, ut tueamur providentiam, & divina mysteria alia, & eximamus angores, quos vel nos, vel alii ob ignorationem sentiunt.

Labor est ante me.) Hieronymus, *in oculis meis*, ἐνώπιόμου, בעיני *behhenai*, non significat *ante me*, supra me, sed simpliciter, ut sonat, coram me: & Græcè pronomen demonstrativum jungitur huic membro, τοῦτο κόπος ἐςὶν: & Ambrosius præponit conjunctionem, & b in c. 41. Ezech. *hoc labor est*: rursum Hieronymus *b*, *hoc labor est in conspectu meo*. Revera de inquisitione divinorum judiciorum, solas consulendo rationes humanas, ac sine divino lumine affirmari potest, quod *qui addit scientiam*, *addit & laborem* c, ac dolorem. Labor est ante me, ait B c Eccl. 1. 18. Augustinus; sed ante Deum non est labor. Facte ante Deum, ubi non est labor, & nec tibi erit labor.

Tropologia Variis modis hanc sententiam Hugo per tropologiam explicat de Adam & genere humano, post peccatum existimasse, ut haberet scientiam boni & mali, ad laborem omnem ac dolorem natum: de illo qui habens magnam scientiam, convertit se ad meditationem & imitationem passionis Christi, ita ut jam nihil reputet se scire, nisi *Dominum Jesum Christum*, & *hunc crucifixum* d, qui est *liber* vitæ *portandus in humero*, *&* d 1 Cor. 2. 2. *circumdandus* gutturi, *quasi corona* e: de alio qui se præsumit statim habere, vel habiturum scientiam, præsertim e Job. 31. 36. scripturæ, quod sine magno studii labore non potest, ita ut etiam si quis dicat, *sapiens efficiar*, *sapientia longius recedat* f: & *quanto plus laboraverit ad quærendum* f Eccl. 7. 24. rationem operum Dei, *tanto minus inveniat* g, & quum g c. 8. 17. *difficile æstimemus* scire *quæ in terra sunt*, *& quæ in conspectu nostro sunt*, *inveniemus cum labore quæ in cœlis sunt*, *non sit qui valeat investigare* h. Denique ut monet Gregorius *i*, Auctoris facta semper indiscussa vene- h Sap. 9. 16. C i 9. mor. c. 8. vel 11. randa sunt, quia injusta nequaquam esse possunt. *Quis* K Job. 9. 12. *dicere Deo potest*, *cur ita facis* k? *qui est qui respondeat* 1 Rom. 9. 20. *Deo?* l *scrutatorem opprimit* m. Primum gradum scientiæ m Pro. 25. 27 Cassiodorus affirmat, quando ceperimus intelligere Primus gradus scientiæ quis sit. minimè nosse, quod ante nos scire putabamus. Hieronymus ait, qui hæc perscrutetur laboriosè, tandem cognoscere, *quod non sunt condignæ passiones hujus tem-* n Rom. 8. 18. *poris ad futuram gloriam*, *quæ revelabitur in sanctis* n. Lege 4. Eldræ, licet apocryphi c. 4. ubi Uriel inducitur curiosum retundens scrutatorem multis similitudinibus.

Donec intrem in Sanctuarium Dei.] Hieronymus, *donec veniam ad Sanctuarium Dei*: Ambrosius & Augustinus, *introeam*: iterum Hieronymus *o*, *ingrediar*, & o in cap. 41. Ezech. Augustinus *p*. Inde ducit exordium versus, continuando cum sequenti membro absque conjunctione, *intelligam in novissimo eorum*. Hebræum nomen est plurale p in Ps. 41. מקדשי *mikdesce*. Communis sensus est, laborem cognoscendi esse, ac perdurare, donec perveniatur ad Sanctuarium, seu, Sanctuaria Dei, quo nomine quid intelligatur, postea. Unus Ambrosius ita declarat, quia videbatur mihi veram scientiam comprehendisse (legit etiam, ut monui) *existimabam me cognovisse*, *& hoc labor est ante me*, *donec introeam in Sanctuarium Dei*, & cogitationem rei ipsius essem assecutus, dicebam mihi, hoc labor est ante me, donec, &c. idest, inquit idem doctor, solus mihi supereſt labor, ut ingrediar in Sanctuarium Dei, ubi est Cherubim idest, cogitationis profundum, & non labor, qui est in vanis & incertis opinionibus. Revocari quidem & hæc quoque ad communem expositio posset, ut quia David fallum se opinione deprehenderit, nec assecutum, sicut existimabat, dictam scientiam; & desperaverit in hac vita perfectè assequi posse, hoc sibi unum curandum & expectandum duxerit, ut in Sanctuario Dei doceatur certò & manifestè. Habent omnes editiones, prioris membri particulam causalem (*ut*) saltem implicitè, qua demonstratur, voluisse cognoscere, non autem quod se cognovisse persuaserit sibi.

Jam vero quid *Sanctuarium* sit, attigi varios dicendi modos in paraphrasi, de contemplatione divina, de le- *Sanctuarii* quid sit. ge, de scripturis, de Christo, de beatitudine, de templo per analogiam ad vetus, ubi responsa reddebantur. Ex Græcis, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, interpretantur de reditu Hebræorum, ex Babylonica captivitate, ad templum Jerosolymitanum, ubi populus sanctificari solet, tunc demum cognituros, in quorum David persona loquitur, non frustra *justificavisse cor suum*, cum etiam, (quod sequentibus contineri volunt verbis) iisdem superveniet Babyloniis interitus, opera Cyri, qui eos in potestatem redacturus est, & remissurus Hebræos in patrium, Nimis arcta expositio.

Athanasius explicat de die judicii, quando reddetur cuiq; secundum opera sua. Euthymius anagogicum judicat sensum istum, & cum ἁγιάζειν, unde ἁγιασμὸν, Ἁγιάζειν. significet etiam *determinare*, rectè id nomen pro *judicio* Ἁγιασμὸν. accipi, quum in eo omnium hominum præmia supplicia q; determinentur: tunc autem vel ipsi etiam pusillanimes intelligent, quidnam profit virtus, & obsit vitium. Augustini eadem sententia videtur, & aliorum, sed ita ut in illud quis ratione intret, colligens absq; dubio propterea permitti malos florere in hoc sæculo, ut puniantur gravius in futuro, bonos tribulari, ut purgati gaudeant in æternum. Hieronym. idem judicat *Sanctuarium* accipiens pro Sanctorum cœtu, in quem quis mente ingrediatur; intelligatq; *in paucis vexatos*, *in multis bene disponendos* q. Si transieris, hoc est, pro- q Sap. 3. 5. feceris, & perveneris ad spiritualia, & sic intraveris in Sanctuarium Dei, ut intendas in novissima; cognosces, ait Augustinus r, quod superbi *locus*, quem vide- r concio. 3. in Ps. 36. ras *superexaltatum*, *& elevatum*, *nullus est* l. Chri- l Ps. 36. 35. 36 stum Hugo Sanctuarium nominat plenum *thesauris sapientiæ & scientiæ* t, qui quum esset summè sapiens, t Coloss. 2. 3. omnes sæculi divitias & prosperitates contemsit, & Ecclesia, Sanctuarium omnia mala sæculi sustinuit. Ecclesia item Sanctuarium est. est, in quam qui non intrat, non potest exactam habere de Deo providentiaq; ipsius cognitionem, quum sit magistra, firmamentum & columna veritatis. Ambrosius assignat locum ubi est Cherubin cum candelabro, quamvis indicet se loqui de præsenti tempore, quantum ad cognitiones sacras, atque interiora penetralia veritatis, quæ laborem eximant, cujus causa ignorantia est, quia qui nescit justis reposita esse præmia, non reficitur à laboribus, sed magis imprudentiæ suæ labore, curvatur & frangitur. Vulg. etiam oratio est, ut eum dicat *intrare in Sacristiam*; vel *Sacrarium* & *Sanctuarium*, qui conetur arcana cujuspiam, secretaque nosse consilia. Itaque significatur hoc loco frustra sutcipi laborem diiquirendi, de iniquorum secundis, & adversis rebus bonorum nisi ad primam recurratur causam divinæ voluntatis, quæ optima justissimaque est, omniaque potest, ut necesse sit, hoc attentè cogitantem acquiescere, si hinc abeat, perpetuo fluctuare & agitari. Nam licet in judicio, aut in beatitudine, de qua Hieronym. u & Augustinus x, (atque hic quidem tract ns illud y, u in Ps. 41. *ingrediar in locum tabernaculi admirabilis*,) omnis u- x hic & in c. 41. Ezech. jusmodi labor multo perfectius desinat, nihilominus in y Ps. 41. 5. hac ipsa vita cessare, quantum sit satis, potest, & de Disto tempore sermonem esse, suadent antecedentia psalmi & consequentia.

Figurata vero locutio ex Sanctuario indicat, piè consulenti, ac humiliter Deum & divina ejus judicia reverenter consideranti, tamquam oraculum ac responsum edi reddique ab eodem Deo interitus veritatem suggerente. Hæc sunt *cellaria*, in quæ sponsus *introducit* z, z Cant. 1. 3. hæc *interiora velaminis* a; hæc *multitudo dulcedinis ab-* a Hebr. 6. 16 *scondita* b: hæc schola τὸ βαθὺ ἁδύτων: hic affectus multum b Ps. 30. 20. inusitatus, in quem se scribit Augustinus c aliquando c 10. Confess. intromissum. Sed plenum *gaudium Domini*, in quo ser- c. 49. vum jubet Dominus *intrare* d, pertinet ad futuram vi- d Matth. 25. tam. Quamquam & in illa ipsa vita, sine peculiari re- 21. velatione nemo apertè scit, cur Deus, ex improbis hos potius puniat, quàm illos, qui sunt æquè, vel magis etiam improbi, cur hoc loco, tempore, mundo, &c. quare sinat multos ex eodem genere prosperè agere. In judicio autem, quum patebunt omnium demerita, meritaque, intelligetur judiciorum divinorum occulta nunc ratio. Adhibent Primabus, Haimo, Ansbertus in expositione Apocalypsis, locum præsentem, ut de-

cla-

clarent, quo modo postquam septem plagæ de templo extractæ fuissent, *impletum* dicatur *templum fumo à majestate Dei, & de virtute ejus, & neminem potuisse introire in templum, donec consummarentur plagæ* a. Nemo, inquiunt, potest penetrare hoc secretum judiciorum Dei, donec finiantur plagæ, tunc enim innotesceret, quid voluerit Deus illa tanta pœnarum acerbitate efficere.

a Apoc. 15. 8.

Et intelligam in novissimis eorum.) Hieronymus, *in novissimo eorum.* Alii, *intelligam novissimum eorum.* Monet *b* autem superfluum esse γαρ, &, quod Hebraicè quoq; non extat, nec in emendata editione LXX. Psalterium Romanum, *in novissima eorum.* Augustinus eodem pacto, sed absque pronomine, & alibi *c*, *intendam in novissima.* Ambrosius *in novissimo:* efficiunt eumdem cuncta sensum, ut quod ante dixi, non possit perturbata mens cogitatione prosperitatis iniquorum, & justorum adversitatis, tranquillari, donec penitus introspiciat, ac prospiciat, qui demum finis, exitusque sit eorum futurus, & abundantiæ, ac prosperitatis iniquorum. Sed Ambrosius legens, *in novissimo*, interpretatur sensu alieniore aliquantulum, contingere sapientiam & prudentiam perfectam, processu ætatis, Apollinarius opponens palatia, quamvis magnificentissima, quæ inhabitantur ab iniquis, Sanctuario, ideſt, cœlo, quæ est Dei sedes, ita illa declarat veluti novissima, hoc est, infima.

b epist. 155.

c concio 3. in Ps. 36.

εἰσόκεν εἰσίω θεοῦ παναγκράτου οἶκον,
ἐς ὄψεται ἔσχατα πάντων τέλος ἐξερείνω.
Donec ingrediar Dei impollutam domum,
Et suorum stabulorum ultimum finem inquiro.

Intelligere in novissimis, aut *in novissimo eorum* לאחריתם *leacharitham*, idem valet, quod novissima, vel, novissimum, sicut *videre in bonitate* d, idem quod, bonitatem, seu bona, ut vertit Hieronymus, quamvis hoc loco non sit (ב) *be* præpositio, sicut ibi; sed articulus (ל) *le*. Vertit Chaldæus, *intelligam finem eorum. Utinam saperent, & intelligerent, & novissima providerent,* e, & hæc *memorantes* homines *non peccarent* f.

d Ps. 125. 5.

e Deut. 32. 29

f Eccles. 7. 40.

Vers. 18.) Verumtamen propter dolos posuisti eis, dejecisti eos dum allevarentur.

Sensus loci.

HOc demum didicisse se indicat in adytis illis contemplationis divinæ, atque in Sanctuario, & Sacrario arcanorum consiliorum Dei, Deum iniquis prosperitatem concesse, ut per eam deciperentur, cum ipsos reprobaverit, sineret ut, abutendo illa, nec futura verendo supplicia, horum sibi reatum cumularent, atq; ex dicto prosperitatis gradu sublimiore, præcipites in damnationis profundum dejicerentur, sicq; veluti dolo caperentur, qui dolis & injuriis alios affecerint, & non in novissimis tantum, ac in fine; sed in hac ipsa vita punirentur, occulto quodam judicio, ut ait Ruffinus. Non Chaldæos dumtaxat Babylonios ve intelligit, ut Euthymius ac Nicephorus exponunt, sed in genere quoslibet iniquos, præsertim dolis ac fraudibus utentes ad rem augendam. Non abest hinc longius Hebræorum expositio, *in lubrico positos* iniquos à Deo, ut miserabili causa de tanta illa sua felicitate laberentur, atq; præcipites agerentur.

Impiorum prosperitate gravius est eorum præcipitium.

Verumtamen,) אך *ach*. πλὴν. Alii, *profectò*, & similibus aliis modis, ut aliàs notavimus; Ambros. *quia.* Non omnino vacat, aut superflua hic vox est, ut Euthimio tamen placet, qui testatur Symmachum vertisse (*verè*.)

Propter dolos posuisti eis.) Hieron. *in lubrico posuisti eos*: Alii, *in locis lubricis*: hoc est, lubrica, fluxa, labilia, periculosa sunt quæ dedisti eis; vel, *in adulatione*. Significat cum præpositione בהלקות *behalakoth*. *adulationes, blanditas*, sicut & geminatum חרקלקות *chalaklakkoth*, ut aliàs docuimus *g*. Additur in codicibus Complutens. & Regiis Græcè ac Latinè κάκα *mala*. Sic etiam in Psalterio Romano & Gallicano, & apud Cassiodorum, & ex Græcis apud Euthymium ac Nicephorum, expresè, tacitè etiam apud Basilium & Theodoretum; & Euthymius refert, à Symmacho translatum, *parasti*. Ambrosius autem addit, *bona*; variant autem editiones hoc pacto. In Psalterio Romano, *propter dolos discoopertos eis mala*. Apud Cassiodorum, *propter dolos posuisti eis mala*. In Gallicano Psalterio, *propter dolositatem posuisti eis mala*. Apud Ambrosium, *propter eorum tergiversationes posuisti eis bona*. Apud Augustinum, & Psalterium vetus, *propter dolositatem posuisti eis*. Chald. *in tenebris posuisti eos*, vel *in obscuro:* quasi legerit Pharaph. Hebraicè בחשטח *bechescheth*.

g Ps. 11. 3. & Ps. 34. 6.

Lubricitas linguæ, adulatio, blanditia, pertinet ad dolum vel dolos, δολιοτηζα, aut δολιότηζαι; sunt autem & doli *tenebræ* quædam, ut Chaldæus vertit, & *tergiversationes*, ut legit Ambrosius; quod autem absolutè, *ponendi* verbo dicitur, aliqui sunt interpretati, mala; nonnulli bona: & glossema transiit postea in textum, ut aliàs interdum. Ruffinus jubet subaudiri divitias, in quibus confidunt, quas fallaciis dolisque adepti sunt. Videtur Augustinus *dolos* interdum repetendo supplere, *propter dolos posuisti eis dolos*, ut quia fraudem faciunt fraudem patiantur. Valentia intelligit finem felicitatis, ut eum *posuisse*, ideſt impositisse, indicatur Deus. *Posuit* Deus *iniquis mala & bona*, concedendo illis rerum externarum affluentiam, & prosperam quam vocant fortunam, quia bonis indifferentibus, benè uti quum possent, malè usuros prævidit, & nihilominus noluit auferre, sed eorum usum dare, qui dici aliquo modo potest positivus quidam indurationis effectus, aut aliàs docuimus. Simul tamen quoque verum est, quod monet idem Ruffinus, non dare justum ac bonum Deum temporalia bona malis, ut sic eos decipere intendat, sed in his bonis, inquit, quæ benè ipse, qui bonus est, malis ponendo tribuit, ipsa eorum voluntas prona, & perversus usus ipsos corrumpunt. Nam acceptis à bono Deo terrenis bonis, unde meliores, bene dispensando misericorditer largiendo, esse debuerunt, inde proprio vitio suæ cupiditatis & superbiæ corrupti, fallacias, dolos, invidias, & cetera mala exercuerunt. Causa ergo proxima cur Deus ita posuerit, seu disposuerit, *doli* dicuntur (nam frequentissimum est, ut præpositio (*in*) valeat propter *h*,) vel ut esset iniquis prosperitas, tamquam dolus, laqueus, rete, *muscipula* i, vel quia dolis ac fraudibus, quibus adversus alios usi fuerant, similis debebatur pœna, scilicet ut terrena bona eligentes, & relinquentes æterna, pro terrenis bonis æterna supplicia luerent, ac *anima* damnum, sive *detrimentum paterentur* k ut ait Augustin. De dolis contra alios Hieronym. explicat; utrumq; placet, & *dolos* pro quibuscumq; peccatis, præsertim quibus læditur alius, usurpari, vidimus alibi; de pœna etiam præcedentium fraudium Apollinarius declaravit.

h lege indicem Sa. in pro, propter.

i Sap. 14. 11.

k Matt. 16. 26 'Doli proquibuscunque peccatis quibus lædi tur alius.

τοῖσι πόνον δολίων ἀνέταξιον ὤπασας ἔργων.
His laborem dolosis parem præbuisti operibus.

Quo circa non est quod zeles, vel turberis, ac indigneris, ob prosperitatem iniquorum, sed potius condoleas, quum ex ea ipsi sibi dolum faciant, & laqueum nectant, idque justè permittente Deo in pœnam doli & fraudis adversus alios usurpatæ.

Allusionem Hugonis ad positionem philosophicè sumtam lege, si libet, quum nempe ponuntur quædam, seu conceduntur disputandi causa, ad tempus, quæ falsa sunt, quasi etiam, cum quis instituitur Episcopus. Papa, Rex, Imperator, &c. dicatur ei à Deo, ponatur te esse talem, & sicut opponens potest positionem deponere. ita Deus, qui *dat & aufert quum placet* l, *ponit animam, & sumit* m. Citat ad illud propositum, *rectorem* n *te posuerunt*; & *anima* o *habes multa bona posita in annos plurimos*. Plura idem, & acutè, & piè, sed secundùm solam accommodationem, quam equidem, non cuivis permittendum censeo, nec sine aliqua cautione, & præmonitione, ne pereat cum plausu, sonitu, ritu, & contemtibilem reddat sacram tum scripturam, tum concionem. In Ambrosii sensu non moror, quia *tergiversationes* ut dixi, legit, & explicat concessos à Deo successus profluos sæcularium commodorum & abundantiam divitiarum iniquis, ne cauſſarentur propter inopiam seu acerbitatem alicujus doloris, & luctus minus fuisse devotos, atq; in culpam latrocinii & direp-

Hugonis allusio hoc loco.

l Lib. 1. 21.

m Isai. 10. 17

n Eccl. 32. 5.

o Luc. 12. 19.

Iniquis ut dicitur Deus *ponere mala & bona*.

ptionis ſtudium, neceſſitate egeſtatis impulſos: non ad tranquillitatem vitæ, uſuramq; lætitiæ, divitiis opimatos, aut honoribus elevatos, ſed ut querela excluderetur, coacervaretur ærumna, prout ſequenti membro habetur. Bona ratio ad compeſcendum vacillantem circa providentiam animum, editioni noſtræ minus accommodata.

a l. 1. *singula ca* 6.

Exiſtimat Roa *a* noſter, & obiter etiam Pineda *b* atq; Pradus *c*, nec non Rutilius Benzonus *d*, hoc loco *propter dolos* idem eſſe, quod prope, juxta, non longe, *dolos* eſſe technas, fallacias, fraudes, artificia, ſtratagemata; cuniculos, inſidias, denique; qui appellatur dolus malus: ſenſum eſſe, quod juxta iniquos tetendit ac paravit Deus laqueos, & cuniculos, ac quidem tam propè, utiquum adhuc erigerent caput & elevarent, illos dejecerit, tantum abeſt, ut in ea felicitate ſint permanſuri, quæ initio pſalmi deſcripta eſt: denique id eſſe, quod aliter *e* dicitur, *propter juſtitias ſuas humiliati ſunt*. Obſtat, quod eo modo dicendum eſſet, propter dolos, ideſt, prope, poſuiſti eos, non autem, eis; nec enim ita commodè intelligis, poſuiſti eis mala, vel bona, prope dolos, ſed propter dolos, accipiendo, *propter*, cauſſaliter. Tandem, quidquid ſit de præpoſitione (ב) *be*, & Latina (*in*) præpoſitionem ἀφρά cum accuſativo, cum quo hic eſt, ἀκρὰ δολιότητζα aut δολιόητζας, ſignificare, propè, ſive juxta, nullo doceri exemplo poteſt.

b in ſſo. c. 5 verſ 7. nu. 3 c in Ez. c. 32. 20 d l. 3. *in cant Magnificat* c. 20 *dubio* 4 e Pſ. 106. 17

Dejeciſti eos dum allevarentur.) Hieronymus, *dejeciſti eos ad interitum*. Alii, *corruere facis*, aut *faciet eos in deſolationes, ruinas, extremas miſerias*. Chaldaicè, *projeciſti eos in foveas*. Vocabulum Hebræum cum littera ſervili articulum indicante לְמַשּׂוֹאוֹת *lemaſſuoth*, à themate נָשָׂא *naſa* cum ſmol, ſive puncto in ſiniſtro cornu, ſignificat *elevationes & dona, prophetias* quoque *graves ac moleſtas*. Sed Hieronymus & alii ex Hebræo vertentes, videntur legiſſe שִׁנְאָה *naſcia* cum puncto in dextero cornu: quo pacto denotat *deſolationes & deſtructiones*. Idem ferè judicium de verſ. 3. ſequentis pſalmi ubi hoc ſecundo modo ſcribitur idem nomen, licèt ab aliis primo. In Pſalterio Gallicano, & apud Auguſtinum atque Fulgentium *f*, *dum extollerentur*, notat ſcholium Græcum in tetraſelido pro καταῤῥαμμος fuiſſe κατέλαρες, *apprehendiſti*: error erat, niſi *apprehendere* intelligas ad dejiciendum. Obſervat Auguſtinus non dictum, quia elati ſunt, quaſi poſtea quam elati ſunt, dejecerit eos Deus, ſed in eo ipſo quod elati ſunt: ſic enim efferri, jam cadere eſſe. Docet præterea miro *g* modo humilitatem ſurſum facere cor, elationem deorſum, quia pia humilitas facit ſubditum ſuperiori, nihil autem ſuperius eſt Deo: elatio eo ipſo quod reſpuit ſubjectionem, cadit ab illo, quo non eſt quicumq; ſuperius, & ſit, inquit, quod ſcriptum eſt, *dejeciſti eos dum extollerentur*: ita ut ipſum extolli, jam dejici ſit. Aliam aſſignat Gregorius *h* domum, tractans verba Job *i*: *qui ponit humiles in ſublime*, quia quum hi ſe ex humilitate ſubſternunt, altæ mentis judicio cuncta temporalia tranſcendunt, & quum ſe indignos in omnibus æſtimant, ectæ cogitationis examine, hujus mundi gloriam tranſcendentes calcant. Repetit eamdem priorem ſententiam idem Gregorius *k*, & ordinante divino judicio, ſuam ſuperbis & elatis culpam verti in pœnam, ut hoc ipſum ſit vere intus cadere, quod foris oſtenditur profeciſſe. De ſe ipſo autem ſcribit *l*, conquerens de onere prælationis, multum proficiendo exteriùs, interiùs cecidiſſe, & cum honoribus profecerit, moribus cecidiſſe; è contrario *aſcenſus in corde diſponi in convalle lacrymarum* m, ab eo qui tanto verius aſcendit, quanto foris humilius jacet. Placet & Petro Damiani *n* ſententia eadem, per hoc, ait, inaneſcunt, per quod intumeſcunt: inde corruunt, unde ſublimes fiunt: non poſtquam ad extrema deveniunt, tunc nihil fiunt, ſed tunc proculdubio ſunt nihil, quum videntur aliquid. Rupertus *o* ait, tumore aſcendere, veraciter deſcendere eſſe: quia ubi mens elevatur, ipſa elevatione dejicitur. Profecto athleta ſublevat inimicum à terra, ut fortius ſternat, &, ut ait ille *p*.

f Ps. ad Monimam c. 17

Ut quis elatos, jam cadere dicatur. g 14 de civ. n. 13

h 6, mor. c. 8 vel 10 i c. 5. 15

k 32. mor. c. 7

l lib. 7. epiſt. 125. & lib. 1 in 5. & lib. 1 Reg. c. 5 m Pſ. 83. 6 n lib. 2. epiſt. in 17. Per hoc inaneſcunt homines, per quod intumeſcunt. o l. 3 in Gen. c. 1 Tumore aſcendere, veraciter deſcendere eſt p Claud. 1 cont. Ruff.

tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

Ponuntur quoque *ut rota*, inimici Dei *q*, quod, ut ait

q Pſ. 82. 14

A Auguſt. *r* ex his quæ retro ſunt extollitur, & ex his quæ ante ſunt, dejicitur. Confert ſuperbum Chryſoſtomus *ſ* cum ſtuppa flammeſcente, quæ poſt incendium inflatur ſurgitque poſtea leviori manus tractu ſolvitur in cineres tenuiſſimos, & in terram cadit: humilem *t* nulla tempeſtate moveri, quia non habet unde cadat, & omnibus ſubditus eſt. Exemplo eſt Lucifer, qui conatus aſcendere in cœlum, & *ſuper altitudinem nubium, in infernum detractus eſt in profundum laci* u, & *ſicut fulgur de cœlo cecidit* x: quod & de Bethſaida, & Corozaim vaticinatus eſt Chriſtus *y*. De quolibet ſuperbo, qui humilitate rejecta, adverſus vitam ſuam tumeat, & in mortem per ſuperbiam recidat Fulgentius *z* hunc locum uſurpat. Periculoſam cenſet Hippocrates, aliiq; medici ſummam & excellentiſſimam corporis valetudinem. Utitur adhuc Gregorius *a* fumi ſimilitudine, quoniam in pſ. 36. dicitur, quod peccatores *deficientes, quemadmodum fumus deficient*, quia fumus aſcendendo deficit, & ſeſe dilatando evaneſcit; & quum peccatoris vitam, præſens felicitas comitatur, unde oſtenditur ut altus ſit, inde agitur ut non ſit. Explicat præterea magis locum pſ. 82. ex rota, quia peccator quum in præſenti vita profecerit in anterioribus, ideſt, æternis, ac permanentibus bonis, corruens, ex poſterioribus, hoc eſt, præſentis vitæ bonis, elevatur. Citat *b* item pſ. 36. *cpuſillum adhuc, & non erit peccator; vidi impium ſuperexaltatum*, &c. *tranſivi & ecce non erat, & non eſt inventus locus ejus*: præterea Jacobum *d*, qui de vita noſtra ſcribit: quod eſt *vapor ad modicum parens*, & Eſaiam *e* comparantem brevitatem gloriæ carnalis cum fœno floreque fœni, denique *dejici peccatores dum allevantur*, quia eo intrinſecus corruunt, quo male extrinſecus ſurgunt. *In ignem dejicies eos*, ait *f* alibi David, *in miſeriis non ſubſiſtunt*: & in Abdia Deus: *ſuperbia cordis tui extulit te: ſed ſi exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum inde detraham te, dicit Dominus*: iterum David *h* de ſeipſo: *elevans alliſiſti me*: nam quæ volumus graviter ad terram affligere, ſolemus alte extollere, & quo altius evehitur quis, majoribuſq; afficitur à Deo bonis, ſive naturæ, ſive fortunæ, ſive gratiæ, gravior poſtea & moleſtior eſt, atq; periculoſior ejuſdem caſus. *Nihil eſt tam miſerabile*, ait quidam *i*, *quam ex beato miſer*. Miſeriam hanc ipſam, ut pateretur quodammodo Chriſtus, paucis diebus excipi triumpho voluit ante paſſionem ſuam.

r ibidem. ſ hom. cont. deſpera. & ſuperb. 10. 5 Superbi cũ ſtuppa flammeſcente comparatio t hom. ac eo quod David dixit quis ſum ego? 1 u Eſa. 14. 15 x Luc. 10. 18 y Luc. 10. 13 z 1. ad Monimum c. 18 Summa & excellentiſſima corporis valetudo periculoſa. a lib. 1. epiſt. in 5. b verſ. 20.

c 17. mor. c. 15 d verſ. 10. e c. 4. 15. e c. 40. 6

Dejici peccatores dũ allevantur ut dicatur. f Pſ. 139. 12 g verſ. 3. h Pſ. 101. 11

Nihil tam miſerabile quam ex beato miſer icit. *in partis*.

Verſ. 19.) Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam.

Verſ. 20.) Velut ſomnium ſurgentium Domine in civitate tua, imaginem ipſorum ad nihilum rediges.

Senſus loci.

PErgens in ſermocinatione cum Deo, vel ea intermiſſa, ſecum ipſe loquens, vehementer admiratur iniquorum ſubitum ac improviſum caſum, priorisq; funeſtam felicitatis cataſtrophen, exciſionem, vaſtitatem, ſolitudinem, redactionem ad nihilum. Adhibet D ſimilitudinem ſomnii, quod ab experrectis ac evigilantibus illico vanum & inane deprehenditur, ad eumdem modum fore, ut Deus (cum quo in colloquium redit, aut inchoatum continuat) in ſua civitate, ideſt, in cœlo, atq; in congregatione, & ſocietate ſanctorum, umbratilem & imaginariam illam felicitatem, & famam, quam iniqui apud mortales habebant, penitus deleat; illi autem excitati tandem de gravi ſopore, ac ſtupore, quo nunc tenentur, intelligant, quàm turpiter deluſi, ac ludificati fuerint, fictis falſiſque apparentium bonorum ſimulacris, quibus tantopere delectabantur, & gloriabantur. Tunc nimirum ſero licet, ſerio dicent: *Quid * nobis profuit ſuperbia? aut divitiarum jactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tamquam umbra*, &c. Ponuntur ibidem ſimilitudinem *nuncii, navis, avis, ſagittæ, lanuginis, ſpumæ, fumi, memoriæ hoſpitis unius diei*. De his egimus in commentario libri Sapientiæ. Nec ad Senacherib nec ad Babylonium Regem reſtringo ſententiam, ſed generalem eſſe cenſeo, ſicut præcedentes, & ſequentes, pſalmumque totum.

Umbratilis & imaginaria felicitas fama iniquorum.

* Sap. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Que-

Quomodo facti sunt in desolationem.) Hieronymus *quomodo vastati sunt*: conjunguntquidam sequens adverbium, *subitò*, ut per asyndeton subjungantur sequentia verba. Parum refert. *Desolatio* idem est, quod solitudo, Græcè, ἐρημωσις, quum destituitur locus habitatoribus, homo amicis, & aliis etiam rebus. Significat שמה *sciammah*, *admirationem* quoque, seu rem admiratione dignam & *stuporem* a; Hæc sunt novissima priùs indicata, ut Augustinus notat, & Olympiodorus *b*, sive ad mortem, & infelicem futurum statum pertinere velis, sive etiam ad ærumnosam hujus ipsius vitæ conditionem, in quam non rarò aliqui delabuntur ex ingenti aliqua pro peritate.

a Jer.8.21. Ezec.6. Eccl.

Subitò defecerunt.) Alii, *finem ceperunt*, seu *finierunt* aut *finiti sunt*, כלו *saphu*. *Laus impiorum brevis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti c & in puncto ad inferna descendunt, & maledicitur* radici eorum statim, quæ videbatur *firma* d.

b Iob.20.5.

d v.5.7.

Perierunt propter iniquitatem suam. Ambrosius, & *exterminati sunt*: duo Psalteria alia, *& perierunt propter iniquitates suas*. Hieron., *consumti sunt, quasi non sint*. Alii, *consumti sunt à terroribus*, vel *turbinibus*, vel *turbationibus*, vel *horroribus*, vel *commotionibus*, בלהות *min ballabeth*. Chald. מאתרונשו *meithroghescian*. Significatur interitus repentinus, ut tolet vi procellæ dispersa res levis, v.g. pulvis, palea, pluma; aut immissa divinitus fulmina, insolitive perdendi, ac veluti fulminandi modi, aut quòd horribilibus terroribus foris exanimati sunt impii, aut quòd intimo propriorum peccatorum horrore perculsi. Id facere Deum quandoque ostendi testimoniis & exemplis potest, sit satis modo, quod attinet ad externum pavorem *sonitus gradientis in cacumine pyrorum* e. Aliqui nomen illud בלהות *ballahoth*, ajunt esse quasi per methathesin pro בהלות *behaloth*, *terrores*, *formidines*, &c. Sumserunt forsitan LXX. terrores, ac turbationes, quibus iniqui alios turbaverunt, & idcirco reddiderunt ἀνομίαν, *iniquitatem*. Verè etiam nihil adeo horrendum, aut confusum (si derives à לב *balal*, *confudit*, unde בל idolum *bel*, & הבליח *thaulith*, *confusio scelus*,) quàm peccare. Legit, opinor, Hieronymus בל היות *bal, hejoth*, *non esse*, vel, בלוח *beloth veterascere*, vel הבלוח *baccaloth*, *vanitates*, quamvis non extet, nisi sub forma masculina חבלים *havalim*, quæ omnia optimè quadrant iniquitati, tum verò etiam, ut ratione illius peccator diabolo sit obnoxius.

e 2.Reg.5. 33.49.

Velut somnium surgentium Domine. Referunt alii, *Domine*, ad verba sequentia, & inchoant versum novum à *Domine*. Legunt autem in singulari, *exsurgentis*, duo alia Psalteria, & vetus, & Ambrosius, ac Augustinus: sed Cassiodorus, *exsurgentes*: in textu Græco ἐξηγερμένου, licèt videantur Theodoretus & Basilius legisse ἐξηγερμένων, quem quoque numerum sequitur Apollinarius ἐγρηγορότων. Hoc autem pacto senius est, quòd perierunt, vel ut somnium, &c. alio: quod Dominus, velut somnium, rediget in nihilum imaginem eorum in civitate sua. Hieronymus, *quasi somnium evigilantis Domine*. Chaldaicè *sicut somnium ab homine ebrio*: *qui expergefit à somno suo* (evanescit) *Domine in die judicii magni quum fuerint excitati de sepulchris suis, in furore imaginem eorum spernes*: vel, *sicut somnium hominis ebrii evigilantis, Deus in die judicii, magni surgere eos faciet, à domo sepulchri, & fremens imaginem eorum spernet*. Alii supplendo aliquid, *sunt velut somnium ab expergefacto homine*, aut *postquam expergefactus est* בחלום מהקיץ *chechalom mehakitis*. Comparat iniquorum prosperitatem, cum somnio evigilantis; sicut Esaias *f* cum *somnio visionis nocturnæ*, & *cum esuriente, qui somnians comedere sibi videtur, & sitiente, qui bibe, quum expergefactus, vacua sit anima illius, adhuc que sitiat*, ac esuriat *lassus*. Vel deletionem imaginis iniquorum, de qua membro sequenti, confert cum somnio, quod evanescit. Juxta modum priorem declarant Euthymius, & Nicephorus, & quidem ille de Babyloniis, qui jam transacta prosperitate sic dolebunt, ut solent, qui, quæ læta somniaverunt, his se currere postea deprehendunt. Eadem utitur iterum comparatione David *g*, *dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis*, & Job *h*: *dives quum dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos, & nihil invenet, apprehendet eum, quasi aqua, inopia*, in quem locum confule Gregorii *i* commentarium rursus *k*; *velut somnium avolans non invenietur; transiet sicut visio nocturna*. Item auctor Ecclesiastici *l*: *Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt: imprudentes quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia: hoc secundum, hoc visa somniorum: ante faciem hominis, similitudo hominis*. Philo *m* scribit somnium esse vitam hominum; nam sicut in somniorum visionibus, videntes non videmus, audientes non audimus, mente inaniter sine ullis veris objectis pingente sibi simulacra rerum non exsistentium; eodem modo etiam vigilantium imaginationes somniis sunt simillimæ; veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt, priusquam comprehendantur, avolant. Describit Lucianus *n* insulam somniorum, quum & portu & regia nomine somnum, & templo noctis, ac imposturæ, & aliis permultis, incolas ut plurimùm circumvenire alios, mendaces ac subdolos esse, vera perrarò loqui. Diceres esse civitatem, quam hoc loco vates noster memorat, quæ & dormientium est, simulque semper vigilantis Dei ac permittentis somnia, & vanitates iisdem conjunctas *o*. Idem Lucianus *p* quærentem inducit Micyllum, de importuno gaili cantu, quo tempore somnum nocte captabat, & dulciter somniabat, gallumque respondentem, videret, ne qui otiosus indulgeret somnioq; per somnium dives esuriret experrectus. Denique:

f c.29.7.8.

g Ps.75.6. h c. 27.19.

i 18.Mor.c.9 vel 1. K c.20.8. l c.34.1.2.3.

m *lib. de Ioseph.* Somnium vita hominum.

n 2.*verar. Histor.* somniorum insula Luciano descripta.

o Eccl.5.6.

p *in somnio, seu gallo.*

Sed q non longa satis gaudia somnus habet,
Nec descendet cum mortuis gloria eorum, sumentve omnia. Bene somnium suum dormiunt sæculares viri, ait Ambrosius *r*, qui licet sæculo vigilent, D. o dormiunt *s*, in tenebris sunt, & in tenebris ambulaverunt, nec resedit aliquod eorum boni operis vestigium, filii tenebrarum sunt privati Sole justitiæ, & splendore virtutis: quod legitur Ptalm. 89. *t quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt* vertit Hieronymus, *percutiente te eos, ut somnium erunt*, alii, *inundas eos* (hoc est, facis seu imperu quodam tenere eos, vel instar nimbi diffluere, vel rapis de mundo subitò quasi immissa inundatione) *somnus sunt*, ideſt, omnis eorum vita, & prosperitas somno somnioque similis. Hugo temporalia bona comparat cum somnio, quia somnians amplexatur somnia pro veritate, pro varietate morborum, varia somnia habet, extollitur de somniis: illudit per ea diabolus: exponi solent somnia contrario modo: incutiunt vanum timorem: de vivis mortuos faciunt: redeunte vigilia, evanescunt somniata: præludia sunt futurorum: securos efficiunt sola restat post illa memoria, quæ animum potiùs affligit, quàm delectet. Plura ex somnio orta proverbia, quibus fallacia denotetur fœlicitatis: hominem ipsum. Pindarus appellavit ὄναρ σκιας, *somnium umbræ*. *Visionis nocturnæ somnium* alius ex veris Prophetis *u* appellat: & noster iterum *viros divitiarum* canit *dormivisse somnum suum; & nihil invenisse in manibus suis* x: Arbitri nec non placet super hac re arbitrium:

r *in ps.* 118. *Serm.*7. s *hoc loco.*

t vers. 5.

Temporalium bonorum cum somnio comparatio.

u Esa.29.7.

x Ps.75.6.

Nocte soporifera veluti quum somnia ludunt
Errantes oculos: effossaque protulit aurum
In lucem tellus: versat manus improba furtum,
Thesauroque rapit: fulor quoque proluit ora,
Caadidiorque dies secreto favit amori.
Et mentem timor altus habet, ne fortè gravatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit: animus quod perdidit, optat,
Atq; in præterita se totus imagine versat.

Lege Chiliad. 1. Cent. 7. Adag. 87. & Delrii nostri adagium ad hunc locum.

In civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.) Hieronymus, *in civitate imagines eorum ad nihilum rediges*. Psalterium quoque Romanum, & Gallicanum, & Ambrosius habent numero plurali *imagines*, idem Hieron. *y* alibi *dissipabis*. Alii (*quum suscitabis, imaginem eorum spernes*: ideſt, dum suscitabis mortuos, imaginem, vel figuram eorum spernes, hoc est, animam factam ad imaginem Dei; resurgent enim aliqui *in opprobrium z*, aut fulgorem illum externum totum

y in c.8 Ec & 14 & 16 & 26 & in c. 10. Ecclesiast. z Dan.12.2.

pom-

pompæ, auctoritatis, gratiæ, sapientiæ, prudentiæ, quem mirari mundus in proceribus solet, & in quo sibi tantopere placebant iniqui, quam & Paulus *a* vocat *figuram mundi*, & *in* qua *imagine* dictum est Psalmo 38. *b* quòd *pertransit homo*, demonstrabis in die judicii fuisse dumtaxat apparentem, imaginarium, vanum. Favet Paraphrastes: *Domine in die judicii magni, quum fuerint suscitati de sepulchris suis, in furore imaginem eorum spernes*; aut *Deus in die judicii magni surgere eos faciet à domo sepulchris, & fremens imaginem eorum spernet*: aliter quidam de tempore præsenti exponunt, ut id, quod est dictum, Deus demonstret, quando suscitabit, & transire faciet illa omnia, vel quum signum aliquod potentiæ, ac providentiæ suæ cœperit edere, & perturbatum rerum mundi statum propter improbitatem nonnullorum, restituere in alium meliorem. Oritur æquivocatio ex בעיר *bahhir*, quod potest esse, vel verbum, vel nomen cum littera servili uni una expressa, nempe (ב) *beth*, & altera implicita, videlicet (ה) *he* בהעיר *behahhir*, nam עיר *hhir*, quatenus verbum à עור *hhir* significat *suscitare*, & simul, ut nomen, *civitatem*. LXX. & Hieronymus etiam secundo modo, & quidem facilliore acceperunt. nomen *imaginis* Hebræum est singulare, cum affixo צלחם *tsalmam*, in quo etiam numero extat Latinè, in editione Hieronymi apud Victorium.

a 1. Cor. 7. 31
b ver. 7.

Difficultas est, quid *imaginis* & *civitatis* vocabulo intelligatur, præsertim, ut dicitur Dei, etiamsi Hebraicè desit pronomen respondens Latino, *tua*; & Hieronymus, aliique Hebraizantes omiserint. Basilius, Theodotetus, Euthymius, Nicephorus, felicitatem temporariam Babyloniorum, ut *somno*, de quo in priore membro, sic *imagini* similem, quæ imitatio tantùm externa veræ rei est, in civitate Jerusalem, quæ chariſſima Deo erat, & Judæorum metropolis, qui retinebantur apud Babylonios captivi, hoc est, propter illam, & in gratiam ejus, quam illi adeo malè tractaverant, interpretantur à DEO in nihilum redigendam, breviquetantùm tempore duraturam. Si hoc admittimus, facilius est, *in civitate Dei*, explicare non propter illam (constructio namque durior esset) sed quia intra ipsam reversi Hebræi ex captivitate spreturi ac irrisuri erant attritam Chaldæorum potentiam à Persis: nec ita commoda expositio foret, *civitatem Dei* Babylonem intelligere, quòd eam Deus veluti subacturus esset, atque pro potestate alteri traditurus. De Sennacherib qui declarant, paullo apertiùs docent, quo pacto in ipsamet civitate Dei, quam obsidebat imago, ipsius, hoc est, felicitas, & potentia magna quidem in se, sed comparatione divinæ ficta & imaginaria, fuerit contemta, & ad nihilum redacta *c*.

c 4. Reg. 19. 35. 36. 37. Isa. 77. 38.

Sed antea dixi generalem sententiam, & sermonem psalmi totius esse de omnium iniquorum adumbrata, apparente, imaginaria, fallaci felicitate, quam talem esse, quamvis nunc tanti fiat aliquando tandem Deus, in sua declarabit civitate Jerusalem cœlestis, de qua etiam Ephrem *d*, quum singulis reddet *secundum opera* e, *& laus erit unicuique à Deo* f, & suis res cunctæ momentis veritque rationibus æstimabuntur. Hac ratione plurimi declarant locum istum, præsertim Latini, ita ut *imago* sit omnis mundi prosperitas, *civitas Dei*, locus ubi seipsum beatis communicat. Alludunt præterea ad imaginem Dei contemtam per peccatum à superbis divitibus præsertim. Nonne digni sunt, ait Augustinus, hæc pati, ut Deus in civitate sua, imaginem illorum ad nihilum redigat, quia & ipsi in civitate sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt? imago naturalis manet semper, obscuratur peccatis aliquo modo: ea, quæ consistit in configuratione conformitate gratiæ, & ad Christum tamquam ad exemplar & prototypum, penitus obliterari potest, justus autem, & quicunque piè honestèque se gesserit, intrat in civitatem DEI, & infert imaginem suam, ut in illa Dei fulgeat civitate, ut loquitur Ambrosius: inde inquit Hieron., *discedere*, jubentur *operarii iniquitatis*. * Videtur Chrysostomus citatus in 2. synodo Nicæna *g*, & ab Adriano *h* Papa I. imagines sanctorum approbando, usurpare hunc locum contra imagines prophanas; sed rursus Ambrosius *i* eleganter sanè, ad vanitatis conculcationem adhortans, ait: Tu deponis imaginem æterni Imperatoris, & erigis in te imaginem mortis. Ejice magis de civitate animæ tuæ imaginem Diaboli (civitas & insula somniorum dici potest, de qua ex Luciano priùs meminimus) & attolle imaginem Christi: hæc in te fulgeat in tua civitate, hoc est, in anima resplendeat, quæ obliterat vitiorum imagines, de quibus ait David: *Domine in civitate tua ad nihilum deduces imagines eorum*. Quum enim depinxerit Jerusalem Dominus ad imaginem suam, tunc adversariorum omnis imago delebitur. Huc usque ex Ambrosio, quem etiam lege in 6. Exameron *k*, ubi de duplici imagine Adam terrestris & cœlestis & quòd prior intrare in civitatem Dei no potest, sed ille cujus in fronte agni nomen scriptum est.

d sem. 1 ser. de non suspe. bus his tempor.
e 1. Pet. 1. 17.
f 1. Cor. 4. 5.

* Luc. 13. 27
g Actione 4. & 6. Hujus loci usur patio contra ima ines pro hanas.
h in scripto hc imaginib. d 1. offic. c. 49.

Kc. 7.

Sed litteralis sensus est, ut *imago* designet quicquid ad pompam, fastum, celebritatem, insigne ac notabile est, velutique effigiatum, & coloribus expressum, ut suæ etiam nobilitatis indices imagines vetustæ, ac famosæ, tituli ac nomina, quæ *vocare* solent homines *in terris suis l*, de quibus item Augustinus *m* accipit hunc locum, appellans vanas glorias famosi in terra nominis, *vanitates & insanias falsas n*. Deus in civitate sua etiam nunc & de alto solio gloriæ suæ despiciens, has in charta cordis humani delineatas inanes imagines, interdum redigit ad nihilum; ut substituat alias divinas, atque veluti describat cœlestem Jerusalem, imprimatque desiderium illius, & bonorum æternorum. Putant stolidi homines non videre Dominum, *quæ faciunt unusquisque in abscondito cubiculis sui* o: Hebraicè משכיתו בחדרי *bechadre maſcitho*, *in cubiculis depictis*, seu *in cubiculis picturæ suæ*. De eodem nomine משכית *maſchith* repete, quæ dixi versu 7. In illa cœlesti aula tota elegantibus peristromadis adornata imagines hæ ac picturæ nostrates nihili ducuntur, & deridentur tamquam somnia depicta, vel somniatæ picturæ. Explanans citatum Ezechielem Hieronymus *p*, ait in nostri templi parietibus idola depicta ostendi, quomodo omnibus vitiis subjacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imagineſque diversas, & de his in hoc Psalmo sermonem esse, ac in 38. *q* Verumtamen *in imagine* ambulat, seu *pertransit homo*, nec ullum esse, qui aliquam imaginem non habet sive sanctitatis sive peccati. Præterea *r* scribit, quum in uno nomine, tam diversa sit facies animorum, Prophetam deprecari ut in civitate sua imaginem, & similitudinem Dei, inquit, conditi simus, ex vitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. Deinde, ait, exemplo histrionum, nos tot habere personarum similitudines, quot peccata. Tandem dicit exponens Ecclesiastem *, scribentem *s*, quòd *labor stultorum affliget eos qui nesciunt ire in civitatem*, Philosophos veritatem omni quidem studio quæsiviſſe, sed quia non habuerint ducem & prævium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad civitatem minimè pervenisse, de qua hoc loco; omnes enim umbras, & diversas imagines atque personas, quas sibi in varlis dogmatibus induerunt, in urbe sua Cominum dissipasse, hoc est, in Ecclesia. R. Moyses *t* docens hominem factum ad imaginem Dei, secundum animam, non secundum corpus, ne quis credat Deum corporea forma præditum, producit prælentem locum, quia contemtus adhæret animæ, tamquam forma spiritualis, & non membris, vel formæ eorum. Sed quidquid sit de illo, posset enim quoque dici contemtus de corpore: non approbo Galatinum *u*, quum argumentatur, despici quidem peccatorum imaginem, sed ad nihilum nequaquam redigi, & infert apertè liquere nostræ editionis auctorem non rectè traduxisse, *ad nihilum rediges*. Traduxit eodem pacto Hieronym. in editione ex Hebræo: & versu 22. cum de seipso David juxta eamdem editionem nostram, ait ad nihilum redactum esse, non intelligit de propriè sumta annihilatione; sicut nec aliquot aliis in psalmis *x*, in quibus est eadem phrasis, & vulgo etiam ita loquimur, ut *ad nihilum redigere*, aut *annihilare*, usurpemus pro eo quod est valdè despicere, spernere, contemnere. Solent reorum quorundam imagines proscriptorum & absentium, publicè proponi, tamquam extremo supplicio affectorum, suspendii, ignis, &c. ad eumdem modum, donec palam & publicè sistantur injudicio reprobi, eorum quasi statuæ imagineſque luentium æternam pœnam, exponuntur cum inscriptione causſave, per divinam scripturarum sententiam pro-

Litteralis sensus.

l Ps. 48. 12. mis, de civ. c. 21.
n Ps. 39. 5.

o Ezech. 8. 12

pin. c. 8. & 14 & 16. & 20. In nostri templi parietibus idola depicta quo modo ostendi dicantur.
q vers. 7.
r Epist. 18.

Tot habemus personarum simi litudines quot peccata.
* in c. 10.
s c. 10. 15.

R. Moysis hujus loci productio ad quid.
t 1. direct. dubior. c. 1.
Galatini argumentatio minus probata.
u lib. 2. c. 8.

x Ps. 14. 4. Ps. 57. 8. Ps. 59. 14. Ps. 77 59. Ps. 107. 14.
Ad nihilum redigere, annihilare, ut usurpetur.

pronunciata. Quamquam quod notat Valentia, non-
nullorum etiam imagines ac statuæ comminutæ, ac in
hilum redactæ sunt. Exempla colligit Auctor theatri
a, nec desunt haud ita vetera exempla. Sed in antiquis
illustre Sejani b. Attingit id Ambrosius in genere, mo-
nens, ut videamus in civitatibus bonum principum ima-
gines perseverare, deleri imagines tyrannorum.

Sumit præterea tropologicè Hugo *civitatem* pro Ec-
clesia, *imaginem* pro inutili prælato, seu pastore, quem
vocat Zacharias *c idolum*, item pro Religione, ubi ad
nihilum redigi debent imagines, idest, cogitationes
de sæcularibus & temporalibus.

a *volu.3.lib.10.pag.1027*
b *Dion.l* 58.
In civitatibus bonorũ principum durãt, imagines tyrannorum, delentur. Tropologia
c *c.11.17.*

Vers. 21.) Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt,

Vers. 22.) Et ego ad nihilum redactus sum, & nesci-
vi. B

Sensus loci.

POstquam intellexit, ac exposuit divina de iniquis judicia, longè ab eo judicio diversa, quod ipse fe-
cerat, nonnihil offensus eorum prosperitate, ut initio
Psalmi dixit, jam agnoscit, ac profitetur se tunc immo-
derato quodam zelo, vehementi cogitationum procel-
la æstuasse, agitatumque fuisse corde irrequieto, &
commutatis interioribus animi contra iniquos affecti-
bus, nec non etiam aliquo modo immutatis, ita ut illa
ipsa concupiscere inciperet, quibus iniqui vocabant, &
delectabantur; parumque abesset quin imprudens pa-
rumque cautus, nec rationem perpendens judiciorum
divinorum justissimorum, virtute deserta, prolaberetur in peccata, & redigeretur, faciens gratiæ Dei jactu-
ram, in nihilum, & bestiæ similis efficeretur ob igno-
rationem. Vel certè ait, se quæstionis illius difficilli-
mæ solutionem percepisse, non proprii vi ingenii, sed
instinctu ac impulsu quodam divino, quum se sentiret
inflammatum discendi desiderio, nihilque inquirendo C
humanas ac terrenas ratiocinationes promovere, easque
inanes & nullius momenti esse. Vel trahendo sententiam
inclusivè, usque ad versum 24. significent iniquos post
prosperitatem periisse, ac in nihilum eam illorum qua-
si imaginem redactam: è contrario se dextra manu Dei
substentatum, benevolentia magna deductum, cum glo-
ria exceptum, dum varias expertus tribulationes, &
angores, nec satis intelligens qua de causa etiam si tur-
baretur interdum, tamen de constantia, deque sana
sententia, & sincero Dei cultu abduci se non sineret,
ejusdem Dei nixus auxilio. Conflari unius integer, ex
his quasi partibus, potest sensus litteralis. Dispicienda
singula cum mysticis quæ occurrent.

Quia inflammatum est cor meum.) Hieronymus, *con-
tractum*. Alii, *profectò excanduit cor meum*: vel *quasi
aceto acri perfusum*: vel, *veluti acrore affectum*: vel,
acetosum factum: vel, *acerbum*: vel, *tamquam fer-
mentatum*. Chaldaicè (*etenim senuit*, aut *compungetur*,
seu *sensit*, aut *compunctum est cor meum*.) In emendatis
Græcis ἠυφράνθη, *delectatum est*; quo etiam pacto legi-
tur in Psalterio Latino vetere, & Romano, atque apud D
Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum. In Psalterio
Gallicano, *exarsit*. Nullum reperi Enarratorem Græ-
cum, qui non sequatur vulgatiorem editionem ἐξεκαύθη.
Hebræum יתחמץ *jithchamets*, à חמץ *chamets*, *fer-
mentare*, *irasci*, *opprimere*; unde etiam nomen חמץ
chomets, & *acetum*, & *fermentum*, quia nimis fermen-
tata pasta gustum acidum habet, significat, *irascetur*,
exacerbabitur, *perturbabitur*, sumto autem futuro pro
præterito, ut sæpe fit, rectè transtulit interpres Græ-
cus, ἐξεκαύθη, & Latinus, *inflammatum est*; Hiero-
nymus, *contractum*, idest, oppressum, & constrictum,
quam vim habent acetosa. Non satis video, quid sibi
velit, *delectatum est*, nisi figurata oratione fermenti qua-
litas ad meliorem trahatur partem, in qua nonnum-
quam sumitur d, non tantùm in malam e. Eam delecta-
tionem, Augustinus & Cassiodorus intelligunt malam,
quum inciperet David iis delectari, quibus iniqui. Am-
brosius, bonam, ex consideratione eorum, quæ de in-
felici exitu dixerat iniquorum, justaque providentia

Fermentũ nonnũquã in bonam partem, sicut in malam sumtũ.
d *Matt.*13. 39.
e *c.*16.6.11. 1.*Cor.* 5.6.7. 8.*Gala.* 5.9.

Dei, qui humana curat, & respicit. Rursum Augu-
stinus concedit de bona delectatione in Deum. *Inflam-
matio cordis* magis ad litteram videtur, quam Græci ex-
ponunt indignationem, ipsumque *zelum* nominatum
initio Psalmi, & Haimo ac Hugo vocant invidiam,
quam vetat auctor Ecclesiasticus f, *ne incendiaris flamma
ignis peccatorum illorum*. Beda *inflammatum* nominat
desiderium seu cupiditatem bonorum temporalium, e-
xemplo iniquorum. Valentia, vehementiorem volun-
tatem sciendi propositam illam quæstionem. Designat
maximè iram *inflammandi* verbum, sicut in uno prio-
rum Psalmorum g. *Concaluit cor meum intra me*, vel
cruciatus innuitur, qui & *ustio* quandoque nominatur.
Suspicatur Agellius legisse Lxx. שחמח *jisthammach*, à
שטח *samach*, *latari*: qui autem vertunt, *inflamma-
tum est* יתחטם *jithchammam*, à חם *cham calescere*, quod
prius docui, his suspicionibus non indiget. Post istum,
litteralior sensus Ambrosiano similis, ut exarserit cor
gaudio, vel Arnobii, ut amore Dei. Hunc Ruffinus
appellat ignem Spiritus Sancti, quo accensa corda ni-
hil nisi spiritualia desiderare possunt, ut idcirco cum
tanto contemtu temporalium sit locutus Propheta. Re-
migius amplectitur utrumque sensum. Bruno Carthu-
sianus explicat de flamma sapientiæ spiritualis: Diony-
sius, de zelo bono justitiæ ex igne Spiritus Sancti, eo
modo quo Jeremias h dicebat *factus sermonem Domini in
corde suo, quasi ignem exæstuantem*. Planè mysticus est
Hieronymi sensus de Christo, ut Patris faceret volun-
tatem.

f *cap.*8. 13.
g *Ps.* 38.4.
h *c.* 20.5.

Et renes mei commutati sunt.) Hieronymus, & *lumbi
mei velut ignis fumigans*. Alii, *lumbi mei seu renes com-
puncti sunt*, *quasi telo acuto*: vel, *aculeis punctisunt*:
vel, *renibus meis spinosus eram*: vel, *renibus meis acuar*;
aut, *acuam me*. Chaldaicè, *renes mei ardebant sicut
ignis*. Interpres omnia complexus est per *commoveri*; si-
ve quasi ob infixionem sagittæ, aut aculei, aut spinæ,
ac stimulationem & compunctionem, sive propter ad-
motas flammas *convulnerati* leguntur *lumbi* i *repleti do-
lore* k, *renes* & *cor uri* l, *à filiabus pharetræ* confodi m,
dissolvi n, *deficere* o. Lege quæ dixi Psalmo 37. p Caje-
tanus interpretatur voluntariam castigationem corpo-
ris, ut & per *cor acescens*; luctum spontaneum. In Psal-
terio Gallicano, & *renes mei immutati sunt*, in Roma-
no & apud Arnobium, & Cassiodorum *resoluti*: apud
Ambrosium, & *requieverunt renes mei*: quasi facta in
melius mutatione, quia ex maxima fatigatione veteris
imprudentiæ requievisse, inquit, se dicit, per agniti-
nem boni cœlestis, & gratiæ. Innuit etiam lectionem,
quæ habet, *resoluti*: dicens quòd resolvuntur & requie-
scendum cœlestis agnitione doctrinæ, & quasi pulchro
quodam fulcro cœlestium præceptorum subnixi foven-
tur. Eamdem resolutionem Arnobius in bonam partem
accipit, nempe ad castitatis libertatem, à mali exem-
pli, quod iniqui dederant, vinculo: Id Hieronymus
etiam secundum nostram editionem applicat ad Chri-
stum, ne prævaleret ei luxuria cogitationis humanæ.
Nicetas verò Nazianzeni scholiastes q universè de ca-
stitate declarat, & Augustinus hoc loco præter malum
appetitum prosperitatis mundanæ, intelligit etiam li-
bidines mutatas in castitatem. Contrà Cassiodorus in-
terpretatur malam resolutionem, atque instabilitatem
mentis, & inconstantiam, dum commotus prosperita-
te iniquorum, incauta præcipitique voluntate ferretur
in eamdem. Propius accedit hoc ad litteralem sensum,
& editionem nostram, & indicat magnam agitationem
mentis in investigatione sæpe dictæ quæstionis, aut quòd
evaserit voluntas quodammodo, & mens carnalis; alia
faciunt magis tropologiam. Nec ita placet alius dicen-
di modus Agellii, ut David optet & oret imaginem ini-
quorum, seu prosperitatem, in Dei civitate, ad ni-
hilum redigi, ita ut lætetur cor ejus, & renes de dolo-
re in gaudium, in cognitionem de ignorantia commu-
tantur. Hebræum verbum, quod modò extat, est
אשתונן *esthonam*. Habet verisimilitudinem conjectu-
ra Richardi Cenomani, lectas à Hieronymo voces duas
אש עשן *esch hhasetan*, *ignis fumus*, supplendo velut
תנן *thenan*. Alii r malunt Chaldæum nomen etiam
pro *fumo*: à LXX. quod etiam sentit Genebrardus
habitam rationem radicis שנת *scianah*, quod est
mutare, non autem שנן *scianan*, quod *acuere*: &
si fatendum est illam formam hitpael ex quadrato

i *Job.* 16.14.
k *Esa.*21.13.
l *Ps.*25.2.
m *Thr.*3.13.
n *Ezech.*29. 7.*Dan.*5.10 o 1. *Mach.* 2.24.
p *vers.*8.

Hieronymi applicatio.

q *in cat.*40 *Nazian.*

Agellii minus grata interpretatio.

Richardi Cenomanĩ conjectura.
r *Auctor. Thesaur.*

poel non ita convenire radici שנה *scianah*, ut norunt periti grammaticæ. Fortassis erat ætate LXX. אשתנה *esthanneh*, in futuro. In ista commutatione spectare possumus tremorem qualis in renibus zelantis Mathatiæ. *a*

a 1. Mach. 2. 24.

Et ego ad nihilum redactus sum.) Hieronymus, *& ego insipiens*: alii: *imprudens*, *ignarus*, *stultus*, *bestialis*: Chaldaicè, *stultus*, שמיא *sciatia*, cui simile Gallicum *sot*. Vocabulum Hebræum בער *bahhar* à themate בער *bahhar*, *ardere*, *succendere*, *depascere*, significat *insipientem*, itaque vertitur Psalmo 91. *b* aut *stultum*, ut in 48. *c* & בעיר *behhir jumentum* à depascendo, quia & stulti ac delirii, plerumque voraces, & aliis noxii, Rectè igitur assecutus interpres sensum, eo modo vertit, quasi dicat David se corde inflammatum, renibus defectum, toto corpore exesum, & consumtum, & penè etiam ad insaniam redactum, & in bestiam translatum (quod adhuc postea magis exprimit) dum se ipsum vexat inaniter ac sine fructu meditatione molestissimæ quæstionis toties repetitæ, de providentia Dei, & iniquorum secundis rebus, & ad eas etiam inhiare videtur, quasi exhauriens spiritum totum, & vires, redigensque se ad nihilum, rerum quæ nihil sunt appetitione. Pœnam potiùs quam contemtum significat hoc loco ista formula, quam sic reddit Apollinarius:

b *vers.* 7.
c *vers.* 13.

Α᾽υπὸρ ἐγὼ μάστιγι δαμεὶς ἃ ἢ δὲα θυμῷ,
At ego flagello domitus non cognovi animo,

Cajetani explicatio. Alienior sensus litteræ.

Hìc quoque Cajetanus explicat, justos patienter ferre, quod habeantur bestiales, & videantur ejusmodi ignominias, perinde ac si bruta essent, non percipere. Alienior sensus à littera, quemadmodum & Remigii de humiliatione voluntaria, ut magnificetur Deus: Arnobii, de ignoratione, quod *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam* d. Hieronymi de Christo, qui se humiliatum, & ignorantem dicat, ut verum hominem monstret, quod ipsum cautè intellige non de vera ignorantia, etiam ut Christus homo erat, sed quia ignorans haberi voluit. Similes isti sententiæ sunt hæ. *Combussit* e *eum in circuitu*, *& non cognovit*, *& succendit eum*, *& non intellexit*: & *f*, *percussisti eos*, *& non doluerunt*, & *verberaverunt* g *me*, *sed non dolus*, *traxerunt me*, *& ego non sensi*: &, *comederunt* h *alieni robur ejus & ipse nescivit*. Accommodativè, ut solet Bernardus *i*, ait se ad nihilum redactum, idest, ad peccatum, & nesciviste, quia non erat ibi, quum primus parens devoravit eum morsu amarissimo. Denm solum esse, qui absolutè *k* sit nos propter hoc nihilum corde confractos esse, & corpore defluere in voluptates, in amaritudines, habere innatam culpàm, pœnam cognatam, totos fluidos & enerves esse: non videri participationem & conventionem nobis, qui non sumus ad illum esse qui est; tam diversa non posse conjungi, nisi quod alio versu postea dicitur, adhæreamus Deo.

d Rom. 8. 18.
e Esa. 42. 25
f Jer. 5. 3.
g Prov. 23. 35.
h Osea 7. 9.
Bernardi accommodatio.
i Ser. de tripli. robor. vincul. &c.
k Exod. 3. 14

Et nescivi.) Hieronymus per nomen (*& nescius*) quemadmodum præcedente membro, *insipiens* utque ità ferè transtulit Symmachus utrumque membrum, ἠμαυρωμένος καὶ εἰδὼς. Augustinus, *& non cognovi*. Ponitur pro futuro præteritum, ut sæpè aliàs: est enim אורע *edahh* futurum. Quid *nescivisse* dicat, dixi, nempe vel quo pacto expediret quæstionem hactenus tractatam, & quomodo redactus esset in nihilum. Relege dicta, mempto præcedente.

Vers. 23.) Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

l Ps. 31. 9.

FAtetur se bruto simile factum, & sicut equum & mulum, *quibus non est intellectus* l, neque alia curant quàm præsentia, in expendendis consiliis divinis, & concupiscendis externis, temporalibus, sensibilibus bonis, magisque distasse à sapientia providentiaque divina partibus infinitis, quàm bruti distet cognitio ab hominis scientia: tamen divina gratia factum esse, ut non recederet à Deo, errans in fide, & Religione, sed fixus apud eum permaneret, quamvis penè moverentur A pedes, effunderenturque gressus, nec leviter concuteretur. Vel hoc ait, ut ferè Græci explanant, iniisse optimum consilium in re tam ardua, & adeo gravi tentatione, ut se ante conspectum Dei, reputaret velut jumentum, ac Dei simpliciter subjiceretur imperio, curiosè non inquirens consiliorum, judiciorum, & divinæ voluntatis rationem, non obmurmurans adversus illam, nihil ab ea profectum revocans in dubium, sed se sinens trahi, moveri, agi, & quovis onere tribulationis gravari, semper affixus illi, nec latum unguem recedens ab eo; hac dumtaxat ne distans à bruto quòd certa mentis deliberatione, definituque voluntatis proposito, sentire ac velle debere statuat quidquid sentiat & velit Deus. Pergit Hieronymus in allegoria de Christo, qui se factum jumentum dicat in portandis peccatis hominum, sed ita ut semper quatenus Deus, in Patre sit, in ipso Pater, & ratione humanitatis numquam recedat ab ejus voluntate; & hoc pacto, ut Ambrosius notat, desinat homo esse jumentum, incipiatque homo esse gratia Dei, qui per imprudentiam prætendebat in- B sensibilitatem, & inscientiam bestialem. Idacius *m* de Christo hunc locum, cum aliis similibus interpretatur; ut doceat quo pacto intelligatur, quòd Christum Deus fecit, seu quòd sit factus Christus. Laudabile docet Euthymius esse, ut apud Deum nos ipsos existimemus tamquam jumenta, quamvis contrà reprehensibile sit, ut jumentum haberi apud Dæmonem, ut est in Psalmo 48. n *homo quum in honore esset*, *non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus*, *& similis factus est illis*. Nyssenus o primis verbis affectionem rationis expertem demonstrari scribit: posterioribus modum conjunctionis cum Deo, ut & nos discamus quomodo qui prius instar jumenti erat, postea cum Deo consocietur. Fidei simplicitatem, quæ requiritur à nobis in hac vita, probat hinc etiam Ambrosius p: supra nos enim esse scire altitudinem sapientiæ; satis esse nobis ut credamus. Bernardus comparans præsentem cum loco Psalmi 48. q ubi probro dicitur comparatum esse hominem jumentis insipientibus, jubet nos jumentum Christi esse, cum Propheta, quem ait hìc loqui Deo cum quadam congratu- C latione; honorabile esse homini sub onere Dei non recalcitrare; nec esse qui non invideat plurimum illi jumento, cujus humili tergo ad commendationem tuæ manluetudinis dignatus est sedere Salvator r, si cum illius tam pretiosi oneris, gestatione intelligentiam quoque tam singularis habuisset honoris: patienter substinendum à nobis onus, sed honorem intelligendo, & sapienter, ac delectabiliter cogitando tam ipsius oneris qualitatem quàm propriam utilitatem, egregiam planè titulum dignitatis, & commendationem honoris immensi esse, quo Ignatius Mariam, datis ad eam Epistolis, consultat, vocans Christiferam; cui enim servire, regnare est; gestare hunc non onerari esse, sed ornari. Huc facit præterea, quod Ecclesia, & fidelis quælibet anima comparatur cum *quadrigis Aminadab* s, in Cantico canticorum, ut exponunt tres Patres apud Theodoretum juxta lectionem LXX ἐθεντό με ἅρματα Α᾽μιναδὰβ *posuisti me currus Aminadab*, idest, inquiunt illi, currus me suos constituit, quæ disciplinis eum in me ipsa, ad vos, habita cujusque vestrum ratione præferrem. Tradit eamdem allegoriam loci ex Cantico canticorum Ambrosius *i*, & alterius ex eodem libro de *u* equitatu, quem etiam Origenes eodem explicat sensu *x*, quatenus frenum disciplinæ admittitur, & *jugum* sponsi *suave* portatur *y*, & sinunt se aliqui spiritu Dei agi, & recipiunt Deum sessorem dorsu incurvato obsequentissimè, sed obsequio libero. Immo liberum arbitrium auctor hypognosticon *z* apud Augustinum *a* jumento rectè comparari docet, & gratiam sessori, quia sicut jumentum animal vivacissimum, ut dometur, inquit, ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis se, ad ejus proficere voluntatem, ita & liberum arbitrium, quod vulneratum vivit in homine gratia Dei apprehenditur de armento luxuriæ sæculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas voluntates, ut & malæ conversationis deposita feritate humilietur, & ut ad obedientiam ad opus Domino necessarium corrigatur, & ita per ejus semper curam, incipiat in Dei proficere voluntatem. Plura idem ibi de comparatione liberæ voluntatis & gratiæ cum

æquo

Allegoria.

m *Conc. Farimundum.* De Christo interpretatio loci.

n *vers.* 12.
o *Tract.* 1. *in Ps.* 6, 6

Fidei simplicitas in nobis requisita ex hoc loco probata.
p 1. *de interpell. Job. a.* 9.
q *Serm.* 7. *in Ps.* 90. *v.* 12.
Jumentum Christi esse debemus.

r Matt. 21. 9

Maria Christifera ab Ignat. consalutata.
s *Cant* 6. 11.
Ecclesiæ & fidelis cujuslibet animæ cõparatio cũ quadrigis Aminadab. Allegoria.
t *in Ps.* 118. 90. *c.* 2. *lib.* 3. *de virginibus* 2 *de Abrah. c* 8 *lib. de Isa. ac c.* 8. *li. de Naboth. c.* 15. *u c.* 1. 8.
Liberi arbitrii cum jumento recta comparatio.
x *Homi.* 2. *in Cant.*
y *Matt.* 11.
z *lib.* 3. *c.* 11.
a *tom* 7.
Liberæ voluntatis & gratiæ cum equo & sessore comparatio.

a *Ser.* 13. *de verbis Ap. c.* 10. & 11.
b *Rom.* 8. 14.
c *in Ep. Job.*

equo & sessore. Sed Augustinus *a* diserte declarat, quo pacto salva libertate agamur, ut Apostolus *b* loquitur, *spiritu Dei*, docens, quòd nisi Deus regat, cadimus: nisi ille regat, jacemus: Agimus autem, ut agimur, ac tunc benè agimus, si à bono agamur; adjuvamur, quia & ipsi aliquid agimus, si à bono agamur; adjuvamur, quia & ipsi aliquid agimus. Idem *c* præterea monet: Ergo humilis porta Dominum tuum; esto jumentum sessoris tui. Bonum namque tibi est ut ipse regat, & ipse ducat; nam si ipsum sessorem non habueris, cervicem erigere potes, calces potes mittere, sed væ tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Eodem spectare possunt aliàs dicta de non *calcitrando contra stimulum* divinum *d*, illud quoque Hieronymi monitum ad Salvinam *e*, nostrum esse voluptatis ardorem majore Christi amore restringere, & lasciviens jumentum, frenis inediæ subjugare, ut non libidinem, sed cibos quærat, ac desideret, & sessorem Spiritum Sanctum, moderato atque composito portet incessu. Hoc assequeretur faciliùs, qui animam sessoris dabit loco corpori: & paleis non hordeo id nutriet, ne lasciviat, & calcitret, ut Hilarionem & dixisse & fecisse scribit idem Hieronymus *f*, fame conficiet & siti, gravi onerabit pondere, per æstus indagabit & frigora. Gregorius *g* quidem etiam æquum docet unicuique Sanctæ animæ corpus suum esse, quod novit & ab illicitis continentiæ freno restringere, & rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare.

d *Act.* 9. 5. Hieronymi salubre monitum.
e *Epist.* 9.
f *in vita.*
g 31. *Mor. c.* 9. *vel* 13. Unicuique] sanctæ animæ animæ æquum suũ corpus est.
k *tract.* 24. *in Matth.*

Lenit comparationem, hoc loco, particula *ut* sive *velut, tamquam*, &c. ut observavit Origenes *h*, volens indicari Ascensionem verbi super nos, quum alioqui, quantùm ad Deum, jumenta sint nobis multo prudentiora, & quantùm ad Christum, simus oves ejus, quoniam tanta, inquit, distantia est inter eum & nos, quanta inter hominem, & qualecumque jumentum. Idem indicat Hieronymus *i*. At sunt nonnulli, qui quasi *pulli onagrorum se liberos natus putent* k, nec ut jumenta domestica præceptorum loris, ut idem notat Gregorius *l*, mentis colla subjiciunt, ut vitæ præsentis itinere ad nutum præsidentis pergant. Exemplum ponit bene ligati loris istis Propheta noster, prout verba præ se ferunt, quæ tractamus, & agrestioris priùs quasi jumenti, Sauli recalcitrantis *m*, *Cognoscunt* pia jumenta *possessorem suum*, & *præsepe Domini* n *sui*, in quo positum est eis piissimum fœnum, ipse qui panis est Angelorum, inquit Bernardus *o* Idem lectu dignus in sermonibus de Dominica in Ramis Palmarum. Inter alia dũ comparat *p* processionem Christi ingressumve in Jerusalem cum processione cœlesti, in ea jumentum irrationabile observat fuisse, ideoque nunc dici *ut jumentum*. Præterea *q* designari vult duros corde & animos quodammodo bestiales, virga & calcaribus egentes; posse tamen si disciplinam ferre velint, de jumentis in homines commutari: interim nullos propiores esse Christo, qui *prope est tribulatis corde* r. Repete si placeat quæ dixi ad verba Psalmi 35. *homines & jumenta salvabis Domine*. Tropologia etiam quam hìc Hugo tradit in partem utramque, satis commoda est. Sed longior fui.

h *in Abac.* 3
k *Job.* 11. 2.
l 10. *Mor. c.* 10. *vel* 15.
m *Act.* 9. 5.
n *Esae* 1. 3.
o *Serm.* 3. *de circumc.*
p *Serm.* 1. Bernardi observatio.
q *Serm.* 2.
r *Ps.* 33. 19.
s *vers.* 7.

Ut jumentum factus sum.) Nec Hebraicè; nec Græcè extat comparationis seu similitudinis particula, & alicubi omittitur à Hieronymo *t*, video tamen omnes saltem subintelligere, & videtur involvi in nomine κτηνώδης, quasi dicas *jumentalis* vel *jumento similis*: parum refert quòd aliqui legant, *ut*, alii, *velut*: quidam, *sicut*. Prætermittit etiam Hieronymus *u* aliquando *factus*: quamvis, ut antea monui, vis à nonnullis fiat, tùm in participio, tùm in similitudinis nota. Augustinus, *quasi pecus factus sum ad te*. Nomen Hebræum בחמות *behemoth*, pluralis est numeri, & poni solet pro ingenti bestia, quæ videlicet multis æquivalere, videatur, sive agrestes sint, sive domesticæ. Sic significat David, se, ut vulgari sermone dicere solemus, magnam bestiam fuisse, hoc est, valde rudem, stupidum, & à ratione longiùs remotum, quando tantopere commotus, ac perturbatus est adversus providentiam DEI, & non consideravit, quis demum esse iniquorum soleat exitus. De Behemoth apud Job, Pineda *x* noster, & nos in Psalmo 49. *y*.

t *in Michæa c.* 6.
u *in Eccles. Haggæ c.* 3.
x *in cap.* 40. *vers.* 10.
y *vers.* 10.

Apud te.) Potest quoque עמר *hhimmach* verti *tecum* vel *ad te*, vel *coram te*. Paraphrastes expoluit, *reputans apud te*, videlicet significat, se quamvis aliorum, & suo interdum judicio videretur sapiens prudensque, revera ante judicium Dei vix differre à bruto. Videtur mihi locum totum Philippus de Portis eleganti Gallico carmine reddidisse unà cum tribus vocabulis, quæ sequuntur, hoc est, versus tres præcedentes.

Quand donc ainsi troublè mon esprit s' aigrissoit,
Et que maint aiguillon au dedans me percoit,
Iestois plein d' ignorance,
Une beste envers toy stupide, & sans discours,
Mais des tiens toutefois: car, Seigner, i' ay tousiours
Suyui ton ordonnance,

Satis ttita phrasi dicitur *quis esse cum alio*, qui partes ejus sequitur, illi est addictus, ipsi favet. Hic sensus interrogationis Josue ad Angelum; *noster es* הלנו אתה *halanu atthah, num nobis tu*, (nempe faves) *an adversariorum* z: Chaldaicè, *num ut nobis opem ferres venisti, an ut hostibus nostris?* & Christus, *Qui non est*, inquit, *mecum, contra me est* a. Sic Galli, *estes vous à nous, ou à nos ennemis*; & Virgilius *b*. *Noster eris*.

z *Josue* 5. 13.
a *Luc.* 11. 23.
b *Æneide* 2.

Et ego semper tecum.] Idem Hebræum עמר *hhimmach*, quod erat in priore membro, transtulerunt LXX. παρὰ σοῦ ibi παρὰ σοὶ. Vult dicere, quamvis adeo desipuerit, brutoque similis in judicando visus fuerit, nihilominus hæsisse in fide & Religione vera, non corruisse consensu voluntatis in fœdos illos errores, qui vehementer quatiebant animum ipsius, non recessisse à Deo per graviorem transgressionem legis, sed & vicissim se, tametsi multas expertus sit tribulationes, à Dei providentia, cura, protectione rejectum, vel destitutum non fuisse, immo tamquam jumentum hero & sessori semper subjectum fuisse. Græci de futuro tempore intelligunt, idque supplent, ut se, quæ juxta priorem modum dicebamus, proponat ac polliceatur facturum: tùm verò, ut de Deo cogitet, & loquatur quæ Dei sunt, ab illius memoria numquam recedat, sequatur providentiam ipsius haudquaquam curiosè investigans. Apollinarius ad præteritum retulit, expositque semper Deo charum exitisse.

Σὸν διωσχίων ἀγαθοῖς μεμελημένῳ ὄσοις.
Tuis jugiter bonis gratus oculis.

Vel, sub perpetua cura & favore oculorum benignorum tuorum, scilicèt etiam inter adversa, & tunc maximè. Nam *cum ipso sum*, ait Deus, *in tribulatione* c, & *Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde* d. Retuli priùs Hieronymi allegoriam de Christo qui numquam, sit separatus à Deo, ex quo ei conjungi cœpit, nempe, quia licet in morte desinente homine desierit unio Verbi eam illo, non tamen à partibus separatum est, moxque in Resurrectione integro homini Christo conjunctum est. Athanasius * hinc argumentatur inseparabiliter coæternum Patri Filium fuisse, huncque hoc loco de se loqui. Cajetanus explicat, de conremplativam & solitariam degentibus vitam.

c *Ps.* 90. 10.
d *Ps.* 31. 19.
[Allegoria de Christo.
Athanasii argumentatio.
* *lib.* 5. *de Trinit.*

D *Vers.* 24.) Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

Sensus loci.

MAgis declarat, qua ratione cum Deo semper fuerit, quia Deus ipse semper cum illo fuit suaque illius manu apprehendit, ac tenuit, nec dimisit, aut sivit vacillantem in impiis de providentia cogitationibus ruere, sed juxta beneplacitum benignæ voluntatis suæ rexit & dixit, faciens ut eam consectaretur, seseque ei conformaret in omnibus; &, si quas interdum pati res permisit adversas, atq; tribnlationes, & molestas illas tentationes quibus abjici videbatur in bruti naturam, cum ipso in iis exsistens, *eripuit eum, & glorificabit eum* e, decernens poh hujus vitæ miserias, gloriam beatificam in clara divinæ Sapientiæ, potentiæ, bonitatis, ceterorum attributorum, totiusque divinitatis contemplatione.

e *Ps.* 90. 15.

Allegoriæ.

Cassiodorus attingit allegoriam de suscepta natura humana à Verbo Divino, & ad cœlestem gloriã evecta.

Hieronymus, de descensu Christi ad inferos, de Resurrectione, de Ascensione: Arnobius: quòd tenuerit generi humano dexteram jam mortuo, jam fœtenti, duxerit à voluntate diaboli ad voluntatem suam, & assumserit in gloriam.

Sensus litteralis.

Ut sensum litteralem tradunt Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, reductionem populi de Babylone, quasi optimi ductoris instar, aut blandi Patris, Deus aberrantem filium, dextra illius apprehensa, domum reduxerit, atque à servitute liberans, præstiterit per gentes, transeundi facilitatem, atque illustrem reddiderit, & gloriosum. Sed, quod sæpius monui, angustior expositio est, alia ut angustior, & communior, ita verior.

Angustior expositio.

Tenuisti manum dexteram meam.) Hieronymus, *tenebras*, in duobus Psalteriis Romano, & Gallicano, atque apud Augustinum, *manum dextera mea*, fortassis legerant Græcè, ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, non autem ut nunc est, & esse debet secundùm Græcam constructionem. Idem contingit in Psalmo 120. *a Dominus protectio tua super manum dexteram tuam*; ubi etiam quos hic dixi, legunt, *manum dextera tua*. Immo utrobique Augustinus rationem hujus dicendi modi investigat; ac tandem pro potestate declarans *manum, dexteram*, æterna bona, quæ dabuntur constitutis ad dexteram Judicis *b*, ait *manum dextera* esse potestatem, quam concedit nobis Deus, ut si velimus, donante illo simus ad dexteram; quæ est *potestas filios Dei c fieri*, non valet autem nisi eam Deus ipse teneat, & protegat, *non permittens tentari supra id quod possumus* d. Nihil acutius & sapientius; At non dubito nihil aliud litteraliter significari, quàm manum quæ dextera est, hoc, & in alio Psalmo, nec *manum* potestatem designare, quamvis alibi eam significet, ut quum dicitur *mit imanus in aliqueme*, aut linguæ tribuuntur *manus* f, quæ Augustinus exempla profert, & nos in hoc opere priùs alia.

a *vers.* 5.

b *Matth.* 25. 34.

c *Joan.* 1. 12.

d 1. *Cor.* 10. 13.

Auctoris sententia.

Aml rosius docens, ita ut habemus, legi debere secundùm Græcum textum, quem etiam recitat, multa egregiè de præsentem locum observat, quæ prætereunda non judico. Ait indicari, nos à mutis animalibus separari, quibus cum priore versu comparati fueramus, & in hominum adscisci consortia, quæ Deus visitat, & tuetur; deinde illustrat quòd hic dicitur, verbis Psalmi 15. g *Dominus à dextris est mihi ne commovear*, de quibus repete dicta in commentario nostro. Posteà dicit, quum Adam oblitus est mandatum Dei, & voluntatem serpentis *b* implevit, manum ejus diabolum tenuisse, & ad lignum scientiæ boni & mali extendere fecisse, atque in illo præjudicatum omnibus, cœpisseque universis adversarium *à dextris stare* i; sed hujus maledictis duræ vincula, benedictione ista maxima laxari ideo Dominum Jesum *ad dexteram* sibi diabolum statuisse *k*, quia hominis causam locumque suscepit, & quasi bonum athletam permisisse, ut ille sibi ad dextram staret ut retrorsum repelleret *l*; nostrum cuivis, ne idem à dextris staret, dixisse, *veni* m, *sequere me*. Subdit *tenere manum dexteram* nostram Deum, ut jam peccare non possimus (idest, possimus non peccare) & lubrico antè fluctuabundi vestigio, fida jam possimus statione consistere.

e *Joh.* 2. 5.

f *Matth.* 12. 10.

g *vers.* 8.

h *Gen.* 3 13.

i *Ps.* 108 6.

k *Zach.* 3. 1.

l *Mat.* 4. 10.

m *c.* 19. 21.

Confirmat exemplo Petri, qui videri possit hanc totam pronunciavisse sententiam, quando eum turbatum Dominus vidit, & *extendens manum* dexteram suam, turbari non passus est, atque intrepidu firmavit incessu *n*.

n *cap.* 14. 31.

Tandem definit, *dextera* denotari actuosam animæ virtutem, quæ si Domini voluntate dirigatur, nihil aliud desiderat, nil quærit, nullas mundi hujus opes, nulla adjumenta desicit; ut quæ hic subjiciuntur, significant. Hactenus in summam redactus Ambrosius. Quod ultimo habet loco de *dextra* manus notione tropologica, traditur etiam ab Euthymio, & ferè à Latinis, ut per eam indicentur laudabiliores, & meliores actiones, quibus quis æterna sibi bona promereatur, & confessum ad dexteram. Convenunt præterea, *teneri manum dexteram à Deo*, quum tegit, defendit, juvat: & sumtam similitudinem ab optimo ductore, qui puerum, vel infirmum per se ire non valentem manu deducat; sic enim tantam esse imbecillitatem nostram, quod nominatim Ruffinus notat, ut in bono per se proficere minimè valeat, nisi eam divina virtus semper teneat & trahat. Ephrem *o* etiam agnoscit hìc illam comparationem pii ac boni patris, filium sibi charum habentes. Nyssenus *p*, Dei auxilium per mentis ad dexteram transitionem. Nazianzeni Scholiastes Nicætas *q* docet eum in Dei voluntate deduci, & *à dextera ipsius manu teneri* qui carnis affectum exuit, atque ad mandatorum ipsius observationem se confirmavit: Dei susceptionem atque auxilium esse quoque mentis ad res dextras & cum laude conjunctas impetum, & ad virtutem præitionem, & in tranquillo portu requiem. Hinc obiter simul intelligitur, quod alàs demonstravimus, honoratiorem quandoque esse sinistri lateris, manusve, certè utiliorem, quum quis dextrum tenet, ut alium tueatur, & protegat, quasi sinistra sua tenens illius dexteram, & dextera libera expeditaq; defendens, ac totius corporis oppositu, si sit opus, fungens in ea re lateronis & satellitis officio: cujus qui beneficio utitur, hoc quidem nomine honoratior est. Porrò Bernardus *r* tractans verba sponsæ *s*, *tenui eum, & non dimittam* occurrit objectioni, quo pacto hìc *tenere* dicatur sponsus, sive Deus, ibi *teneri*, vel sponsa tum *tenere*, tum *teneri*. Tenet, inquit, sponsa fidei firmitate; tenet devotionis affectu, at nequaquam diu teneret, si non teneretur: tenetur autem potentia & misericordia Domini. Audeo dicere quòd non tantùm non diu teneret, sed nec ullo temporis momento, si efficax gratiæ deforet auxilium.

o tom. 1. *ser. de non suscipiend. reb. hisce mortal.*

p *tract.* 1. *in Ps.* 6.

q *in orat.* 1. *num.* 113.

Sinistri loco ris locus ut honoratior quandoque.

r *Serm.* 79. *in Cant.*

s *Cant.* 3. 4.

Docet Cyrillus Alexand. *t* expendens ab Angelo *apprehensam manum* Loth, *& uxoris, ac duarum filiarum ejus*, ut educeret extra Sodomam *p*; id esse argumento evidentissimo, nos non verbis tantùm, & admonitionibus in animum admissis incitari, ut à peccatis recedamus, sed etiam ad eam erga nos benignitatem descendere omnium Salvatorem Deum, ut efficaci nos auxilio juvet, id sibi velle sententiam istam nostram. Non est opus monere, quod aliàs monuimus; monet autem quodam sermone Augustinus, *x* Deum humana forma & membris carere, tametsi dicatur hìc alterius *apprehendere manum dexteram*: Figurata locutio est frequens ac familiaris divinis litteris. Similis isti sententia inter alias est apud Esaiam *y*, *apprehendi manum tuam, & salvavi te*, & *cujus z apprehendi dexteram*: quod est, ut exponit Procopius, hoc ipso nostro citato loco ἀναλήψεως σημεῖον, *defensionis signum*. Lege etiam præcedentis Psalm. 15. *a.* 17. *b.* 59. *c.* 62. *d.*

t *de ador. in spirit.*

u *Gen.* 19 16 17.

Locus Geneseos expensus.

x *ser.* 122. *de diver cap.* 5. *Deus ut apprehendere manum dexteram intelligendus.*

y *c.* 42. 2.

z *c.* 41. 2.

Et in voluntate tua deduxisti me.) Hieronymus, sine particula conjungente, *in consilium tuum deduces me*. In bibliis Complutensibus, Regiisque, tum Græcis tum Latinis ἐν βουλῇ σου (*in consilio tuo*,) id quoque valet בעצתך *bnhbatsathecha*. Accipitur quandoque pro *voluntate, consilium*, & hoc pro illa, nec non alterutrius synonyma pro alteris; alioquin posset suspicio esse legisse ברצחך *birtsothecha* infinitivum à רצה *ratsah*, pro nomine, illos, qui verterunt *in voluntate*: & LXX. vertisse, ἐν βουλήσει aut βουλήματι. Tale quod Psalmo 30. e *propter nomen tuum deduces me*. Gratiam Augustinus interpretatur meritis oppositam. Sumi etiam potest *deductio* per viam, à Deo præscriptam & rectam, per quam *deducat spiritus bonus* f, docere *facere voluntatem Dei* g, legem ac præcepta observare.

a *vers.* 8.

b *vers.* 36.

c *vers.* 7.

d *vers.* 9.

Consilium pro voluntate & vicissim.

e *vers.* 4.

f *Ps.* 142. 10.

g *ibidem.*

D

σὺς ὑποθημοσύνης ἐμὲ θεῖ μάκαρ ἠγεμονεύσας:

Tuis præceptis qui me beatè deduxisti, inquit Apollinarius.

Ephrem *b* verò declarat, quòd exutam carnis voluntatem, & ad susceptionem & ad observationem mandatorum innixum, in voluntate sua Deus deduxerit. Postremò significat deductum se in cognitionem voluntatis & consilii divini, ut judicium ac voluntatem istam accommodaret Deo, etiam si penetrare rationes eorum non posset, atque difficultates experiretur circa providentiam ipsius; ut sæpe numero vidimus.

h *to.* 1. *serm. de non susp. pien. rebus hisce mome.*

Et cum gloria susceptisti me.) Hieronymus, *& postea in gloria susscipies me*. Alii, non supplentes præpositionem quæ non est in Hebræo, *& postea gloria susceptit me*. Gloriam futuræ præsertim vitæ intelligit; sed etiam præsentis, quæ consistit in particularibus quibusdam gratiis beneficiisq; In aliis Latinis Psalteriis est, *Assumsisti me*: & apud

Tropologia.

Tenere manus nostra dextera à Deo ut dicatur.

apud Ambrosium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum. Chaldaicè, *Et postquam completa fuerit gloria, quam dixisti te adducturum esse super me, accipias me*: vel, *postquam compleveris gloriam, quam dixisti venturam super me, accipies me*, ideſt, evocabis ex hac vita, aut evoces. Græci reditum populi de Babylone explicant, edicto Cyri, ad universas mundi regiones. Opinatur Agellius vertisse LXX. μετὰ δόξαν, *post gloriam*, & supplet σῦ *tuam*, quasi illa anteiret velut Dux, ne ipse aliò diverteret, ac aberraret. Item vertendo ex Hebræo, *& post, gloria assumes me*: exponit: voluntate quidem, seu consilio deduxisti me, quasi prævio Duce, & post, gloria tua susceptisti, & assumsisti: & allusionem vult esse ad Angelum, qui deducebat populum per desertum & ad duplicem columnam, quæ nominari potest, *gloria Domini*. Confirmat verbis Esaiæ *a*; *Anteibit ante faciem tuam justitia tua* (tamquam Dux præmonstrans iter) *& gloria Domini colligit te* (velut à tergo sequens cogensque ne erres, & exagmine digrediaris,) πρὸς ἀλῆθειαν, quod secundo affert loco probari potest: primum adversatur editioni Græcè ac Latinæ passim receptæ.

a 58. 8.

Vers. 25.) Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?

Vers. 26.) Defecit caro mea, & cor meum; Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Sensus loci.

ARdens jam cupiditate verorum & æternorum bonorum, atque gloriæ, cum qua se dixit assumtum, ideſt, assumendum, cœpit cogitare felicitatem cœlestem, & arguere se, inquit Augustinus, quia pecus fuit, & terrena desideravit. Affirmat, percontando se ipsum, & arguendo, nihil aut in cœlo, aut in terra esse, quod sibi esse gratum possit, vel dignum, in quod feratur desiderio suo, præter Deum verum: à nullo alio *DEO*, sive cœlesti, sive terrestri expectare, vel expetere opem, & felicitatem debere; quin etiam tantùm in se esse desiderium adhærendi Deo, ut præ magnitudine illius deficiat, languescat, contabescat, & caro; & spiritus. Tùm directo ad Deum sermone, singularem declarante affectum suum, vocat unicum Deum suum, unicè concupitum, solum cordis, & voluntatis objectum, solam hæreditariam portionem.

Potest etiam David intelligere de voto, desiderio, spe, quam projecerit in Deum totam, nec prosperas iniquorum res curans, nec adversas suas timens, dummodo unum à se Deum habeat, & illius nitatur auxilio; Hoc indicant Nicephorus, Basilius, Theodoretus; illud aliud Latini magis communiter, hoc non excluso, nec non Athanasius, qui appellat πᾶς ἄνω κατεύθυς, *quasursum sunt mansiones*; quo item pacto Ephrem *b*, Isidorus *c*, Chrysostomus *d*, Bernardus *e*, Nyssenus *f*.

b tom. 1. ser. de non suspiciendi rebus hisce momentan. Mystic. sensus.
c de conflictu viri, & viriorum in fine.
d hom. 5. in Ep. ad Rom.
e ser. de div. affect.
f tract. 2. in Ps. c. 6.

Mystici sunt alii sensus. Cassiodorus interpretatur, quid aliud petam, quàm quod mundo daturus es, nempe beneficium incarnationis? ego veritatis ignarus qualia priùs sperabam in terra? nimirum bona peccatoribus communia, quum tu beneficia parares in cœlo permansura. Arnobius loquentem facit Deo Christum. In terra positus ita cœlestem vitam exercui, ut dum in cœlum ascendero, nihil mihi supersit; quod in terra non impleverim, nihil enim *præter te volui super terram* & etiam si *defecerit cor meum*, & *caro mea* in passiones; pars mea, quia Deus est, non defecit; sed manet in sæcula. Tribuit Hieronymus eamdem orationem Christo, neque in cœlo, neque in terra alium præter te quæsivi, à te enim impleta est voluntas mea, ut mihi *flectatur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum* g. Euthymius refert duas alias expositiones, ut ipsemet Deus loquatur cum natura humana. Prior *quid mihi* aliud *in cœlo est* ab Angelis, nisi cultus, adoratio, atque obedientia? & *à te quidnam aliud volui in terra*, quàm ut eadem mihi præstares, quæ ab Angelis mihi sunt in cœlo? Posterior, *quid mihi in cœlo* aliud curæ est, quàm tu ipsa natura humana? *& à te quidnam aliud volui*, quàm utilitatem, & commodum tuum? non immorabor in dijudicationem; quum tamquam sensus mysticos admittendo, tam exactam rationem requirere non oporteat.

g Rom. 14. 11 Phil. 2. 10.

A Magis litteralem communeque Nyssenus *h* optimè persequitur, adhibens, & exemplum ejus qui in carcere natus, tenebras illas quibus enutritus est, & educatus, eximii boni loco reputat; sed deinceps luminis aerei particeps, factus, condemnat prius illud suum judicium, narratque qualibus spectaculis Solis & stellarum, omnisque pulchritudinis, quæ in cœlo conspicitur, præposuerit caliginem, cui assuetus erat, quòd meliora ignoraret. Litteraliter & communior sensus.

h tract. 2. in Psalm. 6.

Quod enim mihi est in cœlo? Cum emphasi hoc legendum Hieronymus monet, Cassiodorus, Arnobius, Ambrosius; Alia duo Latina Psalteria legunt, *quid enim mihi restat in cœlo?* Deest Hebraicè particula causalis. Vertunt aliqui ex Hebræo, *quis mihi est in cœlo?* ideſt, nullus, quem scilicèt optem tecum. & præter te: vel *quis mihi in cœlo?* nempe desideratus, nisi tu? Aquila quoque vertit, τίς, *quis*; Paraphrastes, *quis similis tui, qui meus es in cœlo nisi tu?* Legit & Hieronymus *quid*. Sensus idem perseverat, & fieri potest, ut fuerit antea מה *mah*, *quid*; non מי *quis*. Non audio Hi-
B gonem sumentem *quid*, admirativè & indeterminatè, quasi magnitudinem denotet rei expetitæ: Interrogationem important dictiones Hebræa & Græca. Excludit verò David hac interrogatione numina cœlestia, ut Ambrosius indicant, vel dispositionem seu fatum astrorum, ut Trevetus. Inhibitum fuerat Hebræis *facere sibi sculptile, & omnem similitudinem, quæ in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis sub terram* i. Dixit etiam postea Salomon Deo: *Non est sicut tu Deus in cœlo & in terra* k. Volebant filii Zebedæi *confessum dextra & sinistra in regno Christi* l; sed carnaliter intelligebant, ac loquebantur. Cœlestis verè intellecta beatitudo, & rectè intellectus ad Christi dextram in judicio locus, optari potest licitè ac honestè, *eorque inclinari ad faciendas justificationes Dei propter retributionem* m, *& servari mandata, ut ad vitam ingrediamur*.

i Exod. 20. k 2. Paral. 6. 14.
l Matt. 20. 21.
m Psal. 118. 112.

Gradus sublimior, & affectus dignior est, ait Bernardus *n*, quum penitus castificato corde nihil aliud desiderat anima, nihil aliud à Deo quærit, quàm ipsum Deum, neque suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quidquam, tamquam privato sui ipsius amore, desiderat anima; sed tota pergit in Deum, unicumque ei ac perfectum desiderium est, ut *introducat*, eam Rex *in cubiculum* suum *o*, ut ipsi adhæreat, ipso fruatur. Chrysostomus *p* urget valde, ut ametur Christus propter se, non propter mercedem; quum ideo & gehennam sit comminatus, & cœlorum regnum promiserit, ut à nobis amaretur, & ipsummet amare illum sit magna merces, regnum cœlorum, voluptas, deliciæ, gloria, honor, lumen, beatitudo infinita: hìc amor & amicitia, præ qua juxta sententiam istam nostram, nec præsentia bona, nec futura quidquam æstimentur. *Habet mulier*, quam vidit Joannes *q*, *lunam sub pedibus*, ideſt, Ecclesia, & fidelis anima, res omnes temporales, quas contemnit: *Domino Deo excelso possessore cœli & terra* contenta *r*, qui est *merces magna nimis* s, *à filo subtegminis: usque ad corrigiam calige nihil vult* t, *calciatur hyacintho* u, qui sive flos, sive gemma, coloris est cœlestis; h. e. desiderio rerum cœlestium, ut ideirco laudentur *gressus ejus in calceamentis* x, quæ quatenus
D constant corio, hoc est, affectu terreno, jussi sunt Mosesy, & Josue z illa solvere de pedibus viso vel gustato Deo, seu Christo, ait, *bonum est nos hìc esse* a, & imitatus Eliam, *pallio tegit oculos* b: *aliisque ob velat faciem ac pedes* c, *& dimitti* petit *in pace* d, ne quid vel cogitet, vel desideret præter Deum. Diutius hæsit Joseph in carcere, quia spem nonnullam posuerat in eo, cui se commendavit, vaticinans liberationem ipsius e, ut observavit Ambrosius *f*, & Chrysostomus *. *Dominus spes nostra est* g. Sunt nonnulli, qui à Domino obtinere temporalia, seu spiritualia quæque concupiscunt, ait Bernardus *h*; sed perfecta charitas solùm sitit quod summum est, tota desiderii vehementia clamat: *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*.

n ser. de divin. affect. anima.
o cant. 3. 4.
p homil. 5. in Ep. ad Rom.
q Apoc. 12. 1
r Gen. 14. 22
s cap. 15. 1.
t c. 14. 21.
u Ez. 16. 10.
x Cant. 7. 1.
y Exod. 3. 5.
z Jos. 5. 15.
Moses & Josue cur iussi solvere calceamenta de pedibus.
a Matth. 17. 14.
b 3. Reg. 19. 13.
c Esa. 6. 2.
d Lut. 2. 19.
e Gen. 40. 15.
f serm. 82. 9.
homil. 6. in Epist. ad Titum.
g Ps. 90. 9.
h serm. 9. super Ps. 90.

Et à te quid volui super terram?) Hieronymus, *& tecum nolui in terra*, quo item pacto reddidit Aquila, καὶ μετὰ σε ἐβουλήθην ἐν τῇ γῇ, *alium tibi coordinans*. Addit Theodoretus, σωτῆρα. Juxta membri præcedentis versionem ex Hieronymo eodem, nostræ similem declarat

Trevetus, ibi se Davidem reprehendere, quòd visus esset quærere quid ageret secundùm cœli dispositionem, idest astra, vel fatum; hic asserere, quòd nihilominus vellet in terra consentire cum Deo in omnibus factis suis. Editionis nostræ sensus est, ut in cœlo, sic in terra nihil voluisse à Deo præter Deum ipsum; idem ferè valeret, si prout est Hebraicè עמר *khimmecha*, transferremus, *tecum*, vel, *apud te*: & opinaremur LXX. vertisse παράσοι, non ut nunc extat, παράσε, nam *nihil velle in terra*, seu *super terram*, *cum Deo*, vel *apud Deum*, est non solùm Deo contentum, uno & vero, cuncta velle ab ipso recipere, sed etiam nolle cuiquam tamquam terrestri Deo divinitatem communicare; quemadmodum gentiles cum cœlestibus diis alios terrestres colebant velut inferiores, & secundi ordinis. Hoc innuit quem citavi Theodoretus, nec non Basilius. Non video quare Genebrardus notet hoc loco præpositionem מן *min* negationem includere, sicut latinè *absque*, ideſt, præter rem, vel comparationem, ut, *præter*, quasi videlicet hoc loco, & membro præcedente; *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram* referendo, *à te*, ad præcedens quoque membrum, significet, quid præter te, ac sine te, aut quid præ te, & plus quàm te. Notatio vera est, ac à me etiam alibi allata. sed præpositio מן *min*, hic non habetur, nec legitur מבר *minnechh*: sed עמך *himmecha*, & παρά neutrum utrum habet. Cajetanus cum nota interrogationis interpretatur, (& tecum quid non volui in terra? hoc est, nihil refutavi in terra, quod cum te amato manere aut sufferri possit, omnia pertuli, omnia subii tecum, consumta est caro mea: & quod deinceps in textu sequitur, Absque interrogatione, vult esse sensum, tecum non volui in terra aliquid aliud, & te, ideſt, te & alia simul, sed te solum. Iste sensus non differt à litterali communi: prior violentus est.

Sensus loci.

Genebrardi notatio hoc loco.

Defecit caro mea, & cor meum.) Hieronymus, *consummata est*. Monet * autem perversum ordinem esse, ut dicatur, *defecit cor meum & caro mea*: eo modo extat Græcè, & in duobus Psalteriis aliis Latini, & apud Ambrosium, Augustinum, Arnobium. Ordo editionis nostræ in textu Hebræo servatur שארי ולבבי *sceeri* (unde forsan *chair* Gallicè) *ululavi*. In Psalmo 84. *a cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum*, tenet primum locum cor, quoniam redundantia significatur gaudii spiritualis ex animo in corpus: hic autem de defectu est sermo, qui à carne incipit; vel significat defectum, & deliquium quoddam animi corporisque, præ desiderii ardore, (qualis *languor*, & liquefactio *sponsæ pro amore* b; morbus Amnon præ amoris impudici vehementia c: S. Iouci, qui deperibat noverçam d: Perdicæ, qui patris Alexandri pellicem e: Phædræ, quæ privignum Hippolytum f: Delfini pilcis, qui puerum g. Denique amor *morbus*, & *languor* dicitur h:) vel etiam si deficeret carne, & corde, & propriis viribus corporis animique, tamen satis se roboris habere in Deo, immo plenam perfectamque felicitatem. Gregorius i non semel amoris divini vim illam, quod modo dicebam, tractans & illustrans exemplis Jacob k, atque Danielis l, confirmat etiam simili sententia Psalmi 118. m: *defecit in salutare tuum anima mea*, & 83. n *Concupiscit, & defecit anima mea in atria Domini* & Canticis o, *anima mea liquefacta est*, ut dilectus *locutus est*, & Danielis p, qui se post visionem testatur *elanguisse, & ægrotavisse per dies* plurimos; Ambrosius q dum explicat citatum locum ex Psalmo 118. profert in exemplum Tobiæ junioris matrem, quæ filium peregrinantem expectans; deficiebat à desiderio, in angustiis constituta, & tamquam resoluta viribus. Eodem spectat illud Psalmi 118. *defectio tenuit me propeccatoribus* r, alia namque defectio bona est, alia mala, ut annotat Hieronymus. s. Hoc sibi vult Hierotheï apud Dionysium t sententia, amantes pati divina. Defectus hic in DEUM, robur à DEO affert, ut ex proprio Augustinus u docet experimento vulnera charitatis x, medicina sunt animæ. Philosophicè ac medicè, quæ de deliquio animi differuntur, prætermitto; possunt huc non incommodè derivari. Attingit paucis causas, & effecta illius in Photii y bibliotheca Theophrastus, definit privationem caloris, vel frigiditatis circa pulmonem, id etiam contingere ab ipso calore, quia major ignis tollit minorem; & ab æstu præfocante; & alio calore, & maximè consummato, quum hæc nos opprimunt, animo nos deficere, ac deliquium pati, extinguente externo internum calorem. Sic sanè de foris, ac de cœlo inditus à Deo charitatis calor consumit noxium fomitem, & quod ibi non fit, ipsemet subiens permanet, ac vehementius accendit, ita ut cum deliquio defectuque naturalis, & pravi, viva vigeat flamma divini amoris, & supra naturalis. Interpretatur *deficere carnem*, & *cor*, Hieronymus z, malam cogitationem, & malum amorem; Ruffinus, carnis concupiscentias, & pristinas cogitationes; ut caro spiritui reluctari non possit, cor, & voluntas, ac præsumtio refrecetur. Paulinus a ait conteri, destrui, & ad nihilum redigi terrenam imaginem, ut perficiatur illa, in qua nos pingi non pudeat, & eam præferentes dicamus, quòd *defecit caro & cor*, ideſt, actus voluntatis, & fructus carnis, & à corporeis nexibus liberati, & à corde nostro purgati, dicere audeamus; *Deus cordis mei, & pars mea Deus in sæcula*, & juxta Simeonis b verba: in ruina sit nobis Christus exteriori nostro, & interiori resurrectio, ut cadat in nobis peccatum, quod anima cadente consistit, & exsurgat ille immortalis, qui cecidit exsurgente peccato; & *quum infirmamur, tunc potentes simus* c. Non possunt ait Ambros. perpetua succedere, nisi terrena defecerint: deficit caro, quando mortificantur, quæ sunt carnalia; cor, quando *cogitationes malæ, quæ à corde procedunt* d. Quamvis, inquit Cassiodorus, aliqui dicant, in cerebro esse sapientiæ sedem; quum sit illi potiùs credendum dicenti de corde, qui corda formavit. Sed hoc aliàs.

Cajetanus, ut antè dixi, sentit, dicere Davidem se propter Deum cuncta adversa libenter tulisse, ac post habuisse, quidquid est carnis propriæ cordisve. Arnobius vult loqui Christum, qui se, ut etiam attigi, nihil voluisse asserat, præter Deum, etiam si *defecerit cor, & caro* in passiones. Sumunt alii in malam partem, ut Remigius, *deficere carnem*, & *cor* ob originale peccatum, & pravas tùm appetitiones, tùm cogitationes. Initio potui sensum litteralem.

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.) Hieronymus, *robur cordis mei*, צור *tsur*, de quo aliàs, ut de uno sive nomine, sive epitheto Dei; quòd hic etiam aptè ponitur post mentionem factam de defectu & consummatione, seu consumtione carnis, & cordis, ut dum non acquiescendo pravis appetitionibus, cogitationibus, infirmitatem contrahunt, robur à Deo acquirant, sicut etiam priùs notavimus. Verba hæc, ait Euthymius, desiderio atque affectu plena sunt. Pro, *in æternum*, alia, Psalteria, & Augustinus, Arnobius, & Cassiodorus, *in sæcula*. Quo pacto sit Deus *pars*, sive *hæreditaria pars*, ac *hæreditas tota*, docuimus Psalmo 15. e item qua ratione vicissim *pars Domini populus ejus* f. Lege Hieronymum g, qui totum etiam præsentem sit declarat locum h, cum priore membro defectus ait, dictus est, quoniam deest illi effectus, & jure cogitatio carnalis defecerat, quæ se erasse noscebat, sed illi confitetur, cui culpam relevare remedium est, delicta confiteri securitas. Et notandum quòd in uno versu cor, & in bono ponitur, & in malo. Defecit cor, utique mala cogitatio: Deus autem cordis, hoc est, auctor boni intellectus, quia eum, sine ejus gratia nemo habet. Illius verò hominis Deus est pars, qui se majestati ipsius, & credulitati consociat, & probabili actione commendat. In sæcula verò quo addidit, *in æternum*, semper ipsi adhærere se promisit, quod re vera perfectorum est, numquam ab illo velle discedere, sine quo contingit semper errasse. Hoc transcripsi, ut monerem lectorem; quum verbis totidem extet in commentario Cassiodori ad hunc locum, probabilem sententiam esse, quæ negat commentarium in Threnos, sub nomine Hieronymi, à Hieronymo editum; & quamvis Marianus i Victorius consentire vereatur, non dubitat Sixtus Senensis k, qui observat centonem esse ex variis diversorum auctorum dictis, potissimum ex Gregorii integris etiam sententiis, & capitulis; coacervationis verò adunatorem Rabanum fuisse. Stylus profectò, & commentandi ratio Hieronymiana non est. Petrus Damianus l, hunc applicat locum cum Hieronymo, & similes, ad clericos, canonicos, sive regulares, qui vivunt in congregatione. Notat porrò Augustinus in opere de civitate m Dei, quòd quum David de utroque di-

Deus ut alicujus pars dicatur.

De commentario in Threnos sub nomine Hieronymi controversia.

* Epist. 135. Vocabulum *chair* unde potest ortum habere a *vers.* 3.
b *Cant.* 2. 5. c. 5. 8.
Exempla vehementis & illicti amoris.
c 2 Reg. 13. 6.
d Plut. in Demitr. Valer. l. 5. c. 7. Matth. l. 11. c. 11. Gallen. 7 progn. Hipp. c. 7. & 10. & l. progn. cap. 9.
e Ser. Cous. f Eurip. in Hippol.
f Gell. lib. 7. alia mala, cap 8.
g Plaut. in Cistel. Cic. Tusc. 4. Horat. ode 11. Apul. 10. metam. Plat. in Pond. Plot. Ennead. 1. l. 6. c. 4.
i 4. mor. cap. 30. l. 6. c. 14. hom. 11. in Exe. 3. dial. c. 24. ho. 25. in Evang.
Alia defectio bona, Amantes pati divina, quid sit apud Dionys.
k Gen. 32. 9. 30. 11.
Vulnera charitatis medicina sunt animæ l. c. 8. 27.
m *vers.* 81.
n *vers.* 3.
o c. 5. 6.
p c. 8. 27.
Deliquii animi caussæ & effecta.
q in Ps. 118. *serm.* 11.
r *vers.* 53.
s in Soph. c. 1.
t de div. ho. cap 2.
u Solil. c. 1. 3. conf. c. 6.
x Gen. 4. 9.
y pag. 537.

Adensato,

z in c. 5. Th.

a Epist. 8.

b Luc. 2. 34.

c 2. Cor. 12. 9. 10.

d Matt. 15. 18.
Sapientiæ sedes in homine.

e *vers.* 5.
f Deut. 32. 9.
g in cap. 57. Es. & in ca. 2. Thr.
h in c. 3. Thr.

dixisset, ideſt, de corde, & de carne deficiente, non ſubjecit, Deus cordis mei, & carnis meæ, ſed *Deus cordis mei*, per cor quippe caro mundatur, juxta illud: *Mundate* a, *quæ intus ſunt, & quæ foris ſunt, munda erunt*. Hìc autem piè admodum idem doctor brevi inductione, demonſtrat, homines cupiditatum diverſitate dilaniari, & partes ſibi facere de rebus humanis: Cor caſtum gratis amare Deum; nec ab illo petere aliud præmium, quod nullum eſt præter ipſum. Hoc Deus Abrahamo dixit, fore ſe illius *mercedem magnam nimis* b. Hoc Thomas Aquinas reſpondit ſciſcitanti Chriſto, quam mercedem acciperet, quia bene ſcripſiſſet de illo, non aliam niſi ipſummet. Deus cordis tui non eſt, niſi tuum Dei cor ſit, non mutuò, aut venditionis quaſi contractu; ſed dono, & ſponte, ac liberaliter datum, non ad tempus, non per partes. Mutuat, inquit Ayguanus, qui ipe ſervit retributionis temporalis, & ſi hæc deſit, cor ſubtrahit: vendit, qui pro mercede tantùm temporali diligit, nec de DEO cogitat, niſi quantum beneficii urgetur memoria. *Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt* c. *Serviendum Domino, corde perfecto atque veriſſimo* d, *& toto* e: præbendum ei filiali amore *f*. Tandem ſi confirmatum ſit, in hoc ſyncero amore cor, *non commovebitur* in æternum *g*, ſicut & *charitas numquam excidit* h. *Lætatur cor quærentium Dominum* i, & Eſther teſtificatur ſe lætatam *non eſſe, niſi in* DEO *k*, Poetarum prophanorum, non ſunt adeo puri caſtique amores, ut ſui Deum cordis indigitent. Vulgus Hiſpanicum uſurpat: *Dios de mi coraçon y de mis entrannos*. Capaciſſimum cor ſolo repletur Deo, & cordi Deus, atque Chriſtus eſt omnia. Ex quibus quædam diſticho iſto recenſentur, quod Hugo recitat, & explicat.

Exemplum, ſocius, medicus, merces, pater, auctor: Uſtor, doctor, amor, ſpes, lætus, patientia, virtus.

Utebatur verbis iſtis, *pars mea Deus in æternum*, pro ſymbolo Honorius Papa *l* IV.

Verſ. 27.] Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.

Senſus loci. IDcirco cordis Deum eſſe, & partem ſuam docet, quoniam qui eum non habent in corde, quive alium in cor admittunt, & à ſe Deum longiùs removent, atque ſeſe ab illo ſubducunt, æternæ perditioni obnoxii erunt, & perdet Deus omnes, qui violata quaſi ſponſali fide caſtoque pudore, per turpem amorem alteri adhærere non dubitaverint, & alterum præter eum, quod ſe Agnes facturam negabat, admittere veriti non fuerint, qui DEOS fallos coluerint, vel etiam, cuivis creaturæ Creatorem prætulerint, mortaliter peccando, & *cor eum eo rectum non habendo, nec fidelitatem in teſtamento ejus ſervando* m,

Quia ecce, qui elongant à te, peribunt.) Auguſtinus omiſſo primo vocabulo, *ecce qui longè ſe faciunt à te, peribunt*: Chaldaicè, *quia ecce impii qui abhorrent à cultu tuo, peribunt*. Optativè Apollinarius, ἀπολοίατο, *pereant*. Vim habet demonſtrativa particula, indicans vel rem manifeſtam, ut ait Ruffinus, vel brevi futuram, ut Cajetanus. Adde admirationem, exultationem, inſultationem. Rectè Ambroſius *elongationem* iſtam *a* Deo declarat, quæ conſiſtere in locis nequit n. Unuſquiſque, inquit, operibus ſuis pietati Dei ſeſe, aut jungit, aut ſeparat. Fregit enim Deum, qui operatur ea quorum cognitione metuat; ſicut ille qui rectus parietibus, & circumfuſus tenebris à Domino DEO ſe exiſtimat non videri. Hieronym. o diſputans de Chriſti ad Patris dexteram ſeſſione, docet, quòd proximum eſſe DEO, vel ab eo procul recedere, non ſecundùm locorum ſpatia, ſed juxtà merita ſentiendum eſt, quia Sancti juxta eum ſint, peccatores verò (quod præſenti probat ſententia,) ab omni ejus vicinia ſubmoveantur. Peccatores dicunt DEO: *recede à nobis* p, *iniquitates diviſerunt inter illos & DEUM* q, *longe eſt ab illis* r, proficiſcuntur *peregre* ab eo *in regionem longinquam* ſ, *chaos magnum firmatum eſt* inter ipſum & illos *t*. Non elongant peccatores DEUM à ſe quia ſemper eſt prope, ſi non per gratiam, ſaltem per juſtitiam, ſed ſe ipſos à DEO:

A Deus ait non tantùm ſe *è vicino eſſe*, ſed etiam *Deum de longe* u. Quamvis hoc ita explicet Ambroſ. *x*, ut Deus appropians eſſe intelligatur non repulſor appropiantium, utpote qui omnibus velit ſalutis cauſſa eſſe non mortis, & neminem repellat niſi qui ſe ab ejus conſpectu putaverit ſequeſtrandum. Damnatis dicet Rex, *diſcedite à me* y, quia jam ab ejus gratia receſſerant, & *ſcripti in terra* fuerant z. Denique prævaricator, & Apoſtata dici quivis peccator poteſt, derelinquere Deum, ab eoque recedere: Deus etiam nunc prope juſtos, nunc longè dicitur ab injuſtis eſſe, longè ve à peccatoribus ſalus. Illam elongationem, qua peccator ſeipſum elongat à DEO, non ita à ſe Deum, notavit Hugo. Prior notaverat Chryſoſtomus, & eos elongare ſe, qui correctionibus Dei iraſcuntur, ac indigantur, ſimiles perverſa filiis, qui à parentibus, traditi magiſtris, vel impatientes laboris; vel fugientes verbera, parentum aſpectus declinant, reſiliuntque; nihil verò inde lucrantur, niſi quòd plurimis & gravioribus incommodis ſe implicant atque in aliena regione famis, erroris, morborum, ignoB miniæ, ſervitutis injurias ſubire coguntur. Nihilominus concedi poteſt, quòd peccator *elongat ſe à Deo, qui* etiam ei dicere dicitur, ut antè dixi, *recede à nobis*, & per peccatum ejicit à ſe gratiam phyſicè etiam, ut quidam putant; Theophylactus *a* prodigi filii profectionem *in regionem longinquam* b, tropologicè per hanc explanat ſententiam, & aliam indicatam ex Proverbiis *c* & in eodem illo Lucæ loco Ambroſius nil ait eſſe longinquiùs ire, quàm à ſe recedere: nec regionibus, ſed moribus ſeparari; ſtudiis diſcretum eſſe non terris, & quaſi interfuſo luxuriæ ſæcularis æſtu, divortia habere factorum: qui ſe à Chriſto ſeparat, exulem eſſe à patria, civem eſſe mundi. Regreſſa in patriam Noemi dicentibus, *hæc eſt illa Noemi*; vetabat ita loqui nomine deſignante *pulchram*, ſed *Mara*, ideſt, *amarum*, quia *amaritudine valde repleviſſet eam Omnipotens*, & *quum egreſſa eſſet plena, vacuam reduxiſſet Dominus, humiliaſſet, & afflixiſſet* d. Malum & amarum eſt relinquere Dominum Deum noſtrum *e*.

Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.) Hieronymus, C *perdidiſti omnem fornicantem à te*. Auguſtinus, *omnem qui fornicantur abs te*; ita etiam Drogo Cardinalis *f*: Alii, *ſuccidiſti, confeciſti*, ſæpe redditur per *perdendi* verbum Latinum צמת *tſamath*, ſecundùm varias conjugationes; vel per *diſperdendi*; aliquando per *diſſipandi* g, *lahendi* g, *pereundi* i, *conturbandi* k, in hipil, cujus conjugationis eſt hoc loco הצמת *hitſamattah*, per *tabeſcere facere* l; *confortari* m, *perſequi* n, *interficere* o; ſæpius perdere, & *diſperdere* p. Vult Cajetanus metaphoricè deſcribi pœnam inferni per inciſionem. Paraphraſtes explanat, de aberrantibus à Dei timore. Ceterum *fornicari à Deo*, licèt de quocumque graviter peccante, & ita fidem, ideſt, fidelitatem, frangente dici poſſit, ſæpius tamen in ſcripturis uſurpantur, de idolatris illis, qui à vera fide cultuque Dei defecerint: diſtinguique idem Cajetanus hìc ait duo genera iniquorum elongantium ſe à Deo per reliqua crimina, & fornicantium ab illo per idolatriam. De idolatria penè omnium Enarratorum expoſitio eſt, quamvis aliqui de aliis etiam peccatis affirment, proferrique poſſint multa ſcripturarum D exempla *q*: teſtiſque Hieronymus *r* eſt, inveniri in locis plurimis prophetarum, idolatriam, *fornicationem*, appellatam. *Initium* enim *fornicationis*, ait auctor *ſ* libri Sapientiæ, *eſt exquiſitio idolorum*, cujus loci conſule commentarium noſtrum. B. Thomas *t* vocat hanc fornicationem ſpiritualem, & metaphoricam, ſicut & oppoſitam caſtitati, de qua Paulus *u*. *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto*, quum ſcilicet mens delectatur in ſpirituali conjunctione ad Deum & abſtinet ſe ne delectabiliter aliis conjungatur præter debitum ordinis divini, tandemq; preſentem declarat loeum de hujuſmodi fornicatione, ſicut & S. Antonius *x*, & rationem convenientem aſſignant Philo *y*, & Lactantius *z*. Denique monet Auguſtinus *a* ſcripturæ conſuetudinem eſſe fornicationem vocare, cum diis multis & falſis anima proſtituta ſubjicitur. Sic etiam videtur in Apocal. *b* Joannes loqui, ut quidem nonnullis placet *c*, *hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; virgines enim ſunt*; hoc eſt, idolis exhibere cultum, cum vitæ quoque diſpendio noluerunt, & per *vinum fornicationis d* intelligit idolo-

a Matt. 23. 26. Cor caſtum gratis amat Deum: nec ab illo petit aliud præmium præter ipſum.
b Gen. 15.1. Thomæ Aqu. reſponſum ſciſcitanti Chriſto.
c Oſea 10.2.
d Joſ. 24.14.
e Deut. 6.5.
f Prov. 23. 26.
g Pſ. 111. 8.
h 1. Corint. 13.8.
i Pſ. 104. 3.
k Eſth. 14.18
l Ciacon. in vita.
m Pſ. 77. 57.
n Pſal. 138. 7.8.9. Eccl. 23. 26. & ſeq.
o in cap. 1. Epiſt. ad Epheſ. Proximum eſſe Deo, vel procul ab eo recedere ut interpretandum.
p Job. 21. 14.
q Eſa. 59. 20
r Pro. 15. 20
ſ Luc. 15. 13. cap. 16. 26.
t Ier. 23. 21
u Ier. 23. 21
x hic & in Pſ. 43.
y Matt. 25. 41.
z Jer. 17. 13.
a in cap. 15. Luc.
b Luc. 15. 13
c c. 15. 29 Nil eſt longinquius ire quam à ſe recedere
d Rut. 1. 19. 20. 21.
e Jer. 2. 19.
f ſer. de ſacra Domin. paſſ.
g Job. 6. 17.
h Thr. 3. 55.
i Job. 23. 17.
k Pſ. 87. 17.
l Pſ. 118 139.
m Pſ. 68 5.
n Pſ. 100. 3.
o verſ. 8.
p Pſalm. 17. 41 Pſal 53. 7. Pſalm. 93. 23. Pſal. 142. 12.
q Exod. 34. 15. 16. Lev. 17. 7. ca. 20. 5. 6. Deuter. 31. 16. Jud. 2 17. cap. 8. 27. 33. 1. part. 5. 25. lib. 2. 21. 11. 13. Pſal. 105. 39. Eſ. 57. 3. 8. cap. 1. 11. Jerem. 3. 1. 6. c. 2. 16. 20. cap. 48. 9. cap. 5. 7. Ez. 6. 9. 16. 15. 16. 17. 26. 28 33. 41. c. 20. 30. ca. 23. 3. 19. 29. 30. 37. 43. 45. Oſe. 1. 2. c. 2. 5. c. 3. 3. c. 4. 10. 12. 13. 14. 15. 18. c. 5. 6. cap. 9. 1.
r in cap. 5. Ep. ad Eph.
ſ ſap. 14 12.
t 1. 2. quæſt. 51. art. 2. & ad 3.
u 2. Cor. 11. 2
x 2. part. tit. 5. cap. 2. § 2. & 2.
y l. de vitt. offerentibus
z de vana ſap. c. 3.
a tract. 42. in Joan.
b c. 14. 4.
c Prado in Ezech. ca. 16 verſ. 15.
d c. 14. 8.

Elongatio peccatoris à Deo, quo dicatur.

Idolatriæ fornicatio ſæpe dicta.

latriam; sæpius porrò appellatur nomine *fornicationis* idolatria, quàm *adulterii*, quia DEO nupta virgo manet, ut modò retuli ex Apostolo, ut idcirco plebs Israelitica, *virginis* vocabulo nominata, quamdiu perstitit in pietate; quum primùm coluit idola, dicatur *constupratа* a, *& fractæ ejus mammæ in Ægypto* b. Deinde quoniam ad similitudinem turpissimæ meretricis, omnibus idolis sese plebs eadem dabat polluendam; quod uxorata non ita solet, sed uni dumtaxat, vel alteri se prostituere. Postremò, quia insatiabili quadam libidine, summaque impudentia cuncta quasi lupanaria idolorum palàm & publicè, perinde ac si sui juris esset, frequentabat, *discooperiens se juxta Deum, atque suscipiens adulterium* c. Sed interdum tamen *mœchandi* verbo idem expressit Jeremias *d*: & Christus *e*, *generationem pravam* nominavit & *adulteram*. Etsi porrò magis propriè sæpèque de violata Religione, ac fide, fornicatio idolatriæ, & de populo Hebræo dicatur, tamen de Gentilibus quoque usurpatur aliquando *f*. Secundùm generaliorem & metaphoricam notionem nominat Paulus *g avaritiam idolorum servitutem*: per quam *avaritiam* putat Hieronymus *h* non tantùm divitiarum aviditatem intelligi, sed etiam cupiditatem voluptatum; & confirmat alio ejusdem Apostoli loco ad Thessalonicenses *i*, ubi est πλεονεκτεῖν, unde πλεονεξία, quamquam posset simul *avaritia* sumpta pro luxuria, referri ad idolatriam, ut quum scribit Esaias *k*, *propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus fui*. Ibidem namq; apertè agit de Idolatria. Videlicet etiam *meretricem* à merendo, & à mercede quærenda appellamus, & זונה *zonah meretricis* nomen, derivatur à זון *zon*, quod est quidpiam *exponere*, communeque facere mercedis caussa, ut & πόρνη à πέρνημι *divendo*, ita ut hospitæ, seu cauponæ ita appellentur; ac tales credantur à quibusdam fuisse Rahab *l*, & duæ illæ contendentes de filio apud Salomonem *m*, quia verè meretrices vix suscipiunt liberos. Diligenter hæc omnia declarat *n* Pradus noster, & de Rahab legendus Arias, aliique in Josue, & in Matth. hic noster maximè Maldonatus; & Serarius ibi. Video tamen sæpè Patres propriè dictum meretricium fœminis illis, & Rahab tribuere; nec tanti apud nos Chaldæi debet esse auctoritas vocantis *hospitas*, quæ tamen etiam vix stupri vitant periculum, vel suspicionem; contenduntque alii vocem Chaldæam *pundakitha* propriè *meretricem* sonare, & gigni filios etiam à meretricibus aliquando constat.

Quidquit sit, verum item est *fornicandi* verbo latiùs comprehendi quodlibet mortale peccatum, quo dissociatur anima veluti à fœdere maritali, & fidem sponso frangit, ita ut nisi sint Origenes *o* Augustinus *p*, Strabus *q*, quum vetat Christus *r* dimitti uxorem excepta *fornicationis* caussa, interpretari, ob omnia peccata fas esse dimittere, quæ in scripturis *fornicatio* vocari solent. Retractasse id postea idem Augustinus *s* videtur, certè dubitat latebrosissimam quæstionem vocans. Sed veritas emersit jam dudum ex latebris, nec dubitare ampliùs licet, divortii perpetui caussam esse fornicationem, quæ in stupris est, sive adulteriis, ut si vir velit, dimissam resumere numquam teneatur uxorem. Rege canonem 5. sessionis 24. Concilium Tridentinum, & cap. 2. de divortiis in 6. decret. *t*. Jacobus *adulteros* appellat, qui amici esse sæculi hujus volunt, Dei non curantes inimicitiam. Trito queque sermone *adulterari verbum Dei* dicitur, merces, tabulæ, judicia, monetæ, arbores quoque quando inferuntur, quas alia de caussa *maritari* dicunt. Elicitur hinc autem argumentum, nec Deum peccare, nec esse peccati auctorem; perdit enim omnes, qui fornicantur à se; perdit & activè puniendo, & passivè illos veluti amittendo, & ignorat jam elongatos per peccatum, nominatim per luxuriam, sicut facit virginitas *Agnum sequi quocumque jerit* u, & *incorruptio proximum Deo esse* x. Colligit Fulgentius *y* ex eadem sententia, & quòd *elongare se* peccatores dicantur à Deo, & quod deficiunt ac pereunt propter iniquitatem suam, peccatorum proprium & voluntarium malum esse, quo malo se ipsos perdant, & pereant per suam malam voluntatem, quæ non est ex Deo, qui judicio non perderet, nisi per suas iniquitates ipsi periissent.

Idolatria sæpius nomine fornicationis appellata quam adulterii.
a *Jer.* 2.16.
b *Ezec.* 23.3
c *Esa.* 57.8.
d *cap.* 3.8.9.
cap. 5.7.
e *Mat.* 12.39
Fornicatio idolatriæ magis proprie de violata religione ac fide & de populo Hebræus interdum tamen de Gentilibus.
f *Exo* 34.15. 16. *Nah.* 3.4. *Apoc.* 17.2.
πλεονεκτεῖν.
g *Ephe.* 5.5. *Coloss.* 3.5.
h *in ca.* 4 & 5 *ad Ephe.*
i 1. *Ep.* 4.3.
k c. 57.17.
Meretrix unde dicta. Rahab, & duæ meretrices de filio contendentes apud Salomonē, quales credatur fuisse
l *Jos.* 2.1.
m 3. *Reg.* 3. 16.
n *in Ezech. cap* 16. v. 15.
Fornicandi verbo latius comprehendi quodlibet mortale peccatum.
o *tr. in Mat. p.* 1. *de serm. in monte c.* 16.
q *in cap.* 5. *Matth.*
r *Mat.* 5.32.
s 1. *retr. cap.* 19.
Latebrosissima quæst. apud Aug. circa fornicationis vocem.
t *cap.* 4.4.
Argumentatio ex hoc loco.
Nec Deus peccat, nec est peccati Auctor.
u *Apoc.* 14.4.
x *Sap* 6.20.
y 2 *ad Monimum c.* 19

Vers. 28.) Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

ALiis à DEO elongantibus sese, atque fornicantibus ab eodem, & idcirco pereuntibus, decernit, nihil melius esse, quàm ut firmissimè utque inseparabiliter adhæreat illi per fidem, fiduciam, spemve *animæ ancoram* z *tutissimam*, perque dilectionem, quæ *fortis est, ut mors, dura ut æmulatio* a, nec divelli ac separari permittit à dilecto *b*, ut perceptis à Deo gratiæ beneficiis, ac demum post hanc mortalem vitam, gloriæ & beatitudinis in immortali, semper palamque celebret laudes ipsius, & quicquid is per illum evulgari voluerit, tùm in frequentibus colentium ipsum conventibus, hìc viventium, tum in beatis illis cœlitum cœtibus, qui & ipsi *in sæcula sæculorum, laudant* c *eum*, & in illo *non manufacto templo* d *dicunt eidem gloriam* e; illic jam quum admissus fuerit in Sanctuarium Dei, plenamque acceperit super quæstione de providentia solutionem, aut quia jam quoque, quantum satis est, eam comprehendit, gaudio gestiens offert se tamquam præconem, ut promulget, quam sit DEUS, & justus, & providus in cura humanarum rerum, ut nec ipse, nec quisquam vacillare deinceps hac in re ullo modo debeat.

Mihi autem adhærere Deo bonum est.) Hieronymus, *appropinquare*. Ad verbum ex Hebræo: *& ego accessio DEI*, ideſt, ad Deum; aut, *DEI*, nimirum ad me, *mihi bonum*, seu, res bona est קרבת אלהים לי טוב *va ani kirbath elohim li tou*. Videtur subaudiendum pronomen tibi: *mihi autem adhærere* tibi *DEO bonum*, quia & præcedentia, & sequentia continent orationem directam ad DEUM, quamquam mutationes personatum in Psalmis infrequentes non sunt. Illud, & *ego*, jam aliquoties occurrit prioribus Psalmis, & cum emphasi idem valet, atque, quod ad me attinet. *Accedere ad cultum Domini* explicat Paraphrastes: & προσ'μεν, quo utitur Apollinarius, *appropinquare* quoque significat. Respexit opinor Paraphrastes ad unam verbi קרב *karav* notionem pro *offerre*; unde קרבן *korban*, *oblatio*, quo pacto verti potuisset; *mihi offerre me ipsum Deo bonum est*. Cultor DEI populus Israeliticus appellatur *appropinquans ei* f; nec ad suos dii alii *sic appropinquant* g, non solùm providentia, potentia, beneficentia, sed ea quam vocant consanguinitatem, vel affinitatem, & propinquitatem, seu conjunctionem naturæ propter incarnationem, & Eucharistiæ communicationem. Sacerdotibus decus amplissimum esse scribit Nazianzenus *h*, vel tantulum appropinquare ad Deum, nempe ob ministerium sacrum. Præcipui quoque inter Angelos cognominantur *assistentes* i: vocantur item eodem nomine sacrificantes DEO *k*. Placet magis tamen, ut cum Euthymio per *adhærendi* verbum, quod est Græcè προσκολλᾶσθαι, quasi dicas, *agglutinari*, dicamus innui conjunctionem inter conjuges: sic melius emitescit antithesis cum *fornicantibus à DEO*. Eodem quoque Græco verbo, quod Hebraicè est, דבק *davak*, jubetur *homo adhærere uxori suæ*, ut sint *duo in carne una* l, ne quoad vivunt, separentur umquam. Unde Paulus *m* argumentatur, non esse adhærendum meretrici, qui autem adhæret DEO, unum spiritum esse, sicut ex illa conjunctione fit una caro, unum corpus mysticum effici ex Christo & Ecclesia *n*. Consummatio veluti, ac ultima perfectio matrimonii, exactaque adhæsio, in cœlo erit cælestique Sion, ut indicat Augustin. *o* & alii, quum totum quod liberandum est, fuerit liberatum, interim per fidem, spem, charitatem, virtutes reliquas, gratiam præsertim, quæ divinæ consortes facit naturæ *p*. Dicebat Epicureus, ait Augustinus *q*; *mihi frui carne bonum est*: Dicebat Stoicus, *mihi frui mea mente, bonum est*; Dicebat Apostolus, (non eodem sermone, sed sensu) *Mihi autem adhærere DEO, bonum est*. Inductio longior ab eodem alibi *r* fit, & magis adhuc longa confici posset, tùm per alias sectas, tùm per adeò varia studia etiam fidelium, sed per charitatem non adhærentium Deo, nec *testimoniis* s, ideſt, præceptis illius, neque cœlo secundùm desiderium, sed *pavimento*

Sensus loci.
z *Heb.* 6.19.
a *Cant.* 8.6.
b *Rom.* 8.35
c *Ps.* 83.5.
d *Act.* 17.24
e *Ps.* 144.11.
Sacerdotū decus amplissimum.
f *Ps.* 148 14.
g *Deut.* 4.7.
h *in Apolog.*
i *Tob.* 1.6. *Tob.* 12.15. *Dan.* 7.10. 16. *Luc.* 3.7. *cap.* 4.14. *Apol.* 1.4.
προσκολλᾶσθαι.
k *Levit.* 10.3
l *Gen.* 2.24. *Matt.* 19.5. 1. *Cor.* 6.16. *Ephes.* 5.31.
m 1. *Cor.* 6. 16 17.
n *Ephes.* 5.31
o *hic*, & 10. *de civ. c.* 25.
p 2. *Pet* 1.4.
q *ser.* 13. *de verb. Apol. c.* 7.
r 19 *de civi. c.* 18.
s *Ps.* 118. 31.

a, &

a ibi v. 25. b Ps. 43. 25. c annot. in Ps. c. 69.

a, & *ventre conglutinatio in terra* b. Aliis in necessitate bonum est consilium suum, ait Hugo S. Victoris c; aliis in prosperitate, bonum est gaudium suum: mihi unum bonum est, adhærere DEO: illos consilium non liberat, gaudium non conservat; ut idcirco unus diceret d: *usquequò ponam consilia in anima mea:* alius e, *gaudio quid frustrà deciperis?* Grevæus f demonstrat quàm sit malum, carni, mundo, diabolo adhærere. Augustinus g colligit argumentum, nil homini melius esse quàm jungi & inhærere Deo. Rei cujusque perfectio in adhæsione ad suum principium consistit, *nec ferre fructum palmes potest, nisi manserit in vite* h, nec anima nisi *adhæserit post Deum* i. Quisquis, inquit idem Augustinus k, ita vult esse similis Deo, ut ad illum stet, *fortitudinemq; suam*, sicut scriptum est l, *ad illum custodiat*; non ab illo recedat; ei cohærendo signetur, tamquam ex annulo cera, illi affixus habeat imaginem ad quam factus est. Hoc divino qui flagret amore, ut inhærere velit Deo, Basilius m, omnia prorsus infra Deum scribit contemnere, & divina quadam insanum insania fieri; & sicut *DEI* filius thronos & dominationes deseruit, & à forma *DEI*, ad servi formam per nimiam amoris vim se exinanivit, ut nobis ratione mortalitatis adhæreret; ita nos illi immortalitatis ratione adhærere debere, relicto patre, matre, omnibus. Bernardus n addit, animam adhærentem Deo, ac in intimis suis, Dei præsentiam suspirantem, vel ipsam gehennam ad tempus experiri, horribiliùs pœnaliùsve non ducere, quàm post spiritualis studii hujus gustatam suavitatem, exire denuo ad illecebras, vel potiùs ad molestias carnis, sensuumque implebilem repetere curiositatem; & si quis ab hoc bono avertere illam conaretur, haud secus accepturam, quàm si se de paradiso, & ab ipso itroitu gloriæ conspiceret deturbari. Hæc videlicet una res *à Domino petenda, & requirenda* o, hoc *unum necessarium, optimaq; pars* p, ut is quem Hieronymum vocant, Auctor commentarii in Thrænos q apud illum notat. Ipsa formalis, quam vocant, beatitudo, in adhæsione quadam & conjunctione consistit, ut uniatur beato *DEUS*, in quovis infinitis partibus ad attrahendum ad se major, quàm in magnete ad ferrum, aliisque ad alia. *Dilectus meus mihi*, dicebat sponsa, *& ego* r *illi*, nimirum adhæreo, ut supplet Ambrosius s. Et Paulus: *Vivo* t *ego jam non ego, vivit verò in me Christus*, & Dionysius u hanc magistri sui sententiam expendens, docet quòd mentis excessum extasimque facit amor divinus, amatores sui juris esse non sinens, sed in ea quæ amant, penitus, transferens; & x, quòd præstat *DEI* esse, quàm juris nostri. Meritò igitur Augustinus y alloquebatur Deum hoc pacto: *Quum inhæsero tibi ex omni me, nusquam erit mihi dolor, & labor, & viva erit vita mea tota plena te.* Item z, *hoc tantùm scio, quia male mihi est præter te, non solam extra me, sed & in me ipso; & omni mihi copia, quæ Deus meus non est, egestas est.* Mirabilis autem inhæsionis ratio, in qua trahit Deus amantis voluntatem, trahit amantis intellectum, ac unit amatum sibi. Nihil celebria illa apud Gentiles amicorum nonnullorum paria, seu conjugatione, nihil inflammati libidine amatores, nihil conflatus à Vulcano è duobus unus, nihil *conglutinata Sichem anima, cum anima Dinæ* a, aut Jonathæ, & Davidis, quem ille *dilexit sicut animam suam* b. Hæc, inquam, vel naturalia dumtaxat, vel hyperbolica, vel fabulosa, vel etiam turpia, nulli momenti sunt, aut pretii, si comparentur cum honestissimo sanctissimoque supernaturali, ac divino amore infinito, quo *sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum suum daret* c, *& omnia cum illo* *, nostrumque ad se amorem raperet. Comparans Augustinus d, locum præsentem cum loco Pauli de charitate e, ait, quod ille latissimè, & pluribus dixit verbis, commodissimè hic & brevissimè uno verbo contineri, nempe, *inhærendi*; quod etiam ibi dicitur, f *diligentibus Deum omnia cooperari in bonum*, seu *precedere* hoc loco exprimi per, *bonum est*. Hunc amorem Bernardus g *glutinum* vocat, de quo Etaias h, *glutino bonum est*; pudorem, quo quis ligatur ne peccet, esse tamquam funem timorem, gehennæ, clavum: optimum esse *adhærere DEO* per hoc glutinum suaviter, & securè, ut terribilius & horribilius ipsa gehenna judices in re leviss ima vultum omnipotentis scienter offendere. Hoc appellat Apostolus i *vinculum perfectionis*. Bonam istam

a Gen. 24. 3. b 1. Reg. 18. 5.

c Joa. 3. 16. * Rom. 8. 32. d de morib. Eccl. c. 16. e Rom. 8. 35.

f vers. 28. g ser. de triplic. cohær. vinculo, clavo, & glutino. h c. 41. 7.

i Col. 3. 14.

adhæsionem Jeremias k pluribus modis expressit; *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum: bonum est præstolari cum silentio salutare Domini: bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua:* Quę de adhæsione ad Deum per charitatem præsertim, dicta sunt ea demonstrat Augustinus l Angelos Sanctis convenire; Confidendum, inquit, est cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis Angelis posse dici, quòd *Charitas Dei diffusa sit* in eis, *per Spiritum Sanctum, qui datus est* m *eis*: nec tantùm hominum, sed primitùs præcipuèque Angelorum bonum esse, quod scriptum est, *mihi autem adhærere Deo, bonum est*; Hoc bonum quibus commune est, habent, & cum illo, cui adhærent, & inter se societatem sanctam, & sunt una civitas DEI eademque vinum sacrificium ejus, vinumque templum ejus. Sic apud Augustinum, qui denique mirificè sententia ista delectatus, quam toties tractat, & versat, flagitat n à DEO: Nihil mihi tam dulce, quàm cum Domino meo esse: *mihi autem adhærere Deo bonum est.* Da mihi Domine, donec his fragilibus assisto membris, tibi adhærere. Placuit etiam sine dubio eadem formula Moysi o; qua veluti descripsit cultorem Dei populum suum, quem dixi vocari à nostro Davide *populum appropinquantem Deo* p; itemque postea successori Mosis Josue q. Hos audire nos etiam oportet, ut Deo adhæreamus, timendo illum, ac serviendo illi soli, diligendo, ambulando in omnibus viis ejus. Christum *aries* adumbravit, *cornibus inter vepres hærens* r, quæ vocant alii *virgulta Sabech*, quo nomine volunt misericordiam significari, & amorem, qui humanę ipsum fecit inhærere naturæ. Ignatium inter alios martyrem Christiferum, Christo perfectè adhæsisse constat, ita ut Christi post mortem, in ejus corde impressum distinctis characteribus nomen repertum prodatur s. Auctor in signitæ à Jesu Societatis nostræ cognomen imitatus est in exacta suæ ad voluntatem divinam & gloriam, quàm unam quærebat semper, & in omnibus adhæsione. Beatitudo, & quadam quasi nobilitatum apotheo. Si nondum tamen solèmniter, ac ritè adscriptum Sanctorum catalogo, hoc ipso die, quo scribo, idest, 7. Augusti. Anni 1609. ex auctoritate, & concessione Pauli V. nostri ordinis homines in Urbe, Ecclesiastico officio sacrificioque publicè denuo cohonestarunt, qui dies erat octavus ab eo, in quem incidit felix ejusdem è vivis migratio: quo ipso item die occurrit commodè mihi, ille eodem isto psalmo tractandus versus, quadrans in Ignatium: *Inflammatum est cor meum.*

k Thren 3. 25. 26. 27.

l 12. de civ. c. 9.

m Rom. 5. 5.

n Medit. c. 1

n Deut. 4. 4. c. 10. 20. c. 11. 22. c. 13. 4. c. 30. 20.

p ps. 148. 14.

q Josue. 22. 5. c. 23. 8.

Christi adumbratio per arietem cornibus inter vepres hærentem.

r Gen. 22. 13

De Ignatio quæ prodantur.

s Alens. 3. p. q. 67. mem. 9. ar. 1 B. Antonius 3. p. hist. tit. 7. c. 1. par. 11 & alii post.

Ejusdem Ecclesiastico officio & sacrificio publica cohonestatio.

Ponere in Domino Deo spem meam.) Hieronymus *posui*: & supplent alii, ideo. Vel reddunt, *ut ponam*. Legerunt forsan LXX. Hieronymus, & alii in makor seu in infinitivo שׁת *scioth*, & non שׁתי *sciathi*. Importat verò etiam id verbum dispositionem, ordinem, concinnitatem; ita ut denotetur aptè admodum collocare in Deo spes, non temerè; inconsideratè, coactè. Eadem phrasis in psalmo 77. t *ut ponant in Deo spem suam*, quamvis aliud sit Hebr. verbum שׁוּם *scium*, sed synonymum verbo hujus loci: שׁוּת *sciuth*. Cogitatus, & *sollicitudo projicienda in Deum* u, sed spes ac fiducia, convenienti quodam modo reponenda in ipso.

t vers. 7.

u ps. 54. 23. 1. Pet. 5. 6.

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas.) Hieronymus *ut narrem omnes annuntiationes tuas.* Alii, *omnia opera tua*: seu, *operationes*, & quidem summo artificio veluti elaboratas; vel, *missiones*. Hebræum nomen cum affixo מלאכותיך *malachothecha*, significat *opera tua*; & *obes, quas opere, & quasi artificio paraveris*. Metonymicè reddiderunt LXX. *prædicationes*, seu *laudationes*, ἀινέσεις, aut Hieronymo x teste, ἐπαγγέλματα, *annuntiationes* ac *promissa*, sicut & Aquil. ἀγγελιὰς σε, *Angelos*, & *nuncios tuos*, pro rebus & operibus prædicatione, annuntiatione, laudatione dignis, vel quas promisit Deus, vel quæ nuntii quidam sunt attributorum divinorum, præsertim providentiæ, qua psalmus totus fuit. Duo alii Psalteria, & Ambrosius (saltem in commentario) Augustinus, Cassiodorus habent, *laudes*. Arnobius, propriùs ad ἀινέσεις, *laudationes* annuntiare se, seu narrare ספר *sapper*, & ἐξαγγέλλειν se dicit velle tum scripto, tum verbo; *omnes* autem *prædicationes*, per hyperbolem, quantùm sibi licuerit; sicut alibi y *universa mirabilia*, & alios ad idem invitat z. Rectè post inhæsionem cum Deo respondet prædicationem,

x ep. 135.

y ps. 9. ps. 25. 7.

z Ps. 104. 2.

nem, ſicut Pſalm. 30. poſt cordis munditiam, & Spiritum Sanctum communicatum, Prædicator enim, inquit Hugo, præcipue ad amorem Dei, & contemtum temporalium invitare debet. Enumerat idem Auctor ſeptem de *DEO* prædicanda, quæ ſunt:

Septtem de Deo prædicanda.

Sacra, fides virtus, vitium, laus, præmia, pœna.

Vult omnes tamen Auguſtinus *a* in hac ſpe præſentis vitæ conſtitutos eſſe pro modulo noſtro Angelos DEI (alludit credo ad ἐξαγγέλλω, & nomen etiam Hebræum maſculinum, fœminino ſimile, nempe מלאך *malach*, *angelum*, ſignificat) ideſt, nuntios annuntiantes ejus voluntatem, & gloriam, gratiamque laudantes.

a 16. de civ. c. 25.

In portis filiæ Sion.) Non ſunt iſta in textu Hebræo, nec in Vaticano optimo codice, ut Agellius teſtatur: Auguſtinus autem, ac vetus Pſalterium habent *in atris*: quod eſt Græcè *ουταῖς αὐλαῖς*. Fortaſſis ex pſalmo nono *b* huc translata ſunt, ubi eſt: *ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Ibi vide quæ dixi, de *portis filiæ Sion*. Refert hoc Auguſtinus ad amatores Dei, qui laudant, quem amant, & ſatiant ſe cum coamatoribus ejus cupientes, ut ſecum eum ament & ceteri: id autem intra Eccleſiam, præter quam prædicatio inanis eſt, ut attendant ad unitatem, non dividant populum, rapiant ad unum, & faciant unum: Ait *c* præterea hanc eſſe glorioſiſſimam civitatem Dei, quæ unum Deum novit, & colit: hanc annuntiatam ab Angelis Sanctis, qui nos ad ejus ſocietatem invitaverunt, civesque ſuos in illa eſſe voluerunt.

b verſ. 25.

c 10. de civ. c. 45.

17 Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu palmaſti ea.

18 Memor eſto hujus, inimicus improperavit Domino: & populus inſipiens incitavit nomen nem.

19 Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.

20 Reſpice in teſtamentum tuum: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.

21 Ne avertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

22 Exſurge Deus, judica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.

23 Ne obliviſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.

Titulus & Argumentum.

Verſ. 1.) Intellectus Aſaph.

Ut quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?

PSALMUS

SEPTUAGESIMUS TERTIUS.

1 Intellectus Aſaph.

UT quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?

2 Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.

Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion in quo habitaſti in eo.

3 Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in Sancto.

4 Et gloriati ſunt qui oderunt te? in medio ſolemnitatis tuæ.

5 Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognoverunt ſicut in exitu ſuper ſummum.

6 Quaſi in ſilva lignorum ſecuribus exciderunt januas ejus in idipſum: in ſecuri, & aſcia dejecerunt eam.

7 Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

8 Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei a terra.

9 Signa noſtra vidimus, jam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.

10 Uſquequo Deus improperabit inimicus? irritat adverſarius nomen tuum in finem?

11 Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio ſinu tuo in finem?

12 Deus autem Rex noſter ante ſæcula: operatus eſt ſalutem in medio terræ.

13 Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.

14 Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populus Æthiopum.

15 Tu dirupiſti fontes, & torrentes: tu ſiccaſti fluvios Ethan.

16 Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & Solem.

QUid ſibi velit *intellectus* in titulo, dictum eſt pſ. 31. eratque idem nomen in titulo 41. pſ. & 43 44. 51. 53. & eſt in aliquot ſequentium. Occurit etiam *Aſaph* pſal. 49. & 72. & extat in ſequentibus ad 82. uſque incluſivè. Vertit Hieronymus *eruditio*: Paraphraſtes, *intellectus bonus*. Alii aliter, ut citato pſalmo 31. vidimus. Idem Hieronymus *d*, quum citans verſum 15. ubi fit mentio de fluviis Ethan, aſſerit ita ceciniſſe Davidem, illi attribuit pſalmum hunc, etiamſi nomine *Aſaph* notetur. Cur autem neque pſalmi, neque hymni, neque cantici mentio fiat in titulo, Euſebius cauſſam reddit, quia hìc agitur de rebus triſtibus.

Voces tituli aliis pſ. repetitæ.

d rp. 175. de manſion. in 3.

Cur neque hymni, neque pſ. neq. cantici, fiat mentio in hoc titulo.

Argumentum.

De argumento variant Hebræi, teſtibus Lyrano, & Valentia, ut ſit vel facta clades populi Hebræi per Babylonios, vel per Antiochum, vel per Romanos, tempore Veſpaſiani ac Titi, quæ adhuc durat, & ex qua ſe liberari petunt à Meſſia. Catholici vetuſtiores tam Græci quàm Latini propendent magis in ultimam ſententiam, ſed ita ut non intelligatur expectari Meſſiam, qui liberet ab illa, quod ſomniant Hebræi, ſed quia verum Meſſiam ſive Chriſtum occiderunt, iis illatam eſſe, ac duraturam uſque ad finem mundi, quum *reliquiæ ipſorum ſalvæ fiunt* e. Suadet ſententiam iſtam, quod verſu 9. dicit Propheta, Signa deeſſe ac Prophetas, nec amplius cognoſcendum populum à Deo, quum aliæ captivitates finem habuerint, & in iis aliqui Prophetæ fuerint, quod item verſu 1. conqueratus eos *repulſos in finem*, id eſt, uſque ad mundi finem.

e Eſa. 10. 21

De Babylonica captivitate ſentit Lyranus, Cajetanus, Trevetus, Placidus: de calamitate incendioque templi, ſub Antiocho, Janſenius, Clarius, Arias. Omnia tria illa mœſta tempora complecti videntur Vatablus, Gagnejus, Folengius. Flaminius, Valentia: Euſebius autem citatus ab Agellio, tempus Babylonicæ & Romanæ captivitatis, argumentans hinc inde pro utroque. Hieronymus etiam utrumvis, & Ayguanus. Arnobius exiſtimat agi de arca capta tempore Heli, myſticè de animi conſtantia, quam quotidie nobis hoſtes conentur eripere.

1. Reg. 4. 7. Myſtica interpretatio.

Hanc ultimam opinionem minimè probabilem duco; reliquas una recipi poſſe credo, cum iis, quos id facere retuli, deniq; valere pſalmum ad quodlibet gravioris tempus Judaicæ tribulationis & captivitatis, & ad Eccleſiæ perſecutiones applicari poſſe, tùm verò quæ jam diu per Mahometum facta eſt, ſietque per Antichriſtum, ut Valentiæ placet atque Janſenio. Genebrardus

Pſalmi applicatio.

dus sub templi & populi clade comprehendi vult Geg A & Mageg, quos putat in Cronologia esse Mahometanos, Saracenos maximè, ac Turchas. Idem innuit Faber, & Titelmanus sub figura saltem Babylonicæ captivitatis. Nam quod objectum est ex versu 9. Prophetas defecisse, quamvis de tempore Antiochi sive sub Machabæis, sit magis verum, quàm de captivitate Babylonica, in qua erant Jeremias, Baruch, Olda, & in Babilone ipsa Ezechiel, Daniel; & in reditu ex ea Zacharias, & Aggæus multoque adhuc magis de tempore captivitatis sub Romanis, quod adhuc durat, nihilominus non inverisimiliter dici posset verba esse non populi Hebræi, sed Babilonici, confingentis cum exprobatione, tamquam ab illo essent prolata: sed & tres pueri dese in Babylone Prophetam dicebant *a*, quia rarus erat; vel pauci qui aderant, tunc actu non vaticinabantur: *Derelinqui* etiam *in finem*, idem potest esse ac penitus, ut placari non posset Deus, quin præscripto tempore duraret captivitas. Adversus captivitatem Romanam, cui plures favent Auctores, facit negotium, quòd, ut objicit Eusebius & Cajetanus, cessit hæc in gloriam Dei, & tempore illius desiit populus Hebræus esse populus Dei, ac de ovibus ejus; neque imprecaretur malè Romanis Propheta qui pœnas à Christi crucifixoribus expetierunt. Sed occurri potest, populum Hebræum induci lamentantem, & avertere à se conantem tribulationem tantam, ne contingeret; vel certe ne tam diu duraret. Quomodo nihil vetat, si etiam dicantur imprecari persecutoribus suis, à quibus injustè, vel ultra modum vexari se existimabant. Tandem admitti potest tropologia multorum de captivitate spirituali. Athanasius proponit Marcellino psalmum tum ad consolationem, si quando irascatur Deus in populum suum.

a Dan. 3. 38.

Tropologa. Marcellino ad quid propositus hic psalm. Lamentationis psal. hic dictus cum 56. & 136.

Ut quid Deus &c.) Lamentationis psalmum Cassiodorus hunc meritò vocat cum 78. & in 36. indicantibus charitatem, & ex proximi pietate ac dilectione compunctionem & fletum. Quare querimoniam suam statim in initio exponit Propheta, quòd videatur Deus à sua in perpetuum cura & favore abjecisse populum suum atque indignationis demonstravisse severitatem in eos, quos tamquam oves pascendas redegendasque prius delegerat sibi intra promissionis terram; quæ mystice designat Ecclesiam, ubi pascuæ sunt verbi divini, Eucharistiæque potissimum.

Promissionis terra mystice Eccl. designans.

Ut quid Deus repulisti in finem.) In Psalterio vetere C & Romano, & apud Augustinum, *ut quid repulisti nos Deus*: apud Cassiodorum, *ut quid repulisti Deus*. Hieronymus *b* ait, apud Græcos malè legi ordine commutato, *ut quid repulisti Deus*. Aquila, pro *in finem*, εἰς τέλος, habet, εἰς νῖκος, *ad victoriam*, nimirum passivè, ut vincamur. Utrumque significat לָנֶצַח *lanetsach* præterea, *in sæcula*, quo modo Paraphrastes vertit לְעָלְמִין *lebhalemmin*. Notiones hæ omnes favent communiori sententiæ de Hebræorum præsenti captivitate sub Romanis, quæ durabit usque in mundi finem, ac proinde per omnia sæcula, idest, ætates ejus, & ita ut penitus ac irremediabiliter vincantur. Quia tamen diutius aliqua premuntur calamitate, cujus exitum non vident, eam numquam desituram putant, propter hæc dicendi formula convenire aliis opinionibus potest de calamitate, quam passus est populus, aut Babylone, aut sub Antiocho: Sic psalmo 43. orat David, *Exurge, quare obdormis Domine? exsurge, & ne repellas in finem*. Tropologicè peccator *in finem* repellitur, quando est impœnitens: & sic *obdormit in morte* c: allegoricè, longiores ac molestiores Ecclesiæ persecutiones infidelium, hæreticorum scismaticorum, videntur indicare eam à Deo repulsam esse, ac repudiatam.

b ep. 35.

Tropologia Allegoria.

c Ps. 12. 4.

Iratus est furor tuus.) Hieronymus, *fumabit furor tuus*. Alii, *fumat*: sic tempora facilè commutantur. Est autem futurum יעשן *iehhsçian*; & ejusmodi est illa phrasis in psalmo 17. *d ascendit fumus in ira ejus*. Exæstuantis iræ descriptio est, ducta ab equis, ursis, tauris metaphora, qui fumum per nares emittunt: unde ille *e*.

d vers. 9.

e Martial. l. 6. epig. in 64.

—— *rabido nec perditus ore*
Fumantem nasum vivi tentaveris Ursi.

Et *f*

Discе, sed ira cadat naso, rugosaque sanna,

f Perl. satyr.

Et *g*

χολὰ περὶ ῥινὶ κάθηται.
Ira in naso residet.

g Theoc. idyl. 1.

Quo autem pacto de Deo *ira* dicatur & *furor*, docuimus jam alibi aliquoties. In psalterio Gallicano & apud Augustinum *iratus est animus tuus*, videlicet ex Græcis vocabulis, ὀδυμος σὸ; quamvis & rectè *furor* positus est, sicut aliis in locis. Similis ex fumo forma alibi *h*, *ascendit fumus de naribus ejus: ascendit fumus in ira ejus*: *i* *de naribus ejus procedit fumus, sicut olla succensa atque fervens*, lege quæ dixi psalmo 17. *l* Laertius *m* inter Platonis placita illud refert, θεοὺς ἔχειν τὸ πολὺ πυρῶδες, *deos esse ut plurimum igneos*. Huc facit symbolum Pyragoricum, *ignem gladio ne scalpas*; de quo Lilius Gyraldus, & quod iste hieroglyphicum Ægyptium refert iræ furorisque, craticulæ, cui subjectus ignis, cor superpositum. Omissis aliis adagiis & exemplis, cur irati caleant, Aristotelem *n* consule.

h 2. Reg. 22. 9.

i ps. 17. 9.

k Job. 41. 11.

l vers. 9.

m lib. 3.

Iræ furorisque hieroglyphicum Ægyptium.

n sec. 8. prob. 19.

Super oves pascuæ tuæ.) Hieronymus, *in grege pascuæ tuæ*. Alia Psalteria, & Augustinus atque Cassiodorus, *super oves gregi tui*. *Pascua* & locum significat, in quo pascantur oves, & actum ipsum pastoris, quæ dicitur quoque *pastura*. Eadem ratio de מרשית *marhhith*, quod cum affixis tantùm reperitur, & de νομὴ, sed videtur potiùs hic pro *loco* sumi, & Latinè subaudiri, terræ, aut regionis, quia non reperitur, nisi ut nomen adjectivum *pascuus*, *pascua*, *pascuum*; *Pascales* Cato vocat oves Festo teste, ut differant à pellitis, quæ pascebantur in agro Tarentino. Est צאן *tson* ut plurimum nomen minoris pecoris. Lege psalm. 8. 9. Crebrò populus Dei vocatur hoc nomine *p*; aliquando *oves manus ejus* q; Christus *pastoris* titulo delectatur in comparatione ad *oves* r, appellans quoque *pusillum gregem* s. Moles etiam petit à *Domino Deo spiritum omnis carnis, hominem, qui esset super multitudinem, & posset exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne esset populus Domini sicut oves absque pastore* t. Eodem vocabulo Christus utens *ovium*, si ejus curam commisit Petro *u*, & Petrus *x* vicissim illum nominat *pastorem ovium*, & pastorum Principem, & Paulus *y*, *pastorem magnum ovium*. Nihil magis ove imbecillum, simplex, parcum, mansuetum, obsequens, patiens, fœcundum, timidum, domesticum, stolidum, utile. Ergo dum *ovium* hìc exprimitur nomen, suggeritur Deo quanta sit opis ejus necessitas, quàm sit conveniens ut suammet in hac ipse cura rem agat. Franciscus Arias noster piè juxta & doctè partes omnes boni pastoris in Deo demonstrat; pascua distinguens verbi, consolationis spiritualis, virtutum, & donorum gratiæ, Eucharistiæ, tribulationis: qua ratione, etiam defendat & tueatur per se, Angelosque, quomodo requirat, revocet, reducat errantes: præterea ut audire pastoris vocem oves quamprimum debeant: item de pascuis bonorum temporalium ad victum, vestitum, habitationem necessariorum, commodorum, jucundorum. Exempla insigniora pastorum, qui oves paverunt summo labore, ac vitæ periculo, Jacob *a*, & David *b*, Christum præfiguraverunt, qui propterea se *diligi* dixit *à Patre, quia poneret* pro ovibus *animam suam* *, non timens *rugientem leonem & catulum leonis super prædam* c; *in brachio suo congregans agnos, & in sinu suo levans, & fetas portans*; *d* eaque omnia pastoris optimi munia exercens, quæ iidem illi duo exercuerunt, & ab Ezechiele describentur, sicut & ab eodem, atque à Zacharia *e* opposita. Egimus eodem de argumento aliàs *f*, quamque ars pastoritia cum politica cognationem habeat, & quo pacto Reges vocati sint ποιμένες λαῶν, *pastores populorum*. Vocavit etiam Deum Plato *g* ποιμένα ἀνθρωπίνης ἀγέλης, *pastorem humani gregis*, quod & per ipsum Pana gentiles adumbravetunt. Porro parum apta Hugonis notatio mihi videtur, *furorem Dei* dici *super oves pascuæ*, idest, super eos qui sunt super oves nempe prælatos, nec umquam pronunciare *væ* ovibus, sed pastoribus frequenter *h*. Ab ovibus quandoque ducitur comparatio in malum: *sicut* i *oves in inferno positi sunt*. Deinde præpositio ἐπὶ cum accusativo & (ב) *be*,

non

Pascales oves quæ apud Catonem.

o vers. 8.

p Ps. 76. 21. ps. 78. 13. ps. 79. 2. ps. 99. 3. Ezech. 34. 5. & seq.

q ps. 94. 7.

r Joan. 10. sæpe.

s Luc. 12. 32. c. 15. 4. & seq.

t Num. 27. 16. 17.

u Joan. 21. 17.

x 1. Ep. 2. 25.

y Heb. 13. 20.

z l. de imit. Chr. trac. 5. c. 51. & seq. usque ad 73. Boni pastoris partes omnes in Deo.

a Gen. 31. 38. & seq.

b Reg. 17. 34. & seq.

* Joa. 10. 17.

c Isa 31. 4.

d c. 40. 11.

e c. 11. 16. & seq.

Artis pastoritiæ cum politica comparatio.

f in Psalm. 22. & Act. 7. atque 20.

g in Politico

Pan Gentilium quid adumbraret.

Parum apta Hugonis notatio. Ab ovibus quandoque comparatio in malum

h Jere. 23. 1. & seq. Ezech. 34. 2. & seq.

i Ps. 48. 15.

Ovium nomen quandoque in malam partem.
a 4. de locis ci ult.
* Joa.10.16.
b c.2.17.
c ps.118.176. Luc.15.4.

non denotant altiorem & superiorem dignitatis locum. Denique nomen *ovium* quandoque in malam partem accipi demonstrat Canus *a*, ut probet intra Ecclesiam & ovile Christi malos etiam contineri propterea enim *alias oves* Christum esse dixisse, *quæ non essent ex suo ovili* * & oves Petro commisisse *b*, videlicet etiam malos: quamdam ovem *erraticam* dici *c*.

Vers. 2.) Memor esto congregationis tuæ quam possedisti ab initio,

Redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sions, in quo habitasti in eo.

Sensus loci.

MUltis modis, ut admonet Cassiodorus, benevolentiam Judicis quærit David præstita dona numerando, & ad beneficia consueta illius animum invitando: rogatque ut sua potius beneficia in eis, quam eorum considerate velit errata: Igitur exigit à Deo, ut qui tamdiu videatur eorum fuisse immemor, sinens tanto tempore vigere tribulationes, tandem se memorem declaret illius congregationem, quam jam dudum tamquam peculiarem hæreditatem possedit, atque delegit, separavitque velut virga mensoria, & illa ipsa quam Mosi tradidit ad patranda miracula, ex omnibus gentibus, in peculium, quando ex Ægyptiaca illam servitute asseruit in libertatem. Nominat quoque *montem Sion*, & metropolim promissæ terræ, præ ceteris omnibus maximè celebrem atque religiosum, & Deo charum locum, & propria quadam ratione singulariter ab eo inhabitatum, ut vindicet eum à vastitate hostium, quam ipse prævidet, vel certè in pristinum statum restituat. Ecclesiasticam intelligere congregationem possumus cum Hieronymo, & aliis, quam Patriarcharum, sive Prophetarum, vel vocationibus, inquit ille, vel sacrificiis, Deus figuraviti. In solemni quidem prece hac concepta forma oramus aut pro Ecclesia universali, aut, ut loquitur Paulus *d*, pro domestica, cui nomen *congregationis* magis convenit.

d Rom 15.5. 3.Cor.16.19 Synagoga, propriè de cœtu Hebræorum.

Memor esto congregationis tuæ.) Græca vox est συναγωγὴ, *synagoga*, usurpari propriè solita de cœtu Hebræorum, ut ab Ecclesia Christiana distinguitur. Sed hoc loco sumitur generaliùs; quemadmodum & עדה *hhedah* pro quolibet cœtu, conventu, congregatione. De differentia Synagogæ & Ecclesiæ, dixi aliàs. Pro eadem voce συναγωγὴν, *congregationem* transtulit aliquot aliis locis *e* interpres, ubi est etiam idem nomen Hebræum.

e Ps.61.9.ps. 67.31.ps.105 27.ps. 110.1.

Quam possedisti ab initio.) Alia Psalteria, & Cassiodorus, *quam creasti*, sola editio nostra vera, respondens Græco ἔκτισω, & Hebræo קנית *kanitha*; legerunt alii ἔκτισω, quæ lectionis discrepantia extat etiam in illis verbis Proverbiorum *f*, *Dominus possedit me*, aliàs, *condidit*, vel *creavit me*; quum tamen Hebraicè קוני *Kanani*; ut supervacanea videri possit, si quis attendat, ad Hebræum verbum, altercatio, de verbis *possidendi* & *creandi*; quod Hieronymus monet. *Congregatio* Hebræi populi *possessa* est ab *initio*, ex quo primùm coaluit in formam politicam sub Mose; vel quum Deus jam certò sibi circumcisionis signo designavit, quod Auctori omnium Hebræorum Abrahæ, quique sic primus cognominatus est, dedit. Athanasius *g* tractans dictum ex proverbiis locum, *Dominus creavit me*, legensque ἔκτισε & ostendens de Christo intelligi, prout homo est, quique initium acceperit, tamquam creatura; confirma presenti loco, quamvis Græcè dicitur ἔκτισω, & translator ponat, *condidisti*. Denique vult *ab initio fieri quidpiam*, esse, post principium, quum nondum esset; *in principio* esse id quod numquam non fuit, sicque scribi *h*, quod *In principio erat Verbum*. Euthymius præterea docet, ἀπ' ἀρχῆς, idem valere, quod *olim*, & *primò*. Conjunguntur aliquando ἀφὸ τῶ αἰ ὥτος, & ἀπ' ἀρχῆς ut ibi *i*, *ab initio*, &, *ante sæcula creata sum*, πρὸ τῶ αἰώνω & ἀπ' ἀρχῆ ἔκτισέ με, *ante sæculum ab initio creavi me*. *Creandi* quoque verbum concedo passivè etiam dici de divina persona Filii in bono sensu ob continuam dependentiam à Patre generante, & aliis de caussis, se non est præsentis temporis hoc expendere; cum hoc loco, ut dixi, *possidendi* verbum omnino debeat retineri. Ecclesiam possedit DEUS & Christus ab initio, ut à Synagoga distinguitur (aliqui pro justorum aut colentium cœtu jam inde ab exordio cœpit mundi ex quo primùm tempore inchoavit, sive vivente adhuc Christo, sive post missionem Spiritus Sancti: vel item ab æterno tam illi quàm aliorum omnis congregatio justorum, quatenus prædestinati sunt & electi, atque *glorificati* in *k* Christo, qui vocavit *vocatione sua sancta secundùm propositum suum & gratiam ante tempora sæcularia*, *manifestata nunc* l in hoc tempore. Magnam vim habet *possidendi* verbum, de qua aliàs, & ostensum etiam quomodo *meminisse* dicatur Deus, aut *oblivisci*.

Ecclesiam quomodo possedit Deus & Christus ab initio.

k Eph.1.6.
l 2.Tim.1.9.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ.) Ita quoque Hieronymus, & alii ex Hebræo: supplent autem aliqui, *quod*: & repetunt, *memor esto*, *quod redemisti*, &c. Theodoretus legisse videtur, ῥάβδῳ κληρονομίας, *virga hæreditatem*, ut per *virgam* intelligatur Deus hæreditatem redemisse. Symmachus etiam in accusativo, σκῆπτρον κληρονομίας, *sceptrum hæreditatis*. Quid sibi velit V. editio, quum reddit, Σαβατφλὴν, *Sabat tribum*; nescio. *Virga* dicitur שבט *sceut*: tribus autem *sciabat* nulla est. Chaldaicè *redemisti ab Ægypto tribus hæreditatis tuæ*. Sensus juxta communiorem lectionem est, quòd Deus redemerit seu liberaverit (quomodo Cassiodorus habet aliaque Psalteria duo) à multis sæpe periculis populum suum; quem tamquam hæreditatem & peculium habebat, quique appellatur nonnumquam *funiculum hæreditatis Dei* m, & appellari potest, sceptrum, virgaque regia, seu regnum hæreditarium, *virga virtutis* n seu potentiæ, de qua re dixi psalmo o 2. & 44. *p* 15. vidimus, & ex libro Josue *r* potissimum colligitur. Posui in Paraphrasi *vigam mensoriam*, quam dicunt etiam *perticam*, ita ut hac, & non funiculo dumtaxat dividerentur agri. Sic quidem hoc loco sentiunt Vatablus, Jansenius, Jansonius, Genebrardus, & Villalpandus *s* noster in Ezechielem. Id probabile duco; utramque nempe dimetiendi rationem, ut nunc quoque non uno in loco fit, adhibitam. Ezechiel *t* meminit *funiculi linei simul cum calamo mensuræ*, sed in usum ædificandi: sicut & in Apocalipsi *u* mentio est de *mensura arundinea*, & calamo simili virge, quamvis aretas ibidem *geometricam* vocet, illi similem, qua geometræ terram dimetiuntur. Clariùs id Jeremias *x* expressit, *non est his similis pars Jacob*, &c. & Israel; *virga hæreditatis ejus*, ubi Hugo, Thomas, Lyranus, Vatablus agnoscunt metonymiam & hæreditatem virga sicut & funiculo dimensam.

m Deus 32. 9.
n Ps.109.2.
o vers.9.
p vers.7.
q vers.6.
t c.47.5.14. et 119.4 n.29.
s in Ezech. c.8.p.2.l.3. c.10.
Agros dimetiendi ratio.
t c.40.5.
u c.11.13.
x c.10.16.

Virga Tribuum de quibus in libro Numerorum *y* scribitur, ad rem faciunt; quatenus virgæ singulæ singula Tribus designat: quas etiam Paraphrastes exponit hic liberatas ab Ægypto. Hoc autem pacto *virga* pro virgis collectivè poneretur: & נשׂא *sceuet*, *Tribum* quoque significat, quòd velut ex arbore, seu stirpe sit nata, idest, ex parte. Sunt qui hoc loco indicari virgam velint, qua Moses miracula patrans in Ægypto, inde eduxit populum. Innuit Ruffinus; & favet recitata lectio ex Theodoreto, (*redemisti virga hæreditatem tuam*) quamvis denotare quoque possit potentiam, & non præcisè virgam illam.

y c.17.1.& seq.

Mysticè idem Ruffinus, Hieronymus, & alii, nomine *virgæ* intelligunt CHRISTUM præfiguratum in virga Mosis, & sic appellatum ab Esaia *z*, & Jeremia *a*: adde Balaam *b*: liberatum, autem & redemtum ab inimicis. *Virga hæreditatis* Dei, seu *hæreditaria*, est item Ecclesia, quam Christus *acquisivit*, & possedit, possidetque *sanguine suo* c: & Petrus *d* nominat *populum acquisitionis*, Hic est mons Sion, *quem acquisivit dextera sua* e. Imitatus videtur David Mosis orationem illam: *Domine* f *Deus*, *ne disperdas populum tuum & hæreditatem tuam*, *quam redemisti in magnitudine tua*, *quos eduxisti de Ægypto in manu forti*; *recordare servorum tuorum Abraham*, *Isaac*, *& Jacob*, (qui sunt Auctores congregationis, idest, synagogæ, & fidelium, qui sunt secundùm spiritum sibi eorum in Ecclesia) *ne aspicias duritiam populi hujus*, *& impietatem*, *atque peccatum*.

Mysticè *virgæ* interpretatio.
z c.11.1.
a c.1.11.
b Num.24. 17.
c Act.10.28
d 1.ep.2.9.
e ps.77.64
f Deut.9.27 27.

Mons Sion.) Hieronymus, *montem Sion*: videlicet, ut initio versus dixerat, recordare, vel, redemisti. Tribuit præterea Hieronymo Lombardus aliam lectionem,

g or.3.contr. Arianos. De Christo loci interpretatio.
Ab initio fieri quidpiam & in principio, ut distinguenda.
h Joa.1.1. Ἀπ' ἀρχῆς Πρὸ τοῦ, αἰ ὥνος & i Eccl.24.14.
Creandi verbum passivè de divina persona filii in bono sensu.

nem, *montis Sion*: ideſt, hæreditatis tuæ, quæ eſt mons Sion. Alii *recordare*, *quòd redemiſti montem Sion*, qui nimirum peculiari magis ratione eſt *virga hæreditatis tuæ*, Vel, *memor eſt nominatim montis Sion*. In Pſalterio Gallicano, & apud Auguſtinum, *montem Sion*, ſcilicet redemiſti, apud Caſſiodorum, *montis Sion*, nempe, *memor eſto*: vel potiùs, *redemiſti virgam hæreditaeis tuæ montis Sion*: ideſt hæreditatis tuæ, quæ peculiariter eſt mons Sion. Symmachus, *& duxiſti*, videlicet *virgam hæreditatis tuæ*, ſeu populum tuum hæreditarium, *ad Sion montem ſanctum tuum*: καὶ ἤγαγες εἰς Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον σου τὸ τοῦ. Editio noſtra, cum qua poteſt Græcè contentire, ut & cum ea quæ habet *montem*: quia τὸ ὄρος & nominativi caſus eſt & accuſativi, nec non cum textu Hebræo הר ציון הזה *har ſion zeh*, *mons Sion iſte*, vel *montem Sion iſtum*, reddit ſenſum imperfectum, aliunde ſupplendum. Vel *virgam hæreditatis*, quæ eſt mons Sion præſertim. Genebrardus ait ſic diviſim & nova veluti clauſula, enuntiare voluiſſe Lxx. ut nos retinerent in contemplatione montis Sion. Confirmat ſententia Græca ex Apocalypſi, A ἀπὸ τοῦ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος, pro ἀπὸ τοῦ ὄντος γαρ ἐρχομένου, ne vis præteriti imperfecti periret, quæ hic etiam Latinè reddita eſt, *ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*. Vel, *mons Sion*, cum emphaſi, & quod vocant πάθος, ſic abſolutè ponitur, ideſt, mons Sion vaſtatus eſt. Sic Sà, & alii: Apollinarius alium indicat ſenſum: ut ſit epiphonema in laudem montis Sion, cujus ſcilicet deploret David jacturam.

A ἀπὸτοῦ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος.

κλεινὸν ὄρος σιὼνος σιὼνος ὀτιχλυτὰ δώματα ναίεις.

Ceteri Græci idem innuunt, quamvis non tam deplorationem vaſtati Sionis, quàm commemorationem tacitam beneficiorum Dei in eumdem locum. Hæc beneficia inſinuantur à Moſe in Cantico *a*, *introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ*; & ab Apoſtolo *b*, *non acceſſiſtis ad montem tractabilem*, &c. *ſed acceſſiſtis ad Sion, montem, & civitatem Dei viventis* &c. De Sion actum jam alibi ſatis.

a Ex. 15. 17.
b Heb. 12. 18. 22.

In quo habitaſti in eo.) Suſtulit Hieronymus poſtremas duas dictiones, ut non neceſſarias; & alibi *c*; ſic etiam demtis illis citat. Hebraicè, ſi oratio bene diſpungatur, nil redundabit הר ציון זה *har ſion zeh*, *mons Sion iſte*, nimirum, eſt; deinde שבנתבי *ſciachanthabo*, *habitaſti in eo*. Græcè manifeſtior pleonaſmus, ὄρος σιὼν τὸ ὃν κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ. Chaldaicè, *in quo requievit tabernaculum tuum*. Habitavit ibi quoque Chriſtus ſecundùm præſentiam corpoream; ibidemque cœpit Eccleſia, ut aliàs docuimus. Qui has dicendi formulas in interprete reprehendunt, aut iis offenduntur *infirmiores* appellat Auguſtinus *d*, & eo infirmiores, quo doctiores videri volunt, non rerum ſcientia, qua ædificamur, ſed ſignorum, qua non inflari, omnino difficile ſit, quum & ipſa rerum ſcientia, ſæpe cervicem erigat, niſi Dominico reprimatur jugo. Quid enim obeſt, inquit, intellectori, quo ita ſcriptum (ſimile huic noſtro exemplum profert) quæ eſt in terra, in qua iſti inſident (aliàs, inſidunt) ſuper eam, ſi bona eſt, aut nequam: & aut aliàs, &) quæ ſunt civitates, in quibus ipſi inhabitant in ipſis? quam locutionem magis alienæ linguæ eſſe arbitror, quam ſenſum aliquo modo (aliàs aliquem) altiorem. Annotavimus ipſi jam prius *e* non ſemel, alia exempla ſimilia, in quibus ponuntur duo relativa, & occurrent adhuc nullo negotio plura. Vocari quoque *montis*, & quidem *Sion*, vocabulo Eccleſiam, docuimus, docetque Chryſoſtomus *f*; is verò quem nominant Athanaſium in quæſtionibus ad Antiochum *g*, agens de myſticis aliis notionibus *montis*, ait hoc loco ſignificari Chriſtum in illo habitaſſe. Etſi porrò *habitatio Dei in Sion* abſolutè citra allegoriam de Chriſto accipi poſſit ratione tabernaculi, quemadmodum & pſalmo 9. *h* 67. *i* 83. *k* tamen propheticè hoc loco reſpectu habetur ad futurum in eodem templum, ideſt, in una illius parte ſive colle, qui dicebatur *Moria*.

c Iſa. 1. 40.

Dicendi formulæ in interprete. d *l. de doct. c.* 13.

Rerum ſcientia ſæpè cervicè erigit, niſi Dominico reprimatur jugo.

Pſ. 32. 12. Pſalm. 39. 5. *vide etiam* Pſ. 75. Montis Sion vocabulo dicta Eccleſia *f in Iſa. c.* 2. § 5. 86. 87.

h *verſ.* 12.
i *verſ.* 18.
k *verſ.* 2.

Vers. 3.) Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.

Senſus loci.

POſita Dei benevolentia & beneficentia erga populum, proſpicienſque animo, quantas ab adverſariis calamitates paſſurus eſſet, tùm verò præſertim locus ille religioſus, & ſanctus, Deo dicatus, & ab eo inhabitatus in monte Sion, quàm gravem vaſtitatem; implorat, ſub ipſiuſmet populi perſona, Deum, ut priſtinis reſpondeat beneficiis, nec amplius juſtitiæ ac omnipotentiæ quaſi manus demittat, ſed exerat Deus, & elevet contra hoſtium intolerandam inſolentiam: nec ante ſe cohibeat contineatve, quàm funditus perdat, atque deleat. Tandem vehementi preſſus dolore, & ingemiſcens, ac ſtupens, exclamat, gravia & multa eſſe, quæ malignè atque indignè inimici egerint, ideſt, tamquam præſens intereſſet, ac cerneret, acturi ſint contra dicti loci ſanctitatem. Intelligit autem potiſſimùm templi profanationem, & deſtructionem ultimam ſub Romanis, ſecundùm ea quæ in argumento docuimus, etſi ſuo quoque modo habere poſſint locum in tempore perſecutionis Babylonicæ, vel Antiochi. Valet imprecatio iſta contra Eccleſiæ perſecutores, ut Hieronymo placet. Caſſiodorus, poſt Auguſtinum, in bono ſenſu refert ad Romanorum Idololatriæ addictiſſimorum deprimendam ſuperbiam & potentiam in finem, ut perducantur in finem, ideſt, ad Chriſtum, & ex veſtigiis tot profanorum templorum quæ extent, conſtet quanta ſuperſtitio, in quantam commutata ſit religionem, quàm dira in tot ma tyres ſævitia, in quàm inſignem verſa humanitatem, & charitatem; denique ſubdantur ligno crucis etiam hi qui tenebant ſceptrum.

B

Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem.) In Pſalterio Romano, & apud Auguſtinum, *eleva manum tuam in ſuperbiam eorum in finem*; apud Caſſiodorum, *in ſuperbia*. In Gallino Pſalterio, *eleva manus tuas in ſuperbiam eorum*. Hieronymus, *ſublimitas pedum tuorum diſſipata eſt uſque in finem*; ideſt, exponente Treveto, templum quod eſt locus, de quo Iſaias *l*; *locum pedum meorum glorificabo*, deſolatus eſt penitus ex deſolatione, quæ fit per incendium. Alii ex Hebræo, *leva greſſus tuos*, aut *pedes in deſolationes in ſaculum*: quaſi dicat, erige te in pedes, ut obviam hoſtibus profectus, erige te, exſurge, accelera, malis extremis eos affice: vel attolle pedes, veſtigiaque, quibus illo conculces, & proteras. Quidam, *leva percuſſiones*, aut *palpitationes*: vel, *eleva malleos tuos, ut perdantur manu tua omnes hoſtes tui, qui Templo nocuerunt*. Hebræa ſic habent; הריטח פעמיר למשאית נצח *harimah pahhamecha lemaſſuot netſach*. In pſalmo 57. *m*, *manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris*, vertunt aliqui, *pedes ſuos*, quod eſt עפטיו *pehhamau*. Sequens dictio cum puncto in ſiniſtro cornu litteræ (ש) ſignificat *elevationes & ſuperbias*, in dextro (ש) *vaſtationes, ruinas, deſolationes*, &c. Chaldaicè, *leva greſſus tuos ad deſolandas notiones in perpetuum*. Retinendo *manus*, metaphora ſumitur ex iis, qui manus in altum tollunt, ut verberent, ac fortiùs feriant. Quod valet *manus*, vel *brachium extentum*, ſive *excelſum* apud Eſaiam, & alios; ſicque in pſalmo 54. *n* & 137. *o extenſio manuum*, in 105. *p elevatio*; in 135. *q manus potens* & *brachium excelſum*. Poſſet etiam alluſio videri ad unum ex ſignis militaribus, quod forma expanſum crucis, extenſam ſupernè præferebat, & levatam manum. Confirmat hanc Roa *r* noſter non omnino inveriſimilem conjecturam ex Eſaia *ſ* dum *extentam* nominat *manum*, & loquentem inducit Deum *t*: *levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum*: item in Ezechiele *u*, qui pariter uſurpat *extendere manus* ac *levare*; & Zacharia *x*, qui *levare*, & ex pſalmo 105. *y & elevavit manum ſuam ſuper eos, ut proſterneret eos in deſerto*. Attamen ſimplicior & verior ſenſus eſt, ut hęc omnia, quemadmodum dixi, denotent validam percuſſionem: nec facilè credo tale militare ſignum in uſu fuiſſe apud Hebræos.

l *c.* 60. 13.

m *verſ.* 11.

n *verſ.* 11.
o *verſ.* 7.
p *verſ.* 26.
q *verſ.* 12.

r *in ſing. c.* 3. ſ *c.* 9. 12. 17. 21.
t *c.* 49. 22.
u *c.* 16. 1. 36. *c.* 20. 5. 6. 18. 23. 28. 42. *e.* 14. 9. 13.
x *c.* 2. 9.
y *verſ.* 26.

De multiplci ratione *levandi manus* egi alibi, & attingit noſter Ribera *z*, & Pintus in Ezechielem *a*, ut ad gratulandum, laudandum, jurandum, orandum, promtè quid & libenter agendum, ad vocandum, auxiliandum, ſeu protegendum: denique ad ulciſcendum,

Multiplex ratio *levandi manus*.

z *in c.* 2. Zoan. 21. *& ſeq.*
a *in c.* 37.

dum, & feriendum. Ultimo modo, qui magis convenit proposito, adjici solet, *in* aliquem, vel, contra, vel super.

Tropologicè

Manus in plurali poni notat Hugo tropologicè propter vindictam præsentem, & futuram: contra superbiam in Deum & proximum; item contra superbiam corde, voce, veste, opere, aliis. *Superbia* numero plurali non occurrunt, quod sciam, nisi adhuc semel in Epistola Jacobi *a*: & significant effecta, externa prodeuntia ex interna elatione animi. Ibi verò etiam tribuitur hujusmodi superbiæ exultatio maligna, quemadmodum hoc loco *superbi* dicuntur malignati: *nunc autem*, inquit, *exultatis in superbiis vestris: omnis exultatio talis maligna est*. Sed ibi sunt ἀλαζονείαι, hic ὑπερηφάνειαι. Utrobique indicatur insultatio, & exultatio, & pervicacia, atque projecta & impudens audacia.

Superbia, numero plurali sed ratio. a c. 4. 16.

Postremò, *in finem*, significat, vel penitus, vel in perpetuum, sicut & versu 1. Si ad Antiochum hæc & sequentia referre placet, constat maximè superbum fuisse. Nam scribitur *feciſſe eadem hominum & locutus est in superbia magna* b; *existimabat se pra superbia terram ad navigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem* c: *sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera apprehendere: sidera cœli contingere se arbitrabatur* d. Denique rectè *superbia* numero plurali eidem conveniunt, id est, non tantùm ὑπερηφάνεια, *superbia & insolentia*, sed etiam ἀλαζονεία e, *jactantia & arrogantia*, ὑπερφρονία f, *despicientia, contemtusque* aliorum, ὕψωμα, *sublimitas* φρόνημα *animi fastidium* θράσος, *insolentia, & audacia* g, ὄγκος *fastus, tumor, intolerantia*, ὕβρις h, *contumelia*, ἐπιδειξις, *ostentatio*, & *jactatio*, αὐθάδεια *ferocitas, qua Deus impiè contemnitur, ipsique vota facere quis non curat*, ut ait Theophrastus *i*.

b Matth. 1. 25.
c 2. Macb. 6 21.
d c. 9. 8. 10.
e Jacob. 4. 16 Sapient. 5 8. 1. Joa. 2. 16.
f Job. 25. 24.
g 9. 11. 12.
h Pr. 8. 13. 20. 21. 2. Job. 35. 13.
i in charactèribus.

De variis *superbiæ* gradibus B. Thomas *k*, quique gradus humiliatis enumerant; Josephus quoque *l* Stephanus, differens de Antiocho. De Romanorum superbia & fastum qui Jerosolyma deleverunt, nihil attinet dicere. His imprecantes inducuntur hoc loco Judæi. Vel, ut Rickelius ait etiam fideles & justi, ut destruatur Romanum imperium, quantum ad extinctionem Gentilium Imperatorum, & populi infidelis, non autem in quantùm Christo subjecti fuerunt. Et ità, inquit, completum est tempore Constantini, quando cœpit regnum Christi vigere in mundo.

Varii superbiæ gradus.
k 1. 2. q. 102. a 4.
l in Macha. 1. vers. 25.

Quanta malignatus est inimicus in sancto. Hieronymus, *omnia mala egit inimicus in Sanctuario.* Alii, superioribus nectendo, *levo pedes eorum ad desolationes in saculum, super omnem inimicum, qui male fecerit in sanctita e*: vel, *ut vastes seu perdas in perpetuum hostes universos, qui mala intulerunt sacrario*. Chaldaicè: *leva gressus tuos ad desolandas nationes in perpetuum, quia pro viribus suis detrimenta intulerunt inimici nostri in sanctuarium*: vel, seorsim sumendo hoc membrum, *nihil non labefecit inimicus in sancto*. Hebraicè נקרש פל הרע אויב *chol hherah hherah oieu bakkodes*, quod ad verbum vertit Hieronymus, & præterea transferri potest, *omnis inimicus*, aut *super omnem inimicum*, &c. LXX. reddiderunt ὅσα, quod exponere quoque licet *quæcumque, cuncta, omnia, quàm multa*. Emendati codices Græci habent, ἐν ἁγίοις σου, *in sanctis tuis*, nec non Psalteria Latina, vetus, Romanum, Gallicanum, præterea Arabicum; item Augustinus (qui etiam habet *malignè operatus est*) Cassiodorus, & ex Græcis Apollinarius,

ὃ κάπηρ εὐαγέ ισσι κακῶς ἐτεμήσατ' ἀλείτης:
Quanta quidem sanctis maligna excogitavit sceleratus.

At Basilius (apud quem corruptè legitur *in evangeliis* pro *in sanctis*) sive Theodoretus, negant vel Hebræum, vel ceteros interpretes, vel LXX. in sexcuplici, seu hexaplo, posuisse plurali numero, *in sanctis*, sed singulariter, *in sancto tuo*: ut manifestum esset de templo, eos qui hæc ajunt, dicere, lugentes & deplorantes ea quæ in id facta sunt. Hieronymus *m* mirari se scribit quis in codice Suniæ & Fretelæ emendando pervenerit, ut pro *sancto*, *sanctis* posuerit; quum & in codice quem habebat *in sancto*, inveniretur; licèt Græci legerent, Ἐν τῷ ἁγίασαι μίνως, ideſt, *in sancto tuo*, Aquila transtulit; ἐνήγιασε μίνως *in sanctificato*. Per *sanctum* & *sancta*, intelliguntur templum, & sacra, nec non personæ sacræ: quæ omnia satis liquet quàm sacrilegè profanata ac violata sint à Nabuchodnosore, & ab Antiocho. Nam Romani, post abolitam jam veteris legis Religionem, & templi sanctitatem, quatenus ex ejusdem præscripto sacra in eo fiebant non ita verè, ac propriè sacrilegi censendi sunt. *Vetuit* Antiochus *holocausta, sacrificia, dlacationes in Templo* n, *jussit coinquinari sancta* o, *templum* tempore ipsius *factum est sicut homo ignobilis* p; cognominatum *Jovis* q *Olympici*; *repletum* r *luxuria & commessationibus gentium, & scortantium cum meretricibus*; *sacratis ædibus mulieres se ultro ingerebant, intro ferentes ea, quæ non licebat: altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebatur*; *templum* Rex *expoliavit* s *effuderunt sanguinem, innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminaverunt sanctificationem* t: ita ut psalmum 78. totum ad ea tempora referant Eusebius *u* & Euthymius *x*: jure suillæ carnis templum conspersserunt, & porcos super altare mactaverunt *y*: *sanctificatio desolata est sicut solitudo* z. Preterea Nobuchodonosor & Chaldæi jam priùs *domum Dei succenderant* a, *columnas æreas, quæ erant in Templo Domini & bases & mare æneum confregerant, & transtulerant ea omne in Babylonem cu aliis vasis etiam aureis & argenteis* b, *tulerant sacerdotem primum*, & alios c, *interfecerant juvenes gladio in domo Sanctuarii* d. De Romanis consulendi Josephus, & Egesippus. Christus ipse templi destructionem antea prædixit, & civitatis *e*. Constat etiam invito, ac reluctante Tito ipso Imperatore, incensum templum mensis Augusti die decimo (quo etiam aliàs à Rege Babylonis fuerat concrematum *f*) cum sex hominum millibus, qui eo se contulerant salutis causa, prout pseudopropheta fieri præceperat *g*.

Sanctum & *sancta*, quid sint.
n 1. Mach. 1. 47.
o vers. 49.
p c. 1. 8.
q lib. 2. 6. 2.
r vers. 4. 5.
s c. 9. 16.
t 1. 1. 1. 39.
u 10. de dec. 1.
x in Ps. 78.
o Josepus 13 antiq. c. 16.
z 1. Mach. 1. 41.
a 4. Reg. 25. 6. 2. Par. 36. 19. Jer. 39. 8. 6. 52. 13.
b 4. Reg. 25. 13. 14. 15. 6. 24. 13. 2 par 37. 7. 10. 18. 19.
d 2. par. 36. 17.
e Luc. 21. 20 Templum Jerosolymitan. invito Tito Imperatore incensum.
f Joseph. 8. de bello Jud. c. 10.
g cap. 11.

Eadem sententia detorqueri multo magis potest in sacrilegos profanatores sacrosanctorum in Ecclesiæ Catholicæ locorum, personarum, sacramentorum, quales, legimus fuisse non solum gentiles, sed apostatas fidei, sub piæ matris perduelles filios hæreticos, non ex veteribus dumtaxat historiis id feciſse didicimus, verum etiam calamitosis hisce temporibus spectavimus. Ut omittamus adulteratum & incestatum Verbum Dei; atque depravata, corrupta, violata religionis ac fidei mysteria, & dogmata. Hoc Lateranensis sub Martino I. Synodus *h* ab Hæreticis factum conquerens, & præsentem usurpat locum.

Præsentis loci usurpatio à Lateranensi synodo.
h Secretario seu consul. 5
i in 1. Mach. 1. 39.

Placet latissimè disputatio de sanctitate dicatorum & consecratorum Deo locorum, deque jure asyli & immunitatis. Edidit Anastasius Germonius libros tres de sacrorum immunitatibus: & affert ad eamdem rem nonnulla Joseph Stephanus *i*; Nec inutiliter hic invehi liceret in irreligiosos Christianos, tam indignè obeuntes versantesque in Ecclesiis, tùm verò in eos qui propriè nominantur Ecclesiastici, minimè respondentes tanto nomini officioque. Hugo qidem subtiliter omnia quæ Anthiochus in templo vastavit, ad varios hominum ordines refert. Diabolum per *inimicum* interpretatur: alii tamen etiam comprehenduntur nomine *inimici*; sed quia se profitentur cultores Dei & amicos, convenit & in illos ea sententia *k*; *quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* simul etiam vocari possunt hostes, mittens *manum suam ad omnia desiderabilia*, ingrediendo *in Sanctuarium* l.

k Jer. 11. 15.
l Thre. 1. 10.

Vers. 4.) Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa.

Sensus loci.

SUperbi ac victoria elati prædaq; inimici & adversarii Dei, odio prosequentes religiosum cultum atque pietatem, ipsimet solemnioribus, festivioribus, & sacratioribus diebus per summam insolentiam profanando sacra omnia, voces inconditas edebant, quibus illam suam ostentabant, & prædicabant irreligiosam victoriam, eidemque Deo blasphemè insultabant, quasi eo invito talia patrarent, & tamquam victoriæ vexilla, seu trophæa erigebant, sive in templo, sive in portis civitatis: mœrentibus ad tam triste spectaculum piis

viris,

viris, quos decebat tali tempore cum gaudio rem divinam agere, & Dei laudes decantare. *Vocem dederunt*, ait Jeremias *a*, *in domo Domini sic ut in die solemni*; Chaldæi nimirum, quum in templi combustione, atque deprædatione tam hilariter voces contendebant, quàm solebant Cantores ac Levitæ; vel horum etiam voces exprimebant cum irrisione. Quod attinet ad Romanos, idem credi de illis potest, idque in die solemnitatis Paschalis, quo contingit incendi templum, sicut & priùs Christum crucifigi, ut observant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, & ex Latinis Augustinus Ruffinus, aliique.

a Thren. 2. 7

Et gloriati sunt qui oderunt te.) Hieronymus, absque conjunctione, *fremuerunt hostes tui*. Alii, *rugierunt*, *reboarunt*, *sublata voce clamarunt*. Ista significat שאגו *scia agu*, maximè propriè *rugitum leonum*, & *rugiendi* verbo translatum est Psalmo 37. b *rugiebam à gemitu cordis mei*. *Gloriari dixerunt* LXX. fortassis ut alluderent ad leonis rugitum, quem edit maximè jam capta præda, veluti exultans & insultans, ut aliàs dixi. Gravior peccati circumstantia, *lætari, quum malè feceris*, & *exultare in rebus pessimis* c, & gloriari in malitia. Totum locum istum arbitratur cum aliis, Augustinus Justinianus Nebiensis Episcopus de Mahomete intelligi, quem, inquit constat adulterasse & temerasse Evangelium, ac legem Christi. Si sit extendenda sententia, malim latiùs id fieri ad omnes persecutores. Opinionem verò illorum de Antichristo, nisi malis potius errorem appellare, quòd is fuerit Antichristus: nec alia sit propriè diversa expectanda persona, confutat propria disputatione Pererius noster, quam adjecit Comentariis in Apocalypsim. Adde Auctoribus dictæ sententiæ, quos citat, Franciscum Fervardentium *d*, & Arnaldum Pontacum *e*. Non dubitat Martinus Cantapetrensis *f* negare, ullum qui scripturas legerit, earum recepturum, sicut de Solimano Rege Turcarum, nec de Luthero. Pererius noster ait *g*, Annium dictæ opinionis primum assertorem, sine dubitatione vehementer hallucinatum, atque deceptum. Thomas *h* Malvenda negat ulli erudito atque prudenti venire in mentem posse, Mahometum verum esse Antichristum, Suarez *i*, nostri quoque scriptor ordinis perdoctus, existimat esse omnino certum, nondum venisse Antichristum propriè dictum, & quem singulariter Scripturæ prædicunt fore. Refellit etiam noster Salmeron *k* eamdem opinionem.

b vers. 9.

c Pr. 1. 14.

De Mahomete loci interpret.

d In Irenæ. l. 5. c. 26. & 30.
e in chron.
f hypot. c. 2.
g l. de Antidisp. 1.
h 2. de Ant. c. 5.
i 3. p. tom. 2. disp. 54. sec 2. Antichristi nondum adventus.
k in 2. Thess. 2. disp. 2.

In medio solemnitatis tuæ.) Hieronymus, *in medio pacti tui*: alii, *in medio synagogarum tuarum*, vel, *Ecclesiarum*, vel *Sanctuariorum*, vel *Templi*: quod quia triplici constabat parte, ut alias dictum est, plurali nomine cum affixo מועדיך *mohhadecha*, exprimitur. Significat hoc nomen inter alia, *tempus*, quæ notio frequens est; aliquando exponitur per *testamentum*, ut *l*, *sedebo in monte testamenti*, per *testimonium*, ut *m*, *in tabernaculo testimonii*: per *domum*; ut, *ubi* n *constituta est domus omni viventi*, nempe sepulchrum; per *solemnitatem* verò etiam alibi quàm hic, ut *o*, *eo quòd non sint qui veniant ad solemnitatem*, etsi alii exponant de Sanctuario: & *p*, *respice Sion Civitatem solemnitatis nostræ*: suntque alia exempla non pauca pro statis feriis, ac festivis diebus *q*, nomen *feriarum* interdum ponitur *r*: item per *festivitatem*, ut *s*, *oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem*, quamvis etiam alii declarent de Sanctuario, aut de jugi sacrificio per tabernaculum, ut *t*, *demolitus est tabernaculum suum*: infra versu septimo redditur nomine *sanctuarii*: Itaque *solemnitas* amplectitur & tempus, & locum, & oblationem sanctum, sive sacrificium, & pactum, testimoniumve, sive legem de ritu religioso, & cœtum convenientium ad sacra: Psalterium Romanum, & Cassiodorus *in medio atrio tuo*: sumitur autem *atrium* pro templo, non exactè pro medio ex Tribus, quibus, illud constabat; nam hostes nullius atrii religione tangebantur, ac ne loci quidem, quem appellabant *sancta sanctorum*. Quod attinet ad *medium solemnitatis*, placet quidem quod retuli, ex satis communi sententia, de solemnitate Paschali, quæ medium, idest, principatum, tenebat inter omnes alias; quemadmodum & apud nos nostra: sed extendi possunt verba hæc ad quascumque solemnitates, simili ratione quod Jeremias *u* lamentatur *vocem dedisse*

l 1. Esa. 14. 13.
m Exod. 27.
n Job. 30. 23.
o Thren. 1. 4.
p Esa. 33. 20
q 1. par. 23. 31. l. 24 c. 31. 2. Chron. 8. 13
r Esa. 1. 14. c. 44. 24. Num. 15. 3.
s Lev. 23. 2.
t c. 2. 6.
u Thren. 2. 7

In domo Domini sicut in die solemni, Chaldæus, de solo Paschatis die; ceteri, de quocumque solemni explicant. *Prohibiti* sunt Hebræi ab Anthiocho *celebrare sabbatum*, *& dies solemnes* x, quod postea restituit Demetrius y. In historiis sacris, Ecclesiasticis, policicis, observari festivioribus diebus attrociora patrata scelera, vel æmulante, ac invidente divinum honorem dæmone: vel molestè ferente profectum nostrum spiritualem; vel abutente hoc alioqui otio sancto; & magis incauti improvidique minùs alienas metuimus & cavemus insidias. Ætatis meæ in Gallia præsertim nostra, possum non ignobilia proferre exempla, estque trita nobis parœmia, *à bon jour bon œuvre*. Sic instar omnium Christus crucifixus in die festo, licèt impii ac hypocritæ dicerent in concilio suo z, *non in die festo*: die etiam festo amissus à Matre Christus *a*, licèt nulla prorsus parentum culpa vel errore. Rabbinorum traditio est, sabbati sui sanctione adeo dæmonas offensos, ut eo die nulli remanserint inter homines, sed speluncas desertaque loca petierint *b*. Fabula. Nam ad Christianas religiosiores festivitates ex omnibus latebris, sicubi latent, confluere caterva tota dæmonum videtur; nec pepercisse credendum est solemnitatibus Judæorum, quas Deus toties execratur *c*: & ipsimet illi deridere dicuntur *d*, accommodatitio saltem sensu: Idcirco *dies festi* plerumque convertuntur *in* lamentationem, & *luctum* e. Fingebant veteres Aspidem thermotem bubalino studiosè nutritam butyro, intra templum, eos, qui illuc irreligiosè intrarent, aut mala mente, lætaliter mordere solos solitum fuisse *f*. Hoc nunc si fieret, quàm multis inter nos *infirmi* essent, quàm *dormirent multi* g.

x 1. Mach. 1. 48. l. 2. 6. 6.
y l. 1. 10. 34. Festivioribus diebus plerunque patrata atrociora scelera.
z Marc. 14. 1.
a Luc. 2. 45.
Rabbinorum fabulæ.
b Ludo. Gra. concil. 2. in dom. 16. post. Pent. n. 21.
c Esa. 1. 11. Amos 5. 22. & alibi.
d Thren. 1. 7
e Amos 8. 10 Tob. 2. 6.
De aspide thermote ficta à veteribus.
f Scipio Ammiratus.
g 1. Cor. 11. 30.

Posuerunt signa, sua signa.) Hieronymus, *posuerunt signa sua in trophæum*. Alii, *prosignis ac trophæis*: vel, *vexilla in trophæum*, videlicet dejectis etiam signis, & imaginibus divinis, seu divinam majestatem religionemque veram, repræsentantibus. Symmachus apud Theodoretum quem citat Græcè Agellius, δόξαντα τὰ σημεῖα αὐτῶν εἰσιόντος γνώσιμα, *posuerunt signa sua insigniter*, *indicium*, seu *insigne*, *& ornamentum monimenti caussa*. Tum verò, insertis primis verbis versus sequentis, per hyperbaton, aut parenthesim, *& non cognoverunt* alia quæ in sequuntur, *sicut in exitu super summum*, ὡς ἐὰς τὴν ἔξοδον ὑπεράνω: vel ex eodem Symmacho κατὰ τὴν εἴσοδον πάνω *secundum ingressum*, vel, *in ingressu supra*. Sensus est, quod ea signa, sive vexilla, & trophæa sint posita in muris ac portis, per quas ingrediuntur, & egrediuntur omnes. Is, quem vocant Hieronymum, sit etiam refert ex Symmacho: *posuerant signa sua manifestè in edito in introitu portarum*, Augustinus Romanorum aquilas, vel dracones. Addit præterea statuas: & tertiò signa vaticiniorum, quæ audiverant à vatibus dæmonum suorum, ponit quoqs Ruffinus & hoc ultimum, quod magis ac ferè tantùm probat Agellius, ex exemplo etiam Regis Babylonis, *interrogantis Idola in bivio*, *commixtione sagittarum* h. Ego minus probabile dudo, propterea quòd, *ponere*, non ita propriè refertur ad firmam sententiam; quòd sint vera dicta vaticinia. Positionem, & constitutionem rei in loco significat, seu collationem, Latinum verbum, & Græcum τίθεσθαι, & Hebræum שום *sum*. Etiamsi verò τίθεσθαι quandoque sit *existimare*, *supponere*, seu *ponere thesim* & *hypothesim*, & *ponere* easdem notiones habere possit, Hebræi שום *sum* exemplum reperio, nisi aliquid addendo, quo id denotetur; ut *ponere in corde*, aut *super cor*, aut simpliciter *cor* quod est esse sollicitum *i*: aut *in ore* k, idest, in præcepto: aut intellectum *l*, hoc est, *apertè ad intelligendum*, aut aliqid aliud tale. Basilius, vel Theodoretus, præter signa, ac trophæa super portas erecta, meminit de Pilato, qui Regia signa Urbi intulit, & de imagine suilli capitis, quam Romani Reges lapidibus portæ insculpserunt: hæc autem omnia indicare voluisse Christum per *abominationem desolationis* m. Quidquid sit de Pilato, vel etiam longè post de Adriani statua, quum Pilatus quoque Cæsaris statuam locatam, clam de nocte inter vexilla militaria, victus precibus Judæorum, subduxerint cum vexillis n, & loquebatur Christus de re futura: præterea, utcumque se illud habuerit, & tuilla insculpta imagine ad contemtum Judaicæ religionis; si de Romanis interpretemur, illos intelligere debemus, non qui redegerunt,

h Ezec. 21. 2
τίθεσθαι
i 1. Reg. 9. 20
k 2. Reg. 13. 32.
l 2. Esa. 8. 8. Suilli capitis imago lapidibus porta Jerusalem insculpta à Romanis regibus.
m Matt. 24 15.
n Joseph. 2. de bell. Jud. c. 8.

gerunt in poteſtatem & ſub imperium Judæos, ſed qui tandem funditùs Jeroſolymam, atque templum diruerunt, & habitatores partim occiderunt, partim vendiderunt, partim expulerunt, partim in captivitatem abduxerunt.

De abominatione deſolationis, quæſtio non parva, paucis, & alieno loco hic non expedienda. Omnino, omiſſis illis opinionibus, quas indicavi, & alia de tempore Antichriſti, & ceteris, quas perpendit Maldonatus *a* & poſt alios Thomas Malvenda *b*, quam *ſtantem* nominat Matthæus, innuit eſſe ſtatuam; Theophylactus *c*, ac Euthymius ajunt. Titi Imperatoris in templo poſitam imaginem fuiſſe. Joſephus *d* quidem narrat, poſtquam ſeditioſi ad civitatem confugere, templo, itemque omnibus circum locis ardentibus, ſigna in templo poſuiſſe contra portam orientalem, ibique celebrato ſacrificio, maximis cum clamoribus declaraſſe Titum Imperatorem. De Titi ſtatua non ita facilè probari poteſt. In Machabæorum hiſtoria *e* narratur ab Antiocho ædificatum abominandum Idolum deſolationis, ſuper altare Dei.

De abomination. deſolat. quæſtio.
a in Mat. 24 15.
b 7. de Antichriſto c. 9.
c in Mat. 24
d ſaidem.
e 9. de bello Jud. c. 13.

Ego, ne longiorem, ut dixi tractem quæſtionem, propoſito meo minimè neceſſariam, arbitror, commodiorem ſenſum eſſe de *ſignis*, ut vexilla ſignificant, quæ non à Romanis dumtaxat, ſed & ab Antiocho conſtituta eſſe ambigi non poteſt. Hanc quoque *deſolationem abominationis* eſſe vult Clarius *f*, Arias *g*, Baronius *h*, de quo parum laboro. Sententiæ autem iſti de vexillis valde communi, favet etiam Ambroſius *i*. Quamvis porrò *vexillum* propriè dicatur נס *nes* אות *oth*, quod hic habetur, non ita reperiatur in iſta ſignificatione, tamen, ſicut illud etiam pro quovis ſigno, ita hoc pro vexillo fumi nihil prohibet. Placet Rhoæ *k* noſtro ſententia eadem, ſed non æquè placet mihi, quod *levare manus* in verſu 3. ut ibi monui, de ſignis vexillorum interpretatur; ita ut orare *l DEUM levet manus*, ſit, ut opponat ſigna ſignis, trophæa trophæis. Amplectitur præterea de noſtris Viegas *m* eamdem opinionem. Adde magnam aſſeverationem: & ſecundùm Diodorum admirationem quomodo Dei templum ſit manibus hoſtium traditum. Repetita bis ſigna innuunt, ut notat Hugo, doloris magnum ſenſum, cum quo Prophetæ hanc ſuam pronuntiabat vaticinationem.

f l. 1. c. 1. 57.
g in Dan. c. 9 ſub finem.
h in Mat. 24 1 20. 1. annal.
i in ſingul. c. 3
k in pſ. 41.
l Interpretatio verſus tertii minimùs accepta.
m in Apoc. 12. com. 1. ſec. 2. c. 2.

Affert idem Auctor ſatis commodam tropologiam, de ſignis, quæ ſibi ponunt viri Principes Prælati nec non Dæmones. Piget tranſcribere, nec operæ id pretium eſt: quemadmodum & quæ Grevæus *n* habet de ſignis Domini, quibus ſignat ſuos; de ſignis item Diaboli ſive characteribus, quos imprimit. Citatus quoque paullò Ambroſius admonet, ne ſpiritus nequam ſigna ſuſcipiamus in pectore noſtro, ſed DEI retineamus imaginem.

Tropologia
n ſerm. 135.

Verſ. 5.) Et non cognoverunt ſicuti in exitu ſuper ſummum. Quaſi in ſilva lignorum ſecuribus.

Verſ. 6.) Exciderunt januas ejus in idipſum: in ſecuri, & aſcia dejecerunt eam.

Senſus loci.

PErturbata nonnihil videtur ſectio verſuum, & obſcura ſententia, & ſine dubio pendens ex præcedentibus. Hugo ſic optimè evolvit. Inimici Dei Babylonii, aut Romani *poſuerunt ſigna*, ideſt, vexilla (*& non cognoverunt* ſe DEI ipſius nutu ac potentia, victoriam conſecutos, atque juſtitiæ illius miniſtros extitiſſe) *ſuper ſummum*; ſeu templum, ſeu locum alium; ſicut fieri ſolet in exitu, nempe vel in portis, per quas exitur, vel in exitu viarum, ideſt, in compito: Denique ſancti, & ſolemnitatis, hoc eſt, templi, ubi ſancta celebrantur, & ſolemnes agebantur dies, januas exciderunt, totamque civitatem diruerunt impetu tanto, libertate tanta, atque adeo magna petulantia & irreverentia, ac ſolent, qui cæduam intrant ſilvam, arbores quas volunt ferro dejicere. Theodoretus, aut quis alius recitatus Græcè ab Agellio, agnoſcit hoc loco hyperbaton, & ſic diſponendam orationem: *poſuerunt ſigna ſua ſigna tamquam in exitu*, hoc eſt, in porta, *ſuper ſummum, & non cognoverunt*, ideſt, non adverterunt ſe adverſus DEO dicatam civitatem tanta auſos, & in ea ipſa collocare propria vexilla velut inſigna victoriæ, atque Dominii. Sed explicemus ſeorſim ſingula.

Et non cognoverunt ſicut in exitu ſuper ſummum.) Ex Hebræo יורע כמבא למעלה *jiuudahh clevi lemahhelah* translatio ſatis diſperata, nam vertit Hieronymus, *manifeſta in introitu deſuper*, nempe ſigna quæ poſuerunt in trophæum, erunt *manifeſta in introitu*, ſcilicet portarum, *deſuper*, ideſt, fixa in loco alto. Alii, *notus erat velut afferens ſuperne*: hoc eſt, adeo celebris, nobilis, illuſtris erat, tamquam qui adduceret aliquid ad ſublime, is qui (quod ſequitur) ſecabat arbores ædificium templi, ac ſi eadem ligna de cœlo obtuliſſet, vel, atque ſi obtuliſſet Deo ſacrificium. Vel, *notum eſt*, ſeu *palam eſt*, *quomodo in ſuperiora*) ſcilicet templi) *velut* (quod continetur ſequenti membro) *in condenſa*, ſive *perplexitates ſilvarum*, *ſecures intulerint*, ideſt, quo pacto tabulata templi, quæ auro ornata erant, decuſſerint, non ſecus quàm qui arbores in ſilvis detruncant. Vel, eodem ſenſu, *ſcietur*, (nempe inimicus (*ſicut adducent ſurſum in ramo ligni ſecures*) nempe in excidendo templo. Propius accedit ad verſionem noſtram interpretatio Pagnini, pro primo verbo ponentis, *contritum eſt*: aliquid autem ita comminui poteſt, inquit Richardus Cenomanus, ut poſtea vix ejus veſtigium agnoſcatur. Hoc ſibi videntur voluiſſe LXX. reddendo negativè, οὐκ ἔγνωσαν, *& non cognoverunt* (quod cum affirmatione Aquila, & Theodotio, ἐγνώσθη, & γνωσθήτω: Symmachus per nomen γνῶσις, quaſi dicas, & non eſt inventus locus, ſeu templi, ſeu civitatis funditùs deletæ. Eodem ſpectat Chaldæa paraphraſis, *contundet malleo*. Significat quandoque ורע *jadahh*. Unde hoc loc in niphal יורע *ijeuuadahh*, *ſubvertere*, & *conterere*, ſic nonnulli explicant, quem apud Eſaiam legimus, *ſcientem infirmitatem*, *contritum infirmitate* ירוע חלי *jaduahh choli*. Itaque non cognoverunt habitatores ipſi habitationes ſuas in Jeruſalem, & templum, quia contritum eſt (ſumendo futurum præterito) quidquid ibi erat.

o c. 53. 3.

Alter ſenſus de iiſdem Judæis, traditur à Baſilio, ſive Theodoreto, ut non cognoverit ullam Dei protectionem ſuper ſe, ſed deſperaverint. Adjice quod cauſſam curtor ac tanta paterentur, & non adverterint, ſeſeque decipi falſis pollicitationibus pſeudoprophetarum ſiverint: veras autem prophetarum voces non cognoſcentes, ideſt, non recipientes; ſed irriſerint, quamvis tandem earum veritatem, nolentes experti ſint. Varii ſenſus

Tertiò non cognoviſſe Judæos Euthymius ac Nicephorus volunt, quia quum eſſent occupati circa ſolemnitatem Paſchalem, nullis aliis rebus intendebant, & ex improviſo jam poſita ab hoſtibus ſigna ſua viderunt.

Quartum idem Euthymius aſſignat ſenſum, qui paſſim recipitur ab aliis, ipſoſmet inimicos non cognoviſſe quo pacto cepiſſent civitatem, videlicet, non quia non poſſet Deus prohibere, ac viribus eorum reſiſtere; ſed quia voluit eorum uti opera ad Judæos puniendos, vel ob alia peccata, quum Nabuchodonoſor & Antiochus occuparant civitatem, vel quum Romani penitùs illam deleverunt, propter interfectum ab ipſis Chriſtum, ita ut caperentur ipſi & occiderentur in Paſchate, in quo interfecerant Chriſtum. Id etiam Clemens Romanus *p* obſervat de præſenti loco.

p citatus in indice Turrian. ad Clementem.

Quinto Diodorus, quem profert Agellius, exponit hoc ita dictum à Propheta, οὔπω τὸ κόρον ἐδέξαντο τῶν καθ' ἡμῶν συμφορῶν, *nondum ſatietas eos cepit noſtrarum calamitatum*.

Sextum addit Agellius, ut *non cognoviſſe* ſit; pro ninihilo duxiſſe, & contemſiſſe majeſtatem templi, atque magnificentiam; nec peperciſſe, quamvis parci Titus maximè vellet, ac ſeveriſſimè, ut priùs dixi, præciperet. Idem adhuc Auctor, accipiens *ſigna* pro auſpiciis omnibus, portentis: declarat quod non cognoverunt alii illa, ſed hoſtes tantùm, quibus dat, & oſtenſa fuerant: vel quod ipſimet dii falſi, qui dabant non cognoverunt; quemadmodum paullo poſt *q*, inducuntur hoſtes aſſerentes Judæis, de ſub vero, dixiſſe cum deſperatione, *ſigna noſtra non vidimus*, *jam non eſt propheta*, *& nos cognoſcet amplius*. *q verſ.* 9.

Oratio concisè pathetica, & perturbata, tam varios fert ſenſus. Quartus optimus, ex aliis minus probandus

dus quintus : duo postremi minimè : hi, quia *signa* usurpant præter communem sententiam : ille, quia insolens, ac durum, ut, *non cognoscere*, sit, non saturari. Grave damnum ab ignorantia, *quia si cognovisses & tu*, ait Christus *a*, non minus lamentabili voce, & *b*, *si scires donum DEI*: & cæcus unum illud urgebat, *Domine c ut videam*. Surdus & cæcus est qui confidit in alio quam in Deo vero *d*. Benè pependit Hugo exaggeratum hic persecutorum peccatum, quod *superbia* nominatæ sint, quod dictum, *quanta*, ad quantitatem denotandam : quod malignitas indicata, circumstantiæ loci sancti, blasphemia in gloriando de perpetratione mali, obstinatio in Dei odio : violatio temporis sacri & solemnitatis : arrogantia, ponendo *signa* : infidelitas, quia *non cognoverunt*.

a Luc. 19. 42
b Joan. 4. 10. c Luc. 18. 41. d Isa. 42. 18. 9.

Perpensus ab Hugone locus.

Sicut in exitu.) Præter ea quæ dixi, perpendenda nunc magis editionum in his verbis discrepantia. Hieronymus, ut retuli, vertit, *in introitu* : omittens comparationis particulam. Alii hanc ponunt, sed reddunt participaliter, *adducens*, seu *afferens*, Hieronym. ut & LXX. legerunt cum littera (ב) *beth*, quæ præpositionem indicat, si subjiciatur ei sceva (ב) *be*, & מנא *meus* sumserunt tamquam nomen simile מנא *manu*, pro *compito* : qui etiam apud Matthæum *e* appellantur *exitus viarum*, ut magis demonstrat Genebrardus. Ceteri Hebraizantes, ante dictam vocem, acceptam ut participium, agnoverunt litteram indicem similitudinis, (ב) *chaph*, cum sceva (ב) *che*. In Bibliis Græcis & Latinis comparatio est cum præpositione. Græca emendata habent, ὡς εἰς τὴν εἴσοδον, *sicut in introitum* sive *ingressum* : Idem valet apud Apollinarium εἰσίδυμη. Sed singularem indicat sensum, ut hostes tanto impetu irruisse, ac irrupisse dicantur, quanto solent qui contendunt & connituntur evadere angustias alicujus loci.

e c. 22. 9.

Εἰσίδυμη.

ὁιάπερ εἰσῆλθον τινὲς βιαίως εἰς ὀργήν.
Velut intro itum angustum ingressi in ira.

Utuntur quoque vocabulo εἰσίδυ Aquila, Symmachus, Theodotio. In vetere Psalterio Latino, & apud Augustinum, *sicut in egressu*, in Psalterio Romano, & apud Cassiodorum & Ambrosium *f*, *sicut in via*. Viam ingredimur & egredimur, aut compitum, sive quadrivium, aut portam : ut parum referat quo modo nomen Hebræum reddatur. Sensum antea dixi esse, quod signa hostes posuerint, ut moris est ponere in obvio loco : quod factum Symmachus exprimit, ἐναμένοις ξυλίνοις *in instrumentis ligneis*, hoc est, in hastis sive contis.

f Ps. 41.

Super summum.) Hieronymus, Augustinus Psalterium Gallicanum, *desuper*, Hoc valet למעלה *lemahhlah*, & ὑπεράνω, quod Aquila transfert εἰς ανω, Symmachus, ἐπάνω. Paraphrastes videtur pro participio in hiphil accepisse : siquidem declarat, *sicut vir qui levat manum suam*, quod ad verbum esset, qui ascendere facit : sed sensus est, signa posita in editore loco, & collocata super eminentem & conspicuum locum, ut omnium desertissimè Haimo declarat. Quod autem Bruno Carthusianus explanat, sicut victores dum exeunt facere solent, coactiùs videtur.

Mystica expositio.

Augustini expositio mystica est, vel accommodatitia, quod hostes non cognoverunt sicut in egressu desuper, quoniam nescierunt desuper, ut loquebatur Christus *g*, *datam sibi potestatem desuper*, & ut Danieli Gabriel *h*, *egressum esse sermonem*, & quod nisi desuper egrederetur jussio, numquam ipsis talia liceret. Imitus proculdubio Augustinum est is quem nominant Ruffinum, quod verus non faceret Ruffinus, Antagonista Hieronymi communi setentia lectione, ut *non cognoverint sicut in exitu super summum*, hoc est, esse super summum, & apud summum Deum, sicut in exitu fiebat, idest, sicut à divina dispositione exibat. Id quoque Beda dicit, & Bruno Carthusianus approbat, atque de recentioribus Varlenius, & Jansonius : sed, quod ego assentior, ut sensum litteralem.

g Joan. 19. 11.
h Dan. 3. 23.

Quasi in silva lignorum.) Omissa comparante particula Hieronymus, *in saltu lignorum secures*, nempe sicut se habent ibi secures, ita cuncta vastantes in civitate temploque hostes. Explicat ad eumdem Paraphrastes modum *contundat* (*nempe hostis*) *malleo*, *sicut vir*, *qui levat manum suam in perplexitatem ligni*, *ut incidat securibus*.) Nec discrepant Hebraizantes alii. Quamquam Campensis versio exhibet totius sententiæ priorum & sequentium non nihil differentem sensum (*audiri creditur securis* ; *superne est silva tonantis veniens fragor*.) Ejusdem paraphrasis seu apud eumdem, aliter (*palàm videntibus cunctis ascenderunt vastaturi templum* ; *non aliter quàm silvam lignorum ingressi arbores truncare solent*.) Hic melior & communior sensus & à nobis etiam antea positus.

Descriptio Poetica elegans est ista, qua designatur hostilis cladis magnitudo, non in diruendis dumtaxat ædificiis, quod hic exprimitur, sed in cædendis quoque hominibus. Similem Valerius Flaccus *i* in Herculis describendis ictibus rationem habet.

Ac veluti magna juvenum ; quum densa securi
Silva labat, cuneisque gemit grave robur adactis,
Jamque abies, piceæque ruunt, sic dura sub ictu
Ossa virum malæque sonant.

Eadem formula dicendi extat apud Jeremiam *k*, quum vaticinatur vastitatem Ægypti per Nabuchodonosorem, *quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cadentes ligna. Succiderunt saltum ejus, qui supputari non potest*.

k c. 46. 22. 28.

Securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi & ascia dejecerunt eam.) Hieron. primo ad priora nomine relato, ut retuli, sic alia convertit, *& nunc sculpturas ejus pariter bipenni, & dolatoriis deraserunt*. Ita quoque distinguunt Hebraizantes alii, vertuntque, aut, pro *dolatoriis*, malleos, pro *deradendi*, verbum, conterendi, perdendi, confringendi, dejiciendi, conquassandi : & pro *januis*, usurpant tùm cælaturas, tùm sculpturas : pro *ascia*, dolabram, runcinum ; per pronomen, *ejus*, intelligunt templum ; *securibus* respondet, קודמות *kardummoth* ; *januis ejus* פתותיה *pitthucheha*, *securi* כשיל, *assil* ; *ascia* כילפוח *chelappoth* : verbo dejecerunt, יהלטון *iablomun*. Voc. Gr. sunt, ἀξίναμα, θύραι, πέλεκυι, λαξευτήριον, καταρράξαι : loco nominis secundi Hebr. quod sculpturas, & cælaturas, quæ fiunt aperiendo, valet, legerunt LXX. פתתיה *pathacheha*. Tertium est synonymum primo nomini, sicut & quartum, quod hoc dumtaxat loco reperitur ; tametsi etiamsi dicatur significare, *malleos*. Ultimum verbum significat *contundere*, *concutere*, *conquassare*, *confringere*, *conterere*. Eadem præterea ferè significatio est nominum Græcorum ἀξινη, & πελέκεως. Est autem λαξευτήρι non tantum idem quod illa nempe *securis*, *ascia*, *bipennis* : sed etiam quod vocant *cœlum* ; & *instrumentum apicida*. Ex Latinis *ascia* propriè instrumentum est fabri lignarij, quo materiam fabricæ dolat, unde *dolabra* ejusdem notionis : *securis* generalius instrumentum ad secanda ligna ; *bipennis*, utraque ex parte habens aciem. Augustinus legit, *in dolabro*, *& fractorio* : Psalterium Romanum & Cassiodorus atque Ambrosius *l* ; *in bipenni & ascia*, Psalterium Gallicanum, demta præpositione, eodem pacto : in codice Romano, *dejecerunt eas*, nempe januas : & apud aliquos *m*, *ea*, scilicet sanctum, solemnitatem, jannas ; ut significent duo priora templum. Ad excindendum atque dejiciendum dolatio minus idonea est, dolatoriumve instrumentum, seu expolitorium ; tamen majora instrumenta innuunt, ut notat Bruno Carthusianus, acre studium comminuendi omnia, non tantum deturbandi moles grandiores.

Ἀξευτήριον :

l in Ps. 41.

m Fabrum Titelm.

Pro, *exciderunt*, modo legitur רעח *vehhatta*, cum notula illa supra in fine, quæ indicat deesse (ה) *he*, & vertit Hieronymus, *& nunc* : Suspicatur Agellius legendum פחו *pathu* à פתח *pathata*, *frustratim concidere*, *frangere*, in *fragmenta*. Similitudo quædam est in litterarum charactere (ע) & (פ) *hhain*, & *pe*. Genebrard. putat esse (ע) pro (ח) *hhain* pro *cheth*, quasi legas nomen חתת *chathath*, *contritio*, vel verbum חתי *chatthu*, *contriverunt*.

Circa portas templorũ & aliorũ ædificiorũ ornumenta veterum & etiam hodie Capitolii foret auratæ.

De *Janis* mentionem fieri notat Bruno Carthusianus, quia magis ornatæ partes templi erant, & antiqui magis in illis ædificandis studebant. Potest id exemplis ostendi in templi Jerosolymitani portis, & in aliorum templorum tùm sacrorum, tùm profanorum, & præterea in aliarum domorum portis. Capitolii fores auratæ erant

erant, & crassis auris laminis obductæ, usque ad Hono-
rium, teste Zozimo. Portæ templi Paneleon ornamen-
torum adhuc vestigia cernimus, & mediæ in Basilica
Petri extant adhuc ornamenta non vulgaria: & de por-
ta speciosa templi Jerosolymitani egimus cum enarrare-
mus actus Apostolorum *a*; aliam civitatis vocant au-
ream, quam tamen rejicit Villalpandus noster *b*: Allu-
dit huc in genere Horatius, * dum *postes* nominat *invi-
dendos*: Virgilius *c* *celatas* eleganter *fores* templi Chal-
daici à Dædalo: Cicero *d*, *valvas magnificentissimas* Syracusani, ex auro & ebore. Quod attinet ad tem-
plum ab Antiocho eversum, portas exustas, postea re-
pararunt Judæi *e*. Tropologiam de januis, & de securi,
asciaque lege apud Hugonem & Ayguanum, præterea-
que apud Ambros. *f*. Quòd autem Dionysius testatur de
suo, nos multo possumus magis testari de nostro tempo-
re, in quo vidimus tot ab hæreticis Catholicorum tem-
pla & imagines profanatas, direptàs, eversas; ne anti-
quiora arcessamus Arianorum, Icomachorum, & alio-
rum exempla. Genebrardus digreditur hìc in licitum
& pium Imaginum usum.

a c. 3. 2.
b Ezech. 3. in Ez. p. 1. l. 3. c. 25.
* 3. carm. Ode 1.
c 6. Æn.
d 4. in Verr.
e 1. Mach. 4. 8.
Tropolog.
f in Ps. 37.

Vers. 7.) Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Sensus loci.

PLana & satis ex dictis perspecta sententia. Osten-
sum namque supra quanta malignatus fuerit ini-
micus in sanctum, sive in Sanctuarium templumque.
g c. 9. 26. Prædixit quoque Daniel *g* quod *civitatem & San-
ctuarium dissiparet populus cum duce venturo, & finis
ejus esset vastitas*: exprimit præterea nominatim Ro-
manos, qui *polluant Sanctuarium, & auferant juge
sacrificium* h.

h c. 11. 30. 31 Pollutio multis modis contigisse potuit, quorum non-
nullos antea indicavi, & illatos aliqui equos ad sta-
bulandum addunt. *Pellus* dicebat Deus *i* *altare lapi-
deum*, quod erat de non sectis lapidibus, *si levaret quis
cultorum super eo*. Sed tempore peregrinationis loque-
batur, ut annotavit Theodoretus *k*, quando extem-
K q. 44. in Exod. poraneas aras oportebat esse, ne si fixæ & fabrefactæ C
remanerent, idololatriæ aliis causam darent. Non
ergo pollutionis rejici causa potest in ferramenta de
quibus proxima mentio fuit.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum.) Hieronymus, *miserunt ignem*: ad verbum ex Hebræo, *miserunt in
ignem Sanctuaria tua*, idest, ignem in sanctuaria בקאשׁ שלחו באשׁ *scillechus baes mildasecha*. Præterea, quæ
prius attuli de incendio templi sub Nabuchodonosore,
proferri potest ex Esdræ lib. 3. *l* licet Apocrypho, te-
l c. 4. 45. stimonium, ubi scribitur, quod quando exterminata
est Judæa à Chaldæis, Idumæi templum incenderint.
De incendio sub Tito à Romanis facto plures interpre-
tantur.

In terra polluerunt tabernaculum nominis tui.) Sic ponitur in emendatis Bibliis, hoc membrum separatim à præcedente, ut scilicet primæ duæ dictiones non per-
tineant ad illud. Ita quoque Hieronymus, & alii He-
braizantes, necnon Enarratores Græci distinguunt,
atque Psalterium Gallicanum, & Romanum; Augu-
stinus verò. *polluerunt in terra*, &c. Græcè cum accu- D
sativo, εἰς τὴν γῆν, *in terram*, quod indicat metum,
& causam rei, nec ita bene incendio convenit, atque
pollutioni, ut significat profanam dejectionem; detur-
bationem, conculcationem, aut quid simile. Euthy-
mius & Nicephorus, τὸ ἐβεβήλωται, docent esse, ἀντὶ
τοῦ βαβήλωνται καὶ ἀγοστίως κατέῤῥιψαν, *polluerunt*, pro *pollu-
tè*, seu *profanè atque impiè projecerunt*, & *solo æquarunt*.
Ita etiam Apollinarius,

ἐν χθονὶ δέβηλον ἀγήρατον ὄνομασεῖο.
*In terra posuerunt profanatum, immaculatum nomen
tuum.*

& Paraphrastes, *ad terram prostraverunt tabernaculum
in quo invocatum est nomen tuum*. Eadem ratione in
Psalmo 88. *m*, *profanasti in terra Sanctuarium ejus*,
m vers. 40. ἐβεχ'λασας εἰς τὴν γῆν, &c. & Hebraicè eadem utrobique
phrasis. Sed non debuit Agellius Latinè legere, *in ter-
ram*, editione nostra neglecta. Nam Hugo rectè de-
Aclarat, *in terra*, idest usque ad terram dejicientes: &
Cassiodorus, usque in terram deducentes templi cul-
mina, Ruffinus, aras, mensas, libros, vestes, & simi-
lia projicientes pedibusque conculcantes: Haimo, ita
ut non remaneret lapis super lapidem. Quocirca non
placet Beda, Remigius, Ayguanus, Valentia, Jan-
sonius, Cajetanus, *Sanctuarium* in terra dici, quia
solum in terra illa factum erat, nec Bruno Carthusia-
nus: quoniam in cœlesti templo nihil hostes illi juris
habebant. *Nihil* quidem *coinquinatum intrabit* n; *nec
quod inquinatum in sapientiam incurris* o; nec etiam
in se pollui Deus potest; peccator tamen quod in se
est, filium DEI conculcat, & *sanguinem testamenti
pollutum* ducit *p*: & malus Sacerdos polluit *Sanctua-
ria Dei* q; *offerique super altare panem pollutum* r;
Verum ut dixi, dictiones duæ, *in terra*, jungendæ
membro huic, denotant externum & materiale taber-
naculum dejectum; quod Euthymius notat appellari,
non *Dei* absolutè, sed *nominis Dei*; quia nullum divi-
næ substantiæ immensæ potest esse tabernaculum. Sed
malo, quod ex aliorum subdit sententia, per circum B
locutionem idem esse, ac si tabernaculum Dei dictum
fuisset.

n Amos 21. 27
o Sap. 7. 25.
p Heb. 10. 29.
q Ez. 21. 16.
r Mal. 1. 7.

Distinguit moraliter Ayguanus tria tabernacula, Ma-
riam *s*, Ecclesiam, & cujusvis fidelis animam *t*, sedem
beatorum *u*: primum pollui ab Hæreticis negantibus
virginitatem Mariæ in conceptione: secundum, à pecca-
toribus, qui malunt quàm in Dei domo cum humilita-
te, habitare in tabernaculis peccatorum *x*; tertium, ab
illis qui negant resurrectionem, nec recipientur *in æter-
na tabernacula* y. Adde quartum, cum Valentia, nem-
pe Christum, quod multiplici quoque hæresi, errore,
vitio polluitur. B. Antonius z accommodationis sensu
exponit hunc locum de luxuria. Lege hoc etiam loco
Hugonem. Hieronymus quoque colligit item ex præ-
cedentibus tropologiam; ut habeat quisque in corde ve-
xillum Crucis, non adversarii signum, ne ejus securi
succidatur à gratia, sed falce evangelica purgetur ad
gloriam, non succendatur in concupiscentiis, sed accen-
datur à spiritualibus Sacramentis: non polluatur vitiis,
sed virtutibus repleatur; nec existimet Deum aliquid
non posse cognoscere, sed confiteatur nihil oculis ejus
abscondi: non præbeat consensum in improperiis diabo-
li, sed glorificet nomen DEI. Ambrosius *a*, recitans
hunc locum, ita, *quanta malignè operatus est inimicus
tuus in Sanctis tuis, & gloriati sunt qui oderant te, in
medio festi tui? Posuerunt signa sua signa, & non cogno-
vi sicut in via supra summum, quasi in silva lignorum
securibus consciderunt januas ejus*: declarat, inimicis
meis signa iniquitatis suæ supra summum ponentibus,
idest, supra caput, ubi sensus est, atque Christus sa-
pientia; ego non cognovi, hoc est, non acquievi, non
his consensi, & meæ sententiam cogitationis adjunxi:
quia malis operibus & iniquitatis suæ securibus evertunt
animæ fidelis ingressus: & crudelibus facti scindunt
piæ mentis vestibula, ne per ea possit Christus intrare.
Subdit. Nihil insolens & superbum nostro ex ore pro-
cedat, ne securim levemus, aut malleum, quæ non in-
trant in Ecclesiam Domini.

Trium tabernaculorũ moralis distinctio.
s Eccl. 24. 12.
t Apoc. 11. 3.
u Ps. 14. 1.
x Ps. 83. 11.
y Luc. 16. 9.
z z p. ti. 5. c. 1 Accommodatio sensus Tropolog.
a in Ps. 37.

Vers. 8.) Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Sensus loci.

DEliberata, & meditata, & obstinata hostium mens malitiaque fuisse dicitur, ut ex condictio tollerent
de medio cultum omnem Dei, non quem ipsi verum,
sed quem putabant Judæi, quos illi vexabant, talem
esse. Communior, & verior hic sensus, quàm ut Judæi
ipsi loqui censeantur, ut Cassiodorus voluit, & ex ea-
dem Glossa ordinaria, & prior Augustinus, quasi qui
dum viderent eversam civitatem suam, & Dei Sanctua-
ria profanata, insipienter, & furiosè dicerent inter se;
abjiciamus legem Domini, qui nos vindicare contem-
sit, & liberare, Rationi, quæ movit Augustinum,
jam occurri, Deum ab impiis non nominari ex propria
sententia. Respondet Hugo additum nomen *Dei* à Pro-
pheta, quemadmodum, inquit, in ea sententia *b* *dixit enim in corde suo, non movebor à generatione in gene-
rationem sine malo*; postremas duas dictiones addidit de
suo.

Deus ab impiis non nominatur ex propria sententia.
b Ps. 10. c. 6.

suo. Bruno Carthusianus ait, perinde esse, ac si hostes ipsi dicerent: diis nostris spretis, nescimus quem illi Deum colunt, cui festa faciunt; sed nos templum destruamus, & sic faciemus, ut amplius dies festi non celebrentur. Idem indicat Beda, etsi priorem quoque sententiam ponat. Sequitur eamdem Cajetanus; sed legens, *incenderunt omnes conventus DEI, in terra*, interpretatur, querimoniam esse Judæorum captivorum.

Dixerunt in corde suo.) Non solam cogitationem significat, sed consilium deliberatum, & sermonem meditatum, ex toto corde atque ex tota animi promtitudine, ut exponunt Euthymius, & Nicephorus: quod utique plus est, inquit Russinus, quàm si dixissent in ore suo, videlicet in solo. Nam in hoc quod *in corde dixisse* perhibentur, voluntas affectus, & intentio denotatur. Sic ille. Alioqui, loquendo absolutè, *dicere in corde*, est per se solum cogitare, ut aliquot in Psalmis præcedentibus *a*: Probat Euthymius ex verbo, *venite*, δεῦτε, nisi adverbialiter accipiatur, induit, pro, *eja*, *age*, &c.

Cognatio eorum simul.) Hieron. *posteri eorum simul*: Chaldaicè, *filii eorum*: alii ex Hebræo נִינָם *nimiam*, *depopulemur eos pariter*, *occidamus*, *interficiamus*, *vim inferamus*, *deprædemur*, *diripiamus*, *subvertamus* r à יָנַן *ianah*. Refellit Genebrardus; quia scribendum esset, ac legendum תִּנָּם *ninem* cum tsere: & verbum illud est inusitatum in kal, nisi in kal nisi in benoni. Neutra ratio valet. Nam ex simili conjugationis verbo יוה *jarah* extat נוֹהַם *viram*: & יָנַה *ianah* non esse in usu in kal, nisi in participio, affirmat, sed non probat; multi autem docti Hebræi, & Hebraizantes illud tenent. Ego tamen minimè dubito solam nostram editionem veram esse, quæ non paucis quoque aliis Rabinis, & qui ejusdem linguæ peritiam profitentur, placet; ita ut sit à יִן *nin*, quod collectivè significat *multos filios*, ut alio quoque loco monuimus, & inde videri esse Hispanicum *ninno*. Totus cœtus hominum ejusdem gentis, & familiarum cognatarum intelligitur, non solorum posterorum, quasi prioribus mortuis, sed descendentium, & ascendentium, etiam superstitum, quæ dicuntur συγγενικαί. Cajetanus tamen priore modo exposuit.

Coactior profectò duriorque, quam veriorem putat Agellius, interpretatio, ut hostium verba sint ista, *cognatio eorum simul*: & hortentur se ipsos ad gentem totam excidendam, dicendo, jam cognatio Judæorum simul in hanc Urbem collecta est; eam deleamus, sicut & templum, Vel singularitas reddit suspectam expositionem. Magna conspiratio in malum, ut numero tanto, & consilio eodem in perniciem, & cladem irruant hostes, & odio adeo magno Judæos infectentur, ut nec Imperatoris retrahi quiverint præcepto Romani milites, quin templum incenderint, funditusque delerent. Oportebat namque vaticinium CHRISTI compleri, quod *lapis super lapidem relinquendus non erat*. b

Quiescere faciamus omnes dies festos DEI à terra.) Hieronymus, *incenderunt omnes solemnitates DEI in terra*. Chaldæus addit *patres nostri*: *incenderunt patres nostri*, &c. Alii, omissis illis verbis, *incenderunt omnia tabernacula DEI in terra*: & intelligunt etiam de synagogis, non de templo solo. Et quia tertiæ personæ verbum est שְׂרְפוּ *sarephu*, quidam sic explicant hæc, & priora; dixerunt in corde suo, ac statuerunt apud se subvertere penitus omnia, quod & factum est, quia exusserunt templum tuum, ò Deus, ut sit oratio continuata cum Deo. Atqui personæ facilè commutantur, & LXX. sensus rationem habentes, quoniam hìc habetur eos *dixisse in corde suo*, & subditur, fecisse; exponunt, dixisse se facturus, ita ut, quod vulgo dicimus, propter celerem executionem consilii, *dictum factum* fuerit, idest, mox factum quod dictum. De hoc loco poni debet hìc annotatio Hieronymi *c*. Refert secundùm editionem LXX. legi debere, non δεῦτε, καὶ κατὰ παύσωμεν quod vertendum esset, *heus*, *& quiescere faciamus*, sed δεῦτε, καὶ κατακαύσωμεν, *incendamus*, quia Hebræum verbum est מְעָרֵם *sarephu*, & transtulerunt Aquila, & Symmachus ἐν ἐπρησαν, *incenderunt*, editio quinta, κατέκαυσαν, *combusserunt*; sexta eo modo quo LXX. κατακαύσωμεν *comburamus*. Theodotio, κατακαύσωμεν, *succendamus*. Unde sequitur Psalterium nostrum Latinum non esse illud quod Hieronymus transtulit ex versione Græca LXX. sed quod emendavit, translatum ab antiquo Interprete ex editione S. Lucani Martyris. Monet tandem idem Hieronymus psallendum, ut nunc habemus, *quiescere faciamus*, propter auctoritatem vetustatis. Indicat etiam illud κατακαύσωμεν, *quiescere faciamus*, fuisse declarationem alterius verbi, κατακαύσωμεν, *incendamus*, quod scilicet non aliter incendi propriè possint solemnitates & festi dies, quàm efficiendo ut prorsus quiescant, & cessent. Nisi Hebræam vocem מעדים *mohhadim*, sicut & in versu 4. pro *templo* ipso accipiamus. Refert Scholiastes, Aquilam, & Theodotionem vertisse ἐμέπρησαν πάσας συναγωγὰς, *incenderunt omnes synagogas*, vel, *conventus*; Theodotionem, καιρὰς, *tempora*, nempe stata & solemnia, quas alii ἑορτὰς vocant. Posito autem verbo κατακαύσωμεν, *incendamus*, dicendum LXX. vertisse non ἀπὸ τῆς γῆς, *à terra*, sed ἐπὶ τῆς γῆς *in terra*, sicut se etiam habet Hebraicè כארץ *baarets*, & Aquila & Symmachus reddiderunt, ἐπὶ τῆς γῆς: Nec enim *incendi quid à terra* propriè dicitur, sed *in terra*, propriè autem cessare fieri, per catachresim vel metaphoram, *incendi* dicitur, quod penitus perditur; quamvis flammis igneve non absumatur. Apollinarius Hieronymo vetustior, utitur quoque verbo καύσειν, ut quum necesse sit ita legisse in editione LXX.

δεῦρ' ἔνεπαύκαντες μάκαρ& καὶ γαῖα. ἑορτάς:
Eja agite, cessare facientes Beati in terra solemnitates.

In Psalterio vetere Romano, & Gallicano, & apud Aunustinum, & Cassiodorum, *venite*, *comprimamus*, &c. Sed Augustinus *solemnitates* pro festis ponit. Recitat eamdem sententiam istis verbis Martinus Papa I. in Synodo Lateranensi *d* contra Monothelitas, per dies festos, quos comprimere vellent, interpretans sacras voces venerabilium Patrum, de Salvatore & Domino nostro relatas. Egregia antithesis in versione Latina, *quiescere faciamus dies festos*, dies, inquam, qui quieti dicati sunt, & sabbata vocari possunt, idest, quietes. Quies, quietis, ut ita dicam, & otii, motus est, negotiumque, & homo inquietus. Qui die igitur operatur festo, & negotiatur, quiescere illum facit ac suo fine frustrari: Vel certè, si non Deo vacat, sed diabolo, qui propterea diabolus deridet hujusmodi *sabbata nostra e*. Proponenda talibus quæstio illa Christi: *licet f sabbati bene facere, an malè?* Profecto non nisi bene; quum nec ullo alio etiam profano die liceat male, sed tunc, non nisi peculiari quadam ratione operis religiosi. Et Deus tamen permittit vacationem festi sui, hoc est, ne tunc tenearis opere cultoque religionis, si gravior urgeat proximi necessitas. Omnem virum bono Diogenes *g* diem festum affirmabat esse, ac, si sapimus, etiam festivissimum, quia mundus fanum quoddam est sanctissimum, & maximè DEO dignum: Ignavis semper feriæ, pigris semper *h* festum: Viro pio ac de Deo cogitanti, etiam reliquiæ cogitationis diem festum agunt *i*:

Mundus, caro, dæmonia, diversa movent prædia:
In cursu tot phantasmatum turbatur cordis sabbatum.

Die festi celebratione omitto generalem tractationem. Multa de festis legis antiquæ Ribera noster in opere de templo *k* etiam in mystico sensu. *Ferias* ethnici sive à feriendis victimis, sive à ferendis epulis, pollui dicebant, si quis vacaret forensi negotio, jurgio, liti; & servus, si operi & labori *l*. Scævola Pontifex censuit, non polluere, qui vel opus ad Deum pertinens, sacrorumve causa faceret, vel ad urgentem vitæ necessitatem respiciens: & agi festo licere, quod prætermissum noceret, ut si bos in specum decidisset, eumque pater familias adhibitis operis liberasset, aut qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminenti ruina vindicaret *m* Bovis exemplo & Christus in re simili utitur *n*: & non modo nimia religio sabbati Machabæis noxia fuit *o*, sed illi Judæo in Anglia, cui nomen Salomoni, qui ex cloaca in quam inciderat, die sabbati extrahi noluit, quum diceret in hanc sententiam:

Sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo.

Sequenti vero die Dominico, cavit judex extrahi, sed responderi à patre familias, cum quo versabatur:

a Psf. 4. 5. Psf. 10. sec. Heb. 11. 13. Psf. 13. 3. Psf. 14. 2. Psf. 59. 8 Psf. 77. 3. Psf. 34. 25. Psf 52. 2. Psf. 57. 3. Psf. 65. 1.

Hispanicum *ninno unde*.

Dutior Agellii Interpretatio.

b Luc. 19. 44.

c epist. 135.

d Sacretario seu consult. a Contra Monothelitas sententiæ applicatio. Antithesis egregia.

e Thren. 1. 7. f Marc 3. 4.

Omnis vir bono dies festus.

g Plut. de tranq. animi Ignavis semper feriæ, pigris semper festum.

h Adagia.

i Psf. 75. 11.

k l. 5. Feria unde dicta. Festa ut polui dicantur ut non, l Cic. 1. de divin. & 2. de legib. ex lege 12. tabula.

m Macrob. l. 1. c. 16.

n Luc. 14. 5.

o 1. Machab. 34. 38. De Judæo in cloacâ delapso die sabbathi, historia.

Sabbata nostra quidem Salamon celebrabis ibidem.

a Promp. mor. in dom. 16. post Pent. nu. 4.
b in 1. 2. Mac. 2. 34. & seq. 15 cent.
c Marc. 1. 2. & cont. Iud. c. 4.

Refert annalibus Angliæ Stapletonus *a*. Lege Josephum Stephanum *b*, qui alia profert ejusdem Judaicæ superstitionis in bellis exempla, rebusque aliis, & quo pacto eam Tertullianus *c* confutet.

Vers. 9.) Signa nostra non vidimus, jam non est Prophe-
ta: & nos non cognoscet amplius.

Sensus loci.

INducit jam nonnullos ex iis quos vexabat dira persecutio, seu Nabuchodonosoris, seu Antiochi, seu potius Romanorum, post longum illius tempus desperantes, ac deplorantes, nulla ejusmodi apparere signa, prodigia, miracula divinæ benevolentiæ, cujusmodi aliàs experti sunt, potissimum in exitu de Ægypto, & in lege DEUS promisit, nullum existere Prophetam, qui ut in aliis contigit calamitatibus, consolari valeat; edendo dicti generis mirifica opera, vel sermone, quo prædicat quamdiu sit hæc tandem duratura tribulatio: hinc perspici DEUM deposuisse curam ipsorum, ac tamquam alienos, incognitos, inimicos, à se rejecisse.

Probabilior opinio.

De illata à Romanis clade ideò probabilior opinio, qui post eam potissimum defuerunt signa illa, & prophetiæ donum apud Judæos, qui nunc dies multos sedent sine Rege, & Principe, & sine Sacrificio, & sine Altari, & sine ephod, & sine theraphim *d*. Pro ultima voce utuntur LXX. voce δήλου, vel δημώσεων, & significat divinas prædictiones defuturas, & Prophetas, per quos futura doceantur, quod antea fiebat, & per illos & per אורים *urim* in rationali, quod etiam vocabant Græcè δήλωσ, aut δήλωσιν, aut φωτισμὸς *manifestationem*, & *illuminationes*. Qui hunc locum intelligunt de captivitate Babylonica, in qua constat Prophetas fuisse nonnullos, respondent, ut initio dixi, referri verba ista tamquam quæ Chaldæi dicta configerent à Judæis jam desperantibus, id hac illis ratione exprobrantes. Ut perinde sit, ac si qui priore loquebantur versu Judæi, hic etiam loqui intelligantur, quamvis revera non ita loquerentur. Accedit quod Jeremiæ *e* objiciebant, *non esse missum à Domino*, & *mendacium loqui*. Ea est Agellii opinio, sed communi contraria est, neque meo judicio satis probabiliter probata. Videtur auctor Græcus quem citat, hostes inducere dicentes, postquam nimirum audissent ipsi sic prope desperantium Judæorum lamentabiles illas voces: non est Propheta apud eos aliquis, qui quæ clanculum facimus dicimusve, prædicat illis, aut incursionem nostram observet, ut olim accidisse per Elisæum ferunt & alios: vel hæc, inquiebant illi, olim jactabant Judæi & comminiscebantur, quæ re ipsa numquam evenerunt, nec profecto magis quam nunc, quando in eodem discrimine versantibus nihil tale auditur aut cernitur in eorum gratiam fieri dicive. Quidquid sit de hac hostium exprobratione, contendo convenire ipsissimet Judæis præsentem orationem, nec illis dumtaxat afflictam. Nec refert quod proximè subjicitur, *Usquequo Deus improperabit inimicus*, &c. quasi hoc denotet sententia quam tractamus, contineri exprobrationem ab hostibus factam. Nam de hoc ipso queri possunt, quod suasmet querimonias hostes irriderent, & improperarent, tùm etiam quod insultarent iis modis, qui sunt in versibus præcedentibus. Si legeremus, *signa eorum non videmus*, &c. aut, *non vidimus*, sensus esset, quem qui legunt hoc modo, Euthymius, & Nicephorus, tradunt, negasse Romanos milites miracula se usquam vidisse, quæ obsessi Hebræi fortassis jactanter commemorabant, & comminabantur, iis similia, quæ patrata olim in alios hostes essent: non etiam Prophetam, ac proinde nihil veteri cognitionem Hebræorum Dei. Alterius lectionis, quam tribuit Scholiastes, LXX. Aquilæ, Theodotioni, Symmacho, (*signa vestra non vidimus*, &c.) eadem sententia foret, nisi quod loquerentur hostes, non inter se, ut præ se fert penultima lectio, sed cum iis quos oppugnant. Videtur Basilius, vel Theodoretus eumdem sensum secutus, quoniam uterque sic loquentem facit Prophetam, ac si referret hostium verba. Nam inquit sub Prophetæ persona, vel certè sub persona Judæorum, quasi hic legatur, *signa nostra non viderunt*, &c. quod hostes hæc quæ dicta sunt, audientes, neque miracula respexerunt, quæ majorum nostrorum tempore declarata sunt, neque prophetica sunt gratia correpti. Quamquam hæc invicem se consequuntur, ut nos nostra signa non videamus; nec ea videant hostos nostri. Atque ita quod isti Patres dicunt, revocari ad communem sententiam potest.

d Osee 3. 4.

e Ier 42. 2. Agelii opinio.

Signa nostra non vidimus.) Ita quoque Hieronymus. Paraphrastes autem addit (*quæ dederunt nobis Prophetæ*) Paullo ante retuli quosdam legere Græcè σημεῖα αὐτῶν *signa eorum*: aliàs, ὑμῶν, *vestra*. Editio vulgata congruit cum textu Hebræo, in quo est nomen cum affixo primæ personæ אתותינו *othothenu*. Cassiodorus legit in præsenti, *videmus*: & potest pro hoc præteritum poni, ut sæpe alias. Signa quidem cuncta benevolentiæ, ac favoris divini, quibus populum Deus in miseriis solaretur, sed præsertim mirifica & prodigiosa quædam opera intelligit, cujusmodi extiterunt & in exitu de Ægypto, & præterea quando Heliodorus templum profanare voluit. Sed vers. 4. erant *signa* pro vexillis, ut ibi diximus. De signis illis mirabilium operum est alius ille in Psalmo 77. *f*, locus, *posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in Campo Taneos* אתותיומופתיו *opho hau umophethau*: item in 134. *g misit signa & prodigia in medio tui Ægypte* Vidimus, ac videmus etiamnum quandoque talia signa in Ecclesia, numero, & qualitate multo absque ulla comparatione præstantiora, quam quæ contigerint in lege antiqua. Ex hac Paulus comparatione argumentatur *abundantius oportere observare nos ea quæ audivimus* h, *Judæi signa petunt* i. Sed tot ac tantis quæ negare non possunt, frangi illorum adhuc pervicacia durissimaque cervix non potest. Recitat Galatinus *k* testimonia ex Thalmud, & ex Rabinis; de miraculorum defectu, quæ prius contingebant in templo, post mortem Simeonis justi, qui creditur ille ipse, à quo *in ulnas susceptus* est Christus *l*, atque ea de re esse vaticinii more hoc loc. Ejusdem autem rei typum Galatinus ait fuisse *scissum templi velum* in morte *m* Christi. Refert præterea *n*, interpretatos hunc locum Rabinos de generatione scelestorum, qui non crederent signis Messiæ, sed arti magicæ tribuerent, & nominibus immunditiæ, & quod non esset apud ipsos Propheta, qui posset manifestare veritatem eorum, debebat probationem verborum suorum afferre, alioquin ipsi interficerent eum: propterea in exclamatione quæ hìc subditur, *usquequo*, &c. flagitari à DEO, ne similia verba patiatur. Gregorius *o* tractans moraliter de signis, quæ Samuel Sauli declarat, quem DEUS Regem designaverat, & applicans ad Prædicatores, Prælatosque, ait, Psalmistam vocem infirmorum deplorare quum Prophetiæ signa, de quibus egit, ei adesse prævidentur, quasi diceret qui vis eorum, esse nunc Prophetam dicerem, si dona spiritus cernerem, quibus Prophetæ persona fulgere debet. Usurpare id etiam licet in Pseudoprophetas hæreticos, qui suæ missionis, ne dicam intrusionis, ostendere signa non possunt, quibus tamquam idonei doctores cognoscantur, ac recipiantur. Possunt & religionis nostræ fundatores Apostoli, aliique peccatorib. dicere, ut observat Hugo, signa nostra non videntur in vobis, humilitatis, patientiæ, pœnitentiæ, &c. immo signum Christi, quod est *Tau p*, idest, Crucis, & *stigmatum* ipsius *q* propterea non est Propheta inter vos, hoc est, nemo ex vobis est qui factis ac operibus quodammodo prophetet, præsentia contemnenda esse, appetenda futura, unde infelices coguntur respondere, & *nos Deus non cognoscet amplius*, dicturus in morte, judicioque *numquam novi, & nescio* r *vos*, quia mea in vobis signa non recognosco. Cavendum etiam fidelibus ac piis inter tribulationes ac persecutiones, ut innuit Rikelius, ne frangantur animo, vel diffidant, & desperent, quamvis desint nunc signa miraculorum; & prophetiæ donum, aliaq; similia gratis data, saltem adeo frequentia, & illustria. Illos vehæmenter formidare oportet, qui orthodoxæ in se signa doctrinæ non recognoscunt, nec Prophetam audiunt vel recipiunt, qui legitimè missus illam tradat: præterea, quibus audita grata est verbi divini prædicatio, justoque judicio Dei, *famem patiuntur audiendi verbi Dei* s. Sed ea de causa non dolent nec ei remedium procurant. Propterea non audiunt, quia *ex Deo non sunt* t: & quoniam non sunt ex ovibus, Pastoris vocem non percipiunt *u*. Hæretici quidem id objiciunt nobis, ut

f vers. 43.
g vers. 9.
h Heb. 2. 1. 2. 3. 4.
i 1. Cor. 1. 22
k l. 4. c. 8.
l Luc. 2. 28.
m Matt. 27. 51.
n l. 8. c. 5. Rabinorum interpretatio.
o in 1. Reg. c. 10. l. 4. Gregorii applicatio.
p Ez. 9. 3.
q Gal. 6. 17.
r Mat. 7. 23 & 25. 22.
s Amos 8. 12.
t Ioan. 8. 47.
u Idem c. 10. 5. 14.

de

de Monothelitis refert Martinus Papa I. *a*, sed collatis signis victoria nostra erit.

alia sym. Lat consult. 2.

Jam non est Propheta.) Hieronymus, *non est ultra Propheta*. Congruit hoc potissimùm ac per se, ut Dionysius argumentatur, soli postremæ captivitati, in qua versantur adhuc Judæi. *Usque ad Joannem lex & Prophetæ* b, & quæcumque præcesserunt, *in figura contigerunt eis* c. Ideo tanto animi ardore *omnis Judæa regioque circa Jordanem exibat ad Joannem* d, quia caruerant Prophetis à secundi templi constructione usque ad illud tempus, quando Machabæi *demolirii sunt* profanatum prius à Gentibus altare holocaustorum, *lapides reposuerunt in monte domus in loco apto, quoadusque veniret Propheta, & responderet de eis.* * Expectabant etiam *donec surgeret Propheta fidelis, qui esset super eos Dux* e. Spectabat id ad providentiam Dei, ut majore cupiditate & aviditate tum Joannem, tum Christum exciperent, cujus ille præcursor erat. De varia notione nominis *Propheta*, egimus aliàs. Ex profanis auctoribus multa Joannes Franciscus Mirandulanus tradidit *f.* Præcipua est à futurorum prædictione, ac visione, ut Scriptura testatur *g*, nec non Apulejus *h*.

b *Mat.* 11.13
c 1. *Cor.* 10. 11.
d *Matt.* 3.5
* 1. *Mach.* 4. 46.
e c. 14. 41. 42.
f 1. *de rerum prænot.* c. 2.
Nominis *Propheta.* notio.
g 1. *Reg.* 9. 9
h *l. de mundo.*

Et nos non cognoscet amplius.) Hieronymus, *& non est nobiscum qui sciat usquequo*, ideest, non est Propheta qui sciat finem horum malorum, & quousque sint sævitura, ut sit repetitio prioris membri (*jam*, seu *ultra*, *non est Propheta*,) Hebræa nihilominus efficere sensum editionis nostræ possunt, אחנו יודע עד מה *velo iethbnu iodeabb hhad mah*. Legerunt LXX. אתנו *othanu*. Cajetanus explicat captivos in Babylone eo modo locutos de Propheta, qui sibi deesset, quoniam Jeremias non ivit in Babylonem, sed in Ægyptum ductus est à reliquis Judæorum, ubi & occisus est.

Jeremiæ in Ægypto mors.

Jansonius intelligit de captivitate sub Romanis, ut etiamsi Propheta esset, non agnosceret eos esse, quibus prophetare deberet: atque id sibi velle verba illa Esaiæ *i*, *Abraham nescivit nos*, ideest, non agnovit pro filiis suis; idque donec veniat Elias, qui *convertat cor patrum ad filios* k: & sic Abraham, Isaac, Jacob, denuo amabunt conversos, ut filios suos.

i c. 63. 16.
k *Luc.* 1. 17.

Genebrardus quoque idem sentit, vel in genere significari, quod nullus sit, qui adeo calamitosos agnoscat, vel curet.

Communior sententia.

Approbant eamdem opinionem Hebraizantes, præterea Euthymius & Nicephorus.

At communior, maximè Latinorum, sententia est de Deo, qui phrasi Scripturæ satis trita dicatur *non cognoscere* quibus non favet, quos negligit, quos non liberat, quos punire non desinit, & quidem sine fructu. Proxima quidem relatio videtur ad Prophetam esse, sed ut in oratione pathetica, suppleri alia potest hìc persona, licèt aut omnino expressa non fuerit, aut remotius. Apollinarius è Græcis concordat.

οὐκ ἔτ' ἄναξ θεὸς ἀμμιν ἐπίσκοπος, οὐδ' ὑποφήτης.
Non amplius rex Deus nobis curator, neque sacerdos vel *Propheta*.

Vers. 10.) Usquequo Deus improperabit inimicus: irritat adversarius nomen tuum in finem?

Vers. 11.) Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?

Sensus loci.

INdignatus Propheta, & suomet & ærumnosorum captivorum nomine tantam in hoste superbiam inesse, tam atrocem adversus Deum blasphemiam, quasi penitus vel non possit, vel nolit adeo gravi calamitati adhibere remedium, expostulat quodammodo cum eodem Deo; ferre non debere se sic à perditis illis nebulonibus irrideri, & irritari, ita ut nullum faciant obtrectandi & blasphemandi finem, numquam ipse exerat manus ad vindictam, sed inertes, otiosas, velutique invalidas intra sinum contineat, fulmina non vibret, non ejaculetur sagittas, non compescat, puniat, perdat; non simul suis opituletur, eos vindicet, protegat, liberet; se ipsum providum, benevolum, omnipotentem ostendat.

Cassiodorus, & alii solum Prophetam loqui volunt, invehentem in Judæos, desperantes, tamquam de Deo malè ac impiè sentientes, loquentesque: & optantem non interitum ipsis, sed mentem saniorem. Glossa ord. Hugo Cardinalis, & Lyranus Gentiles notari dicunt Judæorum persecutores, qui dictitarent minimè verum Deum esse, qui cultores suos liberare noluisset, ac ne quidem valuisset. Hieronymum *l* ait, Prophetam, quasi desertum à Domino populum Judæorum, conqueri, & quod nolit peccatores populos intueri, ut adhuc in sua videantur permanere nequitia. Gemina hæc præcedentque ei sententia, quæ habetur Psalmo secundùm Hebræos decimo *m*, videtur: *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat in finem. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua, ne obliviscaris pauperum. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.*

l *in c.* 2. *Lament.*
m *v.* 1. 12. 13

Usquequo Deus improperabit inimicus.) Hieronymus & Augustinus, *exprobrabit*. Utrumque valet, ὀνειδίζει, & יחרפו *iecharephu*: & exponit Apollinarius ὑπερονοφέλλειν, *contumeliam augere*. Euthymius ac Nicephorus, ad vexatos, & ad Deum referunt, ut intelligantur utrique affici contumelia tamquam infirmi atque imbecilles. Tales de nimia quadam Dei patientia, dissimulatione, tarditate in vindicandis suis, & suorum injuriis, conquestiones occurrerunt jam crebro aliis in Psalmis. Cujus orationis apud DEUM vis & efficacia magna est. Aptari hoc etiam potest ad Ecclesiæ persecutores, tùm homines tùm dæmones. Lege librum Exodi *n* & Numer. *o* & Josue *p*: & in Deuteronomio *q* habetur DEUM quandoque abstinuisse à sumendo condigno supplicio de populo suo, *ne forte superbirent hostes eorum*; & Esaias *r*, *ne blasphemaret nomen ipsius*.

n *c.* 32.
o *c.* 14.
p *c.* 7.
q *c.* 32. 27.
r *c.* 41. 11.

Irritat adversarius nomen tuum in finem?) Hieronymus, *blasphemabit*. Alii, *spernet*, *contemnet*, *flocci-faciet*, *abominabitur*: item, *comminabitur nomine tuo*. Hebraicè נאץ *ienaets* omnia hæc possunt significari: παροξυνεῖ acutam & acerbam indignationem importat, quam Latino Cassiodorus *irritandi* verbo caninæ simillem indicari vult, quia dum latrat canis (r) littera C primum sonat. Quæ ratio communis est aliis verbis, in quibus eadem littera geminatur, & ideo parum vendibilis. Dictiones postremæ duæ, *in finem*, cum nota interrogationis, quod alii reddunt, *in sæculum*, *in perpetuum*, *perpetuò*, indicant querimoniæ causam, quod tamdiu sinantur hostes Deo & Dei cultoribus improperare, ac Dei nomen irritare. Quare, quod nonnulli ajunt, esse responsum ad interrogationem, scilicet Judæos illud facturos, donec in fine reliquiæ eorum salvæ fiant, ad accommodationis potius pertinet sensum. Etsi vero longior mora opinioni de captivitate sub Romanis magis favet; tamen qui de aliis captivitatibus interpretantur, possunt respondere, afflictis breve etiam tempus, videri nimis longum.

παροξυνεῖ.

Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?) Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *ut quid avertis faciem tuam*, &c. Meminit quoque Haimo, & ita etiam citat Isidorus *s*. Hieronymus (*quare convertis manum tuam*, *& dexteram tuam*, *ad medium sinum tuum consumens*) sed in editione Victorii, & apud Richardum Cenomanum, *de medio sinu tuo*: apud Trevetum, *à medio* apud Fabrum, *in medio*. Explicat Trevetus, de manu, quæ se convertat, & avertat, ne puniat vindicetque, & de dextera, quam DEUS à medio seu in medio sinu consumat, ideest, abscondat, ac si esset absumta, & perdita. Idem valere dicit aliam translationem ex Hebræo, *dexteram tuam ad medium sinum tuum consumens*, ideest, abscondas, tamquam consumtam, ad medium sinum tuum: nempe convertendo. Alii, *ut quid reducis manum tuam*, *& dexteram tuam? è medio sinus tui arce*, seu *prohibe*, vel *consume*: ideest, cur avertis manus & potentiam, ne auxilieris? prohibe & consume hostes, exerendo manum contra illos. Cajetanus legens, *quare reverti facies manum tuam*, *& dexteram tuam de medio sinu tuo*, *consumendo?* elicit oppositum sensum, ut conqueratur Propheta, nomine saltem aliorum, toties Deum reverti facere suas manus de sinu suo, consumendo, hoc est, illas extrahere ad puniendum, tandemque ad consumendum templum, civitatemque. Textus Hebræus hìc

s in *Exod. c.* 9

est לְמַה־תָּשִׁיב יָדְךָ וְיִמִינְךָ מִקֶּרֶב חֵיקְךָ כַּלֵּה *lammah thasciu iadcha ueiminecha mikkereu chc Kecha cal leh.* Verbum תָּשִׁיב *thasciu* utroque modo reddi solet, nunc per *avertere*, nunc per *convertere*. Qui avertit aliunde manum, eam aliquo convertit. Juxta editionem nostram sensus est, *quare avertis manus de medio sinu tuo*, ideſt, cur impedis ne inde prodeant, & convertantur contra hostes? quare contines intra sinum, & non semel expedis illas omnino, sed lentè nunc extrahis, nunc retrahis, euntque veluti viam toties, redeuntque ad sinum tuum, ut videaris aut nolle, aut non posse iis liberè uti. Genebrardus declarat, *averti manus de sinu*, ideſt, retroverti, & post tergum mittere, ut otiosi faciunt, educendo de medio sinu. Atqui ad hujusmodi denotandum otium, nihil opus, priùs manus in sinu fuisse, ac inde retroactas post tergum. Paraphrastes non abhorret: *quare avertes manum, & dexteram tuam quo minus redimas, de medio sinus tui? educ eam, & dele afflictionem*: vel juxta versionem Nebiensis, *quare convertes manum tuam? dexteram autem tuam de medio bonitatis tua extrahe, & contere qui præbent molestias tibi*. Putant Euthymius, & Nicephorus, post Basilium, sive Theodoretum, manum quidem hic à dextera non differre, & sinum esse omnium Dei bonorum thesaurum: significari autem per *manum dexteram*, eam operationem quæ divina bona dispensat: & esse sensum, quare non plus bona Deus tua participet, ut olim agebat: metaphoram enim esse tractam ab iis qui sinum habuerunt multiplicibus bonis plenum, unde certo tempore amicis largiebantur: sed quum illos iratci contigit, manum à sinu avertunt, nec illuc amplius eam mittunt, ut consueta largiantur bona. Apollinarii paraphrasis innuit similem sensum:

Τ'πτε μάλ' ὧδ' ἐτεὸν χαλεξ'ηκαον χάρμ
Καὶ σέο δεξιτεὸν μέσσῳ πρίκατθεο κόλπῳ
Quare valde sic vertisti vindicem tuam manum:
Et tuam dexteram medio circumposuisti sinu?

Est hic sensus contrarius alteri communiori, qui vult, conqueri Prophetam, non educi manum ad puniendum; iste, non induci ad bona quæ conferantur, inde extrahendum. Quamquam rectè quoque intelligi potest non educi manu de sinu, quando non bene facit, nec bona de sinu promit, quæ se se aperiens communicet; juxta illud *a*: *aperis tu manum tuam*, quam scilicet bonis extractis de sinu impleveras, *& imple omne animal benedictione*.

a Ps.144.16.

Videturis qui dicitur Hieronymus eodem utcumque spectavisse; quum per *sinum* accipit Sanctuarium Dei, & ab hoc ait Deum vel inspectionem, vel potentiam suam avertere, quum peccaverimus in eum. Nec longiùs indidem abit quem nominant Ruffinum, *manus* vocabulo Judæam intelligi, manu Mosis designatam, quam Dei jussu nunc in sinum condebat, nunc educebat *b*: iterum Judæam per *dexteram*, cui favere magis, quàm gentibus solebat Deus: conqueri Davidem cur hanc de communi Sanctorum consortio Deus avertat, qui propterea dicantur *sinus* illius, quia spiritualibus Sacramentis sunt repleti. Addit leprosam Mosis manum fuisse: quum eam abstraxit è sinu mundam quamdiu in illo erat, ut indicaretur populum Judæum, donec in Dei sinu custodiaque extitit mundum fuisse: ubi egressus est, immundum, & plenum peccatis effectum: rogare ut denuo in sinum reducat, & ad Christum convertat. Reliqui Latini mysticum istud manus Mosis hic signum attingunt, nec non Isidor. *c*, & Rupertus *d*. Augustinus etiam & Cassiodorus, repetunt aliud de virga, de quo in versu 2. Bruno Carthusianus *medium sinum* ait esse protectionem majorem, quam dicatur Deus negare Judæis, non autem sinum totum omnis protectionis. Hugo Cardinalis, præter communem expositionem, distinguit in manu, quam sinistram esse vult, largitatem, quantum ad temporalia subsidia: *in sinistra* enim *Dei divitias esse*, & *gloriam* e in dextra vindictam justam, quia *justitia plena est dextera ejus* f. Denique quod aliqui ultimas voces, *in finem*, non interrogativè, sed per modum responsi sumunt, videlicet, quod usque ad finem Deus avertet à Judæis manum, ne illos juvet, & salvet, accommodatitiè magis faciunt, quàm litteraliter. Item qui *de medio sinu tuo*, declarant, ut pertinens ad idem responsum, hujus rei causam pendere ex profundo sinu providentiæ Dei.

b Exo.4.6.7.

Leprosæ Mosis manus interpretatio.

c in Exo.c.9. dl.1.in Exod. cap.17.

e Ps.3.16.
f Ps.47.11.28

A Id quod in paraphrasi attuli, magis consentaneum videtur ad litteram: ut desides otiosaque Dei manus ad auxiliandum, & vindicandum conqueratur David: juxta tritissimum loquendi modum, & parœmiam Theocriti *g*, ὑπ' ἀλπυ χεῖρας ἔχειν, *in sinu manus habere*: quæ tamen etiam significat esse tenacem, & pigrum ad largiendum. Noster Sà sic supplet (*ut quid avertis manum tuam ab ope ferenda: & dexteram tuam: de medio sinu tuo, cessans proferre ut adjuves*. Constat etiam *de* non rarò poni pro *in*, & *avertere* pro convertere. Sic *avertere dexteram de sinu*, erit, convertere in sinu, ibique continere. Id sibi quoque velle illud ex Threnis *h* potest, *avertit retrorsum dexteram à facie inimici*: & ex Proverbiis *i* *abscondit piger manum sub axilla*. Eadem est parœmia, *compressis manibus*: vel, *manus habere sub pallio*. Nec dissimulo licet sumi *manum* pro dextra, ut Grevius velle retuli ad quos accedit Bruno Carthusianus: exponens particulam *&*, per, ideſt, aut, scilicet. In Psalmo etiam K 20. *inveniatur manus tua inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui te oderunt*, eadem una dextera significari potest. Quamquam nihil obstat distingui ambas manus utrobique, sicut quum lateri adjungitur seorsim dextera pars, sinistrum significat: ut Ps.90. *l cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*. Ita præterea de *manu* sentiendum ibi, *læva ejus sub capite meo* m, *& dextera illius amplexabitur me*. Sed adhuc responderi posset, in illis duobus locis dive las functiones attribui diversis dictis partibus: hoc loco eamdem & manui & dexteræ, videlicet, averti de medio sinu. Intra sinum quando est manus, videtur invalida *n*, quæ dicitur Hebraicè *abbreviata* o. Attamen ambabus manibus meliùs quàm una pugnatur, & succurritur: ut idcircò distinctas hic admittere possimus, quæ protensione largiuntur & vindicant. Hugo S. Victoris explanans illud ex Threnis *p*: *avertit retrorsum dexteram suam*, observat in Psalmi hujus loco *manum* & *dexteram* non aliam significare, quàm dexteram: quamvis in illo alio loco possit intelligi *aversio dextera*, ne protegat Deus: *extensio sinistræ*, ut percutiat.

g in Charis.

h c. 2. 3.

i c. 19. 24.

K vers. 9.

l vers. 7.

m Cant. 2. 2

n Nu. 11. 23
o ibi & Esa. 59. 1. & Heb. & Lat.

p c. 2. 3.

Magis mysticus sensus est, quem tradit Valentia, ut *manus dextera* sit Dei filius, & hunc lamentetur David non mitti de sinu Patris, ut sumat carnem, & liberet nos. Idipsum insinuat Athanasius *q*, eumdem scribens hic intelligi per *manum in sinu Dei*, Filium Dei: quem Joannes *r* *in sinu* dixit esse, & esse manum, per quam fecit omnia, seu quæ fecisse dicitur omnia. Approbat eumdem sensum Pererius, noster: sed nullo prolato auctore: & leprosam evasisse manum istam, quando *Verbum caro factum est* t: & *æstimatus* Christus *tamquam leprosus* u, utpote lepra peccatorum nostrorum coopertus Cyrillus autem Alexandrinus *x*, naturam humanam ex sinu obedientiæ exeundo, ait evasisse leprosam: quum eam Dei filius applicuit quodammodo in sinum suum per incarnationem curatam fuisse.

Mysticus sensus.

q ora. 5. cont. Aria.
r c. 1. 18.
s in Exod. c. 4. disp. 1. n. 11
t Ioan. 1. 14
u Esa. 53. 4
x 2 de ador. in spirit.

Vers. 12.) Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ.

D COrrigit querulum priorem sermonem adversus Deum: nec enim quòd tamdiu distulerit hostium punitionem, id imputandum illius impotentiæ, cum sese tanto antè, multisque retrò sæculis, Regem populi sui exhibens, multoties operatus fuerit salutem, idque veluti *in medio terræ*, hoc est, palàm, ac in conspectu omnium; præsertim quum eduxit atque liberavit de Ægyptiaca servitute adeo multis & magnis editis prodigiis. Ad hunc modum Græci; Cassiodorus quoque: sed hic de Christi miraculis coram hominibus. Remigius favet, exponens excultos Gentiles, qui respectu Judæorum, essent sicut terra, nunc hi terra sint; illi cœlum: Haimo, & Hugo, in communi hominum, hoc est, pro salute omnium: Bruno Carthusianus, in medio Judæorum, qui terreni erant, non spirituales.

Sensus loci.

Injuria Pintus *y* adscribit Basilio, locum hunc interpretatum de Jerusalem.

y in Dan. c. 2

Allegoria Judææorbis habitabilis umbilicus & medium.

Allegoria hujus loci celebris est de Christo cruc fixo in Jerusalem, quæ de Judæa meditullium est, sicut Judæa orbis habitabilis umbilicus, & medium.

Tradit idem Bruno Carthusianus, & Beda; quia populus

pulus Judæus undique gentibus circumdatus erat, &A Hugo. Addunt uterum Virginis, putatus Hieronymus, ac Ruffinus, & innuit Procopius *a*, quia carnem Dei Filius, de terra non cœlo demissam habuit, Bernardus *b*, de utero Virginis, ad quam, sicut ad medium, arcam Dei rerum causſam, negotium sæculorum, respiciunt omnes: Augustinus *c*, quia terreno habitavit in corpore. Præterea Isidorus *d* consentiens, eumdem ait futurum locum judicii, qui fuit crucifixionis Christi, & hoc innui ab Etaia *e*, *consummationem & elevationem* (in editione nostra, *abbreviationem*.) *Dominus Deus exercituum faciet in medio orbis terræ*. Paulus Vulnerus *f*, ex Judæo Christianus, nostra ætate, ad crucem etiam refert, arborem nimiæ altitudinis *in medio terræ* g. Cyrillus Jerosolymitanus *h* nostrum istum Psalmi locum de crucifixionis interpretatur loco, ideſt, de Golgotha, ibique CHRISTUM expandisse manus, ut comprehenderet fines terræ, τὸ οἰκουμένης, *terræ habitabis*.

Apud Auctorem quæstionum ad Antiochum *i*, qui Athanasii non engerit, idem habetur. Thomas *k* etiam Aquinas unam assignat causſam istam, cur eo in loco B mori voluerit Christus. Hieronymus tractans Ezechielis *l* verba; Ita est *Jerusalem; in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras*; ait illis significari Jerusalem in medio mundi sitam, & umbilicum terræ: & Psalmistam passionis Christi locum hic expressisse. A partibus enim Orientis, inquit, cingitur plaga, quæ appellatur Asia: à partibus Occidentis, ejus quæ vocatur Europa: à Meridie, & Austro, Libya, & Africa: à Septemtrione, Scythis, Armenia, atque Perside, & cunctis Ponti nationibus. Tum subdit, in medio Gentium propterea positam, ut quia erat *notus in Judæa Deus*, *& in Israel magnum nomen ejus* m; omnes in circuitu nationes illius sequerentur exempla. Hilarius *n* locum crucis positum scribit *in medio terræ*, & tamquam in vertice hujus universitatis institisse: ut ad capessendam Dei cognitionem universis Gentibus esset æqualis. Germanus Constantinopolitanus *o* testatur hoc omnes ubique fideles credere: & in hujus rei signum ciborio medio superponi laqueatium, & circum quatuor statui columnas. Petrus Damiani *p* *medium terræ* docet tùm de ipso Domini corpore C posse intelligi, tùm de regione, ubi pati dignatus est: quæ certè, inquit, mundi medium est. Quamvis alibi *q* videatur sentire de Urbe Romana, de qua etiam aliqui, & alii de alia, ut Delphis Plato *r*, Plutar. *s*, Pausanias *o*, Varro, Cicero *u*. Fabulantur à Jove sic ibi terræ medium deprehensum, duabus aquilis ab Ortu & Occasu dimissis, quæ æquali volatu Delphos convenerint. Citat *x* Strabo ex Pindaro, Eustathius Claudianus *z*, Apollinarius *a* describit Jerusalem habentem Asiam ad Orientem, & Septemtrionem; ad Occidentem Europam es per mare conjunctam; ab Austro Libyam, seu Africam. Appellat idem Ezechiel *b umbilicum terræ*. Quo modo Strabo *c*, & alii, Delphos Græciæ. Illud etiam de medio loco passionis Christi Andreas Cretensis *d* neminem dubitare dicit. Genebrardus, Jerusalem terræ sanctæ veluti medium & umbilicum facit Judæam terræ habitabilis, ut idcirco dilecta videatur à Deo; quo ex ea veluti ex urbis corde salutem in omnes transmitteret. Medii porro rationem sic demonstrat, quòd Orientales Occidentalibus jungat per mare Mediterraneum: Septemtrionales Meridionalibus, per idem mare excurrens usque ad Mæotidem paludem valde Septemtrionalem: & per mare rubrum in Austrum profundissimè descendens: & quia est initio quarti climatis. Sentiunt quoque Glossa ord. Vatab. Valen. Jansen. Sà, Judæam & Jerusalem medium esse terræ habitabilis. Valentia verò illud de Jerusalem in medio quarti climatis affert, & secundùm latitudinem, quoniam distet ab æquinoctiali quasi triginta duobus gradibus. Lyranus vocat medium climatis in terra habitabili: numerantur enim ab Astronomis septem. Joannes autem de sacro Bosco *e* post Ptolomæũ; medium quarti climatis ait esse, ubi majoris diei prolixitas est 14. horarum, & mediæ. Citat Beda *f* Victorini eadem de re testimonium, quod alii tribuunt Cypr. *g*.

Est locus ex omni medium quem cernimus orbe:
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.

Adde Tertullianum *h*:

Golgotha locus est, Capitis Calvaria quondam.
Lingua paterna prior sic illum nomine dixit.
Hìc medium terræ est: hìc est victoria signum.

Judææ item umbilicum faciunt Aristæus *i*, Josephusque *k*. Jerusalem.

Docet porro Villalpandus *l* noster de situ disputans Jerusalem, si quis in terrestri globo pedem alcerum circini Jerosolymis figat, alterum in ultimos usque Africæ fines protendat, & circumagat, fore ut circulum describat, qui omnes cogniti Orbis terminos comprehendat, id quoque sibi velle quod juxta versionem ex Hebræo dicitur Ps. 18. *m in omnem terram exivit linea eorum* קַיִּם *kevuam*: quem editio nostra *sonum* vocat. Franciscus Georgius *n* testatur se in lapide marmoreo intra Ecclesiam sancti Sepulchri litteris Romanis scriptum reperisse; *hic est medium mundi*. Ait etiam *o* sub templo supermundano pendere Jerusalem perpendiculariter. Exactè id scire difficile puto: & sunt qui *p* geographicis rationibus refellentes, velint *medium terræ* nominari Jerusalem, dignitate, ac singularibus à Deo privilegiis acceptis dumtaxat, non situ ipso: nec enim Jerusalem esse sub æquatore ac ne intra tropicos quidem: quum longitudinis obtineat gradus 66., latitudinis 31. Ptolomæo *q* teste: item non esse in medio terræ à mari æquè distante, quia non adeo multum distat à mediterraneo mari.

Medio gaudet Deus, & Christus. Media in Trinitate persona incarnata est: medio silentio natus est Christus *r*: in medio duorum animalium *s*: medius stabat tæpe *t*: media circiter mortuus est die, nimirum intra sextam nonamque horam, in aere inter cœlum terramque visus est à Joanne *u* *in medio septem candelabrorum*: promisit se *medium futurum inter congregatos in nomine ipsius* x: in medio erat *sicut minister* y: medius inter duos transfiguratus z & crucifixus est *a*. Appellabat Trismegistus *b* Deum sphæram intellectualem, cujus ubique centrum, circumferentia nusquam esset. Quam comparationem attingit etiam Ambros. aut alius, explanans epistolam ad Ephes. *c*. Plura Pierius *d*, quum de circulo & sphæra: Sed & Dionys. *e* sphæræ universi Deum centrum vocat. Vult mediam seu in medio expositam, Deus, omnibusque obviam esse gratiam suam, salutisque remedia, ut ex his verbis ratiocinari Bernard. *f* videtur, quasi nimirum cum fonte illo compares, qui medius in paradiso fluminum scaturigo erat *g*. Colligit etiam hic *h*, in terra quærendam salutem, in cujus medio factus est, non è medio gehennæ expectandam, vel inter ardores tempiternos: nunc esse tempus in quo *Deus recordatur nostri* *: nunc *salutis dies esse*, *tempusque acceptabile* i,

Operatus est salutem in medio terræ.) Quia Delos est in medio Cycladum, terræ umbilicus vocata est, ac si in Orbis terrarum meditullio constituta esset. Id alii *k* dixerunt de Delpho: quum ibi esset in delubro locus Thesauri specie dictus ἀμφαλός. Quidam *l* affirmarunt de nemore Ennensi in Sicilia, quia in media Sicilia est. Nonnulli *m* prodiderunt Rheate esse umbilicum Italiæ: aliqui *n*. Ætolos incolere umbilicum Græciæ: aliqui *o*, insulam ubi Calypso degebat, maris umbilicum, quoniam est in medio mari Atlantico: nonnulli *p*, similes ob causas id prodiderunt de Parnasso monte. Eadem ratio de Jerusalem quòd sita sit in medio Judææ *q*. Si media esset universæ terræ esset intra Zonam torridam, aut Cancri subjecta tropico: & longitudinis gradus nonaginta assignandi ei essent, quum terræ dicatur dimidius globus D constare gradibus 180. & ambitus terræ ac aquæ 160.

Deus autem Rex noster ante sæcula.) Cyprianus *r*, *ante sæculum*. Hieronymus, *Rex meus ab initio*. Sic etiam Hebr. מלכי מקדם *malchi mikkedem*, ideſt, jam dudum Rex meus, & olim solitus regere, & auxiliari; quod alibi dicit, *tu ipse Rex meus* ſ *& Deus meus, qui mandas salutes Jacob*, quomodo fieri potest quod improperant inimici? & de Christo interpretantes hunc locum, probant ex eo divinitatem illius Cyprianus *t*, & Chrysostomus *u*, qui ostendit, non dici hæc verba de Patre, quia salutem non hic, sed ille operatus est, trophæum crucis statuendo, mortem solvendo, diabolum ligando, hominem servando. Augustinus *x* Christum *ante sæcula* docet dici *Regem*; quia *per ipsum facta sunt sæcula*, & *operatus est salutem in medio terræ*, quum *Verbum caro factum est*, & terreno habitavit in corpore. Nomen *Regis*, ut & *Domini*, & *Creatoris*, atque similia, connotant respectum ad Creaturas, propterea propriè non conveniunt Deo ab æterno.

Quare sensus esset, Deus, qui est *Rex* noster, nempe in tempore, Deus est *ante sæcula*. Vel etiã ut *Rex* dicitur *an-*

a in Esa. c. 45
b Ser. 2. de Pent. c 17. de civ. c. 4. de nat. &c. c. 61.
c e. 16. 22.
d Ser. 7. de cruce
g Rom. 4. 7.
h Cath. 17. Loci interpretationes
i q. 136.
k 2. p. q. 46. ar. 1. Christus cur mori voluer. in eo loco ubi mortuus.
l c. 5. 5.
m Ps. 75. 2. can. ult. in Matt.
n in thor. rerum Eccl. pto. 2. ser. 37
o l. 2. ep. 20
p De medio terræ controversia. Delphorum situs mediũ terræ nonnullis.
q 4. de legib. περὶ τοῦ ἐκλελοιπότος χρησμοῦ.
r in Phocic. 5
s 6. de ling. lat.
t de divin. l. 9.
u in Odyss. a.
x pref. in 1. conf. Maulii
a in Ezech.
b c. 38. 12.
c lib. 9.
d or. de exa. crucis.
e in sphæra c. 3.
f de locis ſ. c. 3.
g hymno ad Pascha.
h car. 2 cont. Marc. c. 4.
i l. de LXX interp.
k 3. de bello Iud. c. 2. vo 4
l to. 3. in Ezec. p. 2. l. c. 4.
m vers. 5
n in pr. scrip. to. 3. sect. 5. n. 178
o 10. 4. sec. 5 n. 249.
p Dan. Malon de stigm. Synd. c. 20. c. 25. Medium terræ Jerusalem ut à nonnullis intelligatur
q 5. Geogr. c. 16
r Sap. 18. 14
s Abac. 3. 2
t Ioan. 1. 26 c. 19. 18 Luc. 2. 46. c. 12. 27
u Apoc. 1. 13
x Mat. 18. 20
y Luc. 23. 27
z Mat. 17. 3 Deum cur sphæram intellectualẽ appellàre Trismegistus.
a c. Io. 19. 18
b in Priman.
c in c. 3.
d lib. 39
e de divin. n.
f l. de gra. & libero arb.
g Gen. 2. 20
h Ier. 73. in c.
* Iob 14, 13
i 1. Cor. 6. 2
K Varro.
l Cic. act. 6 in Verrem.
m Varro.
n Liv. l. 45
o Hom. Odyss. 1
p Eust. ac. ibi.
q Ioseph. 3 de bell. Iud. c. 2 vel 4.
r 2. cont. Jud. c. 19.
s Ps. 43. 5
De Christo loci interpretatio & divinitatis probatio.
t 11. cont. Iud. c. 29.
u ser. adver. her. tom. 5.
x 17. de civ. c. 4.

sæcula, quemadmodum & *operatus salutem*, quia ante plures revolutiones annorum jam inde ab egressu Hebræorum de Ægypto, sæpius contulerat ipsis salutem, & liberationem à multis calamitatibus.

De salute quoque per Christum exponi potest locus, ratione prædestinationis æternæ, æternæque promissæ vitæ ante tempora sæcularia. De Deo *a* secundùm se Paraphrastes explicat: *Deus Rex cujus majestas sancta est, ab æterno.*

Operatus est salutem in medio terræ.) Hieronymus, *salutes*, ישועות *ieseiubhoth* sicut & in Psalmo 43. *b* antea citato; *tu es ipse Rex meus, & Deus meus qui mandas salutes Jacob.* Pluralis innuit magnificentiam liberationis & salutis.

Medium terræ ubi facta est salus, dixi esse apertum in salvando coram mundo toto, modum: & mysticè Virginis uterum, & Jerusalem, seu montem Calvarium ex Bernardo *c*, quem nuper protuli. Ayguanus elicit aliud *terræ medium*, scilicet infernum, sive gehennam, de cujus profunditate usque ad centrum, ubi ait esse *infernum* *d*, alibi disputat, definiens hanc distantiam esse trium millium 405. milliariorum, cum dimidio. Consule de ambitus ac soliditatis terrestris mensura Clavii nostri Commentarium in Spæram *e*. Ea omissa disputatione, Bernardus, *operatum* Christum *salutem* scribit in dicto *medio terræ*; quando illo semel anima ejus excurrit, & fecit ex parte redemtionem, ne vel eo momento vacarent opera charitatis. Hugo quatuor errorum confutationem colligit, Nestorii, qui vocavit Christum puram C caturam: quia vocatur *Deus*: Judæorum, qui negabat *se Regem habere, nisi Cæsarem*; quoniam *Rex* nominatur: Arii, qui volebat in tempore à Patre genitum; quia dicitur *ante sæcula* fuisse: Manichæi, qui phantasticum ei corpus tribuebat: quoniam re ipsa *operatus est salutem in medio terræ*, conspicientibus clarè hominibus. Ejusdem Hugonis tropologia est, Deum, ut *Deus* est, à nobis colendum; ut *Rex*, milites nos ejus esse: ut *noster*, fratres ejusdem: ut *ante sæcula*, facturam illius: ut *operatus est*, artificium seu ædificationem: ut *salutem* ægros respectu medici: ut *in medio*, redemtos, & reconciliatos à mediatore, ut *in medio terræ*, elevari nos in cœlum: oportere ut operatori cooperemur, & ejus *adjutores simus* *f*: & non diaboli, qui & ipse operatur mortem, *malaque fabricat* g, & *interitum* h: cooperandum verò esse *in medio terræ*, ideſt, corporis: quamdiu nempe suppetunt vires, & *ante obitum* i: & *donec dies est* k.

a *Tit.* 1. 2.

b *vers.* 5.

Mystica expositio.

c *Ser.* 75. *in Cant.*

Inferni profunditas usque ad centrum.

d *in Ps.* 5. *n.* 102.

e *in c.* 2. Quatuor errorum confutatio ex hoc loco.

Tropologia

f 1. *Cor.* 3. 9.

g *Eccl.* 11. 2.

h *Ezc.* 23. 31.

i *Eccl.* 14. 17.

k *Joan.* 9. 4.

Vers. 13.) Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis.

Vers. 14.) Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum.

Sensus loci.

EXponit deinceps eximia quædam opera divinæ potentiæ, quibus olim salutem populo suo ac liberationem ab hostibus mirificè contulit. Opus primum inter illa, quæ pluris æstimanda ducit, est fluidi maris consolidatio, ut liber fugientibus Ægyptios Hebræis transitus patesceret, iidem perditis Ægyptiis in ipso mari refluente ac redeunte in alveum, qui draconibus immanitate similes vorare atque sorbere cupiebant Hebræos. Tunc simul obtrivit Regis Ægyptiorum Pharaonis, tamquam draconis maximi, & multicipitis, capita omnia, & eumdem cum exercitu universo ejectum tandem ad litus, à mari quod ferre cadavera non potest, objecit dilaniandum corvini generis avibus, loca deserta incolere solitis, & victitare cadaveribus: vel effecit, ut infestæ semper Ægyptiis Æthiopum gentes, perinde oblectarent sese illorum audita submersione, morteque, ut solet suavissimus præsertim valde esurientibus cibus, summam voluptatem afferre. Vel quia post tantam cladem fuerint Æthiopibus finitimis Ægyptii alii expugnatu faciliores, immò etiam variis excursionibus exagitati & excisi, ut Græci declarant. Attingentur mystica postea.

Tu confirmasti in virtute tua mare.) Hieronymus *tu dissipasti in fortitudine tua mare.* Alii, *confregisti, divisisti, distinxisti, expandisti, separasti, secuisti, diremisti*: scilicet, ut dixi, mare rubrum ad transitum liberum fugientis populi Hebræi. Dum Deus mare dissipavit aliisve modis præparavit ad populi transitum, confirmavit etiam & consolidavit tamquam muros hinc & hinc, *à dextera*, *&* *læva* l, & *quasi in utre* m, ibique *terribilia fecisse* canitur *n*. Confirmationem per modum ligationis significaret צורת *tsarartha*, sicut in Job *o*, *qui ligat aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum*, צורר *tsorer* Σεσμεύων: & in Proverbiis *p*, *quis colligavit aquas quasi in vestimento* צרר *tsarar*, σφίγξας, *convertit*. Sic legisse LXX. suspicatur Agellius. Non nego similitudinem litterarum in פורתת *portartha*, quod nunc extat, & צררת *tsarartha*, vel צוררת *tsorartha*. Sed placet magis prior dicendi modus, ut LXX. respexerint ad sensum & ad effectum ex divisione maris secutum, quæ fuit dicta confirmatio & consolidatio. Voluerunt etiam fortassis variare phrasim, quia bis *conditionis*, mox mentio subditur. De ipso autem transitu Hebræorum admirabili per mare rubrum, satis mihi videor egisse in libros Actuum Apostolorum *q*, & Sapientiæ *r*, consulique possunt enarratores Exodi *s*. Nos tametsi nostra evulgata legenda non proponimus, curare tamen debemus ne rerum eadem repetitione libros novos cudere videamur; & dum id vitamus, qui hæc nunc legit, monere, ne quod egimus alibi, tamquam à negligentibus requirat.

l *Eccl.* 14. 22.

m *Ps.* 77. 13.

n *Ps.* 105. 22.

o *c.* 26. 8.

p *c.* 30. 4.

q *c.* 7. 36.

r *c.* 19. 18. *c.* 19. 3. *& seq.*

s *c.* 14. 12.

Allegoria, Baptismi vis & immobilis virtus ejusdem præfiguratio.

Vulgaris multorum est allegoria de baptismi vi ac immobili quadam virtute, ut ne ministri quidem valeat iniquitate infirmari, si ritè faciat quod Ecclesia facit, etiamsi sit ab eadem maximè alienus. Illud etiam sacramentum rubri maris præfiguratum symbolo, non est qui nesciat, Paulusque *t*, diserte tradit. Extendunt alii, ut Ruffinus, ad opus justificationis, quomodolibet fiat, per quod *in virtute Dei* hoc est. in Christo *u*, vario genere virtutum confirmatur peccator mari similis, & dæmonum, ac vitiorum confringuntur vires. Huc aptari locus Job potest *x*, *in fortitudine illius repertè maria congregata sunt*, quia, inquit Greg. *y*, discordantia sæcularium corda concorditer credunt. Jam Petrus *in mari ambulat* z (quod majus profectò miraculum est, quàm removeri ad ambulandum aquas) quia nimirum Christi prædicatoribus illa quondam tumida humili auditu corda substrata sunt.

t 1. *Cor.* 10. 2.

u *Ibid.* *c.* 18.

x *c.* 26. 12.

y 17. *mor. c.* 15. *vel* 18.

z *Mat.* 14. 29.

Contribulasti capita draconum in aquis.) Hieronymus hic, & in Esaiam *a*, *contrivisti*: quod propriè significat שברת *scibbartha* seu *confregisti*, *concidisti*. Monet idem Doctor *b* non debere hic præponi *tu*: quod Hebraicè non est, licèt sit in Græco & Chaldæo textu: poni quoque debere numero plurali *aquas*, ideſt, nomen ὕδατον, sicut fecit Aquila, non singulare, ut LXX. Pronomen *tu*, sæpius repetitum emphasim habet vehementiam, ardorem. Id exprimunt alia duo Psalteria, & sic legunt, *tu contribulasti capita draconum super aquas*: Cassiodorus, omisso pronomine *contrivisti capita draconum super aquas*. Augustinus, *contrivisti capita draconum in aqua*. Alii pro *draconibus* cetos ponunt, aliosque pisces grandes. Dicuntur Hebraicè תנינים *thaninnim*; quos Campensis *thynnos* reddit, aliterque *thunnos* vocant. Eadem Hebræa vox transfertur ab Interprete aliquando *cetus* c; interdum *coluber* d, vel *Sirene* e (quod nomen Græcè ponitur nonnumquam, ubi *f* Latinè *draco*) vel *lamia* g: sed sæpius *draco* h, sicut hic. Quare putant aliqui significari hoc nomine belluam omnem vastam seu terrestrem, seu marinam, ut & de *ceto* pisce marino non satis constat quisnam piscis sit, an balæna, an quæ dicitur, pistrix, an thynnus sive thunnus, de quo etiam nihil certi compertum tradit Rondeletius *i*. Ex eodem, & ex aliis copiosè differit Gesnerus *k* malæ religionis auctor, de omni hoc argumento, nosque ipsi nonnihil legimus ad Sapientiæ caput 16.

a *c.* 51.

b *ep.* 135.

c *Iob* 7. 12. *Esa.* 27. *Gen.* 1. 21.

d *Exod.* 7. 20

e *Esa.* 13. 22

f *Job* 30. 29.

g *Thren.* 4. 3

De *cete* pisce mariuo controversia.

h *Malac.* 1. 3 *Ie..c.* 9. 11. *c.* 10. 22. 2. 14 60. 51. 34 *Exod.* v. 12 *Ps.* 90. 13. *Ps.* 1. 3. 7. *Deut.* 32. 33 *Ezec.* *c.* 393. 32 2 *Iob* 30. 50

i *l.* 7. *de pisc.* *c.* 10. 11.

K *l.* 4. *de equatilibus*, *l* *vers.* 16

m *c.* 3. 14

Figuratè per *capita draconum contribulata & contrita in aquis*, seu *cetorum*, κήτων, ut Symmachus vertit, intelliguntur principes Ægyptii, quorum in mari submersiorum cadavera scopulis allisa sint: quod Paraphrastes tamen absolutè de submersione declarat. In ea fortassis contigit, ut impetu magno se se submersi colliserint. Simile quid innuit Abacuc *m*, ut eum LXX. exponunt, pro eo quod legimus *maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum ejus*, διεμερίσω ἐν βάμβεσιν κεφαλὰς τ᾽ δυναστῶν: Chaldaicè *scidisti mare virga ipsius Moysis; & strenuos duces exercitus Pharaonis, qui machinabantur machinationes malas adversus populum tuum, confregisti eos vente turbinum, eosque demersisti in mare Suph*, (carectoso) &c. & Hesiræum verbum נקנת *nakautha*, significat etiam, *perforasti*: & *sceptra*, *virgæve* ac *baculi*, denotat ita communia capita,

pita, ac si his instrumentis id factum esset. Idem quoque sibi vult *conquassare capita* in Psal. 109. *a*. συνθλάσαι מחץ *machath*: quæ Paraphrastes appellat *capita Regum*. Porro eadem figurata dicendi formula Ezechiel *b* Pharaonem nominat *draconem magnum*, & ante illum Esaias *c*: abundat enim draconibus Nilus Ægypti fluvius, & mare rubrum *d*, Ira etiam vocatur etiam Nabuchodonosor à Jerem. *e*. Dracones ferunt terrestres frigidissimum Elephanti torrente æstu sanguinem totum ebibere, ita ut iste concidat exhaustus, & illi inebriati oppressique casu elephanti commoriantur *f*, lugubri magna emissa voce, ut innuit Michæas *g* propheta. Quadrat hoc optime in tyrranum; tùm etiam immanis quædam saltem nonnullorum terrestrium proceritas, atq; dissidium cum elephanto, de quo præter alios, August. *h* Hieron. *i* Isidorus *k*, Ambrol. *l* Capita draconum tropologicè explicant capitalia quoq; vitia, eorumq; prima initia, & suggestores dæmones, qui conterantur & confringant in aquis baptismi, vel lacrymarum. Huc alludens Urbanus Papa IV. *m* petit à Deo, ut *cor contribulatum non despicies*, dignetur contribulare venenatæ superbiæ caput in diluvio lacrymarum, ut sacrificet ei spiritum cum patientia tribulatum. Athanasius aliusve ad Antiochum *n* prædictionem, hìc vult contineri de diabolo abrogando per baptismum. Attendit Ruff. in Symbolum, quem alii vocant Cypr., in divinitate Christi hamirationem, escam in humanitate ad capiendū istum draconem, ut fieret aliis esca. Citat ad idem Job *o*, & Ezechielem *p*, Philippus presbyter. in Job *q*: quem alii nominant Hieron. innuit eumdem hujus loci sensum; item Theophilactus *r*, & Hetychius *s*. Hugo persequitur maximè hunc mysticum sensum, & *draconis* proprietates juxta eumdem diabolo applicat, quæ sunt istæ:

Sibilat, ignivomus, eremi Babylonis, arcuæ,
Et maris incubitor, cristatus, edax, volat, ingens:
Os breve, cauda ligans Elephantem, per vigil, æstu,
Aspiciens, pugnans, sensus perit, est capitosus.

Joannes *t* draconi diabolum comparat, cujus rei rationes ex physiologia quoq; petitas ad mores transfert Viegas *u* noster. Capita illius septem designat diaboli potentiam per septem capitalia peccata contra Ecclesias septem, ac septiformem spiritum: & cornua decem, impugnationem decalogi: septem diademata, victorias ex eo reportatas. Sciendum, Magno scribent, ait Cyprian. *x* diaboli nequitiam pertinacem usq; ad aquam salutarem baptismi valere: in baptismo vero omne nequitiæ suæ virus amittere. Confirmat exemplo Pharaonis, qui quum ad aquam venisset maris rubri, & victus est, & extinctus: item scorpionum, & serpentum, qui in sicco prævalent; in aquam præcipitati, prævalere non possunt, aut sua venena retinere. Potestas datur *calcandi super serpentes, & scorpiones* y, *conculcandi leonem, & draconem* z, *illudendi ei* a. Hoc negotium Christi fuit, ut *ejiceret dæmonum* b, & *dissolveret opera diaboli* c: quod & fecit confligens cum ipso *in deserto* d, ut annotat Chrysost. *e*, citans quoq; Job *f*: & comparationem ex hamo. Existimatur Symbolica Georgii martyris imago, draconem hasta transfigentis ad liberandum virginem puellam: quia videlicet fortiter dimicaverit pro Ecclesia, contra idololatriam: sicut & quum exhibetur Constantinus pede draconem calcans, eamdem ob causam *g*: & si Rabino credas Salomoni *h*, propterea Dominus canitur quasi *vir pugnator* i, quia tamquam armatus hasta, scuto, & in equo adversus Pharaonem pugnans apparuerit, Mitto veterum Romanorum dracones pro militaribus signis. Creduntur Ægyptii gestasse in vexillis draconum capita, & ad hæc in mari rubro demersa hic etiam alludi. De Romanis lege Alexandrum ab Alexandro *k*, cum Tirequello, qui plures auctores citat. De Ægyptiacis vexillis indicat Pierius *l*.

Tu confregisti capita draconis.] Hier *leviathan*: & apud Trevetum, *tu conquassasti*. Hebr. לויתן *liviathan*. In Psalterio Gallicano, Romano, vetere, & apud August. atque Cassiodorum, est singulari numero *caput*: item apud Hieron. in Ecclesiastem *m*, *tu fregisti caput draconis*: & apud Cyrillum Alexandr. *n* in bibliis quoque Latinis Græcisque, Complutensibus Regiis, aliis in Psalterio Romano additur, *magni*: præterea cum plurali nomine, *capita*, à Ruffino, vel Cypriano in symbolum Hebr. רשי *rasce* numeri pluralis est.

Multiceps unus draco ceterorum caput minorum, metaphoricè Pharao, intelligitur mysticè primus dæmonum hydræ similis Lernææ multorum capitum, & Cerbero tricipiti. Singularis planè Treveti expositio est de contrito vitulo, datoque ad bibendum pulvere ipsius: dici plura capita unius, eo modo quo de eodem dicitur, *hi sunt dii tui* o: idololatras appellari *Æthiopes*, quòd tam tetro peccato denigrati sint, sicut in titulo Psalmi 7. Saul appellatur *Chusi*, hoc est, Æthiops, propter retros mores. Nihil præter acumen habet sententias nec video cur inseri debuerit mentio de illa in Hebræos vindicta Dei, de cujus potentia contra hostes illorum agitur. Præterquam quod pro *esca* potus exponitur: & vitulo nomen *leviathan* tribuitur. Vox *leviathan* לויתן *liviathan*, quæ Latinè retinetur in scriptura *p* quinquies, & hoc loco vertitur *draco*, nec non in Psalmo 103. *q* à לוה *copulare, addere, conjungere, sociare, adhærere, auferre mutare*, &c. cum affixo tertiæ personæ masculinæ pluralis mutato (ם) *mem* in (ן) *nun* significat *societatem eorum additamentum*, &c. Alii contendunt significare *latum*. A priore acceptione denominati censentur Levitæ, qui templo atque cultui Dei adhærebant, Deoque veluti comitabantur, assistebant, adhærebant. Levi filio nomen imponens mater, causam reddidit ex etymo *r*, *nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios*; idest, frequentiùs ac familiariùs copulabitur mihi tam fœcundæ. Sed præstat ut לויתן *leviathan* derivetur simul cum dicto verbo תנין *thannin*, de quo priùs *actum* est, significatque *draconem*. Sic non erit opus vertere (ם) *mem* in (ן) *nun*: nec deducere à ligonibus vel aratris אתים *ithim*, *quasi* devinctum illis dicas; nec adscribendo nomen *Satanæ*, à שתן *Satav*, quod sit sinister in pace, idest, *inimicus pacis* t. Est *leviathan* quasi societas multorum draconum, denotans magnum draconem, eo modo, quo *behemoth* plurale nomen bestiarum, unam degnat magnam, & mysticè tantam diaboli malitiam, ac si essent in uno congregati multi. Placet hæc mihi magis opinio Ribertæ *u* nostri, qui confirmat similibus aliis exemplis ex Hebræa lingua, utente ad energiam pluralis numeri: cum qua convenit alia Pinedæ *x* etiam nostri qui accuratam de nomine reque ista disputationem instituit; quòd ei se aliæ multæ adjungant, vel ipsa aliis, præsertim si adjunctionem accipias, non separatorum animalium etiam quæ illius cuti adnascuntur, ut sunt ostrea nec non herbæ; sed tamquam unius è multis compositi. Meritò idem Pineda confutat fabulam de Leviathan, pro quodam homine vel anima humana, quæ describitur in apocrypho Esdræ libro 4. *y* Præterea quod nugantur Hebræi, esse serpentem aut piscem, qui sui circulo corporis omnem ambiat globum terræ; Solem & radios ejus apprehendere nitatur ac vorare, ideoque semper exagitet in circuitu suo fugientem; sed in futuro sæculo parandum ex eo convivium pro justis, sicut & vasta bellua alia behemoth, & ave maxima barjuchna; quas etiam nugas recitat Hieronymus à sancta fide *z*. Rejicit item opiniones de infusa in materiam totam privationis malitia: aut de parte hominis sensitiva, quæ diaboli veneno sit corrupta. Tandem definit, sicut behemoth, ita & leviathan, de diabolo quidem mysticè, ad litteram verò de quodam animali intelligi debere, idque de genere marinorum, & quem vocant cetum, aut thynnum, aut balænam; aut pristem, aut misticetum: aut physiterim, aut palymedem, aut draconem, sive commune subalternum ad hæc omnia genus; sed non ejusmodi speciem, cujusmodi comminiscuntur vel Joannes Camerensis *a*, vel Arias *b*. Diabolus porro *leviathan* rectè cognominatur, quod jam inde à primis parentibus conetur sibimet addere, & adjungere, ac in damnationem secum pertraherre homines, atq; vicissim hominibus mortem, vitia, pœnam æternam annectere; item adhuc sibi superbiam tantam, quæ *ascendat semper* c, & eum constituat Regem *super filios superbiæ* d tùm inferiores dæmones, qui dicuntur *Angeli ejus* e; tùm homines, qui imitantur eundem. Si verum Hieronymi commentarium in Job haberemus, plura de *leviathan* sciremus, quia in eo se de illo disputasse testatur *f*.

Dedisti eum escam populis Æthiopum. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & Hieronymus, *in escam populo Æthiopum*. Ambrosium *g*, & Psalter. Gallicanum *in escam populis Æthiopum*. Augustinus hoc loco, & adhuc Hieronym. *h*, *in escam populis Æthiopibus*. Cyprianus,

Mysticus sensus. Treveti singularis expositio. Idololatræ cur *Æthiopes* dicti.

Levitarum denominatio.

De Leviatan fabulæ confutatio.

Hebræorū nugæ.

a *vers.* 6

b *c.* 29. 3 *c.* 51. 51. 9 *d Mel.* 3. *c.* 7 *e* 9. 51. 34 De dracone & elephante quæ narrentur. *f Plin. l.* 5. *c.* 31. 12. *Solinus c.* 18. *Ælian. l.* 6. *c.* 21 *g c.* 1. 8 *h in Esa.* 148 *i in Hilar.* Tropologia *Kimchy c.* 14 3. *Hexa. c.* 9 Alludo ad hunc locū Urbani Papæ IV. *l in Ps.* 59 *m in bibl. Patrum. n* 9. 136 *o c.* 40. *P c.* 32. *q In c.* 40 *r in Ioan. c.* 4 *s in Lev. l.* 1 *c.* 5. Draconis proprietates. Diaboli cū dracone comparatio

t *Apoc.* 12. 3 & *seq.* *u Comment.* 3. *sect.* 9 *x epist.* 76 Diabolus in baptismo omnæ suæ nequitiæ virus amittit.

y *Luc.* 10. 19 *z Ps.* 90. 13. *a Ps.* 104. 26 *b Luc.* 11. 14 *c 1. Ioan.* 3. 9 *d Matt.* 4. 1 & *seq.* *e hom.* 5. *ex variis in Matth.* *f cap.* 40 Symbolicæ draconis imagines. *g Baron. in not. in mart. & Ian. Melan. de pict. imag.* *h Exo. c.* 15 *i Ez. c.* 15. 3 Dracones in militaribus signis. *K l.* 4 *c.* 2 *Il.* 15. *fol.* 113

m in c. 9 *n in c.* 8. *Oseæ & c.* 3. *Abac & c.* 2. *Soph.*

a de rept. il. sacrif. c. 7. Leviathan. recta Diaboli cognominatio. *b de natur. historia.* 219 *o hoc Ps. vers. ult.* *d Iob* 41. 25. *e Mat.* 15. 42 *f in Amos c.* 5.

g de parad. c. 12. *h in c.* 3. *Abac.*

nus, aut Ruffinus in symbolum, *in escam populi Æthiopum*. Alii ex Hebr. *populo solitudinum*; vel *in solitudines desertave*, nempe proficiscenti, vel, *solitudines*, nimirum habitanti; vel populo siccis, ideſt, sicco qui siccus est, quòd habitet in siccitate desertorum. Felix interpretatur etiam *navigantes*. Hebræum nomen (cujus se Hieronymos *a*, ac Rabinos etymologiam negat scire cum articulo לציים *letsium*: significat *naves* b) forsan quia sunt in mari siccæ, ac veluti insulæ, & bestias desertum *c* incolentes, vertitque aliquando Interpres *dæmonia* d, *dracones* e, & in priore Psalmo *f*, sicut in hoc, *Æthiopas*, ubi etiam alii exponebant, nautas. Significare præterea potest quoslibet habitantes aridam & siccam terram, seu desertam, quæ vocatur צייה *thsitah*, unde & איון *tsiion* Sion mons celebris, à siccitate. De bestiis, quibus Ægyptiorum cadavera in litus ejecta cesserint in escam, intellexit Cajetanus, & Campensis qui *corvos* nominat. Folengius, qui addit *vultures*; Flaminius Clarius, qui de vagante per solitudinem Israele simul exponit, prædam de submersis faciente. Genebrardus, cui placet quoque opinio de hominibus diripientibus spolia Gagnejus, qui adjicit etiam eremi incolas, corvis. Crucius noster Placidus, Valentia, Herus, qui detracta spolia adjungit vel ab Hebræis, qui Æthiopes denominentur, vel ab ipsis veris Æthiopibus: Lyranus, qui corvos exprimit. Paraphrastes transfert *cercopithecos* תמוו *thimuan*, vulgò *gattimammoni*, vel in textu Nebiensi *dracones* יורדי *tarode*. Citat Agellius auctorem Græcum de volucribus vorantibus cadavera Ægyptiorum, Titelmanus *populos Æthiopum* mavult dæmonas intelligi, quibus dati sint in escam impii Ægyptii cum Pharaone, ad eum modum, quo David prædixit de hostibus, quòd introirent *in inferiora terræ*, *partesque vulpium* forent: & quòd mitteret crystallum suam, ideſt, induratos in malitia, sicut buccellas, hoc est, in escam diaboli. Hoc ultimum duriusculè dicitur.

In paraphrasi litteraliter exposui de feris, ut de corvis & de hominibus Æthiopibus. Est quidem prior, adeo multorum sententia probabilis, *favetque* quod *gentis* nomen de *locustis* g usurpatur, *populus de formicis* h *plebs* de *cuniculis* i: nec rejicienda illa de dæmonibus; etsi propriùs accedat ad mysterium. Verùm quia nihil obstat, de hominibus præstat interpretari. Quamvis autem concedam Hebræos posse cognominari Æthiopas, à nigredine, ac deformitate morum, sicut alias *k* docui, tamen id nomen, tum quum liberati sunt in mari rubro non merebantur, adhuc fideles & pii: de adoratione autem vituli, Trevetum priùs refutavi. Nec videtur satis idonea ratio, ut Hebræi iidem appellentur *Æthiopes*, quia eo tempore morabantur in deserto, atque ad litus Arabicum consistebant, quò mersorum cadavera Ægyptiorum sunt ejecta, ab Hebræis autem vocabulo *Æthiopia* appelletur utraque regio litoralis rubri maris tam Asiatica, quam Africana, ut observat Genebrardus. Tametsi verò constet ab Hebræis spolia illotum ampliſſima detracta & relata, quemadmodum testificatur Sapiens *l*, Commentario à nobis illustratus, satis quod ad rem præsentem spectat, copiosè; & per *escam* liceat intelligere quamlibet prædam, sicut aliis in locis *m*: nec de fuisse veram escam credendum sit, in sexcentis, vel etiam in septingentis curribus, si qui ad littus evaserunt. Nihilominus ut propria retineatur significatio populorum ab Hebræis distinctorum, videntur nobis Græci optimè hunc locum intellexisse: quos etiam sum secutus, ut Æthiopibus redditi sint post submersionem Ægyptii magis expugnabiles, εὐχείρωτοι, καὶ εὐάλωτοι, ut loquitur Theodoretus, atque, ut ita dicam; in ore gladii magis comestibiles. Arbitratur Genebrardus ejecta quoq; cadavera in Æthiopicum littus Africanum, valde distans ab Ægypto, atque hoc pacto Ægyptios datos in escam, non solum Hebræis in Asiatica regione littorali, quæ vocatur etiam Æthiopia, sed illis aliis Æthiopibus, ut fama istius divini facti ad populos multos circumquaque permearet. Vellem Auctorem alium aliquem protulisset. Adde non simul, tamque citò ad littus in quo Hebræi erant, omnia fortasse cadavera pervenisse, quin post eorum discessum, appellentibus aliis, non parum adhuc superfuerit spoliorum pro illis, qui rumore tantæ rei exciti, eò advolaverint ad quæstum, & veluti ad piscationem esumque cetorum usitatam, præsertim Ichthyophagis Æthiopibus, quasi dicas *Piscicomedones*, de quibus Strabo *n*; tradens etiam pecora carminibus vesci piscium, & Plinius *o*, scribens inde oleum elicere.

Creditur Hieron. materna quoq; lingua Dalmatica seu Illirica seu sclavona scripturas divinas transtulisse, & id extat in præfatione propria Missæ ejusdem, in veteri missali Romano, his verbis: Quique divina in ipso illustrante gratia, & Spiritu Sancti splendore taliter est imbutus, ut omnium pœne sacrarum scripturarum volumina, Græcè, Hebr., Chald. suo eloquentiæ fonte, disertaque Latina, & materna lingua nobis apertè ac magnificè explanaret. Id profitentur quoque qui eadem nunc lingua Pontificis auctoritate Missam & alias preces divinas celebrantes, eas ab Hieronymo accepisse se affirmant. Marius Victorius *p* Blondum citans, aliumque probum & eruditum Cassinensem monachum, negat patrium illius solum in Illirico, aut Dalmatia, Pannoniave fuisse, quæ *Stridon*, vulgo *Stringna* non inatur, sed intra Portam pilosam, Portulam, & Primontem, & Arasiam flumen Italiæ, in agro Justinopolitano, ac potiùs Istriæ adscribi, quæ Italiæ regio est: maternam ejusdem linguam ipsomet teste *q*, *Latinam* dicendam, vocante Latinos homines linguæ suæ: videri nihilominus Illiricam caluisse, quæ latiùs tunc, ut nunc, patebat, præsertim cum Stridon Illirico finitima esset confiniſque Ipse idem Doctor *r*, in quo ortus erat solum distinguere ab Illirico videtur. Ut sit de Hieronymi patria, & lingua materna, hoc tamquam probabile sumo, Illiricam linguam tenuisse, eaque litteras sacras convertisse. Porro in translatione Illirica istius psalmi, cujus gratia nonnihil sum digressus, ut ea deinceps, quum tulerit occasio, utar: liberiùs homines Æthiopici disertè exprimuntur: *tu confregisti caput serpentium dedisti istum* (nempe Pharaonem cum suis) *escam hominibus Æthiopicis*.

Jam quod attinet ad mysticum sensum, posito quod priùs quoque attigi, *draconis* vocabulo diabolum designari, cujus, beneficio Christi, quod est semen mulieris, *contritum est caput* s, satis multis declarant datum in escam peccatoribus, qui dum de nigris formosi fiunt t, & alcendunt *de aquis dealbati* u, & qui erant *tenebræ* *lux evadunt in Domino* x, induendo Christum, quo se consummant perficiuntque consumunt diabolum; quod epotus vituli comminuti cinis præfigurat vi; nec non voratæ à dracone Mosis virgæ Magorum z, longeq; postea omnis generis bestiæ etiam immundæ Petro ad mactandum & manducandum oblatæ *a*. Eumdem præterea diabolum, inquit Augustinus, cujus sunt jam dicta, & ab eo qui Ruffinus dicitur paucis transcripta, nunc omnes mordent reprehendendo, culpando, accusando, etiam Judæus, etiam Paganus; verbi gratia, iratus servo, dicit illi, *Sarana*. Confirmat ex epistola ad Galatas *b*, illam dicendi formulam, *Quod si invicem mordetis, & comedetis, videte ne ab invicem consumamini*: Confirmare verò etiam tritum illum iratorum servis suis sermonem possumus exemplo Stephani presbyteri, de quo Gregorius *c*. Quem vocant Hieronymum, ait, signo crucis devorari & comminui diabolum, ab iis quos prius devoraverat persuasionibus vanis. Ruffinus, & Haimo ad ea quæ dicebat Augustinus, adjiciunt esse escam fidelium, quatenus quas movet persecutiones ac tentationes sunt illis velut esca & refectio. Idem certè Augustinus *d* non dubitavit scribere, Laurentium suam manducaviſſe tormenta, benèque bibisse ac tamquam esca saginatum, & calice ebriatum tormenta non sensisse. De Agatha item solemniter Ecclesia recitat *e*, quòd lætissimè & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas invitata agonem suum Domino precibus commendabat. Marcus demum & Marcellianus fratres, tyranno in tormentis dixerunt numquam se tam jucundè quàm tunc epulatos. Huc è contrario spectat, quod tamquam *leo rugiens circuit diabolus quærens quem devoret* f, dicitur; *cibus ejus electus* g, quia, ut explanat Gregorius h, antiquus hostis in eorum nequitia valde reficitur, qui nequissimis nequiores sunt. Adde in his quos ex optimis nequissimos facit. Hoc est etiam à serpente *terram comedi* i, hoc est, homines terrenos. Eodem sitis pertinet Christi, & in cruce *k*, & quum bibere petiit à Samaritana *l*, dixitq; se alium cibum habere, quem nescirent Apostoli *m*, & fames, quando in ficu fructum requirens, non reperit *n*. Bruno Carthusianus comestionem & consumtionem diaboli refert ad victoriam contra insidias ipsius, ut eas, & in nobis,

a in c. 23. Es. b Dan. 11. 30 Nu. c. 24 c Es. a. 13. 21 d c. 34. 14 e Ier. 50. 39 f vers. 9

g Ioel. 1. 6 h Pr. 30. 25 i ibid.

k in tit. Ps. 7

l Sap. 10. 19 m Ps. 13. 4 Ps. 52. 5

n lib. 15 Pecora carnibus piscia vescentia.

o lib. 32. c. 1 Hieronymi materni lingua S. scripturarum translationes.

p in indice Hier. verbo Illiricus, & in vita. De patritio Hieronymi solo contro versia.

q prot. in l. 3 inter. & in c. 6. atque 16. Zach.

r in c. 1. Soph

Hier. Illyricæ linguæ peritus creditus.

Mysticus sensus.

f Gen. 3. 15 t Cant. 1. 4 u Cant. 8. 5 secundum LXX.

x Eph. 5. 8 y Exo. 32. 20

z c. 4. 7. 12

a Act. 10. 13

Satanas ut abomnibus mordetur.

b c. 5. 13

c 3. dial. c. 21

Diabolum ut dicatur esca fideliũ

d Tr. 26. in Ioan.

Martyrum in tormẽtis alacritas.

e in resp. lectionis 2. no. primi.

f 1. Petr. 5. 8 g Abac. 1. 16 h lib. 4. in 1 Reg. c. 9. c. 4 i Cant. 3. 14 k Ioan. 19. 28 l c. 4. 7 mib. vers. 32 n Mat. 21. 19

nobis, & in aliis consumamus, ac fugemus illum ab obsessis corporibus. Similem isti Cyprianus, seu Ruffinus *a*, jungit ex Ezechiele sententiam *b*, qua minantem inducit Deum Pharaoni, comparato cum *leone* & *dracone*, *fore ut habitare faciat super eum omnia volatilia cœli, & saturet de eo bestias universæ terræ*.

a *in symb.* pc. 32. 2. 3. 4

Tropologia

Ceterum alios reperio tropologiam convertentes in malam partem, ut scilicet *draconem dari populis Æthiopum in escam*, sit, improbos tamquam esca delectari diabolo ipso, eumque sibi quodammodo, utque ita dicam, incorporare, sicut videlicet qui aliquem summopere amat, utpote illud, *quis det de carnibus ejus, ut saturemur* c? id est, ut Græci ferè declarant, intra viscera nostra condamus. Quod Chrysostomus *d* explicat de Christo, qui se manducandum præbuit nobis, atque præ vehementi charitate commisceri voluit; & ad id propositum aptat Ecclesia in divino officio de corpore Christi. Ex Latinis Augustinus *e* adulantium vocem interpretatur, nimiumque amorem simulatitium: Gregorius *f*, de Judæis quidem persequentibus & corpus Christi, quasi contumendo, molientibus extinguere; sed de Gentilibus quoque qui esurientem mentem suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio de ejus carnibus satiare.

c *Iob.* 31. 31.
d *hom.* 83. *in Matt.* & 25. *in* 1. *Cor.*
e *in Iob.*
f 22. *Moral.* c. 7. *vel.* 12.

Illo autem quem dixi modo, præsentem exposuit Hieronymus *g* locum, disputans de jejunio sanctè celebrando, nimirum, ita ut jejunemus simul à vitiis, & ut bonis operibus, curatisque peccatis fiant sancta jejunia, & tempore jejunii vacemus orationi. Nam rationem subdit, ne interior homo noster draconis vescatur carnibus, qui *datus est in escam populi Æthiopum*, hoc est, contaminatis atrore peccatorum. Innuit rursus *h* eumdem sensum, quando allatum priùs Ezechielis *i* tractat locum, de saturandis bestiis terræ, de dracone, &c. Postremò etiam enarrans canticum Abacuc *k* (*pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ*) *Æthiopas*, qui draconis carne vescuntur, ait esse tetros, & amantes tenebras. Quamvis autem videatur de dæmonibus intelligere, nimirum dracone, idest, primo inferioribus, ad homines, idem ad homines potest, comparatos ad universitatem dæmonum illo sensu, de quo agimus. Traditur sensus idem à Theophilacto *l*, qui scribit, quod dracone isto non alii pascuntur & oblectantur, quàm obtenebrati & nigri animi, & divinæ lucis non participes. Cyrillus *m* Alexandrinus prior id observaverat, & simul à talibus pasci dæmonem, ἀρχηγοπολεμοχέφαλον, *draconem multicipitem*, simul tales eum pascere. Rationem quoque dat *n* cum opposita comparatione, hoc pacto. Quemadmodum, inquit, nos vivificum Dei verbum, spiritualem & sanctam alimoniam nobis facimus (addi potest venerabile Christi corpus in Eucharistia sumtum) ita libenter peccantes, & qui est natura Deus, non cognoscentes, tantum non Satana pascuntur, ipsum animis tenentes, ac secundum illum & sentientes, & loquentes. Ambrosius *o* idem indicat, dicens quòd Satanas dat escam non luminis sed noctis, & tenebrarum filiis.

g *in Es.* c. 58
h *in* c. 32. *Ezech.*
i c. 3. 2. 3. 4
k c. 3. 7.
l *in* c. 9. *Ioan.*
m *in* c. 9. *Ose.* n. 90. & c. 2. *Sophon.* n. 21 *in* c. 3. *Abac.* n. 49.
o *de Parad.* c. 11.

Accommodatio loci.

Denique per accommodationem censetur Christi corpus, quando sumitur ab indignis, dari *populis Æthiopum*, ac dæmoniacis hominibus, quemadmodum cum de suo corpore loqueretur Christus, *unum* ex discipulis, idest, Judam dixit *diabolum esse* p, & in ipsa mystica cœna mentio fit *diabolum intrasse in ipsum* q.

p *Ioan.* 6. 71.
q c. 13. 2. *Luc.* 22. 3.

Vers. 15.) Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluvios Ethan.

Sensus loci.

ALiud hoc est beneficentiæ Dei opus, potentiæque profusæque liberalitatis in gratiam populi sui; quæ ipsum adhuc, & deinceps bene jubeat de illo sperare. Semel iterumque de percussa & discissa petra, largas produxit aquas, in morem fontium scaturientes, atq; profluentes, & abundantes, velut torrentes ac flumina. E contrario aliquoties maximos rapidissimosque fluvios exsiccavit, ut Jordanem, ad liberum populo transitum faciendum.

Mysticus sensus.

Mysticus sensus tenere nos diu non debet, utpote facilis, de diruptis & abstractis à diaboli servitute peccantium duobus generibus, ex quibus jugiter mala profluebant, vel subitò rapidis concitati excursibus irruebant: vel, in meliorem partem, de apertis ac missis Prædicatoribus sapientiæ aliis, & fidei liquorem divitiasque manantibus; nec non de iis, qui prædicantes ad tempus, in tempore tentationis desistunt. Siccari quoque fluvii perversæ omnes doctrinæ sunt, diabolo auctore, qui *Ethan* cognominatur, idest fortis.

Tu diripuisti fontes & torrentes. Hieronymos, & alii ex Hebræo, in singulari, *fontem & torrentem*, vel *flumen*; hoc enim, ac *torrentem* נחל *nachal* significat. *Fontem* singulari numero πηγὴν transtulisse LXX. & editionem V. testatur scholion. Basilius ac Theodoretus notant Hebr. & reliquos interpretes *fontem* dixisse; *fontes* tamen etiam dici posse, quia quæ fluxit aqua de petra, multos aquarum sinus effecit; & bis id accidit, semel in Exodo *r*, iterum in libro Numerorum/ *torrentes* de iisdem aquis dici, quia non secundùm naturam fluxerunt, sed tunc primum datæ sunt, sicut videlicet exsistunt ex aquis pluviis torrentes, Legerunt Euthymius, atque Nicephorus numero plurali, sed monet posterior esse τὸ πληθυντικὸν ἀφτὶ ἑτὶ ἑνικὲν, *plurale pro singulari*: Euthymius, Aquilam & Symmachum retinuisse singularem; ambo, *torrentes* denotare fluxus vehementiam in eodem fonte; *dirumpendi* verbum esse pro verbo dandi: Paraphrastes fluxum ejusdem fontis de petra, tamquam in flumen, ita ut non accipiat ut separatum à fontis aqua flumen, sed torrentem, sic declarat (*Tu erumpere fecisti fontem de rupe, & fuit in flumen.*) Apollinar. videtur distinguere fontes & flumina hyemalia:

r c. 17. 2. & *seq.* c. 20. 2. & *seq.*

ῥῆξκο χεῖμε ποταμὲς, πηδὲς τὸ ἀνὲτμας,
Dirupisti hyemales fluvios, fontesq; extulisti.

Sed hyemales fluvios torrentes intelligit, ac figuratè fontes, propter allatas antea rationes.

De re tota quid sentiam, scire si cupis adi Commentarium nostrum in librum Sapientiæ *t*. Quid enim ego transcribam eadem? Unum repeto, *dirumpi fontes & torrentes* esse, sic fluere de petra aquas, ac si latentibus intra illam aquis ruptione patefactus aditus esset, quæ propriè tamen ruptio fuit nulla. Dicitur ps. 77. *u interrupisse aquam* Deus *in eremo*, & *adaquasse velut in abysso multa*, & *deduxisse tamquam flumina*, & *torrentes inundavisse*; in 104. *x abiisse in sicco flumina*, hoc est, per siccam & aridam terram: in Deuteronomio *y*, *eduxisse rivos de petra durissima*; in Esaia *z*, *dedisse in deserto aquas, flumina in invio*: item *a aquam de petra produxisse*: & *scidisse petram, & fluxisse aquas*. Treveti opinionem propter singularitatem haud tanti facio, de fontibus abyssi apertis in diluvio. De propriis Hebræo populo beneficiis, hìc, ut prius dixi, agitur.

t *in* c. 11. 4.
u *vers.* 15. 16. 20.
x *vers.* 41.
y c. 8. 15.
z c. 43. 20.
a c. 28. 21. Treveti singularis opinio minus accepta.

Tu siccasti fluvios Ethan.) Hieronymus, *flumina fortia*, Alii, *fortitudinis*, *validos*, *ingentes*. Id factum fere omnes interpretatur, quando Jordanem Dominus, ut ingrederentur terram sanctam Hebræi, exsiccavit *b*; dici autem pluraliter *fluvios*, ob magnitudinem Jordanis, aut quia plures in eum influunt. Quare negant *Ethan* esse nomen proprium loci, tùm quia quod est proprium loci, scribitur per (*m*) in fine, *Etham* c: tum quia in eo loco qui sic nominatur, nulla fit mentio de fluminis exsiccatione: tùm quia vertit Aquila, ut epithetum, ἐσθὼς, nempe ποζυμὲς, *fortes fluvios*: Symmachus, ἀρχαὲς, *antiquos*: tùm quia non desunt alia exempla, ut reliquantur LXX. ipsamet Hebræa vocabula immutata loco suæ significationis ut de *leviathan*, & *behemoth* prius insinuavimus: cujus præterea generis sunt *haleluiah*, *amen*, *maranatha*, *hosanna*, *abba*, *raka*, &c. de quibus Hieronymus *d*, & Augustinus *e*, Euthymius, Nicephorusque juxta versionem Symmachus exponunt antiquos Sodomæ Gomorrhæque fluvios ac fontes, ob incolarum peccata in cinerem redactos.

b *Iosue* 3. 15 *Etham* hìc non esse proprium loci nomen
c *Exo.* 13. 20
d *epist.* 137. e 2. 2. *de doct.* c. 11. *epist.* 178

Idem Euthymius cum Basilio, seu Theodoreto, explicant in genere & absolutè de siccatis antiquis aquis. Probant ultimi duo ex ps. 106. *f posuit fluminia in desertum*, & *exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea*. Paraphastes nominat *Aron*, *Joubecha* & *Jordanem*: Nebiensis pro *Joubecha*, vertit *decursum rapidissimum*

f *vers.* 33. 34

Caje-

Cajetanus ait, constare de Jordane, insinuari de Arnon, quia scribitur in libro Numerorum *a* ex vetere parœmia in libro bellorum Domini contenta, *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon*. Fit vero quoque mentio eodem libro Numerorum *a* de Jeboc, simul cum Arnon. Refert Euthymius Isidori Pelusiotæ sententiam, *Ethan* loci nomen esse, non procul à Jerusalem, qui fluminibus olim irriguus post eversionem Jerusalem à Romanis factam, ob Dei iram, omnino sit exsiccatus. Scribit hæc pluribus Isidorus *c* ad Epiphanium Diaconum. Primùm monet, hoc quod nunc expendimus, quamvis insit in veteribus Psalteriis, non extare in quibusdam recentioribus codicibus, fortasse quòd intelligi minimè posset, eaque de causa nonnullos censere supervacanea quædam, & quæ demonstrari nequeant, sacris litteris contineri. Ait deinde in Palæstina locum fuisse fluviis irrigum, atq; arboribus & fructibus abundantem, & ob ingentem animantium & piscium copiam ad venandum accommodatum. Tum affirmat hujusmodi tam amœnum, irriguum, frugiferum locum, & ob exuberantem incolarum improbitatem, divinitus exarefactum. Profert postremo Josephum sic in Antiquitatum libro scribentem. Erat autem locus quidam duobus schœnorum, seu passuum millibus ab urbe Jerosolymitana dissitus, qui *Ethan* vocabatur, pratis, & hortis, ac laticibus perquam amœnus & copiosus, ad quem Salomon exercitationis ac venationis causa subinde commeabat. Videlicet vult Isidorus propter vaticinationis certitudinem, rem futuram à Davide ut jam factam narrari. Quod autem Euthymius post eversionem Jerosolymorum à Romanis factam, Isidorum loqui dicit, in Isidoro non lego. Ut non etiam debuerit Agellius, doctissimum & sanctissimum virum non satis reverenter tractans, sed facilem ad conjecturas appellans, dicere hoc illum affinxisse Josepho, ac de suo addidisse. Solùm descriptionem loci ex Josepho recitat Isidorus, exsiccationem à Davide poni affirmat. Josephi autem hæc dumtaxat sunt, τῶν δὲ χωρίων τὰ μὲν δύο σταδίους Ἱεροσολύτων, ὁ καλεῖται μὲν Ἤθαν παράδεισος δὲ, κ) ναμάτων ἐπὶ ῥοίας ἐπιτερπέσι δὴ κ) πλουσίου. ἐς τοῦτο τὰς ἐξόδους ἐποιεῖτο: *aberat autem ab Jerosolymis duorum schœnorum spatio prædio quoddam, nomine* Ethan, *hortis & inductis fontibus amœnum simul & opulentum: in hoc exitus faciebat libens*, seu *exire delectabatur*. Isidorus hos exitus & egressiones aliter intellexit, & alio modo Josephi textum citat. Adjicit ipse Agellius, quamvis isti ultimæ sententiæ videantur verba Jeremiæ *d* favere, ut Græcè habentur, ὡσεὶ λέων ἀναβήσεται ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου εἰς τόπον αἰδάμ, *ut leo ascendet ex medio Jordanis ad locum Ætham*: quod sic legimus juxta editionem nostram, *ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam*; tamen existimare se, *Ethan*, nec σφοδρὸν significare, nec ἀρχαῖον *y robustum vel antiquum*, sed ἄβατον quod *transudari non potest*. Tunc explanat siccatum Jordanem (quem per *fluvios*, numero multitudinis intelligit propter prius assignatas causas) qui erat ἄβατος & omnino plenus; quando per eum Hebræis Deus iter fecit: notionem illam vocis *Ethan* confirmat verbis Amos *e*, *justitia quasi torrens fortis*, pro quibus est Græcè, ὡς χειμάρρους ἄβατος איתן *Ethan*. Ego, ut quod sentio, aperiam, primùm dico idem nomen Græcè reperire me scriptum, ἤδαμ, ἤταν, αἴδαμ, quum est pro loco, Hebraicè איתן *Ethan*: quum vertitur Latinè *fortis* aut *robustus*, ut citatis locis Jeremiæ & Amos semel sine (י) *iod* & cum (מ) *mem* finali, quando expressè significat locum unius ex mansionibus Hebræorum in deserto, quod scribitur Græcè ἰθώμ *f*, aliquando βεδὼγ, sed & *etam* extat (licet scribam *Etham*) Hebraicè שיתם *hhetam*, litteris Græcis ἤταμ *h*. Hac unam dixi causam inter alias afferri, cur hoc loco negetur *Ethan* esse nomen proprium: Atqui variat, ut modo retuli, scriptio Græca nominis proprii ἰδὼμ, & βεδὰν. Chaldaicè scribitur cum (י) אתם *Etham* quod auctor translationis Latinæ ex ea lingua scribit *Ethan*. Sed & viri proprium nomen איתן *Ethan* est *i*, quod nomen Græcè legitur αἰδάμ. Chaldaicè איתן *Ethan*: & in Latina translatione *Aichan*. Quare quomodo scribatur, parum curari debet, quum & (י) *iod* in eadem voce alia quandoque ponatur, quandoque omittatur, ut inclusum in motione seu puncto longo littera etiam (נ) *num*, pro littera (ם) *mem*. Deinde ex recitatis opinionibus minimè probabilem arbitror Isidori Pelusiotæ, quia sine ἤτται, sive αἰδὰμ in Josepho legas locum illum propè Jerusalem, nullus exsiccatum memorat, & quamvis præteritis utantur Prophetæ pro futuris: videtur hoc loco David recitare res præteritas mirificè à Deo factas: & illius loci exsiccatio non censeretur adeo mirabilis, quia aquis tantùm derivatis insignem Josephus describere videtur, non ingentibus abundantem naturaliter profluentibus aquis. De *Jeboc* & *Arnon* etiam, sentio nihil temerè, ac sine auctore affirmandum, & si faveat *Arnoni* citatus ex Numeris *k* locus, siccatos Sodomæ & Gomorrhæ fluvios fontesque clarè non legimus. &, si id fuisset, minus videretur ad rem ea narratio: quoniam hìc agitur de beneficiis populo Hebræo collatis.

Quocirca nihil probabilius dici potest, quàm quod adeo multos retuli censere, de Jordane amplissimo flumine sermonem esse: quem constat siccatum, quum Hebræi transitum facerent in terram promissam, dicique fluvios, poetico more, quamvis esset unus, aut ad exaggerationem, quia maximus erat, & in eum plures confluebant: & *Ethan* nomine substantivo appellari, ut significat *fortitudinem*: & non ut est proprium loci, ob eamdem scilicet ejusdem magnitudinem ac difficultatem transnatandi. Erit fortassis cui non displicet, sumi *Ethan* ut loci nomen, parum curando, ut prænotavi, quo pacto scribatur, ita ut mare rubrum aliter cognominetur *mare Ethan*, sive *Etham*, ab ea Hebræorum, de qua dixi, mansione. Nam lego etiam *desertum Etham* l, Nec est ullum incommodum, si bis idem ἐξηγητικῶς & poeticè repetatur, scilicet fissio & scissio rubri maris, dicantur *fluvii Ethan*, sive *Etham* siccati, ideſt, rubri maris fluenta versus eam partem, quæ cognominaret ipsum ab Ethan, seu Etham; Ut sit idem confirmare, ideſt, divisum solidare in virtute mare, & siccare fluvios Ethan. Etenim interdum de mari dicitur nomen *fluvii*, ut apud Jonam *m*, *projecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me*: & profani oceanum ipsum appellant *flumen*. Hanc opinionem postea deprehendi probatam ab Antonio Guevara *n*, viro erudito; alluebat quippe, inquit, mare rubrum *desertum Ethan* o. Hieronymus *p* quoque differens de mansionibus, quum agit de tertia, favet aliquo modo, & *Ethan* etymologicè *fortitudinem* explicat, citato præsertim etiam loco, quem & Gregorius tropologia simili declarat *q*, ut scilicet emanantibus Apostolicis fontibus, *fluvii Ethan*, ideſt, diaboli, qui vocatur *fortis* r, exsiccentur. Placet tamen magis mihi demum communior illa de Jordane sententia, quam reperiri præterii in Procopio *s*, qui etiam fluvios ἤδαμ, exponit τὰ εἰτωύτω *australes*. Comparabiles sunt divisio Jordanis & maris rubri, quæ commodè intelligi nequit, nisi ambobus cognitis extremis. Sed de mari rubro non libet dicta repetere. In Jordanis divisione caussa instrumentaria effectrix non virga, sed arca fuit: non, ut ibi, ad similitudinem murorum, utraq; ex parte constiterunt aquæ, sed substiterunt superiores versus fontem fluminis magis ac magis subinde intumescentes; inferiores delapsæ in mare solitudinis, sive mortuum, alveum medium aquis nudatum reliquerunt.

Omnino multis de caussis celebrior illa, quàm ista extit, quia moles aquarum illarum longè major, iterq; per mare longius: ventus tunc urens immissus maris fundum exsiccavit: hostium plurimorum edita strages: & facti memoria, fama, terror apud exteros viguit *t*. Lege Pererium *u* nostrum, Ariam & Masium in Josue *x*. Repete etiam, si placet, quæ scripsimus ad pſ. 65. *y*, *qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede*. Similis in Ezechiele *z* comminatio, *faciam alveos fluminum aridos*. De utroque miraculo mentio fit in pſ. 76. *a viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi*: & in 113. *b mare vidit & fugit, Jordanis conversus est retrorsum*. Esaias *c* de mari præsertim, *numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis, qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati*.

Isidori Pelusiotæ opinio minimè probabilis.

Probabilior sententia.

Nomen *fluvii* de mari interdum.

Jordanis divisio qualis fuerit.

Celebrior maris rubri quàm Jordanis divisio.

a c.21. 14.
b *Ibid. vers.* 7.
Ethan loci nomen.
c *lib* 1. *epist. in* 60.
Sacris litteris supervacanea quædam, & quæ demonstrari nequeat, quorundam sententia.
Loci Ethan amœnitas & situs.
d c.1.49.19.
e cap.5.24.
f Exod.13.20
g Num.33.6
h Iud.15.8.
i 3.Reg.4.31
Psal.88.1.
k c.21. 14.
l Num.33.8
m cap. 2.4.
n in Abac. c. 3.
o Num.33.8
p epist.127.
q 33 moral. c.9. vel 11.
r Marc.3.27
s in c.51.Esa.
t Iosue 4. in dist. 5.12.
u in Exod.c. 14. disp. 5.
x in cap. 3.
y vers. 6.
z c.30. 12.
a vers.17.
b vers.17.
c cap.58.10.

Vers. 16.) Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es Auroram & Solem.

Vers. 17.) Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.

Sensus loci. AMirificis illis potentię divinæ effectis in Hebręi populi gratiam & beneficium declaratis, transit ad communia cunctis creaturis. Nam commemorat diei noctisq; vicissitudinem, lumina minora majoraq; unde rerum generatio atque conservatio pendet: præscriptos terræ fines, quæ vocant climata vel orbis partes Europam, Asiam, Africam, vel Orientem, Occidentem, Aquilonem, Meridiem, vel litora, vel singulas regiones, anni partes ac tempestates; quæ rebus iisdem, hominiq; potissimùm, serviunt, atq; ostendunt Deum cœli & terræ Dominum esse, & proinde omnium, quæ in eis sunt, quæ ipsi tandem serviunt, cujus *ordinatione perseverat dies* a, & dictus motuum cœlestium ordo.

a Ps.118.25. Allegoria. Allegoria vulgaris est, de claritate Evangelii, & legis obscuritate: quæ pronuntiant Deum, Christumque B de justis & improbis, in quibus operatur Deus miracula sua, illuminando illos, istos à peccatis mundando. Item, ut sit *Aurora*, seu *Luna*, Ecclesia, *Sol*, Christus qui illuminat omnem hominem: vel stultus ac Sapiens, quos Deus communiter suis afficit beneficiis. Denique Apostoli atque Prædicatores sint, qui veræ fidei jura custodiant, sicut agrorum fines, tetmini distinguunt: æstus fructus designet, ac præmia, ex bonis operibus tamquam ex verni temporis bonis operibus perceptos: vel ætas, Martyres, fidei charitatisque vehementiore calore ferventes: ver, confessores, æquabili devotione ac mansuetudine temperatos, utrosque tales per gratiam Dei.

In his tractandis mysticis multus esse Hugo solet: *Auroram* quoque interpretatur Mariam, *Solem* Christum: & illam auroram in nativitate, lunam, in annunciatione, in qua Sol justitiæ sit eclipsatus: solem in assumptione: luminaria, ut ex versione Hieronymi citat, in purificatione, in qua ordinantur & portantur luminaria. Plura, si optas, apud eumdem lege.

Tuus est dies, & tua est nox.) Simil s forma psalmi b Ps 88. 12. alterius *b*: *tui sunt cœli, & tua est terra*, &c. Famulos vocat Dei Euthymius divino inservientes mandato. Hoc sibi vult *perseverans ordinatione Dei dies, quia omnia serviunt ei* c, fecit Deus quæ præsunt diei ac nocti c Ps.118.91. d Gen.1. 16. astra *d*, ut essent *in ministerium cunctis Gentibus, quæ* e Dan.4.20 *sub cœlo sunt* e: Habet Deus *in sua potestate tempora* omnia *f*, & motus orbium, unde pendent illa: & *Dominus* f Act.1. 7. *est filius hominis, etiam sabbathi* g: soli creatori obediunt g Matt. 12. motus cœlestes, ait Dionysius *h*: & idcirco tempora, reliqueinferiores, quas subjectas oportet esse superioribus lationibus *i*. Innuere David videtur primum illud creationis opus, quum dicente Deo, *fiat lux*, *facta est*: *& vespere ac mane dies unus*, & appellavit lucem, *diem*, tenebras *noctem* k, Apollinarius quidem divinæ meminit jussionis. h Hier. ad Polycarpum. i Arist. met. k Gen.1.3, 4. 5.

ἡλορόμεθ᾽ σὺν νυκτὶ τῆς κτέρας εἰσὶν ἀνωγῆς.
Dies simul cum nocte tuæ possessio sunt jussionis.

D Ac fortassis præterea respectum habuit ad prolixiorem diem, & dilatam noctem, obediente Deo voci Josue, ut de hostibus plenam hic referre victoriam posset *l*: Nam hoc agit numeratione mirabilium divinæ potentiæ operum, David, ut fiduciam confirmet adversus hostes. Primi operis peculiare quoddam dominium videtur habere Auctor ejus; & hoc modo lucis Deus, conjunctæque luci noctis Deum cœli divinæ litteræ nominant crebrò, ut aliàs monui, quoties ab idolis distinguunt, & idololatris, qui opes, argentum, aurum, & res alias inferiores magnificiebant. Nam *simulacra Gentium argentum & aurum* m. Atqui verus Deus affirmat l Josue 20.14 *suum esse argentum*, *suum aurum* n, cunctaque ptoinde quæ *obediunt pecuniæ* o, nec esse quod templi restitutionem propter penuriam desperent Hebræi, ut Haimo notat. m Ps. 113.4. Sept. Hebr. n Agg.2.9.

Vicissitudinis diei noctisq; commoda. Vicissitudinis diei noctisque commoda multa sunt, de quibus aliàs, & Pererius noster explanans canticum trium puerorum. Et sunt nihilominus ex his quos *principes* vocant, qui non ineptè *tenebrarum* cognominari Aliquant, & à Seneca *lucifugæ* vocantur, *lichnovii*, *noctuæ*, funebrem vitam agentes, defunctorum similes, quòd officia lucis noctisque pervertant. Epist. 12.

Tu fabricatus es Auroram & Solem.) Hieronymus, *tu ordinasti luminare & Solem*, Hugo, Trevetus, Victorius, recitant ex eodem, *tu ordinasti luminaria*, &c. Alii, *tu præparasti lumen & solem*: היות מאור רשטש אחה *atthah hachinotah maor vasciames*: ubi מאור *maor* numeris singularis est. Paraphrastes *Lunam & Solem* exposuit. Ordine oppositio סהראושטשא *sihara vescimscia*, *Solem & lumen* ponit Psalterium Romanum & Cassiodorus: *tu fecisti Solem & Lunam*: item Augustinus, *tu perfecisti Solem & Lunam*: denique Psalterium Gallicanum redit ad priorem dispositionem: *tu præparasti Lunam & Solem*. In multis codicibus Græcis, ut in Complutencbus & Regiis σὺ κατηρτίσω φαῦσιν, καὶ ἥλιον, *tu ordinasti*, seu *disposuisti*, seu *aptasti*, *illuminationem* aut *splendorem & Solem*. Emendata editio LXX. habet σελήνην καὶ ἥλιον, *Lunam, & Solem*: sexta editio: sed Procopius * citat ἥλιον καὶ σελήνην, *Solem & Lunam*. * in 8.95. Esa. Auila vero φωσῆρα καὶ ἥλιον, *luminare & Solem*, Theodotio φῶς, καὶ ἥλιον *lucem & Solem*. Rursus Lunæ præponit solem Arabicum Psalterium & Apollinarius, sed hic fortasse metri caussa, quum Lunæ versiones Græcè solem posteriore constituant loco, nec non Hebræus textus:

ἠελίῳ δ᾽ ἰὰ κάμ τητι σελωαΐλιω ἀμ ἔτιξας.
Sole autem indefesso Lunam simul fabricatus es.

Generale nomen Hebræum מאור *maor*, pro quo in Genesi *q* est, φωστὴς & *luminare*, quum distinguitur in majus & minus, restringentes ad Lunam, propter expressè factam Solis mentionem, habuerunt ratione idiotismi Hebraici, quo generis nomen ad speciem deteriorem applicant, sicut vers. 11. aliqui per *manum* cui adjungitur *dextra*, sinistram intelligebant. Eodem respexisse credas Interpretem nostrum, utentem *auroræ* nomine, quia lucem habet imperfectiorem, & primam quasi splendescentiam solarem, tamquam proximus anteambulo ejus. Existimabit forsan aliquis, priore voce Hebræa, & per φαύσιν aut φῶς, nec non Φωσῆρα, accipi prima die conditam lucem, quæcumq; tandem illa fuerit; certè non sine subjecto accidens, licèt sic opinentur non ignobiles Græci, sed potiùs ipsemet adhuc informis sol, & imperfectus, die postea quarta perfectus ut habet melior & communior sententia. Obstant nomina מאור *maor*, & φωσὴρ, quæ jam inditum perfecto lumen orbi indicant, non simplicem ac imperfectiorem lucem. *Pro fabricandi* verbo & Græcè κατάρτιξιν Interpresidem Hebræum כונן *chonem* reddit alibi *fundare*, θεμελιῶν, vel *præparare*, ἑτοιμάζειν & aliis modis, de quibus aliàs memini, Job & *orbem fabricatum* dicit *r*, & *cœlos* s, quamvis Hebr. Græcèq; non respondeat exactè talis significationis verbum. Significatur Hebræo verbo hìc firma constitutio, Latino & Græco absoluta perfectio Auroræ, ac Solis, ceterorumque corporum cœlestium, ut *ordinatione Dei perseveret dies*, ac status omnium siderum cursus, quia *omnia serviunt ei*. * Nihilominus, quia parent ad nutum Deo, dicitus is *in manibus abscondere lucem*, *& præcipere ei*, *ut rursus adveniat* x, propter vicissitudinem dierum noctiumque, ut exponunt Græci. q c.1.14.16 Idiotismus Hebraicus. r Ps.8.4. f Ps.23.2. s c. 34. 13. t c.37. 29. * Ps.118.10 x Job.36.32.

Tu fecisti omnes terminos terræ.] Hieronymus, *statuisti*. Hoc valet חצבח *hittsautha*, quod Aquila & Theodotio reddunt ἐστήλωσας *stubiliviſti velut columnas*; Symmachus ἔστησας, *statuisti*. Nomen *terræ* genitivi casus est, Græcè γῆς, Sclavonicè dativi, habet enim & ea lingua casus nominum. Sensus tamen utrovis modo idem. Termini Hebraicè גבולות *gheuuioth*, Græcè, ὅρια, apud Apollinarium, πέρατα, synonyma voce, sed codices quidam Græci ὡραῖα, *speciosa*. Nycephorus legit ὡραῖα: & sic exstat in multis bibliis Græcis. Euthymius præfert lectioni alteri, & varietatis caussam rejicit in affinitatem vocum ὅριαὡραῖα; esse autem ὡραῖα, καρπὸς ἐτησίους, *fructus annuos*, quorum, ut innuitur proximè post, inquit, alii in vere nascuntur, alii ipsa æstate perficiuntur. Qui sic Græcè verterunt; legerunt, non ut tunc est, גבולות *gheuuloth*, qui propriè sunt *termini*, sed יבולות *ieuuloth*, quæ sunt *fruges ac fructus*, *& proventus*: Ὡραῖα.

ventus: sed hujusmodi nomen forma fœminina in usu non est, verum in genere masculino יבולים *ieululim* in
a *vers.* 13. psal. 64. *a pinguescent speciosa deserti*, Græcè ὡραῖα; sed Hebraicè alio nomine נאיה *neot*. At retinendi hoc loco *termini*: quos variè accipi posse diximus in paraphrasi: tum verò etiam pro climatibus. Quod non ideo negandum fuit Agellio, quia Philosophorum & Geographorum mysteriis imbutus aliquando David, aut Asaph non fuerit. Cur hujus rei expertes fuerint quæ vulgo satis multis cognita est? Melior ratio, quòd *clima*, (qua etiam voce Græca utuntur Arabes, vocantes *climata*
b *in Psal.* 47. אקליטים *tklimim*, teste R. Kimhi *b*, sicut & aliis Græcis, dum tractant res mathematicas) non נבול *gheuul* Hebr., sed נוק *noph* dictum reperiatur: & ipsummet *clima* sit nomen Hebr. Tamen nihil obstat נבול *gheuul* ὅριον de *termino* dici, quasi sit quod appellant *clima*.
Ὅρια. Κλίματα Constat, apud Mathematicos ὅρια usurpari de finibus stellarum, deque partibus signorum, quæ stellis singulis dividuntur: κλίματα spatia, quæ duobus respondent parallelis, & quibus diei longitudo variatur ad horam dimidiatam. Hi dicerentur *termini terræ*, quoniam in- B de plurimùm pendet terrarum fecundùm agriculturam, & aeris salubritatem, distinctio Sed parum refert quo ex allatis modis *terminos* accipiamus; nec quidquam vetat, quominus omnes admittamus.

Tropologia *c serm.* 155. Tropologiam de terminis, quos imponit Deus peccatis carnalibus tractat Grevæus *c*, Hugo & Ayguanus de iis, quos & rebus naturalibus & spiritualibus.

Æstatem & ver tu psalmasti ea.) Hieronymus, *æstatem & hyemem tu psalmasti*. Quæ etiam est versio Paraphrastis & aliorum ex Hebræo קיץ וחרף *kaits vachoreph*. Verbum autem cum affixo pronomine יצרת *tetsartham*, verti posset præterea (redundante, ut sæpe aliàs, secundùm idiotismum Hebræum, pronomine) *finxisti*, *formasti*, &c. Ayguanus, dum docet æstate ac hyeme tamquam extremis, alias medias contineri tempestates, indicat eamdem se secutum versionem. Ricardus Ce-
d *c.* 26. 4. nomanus tuetur versionem nostram, exemplo Job *d*: *sicut fui in diebus adolescentiæ meæ*, ubi est חרפי *chorpi*: adolescentia autem temporis, veris juventa quædam est, quemadmodum in eodem die veri assimilatur C hora matutina, meridies æstati, autumno vespertinum tempus, nox hyemi, & eodem fere modo partes noctis *e*. Genebrardus citat R. Aben-Ezra *f*, distinguentem anni tempestas in קר *Kor*, *frigis*, sive *hyemem*: חם *chom*, *calorem*, seu *æstatem*: קי *Katis autumnum*, & חרך *coreph*, videlicet *ver*. Affert etiam R. Salomonem *g*, idem tradentem: nisi quòd ad primam veris partem contrahit (utpote sex anni tempestates enumerans) quum hordea seruntur & legumina, quæ celeriter & quasi præcociter matureſcunt, à חרך *charaph*, quod Chaldaicè significat *accellerare*. Reperitur quidem verbum hoc translatum verbo *hyemandi*
h *Isa.* 18. 6. h, & nomen חוך *choreph* nomine *frigoris* i *ac hyemis*.
i *Prov.* 20. 4 Sicut in Genesi *k*, ubi recensentur anni tempestates,
k *c.* 8. 22. חום קיץ קוחך *Kor*, *chom*, *katis*, *coreph*, Latinè, in vulgata editione *frigus*, *æstus*, *æstas*, *hyems*: Græcè ψύχος, καῦμα, θέρος, ἔαρ: sed ultra istas, inquam, tempestates anni, sementis & messis exprimuntur: quo pacto putantur anni tempestates apud Hebræos distingui sex, ut prima incipiat à medio Septembri usq; ad medium Novembrem: secunda usq; ad medium Januarium: tertia videlicet hyems ad medium Martii: quarta, nempe messis, usq; ad medium Maii: quinta ideſt, æstas usq; ad medium Julii: sexta nimirum æstus, usq, ad medium Septembrem. R. Salomon hanc distributionem recitat ex Baba Metsiha in Thalmud. Quidam indefinitè assignant binos menses lunares, Isidorus Clarius Latinis his vocibus nititur Hebræas declarare, *floritionis*, *maturationis*, *caloris*, *seminationis*, *frigoris*, *hyemis*. Aliis videtur eo loco sermonem esse
l *in l.* 1. *Hippocr. de morb. vulg. comment.* 1. de vicissitudinibus temporum anniversariis, ut hyemis & æstatis, quotidianis, ut diei ac noctis: primarum qualitatum, ut frigoris & caloris: actionum humanarum pertinentium ad vitam sustentandam, ut sementis atq; messis. Galenus *l* refert opinionem de septem partibus anni seu tempestatibus, & quoidam autumnum & ver integra individaq; constituere: hyemi partes tres: duas æstati assignare. Meminit Genebrardus ex Leone *m* Afro, Afros, & Danos in hyemem solam ac æstatem distinxisse annum: ex Diodoro Sicu-

Anni tempestates sex distinctæ apud Hebræos.

In septem partes anni distinctio apud nonnullos.

m de Africa

In hyemem solam ac æstatem anni distinctio.

lo *n* & Eusebio *o*, Græcos addidisse ver, quum opinarentur, æstatis, hyemisque autumnum partem esse: ideoque Minervam filiam Jovis aerem esse, ac dici ἔριον, quòd aer ter ipso anno mutetur: posteriores Græcos quinque partes numerasse, ver, æstatem, ὀπώραν, ideſt, *tempus fructuum*, μετόπωρον, hoc est, *tempus post fructus*, autumnum, hyemem: Latinos veteres etiam quinque, *ver*, æstatem, autumnum, hyemem, brumam. Olerus tellus priscos Ægyptios in tria tribuisse annum tempora, ver, æstatem, autumnum. Magis trita & recepta divisio est in quatuor, ver, æstatem; autumnum, hyemem: ut ideo quadrifrontem veteres Janum describerent. Fabulosè scripsit Ovidius *p* hanc inæqualitatem temporum aureo Saturni sæculo non fuisse, sed ver perpetuum, deinde inductam alternam istam per vices orbi successionem, quum jam sæculum degeneravit:

Jupiter antiqui contraxit tempora veris,
Perq; hyemes, æstusq;, & inæquales autumnos,
Et breve ver spatiis exegit quatuor annum.
Tunc primum siccis aer fervoribus ustus
Canduit, & ventoglacies adstricta pependit.

n *lib.* 1 *o de præpa.* Τέτρα μερη. In quinque partes anni distinctio. In tres partes anni distinctio. In quatuor partes melior divisio

p 1. *Metam.* Janus cur *quadrifons* describatur

Vetustiores porro etiam patiebantur dumtaxat annum bifariam in hyemem, & æstatem, nullam de vere, vel autumno mentionem facientes. Insinuat Virgilius *q*, q 1. *Georg.* differens de diebus & noctibus hyemis, & sapam hyemi attribuens, quæ tamen in autumno conficitur: & alia nonnulla ejusdem generis, quæ idem docent, dicens. Describuntur hæ quatuor anni tempestates ab eodem Virgilio *r*, ab Ovidio, *s*, à Seneca *t*, à Gregorio Pi- r *in Catal.* side *u*, Legendi quoq; Hippocrates *x*, Hesiodus *y*, s 2. *metam.* Orphæus *z*, Plinius *a*, Galenus *b*. Ætius *c*, Ægineta t *in Hippol.* *d*, Philostratus *e*, Nonus *f*, Joannes Salamentius *g*, *act.* 3. *inchoa.* Stephanus Pighius *h*, qui Venerem, Pana, Bacchum, u *de mundi* liberam Deam, cum variarum aliarum immaginum *opificio av.* toreumate, de his anni horis partinusve declarat: *266. ad* 317. ut hinnuli, cervi, pantheræ, capræ sylvestris, seu x 3. *de dieta.* ibicis: item bovis, griphi, rursum pantheræ, & equi. y *in theog.*

Hoc loco nostet Propheta sub æstate ac vere, alias z *in hymnis.* duas comprehendi voluit anni tempestates, quas etiam a *lib.* 88. *c.* 25 Græci ὥρας vocant, quia duæ istæ sunt præstantiores, b 3. *de diebus* æstas propter fructus, ver ob temperatum aeris calo- *decreto c.* 2. rem: autumnus & hyems tendunt potius ad corruptionem. Et quia nobilior æstas priore loco nominata est, c *in ser.* 3. *c.* Consule de tropologia Hugonem pro vita contempla- 162. tiva, & activa; & idcirco nominari fabricatorem Deum Ὧραι. æstatis & veris, quia designant misericordiam ipsius: c *in magn.* autumnus & hyems, Justitiam, quam Etaias *i* velut *fin Dionys.* *alienum* vocat *opus & peregrinum ab eo*; siquidem au- g *l. de temp.* tumnus, inquit Hugo, resecat bona terræ, & spoliat *& ejus part.* eam, quod est symbolum mortis: hiems, infernum h *in mythol.* denotat, quia excitat tempestates. Valentia, tempe- *in anni part.* statum qualitates allegoricè accommodat ad Ecclesiam: Tropologia taceri autumnum, quia insinuat Adæ peccatum; hye- i *c.* 28. 21. mem, quia filium perditionis: ver, esse vetus testa- Allegoria. mentum; novum, æstatem; sicut Auroram & Solem, noctem & diem. Laudes veris & æstatis, qui vult, potest hìc adjicere. Bis æstus in trium puerorum cantico D laudatur *k*.

k *Dan.* 3. 66 67.

Vers. 18.) Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino: & populus insipiens incitavit nomen tuum.

Sensus loci.

MAgnum in oratione pathos, cumque lacrymis, ut Arnobius notat, indignissimè ferentis impunè tanto ac tam potenti Domino improperari, ac provocari nomen Dei à tam stultis adversariis, ut scilicet infirmum ac impotentem appellent, neque considerent aut curent patientiam & longanimitatem illius. De Domino sub tertia persona loquitur vates, eum post, & ante, in eodem verso allocutus. Refricat illi quodammodo rei tantæ memoriam, quasi miratus oblivioni traditam ab ipso, nec id priùs semel feciſſe contentus: poscens ut congregationis suæ memor esset, urget ut suimet ipsius recordetur, atque injuriæ propriæ, quod adhuc extremo inculcat Psalmo, Est autem phra-

phrasis scripturæ, nec non profanorum quandoque Auctorum, *cujuspiam memorem esse*, aut *meminisse*, illi rependere ac retribuere; atq; ad id faciendum applicare animum, quod ἀδιάφορον est in utramque partem. Sed hic liquet esse in deteriorem, ut coerceat, & puniat. Etsi in bonam quoque, ut liberet ab improbitate, ac vexatione aliorum. De Babyloniis, aut de Romanis, Graci explicant.

Fugit scripturæ. *cujuspiam memorem esse* aut, *meminisse*, pro reprendere

Placet aliis, ut Latinis, orare Davidem, ut memor benignitatis, ac beneficentiæ, cujus potiora quædam priùs effecta recensuit, maledicis etiam adhuc, & blasphemis benefacere non dedignetur; Judæis nominatim persecutoribus, atque crucifixoribus Christi.

Memor esto hujus.) Hebraicè in fœminino זאת *zoth*, & Græco, ταύτης, pro neutro quo carent Hebræi; hoc est, memento hujus rei; nimirum vel enumeratorum operum potentiæ, ac liberalitatis divinæ: vel potius rei, quæ hic proximè sequentibus verbis subjicitur. Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus volunt congregationem initio psalmi positam innui: vult Hieronymus, eos qui Dei causa patiantur. Apollinarius recitat Dei opera;

Τῶνδε παράμνησαι Βασιλεῦ ἃς ἔκτισας ὄργων.
Horum esto memor Rex quæ creasti operum.

Nos, cum reliquis, mox subjectas calumnias & opprobria impiorum. In vetere, & Romano Psalterio, & apud Augustinum, Cassiodorum, Arnobium, additur, *creaturæ tuæ*: quod extat etiam Græcè in correcta editione LXX. atque in Psalterio Arabico, & Æthiopico, & videtur agnovisse quem citavi, Apollinarius. Sed non constat quam creaturam intelligere oporteat. Arbitror ex glossemate transiisse in dictos textus. Eodem sensu alibi *a* flagitat David, ut sit *memor Deus opprobrii servorum suorum* (quod scilicet sunt passi) *multarum gentium*, idest, à multis gentibus: præterea *filiorum* b *Edom in die Jerusalem*, hoc est, Idumæorum & gentium vastantium Jerusalem.

a *Ps.*88.51.

b *Ps.*136.7.

Inimicus improperavit Domino.] Hieronymus, *exprobravit*: eodemque pacto Augustinus, *Inimicos* Christus vocat *suos* in quadam parabola Judæos *c*. Extende ad omnes Ecclesiæ persecutores, præsertim qui nullam penitus habent communionem amicitiæ cum Deo, quales, qui prorsus infideles, fide namque prædíti redire faciliùs in amicitiam possunt.

c *Luc.*19.27

Et populus insipiens.) Alii, *stultus*, *stolidus*, *stupidus*, ἄφρων, *ameus* נבל *naval*. Augustinus, *imprudens*. Apud Jeremiam *d* Deus ait; *stultus populus me non cognovit*: *filii insipientes sunt & ecordes*: *sapientes sunt*, *ut faciant mala*. Minatus etiam Oleas *e*, quod *populus non intelligens vapulabit*. Et Esaias *f*: *non est populus sapiens*, *propterea non miserebitur ejus qui fecit illum*. Dionysius Carthusianus exercitum Romanum, *populum insipientem*, *inimicum* appellat Titum, qui se suorum virtute Numinum prævaluisse crediderint, Deum Israel resistere nequivisse. Improperium & exprobratio ab honesto, & sapiente ferri quoquo modo potest: intolerabiliùs ejusmodi à stulto, fatuo, probroso, injuria ut audeat etiam dicere, *non est Deus* g; *in gente stulta*, inquit Deus, *irritabo illos* h, & provocantem uxorem ad maledicendum Deo, *stultam* Job *i* appellavit. *Haccine reddis Domino*, queritur Moyses *k*, *populo stulto & insipiens? Gentem insipientem* nominat Paulus *l* idololatram.

d *cap.*4.22.

e *cap.*1.14. *& c.*2.11.

Exprobrationes à quibus potissimum intollerabiles.

g *Ps.*13.1. *& ps.*52.2.

h *Deut.*32. *cap.*21.

i *Deut.*32.6

k *Rom.*10.19

Incitavit nomen tuum. Hieronymus, *blasphemavit* Alii, *sprevit*, *violavit*, *execratus est*. Et plurale נאצו *niatsu*. Vers. 10. erat idem verbum eademque phrasis; *Usquequo Deus improperabit inimicus*: *irritat adversarius nomen tuum in finem?* Græcum verbum utrobique παροξύνειν. In Psalterio Romano & Gallicano, atque apud Augustinum & Cassiodorum, *exacerbavit*. De vi verbi Græci egi explanans illud ex actibus Apostolorum *m*, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, *incitabatur spiritus ejus in ipso*, idest, ut habet Syra editio, mœrore afficiebatur Paulus in spiritu suo. Ad indignationem provocat Deum præcipuè vitium ingratitudinis, nec velle accepta illi ferre beneficia, sed sibimet ipsi arrogare. Qui sunt tales, & *abundant*, *audacter provocant Deum*, *quum ipse dederit omnia in manus eorum* n. Minitatur Deus

m *c.*17.16.

Vitium ingratitudini quantùm Deo displiceat.

n *Iob.*12.6.

se illis *quasi leænam fore*, *qui juxta pascua adimpleti*, *& saturati*, *elevant cor & obliviscuntur ipsius* o, Apud Job p ex editione LXX. loco priùs indicato, sic habetur, ἐ μὴ δὲ ἀπὸ μηδενὸς πεποίθατω πονηρὸς ὢν ἀθῷον εἶναι: ὅσοι παροργίζουσι τὸν κύριον, ὧν ἡ ψυχὴ ἔρασις αὐτῶν ἔσται: *verumtamen nullus confidat pravus existens*, *innocentem futurum* (quod reus non agetur, injus non vocabitur, impius erit) *qui provocant Dominum* (illorum, qui ad iracundiam concitant eum) *quomodo non & inquisitio*, *seu scrutatio eorum erit?* Ibidem Paraphrastes declarat exemplo Pharaonis, *super quem adduxit*, inquit *Deus plagas manu sua*.

o *Osea* 13.4. p *c.*12.6.

Vers. 19.) Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Sensus loci.

HOmines inimicos Dei, eique improperare non verentes, & insipientes, non dubitantes, blasphemando ac lacerando nomen ipsius, provocare illum ad iram, jam non homines, sed bestias crudas, & feras nominat; obsecrans ne talium potestati diutius permittat animas eorum qui laudent & colant ipsum: neque animas afflictorum, nihil de se, cuncta de Deo confidentium, ac se totos in ejus curam projicientium, favore opeque destituat, quasi peritus negligens, aut obliviscens.

Frequens satis hæc formula, ut sævi tyranni, atque persecutores, comparentur cum ferocibus belluis, ac eorum etiam nbminibus cognominentur. Tales eversores Jerosolymorum Romani, ut indicat quoque in Esaiam Hieronymus *q*. Ad mysterium pertinet quod multi tradunt, ne diaboli potestati permittamur, ac æternæ damnationi tradamur, veneranter humiliterque confitentes Deum verum & reatum atq; imbecillitatem nostram. Ad hunc modum aliquoties aliis locis Hieronymus *r*, præterea Clemens Romanus *s*, qui *animam confitentem* de pœnitente interpretatur, inde argumentat pœnitentem recipiendum, nec rejicendum. Eodem sensu scribit Bachiarius *t*, usurpans præsentem locum, paucis tribui, ut de ampitheatro mundi istius, ubi cum feris, hoc est, vitiis depugnatur, immaculati à peccatis, morsu membra sua liberent, & hoc expertum Davidem, ita nunc orare.

q *in c.*14.& 56. Mysticus sensus.

r *in Esa. c.*1 & 18. *& in c.* 19. *Ezech.* & 29. & 33. *in Ose. c.*2. & *Soph. c.*3.

s *l.*2. *const. c.*14

t *ep. ad lat. hom.* 3. *bibl. Patrum.*

Usurpat Ecclesia locum istum, ut deprecetur animabus fidelium defunctorum pœnas æternas, quas per tortores dæmones de damnatis repetit Deus. Non est difficile, bestiæ, & feræ multiplicis generis qualitates ad hominem qui humanitatem exuerit, vel ad dæmonem, transferre. Memoriæ causa conjectæ sunt in hos versiculos apud Hugonem;

Loci istius ab Ecclesia usurpatio.

Ferarum comparatio quibus apta.

Bestia stulta, *rapax*, *crudelis*, *sanguine gaudet*,
Terrena, *vorax*, *venatrix*, *saltibus*, *ungue*.

Abuti quis posset hoc quoque loco ad animarum humanarum in brutorum corpora transmigrationem, si quæ hoc in hac vita commeruissent. Error Albigensium hic fuit, & Manichæorum. De utrisque Prateolus *u*: de Tertulliano Augustinus *x*, Isidorus *y*, Guido Carmelita *z*, item Rabinus, Honorius, Gratianus in Catalogis hæreticorum, qui in dæmonas converti dixerat hominum pessimorum animas: licèt Pamelius *a* non ita illum, sed Tertullianistas asserat sensisse. Origeni adscribit Hieron. *b*, & damnatur tamquam hæresis in eodem, & complicibus in *c*, Synodo *c*. Nihil hic favet locus, quo non de migrante anima, & ne in bestias migret, agitur, bestiarumve corpora: sed figurata locutione, ne finantur bestiæ animam eripere de corpore, & vitam auferre. Similes æque alii ineptè locos usurpabant, ut probarent ante corpora extitisse animas: ac propter peccatum detrusas in corpora; ut *d*, *priusquam humiliarer*, *ego deliqui*; *& induxisti e nos in laqueum*. &c. Plura disputatione nostra de anima.

De transmigratione animarū in brutorū corpora error.

u *in elencho.*

x *const. hær. c.* 86.

y 8. *etym. c.*5

z *de hær. c.*36

In dæmonas converti hominum pessimorū animas quorumdam sententia.

a *in id. par. Tertull.* 11. *& in fine vitæ.*

b *epist.*59. *ad Avitum & a. cont. Ruff.*

c *Act.*11. *in ep. Sophro.*

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.) Quidam alii codices, & Psalterium Gallicanum. Glossa ord. & Bruno Carth. habent, *animas confitentium*: alii, ut Haimonis, & Remigii, *animam confitentium*: aliqui, *animam confitentem*. Hoc ultimo modo est in textu

d *ps.*118.67.

e *ps.*65.11.

Græ-

Græco, ἐξομολογουμένῳ, quem etiam legendi modum sequitur Augustinus, & is qui Rufinus dicitur, & aliquot in locis Hieronymus *a*; quamvis aliquando sequatur versionem nostram *b*. Et etiam Hebr. *animæ* nomen singulare & dicitur נפש חורך *nephes thorechæ*, quod Hieronymus vertens ex Heb. æo supplensque præpositionem, vertit, *animam eruditam in lege tua*, exponunt alii, *ne tradas congregationi* (subaudi, inimicorum) *animam turturis tuæ*: vel, *ne tradas bestiæ animam turturis tuæ*: vel, *ne tradas feræ*, seu, *ne objeceris multitudini hostium turturem tuam*, Pro *bestiis*, nunc est תור *chaijath* singulare in regimine, significans & *feram & congregationem*. Qui *bestiis*, nunc est חית *haijoth*: vel declarat collectivum singulare in plurali; qui *animas* in numero quoque multitudinis, acceperunt collectivè nomen singulare, quod est Hebraicè & Græcè; qui *turturem*, attenderunt vecem תור *thor*, ut nunc extat cum affixo: qui *legem* legerunt vel תורתך *chorathecha*, vel putarunt תורך *thorecha* contracte positum pro תיותך *thorathecha*. Sed LXX. omnino videntur legisse תורך *thodecha* per (ד) *daleth*, cum simili contractione ex תורתך *thodathecha*, quasi dicerent; *animas confessionis tuæ*, idest, confitentes tibi: vel suppleto relativo אשה *iscer*, *quæ*, *animam*, *quæ* תודך *thodecha*, *confitebitur tibi*, hoc est, confiteri solet, Paraphrastes legit vocem quæ significat legem, *ne tradas populis*, *similibus bestiæ sylvestri*, *animas docentium legem tuam*, vel juxtà versionem Nebiensis, *discentium* מאלפי *meallephe*.

Commodi ex omnibus editionibus colligi sensus possunt. Nam populus Hebræus legem profitebatur Dei, ac se velut simplicem, innocentem, castam, gemebundam turturem, expositam rapacibus avibus, Deo commendabat: exhibebat quoque verum Deo cultum, quem denotat confessio. Si legerunt nomen *turturis* LXX. non autem vel nomen *confessionis*, vel *confitendi* verbum, voluerunt nihilominus exprimere conditionem turturis, & significare animas illas, pro quibus oratur, flebili, querula, gemebunda, tremula, lamentabili voce, cumque metu ac tremore, colore inter tot pericula Deum: simul etiam synagogam, quamdiu abstinuit ab idolis, multo verò magis Ecclesiam, cum mansuetudine suscipientem Dei verbum, pudicam, & castam esse, ut meritò turturis placuerit in lege vetere sacrificium *c*. *Equitatui* assimilata sponsa *genas habet sicut turturis* d, ac tali fræno incitantur divini equi, & retinentur: ut scilicet accurrant ad succurrendum viduæ, & cuivis calamitosæ personæ, quam illa repræsentat, *Animæ* demum nomen, etsi pro toto ponatur homine, vel etiam pro vita, ut sæpe vidimus, emphasim nihilominus videtur habere, ad hominem significandum planè destitutum, nisi præsto adsit à Deo auxilium. Quemadmodum vetans Deus, *ne quis peregrino sit molestus*, *scitis enim*, ait, *advenarum animam*, *quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti* e. Solemus & ipsi vulgo de nostris aut alienis calamitatibus loquentes, nostras vel illorum *animas* nominare: quod etiam ad exprimendos magis alios effectus factitamus.

Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem) Hieronymus & Paraphrastes idem nomen, quod erat priore membro חית *chaijath*, vertunt, *vitam*. Alii rursus hìc, sicut ibi, *congregationem*. *Pauperes Dei* sive calamitosi, ærumnosi, afflicti sunt, qui causa Dei perferunt inopiam, calamitates, ærumnas, afflictiones, quorum idcirco fieri non potest ut obliviscatur Deus. Arbitratur Hugo, pro fidelibus orari, quo tempore Romani obsidebant Jerosolymam, qui monitu divino recessisse dicuntur Pellam effugii causa.

Amplectitur etiam in superiore membro sub *bestiarum* vocabulo, quatuor illas mysticas Danielis *f*, leonem, pardum, ursum, quartam aliis dissimilem; id est, Cyrum, Darium, Macedonas, Romanos. Explicans etiam idem de captivitate Babylonica, per *pauperes*, illos intelligit, quos historia Regum *g* prodit relictos à Nabuzardan *vinitores & agricolas*: ita ut hos quoque commendet DEO Propheta. DEO peculiariter *derelicti sunt pauperes* h: illis *refugium est* i: *non obliviscitur clamorem illorum* k: *non in finem erit oblivio inopum* l *oculi ejus in illos respiciunt* m *propter miseriam & gemitum eorum exsurgit* n: *non despicit deprecationem ipsorum* o, *clamantes exaudit* p, *salvos facit illos* q, *amasque ipsorum* r, *adjuvat illos de inopia* s, *de stercore erigit*, *ut collocet cum principibus populi sui* t *saturat panibus* u: *facit judicium eorum vindictamque* x, *patientia eorum non peribit in finem* y, præsertim qui Deo confitentur laudis confessione, atque peccatorum suorum. *Pauperes* item *Dei*, possent Judæi exponi non obliviscendi in fine mundi: *Dei*, quia Deum unum olim sunt professi, nec hodie nisi unum credunt, licèt non qualem, & quo debent modo: *pauperes* hac ipsa de causa; nimirum quia sine vero cultu, lege, Propheta, &c.

a *in c.* 4. *Es.* & 14. & 18. & *in Ezech.* c. 19. & 29. *in Osee.* c. 2.
b *in Es.* c. 56
c *Luc.* 2. 24. *Levit.* 12. 8.
d *Cant.* 1. 9. 10.
e *Exod.* 23. 9
f *cap.* 7. 6.
g l. 4. 25. 12.
h *Ps.* 9. 34. *ant* 14.
i *Ps.* 9. 10.
k *vers.* 13.
l *vers.* 59.
m *Ps.* 10. 5.
n *Ps.* 11. 6.
o *Ps.* 11. 25.
p *Ps.* 33. 7.
q *Ps.* 71. 4.
r *vers.* 13.
s *Ps.* 106. 41.
t *Ps.* 112. 7.
u *Ps.* 131. 11.
x *Ps.* 139. 13
y *Ps.* 9. 19.

Vers. 20.) Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum.

Interponit ad impetrandum, vetus illud cum Patribus pactum: quia obscuris, ac tenebricosis subterraneis ergastulis, carceribusque violentis, infelices jam sunt, seu prævidentur inclusi, per summam iniquitatem hostium, in quorum potestatem devenerunt: videlicet velut locis ferarum in lustris degentium effecti, quibus ne tradi suos peteretur DEUS, proximè ante oratum fuerat. Vel quoniam iidem hostes obscuratum in terra errore vitioque cor habentes, aut etiam in obscuris & humilibus priùs locis, pro plurima eorum parte habitare soliti, occupaverunt iniquissimè amplas domos Judæorum, palatiaque cum facultatibus, cuncta diripiendo, & in captivitatem crudelissimam omni re vacuos abigendo: aut certè in patria magnificas ædes pro veteribus casis, ex collecta præda construxerunt etiam viles, abjecti, obscuri qui ue: petit, ut non ad propria calamitosorum respiciat merita, quæ nulla sunt, aut perexigua, sed fœderis ac testamenti veteris cum Patribus initi recordetur, in quibus tantopere complacuit sibi. Denique potest de Hebræis ipsis exponi, ut Deus ad pactum respiciat, cum Patribus eorum, non ad merita ipsorum, quia obscuratum cor habentes, & quasi mole terræ impositæ obtenebratum ac obcæcatum, *repleti sunt domibus iniquitatum*, idest, omni genere iniquitatis.

Sensus loci.

Nec vacat probabilitate, innui arcum illum, fœderis divini tesseram post diluvium *a*, ut quum eo processerit iniquitas, à qua nec infimi etiam tenebriones abstineant metus sit, nisi revocet oculos ad illum, & cogitationem Deus, ne denuò redeat diluvium, sicut quando terram corruptam vidit, & iniquitate repletam, diluvium immisit ad improbos disperdendum *a*.

a *Gen.* 9. 15.

Sensu mystico commendatur Deo, ut in novum testamentum respiciat, in quo promittuntur bona, præsertim æterna, nec tanti temporalia fiunt vel bona, vel etiam tormenta & adversa, & petitionis hujus causa proponitur, quia excæcati mortales in terra habitantes, amore terrenarum harum rerum, plenissimi sunt omni iniquitate, ac veluti domos plenas habent, idest, vasa receptaculaque omnis generis iniquitatum.

a *cap.* 5. 13. Sensus mysticus.

Respice in testamentum tuum.) Hieronymus, absque pronomine *respice ad pactum*. Addit Paraphrastes, (*quod pepegisti Patribus.*) Hic est unus sensus ex indicatis. Alii tum de arcu cœlesti, tum de testamento novo. Quod valet autem vox ברית *berith*, κρατήκη, *testamentum*, docuimus alibi *b*. Nolim restringere ad promissionem de Judæorum salute in mundi fine: quamvis de illa illud sic: *Veniet* c *ex Sion qui eripiat*, *& avertat impietatem à Jacob*, *& hoc illis à me testamentum*, *cum abstulero peccata eorum*. Ayguanus hoc propendet: sic enim quod sequitur explicat, ut scilicet salus hæc Judæorum, & complementum testamenti novi accidat quum *repleti fuerint obscurati terræ domibus iniquitatum*, idest, quando prævaluerit iniquitas Antichristi, & suorum. Judas Machabæus hortans commilitones, redigensque illis in memoriam beneficium maris rubri, & *nunc* dicebat, *clamemus in cœlum*, *& miserebitur nostri Dominus*, *& memor erit testamenti patrum nostrorum*, *& conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie*, *& scient omnes gentes*, *quia est qui redimat & liberet Israel* d.

b *in Ps.* 24. 14.
c *Rom.* 11. 26 27. *Esa.* 59. 20. 21.
d 1. *Mach.* 4.

Quia repleti sunt qui obscurati sunt terra domibus iniquita-

Animæ nomen pro toto homine, etiam pro vita: ejusdem nominis emphasis.
e *Exod.* 23. 9

Fidelium Pellam secessu cum obsideretur Jerosolyma à Romanis.

quitatum.) Locus hic obscurior, propter constructionem. Hieronymus, *quia repleti sunt tenebris terra habitationes iniqua*, ideſt, ut Hieronymi verſionem declarat Trevetus, quia homines iniqui habitantes in terra, repleti ſunt tenebris ignorantiæ, propter quas non deſinunt ab idolorum cultu. Quaſi dicat: nos, licèt pauperes, tui ſumus, teque colimus, & ad tuum pertinemus teſtamentum: *effunde iram tuam*, non in nos, ſed *in gentes, quæ te non noverunt* a, &c. In editione Victorii, & apud Richardum Cenomanum, ſic extat ex Hieronymo, *quia repleta ſunt tenebris terra, habitationes iniqua ſubruta*. Quo pacto ſignificatur, quòd ipſæ terræ tenebris repletæ ſunt habitationes ſubrutæ, propter iniquitatem: hacque de cauſa oratur Deus, ut peccata & ignorantiam tollat, ſive quæ acceſſunt hoſtes, ſive quæ ſecum hoſtes inferunt. Refert idem Trevetus aliam translationem ex Hebræo: *quia repleverunt obſcurantes terram, habitationes iniquitatis*: hoc eſt, obſcurantes, cognitionem tuam, per ſuam infidelitatem & idololatriam, feſſecerunt ut jam paſſim poſtquam huc irruerunt, omnis terra noſtra evaſerit habitatio iniquitatis, & repleta ſint iniquis atque impiis. Recentiores Hebraizantes ita reddunt: *quia repleta ſunt loca tenebroſa terra habitationibus iniquitatis: aut repleta ſunt tenebroſitates terra habitaculis violentia: aut repleta ſunt* (omnia) *tenebroſis terra, nempe, carceribus & habitaculis violentis, aut repleta ſunt tenebroſa terra domicilia ſcelere*. Senſus autem eſt indicatus etiam in paraphraſi mea: quod terra tenebris obruta, ideſt, hominibus, cooperta & plena eſt injuriæ ſtudentibus: ita ut nihil proſit latibula quærere ad evadendum: item, quòd ergaſtula obſcura captivis violentè hoſtes ac prædones repleverint: quòd impiis ſacrilegia ſua exercentibus luci ac luſtra repleta ſint. In Pſalterio Romano, & apud Caſſiodorum, *domorum iniquitatum*: apud Auguſt. *domorum iniquarum*: apud Arnob. *domus iniquitatum*: apud eum quem putant eſſe Hieron. in commentario *domus iniquitatum*, Hebræa ſic habent נאית חמס בי טלאו מחשבי ארץ *chi maleu machaſciacche erets neoth chamas*. Verti poſſunt adhuc: *quia repleverunt obſcurantes & obtenebrantes terram, domos iniquitate*, ideſt, nebulones, ac tenebriones, quique offundunt terræ, ac mundo tenebras, repleverunt domos omnes iniquitate. Sed tunc legendum eſſet tamquam participium in hiphil מחשכי *machaſcecbe*. Ut vero nunc legitur, eſt nomen ſignificans *tenebras*, vel *tenebroſos locos*. Textus Græcus hic eſt, ὅτι ἐπλησθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι οἱ, vel ἐσκοτωμένοι οἱ, τῆς γῆς, οἴκου ἀνομιῶν. Symmachus, ὅτι ἐπλήσθησαν ἀσκοτισμένοι αγῆς ὡραιοτήτων ἀδικίας, *quoniam repleta ſunt tenebroſa terra ſpeciebus, ſeu ſpecioſis & pulchris, vel inſignibus modis iniquitatis*. Poſſumus autem reddere textum LXX. *quoniam repleti ſunt hi qui obtenebrati ſunt terra* (ideſt, ſupra & pluſquam omnes qui habitant in terra) ſicut cum in alio pſalmo *b* vocatur *iracundia terra* (quæ maxima eſt præ quavis alia in univerſa terra, ſeu mundo) *domorum* (ut quoſdam retuli legentes) ſive *domibus* (ut ſit Græciſmus, quia utuntur Græci genitivo pro ablativo, quo carent) *iniquitatum* (ideſt, iniquarum) ut etiam aliqui legunt. *Repleri* autem *domibus iniquis* obſcuriſſimos homines, ſive viliſſimos & ignobiliſſimos, (quos cornu Danielis *c* ſeptimum deſiguare poteſt) eſt abundare illis, & plurimas habere domos iniquè & cum violentia, quam importat חמס *chamas*, comparatas. Alioqui propriè non homines domibus replentur, ſed hominibus domus. Niſi velis per enallagen ſic dici homines *repletos domibus*, pro domibus quæ ſint hominibus repletæ. Paulo clarior oratio eſſet: *quia repleti ſunt obſcurati terra, domibus iniquitatum*. Vel, *repleti ſunt domibus iniquitatum qui obſcurati ſunt terra*. Vel, *domibus iniquitatum terræ*, ideſt, quæ domus quam maximis iniquitatibus, quæ ſint uſpiam in terra, acquiſitæ ſunt. Melius autem genitivus, *terra*, jungitur cum *obſcuratis*, eo modo quo dicuntur *divites* aut *pauperes terra*. Simili quodammodo enallage cenſeri poteſt uſus Paulus, quum ſcribit *d* ſe *ab Jeruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleviſſe Evangelium Chriſti*, nempe plurimos homines evangelica doctrina, & fide Chriſtiana. Niſi voluerit innuere comparationem Evangelii cum reti, & ſagena, piſces multos concludente. Apollinarius omiſſo *domorum* nomine, explicat

a *Iſa.* 33. 6.

b *Pſ.* 34. 20.

Repleri domibus iniquis quid ſit.

c *cap.* 7. 7. *& ſeqq.*

d *Rom.* 15. 19.

Aobſcuros & caliginoſus homines repletos eſſe iniquitatibus terræ:

Ὁ χθονὸς ἐπλησθησαν σκοτεινιασθέντες ἁμαρτιαις.
Qui terra repleti ſunt caliginoſi, peccatis.

Paraphraſtes: *quoniam impleti ſunt filii eorum obſcuritate ſeſe diffundente ſuper terram, & violentia, & rapinis*: vel juxta verſionem Nebienſis: *quoniam conſummati ſunt filii eorum, obſcuritas autem diſperſa eſt ſuper terram, & dolus & rapina*. Tunc primum membrum ſignificaret conſummationem & vaſtitatem populi Hebræi.

Porro, quod pridem ante dixi, eos qui *obſcuritati* ſunt *terra*, dici *repletos*, &c. quia qui replentur bonis externis, & replent domos, animorum & conſcientiarum ſuarum, hujuſmodi rerum deſideriis laborant, obſcuritate & tenebris ignorationis, pertinet ad tropologiam quam Latini tradunt. Vim formulæ loquendi Euthymius ac Nicephorus illuſtrant, trita illa alia, qua ſignificare volentes quempiam frugum, aut alterius rei copiam habere, dicimus *domos frumenti habere*, aut *olei*: ita ut domus idem ſit, quod πολυχώρητον μέτρον *valde capax menſura*. Craſſiores in Luna partes maculoſæ ſunt, obſcuriores, minus luminoſæ, & eidem objecta terræ umbra eclypſim inducit, ita etiam incraſſatis & impinguatis fruitione temporalium bonorum contigit, ut parum divini luminis admittant, ſed caligent cæcutiantque, *prodeunte* e, ut aliàs demonſtravi, *ex adipe, iniquitate eorum, ac tranſeuntibus ipſius in affectum cordis*. Ut *induamur arma lucis* monet Paulus *f*, abſtinendum à comeſsationibus, & ebrietatibus, quæ ſcilicet lucis radios hebetant & impediunt. Impedit terreæ avaritiæ umbra lumen gratiæ; opponit inter animam, Deumque amorem terrenorum: abſente lumine, calorem extinguit charitatis in Deum, proximumque: ſterilem reddit animam nec in frugem ſurgere ſinit ſementem divinam; eſt lethifera homini hæc umbra, venenatis autem amica: fovens vitiorum genera omnia, retardat fructum pœnitentiæ ac virtutum aliarum: provocat profundum circa res pias ſomnum. Tranſeunt denique avari dies *ſunt umbra* ipſeque *ſicut fœnum* areſcit *g*.

Tropologia

e *pſ.* 72. 7.

f *Rom.* 13. 12.

g *pſ.* 101. 12

Verſ. 21.) Ne avertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

OPponens optimis illis & opulentis, qui ſeſe repleverunt alienis bonis per ſummam iniquitatem, ſpoliatos ab iiſdem, humiles, dejectos, afflictos, nihil de ſe, de Deo cuncta ſperantes, orat ne à conſpectu ipſius abeant iſti ſua ſpe fruſtrati: à talibus proditurum laudem nominis divini, illos alios, qui nec eſse quidem credant Deum, aut illo ſe non putant indigere, illum nullo modo laudaturos, ſe potius, quod ſolent, & antea feciſse dictum eſt, blaſphematuros.

Senſus loci.

Ne avertatur humilis factus confuſus.) Hieronymus; *ne revertatur confractus, confuſus*. Alii, *contritus, attritus, afflictus, tenuis, pauper*. Hæc valet דך *dach* & πεπτωκὼς, & Chaldæum ex Hebræo ſumtum, מסכן *miſchen*, *miſer*, vulgo, *meſchino*, & indicant potius ab alio humilitatum & vexatum. Quod ſi quis etiam ſe ipſum ſponte humiliter, aut poſtquam eum alienus humiliat, poterit ab humiliatis virtute hoc quoq; loco *humilis* denominari. Græci *humiliationem* interpretantur à Deo, quatenus non exaudiendo, videtur deprimere, & confundere. Veteres verò Latini de humilitatis accipiunt virtute. Ayguanus tamen de afflictione & ſubjugatione; nec non Lyranus. In Pſalterio Sclavonico, ſeu Illyrico vertitur, *pacificus*: vel, *quietus*. In emendatis Græcis codicibus additur καὶ ὁ ἀπουραν τὸν πεπτωκότα, καὶ κατηχυμένος. In vetero Pſalterio & apud Auguſtinum, *ne revertatur humilis confuſus*: quamvis in correctis libris Auguſtini ſit *avertatur*: in Gallicano Pſalterio, *ne avertatur humiliatus, & confuſus*: ſed *averti, converti, reverti*, aliquando idem ſignificat, videlicet quod ultimum *revertendi* verbum; quia qui revertitur, aliunde ſe avertit, & alio ſe converti. Hoc aliàs monui, nec non cur *confundi* dicatur, cui quidpiam denegatur.

Averti, convertiri, reverti, aliquando idem quod *reverti*.

Pauper & inops laudabunt nomen tuum.) Quum scilicet liberaveris eos: etsi qui perfecti sunt, hoc quoque in mediis faciant tribulationibus. Hoc est reditum de captivitate Babylonica fecerunt Hebræi *a*, hoc in fine conversi facturi creduntur Hebræi. *Egenum & pauperem* legunt Hieronymus, & Augustinus. De his vocibus dictum aliàs. Non benè laudat Deum, nisi qui suæmetipsius optimè sit conscius paupertatis, & divini necessitatem auxilii gratiæq; penitus apprehendat. Videamus, ait Cassiodorus, quam sit ista gloriosa paupertas quam felix probetur inopia: quæ Dominum etiam tacitè laudat, & de patientiæ suæ virtute concelebrat. Mutus est, si psallat superbus: pauper & inops laudant Dominum, & quum videntur habere silentium, O inæstimabile bonum; si pendatur intrinsecus: *pauper Dei* dicitur; *dives sæculi* nuncupatur (ille secundum Deum dives) iste est Regis æterni, ille temporis utique fugitivi. Non sibi habet, qui foris dives est; iste potius idoneus dicendus est, qui in Thesauris animæ probatur virtutes eximias condidisse. Ex Cassiodoro hactenus. Scribit Baruch *b* quod *anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat gloriam & justitiam Domino.* Relege dicta psalmo 21. *c* ad eam sententiam, *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum,*

Pauper & inops, &c. Diadochus *d* explicat, ut quod quis non potest per eleemosynam sibi comparare, hoc per laboriosam orationem & per tolerantiam atque humilitatem possit: charisma vero Theologiæ nulli à Deo præparari, nisi propter gloriam Evangelii relinquat omnium bonorum possessionem: & in paupertate Deo amica divitias Evangelii regni Dei prædicet: hos perspicuè significari in alio psalmo *e*: *Parasti in dulcedine tua pauperi DEUS, & DOMINUS dabit verbum evangelizantibus virtute multa.*

a 1. Esd. 3. 4. Qui bene laudare Deum discant?

Gloriosa paupertas & felix inopia quæ.

b 2. 18.

c vers. 27.

d de perfect. spiritualis c. 66.

e Psl. 67. 11. 12.

Vers. 22.) Exsurge Deus, judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Vers. 23.) Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Sensus loci.

TAndem veluti dormientem excitat Deum, & propriam quodammodo causam suam negligentem, exstimulat, & suggerit, quod ante fecit jam aliquoties tamquam oblito, aut nimis diu dissimulanti, quantas impius hostis stultusque idolorum cultor, absque cessatione inferat injurias, maledicta, probra, DEO & ejusdem cultoribus, qui etiam suum illud in eum infestissimum odium evomere non desinat, superbè vociferando: atque se se magis ac magis semper efferendo, ita ut non dubitet, si liceat ipsi, Deum in cœlis ipsis sedentem lacessere, ac de solio majestatis suæ deturbare; nec fieri possit, quin eo usque intollerabilis arrogantia ejus ad aures Dei pervenerit, & ad oculos ejus perspicacissimos, quibus nuda & aperta sunt omnia.

Exsurge Deus.) Occurrit prioribus psalmis crebro hæc formula, quâ videtur Deus dormienti similis, aut desidenti, excitari, ut evigilet, surgatve.

Judica causam tuam.) Augustinus, *causam meam*, Apollinarius *nostram*.

Ἔγρεο, καὶ πέρνη κῆ δίκλω ἄχραντε δικάζοις.
Exsurge, nostram vero causam incorrupte disceptes.

Causam suam facit David communem cum divinæ; ita ut & meam & tuam, & nostram, dicere potuerit. Sed maximè urgeri putavit Deum, si propriè illius esse diceret causam: quomodo habent aliæ omnes editiones. Causam suam David alibi *f* petit judicari & discerni à Deo. Usurpavit hoc hemistichium Urbanus Papa VI. pro symbolo *g*,

Memor esto improperiorum tuorum.) Hieronymus, *memento opprobrii tui*. Augustinus, *memento opprobriorum tuorum*, quæ scilicet sunt, & dicuntur contra te.

Μνώεο (ait Apollinarius) πῶς νείκεσσι πάγημεχος δίεν ἄφραν.

f Psl. 9. 5. Psl. 34. 23. Psl. 42. 1. Symbolum Urbani VI. ex hoc hemistichio. g Alphonsus Ciaconus, in vita.

Memento quomodo convitiis (seu rixis) *tota die Deum* (nempe impetat, *insipiens*.

Non patitur pronomen σε, & affixum חופתך *cherpatheca*, ut, *tuorum*, significet eos qui sunt Dei; hoc sensu, *memor esto improperiorum tuorum*, idest, quæ tuis illata sunt. Hunc tamen Ayguanus tradit sensum.

Eorum quæ ab insipiente sunt tota die.) Ille est inimicus, qui ut antea dictum est *b*, improperavit Domino, & populus insipiens, qui incitavit nomen ejus, *Regem* exprimit Paraphrastes. Collectivè multos unus denotat sive synagogæ, sive persecutores Ecclesiæ, ac eorum qui pie volunt vivere in Christo. *Tota die*, sive *omni die*, & *quotidie*, indicat καθ ὑπερβολὴν assiduitatem magnam, sicut aliis aliquot in locis præcedentium psalmorum *i*.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum:) Hieronymus, *vocis hostium tuorum*. Id valet צוריך *tsorerecha*, & Chaldæum מעיקיך *mehhikajich*. Referit idem Hieronymus ita quoque ut nunc habemus, vertisse LXX. & VI. editionem: Aquilam, *hostium tuorum*, Symmachum, *bellantium contra te*: in codice autem Suniæ & Fretelæ fuisse τῶν ἱκετῶν σε *deprecantium te*: quod etiam reddi posset, *supplicium tuorum*. Retinuit eam versionem Græcam emendata editio LXX. Euthymius mentionem ejusdem facit, & alterius quæ habet οἰκετῶν *servorum*, & quam ipse sequitur. Apollinarius utitur nomine λιωσῶν, quod est synonymum nomini ἱκετῶν.

b v. 23.

i Esa. 24. 5. Psl. 31. 3. Psl. 34. 28. Psl. 36. 26. Psl. 37. 7. Psl. 43. 9. Psl. 51. 4. Psl. 55. 3. 4. 6. Psl. 70. 8. 15. 24. Psl. 71. 15. Psl. 72. 14.

μήποτε λισσομένων γοερῆς ἐπιλήσεαι αὐδῆς.
Ne unquam supplicantium gemebundæ obliviscaris vocis,

Nec apud Basilium, nec apud Theodoretum reperio quomodo legerint, etiamsi collector scholiorum ad biblia Sixtina editionis LXX. Theodoretum affirmet ἱκετ, legisse, In Psalterio vetere, & apud Augustinum *deprecantium*: In Gallicano, *supplicium*, in illyrico *orantium*: aut synonymo alio vocabulo: in Romano, & apud Arnobium, atque Cassiodorum, *quærentium*: quo etiam pacto legitur in introitu missæ Dominicæ 13. post Pentecosten. Is qui vocatur Hieronymus, uno ex his modis à nostro diversis, legit, quia explicat, peti ut qui in præsentibus pressuris invocant Deum, consolentur ab eo. Nescio quid aliud suspicer, quam lectum ab aliis non צוריך *tsorerecha*, sed רועיך *rohhecha*, *vociferatores tui*, qui vociferantur ad te cum mœrore; quamvis in hac significatione non videatur usitatum verbum, nisi in hiphil. Requirit æditio nostra, ut explicemus hic imprecationem esse adversùs inimicos Dei. Aliæ sunt de iis pro quibus oratur, qui Dei dicuntur supplices, aut servi domestici, aut quærentes ipsum.

Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.) Hieronymus, *sonitus adversariorum tuorum ascendit jugiter*.

Alii supplent particulam negantem, quæ nectat hoc cum priore membro; *ne obliviscaris vocis hostium*, (seu *inimicorum tuorum*, *neque sonitus insurgentium in te*: *ascendit* enim *semper*. Vertunt etiam quidam, *tumultus eorum*, sive *strepitus*, aut *fremitus*, aut *contumeliosa vociferatio eorum*, aut *fastus*, *qui contra te insurgunt ascendit*, *crescit*, *augescit*, nempe coram te, ita ut non possis dissimulare te illum audire. Vel optativè (*ascendat semper*) idest, fac ut re factoque videatur pervenisse, ac exauditus à te, & iram atque vindictam quam concitasse.

In correcta editione LXX. ἀναβαίνη διὰ παντὸς πρὸς σέ, *ascendat semper ad te*: Theodotio, ἀναβήτω, *ascandat*. Idest, superba illa jactatio, & arrogans gloriatio, & intolerabilis improperatio, qua *gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ* k *ascendat semper*, temperque auribus tuis insonet, ac eas ita pulset & verberet, ut ad ulciscendum te quodammodo compellat. In codicibus Regiis, Complutensibus, aliisque & in versione Aquilæ est indicativi modi Aoristus ἀνέβη, *ascendit*. Videtur Apollinarius legisse in præsenti tempore ἀναβαίνει quia reddit aliter ἱκάνει.

k vers. 4.

πρὸς, σὲ μάκαρ δήιων ὑπερήφανος ὕβρις ἱκάνει.
At te, beate, inimicorum superba contumelia ascendit (seu vadit.)

In Psalterio Romano, *ascendat semper ad te*. In Gallicano

licano & apud Arnobium, & Hieronymum in commentariis: *ascendit ad te semper*: apud Augustinum, & Cassiodorum: *ascendit semper ad te*, apud Ruffinum, & alios Latinos, *ascendit semper*, in tempore præsenti, & sic etiam illi alii legunt, qui addunt *ad te*: *ascendit semper ad te*. Videtur Hieronymus *a* sentire legendum in præsenti, recitans namque *superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*, & notans pro, *semper*, esse διὰ παντος quod significet *per omnia* sive *omnino*, exponit dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. Is autem qui nomen illius usurpavit in commentariis, editionem in qua est, optativè, *ascendat*, declarat, quia nisi eorum superbia ascendat, hi non humiliantur. Sic enim & Dominum in Apocalypsi dicere: *impius impiè agat, & iniquus amplius faciat iniquitatem: ecce ego venio cito, & merces mea mecum* b. Arnobius explicat, ut Deus reddat superbientibus, hoc est, illos puniat. Editio Latina nostra tempus præsens habet, indicativi modi, cui editioni Agellius præfert aliam in optativo, quòd nec Latinos sequens facere debet, nec interpretes Lxx. defendens facere cogitur, quum testetur Hieronymus illos etiam eo modo legisse, hoc est, in indicativi modi tempore præsenti. Porro quod ad rem ipsam attinet, *superbia* שאון *sceon eorum qui oderunt Deum*, qui sunt קמים *kam m insurgentes* idest, ut ante dixi, strepitus, sonitus, fremitus, vocalis injuria, injuriosa vociferatio, *ascendit semper ad Deum*, ita ut non possit oblivisci, sed vel corrigat, vel puniat, ut exponit Augustin. ve magis ac magis proficit in malum, ut Ruffinus, nec finem ullum faciet, nisi comprimatur. Quod crimen, quia, inquit Cassiodorus, acerrimum est, idque Dominus specialiter execratur, utpote per quod & Angelus corruit, & primi hominis beatitudo discesit, prudenter in fine positum est, ut post omnia diceretur, quod memoriæ finibus concederetur. simile quiddam de Sennacherib Deus ipse pronuntiavit c: *insanisti in me, & superbia tua ascendit ad aures meas*. Ubi etiam est nomen שאנך *scinananecha* cum affixo, pro quo Græcè σρῦνός σε, *strepitus tuus*, præterea, τικρία, *amaritudo*, scilicet amarulenta, oratio contra Hebræos ac Deum, insolentia strepitus tùm sermonis tùm animorum.

a *epist.* 135.

b *c.* 22. 11, 12.

Specialiter superbire crimen execratur Christus. Per superbiæ crimen Angelus corruit & primi hominis beatitudo abscessit.

c 4. *Reg.* 19. 28, *Es* 37 29

Quærunt hic Hugo, & Ayguanus, quomodo Deus haberi odio possit, quum sit summum bonum. Responsio promta, non ipsum per se spectatum, sed secundum effecta nonnulla, quæ displicent molestaque sunt, odio haberi: cujusmodi sunt mala pœnæ, prohibitio rerum delectabilium, &c. Aliud notatu dignum circa superbiam, quod etiamsi vitia quoque alia inexplicabilia sint, ne carnalibus quidem exceptis, & illis sanguisugis duabus, quæ dicunt semper, *affer*, *affer*, *d* tamen hoc superbiæ magis proprium esse, quoniam spiritu lis est, nec in persequendo fatigatur objecto, sicut alia peccata materialia; idest, appetitus excellentiæ, quæ infinita est, ita ut ad Deum ipsum ascendat, cupiatque *similitudinem cum Altissimo* e, & sit *plusquam fortitudo ejus* f, hoc est, plura conetur semper in infinitum quam consequi valent. *Cunctis diebus suis superbis impius* g. Numerantur item istius quasi ascensus & scalarum superbiæ gradus plures, quos ex Bernardo explicat Antonius *h*. Hinc fit ut propter depravatum istum superbiæ quidem præsertim, sed cujusvis præterea peccati mortalis affectum, semper, quod in se est, adhærendi circa objectum vetitum debeatur mortali peccato pœna æterna. Etsi alia infinitatis hujus pœna, justissima causa est, quod mortali peccato Deus infinitè dignus offendatur. Assignat istam causam August. *i*: illam Bernardus *k*: quæ confirmatur à contrario justi affectus, *inclinantis cor suum ad faciendas Dei justificationes in æternum* l. *Ascendit superbia* recta tendens ad Deum, eique resistens, cetera vitia recedere potius à Deo videntur, & ad creaturas descendere, ut cum Boetio Antonius *m* observavit, ut idcirco *superbis* peculiari quadam ratione *resistat Deus* n nec alia citius ad illum nos virtute, quam humilitate ascendamus, seu Deum ad nos devocemus; quin per eam ab omni creatura removemus nos ipsos. Humilitas sursum facit cor, elatio deorsum, inquit Augustinus *o* & Gregorius *p* ait, quum se humiles ex humilitate substernunt, altæ mentis judicio cuncta temporalia transcendere, & quum se indignos in omnibus æstimant, rectæ cognitionis examine, hujus mundi gloriam transcendentes calcare. *Dies Domini exercituum erit super*

Deus quomodo odio haberi posit, eum sit summum bonum.

Circa superbiam notatu dignum.

d *Prov.* 30. 16.

e *Es.* 14. 14.
f *ps.* 16. 6.
g *Job* 15. 20.
h 2. *p. tit.* 3. *c.* 3 *parag.* 3. & *seq.*

i 10. *de civ. c.* 11.
k 5. *de consider.*
l *Ps.* 118. 112

m 2. *p. tit.* 3 *c.* 3 *parag.* 1.
n *Jacob.* 4. 6.

Non alia virtute citius ad Deũ ascenditur quã humilitate.

o 14 *de civ. c.* 13.
p 6. *mor. c.* 6

Omnem superbum, & excelsum, & arrogantem q, super *diabolum Regem filiorum superbiæ* r qui ausus est quoque exigere, à filio Dei, ut adoraret ipsum *s*, & filios ipsius.

Absoluto vitæ termino, sicut beati humilitas erga Deum cum alienarum virtutum actionibus ascendunt, & crescunt semper; ita & damnat humilitas, ceterique vitiorum actus, nec iste illum bonum, nec ille facere ullum potest malum. At non idcirco crescit aut in beato præmium: aut in damnato essentiale supplicium: sed quod attinet ad damnatum, sive hominem, sive dæmonem, illius culpa, ut docet Thomas Aquinas *t*, vel superbia, dicitur crescere, non quantum ad intensionem malitiæ, sed quantum ad multiplicitatem actus. Pœna etiam essentialis non crescit, sed accidentalis, quæ est ex multitudine aliorum damnatorum, sicut est etiam de præmio bonorum Angelorum, & hominum beatorum. Inferunt hinc aliqui *u* confutationem Aretii Bernensis, satanam aliosque damnatos spiritus Jesum Christum non revereri, adorare, invocare, celebrare, sed potius *commanducare linguas suas blasphemando* x. Innocentius Papa III. *y* probat ex hoc loco in quod prius indicavi, justè irasci Deum reprobo æternaliter, quia justum sit, ut quod hic in suo prævaricatur æterno, ille ulciscatur in suo æterno: quia licet peccandi facultas illum dimittat, ipse tamen non dimittit voluntatem peccandi. Subdit, quod non humiliabuntur reprobi jam desperati de venia, sed malignitas odii tantum in illis excrescet, ut velint illum omnino non esse, per quem sciunt se tam infeliciter esse.

q *Es.* 2. 12.
r *Job* 41. 25
s *Matt.* 4. 9.

Absoluto vitæ termino beati humilitas erga Deum & damnati quæ.

t 2. *d.* 7. *q.* 1 *c.* 2. *ad* 5.

u *Fevard. Theod. l.* 12. *c.* 6. *l.* 14. *c.* 18 Aretii Bernensis refutatio.

x *Acoc.* 16. 10.

y 3. *de contemptu mundi c.* 10. Cur reprobos juste irascitur Deus æternaliter.

Cassianus post longam disputationem de versiculo illo psalmi 69. *Deus in adjutorium meum intende*, &c. z & quum docuisset *a*, jugi meditatione illius cunctarum cogitationum divitias amplasque substantias abjici, & refutari, atque perveniri ad Evangelicam beatitudinem, quæ primatum inter cetera tenet *b*, ait per istiusmodi paupertatem, egregium pauperem illud implere, quod hoc loco scribitur, *pauper & inops laudabunt nomen tuum*.

z coll. 10. 1. 10.
a *c.* 11.
b *Matt.* 5. 3.

PSALMUS SEPTUAGESIMUS QUARTUS.

1 In finem, Nec corrumpas. Psalmus Cantici Asaph.

2 CONfitebimur tibi Deus: confitebimur, & & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: 3. quum accepero tempus, ego justitias judicabo.

4 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmavi columnas ejus.

5 Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu,

6 Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

7 Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus:

8 quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: 9. quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen fæx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

10 Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.

11 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua justi.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) In finem, Ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph.

NOn debeo alibi dicta repetere, quæ pertinent ad Titulum. Quæ aliquam præ se ferre difficultatem duæ voces videntur, *Ne corrumpas*: Hebraicè, & Græcè sunt eædem, quæ in titulis ps. 56. 57. 58. אל תשחת *althaseth*, μὴ διαφθείρῃς in quibus interpres nofter vertit, *ne disperdas*, & ubique Hieronymus, *non disperdas*. Idem Doctor ad Suniam & Fretelam *a*, tractans verba ps. 77. 77. *h & disperdet eos*, versionem Latinam, quæ habet, *ne corrumpas* appellat κακόζηλον, & ipse exponit, ne perdas. Symmachus reddit, περὶ ἀφθαρσίας, *de incorruptione*, aut *incorruptibilitate*. Explicant Græci, ne quis vitiis corrumpatur, neve piæ cogitationes corrumpantur, sed sanæ conserventur incorruptionemque sortiantur. Unus Eusebius exponit de incorruptione futura in fine sæculi, *quum dederit Christus regnum Deo & Patri* c, *& confractis cornibus peccatorum, exaltabitur cornu justi* d.

a epist. 135. h vers. 38. c 1. Cor. 15. 24. d hic v. 11.

Ego jamdudum placere mihi negavi nomen hic instrumenti esse, quod Agellius approbat, vel Symbolum concentus; initiumq; cantionis, quod Genebrardus. Illyricum psalterium *Asaphæos* dicit numero multitudinis, videlicet Cantores sub præfecto Asaph. Parum autem refert, an dicamus *psalmus cantici Asaph*, vel *psalm. Asaph Cantici* vel *ipsi Asaph psalmus Cantici*.

Argumentū

Ex titulo videntur iidem Græci argumentum psalmi colligere, de futuro judicio, & de delinquentium quidem suppliciis, justorum verò præmiis, ut idcirco moneantur homines, illuc, ac in vitæ finem respiciendo, propriis seipsos peccatis non perdere. Simul tamen conscriptum psalmum volunt ex eorum persona, qui erant in Babylone captivi, ac in summum discrimen venerant. Latini fere conveniunt de universali judicio agi, deque judice Christo, & nominatim dirigi sermonem ad Judæos, vel conservos post resurrectionem Christi ne à fide resiliant: vel qui sub mundi erunt finem, ut vel dum demum ad illum convertantur, & interitum vitent æternæ damnationis. Omnibus iidem asserunt convenire psalmum, ut cum humilitate sperent, nec violent, atque corrumpant fiduciam, quam habent in Christum, qui idem judex, idem finis est omnium. Hujus orationis occasio sumta censeri potest ex captivis Hebræis; sub Babyloniis, sive Chaldæis, qui si libertati restituantur, promittant se Dei laudes celebraturos: confirmentur autem ejusdem responso, quum aderit tempus, juste redditurum cuilibet pro meritis, nec permissurum, ut intereat eorum genus totum: sed hujus veluti columnas confirmaturum, quibus ædificii sustentetur moles.

Quod R. Kimhi ad captivitatem Hebræorum refert, quæ nunc est, ac de futura Christianorum ultione, Valentia bene confutat. Videtur porro commodior interpretandi ratio, si non eadem semper intelligatur loqui persona, sed nunc Dei, seu Christi, nunc Prophetæ, sive alterius cujuscumque. In Ecclesiastico de Apostolis officio placuit hunc psalmum recitari, ut equidem puto, quoniam judicandi munus ipsis magis proprium attributum est, & sunt præcipuæ quasi columnæ, & cornua Ecclesiæ. Asserit Hugo, quum sit actum priore psalmo de destructione Synagogæ per Romanos, in isto agi de ædificatione Ecclesiæ per Apostolos.

In Ecclesiastico de Apostolis officio hujus psalmi recitatio.

Vers. 5.) Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuum,
Narrabimus mirabilia tua.

Sensus loci.

IN captivitate constituti Babylonica Hebræi exclamant magna cordis vocisq; contentione, & verborum simul ac rectè factorum quodam clamore, non destitutos umquam a Dei laude, tùm in prosperis, tùm in adversis rebus quum toties ante in his mirificum sint experti liberatorem Deum, & se in posterum, quod optant etiam experturos atq; id alacrius faciendi, quod adhuc fecerint, occasionem novam habituros, non dubitent: ita ut libertatem demum asserti, renovent narrationem priorum Dei mirabilium operum, quibus ex Ægyptiaca durissima servitute est eruere, & illis, ea quæ sperant in liberatione de Babylonica, læti adjungant, atque divina beneficia ignaros doceant; Quadrat eadem oratio, cuivis gravem calamitatem patienti, & similia Deo vota offerenti. Ad confessionem peccatorum multi accommodatè hoc applicant, postquam confidentiùs invocatur Deus, & docentur alii.

Loci adaptatio.

Confitebimur tibi Deus confitebimur.) Hieronymus vertit in præterito, sed utuntur Hebræi hoc tempore pro futuro, Augustinus, Cassiodorus, alia Psalteria Latina repetunt etiam pronomen: quod repetitur quoque Græcè in Bibliis Complutensibus, Regiis, aliis. Apollinarius omisit utrobique, ac in tertia persona expoluit,

Ποιμένι τιμήνεντα θεὸν ἐξόμεν ὕλνον,
Μελψόμεν εὐχόμενοι κλυτὸν ὄνομα παμβασιλῆος,
Pastori honoratum divinum dicemus hymnum,
Cantabimus, precati, nobile nomen omnium regis.

Augustinum secuti Latini multi, de confessionem interpretantur humilis peccatoris, etsi non omnes præcisè de illa, quæ sacramentaliter fiat. Commodus profectò sensus, sed sine dubio litteralior de confessione laudis, gratiarumque actionis, ut exponunt Græci. De Latinis, is quem ferunt esse Hieronymum, negat hoc verbo pœnitentiam significari, sed gloriam. Conveniunt omnes repetitionem verbi, firmitatem indicare promissi. Id Augustinus aliis probat exemplis, ut quum repetitur, *amen, amen: fiat, fiat, fiat: paratum c cor meum Deus, paratum cor meum*: Et quoniam Joseph duplex *somnium ad eamdem rem pertinens*, dixit *firmitatis judicium esse, eo quod fiat sermo Dei & velocius impleatur* f. Non est, ait Augustinus, repetitio in verbis sanctis quasi loquacitatis appetitus. Hunc eumdem ipsi Canonem pluries alias tradidimus. Monet, quem dicunt Ruffinum, explicans de confessione, non posse nos recurrere ad baptismum; si peccaverimus, recurrendum ad confessionem, quum dicit ut confiteamur scienti Deo ad comparandam compunctionem, non negat ut homini ad obediendum ejusdem Dei Christique præcepto. Quæ tamen confessio ipsi Deo fieri censetur, ut notat Hugo, quia fit homini loco Dei, & is peccata scit, non sicut homo, sed sicut Deus. De reversis Hebræis ex Babylonica captivitate scribitur in libro Nehemiæ g, quod *convenerunt in jejunio, & in saccis, & humus super eos, & confitebatur peccata sua, & iniquitates patrum suorum quater in die*) *quater in nocte* addunt alii) *& adorabant Dominum Deum suum*. Frequens confessio, laudatio, benedictio, gratiarum actio, quæ fiat Deo, plurimum ac sæpissimè commendatur, præsertim in psalmis, quæ semper annexam habet cognitionem, professionem, & confessionem nostræ imbecillitatis. Usurpatur etiam hæc corde & ore confessio pro conceptis bonis, & remotis malis, tùm in hac, tùm in beata vita, ut sic *vivens vivens confiteatur* h, hoc est, utraque vivens vita, de primo & secundo adventu Christi, tùm dictis, tùm factis.

c Ps. 56. 8. f Gen. 41. 32.

Non est repetitio in verbis sancta quasi loquacitatis appetitus.

Confessio quæ fit Deo non impedit homini confiteri

g 2. Esd. 9. 1. 2. 3.

h Esa. 38. 19.

Et invocabimus nomen tuum.) Hieronymus nectens verbis sequentibus, quæ vertit etiam alio modo *& juxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua*. Ita quoque Paraphrastes, *& appropinquanti majestati nominis tu narraverunt miracula tua*. Sed Nebiensis. *admove divinitatem nominis tui, & enarrabimus mirabilia tua*. Alii, *etenim propinquum est nomen tuum*: i. e. quia nomen, auxilium, robur virtus tua patefacit se in salutem nostram habent pii cur prædicent tua mirifica opera. Vel cum cœpimus laudare te, gratiasque agere sensimus continuo præsentiam nominis tui, idcirco alii, qui viderint, quam miris modis adfueris nobis, contra, te ipsum quoque celebrabunt apud omnes. Sic ex Hebræo prout nunc est וקרוב שמך *vekorou scemecha, sipperu*, &c. ubi duo prima vocabula sic reddi possunt *& propè nomen tuum*: vel *admove*, seu, *appropria nomen tuum*. Acrior est Agellius in hanc editionem Hebræam, quæ Masoretarum tantum, & Rabinorum est, nec stulta simpliciter dici debuit, cùm eam sit secutus non solum Paraphrastes verùm etiam Hieronymus, quem in membro illo alio *narra-*

Agellius in editionem Hebræam acrior.

rabunt mirabilia tua. Trevetus declarat, ac si Davidem loquutum intellexerit cum indignatione scilicet; aut, quasi vero id facient peccatores adversus flagella impatientes; nullo modo; sed nos qui te, o Deus, colimus. Concedo Agellio, fieri potuisse, ut in textu Hebræo non esset קרוב שמך *Karoub schemecha*, *prope nomen tuum*, sed קרו בשמו *Karu vismecha*, *vocarunt*, seu *vocabunt in nomine tuo* r sive, *nomen tuum*, usitata Scripturæ phrasi. Sed ita fuisse quomodo probat? Deinde quid respondet, quod קרן *karu* est tertiæ personæ, ut reddi debuerit *vocavimus*, aut *vocabimus*, seu *vocabimus*, vel *invocabimus*. Postremo facilius est cum Richardo Cenomano dicere, idem esse *propinquum*, vel *juxta nomen tuum* videlicet nobis & in corde & in ore est; atque dicere, *invocabimus nomen tuum*, nam *potest est Dominus invocantibus eum*. Quamvis horum verborum sensus alius possit esse; ut semper sentiatur Dei præsentia, & quæ inde est utilitas. Eodem recidit quod ait Genebrardus, non opus esse, ut quis existimet legisse LXX. in prima persona קראנו *keraanu*, & ספרנו *sipparnu*, quum attendendo ad sensum, idem polleat *propinquum nomen tuum*, nempe erit: *narrabunt mirabilia tua*, i. e. nobis, qui narrabimus: adde, prope erit nomen tuum nobis, quia invocabimus illud, & narrabimus mirabilia tua. Porro hac ratione vocare, & invocare nomen Dei, importat simul cum celebrationem imprecationem, ut *laudantes invocent* b, & implorent atque orationi operam dantes, ordiantur à laudibus Dei, ut alias *c* diximus. Nam invocatio, ut ordinata sit, à Dei laudibus inchoandam docet Ambrosius *d*, exemplo Dominicæ orationis, cujus initium, *Pater noster*, & sic orantem testari Basilius *e* ait, Deum amare, non necessitate urgeri. Ad hunc orandi ordinem, ut confiteamur primo loco, postea invocemus, tandem narremus, seu annunciemus mirabilia, & opera Dei hortatur nos psalmus 104. *f Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, annunciate inter Gentes opera ejus. Canta ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus*. Scribitur etiam ad hujusmodi psalmum, & ad confitendum Domino constitutus à Davide Asaph princeps cum fratribus suis *g*, Esaias *h* quoque idem imitatur. Neque vero displicet quod Euthymius, Basilius, Theodoretus *invocare nomen* interpretantur, sic illud illustrare, ut denominari ab eo velit, dicique populus Dei, & Christianus. Crebra in Prophetis hæc formula, ut *invocari Deus* dicatur *in aliquo*, vel *super aliquem*, docti illo sensu. Attamen alter sensus melior, pro nomine εἰς βοήθειαν, ut Nicephorus loquitur, invocato *in auxilium*. Denique licet in latino verbo *invocare*, & Græco ἐπικαλεῖσθαι spectari possit quod Augustinus, & alii observant, esse ad se vel in se Deum vocare: nihilominus in Hebræo verbo id non apparet.

Narrabimus mirabilia tua.) Jam dixi quo pacto sensum respicientes Lxx. reddiderint in prima persona verbum Hebræum ספרו *sipperu*, quod est in tertia, sed numero singulari usi sunt, διηγήσομαι & addiderunt πάντα omnia, sicut, habetur tùm Græcè, tùm Hebraicè in psal. 9. *i Narrabo omnia mirabilia tua*. Ita quoque Psalteria Latina alia, & Augustinus (qui legit *enarrabo*) Arnobius, Cassiodorus, Hieronymus *k* reprehendit lectionem Græcam διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Confiteri multorum est, inquit Hesichius: narrare Dei mirabilia unius de multis, confitentis, & invocantis. In eodem numero singulari legit Eusebius, & Apollinarius, qui explicat per ἀγορεύσω. Sed in plurali Basilius, ac Theodoretus videntur legisse. De re ipsa, hoc est, de narratione mirabilium prius dixi psal. 9. *l* 25. *m* 70. *n*. Exponunt aliqui potissimùm opus incarnationis, & alia quæ fecit Christus, sicut & juxta versionem ex Hebræo præcedentis membri: *& propinquum nomen tuum narraverunt mirabilia tua sive separata*. Cajetanus declarat quod quæ monstrata sunt in adventu Christi, manifestaverunt nomen Dei propinquum, & verbum carnem factum, & nobiscum Deum. Hugo distinguit mirabilia in cœlo, terra, mari, inferno: Item Deum hominem, matrem Virginem, cor fidele, judicium futurum, de quo in sequentibus verbis. Latius distendi potest de mirabilibus inductio, enumeratio, enarratio. Ad litteram sunt mirabilia olim à Deo parrata in Ægypto, deserto, quæ præterea in Babylone, quum liberati Daniel ac tres pueri, & Susanna, à Daniele expósita somnia, & arcanæ scripturæ, occisus draco, missus ad eum Abacuc, &c.

Vers. 3.) Quum accepto tempus, ego justitias judicabo.

MUtata jam persona loquitur Christus, quasi voti præcedentis vel occasionem, vel caussam penetrans, atrociores injurias & vexationes esse, quas paterentur in captivitate Hebræi, vel alii quilibet ab iniquis, impiisque, ac proinde respondens, ac consolans. Bono animo esse, ego ultor existam, vindex, judex. Non me latet quanta patiamini, quam injuste. *Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adjuverunt in malum* o. Puniri vos volebam, at non ita crudeliter; emendari tamquam à pedagogo; sed non ut ab hoste cruciari, & interfici. Non posuerunt hi, quibus tradidi *populum meum & hæreditatem meam, quam contaminavi*, ut castigaretur, *misericordias super eam: super senem aggravaverunt jugum suum valde*, dixeruntque *in sempiternum se futuros domus* p. Obtendebant persecuturos causas justas, quod ut Achior dicebat *q*, *denter Hebræi in prædam, & in gladium, & in opprobrium quoties alterum Deum colunt*. Deus ipse *Assur virgam furoris* sui vocabat *r*: *Cyrum* excitaturus erat tamquam *Christum suum* s. Voluit ut servirent Regi Sesac, sicque scirent distantiam servitutis suæ, & servitutis regni terrarum. Jeremias nomine Dei præcipiebat *obedire Regi Nabuchodonosor* t. Alexandro persuasum de ipso vaticinatum Danielem, non solum ostensum visum, quod victoriam de Persis pollicetur *u*. Istas omnes justitias Deus judicaturum se affirmat. Quod extendi potest ad omnes persecutores Ecclesiæ, tùm etiam ad judæos, qui suas jactant justitias, & obsequium se præstare Deo in insectando nomine Christiano: ad illos præterea, qui aliorum nunc opinione, aut suo etiam falso judicio justi videntur sibi, & iniquitatem fuco contegunt justitiæ ad veras etiam justitias, ut alii tales esse sciant, & quam justa nunc Dei judicia fuerint, tuncque decreta premia cognoscant. Sed tempus præfinivit ad hoc sibi Deus, ut quamvis orari velit, velit etiam tamen voluntati suæ, ac providentiæ, quæ in sui dispositione non fallitur, omnia permitti. *Posuit in sua potestate tempora, & momenta*. Patet secundum quamdam attributionem, sed & filius, nec non Spiritus Sanctus, prout alibi *x* docui, & filius quidem etiam ut homo, licèt non præcisè quia homo, cognitionem illorum habet, quum eidem *omne judicium dederit Pater, quia Filius hominis est* y.

Quum accepero tempus:) Eurhymius refert, quosdam (hi sunt Basilius, vel Theodoretus) hæc jungere prioribus, *ego narrabo* (ita enim Græcè legitur, ut dixi) *omnia mirabilia tua, quum accepero tempus*, idest, quum primum ab inimicis fuero liberatus. Merito communem distinctionem præfert, ut sint ista, & quæ sequuntur, Dei, seu Christi verba. *Accipere tempus* recte quoque interpretatur idem, & Nicephorus, dici à Deo, vel Christo, ut à se ipso accipiant, vel, ut ait Euthymius, Christus à Deo, ut homo est. Quamquam *accipere tempus* non denotat necessario quasi datum ab alio, sed ut vertit Chaldæus, eligere, aut statuere, & interdum innuit auctoritatem, sicut & assumere. Athanasius *z* ait quod secundum naturam divinam, Christus etiam adducit sibi tempus. Appollinarius explicat apparere tempus; sed nec ista, nec sequentia de Deo, sed de Propheta ipso, in cujus ille persona loquitur, qui dicat alloquens Deum, se quum tempus Dei apparuerit, recta judicaturum, i. e. cogniturum, quam justus sit Deus, cujus in obscuro nunc, dum tribulatio viget, latet justitia & injustitia quandoque putatur.

Βὰτε φανῇ σὸν καιρός, ἐγὼ, μάκαρ, ὀρθὴ δικάσω.
Quum apparuerit tuum tempus, ego, Beate, recta judicabo.

Sed quem dixi sensus, communis, & verus.

Per accommodationem usurpari possunt ista, quum *accepero tempus, ego justitias judicabo*, ad nos ipso, ut cum olio meditemur aut tractemus, aut dispiciamus justitias

a *psf.* 144. 18

o Zach. 1. 15

p *Esa.* 47. 7
q *Judith.* 5. 18

r *Esa.* 10. 5.
s *c.* 55. 1.
t *Jer.* 2. 8. 13
u *Josep b. 11 antiq. c.* 8

b *psf.* 17. 6
c *ibid.*

Invocatio ut ordinata sit, à Dei laudibus inchoanda.

d 6 *de Sacra c.* 5.

Orandi ordo.

e *Const. Metaph. c.* 2.

f *vers.* 1. 2. 1. *Par.* 16. 8. 9.

g 1. *Par.* 16

h *c.* 12. 4.

Formula loquendi.

i *vers.* 3

k *Epist.* 135

Confiteri multorum est narrare mirabilia, unius de multis, confitentis & invocantis.

l *vers.* 4
m *vers.* 7
n *vers.* 17

Mirabilia in cœlo, terra, mari, inferno, distinctio.

x Act. 1. 7
y *Joan.* 5. 22. 27.

z Apol. pro fuga sua.

Loci accommodatio.

Dei, hoc est, mysteria, & præcepta, nec non illas justitias quæ spectant ad proximum, præsertim si ex officio id debeamus. Huc pacto Nazianz. *a*, quem citat Agellius, scripsit quod oportet τῷ ἀνεπιγνώστως ἔχειν τὸν θεὸν, καὶ ὃ πάντων λαβόντας καιρὸν, κρῖναι θεωρίαν εὐθυτάτην, *revera vacare & cognoscere Deum, & quum acceperimus tempus, judicare, qui in Theologia rectum sit.* Huc illud facit, *Sapientia scribæ* (alias, *sapientiam scribe*) *in tempore vacuitatis*, Alius præterea Græcus, quem suspicatur Agellius Eusebium, alio mystico sensu explanat, jungens hæc eadem præcedentibus, ut loquatur Dei filius: postea quam constitutum ante mihi tempus adventus mei ingruerit, omnia patefacta mirabilia Gentibus narrabo, nam justitiæ opus est ex his etiam salvandos eligere, non ex Judæis tantum. Quod attinet ad tempus, Græcè dicitur καιρὸς, significatque *opportunum aliquem temporis* Hebraicè מוֹעֵד *mohhed*. Pro hoc rectatur Basilius, vel Theod. Aquilam, Symmachumque vertisse συναγωγὴν, *synagogam*. Sed quem nominat Agellius Eusebium, præterea Scholion Græcum, tribuunt Aquilæ συνθήκας *mandata, præcepta, constituta*: Symmachi συναγὴν, in singulari. Legendo συναγωγὴν, Basilius & Theodoretus ajunt esse sensum, ut captivus in Babylone populus dicat, quando redierit in patriam, & in templum convenerit, narraturum ac decantaturum mirabilia Dei, ejusdemque beneficia ignaros docturum. Vocis מוֹעֵד *mohhed* notionem utramque pro *conventu*, seu *synagoga*, & pro certo condictoque tempore, sive solemnitate in præcedente psalmo demonstravimus.

Tropologia

Non ineptus sit, qui tropologicè dicat, nunc tempus in injustitia detineri, nunc nostrum esse, nunc mutuo nobis datum: in morte judicioque repetendum à Deo, ut nunc sit dies nostra, tunc dies Dei magna, & amara valde. Modo tempus narrandi, & prædicandi mirabilia Dei, ait Augustinus *c*: si contempseris narrantem, & prædicantem, judicaberis, & condemnaberis. *Vocavit adversum me tempus*, ait Jeremias *d*, & Ezechiel *e*, *tu autem profane, impie dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita*. Theodoretus explanans id psalmi sic *f Erit tempus eorum in sæcula*, notat, Syros Hebræosque hoc nomine temporis calamitates solere nominare, nec non multos Græcos. Ibi est καιρὸς, & עת *hheth*. Latini quoque dicunt, ò *tempora*, ò *mores*. Quo circa idem valet, *accipere tempus, vocare tempus*, item *venire tempus*, ut loquitur etiam Ezechiel *g* & Jeremias *h*, *esse tempus*, ut Esaias *i*, *impleri*, ut Lucas *k*: quam vocat Paulus *l plenitudinem temporis*. Solebat etiam Christus hæc usurpare, *nondum est hora mea* m. *Hæc est hora vestra* n: *Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum* o: & Evangelista, *nondum venerat hora ejus* p. Cur judicii dies absolutè dicatur *dies Domini*, alias docui *q*, & satis bene de tota ista formula Ribera noster *r*.

Ego justitias judicabo. Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *justitiam*. Hieron., *recta* מישרים *mesciarim*, εὐθύτητα *rectitudines*. Alii vertunt, *rectè*, nec non rectè; sicut & in Psalmo 57. *recta judicate*, ideest, rectè ut sit sensus summa æquitate iniquitatem evertam, justitiæ studium restituam: justissime judicabo, & vindicabo passos injuriam, decernam penes quos sit justitia, quum suam persecutionem passi, suam itidem, qui persecutionem intulerunt, esse dictitent. Eadem phrasi *judicare iniquitatem* est, judicare iniquè, sicut & *facere justitias*, est operari justè. Admitti tamen potest, ut ipsemet, sive quæ veræ, sive quæ factæ, justitiæ sunt, dijudicentur, quemadmodum antea dicebam. *Justitia* quoq; dicuntur divina præcepta. Hæc judicabit Deus, ideest, quo quilibet modo ea servaverit. Dicuntur etiam *justitia* pro misericordiis (licet non ita nomine Hebræo, quod hic est) de his, atque de operibus misericordiæ pronuntiabitur sententia *u*, sit *judicium sine misericordia illi*: *qui non fecerit misericordiam* x. Utrovis autem pacto melior sententia, quæ communior, Deum hic, vel Christum loqui, non Prophetam, aliumve, cujus ille induat personam. De Christo Cyrillus Alexandrinus *y* præsentem sumit locum, eo illustrans, quo apud Joannem *z* dixi, *Multa habeo de vobis loqui & judicare*, non quidem hoc tempore, inquit, sed ut cuique homini juxta opera sua fiet retributio. *Dum tempus habemus, operemur bonum* a: & *nosmetipsos dijudicantes* b, faciamus justitias justitiæque opera, ut pro nobis proferatur in judicio sententia: fructum demus in tempore nostro dum hic plantari jumus *c*: *non defraudemur à die bono* (in quo bonum operi licet) *particula boni diei non præteret nos* d: abusis hac die nostra, quæ ad pacem nobis, non superet, nisi dies irremediabiliter mala. *Redimamus tempus*, καιρὸν *e*, opportunitatem, & occasionem operandi, ne si malè insumatur, captivum teneatur, & quasi venditum, & alienatum. *Nunc tempus acceptabile* f, *judicare ante tempus non debemus* g. Nunc *tempus venit miserendi* h: *Operandum donec dies est* i. *Tempore quisq; suo metet* k Expectanda resurrectio in tempus, quo impleatur *numerus conservorum* l. Negotiandum dum venit Dominus *m*. Memoriæ gratia Hugo versus recitat in quibus effectus sunt, ob quos Deus accipit suum tempus;

Judico, viso, cibo, vaco, nundino, vexo, laboro,
Purgo, fero, tollo, gravo, ludo, finio, curro.

Vide quo pacto hæc declarent. Bernardus *n judicare justitias* explicat ipsa justorum opera, non solum improborum peccata. Quod intelligo non per hyperbolem, sed ut antea dicebam, ut expendatur qualitas, circumstantiæ, valor bonorum operum. Ut non sit mirum sanctissimos etiam viros ad Judicium memoriam expavescere, scientes, alia Dei, alia esse judicia hominum, *scrutari* Deum *Jerusalem in lucernis* o: videri omnes cum Deo comparatas justitias nostras tamquam *pannum menstruatæ* p: quamvis alioquin in se sint veræ justitiæ, quod ipsum *ignorat anima* eorum *q*, *verens omnia opera sua, eo quod sciat Deum non parcere delinquenti* r: & *quod non justificabitur in conspectu ejus omnis vivens* s: & quod *justus vix salvabitur* t. Quid tutum in Babylone, si Jerusalem manet scrutinium? inquit Bernardus *u*, ideest, vitam hic agentes religiosam, mores supernæ illius Jerusalem conversatione honesta & ordinata pro viribus imitantes, &c. Mea autem, qui videor monachus, & Jerosolymita (sic solebat, Athanasio teste *x*, ad se ventitantes curiosè Babylonios, pietatis caussa, cognominare Jerosolymitanos) peccata certè occulta sunt, nomine & habitu monachi adumbrata, & idcirco necesse erit subtili ea investigare discursione, & quasi admotis lucernis, de tenebris in lucem prodi, &c. Verendum valde (subdit citato loco isto) quum ad hoc ventum fuerit, ne sub tam subtili examine multæ justitiæ, (ut putantur) peccata appareant, &c. Judicabo proinde mala mea, judicabo & bona: mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrymis, punire jejuniis, ceterisque sanctæ laboribus disciplinæ. In bonis de me humiliter sentiam, & juxta præceptum Domini, *servum me inutilem* reputabo *y* &c. Lectu dignus sermo totus. Idem quadam Epistola *z* sic argumentatur. Si justitias judicabit Deus, quanto magis injurias? & in alia *a*. Quid faciet de injustis judiciis, qui ipsas quoque justitias judicabit? Funiculos Deus adhibet, calamos, stateras, trutinas, & *ponderatorem spiritum* dimetitur *b*, ac ponderat *ponderc sanctuarii* c opera nostra. Unde illi dictum est: *Thecel*, id est, *appensus es in statera* d, *& inventus es minus habens*. *Colat filios Levi* e, hoc est, inquit Hugo, bonos, qui sunt filii gratiæ, quia *Levi* additamentum interpretatur, & gratia additur naturalibus.

Vers. 4.) Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmavi columnas ejus.

NUnc ait Deus, vel Christus, qui adhuc loquitur, terribilis adventus, præsentiæ judicii mei affectus erit ut vel *respiciens terram, faciam illam tremere* f, *aspiciens dissolvam gentes* g, cunctos habitantes in terra una cum terra omni destituam virtute, ac examen: quod propterea mihi facere difficile non est, quia *molem terræ ipse appendi, & fundamenta ipsius* h, ac veluti columnis stabilivi quas mihi promptum concutere cum voluero, atque funditus evertere.

Mysticè ad Christi adventum refertur primum, quando in omnia mortales vitia diffluebant, ipse autem per dilectos Apostolos ædificium Ecclesiæ sustentavit, quos appellat Paulus fundamentum *i*, columnasque k ejusdem. Commodius tamen fortassis mystico quoque sensu, exponetur hic locus de secundo adventu, non solum, ut

Sensus loci.

Mysticus sensus.

a Greg. cont. Rufin. qui est 33.
b Eccl. 38. 25.
c Ps. 1. 3.
d Eccl. 3. 14.
e Eph. 5. 16
f 2. Cor. 6. 2.
g 1. Cor. 4. 5.
h Ps. 101. 14.
i Joan. 9. 4.
k Apoc. 6. 11.
l Apoc. 19. 15
m Luc. 19. 15
n Ser. 55. in Cant.
o Soph. 1. 12
p Esai. 64. 6
q 9. l. 210. 5.
r vers. 28.
s Ps. 142. 2.
t 1. Pet. 4. 18
u ser. 55. in Cant.
x in vita Antonii.
y Luc. 17. 10
z Epist. 137
a Epist. 1.
b Prov. 16. 2.
c Lev. 27. 25
d Dan. 5. 27
e Mal. 3. 8.
f Ps. 103. 32.
g Abac. 3. 6.
h Prov. 8. 29. Esa. 40. 20.
i Eph. 2. 20.
k Gal. 2. 9.
a Gal. 6. 10.
b 1. Cor. 11. 31.
y 5. in Io. c. 24.
z c. 8. 25.
Phrases scripturæ
x Ps. 71. 2.
Justitiæ pro misericordiis.
u Matt. 25. 34. & seq.
x Jacobi 2. 13.
Tropologia
c Ser. 20. in Joan.
d Thren. 1. 15.
e c. 21. 25.
f vers. 16.
g c. 7. 12.
h c. 27. 7.
i c. 60. 22.
k c. 1. 57.
l Gal. 4. 4.
m Joan. 2. 4
n Luc. 22. 53
o Ioa. 7. 6. 8.
p Io. 7. 30.
Dies Dom. de judicii die absolute.
q in c. 2 Act.
r in Soph. c. 1. num. 29.
s vers. 2.

ut dictum est, sed etiam ita ut tunc omnes terreni homines contremiscant & *arescant præ timore* a, sed justos confirmet Christus, atq; stabiliat ne deficiant, quum & ipsi corruituri essent, nisi sustentarentur à Christo, qui jubet eo tempore *respicere, & levare capita sua, quoniam appropinquabit redemtio ipsorum* b. Hi sensus mystici latent sub litterali de Chaldæorum futuro excidio, qui captivos tenebant Hebræos, & ne justi quidam quasi columnæ terræ, vacillent, ac timeant, quales eo tempore Zorobabel, Jesus Sacerdos, Esdras, Zacharias, Aggæus, Nehemias, &c. Vel in genere docet Propheta liquefactam, ac devastatam terram Israel propter peccata Regum, Principium, Judicum, sacerdotum, & idcirco abductos hos cum reliquis in captivitatem, sed suscitandos alios justos, qui eamdem terram instar columnarum sustentent. Etenim *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam* c. Meminit Euthymius quosdam exponere, *liquefactam terram*, esse, Jerusalem à Romanis vastatam; *columnas*, Apostolus illinc (idest, ex Judæa, seu Galilæa) oriundos, aut illinc missos in totum orbem: aut quia Jerusalem, illiusque habitaturos post eam cladem erant *deinceps* fidei columnis rursus confirmandi.

a Luc. 21. 26

b vers. 28.

c Prov. 29. 4

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.) Hieronymus in futuro, *dissolvetur terra cum omnibus habitatoribus suis*. At verbum, *dissoluti sunt, aut liquescunt terræ, & omnes habitatores ejus*, ita ut verbum plurale non præcisè jungatur nomini singulari *terra* (quamvis id interdum fiat) sed simul etiam habitatoribus. Paraphrastes utrobique de habitatoribus explicat, *liquefacti sunt incolæ terræ, & omnis habitator ejus*. Eodem pacto Apollinarius:

πασιν ἅμα ναίτησιν ἰοῖς κατετήκετο γαῖα,
Omnibus simul incolis suis tabescit terra.

Alia Latina Psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus, *& omnes habitantes in ea*. Augustinus vero etiam, *defluxit terra*. *Liquefactione* scripturæ solent acerbissimam exprimere calamitatem, pavorem, dolorem, ficut & igne vel ardore, quo fit. *Pertimuit q; cor populi, & instar aquæ liquefactum est* d: *anima mea liquefacta est, ut loquutus est* e, *factum est cor meum tamquam cera liquescens* f: *cœli sicut fumus liquescent* g: *montes à fundamentis movebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescunt ante faciem tuam* h: *montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra* i: *consumentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera à facie ignis, & sicut aqua, quæ decurrunt in præceps* k. Occurrit jam quoque prius comparatio ex fluente & liquefacta terra psalmo 57. *l* & 67. *m*.

d Jos. 7. 5.
e Cant. 5. 6.
f Ps. 21. 15.
g Esa. 51. 6.
h Jud. 16. 18
i Ps. 96. 5.
k Mich. 1. 4.
l vers. 9.
m vers. 3.

Mystice innuit hic locus vel in primo Christi adventu, fluxa & depravata, aut quæ obdurata erant mollienda hominum corda *n instar ceræ* o, atque *ut incaluerint, solvenda de loco suo* p, vel in secundo magna fore trepidationem, commutationemque in pejus, tamquam ab igne persecutionis, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi vixque *inveniat veniens filius hominis fidem in terra* q: *& cœlos ipsos magnos impetu transituros, elementa vero calore solvenda, terram autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurenda, & hæc omnia dissolvenda* r. Notat Hugo quædam numquam liquefieri, ut lateres; aliqua tardè, ut ferrum, æsque, nonnulla citò & utiliter ut aurum: alia citius, sed parum utiliter, ut plumbum: omnium citissimè & cum damno, argentum vivum, denique manna non potuisse ab igne exterminari, statim tamen ab exiguo Solis radio calefactum *s* tabuisse. Quæ rerum diversa genera transferri ad mores, cordiumque humanorum differentes formas commodè possunt. *Cor durum male habebit in die novissimo* t, *quod induratur quasi lapis* u, *& coagulatur sicut lac* x. Solvitur gelu, glacies, nix, pruina, nec tamen concipiunt formam novam, sed cera: at hæc ipsa, quam habet facilè amittit, non autem metallum. Legatur Grevæus *y*. *Anima liquefactionem* sponsæ *z* vocat Hebræus textus Græcusque *exitum*, utuntur enim verbo יצאה *iatseah* & ἐξῆλθεν, & significant *defectum ac deliquium, excessum, & extasim* ad alienationem, & extra se positionem. Vis hæc tanta divini verbi, multo profecto major, quam Socratis, quo Me non audito veluti præstigiis in cantationibusq; perturbatum atq; tamquam trepidinis tactu stupefactum

n Mystica interpretatio.
o Ps. 21. 15.
p Job. 6. 17.
q Luc. 18. 8.
r 2. Pet. 3. 10 11.
Quæ citius, quę tardius quæ nun. quam liquefiant.
s Sap. 16. 22. Exod. 16. 21
t Eccl. 3. 17.
u Job 41. 15.
x Ps. 118. 70.
y Jer. 1. 3.
z Cor. 5. 6.
Socratis in dicendo vis.

se dicebat *a*, aut quam amoris, quo Daphnidem venificam optabat liquefieri, adhibens imaginem cretaceam, & ceream.

a Plato in Menon.

b Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit,
Uno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.

b Virgil. Ecl. 6. ex Theor. Idyll. 2.

Meminit verò laneæ quoque imaginis cum cerea, alter poeta *c*.

c Hor. l. 1. Sat. 2.

Lanea & effigies erat, altera cerea.

Plura nostri in Virgilium Ponthanus, & Cerda. De vehementia divini amoris locum Cantici declarat Gregorius *d*, ita ut mens in lacrymas largas colliquescat. Omnis homo suam sibi ceram, & in cera mel fabricat, non potest hæc igni resistere, sed pabulum ejus est. Refert, sacer sit, hic, an profanus ignis, castus, honestus, divinus, an impudicus, turpis, diabolicus: molis cera excipit quam libet, nullo negotio, imaginem aut Cæsaris, diabolive, aut Dei. Sub cera; ut & sub nive latere sordidæ res possunt; hæ res apparent, quum illæ liquescunt: similiter existunt aliæ pulchræ, elegantes, solidæ, quæ discerni prius nequibant. Egregium judicii futuri Symbolum, quando *justitia Sol* B Christus *e*, radiis præsentiæ, atque sententiæ suæ cuncta opera hominum in apertum producet.

d in Cant. c. 5. & hom. 25. in Evang.

Egregium judicii futuri Symbolum.

e Mal. 4. 2.

Ego confirmavi columnas ejus.) Hieronymus, *appendi:* alii, *fixi, disposui, summa arte stabilivi*, &c. quamvis Hebræum verbum sit futuri temporis תבנתי *thicanthi*, sed pro præterito. Sensus litteralis est, etiamsi dissiliat terra ipsa, restituam ipsam in meliorem statum. Vel, qui terram ipsam fundavi, potero cunctos habitatores cum eadem dissipare, multò magis hostes populi mei, & iterum confirmare populum meum. Ambrosius *f* hac dicendi forma docet non significari terram columnis subnixam, sed ea virtute, quæ sufulciat substantiam terræ, atque sustineat. Probat id pluribus, & nos jam alibi ostendimus. Sic item Hieronymus *g* intelligo, scribentem, præsenti citato loco profundis terrarum quasi vectibus & columnis, Dei voluntate globum terræ sustentari nulli dubium esse. Inde vero etiam confirmari potest, immobilem esse terram.

Sensus litteralis.

f 1. Hexam. c. 6.

g in c. 2. Jon. Immobilitas terræ unde confirmari potest.

Sensu mystico, *columnis* dixi designari principes viros, aut justos, quibus adde Prædicatores. Apostolos ita cognominatos à Paulo *h* docui (ostendit id vero etiam Ambrosius *i*, Cyrillus Alexandrinus *k*. Procopius *l*, dicuntque duo ultimi, hac in re similes esse Christo adumbrato per columnam nubis & ignis) qui Ecclesiam quoque *columnam* vocat *m*. *Vicentem* promittit Christus facturum se *columnam in templo Dei, ut foras non egrediatur amplius n*. Deus Jeremiæ dicit, quod eum *dederit in columnam ferream, super omnem terram Regibus Judæ, principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ o*. Duplex celebrior Templi columna *Booz & Jachin p*, fortitudinem, seu virtutem ac præparationem, seu firmitatem significant, tum in bene agendo, tum in mala patiendo: earumdem longitudo longanimitas est, gracilitas, paupertas: planities amotio scrupulorum: rotunditas, æternorum contemplatio: retiacula, prædicatio & doctrina: malogranata, operatio. Materia ex ære indicat firmitatem in bonis operibus: rectitudo, intentionem: altitudo, contemplationem: quod erant strictæ, seu excavatæ, mortificationem, atque humilitatem: duo capitella totidem testamenta, quorum meditationi, & observationi subdamur secundùm corpus, & animam: species catenarum, retisve similitudo in capitellis varietatem virtutum, variumque ordinem Sanctorum: malogranata, custodiam internarum virtutum, & concordiam charitatis: definentia in lilii florem capitella, beatitudinis amœnitatem. Legendus Beda *q*? *Septem columnæ excisæ r* innuunt universitatem justorum (quia *septem* pro multis ponitur, & sexaginta tabernaculi Mosis columnæ numerantur) qui tribulationibus perficiuntur: vel præciso illo numero insinuantur: septem dona Spiritus sancti. Ayguanus materias columnarum collectas ex scriptura ingeniose accommodat ad illa dona: *columnam nubis s*, ad donum timoris: *auream t* ad donum pietatis *argenteam u*, ad donum scientiæ: *ferream* x, ad donum fortitudinis: *æreum* ad donum consilii: *marmoream*, ad *z* donum intellectus: *columnam pacis & requiei a* (quæ tamen propriè materia non est) ad domum sapientiæ. Priora illa alia, quæ attuli, attinguntur ab Hugone. Beatus Thomas prologo

h Gal. 1. 9.
i 1. de interpel. Job c. 5.
k 12. in Jon. c. 54. & 3. de sacrat. in spiritu.
l in Exp. pag. 258.
m 1. Tim. 3. 15.
n Apoc. 3. 12
o Jer. 1. 18.
Templi Jerosolymitani columnarum significationes.
p 3. Reg. 7. 21 2. Paral. 3. & c. 4.
q Tom. 8. de Templo Salo. c. 18.
r Prov. 9. 1. Ingeniosa Ayguani accommodatio.
s 2. Esdr. 9. 22.
t Eccl. 26. 23
u Conc. 10.
x Jer. 1. [18.
y Jud. 20. 40.
z Gen. 5. 15
a Eccl. 36. 26. &c.

logo in epistolam ad Ephesios, tractat eamdem istam sententiam, demonstrans proprium esse Apostoli confirmare alios, ne vacillent in fide; sicut artifex confirmat ædificium ne cadat, id Petro commendatum *a*, juxta illud etiam *b*, *vacillantes confirmaverunt sermones tui*: item ne inaniter timeant, sicut Episcopus confirmat oleo sancto ungens, *manu sua auxilians, brachioq; confortans, ne proficiat inimicus* c. Item ut donum gratiæ à DEO concessum deinceps non auferatur; eo modo quo princeps, aut prælatus confirmat dona sua, sic Deum *confirmare in conspectu suo in æternum* d, & *verbo suo firmare cœlos* e, & orari, ut confirmet *quod operatus est* f: columnas esse fideles, quia debent, esse recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem, ad similitudinem *columnæ nubis* g, quia fides sicut illa habet obscuritatem ænigmatis, dissolutionem, quatenus evacuatur, humiditatem, excitando devotionem; ad similitudinem *columnæ fumi* h, quia spes, quemadmodum fumus, ex igne provenit charitatis (viva nempe spes ac fiducia; potest namque sine charitate spes esse) & in altum ascendit, ac tandem in fine deficit, nimirum in gloria; ad similitudinem *columnæ ignis* i, quia sicut ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic illa illuminat opera, examinat intentionem, omnia vitia exterminat: fulcitur bono Rege & Principe tamquam basi Respublica tum Ecclesiasticatum politica, ut idcirco quod alias monui, & notat Gregorius k βασιλεύς, quasi βάσις λαῦ, *basis populi*, sit dictus. Quo enim subjectorum suorum onera tolerat, eo quasi superpositam, inquit, columnam basis portat, Tractat illud Job *l*, *sub quo curvantur qui portant orbem*. Alligatus est columnæ Christus in sua flagellatione, ut columnæ vacillanti firmissima ipse columna cohæreret, atque suomet sanguine constabiliret. Nec alia crucis, quam columnæ ratio fuit, cui voluit infingi. Quamdiu stetit in Sodomis Loth, non corruerunt *m*: Mose absente tamquam columna substracta, cecidit magna ruina in idolatriam populus *n*. Ecclesiæ, quæ *columna est firmamentumq; veritatis* o, is columna est, cui dicitur *p*, *non deficiet fides tua*, &, *confirma fratres tuos*. Nutavit Petrus in passione, & nonnihil quoque Apostoli alii; confirmati autem sunt in resurrectione, ac deinceps in gratia constabiliti, saltem post acceptum in Pentecoste Spiritum sanctum, ut hunc videtur locum intellexisse Cyrill. Alexandrin. *q*. Sexaginta tabernaculi Mosis columnæ de lignis Setim, vestitæ laminis argenteis, capitibus argenteis, basibus æneis, denotabant sanctis invictam in adversis patientiam æris instar esse debere, ac tumorem Dei, quo stabiliantur: præterea præceptis se divinis supponere, ab omni corruptione peccati abstinere, meditatione, atq; sermone de rebus divinis ornari. Ricardus S. Victoris *r*, requirit in nobis columnæ firmitatem per fidem; ut recti simus per æquitatem, ut erecti per intentionem, ut sublimes per contemplationem, ut sustentemus alios verbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis. Tandem, ut concludamus hanc sive allegoriam, sive tropologiam, Ambrosii nos tolari sententia debet, scribentis, non Apostolos dumtaxat, & nominatim Petrum, Jacobum, Joannem, Barnabam esse *columnas Ecclesiæ* t: sed & quicumque vicerit hoc sæculum, *fieri columnam Dei* u, quam confirmat qui dicit *x*, *ego confirmavi columnas ejus, basim auream columnæ marmoreæ* y esse timorem plenum disciplinæ; quia *initium Sapientiæ* z est, & ei Esaias *a* subjecit dona cetera: sic demum statui eloquium Dei in timore ejus, & tamquam super basim aurea *n*, columnam firmari, & esse Christi eloquio Apostolicoque sermoni velut tribunal timorem justi.

Porro in fine est סלה *selah*, & διάψαλμα, de quo alias.

Apostoli proprium officium.
a Luc. 22. 32.
b Joh 4. 4.
c ps. 88. 23.
d ps. 40. 13.
e ps. 32. 6.
f ps. 67. 29.
g Exod. 13. 21.
h Judic. 20.
i Sap. 18. 3.
k 5. mor. ca. 10. vel 13. Βασιλεὺς
l cap. 9. 28.
m Gen. 19. toto.
n Exod. 12. 1. & seqq. 32.
o 1. Tim. 3. 15.
p Luc. 22. 32.
q 1. de ador. in spiritu.
Tabernaculi Mosis columnæ sexaginta quid denotarent.
x in Can. c. 3
1 in ps. 118. ser. 5.
r Gal. 2. 9.
u Apoc. 3. 12
x ps. 24. 2.
y Cant. 5. 25
z ps. 110. 20
a eap. 11. 3.

Vers. 5.) Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu.

Vers. 6.) Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Sensus loci.

QUum considerat Propheta subinde quãta sit in vindicando potentia Dei, quam exercuit aliquando. & exhibiturum prævideret contra populi sui hostes; maximè Chaldæos, & ad extremum multo magis insigniter in die judicii, ait se sæpius monere solitum fuisse impios plane vecordes ac stultos, vel certè ad absentes tamquam ad præsentes sic locutum, sibi ut caverent, atq; finem deniq; iniquè agendi facerent: cessarent præterea ab inani & stolida gloriatione, atq; jactatione, & insolenti victis exprobratione, à nimia fiducia, & præsumptione, tamquam surrecto cornu in viribus, & potentia sua: abstinerent à procacia, blasphemiaq; verborum in Deum appellantes videlicet aut ignarum, & improvidum, aut impotentem, non amplius *multiplicarent loqui sublimia gloriantes, quia DEUS scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes* b.

Mysticè ista oratio Christi esse dicitur, ad liquefactam corruptamq; peccatis terram, per Apostolos, Apostolicosque Prædicatores, qui confirmati confirment illam, peccatores ad pœnitentiam reducant, ne in peccatis perseverent, eaq; etiam superbè defendant, & excusent, contraque Deum ipsum obmurmurent.

b 1. Reg. 2. 3
Mystica expositio.

Dixi iniquis.) Hieronymus, *iniquè agentibus*. Alii, *insanis, insipientibus, stultis*. Hoc significat חוללים *holelim*, & *gloriantes, sese alta voce extollentes, & laudantes*. In ps. 5. *c* credidit Interpres *malignos*, in 72. *d* iterum, *iniquos*. Hoc loco Paraphrastes exponit *subsannatores* מתלעבין *mithlahhauin*. Sunt παρανομοῦντες *prævaricatores legis*. Conveniunt omnia iniquis, & insolescentibus, ac superbis hostibus.

c vers 6.
d vers. 3.
Παρανομοῦντες.

Nolite inique agere.) Augustinus, *facere*. Alii, *ne insanitatis, stultè agatis, ad insaniam usq; ineptiatis*, &c. Et hæc valet לא תחבלן אל *al thaholu* quod etiam explicat Paraphrastes, *ne subsannetis aut derideatis* לא תתעבין *lo tithlahhauun*, Græcè μὴ παρανομεῖτε, *ne prævaricemini legem*. Solet autem noster interpres negationis loco ante verba præponere verbum *nolendi*. Unde nonnulli pro arbitrii libertate argumentum sumunt, ut alias monui. Insanit, ac stulteseit omnis improbus. Omnis insanit, ex Stoicorum sententia *e*, omnis stultus insanit ut malè olet omne cœnum *f*, præsertim si commoveas. Ipsimet se improbi vel serò tandem *insensatos* fuisse deprehendent, ac nominabunt, nec nisi ex insano capite prodiisse sententiam, qua hic proborum *vitam judicabunt insaniam* g. Quos Latinè legimus in Ezechiele h *incredulos & subversores*, textus Græcus explanat per verba παροιστρήσουσι, καὶ ἐκστήσονται, *insanient tamquam æstro perciti, & congregabuntur*. Hebræum primum vocabulum est סוּבִים *sarauim, renuentes, declinantes, rebellantes, contumaces, immorigeri, intractabiles, præcipites*: alterum סלוֹנִים *salonim*, quasi dicas *spinas & spinosos*.

c Cic. Tusc. 3
idem Tusc. 4.
g Sap. 4. 4
h eap. 6.

Et delinquentibus, nolite exaltare cornu.) Hieronym. *impiis*, qui dicuntur Hebraicè רשעים *resciahhim*, Græcè ἁμαρτάνοντες, quod cum priore tynonymum esse Euthymius docet. Chald. אוזלא *bezozaja*, *Prædicatores*, quamvis in textu Nebiensis sit idem nomen, quod in Hebræo. Hoc moneo propter eos *i*, qui per *delinquentes* intelligi volunt derelinquentes, & omittendo peccantes. *Exaltationem cornu* Latini fere omnes hoc loco, prætereaque Gregorius k, obfirmatam ac superbam defensionem peccati, interpretantur. Cornu quippe delinquentes, inquit Gregorius, exaltant, si nequaquam se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant.

i Hugo Car. k 3. p. Post admon. 31.

De metaphora *exaltationis cornuum* alias egimus *l*, & satis sæpe occurrit. Ducitur à tauris, aliisve cornutis animalibus, quæ strenuè cornibus, ut notat Euthymius, certare solent, & illorum ornamento gloriari. De varia notione *cornu* differit Pintus *m*, & Salmeron *n*, & ex veteribus Cyrillus Alexandr. *o* Proprium superbia vitium potentis ac divitis est, ut idcirco præcipi velit eis Paulus p, *non sublime sapere*: & *oderit* valde Sapiens q *pauperem superbum*, (quem potius decet humilitas, & modestia) sicut *divitem mendacem, senemq; fatuum, & insensatum*. Non decet, ait ille *r*, superbum esse hominem servum. Quatuor cornua de quibus Zacharias *s*, totidem sunt præcipuè perturbationes animi, ut placet Hieronymo *t*, gaudium, timor, spes, sive cupiditas, aut desiderium. Bovem, qui cornu percussisset virum, aut mulierem, & mortu fuissent lex obrui lapidibus jubebat, vetabatque carnes ejus comedi: talis qui verbo aut exemplo ferit, aut ad peccatum allicit. Fabros quatuor qui deterant cornua virtutes quatuor cardinales idem Hieron. exponit. Ri-

l ps. 17. 3. ps. 21. 22. ps. 43. 6.
m in c. 2. n to 3. cr. 19.
Superbia proprium vitium potentis ac divitis.
o in cap. 3. Abac. 4. & in c. 1. Zach. n. 10.
p 1. Tim. 6. 17.
q Eccl. 25. 3. 4.
Non decet superbum esse, hominem servii.
r Plaut. in Asinaria.
s c. 1. 13.
t ibidem.

ber-

bera contra gaudium, pœnitentiam, mortificationem, seu abnegationem sui, contra dolorem, contra timorem, patientiam, contra spem, contemtum sæculi. Hoc est, quod postea dicitur, *cornua peccatorum confringam*.

Nolite extollere in altum cornu vestrum.) Paraphrastes, *gloriam vestram*, איקרון *ikarchon*: & sic potuit etiam verti priore membro pro *cornu*, quia erat etiam קר אי *ikar*, & tamen hic translatio Latina ex Chaldæo habet *gloriam* ibi *cornu*. Repetitio valet ad contestationis confirmationem, augetque præcedentem orationem additio duarum vocum (*in altum*, εἰ ὕψος למרום *lammas rom*) ac potest nomine *alti*, Deus ipse intelligi, contra quem superbia maximè pugnat, quemadmod. m psal. 72 a. *Iniquitatem in excelso locuti sunt*; τὸ ὕψος ממרום *mimmaron de excelso*. *Agni* cornua tribuuntur Christo b & *rhinocerotis* c, *cornu* etiam *salutis* d, denique sub typo Mosis e, cornu splendoris in facie: *justi cornua* quædam nominantur in fine istius psalmi, quæ scilicet *exaltentur* in beneplacito Dei f & *in gloria* g. Peculiariter in Ecclesia prælati sunt cornua ipsius, sive capitis ejus Christi, quod in illa sublimatur h, in cujus rei argumentum mitræ cornua duo sunt. Cornua demum sunt Crucis, quæ fuerunt in manibus Christi i, de quibus hæsit ipse tamquam aries k, & erant sicut in altari quatuor l. Mala cornua impiorum sunt tyrannorum, dæmonum, *assumentium sibi illa in fortitudine sua* m, & similia non totum illis quatuor, de quibus ante meminimus ex Zachar. n, verùm etiam ferreis, aquæ sibi fecit pseudopropheta o, & quod hircus gestabat super oculos p, & *decem cum totidem diadematibus* q, & illi modico, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & faciens bellum contra Sanctos, & prævalens eis r Legatur non contemnendi nominis auctor Petrus Berchorius in Dictionario *f*.

Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.) Hieronymus absque negatione, quæ etiam Hebraicè non exprimitur & resolvens verbum in participium, sic vertit velut continuatam cum præcedentibus sententiam (*loquentes in cervice vetere*.) Id Trevetus velut Hebræo populo dictum interpretatur, qui jam olim appellatus est *dura cervicis & indomabilis* s. Alii supplentes negationem, & futurum vertentes, ut sæpe in imperativum, reddunt, *neque loquamini collo duro, pingui, forti, præfracto, erecto*, vel, *ne loquamini collo pingue*, nempe, verbum, ideſt, gutture quodammodo inflato, ut solent superbi tali loqui gestu, verbum durum, contumax, contumeliosum, elatum, sine bonum, vetus, ideſt, tamquam auctoritate plenum, quam sibi arrogant senes, severum, morosum, carpens ac reprehendens; est enim senex *u difficilis, querulus, censor castigatorque minorum*. Hebræa sunt תרגרו בצור עתק *thedabberu betsauuar hhatak*. Vertentur LXX. suppleta, διὰ τοῦτο, negatione, legisse נצור *betsor*, ut sit (ב) *be*, præpositio *in*, significans quandoque idemquod *adversus, contra*, & similia. צור *sor fortis*. & unum de Dei epithetis, denique ipse Est autem עתק *hhatak durum quid, grave, crassum, forte, tumidum, densum*, & similia prius dicta, tum etiam *vetus, & antiquum*. Sic in Annæ Cantico x, post illa, *nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes*, subditur, *recedant vetera de ore vestro*. Hebraicè in singulari עתק *hhatak*, quod R. Kimhi exponit בגר חזק *dauar chazah, verbum durum*. In Psalmo Jo. y eadem vox expositа est per *iniquitatem* ubi Hieronym. pluraliter, *dura*: & in 30. z, quo loco idem in singulari, *antiquum*. In Proverbiis a pro *opibus superbis* extat הון עתר *hon hhatak*, & possent dici *veteres*, utrumque in bonam partem. Non est necessaria illa de alia lectione conjectura, qua Lxx. sint usi, quamque Richardus Cenomanus approbat, sed quod non raro faciunt, de sensu magis, quam de verbis, laboraverunt. Quare qui collo, & cervice, juxta vim Hebræi textus, loquuntur erecta, turgida, &c. quasique excusso, ejectoque jugo Dei, *loqui contra Deum inique*, sunt interpretati. Sic Genebrardus, qui addit, *collo loqui* idem esse, quod collo uno, scilicet eodem consensu, sicut vel ore, vel humero b.

Iniquitatem, quam *loqui* vetat Propheta *adversùs Deum*, vel ipsemet Deus, Christusve, de seipso loquens, in tertia persona, dixi plurimos intelligere de defensione & excusatione propriorum peccatorum. Potest etiam esse superbia, cum qua Judæi loquebantur Christo, jactantes se *habere Deum* c & *Abraham* d, *nec natos ex fornicatione* e, *nec ulli umquam servisse* f. Hi præterea *loquuntur iniquitatem adversus Deum*, qui apud eum iniquitatem dicunt esse g, qui præcepta ejus gravia, & impossibilia h, qui peccati auctorem, qui *nostra non considerantem* i, qui impotentem, qui quærunt ubi est promissio, aut adventus ejus, *ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant sicut à principio creaturæ* k: qui jactant, *percussimus fœdus eum morte, cum inferno fecimus pactum, flagellum inundas quum transierit, non transibit fines nostros*, qui denique his alia similia vomunt, blasphemantes in contemtum Dei, divinique imminentis judicii.

Vers. 7.) Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus.

Vers. 8.) Quoniam Deus judex est.
Hunc humiliat, & hunc exaltat.

BUT deprimat fastum superbientium, dejiciat erigentium cornu, refellat iniquos, ac stultos presumentium de se, propriisque viribus, Deo contemto, sermones, ait, vel Deus sive Christus de seipso, vel de illo propheta, nihil esse ullo loco, nec in Oriente, nec in Occidente, nec in Austro, ubi sunt deserta montuosa, proindeque nec in opposito Aquilone, quod revera solidè, absolutè magnum efficere quemquam possit, nullum uspiam quasi emporium dignitatis, & potentæ, est, quia hoc solus conferre, omnium judex ac dominus potest Deus, proque sapientia sua & æquitate, non pro sola, quemadmodum Tyranni l, libidine ac voluntate, hunc quidem humiliare, illum autem in altum erigere, non in futuro dumtaxat, sed & in præsenti sæculo. Est simul sensus Græcis, æquè ac Latinis sanis communis, nulla cuiquam ex parte mundi effugium à Deo esse posse, non esse qui quòquam ire valeat *a spiritu Dei, aut à facie illius fugere, sive ascendat in cœlum, sive descendat in infernum sive habitet in extremis* C *maris* m, *oculos Domini multo plus lucidiores esse super solem circumspicientes vias hominum, & profundum abyssi; & hominum corda intuentes in absconditas partes* n, *aurem zeli audire omnia, & tumulum murmurationum non abscondi ab ea* o.

Pertinet ad allegoriam humiliatio superbi Judæi, exaltatio humilis Gentilis, & ex allegoria fiet tropologia si ad utriusvis generis quoslibet sententiam extendas. Nisi malis litteralem hunc quoque sensum affirmare. Gregorius p hunc quoque cum aliis locum de inevitabili explicans providentia & potentia Dei, eleganter comparat cum circulo q, & falce, quibus cuncta circumplectatur, & incidendo circumdet; ita ut potestas superni judicii nullatenus evitari possit, quolibet quis fugere conetur. Citat quoque indicatum psal. 138. De nostro autem isto loco ita scribit; *quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus*, subaudi, patet via fugiendi: atque mox ipsam supernæ potentiæ omnimodam comprehensionem, (quam ipse Gregorius, ut dixi. similem facit circulo falcique) subdens ait, *Quoniam Deus judex est*. ac si diceret, fugiendi via undique deest, quia ille judicat, qui ubique est.

D *Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; à desertis montibus*) Oriens Hebraicè dicitur hoc loco מוצא *motsa*, exitus seu egressus, & Græcè pluraliter ἐξοδοι: sicut ps. 18 r. *A summo cœlo egressio*, ejus מוצאו *motsao* ἔξοδος αὐτοῦ, vertit ultima verba Hieronymus, *à solitudine montium*. Alii ultima etiam verba, *neq; ab Aquilone exaltatio*, nempe venit, vel, *neq; à deserto exaltatio est*: vel, *non à deserto*, aut *à monibus*, scilicet, aderit qui defendat: vel, *neque ab Austro exaltatio*, ideſt, cuiquam continget, quod magnum reddere solide possit illum. Paraphrastes: *quoniam non est alius præter me ab Oriente usque ad Occidentem, a Septentrione domo deserti, & ab Austro loco montium*. In textu Hebræo supplenda est negatio ante ומרפרב *umimmahhbarau*, nempe לא *velo & non ab Occidente*: loco autem ultimorum verborum, *neque à desertis montibus*, est לא ממרבר הרים *velo mimmidbar harim*. Ubi *midbar* est numeri singularis, & ab Hieronymo redditur, ut dixi, nomine *solitudinis*. Ultimum vocabulum ab הר *har*, in plurali significat *montes*, & ut sit desertum mon-

---

a *vers.* 8.
b *Apoc.* 5. 6.
c *Deut.* 33. 17.
d *Luc.* 1. 69.
e *Exod.* 34. 29. 30.
f *vers. ult.*
g *ff.* 111. 9.
h 1. *Reg.* 2. 10.
Mitræ cornua duo unde.
i *Aba* 3. 4.
k *Gen.* 21. 13
l *Exod.* 29. & 30.
m *Amos* 6. 13.
n *Zac.* 12. 13.
o 1. *Reg.* 22 11.
p *Dan* 8. 5.
q *Apoc.* 13 1
r *Dan* 8. 7
Interp. Cor. Ma.
s *Exod* 32. 9
t *Horat. in Arte.*
x 2. *Reg.* 2. 3
y *vers.* 19.
z *vers.* 4.
a *Pr*, 8. 10.
b *Soph.* 3. 9.
c *Joan*, 8. 11.
d *vers.* 39.
e *vers.* 41.
f *vers.* 33.
g *Rom.* 3. 5.
h 1. *Joan.* 5. 3.
i *Job.* 22. 14.
k 2. *Pet.* 3. 4
Esa. 28. 15.
l *Dan.* 5. 19.
m *ps.* 138. 7. 8. 9.
n *Eccl.* 23. 28.
o *Sap.* 1. 10.
p 33. *moral.* c. 10. *vel.* 13. qui *Job.* 40. 21 *Esa.* 37. 29.
q *Job.* 40. 21
r *vers.* 7.
Allegoria.
A Deo judice fugiendi via undique deest quia ubiq; est qui judicat.

montium idem quod deserti montes. Per hoc autem desertum montium, monteve desertos Campensi, & Trevetus Austrum: Vatablus ac Genebrardus (nominans Arabiæ deserta, & Petræ solitudines Meridiem, quod idem est. Alii Aquilonem interpretantur. Agellius utramque terræ partem, montosam scilicet, & ad Septentrionem vergit, & quæ ad Austrum, quia sicut Boreales partes propter magnitudinem frigoris habitari non possunt, sic Australes æstu nimio desertæ sunt. Qui sunt interpretati exaltationem in הרים *harim* litteram primam servilem agnoverunt, & infinitivum in hiphil ex themate רום *rum*, pro nomine sumserunt. Nomen הרים *harim* significans *montes*, retinendum.

Deserti nomine meridionalis extrema pars magis torrida, sed & magis frigida Borealis intelligenda, sub polis utraque ut indicant Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, Bruno Carthusianus, quia Occidentalis, & Orientalis magis temperatæ sunt, ex illis autem quoniam steriliores sunt, prodeunt, ac evocantur sæpius anxilia & milites. In oratione ista ecliptica, & aposiopesim continente, subaudire oportet quidpiam ex his, quæ dicta sunt: nimirum ex nulla orbis parte sperari posse liberationem, evasionem, auxilium, aut non alium esse, qui juvare & exaltare possit, indeve venire ad opem ferendam, præter unum Deum: nihil uspiam latere illum posse. Hic unus Deus monet ut videamus, quòd *ipse sit solus, & non sit alius Deus præter eum, quodque ipse sit, qui occidat & vivere faciat, nec sit qui de manu illius possit eruere a.* Esaias *b* præterea, *quod facietis*, inquit, *in die visitationis & calamitatis de longè venientis, ad cujus confugietis auxilium?* Alium Euthymius adit sensum, qui proprior videtur mystico, quàm litterali, gloriam ac divitias, hisque contraria non esse nobis ab astrorum ortu, vel occasu, ut asserunt Astrologi, quinimmò nec à dæmonibus, qui velut deserti montes, sunt steriles, & montium instar elati; sed justo DEI judicio cuncta dispensari.

Secundùm allegoriam de Gentium conversionem, Michæam *c* interpretando, deprehendemus dicendi formulam nostræ aliqua in parte similem, *in die illa*, inquit, *& usque; ad te veniet Assur, & usque ad civitates munitas, & ad civitatibus munitis usque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.* Ubi *munita civitates*, religiosam vitam agentes Apostolos ac primos discipulos designant, qui doctrina sua converterunt multos, usque ad Orientem, significatum flumine *Jordane*; quia pars terræ promissæ Orientalis erat; *ad mare de mari*, idest, ab Oriente ad Occidentem: *ad montem de monte*: hoc est, à desertis montibus in fine terræ habitabilis, usque ad montes desertos in extrema terra habitabili, ad meridiem. Sic Ribera noster *.

Accommodatitiè Hugo explicat moneri superbos, ne extollantur, neque ab Oriente nobilitatis, neque ab Occidente contemtus mortis, quo strenuus gloriatur miles: neque à desertis montibus sanctitatis & abstinentiæ: vel, neque ab Oriente inchoantis vitæ, neque ab Occidente finientis, neque à desertis montibus in termedii spatii. Cassiodorus, & ex eodem Glossa ordinaria, & Ayguanus, innui vult spiritualiter non esse quòd quisquam superbiat, quia neque deest ab Oriente, idest, à bonis, neque ab Occidente, idest, à malis, neque à desertis montibus, idest, à falsis Prædicatoribus, sed omnibus generibus hominum præsens est Deus, & cognitor. Ruffinus explanans de Judæis in Christum blasphemantibus, perinde vult esse, ac si diceretur ipsi per *montes desertos* partem Borealem interpretando, vos soli, quibus meridiana plaga ad habitandum concessa fuit, nolite blasphemare, jam gentes, quæ in aliis tribus mundi partibus habitant, cœperunt de auctore suo bene & rationabiliter sentire. At magis meridionales aliæ sunt gentes quam Judæi. Arnob. explicat, ne quis credat dicenti, hic est Christus aut illic: quia sicut fulgur ita veniet, non sicut homo vel ab Oriente, vel ab Occidente, vel à desertis montibus, sed quomodo Deus Judex.

Sed triti sensus sunt, de Chaldæis hostibus populi Hebræi, qui evadere Dei vindictam non possint, & de quibuscunq; aliis piorum persecutoribus, maximè verò in die judicij, quando *congregan congregabit*; Christus *omnia à facie terræ* d, *& congregubit omnes gentes, deducetq; eas in vallem Josaphat, & ibi disceptabit cum illis* e. Frustra tunc dicent impii *montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos* f, quod & de futura etiam sub Romanis clade Jerusalem intelligitur.

Quoniam Deus judex est.) Addit Paraphrastes epithetum, *justus*. Ipsummet nomen אלהים *elohim* habet significationem *judicis*, ultra vocabulum aliud שפת *sciophet*. Hieronymus, *sed Deus judex*, &c. Nectit videlicet hæc sequentibus, ut nusquam sit effugium; sed Deus judex faciat id quod continent sequentia, *hunc humiliat & hunc exaltat*. Particula vero caussalis jungit præcedentibus, ut propterea nun sit illud effugium, quoniam Deus judex est. Posset etiam reddi caussa, cur superbiendum non sit, quia Deus Judex est, peculiariter contra superbum, excelsum, arrogantem, ut eum humiliet g. Ex eo autem quod Deus sit Judex, bene sequitur neminem evadere posse, quia in judice potestas est, & cansæ cognitio: Deo autem naturalis est potentia, & scientia, nec ab alio accipit. Deum *judicem sortem* vocat *h* alibi David, aitque *cœlos ipsos annuntiaturos justitiam ejus, quoniam judex est i*, eumdem nominat Job *testem suum in cœlo, conscriumque k*. Deus ipse seipsum *judicem, & testem l*, denique *spiritus Domini replet orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis* m: *auris zeli audit omnia* n: non est qui ire possit *à spiritu Dei*, aut *à facie ejus fugere* o, ut ante dixi.

Hunc humiliat & hunc exaltat.) Hieronymus, *sed Deus judex hunc humiliabit & hunc exaltabit*. Nihil refert permutatio temporum, nec opus est monere *humiliandi* verbum non importare hoc loco virtutem humiliandi actumve humiliationis, sed ærumnas, pœnasque. Istam duplicem regendi rationem in Deo similibus verbis, & aliis mater Samuelis expressit *p*, mutuata, partim ex Deuteronomio *q*, *Dominus mortificat, vivificat, deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat & sublevat: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore: Repleti prius pro panibus se locaverunt, famelici saturati sunt: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.* Eamdem sententiam imitatus est Tobias *r* & auctor libri Sapientiæ *s*, quamvis alii loqui videantur de vicissitudine circa eumdem: David, circa diversos: sicut & Ecclesiastici auctor *t* multis verbis. Deipara cecinit his affinia *u*, *deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles, esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes*. Exemplis infinitis abundamus & sacris & profanis, nec aliud continuo facere Deus videtur, ut quidem dixit, quam nonnullos attollere, alios deprimere, & aliquoties repetit Christus *x*, *omnem*, *quise humiliet exaltandum, quise exaltet humiliandum*. Justissimè sane non pro libidine ac sine caussa, ut de quibus Comicus *y*:

Enim vero Dii nos quasi pilas homines habent.

Cui par paræmia Græca, θεῶν παίγνια ἄνθρωποι. Hesiodus *z* expressit, licèt de suo Jove, senlentiam eamdem:

ῥεῖα μιδύ γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλίωτει.
ῥᾷ δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει.
ζεὺς γ' ὑψιβρεμέτης, ὑπερτατα δώματα ναίων.
Nam facile extollit, facile elatumque repellit,
Et clarum obscurans, obscuri nomen adauget:
Erigit & miserum facile, extinguitque superbum
Jupiter altifrenus, cui celsum regia cœlum.

Quod autem prius attigimus de humiliato Judæo, Gentili exaltato, videtur Mariæ recitatis contineri verbis, vel de humilitatis dæmonibus, & exaltatis per filii Dei incarnationem, hominibus.

Vers. 9.) Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fæx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

TRactatur adhuc caussa, cur non sit superbiendum, & quomodo Deus judex hunc humiliet, & hunc exaltet justissimo judicio suo: nam in manu calix est iræ furorisque plenus meraco, seu non diluto fortissimo vino, eoque

Sensus loci.

* Deut. 32. 10.
b cap. 10. 3.
c cap. 17. 12.
d Sopho. 1. 2. 3.
e Joel. 3. 2.
f Luc. 23.
g Isa. 2. 12.
h psl. 7. 12.
i psl. 69. 6.
k Job. 16. 20
l Jer. 29. 23. Malac. 3. 5.
m Sap. 1. 7.
n vers. 10.
o psl. 138. 7.
p 1. Reg. 2. 5. 6. 7.
q c. 32. 39.
r c. 13. 2.
s c. 16. 13. t c. 10. 18. & seqq.
u Luc. 1. 52.
x Marc. 23. 12. Luc. 24. 91. c. 28. 14.
y Plautus in Captivis.
z in Ergis.

Allegoria.

ibid. b 38. Accommodatitia Hugonis explicatio.

Arnobii explicatio.

eoque admodum turbido, & variè permixto, atque condito. Paravit nempe suam impiis portionem, cujus potati vino, omnes eorum vires, ac mentis harmonia dissolvatur. Illum calicem ex una in aliam partem inclinavit, ut solent, qui diversis propinant ex eodem calice, quia nunc his, nunc illis impiis, prout censuit faciendum, & eorum demerita exigebant, gravem quasi ex poculo retributionem propinando, calamitatem immisit, & futuras æternas pœnas destinavit. Etenim nondum perventum ad fundum neque adhuc extrema ultionis suæ supplicia, tamquam fæces ebibendas, proposuit. Has fæces amarissimas gustabunt, nec umquam epotare desinent in æternæ damnationis loco cuncti peccatores terræ. Inde sequitur fore, ut justi exaltentur, & suavissimis deliciis perfruantur, *inebrientur ab ubertate domus Dei* a, tamquam ipsi charissimi *h*: *torrente voluptatis potentur* c: *satientur quum apparuerit gloria Dei* d, *manducantes & bibentes adhuc esuriant, sitiantque* e, propter dulcedinem infinitam, *comedant panem in regno Dei* f, *recumbant ibi* g, & sedeant super mensam ipsomet Christo ministrante. Quocirca sententia quidem tota de unico calice sumitur, & malum quid sonat, sed ex quo facile colligi possit bonum, idest, ex humiliatione improborum declarata per calicem, exaltatio justorum, quæ his non minus debetur, quam illis humiliatio. Hunc tradunt sensum Procopius & Hieronymus in Esaiam *h*, & hic etiam in Abacuc *i*. Præterea Isidorus Pelusiota *k*, qui parum Dei judicium juxta scelerum qualitatem & quantitatem temperatum interpretatur. Quod videtur ex Nazianzeno *l* mutuatus, qui addit omnibus de pœnæ atrocitate aliquid detrahi, iræque meracum benignitate temperari, ita tamen, ut ex severitate ad lenitatem inclinet iis, qui metu erudiuntur, fæcem, hoc est, id quod in ira extremum est, effundat illos, qui clementia non sanantur, immo etiam obdurantur, sicut Pharao. Hebræis ac Hebraizantibus, & recentioribus fere omnibus placet eadem sententia.

Latini paullo antiquiores magis consectatur mystica, de quibus nonnihil postea: & de Græcis indicat citatus Pelusiota, qui exponens de calice mystico, ideſt, sanguinis Christi, & non de calice Dei refellit, quia Judæi, Gentiles, aliique hujus expertes sunt, & quoniam proximè ante dixerat Propheta, *Deus judex est, hunc humiliat, & hunc exaltat*, Juxta eumdem litteralem sensum Euthymius & Nicephorus distinguunt calices duos in manu Dei, ita ut in textu, post illa (*calix in manu Domini vini meri* (repetatur, & *calix plenus mixto*, nimirum in eadem manu, & per *manum* intelligendo potentiam, *calix vini meri*, sit mensura modusve calamitatum sine misericordia, *calix plenus mixto*, denotet misericordiam. Probat Euthym. quia unus idemque calix non potest merum, & mixtum continere, & quoniam quæ sequuntur, *& inclinavit ex hoc in hoc*, indicant duplicem calicem, ut ex calice meri supplicii effundatur in calicem misericordiæ ad misturam faciendam, & potum præbendum iis qui levius peccassent, & adhuc essent medicabiles, fæx autem sit crassitudo meri supplicii extremæque omnium pœnæ ii reservatæ, qui aut maximè deliquerunt, aut à vitiis immutari noluerunt. Basil. ac Theodor. non exprimunt quidem calices duos, tamen explanant Davidem dicere, Deum nunc de populo suo, nunc de Chaldæis pœnas repetere, ac ærumnas commutare, quum illum permiserit detineri captivum & istorum postea potentiam destruxerit, priore libertate illis restituta, & populum id quod liquidius erat, bibisse, hoc est, levioribus malis subjectum fuisse, ipsam fæcem Babylonios bibituros, ideſt, graviora passuros, quippe quum servitus Hebræorum annis duraverit septuaginta, Chaldæi continuæ postea servituti subjecti sint. Quandoque etiam Hieronymus *minclinatum calicem ex hoc in hoc* intellexisse videtur, quasi esset duplex, & significaret justitiam misericordia temperari. Istam eamdem temperationem hic observat etiam, alia, præter citatam, epistola, Isidor. Pelusiota *u*, & justam remunerationem, quæ humanitate ac misericordia temperetur, adjiciendam iis pœnitentiam, qui peccatis delectantur, ut *inclinare ex hoc in hoc*, sit ex benignitate in illud supplicium, quod sceleribus debetur; sed ne nos negligentiæ dediti, Deum justitiæ prorsus obliviſci putemus, adjici, quod *fax non est exi-*

a *psal.* 35. 9.
b *Cant.* 5. 1.
c *psal.* 35. 9.
d *psal.* 16. 15.
e *Eccl.* 24. 29.
f *Luc.* 14. 15.
g *Mat.* 8. 11.
h *in c.* 51.
i *in c.* 2.
k *l.* 2. *epist.* 172.
l *orat.* 15. & 19.

Ananita, sed aspernantes salutem, vim numinis ultricem ad extremum experientur, bibentque omnes peccatores terræ judicii poculum. Ambr. *o* ita declarat. Parata, & plena est pœna, quæ debetur impiis, quam Dominus declinat in perfidos; sed tamen miseratione sua non usque ad fæcem dignatus effundere, ne plenitudinem supplicii ferre non possent. Inclinat ergo calicem, non evacuat. Quod inclinat, censuræ est, quod non evacuat, misericordiæ. Bruno Carthus. vult *calicem vini meri plenum mixto*, ad sententiam ultimam judicis pertinere: in qua mixtim continebitur electorum ac reprobhorum retributio exaltationis & humiliationis: & extendetur ex his potandis in illos potandos: ita ut quatenus nonnullis dulcis erit, dicatur *vini meri*, quatenus amara, vocetur *fax numquam exinanienda*: quoniam æterna, ex qua *bibant omnes peccatores*, qui quovis loco terrenis inhient.

Hugo & Rikelius *calicem vini meri*, referunt ab beatitudinem: *plenum mixto*, ad Sanctos in hac vita, vel in purgatorio, quia gaudeant, sed in spe, & risum dolore mixtum habent, & inclinatur, seu effunditur in calice gaudii aliquid in calicem tribulationis: *fæcem non exinanitam*, ad pœnam inferni numquam finiendam. Origenes *p calicem vini meri* assignat iis, qui veluti meracis puniuntur supplicii, quoniam prorsus à pietate recedunt: illis qui sunt indigni calice novi testamenti, sine mystico, quia sunt peccatores: sed faciunt sæpe quædam bona opera, *calicem mixto mixtum*: & Deum *inclinare ex hoc in illud poculum*, & in Dei dextera esse calicem virtutum, vitiorum in sinistra: quum quis propter peccata torqueretur, quia & bona opera fecerit *calicem* esse *vini meri plenum mixto*, *& inclinari ex hoc in illud*, ideſt, de eo qui erat in dextra, in illum, qui in sinistra continebatur, quia talis non potest bonorum tantum calicem bibere, quasi tantum bona fecerit: qui bonus est, *calicem salutaris* accipere, quem Christus præbuit in ultima cœna, & *vinum novum in regno DEI* bibiturum *q*. Ante omnes *r* Philo hunc locum usurpavit ut ostenderet DEUM suis virtutibus erga seipsum meris uti: temperatis & mixtis erga suas Creaturas, quia illas hæ capere non possunt, sicut meram solis flammam fixè intueri nemo valet.

p *hom.* 9. *in Jer.*
q *Matth.* 26. 29.
r *Quod Deus sit immutabilis.*

Difficile est in eadem Dei manu duplicem simul calicem intelligere. Respondent Euthymius & Nicephorus, nunc unum, nunc alterum vicissim in manum sumi. Deinde quum dicitur, *fax ejus*, unicus indicatur calix: diceret illum esse, qui erat vini meri & ex quo fuerat quidpiam effusum in calicem plenum misto. Hæc redunt probabilem posteriorem opinionem, quam video etiam traditam apud Hieronymum *s*: nec non quod per eam vicissitudo illa humiliationis & exaltationis præcedentibus posita verbis magis distincte percipitur. Nihilominus priori libentius adhæresco, propter majorem ipsius facilitatem, & sectatorum numerum, & similitudinem cum aliis hujusmodi formulis, quibus in scriptura *calix* pro ira ac furore Dei usurpatur: postremo propter ea quæ seperatim dicam in verbali sententiæ hujus declaratione.

s *in Osea* c. 2. *& Mal.* c. 3.

Calix pro ira & furore Dei.

Præter sensum litteralem metaphorica oratione expressum, respui mysticus non debet: nec Isidorum velle Pelusiotam *t* puto, nisi si quis istum solum agnoscere vellet, nec argumenta ipsius necessarios concludunt. Sit primus ergo ille sensus, quem à nonnullis allatū scribit, περὶ τῆς ὑστάτης καὶ ἀκράτου *de mystico poculo*, per quod, ut priùs dixi, videtur intelligi calix sanguinis Christi. Quomodo illi de eo locum hunc exponerent, non meminit, nec mihi curandum sentio. Eumdem habet hoc loco Arnobius, & insinuat Chrysostomus *u* tractans de *calice inebriante & præclaro* *x*. Nam ait illum esse hunc ipsum, & de quo Christus *in* passione clamavit, ut *transiret* *y*: de eodem bibisset Ecclesiam, ac inebriatos esse martyres, & esse vinum sanctitatis: atq; corpus & sanguinem Christi: spiritum etiam quo *tamquam musto*, *pleni* eran Apostoli *z*: horum item, & aliorum martyrum passiones, atque merita. Ubi attingit alios quatuor sensus, de passione Christi, de passione aliorum, de meritis eorumdem, de Spiritu sancto, quem acceperunt. Hugo etiam affert sensum de calice passionis Christi, de qua calicis proprietates declarat, nec non de præsenti tribulatione nostra, quæ est, quoque calix, quem Domino retribuere possumus *a*.

t *l.* 2. *epist.* 172.

u *hom. in ps.* 22.
x *psal.* 22. 5.
y *Matt.* 26. 39.
z *Act.* 2. 13.

a *psal.* 115. 13. *secun.* 3 *Hebr.*

Pauca

m *in Mal.* c. 3.
n *l.* 1. *epist.* 176.

Pauca capit, geritur, regitur, labio pede lato
Atque cavo, tenui, teres, arguius, nitet auro,
Latificat, sedat, lavitatur, inebriat, ornat.

De sanguine Christi bibendo, & de aqua fluentibus ex latere ipsius *a*, Ambrosius *b* interpretatur quod hic dicitur, *bibent omnes peccatores terræ*. Sed non est facilè contextum istis aptare.

a Joan. 19. 34.
b in psal. 37. c serm. 19.

Sextus est Gaudentii Brixiensis *c*, satis accuratè ab ipso explicatus, de incarnatione Christi, post præfationem scire se psalmi hujus textum alio sensu, & quidem rationabili, fuisse à prioribus explanatum, tamen pro libertate fidei opportunitatem secutum prius dictorum, traxisse ad incarnationis Dominicæ sacramentum. Summa est, quod *calix vini meri plenus mixti*, seu *mixto*, denotat eumdem Deum, & hominem: & quod per *plenum*, innuitur etiam divinitas, seu *plenitudo divinitatis* d, *de qua nos omnes accepimus* e, per *inclinatum*, *exinanitio usque ad formam servi* f, quod *nunc calicem bibituri sunt omnes peccatores terræ*, ideſt, homines, quia peccatores cœli ex Angelis dæmones facti salutis poculum (seu incarnationis, per quam fit salus) bibere non merentur: *terræ* autem *peccatores* contra venena dæmonum, morbosque vitiorum *calicem salutis accipient*, *& nomen Domini invocabunt* g. Eodem referri potest Hugonis expositio de Christo, qui *calix esset vini meri*, quia comprehensor: *plenus mixto*, quia viator, & dolores nostros ipse portavit: item *vini meri* quantum ad rationem, quæ ob passionem turbata non est; *plenus mixto* quantum ad sensualitatem, quæ turbata est, & quod *fax non est exinanita*, quia passio & mors ejus non fuit inanis, sed multum utilis: *bibent* autem *omnes peccatores terræ*, ideſt, per mortem ejus redimentur homines, non dæmones, & damnati.

d 1. Coloss. 2. 9.
e Joan. 1. 16.
f Phil. 2. 7.
g ps. 115. 13. secun. Hebr.

Septimus Augustinus, eumque plures imitati Latinorum, docent eumdem calicem *plenum* dici *vino mero*, propter vini sinceritatem, & *mixto* propter fæcem hunc *calicem vini meri plenum mixto* legem esse, atque Scripturam Judæis datam, in qua novum abconditum latet testamentum, tamquam in fæce corporalium Sacramentorum, apud Judæos carnalia quasi resedisse, ut remaneret, & effunderetur inde omnis spiritualis intellectus: sic autem *inclinatum calicem* à Deo *ex hoc*, ideſt, ex Judaico populo, quem, ut priore versu dictum est, humiliavit, *in hunc*, (sic enim legit Augustinus) hoc est, in populum gentilem, quem, ut eodem loco vidimus, *exaltavit*, aliquando inde spiritalem intellectum: verumtamen *fæcem* illius vini *non esse exinanitam*, quia omnia sacramenta carnalia apud Judæos remanserunt: denique *bibituros eum omnes peccatores terræ* ideſt, non Judæos, qui sunt superbi, sed Gentiles, qui humiles & evadentes de peccatoribus justi, sunt inebriati *calice inebriante ac præclaro* b, ita ut mortui sint aliqui pro Christo, sui & suorum oblivi, sine corde, sine mente propria. Quo spectant *vinacia uvarum*, quæ Oseas *i* exprobat ipsis, eos *diligere*.

h ps. 22. 5.
i cap. 3. 1.

Is quem Ruffinum nominant, paullo aliter ait, ex calice Dominico sumere *merum vinum*, qui ex sacro eloquio divinum capiunt intellectum: *mixtum* bibere, qui quædam purè intelligunt, quædam adhuc minimè discernunt: *bibere fæcem*, qui ex eodem capiunt errorem Judæos, Hæreticos, Paganos, quorum tribulenta fœtidaque doctrina numquam ab errore separatur, & eorum stultitia non est penitus diminuta, & in terrenis promissionibus delectantur. Caveamus Babyloniæ mulieris *poculum aureum, plenum abominatione, & immunditia fornicationis ejus* k. Misceamus nos ipsi *potum cum fletu* l, ne potemur *calice* illo *vini meri, qui plenus est mixto*, vel eum certe faciamus dulciorem, ut Cassiodorus notat *m*. Accipiamus potum lacrymarum datum ab eodem Deo nobis *in mensura* n, ut non bibamus calicem iræ: *nosmetipsos dijudicemus, ut non judicemur à Domino* o, admittamus *signum* sanguinis, & *Thau* ne pereamus *ab exterminatores* p, Christus *quum gustasset* propinatum sibi calicem, *noluit bibere* q, ideſt, ebibere, ut nobis quoque reservaret bibendum, ut observat Simon de Cassia r, & tamquam dilectis, ut Beniamin, *scyphum suum* daret nobis *s*, cum quo dilectus Domini Joannis etiam pingitur, & labiorum suorum tactu dulcem redderet potionem, sicut *Elisæi farina* t, *& cornu*

K Apoc. in 4
l ps. 121. 10.
m ibidem.
n ps. 79. 6.
o 1. Cornel. 3
p 10 Cor. 10.
16 Ezech. 9.
4. 6.
q Matth. 27
34.
r 1. 13.
s Gen. 44. 2.
t 4. Reg. 4.
41.

A unicorniis u, Calicem tenet manu sua Deus, tantum ex eo bibendum dedit, quantum noverit expedire, nec sinet supra id quod possumus tentari nos.

u Plin. l. 8. c 21.

Placuit in his mysticis tantisper immorari, propter loci celebritatem, & quia qui ejusdem sensit difficultatem Augustinus, præ singulari modestia sua, nec majoribus se invidere affirmat, nec de parvulis desperare, & cum quo videtur dicere, non obstruere auditorum aures adversus alios aliquid melius forte dicturos; sed permittere, ut experiantur alii, si quid melius possint: posse autem concedit, quia sic se habet, ait, obscuritas scripturarum, dummodo quicumque intellectus exierit, fidei congruat: Docet idem Doctor *x*, incertum esse utrum hic locus significet iram Dei non usque in novissimam pœnam, ideſt, usque ad fæcem, an potius gratiam Scripturarum à Judæis in Gentes transeuntem, quia *inclinavit ex hoc in hoc*, remanentibus apud Judæos observationibus, quas carnaliter sapiunt, quia *fax ejus non est exinita*. Sed per singulas nunc partes expendamus hunc locum.

x 3. de doctr. c. 25.

Quia calix in manu Domini,) Addit Hieronymus, *est*. In editione quidem bibliorum Regiorum & Victorii: sed apud Trevetum lego, &, pertinens ad sequens membrum, quod etiam habetur Hebraicè. Paraphrastes interpretatur *calicem maledictionis* רלום *diluat*. *Calicis* variam notionem, & usum aliis in psalmis y declaravi, & quid valeat *esse in manu aliquid alicujus*. Distinguitur Hugo calicem eruditionis, benedictionis, passionis & mortis, laboris & doloris, judiciariæ potestatis, mundanæ voluptatis: adde hæreditariæ successionis, & partitionis, seu distributionis. Plura dictionarium Berchorii in vocabulis *bibere*, *& calix*, & Joannæ Ferdinandus noster in thesauro suo, Auctor sylvæ allegoriarum, & similes. Pro tribulatione frequenter *calicem* sumi docui Psal. 10. z. Apud Esaiam *a* *Bibisti de manu Domini calicem iræ ejus: usque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti usque ad fæces*, &, *ecce* b *tuli de manu tua* (quia coegerat Deus, ut de manu ipsius ille propria sumeret manu) *calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicies ut bibas illum ultra*. Apud Jeremiam *c*, *Sume calicem vini furoris hujus de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladii, quem ego mittam inter eos: & accepi calicem de manu Domini, & propinavi cunctis gentibus*, &c Item *d*: *Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque furgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos: quumque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum, bibentes bibetis*. Rursus *e*: *Ecce quibus non erat judicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens* (impunis, & immunis) *sed bibens bibes*. Tandem *calix* f *aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram: de vino ejus biberunt gentes, & ideo commotæ sunt*. In Threnis g, *Ad te quoque perveniet calix, inebriaberis, atque nudaberis*. In Ezechiele *h*: *In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem ejus in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus: calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum*, &c. *ebrietate, & dolore repleberis, calicem mœroris & tristitiæ calicem sororis tuæ Samariæ: & bibes illum, & epotabis usque ad fæces, & fragmenta ejus devorabis*. Similia scribit Habacuc *i*. *Bibe tuquoque & consopire: circumdabit te calix dexteræ Domini*. In novo Testamento trita est hæc significatio *calicis*, in eo de quo Christus locutus est cum discipulis *k*, & in oratione ad Patrem *l*. Meminit præterea Joannes in Apocalypsi *m vini iræ Dei, quod mystum est mero in calice iræ ipsius*: prodit etiam *n* quod *Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus*. Id sibi quoque vult in Psal. 60. *o potare vino compunctionis*, & in Jeremia *p*: *potare felle*, aut *aqua fellis*, aut *cibare absinthio*. Prosunt proposita simul hæc loca ad percipiendam vim præsentis loci. Latet porro in iisdem medica quædam facultas tribulationis, quam Deus in hac certè vita immittit. Observat hoc procopius *q* Esaiam enarrans citatum, λυπεῖ. γαμῶς ἰατρὸς θεὸς ὃς κ' ὀ'τὸς θέλων, τῶ δ' πρὸ γπτος ἀναγκ' ζοντος, *affert enim dolorem tamquam medicus, non ipse volens, ac sponte, sed rei necessitate compulsus*. *Absinthium* quidem de quo Jeremias saluberrimum est, pinguescunt namque illo in Pontho pecco-

y ps. 10. 6. ps. 15. 5. ps. 22. 5
z vers. 7.
a c. 51. 17.
b vers. 22.
c c. 25. 15. 16
d vers. 27. 28
e c. 49. 12.
f c. 51. 7.
g c. 4. 21.
h c. 23. 31. 32. 33. 34.
i c. 2. 16.
k Matt. 20. 22. 23. Joan. 18. 11.
l Matt. 26. 39. 42.
m c. 14. 10.
n c. 16. 19.
o vers. 5.
p c. 9. 15. 16. 23. 15.
q in Es. c. 51

Absinthii salubritas

cora

cora : ideoque fine felle sunt, ut est apud Dioscoridem *a*: & Plinio teste *b*, in Latinarum fetiis bibebat illud victor, tamquam sanitatis honorificum præmium. Sicut quædam dantur cathartica, inquit Hieronymus *c*, ideſt, purgativa, ut noxius humor, qui ineſt corporibus, egeratur: ſic Dominus dat calicem tormentorum meraciſſimum, ut quidquid fellis amaritudiniſque eſt, auferat a peccatoribus, & priſtinæ eos reſtituat ſanitati. Magis placet Prado noſtro *d*; rationem adeo communis metaphoræ, cujus alias cauſſas refellit ex more convivantium, quibus moderator viritim calices propinat: ex veneficis, & pravis cauponibus, qui miſtionibus vinum inficiunt corrumpuntque ex potione medica, ſeu pharmaco; quod oculis horrorem, guſtui amaritudinem, nauſeam, tremorem, vomitum: ſi coctum ſit ebrietatem, gravedinem, vertiginem, ſoporem generat, peti ex potione ſuavi & ſoporifera, quæ damnatis ad mortem offerebatur, dicebaturque *vinum damnatorum e*, de quo & nos alias egimus, ita ut *calix in manu Domini* ſit jam parata ab eo ſevera mors, nunc inferenda huic, nunc illi, & detractus calix ab unius ore, porrigatur alteri, ſciantque omnes impii illo ſe potandos eſſe, & tamen piiſſimum judicem Deum in dicta ferenda ſententia capitis quodammodo compelli, maleque, quod in ſe eſt, genus illud officii exhibere, quam damnationem. Aliam adhuc priori præfert cauſſam, ex compotantium provocatione, concertationeque, ut certas ebibant ad fundum uſque calicis menſuras; ad eumdem modum velle peccatores dulce voluptatum vinum ſponte bibere, fundum calicis, & fæces pœnarum reculare, Chriſto fidejuſſori noſtro propinatam fæcem, quas bibimus ipſi voluptatum, computantes cum Babylonica meretrice *f*, velutique concertantes cum Deo: Chriſtum exhorrendo fæcem illam dixiſſe, *Tranſeat* g *à me calix iſte*. Cenſeo utrumque probabile. Illud minus quod Didacus Alvarez *h* ſentit, deſcribi hoc loco geminum in utraque manu Dei calicem; alterum miſericordiæ, iræ alterum. De unica manu mentio hic ſit: nec niſi unam. Enarratores agnoſcunt, præter Origenem prius citatum. Nec unus eſt calix vini meri, & mixti alius in quem conjiciantur fæces; ut exiſtimat Petrus Valderrama *i*. Unus dumtaxat calix nominatur, & ex hauſto vino ſufficit ille pro fæcibus, unde vinum exhauritur. Quà de cauſſa prius docui nec admittendos duos calices deſignantes miſericordiam & juſtitiam, quidquid Origenes, & alii quidam dicant.

Vini meri.) Hieronymus jungens ſequentibus, *vino merato*, ſeu *meraco uſque ad plenum mixtus*. Alii, & *vinum rubet*, nempe quod in eo calice rubet. Vel, & *vinum rubrum*; *turbidum turbulentum*, *craſſum faculentum*, nimirum *eſt*. Vel, *vino rubefactus eſt*, ſcilicet calix. Vel, & *vinum efferveſcit*, ſeu *efferbuit* Hebræa ſunt ויין חמר *vajajin chamar*; ubi חמר *chamar* cum pathach ſecundo loco verbum eſt ſignificaturque, & *vinum rubuit*, aut *rubuit*, ſeu *rubet*. Fortaſſis etiam à colore vini rubri appellatur apud Jeremiam *k*, *calix aureus Babylon in manu Domini*. Eſt fortius vinum rubrum albo, ſecundum genus ſuum: & in Palæſtina ferè omnia vina rubra ſunt, craſſiora, & fœculentiora: unde & apud illos appellatur *ſanguis uvæ*, *meraciſſimus l*: item *vinea merum* חמר *chemer*, ideſt, rubeum vinum producens. Tali vino rubro, ut id obiter dicam, conſecraſſe Chriſtum credi poteſt, quod ipſo etiam colore proprius accedit & refert ſanguinem, Hydrias rubuiſſe canit Eccleſia poſt converſam in vinum aquam, quod vinum converſum. Nonnus *n* vocat ἕτερον χροὸς ὕδωρ *alterius coloris aquam*, quæ ſuum mutaverat. Ex colore ipſo rubri vini perſpiciebant olim in calicibus vitreis, quibus ex decreto Zepherini *o* utebatur Eccleſia, indicatque Tertullianus *p*, & clariùs Hieronymus *q*, conſecratus ſanguis, quamvis album ad conſecrationem vinum, ſi ſuppetat, adhibere præſtat, quo, ut in quadam ſynodo, quæ ſub B. Cardinale Carlo Borromæo celebrata eſt, habetur ornamento & altarium inſtrumenta, præcipuè corporalia, munda, & nitida ſint. Sed ad rem redeundo, Paraphraſtes vertit, *vinum forte*, nempe rubrum vinum, generoſum. חמר עשׁע *chamur hhaſcin*.

Plenus mixto.) Alia Pſalteria, & Auguſtinus, atque Caſſiodorus, *plenus eſt mixto*: Paraphraſtes, & *vinum forte plenum mixtione amaritudinis ad tollendam per illud* (nempe inebriando, & *conſopiendo*) *ſcientiam impiorum* ſed in textu Nebienſis, *pravitatem*, legendo מרעא *marrhha* non מנרפא *mandehha*. Jam retuli prius Hieronymi verſionem, *quia calix in manu Domini eſt vino meraco uſque adplenum mixtus*. Perinde eſt, ſive vinum merum dicas mixtum in calice, qui plenus eſt illo, ſive calicem vino mero mixto plenum eſſe. Antea quoque poſui unicum calicem hic eſſe, non duos.

Quod attinet ad vocabulum *mixti*, ſubſtantivè ſumitur pro mixtione quam ſignificat מסר *meſech*, & Chaldæum טוגא *mizgah*, & Græcum κράσμα. *Mixtio* autem vel *mixtura*, ut vulgo loquuntur, eſt alterum vinum, aut conditura rei, quæ citiùs vehementiùſque inebriet. Id in Apocalypſi *r*, ut antea retuli, appellatur *vinum iræ Dei*, *quod mixtum eſt in calice iræ ipſius*. Eſt מסר *meſech* à verbo מסר *maſach*, *miſcere*, quod ipſum ab illo ſumtum videtur. *Miſcendi* autem verbo utuntur boni auctores linguæ Latinæ, pro eo quod eſt propinare, vel etiam condire potionem, non ſolum interpres Latinus divinæ Scripturæ *ſ*. Sic Marcus *t* Tullius dicit, *altari miſcere mulſum*. Ovidius *u*. & Virgilius *x*, *pocula miſcere*. Juvenalis abſolutè *miſcere pauperibus*, & alius, *miſcere amatoripocula grata ſuo*. Fieri poteſt ut ex mixtione aquæ cum vino inter bibendum ora ſit primum ea decendi formula, cujus conſuetudinis primum Plinius *y*, & Diodorus Siculus *z* auctorem Staphylum nominant; ſed apud Athenæum *a* Staphylus Melampodem: & refert *b* ille, Athenienſes doctos uni convenientem mixtionem cum aqua, à Rege Amphictyone, vel potius Amphytrione; præterea *c* tum præceptum ſalubrem mixtionis hujuſce uſum, cum decidente imbre in poculum, in quo vini aliquid ſuperfuerat, poſtea dilutum ſine noxa guſtaverunt: qui damnum inde graviſſimum perceperant. Adſcribunt eam inventionem Sapphu, & Macrobius *d* Acheleo Ætoliæ Regi. Unde illud Virgilii *e*.

Poculaque inventis Acheloja miſcuit undis,

Higynus *f* auctorem facit Oenæum Regem etiam Ætoliæ, qui ea de cauſſa cognominatus ſit *Cerafus*, quia κεράσαι *miſcere* eſt. Sed ego non dubio antiquorum fuiſſe miſcendi vini uſum, ac diluendi aqua *g*: & fortaſſis ex eo tempore quo Noe non antea vim expertus vini *inebriatus eſt & nudatus in tabernaculo ſuo g*; nam neſciebat quanta diluendum aqua eſſet ut obſervant Chryſoſtom. *h* & Theodoretus *i*. Item quod in Cantico *k* legimur, *Umbilicus tuus crater tornatilis non indigens poculis* exponit Arias Montanus (qui numquam deficit mixtione) Vatablus (qui non caret temperamento (Græcè, τῆ ὑστερὰ χεμος δράμε, quod Hebraicè vocatur מזג *mezeg*, à מזג *maazag*, quæ idem valent ac מסר *meſech*, & טסר *maſach*, de quibus antea dixi, & in hoc noſtro pſalmo Chaldæus, ut etiam nota vi uſurpavit מזגא *mizahg*, & vocant Hebræi טיון *mazug vinum miſtum temperatumque aqua*. Plura Scholiaſtes Athenæi Caſaubonus, non probatæ religionis, Natalis *l* Comes, M. Anton. *m* Marſilius Columna. Alciatus *n*, Titius *o*, Vigilii interpretes, tùm de noſtri Pontanus, & Cerda in 1. Georgicon; Hieronymus Mercurialis *p*, Polydorus Virgilius * & de miſcendo vino aquæ infuſione, Clemens Alexandrinus *q*, atque Auctor convivialium antiquitatum religionis pravæ ſectator *r Scyticam potationem* meri veteres appellabant, & in Imperatorem nomen illud jactatum ridiculum, *Caldius*, *Biberius Mero*. Deinde, aſſero *miſcendi* verbum & *mixtum*, mixtionemve, ſeu mixturam, de potu etiam agendo, præter aquam, ſignificare nonnumquam alios liquores ſuccoſque qui vino admiſceantur, ut reddatur potentiùs, & generoſiùs, denique ut ea infectione aliquem operetur effectum ſive utilem, & ſalubrem, ſive noxium, & lethalem. Tale *poculum ex vino condito ſ* ſeu pigmentato, vel aromatico, vel unguentato vel confecto cujuſmodi myrrhatum, aut cynnameum, aut mulſum, aut ſimile, de quibus Plinius *t*, Parladius *u*, Mercurialis *x*, alii *quod Græcè dicitur* μυρεψικὸν Hebraicè רקח *rekach*, & Latinè adhuc *cinnus*: Græcè κυκεὼν apud Arnobium *y*, & Clementem Alexandrinum *z*.

Poſtremo non eſt dubium hic non intelligi aqua mixtionem factam, ſeu temperatum aqua vinum; tametſi mul-

a l. 3. c. 34. Ejusdem potio in Latinorum fetiis.
b l. 37. c. 7.
c in Ez. c. 23.
d in c. 23. Ezech. ℣. 31.
e Amos 2. 8.
f Ap. 17. 1. 15.
g Marc. 16. 42.
h in Esa. 63. 2 Sam. 17.
i in Exercitio Spirit. Sab. post Dom. Quad.
k c. 51. 7.
l Deut. 32. 14
m E a. 17. 2.
n in Carmine Joannis. Calicum ipſus in Eccleſia & tubri vini.
o Bam. in Pontif. 26. Walfridus de rebus Eccl. c. 24. Radulp. Tungrens. d. cano observa. propo. Iulio. Martinus Polo. an. 213 Iul. in Zep p De pudi. ita c. 7.
q Epi. ad Rogacam.
r c. 14. 19. Miſcendi verbum propinare, vel condire potionē. *Pſ. 101. 10. Prov. 9. 6. Eſa. 5. 22. Dan. 14. 10. Apoc. 14. 10. cap. 18. 6.*
t 2. de finib.
u 10. Mnea. x 1. Georg. Conſuetudo vinum cum aqua miſcendi unde orta.
y l. 7. c. 56.
z l. 5. a l. 2. c. 6.
b l. 4.
c l. 15.
d l. 5. c. 28.
e 1. Georg.
f in fabulis. Oeneus rex Aetoliæ *Cerafus* unde dictus.
g Gen. c. 21.
h homeag. in Gen.
i quæ 56 in Gen.
k c. 7. 2.
l l. 7 Myth. c. 2.
m in hydrologia ſect. 2. num. 58. & ſeq.
n 9. Pareng. c. 2.
o contra Villiuma.
p 1. Var. lect. c. 18. Scythica potatio.
q 3. de rat. inven. c. 3.
r 2. Pædag. 2.
x Cant. 8. 2.
ſ l. 3. c. 11.
t l. 14. c. 17.
l. 22. c. 24.
u l. 1. ti. 14.
x 2. var. lect. c. 7.
y 5. Contra Gent.
z in param.

multi ita videntur sentire, volentes per *calicem vini meri*, severitatem justitiæ divinæ: per *mixtum* intelligi moderationem misericordiæ. Nulla propriè moderatio accipienda hoc loco est, sed austeritas, velutique amarities vindictæ. Quod satis probatum puto ex aliorum similium collatione locorum, quos protuli, & ex toto isto contextu. Quapropter non satis aptè quidam *a*, quamvis tropologicè, interpretantur, *calicem vini meri* in manu Christi, quia dolores ejus omnino meri ac puri fuerint, absque ulla consolatione, *plenum mixto*, propter consolationes, quibus temperat nostros. Profectò apud Etaiam *b*, *miscere ebrietatem*, & *ad hoc esse viros fortes*, ut & *potentes ad bibendum vinum*; quod cum nota maledictionis de talibus pronuntietur; non est, temperare uti vino, vel ebrietate. Hoc priusquam hinc abeo, moneo: non videri verum, quod scribit Origines *c*, scriptum in Evangelio Christum miscuisse vinum in ultima cœna, & meracum tradidisse. Fortassis *miscendi* verbo usus est Origenes pro propinandi & *meracum* intellexit, non quod nulla ratione dilutum esset: sed quod modica permixtione aquæ. Nam etiam exemplo Christi, vino nonnihil aquæ miscendum in consecratione Theologi *d*, & Patres *e* docent, nec non Concilia *f*. Confirmat id Cyprianus *g* ex proverbiis *h Bibite vinum quod miscui vobis*. Qui tamen locus non concludit, cum *miscere*, possit esse idem atque parare, & propinare; Appellat Irenæus *i* lacrum calicem, temperamentum, & mixtum.

Et inclinavit hoc in hoc. Hieronymus, *& propinabit ex eo*. Alii, *& effundit ex hoc*, *redundare facit*, aut *diffuere undique*. Eleganter expressit Apollinarius liquoris quum ex vase in vas immittitur, quondam in medio veluti suspensionem:

ἐξέτ' ρης δὲ παραχλιδὸν πορπζαι.
Ex alia in aliam inclinate suspenditur.

Augustinus, *ex hoc in hunc* fortasse, ex hoc calice in hunc calicem. Quod dupliciter potest intelligi: vel *ex hoc*, qui dictus est plenus esse vino mero, & mixto, *in hunc*: ita per *hunc* intelligas, quemlibet, nec unum præcisè: vel quod inclicavit calicem illum Deus ex hoc alio calice in alium, ideſt, in diversos alios, & inter se, & ab illo singulis portionem suam infundendo. *Dividere* dicitur Deus *dolores furoris sui k*, hoc est, cuique pro meritis. Innui autem videtur mos convivalis, quum Sacerdos apud Gentiles, mero calicem plenum præguſtatum propinabat ceteris per ordinem: ut Macrobius *l* meminit, & Poeta *m*:

Hic regina gravem gemmis, auroque popoſcit
Implevitque mero pateram, &c.
& in mensa laticum libavit honorem.
Primaque libato summo tenus attigit ore,
Tum Bitia dedit increpitas: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro,
Post, alii proceres.

Legit Hieronymus *n* alicubi, *ex hoc in illud*, Græca pronomina sunt neutrius generis ἐκ τούτου εἰς τοῦτο & referunt ad ejusdem generis nomen ποτήριον, pro quo quia Latinè est *calix*, Augustinus, ut dixi, legit, *ex hoc in hunc*. Sed interpres retinuit genus nominis Græci, etiam contra Syntaxim Latinam: ut alias monuimus, & aliquot exemplis Ribera noster *o* demonstrat, inter quæ hoc ponit: quem præterea de loco isto toto consule alibi *p*.

Fax ejus non est exinanita. Hieronymus, *verumtamen fæces ejus epotabunt bibentes omnes impii terræ*, conjungit enim hæc sequentibus verbis versus. Alii, *fæces ejus sugent, & bibent omnes impii terræ*. Significat יִמְצוּ *jimtsu sugent*, à מצה *matsah*, vel *prement*, *expriment*. Planè *defæcata* q *vindemia* vinum beatis datur, fæces damnatis, mixtum cum fæcibus, in hac vita, tùm justis tùm peccatoribus: quamvis aliqui: *non exinaniri*, exponant de damnatis, quos puniat Deus citra condignum: quibus favet Ambrosius *r*, ut jamdudum dixi, quum è contrario misericordiæ ipsius *oleum sit effusum* *s* & exinanitum: seu evacuatum, immo ipsemet Dei filius *exinaniverit semetipsum* *t*, & *mensuram non solum*

a Didac. Stelle in Luc. c. 3. Alphon Giron conc. 2. de S. Steph. b. c. 5. 22.

c Hom. 9. in Jeremiam. Vino aqua miscenda in consecratione.

d C. 4. 16. & 22.

e Damas. l. 414. Cypr. Ep. 48.

f Conc. Hippon. can. 25. conc. Carth. 3. can. 24. Trid. sess. 22. can. 9.

g Ep. 48. hic 9. 5.

h lib. 4. c. 57. l. & c. 1.

i Job. 21. 7.

k lib. 3.

l Virg. 1. Æneid.

m

n in Esa. c. 51. & in Abac. c. 2.

o 2. de Templo c. 2. n. 9.

p in Epist. c. 24. num. 67.

q Esa. 25. 6.

r in ps. 37.

s Cant. 13.

t Phil. 2. 7.

A Abonam, *confertam*, *cogitatam*, *sed superfluentem* quoque det *in sinum* electorum *u*, *replens in bonis desiderium eorum* *x*. Consentit Augustinus *y* & nos eadem de re alias egimus. Porro Cassiodorus docens *fæces* esse reliquias vini confidentes indensissimam crassitudinem, ad quas solet pervenire, quando liquor ille superior probatur expensus: negat hic pro sordibus accipi: sed pro imis atque ultimis vini partibus: nec enim illos posse habere merum atque purum vinum, idcircò etiam subdi, quod *bibent omnes peccatores terræ*. Immò verò, quum dicitur, quod non est *fax exinanita*, indicatur, propriè illam sumendo, semper superesse quod bibatur, nec ad eam perveniri. E contrario scribit Esaias *z* *usque ad fundum ealicis soporis bibisti*, *& potasti usque ad fæces*, & Ezechiel; *Bibes illam*, *& epotabis usque ad fæces*, *& fragmenta ejus devorabis*. Vini fæx, est illius quasi κράτος & σθένος *robur & aciarium*, ac velut radix, ita ut avulsum ab ea non duret diu: & veteres in more haberent, quo id in annos multos servarent, ubi ex prælo culcatum fluebat cum fæce, reliquisque partibus universis condere, & deinceps à summo haurire. Erat nihilominus quod *facatum* vocabant *vinum*, infirmæ speciei ejus quod *deuterium* sive *secundarium*, & *operarium* *a*. Alludi ad hoc videtur per verbum יִמְצוּ *jimtsu*, de quo dixi, & hujusmodi vinum recte convenit damnatis, quasi perpetuis mancipiis.

u Luc. 6. 38. *x* Ps. 102. 5. *y* Aug. de civ. c. 24.

z c. 51. 17. c. 23. 34.

Vini componendi & hauriendi ratio apud veteres.

a Plin. l. 14. c. 10. Cato de re rustica c. 354.

Bibent omnes peccatores terræ.) Quodam loco Hieronymus *b*, & Psalterium Romanum, atque Cassiodorus, *bibent ex eo*. Prius in textu Hebræo est יִמְצוּ *jimtsu*, *sugent*, vel *expriment*, quod plus est quam bibent. Arbitrantur aliqui esse transpositionem verborum, quasi diceret, non tantùm bibent, sed ebibent ad ultimam usque guttam, fæceique. Si fieri posset, ut exhauriant; quòd fieri non poterit, quum semper super futurum sit quod bibant; ut idcirco Lxx. exposuerint, bibent, postquam dixerant, *fax ejus non est exinanita*. Nec verò insolens Hebræis, majoris verbum vehementiæ, primo loco ponere. Idem sensus; sugent, seu, expriment, & ebibent, non tantùm bibent. Nomen *terræ* adjectum ad *peccatores*, mysticè quidem concedi potest significare id quod suprà notatum est. Sed ad litteram dicit universalitatem, generalitatem, communitatem, comprehensionem, omnium, ubicumque sint in hac habitabili terra, peccatorum. Multa occurrunt similia exempla; illud simillimum *c*. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, ubi ex opposito nominantur, *fideles terræ* *d*.

b in Ezech. c. 33.

c Ps. 100. 8.

d vers. 8.

Vers. 10.) Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.

PRopheta de divina hucusque justitia locutus præsertim in peccatoribus puniendis, quos monuit etiam, recipit se semper eam annuntiaturum hominibus, atque propter illam Psalmum decantaturum in honorem Dei Jacob; quem potissimùm vindicavit ab injuriis aliorum, & ex luctatore *Israelem* fecit, ideſt, ut vulgus interpretatur, *visorem Dei* vel potiùs, *prævalentem Deo* *e*, Vel induit David personam Hebræi populi apud Babylonios captivi, ut Græci quidem, & Latinorum aliqui exponunt. Melior horum pars loquentem facit Christum cum corpore suo mysticò. Christus quidem missum se dixit *evangelizare pauperibus* *f*, & hos *à se evangelizatos* *g*, & prædicandum *Evangelium in toto mundo* *h*. Annuntiatio porrò illa facta semper est hominibus à Deo, fietque & fit, tùm interius, tùm exterius, videlicet de præmiis, ac suppliciis æternis maximè, nec non de aliis, quæ credenda sunt. Distinguit sex nobis annuntiata de Christo Ayguanus *i*, incarnationem ab Angelo *k*: *qui* enim *habet pennas annuntiat sententiam* *l*, nativitatem *m*, miracula, passionem & mortem, resurrectionem, ascensionem. Hugo propterea nihil exprimere Prophetam notat, quid annuntiaturus sit, quia sit ineffabile.

Sensus loci.

e Gen. 38. 28

f Luc. 4. 18. *g* Matt. 11. 5 *h* Matt. 26. 13.

Ayguani distinctio.

i in ps. 39.

k Luc. 1. 26. & seq.

l Eccl. 10. 20.

m Luc. 2. 9.

Ego autem annuntiabo in sæculum.) Sic etiam Hieronymus, seu, *in sempiternum*, quod synonymum est. Paraphrastes addit, *miracula illa*, in Psalterio vetere

Ro-

Romano, & Gallicano, apudque Arnobium, & Cassiodorum, *ego autem in sæcula gaudebo*. Videtur Arnobius legere, *in sæcula sæculorum*: Augustinus, *in sæculum*. Græca editio LXX. habet eodem modo ἀγαλλιάσομαι. Scholion attribuit V. editioni ἀπαγγελῶ, *annuntiabo*. Annuntiatio lætantis sit cum exultatione, præsertim cum celebrat & canit epinicium: ut ideo LXX. maluerint *gaudendi & exultandi* verbum exprimere. Nisi placeat suspicio tibi Agellii, non legisse אגיד *agghid*, quod nunc extat, ideſt, *annuntiabo*, sed אגיל *aghil*, *exultabo*. Certè mutatio perfacilis: Vel lanienii, non vertisse LXX. ἀγαλλιάσομαι, sed ἀγαγγελίσομαι. Prædicatio durat *in sæculum*, hoc est, usque ad consummationem sæculi, annunciatio festiva laudum Dei, & exultatio in sæculum æternitatis, quia *habitantes in domo illius, in sæculum sæculi laudabunt eum* a.

a *psſ* 83. 5.

Cantabo Deo Jacob.) Psalterium Gallicanum, sive Ambrosianum, & Augustinus, *Psallam*, magis consentaneè ad Græcum ψαλῶ, & Hebræum אזמרה *azammerah*, Quare denominetur Deus peculiariter *Deus Jacob* b alibi docui. Exultationem præcedentem refert Euthymius ad calamitatis cessationem, decantationem Psalmi, ad gratiarum actionem. Basilius, aut Theodoretus, utrumque ad istam: ut non insultet his, qui contra se prius insultabant, intentus Dei laudibus dumtaxat. Qui cantat, vel prædicat Deo, etiamsi surdæ sint aures aliorum, neque concinnant & consentiant, non perdet mercedem: perdet, quamvis lucrifaciat Deo, si non Deo, ideſt, propter Deum, per se fecit.

b *in Psſ.* 19. 2.

Cantātium & Deo prædicantium merces.

Vers. 11.) Et omnia cornua peccatorum confringam; & exaltabuntur cornua justi.

Sensus loci.

INtelligi hic etiam potest loqui Propheta in populi persona, ut Græci docent, ut scilicet simul ac evaserit, ac redierit è captivitate, vicinas gentes insurgens in se vincat & frangat; loquatur autem omnium nomine Dux eorum Zorobabel Allegoricè Christo convenit, maximè in die judicii: Tropologicè cuivis justo dæmonum, persecutorum, vitiorum frangenti vires. Ac de Deo quidem seu Christo interpretando, propositi sui Propheta, quod priore versu exposuit, rationem reddit: quod sibi hæc videatur illum loquentem audire, quæ isto continentur. Deo autem eodem, Christove fretus, tantum audet, sicut & qui dicebat, se *arma* habere *potentia Deo, ad destructionem munitionum, consiliaque destruere, & omnem multitudinem extollentem se adversus scientiam Dei* c. In Midras theillim, & inecha rabbethi, hoc est, in expositione Psalmorum, & threnorum exponitur hic locus de auferendis omnibus dignitatibus à Judæis, quæ olim iis erant concessæ, & concedendis Gentilibus, qui Messiam reciperent, tamquam verò, peculiari, electoque populo Dei. Notatur ibi, ut etiam Galatinus *d* refert, & hoc loco Nebiensis, non hic unum, sed cornua plura dici, quia decem sunt data populo Israelitico, Abrahæ, quod *cornu olei* vocatur, ei tamquam *dilecto* datum: Isaac, pro quo *aries* in sacrificio substitutus est, *hærens cornibus* e. Joseph, regnum ipsius, seu præfecturam designando, quæ sunt vocata *cornua Rhinocerontis* f. Mosi cujus *cornuta facies* fuit g: Aaræ *h* quod dici potest *cornu* prophetiæ: cornua de quibus Abacuc *i*, designantia legem: cornu Sacerdotii *excitatum in gloria k*: cornu Levitarum *l*: cornu Jerusalem dicta *cornua unicornium m* postremò Messiæ, sive Christi, quod *sublimandum* vaticinata esse Anna *n* & David producendum *o*. Omnia cornua ista propter Hebræorum peccatum, ab iis ablata, dataque Gentibus, confirmatur eodem commentario, & libro ex Daniele *p* describe te bestiam cum decem cornibus, & ex Threnis *q*: ubi scribitur, quòd *confregis Deus in ira furoris sui omne cornu Israel, & destruxit r, & non pepercit, & lætificavit super eum inimicum illius: & exaltavit cornu hostium*. Quo pacto autem, & quando id factum sit, explicat Galatinus, colligens bonum argumentum ex concessis: Messiam sive Christum, Judæis initio datum, deinde quia repulerent, & reprobaverunt, concessum Gentibus esse. Illud quod Rabbini tradunt de bestia illa Danielis, esse Papam, tam absurdum est, ut refutandam non sit, & nos properamus ad finem.

Allegoria. Tropologia.

c 2. Cor. 10. 5.

d *lib.* 9. 5. 14

Esa. 5. 1.

e *Gen.* 22.

f *Deut.* 33. 17.

g *Exod.* 34. 29. 30.

h 1. *Reg.* 2. 1

i *cap.* 3. 4.

k *Psſ.* 311. 9.

l 1. *Paral.* 25. 5.

m *psſ.* 21. 12.

n 2. *Reſ.* 2. 20.

o *psſ.* 131. 17.

p *cap.* 7. 7.

q *cap.* 2. 3.

r *vers.* 17.

Et omnia cornua peccatorum confringam.) Græci varii idem significantibus verbis hic utuntur. LXX. συγκλάσω, vel juxta codices alios, σωδλάσω, illud primum tribuitur etiam Theodotioni: Aquilæ πδεικόψω *concidam*: Symmacho, μαζαχλάσω *diffringam*. Apollinarius autem vidit κόσω. Item Hebræum verbum גדע *gedahh* est in illa sententia ex Tirenis *f Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel*: ubi Paraphrastes *gloriam* reddit, hic verò *regna & fortitudinem excelsam*. Præterea, in Jeremiæ prophetia *t*, *abscissum est cornu Moab*. Cui similis formula in Ecclesiastico *u*, *Contrivit cornu ipsorum* (Philistiim) *usque in æternum*. Item in libris Machabæorum *x*, *Et non dederunt cornu peccatori*. Quod autem scribitur in eodem libro Ecclesiastici *y Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti*, Græcè est τὸ κέρας *cornu*, pro regno. Psalmo 17. *z* David simili fiducia canit, *Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos*. Sed ibi est ἐκρόψω, & אמחצם *emchats*. Aponius *a* ait Christum in primo adventu similem hinnulo cervorum fuisse, propter humilitatis formam, necdum adhuc potentiæ cornibus exaltatis, quibus in secundo adventu callaturus esset mundum; atque de his cornibus hic agi, dum vixit inter nos, tamquam hinnulum cervorum sine cornibus amorem in se potiùs visionis suæ, quàm terribilitatem ostendisse. *Agnum* vidit Joannes *b habentem cornua septem & oculos septem*. Per *cornua* verò Aretas *c* vult intelligi fortitudinem, gloriamque: Ambrosius septemplicem regni Christi statum ab exordio mundi usque ad finem. Non est hic agnus, vel simplicior, utpote oculis præditus septem: vel imbecillior, quippe cornua totidem habens: Et quod attinet ad formidinem, illius opera præcipua septem sunt: victoria diaboli, mundi, mortis, destructio peccati, inferni spoliatio, prædicatio, ac persuasio legis ipsius in orbe toto, fundatio, conservatio Ecclesiæ perpetua. Significat etiam numerus septenarius, universitatem designans, *datam Christo omnem potestatem in cœlo & in terra d*, atque in ejus manu esse omnes potestates, & omnium jura regnorum. Quamvis alii malint esse septem spiritus, Angelosve divinæ providentiæ, ac potentiæ ministros in gubernando mundo, & profligandis, destruendis, ventilandis adversariis potestatibus. Lege Peterium nostrum *e*, & de multiplici significatione *cornu* Pintum *f*, quem prius citavi, atque Berchorium *g*, & Joannis Fernandez nostri Thesaurum *k*. Omnia cornua peccatorum sunt anima, corpus, opes, potentia, dignitas, scientia, voluptas, prudentia mundana, & similia, quibus insolescentes alios *ventilant* tamquam *infirma pecora i*. Ferunt k in Garamantia tam magna nonnullis armentis cornua esse, adeo deflexa, & declivia, ut ore carpere nequeant herbam, sed obliquo capite pasci debeant, vel frangi cornua. Similes istis superbi, qui nisi frangant, deponantve arrogantiam, cœlestis alimoniæ participes non erunt.

a *ibi.* 4. *in Cant.*

b Apoc. 5. 6

c *ibidem*.

Numerus septenarius universitatem designans.

d *Matt. ult.* 18.

e *in Apoc. c.* 5. *disp.* 8. 9

f *in Thren. c.* 2. peccatorum cornua quæ sint.

g *voce cornu* k *verbo cornu*.

i *Ezech.* 34. Cornua nonnullis armentis carpentis [carpendo cibo obstantia apud Garamantas.

k *Berchorius ex Solino*.

Ex exaltabuntur cornua justi.) Numero singulari codices aliquot habent τὸ κέρας *cornu*. Scholion refert ex LXX. utrumque nomen pulaliter ζα κέραζα τῶν δικαίων, *cornua justi*: ex Symmacho, & Aquila, κέραζα δικαία *cornua justi*, quod habent nunc emendata biblia LXX. ex Theodotione κέρας δικαίων *cornu justorum*: quod Apollinarius in carmine vocat εὐσεδέων κέρας, *piorum cornu*. Hebræum nomen קרנות *keranoth*, *cornua* significans est plurale: & singulare עריק, *esaddik*, *justus*, *Exaltato*, seu *sublimatio cornu* in hac significatione, ut bonum facit sensum, extat multis aliis in locis *l*.

l 1. *Reg.* 2. 1. 10. *psſ.* 88. 18 25. *psſ.* 111. 9 *psſ.* 131. 17 *psſ.* 148. 13. *Eccl.* 47. 6. 13. *Luc.* 1. 69

Non opus diutius in mystica immorari *cornu* intelligentia, secundum partem meliorem. Ayguanus docet denotare humilitatem, & reverentiam, quia semper vergunt aliquo modo cornua in terram: pietatem & misericordiam, quia oleum olim cornibus includebatur: castitatem & munditiam, quia cornu ex carne nascitur carne tamen nudatum est.

Mysticus sensus.

PSALMUS SEPTUAGESIMUS QUINTUS.

1 In finem, in Laudibus: Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrios.

2 NOtus in Judæa Deus: in Israel magnum nomen ejus.
3 Et factus est in pace locus ejus: & habitatio ejus in Sion.
4 Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.
5 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis:
6. turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.
7 Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt qui ascenderunt equos.
8 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
9 De cœlo auditum fecisti judicium: terra tremuit & quievit.
10 Quum exurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.
11 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
12 Vovete & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu ejus affertis munera.
Terribili, 13. & ei qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges terræ.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) In finem in laudibus.

Psalmus Asaph.

Canticum ad Assyrios.

IN *finem* quid sit, dictum aliàs; *in laudibus*, seu *in carminibus*, ut legunt Hugo, & Haimo, vertitque Hieronymus, idem est, quod in *hymnis*; quæ ipsa vocabula sunt, in titulo Ps. 60. & 66. tùm Latinè, tùm Græcè, & ubique idem. Hebræum נגינת *neghinath*, in aliis pluraliter נגינות *neghi noth*, quod prioribus Psalmis declaravimus significare musicum instrumentum, Constat etiam ex dictis differentia inter *Canticum & Psalmum* Pro *Psal. Asaph Canticum* Paraphrastes reddit, *laus*, aut *laudatoria per manus Asaph & Canticum*. Hieronym. *in carminibus, Psalmus Asaph Cantici* Quamvis Lyranus (apud quem in quibusdam codicibus mendosè legitur *in canalibus*) legat (*Psalmus est* &c. & ex eodem Hieronymo Victorius refert *Canticum* Trevetus, *In Psalmus Canticum Asaph carminis*· Ultimæ voces, *ad Assyrios*, non habentur Hebraicè, vel Chaldaicè, Græcè autem in numero unius ὄρος Α'σσύριον. Basilius, sive Theodoretus notant in exemplo non contineri, sed in aliquibus tantum exemplaribus. Scholion, non in terrasselido, neque apud LXX. neque in libro Eusebii Pamphyli, neque in Octasselido. Nescio cur collector scholiorum in editionem LXX. asserat abesse à Psalteriis Latinis. Deprehendi quidem à nonnullis abesse, & nec Augustinus, nec iis, qui nomen habet Hieronymi, explicant: nihilominus in pluribus reperi; exponiturque ab eo, qui nomine appellatur Ruffini, & qui Arnobii, item à Beda, (qui meminit quosdam legere *contra Assyrium*) Remigio, Haimone, Brunone, Cassiodoro, Hugone, & passim ab aliis posterioribus. Agnoscit etiam Ambrosius *a*: quamvis juxta textum Græcum legat singulariter, *ad Assyrium*, & hymnum vocet Ratio hujus additamenti ex argumento pendet. Græci conveniunt, multique Latinorum, nec non Hebræi, argumentum esse vaticinium destructionis Assyriorum, qui, Duce Sennacherib, invaserant Hebræos; quod Apollinarius carmine sic expressit:

Κσίραιον Ασσυείων γελόων Α'σάφος ὕμνον,
Γ'αχεν ἑρδομήκης δεκάδος τέμπτον ἄεισμα,
Regem Assyriorum ridens Asaphus prudens,
Resonuit septima decadis etiam quintum carmen.

Risum intelligit lætitiam pro liberatione. Simul verò narrat David, & extollit potentiam Dei, hortaturque ad tam potenti ac benigno Deo reddendas gratias. Favet isti sententiæ totus Psalmi contextus, quòd de cœlo Deus auditum fecerit judicium; quòd dormiebant divites ac opulenti: quòd terra tremuit; quòd aufert Deus spiritum Principum, idest interficit. Sunt enim hæc omnia valde contentanea isti historiæ *b*, in qua scribitur Sennacherib ipse postea percussus gladio à filiis.

B Mystico sensu, Psalmus est de Dei laudibus, liberantis à persecutionibus Ecclesiam, earumdemque auctore diabolo, præsertim verò sub mundi finem; quando gravius ingruet periculum. Sed juxta etymon *Assyrii*, sive *Assyriorum*, ut hi significent *dirigentes*, Cassiodorus, Ruffinus, Beda, Haimo in bonam partem interpretantur sermonem esse ad fideles, qui jam fidei regulis docti, rectis semitis ambulare contendunt. Remigius, & rursus Haimo, contra Judæos, qui se direxerunt secundùm carnalia sacramenta; secundùm litteram intelligentes, non secundum spiritum, & quod ait Bruno Carthusianus mentiuntur se solos esse dirigentes se in divinis præceptis ita ut adhortetur eos Psalmus in viam salutis ire, & dirigi. Ambrosius *c*, exponens *Assyrium* sonare inanem, ac vanum Principem istius mundi, ait scriptum esse Psalmum adversus nequitias spirituales. Qua in re contentit Arnobius, nec non Beda: sed hìc juxta lectionem, quæ habetur in titulo, *contra Assyrium*. Ex Græcis etiam Nicephorus, ac Euthymius. Ad eumCdem modum licet Etaiam interpretari, quom Deum ita loquentem inducit *d*: *Si non ut mente tractavi, itaerit, ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: hoc consilium quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extensa super universas gentes*. Quod ad Assyrios pertinet, Herodotus *e* confundit cum Syris, ut hos ita Græci, illos Barbari eo modo nominent, Eadem quoque Justino *f*, & Ammiano *g* Syria, & Assyria. *Assyriam* vocatam à Barbaris Dio Cassius *h* indicat Sardanapalum quoque nunc Syriæ vocat Regem Cicero *i*, nunc Assyriæ *k*. Ceteroqui constat latius patere Syriam & Assyriam propriè esse regionem multo minorem, quam Plinius *l* Syriæ partem facit, postea vocatam *Adiabenten*, Strabo autem longiùs extendit. Ab Assur filio secundo Sem filii Noe, denominata est Assyria, teste Jolepho *m*, Assurii, & Assyrii iidem, sicut Syria, & Suria, Syracusæ, Symbola, & Sumbola, Sycophanta, & Sucophanta, & alia similia, ut Cassiodorus *n* notat ex Annæo, Cornuto *o*, Frequenter scriptura usurpat *Assur* pro Assyria, Assyriove, & Assyriis *p*. Lege de nostris Riberam *q*, & Salmeronem *r*, & quæ ipsi diximus in Actis Apostolum *s* Athanasius *t* recenset psalmum istum inter eos, qui de Domino gloriantur, nempe una cum 22. 26. 38. 39. 41. 83. 96. 98. & quem supra receptum munerum ponit, 151. Recitat hunc Ecclesia Psalmum in matutino feriæ V. in cœna Domini nocturno primo, & nocturno secundo festi Tranfigurationis.

a de Nabuc. cap. 14. Argumentum.

b 4. Reg. 19. 35. 2. Paral. 32. 21. 22. Esa. 37. 36. Tobiæ 1. 21. Eccl. 48. 24. 1. Mac. 7. 41. lib. 2. 8. 19. Mysticus sensus. Assyriorum etymon.

c de Nabuch. c. 14.

d c. 13. 24. 35. 26.

e lib. 7. Syrorum & Assyriorũ confusa nomina inter se.

f lib. 1.

g lib. 23.

h in Trajano.

i 4. Thus. 5.

k 2. de finibus.

l l. 5. c. 12. Syriæ & Assyriæ distinctio.

Assyria unde denominata.

m 1. antiq. c. 7. Assurii & Assyrii iidem lib. de Orthograph.

o l. de enumeratione. Assur pro Assyria & Assyrii frequenter.

Psalmus hic inter eos recitatus qui de Domino gloriantur. p Ps. 82. 9. Esa. 10. 5. & seq. 4. Reg. 15. 29. Gen. 10. & 11. & alibi.

Psalmi hujus recitatio in Ecclesia & quando.

q in Ose. c. 6. n. 36. & seq. 10. 2. prolog. 41.

r in c. 13. 13. & in c. 7. 18.

t ad Marc. Sensus loci.

Vers. 2.) Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.

Vers. 3.) Et factus est in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion.

CElebrem Dei notitiam, nomenque in Judæa, universoque illam incolente populo ait esse; quodque pecu-

peculiariter eam sibi provinciam delegerit ad habitandum, tùm verò Salem, quæ vox *pacem* sonat, & ejusdem, sive Jerusalem, illum montem, qui vocatus est Sion, ut ibi religiosius coleretur. Ejus autem notitiæ, atque celebris famæ, quæ longius manavit etiam ad exteros, causa extit, quia dictum populum, locumque mirabiliter Deus tutatus est adversus hostes, & quod attinet ad Assyrios, centum octoginta quinque millia eorum nocte una per unum angelum cecidit *a*: quod indicant sequentia.

a 4. *leg.* 29. 35.2. *Paral.* 32. 21. 22. *Tob.*1.21. *Eso* 3. 36. *Eccl.* 48.4.1. *Mat.* 7.41. 1. 2.8. 29.

Sensus mysticus.

Sensus mysticos quotquot alii sparsim tradunt, unus attingit Euthymius, ut quia Judæi frustra unius sibi justitiam usurpant Dei, quos tamen Prophetæ non semel idololatriæ nomine accersunt: *Judæa*, & *Israel* designent Scripturas divinas, & divinum in iis præscriptum cultum, quæ annuntiant, vel præfigurant Christum: præterea, quod, Maximo Auctore Phylosopho refert Euthymius, ut denotet *Judæa* philosophiæ partem practicam, quum significet κατ' ἐτυμον *confessionem*, quod est initium quoddam ad alias virtutes: *Israel*, cujus notio est (vulgaris non exacta) *videns Deum*, theoreticam: tandem, ut innuant hæc Ecclesiam ex Gentibus novam, sua confitentem peccata, & verum Deum per contemplationem semper intuentem, quem Paulus *b* nominat *in abscondito Judæum*, & *circumcisionem cordis in spiritu*, & *litera*. Adde ex oppositio illos, quos Joannes *c* refert *dicere se Judæos*, & *non esse*, sed mentiri, & *esse Synagogam Satanæ*. Placuit postremus dicendi modus Latinis fere omnibus Enarratoribus hujus loci, ac præter illos, Gaudentio Brixiensi *d* & Ambrosio *e* æquali ejusdem, quamvis potiùs doceant ex illis angustiis Judææ & Israelis exiisse, & *effusum* fuisse *nomen* Christi *f* tamquam ex vasculo, quo includebatur. Idem quoque alibi Augustinus *g* docet, qui hoc loco multis verbis demonstrat indignos esse qui nunc nominantur Judæi, tali appellatione, quia defecit illi princeps de Juda *h*, & sævierunt in genus Juda, inque semen David *i*, ideſt, in Christum, negantes *se habere regem, nisi Cæsarem* k, Christianos dignos esse illo nomine, qui credunt in illum Regem, qui venit ex Tribu Juda per Virginem Mariam, & per fidem videndo Christum Deum, *Israelita* quasi *videntes Deum* (juxta tritam, etsi minimè veram Etymologiam) cognominari possunt: priùs confessi peccata, Deumque videntes fide, ut in peccata eorum conscientia habitet: quoniam quamdiù quis non confitetur, quodammodo rixatur cum Deo: tandem vero pervenient ad clarè contemplandum ipsum in cœlesti Sion, *facie ad faciem* l. Rursum Ambrosius *m notum* interpretatur *in Judæa Deum in Israel magnum nomen ejus*, hoc est, non in divitibus, non in nobilibus, sed in pœnitentibus, & in anima confitente Deo, non in Principibus, & Consulibus, sed in eo, qui Deum videt, & in quo profunda fides ad cognitionem Dei potuit pervenire: locum ejus esse, ubi quietus affectus nullis diversarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis avaritiæ turbantur procellis, nullis quærendarum divitiarum ignescit incendiis. Idem *n* adhuc Julianam viduam per nonnullam allusionem, ac veluti errorem linguæ, nominans *Judæam*, causam reddit, quia Judæa est anima, quæ Christum fatetur, & ibi *notum Deum*, ubi agnoscitur, non ubi negatur. Utriusque nominis *Judæa & Israel*, quam diximus, acceptionem pro cunctis, qui Messiam verum Deum & hominem crediturі, & confessuri essent, ex Rabinis ipsis confirmat Galatinus *o*, Cyrillus Alexandrinus *p* propagatum Dei nomen post incarnationem scribit, quod vix priùs in sola notum erat Judæa, populoque Israelitico; quia Moyses erat voce exili, *linguaque tardiore* p. Innuit eadem Hieronymus *r* de dilatatis Ecclesiæ filiis. Athanasius *s* ait *magnum nomen in Israel* de filio: *Deum notum in Judæa*, de Patre intelligi, & Christum esse equè magnum Deum, ac Patrem ipsiusque *nomen admirabile in universa terra* t. Clemens Alexandrinus *u* probat veram cognitionem Dei, quando per eam confitemur Deum, & ejus præcepta servamus, proximum diligendo propter ipsum, & hoc sibi velle *notum in Judæa Deum*: ideſt in ejusmodi confessione. De Christo explicat Irenæus *x*, qui Emmanuel, homoque Deus habitaverit illis in locis, qui hìc exprimuntur, & innotuerit longius, iis etiam, qui non quærebant eum.

b *Rom.*2.28.

c *Apoc.* 2.9. *c.* 3. 9.

d *Ser.* 3.

e 1. *de Spiritu Sancto c.*7

f *Cant.* 1. 2.

g *tract.* 105.

h *in Joan.* i *Gen*, 49 10

k *Joa.*19.15.

l 1. *Cor.* 13. 12.

m *de Nabuth.*

n *de hortat. ad Virginit.*

o *lib.*6. *c.*14.

p *Orat. in die S. Joan. Ev. quę ext. tom.*6, *conc. eph. c.* 2.

q *Exod* 4.10

r *in Osea c.*2 *& amos c.*5.

s *de commu. essent Pat. & Filii, & Spiritus Sancti.*

t *psſ.* 8. 1. Vera cognitio Dei quę sit.

u 7, *Serm. c. alt.*

x *lib.*3. *c.* 9. & 10. *lib.*4, *c.* 66.

Notus in Judæa Deus.] Hieronymus, *cognoscitur*. Paraphrastes *domum Jehudah* nominat. Pro regionis nomine usurpat semper Scriptura nomen proprium Tribus, seu Auctoris ejus Juda יהודה *Jehudah*. De vocabulo hujus, Judæique origine, usuque, dixi commentario Actuum Apostolorum *y*. Etsi vero qui hunc leget non illum fortasse habebit pro manibus, aut adire commodum non docet, mihi tamen nec gratum, nec laudabile semel dicta transcribere. Quatenus cognosci Deus naturaliter possit, & à Philosophis cognitis fuerit, attingit Genebrardus, & in quo differat hujusmodi cognitio à revelata. Egent ista disputatione uberiore, quam & nos aliquando scholasticè instituimus, tractantes de gratia; tùm præterea, quàm latè pateat de eodem Deo scientia, ut in hac quidem vita secundùm eam rationem, qua rerum aliarum essentia, cognosci non possit, in alia omnino non valeat comprehendi. Notitia DEI de qua hìc agitur, amplectitur cultum ejusdem, ut *factis* non *negetur*: z nec *speciem pietatis habens* quis, *virtutem ejus abneget* a: vel se *conformet huic sæculo* b. Excellit multis nominibus notitia Christani de Deo, illam, quam habuit Judæus, ut meritò beatos Christus prædicaverit quod viderent, & audirent, quæ non licuisset Regibus, Prophetis, Justis *c*, *Audiverunt* discipuli *viderunt oculis*, & *perspexerunt*, *atque manibus contrectaverunt de verbo vitæ* d: ad externos sensus corporis internos quoque mentis adhibentes; posteriores hoc quodam modo beatiores: quòd non videntes, aliisve sensibus externis percipientes, *credunt* e: nec utuntur ad credendum argumento illo sensuum: alioquin simpliciter, & absolutè concedi debes aspectum, & præsentiam Christi fuisse singulare quoddam beneficium, privilegiumque; quamvis multi eo usi non sint, tamquam motivo ut vocant, ad credendum; propterea majore reprehensione atque damnatione digni.

y *in c.*1.18.

z *Til.*1. 16. 22. *Tim.*3.5.

b *Rom.*12.2.

c *Luc.* 10. 23.24. *Matth.* 13. 16. 17.

d 1. *Joan.* 1. 1.

e *Joan.* 20. 29.

Singulare beneficium in aspectu & præsentia Christi.

Ceterum notitia, de qua hìc est sermo ad litteram, consistere videtur in effectis potentiæ, ac misericordiæ Dei, quæ effecta quando non exhibet Deus, videtur ignotus, absconditus, occultus. In quo sensu potest illud exponi *f*, *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator*, ideſt, videbaris absconditus esse, quum populus affligeretur in Babylone, postquam vero eum liberasti, constitit apertè te Deum esse, ac Salvatorem Israel.

f *Esa.*45.15.

In Israel magnum nomen ejus.] Per corda Gentium, & in fines Orbis effusum, ac per omnem creaturam extensum, postquam Dei filius per omnem mundum suo illuxit adventu, & quasi extra vasis angustias effusum, longèque ac latè diffusum est, ut ait Ambrosius *g*. Non amplius ineffabile nomen Dei, apud nos est, nec ut Urbis tutelarem Deum nominare illum nefas, vel ejusdem Urbis, nomen proferre *h*. Scribitur in titulo Crucis Jesu nomen, communissimis linguis tribus, quod illemet etiam, cujus est nomen, *per universum Orbem portari* præcepit *i*. *Admirabile est hoc nomen in universa terra* k, & secundùm hoc, *sic laus Dei in fines terræ* l. Nomen suum Deus *Adonai* sive *Jehovah* (& Jetu) non indicaverat *m* ante incarnationem, scilicet re ac effectu, & complemento, necdum etiam in isto *nomine omne genu* flectebatur *n*. Crassus, ac perniciosus error esset, Auctoris quæstionum novi & veteris testamenti *o*, qui falsò tribuitur Augustino, si ut aliquo modo præsefert, sensit, extra Synagogam salvari neminem potuisse, propter auctoritatem præsentis loci. Abel, Enoc, Noè, Abraham, Sara, Isaac, Jacob, Joseph, quibus præterea Job addi debet, quos in Sanctorum catalogo censet Paulus *p*, & alii multi ad Synagogam non pertinebant. Notitia quidem, & Dei veri cultus toti alicui populo aut Reipublicæ communis non fuit, præterquam Hebraicæ, nec lex, sacramenta, mediaque alia per se ad religionem, & salutem instituta, nihilominus in naturæ lege nulli umquam defuit sufficiens gratia, & in multis efficacem fuisse dubitari non potest.

g *de Spiritu sancto c.*7.

h *de his Baradius noster to.*1. *har. lib.*9. *c.*5.

i *Act.*9. 15.

k *psſ.*8.2. 10.

l *psſ.*47. 11.

m *Exod.*6.3

n *Philip.* 2. 10.

o *q.*109. Extra synagogam neminem salvari potuisse crassus error.

p *Heb.*11.4.5

Et factus est in pace locus ejus.] Hieronymus, *& factum est in Salem tabernaculum ejus*: & alibi *q*: *Factus est*, ait, *in pace*, sive *in Salem*, *locus ejus*. Nomen cum affixo סֻכּוֹ *succho* propriè *tabernaculum ejus* significat: Ut proinde non censeam vim esse in voce *loci*, quasi latius pateat, quàm *habitationis*: quam vim tamen faciunt, qui sensus mortales eliciunt: ut quod in contem-

q *in Jer.* 6. 25.

plante magis immoretur, velutique figat sedem Deus, A quàm in eo, qui activæ vitæ deditus est. Immo generaliter videtur notio sequentis מעון *mahhon*. Certè vel synonyma nomina sunt, vel admodum parum differentia. Idem nomen שלם *scialem* retinent quotquot vertunt ex Hebræo. Paraphrastes exprimit quoque Jerusalem, & domum ibi Sanctuarii Dei. Monet Haimo positum pro significante significatum. *Jerusalem*, de qua mus alias *a*, putant *b* componi ex ראה *raah*, *vidit*, & שלם *scialam*, quod sit ille ipse locus, in quo construendum Templum prævidens Abraham, dixerit, *In monte Dominus videbit* c, & cujus *Melchisedeth Rex erat* d. Non repetam alia Urbis nomina, quæ retuli alibi *e*, quibus addi potest non solùm *Tsedech*, ut quidem putant, quasi Melchisedech sit dictus quòd res esset Tsedech, sed & ex Eupolemo apud Eusebium *f* *Algariza* significans altissimum montem; *Salem* forma Græca vocant alii Solymam, ut Josephus *g*, qui etiam nominat Melchisedecum Solymæ Regem *h*. Juxta etymon verò sic appellata est Civitas proprio nomine, ob partium suarum integritatem, aptum ordinem, pacem, & quæ *pacis* voce significare solet, prosperitatem, & copiam rerum omnium, atque tutulitatem: & si Josepho credimus, B ἀσφάλειαν *securitatem* sive munimen, arcem, præsidium. Alteri præter ea nomen idem fuit civitati Sichimorum *i*, seu Sichem, & Sichar in Samaria *k*, Quo nomine Joannes *l* usus non est, quia jam exoleverat, nec ante ætatem Jacob usitatum erat, sed tunc quando ille ibi ex coxæ vulnere שלם *scialam*, ideſt, *integer & incolumis* eò pervenit, & quoad uxores, filios, facultates, ut Cajetanus *m* ait. Sed illum non probamus, quum contra vulgatæ editionis fidem contendit appellativum nomen, non proprium fuisse. Lege Genesis & Joannis Enarratores, Villaspandum præterea nostrum *n*. Porrò LXX. nominis proprii vice significatum ejus posuerunt εἰρηνικὸν *pacem*, habentes potissimùm rationem mysterii. Factitant id alibi LXX. & noster Interpres, ut scil. Hebræorum nominum propriorum etymologias pro ipsis nominibus ponant. Exempli gratia, in Genesi *o* dicitur *paradisus voluptatis*, qui Hebraicè & Græcè *Edea* tamquam nomine proprio, ut multi existimant. In Ezechiele *p* *acervus novarum frugum*, pro חל אביב *Thel abib*, quæ Paraphrastes. Symmachus, Theodotio, Aquila sic reliquerunt, ut nomen loci prope fluvium Chobar. LXX. autem, μετέωρος, ἢ ὑπερῆλθον *sublimis & circuivi*. In Osea *q* est, *Non populus meus* pro *Lohhamm*, & pro *Loruchamà*, *non misericordiam consecuta*. In Esaia *r*, *reliquiæ convertentur*, pro *sciar Jasub*. In Cantico *s* *suavis*, & ὑδρόχοα pro *Thirtsa* Civitate amœna, ut nonnulli credunt, quod refellit Delrius noster *t*. In Joele *u* pro שבאים *Sebaim*, sive *Sabais*, LXX. verterunt *captivitatem*, εἰς αἰχμαλωσίαν: in Psal. 41. *x* montem modicum putant aliqui proprio nomine appellari *Mitsar*, quod est in Hebræo textu: in Michæa *y* quod legimus, *Non est egressa, quæ habitat in exitu, planctum domus vicina accipiet*, Legunt alii (*quæ habitat Saanam, & planctum domus*) (Asel aut Beth Asel) LXX. exprimunt *Sanan* Legendus Cantapetrensis *z*: sed cautè, ne quis ei concedat hoc esse vitium in interprete, quod etiam à librorum censoribus in eo meritò est expunctum, nec bene à Gaspare Grajar *a* approbatum. In utrumque audio à fidei Quæsitoribus in Hispania inquisitum, quod de vulgata editione minus reverenter sentirent, & loquerentur.

Tropologia illam, quod in pace, i. e. in animo pacifico sedem Deus collocet sibi, de qua jam prius dixi affert etiam Origenes *b*, explicans quid sit *viam pacis quærere*, & ad Jerusalem, quæ visio pacis est, tendere. Tradit idem Hieronymus *c* differens de fructibus Spiritus Sancti, quorum pax unus est *d*, sicut & de beatitudinibus una *e* item Olimpiodorus *f*, sed nullus copiosiùs & meliùs Augustino in hujus loci commentario de inestino ac externo bello nostro, & procuranda, pace, *qua exuperat omnem sensum* g. Valet argumentum Bernardi *h*: sicut *in pace factus est locus* Domini, ita in discordia locum diabolo fieri. Ubi zelus, ait putatus hoc loco Hieronymus, atque discordia, ibi non est protector DEUS. Videlicet, *non est dissensionis Deus, sed pacis*, sicut inquit Apostolus *i*, & in omnibus Ecclesiis Sanctorum doceo: & Christus *princeps pacis* k est, *paxque nostra* l, *per cujus sanguinem crucis pacificavit Deus sive quæ in terra, sive quæ in cœlis sunt* m, denique ipse est verus Salomon Rex pacificus, ita ut *pacis* nomen natus *n*, vivens *o*, moriens *p*, resuscitatur *q* audiri voluerit, & à prædicatoribus ante omnia annunciari *r*. Distinguit Bernardus *peccatos*, qui *possident terram* corporis sui *s*: *patientes* u qui animam: *pacificos* x, qui annorum quoque animas: primos recipere pacem, secundos retinere, postremos facere: super primos requiescere pacem aliorum *y*, secundos pacem diligere *z*, ultimos cum his etiam qui oderunt pacem, pacificos *a*. Tertullianus *b* scribit quod Deus præcepit, Spiritum Sanctum utpote pro naturæ bono tenerum & delicatum, tranquillitate, & lenitate, & quiete, & pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare.

Et habitatio ejus in Sion.) Hieronymus, *habitaculum*. De *Sion* alibi, deque arca ibi collata à David, temploque à Salomone constructo, seu in cujus montis parte, quæ vocabatur Moria. Prius quoque dixi, quid *habitatio* & *locus* differant τόπος, & κατοικητήριον סוך *soch*, & מעונה *mahhonah* Symmachus, reddit ἀνάκτορον, quasi *basilicam, regiumve palatium*. Genebrardus metaphoram notat, ut מעוכח *mahhonah lustrum* significet, indicetur quod in Sion latet Deus, ut leo paratus ad prædam. Non *lustrum* dumtaxat, sed quemliber *habitationem* etiam *hominum* significat. Attigi denique mysticum sensum ex etymologia *Sion* pro speculâ, & contemplatione, vitave, contemplativa. Is, quem dicunt Hieronymum, pacem, speculam scribit esse vel animam, vel Ecclesiam, vel scripturam. Lege de toto loco isto Philippi Grevæi sermonem *c*.

Vers. 4.) Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.

HAbitasse in Salem, in Sion Deum ostendit, vel ut Imperatorem in arce, ad eam defendendam: quum enim fortiter ac periculosè obsideretur, confregisse vires arcuum, seu sagittariorum, ut invalidi eorum ictus essent, aut ne jaculari quidem possent: scutum quoque, ne se adversus contraria tela illi tueri valerent: gladium, ne comminus pugnando ferire, tandem bellum ipsum totum, & omnem bellicum hostilemque apparatum dissolvisse, inanem reddisse, cessare fecisse. Bellica instrumenta Assyriorum confracta Rickelius explicat vel à Deo, impediente, ne tractare illa possent, quos interfecit per Angelum: vel à Judæis, qui sicut & cetera spolia pro magna parte, illa comminuerint. Sic quidem prædixit postea Esaias *d*: *Propterea hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum, Non intrabit civitatem hanc, & non jaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu ejus aggerem. In via, quia venit, per eam revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus, & protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, & propter David servum meum.*

Sensus mystico passim Græci, ac Latini de fractis dæmonis, per Christum viribus interpretantur: sed & de pace externa, quæ nascente Christo fuit, & lege Christi præcipitur, quantum patitur justitiæ, & publici boni recta ratio. Quo spectant dicta Psalmo 71. *Orietur e in diebus ejus justitia, & abundantia pacis* & Psalmo 45. *f Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia, super terram, auferens bella usque ad finem terræ; Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni*. Id sibi quoque volebant apud Isaiam *g* Michæam *h* conflandi, seu *concidendi gladii in vomeres*, & *lanceæ in falces*, seu hastæ in ligones, & quod *non leverat, sumeretve gens contra gentem gladium, nec exercerentur ultra ad prælium, aut discerent ultra belligerare, sed sederet vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non esset qui deterreret*. Postremò ad idem refertur parabola ne, *forti armato*, quem vicit fortior direptis armis ejus *i*. Certè si vitari bella non possunt, non decet geri ab Ecclesiasticis immediatè, armaque tractari ut Firmino scribens Episcopo Petrus Damiani probat. Affert etiam exemplum de Abbate in finibus Galliæ, quem quum quidam sæculi potens ut ipse loquitur, ob contentionem de

Nominis Jerusalem compositio
a in 4.1.4.
b Masius in c.10. Josue
c Gen.22.14
d Gen.14.18
e in act.1.4.
f 9. Prap. c. 4.
Urbis Salem nomine.
g 1. Antiq. c.7.
h cap 11. Pacis nomine quæ significari, solita.
i Gen.33. 4. 18.
k Joan. 4. 5.
l ibidem.
m Gen.6.33
n in Heb. 3.1.p.l.1.c.8
Nominum propriorum etymologiæ pro ipsius nominibus posita.
o c. 2. 8.
p c. 3. 15.
q cap. 2. 9.
x cap.9.3.
r cap.6.3.
s ibidem.
t cap.3.8.
u vers. 7.
y cap. 1. 11.
z 2. hypotyp. c.1.
a in Michea c. 1.
Tropologia
b l.3 in ep. ad Rom.
c epod Gal. a.5.& Exec. c. 16. & 34. & Eccl.c.3. & ep. 29.
d Galat. 5. 22.
e Matt.5.9.
f in Eccl.c.1 sub initium.
g Phil.4.7.
h Jer. 30 in dedic. Eccl. c. 1. Cor. 14. 33.
i Esa 9.6. Ephes. 2.14
k Coloss.1.22.
l Luc.2.14
m cap. 10. 5.
n Joa.14.27.
o c.20 21.26
p Luc.10.5.
q in sententi. in prine.
r Matt.5.4.
s Luc.21.19. Distinctio. peccatorum, patientum, pacificorum.
t Matt.5.9.
x c. 10. 13.
y Hebr. 12.14.
z psf.11.ult.
a de spect. cap. 1. Spiritus Sanctus ut tractandus.
c Ser. 158.
Sensus loci.
d c. 37. 33. 34.4.& 8.19 32.
Sensus mysticus.
e vers. 7.
f vers.9. 10.
g c. 2. 4.
h c. 4. 3. 4.
i Luc.11.21 Bella non sunt ab Ecclesiasticis immediatè gerenda, Abbatis exemplum in pugnam eum sacerdotibus prodeuntis

de passione armis adortus esset, solos monachos equis impositos, capita cucullis cooperire præcepit, sicque cum illis velut galeatis, & loricatis, fidei munimento, crucisque vexillo ad locum certaminis venit; ille divino perculsus horrore cum suis desiliit de equis, omnesque protinus arma projecerunt, terræ se humiliter straverunt, indulgentiam flagitarunt. Fateor Petrum plus velle, & quodammodo eripere Petri successori gladium materialem, dum eremi incola ingemiscereet ob tam frequentia bella in quibus ipsimet Episcopi galeati, & loricati procedebant, & quia crebræ oriebantur inter Pontifices & Imperatores de rebus etiam temporalibus discordiæ. Lege Baronium *a* rectè ostendentem in Pontifice gladii quoq; materialis usum esse posse.

a *tom.* 11. *annal. an. Christi* 2053 Pontifici materiali quoq; gladio uti licere.

Arcus & sagittas Euthymius, & alii volunt esse dæmonum artificiosas machinas; *scutum* permissionem Dei; *gladium* passiones, & affectus immoderatos, quibus nos dividunt, ac disjungunt à Deo; *bellum*, pugnam, lactamque ipsam qua nobiscum certant, vel ipsosmet dæmones; quemadmodum ex opposito Deus, Christusque appellantur *pax*. Et quidem quum belli finis pax sit rectè Paulus *b* orabat, *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter*, sive diabolum propriè intelligat, sive quemlibet adversariorum, non quod esse desinant, sed quoniam vires eorum sic atterantur, ut longè quàm antea minus valeant, audeantque. Ruffinus putatus, in hæreticis *arcus* deceptionis; *scutum* duritiæ in incredulis; *gladium* in tyrannis; *bellum* ait in vitiis. Remigius, Haimo, Beda, Bruno explicant occultas insidias, protectionem vanæ præsumtionis, apertas, impugnationes, peccati defensionem, vel communi vocabulo *belli*, genus omne impugnationis. Cassiodorus legens, *cornua arcum* expponit de vulneribus, nefandisque superborum discriminibus; de concertationibus iniquissimis diabolica fraude præsumtis: de periculosis, atque manifestis vulneribus: de omni ea re, quæ paci adversatur. Hugo, & Rickelius de subita delectatione: de consensu malæ voluntatis, qui opponitur *scuto bonæ voluntatis* c: de actu peccati, quia *quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas* d: de consuetudine peccandi, qua Deus velut bello continuo impugnatur, juxta illud, *Væ eis, quoniam contra Deum est manus eorum*. Rickelius iterum de fallacibus diaboli sugestionibus, occultisque insidiis humani doli, de excusatione propriæ culpæ: de manifesta resistentia repugnantis Deo, veritatem impugnantis, resistentis superioris de inobedientia, seu rebellione *concupiscentis*, ac luctantis *carnis adversus spiritum* f. Idem ferè dicit Richardus Pampolitanus, distinguens dolum majorem spirituum, præsuntionem artificiosarum disputationum, manifestam malorum impugnationem, bellum carnis adversus spiritum, Valentia refert *confractas potentias arcuum* à Christo, ad ejaculatas, & quas ejaculari solet diabolus tentationes: *scutum* ad chirographum, quo sumus omnes venundati sub peccato: *gladium* ad peccatum originale: *bellum*, ad capitalia vitia septem. Præter istos tractatores psalmi, Ambrosius *g* *arcus conteri* docet, quibus diabolus ignita dirigens jacula, graves pectoribus hominum solet inurere passiones. Gregorius *h* legens, *cornua*, *in cornibus* notat elationem superborum in *arcu* insidias longè ferientium, in *scuto* obstinatam duritiam defensionum in *gladio* vacinam percussionem: in *bello* contra Dominum, mentis motionem: & hoc totum in Ecclesia confringi, dum mentes Deo resistentium superposito jugo humilitatis edomantur. Citat ex psalm. 45. *i* id quod ipsi prius retulimus, *Arcum conteret*, &c. Sed Augustinus quamdiu vivimus, lites, bella, dissensiones, rixas, in nobis ex nobis ipsi agnoscens, ut sic vindicetur in rebellos adversus Deum: ut ipsi nobis simus bellum, qui pacem noluimus habere cum Deo: docet, post hanc vitam, in felicitate id quod hìc dicitur, fore, ut liberatis de corpore mortis hujus, absorbeantur omnes cupiditates malæ, & vivificatis corporibus, destructaq; inimica morte, non modò non regnet peccatum, sed nec ullum bellum: verùm pax vera, & in illa perfecta æternaque pace destructio *potentiarum*, *arcuum*, *scuti gladii*, *belli*. Ita sanè quidem est, atque eodem etiam loqui modo Hieronymus *k* videtur: sed interim tamen propter vires, quæ sufficiuntur nobis, & propter debilitatos hostes nostros, potentia crucis Christi, concedi potest debetque, *con-*

b *Rom.* 16. 20.

c *psal.* 5. *ult.*
d *Eccl.* 21. 4.
e *Mich.* 2. 1.

f *Gal.* 5. 27.

g *de Nabuth. c.* 14.
h 33. *moral. c.* 24. *vel* 30.

i *vers.* 10.

k *in Osea c.* 12.

fractas potentias arcuum, *scutum*, *gladium*, *bellum*, juxta mysticos allatos sensus, hisve simile alios.

Ibi confregit potentias arcuum.) Rectè imendatis bibliis hæc restituta lectio est, quam reperi etiam apud Ambrosium *l*, usurpantem *arcus* pluraliter, & ex Ennarratoribus psal. apud Augustinum, qui legit nunc *fortitudines*, nunc *potentias arcum*, & Brunonem, Dionysiumque, Carthusianos, qui, *potentias*, & apud eum, quem vocant Hieron. qui, *fortitudines*. Sic est etiam in codicibus Complutensibus, ac Regiis, & aliis: idque Græca sonant, τὰ κράτη τῶν τόξων. In quibusdam libris Græcis, ut Vaticano codice, scripto vetustiore charactere, prout Agellius refert, legitur τὰ κέρατα, *cornua* quo item pacto exstat in Arnobio, & Cassiodoro, nec non in Gregorio *m*, sed hic habet *cornua*, *arcum* in singulari: in Psalterio Romano *cornu* in singulari, & *arcum*: quamvis Agellius eidem tribuat, ut & Ambrosio, *cornua arcuum*, & Faber ex Psalterio Romano, referat, *cornua*, *arcum*. Tribuit idem Gallicano illam satis tritam lectionem, *potentias*, *arcum*. Sed legi quoque *potestates*. Hieronymi versio est, *ibi confregit volativa arcus*. Alii vertunt, *sagittas arcus*, vel, *carbones*, vel, *volucres sagittas arcus*: vel, *emissas ab arcus sagittas*. Hebræa vocabula sunt קשׁח רשפי *risphe kasceth*; ex quibus prius est in statu regiminis, ut idcircò non possit per se ac absolutè poni, quo tamen modo Paraphrastes exposuit, *sagittas & arcus populorum prælatium*: quamvis Nebiensis pro postremis duabus dictionibus alias substituat de Deo, *protector prælii*. Sunt proprie רשפים *resciaphin ignos*, *flammæ*, *scintillæ violitantes*, *scintillantes*, seu *ignes* seu *flammæ*, *prunæ*, *carbones igniti*. Per tranlationem *ferra sagittarum*, *sagittaque volantes tamquam scintillæ*, sic vocantur, sed & aves ipsæ eodem nomine, à velocitate nimirum volatus, comparabilis cum celeri motu stellarum. In Cantico *n* quod legimus *lampades ejus*, *lampades ignis*, ubi est dictum nomen Hebræum, reddunt LXX. πετόμενα, *volatilia*, VI. *editio* σπινθῆρας à *scintillatione*, Symmachus ὁρμὰς ab *impetu*, quas Paraphrastes vertit *prunas ignis gehennæ*, & alibi *o* Latinus Interpres *aves* vertit, alibi *ignem* p: *alibi* q *diabolum*: Hoc loco sumitur ista vox pro *missionibus*, quæ numero singulari vocantur Psalmo 90. *r* *sagitta volans* βέλος πτόμενον חץ יעוף *chets jahhoph*, supple אשר *aser* pronomen relativum, *qua volabit*, seu *volare solet*. Hoc planè demonstrat regimen nominis רשׁף *rispe*, requirens constructionem cum sequenti קאת *kascheth arcus*; ut sint *volatilia*, scilicet, *missilia arcus volucres*, & *alatæ*, & *aligeræ sagittæ*. Et quia validè jacula missa scintillant, & arcus cornua debent esse fortia, ut ejaculatio firmiter & fortiter fiat, propterea Latinè *potentiæ*, seu *fortitudines* aut *cornua*, Græcè κράτη, vel κέρατα dicuntur.

l *de Nabuth. c.* 14.
m 33. *mor. c.* 24. *vel* 30
n *cap.* 8. 6.
o *Deut.* 32. 24. *Job.* 5. *pſ.* 77. 48. *Exod.* 9. 48.
p *Abac.* 3. 5.
q *vers.* 6.

Præterea, quæ alibi de sagittandi arte dixi, placet quod Joannes Bochius hìc notat, videri hominibus, natura suggerente datam, quum etiam hoc tempore magis incultæ barbaræque gentes ea passim utantur, Olaos Magno teste. Seneca *s* scribit in Parthia infantes arcum statim tendere, & Persas pueros ab 16. usque ad 17. annum sagittare, & jaculari didicisse. Recensetur ex Xenophonte Zonaras *u*. Eadem ferè de funda ratio, quam agitavit David; & Diodorus *x*, ac Vegetius *y* produnt apud Baleares olim filiis parvis matres denegasse, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Facit etiã ad *potentiam arcuum*, quæ hìc nominatur, explicandam quod de quodam Æthiopum Rege narrant, qui quum accepisset Cambysẽ Persarum Regem transmittere destinasse, arcum rigoris magni nudis brachiis ad aurem tractum ostendit Cambysis exploratoribus, certoq; ictu excussit, & ut dono deferrent Regi suo jussit. Is quum vix duobus digitis magno quidem conatu traxisset, nec alius ultra potuisset, admiratus Regis Æthiopum vires, mutato proposito, eum sibi magna benevolentia conciliavit.

De sagittandi arte, notata.
s *in hist.* 4. *c.* 11.
t *Epist.* 36. De funda notata.
u *t.* 1 *annal.* Cibus filiis parva amaribus negatus, nisi quem funda destinato lapide petiissent, 1. *Reg.* 17. 40.
De rege Æthiopum. Campysi arcum mittente, prodita.
x *ic. c.* 15.
y *lug.* 5. *a.* 6.

Scutum, *gladium*, & *bellum*. Arnobius & *scutum*, & *gladium*, & *bellum*. Psalterium Gallicanum, & *gladium*, & *bellum*. Hoc ultimo modo etiam Hieronymus, & Hebræus Græcusque textus. De arcu, scuto, gladio, bello dictum aliàs. Pro *bello* Paraphrastes *acies ordinesve* belli ponit. Apollinarius, *solidum clamorem*, ἀσυφέλικτον ἀυτὴν. Intelligitur simul omnis aparatus bellicus. Cassiodorus *z* quod Belus ferreum gladium primus produxerit, *bellum* scribit nominari placuisse; quum priùs pugna diceretur, à pugnis, quibus se quamlibet fervida lacessebat

z 4. *verba. epi. in* 30. Belas ferreum gladium primus produxit. *Bellum* unde dicta.

cessabat intentio, nec inter ipsos adversarios armata essent certamina. Alii à bellua, vel à bono; quod boni caussa suscipi debeat, vel à duello, derivant. Sed nostra nil interest, ut nec unde πόλεμος, aut מלחמה *milchamah*.

In fine est סלה, & διάψαλμα, de quo aliàs actum.

Vers. 5.) Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.

Vers. 6.) Turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Sensus loci.

CONversa oratione ad Deum, ait, quum in summis quibusdam mœroris tenebris versarentur, terraq; obvolverentur desperationis caligine, affulsisse divinum lumen ab altissimis illis cœlorum, qui jam inde ab initio semper firmi, præstiterunt, montibus immissum, quo mirificè ac magnificè recrearentur, contraque hostes præsentis auxilii ope juvarentur: hos è contrario inopes consilii, atque oculis mentis captos, ob ingruens sibi extremum periculum, quum stulti priùs resistere se Deo crederent posse, summopere conturbatos fuisse, moxque oppressos morte, tamquam somno, virium, opum, armorum, jacturam fecisse, nec iis, quod veluti somniando speraverant, præsidium reperisse, vel quæ jam spe devoraverant, spolia obtinere potuisse. Significari præterea potest somno se magna cum spe dedisse, verum nihil eorum, quæ expectabant, reperisse, quum dormientes occisi sint.

Præter istum de obsessoribus Jerusalem Assuriis sensum, alium tradit Euthymius, ut obsessi ab illis Judæi turbati sint, dum se cernerent hostibus circumdatos, divinas autem vires ignorant & quum verentes captivitatem, mesti obdormissent postero die non viderint quæ timuerant, sed neque inimicum ipsum reperint, immo cæsa centum octoginta quinque Assyriorum millia; & horum omnium optima spolia propriis manibus collegerint. Tunc autem sic distinguit, & *nihil invenerunt*, scilicet eorum quæ timebant, *omnes viri divitiarum in manibus suis*, ideſt in manus & potestatem ipsorum devenerunt. Prior sensus facilior, & verior. Describit Esaias *a* Assyrii Regis intolerabilem jactantiam inter alia refert dixisse *b*. *Quomodo invenit manus mea regna idoli, sic & simulacra eorum de Jerusalem, & de Samaria, &c.*

a cap. 10. 8. & 14. & c. 37. 38. b c. 10. 13.

Mystica interpretatio.

Mysticè Nicephorus dæmones interpretatur, avidos ad interitum nostrum per peccati persuasionem, tamquam ad divitias, sed gratiæ divinæ splendore perculsos, & ad somnum, hoc est ad ἀργίαν, *ocium*, & impotentiam redactos. Latini, duce Augustino, exponunt illuminari a Deo, & Christo ex Gentilibus fideles, infideles Judæos dormire, ac perire, aut etiam alios quoscumq; qui sunt *rebelles lumini* c, & in dormiunt in divitiis, & prælétis vitæ commodis: illud verò fieri mirabiliter per mirabilem doctrinam, operaq; miraculorum, & *à montibus æternis* per prophetas, & Apostolos, qui veluti Solis radios primi exceperunt; quos transfunderent ad alios inferiores; & ipsos esse *montes æternos* sublimitate doctrinæ, vitæ miraculorum incommutabili, atq; quòd æternam vitam promittant. Non is tantùm qui putatur Hieronymus in psalmi commentario, sed etiam verus *d* eumdem sensum scribit: præterea Ambrosius *e*, qui sicut hoc loco Augustinus vim facere videtur in pronomine (*tu*) ut indicetur Deus, Christusq; Auctor luminis, quo montes, i.e. alii alios illuminant, seu potius per quos illo. Confirmat exemplo Pauli, qui ad Corinthiorum schisma indignabatur *f*, & reprehendit Donatistarum schismata. Prius, & magis illuminantur *montes*, & per hos illuminandi sumus, quemadmodum & rigandi per eosdem *montes rigatos de superioribus suis* g: quod Aquinati Thomæ dictitatum divinitùs argumentum ejus orationis seu lectionis, quàm doctoris gradu, quem detrectabat insigniédus habere debeat. Sic Ps. 71. *h* vidimus *pacem suscipi à montibus*. Placet Gregorio *i* hic idem sensus, ita etiam illud explicanti, ex Job *k*: *Qui effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt*: *ex æternis* namque *montibus* Anon illuminari à Deo, quia admiratam vitam Patrum præcedentium, radio nos suæ claritatis illustrat. Expanat egregiè hoc ipsum Tharasius Constantinopolitanus *l*. Docet hinc sequi, scripturis, & Apostolorum, ac Patrum doctrinis vacandum, qui sint *montes*, quoniam in illis meditantes, & ambulantes de cœlesti ascendimus: *æterni*, quod non momentanea, neq; ad tempus durantia, sed simul ante mundi constitutionem dicta, quamvis in extremis temporibus à præconibus Evangelici præconij effata sint. Transferunt, id alii ad judicium, in quo cooperentur Angeli: ut cuiq; appareat caussa salvationis & damnationis, tam propriæ, quam alienæ, sicut Angeli superiores illuminant & inferiores se Angelos, & homines. S. Thomas *m* illam cooperationem assignat Prædicatoribus, & ita judicaturos cum Christo. Nazianzenus *n* exponit *illuminare à montibus æternis Deum*. ideſt, ab Angelicis virtutibus, quæ nobis ad optima quæq; adjumento sunt. Dicuntur vero *montes*, inquit Nicæta *o*, quia sublimes, & cœlestes, atq; ad vitium flecti vel nullo modo, vel non sine magna difficultate, queant: *æterni*, quia immortali conditione sunt. Ubi alterum disjunctionis omittiti membrum debuit, loquendo e Angelis, ut beati sunt.

l in ep. synod Joa. presbyt. quæ est in nomoca. & ante Co. 1 Nic. Scripturis & Apostolorum ac Patrum doctrinis vacandum. m Opusc. 2. cap. 245. Prædicatores cum Christo judicaturi. n orat. 40. o ibid.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.) Hieron. *lumen tu es magnificè à montibus captivitatis*. Legit Trevetus, *magnificentiæ*: & exponit quod magnificaret Deus, & illustrem faceret populum suum habitantem in montibus, & Judæa *montuosa* p, & ipsimet montes manifestati, atq; illustres habiti sint propter tales habitatores, qui scilicet ex captivitate Ægyptiaca illa primum venerunt, & ex Babylonica rediturí erant. Alii, *splendidus es, illustris, luminosus, conspicuus, magnificus, admirabilis, suscipiendus es tu, fortis, præ montibus præda*, aut *prædonum*, aut *plusquam montes rapaces*. Quod explicat, vel ut comparetur Deus leoni forti, ac indomito, ex montium cavernis lustriſq; ad prædam velocissimè atq; maxima vi decurrenti, ut sint *montes* ex quibus Deus deprædatum descendat hostes, qui ipsi ad prædam inhiabant, sive Sion cum partibus ejusdem, sive cœli ipsi. Vel dicatur potentior potentissimis regnis, Regibusq; qui bestiis rapto viventibus similes, sunt, quia per vim, & injustas cædes ampla sibi Reges multis dominia conquirunt, Deus è cœlo speculans insidias veluti agitat ad prædam, & ut videat quo pacto *tradat in manus suas*. Qua comparatione leonis Jeremias *r* utitur. Hebræa sunt אחח אריר מחרוי ברך נאור *naor, atiha addir meharere tereph*. Symmachus ex Theodoreto & Basilio vertit eo ferè modo, quò jam dicti alij, ἐπιφανὴς εἶ, ὑπερμεγέθης ἐπὸ ὀρέων ῥήρας, *illustris es, immensus à montibus venationis*, seu *prædæ*, Scholiastes eidem tribuit φωτίζει σὺ θαυμασῶς ἀπὸ ὀρέων. Ῥήρας *illuminas tu mirabiliter à prædæ*. Item Theodotionis; φοβερὸς εἶ θαυμασὸς ἀπὸ ὀρέων καρπίμων, *terribilis es admirabilis à montibus fructuosis*: deniq; Aquilæ, φωτισμὸς σὺ ὑπερεγέθης ἀπὸ ὀρέων ἁλώσεως, *illuminatio tu immensus*, aut *super magnus, à montibus captivitatis*, quæ ferè est Hieron. recitata versio. Prima vox Hebr. נאור *naor* est participium conjugalis niphal ex rhemate אור *or*, unde fortassis ὀρὰν Lumen dicitur מאור *maor*, quo pacto videntur legisse Aquila, & Hieron. Theodotio autem ex alia radice ירא *jare, timuit*, etiam in niphal נורא *nora*: Symmachus secundùm *priorem versionem* ex ראה *raah*: item in beni secundæ conjugationis נראח *nireh*, & excilos (ה) *he* נרא *nire*. In omnibus participiis, pro quibus extat Græcè verbum φωτίζως, verbum substantivum, est, suppleri debet. Ad primum נאור *naor*, quod nunc extat, revocari reliqua possunt, quia lumen prædita res, præsertim copiosos, horribilis, & conspicua est. Secunda textus vox omisso pronomine אחח *atthah*, אריר *addar* ps. 8. reddita est per *admirabile* & significat etiam id quod forte, robustum, magnum, vehemens, magnificum est. Adverbialiter à Hieron. & Symmacho in posteriore versione, & à LXX. redditur, & ab interprete nostro *magnificè* θαυμασῶς, *mirabiliter*. Aliæ dictiones, *à montibus*, exponi possunt vel plusquam montes vel ab illis esse illuminationem, seu per illos, & inde ad alios pervenire. Utrumque valet præpositio מן *min*. Ultima מורף propriè significat *rapinam, prædam, cibum, captivitatem*, ut Hieronymus & Aquila transtulerunt non ita, nisi quatenus ut præda capitur qui in captivitatem abripitur. Ex translatione, quæ *predam* ponit, colligi

p Deut. 11. 30. 11.

q Ps. 10. 34. & c. 25. 30. 31.

r Jer. 50. 27.

potest

c Job. 24. 13.

d in cap. 52. Esa. & invenit in cap. 14. Zach.

e in Ps. 118. octonario 6.

f 1 Cor. 1. 12. & seq.

g Ps. 103. 13.

h vers. 3. 127. mor. 6. 5. vel 6.

i c. 36. 27.

k c. 36. 27.

Tropologia

poteſt tropologia, Deum illuſtrari, velutique gloriari præda, & venatione peccatoris, ita ut *gaudium* etiam *coram angelis* a ſit, ut fera capta ſolet eſſe. Porro Richardi Cenomani conjectura, legiſſe Lxx. מטרים *terem* & perſpicuitatis cauſsa, pro *à montibus ante*, dixiſſe *à montibus æternis*. Fateor tamen ſimilem vocis hujus uſum alibi me non reperiſſe: Si *colos*, *montes* interpretemur, *æterni* ſunt à parte poſt, qua numquam interituri. Sed modo dictum Hebræum vocabulum denotat anteriorem durationem. *Montes* autem, quibus turgeſcit terra, deprimendos poſt Judicii diem credunt multi. B. Thomas b Angelos hoc loco intelligit æternos, dici propter immutabilitatem à Deo, cui exacta, & perfecta, & à ſe convenit, acceptam. De montibus terreſtribus Chananææ regionis verior expoſitio, à quibus, & ex quibus illuminaverit Deus mirabiliter, ſeu admirabilites, ut Auguſtinus legit, ideſt, faverit juxta tritam iſtius verbi formulam, ut eos Iſraelitæ occuparent, ſeſeque in iiſdem contra hoſtes tuerentur. Tum vero etiam, *montes* intelligi poſſunt Jeroſolymitani, quos Deus defenderit contra Sennacherib, & Aſſyrios. Vocat Abacuc c *montes ſæculi*, *contritos*, ὄρη αἰώνια, *montes æternos*, illos, quos ab antiquis poſſeſſoribus, veteribuſque colonis Chananæis Hebræi, ope divina, abſtulerunt, ut primum Deus longe antiquior ingredi cum illo voluit, quę dicuntur *itinera æternitatis ejus*.

2 Luc. 15. 16

b 1. p. q. 10. a. 3. in corpore.

c c. 3. v. 6.

Turbati ſunt omnes inſipientes corde.) Auguſtinus, *conturbati ſunt*. Hieronymus, omiſſo, *omnes*, quod Hebraicè non eſt, *ſpoliati ſunt ſuperbi corde*. Id Trevetus docet exemplo lanceæ, ſcyphique Saulis, quæ David *abſtulit*, quando ille cum exercitu dormiebat *ſapore Domini*, *qui irruerat in eos* d: & ſic *non invenerunt manus ſuas*, ut poſtea hìc ſubditur, juxta eamdem translationem Hieronymi hoc eſt, ſic jacebant ſomno obruti ac ſi perdidiſſent uſum manuum ſuarum. Meminit alios tranferre, *erraverunt* &c. declaratve de fuga Siſaræ e, cum quo credi poſſit alios fugiſſe, atque occiſos fuiſſe, tametſi de ſolo illo prodat ſcriptura: vel hìc pluralem uſurpari pro ſingulari. Sed communis expoſitio eſt de Aſſyriis. Vertunt alii, *deturbati ſunt*, aut, *ſpoliati ſunt*, *ſpoliis expoſiti*, ſeu *præda fortes corde*: i. e. qui ſibi videbantur fortes, & erant audaces, ſuperbi, præfidentes, nec non opulenti, hi privati ſunt fortitudine, conſilio, ſpe, opibus. Chaldaicè, *abjecerunt à ſe arma bellica fortes corde*, vel, *ablata ſunt ab eis arma bellica*. Deinde nectendo ſequentibus, *viri cordati dormierunt*, & Hebraicè, לב אמתוללו אבירי *eſtholalu abire leu*, ubi in prima voce (א) *aleph*, eſt loco (ה) *he*. Vertit aliàs Hieronymus *in præda patere*, & nomen שולל *ſciolal* nunc *ſtultum*, f, nunc *inglorium* g, quaſi dicas nudatum & ſpoliatum ſapientia & gloria, quos utrobique Lxx. *captivos* vocant αἰ χμαλωτους, Chaldęus, *incatenatos*. *Turbatos* ergo appellant hic Lxx. *mente* illos, qui ſpoliati ſunt eadem mente, aut rebus etiam ſuis, ſeu facultatibus. Putat Agellius legiſſe Lxx. אבידי *abbide*, quod ſignificat *perditos corde*, *perditos* autem *corde* eſſe qui eo carent, ſuntque inſipientes, ac ſeſe in pericula projiciunt, velut beſtiæ, & ſtultiſſimè bellum adverſum Deum ſuſcipiunt. Magis adhuc probat, ut, παρ ὑπόνοιαν *prater expectationem*, poſt illud, *turbati ſunt*, ſubjungerent Lxx. data opera vocabulum reſpondens non Hebræo, quod extat, ideſt, ארוחי *abbire* ſed ſimili, ac ſolo flexu unius litteræ differenti ידי אב *abbide*, nam ſic in Eſaia h ubi eſt Latinè, *Audite me duri corde*, Hebraicè legi ſicut hoc loco אבידי לב *abbire leu*, *fortes corde*, Græcè autem, ἐπολωλεκότες τῇ καρδίᾳ. *qui perdidiſtis eor*. Certè qui corde ſunt forti, ideſt, duro, corde videntur carere, quia cor habent inutile, cujus natura mollis, & facilis: & qui ſine corde ſunt, corque perdiderunt, quos, vocant excordes, inſipientes ſunt, quod addito nomine cordis, alio qui non neceſſario, magis exprimitur, ut Euthymius notat. At non eſt in uſu, quod ſciam, apud Hebræos אביר *abbid*.

d 1. Reg. 26. 22.

e Jud. 4. 21.

f Iſa. 59. 15.

g Job. 12. 17.

h c. 46. 12.

Dormierunt ſomnum ſuum,) Hieron. *dormitaverunt ſomnium*. Somniant homines in ſomno, & figuratè dicuntur amantes ſibi ſomnia fingere, hique qui plura quàm debent, ſperant, & ludicra, vanaq; recidit eorum ſpes. Exemplum optimum apud Eſaiam *i*, & apud Jeremiam *k*. Quidam hic torporem, & ignaviam intelligunt: plures mortem. Omnia comprehendi poſſunt exponendo de Aſſyriis, ita ut qui prius alacres, induſtrii, ſtrenui, fortes erant, cæſi ſint ab Angelo, qui percuſſiſſe ſcribit *omnem*

i c. 21. 78. & c. 56. 10.

k c. 23. 25. 32

A *virum robuſtum*, *& bellatorem*, *& Principem regis Aſſyriorum* l; *& centum octoginta quinq; millia* ex illis una nocte m, τὸ ὕπνον ait Theod. θάνατος διδέξατο, *ſomnum mors excepit*. Perfamiliaris autem ſcripturis formula ut *dormire* ac *ſomnum* uſurpent de morte hominis: propter fidem ac ſpem reſurrectionis. Ex inſita quoque fortaſſis eadem de re opinione, non abhorruerunt ab eadem phraſi Gentiles. Nullus, quod equidem ſciam, Auctor ad bruti mortem transfert. Plura in Commentario Actuum Apoſtolorum n, cum de Stephano abdormiente.

l 2. Paral. 21. m 4. Reg. 19. 35. Formulæ loquendi in ſcripturis.

n 7. 59.

Multiplicem Hugo tractat hìc myſticum ſenſum. Qui allatis contentus non eſt, legat. Urget Ambroſius o inanitatem divitiarum, quamque hìc merito *ſomnio* ſimiles dicantur, & *nihil invenire viros divitiarum in manibus ſuis*, qui nihil pauperibus contulerunt, nullius juverunt inopiam. Mors juſtorum ſomnus eſt: quia quieſcunt in Domino, & injuſtorum, tum vero divitum, quia etiam tunc ſomniant, & ſibi fingunt importuna, & impoſſibilia. Diximus eadem de re in alio pſalmo p. *Velut ſonium ſurgentium Domine*, &c.

Myſtici ſenſus.

o de Nabuth.

ppſ. 72. 20.

Et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.) Præterit Auguſt. conjunctionem. Omiſſa diſtinctione paullo duriore, quam facit Euthym. ut *dormiviſſe* intelligantur perterriti Judęi, & experge facti, nihil inveniſſe eorum quæ formidabunt: omnes autem viri divitiarum in manibus ſuis, ideſt, eorum αὐτῶν, fuerint, quos Angelus occidit: melior & communior ſenſus eſt, ut Aſſyrii ipſi dediti divitiis, & ad Hebræor. inhiantes divitias, ea in re ſomniantibus comparandi ſint: quod nihil eorum, & quæ concupierant, ac ſperant, conſequi potuerint: & non modo nihil eorum invenerint manus: ſed (plus ſignificando, & intelligendo quam dicatur, ut obſervat Caſſiod.) nec invenire quiverint, utpote quum interfecti ſint ab Angelo. Efficit alium, ſed non valde diſſimilem ſenſum verſio Hieron. & aliorum Hebraizantium, *& non invenerunt omnes viri exercitus manus ſuas*: vel, *viri fortes*, nempe quod nihil efficere valuerunt viri bellicoſi manibus ſuis, non habuerunt manus promtas & expeditas, nec vires ad manum: non potuerunt, ut Paraph. explanat: apprehendere arma ſua manibus ſuis. Poſſet videri cuipiam, quod in translatione noſtra, & Græca (*nihil*) conjungi debeat cum (*divitiarum*) i. e. nihil divitiarum, οὐδὲν τῶν πλούτων, nempe *invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis*. Verum præterquam quod nonnihil eſſet perturbatus ordo, exigit accentus Hebr. macchaph, ut exponamus *viros divitiarum*, חיל אנשי *anſce chail*, ideſt, pro more idiotiſmi Hebr. addictos divitiis. Ex varia porro nominis חיל *chail* acceptatione Lxx. & eos interpres noſter ſecutus legerunt *divitias*. Hieron. *exercitum*: alii *robur*, &c. Aliqui præterea non ſequuntur illum alium idiotiſmum, *non invenerunt manus ſuas*; cui ſimilis, *invenire cor ſuum* q: &, *inveniri manum alicujus ab aliquo* r, ſed ſic convertunt: *non invenerunt cuncti viri*, *quorum manus potens fuerunt*. Non ſatis congruit id textui Hebræo cum triplici macchaph ולא מצו בל-אנשי חיל ידיהם *velo matſeu chol anſce chail jedehem*. Videtur ita ni hil minus vertiſſe Simmach. πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἰσχυροὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν, *omnes viri qui robuſti manibus ſuis*. Utramvis ſequaris expoſitionem, vel quod in manibus nihil invenerint, vel quod non invenerint manus ſuas: amarus ſarcaſmus eſt, ut qui, ſicut prius ex Eſaia retuli, gloriabantur quod inveniſſe regna idoli manus eorum, & inventura nimirum eſſent alia, nec vires ad ſe defendendum, nec manus ipſas ſuas invenire poſſent. Irriſionem item includit vocare *viros divitiarum*, quaſi ſervos illarum, non dominos, mancipia, non poſſeſſores, Diti, & Plutoni Deo inferorum addictos, quod obſervat Ambroſ. ſ[adde & mammonę ſervitutem t] & inferorum pœnis, non ad cœleſtem hæreditatem aſpirantes, non eum imitantes qui dicebat u.

Melior & communior ſenſus.

Et mihi res, *non me rebus ſubmittere conor*.

Viros appellat ſcriptura quoldam *ſanguinum* x: *viros Dei* y: *mulieres virtutis* z. Tolerabiliorem idem Ambroſius a ait eſſe conditionem ſervulorum: quia ſerviunt hominibus, divites Diti, & peccato ſemper in vinculis, & compedibus. Notat etiam b, hìc dici omnes, nullo excepto, viros divitiarum, *inſipientes corde*, atq; turbari, quia ipſi ſibi ſunt propriæ exagitationis Auctores, deſideriorum ſuorum æſtu volvuntur, & quoſdam ſalo fluctuant: deniq; bene *viros divitiarum* appellari, non divitias virorum, quoniam non poſſeſſores divitiarum

Viri divitiarum prę divitiis addicti.

p ppſ. 72. 20.

q 2. Reg 7. 27

r ppſ. 20. 9.

s de Naqut. c. 6.

c Matt. 6. 24

u Hor. l. 1. ep. in 1.

x ppſ. 5. 7.

y 1. Reg. 2. 27. & alibi.

z Ruth. 3. 22

a ſupra. Divites ſemper in Vinculis & compedibus.

b cap. 14.

Qui vult in suis manibus aliquid invenire, non contemnat manus inanes pauperis.

sunt, sed à suis divitiis possidentur: possessionem enim possessoris debere esse, non possessore possessionis. Ludit Augustin. in manibus vacuis, ut qui vult in suis postea aliquid inveniri, non contemnat manus inanes pauperis. Item in alium psal. *a*, ut qui non vult postea somnia invenire, nunc vigilet: Latet demum opposita quædam illi communi, paræmia: qua de re notissima solemus dicere, nobis æquè ac has manus nostras notissimum esse, ut significetur adeo improvisus ac tantus hostium casus, ut se ipsi non agnoscant. Videtur Greg. *b* imitatus Augustin. in eo, quod etiam docet divitem avarum *nihil inventurum*, quum dormierit, *in manibus suis*; & servando amitti quę largiendo servantur. Profert divitem in inferno aperientem oculos vacuo, & inani gutture, ac siti ardente *c*. Otiosè totus perlegendus locus, & præter citatum Ambr. locum, ejusdem Epistola ad Constantium 44. in qua ostendit, vitam istam omnem somnio similem esse. Idem porro Hieron. *d* depravatam lectionem vocat, qua utimur cum præpositione, *nihil invenerunt omnes viri divitiarum in*, &c.) quia Græcè deest. Deest etiam Hebraicè. Suppleri tamen potest: & alicubi aliquando suppleta est. Potest illustrari hæc dicendi formula, quod *nihil inveniant viri divitiarum in manibus suis*, verbis Job *e*: *Verumtamen, quia sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me*, ideſt, quia felicitas eorum non est, semper in ipsorum potestate, nec diu manet. Ubi Greg. *f*, *eum* dumtaxat *habere*, *in manu sua bona* docet, qui sub dominio mentis premit, & potestati animi subjecta tenet, non ab iis mente captiva tenetur. Rursus hoc & præcedens membrum videtur simul complexus *g*: *Dives quum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inveniet*. Cui adhuc sententiæ similis illa ps. 38. *h Quum interierit non sumet omnia* (hoc est nihil) *neque descendet cum eo gloria ejus*. Exstimulat Bernard. *i*, pulsatq; istius ex hoc psal. 75. quasi verbere sententiæ, juvenis cujusdam animum, ad mundi contemtum, studiumq; religionis Isidor. *k* usurpat eumdem locum, ut suadeat vigilantiam & sedulam curam construendi intra nos Templi, quo Deum excipiamus. Eodem pacto Ephrem *l*, si absq; necessitate inquit, præter miseris (orationem, & Synaxim nocturnam, ut somno voces) audies quod dictum est in Psalmo, *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt*. Utitur piscantis de nocte exemplo, qui sine somno gravatus, ex negligentia dormierit, experrectus postea deplorat, & accusat seipsum, quod cum alii domui suæ capiendo consuluerint, ipse dormiendo nihil ceperit. Profert etiam sigulorum, & fabrorum vigilias, & Samuelem puerum, toties ad Heli, à quo se vocatum putabat ex lecto accurrentem *m*.

a in psal. 131.
b 18. mor. c. 11. & 12. Dives avarus servando amittit, quę largiendo servat.
c Luc. 16. 24
d epist. 133
e c. 21. 16.
f 15. mor. c. 21. & 28. Habere in manu sua bona qui dicatur.
g c. 27. 19.
h vers. 18.
i epist. 104. Hujus loci usurpatio
k 1. de offic. Eccl. c. 21.
l hom. 2 par. 19. & 21.
m 1. Reg. 3. 4. & seq.

Vers. 7.) Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt, qui ascenderunt equos.

QUod hostes adeo divites, industrii, solliciti, terribiles, & fortes, alto sopore adobruti dormierint, soluti viribus animaque, & vana ipe frustrati, non, à natura factum, vel ab humanis profectum viribus docet, sed solo irati Dei nutu, & jussu, ita ut qui confidebant *in curribus, & in equis* n, ex utriusque dejecti vel utrisque privati, mortem improvisam effugere nequiverint. De Pharaone, ac suis in mare mersi Paraphrastes explicat. Concedi potest id innui, sed præcipuè de Senna-cherib, & Assyriis esse sermonem.

n ps. 19. 8.

Mystici sensus.
o Ephes. 5. 13.

Mysticè dicuntur ad increpationes, & monita Dei, & ad voces illas o, *Surge qui dormis, & exsurge à mortis, & illumabit te Christus*, dormitare superbi per hujus mundi pervagantes illecebras, ut etiam idcirco juxta mysticum sensum inhiberetur Hebræi *multiplicatio equorum* p, nec hos Judæa gigneret, sed adducerentur ex Ægypto q. De hoc equorum apud Hebræos, usu egimus r. *Increpationem* quoque creditus Ruffinus de supremæ sententię verbis accipit s, *Discedite maledicti*, &c. quæ lethæo æterno sopore somno lethargico damnabit reprobos, hìc quasi obequitantes & insolescentes, ac triumphantes in honeribus, potestatibus, divitiis, ac voluptatibus.

p Deut. 17. 16.
q 3. Reg. 10. 28.
r in ps. 19. & 32.
s Mat. 25. 41

Ab increpatione tua.) Sepius increpando, & increpatione dicitur Deus mirifica & terrifica multa opera fecisse in gratia suorum. *Increpavit gentes & periit impius* t. *Increpuit mare rubrum* u: *Corripuit pro suis Reges* x: *Increpuit Satanam* y: & Christus *spiritum immundum* z *febrem* a, *ventum, & tempestem* b. Conjungitur vero etiam *increpatio* cum *inspiratione spiritus iræ Dei* c, & cum *voce tonitrui divini* d. Vocatur præterea *increpatio vultus ejus, perire faciens* e. *Respiciendo terram, facit eam tremere* f; *aspiciendo dissolvit gentes* g. Symmachus ferè synonymo vocabulo utitur ἐμβριμήσεως, pro ἐπιτιμήσεως.

t ps. 9. 6.
u ps. 105. 9 Nahum. 1. 4.
x ps. 104. 14.
y Zach. 3. 2.
z Luc. 9. 42.
a c. 4. 39.
b c. 8. 24.
c ps. 17. 16.
d ps. 103. 7.
e ps. 79. 17.
f ps. 103. 32.
g Abac. 3. 6.

Deus Jacob cur dicatur

Deus Jacob.) Sæpe dixi, cur Deus cognominetur *Deus Jacob*. una causa, quia caput duodecim Tribuum: Altera quoniam expertus magis auxiliatorem Deum in tribulationibus.

Dormitaverunt.) Hieron. legens quę sequuntur in singulari, *consopitus est*. Alii, *somno vehementi consternatus est*: vel, *sopore obruuntur*. Vocat quoque Apollinarius ὑπνον ὕπνου, *profundum somnum*. Hanc vim habet Hebræum Niphal נרדם *nirdam*, & ἐκαρώθη apud Symmachum: κατεφέρετο, Aquilam: quamvis id quod ponunt Lxx. νυστάζειν, proprie sit *capite nutando dormitare*, & *conniventibus oculis connivere, & nictare*. Hinc intelligitur non differre necessariò dormitare, & dormire, quasi sit illud quam hoc minus, parumve dormire, & utrumque sæpe idem valere quod mori. Nam Theodoretus ac Basilius explanat hoc loco de mortis proclivitate, quia quemadmodum homo nictans facile si voluerit dormit; sic illi brevem finem vitæ acceperunt. Prior autem explicans Nahum *h*. *Dormitaverunt pastores tui, Rex Assur* (ubi est ἐνύωξαν, & נמו *namu*, quod hic versu 6. redditur *dormierunt*, ὕπνωσαν, ait significare mortem, & confirmat hoc psalmi nostri testimonio. In 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*, ἐνυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει, לא ינום ולא יישן *lo janum velo jisçan*, ideſt, nullo modo dormiet; alioqui si ne parum quidem dormiturus erat, qui necesse fuit addere post *non dormitabit*, illud aliud, *neque dormiet?* Amplificant Hebræi duo verba idem significantia ponendo, duasve sententias, ut in Matthæo *i*, *Dormitaverunt omnes, & dormierunt*, i. e. aut mortuæ sunt, aut negligentes fuerunt, aut desierunt de Domini cogitare adventu *k*. *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis*, quæ sunt capitis partes, hoc est, nullo modo dormiam. *Ego* l *dormivi, & somnum cepi*. *Paullulum* m *dormies, paullulum dormitabis, paullulum conseres manus, ut dormias*. Quamquam illud, *Non dormitabit, neque dormiet*, exponi potest secundo loco, ideſt, multo minùs dormitabit. Item: *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem*, hoc est, immo vel levissimum somnum nictationemque oculorum. Sed Hieronymus *n* alicubi hunc citans locum *dormierunt*, usurpat. Quę rat aliquis, quomodo *increpatio*, quæ cum strepidu fit, somnum conciliet, ac soporem, & dormitare, seu dormire faciat? Tropologicè respondent vulgò, propter duritiam cordis, & aggravationem ejusdem, auriumque, non audire divinas voces increpantes. Deinde increpatio Dei non fit necessariò per sonum vocis, alteriusve corporis externum strepitum, licèt ita de ipsius ita metaphoricè loquamur. Apollinarius quidem de sola explicat ira:

Νυστάζειν

h c. 3. 18.
i c. 23. 5.
K ps. 131. 2.
l ps. 3. 6.
m prov. 6. 10
n in c. 26. Ezechielis.

Tropologia

> σμερδνὸν Ἰακώβοιο κοτεσσαμένου βασιλῆος;
> *Horribiliter Jacobi succensente Rege.*

Nec ἐπὶ τίμησις se sonum includit, quamvis גערה *ghehharah* significet *objurgationem duris verbis insananem*, & Latina vox *increpationis* eamdem importet. Postremò constat, caron, cataphoram, coma, varii modi soporem, quem hic indicari docui, ex percussione, ictu, casu, concussionem capitis provenire. Quocirca significabitur vehementiore quasi tonitru perculsos, & excerebratos à Deo, in profundissimum somnum corruisse ac in letargicum stupore.

Qui ascenderunt equos.) Augustinus, *omnes qui*, &c. Hieron. *consopitus est, & currus & equus*, quo etiam pacto Symmachus, ἐκαρώθη ἅρμα καὶ ἵππος. Alii, *& currus, & equites*. Paraphrastes, *& currus & equites sunt subversi*: quasi videlicet somno correpti & sopore deciderint de curribus & equis, qui in illis insidebant. Hebr. ורכב וסום *verechcu vasus, & currus, & equus* metonymicè continens pro contento Lxx. quasi legissent in prima voce loco (ו) *vau* litteram (ר) *resch*, & pro secunda littera, quę est (ר) *resch* litteram (ו) *vau* cum holem, & in altera voce non (ו) *vau*, sed (ה) *he* demonstrativum, hoc nempe pacto

רכב הסוס *rocheu hassus*, transtulerunt, ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις, utendo etiam plurali pro singulari collectivo.

De curruum equorumq; apud Hebræos usu egimus in aliis psalmis *a*, ut ante monui, & quid in utramq; partem sensu mystico significent. *Nongentos Jabin Rex Chanaan falcatos habebat currus* b. De mystico curru, & equo Hieron. *c* Gregor. *d* Origenes *e*, præter eum, quem vocant Hieron. hoc loco, & Philonem *f*, de agricultura, de quo, præter ea, quæ dictis aliis locis attulimus. Quod olim dicebam de prohibito equorum usu ex Basilio *g* affirmat etiam Procopius *h*: quamvis Philo *i* prohibitionem figuratè dumtaxat ac mysticè interpretetur, Lege de nostris Pererium *k*, Riberam *l*, Cosmam Magalianum *m*. Perpendit Ambr. *n* dici hoc loco *dormitavisse qui ascenderunt equos*, i.e. carnis voluptates, nullo eas moderamine gubernantes, & *ascensores*, quàm equites, vel agitatores maluisse Prophetam nuncupare, quoniam agitator cum disciplina & arte pro arbitrio suo equos agitat; vel currentes incitat, vel reflectit indomitos, vel revocat fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate convertit. Citat ex historia Regnum *o*, *Pater, pater, agitator Israel, & eques ejus*, ubi tamen Græcè est ἅρμα primo loco, *currus*, secundo ἱππεύς, *eques*; Hebr. רכב *rocheu currus*; & in plurali פרשיו *perasciu, ejus i.e. qui plus juvabas oratione consiliove, quàm magna currum equitumq; multitudo*. Vim facit etiam in verbis Cantici Mosis *p*, *Equum & ascensorem dejecit in mare*: ubi est רכב *rocheu* participium, & nomen ἀναβάτης, & Zachariæ *q*, *Percutiam omnem equum in amentia* (*in stuporem*) *& ascensorem ejus in insipientia* (*& super ascensorem ejus in amentia*.) Ubi est etiam participium רכב *rocheu*, & nomen ἀναβάτης. Ut juxta notionem vocabulorum Hebræorum Græcorumque non videatur necessarium illud, inter ascensorem, & agitatorem, vel equidem, discrimen. tamen tanti Doctoris, qui præterea legendus in libro de Isaac *r*, contemnenda tropologia; sicut & illa, qua dormitantem in equo, ac propterea majori obnoxium ruinæ; quidam volunt esse desidem, torpentem, tepidum, vitæ professorem contemplativæ: adde, qui regularem profiteatur, & perfectiorem: item alia de otiantia, & incuria rectorum, pastorum: de quibus Nabum, *Dormitaverunt pastores tui, Rex Assur*.

Vers. 8.) Tu terribilis es, & qui resistet tibi? ex tunc ira tua.

Sensus loci. QUum pet solam increpationem consopiverit Deus ascensores equorum, & dejecerit, ac occiderit, asserit David, continuando ad eumdem apostrophen, revera vehementissimè metuendum esse plus quàm quotvis alios, qui nullus sit quamlibet potens, & quibuslibet instructus præsidiis, qui valeat ipsius resistere potentiæ, ex quo tempore illius desævire ira incæperit, vel quum primum commoveri contra aliquem cœperit, nec graviùs adhuc irasci: vel eo quòd jamdudum ante declarata, multisque comprobata experimentis fuerit ipsius ira: vel quia jam iratus adversariis populi sui blasphemantibus illum, & Deum, pœnitentiæ locum dederit, nec eo ut voluerint.

Mystica expositio. Mysticè de judicio extremo exponitur, non ab Enarratoribus dumtaxat, sed à Lauretio quoque Justiniano *t*, quando Judex Christus in sede majestatis apparebit, pronuntians in rebrobos sententiam *u*, cui nemo resistat: ita ut ex tunc ira futura sit implacabilis, ira, inquam, illa quę præcessit ex tunc æternitatis, conceptaque jam inde adversus reprobos, ob prævisam eorum improbitatem. Tunc exclamabunt reprobi, ac inclamabunt ruinas montium, colliumq; super se, ut eos operiant, *& abscondat à facie sedentis super thronum, & ab ira agni* u. *Quis enim stabit ad videndum te*, ait Malachias *x*. Nunc *thesaurizant impenitentes iram in die iræ* y, ab illo tandem die tuum ira locum habebit, effectumq; sortietur: *nunc non infert Deus iram, nec ulciscitur scelus valde* z: ita ut ira hujus temporis ad illius temporis iram comparata, nomen minimè mereatur absolutum iræ. Resistitur hic aliquando Deo, & *Spiritui sancto* a, *dextera Dei* b, ac voluntati ejus quam, vocant signi, tunc voluntas ejus complebitur, nec ullo redimetur Judex divitis pretio, nullo inflectetur potentium supercilio, qui culpę, ut scribit Ambr. *c*, pretia discriminat. A & quo plus cuipiam contulerit, plus exigit ab eo *d*. Docui Psal. 16. *e* quomodo resisti Deo ejusque dexteræ possit, ut ibi dicitur, & qua ratione non possit ut hic habetur, & alibi *f*. Utrumque Gregorius *g* demonstrat prepositis exemplis eorum, qui restitisse iræ Dei leguntur, Mosis *h*, Aaronis *i*, Phinees *k*, Eliæ *l*, Davidis ipsius *m*: hos enim & alios quoscumq; qui iræ Dei obvient, ab ipso accipere ut contra impetum percussionis ejus opponantur, atque ut ita dicamus, cum ipso se erigere contra ipsum, eosq; divinam vim sibi opponere secum, quia in eo, quod advertum sevientis iram foris obtinent, intus eos gratia iratcentis vovet; & famulantes interiùs levat, quos quasi adversanter exterius tolerat; denique portare contradictionem deprecantium, quam aspirat, & veluti nolenti opponi, quòd ab ipso ut fiat imperatur, &c. Subdit, quod cum superba indignatio sese, ut ita dicamus medullitùs movet, hanc oppositio humana non retinet, nec se utiliter cujuslibet deprecatio objicit, quum semel Deus aliquid ac intimis iratcendo disponit. Adhibet ad hoc etiam exempla Mosis, qui non potuit impetrare ingressum in terram promissionis *n*, Eliæ, qui fugere compulsus est *o*, Jeremiæ, qui prohibitus orare pro populo quia non exaudiretur *p*. Resisti sibi vul Deus: ne iram suam exerat in hac vita, qui quęritur deesse qui *ascendant de ex adverso, & opponant murum pro domo Israel, stentq; in prælio in die Domini* q, hoc est in die iræ ipsius, quæsiviſſe se quoque dicit virum, qui *interponeret sepem, & staret oppositus contra ipsum* r. Dimitti se petebat à Mose *s*, & priùs à Jacob *t* ab utrumq; demum victus. Etaias *u* dolebat *non esse qui invocaret nomen Dei, qui consurgeret & teneret eum*. Verum absolutè una est illa *Domini dies iræ, calamitatis, & miseriæ* x, in qua nullius oppositio admittetur, vel intercessio, nullus erit qui ullo pacto resistere illi queat & absolutam impedire voluntatem ejus, in die illo magno iræ impiorum, ideſt, Dei contra impios, *quis poterit stare* y? Declinantur hìc interdum comminatæ pœnæ, & cor Deo tangenti resistitur nonnumquam, & abjice posse inspirationem ipsius definit Concilium Tridentinum z. *Nascimur filii iræ* a illius, inquam, iræ, quæ fuit ex tunc, quando primi Parentes peccaverunt in paradiso suoq; peccato cuncto involverunt, iræque divinæ obnoxios fecerunt, ac mortui subjectos, nullo demto. Porrò Cyrillus *b* Alexandrinus perpendens quo pacto ceciderint qui Christum comprehendere volebant, ob ea illius verba *c*, *Ego sum*; argumentatur nihil vel ad unum verbum Dei, & illud jucundissimè dictum, creaturam efficere posse: multo autem minus ferre minas posse.

Tu terribilis es.) Hebraicè repetitur pronomen אתה *attha, tu terribilis es tu*, quod valet ad emphasim, & subauditur, inquam) ideſt tu revera, tu ipse, tu solus, quod Græci dicunt αὐτὸς τατος, Latini, *ipsissimus*. Omisit Hier. repetitionem. Satis frequens epithetum, ut vocetur Deus *terribilis* d, aut *nomen ejus terribile* e, bilq; adhuc hìc paullò post inculcatur, immò abstractè appellatur *timor* f, ut alias dixi, placetq; nonnullis ab eo Latinè dici *Deum*, qui vocatur Græcè δεος, ubi apparebat, reddebat *locum terribilem* g: *opera* ejusdem *terribilia* erant h: *dies ejus terribilis valde* i: *terribilis expectatio judicii* k: *horrendum incidere in manus Dei viventis* l, *Potestas, & terror apud eum est* m. *Ecce cœlum & cœli cœlorum abyssus, & universa terra, & quæ in iis sunt in conspectu illius commovebuntur, montes simul & colles, & fundamenta terræ, quum conspexerit illa Deus tremore concutientur* n. Putat Oleaster o nomen *Jehovah* ineffabile, pro quo dicitur Hebræi *Adonai* ante Mosem nulli manifestatum fuisse p, quatenus præter alia significat *conterentem*, ab הוה *hovah*, quod est *contritio* qui cognitus est quidem prius, ut sibi sufficiens, omnipotens, beneficus aliis, at non tamquam præliator, & veluti vir belli, atque *pugnator* q, quod ipsimet Ægyptii fassi sunt r. Sed quod Hebraicè dicitur *vir belli Deus* איש מלחמה יהוה *Jehovah is milogamach*, Chaldaicè, *victor bellorum*, Græcè συντρίπτων πολέμους, per allusionem fortassis ad etymon ab הוה *hovah*, de quo Oleaster; noster interpres ne Gentes ad fidem conversæ *Martem* cogitarent, lenivit orationem particula quasi, quæ indicaret non proprietatem, se similitudinem.

Et qui resistet tibi?) Hieron. & *quis stabit adversum te?* Alii, *coram te*, vel, *in conspectu tuo*, hoc valet לפניך *lephanecha*. Diceremus *chi ti starà à fronte? chi ti si farà avanti? chi ti comparirà avanti?* &c. In Psalterio Gallicano, *Et*

g *Ps.* 19. 8.
h Judic. 4. 3.
c in c. 10. Za.
d 31. Mor. c. 16. vel 17. & seqq.
e hom. 15. in Josua.
f de Agricultura.
g in c. 2. Esa.
h ibidem.
i de Agric.
k in Exod. c. 15. disp. 2.
l in Osea c. 14. 10.
m in Cant. Moſis vers. 1.
n de Nabut. c. 15.
o 4. Reg. 2. 12.
p Ex. 15. 12.
q c. 12. 14.
r cap. 8. Tropologia
a Act. 7. 5.
b Ps. 26. 8.
c de Nabut. c. 15.
d Luc. 7. 42.
e vers. 8.
f Job. 9. 4. Esth 13. 19. 21 Rom. 5. 10
g 9. Mor. c. 9 Resisti Deo & ejus iræ ut dicatur.
h Exod. 32. 11. & seq.
i Num. 16. 62. Sap. 18. 22.
k Num. 25. 11.
l 3. Reg. 18. 36.
m 2. Reg. 7. 14. & seq.
n Num. 20. 12.
o 3. Reg. 19. 8
p Jer. 7. 16. 12. 14. & 14. 11.
q Ezech. 13. 5
r cap. 22. 30.
s Deut. 32. 10
t Gen. 32. 26.
u cap. 64. 7.
x Soph. 1. 15.
y Apoc. 6. 17. De inspirationem abjici posse.
z Sess. 6. c. 5.
a Eph. 2. 3.
b lib. 11. in Joan. c. 33.
c Job. 18. 5. 6.
d Exod. 15. 1. Deut. 7. 21. c. 10. 17. 2. Esd. 1. 3. 24. c. 4. 14 c. 9 32. ps. 46. 3 Ps. 65. 5. ps. 88. 8. ps. 95. 4 Eccl. 43. 31. Dan. 9. 4.
e Deut. 28. 58. ps. 98. 3. ps. 110. 9.
f Gen. 31. 42. 53.
g Gen. c. 28. 17. Ex. 19 18 Deut. 10. 21. Deum à δέος d ei nonnullis, placet.
h Ex. 34. 20. Deut. 10. 21.
i Joel. 2. 11.
k Heb. 10. 27.
l vers. 21.
m Job. 25. 2.
n Eccl. 16. 18 19.
o in Ex c. 6. & c. 15.
p Exod. 6 3.
q cap. 15. 3.
r cap. 14. 25.
s Ps. 19. 8.
t Judic. 4. 3.
u 31. Mor. c. 16. vel 17. & seqq.
x cap. 3. 2.
y Rom. 2. 4. 5
z Job. 35. 15.

quis resistet tibi contra faciem tuam? Quum Deus ait apud Jeremiam *a*, *Quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?* Hebraicè sicut hic, *qui stabit coram me* אשר יעמר לפני *asher jahhamod lephanai*, posset videri per contemtum usurpare *pastoris* vocabulum: pronomen etiam demonstrativum exprimendo, quasi diceret, quis est tandem hic, aut ille, qui suas jactat vires, qui se mihi resistere confidat posse, imbellis, artisque bellicæ non magis peritus, quàm qui ad pecus quotidie stat, vilis, & obscura persona? &c. Sed *pastoris* vox ibi, ut & apud Esaiam *b*, honorifica est pro Rege, immo, quod aliàs notavi, etiam apud scriptores profanos. Sensus autem est in Jeremia, nullum fortiorem esse posse Rege Nabuchodonosore, quem Deus, mittebat, & protegebat, & in Esaia, Cyrum etiam Regem vocant Deus, *pastorem suum*, ideest, à se missum: Pro *pastorem*,] Paraphrastes *Regem* מלך *melech*, transfert.

a Jer. 49. 19. & 50. 44.

Pastoris nomen pro Rege.

b Is. 44. 28.

Ex tunc ira tua.] Sic etiam Hieronymus. Alii, *simul atq; exarserit ira tua*, vel, *ex eo tempore, quo exarserit ira tua*: hoc est, ubi primùm irasci cœperis, non erit, qui sustinere te, iramq; tuam possit. Vel, ut satis etiam commodè declarat Trevetus, ex quo tempore cœperit quis resistere tibi, prodibit ac manifestabitur ira tua. Statim quum decreveris punitionem alicujus, inquit Lyran. procedit in effectum, secundùm modum tuæ justitiæ, vel sententiæ. Vetus est, non nupeta recensve ira tua, nostra repentina, improvisa, præceps est plerumq; De aliis sensibus antea dixi. *Resistit superbis Deus* c, qui Deo per se resistere magis, quàm alij peccatores videntur. *Illius ira nemo resistere potest* d: *nec est qui noverit potestatem iræ ejus, & præ timore ipsius iram ejusdem dinumerare* e. In emendatis Bibliis Græcis extat καὶ τίς ἀνυπόστατος σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου, *& quis resistet tibi ab ira tua*, quàm lectionem reperio quoq; in Cyrillo Alexandrino *f*, & est in Psalterio Æthiopico. In vetere Latino Psalterio, *nunc ab ira tua*, August. & Cassiod. *tunc ab ira tua*. In Psalterio Romano, seu quo vaticana Basilica utitur, *ex tunc ab ira tua*. Arnobius, *tunc ira tua*. Et videntur editiones istæ jungere hæc sequentibus: sicut & Gallicanum Psalterium, quòd hìc etiam versus novi principium facit. Alii Græci Auctores lectionem istam sequuntur, ἐπὶ τότε ὀργίσθη. Sic vero Apollinarius versu exposuit:

ἐκ παλαιᾶς χεῖρος μῆνις ἐχθροεικέσιον ἀλκήν.
Ab initio tua ira habet multam vim.

c Jac. 4. 6. 1. Petr. 5. 5. Superbi Deo per se magis resistere quàm alij peccatores videntur.

d Job. 9. 13.

e Ps. 89. 11. 12.

f In Joan. c. 33.

Vers. 9.) De cœlo auditum fecisti judicium: terra tremuit, & quievit.

Vers. 10.) Quum exurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Sensus loci.

QUi nectunt ultima prioris verba versus, cum istis, exponunt iram Dei ex tunc, seu ex eo tempore fuisse, ac declaratam illustrius esse quando hæc fecit, quæ hic narrantur. Verùm communior expositio est, ut seorsim istam sumantur. Profitetur autem Deo Propheta justam ab illo pro populo suo prolatam sententiam, quam exaudire & percipere omnes auribus ipsismet suis viderentur cum animadverterent palam cœlesti virtute, ac de cœlo ipso dimicantem adversus hostes illius; hos verò, illosque tam vehementi pavore perculsos, ut hiscere, mutiere, movere se contra populum Dei nec vellet, nec valeret: id demum à Deo factum post longam dissimulationem, quando judicavit opportunum iniquos quidem persecutores judicio persequi, justos autem piosque ab eorundem tyrannide liberare, in hac degentes terra, omni destitutos humano subsidio. Hoc proculdubio fiet multo illustriùs ac perfectius in universali judicio, de quo passim etiam locus iste, saltem juxta mysticum sensum, declaratur; accipiendo præteriti temporis verba pro futuri, propter certitudinem prædictionis, ut sæpe fit. Sed ad litteram rectè convenit in Assyriorum stragem editam ab Angelo, postquam conquievit ingens Judæorum trepidatio, & *à cello terra*, ut alibi *g* loquuntur Scripturæ, *quievit*. Celeritas præterea innuitur auxilii divini, ut simul contremuerit hostilem obsidionem populus, simul cæso exercitu, timoreque remoto, tranquillatus fuerit. Auditum denique de cœlo judicium, ac exsurrexisse in judicium Deus intelligi potest, quando Esaias *h* oraculo divino dejectum summo timore populum sublevavit, & recreavit, atq; nutantem & vacillantem stabilivit, & confirmavit.

Mysticus sensus.

g Jos. 11. 23. Jud. 3. 11. 30. c. 5. 31. c. 8. 28. 2. Par. 14. 1. c. 40. 30. c. 33. 31.

h c. 37. 21. & seq. 4 Reg. 19. 20. & seq.

De cœlo auditum fecisti judicium.) Hieronymus, *annuntiasti*. Alii in futuro vertunt, quum tamen sit Hebr. præteriti temporis חשמעת *hismahhtha*. Confunditur crebrò tempora. Symmachus ἀκουστὴν ποιήσεις, quod uno verbo Lxx. in præterito κατίσχυσαν. Aliqui codices, ἠκόντισας *jaculatus es*, quo etiam pacto legit vetus Psalterium, & Augustin. Arnobius, Cassiodorus: etsi apud hunc legitur, *judicium jaculatus est*: ut in Psalterio Romano passivè, *judicium jaculatum est*, quamvis Collector scholiorum in editione Lxx. penultimam lectionem tribuat Psalterio Romano. Videtur porro allusio esse ad fulmen, ac tonitru, quæ de cœlo fieri, ac veluti jacula projici dicuntur, quia de loco superiore, & ex aeri regione sublimiore, qui aer *cœli* nomine sæpius quoque dicitur. Nec responsum Esaiæ datum adversus Assyrios, nec horum legimus cædem cum fragore strepituve factam, de hac tamen credi potest, ac innui videtur, quum scribitur Angelus egressus, venisse, exisse, percussisse, dejecisse castra, & *contrivisse* i. Quamquam res eo modo exprimitur, quo sit quando ab hominibus fit, & Angelo facile fuit negotium conficere, sicut adeo brevi spatio, ita sine ullo tumultu. Abulensis *k* quidem percussionem scribit factam per aliquem motum specialem in corpore, per quem homo insensibiliter moriatur, eo modo quo quando primogenita Ægypti occisa sunt *l*. Lege eumdem *m*, refellentem opinionem Herodoti, & R. Salomonis de Rege Sennacherib, deque historia ista tota. Profectò si quis editus strepitus esset, fugissent aliqui, & exauditus esset ab Hebræis, quem tamen minimè exaudisse indicio est, quod Sennacherib ipse narratur die sequenti *diluculo quum surrexisset, vidisse omnia corpora mortuorum* n, ibidemque innuitur de Hebræis *o*, quasi noctu nec isti, nec illi, quidquam præceperint. Hìc occini liceat illud *p*, *De cœlo dimicatum est contra eos*, quia hostium strages tanta celeritate edita adscribi alteri causæ non potest, quàm cœli Domino, singularique providentiæ, ac potentiæ ipsius, qui non stellas, & Angelos plures, sed unicum Angelum adeo numerosi exercitus interfectorem delegaverit. Phrasis hæc innuit providentiam Dei non ociantis in cœlo, nostrave ibi *non considerantis* q, aut curantis. Talis illa *r*: *De excelso misit ignem in ossibus meis*. Quod attinet ad judicium, scribit Paulus *s*, quod ipse *Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo*. Interim Christus dixit *t*, *nunc esse judicium mundi*, & per Prædicatores tamquam per cœlos, audiri facit hìc inter electos ac reprobos, quomodo dijudicari possit, secundum vitam, seu mores, doctrinamque, & quale sit futurum generale judicium, quod aliter est *cœles annuntiare justitiam Dei* u.

i Eccl. 48. 24

k 4. Reg. 19. 9. 35.

l Exod. 12. 29

m q. 25. & 26.

n 4. Reg. 19. 35.

o Es. 37. 36.

p Jud. 5. 20.

q Job. 22. 14.

r Thr. 1. 13.

s 1. Thr. 4. 15

t Joa. 12. 31.

u Ps. 49. 6.

Terra tremuit, & quievit.) Hieron. *terra tremens tacebit*. Hebræum ירא *iareah*; & Græcum ἐφοβήθη, non tremorem, sed simplicem timorem denotat. Apollinarius tamen etiam appellat φῦ πέρι τρομέσσαν, *terram circumtrementem*, Paraphrastes aliam distinguit terram timentem, vocans nationum, seu populorum, aliam quiescentem, quam appellat Israel. Eidem utrumque convenit, vel in qua erant obsidente Assyri, vel in qua obsessi Hebræi. Hi liberati timore requierunt illi ne timore amplius Hebræis incutere possent, pavore concussi sunt, & consternati, atque simul interempti. Tertiò, de quavis alia terra, hoc est, de habitatoribus ejus, potest affirmari, ad terribile hoc nuntium quod deleti Assyrii essent, timore correptos, ut hoc exemplo vererentur Hebræos impugnare, sicut simili Rahab exemplo x, & Achior y commoti ad veri cultum Dei transierunt. Quartò, *quies terræ* sumi potest pro stupore, quo potest timorem quidam defixi quandoque manent. Quintò, ut bombardæ dispulsio nonnullis læta, aliis læthifera est; sic terremotus: & Hebræis quidem lætitiæ fuit, gatusque. Sic Augusti describens triumphum, cecinit quod,

x Jos. 2. 9. & seq.

y Jud. 5. 5. & seq.

z *Maxima trecentum totum delubra per Orbem*
Lætitia, laudisque via, plaususque fremebant.

z Virg. 8. Æn.

Sic enim & *montes exultare, colles que*, & *à facie Domini motam terram* cecinit David *a*,

a ps. 113. 4. 6. 7.

De

De aliis expositionibus antea dixi, tùm de terræ motu, quod erit unum de præcurrentibus judicium signis, & homines terreni contremiscent, & ab omni opere bono, quod eis facere non licebit, quiescent, vel quiescent cœlestes, justique. Ad illum quoque terræ motum accommodant, qui vel in Passione Christi extitit *a*, vel in resurrectione *b*. Hugo, & Rickelius attingunt omnes istos dicendi modos. Chrysologus *c* etiam de terræmotu in Christi resurrectione, & in judicio, atque, quæ conservi, hoc est, Angeli, præsentiam sustinere non valuit, quemadmodum Deum judicem sustinebit. Resurgens ad judicium constetur Christus, acquisito tunc jure Judicis, nec alieno amplius judicio sistendus, & judicium tunc mundi, hoc est, pro mundo faciens, ut *Princeps ejus* ejiceretur foras *d*, & adjucaretur causa mansuetis terræ, his nimirum, qui vellent *in mansuetudine suscipere insitum verbum* e. Theophylactus *f* videtur litteraliter hunc terræmotum intelligere de illo, qui contigit, quando lex data est *g*, alterum, quando venit prima vice in mundum Christus, *& omnis Jerosolyma turbata est* h, ac Ægyptus *i*: tertium in fine mundi, sed secundus metaphoricus est. Quo autem pacto Christus in judicio justis tranquillus apparebit, injustis iratus, docet Gregorius *k*. Confert meditatio divini Judicii, ac Dei de cœlo cuncta contemplantis, suoque tempore judicaturi, ad incutiendum timorem sanctum, & à peccato revocandum. Probat idem Chrysostomus *l* hisce verbis, & similibus ex Psalmo 130. 103. *m* quum dicitur *Deum de cœlo prospicere in terram*, ut scilicèt, inquit, videat terra, seu humanitas, hominesque, Dominum indignantem, & cessent peccare terrore affecti. Confirmat exemplo; quando servis inferiùs in atrio, aut in elatea se petulanter ac insolenter gerentibus, Dominus aut Rex ex alto prospicit, ut quum eum viderint, timeant, & desistant. Sed & ad idem respicit Hieronym. *n* explanans sententiam illam Dei apud Esaiam *o*, *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu. & trementem sermones meos?* Terra enim, hoc est, habitatores ejus, inquit, hoc loco nostro citato, considerantes judicium Dei, quietem agunt à malis operibus, & sedentes in domo, æterno requiescunt Sabbato, ne moveant se ad opus servile. Hoc est quod Caino dixit Deus, juxta editionem Lxx. *p peccasti? quiesce*, & Esaias *q*, *Quiescite agere perversè*: & Salomon ex editione etiam Lxx. *r*. *Qui audit Deum, habitavit confitenter, & quiescet absque timore ab omni malo.*

Quum exurgevent in judicium Deus. Hieron. *quum surrexerit ad judicandum Deus.* Alii, ut oratio ad Deum non interrumpatur, vertunt in secunda persona, *quum exurgeres*, &c. Eam versionem fert infinitivus Hebræus cum littera servili בקום *bekum*. Paraphrastes inducit Hebræos optantes: Dicunt, ait, justi, *exsurgat ad judicium cum impiis Deus*, ideſt, ut eos condemnet, & puniat atque coerceat. In Psalterio Gallic. *quum resurgeret in judicium Deus*. August. *quum exurgeret in judicio Dominus*. Arnobius, *Dominus*. Psalterium Romanum, *dum resurgeret in judicio Deus*. Tum de clade Assyriorum, tum de generali judicio exponitur hìc locus, juxta ea quæ sunt priùs dicta. *Surgere* & *exurgere* sæpius dicitur Deus ad opitulandum, vel castigandum, & additur nonnumquam *judicandi* verbum, nomenve *judicii*, vel *adjutorii* s.

Ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.) Hieronym. *ut salvos faciat omnes mites terræ.* Alii in secunda persona, *ut servares omnes humiles terræ*, vel, *afflictos*, vel *pios*. In Psalt. Romano, & Gallic. & apud Cassiodorum, *omnes quietos terræ*: apud Augustin. & in vetere Psalter. nec non in Æthiopico, *omnes mites corde*. Ita etiam in Græcis emendatis πραεῖς τῆς καρδίας, pro, τῆς γῆς, quæ lectio extat in libro Vaticano, etsi postmodum illi alia fuerit adscripta, quæ habet τῆς γῆς. Græci Patres, quos legerim nomen γῆς habent, & in Hebr. textu est idem vatem אֶרֶץ *erets. Mansueti terræ* dicuntur, sicut suprà *peccatores terræ*, ideſt, quotquot degunt in terra, sicut & in libro Job *t*, & Esaiæ *u* & Sophoniæ *x*: fortassis etiam indicantur plebeii, ut & per *populum terræ* y. Per *mansuetos* autem intelliguntur omnes justi, quemadmodùm aliàs notavi, ut & omnes imbrobi per *superbos*. Cajet. arbitrarum Deus merita prostraverit exercitum Assyriorum, sine prælio, & pugna, ut aliàs prius non rarò. *Pro mansuetis terræ*, ait Esaia *z* quòd *arguet in æquitate* Christus, *& judicabit in justitia pauperes*: & quòd *ad annuntiandum mansuetis missus est* a. Id de seipso ille interpretatus est *b*: quamvis sub typo captivorum in Babylone intellexerit omnes diaboli captivos, & peccati. Vocantur autem apud Lucam *pauperes*, qui apud Esaiam utroq; loco πραεῖς, *humiles*, sed ab Interprete *mansueti*: quia inter עֲנִיִּים *hhoniim*, qui sunt *pauperes*, & עֲנָוִים *hhanauim*, quæ vox est in Esaia, & significat *mansuetos*, magna similitudo facilisq; permutatio est, & descendit utrumq; à עָנָה *hhanah*, quod inter alia significat *affligere*, & *humiliare*. Solent autem afflicti, & pauperes esse quoq; humiles, certè si non sint, sed superbi, majore digni execratione, ut Sapiens *c* docet. Significare porrò voluit Christus, citans Esaiam, se omnibus quidem hominibus Evangelizare, spirituali peccati paupertate pressis; Gentilibus carentibus Deo, religione, lege, doctore, salutis via: Judæis, privatis virtute illis, quos vocavit *pauperes spiritu* d, sed etiam ad litteram, qui reipsa pauperes essent, quia tales initio elegit non divites *e*. Talibus Rex missus est *pauper*, *& mansuetus* f. agnina præditus mansuetudine *g*, & cui columba infideret *h*, & *agnus* absolutè vocaretur *i*, & agnos seu oves in judicio vocarentur *à dextris* k. Hortatur etiam Sophonias *l* *Quærite Dominum omnes mansueti terræ qui judicium estis operat quærite justum, quærite mansuetum, si quo modo abscondamini in die furoris Domini*. Ubi primo loco pro *mansuetis* sunt dictæ priùs voces Hebr. & Græca, secundo autem pro *mansueto*, quod substantivè sumitur, nomen Hebræum substantivum עָנָוָה *hhanauah*, sed Græcum δικαιοσύνη, *justitia*, quasi humilitas, & mansuetudo sit justitia, quam humilitatem Christus nomine *omnis justitiæ*, videtur appellasse *m*. *Mites possident terram* corporis sui *n*, *patientes*, *animam suam* o, *& secundum patientiam bonis operis*, quod *opus illa perfectum habet* p, *gloriam & honorem & incorruptionem quærunt*, *vitam æternam* q. *Mites*, & *mansueti docentur vias Domini* r, *audiunt*, *& lætantur* s, *diriguntur in judicio* t; proponit hanc in se Christus virtutem ad imitandum *u*. *Populum humilem salvum facis Deus* x, *& filios pauperum animasque* y, *& humiles spiritu* z. Rectè autem notat Hugo (omissa etymologia Latini nominis *mansuetus*, quasi designet manu assuetum, atque domesticum, eumque qui non sit alienus à Deo, & velut animal sylvestre, manus ejus effugiat, & avolet *a*) mentionem hìc fieri de salvandis mansuetis, non de damnandis reprobis, quia principalis intentio, & opus Christi est salvare, unde & Salvator, ac Jesus vocatur, numquam damnator; & damnare *alienum opus est ab illo* b, quippe, ut ait ille *c*:

Est piger ad pœnas Princeps ad præmia velox:
Quique dolet quoties cogitur esse ferox.

Observavit Ayguanus idem, & cum Origene *d*, quòd pronuntiabitur prius sententia in favorem electorum, quàm contra reprobos *e*, quia proprium sit boni Dei primùm recordari facta bonorum, quàm malorum; tamen in fine subdi priori loco, quòd ibunt mali in supplicium æternum, deinde quòd justi in vitam æternam: ut quæ timoris sunt evitemus mala, postea quæ honoris appetamus bona. Eodem pacto ait Ayguanus, priùs hoc loco præcessisse quòd terra tremuit, nunc significari præcipuam causam judicii esse præmiationem bonorũ.

Est hìc in fine סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, de quo alibi.

Vers. 11.) Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

AUdito salutis suavissimo vocabulo, atq; liberatione tam admirabili de Assyriorum arctissima obsidione ait plenus jucundissima voluptate, quicumq; ex Hebræis de illa cogitaverint, summis Deum laudibus celebraturos; & quoties meminerint, ac semel cogitare recogitaverint, toties repetituros festivissimè laudes easdem, perinde ac si diem festum, & solemnem, Deoque sacrum agitarent; & ne minimam quidem partem cogitationum ulla alia in re occupatores, sed totas laudi divinæ consecraturos: ita ut eo extrema cogitationum ferantur, ac desinant, ut diem Domino festum agant, illum celebrent solemniter, colantque, & ad eum toti convertantur. Sic Basilius, & Theodoretus.

Ex-

a *Matt.* 27. 51.
b *c.* 28. 2.
c *serm.* 77.
d *Jer.* 6. 22.
e *Jac.* 1. 21.
f *in Epi. ad Heb. c.* 12.
g *Exod.* 19. 16.
h *Matt.* 2. 3.
i *Esai.* 19. 1.
k 32. *mor. c.* 6. *vel* 7.
l *hom. in Ps.* 23.
m *v.* 2. *v.* 32.
n *in Esa. c.* 66.
o *c.* 66. 2.
p *Gen.* 7. 4. q 10. *c.* 16. r *Pr.* 1. *ult.*
s *Ps.* 7. 7. *Ps.* 9. 12. 20. *Ps.* 11. 6. *Ps.* 16. 13. *Ps.* 34. 2. 23. *Ps.* 43. 24. 26. *Ps.* 52. 3. *Ps.* 67. 2. *Ps.* 73. 22.
t *c.* 24. 4.
u *c.* 11. 4.
x *cap.* 2. 3.
y 4. *Reg.* 25. 19. *Ezec.* 21. 29. *Dan.* 9. 6
z *cap.* 11. 4.
a *c.* 61. *f.*
b *Luc.* 4. 18.
c *Pro.* 25. 30.
d *Matt.* 5. 3
e 1. *Cor.* 1. 17. *Jac.* 2. 5.
f *Zach.* 9. 9. *Matth.* 21. 5.
g *Esa.* 53. 7.
h *Joan.* 1. 32.
i *Apoc.* 5. 6. *& lo. & sep. tod. l. Joa.* 11. 29.
k *Matt.* 25. 33.
l *cap.* 2. 3.
m *Mat.* 3. 15
n *cap.* 5. 5.
o *Luc.* 21. 19
p *Jac.* 1. 5.
q *Rom.* 2. 7.
r *Ps.* 24. 9.
s *Ps.* 33. 3.
t *Ps.* 24. 9.
u *Matt.* 11. *ult.*
x *Ps.* 17. 28.
y *Ps.* 71. 4 13
z *Ps.* 33. 19.
a *Ose.* 9. 11.
b *Esa.* 28. 22
c *Ovid.* 1. *de Ponto.*
d *in Matt.* 25.
e *Matt.* 25. 34. 41.

Mansuetus, quasi manu assuetus.

Ayguani observatio & Origenis. Cur priùs sententia in favorem electorum pronuntiabitur, quam contra reprobos.

Sensus loci.

Exponi adhuc potest cum Jansenio, Genebrardo, Vatablo, fore ut convertantur, & cedat in Dei gloriam, laudem, confessionem hostium perversa furorisque plena cogitatio, tum eorum, qui non potuerunt explere, quæ cogitaverant, quoniam interficientur, ut Assyriis contigit; tum aliorum, qui nec cogitare quidem, & moliri in DEI populum mala audebunt, hujusmodi exemplo docti. Præterea, ut si qua fortè adhuc in aliquibus hostibus impia machinatio reliqua fuerit, in religiosam, & solemnem transent venerationem Dei, postquam conspexerint, & animo reputaverint ejusdem erga suos tantam benignitatem, atque potentiam.

Agellii expositio.

Huc accedit Agelii expositio; quòd cogitatio pœnitentis Sennacherib, post cæsum divinitus exercitum ipsius, futura esset confessio, lausque potentiæ Dei, & qui post pœnitentiam illam, clademque superessent cum ipso Assyrii, vel etiam alii alibi de hac audivissent, adducerentur ad colendum Deum: vel dicto eodem exercitu hi qui evasissent Æthiopes, ac Ægyptii, priùs captivi Assyriorum; jam reversi ad suos, ita ut juxtà vaticinium Esaiæ *a*, illis terra Juda pro festivitate esset.

a c. 19. 17. c. 45. 14.

Sensus mysticus.

Sensu mystico, qui toto ferè Psalmo perpetuus fuit, de Judicio explanant multi, ut in illo Deus inquirat etiam incogitata, & lætitia quidem sit, velutiq; festivitas his, quorum probæ cogitationes fuerint; tristitia & mœcor quibus improbæ. Vel, ut omnis tunc cogitatio innotescat Deo, sed illa laudet Deum, eoq; delectetur, & conciliet animo cogitantis festum, quæ fuerit ab omni sorde purgata, & post purgationem munda relicta. Refert hæc Agellius ex Græcis nonnullis innominatis, & ex Eusebio. Euthymius autem, & Nicephorus explicant de quavis cogitatione, quæ sit Deo in judicio manifestanda, & sic festum quoddam ac spectaculum factura, & iple etiam reliquiæ, hoc est, ea cogitatio mala, quam diabolus immisit, sed relicta est, quatenus consensus minimè præbitus. Latini, Augustino Duce, volunt reddi causam, quare mansueri salvandi sint, quoniam confitebuntur, se, si non facto & dicto, certè cogitatione peccavisse; vel etiã, quia cujusvis generis præterita peccata humili confessione damnabunt, ex qua cogitatione aliæ orientur, quæ festum agent Deo, quatenus dicta ratione confessi, deinceps quales fuerint recordati, sicut faciebat Paulus *b* confitens se *blasphemum*, & David ipse dicens *c peccatum suum contra se semper esse*, ideſt, coram se, gratias agent Deo, & benis operibus tamquam sacri, religiosi, ac devoti vacent. Ambrosius *d* jubet eos etiam, qui sibi conscii non sunt, confiteri Domino, ne quid sit quod eos prætereat: qui enim confitetur Domino, & si reliquias cogitationis adhibuerit ad confessionem, diem festum mentis celebraturum arcano, & epulaturum, *non in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis* e. Ad idem revocatur, si *confessionem* interpreteris, non de peccatis, sed qua laudatur Deus, & dicas cum Titelmano, aliisque (non sumendo (*quia*) causaliter, sed affertivè) illum, qui attentè meditetur divinam bonitatem, & providentiam circa procurationem salutis nostræ, non posse continere se quin confiteatur Deo, illumque laudet: inde autem continuò nasci velut reliquias & effecta, animi lætitiam tantam, & pietatis affectum, ut videatur veluti magnum & diuturnum festum celebrare. Illustrari exemplo potest celebrantis optimum convivium in causa pauperis, ibiquæ quæ superfuerint relinquentis, ita ut ad ejusdem victum copiosè diuque multa suppetant. Beneficiorum seria meditatio divinorum facit, ut dies festos, qui eum præcipuè in finem sunt instituti, religiosius celebremus: & per *spiritum, qui ex Deo est, sciamus quæ à Deo donata sunt nobis* *. Viro bono Diogenes diem omnem festissimum dixit esse: mundum sanum quoddam sanctissimum, & maximè Deo dignum *f*, Hieronymus, aut alius In Job *g*, docet quòd cogitatio hominis ad confessionem pertinet peccatorum, reliquiæ sunt ipsius confessionis æterna remuneratio, quia indultis sibi peccatis, velut in die festo, spirituali lætitia perfruatur. Referri huc potest *gaudium in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente* *, & vitulus saginatus cum reliqua celebritate, in reditu filii prodigi *h*: gaudent enim etiam & peccator conversus, & filius reversum tum de confessione, sive reversione ac de testimonio conscientiæ, quodque se filios Dei esse intus sentiant; tum maximè postea, quando admittuntur ad divinas epulas, intrantque in gaudium Domini sui, non amplius contristi, sicut quum reversi primum erant vel controversi, quæ dici possunt cogitationes primæ, nec mixtum tristitiæ gaudium habentes, sive cogitationes mixtas, sed reliquias cogitationum, ideſt, ultimas pueri gaudii. Quæ tres cogitationum formæ comparari possunt cum calice vini, & mixti, & puri, ut priore Psalmo vidimus: aut cum prodigo primùm ad se reverso, deinde quum dixit, *peccavi*, dataque est illi *stola prima*, & alia ornamenta, tandem ad epulas vocatus est *cum symphonia, & choro* i: aut cum septem panibus, qui sunt totidem effectus numerati à Paulo *k*, sollicitudo, defensio, indignatio, timor, desiderium, æmulatio, vindicta: deinde cum piscibus paucis: postremò cum septem sportis reliquiarum plenis, quibus in beatitudine reficiuntur quique sensus, & intellectus cum voluntate. De his Grevæus *l*.

i ib. vers. 25. k 2. Cor. 7. 11.

l serm. 159.

Hugo cogitationem hominis, qui non ut brutum, sed ut homo vivat, confiteri Deo vult, non modo laudando, sed etiam peccata præmeditando confitenda; & reliquias ex cogitationis pro peccatis esse, cordis contritionem, confessionem oris, satisfactionem operis, quibus tamquam festo colitur, & delectatur Deus. Pluribus hæc exequitur, tùm verò quæ sint cogitanda rectè confiteri ac satisfacere volenti; scilicet quæ fecerit, angustias peccatorum, pericula, defectum, vilitatem, oppressionem, damnum mortificationis meritorum, diminutionis naturalium bonorum, privationis communionis sanctorum, æterne hæreditatis exhæredationis. Bernardus *m* explicat voluisse Davidem de se cum Deo quasi de alio loquentem, significare, quòd quidquid illa sua scrutabunda & avida cogitatione ex arcano sapientiæ eruere prævalebat, partem, quam poterat, in salutem populorum sollicita prædicatione impartiebatur, reliquum quod capere plebs non poterat, festiva jubilatione in Dei lapidibus expendebat. Reliquias quoque panum, & piscium *n*. Augustinus *o* scribit ea designare, quæ populus non poterat manducare, ac secretiora intelligentiæ, quæ multitudo non potest capere, illis credita, qui sunt idonei, & alios docere valent, quales Apostoli significati per duodecim cophinos impletos. Aliter *cogitationem hominis* accipientes pro homine cogitationis, ideſt, cogitante, nimirum sublimia, & recondita, ac magna quædam, ac inaudita molente (vulgò, *un homo di grandi pensieri*) dici posset indicari quod talis confitebitur Domino, hoc est, cogetur fateri, quum in nihilum viderit cuncta recidisse, quoniam *non sit consilium contrà Dominum* p; *posse, si decreverit Dominus, salvare* q, &, ut hìc more subditur, adeo *terribilem* esse. ut *auferat spiritum Principum*, & *comprehendat sapientes* in sapientia, *prudentes in astutia sua* r, *dissipet cogitationes populorum, & reprobet consilia Principum* s; ita ut *reliquiæ ipsæ*, ideſt, abrusiones cogitationes, festum agant Domino, ideſt, lusus illi sint, ac delectetur quodammodo illis detegendis & disperdendis. Non est hìc à litterali sensus alienus. Rursum Augustinus *t* *cogitationem hominis* docet *confiteri Deo*, quæ est initium boni operis, quia non essent bona opera, nisi præcessissent cogitationes bonæ, quarum auctor est ac agnoscitur Deus, cum *non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis; quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit* u; *reliquias* etiam *cogitationum diem festum agere Deo*, ideſt, quod ex cogitationibus reliquum est. velle nimirum & perficere quatenus quis adscribit hæc Deo, ac veluti sacrificat, eique dicit *x*: *Domine pacem* (scilicet æternam) *dabis nobis, omnia enim opera nostra* (cogitare, velle, & quod propriè distinctimque dicunt operari) *operatus es in nobis*. Parum differt Alcuini expositio, quam sequitur Lombardus, Ayguanus, & alii cogitatione laudari Deum, & opere, ita ut *cogitatio* sit conceptio voti, seu desiderii boni, *reliquæ* redditio, & complementum ipsius per opus: sed festo præsertim die vacandum piæ cogitationi, sanctisque desideriis ex ea consequentibus, & ab ea relictis.

m ser. 62. in Cant. Reliquiæ panum & piscium in Evangelio quid designent.

n Joa. 6. 13.

o Tr. 24. in Joan.

Antonius Guevara ordinis Franciscani, in prologo ad Oratorium Religiosorum, affert aliquot mysticas hujus ejusdem loci expositiones. Deum adeo bonum esse, ac tam paucis contemtum, ut à sanctis festum agatur ei reliquiis ipsis bonorum desideriorum. Reliquiis istis denotari non sufficere ad Religionem afferre bona desideria, qui *opera sequuntur nos* y, non sola desideria, Deum nostris desideriis gaudere tamquam de ordinario & feriali

p 1. Timot. 1. 13.

c Ps. 50 5.

d 4. Nabuch. 20 15.

Etiam qui sibi conscii non sunt, confiteri Domino debent.

e 1. Cor. 5. 8.

q 1. Cor. 2. 12.

Viro bono dies omnis festi visimus.

Mundus sanũ quoddam sancti simum & maximè Deo dignũ

f Plut. de transuil. anim. sub finem.

g in cap. 22. Luc. 15. 10

h ibid. v. 17. & seq.

r Job. 5 13. 1. Cor. 3. 19.

s Ps. 32. 10.

t de grat. & lib. arb. c. 5.

u 2. Cor. 3 5.

x Esa. 26. 12

y Ap. 14. 13.

riali die, operibus autem velut de festiviore Paschatis die. Reliquias cogitationum quæ Deo agant festum, colligere, esse thesaurizare de die, deque nocte, opera bona: sicut impii *thesaurizant sibi iram* a, atque hoc ait Bernardum ista ratione perpendisse. Religiosius ex vitis Patrum Abbatem nescio quem dicentem refert, *cogitationum reliquias*, idest, pretiosiores cogitationes Deo offerre, quoties professionis suæ meminit, & sancti propositi, quo cum ad Religionem accessit. *Cogitationum reliquias* reliquiis fragmentisve similes esse multiplicatorum à Christo panum, quæ colligi præcipit ne perirent b, quoniam pluris æstimanda minima gratiæ munera maximis mundi & naturæ bonis. Reliquias panum censeri potissimum viros Religiosos.

a Rom. 2. 5.

b Joh. 6. 12.

Hìc est טלה *selah*, & διάψαλμα,

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. Hieronymus, *quia ira hominis confitebitur tibi*. Alii *profectò ira*, &c. idest, ut explicat Trevetus, & eo posteriores, qui priùs erant irati tibi, laudabunt te, vel cedet hostium furor tandem in laudem tuam, si non quia te victorem agnoscant, & prædicent ob animi sui per vicaciam, certè quia res ipsa demonstrabit illos devictos à te, quantumvis adeò multa machinati fuerint contra te ac populum tuum, & occasionem præbebit homo ille Sennacherib cum suis cæsis, ut lauderis à nobis, & ab aliis etiam exteris, ad quos tam illustris victoriæ fama pervenerit. Recitat Hugo aliam lectionem, quæ habet, *mœror hominis*, &c. Campensis vertit *vindictam (ob eam vindictam homines confitebuntur tibi)* Hebræa sunt ista בי חטת ארם חודך *chi chamath adam thodecha*. Chaldaicè: *Quum tu iraseeris in populum tuum, tu ejus misereris, ipsi verò confitebuntur nomini tuo*. Vel apud Nebiensem: *quare roboratur furor tuus super populum tuum? convertentur, & confitebuntur nomen tuum*. Nomen חמה *chemah* significat *iram ferventiorem*, sive *ardorem æstum, incandescentiam iræ*, & deducitur à יחם *iacham, calere, excandescere, irasci*. Hac perturbatione quia qui se vindicant afficiuntur, posset id nomen accipi pro *vindicta*: quoniam item non rarò fervidæ iræ succedit pœnitentia, & mœror: pro his quoque usurpari quidam senserunt, ut Agellius, pro *pœnitentia*, quam contendit etiam significari per ἐνδύμιον, quemadmodum *pœnitere* per τὸ ἐνδυεῖσθαι. Hoc pacto Latina vox *cogitatio* generalis comprehenderet omnes istos affectus. Symmachus vertit θυμὸν *iram*. Scholiastes, ἐνδύμιον idem docet esse quod λογισμὸν. Enarrator antiquus ex Græcis & Latinis nemo aliud, quàm *cogitationem* est interpretatus: quidquid sit de alia notione τοῦ ἐνθυμίου pro *pœnitentia*, quam scio peritis hujus linguæ non probari. Significat quidem ie quod in mente versamus cum solicitudine, angore, dolore, sed simpliciter quod considerate, attentè, pensiculatè, argutè. Unde ἐνδύμημα, *genus* genus argumenti, præterea commentum, & memorabile inventum. Interpres Græcus in Genesi c illud חגחם *ijnnachim* reddidi ἐνεθυμεῖτο, & Latinus, *pœnituit*, sed Augustinus d recitans eum locum, legit, *cogitavit*. Procopius e autem docet positum pro κατενύγη, σύντιτ ἐγλογισμὸν, *punctus est*, seu *indoluit, tristem suscepit cogitationem*. Aquil. μετεμελήθη, *pœnituit*. Symmac. ἀπεστράφη, *aversatus est*. Quos aliquid egisse pœnitet, sæpe illud versant animo, cui feci? utinam non fecissem; non putaram, & similia: sibique ipsis irascuntur, & succensent, ac dolent: quare tam multa sapienter hic LXX. vocabulo complexi sunt τὸ ἐνθυμεῖσθαι: nec melius Interpres convertere potuit, quàm nomine *cogitationis* ait in Genesi pro ἐνθυμεῖσθαι placuit *pœnitendi* verbum exprimere; quia toti contextui maximè conveniebat. Ubi etiam transfert *& tactus dolore cordis intrinsecus*, quod Græcè tantum est, κατὰ διανοίαν, quod tamen etiam testatur Augustinus f in quibusdam codicibus Latinis versi, *& pœnituit*: melius autem in reddi, *recogitavit*. Ibidem paullo post pro verbo Hebræo, quod significat *pœnitere*, sicque Latinè transfertur, est illud idem Græcum ἐνθυμεῖσθαι, quod valet *magna cura tangi*: etsi legant alii codices μετεμελήθη, *pœnituit me*: quidam, ἐθυμώθη; *iratus sum*, ut etiam Philog, Ambrosius h, Augustinus i. Hoc demum loco Psalmi, *cogitatio* sumitur pro irata, & cum indignatione conjuncta, & ἐνθύμιον indicasse cogitationem potest σὺν θυμῷ *cum ira, & indignatione*.

Ἐνθύμιον.

Ἐνθύμημα. c cap. 6. 6.

d 15. de Civ. cap. 24.

e in Gen. c. 6

f in Locut. § Deut.

§ 1. Quod Deus sit immutabilis.

h de Noe c 4

i 15. de Civ. cap. 24.

Et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.) Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *cogitationum*. Augustinus, *solemnia celebrabunt tibi*. Hieronymus, omissa conjunctione, *reliquiis iræ accingeris*. Alii *residuum irarum*, seu *indignationum, æstuum, furorum* (qui חמת *chemoth* pluraliter nunc dicuntur, sed posset esse המח *chemath* in singulari) *accinges*, sive *ligabis*, sive *decoraberis*: aut in presenti *accinctus es*, aut imperativo, seu optativo, *accingas te*, aut, *residia æstuum accingis tuos*. Pronomina desunt in textu Hebræo; verbum est חחגנו *thaggor*. Idem valet dicere *accingeris*, *accingis*, vel *accinges te*, vel *accinctus es*, & utendo *decorandi* verbo, atque si diceres, ornare se, aut ornari, celebrari, honestari reliquiis irarum, furorum, &c. & hæc idem important, quod ut festum agant Deo, & cedant in laudem gloriamque ipsius, eo modo quo cedit festus dies nomini Domini dicatus. Aliter accipiunt alii *cingere*, ut dicatur Deus *cingere irarum, furorum*, &c. *reliquias*, coercendo, cohibendo, constringendo, ne erumpant, & irruani, vel è contrario, cum ira hominis, quam exercuit in populum Dei, confessa fuerit Deo, meritò se pœnas dedisse, fore ut Deus reliquas irarum suarum succingat, restringat, liget, condonando reliquas pœnas, quæ debeantur; vel *cingere seipsum*, induere illas reliquias, iisque ornare seipsam, ut dictum est. Symmachus vertit, κατάλοιπον θυμοῦ περιζωσθεὶς, *residuum iræ accinctum*, videlicet, est à te, vel, ut ornes te, vel, ut compescas. Existimat Richardus Cenomanus lectum è LXX. non חחגור *thaggor*, sed per duplex gimel חחגנ *thaggog*, quod significat *festum aget*, singulari numero, propter nomen ejusdem numeri שאריח *sceerith*. Extat illud futurum cum unico (צ) *gimel* ex verbo duplicante חחג *chagag* חחג *thachog* juxta ordinariam formam verborum defectivorum duplicantium hain vau, idest, secundū litteram, cujusmodi est paradigma טכב *sauau* in grammatica Hebræa. Vereor in Genebrardo mendum esse, quum ait legi potuisse per *chaph*, & de duplicantibus. Nullum tale verbum reperio, quod deberet esse חבר *chachach*. Si quemadmodum nomen חגא *chaggæ* non modo *festivitatem* significat, sed etiam *pavorem*, aut *festivitatem lugubrem*, & *tristem*, ut Esaiam k, Hieronymo teste: ita verbū חגג *chagag* extat in ea notione, concedere possemus Agellio, *festum agere reliquias cogitationis* hoc loco esse, ut qui postea, idest, post cœlos Assyrios cogitarent aliquid moliri contra Hebræos, eorumque DEUM, festum agerent Deo illi, hoc est, timorem ingentem conciperent. Rectè festum, à timore denominari potest, quia reverenter celebrandum est, cultusque Deo proprius à vehementia timoris λατρεία nominatur à particula (λα) quæ auget, & τρεῖν *tremere*, atque Deus ipse, ut nuper dixi, appellatur abstracto nomine *timoris* l, & ut aliqui putant, Deus, quasi δέος. Potest denique per antiphrasim dici *festum quis agere alteri*, quando timet ac dolet, & illi pœnas luit, *latat ut enim justus videns vindictam* m. Vulgo quidem qui minantur se aliquos malè excepturos, ac tractaturos, dicunt, *venghino pure, che lor faremo la festa*. Quid si respexerit David nominando *reliquias cogitationis*, quæ *festum agerent Deo*, ad Sennacherib, qui superstes quum in Ninive adoraret Deum suum Nesroch, in ipso Templo à filiis occisus est: ita ut *reliquiæ cogitationis*, idest, hominis cogitantis, nempe Sennacherib, fuerint irarum, ac minarum plenæ cogitationes, contra Hebræos molientis reditum, & hac de caussa DEUM suum deprecantis: vel filii dicantur *reliquiæ*, qui *festum egerint Deo* vero, patrem proprium interficiendo, dum adoraret falsum.

k cap. 29. 17.

Δατρεύω.

l Gen. 31. 42. 53.

m Ps. 57. 11.

Vers. 12.) Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili.

Vers. 13.) Et ei qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges terræ.

HOrtatur, ac invitat Israelitas, qui medium apud se habent Deum, & quorum Deus habitat in medio, & qui eam possident regionem, quam peculiari Deus ratione incolit, atque singulari providentia protegit;

Sensus loci.

tegit; solent autem ei tùm legitima, tùm votiva, & spontanea munera offerre: ut nunc ob tam eximium beneficium, quo edita hostium strage tanta, liberavit ipsos Deus à periculosissima obsidione, non prætermittant liberaliter ac sponte multas ei oblationes vovere, & quas voverint, fideliter continuoque persolvere. Meminisse autem eos jubet cui voveant, scilicet ei, qui merito timendus sit, & perterruerit magnopere Sennacherib, ejusque animositatem, spiritus, fastum depresserit, quum suorum adeo multorum una nocte interfectorum cadavera vidit, in quibus erant robusti, bellatores, Principes exercitus *a*, ipse vero postea *quum adoraret in templo Nesroch Deum suum à filiis occisus est* b, & sic in festo superstitioso egit Deo vero festum nolens, ut prius memini. Præterea dici potest invitari vel ex exercitus Assyrii, clade superstites, vel, quia putant Hebræi, ut Abulensis refert *c*, superfuisse tantum decem populos finitimos, qui, quod circum Judæam essent, in circuitu Domini dicantur esse ut votis, ac muneribus Deum placent, restituantque hac ratione, si quid de illius honore & cultu detraxerint. Quoscumque verò invitet, videtur Propheta proximè præcedenti sententiæ istam connectere, ut quum cogitatio hominis confessura sit Deum, & reliquiæ cogitationis actura festum illi, hoc est, ipsimet quondam hostes ejusdem populique ipsius, hoc potiore faciant jure, qui Deo sunt propriores, propter veræ, quam profitentur magis, professionem religionis.

a 2. Par. 32. 21.
b 4. Reg. 19. 37.
c ibid.

Hunc locum Enarratores præsertim Latini, de votis, quibus voventur Deo, ea, quæ alioqui lex non præcipit, interpretantur, qualia tria omni religioso communia, præter alia multa, quæ vel ad tempus nuncupantur, vel extra statum vitæ arctioris, sive perpetua sit, sive temporanea. Confirmat Augustinus *d* Pauli sententia, de iis quæ habent damnationem, quia *primam fidem* (ideſt premissionem, votumque) *irritam fecerant*, ideſt, inquit, voverunt, & non reddiderunt. Christi quoque verba eodem refert, monentis meminisse uxoris Lothe *e*, quæ in via posita, retrorsum aspexit contra Domini præceptum. Universè accipiunt Arnobius, & quidam alii de abrenuntiatione, quæ diabolo & pompis ejus fit in baptismo. Euthymius & Nicephorus, de vovendo, ideſt, proponendo pœnitentiam: sed hæc non propriè sunt vota. Basilius, atque Theodoretus de muneribus, quæ ut offerant Deo, invicem se Hebræi hoc loco dicantur hortati, quum qui sunt vicini, præ metu id faciant, nempe audientes cladem Assyriorum. Videntur hi Patres alludere ad id, quod est in Paralipomenis *f*, *postquam Dominus salvavit Ezechiam, & habitatores Jerusalem de manu Sennacherib Regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit eis quietem per circuitum, multos detulisse hostias, & sacrificia Domino in Jerusalem.*

d 1. Tim. 5. 12.
e Luc. 17. 32. Gen. 19. 26.
f 2. Par. 32. 22. 23.

Vovete.) Ambrosius *g*, *g*, *orate:* & exponit, ut pro peccatis. Apollinarius λίτε *supplicate*. Illyrici quoque Psalterii verbum significat *orate*, & id etiam potest significare εὔξασθε, sed communior hujus acceptio est ab Interprete posita, ita ut προσεύξασθαι sit *erare*, quemadmodum aliàs notavimus, & Hebræum נדרו *nidru* semper *vovendi* significationem habet. Explicat Ambrosius tùm de divitibus, ut orent pro peccatis, & flagitiis suis, quia non habent in operibus quod placeat: & quæ acceperunt, reddant Deo; seu pro beneficiis ejus, munera: saltem in paupere, egeno, inope, & quem ultorem timent, faciant sibi debitorem: tùm de pauperibus, quoniam ut dictum priùs, increpiti sunt divites, ut gratias agant, quia non est personarum acceptor Deus, & ipsi nihil aliud habent, & hoc solum quod habent, auro pretiosius est, & argento, suntque *in circuitu* Domini, quia non recedunt à Deo, & prope illum sunt: divites longè ab eo, propter avaritiam. At communis, ut dixi, expositio est, de propriè dictis votis, promissisque factis Deo. De re ipsa dixi prioribus Psalmis aliquoties, hoc est, de religione, atque obligatione votorum. Hanc ex isto loco colligunt, præter auctores Commentariorum tùm Latinos, tùm Græcos, etiam alibi Augustinus *h*, docens nihil melius ab homine fieri posse, quàm ut ei se restituat, à quo institutus est: Fulgentius *i*, quem vocant alii Augustinum, Chrysostomus *k*, Bernardus *l*, Concilium Aquisgranense *m* sub Ludovico Pio ex Augustino *n*, Carolus Magnus *o*, Alcuinus *p*, Thomas *q*, Antonius *r*, & passim Scholastici, quibus omnino credendum, non Petro Martyri *s*, contendenti hoc loco Davidem loqui solis Judæis, & pertinere tantum vota ad legis ceremonias, ideoque jam prorsus explosa esse, vovendique rationem cum ceremoniis aliis debere facescere. Legatur optimus præ ceteris scriptor Controversiarum Bellarminus *t*. Ne verò faciat Nazianzeni Tetrastichon octavum difficultatem:

g de Nabuc. cap. 16.
h Epi. 47. & 2. de adulter. conjug. c. 24. sermon. 7. de temp.
i de fide c. 3.
k hom. 11. ex variis in Matth.
l de mod. bene vivendi serm. 62.
m cap. 112.
n ser. de vita & mor. Cler.
o in Conſit.
p Ep. 23. to. 1. H. Conſil.
q 2. 2. q. 88. ar. 2. 4. 5. & q. 189. art. 2. & alibi ſæpe.
r p. 2. t. 11. c. 1 ſſ. de votis & cœlibatu.
s 2. de mona. c. 14. & ſeq.

μηδὲν ποτ' εὐχῇ, μηδὲ τῷ μικρῷ, δίδου.
Διὸ γὰρ ἐστὶ πρὸν λαβεῖν σὲ δὲν λέγω
πλέπτεις τὰ σαυτῷ μὴ δίδες κακὸν χέρι!
Ἀ' νανίς σε πείθετω, Σάφειρά τε.
Nil pollicere, sit licèt parvum, Deo:
Nam munus jam antè Dei est, quàm sumserit.
Fur es tuorum (ò debiti genus novum!)
Nisi des. Docent hoc Saphira, & vir perfidus.

Vetat doctissimus Pater, & votiva religione ipse adstrictus sponte, ne qui vovet aliquid se putet Deo dare, quod non priùs Dei esset. Religiosos viros, & sacros possumus affirmare *in circuitu Dei* esse, illique *afferre munera*, quia propiùs accedunt ad Deum, & hujus familiæ veluti definitio, seu descriptio est à Deo ipso tradita *u*: *Voluntas mea in ea*. Nam nihil faciunt qui ad illam familiam pertinent, nihil cogitant, nihil loquuntur, quod non ad Deum, cui se consecrarunt, relatum velint, & quod ex conditione proprii status non referatur, quum radicem omnis muneris obtulerint semel voluntatem, ac se ipsos totos. Quo pacto sapientiores atque religiosiores Lycurgo sunt, & Socrate, qui præcipiebant pauca diis offerri. Hic quia nulla re egentes, paucis contenti sunt; ille, ut semper quod offerretur, suppeteret *x*.

u Esa. 62. 4.

Lycurgus & Socrates pauca diis cur offerri vellent.

x Pluton. in Lycurgo.

Et reddite Domino Deo vestro.] In emendatis Græcis ἡμῶν, *nostro*, & in Psalterio Latino vetere, & in Illyrico Hieronymiano, atque apud Augustinum. Præcedens imperativi modi verbum est consulentis, hoc præcipientis, quia quod sponte quis, nec ulla adstrictus vovet lege, reddere atque solvere tenetur; sicut & in promissis humanis. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo quis pepigit, ait Innocentius III. *y* solvi sine vindicta non debet; Quod tamen vinculum, & necessitatem docet Augustinus neminem à vovendo deterrere debere: Quum autem unum ait fieri ex professione, aliud ex auditorio Dei perfici, non vult non etiam ad primum gratiæ adjutorium necessarium esse: sed hortando ad vovendum quod facilius est, & ad perficiendum quod est magis difficile proponit, ac promittit præsentiam divini adjutorii. Quare de utroque simul loquens subdit: Aspice eum qui te ducit, & non respicies retrò unde te eduxit, post te est; ama ducentem, & non te damnat retrò respicientem. Idem rursus de dicta necessitate reddendi promissum Deo, ita præscribit *z*. Quod cuique antequam vovisset, licebat, quum id se numquam facturum voverit, non licebit: si tamen advoverit, quod vovendum fuit, sicut est perpetua Virginitas, &c. Hæc ergo, & si quæ alia sunt, quæ rectissimè voventur, quum homines voverint, nulla conditione rumpenda sunt, quæ sine ulla conditione voverunt: quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum est, ubi legitur, *Vovete & reddite Domino Deo vestro.* Fulgentius *a* idem tradit, scribens, quum quis libenter vovet quod scit esse licitum, & ad profectum melioris vitæ pertinere cognoscit, celeriter reddere debere, & in hoc quod votum reddit, meliore semper conatu proficere: quia omni voventi Deo, & reddenti quod vovit, ipse quoque Deus reddet cœlestis regni præmia, quæ promisit, profectò majora, quàm illi, qui sola præcepta impleverit. Verum quidem est quod etiam adnotat Ambrosius *b*, quidquid offeras Deo, Dei esse, cujus est orbis totus, *nec eget Deus noster bonorum nostrorum*, c: & profitebatur, atque confitebatur Deo David *d*, *se, ac populum quæ de manu ipsius accepissent, dedisse illi*, & Araufica-num *e* Concilium secundum ait, quod nemo rectè Deo vovet, nisi quod ab illo acceperit, tamen Deus non exigit, nisi præceptorum observationem, inter quæ est, ut quæ ultrò voveris reddas, & ne facias irritum verbum tuum, *si votum Domino voveris, aut te constrinxeris f juramento*, quoniam *ruina est homini devotare san-*

y 27. q. 1. 6. Hæc vero.

z 1. de adult. conjug. c. 24.

Vota non ſolvenda.

a de fide c. 3.
b de Nabu. cap. 16.
c Pſ. 15. 2.
d 1 Paral. ult. 14.
e Cant. 12.
f Nu. 30. 3. 4. 11. 14.

Sanctos, & post vota retractare a. Nullam in reddendo moram interponere oportet, quum nulla præfixa est, & reddi quàm primum potest: fideliter totum reddendum quod promissum est, si licet, nec promissa res mala, vel rei meliori præbet impedimentum. Domino Deo fieri votum debet, quia illi soli cultus iste convenit, & recta in eo nuncupando intentio adhibenda. Sed de his egi aliàs, ut prænonui.

a Pr.20. 25. Votum quando deliter reddẽdum.

Omnes qui in circuitu ejus affertis munera.) Hieronymus, *omnes qui in circuitu ejus sunt, offerent munera terribili.* Alii referunt quinque primas dictiones ad priora verba, hoc modo: *Vovete & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus* (estis) tum seorsim hæc ponunt: *afferant munus terribili.* Quidam sic distinguunt, *omnes qui in circuitu ejus sunt, afferent munera terribili*, ut præcedens membrum pertineat ad Judæos, hoc ad externos. Videlicet invitantur externi circum Judæam habitantes, & Judæi Deum in medio veluti sui habentes, tùm propter peculiarem ipsius de illis curam, quum quia fixum erat in medio Tabernaculum quum haberent castra ita ut omnes illuc confugerent, agerentque quasi excubias Tabernaculi omni ex parte. Paraphrastes exponit: *Vovete, & reddite coram Domino Deo vestro; omnes qui habitant in circuitu Sanctuarii ejus adducant oblationes in domum Sanctuarii terribilis*, Vel juxtà Nebiensem, *offerent sacrificia domui Sanctuarii in timore.* In textu Græco παντες ὁι κυκλῳ αὐτου, ὁισουσι δῶρα τῳ φοβερῳ, *omnes qui in circuitu ejus, afferent munera terribili.* In Psalterio Gallicano, & Bruno Herbipolensis, *omnes qui in circuitu ejus sunt, offerent munera terribili.* Augustinus eodem pacto, præter ultimam dictionem, quam rejicit in sequentem versum, nec repetit bis, sicut illud Psalterium. Cassiodorus, *omnes qui in circuitu ejus offertis munera terribili.* Ita etiam in Romano Psalterio, sed nomen ultimum jungit sequenti versui. Haimo & Glossa interlinearis recitant duas lectiones, *afferent*, vel *offerent*. Agellius præfert lectionem, in qua est verbum tertiæ personæ, vultque esse sensum, ut persuadeantur Israelitæ quæ in obsidione voverant, reddere, quia tantæ victoriæ fama exciti finitimi ipsorum priùs hostes, odio depositò advolaturi sint Jerosolymam, ut offerant Deo munera. Propensiores nos esse semper oportet ad editionem vulgatam defendendam, quàm hoc loco multò plures Latini sequuntur, ac præter Enarratores etiam Ambrosius *b*, imitator alioquin & sector Græcorum. Si pro יומלו *iomilu* legisse dicas LXX. יוביל *iauile*, *offerentes*, *afferentes*, *portantes*, &c. Subaudiendo (estis) exsisteret editionis nostræ sensus [omnes qui in circuitu ejus estis afferentes, seu affertis, idest, afferre soletis.] Quo pacto credibilius est de Judæis tantùm sermonem esse, qui hoc facere solebant, & quibus etiam dicitur, *Vovete, & reddite Domino Deo vestro*: nec enim aliorum erat Deus, idest, non colebatur communiter ab aliis, & magis propriè dicebantur esse *in circuitu Domini*, tùm ob allatam prius causam, tùm ob ea quæ dixi alio in Psalmo *c* ad ea verba: *Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus*, &c. Sed & Campensis, dum vertit, *omnes qui in hoc cœtu adestis*, indicat verba esse Prophetæ ad multitudinem quasi sibi præsentem. Fortassis etiam dirigitur sermo peculiariter ad Levitas, quorum erat magis proprium sacrificare, & Deum circumstare. Nihilominus admitti potest alia expositio de aliis circum Judæam nationibus, quos *circam vicinos* vocat Illyricum Psalter. præsertim quum post victoriam de Sennacherib, ita factum narrent Paralipomena *d*, sicut diximus: & Esaias *e* prædixisse videatur, prout etiam Hugo notavit. Hujus tropologia est, eos *in circuitu Domini vovere*, & *reddere*, & *afferre munera*, qui non more impiorum extra Deum in circuitu ambulant *f*, & circumeunt rotam mundi, hoc aut illud nonnumquam offerentes, sed proprius ad ipsummet accedunt Deum, *rotam in illum sollicitudinem projicientes* g, & pro ipso mundi rotam, omniaque relinquentes, & ipsum sequentes *h*, ac se totos illos offerentes. Item de illis explicat, qui postquam voverunt circumeunt, hinc inde occasiones atque dilationes quærendo, quasi Deum non videret intentionem eorum, & quod subditur, terribilis non esset, valensque præ varicatores de medio tollere, & *spiritum auferre* etiam *Principum*, ac Regum, idest, dona gratiæ ab iis qui hi quos *Principes*, & *Reges* nominamus.

b de Nabuc. c. 16.

d 2. Paralip. 32.22 23.
e c.19.17.21. Tropologia
f Ps.15. ult.
g 1 Pet. 5.7.
h Matth. 39. 21. 27.

Terribili.) Jam dixi de connexione vocis istius cum præcedentibus, & à quibusdam poni tùm simul cum illis, tùm denuo cum iis, quæ sequuntur, *affertis munera terribili, terribili, & ei qua est*, &c. non tolum adhuc tertiò in fine, *terribili apud*, &c. Meliores codices Latini habent bis tantùm, hoc modo: *terribili, & ei qui*, &c. *terribili apud* &c. Omnes item Græci, & Hebræi. Græcus autem textus, & Latinus omnino sumunt hoc nomen adjectivè, proque Dei epitheto sicut versu 8. quamvis ibi sit Hebraicè quemadmodum in fine Psalmi יראא *mora*, hìc autem מורא *mora*. Qui, ut substantivum accipiunt, eo modo intelligi possunt, quo priùs dicebant Deum abracta voce appellatum *timorem* i, quæ Græcè φόβος, Hebraicè est פחד *pachad*. Tamen servilem litteram (ל) *lamed* interpretantur caussaliter, idest, ut propter timorem saltem fiat oblatio. Propriè מורא *mora* nomen substantivum est, נורא *nora* participium conjugationis niphal à יראא *iare*. Sic est hoc loco egregia paronomasia, Deusque non solùm timendus significatur, sed timor ipse, atque, ut est apud Esaiam *k*, *terror* & *pavor*, quæ possunt poni pro Religione. Sed hac de re jam actum antea. Apollinarius *terribilitatem* istam exprimit per *fortitudinem*, *roburve*, nam reddit καρτερὸν, & postea ἐυρυρόλω. Psalterium Illyricum exponit de terrorem incutiente. Porrò putat Vill Ipandus *l* noster disputans de etymo montis Moria, uno, ut fit à יראא *jare*, *timuit*, dicaturque sic, ob reverentiam, ac timorem θεοσεβείας dicti loci, ubi erat Templum cultui ac religioni divinæ dicatum, & quia ibidem audivit Abraham *m*, *Nunc cognovi quod timeas Deum.* Domino servus timorem debet, ut ipsemet apud Malachiam *n* ait; *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Et quo magis timendus crederetur, subjungit Propheta, *dicit Dominus exercituum.* Quidquid acquirit servus, Domino acquirit. Idcirco nil mirum si hìc ad vota inviten- Servorum obligatio circa vota.
tur servi, qui etsi naturæ jure tales sint, peculiari tamen ratione, quando se peculiari voto obligaverunt, quà de caussa compelluntur ad reddendum. Hunc timorem Ananias, & Saphira si habuissent præ oculis, non luissent sacrilegii pœnas, post quas *factus est timor magnus in universa Ecclesia, & in omnes qui audierant* o.

i Gen.31.42. 53.
Egregia paronomasia.
k c. 8.13.
l tom. 3. in Ezech. p 1. l. 1. cap. 8.
m Gen. 22. 12.
n c. 1. 6.
o Act. 5. 11.

Et ei qui aufert spiritum Principum.] Hieronymus, absque conjunctione, quam non habet textus Hebræus, (*auferenti spiritum ducum.*) Alii vertentes verbum futuri temporis ובצור *ijatsor*, & supplendo (qui) *qui succidet*, vel *vindemiabit*, *prohibebit*, *intercipiet*, *continebit*, *perimet*, *comprimet spiritum seu animum Principum*, aut *Ducum*: idest, fastum, consilium, animam ipsam, quod plus est, inquit Cajetanus, quàm *ligare reliquias irarum* (prout versu 11. habetur, secundùm versionem ex Hebræo) quæ paratæ tunc erant contra Jerusalem. Græcè numero plurali καὶ ἀφαιρωύμενοις πνεύμασι, ἀρχόντων, & *auferenti spiritus principum.* Chaldaicè, *comprimet tumorem spiritus magnatum*: aut ex Nebiensi, *humiliabit timiditatem spiritus Principum.* Sed quid sibi vult *humiliare timiditatem?* forsitan humiliare fastum & audaciam, quam præ se ferunt principes, quamvis reipsa timidi sint, maximè verò cum perterrefiunt à Deo. *Quid tumet contra Deum spiritus?* *contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus* q. Denique *frangi* dicuntur *spiritus*, idest, elatio, atque superbia. Plurale nomen Græcum πνεύμασι Hieronymus quoque agnoscit, & addit pronomen, *ei*, quia sine illo Latinus sermo non resonaret, Dicitur בצר *batsar* propriè de uvarum collectione in vas *r*, quæ dicitur *vindemiatio*. Quemadmodum figuratè nomen *vineæ* usurpatur de Synagoga, & populo, sic vastitas & clades ejusdem, verbo exprimitur *vindemiandi* s, aut *calcandi torcular* t, licèt Hebræa verba sint diversa. Per *spiritum*, & רוח *ruach*, & in plurali per πνεύμασι, intelligi possunt omnia quæ dixi, fastus, audacia; potentia, anima seu vita. Ipsum etiam nomen Latinum *spiritus* has notiones fert: רוח *runch* de anima rationali dicitur, inter alias acceptiones, de habitu, qui est index vitæ sentientis, de parte irascibili, ipsaque ira, qua qui aguntur vehementiùs anhelant; & agitantur superbia, πνεύμασι pluraliter significant *spiritus vitales*, seu *vitalia præcordia*, quæ Maro *u* nominat *spiramenta*:

p Job. 15. 13.
q Pr. 16. 18.
r Lev. 25. 5. 21. Deut. 24. 21. Jud. 9. 27.
s Psa. 79. 13. Thre. 1. 12. 21 c. 2. 20. Apoc. 18. 19.
t Apoc. 14. 20. Esa. 63. 3.
u 9. Æneid.

obdi-

abditaq; intus
Spiramenta animæ lethali vulnere rumpit.

Euthymius, ac Nicephorus, hoc lòco interpretantur ψυχάς *animas*. Apollinarius *robur, potentiamve.*

——— ὧ τε μέρος μέλεται σθένεα ἡγεμονήων.
cuiq; interitus curæ est potentia (scilicet inferendum) *Principum.*

Omnia vera, maximè de vita, de qua item illa sententia similis *a*, *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem evertentur*, ubi est רוח *ruach*, & πνεῦμα. Apollinarius autem reddit θυμόν *animum*, & utrobique verbum Hebræum אסף *asaph* significat *colligere*, quasi Deum dum vitæ spiritum tollit, trahat suum, quem communicat viventibus, ad se, qui dicitur *fecisse spiramentum* b. Revera terribilis Deus in inferenda morte, quæ res est terribilium maximè terribilis *c*; sed præcipuè quando eam Principibus, & Regibus infert, quibus est *amaritudo amarissima* d, immo & sola *memoria mortis homini pacem habenti in substantiis suis* e. Quomodo Agag interficiendus dixit *f*: *sicciné separat amara mors*: Chrysostom. *g* comparans cum Rege Monachum, quem & philosophum more Græcorum nominare solet, scribit, Regi mortem terribilem, philosopho minimè molestam esse.

Præter sensus mysticos quos prius attigi, Cyrillus Alexandrinus *b* alium innuit, de imminutis viribus, & fracta, contritaque veluti superbia malignorum spirituum, *dataque potestate nobis calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici* i.

Terribili apud Reges terræ.) Chaldæus vertit, *super reges terræ*: quasi significetur non solùm DEUS terribilis regibus, sed plusquam Reges, quos terret. Pharaonem intelligit, & alios multos, ac denique Sennacherib. Tropologicè Latini *reges* vocant hoc loco, qui carni & sibiipsis imperant. Profectò qui hoc profitentur & ad hoc peculiarem vocationis gratiam sunt consecuti, præterea *hi qui præsunt, fortiorem experientur cruciationem* k, & *duplo gehennæ filii erunt, quàm alii* l, quoniam sicut hoc quod Christus de proselytis affirmavit, Augustinus *m* propterea verum esse docet, quia negligebant implere quod sponte susceperant; ita sentiendum votifragos graviore supplicio ac terribiliore plectendos, quod quæ ultro promiserunt non solvant. Terribilis est Pater, inquit Hugo, quia potestas, & *terror apud ipsum* n: illi vovenda obedientia: Terribilis Spiritus Sanctus; cui castitas, quia *in digito Dei*, hoc est, in ipso, *ejiciantur dæmonia* o: paupertas postremo Filio voveri debet, qui terribilis est apud Reges, quia pauperrimus fuit. Sed & exemplis multis doceri potest, quanto terrore affecti sint Reges à Deo, qui *flatum eorum* p, & *cor* q *habet in manu sua*. Erudiendi sunt, & *apprehendere disciplinam debent, ne quando iracatur Dominus, & pereant de via justa* r.

a Ps. 103. 29.
b Job. 34. 6.
c Arist. 3. Eth. c. 6.
d Esa. 38. 17
e Eccl. 41. 1.
f 1. Reg. 15. 32.
g l. de compa. regis, & monac. 10. 9.
Sensus mysticus alius.
h in Nahum. num. 7.
i Luc. 10 19.
Tropologia
k Sap. 6. 7. 1 Mat. 23. 15
m 16. contrà Pelag. c. 29.
n Job. 25. 2.
o Luc. 11. 20.
p Dan. 5. 23.
q Prov. 2 12.
r Ps. 2. 12.

PSALMUS
SEPTUAGESIMUS SEXTUS.

1 In finem, pro Idithun.

Psalmus Asaph.

2 VOce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
3 In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea, 4. memor fui Dei, delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.
5 Anticipaverunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.
6 Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
A 7 Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.
8 Numquid in æternum projiciet Deus: aut non apponet ut complacitior sit adhuc?
9 Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?
10 Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
12 Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.
12 Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
13 Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinventionibus tuis exercebor.
14 Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster! 15. tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam:
B 16 Redemisti in brachio tuo populum tuum filios Jacob, & Joseph.
17 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
18 Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt. 19. vox tonitrui in rota.
Illuxerunt corruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.
20 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.
21 Deductisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi & Aaron.

Titulus & Argumentum.

C *Vers.* 1.) In finem, pro Idithun.

Primus Asaph.

DIFFICULTAS in titulo est solùm quo pacto Psalmus idem dicatur, *pro Idithun*, & esse *Psalmus Asaph*: Nec refert quod Hebraicè, & Chaldaicè postponatur nomen Psalmi, *Asaph Psalmus*. Neuter Psalmi auctor est, juxta opinionem, quam duximus probabiliorem, omnes Psalmos editos à Davide. Articuli in Textu Hebræo, Chaldæo, & Græco præfixi nomini Asaph indicantes dativum casum τῷ Ἀσάφ, לאסף *le asaph*; & præpositio ante *Idithun*, scilicet; dro ὑπὲρ על *hhal*, cui Chaldaicè additur יד *jad*, *per manum*, augent rationem dubitandi. Non placet Rabinorum, ut Aben Ezra, opinio, *Idithun*, D cantici alterius nomen fuisse, cujus instar hic Psalmus caneretur ab Asaph præfecto cantorum: Vel, quod videtur Cajetano, instrumenti musici, ad cujus pulsum cantari deberet ab hoc eodem Asapho: vel quod R. Salomoni, significare Chaldæorum lingua, qua non rarò utuntur Prophetæ, lenes, ideſt, hoc quidem loco, sententias; quibus decrevit Deus affligi populum: vel quod Lyrano, ut significet sententias virorum bonorum, ut Danielis, Ezechielis, & similium, quibus prædixerunt finem captivitatis Babylonicæ. Jacobus de Valentia, quamvis mysticè interpretetur, indicat propterea duos cantorum præfectos nominari Asaphum, & Idithunum; quia traditus est hic à Davide Psalmus cantandus ab Asapho, adjuncto ei aliorum cantorum choro, qui erant sub Idithuno. Eadem videtur Basilii, seu Theodoreti sententia vel certe quod magis distertè traditur ab Euthymio, atque à Nicephoro Blemmida, quum, cui datus erat Psalmus ad cantandum Idithunum, huic negotio vacare non

Difficultas in titulo circa nomina *Idithun & Asaph.*

non potuisset, decantatum fuisse pro illo, locoque ipsius ab Asapho. Apollinarius adhuc magis clarè idem ita expressit:

Ἀσάφος μενέχαρμος ἄναξ ὑπὲρ Ἰδιθέμ.
ἐβδόμῃ ἅμ᾽ ἱερῇ δικάδος μέλος ἴαχεν ὕμνῳ.
Asaphus fortis Rex (præfectus cantorum) *pro Idithuno.*
Septimam circa sacram decadis carmen resonuit sextum.

Equidem censeo postremas duas opiniones probabiles, omninoque pro nominibus virorum accipienda nomina *Idithun*, & *Asaph*. Debet etiam retineri titulus integer, ut nunc extat; etiamsi Trevetus, & ante illum is qui creditur Hieronymus in Commentario, testentur, in veris ac veteribus exemplaribus Hebraicis non fuisse aliud, quàm *pro Idithun*, ut nempe, inquiunt, per eum caneretur. Reperi postea de duobus choris opinionem Agellio probatam in proemio. Inscripti autem duo sunt Psalmi soli Idithuno 38. & 61. in priore לידיתון *liidithun*, πρὸς Ἰδιθέμ, *ipsi Idithun*: in posteriore, ירוחון B על *hhal jeduthun*, ὑπὲρ Ἰδιθέμ, *pro Idithun*, quæ idem valent, usurpatur que præpositio על *hhal* non rarò pro בל *el* aut ל *le*, & Symmachus hoc loco reddit, διὰ Ἰδιθέμ, *Idithum*.

Argumentum. Porrò psalmi argumentum videtur magna aliqua populi afflictio, quæ privaret eum cultu Dei, cum spe recuperandæ facultatis eumdem cultum celebrandi, sicut olim ab aliis calamitatibus fuerat auxilio divino liberatus. Græci arbitrantur indicari captivitatem Babylonicam. Approbat id etiam Lyranus, refellens R. Salomonem, de ea interpretantem captivitate, quam patiuntur hoc tempore Judæi. Consentit Ayguanus, & de recentioribus Arias. Cajetanus, & Placidus Parmensis, Cajetani sectator, dubitant an de tribulatione sub Antiocho sermo sit. Putat Trevetus Davidem tribulatos informare ad exemplum sui, ut consolentur spem suam ex consideratione antiquorum miraculorum Dei.

Mystica interpretatio. Ob nominum *Asaph*, & *Idithun* etymologias, Augustinus, & alii mysticè docent congregationem fidelem significatam per *Asaph*, hìc loqui, *pro Idithun*, idest, pro transiliente, ut in finem tendatur, qui Christus est, calcando desideria, & illecebras sæculi, nilque proponendo sibi, nisi illum, ex quo sunt omnia. Concedi potest prædici simul multo illustriorem totius mundi liberationem per Christum: quod unum contendit Valentia in Psalmo tractari, exponique veterum omnium Patrum desideria de Adventu Christi. Proponit Marcellino Athanasius recitandum Psalmum istum, ut gratias agat Deo, si fuerit in vocando exauditus.

Marcellino recitandus hic Psalmus ad quid propositus.

Vers. 2.) Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Sensus loci. HInc ad usque undecimum versum depromit Propheta animi sui calamitatibus pressi ardentissimum affectum. Hìc verò ait, quod illum vocis testaretur contentio, clamorque orantis cum fiducia, & constantia, idque non frustrà, quum se pro eximia Dei benignitate, ab eo senserit exauditum. Quod κατὰ προλῆψιν, & secundùm anticipationem debet intelligi, quoniam versu 8. 9. 10. quæritur quodammodo se non exauditum, aut quærit quo pacto fieri possit, ut non exaudiat Deus. Vel certè documentum sibimet dat, benè sperandi ex prioris exauditionis experimento. Id magis præ se fert Hieronymi, aliorumque versio ex Hebræo, habens priore versus membro, futuri temporis verbum. Observat Hugo Cardinalis, orationis conditiones, ut quis utatur, orans, humana non belvina voce i. non aliena tantùm, sed propria: & ut oratio referatur, rectaque tendat ad Dominum, illum præcipuè, ac per se quærens; ut ex devotionis affectu prodeat, quem clamor innuit: ut sit continua, & perseverans, quod bis repetita vox significat. Præterea effectum orationis ait esse, ut Deus intendat non tam orationi quàm oranti, sicut *ad Abel respiciebat Deus, tum est munera ejus* a; Quum autem quid clamaverit non exprimat, sed solum nomen Dei ac Domini, latis insinuat, nihil se aliud optare, nisi quod ei placeat, nihil opus esse, apud omnia scientem, distinctè quid velit exponere, ut notat Ayguanus. Diceres Davidem quasi exhortando alios, inquit Remigius, dicere, qui sitit veniat, & bibat, & inde mihi expertos credendum est. Sed & in *clamore*, vulgò putatus Hieronymus, indicari vult peccatorem, qui remotiorem à se quærat Deum, quia clamor eo tempore necessarius est, quando longè est ille qui clamat; adde, quod reciprocum est, quum is quem clamatur. Ambrosius *b* gemina voce geminum dicit indicari plaudendi officium, *spiritu*, *& mentes* c, & tali Moysem *d* voce clamasse, Annamque *e*, & hujusmodi orationem *in sinum orantis converti* f. Ait præterea, pronomen *mea*, hoc loco addi, ut designet eam vocem, quæ melior est, ac nescit errare, quæ auditur à Christo, non resultat tolùm in publico.

b *in Psa.* 40. & 42.
c 1. *Cor.* 14. 15.
d *Exo.* 14. 15.
e 1. *Reg.* 1. 13.
f *Sp.* 34. 14.

Psalmo 141. recitato S. Francisci obitus. Ejusdem in Ecclesia recitatio.

Voce mea ad Dominum clamavi.) Idem initium Psalmi 141. quem Franciscanum vocare possis, quoniam eo recitato expiravit S. Franciscus, illiusque principium in introitu Missæ ipsius recitat Ecclesia. Utrobique est futuri temporis verbum, licèt in illo per (ז) *zain* אזעק *exhhak*, in hoc per [צ] *tsade* אצעקה *etshhakah* addito (ה) *he*, sed litteræ (ז) & (צ) permutantur facilè, & (ה) *he* paragogicè additur, & tempus pro tempore ponitur. Est item in 141. in utroque membro versus, nomen יהוה *jehovah*, in hoc nostro אלהים *elohim*: ibi vertit Hieronymus *Dominum*, hìc *Deum*. LXX. in hoc loco κύριον, *Dominum*, deindè θεὸν, *Deum* reddunt: in Psalmo 141. bis κύριον. Quamvis notet Scholion in primo istò membro ex versione LXX. Symmachi, & VI. editionis esse θεὸν: ex Aquilæ Theodotionis, κύριον. Hoc moneo, ne nimis anxiè discrimen quæratur in vocabulis, quæ sæpe συνωνύμως accipiunt. Bruno quidem Carthusianus attendit in nomine *Domini* rationem gubernationis; in *Dei*, creationis; sed, ut dixi, non est hæc differentia perpetua, nec tamen quum affertur, spernenda. Denique istud, & sequens incisum habent conjunctionem, quam omissam à Hieronymo miror, *voce mea*, aut, *vox mea ad Dominum*, seu *Deum*, *& vociferabor: Voce mea*, vel, *vox mea ad Deum*, *seu*, *Dominum*, *& auscultavit me*.

Voce mea ad Deum.) Dixi vertisse quosdam etiam priore membro θεὸν & *Deum*, Hieronymus hìc etiam reddit, *voce mea ad Deum*: licèt in editione Victorii, & Treveti sit, *ad Dominum*, in Psalteriis Latinis est, *vox mea ad Deum*: nec apud Ambrosium g, Augustinum, & Cassiodorum, qui duo legunt cum conjunctione, *& vox mea*: quæ etiam est in emendatis bibliis Græcis καὶ ἡ φωνή μου, quod in aliis, φωνή μου, in dativo. Idem nomen Hebræum cum affixo קולי *koli* utrovis modo reddi potest. Euthymius, & Nicephorus lectionem nostram secuti sunt; volunt enim ἀπὸ κοινοῦ repeti hoc loco ἐκέκραξα, *clamavi*: Habent nihilominus emphasim majorem in recto casu, *vox mea*, quam antea notavi ex Ambrosio, traditurque etiam ab Augustino, & aliis.

g *in Ps.* 40. & 43.

Et intendit mihi.) Hieronymus, *& exaudivit me*. Alii, *auscultavit me*: vel, *aurem inclinavit*, seu *præbuit mihi*: quod propriè significat, האזין *haazin* ab אזן *Dozen*, *auris*, quasi dicas *aurizare*, Græce ἐνωτίζεσθαι. Græcum hujus loci verbum προσέσχε, significat *attendit*, *animum advertit*, &c. Apollinarius *respiciendi* verbo expoluit:

αὐτὰρ ὁ νωϊτέρην δὲ σαὺς ἐπεδέρκετο φυγήν:
At nostram sciens respexit vocem.

Sæpius alibi verbum προσέχειν reddit interpres *intendere*, quod Hebraicè est הקשב *hakseiu*. Hoc loco Augustinus habet, *attendit*, Psalterium Gallicanum, & alicubi Ambrosius *h*, *respexit*: Psalterium illyricum Hieronymi, *eripuit*, nam Deus quum attendit, intendit, respicit, exaudit, etiam eripuit. Velox est citusque in exaudiendo Deus, quum ita expedit: ipsam *præparationem cordis audit auris ipsius* i. Vix egressa est de me, (immò de corde) oratio, quin Deus, inquit Bernardus *k*, scribi jubeat in libro suo, ut det nobis suo tempore, aut quod petimus, aut quod magis expedit nobis. Eadem de re egimus aliàs, & quo modo *clamant aliqui*, *nec est qui salvos faciat eos*, *ad Dominum*, *nec est qui exaudiat eos* l. Etsi verò *intendere Deum alicui*, multi, ut priùs dixi, explicent, quod personam orantis respiciat, &

h *in Ps.* 43.
i *Psal.* 9 117.
k *serm.* 5. *de Quadrag.*
l *Ps.* 17. 42.

ita

ita fit: tamen Paraphrastes vertit, *attendet verbo meo*: & Apollinarius, ut etiam retuli; *respexit vocem*.

Vers. 3.) In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis: nocte contra eum, & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea,

Sensus loci.

EXplicat clamoris sui causam, & exauditionis Dei effectum: quum enim tribularetur, Deum invocasse pro auxilio; non ad humanum & creatum quodlibet confugisse, nocturno tempore, quando curis animus magis vacuus erat, expansis altè manibus orando, stetisse coram Deo; nec sua, quam habuit in Deum, spe frustratum esse; vel sibi persuaderi potuisse, ut aliter se gereret, aliudve suis ærumnis remedium quæreret, aliundeve consolationem animæ suæ procuraret.

Mystica expositio. a *Job.* 7. 1. b 2. *Per.* 1. 19 c *Ps.* 35. 10. d *Roma.* 13. 12. 13. *Joan.* 9. 4.

Mysticè totum vitæ tempus tribulatio, & nox est, quia tota *vita tentatio* a; in qua indigemus lucerna verbi Dei *b*, donec liceat *in lumine* claro *videre lumen* c: quamvis fideles comparati infidelibus, *in die* dicantur *esse* d, & utrique per comparationem ad mortis noctem, *quando non licebit amplius operari* censeantur in die versari: deniq; *manibus exquirere Deum* est vacare diligenter operibus quibus hic merearis obtinere necessaria salutis, tandemque salutem ipsam. Hoc modo ferè omnes Latini Tractatores.

Manibus exquirere Deum quid sit.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi.) Aliqui ex Hebræo reddunt in vocandi casu, *Domine*: quia est אדני *Adonai* sine articulo. Tamen etiam Hieronymus, passimque alii accusativum retenent; nec refert Deum, an Dominum dicamus. Paraphrastes, *in die afflictionis meæ eruditionem ab aspectu Domini quæsivi, habitavit autem*, vel *quievit super me spiritus prophetiæ*. Psalterium Romanum, & Illyricum, & Gregorius *e* conficiunt membrum unum ex his & sequentibus verbis, *manibus meis*: Gallicanum, & Cassiodorus addunt, *coram eo nocte*. Nihil interest ad sensum. Nam si *exquirere manibus* quoque interpreteris, ut Græci faciunt, & cum quadam contrectatione, ut nominatim Apollinarius urens verbo ἀμφαφᾶν, repeti debebit ἐπὶ δουῖ, verbum ἐξιχνίασα, ut notant Euthymius, & Nicephorus, agnoscens in eodem σπουδαίαν ζήτησιν, *studiosam diligentemque inquisitionem*, & quæ fit, ut Basilius, ac Theodoretus loquuntur, ἐπιμελῶς; *accuratè*; quod etiam non pauci de Latinis circa compositum *exquirendi* observant verbum, quamvis דרש *daras* sit *simpliciter*, & *quovis modo quærere*. *Circumquirere manibus*, transfertur in Illyrico Psalterio, quod indicat investigationem accuratam; quæ convenit præsertim cæcis palpantibus; & tota ista comparatio rectè congruit in hac vita degentibus: ubi *quæritur Deus*: *si fortè attrectent eum, & inveniant* f, εἰ ἄρα γηλαφήσειαν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν. Syriacè, *Ut quærerent eum exquirerentque*. Loci illius nostrum, si lubet, Commentarium cognosce. Hugo *diem tribulationis* vult secundum tropologiam, lætis admixta tristitia designare, vel ex tribulatione veluti diurnum lumen acquiri: quoniam *vexatio dat intellectum* g.

e in Ps. ult. penit.

f Act. 17. 7.

Tropologia

g Isa. 28. 19

Manibus meis nocte.] Hieronymus, *manus mea nocte extenditur*, scilicet legit in singulari, ut nunc est ך *jadi*, quod alii in plurali ידי *jadai*, & נגרה *nigrah*, ut modo quoq; extat: cujus loco sequitur hic proximè, *contra eum*. Symmachus eodem pacto, ἡ χεὶρ μὲν νυκτὸς ἐκτεταμένη, vel ἐκτέταται διηνεκῶς, *manus mea extenta*, vel *extendebatur continenter*. Ubi de suo addit ultimum adverbium. Significat נגר *nagar*, unde נגרה *nigrah*, inter alias notiones, *attrahere*, vel *diffundere se*, quod, de manu loquendo, fit per expansionem. Eodem sensu posset legi נגדה *nigdah* per (ד) *daleth*, quæ valde similis est litteræ (ר) *res*: quia נגד *nagad* in hiphil significat *gestu* etiam *loqui* & *nuntiare*, quod ideo fit manus extensione. Sed videntur LXX. legisse נגדו *negdo*, *coram*, *ante*, *è regione ex adverso*, *in conspectu ejus*. Alii retinent נגרה *nigrah* secundum aliam ejus acceptionem, *defluxit*, *diffusa est*, aut *solula*, & nominis יך *jad*, eam sumunt, qua interdum significat *plagam*, & *vulnus*, ut sit sensus, plagam, quam inflixit Deus, adhuc fluere, ac recentem esse, saniem mittere, acrique dolore afficere, & quidem etiam nocte, quando remitti dolor solet. Quidam volunt יך *jad* hìc accipi pro *virtute* seu *robore*, *viribus*; & has tota nocte vacillavisse. Postremo nonnulli sentiunt poni יך *jad* pro loco oculorum, eoque in quo Propheta plorans vexabatur, ut asserat eum defluisse, idest, irrigatum lacrymis fuisse, ita ut nullus finis esset, quemadmodum lamentatur Jeremias *h*, *quod oculus ejus afflictus non esset*, *nec taceret eo quod esset requies*, ubi est נגרה *niggerah*, & pro *requiete* הפגות *happugoth* à פוג *pug*, quod est hìc in sequenti membro: quasi noster David innuere vellet maduisse manus ipsas ex continua lacrymatione, dum precando illas contexeret, aut ad oculos abstergendos admoveret. Paraphrastes favet, *nocte stillavit oculus meus lacrymas*, *nec cessavit*: quod Jeremias *i* ait, *non tacere pupillam oculi*. Sed acquiescendum in versione nostra, quæ probè consistit, sive legas *nigrah*, sive *nigdah*, sive *negdo*, ut antè dixi, & propriam simplicemque retinet vocabuli יך *jad* pro *manu* significationem.

h Thre. 3. 49

i Thren. 2. 8.

De ritu manuum, & brachiorum extensionis, ac expansionis inter orandum, disputavi in historia Ascensionis Christi. Alludit fortassis Vates noster ad Moysem, passis precantem manibus adversus Amalech *k*. Dixi etiam alibi de opportunitate temporis nocturni ad orationem. Ipsa *elevatio manuum* vocatur *sacrificium vespertinum* l, & invitamur ad *extollendas in noctibus manus in sancta* m, & *levandas puras manus in oratione* n. Illam porrò indicatam prius communem tropologiam, ut *manibus exquirere Deum*, sit operibus bonis eum diligenter quærere, tradit quoque Gregorius *o*, explanans verba ultimi *p* Psalmi Pœnitentialis: *Expandis manus meas ad te*, afferens alia ex Threnis *q*. *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum*. Quid est enim *manibus*, *inquit*, *Deum exquirere*, nisi operibus Sanctis Salvatorem invocare? Rursum Augustinus *r* quadam Epistola intelligit per *manus*, peculiariter, opera eleemosynæ, quæ maximè adjuvant orationem. Quomodo enim ait, Deus incorporalis, & impalpabilis, manibus exquiritur? nisi operibus exquiratur? Consulendus item Hieronymus, vel Rabanus potius (Gregorii namque cetones habet) in Threnos *s*, qui adhibet illud Epistolæ Joannis I. *t*. *Si cor nostrum non reprehenderit nos*, *fiduciam habemus ad Dominum*, *& quidquid petierimus ab eo accipiemus*. Eumdem Threnorum locum sensu eodem declarant Gregorius *u*, & Bernardus *x*. Attribuunt hanc Apostolo Thomæ sententiam, propriis Christum manibus, quàs in ejus immergere justus est plagas, exquirenti, non solum hoc loco Augustinus, sed etiam Chrysostomus *y*, & Epiphanius *z*. Palpavit enim Thomas, inquit Chrysostomus, Verbum in incredulitate, & non est deceptus; Christum Deum illum confessus in fide. Philo Carpathius *a* tunc Thomæ scribit *manus stillavisse myrrham* primam *b* Gentibus, quum omnium certissimè prædicare potuit, quod ipse ob aliorum utilitatem dubitando palparat, ac senserat. Sed an hoc Thomæ privilegium fuerit, non commune cum aliis Apostolis, differui in Commentario primæ Joannis Epistolæ *c*.

k Exo. 17. 10

l Ps. 133. 2.

m Ps. 133. 2.

n 1. *Tim.* 2. 8

Tropologia

o in Ps. ult. pœnitent.

p Ps. 142. 6.

q cap. 3. 41.

r Epist. 121. cap. 13.

Manibus exquiritur Deus cum operibus exquiritur.

s in cap. 3.

t c. 3. 21. 22.

u 18. mor. c. 5 vel 5. lib. 11.

x Epist. in 2. Thomæ Apostolo attributa sententia.

x serm. 5. de Ascensione.

y sermon. de Trinit. to. 3.

z Anecrate.

a in Cant.

b Cant. 5. 5.

c cap. 1. 1.

Nocte contra eum.) Quomodo Hieronymus, & alii transtulerint, & de נגרה *nigrah*, vel, נגדה *nigdah*, vel נגדו *negdo*, satis antea dixi, & hoc ultimum videri legisse LXX. tandem *contra eum*, idem esse atque *coram eo*: sicut etiam legunt alia Latina Psalteria, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus. Lege quæ dicta sunt Psal. 50. *d* *Peccatum meum contra me est semper*. Supplent multi, *steti*, vel *expansis*, nempe manibus meis, idest, sic steti coram eo, manibus meis expansis eram, coram eo, ut Arnobio placet; vel manibus expansis existens coram eo, ut Euthymius Nicephorusque docent, exquisivi eum. Vel hoc habitu gestuve clamavi, ut videtur Hieronymo in Commentario. Si, *contra* & ἐναντίον, pro adversus, acciperentur, innueret contentionem pugnamque quamdam orantis cum Deo, unde semper superior evadit, quia quod vult impetrat, vel certè, ut velle debet, id quod conducit magis ad salutem. Ex implo sit colluctatio Jacob cum Angelo, Dei personam referente, & cognomen ex victoria, quia contra Deum fortior fuerat *e*: & quidem pugnatum *tota nocte* f.

d vers. 5.

e Gen. 32. 25 28.

f vers. 24. 26

Quod

Quod autem hic nominat *noctem*, fortassis intelligit etiam eo tempore, non diurno tantum, assiduam fuisse orationem.

Et non sum deceptus.) Hieronymus, *& non quievit*, nimirum extensa manus: de qua extensione, juxta eumdem facta mentio prioribus verbis. Eodem ferè modo alii, quod non cessaverit manus, sed non resederit, & quieverit, hoc est, vel plaga sive vulnus, vel dissolutio virium, vel effusio lacrymarum. Hebræa sunt ולא התפוג *nelo thaphug* à פוג *pug* in futuro tertiæ personæ fœmininæ, quod est, *lassari*, *debilitari*, *remitti*, *quiescere*, *cessare*. Psalmo 37. *a* in niphal passiva conjugatione נפוגתי *nephugoth:* vertit Interpres *afflictus sum*, & in Threnis prout antea citavi, *requies à fletu*, seu *remissio*, plurari numero dicuntur פגות *pugoth*. Agellius arbitratur lectum à LXX. ה *thau* pro נ *gimel*, idest pro אפוג אפח *phug eppath*, demptо ה *he* ex אפתח *eppatheh*, in niphal, quod alibi *b* etiam vertitur, *seductus sum*. Nunc non est כפוג *aphug* in prima persona, sed in tertia fœminina חפוג *thaphug*, ut dixi. Eo autem pacto legisse LXX. אפה *eppath* incredibile non est. Nisi retento חפוג *thaphug*, dicas attendisse ad sensum; ita ut *manum*, sive *manus expansas* intelligi voluerint non relaxatas, seu remissas, nec quievisse aut cessasse, quod significatur per לא חפוג *lo thaphug* nempe ירי *jadi*, *manus mea*, quasi desperaret sic orans; sed tamdiu expansas perdurasse, quoad impetrasse se cognosceret quod petebat; vel tamquam statim concedendum suo tempore. Id autem clarioribus verbis exponere Interpretes voluerunt, *& non sum deceptus*, οὐκ ἀπατηθεὶς, ab ἀπατάω, quod sono simile est Hebræo verbo פחה *pathah*. In Illirico psalterio exprimitur, *& non sum captus ab aucupe*. Quod videtur importare respectum potiùs ad alios, qui blanditiis, aut vanis fallacibusque pollicitationibus niterentur avertere ac revocare à Deo exquirendo. Negat se David deceptum, ut quidem eum LXX. intellexerunt, quia certus erat se decipi à Deo non posse: quamvis non tam citò exaudiretur: sciebat Deum quoque non fallere, qui ad orandum invitat, & in oratione perseverandum, quia *spes non confundit* c. & *si moram faciat Deus expectandum esse* c *quia veniens veniet* (i. e. omnino veniet) *& non tardabit* d, & *qui justus* est, *ex hac fide* (hoc est fiducia) *vivere* e: & *qui credit*, idest fidit) Deo, *festinare non debere* f, (hoc est vel confundi, ut alii legunt, vel citò finem orationi, spesve imponere, vel nimis citò velle obtinere quod petit.) Hoc est quod prioribus psalmis, & aliquot aliis sequentibus, & nonnullis aliorum sacrorum librorum locis dicitur, *sperantem in Domino*, *non confundi* g, idest, non frustrari sua spe.

Communior expositio est ista de non frustrata spe. Bruno Carthusianus explicat, quòd non sit ab ulla deceptus suggestione occulta, sive prosperitate aliqua à diabolo, vel ab aliquo ejus membro, oblata, ut non exquireret Deum. Is quem esse Hieronymum putant, dupliciter declarat, aut quòd sit consecutus quod volebat, aut certè non sit deceptus ab insidiis diaboli, qui circumvenire ipsum cupiebat. Non est decepta Maria, proponens filio vini defectum, licèt ab eo reprehensa videretur *h*: non is, qui improbè ac importunè postulavit ab amico *panes i*: non vidua, quæ sollicitabat judicem, *qui Deum non timebat*, *& hominem non revereba-*Dpossum. Ceteri hoc loco idem extendunt ad quemlibet *tur k*: non Chananæa, quam Christus rejecit priùs à se, etiam verbis in speciem injuriosi *l*: non regulus *m*: non pater lunatici *n*, etiamsi exprobrata iis fuerit incredulitas: non alii tam multi. Ut omnem diffidentiæ præcis deret causam Deus, hujusmodi exempla esse voluit, ut de illo propter improbitatem panes impetrante, Basilius *o* observat & Ambrosius *p* ait, quod pertinax in precibus Chananæa negantem Christum inclinavit. *Non fraudat* Deus quemquam à *desiderio justo* q; *voluntatem timentium se facit* r. Sed perseverantia necessaria, ut orationem nostram nil impediat. Quo nomine sororem Gorgoniam Nazianzenus laudans; ô spiritus, inquit, fervorem, ob orationis desiderium, nec canes nocturnos, nec frigora, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras formidantem! Porrò si Jeremias *s* dixit, quod *seduxit eum Deus*, *& seductus est*; loquitur ex opinione aliorum de ipso, ut Lyrano videtur, & Clario; quasi falsa prædiceret, aut quod etiam iste Asentit, quia renuentem elegisset Deus ad munus prophetale: aut, ut placet Hieronymo, Rabano, Hugoni, Thomæ, Dionysio, quoniam crederet, se, quum id munus admisit, prophetaturum contra alios, & non contra populum suum, cujus accidit oppositum: aut, ut volunt Theodoretus, Vatablus, & noster Castro, loquitur humano quodam spiritu, eo quòd multa pateretur, quum prius prophetandi declinasset officium; & Deus tamen præmisisset fortiorem futurum impugnatoribus suis, nec quidquam præmonuisset de tribulationibus, quas erat passurus. Certè quamvis qui id promiserat, non adeo clarè futuras tribulationes expressisset, satis tribulationes etiam illas indicaverat, quum *prævaliturum* contra bellantes dixerat; & jusserat *non timere*: & quod eum daret *in civitatem munitam*, *& in columniam ferream*, *& in murum æreum* t. Sed Jeremias fortassis non benè ac distinctè considerabat: Deus autem alienum tantopere ab hujusmodi officio animare magis studuit pollicitationibus, & non tam diserte quæ toleranda ei forent, exponere. Itaque non illum Deus, sed seipsum ipsemet decepit. Ipsemet Deus *dedisse* scribitur *spiritum mendacii in ore pseudoprophetarum* u: sed & de seipso ait, *Propheta quum erravit*, *& locutus fuerit verbum*, *se decepisse prophetam illum* x. Abuntur hoc, & priore loco, qui Deum faciunt mendacem, auctoremque mendacii, ac peccati. Sæpe occurrimus istius modi argumentis: Deo hæc, hisque similia tribui, quatenus permittit, & humano more ascribitur ei aliquid, quod prohibere posset, si non prohibeat: præterea, quia pro infirmitate nostra, ac propensione ad malum, & pro adversarii vafricie atque sollicitudine, quando permittit Deus, decipimur, atque peccamus, quamvis volentes.

Renuit consolari anima mea.) Junguntur ab Hebræis & Hebraizantibus non solum in biblica nostra versuum distinctione præcedentibus ista verba, integerque ex his & illis versus conficitur. Hieronymus, *noluit se consolari anima mea*. Psalterium Gallicanum, sive Ambrosianum, *noluit consolari anima mea*. Romanum, & Augustinus, Cassiodorus, Lombardus, Gregorius Cy, *negavi consolari animam meam*. Hoc etiam ultimo modo Apollinarius:

πρεσβύμην παρακληθῆναι παρηγορούντος ἀκοῦσαι
Recusabam præcordiis (vel animis) consolantem audire.

Sed Hebræum verbum מאנה *meanah*, & Græcum ἀπωλύμην est tertiæ personæ & Hebræum fœminini generis sicut & נפש *nephes*, *anima*. Sensus est antea indicatus: quòd in assidua sua illa oratione ad Deum, Deum solum quærebat consolatorem, & auxiliatorem, soloque, ut habent sequentia, delectabatur: solus in animo & memoria ipsius versabatur: refutabat quas vel ipsemet comminiscebatur, vel suggerebant ei alii, consolationes: *consolatores* omnes alios *onerosos* reputabat z, & *somniatores frustra loquentes*, qui *vanè consolabantur* a: *risum reputabat errorem*, *& gaudio dicebat*, *quid frustra deciperis b?* Ac si apertè dicebat, inquit Gregorius c tractans illud, *Nec d inventur sapientia in terra suaviter induentium*, qui de temporalium amissione nugeo, de temporalium abundantia consolari nequaquam

e ps. 118 53.

f ps. 68. 21.
g Thren. 3. 40. 59.
h Eccl. 35. 21
i Rom. 12. 12

ab omni frugæ vitæ dilati, in sacco & cinere volutantes, A
a *Apoc.c.*4.6. invidia cœlum tundentes, ut loquitur Tertullianus *a*. Ille sine dubio renuit consolationem, qui *panes quotidianos* reputat suos, *lacrymas*, eo quod cogitet abesse se
b *ps.*14. 4. longius à Deo *b*, vel propter peccatum: vel quia nondum ipso frui datur: nec gaudium percipere potest, quamdiu *lumen* non *cœli*, sed increatum non conceditur videre *c*. Remediabilis est omnis alia tristitia, quæ
c *Tob.*5.13. Remediabilis omnis alia tristitia quæ alia ex re quàm ex Dei percipitur jactura.
alia ex re, quàm ex Dei percipitur jactura. *Dolentes quærebant* Jesum Mater & Joseph *d*, & sponsum sponsa *in lectulo*, *per vicos*, & *plateas* mœsta *e*, ut & Magdalena JESUM, non admittens consolationem cujusquam,
d *Luc.*2.48. donec reperisset *f* *Beati qui nunc lugent* g & *aquis calidis* lacrymarum in hac *solitudine* potantur *b*, nec quiescunt more corvorum super putridis cadaveribus *i*, &
e *Cant.*3.1. 2. 3. sicut vidua turtur, soli ac tristes degunt, animi, saltem affectu, virides fugiendo arbores, & pulchriores
f Jo. 20. 12. 13.14.15.16. 17. voluptatum aquas: Hic est *defectus cordis*, & *carnis*, quem psalmo vidimus 72. *k* in illo qui nihil aliud nec *in cœlo volebat*, nec *in terra*, *præter Deum cordis sui*, & *patrem suum*, quique *magis eligit affligi cum populo Dei*,
g *Matt.*5.5 h *Gen.*16.14 1 c.8. 8.9. k *ver.*25.26 l *Heb.*11. 25. m *ps.*103.31. n *Esa.*1. 29. p *Dan.*9.24 q *Luc.*16.41 *Marc.*37. 4. r, 12. *Jo.*11. 35. *Hebr.*5.7 Christus numquam risisse flevisse sæpius. s *Job.*11.36. t *Luc.*7.47. Lacrimas natura vitæ spiritualis necessarias aptè communicat.
quàm *temporalis peccati habere jucunditatem* l. *Lætatur* B *Deus in operibus suis m*: sed *pœnitet eum fecisse hominem*, *tangiturque dolore cordis intrinsecus* propter peccatum *hominis n*: & consolatur seipsum suspiriis dicens; *Heu o consolabor de hostibus meis*: ut idcirco Christus, qui venerat, *ut finem acciperet peccatum*, & *deleretur iniquitas p*, risisse numquam, flevisse legatur sæpius *q*, quia diligebat nos multum, sicut de ipso, quum lacrymaretur super Lazarum Judæi affirmabant *r*, & ipse de Magdalæna quum pariter flentem vidisset *s*. Ipsa natura quum primum nos effundit, sicut matri lac, ita lacrymas nobis communicat, quasi tam necessarias istas vitæ spirituali, quam illud corporali, & ut amorem revocet ad meliorem vitam. Quod est Latinè in Exodo *t*, *Decimas tuas*, *& primitias tuas non tardabis reddere*. Hebraicè pro *primitiis tuis* legimus *lacrymam tuam*, רטעה *dimhhacha*: & pro *decimis tuis*, *plenitudinem tuam* מלאחה *melcathecha*. Quamvis autem exponant aliqui *plenitudinem* pro musti abundantia, *lacrymam* pro oleo; quia illud copiose, hoc, defluit guttatim; alii, per primum abundantiam frugum, per secundum, tum vinum, tum oleum: tamen saltem accommodatitie *primitias* appellare possumus lacrymas, quas etsi sponte non offerimus, monemur profectò quid nos offerre & facere deinceps oporteat.

Vers. 4.) Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Sensus loci.

SEparantes hoc modo primas quinque dictiones ab isto versu, cumque præcedenti nectentes, explicant, dicere Davidem, cum renuisset in gravissima tristitia sua alienam omnem consolationem, sola se Dei recreasse memoria, cogitando quàm soleret ille beneficus erga suos esse, quàm potens esset; nihilominus hoc modo gaudentem, quum alia ex parte longa meditatione exercitaretur, sollicitè curando quærendoque qua demum ratione liberari ex tantis ærumnis valeret, nec reperiendo, quodam animi deliquio affectum fuisse. Aliter explanant qui non solùm divisionem versuum Hebræam sequuntur; sed alio quoque vertunt modo ex eadem lingua, ut dicemus.

Memor fui Dei.) Hieronymus, *recordans Dei*. Alii *recordabor*, vel aliquid supplendo, *quamvis Dei recordaret*, *tamen inquietus eram*: quæ ad sequentia verba pertinent. Hebræum verbum est futuri temporis אזכרה *ezcherah*, sed crebrò habet significationem præteriti, sicut hoc illius. Alibi legit Hieronymus *u*: *recordatus sum Domini*. In Illyrico Psalterio, *nominavi*, vel *meditatus sum Deum*. De utilitate, ac suavitate memoriæ Dei, agendum in sequentibus verbis.

u *in c.*2. *Jo.* & 2. *cont. Pelag.*

Et delectatus sum.) Hieronymus, *recordans Dei conturbabor*, apud Trevetum, *recordans Dei retribulor*. Hebraicè ואהמיה *vechehmatah*, *& tumultum edam*, seu *edidi*; vel *inquietus fui*, *non sum quietem adeptus*, *fremui*, *ejulavi*, *vociferatus sum*, etiamsi recordarer Dei, orarem, & quærerem illum. Significat חמה *hamah*, *sonare*, & *sonum edere*, quod in bonam partem sumi potest pro sono lætantium, ut psalmo 82. *x*. *Ecce* x *vers.* 3. *inimici Dei sonuerunt*. Symmachus σαυχήσαν, quod explicat Scholiastes συμφωνῆσαι, *consonant* vel *consentiunt*, nempe præ lætitia gaudioque. Dicitur quoque *sonitus canticorum* y, & *labiorum* z. Isquem dicunt Hieronymum, faciens mentionem versionis Hebraicè, (*memor* z *Esa.*34 8. *fui Dei*, & *conturbatus sum*) quum vetus Hieronymus explicat aliter (ut dixi) sic explicat, memor fui Dei, & conturbatus sum, consideravi mansuetudinem ipsius, consideravi pietatem, consideravi munditiam, & videns me ipsum immundum, vehementer conturbabar. Verum juxtà nostram versionem delectatio ac lætitia ex Dei memoria propriè sumi debet, tùm verò quo memores sui, ac supplices suos exaudire soleat; juxtà illud *a*: *Delectare in Domino*, & *dabit tibi petitiones cordis tui*. Bernardus *b* comparat hanc delectationem cum ea, b *ser.* 4. *de* quam ex transfiguratione postea perceperunt Apostoli. *Ascens.* Cyrillus Alexandrinus *c* delectationem istam vult esse ex decantatione psalmorum. Favet Hebræum verbum, c *lib.* 1. *de* quod *sonum* importare dixi; & Græcum μφαυδᾶσθαι, *adorat. in* quod etiam est ibi *d*. *Jucundum sit ei eloquium meum*: *ego* *spirit.* *verò delectabor in Domino*. Credi potest, non ex sola memoria Dei, ob futuri auxilii spem, delectatum Davidem: sed in ipsismet tribulationibus placuisse sibi, atque gloriatum esse. Dicebat Jonase, *Quum angustiaretur in me anima*, *Domini recordatus sum*, *ut veniat ad te oratio mea*: i. e. ut Hieronymus *explicat, quum nullum aliud sperarem auxilium, recordatio Dom ni mihi salutifuit. *Memoriale Dei*, *sicut vinum Libani f*, hoc f *Os.* 14. 8. est, suavis est, ac delectat Dei memoria. Sicut laudatissimum Libaniticum vinum, de quo Asaph medicus Hebræus. Idcirco sponsa, se ac alios *memores futuros uberum*, i. e. castorum amorum sponsi, asserebat *super vinum* g. Et Salomon *h* jubebat *dari siceram mœrentibus*, *& vinum iis qui amaro essent animo*, *ut bibentes oblivisceren tur egestatis suæ*. *Spiritus Domini super mel dulcis*, *& hæreditas ejus super mel & favum*, *memoria ejus in* g *Cant.* 1.3 h *Prov.*31.6 *generatione & generationem* i, *Memoria Josiæ in compositionem odoris k*, Esaias *l* etiam canebat, *Nomen tuum*, i *Ecc* 24.27. 28. C *& memoriale tuum in desiderio animæ*. *Anima mea desideravit te in nocte*: *sed & spiritu meo in præcordiis meis*; k *c.* 49. 1. l *c.* 26. 8. 9. *de mane vigilabo ad te*: *tantùm in te recordemur nominis* 13. *tui*. Sed Nazianzenus *m* hunc nostrum proferens locum, sic scribit: Absit modo voluntas, animique propositum, propinqua est consolatio in ore tuo, & corde tuo, *Memor fui Dei*, ait *& delectatus sum*. Quid memoria paratius! Memor ergo esto tu quoque, & delectaberis. O facilem & parabilem medicinam, o celerem curandi rationem, o egregiam beneficii magnitudinem! Non modò animi dejectionem mœstitiamque sedat Dei recordatio, sed & delectationem adfert. Sic ille Gregor. *n* Papa conferens hujus sæculi divites cum Sanctis, ait illos mentis affectos tædio, bona sua temporalia conspiciendo tristitiam delinire, ut equos, auri, argentique vascula, prædia, & idcirco ipsis *væ* dicere Christum, *quoniam habent* hic *consolationem suam* o, sed sanctum virum consolationem de temporalibus non admittere, quum hoc dicat quod hic habetur; *negavi consolari animam meam*: *memor fui Dei*, *& delectatus sum*: ac si D apertè dicat, terrenarum rerum me nec abundantia refovet: auctoris autem mei, quem adhuc videre non valeo, vel sola memoria delectat. Idem pater *p* disputans de fletu Annæ *q*, hoc modo differit, citato hoc nostro loco: sed qui cibum solatii capere de oblectamento rerum conditarum dedignatus est, epulas deliciarum suarum, quia in solo conditore invenerit, dicit, Tradit præterea *r*, tamquam præsens acediæ remedium, seu tædii cordis, semper bona cœlestia cogitare; tædere namque mentem nullatenus posse, quæ tam jucunda bona lætanter videat, quia tristitiæ angustiosum malum scriptualis lætitiæ campo devoratur, sed tamen ipsam spiritualem lætitiam se mentionem infundere, quæ temporalis vitæ angustias transgredi contemplando non noverit: denique bene tristitiam vinci, si temporalium laborum præmia videantur, quia unde electa mens temporaliter se affligi considerat, inde gaudere in cœlesti patria æternaliter sperat. Tristibus nil commoveri Nemesius *s*, aut Nyssenus *t*, docet, qui se contemplationi rerum tradiderit seque ab his, quæ hominum

Memoria Dei non solum tristitiam tedat sed & delectationem affert. Sæculi divitum & Sanctorum consolationes in mœrore diffimiles.

m *orat. de exves sup.*

n *in* 18. *mor. c.* 24. *vel* 27.
o *Luc.*6.24
p *in* 1. *Reg. c.* 1. *lib.* 1. *c* 1.
q *l.* 1. *Reg.* 1.7

r *in* 1. *Reg. c.* 14. *l.* 5. *c.* 4.

s *de natu. hom. c.* 18.
t *Philoc.*12

vita

vita gerunter se movendo, cum Deo conjunxerit. Ad-
a *Isa.* 58. 13. 14 de, *delectari super Domino*, ut ait Esaias *a*, *qui glorificat eum, dum non facit vias suas; & non invenitur voluntas sua in se.* Hoc est practicè memorem esse, quo sæpius modo de memorando, deque memoria Scripturam loqui notatum est alibi. Idem ait de continuò proponenda sibi præ oculis mentis præsentia Dei, de qua dixi quoq; alibi ad illud, *Providebam* b *Dominum in conspectu meo semper.*
b *psal.* 15. 8. * *orat.* 1. *de Theol.* Memoria Dei continua in homine esse debet. Negat Nazianzenus * tam sæpè nos spiritum ducere debere quàm Dei meminisse; immò, si dici hoc potest, inquit, aliud nihil quàm hoc faciendum. Tum de semetipso subdit. Nam & ego inter eos nomen meum profiteor, qui eam legem probant, quæ die ac nocte jubet meditari vespere, & mane, ac meridie narrare, & benedicere Dominum, in omni tempore sive dormias, sive à somno exurgas, sive iter facias, sive quid aliud agas, ut verbis Mosis utar. Repete quæ ad præcedentes psalmos, in quibus continentur sententiæ similes, dixi. Bernardus c cum
c *ser. de triplici judicio qui etiam est* 29. *ex per vis.* memoria Dei conjungit recordationem propriæ professionis, & cœlestis patriæ, quem vocat ostiarium; ut cum turpibus cogitationibus se senserit animus prægravari; increpet se, dicatque, tunc hæc debes cogitare, qui Sacerdos es, qui clericus es, qui monachus es? lege quæ se-
d *ser. in id* Ecce nos reliq. c. 2. *contra Pela.* quuntur apud eumdem. Vult *d* etiam nos *renuere consolari*, si veniam non mereamur, hoc solùm deplorare, hoc solum plangere, aliud ne cogitare quidem. Hieronymi e sententia similis *renuit consolari anima mea* considerans delicta quæ feceram, recordatus sum Dei, lætatus sum, cogitans me illius clementia conservandum. Quos littera *Thau* insigniri Deus jussit, liberos ab interfectione voluit esse *f*. Ultima illa in Alphabeto littera designat, quum infigitur fronti, perpetuam memoriam finis ultimi, qui Deus est, quæ gementes ac dolentes reddit super cunctis abominationibus, quæ fiunt in mundo, sed aliunde lætos, gaudentes spe cœlestis beatitudinis. Quum
f *Ezech.* 9. 4. 5. Quum in utroque sæculo non possumus gaudere, satius in futuro gaudere. non liceat in utroque sæculo consolari, hic & in futuro gaudere, renue, cum Augustino *g*, in hac vita consolari, ut dignus habearis consolationibus æternis, & interim bonum hic esse nobis, ideſt, in contemplatione hujusmodi bonorum æternorum, censeamus. Basilius *h* affirmat, variis tumultibus occupationibusque; quas vita solet communis afferre, à Dei memoria, cujus haberi ratio major debet, abstractum, non in eo solùm detrimen-
g *in Soli loq.* h *Reg.* 6. *ex Justis.* Qui à Dei memoria in occupationibus suis & tumultibus abstrahitur, quale detrimentum patiatur. tum facere; quòd non exultat in Deo, delectaturve, neque voluptate, aut verborum Domini dulcedine ulla perfunditur; ita ut fere dicere illud queat: *Memor fui Dei, & delectatus sum*, &, *Quam* i *dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo*: sed in eo etiam assuefieri, ut judicia ipsius penitus contemnat, obliviscaturque, quo neque majus ei, neque capitalius malum ullum potest accidere.
i *ps.* 83. 2. *Et exercitatus sum.*) Hieronymus, *loquebar in meipso* quo modo vertit etiam Symmachus, διελάλουν ἐμαυτῷ, aut, ἐμαυτῶ, absque præpositione. Alii, *querelas faciebam, tacitè mecum submurmurabam*, seu *meditabar submissè loquendo, disputando, sermocinando*, ut faciunt qui de re aliqua valde sunt solliciti, anxiique. Futuri temporis verbum אשיחה *aſcichah* vertit Paraphrastes, *erabo*, & in versione Nebiensis, *rugiam*: nempe sermone incondito, aut voce tantùm inarticulatè prolata. Significat שוח *ſuach*, *loqui corde*, vel *ore*, *orare*, *meditari*, *narrari afflictiones*, *ac labores suos*, *apud se conqueri*, *mussitare*, *tacitè obmurmurare*. De hoc egimus
k *vers.* 13. l *Ep.* 125. Ἀδολεσχία. psalmo 68. *k* In versu 7. hujus psalmi occurrit rursus idem verbum Hebræum, necnon Græcum ἀδολεσχεῖν, & Latinum *exercitandi*, sed in illo alio psalmo ponitur simplex loquendi verbum. Hieronymus *l* de hujus præsentis psalmi versu loquens, ait ἀδολεσχίαν esse *decantationem quamdam*, & *meditationem*. Puto intelligere de meditatione, seu decantatione mœsta, & lugubri, quam usurpari etiam experimur ab iis, qui afficiuntur aliqua tristitia; sic omnino Apollinarius intellexit vertens.

ἐξαπίνης δὲ ἀνέμελψα,
De repente verò cantavi.

Augustinus, omissa conjunctione legit, *garrivi*, & id explicat, ut in ipsa consolatione memor factus Dei, delectatus, garriverit Propheta, & exultaverit loquendo:

Agarrulos enim propriè dici, quos vulgò *verbosos* appellant, qui accedente lætitia, nec valent, nec volunt tacere. Habet ἀδολεσχεῖν hanc quoque notionem; sed communior opinio vult *exercitandi* verbo significari hoc loco id quod diximus. In aliis Psalteriis Latinis petitur hinc novi versus initium, & omittitur conjunctio. Hoc secundum ut faciamus, nimis contendit Agellius. Non tanti refert quin retineri sensus possit, quem ipsemet affert, & non distat ab eo quem attulimus. Non ergo *exercitatio* propriè hoc loco de operis exercitio sumi debet, quasi denotetur hìc, & versu 7. memoriam & meditationem Dei non oportere esse otiosam, sed in opus actionum vertere. Non significat David ex memoria Dei ac delectatione ortam exercitationem, sed ex memoria delectationem: quum autem de suis secum moleſtiis colloqueretur, spiritum suum (quod statim subditur) defecisse. Illyrici Psalterii translatio habet, *in sollicitudinibus*. Admitti potest ille, ut accommodatitius sensus, quemadmodum & quòd totus hic locus constans hoc & sequentibus versibus, descriptio quædam sit viri spiritualis, qui Dei memor, ac eo delectatus, respuat
B alia, spiritu plenus Dei quum sit, deficiat spiritus in ipso mundi: exerceat se in operibus religionis ac in laudibus divinis: turbatus ob memoriam, & considerationem peccatorum suorum, obmutescat coram Deo: repetat item præteritam omnem vitam, & vetera beneficia Dei, memoria, quamque parum respondent beneficentiæ tantæ; præterea æternam felicitatem præ mentis oculis habeat: postremò excutiat diligenter conscientiam, & animi sordes omnes. Ad eamdem pertinet accommodationem comparatio exercitationis spiritualis cum corporali, ut sicut ista famem proritat, sic illa desiderium divinarum rerum, earum gustum suaviorem reddendo, & efficiendo ut præ fame earumdem, spiritus deficiat; & quando mens exercetur in meditatione illarum, seipsam scopet, ac veluti purget à repletione carnis, mundique, ut magis ac magis esuriat Deum, & hac esuritione fiat beatus *m*. Delectatur, ait Bernardus *n*, voluntas, exer-
m *Matt* 5. 5 *Eccl.* 24. 29. n *ser. de triplici judicio, vel* 29. *ex parva.* citatur ratio.

Et defecit spiritus meus.) Interferunt alia Psalteria, & Cassiodorus, Gregorius *o*, Petrus Damiani *p* *paullisper, & defecit paullisper spiritus meus.* Id importat ὀλιγοψυχία, & verbum, quo utitur Apollinarius ὀλιγοῦ πνεῦσαν; animi vero defectum, deliquiumve id quo Symmachus, ἐλιποθύμουν. In Psalterio Illyrico, *ægrotavit spiritus meus*. Hebræum התעטף *hithhhattph* redditur quandoque *angustiari* q, *anxiari* r, sed sæpius *deficere*, ut de animo
C patiente deliquium dicitur: Significat etiam preces multiplicare, ut solent qui sunt in afflictionibus. Sic in titulo psalmi centesimi primi, *Oratio pauperis, quum anxius fuerit & in conspectu Domini effuderit precem suam*. R. Kimhi explicatio pro, *quum anxius fuerit* בי יעטף *chi jahhatoph, quum multiplicaret preces toto corde*; ut fieri solet tempore angustiæ; in quo homo seipsum humiliando, veluti incurvat, conduplicatoque corpore seipsum obtegit. *Defectio spiritus* id potest indicare, nec non anxiè factam orationem, quod gestus ille corporis demonstret. Deficiebant Ezechiæ oculi *suspicientes in excelsum* s. Apostoli videntes claritatem Christi, *cecide-*
n *ser.* 28. *in Can.* o *Ier.* 17. 16. f *Esa* 38. 14. t *Matt.* 17. 6 u *Cant.* 5. 6. x *ibid.* 8. y *Cant.* 1. 5. z *ser.* 28. *in Can.* a *Ier.* 17. 16. *runt in facies suas* t: *anima* sponsæ *liquefacta est, ut* dilectus *loquutus est* u, & *amore languebat* x, & *decolorabatur a Sole* y. ut Bernardus *notat* z hunc nostrum citans locum, explicansque omnem colorem præsentis gloriæ lætitiæque fastidiri, & deponi *nec diem hominis desiderari* a, denique *renui consolationem* humanam, ut antè dictum est. Præterea in Daniele, post visionem *non remansit fortitudo species ejus immutata est, nec habuit quidquam virium, & consternatus jacebat super faciem suam* b. Orationis ac meditationis effectus est quandoque defectus quidam, deliquium, & extasis. Verùm etiam est *deficere spiritum*, nec remanere præ admiratione, in eo qui res divinas mente agitans tractansque, deprehendit, se Deum dignè laudare, sufficienter cognoscere, plenè amare, efficaciter honorare, non valere, ut Rickelius notat. Docet etiam experientia, deditos contemplationi, & rapi solitos vel sola recordatione Dei; indeque lætitia perfundi, si ad exercitationem corporis (quam Paulus *c* *ad modicum valentem vocat*, nimirum spectatam per se) descendant, statim illorum spiritum à contemplatione descendere. Confirmat id Gilbertus, quem citat Aygnanus
b *Dan.* 10. 9 Orationis ac meditationis effectus est quandoque defectus quidam, deliquium & extasis. c 1. *Tim.* 4. 8

hoc loco, ex sponsa sponsum invitante ad cubilis secretum *a*. Gilbertus hic ille est, qui Canticorum homilias bernardi absolvit, simili tùm stylo, tùm spiritu, quas ei absolvere non licuit. In undecima durum esse scribit amanti animum dimidiare cum Christo & mundo: in dilectionis jura peregrinas admittere curas, & cœleste secretum sæcularibus infestare turbelis. Mox prolato hujus psalmi testimonio, quod præ manibus est, si delectatio memoriæ Dei, negotio se exercet, & exhaurit spiritum prophetiæ, quomodo plura poterit, & peregrina cum isto complecti negotia? Subdit sponsam exercendi quærere opportunitatem amoris: nos si quid vel tenuiter attingimus de Christo, de sapientia, de suavitate, de contemplationis gustu, non contentos gratia, nec mensuram contemplantes nostram, statim erumpere conari, & cubiculo fastidito festinare egredi à requie contemplationis.

a Cant. 3.4.

Durum amanti animum dimidiare cum Christo & mundo.

Mysticus sensus.

Mystico sensu commodè dicuntur ista, quemadmodum & paulisper legendo, paulisper deficere spiritum nostrum, ideſt, spiritum elationis, ut explicat Gregorius *b*, dum per occultam gratiam ad amorem Dei temperata desuper mensura proficiendo, quanto in nobis quotidiè de Dei spiritu virtus crescit, tanto noster ille spiritus deficit, sed tunc in Deo nos plenè proficere, quum à nobis ipsis funditus defecerimus. Explicat locum Job *c*: *per singulos gradus pronuntiabo illum*, docens quòd nemo infima deserens, repentè fit summus. Idem docet de spiritu elationis paulisper deficiente Petrus Damiani *d*: Sed literalem sensum priùs posui. Ejusdem formulæ in aliis psalmis *e* alia sunt exempla.

b 32. Mor. c. 14. vel 20.

c c. 31. 37.

d Ser. 29.

e Ps. 39. 11. ps. 38. 11. ps. 72. 26. p. 83. 3. ps. 89. 7. 9. ps. 118. 81. 82. 123. ps. 142. 7.

Hic exponitur סלה *selah*, & διάψαλμα.

Vers. 5.) Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.

Sensus loci.

Assiduitatem orationis suæ, & continuam Dei memoriam, atque in orando ac meditando exercitationem, nimiam item curam & solicitudinem usque ad spiritus defectum, virumque, hinc magis probat, quòd pervigil ac pernox in ea re perduraret in somnis noctes totas transigens, aut adeo tenuem brevemque capiens somnum, ut oculi vigilando prævenirent omnes nocturnas custodias, seu statuta militibus, & assignata vigilandi tempora, quatuor terrenis horis constantia, de quibus crebra in Evangeliis mentio *f*, nec non ulla in vetere testamento *g*. In eadem porrò assidua commentatione, & suarum meditatione calamitatum valde anxia, quum rationem sese ex iis expediendi non inveniret, adeo magna se perturbatione dicit affectum, ut quod priùs faciebat, & *exercitandi* verbo significatum diximus, non ampliùs vocem protulerit, ac ne submissam quidem, tacitamve secum & apud semetipsum, sed loquendi omni deposita voluntate, sibi silentium indixerit. Aliter tum legunt alii, tum exponunt, atque varios etiam tropologicos eliciunt sensus, quos in ipsa verborum enucleatione commodius attingemus.

Vigiliarum tempora militibus assignata.

f Mat. 14. 24. Luc. 2. 5. & 12. 38.

g Exo 14. 24. Iud. 7. 11. 19. 1. Reg. 11. 11. Thren. 2. 19. ps. 229. 6.

Anticipaverunt vigilias oculi mei.) Hieronymus, *prohibebam suspectum oculorum meorum*, ideſt, ut exponit Trevetus, ita dejectus fui, ut non respicerem sursum. Alii *tenuisti vigilias oculorum meorum*, hoc est, tenuisti in vigiliis oculos meos illis nempe, in quas nox distruebatur, ne clauderentur, sed semper vigilarem. Vel, *tenuisti custodias oculorum meorum*: ideſt, palpebras, quæ sunt oculorum meorum custodes, ut scilicet apertè manerent, nec darem eis *dormitationem*, *oculisque somnum b*. Deo autem attribuitur hìc effectus, sicut, & causas ipsius insomniæ nimirum calamitatum gravitas, & multitudo. Eadem interpretatio Paraphrastis, *apprehendisti palpebras oculorum meorum*, aut ex versione Nebiensis, *vigilias*: ita ut *vigiliæ oculorum* idem sint, quod palpebræ eorumdem. Hebraicè sic est אחזת מורים עיני *achaztha scemuroth bhenai*. Quemadmodum, ait Richardus Cenomanus, *tenere vigilias*, seu *custodias oculorum*, est, aut non apertos oculos ac sursum intentos continere, aut jam apertos & vigilantes, erectosque prohibere à corpore; sic quòd *anticipent oculi vigilias*, est, vel prævenire, ne intendant aspectum, vel dormitantibus ceteris, prævertere diligentia, & solicitudine, atque ad Deum levare. Secundum facit ad rem ut vigilantia significetur, quæ apertis sit oculis palpebrisve. Auctor commentarii qui tribuitur Hieronymo, mentionem faciens de versione Hieronymi (tacito tamen ipsius nomine: quòd si auctor idem esset, fortassis non taceret) explanat, *considerans peccata mea oculos ad cœlum erigere non audebam*, (quod de publicano dixit Christus *i*.) Peccatori enim dixit Deus *k*, *quare tu enarras justitias meas?* Juxta versionem nostram idem declarat; *Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam*. Profert vigilem apud Danielem *l*, & ex psalmo *m* quod *non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*. Concludit etiam, Ergo monachus qui non vigilat, non potest hunc versum dicere. Verum prior expositio nihil de vigilantia includit; sed de modesta ac molesta demissione oculorum; immo indicat in ea nocte captivitatis alto quodam mœroris sopore atque gravedine pressos oculos aperiri non potuisse. Legit, opinor, Hieronymus in prima persona אחזתי *achazthi*, *tenui*, seu *tenebam*, vel *prohibui*, aut *prohibebam*. *Suspectum* autem vertendo, reperit forsan אשמורה *asmoreth*, quod etsi *vigiliam*, vel *custodiam* significat, tamen à שמר *sciamar* secundum unam notionem, quæ est *convertere oculos*, aut *respicere*, potuit eam habere significationem. *Tenere* autem, & *prohibere suspectum oculorum*, potest exponi, non, ne suspiciant, sed ne à suspiciendo desistant: quod est vigilare. Vertit Aquila κατέσχες φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου, *cohibuisti vigilias*, vel, *custodias oculorum meorum*. Theodotio, ἐκράτησας φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου *tenuisti vigilias*, aut *custodias oculorum meorum*. Symmachus, ἐκάλυψας τὰς ἀναβλέψεις τῶ ὀφθαλμῶν μὲ, quod Hieronymus in sua translatione ferè secutus est, usurpans *suspectum* singulariter pro plurali nomine. In emendatis Græcis pro, οἱ ὀφθαλμοί μου, *oculi mei*, habetur, πάντες οἱ ἐχθροί μου, *omnes inimici mei*. Quam etiam Latinam versionem habet Psalterium Latinum vetus, & Arabicum, ac Æthiopicum: & sequitur Augustinus. *Anticipare vigilias*, *oculos*, quod alibi *n* dicitur, *prævenire diluculo*. Hebraicè *prævenire vigilias*, אשמורות *asmuroth* πρὸς ὄρθρον *ad diluculum*: Cald. *anticipare vigilias matutinas*, & *vesperinas*: tantam fuisse vim malorum, ut singulæ vigiliæ apertos ejus reperirent oculos, hique prævenirent vigilando cunctas excubias. Alteri versioni Græcæ & Latinæ, quæ non (*oculi mei*) sed (*omnes inimici mei*) habet, fortassis occasionem dedit alia lectio Hebræa, nempe pro עיני *bhenai*, עונה *bhonai* à ענה *bhanah*, ut inter alia significat *affligere*.

b 32. Mor. c. 14. vel 20.

c c. 31. 37.

d Ser. 29.

e Ps. 39. 11. ps. 38. 11. ps. 72. 26. p. 83. 3. ps. 89. 7. 9. ps. 118. 81. 82. 123. ps. 142. 7.

i Luc. 18. 13.

k Ps. 49. 16.

l c. 9. 10. 14. 20.

m Ps. 120. 4.

n Ps. 118. 148.

Sensus autem est, adeò diligentes ac vigiles hostes fuisse, ut omnes vigilias observarent, & vigilanter custodirent atque obsiderent. Id Græcus anonymus ab Agellio citatus sic explicat, τὸν φησὶ παράσσεσθαι ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν προκαταλαβόντων τῶν ἑτέρου τὰς πύας: τὰς ὅσιν, τῶν τειχέων τὰς ἐπάλξεις: *hoc me*, inquit, *conturbare faciebat, quod hostes præ occupassent nostra loca, ideſt, murorum propugnacula*. Augustinus digreditur in immortales illas inimicitas, quas contra nos dæmones gerunt, semper vigiles, nullamque somni vel quietis partem sumentes. Nos editione nostra contenti simus, quam sequi Græcos omnes alios Patres video, & Illyricum Psalterium: in quo prout rogatus a me Cassius noster convertit, sic est, *sollicitè stetit in vigilia oculus meus*. Interpretes Lxx. ut solent, attenderunt sensum potius, quàm verba, quod satis etiam constat ex dictis. Quamquam saltem tropologicè, oculos, & sensus omnes possemus inimicos appellare, aut dæmones: quia & hi & illi sunt continenter intenti. atque invigilantes *ad animam* nostram *deprædandam*, & perdendam *o*. Pertinet quoque ad tropologiam, ut *anticipare* censeantur *oculi vigilias* ipsas, quando quis perfectionis stadio nititur alios prævertere, atque per viam compendii, ut Achimmas *p* fecit, præcurrere.

Oculi & sensus omnes, nostri inimici & dæmones cur possint appellari.

o Thr. 3. 51. Tropolog.

p 2. Reg. 18. 23. 27.

Egimus alibi de vigiliis noctis, excubiisve, aut custodiis quaternis, nec non de vigilantiæ commodis Esaiæ *q*, *anima* quærebat Deum *in nocte*. Jeremias *r* hortabatur *ad consurgendum & laudandum in nocte, in principio vigiliarum*: per noctem quærebat dilectum sponsa *s*, & ad hanc ille ventitabat, *plenus caput rore, & cincinnos guttis noctium t*, *pernoctabat Christus in oratione Dei u*. Consurge, ait Bernardus *x*, in principio vigiliarum tuarum, accelera quantumvis etiam ipsas anticipare vigilias, invenies enim, non prævenies. Temerè in tali negotio, vel priùs ali-

q c. 26. 9.

r Thr. 2. 19.

s Cant. 3. 1.

t c. 5. 2.

u Luc. 6. 12.

x Ser. 70. in Cant.

aliquid tribuis tibi, vel plus: & magis amat, & ante. Quod modo legitur Latinè *a*, *Præveni in maturitate*, habent *alii in immaturitate*, vel *intempestante nocte*, ἐν ἀωρίᾳ, *ante horam tempus ve*. Qui enim, ait Ambrosius *b*, Dominum deprecatur, non præscripta præcipuè tempora præstolatur, sed præcurrit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus, senilem gravitatem induit, & juveniles annos vetere conscientia regit. Lege de dicta vigiliarum distinctione Origenem *c*, & Hieronymum *d*. De tertia vigilia meminit ex profanis etiam Cæsar *e*, ac Lucanus *f*. Sed & de quarta, Plinius *g*. Hebræi tres tantùm videntur agnoscere. In libro Judicum *h* innui quartam, putat noster Christophorus Castro *i*, dum loco illorum verborum, *incipientibus vigiliis noctis mediæ*, est, ut ipse dicit, Hebraicè, *in principio vigiliæ noctis mediæ*. At Chald. quidem legitur, *in capite*, seu *in principio mediæ custodiæ*. Hebraicè, *in capite illius custodiæ statæ*, seu *constitutæ*, hoc est, diligentissimæ, & attentissimæ התיבונה *hatthichonah*. Matthæus *k* nominat quartam. Quare nec Ariam *l*. audio, scribentem tres videri tantùm in Evangeliis commemorari: quòd primæ tres noctis horæ custodem non postularent, utpote quas populus ferè omnis vigilando, confabulando, alia agendo, transigeret. Lucas *m* non ultra tertiam recensuit. Marcus *n*, etsi quartam non nominavit, indicavit, scribens præcepisse Dominum, ut vigilaremus, eo quod nesciremus quando Dominus domus veniat, serò, an media nocte, an galli cantu, an mane. Sufficit quòd quartam diserte Matthæus, ut dixi, expresserit. Cassiodorus observat Ecclesiastico ritu, officiove divino vocari vigilias illas *nocturnos*.

Turbatus sum, & non sum locutus.) Augustin. *conturbatus*. Hieronymus, *stupebam, & non loquebar*. Alii, *contritus sum*, vel *correptus, attonitus, confusus, consternatus, confractus, deliquium passus, perculsus, agitatus, & non loquar*, (idest, nec loqui valui, aut volui,) videlicet metus, mœror, malorum jugis consideratio, insomnia, vires adeo attriverant, ut ne mutire quidem luberet, aut liceret. Verbum נפעמתי *nitphhamthi* significat illa omnia quæ dixi. In Psalterio Illyrico, *coarctatus sum*. Eadem Hebræa phrasis usurpatur de Pharaone, post somnia *Pavore perterrito o*; & de Nabuchodonosore *p*, cujus quoq; post somnium, *conterritus* dicitur *spiritus*. Transferunt hoc alii ad patientiam, ut commotis perturbationibus non prorumperet in lamenta lingua, seu sermo; nec *Sol occideret super iracundiam q*, iracundia inciperet in corde, sed illa, verba non proferret, nec murmuraret adversus Deum. Favet Appollinarius:

Σιγάλεον τό μοὶ τορὲπ' ὀρυμέτω περ ἐπύστλη,
Tacitum utique mihi cor, commoto licet, fustinult.

Usurpant ad idem eamdem sententiam Bernardus *r*, exhortans ad injuriæ tolerantiam præsertim virum religiosum; Sanè, ait post alia, commotio tua ibi moriatur, ubi oritur; nec permittatur exire, quæ mortem portat, ne perrimat; ut dicere possis & tu cum Propheta, *turbatus sum, & non sum locutus*. In tribus iræ formis, quas Gregorius *s* distinguit, & ex Matthæo *t* colliguntur, sine voce, cum voce, cum verbo expresso, minùs mala est prima. *Difficile* tamen *conceptum sermonem tenere quis potest n*, & *plenum sermonibus coarctat spiritus uteri sui x*, & rarus est, qui quum, ut homo turbetur, quippe non lapideus, non etiam voce querula tamquam æneus *y*, edat significationem turbationis suæ. Aliter congruit hæc oratio illi, qui suorum conscientia delictorum crescentium usque ad cœlum, & iniquitatum multiplicatarum super caput suum, *confusus, ac erubescens, non audet levare faciem suam ad Deum z*; nec potest *aperire os a*: præterea qui non excusat seipsum, neque regerit in alios scelera sua: neque humana consectatur solatia, postremò qui *secretum suum reservat sibi b*, non effundit animi sensa temerè, ac sine delectu. *Tacuit omnis populus, & non respondit Rabsaci quidquam*, prout Ezechias caverat *c*. David item noster, *quum consisterit peccator adversus eum, obmutuit d, nec habuit in ore suo redargutiones e*. *Fatuus indicat statim iram suam f* (aliter, *eadem hora pronuntiat*, ut notat Hieronymus *g*.) Multa de hac re præcipit Ambrosius *h*, exemplum ritum Archytæ proferens *i*. Nos idem aliàs protulimus, aliasque eadem de re disseruimus *k*. Philo Carpathius *l* transfert hunc locum ad eum, qui de divinis

Verse. 6.) Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Verse. 7.) Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

OCcupationes in vigiliis illis suis, ac in silentio, quod ipsemet imposuerat sibi, propter multiplicem perturbationem, fuisse dicit; ut animo revolveret prisca mundi tempora, & superiorum ætates sæculorum rediget in memoriam, ac priores quoque suæmet ætatis annos, in quibus Deus benignè semper se gesserit, & adversus seipsum, & erga omnes alios suos, quando gravi aliqua calamitate premerentur; denique, ut reputaret æternam vitam, quam victura esset anima, & post mortem iterum corpus cum illa, suo tempore. Præterea nocturno tempore, quod meditationi commodius est, ait se solum secum meditatum, atque cum seipso solo, & cum corde collocutum, cor ac variis animum ratiocinationibus exercuisse, & mentem diversis cognitionibus agitavisse, vertasse, vertisse, propositis ei, verbi gratia, nunc terribilibus Dei judiciis, nunc misericordia, nunc promissorum fidelitate: item quibus de causis calamitates ille permittere, aut etiam immittere soleret; quæ ipse umquam in omni vita peccavisset, seu in Deum seu in proximum; quo modo pro peccatis utrique satis fecisset; vitam in præsentia qua ratione instituteret: seipso nunc quàm retro temporibus præteritis melior esset, an deterior: quas peccatorum morbis medicinas parasset: utrum peccandi occasiones præcidisset: contenderet ne virtutum contrariis actibus contrarios vitiorum habitus evellere; an crebro meminisset æternitatis præmiorum, & suppliciorum, brevitatis vitæ, reddendæ Deo rationis tùm privatim in morte, tùm publicè in universali judicio; auxilia gratiæ cum reliquis beneficiis, & opportunitate bene vivendi, ac de Deo merendi, quanti faceret, utque illis responderet quem se in regio munere, ad quod DEUS ipsum extulisset, ex infima fortuna gereret: postremò, multa alia id genus perpendebat, & excutiebat.

Cogitavi dies antiquos.) Hieronymus, *recogitabam*. Alii, *supputavi dies à principio*, vel *reputavi, recogitavi, recensui, reduxi in animum*. Valet hæc omnia חאנתי *chasciauthi*. Paraphrastes transtulit מניתי *menethi, numeravi, numeravi dies bonos à principio*: videlicet, aut quos ipse aliquando vixisset, aut sui ante ipsum majores. Sunt מקדם ימים *jamim mikkedem*, dies præcedentes longa duratione. In Psalterio Illyrico vocantur *dies priores*. Huic affinis in psalmo 142 *n* sententia: *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar*. Vocantur ibi etiam, sicut hìc ἡμέραι ἀρχαῖαι, & ימים מקדם *jamim mikkedem*. Item in Deuteronomio *o*, *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas* Ex adjunctis decernendum est quo pacto accipias *dies antiquos*. Nam in proverbiis *p*; *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis*; *antiqua*, ut synonyma æternitati veræ, accipi suadet, quoniam subditur, *antequam terra fieret*. Præteritarum recordatio rerum, historiæque cognitio in omnem partem perutilis est; ut alibi docui. Saluri certè populo Hebræo fuit, quòd Assuerus noctem ducens insomnem, jusserit *historias*, & *annales priorum temporum* legi sibi *q Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens*, & *in prophetis vacabit*, *narrationem virorum nominatorum conservabit r*, idest, commentarium, διήγησιν scripturarum divinarum, aut simplicem quoque earumdem narrationem, quæ est de viris celebrioribus. Descriptas Sanctorum illustres vitas Bernardus *s* operæ pretium semper fuisse scribit, ut sint in speculum, & exemplum, ac quoddam veluti condimentum vitæ hominum super terram, & hoc pacto vivant illi quodammodo apud nos, multosque ex iis qui viventes mortui sunt, ad veram provocent & revocent vitam.

Secundùm tropologiam, longè utilissima cogitatio, medi-

Sensus loci.

Meditatio Christian. & omnium qualis esse debeat.

n *vers.* 5.

o *c.* 32. 7.
p *c.* 8. 23.

q *Esth.* 6. 1, 2
r *Eccl.* 39. 1. 2
Sanctorum virorum vitæ in speculum & exemplum esse debent, *s in vita Malachiæ*.

Tropolog.

a *Ps.* 118. 147.
b *ibid. ser.* 19
c *in c.* 2. *Thr.*
d *in Ps.* 139.
e *c.* 141 *Mat.*
& *Ep.* 139.
Vigiliæ apud Judæos
e 1. *de bel. Gal.*
f *l.* 7.
g *l.* 5. *c.* 22.
h *c.* 7. 19.
i *in Thr c.* 2.
num. 33.
k *c.* 14. 25.
l *in Iud. c.* 7.
m *c.* 12. 38.
n *c.* 13. 34.
o *Gen.* 41. 8.
p *Dan.* 2. 1.
q *Ep.* 4. 26.
r *ser.* 29. *in Cant.*
Trium iræ formarum distinctio.
s 21 *Mor. c.*
t *c.* 5. 22. 23.
u *Job.* 4. 2.
x *c.* 32. 19.
y *c.* 6. 12.
z 1. *Esdr.* 9. 6
a *Dan.* 3. 33.
b *Esa* 24. 16
c *c.* 36. 21.
d *Ps.* 38. 2. 3
e *Ps.* 37. 15
f *Pr.* 12. 16.
g *ibid.*
h 1 *Off. c.* 3. 4. 5. 6. 21.
i *c.* 21.
k *in Ps.* 4 & 5.
l *in Cant.*
m *Ps.* 128. 23.

meditatioque dierum antiquorum, à quibus denominatur apud Danielem *a*, *Antiquus dierum*; & iidem sunt cum *annis æternis*, & annis Dei, *qui non deficiunt b*, quum ne minimam quidem temporis hujusce particulam consistentem habeamus, ut ratiocinatur Augustinus, & gemant justi, affliganturque ex patriæ desiderio æternæ, quum eorum *prolongatur incolatus c*. Vocatur gloria beatorum quandoque *dies una d*. propter unitatem objecti, nonnumquam plures *e*, ob abundantiam gaudiorum. Item interdum dicitur annus unus, nempe *requietionis f*, aliquando *anni Dei non deficientes g*. Attribuit Ayguanus anno illi quatuor tempestates, hyemem impassibilitatis, quia in illa constringuntur & roborantur corpora; agilitatis ver, quia eo tempore nascentia sursum eriguntur corpora: æstatem claritatis, quia Sol tunc magis & diutiùs resplendet: autumni subtilitatem, eo quòd terræ fructus à fæcibus purgati congregantur tunc in unum. Alio modo *dies antiqui*, ut observat Hugo, denotant Adæ statum ante peccatum: *anni æterni*, statum futuræ gloriæ: vel illi *dies*, tempus; quo peccantes *in veteravimus*, & *coinquinati sumus cum mortuis*, & *deputati cum descendentibus in infernum h*: isti *anni*, æterni-tatem pœnarum: vel *dies*, breve spatium tùm ærumnarum præ cæteris in hac vita, tùm voluptatum: *anni*, præmiorum & supplicium sempiternitatem. *Eligit* profectò *abjectus esse in domo Dei*, qui cogitat *meliorem diem unam esse in atriis Domini super millia i*, nec terretur *momentaneo levique tribulationis*, *non contemplans quæ videntur temporalia*; *sed quæ non videntur æterna k*. Audi denique sanum Salomonis consilium *l*, *Si multis annis vixerit homo*, *& in his omnibus lætatus fuerit*, *meminisse debet tenebrosi temporis*, *& dierum multorum*, *qui quum venerint vanitatis arguetur præteritæ*. Consule loci illius commentarium nostrum. Typus umbraque sunt *dies*, & *anni*, temporis hujus futuri, atque illud præfigurant, ut videtur Hieron. *m* præsentem locum interpretari.

Et annos æternos in mente habui.) Augustinus, *& annorum æternorum memor fui*. Hieronymus, absque conjunctione, *annos sæculorum*, pro diebus antiquis hos accipiens annos synonymè, & sententiam inchoans ab aliis verbis. *Anni sæculorum* שנות עולמים *scenoth hholamim*, ad litteram significare possunt pristinos, seu prisco, qui antea vocabantur *dies antiqui*. Sic intellexit etiam Apollinarius:

ἐφρασάμην βούλοιο παλαίσπιον φρεσὶ τίθεμαι·
καὶ μνησθῆς σπάτεων προτέρας ἀνέμελπε γενέθλας.
Cogitavi vitæ antiquissimum mentibus diem:
Et recordatus annorum priores cecini generationes.

De his generationibus est citatus priùs ex Deuteronomio locus *n*, eique similis in Job *o*, ubi *generatio pristina* nominatur, & *Patrum memoria*. Quid aliud valeant *æterni anni*, dictum jam satis etiam sensu mystico, & aliàs. Quo pacto elici æternitas possit de rebus, & durationibus creatis lege B. Thomam *p*.

Et meditatus sum nocte cum corde meo.) Alio modo ista connectuntur, *in mente habui*, *& meditatus sum*; ita ut distinctio constituatur post *annos æternos*, & novum membrum incipiat, vel etiam versus, inde *nocte cum corde meo exercitabar*: demta conjunctione, ante verbum *exercitabar*. Ita quoque citat alicubi Hieronymus *q*, *in nocte cum corde meo exercebar*. Quod habemus, *in mente habui*, Græcè est ἐμνήσθην *recordatus sum*; quo etiam pacto redditur in Illyrico Psalterio, idque importat Hebræum אזכרה *ezcherah*. Hieronymus, *recordabar psalmorum meorum*: rejiciens (*noctem*) in aliud membrum. Alii, *recordabar cantici mei*, *in memoriam revocavi modulationes meas*: quum nempe præ gaudio ob res prosperas cantabam, aut alios quoque consolari solebam, aut quum licebas mihi aliquando & cantare, ac pulsare in laudem Dei, & alios audire cantantes, pulsantesque. Verbum *recordandi* respondet vocabulis prioribus, *in mente habui*. Quod autem in editione nostra est (*& meditatus sum*,) & habetur Græcè καὶ ἐμελέτησα, extat Hebraicè, absque conjunctione ונגיתי *ueghinathi*, vel *neghinothi*, siquidem utrumque punctum notatur index singularis & pluralis numeri nominis נגינה *neghinah* cum affixo primæ personæ in numero unius, & significat, ut aliàs vidimus, *carmen*, seu *canticum*, *psalmum*, *modulationem*, *pulsationem instrumenti musici*, *instrumentum musicum*, quam solet Chaldæus reddere הושכח *thusbach*, *laudem*, aut *laudationem*, quæ nimirum ht vel ore, vel simul pulsu musici instrumenti. Videntur LXX. legisse verbum בננתי *naganthi*.

De Græco autem μελέτην, & Latino meditari, in hoc ipso sensu alibi egimus. Conjungendo has omnes voces, quæ hìc positæ sunt, non ita bene meditari, & μελετᾶν cum corde usurparentur, ut pulsum instrumenti musici significant, sicut & נגן *nagan*, ut propterea distinxerint aliter alii, quemadmodum dixi. Nisi *canere* & *pulsare cum corde suo* intelligatur, qui sibi soli, ut dicunt, canit, ac pulsat. Meditationis istius cum corde factæ canendo, vel pulsando, materia erant *dies antiqui*, & *anni æterni*, de quibus ante dictum est; aut etiam prioris vitæ, quos Rex alius *recogitabat in amaritudine animæ suæ r*. Ad hoc hortatur apud Esaiam Deus: *Redite prævaricatores ad cor*, *recordamini prioris sæculi*. Notat autem Hugo, *meditari cum corde* plus esse, quàm *in corde*; scilicet quum quis discernit & advertit quæ cogitat, non væcors, ac *non habens cor t*, nec excors, qui *non permanet in sapientia u*. Non est hoc discrimen perpetuum; immo persæpe *dicere aliquid in corde*, seu loqui, absconderе in illo, aut operari, aspicere, tentare, confiteri, exquirere, diligere, custodire, clamare & similia, innuunt maximam quamdam attentionem. Porrò *meditari cum corde*, Paraphrastes explanat, cum cogitationibus cordis loqui Psalterium Illyricum, discere. Potest etiam significare meditari cum affectu; cor enim pro intellectu & voluntate sumitur. *Beatus vir*, *qui in sapientia morabitur & qui in justitia sua meditabitur*, *& in sensu cogitabit circumspectionem Dei*; *qui cogitat vias illius in corde suo*, *& in absconsis suis intelligens*, *vadens post illam*, *quasi investigator*, *& in viis illius consistens*. Comprobat hìc locus psalmi nostri, cum aliis quos Joannes Stephanus Durantus *y* profert, pium usum vigiliarum.

Et exercitabar.) Absque conjunctione Hieronymus, *loquebar*: nempe jungendo prioribus, *in nocte cum corde meo loquebar*. Est idem verbum Hebræum futuri temporis אשיחה *aschchah*, quod versu quarto, ubi est Græcum ἠδολέσχησα, Latinum, *exercitatus sum*: hìc autem Græcum ἠδολέσχουν. Legit hoc loco Augustinus, *garriebam*, sicut ibi, *garrivi*. In Psalterio Gallicano activè *exercitabam*: nisi mendum sit: priori namque loco est, *exercitatus sum*. Omittit autem etiam particulam conjungentem Psalterium Romanum, & Cassiodorus. In Psalterio Illyrico, *& percutiebam me*. Hieronymus alibi *z*: *in nocte cum corde meo exercebar*. Repete quæ tunc dixi ex eodem Hieronymo *a*, qui Græcum exponit, *argutabar*.

Et scopebam spiritum meum.) Eodem modo Hieronymus, licèt apud Trevetum sit, *& scrutabar*: qua lectione utitur etiam vetus Psalterium, Augustinus, & est Symmachi, & V. editionis versio, ἀνερεύνων, aut ἀνηρεύνων. Primæ personæ verbum ἔσκαλλον habent biblia emendata; quod alia efferunt in tertia ἔσκαλλε, aut quod est Aquilæ, teste Theodoreto, ἐσκάλευσεν; aut quod Theodotioni idem tribuit, ἐξηρεύνησεν, quamvis in scholio ascribatur Aquilæ σκαλεύσω in futuro; Theodotioni, ἔσκαλον. Apud Basilium, Theodoretum, Euthymium, Nicephorum lego in tertia persona, & ultimus exponit, ἀνεῤῥυπτεν, & ἀνῤῥύπα, *fodiebat & scrutabatur*. Apollinarius, ἀνιχνεύεσκε, *investigabat*. In Psalterio Romano, & Gallicano, ac apud Cassiodorum, *ventilabam*, quamvis Faber tribuit Gallicano *scopebam* & ita etiam recitet ex versione Hieronymi. Hieronymus *b* legit Græcum verbum in tertia persona ἔσκαλλεν, vertitque *rimabatur*, & ait σκαλισμὸν propriè in agricultura dici, in sarriendo hoc est, sarculando, ut quomodo ibi quæruntur herbæ sarculo, quæ secentur; sic auctor noster retractatum cogitationum suarum μεταφορικῶς à sarculo demonstret. Hebræum verbum תפש *techappes*, est tertiæ personæ, potestq; constructio esse, reddendo pro futuro præteritum imperfectum (*scrutabatur* aut *investigabat*,) aut *excutiebat spiritus meus*, nempe seipsum, vel ea quæ hìc subjiciuntur. Item potest referri ad Deū, de quo dicat Propheta, quòd ipsum expergefecerit, ac omnes mentis ejus partes excusserit atque in cognitionem propriæ conscientiæ, & peccatorum venire compulerit. Verisimile est legisse LXX. אחפש *achappes* in prima persona, in qua etiam sunt præcedentium sententiarū verba. Redditur *c* alibi *scrutari*: scrutatio-

a 1. 7. 9. 13. 22.
b Ps. 101. 28.
c Ps. 119. 5.
d Ps. 83. 11. Ps. 118. 91.
e Pr 3. 2. 16
f Lev. 25. 4. 5
g Ps. 101. 28.
h Baruch. 3. 1.
i Ps. 83. 11
k 2. Cor. 4. 17. 18.
l Eccl. 31. 8.
m in Esa. c. 56.
n c. 31. q. 1. c. 8. 8.
o c. 8. 8.
p p. 9. lo. c. 3
q in Seph. c. 2.
r Esa. 38. 25 f. c. 66. 89.
s Jer. 5. 21. Ose. 7 11. ps. 39. 13
t Eccl. 8. 11.
u Eccl. 1. 18.
x Eccl. 1422 23.
y 3. de trin. b. el c. 4. n. 5.
z in c. 3. Seph.
a Ep. 133.
b supra. Σκαλίζω
c Ps. 63. 7. Abaie vers 9. 1. Reg. 1. 2.

tionem verò hujusmodi denotat, quæ fit nudando, detegendo, discooperiendo. Hoc loco ita etiam exposuit Apollinaris.

καὶ μου ἀνιχνεύσκε νύος γιζίμενος αἰεὶ.
Et mea inquirebat mens perscrutans semper.

Σκαίειν. De Græco σκάλλειν, cui synonymum est σκαλεύειν, retuli quid Hieronymus tradat. In genere significat *fodere*, ac non de agri solum fossione atque fissione dicitur, seu runcatione, versione, sarritione: aut de planta, quum circumfoditur, & circumcirca scalpitur, sed etiam de gallina, aliove animali, quando ungulis scalpunt, ruspant, vertunt ædium purgamenta, vel fimenta, escam quærendo. Usurpatur præterea τὰ ὤπισκαλύειν, *aures scalpere*, & ἄνθρακας, *carbones*, cum per cineres sulcus ducitur ad carbones cineribus tectos suscitandos. Dicimur versare animum, animo volvere, seu volutare, & agitare, quod fit cum quadam animi ipsius vexatione, ut proinde legant Græcè aliqui, ut meminit Titelmanus, & Genebrardus ἐσκυλλον, *vexabam*, *fatigabam*, *molestia afficiebam*. Paraphrastes reddit, *& inquiret res mirandas scientia spiritus mei*. Quod attinet ad verbum Latinum *scopebam*, nullus, quod equidem sciam, alius eo usus est. Nec, *scopabam* quis cum Titelmano esse debere suspicetur, à scopa, seu scopis: nec *scobebam*, ut idem dicit, & legit Bruno Carthusianus (cujus quoq; usum nullibi reperio) à scobe, quod est resectum quid minutim per ferram, terebram, limam. Nec *scrobebam*, ideſt, cavabam, ut Haimo tamen notat, simul & de *scopandi* verbo, quemadmodum & Remigius: qui legit etiam præter hæc duo *scobebam*, Beda *scobebam*, *scrobebam*, *scopebam*. Nam nil tale verbum Hebræum, aut Græcum importat, de quibus dixi. Malim *scopebam* esse, à scopo, scopis, scopere, vel scopeo, copes, scopere, quod ipsum à Græco σκοπεῖν mutuò sit sumtum, significatque *considerare*, & *investigare*: qui derivandi modus exemplis aliis non caret: vel à σκοπός, quem etiam Latini *scopum* nominant: ita ut, quod Genebrardus (qui derivat item *scopebam* à scopis) & Agellius, notant, sit ad scopum, metam, finem dirigere & confere omnes animi cogitationes, id que se David affirmet feciſſe, ut eruerent ejus rei causſam, quam quærebat, & sequentibus versibus continetur. De scopo isto Cassianus *a*, quam vocat puritatem cordis, & charitatem. Hugo docet ex trita aliorum sententia, *scopere* propriè esse carnem de extalibus animalium separare, & abradere. Non reperi qui id tradat. Neque video, ut is qui nomine circumfertur Hieronymi, probet idem esse quod fodiebam quasi agrum. Ea est non Latini sed Greci verbi σκάλλειν, de quo prius actum est, notio. Apud Athanasium *b* citatur ἐσκυλλε, quod est *mœrebat*, *ægre ferebat*, *indignabatur*, *afficiebatur tristitia*, *turbabatur*. In Psalterio Illyrico, & *curvabatur*, aut *genuflectebat spiritus meus*.

Τὰ ὤπισκαλύειν. Ἄνθρακας σκαλεύειν. Σκοπεῖν.

a *col. 1. c. 7. col. 702. c. 5. Institut. c. 15* Scopere quid propriè sit. Hugoni.

b *ad Serapion. Sp. sanctum non est creaturam.*

Locum istum totum ad examinationem conscientiæ aliqui transferunt, præsertim Titelmanus & quidem juxta varias illas lectiones *scopandi*, *scobendi*, *scrobendi*, *scopendi*: præterea, *scrutandi*, & *ventilandi*, licèt contendat legendum *scobebam*, vel *scopabam*. Sic *scobere spiritum* erit veluti limare, & diligenter ab omni macula expurgare, atque ut niteat efficere, quemadmodum facere solent, inquit, qui limando scobem faciunt decidere: quod etiam *ventilandi* verbo indicatur; ut scilicet nihil pulverulentum, nihilque alienum remaneat: similiter *scopare spiritum*, erit tamquam scopa emundare, & purgare à sordibus, omnique immunditia. Hugo de venialibus tantùm peccatis exponit, quia non scopatur, inquit, lutum de cloacis, vel fossis, sed tenuis pulvis de pavimento. Esaiam *c* citat, *Scopabo in scopa terens*, ideſt, prius minuã glebas per contritionem, & postea scopabo per confessionem. Ponit etiam proprietates scopæ, versu comprehensas, & ad confessionem applicatas. Versus est:

c c. 14. 23.

Scopæ proprietates.

De virgis pannis, loca plana, noti vice verrit:
Eum purgat, fœdat, pellit pulices, & arachnem.
Scopa juvatur aquis, sonat, & ferit, & lavat aras.

Adde præterea, scopis ipsis, alioque verberis genere, denique eam, quam vocant disciplinam deprehensa in se peccata castigare. Scoparum hunc usum præter alios pœnitentiarum modos, de quibus Burcardus meminit in collectione decretorum pœnitentiæ *d*, prodit sæpenumero Petrus Damiani, & ex eodem, aliisque Gretserus noster in opere de disciplinis, & ad id supplicii genus alluditur in Esaia *e*, *Scopabo Babylonem in scopa terens*, ut observavit Rhodiginus *f*. Objicit Petrus Damiani *g*, ut quid percutio carnem? Respondeo, inquit, ut quid percutio spiritum? Tunc citat hunc locum, & ait, carnem siquidem & spiritum scopo, qui me deliquisse per carnem, & spiritum recognosco: istum, correptionum: illum, cum ceteris afflictionibus, etiam percussione virgarum, ut quia me læta caro traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Præterea, scrutatur foditq; conscientiam, inquit Titelmanus, qui penetrat intima, & abscondita latibula cogitationum, & affectionum suarum; ut perquirat, & dispiciat si forte fœtidum aliquid lateat. Postremò ait si quis usurpet verbum σκυλλειν, quod est *vexare*, spiritum suum vexare, qui illum emendare curat: sicut ferrum vexatis quodammodo, qui ut nitidum faciat, scobem abradit.

d *tit. 19.*

e c. 1. 14. 23. f *l. 10. c. 5.* g *Epist. 10. l. 6. ep. in 27.*

Σκυλλειν.

Scopendi verbum prout à me declaratum est de accurata per vestigatione, indicat diligentem discussionem conscientiæ circa peccata singula, quæ si sint mortalia, requiritur ad integritatem confessionis, & confert plurimum ad magis excitandam contritionem, quam de singulis habere multo melius, quàm in genere dumtaxat de omnibus. Hoc est *recogitare* Deo,) scopendo, ideſt, dirigendo ac tendendo in illum, tamquam in scopum) *omnes annos nostros in amaritudine animæ nostræ h. & agere pœnitentiam super peccatum nostrum, dicendo, quid fecimus i?* & ut hoc loco ait Aug. nos ipsos interrogare, nos ipsos examinare, in nos judices esse. Huc advocari potest parabola evertentis domum (aliàs minus rectè *evertentis*, est enim σαρεῖν *evertere*) ad reperiendam drachmam *k*. Item, quod præcipit Jerem. *l. ut statuas tibi speculam, ponas tibi amaritudines, dirigas tibi cor tuum in viam rectam*: præterea, ut naso, qui sit *turri Libani respicienti Damascum m*, similis, aut vialibus titulis, odoreris, & per vestiges, quæcumque animæ nocent, ac certa tibi capita proponas examinandarum rerum. Ad hæc, ne tamquam piger agrum, & stultus vineam repleri sinas *urticis spinisque n*, aut *zizaniis o*. Deinde, ut paxillo *p*, ideſt, ut explanat Greg. *q* incessanter terram mentis tuæ pœnitentiæ dolore confodias, & hoc quod à te fœtidum erumpit, abscondas, subtili redargutione discutiens mentis superfluitatem, & ante Dei oculos per compunctionis stimulum celans, & equum imitans, qui *terram ungula fodit*, & *sic exultat audacter r*. Id etiam est cum Ezech. *s* crebris *parietem* ictibus perscrutationum *perfodere*, & juxta Esaiæ *t* monitum, *ingredi petram*, absconditque fossa humo *à facie timoris Domini*, ut idem Gregorius supra notat: nec non, ut Philo Carpathius *u*, circumeundo civitatem per vicos, & plateas cogitationum, affectionum, dictorum, factorum, quærere *quem diligit anima tua x*. Extant hac de re non nostrorum dumtaxat monita, Hieron. *y* Ephrem *z* Basilii *a*, Bernardi *b*, Smaragdi *c*, Chrysostomi *d*, Dorothæi *e*, Ausonii, * sed externorum quoque, Pythagoræ *f*, Virgilii *g*, Senecæ *h*, *Scopabitur* profectò, *& in scopa teretur à Deo i*, qui segnis in seipso scopendo, vel scopando fuerit & irascente illo peribit, qui non *apprehenderit disciplinam k*; *circa fidem naufragabit* qui *bonam conscientiam*, *sicut Hymenæus*, *& Alexander*, *repulerit l*.

Scopere quid sit.

h Esa 38. 15 i Ier. 8. 6.

Σκοπεῖν.

k Luc. 15. 8 l c. 31. 21. m Cant. 7. 4

n Pr. 24 30 o Mat. 13. 28. p Deut. 23. 13. q 31. mor. c. vel 22. r Iob. 39. 21 s c. 8. 8. t c. 2. 20. u in Cant. x Canon. 3. 2 y contro Iovin. z ora. ascet. de vita relig. a ser. 4 de instit. monast. b Medic. c 5 c Diadema. te mona. c. 85 d Hom. 43. in Mat. ser. de Pan. hom. in ps. 4. e ser. 7. & 12. * Idil. 36. f apud Laer. g in Epig. Cyrilli Alexandrini observatio. h 3. de ira c. 16. 3. epist in fine. i Es. 14. 23. k ps. 1. 12. l 1. Tim. 1. 19. m lect. ult. de notitia sui. n de fine 4d Reginas. o ad Serapio. Sp. sancti non esse creaturam

Hoc idem argumentum de conscientia examinanda tractatum est psal. 4. & hìc nonnulla ex Delrio nostro mutuati sumus *m*. Porrò Cyrillus Alexandr. *n* eo quòd hic nominat *spiritum* suum Propheta, observat, orationis schemate de una persona duplicis quandoque personæ rationem nobis offerri. Ecquis quæso erat, ait Cyrillus, qui cum suo corde exercebatur, propriumque spiritum scopebat? Hunc tradit ille canonem, quoniam quandoque contingit de divina scripturam loqui persona, nosque ipsos perinde atque de duabus, multoque sæpius de Christo, in quo cum natura duplici unica persona est. Athanasius *o* hinc & ex similibus locis, in quibus spiritus de hominis spiritu dicitur, admonet cavendum ab eorum errore, qui afferebant Spiritum sanctum esse creaturam.

Eorum error cavendus qui asserebant Sp. S esse creaturam

Vers. 8.) Numquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Vers. 9.) Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?

Vers. 10.) Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Sensus loci. HÆC sunt quæ maximè agitabat, ac revolvebat mente, & quibus perscrutandis animum suum dimexabat, & quò cogitationes cunctas referebat, & quæ secum ipse ratiocinans loquebatur: Fierine potest, ut sua nos cura Deus, & favore destituat in perpetuum, nostriq; providentiam abjiciat? ergo se in posterum benigniorem nobis non exhibebit? solitam illam misericordiam suam subtrahetne à nobis per omnes generationes, non contentus jam diu castigasse nos, & majores nostros? quis credat oblivioni tradere Deum, id quod ei maximè proprium est, misereri semper, & parcere? an tanta Deus ira excandesceat, ut præ magnitudine illius cohibeat, & reprimat fontes perennes, largissimosque misericordiarum, B ne effluant, ac dimanent in nos, & earum effecta sentiamus? Multiplex perconflatio ista index animi fluctuantis est, solliciti, mœsti ex una parte, ex alia verò etiam parte seipsum excitantis, erigentis, urgentis ad sperandum, nec ulla ratione de Dei bonitate atque beneficentia diffidendum, ut potiùs credat, quod ait Didymus & Euthymius lucis oblitturum Solem, ignem caloris, & fontem ac fluvium, ut fluant aquasque mittant, quod Augustinus, inquit, quàm Deum, ut misereatur, & parcat, licèt brevi tempore, propter interposita peccata, contineri ab ira misericordia videatur. Augustinus, & alii Latini, nec non Græci, volunt sub interrogationibus continere asseverationem omnino firmam, & certam; quòd non in æternum repellet Deus hominem, nec negabit misericordiam suam, & gratiam; videlicet quamdiu tempus miserendi est, & acceptabile diesque salutis, & gratiæ.

Allegorica accommodatio. Accommodant vero de Latinis non pauci allegoricè hæc omnia ad pias & lugubres querelas, atque ad vota, & suspiria pro remedio generis humani, & adventu Fi- C lii Dei, propter illud, præterea, ut si à generatione Judæorum abscindere misericordiam decreverit, ab aliis generationibus Gentium non abscindat.

Numquid in æternum projiciet Deus.) Hieronymus, *ergone in æternum projiciet Dominus?* Alii, *numquid in sæcula*, seu *in perpetuum repellet*, vel, *abominabitur*, vel, *elongabit se*, vel, *repudiabit*, vel, *deseret*, vel, *derelinquet*, vel, *obliviscetur*, vel *aspernabitur Dominus*. Augustinus, *non in æternum repellet Deus*. Esi verò particula Græca μὴ posset absolutè sumi, ut sumsisse Augustinus videtur, tamen servilis Hebræa littera (ה) *he* denotat interroga- Vocularum *numquid nonne* denotatio. tionem הלעילמים יונחארני *dalehholamim tznach, Adonai*, quod ad verbum rectè converterunt Lxx μὴ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἀπώσεται κύριος; Hugo etiam notat, *numquid*, sæpius denotare negationem; è contrario *nonne*, affirmationem Chaldaicè, *numquid possibile est, ut in æternum aspernetur Dominus*, vel *expellat*? Parum autem refert *Dominus*, an *Deus* dicatur, & יונח *iznah* variam illam habet, quam dixi, notionem: ἀπώσεται propriè significat *expellat*, quod quia fit etiam spiritualiter quum quis alium expellit à memoria sua, idcirco potest reddi per *obliviscendi* D verbum, sicut Apollinarius fecit:

πρά πω ἀνδρομέης γενεῆς ἐπιλήσεται ἐσλῶ;
Numquid sane humani generis obliviscetur pastor?

Ubi nominando *humanum genus* innuit sensum allegoricum de redimendo illo. Porrò ante verba ista supplent aliqui per mimesim לאמור *lemor, dicendo*, ut connectant cum præcedentibus. Psalterium Romanum expressit, *& dixi*. Illyricum, *dixi*. Hieronymus alicubi *a*: *& dicebam, numquid in sempiternum abjiciet Deus?* Puto apud Thomam *b* citari mendosè, *numquid in æternum misebitur Deus?* Citat Augustinus ad idem propositum Esaiam *c*, sumens, ut dixi, præsentem psalmi locum absq; interrogatione. *Non in æternum vindex vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis: spiritus enim a me procedit, & omnem flatum ego feci. Propter peccatum paullulum quid contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab illo, & abiit tristis, & ambulavit vias suas.* Paullo aliter sunt hæc in editione nostra. Adjice ex Jeremia *d*. *Numquid projiciens abjecisti Judam, aut Sion abominata est anima tua?* Et quod interrogando negare se indicat, alibi *e* negat expressè, *Non repellet in sempiternum Dominus, quia & si abjecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum*. Rursum in alio psalmo *f*. *Non in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur*. Denique *Ecce hoc*, ait Job *g*, de hac re disserens, *ut investigavimus, ita est: quod auditum, mente pertracta*. Id mente pertractasse diligenter Davidem vidimus antea. Thomas *h*, quem priùs citavi, legens, *numquid in æternum miserebitur Deus?* explicat de vasis misericordiæ, illisque, qui se indignos misericordia non fecerunt; quia in hac vita, quæ quædam ira Dei est propter vitæ miserias, vasa misericordiæ incitat in melius, quæ vocatur hoc in loco, *mutatio dexteræ Excelsi*. Ait præterea, intelligi quę hic dicuntur, de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendatur etiam ad damnatos: idcirco non dici infrà, *continebit ab ira, sed in ira misericordias suas*, quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsa pœna durante, misericordia operabitur, eam minuendo. Origenis *i* error fuit, quem hinc etiam videtur confirmare, pœnas damnatorum per misericordiam Dei aliquando finiendas. Nimiæ præsumtionis hoc affirmat Augustinus *k* esse: respondet autem, locum istum ad vasa misericordiæ pertinere, & ad ipsos filios promissionis, quorum erat unus etiam ipse Propheta. Dicit etiam iram esse vitam istam mortalem, ubi *homo vanitati similis factus est, & dies ejus velut umbra prætercunt l*; in qua tamen ira non obliviscitur misereri Deus, faciendo *Solem suum oriri super bonos, & malos, & pluendo super justos & injustos m*. Denique, docet protendi sententiam usque ad tormenta damnatorum æterna, ut Dei ira faciat eos non tanta quanta digni sunt illorum atrocitate cruciari, & mitiores quàm merita sint eorum, levioresque pœnas patiantur, ut sic ira Dei maneat, & in ipsa ira sua miserationes suas non contineat. Ex Augustino sumta Thomæ, quam attuli, videtur doctrina, de qua non semel aliàs egimus, in hoc etiam opere. Sed quum Augustinus *n*. videtur concedere in æternis pœnis per certa temporum intervalla, aliquam mitigationem, ut sic ira Dei maneat semper, non tamen contineat miserationes suas, videlicet levamen adhibendo, vel interponendo civitatibus: hoc, inquam, quod tamquam concedens, scribit, reipsa verum non est, quod monuisse me alibi recordor.

Aut non apponet ut complacitior sit adhuc?) Hieronymus, *& non propitiabitur*, vel apud Trevetum, *repropitiabitur ultra?* Alii, *nec addet ut bene velit adhuc*, seu *ultra ut benignum se exhibeat, benevolus sit, placidus placatior*: vel *non adjiciet ad volendum adhuc?* לצות *liritsoch*, πῶ εὐδοκῆσαι, de quibus verbis dictum alibi. In Psalterio Gallicano *ut beneplacitum sit adhuc*. In Romano, & apud Cassiodorum, *ut beneplacitum sit ei adhuc*, in vetere Psalterio, & apud Augustinum, *& non apponet ultra, ut beneplaceat ei adhuc*, & explicare videtur Augustinus, quòd Deus non repellet in æternum, nec apponet ultra ad repellendum, *ut complacitior sit adhuc*, ideest, ut revocet ad se servos suos, recipiat fugitivos redeuntes ad Dominum, exaudiat vocem compeditorum. Hieronymus in Sophoniam *o*: *aut non addet ut misereatur ultra*: *Complacendi* verbum & Hebræum, atque Græcum, quæ retuli, omnia ista important: & complacentiam Dei, ut *eruat nos p*.

Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?) Hieronymus, *ergone complebit usq; in finem misericordiam suam? consummabitur verbum de generatione in generationem?* Alii primum membrum, ut est in Hebræo textu, sic vertunt, *numquid defecit in sæculum misericordia ejus?* aut, *desiit in æternum bonitas ejus?* aut, *collegit penitus bonitatem suam*; aut, *num usque ad finem abhorrebit à bonitate sua?* aut, *perjitne in perpetuum misericordia ipsius?* האפס לנצח חסדו *heaphes lanetsach chas do*. Chaldaicè, *numquid possibile est, ut defecerit in æternum sua benignitas*, vel, *quòd amoverit in æternum suâ benignitatem?* Aliud textus Hebræi membrum, in quo sicut & secundùm aliquot codices in textu Græco inseruntur alia duo vocabula גמר אמר *gamar omer*, συνετέλεσε ῥῆμα, *consumavit, verbum*. Alii transferunt, *defecit verbum*,

a in Sopho. c. 3.
b 1. de 46. 9. 2. 4. 3. 3. 2. ad 4.
c c. 57. 16. 17. Lege etiam c. 28. 28.
d c. 14. 19.
e Thr. 3. 31. 32.
f Ps. 102. 9.
g c. 5. 27.
h 4. d. 46. 9. 4 & 3. 9. 2. sol. 3.
i Tr. 10. in Matt. Origenis error de pœnis damnatorum.
k 21. de Civ. c. 24. lege etiam c. 18. & Enchirid. c. 112.
l Ps. 143. 4.
m Mat. 5. 45
n Enchirid. c. 110. 32. Augustini confessio non vera.
o in c. 3.
p Ps. 39. 14.

bum, consumtum est eloquium, finem habet oraculum, irritus factus est sermo: quo scilicet pollicitus est Deus se mœstos consolaturum; aut, *responsum*, quod mihi quondam reddebat interrogatus à me in rebus meis adversis. Vel si sit אמר *omer* cum tsere, & participium, *desiit*, aut *desinet loquens*, hoc est, loqui *generationi*, & *generationi*, idest, consolari verbis posteros, loqui illis ad cor, &c. Paraphrastes, *numquid est possibile*, &c. *atque completum fuerit verbum malum super omnem generationem & generationem?* hoc est, ut sit illud decretum irrevocabile. Qui sensus priori contrarius est, quatenus ille de promisso, hic de minis agit. Eodem tamen uterque collimat, & pertinet ad commendandam divinam misericordiam. In Gallicano Psalterio inseritur etiam illud, quod dixi, & *complebit verbum*, &c. nec non in translatione Arabica: in Illyrica, *conficiente eum*, idest hominem consummabitne, an eum delebit, &c. Credo in quibusdam exemplaribus Psalterii Gallicani, seu Ambrosiani, legi mendosè, *abscondet*. Hieronymus *a* scribit illa Græca, quæ retulimus, rectè non haberi in Latino, quia & in nullo habentur interpretum. Atqui de Symmacho Theodoretus, sive Basilius, testantur vertisse, συνετέλεσε περὶ μιᾶς ὑπάτα, *consummavit eloquium*, seu *dictionem de generatione qualibet*, quod explicant, ut velit David dicere, se timuisse, quoniam Deus prævidens à principio, quæ singulis sæculis eventura erant, suos fines secundùm unamquamque ætatem imposuit. Lectionem eamdem secuti Euthymius ac Nicephorus, declarant dubita vi an completum sit verbum promissionis, *quod mandaverat* DEUS *in mille generationes* b, ita ut ulterius ei locus non sit. Qui prætermiserunt illas dictiones, ut est factum in Sixtinis Græcis bibliis, & ab Apollinario, & in Æthiopico Psalterio, legerunt fortassis Hebraicè האפס *heephes* tamquam nomen significans *finem*, & quia cum littera etiam alia servili לנצח *lenetsach* idem valet, quasi diceret, num finis erit fini, aut in finem? hoc est, tandem, & post הסרו *chasdo*, *misericordiæ suæ*, ac si esset, num finis tandem erit misericordiæ ejus, ponitur גמר *gamar*, quod significat *conficere*, *perficere*, *consumere*, & similia: אמר *omer*, *verbum*, aut *promissum*, ut sit sensus, subaudiendo notam interrogationis, an consummavit verbum, & promissum? videlicet quod erat de misericordia, propter has, inquam, causas censuerunt ad sensum sufficere, si tantum exprimerent, *aut in finem misericordiam suam abscindet?* &c.

Vim facit Hugo in *abscindendi* verbo quod etiam Græcè est ἀποκόπτειν, quasi diversis miserationibus, veluti filis texatur tela misericordiæ, semperque jam inde à principio texuerit eam Deus, nec præciderit umquam. Quid sit illud à *generatione in generationem*, sæpe dixi: prius etiam allegoricè hìc à multis accipi pro populo Judæo, & Gentili.

Aut oblivisceturne misereri Deus.] Hieronymus, *numquid oblitus est misereri Deus?* Sed præteritum pro futuro quandoque ponitur. Paraphrastes pergit exponere ut præcedentia, *numquid possibile est*, &c. Non oblivisciturne propriè Deus, sed oblivioso similis dicitur, quando quod solebat non facit, & videretur facturus, si recordaretur. Quod autem non oblivisci turne misereri Deus, testatur ipsemet, apud Esaiam c *etiam si mulier oblivisceretur infantem suum, ut non misereretur filio uteri sui*: & Abacuc id ait, *quum iratus fuerit, misericordiæ recordaturum*; immo juxta vim phrasis Hebraeæ, & Græcæ ברגז *bereghez*, ἐν ὀργῇ *in ipsa ira*. Non debemus putare, ait Hieronymus e oblivisci Deum, & post iram, suæ misericordiæ recordari, sed quòd nos eum in pœna positi putemus oblivisci, juxta illud f: *Usquequo oblivisceris me in finem?* Lege quæ ibi diximus, & in Psalmum 24. g ubi Deo revocantur in memoriam miserationes, & misericordiæ, quæ à sæculo sunt, & vncantur etiam *antiquæ* h; & admirans, velutique conquerens Esaias quærit, ubi sit *multitudo viscerum, & misericordiarum Dei*. Ædificatur semper Dei *misericordia in cœlis* k, nec umquam destruitur, inquit Hieronymus l: *irascitur Deus, & miseretur* m. Quærit Deus miserendi occasiones, tantum abest ut obliviscatur misereri, *ut virum, qui interponat sepem, & stet oppositus contra ipsum pro terra, ne disperdat eam* n. Et *si*, inquit Job, *fuerit pro eo Angelus loquens unus de millibus, ut annunciet hominis æquitatem, miserebitur ejus, & dicet libera eum, ut non descendat in corruptionem, inveni in quo ei propitier.* De misericordia Dei loquitur in morbo alterius, de qua & Paulus, p *Infirmatus est*, inquit, scilicet Epaphroditus, *usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus*. At ut idem Job affirmat, *obliviscitur illius misericordia*; nempe jam damnatorum, quorum *redit* semper peccatum *in memoriam ejus* * quamvis & ibi locum habet nonnulla miseri- * *Ps.*108.14. cordia, ut ante dixi, dum citra condignum puniuntur, Quamquam hic noster locus, ut etiam admonuimus, & observat Rickelius, de Deo loquitur per comparationem ad viatores, & pœnitentes, nec favet dicentibus quod pœna inferni quandoque esset terminum habitura. Damnatorum Deus obliviscitur quos & *nescire* dicitur *q*, quia in inferno nulla redemtio, & combustionis illorum *æternum* est *supplicium r* itemque *Judicium est sine misericordia* s. Aliquando in magnis calamitatibus constitutus ita cum Deo agit, ac si in perpetuum oblitus esset Deus, ac dereliquisset *t*.

Aut continebit in ira sua misericordias suas.) Hieron. *aut complebit in furore misericordias suas?* Alii, *num concluserit, prohibuit, cohibuit, repressit in ira, aut propter iram misericordias, suas*, idest, an præ ira vim fecit sibi, aut facit (est namq; pro futuro præteritum) ne benignitatis ipsius experiamur varia genera? *Misericordiam* in singulari habent alia Psalteria, & Arnob. atque Cassiodorus Augustinus, *miserationes*, psalter. Illyricum, *respectiones* Significat קפץ *kaphats claudere, obturare* u, *prohibere*, *contrahere*, x, *oppilare* y, *continere*, ut est idem quod *cohibere*, v. g. cum dicitur *os contineri* z. Item συνέχειν aliquando significat *constringere, colligare, comprimere*, ut de Christo, *Turbæ ate comprimunt*. ὁ ὄχλοι συνέχουσί σε, καὶ ἀποθλίβουσι; de Judæis b, *Continuerunt aures suas*, σὺν ἔγρον τὰ ὦτα αὐτῶν: *de charitate Christi quæ urget* c, ἡ ἀγαπητὸ χρ συνέχει ἡμᾶς: de Christo, qui se *coarctari* dicebat *d*; quod etiam de seipso Paulus e; de quo adhuc Lucas *f*, quòd συνείχετο τῷ πνεύματι, quod Interpres reddit, *instabat verbo*; de quo loco vide quid in commentario docuerim: verum de Christo, quem tenebant alii *g*: de civitate Jerusalem, quam *coangustaturi essent* inimici *undique h* κὴ συνέξουσί σε πάντοθεν. Itaque *continere in ira misericordias*, (qua dicendi quoque forma utitur Esaias *i*) est has coercere, comprimere, constringere, colligare ita tamquam vinculo, vel propter iræ vehementiam, ne se se valeant exercere, nec possint liberè prodire, ac exerceri, vim illis facere, ac impedire, ne, quod maxime vellent, se se communicent, Rectè declarat id Apollinarius:

μὴ μέγα μωμήτας ὀλεκτοσύνῃ ἀπειλήσει,
Num valde succensens misericordiam prohibebit

Sic è contrario Angelus conquerebatur se teneri à Jacob ne discederet, quum is dimittere nollet illum, *nisi benediceret k*, & Deus *dimitti* volebat à Mose, ut *iram exerceret*, ac vindictam *l*: & idem aliàs lamentabatur, non esse qui *ascenderet ex adverso, & opponeret murum pro domo Israel, ut staret in prælio in die Domini* m: & Esaias *n* qui *consurgeret & teneret eum*. Non prævalet ira misericordiæ sive justitia, & judicium; sed *miserationes Dei super omnia opera eius* o, & *superexaltat misericordia judicium* p καταυχᾶται *exultat*, velutique insultat adversus judicium. Non includitur misericordia intra septa justitiæ, & iræ, sed ut scribit Ambrosius *q*, tractans illud ex psalmo 114. r *Misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur*, consideransque bis ibi *misericordiam* poni, semel *justitiam*, hæc in medio est, gemino septo inclusa misericordiæ. Sæpe dictum, quo sit pacto in Deo ira. Certè homo plenus est iræ, ut ex Job *s* advertit Augustinus *t*, prout eum LXX. transferunt; ira autem Dei non sic ut hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed tranquilla justi supplicii constitutio. Tum subdit, quòd in hac ira Deus non continens, misit filium suum. Idem repetit Beda *u*. Denique non potuit pulchriùs dicere, inquit, quem credunt esse Hieronymum in commentario, quamvis se teneat DEUS, ut non misereatur, tamen vincit illum misericordia sua.

Hugo S. Victoris *x* observat, misericordias, & beneficia propitii Dei, irati flagelli transcendere, & plus conferre propitium, quàm abstulerit iratus, & tribus malis quatuor bona opponi, ut misericordiam ira non contineat, nam adversus exterius malum sub homine, dam-

a *Epist.* 135.
b *Ps.* 104. 8.
c *c.* 49. 15.
d *s.* 3. 2.
ibidem.
Ps. 12. 1.
g *vers.* 6.
h *Ps.* 88. 50.
i *c.* 63. 15.
k *Ps.* 88. 3.
l *Ibidem.*
m *Ps.* 59. 3.
n *Exc.* 22. 30
o *c.* 33. 23. 24
p *Phil.* 1. 27 *c.* 25. 20.
q *Mat.* 25. 12
r *ibid.* 46.
s *Eccli.* 2. 6
t *Thre. ult.* 20.
u *Iob.* 5. 16.
x *Deut.* 15. 7.
z *Ps* 106. 42
Συνέχειν.
z *Esa* 52. 15
a *Luc.* 8. 45
b *Act.* 7. 57
c 2. *Cor.* 5. 14
d *Luc.* 12. 50
e *Phil.* 1. 23.
f *Act.* 18. 5.
g *Luc* 22. 33
h *c.* 19. 43.
Continere in ira misericordias suas quid sit.
i *c.* 65. 15.
k *Gen.* 32. 2
l *Exod.* 32. 1.
m *Ez.* 13. 5.
n *c.* 64. 7.
o *Ps.* 144. 9
p *Iacob.* 2. 13
q *Orat. de obitu Theod.*
r *vers.* 5.
s *c.* 14. 2 *usq.* LXX.
t *Tract.* 124. *in Ioan.*
Ira in Deo quomodo sit.
u *in Ioe. c.* 2.
Quamvis se teneat Deus ut non misereatur tamen vincit illum misericordia sua
x *annotat. in ps. c.* 61.

dam-

damnaque in iis, quæ foris possidet homo, esse tranquili-
tatem rerum temporalium; adversus malum exterius in
homine, ideſt infirmitatem carnis; & interius in ho-
mine, qui est vermis conscientiæ, esse hujus securi-
tatem; & dulcedinem cœlestium gaudiorum, quæ su-
pra nos sunt. Transcripsit hæc Bonaventura, expri-
mens magis sanitatem corporum, ut bonum exterius in
homine. Expositа est semper DEI misericordia: &
promta; justitia, & ira nunc condita, velut in the-
a Exod. 15. 9 Lev. 26. 33. Ezech. 5. 12. & 12. 14. c. 21. 5. ca, vagina *a* thesauro *b*: sed in die iræ, & revelationis
b Rom. 2. 5. justi judicii DEI *educetur* foras *irremediabiliter c. Mitigat* modò *omnem iram suam* d, seu, ut Hieronymus He-
c Ez. 21. 30 braum verbum אסף *asaph*, reddit, *colligit*.
d Ps. 84. 4. Hic est סלה *selah* διάψαλμα; de quibus aliàs.

Vers. 11.) Et dixi: nunc cœpi, hæc mutatio dexte-
ræ Excelsi.

Sensus loci. AIT se post longam illam suam meditationem, atque
accuratam pervestigationem misericordiæ divinæ B
respirasse, ac in spem magnam erectum & confirmatum:
ita ut sibimet diceret, atque variis cogitationibus, qui-
bus agitabatur, responderet, Nunc videor mihi revi-
xisse, totusque innovatus, & sperans in Domino *muta-
visse fortitudinem*, atque alacer, ac sine defectu vola-
Isa. 40. 31. re *e*, omni exuta pusillanimitate, ac desperatione. Tan-
dem aliquando deprehendi, & pro certo comperi ac
minimè dubitans provinciavi, & quasi non adhuc intel-
lexissem, intelligere cœpi, aut, denuo, quod oblitus
videbat, intellexi, non alia de causa tamdiu Deum
distulisse auxilium suum, ita ut existimaretur suam so-
litam & ingenitam bonitatem oblivioni tradidisse: quàm
ut ipsammet ejusdem misericordia & gloria magis inno-
tesceret, ac illustrior celebriorque appareret: nimi-
rum tam insigniter de adeo gravibus periculis, & cala-
mitatibus me, & populum suum liberando. Hæc pro-
fectò est *mutatio dextræ Excelsi*, nempe potentiæ ip-
Mutatio dextræ Excelsi quæ dicatur. sius, ac simul benignitatis eximiæ, sive quum ex pro-
spera in adversam fortunam decidere permisit, sive cùm
iterum ex hac in aliam multò feliciorem transtulit:
arumnæ meæ suppeditant argumentum celebrandi lau-
des Dei, & præcinendo (quod ad munus Asaph perti-
nebat, cujus nomen est in titulo) alios ad idem provo-
candi. Satis præsefert hunc sensum Apollinarius:

νῦν μόγις ἀρξάμενος νοέειν φρεσὶν αἴσιμ' ἀνέγνων:
Nunc vix incipiens intelligere animis æqua cognovi.

Et, *mutationem dextræ* interpretatur de sententiæ
mutatione, quam scilicet priùs contra Prophetam alios-
que tulerat:

ἐδ ἀλοφροσύνη παλάμης πέλει ὑψίσου,

Idem magis clarè Græcus alius anonymus auctor do-
cet (qua citat Agellius) dicere Davidem, se nunc cœpis-
se intelligere quid Deo propositum sit, & cœpisse sapere,
& hanc mutationem, ut quod ambigebat priùs, nunc
percipiat, dexteræ Dei tribuere. Euthymius, & Nice-
phorus non abludunt, docentes grato, & benigno ani-
Mystica expositio. mo Davidem præ se ferre patientiam præsentium tri- D
bulationum, ut profiteatur nunc initium esse condigni
supplicii, priora, quæ adhuc passus fuerat, prælu-
dium quoddam pœnarum tantum fuisse; hanc mutatio-
nem, in eum ærumnarum statum opus quoddam esse
punientis & castigantis divinæ manus.

Mysticè novum hoc, & maximè insigne specimen po-
tentiæ divinæ, quod novo cantico, novo spiritu, no-
vis viribus celebrasse se David asserit, quadrat in libe-
rationem de servitute idololatriæ, diaboli, omnis pec-
cati, mortis æternæ, & in mutationem, ac reductionem
ad annos æternos, & ab ira ad misericordiam, à timore
inimicorum ad securitatem: & ut intelligatur calamita-
tes omnes ex pacto provenisse; nec aliter ab hoc, illisque
posse nos erui, quàm si dextera ipsa Dei mutetur, hoc
est, Dei Filius, naturam nostram assumendo, ut præ
aliis magis disertè is, qui dicitur Hieronymus, explicat
Quæ tamen *mutatio* propriè ac verè summi non potest,
sed ratione novi effectus. Præter Enarratores, placuit
f l. de vita Mosis hæc etiam Nysseno *f* allegoria, de incarnatione per mu-

tationem dexteræ Excelsi: quam comparat cum Mosis
manu. Nam sicut illa è sinu educta visa est commutata,
rursumque in sinum reducta, in naturam suam rediit,
simili quoque modo, inquit Unigenitus Dei Filius,
quum in sinu Patris est, dextera excelsi est: quum verò
sinu Patris ad nos visitandos descendit, secundùm nos
factus, quamvis immutabilis sit ipse natura, commu-
tatus tamen dicitur: at verò postquam morbos nostros
sanavit, naturamque nostram in sinum suum reduxit
(sinus autem Filii Pater est) tunc ipse non mutatus,
quippe qui impassibilis atque incommutabilis est morta-
lem hanc & corruptibilem naturam in immortalem, at-
que immutabilem convertit. Sic Nyssenus, & favet
quod Esaias *g* Christum *leprosum putatum* scribit.

g c. 53. 4. Tropolog. Satis præterea trita tropologia est, ut divinæ gratiæ
adscribatur omnis operis boni principium, quod ad salu-
tem pertineat: simulque persuadeat sibi quisque, quòd
h Athan. in vita. a suis Antonius *h* exigebat discipulis; Atque Arsenius,
nunc primum virtutis viam iniisse, nunc primum in-
cepisse Deo inservire, adhuc nihil feciisse, denuo, &
pari, immo majori quàm priùs alacritate aggrediendum
sibi, benè vivendi laborem: *per effluere* i, qui effluxum
i Heb. 2. 1. non prohibet: qui stat, tuere, ac descendere: qui non
progreditur, reverti: qui incipit nolle fieri melior, de-
sinere esse bonum, ut Hieronymus *k*, & Bernardus *l*,
k Ep. ad Dem. l Epist. 91. monent. Propterea in scala Jacob *m* nullum stantem de-
scribi notat idem Bernardus *n*, & *retro respiciens uxor
Loth, in salis conversa est statuam* o; quod redegit
nobis Christus *p* exemplum in memoriam; quod ad idem
propositum perpendunt Ambrosius *q*, Rupertus *r*, Phi-
los, & alii; & Paulus *ad anteriora extendebat seipsum
oblitus quæ retro erant*, quia retro Satanas, retro Sodoma,
inquit Ambrosius *u*: & Laodicensem Episcopum *topi-
dum* reprehendit Angelus *x*, Jeremias *y facientem opus
Dei fraudulenter* רמיה *remijah*. Græcè, *negligenter*,
ἀμελῶς, & *prohibentem gladium à sanguine*. Quem
locum Gregorius *z* exponit de illis, qui quum prodesse
possent fratribus, talenta abscondunt, & cùm prædicatio-
nis gladio vitiosum sanguinem fundere valerent, proprio
se amore deludunt. Sed Theodoretus *a* id refert ad eos, C
qui munus spiritale parvi pendunt, ideſt, eos, qui à
sanguine corporis sui gladium mortificationis & casti-
gationis subtrahunt.

m Gen. 38. 30. n supra. o Gen. 19. 26 p Luc. 17. 23 q in Luc. r l. 6 in Gen. c. 12. s 2 alleg. leg. l de profugis l de somniis. t Phil. 3. 13. u supra. x Apoc. 3. 15 y c. 48. 10. z 3 p. Pastor. admon. 26. a in Jerem.

Idem auctor hoc loco, à quo Basilius non differt (si
tamen Basilius, & non potiùs idem, ut aliàs monui)
editiones confundens, de quibus postea, in deteriorem
explanat partem *dexteræ excelsi mutationem*, ac si Da-
vid diceret (legendo, pro *cœpi*, *dolores*, ὠδῖνες) ego
mihi ipsi mutationis istius causa fui, & vindictam pro-
pter peccatum peperi mihi, atque initium malorum
mihi præbui & sic (legendo simul, *cœpi*, ἤρξάμην) eru-
diri cœpi, quum dextera Domini tribuere bona soleat,
& nimirum ad utilitatem nos castigare. At juxta edi-
tionem nostram similis tropologia tradita apud Isidorum
b de conflictu vitiorum. *b* est, ut quod heri quisque non egit secundum conver-
sationem in melius mutando, hodie agat, dum adhuc
vivere licet, nec differat de die in diem, dum nescit,
si vel unam correctionis habet diem, semperque pro
viribus desuper acceptis pravæ consuetudini resistens,
dicat mane, & vesperi, *nunc cœpi, hæc est mutatio dex-*
teræ Excelsi. Thomas Aquinas *c* docet, quantum ad D
æstimationem, debere nos semper intermittere inchoa-
tionem, semper incidendo ac tendendo ad majora, ut
justificationem, quam cœpimus tenere, non deseramus d;
sed quantum ad progressum, ad perfectionem, semper
niti transire ad statum perfectum. Hieronymus *e* gra-
tiæ defendens necessitatem contra Pelagianos, ita hunc
una cum præcedentium versuum verbis, versum de-
clarat. Justi vox est, inquit, qui post meditationem
somnii, & conscientiæ cruces, ad extremum ait, *nunc
cœpi*, vel pœnitentiam agere (qui enim ut debet, pœ-
nitentiam agit ilico justus efficitur) vel scientiæ limen
intrare, & hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, non
mearum virium, sed dexteræ, & potentiæ Dei est.
Profert etiam ex Psalmo 88. f *In æternum misericordia
ædificabitur*; nullum enim tempus, inquit, est, quo non
ædificetur misericordia in singulis quibusque sancto-
rum, & iis qui e peccatis transeunt ad virtutes. Idem in
g in c. 3. commentario Sophoniæ *g*, docet horum omnium esse
sensum; hoc quod putabam Dominum in æternum

c in Ep. ad Heb. c. 6. l. 3 d Isa. 27. 6. e adv. Pel. Contra pe laginos versus ex plicatio. f versu 3.

relin-

relinquere peccatores, & misericordias suas, ira succedente cohibere, intellexi ideirco factum, ut immutatione dexteræ suæ, quæ excelsi est dextra, universa mutaret, & misereretur his, quos ante projecerat. Accedit hoc simul ad allegoriam de generis humani redemtione. Augustinus *a* probat ex hoc loco omnino non incipere hominem ex malo in bonum per initium fidei commutari, quod Pelagiani dicebant, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia DEI. De qua suam cogitationem subdit ille; recolens quidam, sicut legimus in psalmis; *Numquid obliviscetur misereri Deus*, &c. non ait, hæc mutatio arbitrii mei, sed *dexteræ Excelsi*. Tum concludit. Sic itaque Dei gratia cogitetur, ut ab initio bonæ mutationis suæ, usque in finem consummationis qui gloriatur, in Domino glorietur *b* quia sicut nemo potest bonum inchoare sin Domino, sic nemo perficere, sine Domino, Perpendit Fulgentius *c* eodem pacto hunc locum non semel. Prophetæ sensus, ait *d*, aperto sermone se præbuit agnoscendum, qui utique non postea quam cœpit, sed hoc ipsum quod cœpit *mutationem dexteræ Excelsi* non tacuit. Deus voluntates hominum mutat, ut esse bonæ incipiant. Tandem in Concilio Arausicano II. *e* sic est. Ab eo quod formavit Deus, mutatur Adam: sed in pejus per iniquitatem suam, ab eo quod opera est iniquitas, mutatur fidelis: sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi, hæc secundum psalmistam, *mutatio dexteræ Excelsi*. Nazianzenus *f*, hortans nos ad encœnia spiritualia, ad vitæ novitatem, *ne vacui umquam appareamus coram Domino* g, ut novi appareamus, & immutati toti, ut vetera transeant, *nova fiant omnia*, h, non sic tamen μὴ γραφονεῖν *magnificè de nobis sentire* debere monet: verùm præsenti uti sententia. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*: παρ' ὅτῳ ἀνθρώποις τὸ ὑπερδέμενον, *à quo promanat quidquid ab hominibus rectè, & cum laude geritur.*

Et dixi) Puto hinc transtulisse nonnullos in versum 8. (*& dixi*) ut ibi memini. Hebraicè ואמר *vaomer*, quamvis sit futuri temporis, tamen rectè in præterito redditum est, non solum quia hæc tempora sæpè confunduntur, sed etiam quia littera (ו) *vau* præfixa futuro, vertit hujus significationem in significationem præteriti.

Nunc cœpi.) In Illyrico Psalterio *incipiam*, sed, ut modò dixi, permutantur tempora. Aquila ἀρξοῦμαι μοι ἄυτη, quod imitatus videtur Hieronymus, *imbecillitas mea est*. Aliter, *infirmitas mihi hæc*. Teodotio, οὗτος ἐστὶν ἡ ἀσθένεια, *dolores sunt*. Declarat Trevetus Hieronymi versionem, *Et dixi*, redeundo ad rationem, atque resipiscendo à desperatione misericordiæ divinæ, ex imbecillitate, & fragilitate, est hæc *mutatio dexteræ Excelsi* quòd cogitavi dexteram Domini sic esse mutatam, nempe quando permisit diuturnas gravesque tribulationes. Sumunt alii, ut Cajetanus, infirmitatem, & morbum, ut opponitur morti, hoc est calamitatem, quæ temporalis tantum est, ut comparatur cum extrema internecione: quasi dicat, æger sum, sed nondum mortuus, & conclamatus: *castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me* i: curabilis est ægritudo mutationibus solitis dexteræ Excelsi. Eodem spectant, qui volunt Prophetam hìc accusare mollitiem animi ad resistendum dictis tribulationibus, ita ut tamen simul seipsum soletur; ac recreet memoriam annorum (quos proximè sequentis membri vocabulo שנות *scenoth* dicunt significari) & mirabilium operum DEI (de quibus in sequentibus versibus, quibus armis & operibus promittit sibi similia. Neque discrepant qui vertunt, *occidere meum*, seu *mors mea*, aut *interritus est*, hoc est perii, actum est, succumbam huic calamitati, &c. *tamen recordabor annorum*. Vel pro *annis* mutationes interpretando, erunt vicissitudines meliores.

Oppositum sensum faciunt, qui explanant dicere, quod ad mortem usque cruciaret eum recordatio superiorum annorum, quibus toties adeòque apertè dextera sua omnipotente adfuit Altissimus, Deus; sed nunc abesset. Campensis (quem tacitò, licèt nomine nimis acriter carpit Agellius, proximè præcedentem ex Hebræo expositionem præ ceteris commendans) legit cum interrogationis nota; *Eandem hucvenichamut dicerem; saltem hinc sanus ei? dextera Excelsi vices mutas*. Nec deest, qui explanet, *& cogitavit occidere me*, ut Pagninus, quasi ex desperatione quod credi de David non debet, Avel juxta quemdam primum motum dumtaxat. Retuli etiam priùs ex Theodoreto, sive Basilio juxta Aquilæ, & Theodotionis versionem, sensum esse, ut David se sibi doloris, tribulationis, infirmitatis causssam, fuisse pronuntiet, atque propter culpam propriam pati, & à dextera Excelsi punientis ac erudientis provenire quæ ipse patiatur. Oritur tanta interpretationum varietas ex vocabulo Hebræo חלותי *chaelothi* quod habet affixum primæ personæ singularis pronomen, & à חלל *chalal* in Kal significante *occidere*, & *mori*, est infinitivus, si credimus R. D. Kimni, idest, *occidere*, seu *mori meum*, aut *mors mea*. Hæc ordinaria tamen non est forma hujusmodi verborum duplicantium secundùm in infinitivo, sed in præterito: sicut ex סבב *sauau* סבותי *sabbothi*. Deducendo à חלה *chalah*, *ægrotavit*, erit infinitivus in piel, quemadmodum גלות *galloth*. Iterum à חלל *chalal* in hiphil, significat החוחותי *hachillothi*; *incepi*. Hoc modo legisse LXX. videntur: sed forassis excidit ex textu littera prima (ה) *hæ* aut poeticè per aphæresim omissa est. Notat Ribera *K* noster Hebr. usurpare solere *infirmari*, pro incipere; quia quum incipit res, minus habet firmitatis, virumque; ac ita præsentem quum aliis locum interpretatur. Repete dicta psalmo 67. *l* Nomen *infirmitatis* à חלה *chalah*, est; חולי *choli*: חלות *chilloth* autem pro nomine non reperio. Suadet pronomen היא *hi*, fœminini generis præsertim quum athnac, accentu distinguente nomen fœminium præcedere, quod tunc esset הלות *chilluth*, sed id non extat. Quare infinitivus ille, quem modò dixi, erit loco nominis; quasi dicas, incipere meum hoc, id est, inceptio mea hæc, ac demum, cœpi hoc. Hæc studiosi linguarum, & editionis vulgatæ nec prolixiora, nec molesta judicabunt. Qui non intelligunt, vel his non delectantur, ne legant quidem; at non propterea negligant, damnentve. De sensu dictum antea satis.

Hæc mutatio dexteræ Excelsi.) Parum refert quod in aliis legatur *immutatio*; vel exprimatur verbum substantivum, *est*, vel verbum *commutandi*, pro commutatione, ut in Psalterio Illyrico. *est commutata dextera æterni*. Quid importet cognomen *Excelsi*, aliàs docui. Vocem vero שנות *scenoth* prius monui quosdam interpretari *annos*. Sed significat etiam *mutare*, & infinitivus est à שנת *scianah* habens locum nominis, ut sæpe fit, proximeque dicebam de חלות *chilloth*, cum quo שנות *scenoth* pronomen היא *hi*, fœmininum non minus jungi potest, quam quum alio illo verbo non obstante accentu, qui cum aliis accentibus, & punctis ex Rabinorum est inventione, & non ubique, præsertim in psalmis, usum distinguendi habet. Attuli priùs varias expositiones. Adde, ut de calamitatibus suis loquens dicat, has de manu DEI dextera, cui Chaldæus addit *omnipotentis* epithetum, provenire, non minùs quàm res prosperas, & mutationem utramque æquo animo suscipiendam, juxta illud m; *Si bona suscipimus de manu DEI, mala quare non suscipiamus?* videlicet de eadem illius manu. Secundùm priorum verborum versionem, *imbecillitas mea est*, aptè additur confirmatio dexteræ Dei, quia *spiritus viri*, quem communicat dextera Dei, *sustentat imbecillitatem suam* n. Vel significat *mutatio* iterationem, quasi præmagnitudine calamitatis putaret eam patiens secundam esse, sive duplicem, & egere se spiritu duplici, ad tolerandum. Hic gratiæ spiritus immutat, innovat, recreat in virum alium, sicut de Saule *o* scribitur. Juvenis jam melioris frugis, amatæ occurens conquerenti, quòd non agnosceretur, quum illa esset haud pridem ab ipso tantopere adamata respondit, se non ampliùs modò esse, qui prius erat, ut scribit Ambrosius *p*. *Dextera Domini facit* hujusmodi *virtutem* q, *operi manuum* ipsius *porrecta* r, & *salvum faciens* s, *ponensque* se super illud, ac erigens t, & *facta super virum dextera suæ* u, ut situat ad dexteram suam x, & ex *Benoni filio doloris* cognominet *Beniamin, filium dexteræ* y, *Vere manus DEI facit hoc*, z & *dignitus Dei est hic* a. Inductione demonstrare proclive est ex variis mutationum generibus tùm naturalium, tùm supernaturalium, eam qua quis convertitur, & justificatur, omnium difficillimam simul & præclarissimam esse. Elucet maximè vis potentis dexteræ DEI in conversione potentium virorum, tum ad fidem, tum ad perfectionem, ut egregiè Fulgentius exaggerat differens de conversione Theodori Senatoris.

Quis

a *l. 2. contra duas Ep. Pel. c. 10.* Homo quomodo incipiat ex malo in bonũ.

b *1. Cor. 1. 31. 2. Ep. 10. 37. Jerem. 9. 23.*

c *de incar. & gr. Christi, c. 29. 2. de ver. pecc. c. 11. ep. 6. c. 44.*

d *de incarn. Christi & gra. c. 29.*

e *Can. 15.*

f *Orat. 43.*

g *Exod. 23. 15. Deut. 16. 16.*

h *Apoc. 21. 5.*

i *Ps. 117. 18.*

k *in Os. 11. num. 5.*

l *vers. 10.*

m *Iob. 2. 10.*

n *Pro. 18. 14.*

o *1. Reg. 10. 6.* Juvenis ad meliorem frugem reducentis, insigne exemplum.

p *de pan. c. 10.*

q *Ps. 117. 16.*

r *Iob. 14. 15.*

s *Ps. 59. 7.*

t *Apoc. 1. 17.*

u *Ps. 79. 18.*

x *Mat. 25. 33. 34.*

y *Gen. 35. 18.*

z *Esa. 41. 20.*

a *Exod. 8. 19.* Theodori Senatoris conversio.

Quis enim, ait, in te hoc operari potuit, nisi ille, qui ordinem mutabilium rerum secundùm incommutabile novit regere ac dispensare consilium? Ostendit; ibidem, quo pacto *mutare* dicitur DEUS, qui est immutabilis, & quanta vis sit exempli ex conversione majorum. Eadem hac sententia simili Bernardus *a* in re utitur, de mirabilibus scilicet atque miraculosis quorumdam conversionibus, ut Sauli in Paulum, Ambrosij de tribunalibus rapti ad Sacerdotium. Hortatur præterea *b*, ne quis umquam se alteri præferat, quamlibet is vilissimus, miserrimus, maximus peccator videatur; quoniam fieri potest ut eo, & aliis melior per *mutationem dexteræ Excelsi*, in se quidem futurus sit, in Deo verò jam sit. De pœnitente declarat Hugo cum aliis, qui esse incipiat, quum priùs non esset, quia peccator verè non est, sed *socius ejus qui non est* c: item de perfecto se humiliante, qui *quum consummat, tunc incipit* d & *se servum inutilem* judicat *e*, quia, teste Gregorio, nescit mens per torporem vetarascere, quæ semper studet per desiderium inchoare, sed quæ idem auctor affert, *accipiendo cepi*, ut est à capio, non sunt ad rem, quia repugnant verbis Hebræo Græcoque חלותי *chilotthi*, & ἐρξάμην. Nec placet mihi hac in re indulgentia, & licentia.

a *Epist.* 8.

b *Ser.* 37. *in Cant.*

c *Job.* 18. 15.
d *Eccl.* 18. 6.
e *Luc.* 17. 10

Vers. 12.) Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio operum tuorum.

Vers. 13.) Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinventionibus tuis exercebor.

Sensus loci.

OStendit se cœpisse quòd non ante cognoscebat, cognoscere; sicque in factam dextræ Dei mutationem deprehendisse; quoniam occurrerunt ipsius memoriæ antiqua illa priorum ætatum mirifica ejus opera, quibus temperavit suorum calamitates, & recreavit suavissimis gaudiis. Quare decernitur hæc eadem numquam deponere de memoria, sed jungi meditatione retractare, seseque accuratè ac seriò exercere, & occupare in re cogitandis & celebrandis admirandis atque reconditis consiliis, modis, rationibus veluti artificiis, quibus suis Deus opitulari & consulere solet, ut horum similitudine quæ sperat futura & optet, consuletur seipsum in

Allegoria.

præsentibus ærumnis. Quod allegoricè spectat ad spem venturi Christi, cujus adventum, operaque, vetera quamlibet mirabilia opera Dei adumbrabant, & præsignificabant:

Tropologia.

tropologicè ad beneficia justis aliis collata, & his similia sperata, quæ mutatio dextræ Dei fiant; ut justitia tùm comparetur, tùm augeatur, & eorum grata recordatio Deum provocet ad illa conservanda, atque multiplicanda. Qui se ignorat Deumque, abeat

f *Cant* 1. 7. 8

post vestigia quasi *gregum* *f* omnium operum DEI, in quibus apparet expressio quædam DEI, & per quæ idem

g *Sap.* 5. 3. *Rom.* 1. 20. *Job.* 12. 7. 8. 9. *Ps.* 18. 2.

conspicitur, & percipitur *g*. Quamcumque creaturam aspexerimus, ait Hieronymus *h*, fulgurat Dei notitiam, dum ex Creaturis Creator agnoscitur. Sed hac de re actum Psalmo 8 & 18.

h *in Ez.* c. 1.

Memor fui operum Domini.) Hieronymus, *recordabor cogitationum Dominum*, loco futuri posuit Interpres præteritum. Miror Trevetum recitare ex Hieronymo, *generationum*: quas etiam exponit, aut de illis hominibus, qui colebant olim Deum, aut de miraculis, per quæ Dominus genuit filios Israel, seu populum suum. Non

i *Jer.* 16. 10.
k *Esai.* 1. 16.

significant טעלית *mahhalelim*, *generationes*. Vertit aliquando Hieronymus *i* *adinventiones*, & rursus *cogitationes* *k* & hic versu 12 pro simili nomine עלילות *hhaliloth*, pronuntur *adinventiones*, à עלל *hhalah*, quod significat *agere*, *conari*, *meditari*, &c. Mendoso codice Trevetum usum non dubito. Symachus vertit ἀνεμνήσθην τὴν προνοίας κυρίου, *memoriam repetebam providentias Domini*. Pro nomine, *Domini*, est hoc loco יה *Jah*

vers. 5.

de quo egimus Psalmo 67. *l* Nunc, quia psalmus ille jam diu ante cum Ecclesiaste seorsim evulgatus est, opportunum videtur nonnihil de eodem nomine addere. Disputant de hoc nomine qui de *halelujah*, in cujus extremo est, potissimum Lindanus *m*, & Joannes Stephanus Durantus *n*.

m *in Ps.* 103
n *de ritib. Eccl.* c. 15.

De hallelujah commodior alio in psalmo erit locus. Tantum nunc pono, Hebræum, non Græcum, esse; quod hoc munendum esset, nisi Joannes Stephanus Bedam credidisse scripsisset esse Græcum. Quod equidem apud Bedam, peritum certè linguarum, non reperio, sed multis locis *o* tradere esse Hebræum: quamvis in Collectaneis figmentum nescio quod narret, quando primùm id decantatum fuerit, ubi, & à quibus; quod relatu indignum judico. Commemorat enim à Davide, & quatuor Latinis Doctoribus pronuntiatum secundùm differentes significationes aut rationes sanè ridiculas. Nec vero credendus Beda cunctis quæ refert, assensum præbere, sed contentus retulisse. Quod attinet, ad *Jah*, quod *Halelujah* componit, significans, *laudate*, *Deum*, unum est de Dei nominibus decem, quæ Hieronymus *p* recenset, affirmans in Deo tantùm poni. Putatur יה *jah* cum mappiK in (ה) *he*, esse quasi compendium ineffabilis יהוה *Jehovah*, quod commoditatis causa pronuntiamus *Jehovah* (sicut אל *el*, ex אליה *elohah*, vel אלהים *elohim*) quidquid sit de vera ipsius pronuntiatione, ita ut sit quasi יהה *Jehah*, supplente defectum secundi (ה) *he* puncto mappiK (quod tamen omittitur in compositione, ut in הללויה *halelujah*) & utrumque derivatur ab היה *haiah*, quod significat, *esse*, & *Jehovah* ipsum Dei esse in se significat, *Jah* eumdem Deum, ut esse communicat limitatum, ac veluti contractum, vel etiam ut ipsiusmet esse, à seipso in angustias quasdam quodammodo redactum est per incarnationem, quod vocat Esaias *q* *verbum breviatum*, quo tamen simul verbo virtutis suæ Christus cuncta portat *r*, quæ condidit, ut idcirco peculiariter eidem victori Christo, ac Liberatori nostro acclamatum hoc epinicion, *halelujah*, à viginti quatuor senioribus, Joannes *s* audiverit: & festiviùs cani soleat, atque, audiri in Ecclesia quinquagesimali toto tempore, post resurrectionis ipsius triumphum; & per annum demtis jejuniorum diebus, ac Septuagesima, usque ad Sabbatum sanctum, frequentari, tum verò in Missa post recitatam Epistolam, quæ sæpius ex Apostolorum petitur scriptis, in quibus aperta jam de Christo doctrina exponitur. Quin etiam Epistola quadam ad Damasum, quæ tribuitur Hieronymo *t*, petit is qui scribit, à Damaso, ut ubi Deus, & homo honorabili voce decantatur, *halelujah*, semper cum omnibus psalmis affligatur. Quod in Ezechiæ Cantico *u* Latinè legitur: *Non videbo Dominum DEUM*, Hebraicè habetur his repetito nomine יה *Jah*, Græcè autem τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, *salutare DEI*, quia, ut Eusebius exponit, absque liberis moriturus, nullum reliquisset successorem, ex quo salutare Dei, ideſt, CHRISTUS oriretur; multo minus ipsummet CHRISTUM, quem tantopere *cupiebant Reges viderent* x. Illud porrò bis positum nomen יה יה *Jah Jah*, posse etiam exponi, *DEUS DEI*; seu *de DEO*, ut notat Leo Castroy, apud quem plura eadem de re comperies. Fateor nihilominus ingenuè de nominibus Hæbraicis multa dici speciosiùs, quàm veriùs, & ex Rabinorum seu Caballistarum sumta libris, quàm ex Doctoribus Orthodoxis. Nec sanè magnifatio quod * Lindanus præcursorem CHRISTI observat Joannem, יחנה *jochannah*, vocatum, tùm à gratia, quam denotat חן *chen*, tùm à יה *Jah*, quòd crassiùs à Syris prolatum sit *Job*, & attributum est Christo, quemadmodum dixi. Credo potiùs etymon simplex esse pro gratia, & primam litteram esse formatricem nominis proprii, ut in aliis multis contingit, non autem ex nomine Dei יה *Jah*.

o *in ps.* 104. *in Apoc.* 19. *hic, in com. post ass. Domini. De voce halelujah figmentum. Vocis compositio.*

p *Epist.* 136.

q *Esa.* 10. 22. *Rom.* 9. 27.
r *Heb.* 1. 3. Eius acclamatio.
s *Apoc.* 19. 1.

t *Serm.* 9.

u *Esa.* 38. 11

x *Luc* 10. 24
y *in Esa.* 38

Quia memor ero ab initio mirabiliorum tuorum.) Hieronymus, *quia reminiscar antiqua mirabilia tua*. Quare non est, *ab initio*, idem quod ante omnia, ut Hugo tamen exponit. Nihil refert quòd futuri temporis retenta sit hic vis, & in priore membro positum præteritum, etiamsi utrobique sit idem futurum אזכור *ezchor*. Sed hoc loco cum paragoge litteræ (ה) *he* אזכורה *ezcherah*, frequens est permutatio temporum in psalmis, & futurum inseruit, præsertim junctum cum præterito, ad denotandum id quod fieri solet, & adhuc fit, fietque. In Psalterio Illyrico est præsentis temporis, *recogito*. Sed nec particula, *quia*, causam reddit. Verùm vel vacat, ut non rarò aliàs, vel assertivè ponitur. Omisit Apollinarius. Si causaliter sumere velis, erit sensus quia memor fui, & inde magnum solatium utilitatemque percepi, memor adhuc ero, ut simili commodo perfruar. Aut nil mirum si operum, quæ in me fecisti, memor fuerim,

fuerim, inquit Hugo, & RicKelius quia decrevi memor esse omnium, quæ à principio mundi Patribus nostris impendisti. Opera mirabilia de Incarnatione cum aliis mysteriis ei annexis intelligere licet, ut Ayguanus facit, præsertim collatione facta cum mirabilibus antiquis in utraque lege operibus, quæ ista præfigurabant. Innotavit CHRISTUS *signa*, & immutavit *mirabilia*, glorificavit *manum. & brachium dextrum* a. Multò nobis magis usurpare illud fas est, quod Nabuchodonosorem refert Daniel *b* usurpavisse, *Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus*: placuit ergo mihi prædicare signa ejus, quia magna sunt, & mirabilia ejus, quia fortia.

a Eccl. 36. 6. 7.
b c. 3. 99. 100.

Et meditabor in omnibus operibus tuis.) Hieronymus, *in omni opere tuo*. Sed LXX. forsitan legerunt פעלך *pabholecha* in plurali, aut פעלך *pabholecha* absque (') *Jod*, in singulari collectivè acceperunt. Paraphrastes *opera optima* nominant. Est hìc quoque pro præterito הניתי *baghithi* futurum: & hoc verbum sicut μελετήσω, ac *meditari*, ut aliquoties notavi, de cantu atque modulatione dicuntur, sive ore, sive etiam musico organo. In Psalterio Romano est; *meditatus sum*: in Illyrico tempore præsenti, *addisco*. Plus est *meditari*, quam dumtaxat meminisse. Sunt, inquit Hugo, qui meditari volunt in aliquibus tantùm, non in omnibus, operibus Dei, ut in creatione delectando se immoderatè Creaturis: non in recreatione, ubi Dominus tantam pauperratem, utilitatem, tormentum sustinuit; non in opere judicii, &c. Omnia opera debent accomodatè sumi, non omnino de omnibus, sed de præcipuis. Lege dicta psalmo 9. *Narrabo omnia mirabilia tua*.

Et in adinventionibus tuis exercebor.) Hieronymus, *& adinventiones tuas loquor*. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *& in observationibus tuis exercebor*: in Gallicano psalterio: *& in observationibus tuis me exercebo*: apud Augustinum, & in vetere Psalterio: *& in affectionibus tuis me exerceo*. Symmachus appellat μηχανήματα *machinamenta*, seu *molimina*. Apollinarius *cantandi* usurpat verbum; & explicat de præmiis divinarum virtutum.

ἆθλα νεωμέλψαιμι θεσπεσίων μήνων ἀρετάων:
Præmia mente canam divinarum virtutum.

Hebræum nomen עלילות *hhaliloth* dixi versu 12. esse simile illi, quod ibi est מעללים *mahhalelim*; ac utrumque tam latæ ac amplæ significationis esse, à verbo עלל *hhalal*; ut comprehendere valeat, quæ recitatis versionibus continetur, quia significat in genere *agere*, *moliri*, *designare*, *meditari*, *conari*. Vertitur etiam nomen עלילות *hhaliloth* per *opera*, *occasiones*, *cogitationes*, *studia*, *scelera*; ut consulto Thesauro reperies; Quare quod meditato fit, & ex animi studio, ac voluntatis electione, sive sit bonum, sive sit malum, comprehenditur vocabulo isto; ut rectè quoque potuerit vetus Psalterium & Augustinus affectiones dicere. De nomine Græco ἐπιτηδευμάτων egimus etiam aliàs. *Nequitia adinventionum* psalm. 27. *c* appellatur πονηρεύματα ἐπιτηδευμάτων, & רוע מעללים *rooh mahhalelim*: in 9. *d studia* vocantur ἐπιτηδεύματα, & עלילות *hhaliloth*: in 77 dicuntur *benefacta* & ἐνεργήματα eodem Hebræo vocabulo: in 102, *f voluntates*, & θελήματα. Chaldaicè hoc loco, & *in adinventionibus*, vel, *causis miraculorum tuorum loquar*. Quid sit *exercere se*, aut *exerceri* ἀδολεσχεῖν, שוח *suach*, dictum jam versu 4. & occurrerunt eadem etiam in 7. Non est propriè operari quæ meminetis, & meditatus sis, quem tamen hic ordinem notat Hugo, & Bruno Carthusianus.

c vers. 4.
d vers. 12.
e vers. 11.
f vers. 7.

Ἀγελάσαι. a ἄγειν.

Disseruimus porrò aliàs de mirabilibus, ac variis modis, quibus DEUS in benè nobis faciendo utitur, tùm naturalibus, tùm supernaturalibus; quamquam *multiformis* in hoc appareat *sapientia DEI*, ut loquitur Paulus *g*, & *gratia*, ut Petrus *h*, Græcè ποικίλη, & observavit Hieronymus *i*, attendens etiam *varietatem*, qua regina *circumdata* canitur *k*, & *polymitam*, variamque vestem Joseph *l*. Lectu digna quæ apud Augustinum *m* in hanc ipsam sententiam extant. Ipse profectò beneficii mirus, artificiosus, suavis modus auget valde magnitudine ejusdem, ut observat Basilius *u*, multa super DEI beneficiis disputans, docensque numero adeo multa esse, ut numeri vim omnem effugiant: vi verò ac magnitudine tanta, ut vel unicum modò ex iis idoneum sit, propter quod nihil non subeamus, ut illius voluntati obsequamur. Idcirco David noster adhortans populum ad gratias agendas DEO pro beneficiis, *Confitemini*, ait, o *Domino*, *& invocate nomen ejus*, *notas facite in populis adinventiones ejus*. Esaias *p* hunc ipsum imitatus est alios provocandi modum. *Ulciscetur Deus in omnes adinventiones eorum*, q, qui non cogitant *quæ Domini sunt*, *quomodo placeant DEO* r: sed *seipsos amantes* s, non *faciunt in bono oculo*, idest, liberali, *adinventionem manuum suarum* t, s d in oculo nequam, & parco adversus Deum, & proximum malignè comminiscuntur, sollicitique sunt quomodo placeant sibi, ac mundo, ac *abominabiles* sunt *in studiis suis* u, sapientes, ut faciunt mala, bene autem facere nescientes, sed stulti, Deum *non cognoscentes*, *filii insipientes*, *& vecordes* x. *Adinventiones Dei* sunt etiam præcepta ipsius, atque consilia, & *omnis via disciplinæ*, quam dicitur Christus *adinvenisse* y, non quasi pervestigando, & proficiendo, sed quia non aliunde accipit, hoc est, ab alio substantialiter distincto, quum *Pater*, qui *docuit ipsum* z *& ipse unum sint* a. *In mandatis Dei exercebatur*. David, & *considerabat vias sanctas Dei* b, de quibus, hìc statim.

g Eph. 3. 10. h 1. Ep. 4. 10. i 1. cont. Iov. k Ps. 44. 10. l Gen. 37. 3. m 9. Conf. c. 6. 1. de doctr. Christ. c. 14. & l. de vera relig. c. 16. Beneficia Dei in nos omnem numeri vim effugiunt, n Reg. 2. ex fusis.

o 1. par. 16. 8 p c. 12. 4.
q ps. 98. 8. r 1. Cor. 7. 32 s 2. Tim. 3. 2 t Eccl. 35. 12
u Ps. 13. 1.
x Jer. 4. 22.
y Bar. 3. 37.
z Joan. 8. 28. a c. 10. 30.
b ps. 118. 15

Vers. 14.) DEUS in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?

Vers. 15.) Tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam.

Vers. 16.) Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

HÆC meditanti sibi, ac memoranti, seseque hac in re diligenter exercenti, idest, in operum mirabilium, adinventionum Dei contemplatione, potissimum occurrisse dicit; & hinc in illis à se deprehensum, omnium actionum ipsius rationem sanctitate plenam esse, ac omni prorsus reprehensione vocare: potentia comparandum nulli gentium Deo esse, solum esse, qui omnipotentiæ signa, & effecta edat mirabilia: solùm, cujus innotuerit plurimis latè populis cum maxima celeritate vis & excellentia ejusdem: præsertim verò quando Hebræum populum exerto veluti forti brachio, manuque potenti, qui auctore Jacob in duodecim Tribus, pro numero totidem filiorum ejus, distributus erat; & ab uno illorum Joseph Ægypti præfecto, in Ægyptum introductus, ac nutritus est, de Ægypto, ubi dura premebantur servitute, liberavit. Allegoria de Christo satis aperta est. Nam Deus est, *sanctus* c est, quem *mirificavit Deus* d *via est* e *virtus Dei* f, *brachium* g: *nec ullus facere signa*, & opera *potest*, *quæ faciebat*, & quo modo faciebat, *nisi Deus sit cum illo* *; immo nisi sit ipsemet Deus: *usque modo* cum Patre *operatur* h naturæ, gratiæ & gloriæ opera: *operatus* i *est salutem* utriusque populi Judæi, & Gentilis, quos filii Jacob, & Joseph designant.

Sensus loci

Allegoria.
c Act. 3. 14.
d ps. 4. 4.
e Joan. 14. 6.
f 1. Cor. 1. 24
g Isa 53. 1. * Joan. 3. 2.
h c. 3. 17.
i Ps. 37. 12.

Deus in sancto via tua.) Chaldaicè DEUS, *cujus sanctæ*, vel *quàm sanctæ viæ tuæ*! Aquila, ἐν ἁγιασμῷ *in sanctificatione*. Alii, *in sanctitate* בקודש *beKodes*. Præter allatum sensum, ut significetur agendi rationem, consilium, institutum, quo Deus utitur, seu actiones illius omnes, & opera sanctimoniæ plena esse, & *ipsum sanctum* *, & quidem *in omnibus operibus suis* K, etiamsi correctiones illius graves nobis, & duræ aliquando videantur, ut ait Euthymius. Alius est, ut *sanctum* pro loco sancto sumendo, quod & *sanctuarium* dicitur, vel *sacrarium*, in hoc, idest, in Templo, aut cœlo dicatur *via Dei* esse, idest, magis ibi inotescere: quoniam responsa inde reddebantur: Vel in cœlo, qui superat istum mundum, & captum habitatorum ipsius, quamvis in meditationem, sive contemplationem valdè incumbant. De divinis decretis & consiliis Trevetus explicat, quæ sint in sancto, idest, separato veluti loco à

* Ps. 91. 9.
k Ps. 144. 13

com-

communi usu, & cognitione hominum: Euthymius cum cœli, ac templi acceptione, meminit montis Sina, qui veluti dicatus Deo erat, & sanctificatus, & ad quem
a *vers.* 18. Deus ascendebat, de quo item psalmo 67. a *Dominus in eis, in Sina, in sancto* Lyranus, & Cajetanus interpretantur Angelum sanctum, qui præcedebat castra filiorum Israel in columna ignis. & nubis, ostendens eis
b *Exod.* 13. & 14. viam per diem ac noctem b. Jansenius orationem putat imperfectam esse, velut obstupefacti prophetæ, sensumque esse, o Deus, qui in sancto habitas, via tua, scilicet summè est admiranda. Unde subditur per admirationem, *Quis Deus magnus sicut Deus noster?* Nicephorus & Euthymius addunt Christum esse sanctum, qui, ut priùs dixi, secundùm Latinorum multorum sententiam, *via* nostra est, solusque impeccabilis, & in quo de salute hominum œconomia Dei, & Patris peracta est. Basilius, vel potiùs Theodoretus, declarat Deum sanctum in sanctis requiescere, habitare, inambulare. Volumus ut Christus habitet in nobis, ait, quem vocant Hieronymum, sinus Sancti; Dei enim via *in sancto* est. RicKelius sanctum Christum justi cujusvis cor, legem divinam, veramque sanctitatem
c *l.* 15. *mor. c.* 25. *vel* 21. simul intelligit. *Via* demum est ad Deum perveniendi *in sancto*, ideſt, in omni ea re, quæ nos reddit Sanctos, & ad illum perducit, qui sanctus est; tum vero Christi doctrina, exempla, opera, ut Gregorius c docet. Via, inquit, quippe est, incarnatæ sapientiæ omnis actio, quam temporaliter gessit. *Viæ* ejus sunt vivendi ordines, quos ad se venientibus strawit: Tot itaque ad se venientibus vias præbuit, quot benè vivendi exempla monstravit. *Factant viam* dæmones tamquam *latro-*
d *Iob.* 19. 12. *nes* per improbum a, qui *odio habens correptionem, vestigium est peccatoris* e ideſt, dæmonum Principis; & *sit*
e *Eccl.* 21. 7. *corpus ejus quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, quarum una uni conjungitur, spiraculum non incedit per eas* f, ut scilicet viam dent Spiritui sancto & Deo. Gregentius Herbanum g refellit Judæum explanantem locum istum de populo Israelitico, negatque sanctos illos esse, qui Deum cœli corporaliter interfecerint, ait autem *viam Dei in sancto* esse illa, quæ Pater in Christo ubi consubstantiali efficaciter egit. Simile fa-
h *lib.* 6. *c.* 14. cit Galatinus h argumentum allato etiam testimonio ex Midras theh illim.

f *Iob.* 41. 6. 7 Herbani Judæi explanatio refutata.

g *disp. contra Herb. Jud. to.* 4 *bibl. Patrum.*

Quis Deus magnus sicut Deus noster?) Hebraicè non extat pronomen, sed tantum *sicut Deus*. Paraphrastes loco pronominis potuit *Israel*. Sic in psalm. 81. i *Deus quis similis erit tibi*, & in 112. k *Quis sicut Dominus Deus noster*, &c. Et in Cantico Mosis l. *Quis similis tui in fortibus Domine?* De *magni* epitheto, ut de Deo dicitur, egimus psalmo 46. m & 47. n supra omnes Deos quorum Gentiles quosdam cognominabant magnos, tque majorum Gentium. Servius eosdem Romanis *Penates*, & *magnos Deos* docet fuisse: & in statuis illorum, quæ Romæ visuntur, scriptum est Θεοὶ μεγάλοι *Dii magni*. Le-
o *Syntag.* 1. ge Gyraldum o, Turnebium p Macrobium q.

i *vers.* 2. k *vers.* 3. l *vers.* 11. m *vers.* 3. n *vers.* 2.

p *lib.* 15. *c.* 21.

q *lib.* 3. *c.* 4.

Tu es Deus, qui facies mirabilia.) Addunt, *solus*, alia Latina Psalteria, & Augustinus atque Cassiodorus & in paraphrasi metrica Apollinarius. Et hoc nomen, *solus*, in eadem sententia psal. 71. r. Unde quæ huc spectant, petere licet; atque ab Augustino hic etiam rectè declarantur; quomodo scilicet solus, qui trinus in personis, & quo pacto per comparationem ad alios quoque homines, qui sunt item mira operati. Christus *se opera*
f *Iob.* 15. 24. *fecisse* dixit quæ *non fecerant alii* f. Ostendit id Gregorius t indictione, dum explanat verba Cantici Annæ
t *l.* 1. *in* 1. *Reg. c.* 2. u: *Non est fortis, sicut DEUS noster*, ac docet (quod hoc etiam loco Augustinus) quidquid alii virtutis ostendere potuerunt, Dominum, non ipsos, fecisse, ideſt, non ipsos, sine Domino, qui propria virtute operabatur, ut idcirco Christus Judæos in Patrum fortitudine
u 1. *Reg.* 2. 2. gloriantes reprimeret, dicens *; *Non Moyses, sed Pater meus dedit vobis panem de cœlo*, & sequenti psalmo, noster David canat de Deo, *Fecit mirabilia in terra*
x *vers.* 12. *Ægypti*: & idem Christus imperanda signa faceret y, & *virtus de illo exiret sanans omnes* z & *quotquot tangebant*
y *Matt.* 9. 5 z *Luc.* 6. 19. *eum salvi fierent*, à quocumque languore tenerentur a. Idem Gregorius b explicans quod scribitur in historia
a *Marc* 6. 56 b *in* 1 1. *Reg. l.* 5. *c.* 14. Regum c, *factum esse miraculum in castris per agros*, quum solus Jonathas, & armiger ejus cæderent Philistæos, ait in comparatione Sanctorum, velut agrestes homines

x *vers.* 13.

f *Iob.* 15. 24.

t *l.* 1. *in* 1. *Reg. c.* 2.

u 1. *Reg.* 2. 2.

* *Ioan.* 6. 32.

y *Matt.* 9. 5 z *Luc.* 6. 19.

a *Marc* 6. 56

b *in* 1 1. *Reg. l.* 5. *c.* 14.

c 1. *Reg.* 14. 15.

esse, quit tot Conditoris antiqua tempora, tot dispositiones temporum, tot ordines Creaturarum mirari nesciunt, sed quoties præter quotidianum usum, nova quædam accidunt, mirantur. Denique Origenes d, potentiam, ac virtutem Dei comparatam cum rebus à Mose, aliove quocumque gestis, vivam appellat, aliam veluti mortuam picturam. Lege præterea Bernardum e. Attingit Augustinus miracula Christi tum circa corpore mutationem, & conversionem animorum. Potest id pluribus amplificari, facta in utroque rerum genere collatione utili sanè ac jucunda.

d *Hom.* 6 *in Exod.*

e *Serm.* 13. *in Cant.*

Notam fecisti in populis virtutem tuam.) Hieronym. per participium *ostendens in populis potentiam tuam*. Non est virtus moralis ergo intelligenda, sed vis, robur, potentia, ut aliàs sæpè, per (ץ'ב jhhoz, & δύναμις. *Populi* etiam indifferenter quoslibet significant, maximè verò secundum subjectam materiam, exteros ab Hebraico distinctos, de cujus redemtione ac liberatione mentio statim subjicitur. Unde Pharaoni dictum à Deo, *Idcirco posui tenet ostenderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra* f. Illyri-
f *Exod.* 9. 16. cum Psalterium *homines* absolutè ponit pro populis allegoricè, Christus DEI virtus, ut ante dixi, *portansque*
Allegoria g *Heb.* 1. 3. h *Rom.* 1. 16. *omnia verbo virtutis suæ* g, populis omnium gentium innotuit, ac ejusdem Evangelium, quam Paulus h *Dei virtutem* nominat *in salutem omni credenti, Judæo primum, & Græco*. Vel inviti fassi sunt adversarii virtutem, ac potentiam istam, nec non efficaciam divinæ gratiæ. Gentilis Jethro, postquam didicit *cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel; Nunc*, ait, laudans Dominum, *cognovi, quia magnus Dominus super omnes Deos* i. *Populos* Hugo secundùm tropologiam inferioris homines conditionis interpreta-
i *Exod.* 18. 8 9. 10. 11. tur, qui sæpè capaciores sunt doctrinæ divinæ, atque misericordiæ, quæ maximè propria Dei virtus censetur.

Redemisti in brachio tuo populum tuum.] Pronomen adhibitum est, pro *redemisti*, in aliis Psalteriis Latinis, & in Illyrico; & apud Augustinum; atque Cassiodorum est *liberasti*; ut & apud Apollinarium ῥύσαο: pro *populum tuum, homines tuos* legit Psalterium Illyricum. De *redimendi* verbo & nomine *brachij*, diximus alibi. Lege de *brachio*, ut Christo convenit, Grevæum K, quantum ad opera fortitudinis, sapientiæ, seu artis, &
k *ser.* 16. 1. pietatis, tamquam militi, vel athletæ, tamquam figulo, tamquam nutrici, aut pastori.

Filios Jacob & Joseph.) Pro *Jacob*, habet *Israel* Romanum Psalterium, Augustinus, Cassiodorus. Chaldæa verò paraphrasis explanat, *quos genuit Jacob, & enutrivit Joseph*. Meritò denominatur populus Dei à Jacob, ut alibi notavi, quia caput fuit duodecim Tribuum: à Joseph, quia quum esset Ægypti præfectus, enutritus est, crevitque mirum in modum sub illo populus Hebræus, donec *surrexit Rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph* l, ideſt, ab hoc in Ægyptum
l *Exod.* collata beneficia, & ab eodem Joseph liberationis populi ergo repetitur, & jus primogenituræ à Ruben est ademtum, *datumque Joseph* m, à primogenito autem
m *t. Par.* 5. familia tota denominatur. In Psal. præterea 79. n & 80. n *vers.* 2. o sumitur nomen *Joseph* patronymice pro cuncto populo
o *vers.* 6. Hebræo. Credo Lyrano, Treveto, RicKelio, Cajetano, a iisque, universum populum hìc utroque nomine intelligi, ob modo dictas rationes, maximè quia de universali populi agitur liberatione ex Ægypto, nec video cur duo regna intelligere debeamus hoc loco, vel etiam possimus, ut Genebrardo tamen placet, Agellioque; quum sæpiùs *Jacob*, quemadmodum & *Israel*, designet decem Tribus, licèt aliquanco *Jacob* propriè duas alias, interdum omnes: *Joseph*, si non populum, totum semper decem Tribus, ut & *Ephraim*; nunc autem totius populi, ut jam aliquoties monui, liberatio memoretur. Legendus Hieronymi canon in prologo duodecim Prophetarum, quotiescumque ad decem Tribus tenditur propheta, designari sub nominibus *Ephraim, Samariæ, Israel, Joseph, Jezrael, Bethel, Bethauen*, & interdum *Jacob*. Quum ad duas loquitur Tribus, sub his nominibus proferri *Juda, Jerusalem, Beniamin, Domus David*, & interdum *Jacob*. Eadem porrò caussa est, cur sæpè dicatur *Joseph* de decem Tribubus, quæ cur. *Ephraim*, quoniam primus decem

Nomina tribus decem Israel designantia, item tribus duas.

Tri-

2 3. Reg. 11. 26. Tribuum Rex *Jeroboam filius Nabat erat Ephrataeus a*, ideſt, de Tribu Ephrain: hic autem filius Joſeph. Idem tamen etiam Hieronymus in principio Malachiæ ſcribit, adducto in captivitatem, ideſt, decem Tribubus, indifferenter appellatas duas alia Juda, & Beniamin vocabulo *Iſrael*.

Myſtica expoſito. Porrò myſticè ſumunt hoc loco *filios Jacob* pro Judæis; & *Joſeph*, pro Gentilibus, & hos quidem, quia *Joſeph*, & inquit Haimo, in Ægypto primus ex Hebræis diu verſatus eſt, & *accreſcentem* κατ' ἐτυμεν ſignificat (minùs apta derivatio ſcholii Græci, ut ſit ὀνειδισμὸς ἀφαίρεσις, *opprobrii ablatio*, quamvis propoſito congruere poſſet) ſicut & Gentiles numero plurimi ſunt, & ad cultum DEI accreverunt per populum Hebræum, Addit Auguſtinus Gentiles ad Chriſtum converſos, quem vendiderunt Judæi, ſicut & Joſephum, meritò nominari, *filios Joſeph*, ideſt, Chriſti, cujus ille typus erat. De *Jacob*, quare ab eo Judaicus populus nomen accipiat, Bruno Carthuſianus rationem aſſignat, quia ſicut Jacob luctatus cum Angelo, uno claudicavit pede, *ac benedictionem ſuſcepit* b, ſic Judæus populus cum Domino luctatus eſt, ipſius præcepta in irritum ducendo, & ab illo cæcitate percuſſus, uno claudicat pede, ſcilicet intellectu carnalium obſervantiarum, quo ſolam litteram intelligit, moralia verò præcepta ſatis rectè intelligendo, & ex parte tandem conſequetur benedictionem adoptivæ filiationis. Aliis videtur nomen *Jacob* potiùs convenire fidelibus ex populo Gentili congregatis, quia plures ex iis participes fuerunt benedictionis, quæ promiſſa eſt ſemini Jacob per Chriſtum, atque myſticè ſupplantaverunt Judæos, ac primogenituram benedictionemque illorum ſurripuerunt, & dilecti fuerunt dicti fideles; Judæi odio habiti. Ita fit ut res eadem ſecundum varios reſpectus in utramque partem ditorqueatur. Certè dicto jam ultimo modo *Jacob* potiùs denotaret fideles ex Gentibus; & *Joſeph* rejectos Judæos, quia nobiliores Tribus nomine *Jacob* nonnumquam, per nomen *JOSEPH* numquam intelliguntur ſeparatim, ſed vel cum reliquis, vel ſolæ decem. Euthymius, ac Nicephorus utroque nomine fideles omnes intelligunt ſubrogatos, & adoptatos in locum illius, populi veteris, quique benevolentiam ac familiaritatem hæreditaverunt, quæ cum Deo illis intercedebat, Hugo, & Grevæus *c* ſecundum tropologiam interpretantur activos, quaſi luctatores, & contemplativos, qui vident viſiones Dei, ſicut Joſeph. Lege Grevæum præſertim.

Judaicus populus cur à Jacob nomen acciat. b *Gen.* 32. 24. 29.

c *ſerm.* 16. In Tropolog.

Hic in fine eſt סלה *ſelah*, & διάψαλμα.

Verſ. 17) Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.

Verſ. 18.) Multitudo ſonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt.

Senſus loci. ILluſtriora quædam Dei opera in educendo populum ſuum de Ægypto commemorat, videlicet in iſtis verſibus liberum tranſitum per mare rubrum, quando id ob Dei præſentiam atq; potentiam perinde atq; ſi eam ſenſiſſet, & extimuiſſet, loco ceſſit, & ut eſt in alio pſal. d *vidit & fugit*, ipſæque illius abyſſi, ac profunditates, tamquam nimio metu perculſæ, naturalem reliquerunt fluxum, admirabili autem modo hinc, & hinc velut ſolidi muri conſtiterunt, edito tunc ſonitu fragoreque magno, quum ſeſe aquæ primum jejungerent, ut ſicca tranſeuntibus Hebræis pateret via: deinde ad obruendos recurrerent Ægyptios. Addit decidentes, & irruentes eodem cum impetu ac ſtrepitu de nubibus imbres adverſus hoſtes, nec non copioſè emiſſas ac jaculatas grandinum, & fulminum quaſi ſagittas. Narrantur hæc in Exodo e, & à nobis pridem jam antea declarata ſunt. In Exodo non exprimuntur decidentes imbres, vel grandines, ac fulmina, ut id videri poſſit ſimul mentio eſſe de pugna Joſue contra quinque Reges, quando Dominus *miſit lapides magnos grandinis, quibus plures mortui ſunt, quàm quos gladio percuſſerant filii Iſrael* f. Vel de plaga grandinis cum tonitruis, & fulguribus in Ægypto g; attamen tunc etiam in ipſo mari rubro extitiſſe, ac horrificis nubibus pluvias, grandines, tonitrua, fulgura, inſtar rotarum currilium ſtridentibus, concedi poteſt, idque innui in Exodo per *ventum vehementem*, & *uteatem tota nocte*.

d *Pſ.* 123. 3.

e *c.* 14. 21. & *ſeq.*

f *Joſue.* 10. 11.

g *Exo.* 9. 23. 24. 25. *Sap.* 16. 16. & 19. 2. 6.

Myſtica expoſitio. h *Apoc.* 17. 16.

Mystice paſſim à Latinis exponuntur iſta de populorum (quia *aquæ multæ populi multi* h) tum Judæi, tum Gentilis (quia bis *aquæ* repetuntur) converſione, cognitione per fidem, ſalubri timore, turbatione pœnitentiæ, ſonitu confeſſionis, voce prædicationis, ſagittatione corcium ex amore divino. Euthymius, Nicephoruſque applicant ad Chriſtum, cum navicula fluctuante excitatus à ſomno, *ventos & mare increpavit* i, & in ejuſdem transfiguratione *vox de nube* audita eſt k, Idem de obediente mari ad Chriſti præceptum hìc prædici docuit Auctor operis imperfecti l. Vocem autem quam dederint nubes timentibus aquis, diſcipulos fuiſſe; qui viſo ſigno illo divinæ virtutis exclamaverint dicentes, *verè filius Deus es* m. Procopius n hinc, & ex ſimilibus veteris Teſtamenti locis de eadem re collatis, cum eo quod Chriſtus fecit, confirmat illum eumdem eſſe novi, & veteris.

i *Luc.* 8. 24. k *Matt.* 17. 5 l *hom.* 23. *in Matth.* m *Matt.* 14 33. n *in Eſa. c.* 51.

Viderunt te aquæ DEUS, viderunt te aquæ, & timuerunt.) Hieronymus *videntes te aquæ Deus, videntes te aquæ, parturierunt*. Alii, *doluerunt*. Senſum attendit Hieronymus, aut legit ראוך *raucha viderunt te*, ראוך *roecha*, *videntes te*. Non eſt autem Heb. æo textu conjunctio ante verbum יהלו *jachilu*. Paraphraſtes explicat, *homines vidiſſe majeſtatem Dei de modo maris & virtutem illius ſuper mare, & contremuiſſe*. Retinenda nihilominus elegans proſopopœja, ſcripturis non infrequens, quam aliis in pſalmis notavimus, hìcque confirmavimus exemplo ſimili ex pſ. 113. o *Mari vidit & fugit*. Adjice ex Cantico Abacuc p, *viderunt te, & doluerunt montes*, & ex pſal. 103. q *ab increpatione tua fugient*. Viciſſim quum Deus reſpicit terram, dicitur *facere eam tremere* r. Significar porrò hujus loci Hebræum verbum, quod etiam eſt in Abacuc, *dolorem torminibus parturientium ſimilem*. Job ſ quidem *quaſi de vulva procedens* mare deſcribit, quod LXX. dicunt *fremere* μαιμάσσειν, eſtque etiam quaſi per manus obſtetricis parere, quum nempe ex alveo tamquam ex alveo, nititur erumpere, ſeu ex finibus terræ, ex cavernis obſcuris, cæciſque, ex locis depreſſioribus, quibus continetur, & coercetur. Sed multo magis timendum mari fuit, ac partorientis in morem enitendum, & dolendum, quando ut pateſieret Hebræis tranſitus, vaſtitas aquarum tanta tam brevi tempore ſuum relinquere alveum, & veluti egredi ex alvo debuit; de qua re vide quid Genebrardus tradat t, & Pererius, * nos autem aliàs opportuimùs. Valet idem verbum Hebræum *expectare, manere, morari, reſidere*, quod pacto ſenſus eſſet aquas, ut primùm viderunt DEUM, ſenſeruntque præſentiam ipſius, conquieviſſe ac reſediſſe, tranſitumque populi expectaviſſe.

Elegans proſopopœja. o *verſ.* 3. p *Arac.* 3. 10 q *verſ.* 6. r *pſ.* 103. 32. ſ *c.* 38. 8. t *in Pſ.* 113. 3 * *in Exod. c.* 14. *diſp.* 3.

Senſus myſticus. u *inpſ.* 45. Peccatores aquis ſimiles octo de cauſis. x *Matth.* 4. 20. 22.

Præter myſticum illum ſenſum, de quo admonuimus, Ambroſius u *aquas* iſtas, quæ *videndo Deum timent*, bonas interpretatur virtutes eſſe, quæ verbi cœleſtis cognitione ſunt placidæ, non ſonitu, & fragore terribiles: Hugo, piſcatores, qui relictis omnibus, viſo auditoque vocante Chriſto, *continuo* ac ſtatim *ſecuti ſunt eum* x. Item peccatores, quos aquis docet eſſe ſimiles, octo de cauſſis, & primum timent imperfectè, cum ſola fide informata, poſtea cum formata, perfectè. Hinc ad finem pſalmi Ayguanus obſervat Chriſti poteſtatem in opere noſtræ redemtionis, ſecundùm ſeptem, ſecundùm redemtionem peccatorum, populorum converſionem, prædicationem Apoſtolorum, animorum penetrationem, operationem miraculorum, pœnitentiæ commendationem, gubernationem Eccleſiæ.

Chriſti poteſtis in opere redemtionis, ſecundum ſeptem cauſſas.

Et turbatæ ſunt abyſſi.) Hieronymus, *commotæ*. Ambr. y & Auguſtinus *conturbatæ abyſſi* ſunt profundiores aquæ ſeu gurgites, & voragines, ut aliàs dictum eſt, & ridiculam etymologiam eſſe, quam repetit hìc etiam Hugo, dictas *abyſſos* quaſi abſque baſi, aut ſine byſſo, & hoc vocabuium in ſcriptura, indifferens, eſſe, nuncque in bonam nunc in malam partem ſumi. Hic accipi in malam docet Hieron. z Ambroſ. myſtico ſenſu explicat *abyſſos* de malis virtutibus, quæ Deum non vident, & ideo turbationibus ſemper obnoxiæ ſunt, & beſtiam, quæ

y *in pſ.* 45. Abiſſi quid ſine ridicula vocis etymologia. z *in* 3. *Aba.* Senſus myſticus.

quæ est Antichristus, *de abysso ascendere* a & immundos spiritus turbatos esse, videntesque opera Dei pertimuisse in domini salutarit adventu appropinquare sibi judicium: sonuisse ac turbatas aquas, in passione Christi: denique diabolum, sonum quærere, Christum, silentium. His Hugo similia tradit, per *abyssos* intelligi Reges ac Principes, profundaque corda, & inscrutabilia, ab obscura eorumdem mala, vel quorumlibet aliorum, præsertim infidelium. Conturbari autem vel in malo, ut perpetrent, vel de malo, ut conterantur, idque caveant.

a Apoc. 11. 6

Multitudo sonitus aquarum.) Hieronymus, *excusserant aquas nubila*. Alii, *inundare fecerunt aquas densæ nubes*, vel, *inundaverunt aquæ nubium densarum*, seu *atrarum*: vel, *nubes densæ*, seu *nebulæ*, *effuderunt aquas*: vel, *decideruut nimbi aquarum densarum nubium*. Hebræa sunt רמו מים עבות *zoremu maim hhauoth*. Significat primum verbum inundare à זום *zerem*, quod sonat propriè *fluxionem cum impetu*, seu *cataractam rapidum imbrem*, *nimbum*. Rectè LXX. *multitudinem aquarum cum sonitu* d-xerunt, quia talis imber decidit quum sunt copiosæ, ac strepitum edentes aquæ. Et fortassis non verbum, sed nomen legerunt, omisso (ו) *vau* sciurec ultimo, ut non sit necesse cum Agellio suspicari vertisse ἦχος, sed ἀχλὺς, quod *crassitiem*, seu *densitatem* valet, quemadmodum עכה *hhauab*, suppulendum autem vel *turbandi* verbum: *multitudo sonitus aquarum turbata est*: vel substantivum, *multitudo sonitus aquarum fuit*, nempe super Ægyptios. Potest etiam *multitudo sonitus aquarum*, idest, moles aut gurges sonantium aquarum, per appositionem declarare quid sint quas prius dixerat *abyssos turbatas*. In Illyrico Psalterio exponitur sic: *conturbatæ sunt abyssi multitudine sonitus aquarum*: habet enim ea lingua casus obliquos diversos, sicut Græca & Latina. In Psalterio Gallicano, *à multitudine sonitus aquarum vocem dederunt nubes*. Videtur Apollinarius ista sequentibus jungere, *vocem dederunt nubes*, ut *multitudo sonitus aquarum* sit eadem cum voce, quam dederunt nubes:

b Ser. 16. 8
c c. 1. 24.
d c. 1. 15.

σμερδαλέας κτύπος ἄρτοδ᾽ ἀϊδρείων νεφελάων·
Horrendus fragor concitabatur per æthereas nubes.

Mysticum sensum prius attigimus: & Augustinus *sonitum aquarum* spectat in laudibus Dei, in confessionibus peccatorum, in orationibus. De scripturis quo pacto *aquas* ac locum totum istum explanet, Grevæum *b*, lege qui etiam sic declarat *sonum aquarum multarum* ex Ezechiele *c* & Apocalypsi *d*.

Vocem dederunt nubes.) Alii, *tonitrum dederunt cœli*. Sed ipsæ nubes dicuntur quandoque *cœli* & אחקיו *scechaKim* de utriusque, ac Symmachus vertit ἦχον ἔδωκεν αἰθήρ, *sonitum dedit æther*. Mystico sensu Apostoli, aliique Prædicatores vocantur *cœli* & *nubes*, eorumdem prædicationis sonus, ac vox exiens in omnem terram dici etiam *tonitruum* potest, licèt duo de Apostolis peculiariter cognominati fuerint *Boanerges*, *quod est filii tonitrui* e. Lege Greg. *f* & August. *g*, nosque alibi idem notavimus. Peccatores alio modo *nubibus* designari docet Hugo, propter obscuritatem peccati, quæ impedit *ne transeat oratio* h, peccatores aut vocem dare, quando sponte, ac ultro confitentur, & tempestivè, quoniam *à mortuo quasi nihil*, *perit confessio* i, id etiam facere in multitudine sonitus aquarum lacrymarum, saltem cordis, & *in amaritudine animæ* K.

Mysticæ expositiones.
e Mar. 3. 17.
f 17. Mor. c. 12.
g in ps. 134.
h Thr. 4. 4.
i Eccl. 17. 26

Etenim sagittæ tuæ transeunt. (Hieronymus, & *sagittæ tuæ discurrebant* Alii, *fulgura tua discurrerunt*. De his quoque Paraphrastes intellexit: *sed & spicula sagittarum tuarum discurebant*, & *accendebantur* Possunt item grandines intelligi per *sagittas*. Nam חצין *chaJats*, cujus hìc est plurale cum affixo חצצך *chatsatsecha*, significat *calculum* & *lapillum*, sed melius *fulgura*. Nimis amplè Dionysius pœnas interpretatur, quæ processerunt in Ægyptios. vid. ps. 17. l de sagittis, deque aliis hoc loco contentis. In Psalterio Gall. apud Arnob, *transierunt*: in Romano, & apud August. Cassiodor. Gregor. m *pertransierunt*, in commentario putati Hieron. *perambulant*, & *transierunt*. Porrò *etenim*, aliàs monuimus idem nonnumquam valere quod item, etiam, & similia. Est hìc אף *aph*, sicut ibi, & *turbatæ sunt*

k Job. 10. 1. Esa. 38. 15.
l vers. 15.
m 29. mor. c. 13. vul 15.

A *abyssi*. *Transire* διαπορεύεσθαι התהלך *hithhallech*, est magno impetu, & celeritate ferri, subire, penetrare, discurrere hinc & hinc.

κἀὶ γὰρ, ait Apollinar. σεῖοδ ἐλεμνα δώσσων ἔνθα καὶ ἔνθα.
Etenim tua tela transibant hinc & hinc.

Apostolos quoque Augustinus, & alii *saggitas* vocant, quia percutiunt, & transeunt, non in auribus permanendo, sed corda transfigendo. Idipsum tradit Gregorius *n*. Adde quòd *velociter curat semo* o eorum orbis istius spatia. Tropologicum est, ut sagittæ calamitatum præsentis temporis *transire* dicantur, & *compleri* p, hoc est, temporales esse, sed *vox tonitrui* divini (quod habetur sequenti versu) *in rota*, ideſt, judicii universalis sententia exitu carere, sicut circularis figura illo careret, ac infinita censetur. Nec incommodè possit id ad Sebastiani sagittas explicari, quæ transierunt, sed non absque coruscationibus bonorum exemplorum, ut & nos *in luce sagitarum istarum* eamus, & *in splendore fulgurantis hastæ* q glorioſi hujus militis.

n ibidem.
o ps. 47. 15. Tropologia
p Deut. 32. 23.
Ad Sebastiani sagittas applicatio.
p Abac. 3. 11.

B *Vers.* 19.) Vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra.

Senſus loci.

DEscribitur adhuc terrifica potentia Dei quantum ad fragorem, atque stridorem in rotis curruum, quando *respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis*, & *nubis*, & *interficiens exercitium eorum*, *subvetit rotas curruum*, *ferebanturque illi in profundum* r, ac Orbis totus circum Ægyptios & ultra, fulguribus micare videbatur, mugire fulminibus, tonitruisque, ac ima omnis concuti, tremere, quassari tellus, maxima cum trepidatione tùm Ægyptiorum miserè pereuntium, tùm finitimorum locorum, quo tanta illa elementorum pervenit perturbatio; tùm postea illorum, qui eadem de re longius etiam dissiti, certiores sunt facti. Nec difficile creditu est reipsa tunc terram movisse, ac tremuisse, quamvis Exodi liber non exprimat. Cajetanus quidem hoc loco credit, ac Tre-

r Exo. 14. 24

C vetus.

Ex dictis antea juxta mysticum sensum, proclive est hæc eidem adaptare de voce prædicationis circulariter per Orbis oniversi quasi totam discurrente, deque fulguribus tum ejusdem prædicationis, tùm miraculorum, per quæ homines commoti tremefactique sint ad salutem.

Senſus mysticus.

Vox tonitrui in rota.] Supplet Paraphrastes, *audita est*. Alii, *reboat*, aut quid simile. In Psalterio illyrico pluraliter, *in rotis*: eodemque pacto Symmachus ἐν τροχοῖς. Quæ versio innuit fragorem tonitru in rotis ipsis curruum subversorum: quibus, ut dixi, vehebantur Ægyptii, Græcorum est ista sententia: ita ut à sua parte, ideſt à rota & axe, currus totus intelligatur, & collectivè *currus* pro curribus.

Origenes explicans de aeris sphæra, probat hinc etiam cœlum esse sphæricæ figuræ, in aere autem formantur tonitrua. Quidam describi velut Deum velut currui suo insidentem, tanto in Ægyptios impetu invehi, ut de rotis ipsis currus ejus quasi tonitrua ederentur. Sic in Cantico Abacuc *s*, *qui ascendis super equos tuos*, & *quadrigæ tuæ salvatio*: & in alio psalmo *t*. *Qui ponis nubem ascensum tuum*: Hebraicè, *currum suum*, in tertia persona רכבו *rechuuo*. Incertum an fulminibus currus ipsos percusserit Deus, an percussi sonitu tonitruorum equi, fuga rotas implicaverint, ac confregerint. Primum consentaneum magis. Quarto Cassiodorus, figurata locutione, arbitratur figurari *tonitrui vocem*, ita revolutam quasi de rotis venire per strepentibus audiretur, & sic de summo cœlorum spatio, ideſt, de aeris parte superiore, volubili murmuratione tonitruum pertransire; ut rotatus, atque sinuosus ipse sonitus sentiatur. Huc spectat puerilis suspicio, quam de se puero testatur etiam Augustinus, quum audiuntur tonitrua de cœlo, quasi vehicula de stabulo procedere, quoniam habent tonitrua quandam concussionem similem vehiculis. Ait præterea quem vocant Hieronymum in Commentario, vulgo dici quando tonitruat Deus, simi-

Origenis explicatio, cœlum sphæricæ figuræ esse ex hoc loco probatio.
s Abac. 3. 8.
t ps. 103. 3.

similem vocem facere rotæ, & hoc sequitur Dionysius, Cajetanus, Placidus Parmensis.

Sensus mysticus. Mysticè priùs dixi de tonitruo prædicationis Evangelicæ in totius Orbis rota, qui etiam est ἀσαφὲς, inquit Nicephorus, & Euthymius, ideſt, *instabilis, nobilis, inconstans*, & de altero tonitruo interminabilis judicii ultimæ sententiæ, sicut rotæ orbicularis figura caret termino. Sensus primus communis est, & Hieronymi præterea *a*. Hugo tradit secundum, deque illo tonitruo aptè illud usurpat ex Job, * *quum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit magnitudinem tonitrui ejus intueri?* Tertium tradit mysticum sensum Euthymius, quòd *vox* Theologiæ in nobis esse dicatur *instar rotæ*, quæ minima sui quadam parte terram tangit, reliquis à terra sublevatis. Quartò, per *tonitruum* Gregorius *b*, non solùm prædicationem, de qua illud Job *c* explicat, *quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui?* Sed incarnationem quoque intelligit, seu incarnatum Dominum, qui ex antiquorum Patrum conveniente Prophetia, ad notitiam nostram, quasi ex nubium concursione prolatus est, & inter nos visibiliter apparens, ea quæ super nos erant terribiliter solvit; unde & Apostoli de ejus gratia generati, *Boanerges, ideſt, filii tonitrui* vocati *d*. In Commentario crediti Hieronymi quintus innuitur sensus; de vocatione Patris; qua Filio illustre dedit in transfiguratione testimonium *e*. Favet Gaudentius Brixiensis *f*, notans celebratas *nuptias in Cana Galilææ* g, designare conversionem volubilium Gentium rotæ instar, per *vocem tonitrui tui in rota* currente, ideſt, dicti testimonii, eaque de causa *filios tonitrui* cognominatos Apostolos. Idem *h*, *vocem* hanc interpretatur, fuisse illam qua pater *i filium suum dilectum* declaravit: *in quo bene complaceret sibi: & quem audiri vellet:* ut *rotam* autem esse, quia celeriter velociterque currens penetravit & multos convertit. Sextus apud eumdem auctorem commentarii, *vocem*, ac sermonem Domini esse in viro sancto, qui tamquam rota cogitat quidem necessariò aliqua de terrenis, sed victu ac vestitu contentus *k*, terramque solo tangens puncto, & præteriens, ad altiora festinans revolvitur. Confirmat verbis Zachariæ *l*, quòd *lapides sancti volvuntur* (in editione nostra *elevabuntur*) *super terram*.

Allegoria. Valentia septimo loco persequens allegoriam totius hujus loci, ut quando aquæ baptismales viderunt Christum, timuerint diaboli, & abyssi infernales turbatæ sint, quia deletum est peccatum, fugataque diabolica potestas. Item, ut *aquæ timuerint*, super quas Christus idem pedibus siccis ambulavit, & quibus una cum ventis imperavit, Petrum liberans de pelagi profundo: ad hæc, ut *multitudo sonitus aquarum* extiterit, ideſt, populorum conversorum confessio ad vocem prædicatorum, tamquam nubium, & ad pia vulnera divini verbi sagittarum: vult *vocem tonitrui in rota*, esse dictam prædicationem per mundum totum percurrentem in rota, seu in curru, & quadriga Evangelica, quam quatuor Evangelistæ ducunt. Hoc ex Hieronymo explanante Ezechielem *m* sumtum videtur, ubi rotam ab illo visam Propheta, ideſt, rotas plures, *juxta animalia habentia quatuor facies n*, docet esse Evangelia quatuor, ac mundum in brevi tempore completum sermone Apostolico, & rotam in rota, eadem Evangelia sibi cohærentia, quorum cursus, & statura tendit ad cœlum, paullulumque quid attingit in terram, & semper properans ad excelsa festinat. Citat quoque Zachariam *o*, quem proferebat is, quem ferunt Commentarii psalmorum sub nomine Hieronymi, hocque ipsum putare se scribit significare, quod hoc psalmo canitur, *vox tonitrui tui in rota*: & quod est apud Jacobum *p quæ inflammat rotam nativitatis*. Quod ultimum non video quàm aptè proposito quadret. Idem adhuc non obscurè priorem sensum sextum assignat, iterum explanans Ezechielis *q* verba, *& circulos in auribus tuis*: ait, *in auribus habere circulos*, *& rotulas* diminutivè, quæ humanæ conveniunt fragilitati, qui *cum detractoribus commiscentur r*, non *rotas*, quæ sequuntur Cherubin, quod Angelicarum fortitudinum est. Tum prolati psalmi præsentis loco, subdit, in his, qui terrena pertranseunt, & vix modicis vestigiis contingunt terram, de quibus scriptum est *s*, *lapides sancti volvuntur super terram*, *vocem tonitrui Domini*, & excelsorum dogmatum per-

a epist. 127. mansione prima. * 16. 14.

b 29. mor. c. 13. vel 26. c 38. 25.

d Matt. 5. 27.

e Matth. 27. 5.

f ser. 9.

g Joan. 2. 1.

h tract. 3. i Mat. 17. 5.

k 1. Tim. 6. 8

l c. 9. 15.

m in cap. 1.

n Ezech. 1. 5.

o cap. 9. 16.

p cap. 3. 6.

q cap. 16. 12.

r Pro. 24. 21.

s Zach. 9. 16.

A sonare: qui autem erroribus ducuntur humanis, & non habent solida vestigia, sed *circumferuntur omni vento doctrinæ t*, & ejecti de paradiso firmitatis, habitant *in regione Naid u*. (Sic secundum LXX. *vaïd*, juxta editionem verò nostram *profugis*) quæ interpretatur *fluctuatio* (id etiam approbat Clemens Alexan. *x*) mereri linguæ mendacis ferre sententiam, *quæ inflammat rotam nativitatis nostræ y*. Potest distinctionis causa numerari, velut sicut sensus octavus Athanasii *z*, *Tonitru* baptismum esse, & ab hoc denominatos quidem propriè duos Apostolos *a*, ceteris tamen id etiam nomen convenire, ob sublimem fidei, baptimique prædicationem, qua nihil sublimius, *rota* designari hujus vitæ circulum (& hoc docet quoque Olympiodorus, ac nos ipsi in Ecclesiasten *b*) *fulgura* seu *coruscationes*, de quibus hìc paullo post, sanctos Apostolos, qui *vocem tonitru* Orbi terrarum patefecerunt, & audierunt *c vos estis lux mundi*: commotam ab hoc tonitru terram ad culturam, & Gentes collustratione siderum, ab ignorantia, ad DEI cognitionem traductas. Recenseat etiam aliquis per me quidem, novum sensum, id quod Auctor operis imperfecti *d* disputat de mola, qui est lapis conterens triticum alio supposito lapide, dicitque esse verbum Dei, quo molitur quis, ideſt, catechizatur, cogiturque deponere corticem & furfures, veteris hominis inutiles, ac insuaves, ut fiat pura medulla, & similago digna sacrificio. Haud multum distat quod recentior *e* nonnulli distinguunt de duplici rota, & haberi sensus decimus potest: superiore quod sit cœlum: & inferiore, quæ sit vita nostra, ita ut, quod in horologio contingit, in quo altior inferiorem ligat, ac tenet rota, pendeat cursus rotæ vitæ nostræ à cursu rotæ cœli, & *vox tonitrui Domini*, hoc est, imperium, quo regit omnia, feratur in inferiorem rotam nostram, per illam superiorem. Accedat sensus undecimus accommodatitius ex Ambr. *f* & potest non minùs aptè ad Catharinam mart. transferri. Differens de Machabæorum mart. quarto, quem jussit tyrannus vinciri ad rotam *g*, ut ejus vertigine membris omnibus solveretur, induceit illum quum torqueretur immaniter, sic loquentem. Dissolvis corporis membra, sed adjungis gratiam passioni, nec eripis solatium morti. Tum etiam subsit quasi ejusdem verba. Est enim *vox tonitrui in rota*, quia in bono, & inoffenso vitæ istius cursu cœleste resultat oraculum, sicut in Joanne & Jacobo *filiis tonitrui h* resultabat. Adjicit præterea dixisse, se quòd legisse rotam intra rotam currere *i*, nec impediri, tunc manifestiùs recognoscere, quia teres vita sine ulla offensione in quavis passione versatur, & intra hanc quoque rota currit: præterea currit lex intra gratiam, & observantia legis intra divinum curriculum misericordiæ est, quo magis enim volvitur, plus probari: potius esse hic ab impiis adversa tolerare, ut ibi à Domino consolationem invenire possimus. At unde Ambros. probet rotæ tormentum, non video. Nam βασανίζεσθαι generale verbum est probationi omni ac torturæ: ex quo tamen verbo Serarius *k* noster putat id Ambros. collegisse, deque trochlea intellexisse, quam describit Baronius *l*. Aliud verbum αἰκίζειν verbera, & flagella potius pertinet. Torquendi denique Latinum verbum, etsi de tormento per circumactionem rotæ, alteriusve modi dici possit, tamen magis generalem usum habet. Necverò Josephus, sive Flavius, sive Gorionides in rota ullum de Machabæis tortum, & circumactum prodidit. Duodecimum potsumus sensum *m* quarto, sexto, septimo similem adjicere, ut *vox tonitrui* divini *in rota* sit, quem vocat Ezechiel *n spiritum vitæ in rotis*, & hic spiritus voxque designent mysticam intelligentiam, sensumque spiritualem scripturarum. Suppeditat etiam decimo tertio *o* loco physiologia *tonitrui* tropologiam vocationis, & conversionis peccatorum. Nam gignitur tonitru ex compressione, ac impulsu siccarum calidarumque exhalationem, ab humida frigidaque materia, quum simul coactæ & compugnantes circumflexè feruntur, ac volitant, tuncque in ipsa collisione coruscationes apparent strepitus ingens exauditur, fulmina prodeunt, quæ cuncta dejiciunt, terræmotus etiam excitantur, copiosique decidunt imbres. Ad eumdem modum divini in verbi peccatoris in animo inter affectiones terrenas, & carnales constituto, cœlestium continuò rerum desideri-

t Eph. 4. 14.

u Gen. 4. 1.

x 2. Strom. c. 5.

y Jer. 3. 6.

z Dial. 3. de Trinit.

a Mar. 3. 17.

b in c. 12. 6. Matth. 5. 12.

d Hom. 50. in Matth.

e Oserius ro. 5. concio ser. 5. post Dom. 3. Quadr.

f ac] Jacob & vita beata lib. 2. c. 11.

g 2. Mach. 7. 12. 14.

Sensus accommodatitius.

Βασανίζεσθαι, K in 2. Mac. l in notis Martyr. 7. Die.

Αἰκίζειν

m Ascanius Martinona indicat. Glos. in Gen. pag. 1210. & 1211.

n c. 1. 20.

o idem indicat.

rium exoritur, quo per afflatum Spiritum S. validè eliduntur atque disiliunt priores illæ crassæ affectiones, tùm verò coruscatio emicat cognitionis sui ipsius, terror præterea novissimorum ac dolor, quasi fulgur subit, & penetrat: postremò ipsi sanctæ ardor de consequenda venia concipitur, contritio animi vires omnes commovet, lacrymæ compunctionis & devotionis profluunt. Tam varium quandoque proferimus mysticum præsertim sensum ex Patribus collectum, ut ingentes lector Scripturarum agnoscat & amet opes, & in earumdem studium, atque illius, qui condidit illas, amorem vehementius accendatur.

Illuxerunt coruscationes tuæ Orbi terræ.) Hieronymus, *apparuerunt fulgura Orbi.* Alii, *illustraverunt* הארין *harru.* Quidam, *alluxerunt.* Augustinus, *apparuerunt fulgura tua*, Pronomen Hebraicè deest. In Reges Chanaan ignes ejaculatum Deum quidam quidem hìc significari putant, quibus non repugnat Genebrardus, quasi hoc in libro Josue tradatur *a*. At ibi de solis lapidibus grandinis mentio expressa est, quamvis non raro fulgurum & coruscationum ignes cum grandine prodeant. Josephus *b* narrat, ubi universus Ægyptiorum exercitus mare intrasset, idque rursus effusum ac refluum, cum procella descendens illos deprehendisset, imbres quoque ac ingentia tonitrua flammis coruscantibus crebrisque fulminibus edita esse. In Illyrico Psalterio, *celluxerunt coruscationes tuæ in viridem*, innuit forsitan cum grandine demissa tonitrua, & discurrentia fulgura super Ægypti terram, quibus *percussa cuncta herba agri, omneque lignum regionis* c. Orbem porrò terræ, cui coruscationes illuxerunt, intelligit Propheta *habitabilem*, οἰκουμένην, nec universum, sed longius ac latius per magnum spatium. Græci & Lyranus videntur figuratè interpretari de celebritate prodigiorum in mari rubro editorum, & non de luminibus, & ignibus, qua similitudine utitur Christus ad ostendendam adventus sui secundum manifestationem *d*. Sed nihil vetat de istis quoque concedere.

a c. 10. 11.

b 2. Antiq. c. 9 ult.

c Exod. 9. 23. 24. 25.

d Matt. 24. 27.

De mystico sensu satis multa superius. Ei qui est de fulguribus sive fulgoribus divinæ prædicationis, & exorientis Solis justitiæ, atque gratiæ in mentibus hominum, favet Ambrosius *e*, aut Prosper *f*, nam idem extat apud utrumque de vocatione Gentium opus, licèt non eodem modo distinctum. Tritus etiam sensus est de coruscantibus, tùm exemplis, tùm miraculis. Hæc verò in ista demum vita coruscationis tantùm rationem habent, priusquam intelligantur, effugientia, & instar fulguris oculorum acrem perstringentia, ut ait Nazianzenus *g*.

Sensus mysticus.

e 2. de voca. Gent. c. 1.

f 2. de voca. Gent. c. 4.

g Orat. 2. in Pascha.

Commota est & contremuit terra.) Hieronymus, *concussa est, & commota est terra.* Augustinus *commota est, & contremebunda facta est terra.* In Romano Psalterio, *vidit, & commota est terra.* Hoc non est istius, sed 96. *h* Psalmi *illuxerunt*, aliàs, *alluxerunt fulgura ejus Orbi terræ, vidit, & commota est terra.* Videtur ita quoque legisse Isidorus *i* præsentem locum, *respexit, & commota est, & contremuit terra.* Vel confudit duorum Psalmorum loca, sicut profectò fecit Athanasius *k*, citans eadem modo ista simul cum prioribus de voce tonitrui in rota. Hic autem vertit Psalterium Illyricum, *statim intumuit, & concussa fuit terra*, videlicet, ascendentibus, ac vim ad exeundum facientibus exhalationibus intumescit terra. Dixi priùs videri probabile terræmotum reipla contigisse tunc in mari rubro, nec vel existimatum dumtaxat, propter vagorem fulminum ac tonitruorum, vel commotionem ac tremorem, seu pavorem hominum, figurato sermone appellari terræmotum, qui dicendi tamen modus satis communis est Enarratoribus præsentis loci, atque Isidoro, quem citavi, & mystico sensui proximus est, de quo dictum priùs. Gregorius *l*, verba Job *m*, *qui commovet terram de loco suo, & columnæ ejus concutiuntur*, de Judæis à suis sedibus in captivitatem avulsis, quia subdi Auctori recusaverunt declaravit, cum Sacerdotibus, Principibus, legis Doctoribus, Pharisæis.

h *vers.* 4.

i 2. *sent.* c. 11.

k *dial.* 3. *de Trinit.*

l 9. *Mor.* c. 2. *vel* 3.

m c. 9. 6.

Vers. 20.) In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.

Sensus loci.

DEinceps exponit modum, quo Deus populum suum per mare rubrum, tùm etiam per desertum deduxerit, postquam demersis in dicto mari Ægyptiis, egit. Ait ergo per invium gradiendo mare, ante populum suum, Deum ambulasse ac sibi semitas in copiosis aquis delegisse, nec tamen vestigia quæ impressisset ipse in nuda aquis arena, seu quem per eam ductabat populus Hebræus, cognosci postea potuisse ab Ægyptiis, quos conantes per eadem ingredi & procedere, conjunctæ mox & unitæ aquæ oppresserunt, atque suffocaverunt.

Sensus mysticus.

Non difficile, præsertim ex pridem dictis, cognoscere vestigia mystici sensus de via quam Christus inivit in hoc mari magno & spatioso, manibus, idest, in hoc mundo notam faciendo in universa terra, saltem per suos Prædicatores, *viam suam, in omnibus gentibus salutare suum* n, ita ut non *in sancto* tantum, quod antea *o* dictum est in ipso Psalmo, sed etiam *in mari, & aquis multis*, hoc est, tum in Judæo populo, qui sanctitatem profitebatur, tum in Gentili erroribus merso, innotescere veritatis ac religionis viam voluerit, sed vestigia non cognoscant, qui veniisse adhuc Christum non credunt, & reipla quoque super mare ambulavisse *p*, maximè verò Judæi, de quibus versu sequenti. Euthymius & Nicephorus cum Latinis hac in re concordant, atque quòd hìc indicetur ambulantis supra mare Christi miraculum. Quod Cyrillus Jerosolymitanus *q* disertè hinc probat: addit Euthymius ejusdem Christi actiones in hoc vitæ nostræ mari, quæ est incerta, inæqualis, amara, variis afflictionum & calamitatum fluctibus agitata, significari, sed vitæ, conversationis, ipsius incarnationis vestigia, modos, rationes, esse incomprehensibiles. Posset id illustrari responso Joannis, qui se negabat *dignum solvere corrigiam calceamentorum Christi* r, quo scilicet iter conficitur, nempe Incarnationis mysterium. Ad idem propositum de occultato mysterio Incarnationis, usurpat Chrysost. *s* hunc locum, nec non & alios locos, in quibus circumdatus legitur nube, & caligine. Eunomius autem inquit ille, divinitatis generationem investigare audet. Oportuit in hoc mare amarum, & mortuum, fontem aquæ vivæ, ut Ezechiel vidit *t* descendere, ad sanandas illius aquas. Sed & in mari pœnitentis via Christi est, vel humilitatis, vel charitatis, quam vocat Apostolus *u viam excellentiorem*: semitæ interdum consiliorum: vestigia bonorum exemplorum. Nec sanè minùs ignota vestigia Dei per quæ spiritualiter deducit unumquemque, ut procellosum incolumis evadat præsentis mare vitæ, quàm per quæ populum quondam suum in mari rubro progredientem ab aquis & hostibus liberavit, ut ex Gilberto (fortè Porretano) Ayguanus observat. Hoc reperio apud Bernardum *x*, explanantem de Christo super mare ambulante visibiliter, invisibiliter verò corda tumentia superborum conculcante, fluxa desideria carnalium comprimente, justificante impios, superbos humiliante; quod carnalis non sentit, à quo fit ut ideo dicantur vestigia illius ab eo non cognosci: & hac de causa oportuerit, ut corporalibus pedibus Christi corporaliter incubans, & corporalibus labiis pedes eosdem deosculans, veniam peccatorum peccatrix perciperet *y*, sicque illa *mutatio dextera Excelsi* (de qua in hoc Psalmo priùs egimus *z*) qua mirabiliter, sed invisibiliter justificat Christus impium, etiam carnalibus innotesceret. Idem Bernardus *a* modestè de visitationibus Verbi sponsi sibi factis, occulto tamen modo differens, ait nescisse se vestigia illius. Eget locus totus attenta lectione, & consideratione. Citat ex Joanne *b*, *nescis unde venit, aut quo vadat*, cui similis in Job sententia *c*, *si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam*. Omnis ex creaturis de DEO cognitio haberi per vestigia dicitur, quia confusa est, & obscura. Legendus Magister *d*, & B. Thomas *e*, & Bessario *f*, & quod est in Job *g*, *forsitan vestigia DEI comprehendes & usque ad perfectum omnipotentem reperies?* & in Cantico Canticorum *h*: *Si ignoras te, egredere*, seu *abi, post vestigia gregum tuorum*. Cyrill. *i* Alexandrinus incomprehensibilitatem divinitatis inter alia probat hujus Psalmi testi-

n *Psal.* 66. 3.

o *vers.* 14.

p Mat. 14. 25.

q Catech. 8

r Joan. 1. 19.

s hom. in Psal. 96.

t c. 47. 8.

u 1. Cor. 12. ult.

x ser. 6. in Cant.

y Luc. 7. 37. & seq.

z *vers.* 11.

a Ser. 74. in Cant.

b Joan. 3. 8.

c c. 9. 11.

d 1. d. 3.

e 1. p. q. 3. a. 5. q. 45. a. 7.

f 3. in calum. Plato c. 15. & 16.

g c. 11. 7.

h c. 1. 8.

i 9. de ador. in spiritu. Divinitatis incomprehensibilitas inter alia, hujus Psalmi testimonio probata.

testimonio, tùm ex velantibus seipsos vel etiam Deum, Seraphim *a*, etsi fortassis fallitur memoria, dum etymon quod est *Cherubin*, illis tribuit, nempe *scientiæ plenitudinem*. Tum subdit, vocans hoc sapiens carmen nostrum, sicut in aquis videre vestigium, aut hominis, aut navis, aut innatantium bellvarum nemo potest, sic neminem divinas & ineffabiles vias aspicere posse. Deinde potest locus accipi de prædicatione, quæ perventura esset ad insulas per mare ac flumina, nec vestigia cognoscerentur, idest, admirabilis ac pœnè invisibilis valdèque occultui modus, quo prædicationi aditum DEUS, progressum & successum facturus esset. Adhæc, *in mari viam* DEI esse, *semitasque in aquis multis*, idem censeri secundùm tropologiam potest, quod esse cum justo *in tribulatione* b & *prope iis qui tribulato sunt corde* c, & petunt liberari *de aquis* d *multis*: *vestigia* tamen hæc *non cognosci* passim à vulgo, qui nonnisi viam latam & lætam ingredi vult, non arctam, *angustam* e, & angustiarum ac *tribulationum*, *quæ multæ sunt justorum* f, *& per quas multas oportet ingredi in regnum cœlorum* g, *sed non sunt*, ait DEUS, *via mea via vestra* h. Præterea *via DEI*, seu Christi præceptorum *in mari* est, ac *semita in aquis multis* sæcularium, sed vestigia consiliorum à paucissimis cognoscuntur, terunturve. Vel in mari pœnitentiæ, ait Hugo, via pœnitentiæ amara est; semitæ, in consiliorum, in aquis tribulationum multis, vestigia paopertatis, vilitatis, & similium rerum à paucis cognoscuntur, approbantur, ineuntur, qui DEO etiam dicunt, *recede à nobis, scientiarum viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, ut serviamus ei* i? item *in mari via & semitæ in aquis*, ubi nulla sunt vestigia, nulli vici, nulli viales tituli, hoc est, in difficillimis mysteriis, aut negotiis DEUS ipse est loco signorum cœlestium, ad quæ navigantes respiciunt, & iter dirigunt. Hoc est, oculos levare ad DEUM, in montes, in cœlum, unde auxilium, & consilium, quumque *ignores quid agere debeas*, *hoc tibi restare cognoscis, ut oculos tuos ad DEUM dirigas* k. Tandem *mare amarum* designat. Hugo innuit, pœnitentes, activæque deditos vitæ, in quibus via DEI duplex misericordiæ, ac veritatis: *aquæ* aliæ *dulces* contemplationi vacantes, & incedentes per semitas consiliorum strictas, mundas, latentes, compendiosas, ita tamen, ut vestigia, hoc est, præsentiam DEI certo non cognoscant. Licet hunc quoque locum ex quadam similitudine transferre ad insignia quædam in mari, & aquis beneficia DEI, maximè circa vecturam, vel enarrationem, vel quid simile illi periculo, quo CHRISTUS naufragantes liberavit. Exemplo potest esse navis absque remis ac velis, qua Lazarus, Martha, Magdalena, Maximinus, Marcella, Massiliam advecti sunt *l*: parata, divinitus navis, in qua mortui Jacobi Majoris corpus imposuerunt discipuli, felicique navigatione ad Iriæ portum appulsi cecinerunt, quod est in hoc Psalmo. *In mari via tua* (sic enim quidam legunt, ut dicam) *& semitæ tuæ in aquis multis* *m*: ædicula marmorea in templi formam, & intus arca lapidea, ubi Clementis corpus conditum erat, juxtaque illud anchora, qua inertius fuerat, inventa in mari *n*: Victoris senis à CHRISTO ipso dum naufragaret, deducti in portum, suavis & mirabilis narratio apud Paulinum *o*.

In mari via tua.) Addit Paraphrastes *Suph*, nomen maris rubri. Supplet August. verbum substantivum, *est via tua*. In Illyrico Psalterio pluraliter, *viæ tuæ* sicut & in textu Græco; αἱ ὁδοί σου, & in epistola Leonis III. de translatione corporis Jacobi Apostoli. Dicitur *via viæve* DEI, quia tamquam dux præcedebat in columna nubis, & ignis; & quia stravit, seu paravit viam suis, ut mare rubrum sicco vestigio transirent. Sic scribit Esaias *p* quòd *dedit Dominus in mari viam, & in aquis torrentibus semitam*, & Abacuc *q*, quòd *viam fecit in mari equis suis, in luto aquarum multarum*.

Figuratè sumitur aliquando *mare*, ac *aquæ multæ* copiosa hostium multitudo, ut apud Esa. *r*, *Væ multitudo populorum, ut multitudo maris sonantis & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum*. Elegans porrò antithesis in Abacuc, equorum Dei adversus currus atque equos Ægyptiorum. Itaque hìc etiam *via* DEI potest intelligi, quam sibimet fecerit, populoque suo, dissipando aquas, ac denuo cogendo, ut populus ejus transiret, Ægyptii submergerentur, & incensus quasi iræ ignis eorum extingueretur, ut innuit Esaias *s*, dicens hos *contritos quasi linum, & extinctos*.

Et semitæ tuæ in aquis multis.) Synon. sunt hæc prioribus, & *aquæ multæ* non differunt hoc loco *à mari*, quum *aquarum congregationes* appellarit DEUS *maria* t.

Et vestigia tua non cognoscentur;) Hieronymus in præterito, *non sunt agnita* לא נודעו *lo nodahhu* Nihil refert hæc permutatio temporum, ut sæpe moneo. Possis etiam pro *vestigiis*, reddere *semitas* עקבות *hhikkevoth*. Sensum docui esse, simul ac Hebræi mare transierunt, quum Pharao insequeretur, rediisse aquas in locum suum, nec licuisse iisdem vestigiis, quæ fugientes impresserant, insistere, atque persequi. Opportunè Trevetus, quod mihi etiam priùs occurrerat, observavit, nihilominus vestigia curruum Ægyptiorum, seu tractus, & orbitas in mari remansisse. Citat Orosium *u*, cui Turonensem *x* adde,

Docui antè, quàm sint *investigabiles viæ Domini* *y*. Mysticus tamen hic dumtaxat sensus est, non impediens receptam de cognitione DEI doctrinam per vestigia creaturarum, ut notavit quoque diligens, & eruditus Cantici Canticorum Interpres Ludovicus Sotomajor *z* Ordinis Prædicatorum, cui nostra probari, quòd audio, non parvi equidem facio. Parva nubecula *quasi vestigium hominis ascendens de mari*, portendit sub Elia pluviam grandem, & aquas multas *a*. Sic vestigium apparuit in aquis, quod mysticè designabat Christum novissimum virorum, & veluti infimum vestigium creaturarum, à quo prodiit copia tanta bonorum, & quum ipsemet hìc vixit, & postea per prædicatores, qui & *nubes* roridæ *volaverunt* orbe toto *b*.

Vers. 21.) Deduxisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi & Aaron.

NOn solùm per mare rubrum tam admirabili illa ratione, de qua dictum est priore versu, patefactam populo canit viam, Deo duce, sed etiam vicariis ducibus Moyse & Aarone, per desertum adeo multis annis deductum pastoritia quadam cura perinde ac si oves essent imbelles, ac alienæ opis plurimum indigentes. Cecinit Moyses ipse *c* *ducem* Deum *fuisse in misericordia sua populo, quem redemerat, & portasse eum in fortitudine sua ad habitaculum sanctum suum*, nimirum terræ promissæ, quæ etiam *sancta* nominari solet. Nec sanè ferè minùs ignotæ viæ per Arabiam desertam, per quam traduxit quoque populum Deus *d*; ita ut hodieque Genebrardo *e* teste quadrantibus nauticis viatores utantur, quasi in medio Oceano, cunctaque ad dictum necessaria deferant. Elegantissimè describit Esaias *f* hanc liberationem, *ubi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? ubi est, qui posuit in medio ejus spiritum sancti sui?* (ventum, quo mare siccatum est; vel angelum, vel instinctum divinum in Moyse, & Aarone regentibus populum.) *Qui eduxit ad dexteram Moysem brachio majestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens: spiritus Domini ductor ejus fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.*

Deduxisti sicut oves populum tuum.) Hieronymus, *quasi Regem*. Propriè πρόβατα *oves* sunt; צאן *tson* collectivè tùm de *ovibus* dicitur, tùm de *minutorum* aliorum *animalium gregè*, ut aliàs dixi. Sed & alibi demonstravi causas, propter quas Dei populus comparari soleat cum ovibus. Similis in psalmis aliis *g* sententia, *Qui deducis velut ovem Joseph. Deduxisti nos tamquam oves. Posuit sicut oves familias*. Ex hac deductione, prout ab Esaia, quem citavi, proditur, colligit Athanasius *h*, quoniam ille nominat *Spiritum sanctum*, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, hujus deductionis auctorem, Spiritum sanctum non esse creaturam. Ostendit præterea *i* esse ὁδηγητικὴν *viæ ducem*, & propterea etiam Deum esse; quia eodem pacto id affirmatur de ipso, quod de DEO; quorum autem eadem est operatio, eadem quoque est natura, & deductio non est ad

---

a Esa. 6. 2.

Tropologia
b Ps. 90. 15.
c Ps. 33. 19.
d Ps. 145. 7.

e Matth. 7. 13. 14.
f de 13. 19.
g Act. 14. 22.
h Esa. 55. 8.

i Job. 21. 14.

k 1. Par. 22. 11.

Navis absq; remis & velis, Lazarū, Martham & alios miraculose Massiliam advehens, & similia exempla,
l vit. Magd.
m Leo Pap. III. Ep. de translatione S. Jacobi Apost.
n Acta Clementis.
o Epist ad Macarium.

p c. 43. 16.
q c. 3. 15.

r c. 17. 12.

s c. 43. 17.

t Gen. 1. 2

u l. 1. c. 10.
x 1. histor. Franc. c. 10.
Sensus mysticus.
y Rom. 11. 33
z in Cant. c. 2

a 3. Reg. 18. 44. 45.

b Esa. 60. 8.

Sensus loci.

c Exod. 15. 13

d Ps. 135. 16.
e Ibidem.

f c. 63. 11. 12. 13. 14.

Πρόβατα,

g Psal. 79. 2. Ps. 43. 11. Ps. 106. 41.
h ad Serapio. Spiritum S. non esse creaturam.
i dial. 1. cont. Maced.

alium à DEO diversum. Fateor tamen in argumento necessariam omnino vim non esse.

In manu Moysi & Aaron.) Frequens formula, ut *in manu* sit idem, atque per manum, ministerium, directionem, gubernationem, &c. Potuit, sicut Moysi, ita nomen aliud fratris in obliquo casu declinatum poni. Hoc numquam, illuc persæpe sic positum in Scripturis reperi. Nec multum referre arbitror scire qua de caussa id factum sit. Unus, quod sciam, Athanasius legit *a*, ἐν χειρὶ Μωϋσῆ, καὶ ἐν βραχίονι Ἀαρών, *in manu Moysi, & in brachio Aaron*,

a *supra*.

Celeberrimi hi duo fratres populi Hebræi Duces, de quibus in explanatione Capitis 7. Actuum Apostolorum non pauca disputavi. Aaron major Mose tribus annis *b*, medius inter Mariam & illum, datus est Moysi à Deo socius, ad educendum de Ægypto populum, utque quoniam eloquens erat, os Moysis esset, ac pro eo loqueretur *c*, tamquam Propheta, seu Interpres ipsius *d*: virga intulit plagas Ægyptiis *e*: & quamvis aliquarum disertè auctor dicatur, quarumdam Moses, nonnullarum Deus, qui Princeps omnium caussa erat; nihilominus Exodi extremo capite undecimo scribitur; *Moysen & Aaron fecisse omnia ostenta coram Pharaone*. Præterea designatus est ordinarius Summus Sacerdos *f* ritêque consecratus, etiam prærogativum dignitatis ejusdem haberet, & munia interdum illius exerceret Moyses, ut alibi videbimus *g*. Deinde *stans inter mortuos, & viventes cum thuribulo pro populo deprecatus est, & cessavit plaga* h, de qua re dixi in Commentario libri Sapientiæ *i*. Ad hæc virga illius germinavit turgentibus gemmis, ac erumpentibus in flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt K. Tandem aliquo modo peccavit, & fingens populo vitulum *l*, & *incredulus ori DEI ad aquas contradictionis* m. De priore autem peccato in Actuum Apostolorum enarratione *n* disserui. Utrique fratri tribuitur hoc loco munus deducendi, ac regendi populum, quia Moyses id præsertim civiliter faciebat, Aaron per se, ac propriè tamquam sacris præfectus. Utrumque conjungit iterum in alio Psal. *o* David; *Misit Moysen servum suum, Aaron quem elegit ipsum: posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham*. Exprobrans item Deus ingrato populo beneficia, tùm verò eductionem de Ægypto, adjungens fratribus istis Mariam sororem, ait *p*, *eduxit te de terra Ægypti, & de domo servientium liberavi te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam*. Paraphrastes apud Michæam tres Prophetas appellat, & Moysen quidem missum, ut doceret judiciorum traditionem: Aaron, ut expiaret populum: Mariam, ut instrueret mulieres.

b *Exod.* 7. 7.

c *Exod.* 4. 13 & 15. 21. 27. *& seq.*

d *cap.* 7.

e *ibid. & seq.*

f *Exod.* 28. *toto Eccl.* 45. 7. *seq.*

g Ps. 98. 6.

h *Num.* 16. 48. *& seq. Sap.* 18. 22.

i *in c.* 18.

K *Num.* 17. 7. 8.

l *Exod.* 32. 1. *& seq.*

m *Num.* 20. 24.

n *in c.* 7. 40. 41.

o Ps. 104. 26. 29. t

p *Mich.* 6. 8.

Mystice in hoc Psalmo nostro, & in Michæa Moyses, & Aaron designant eumdem Christum Ducem simul seu Regem, & Pontificem: in illo autem Propheta, Maria illa, CHRISTI matrem Mariam, nostram simul matrem, instructricem, doctricem, magistram, consolatricem in hoc deserto, & lacrymarum valle. Nec desunt inter nos, qui pro Mose sint & Aarone magistri fidei & morum, atque Sacerdotes, & Episcopi sub uno hierarcha: & Mariæ sororis Mosis loco inferiores ministri possunt intelligi. Est item Moyses, lex spiritualis: Aaron, Sacerdotium: Maria, vaticinium prophetarum, ut interpretatur Hieronymus. Moyses item ex aquis extractus, & aquaticus, potest, ut ait Hugo, designare humiles, & activæ vitæ vacantes: Aaron, montanum significans, contemplativos. Præterea in Mose baptismus denotatur, quia de aquis, ut dixi, eductus est, per aquas populum deduxit; de petra extraxit aquas: Aaron præfiguravit Christum Pontificem nostrum, mediatorem inter Mosen, & Pharaonem, inter mortuos, & viventes. Aaroni etiam, & Hur commendati sumus, id CHRISTO, & Spiritui sancto, si qua quæstio nobis nascatur: sicut Aaron uxorem de Tribu Juda sumens *q*, regiam sacerdotali dignitatem copulavit; ita CHRISTUS utraque prædituss fuit. Sic Ayguanus, pluraque Petrus Berchorius in Dictionario, & Joannes Montolonus in Promptuario Juris divini, & humani. Is porrò quem vocant Hieronymum, in commentario Psalmi egregiè demonstrat, quo pacto Josue, mortuis Mose, & Aaron, perducens populum in terram promissionis, præfiguraverit Jesum Christum; & hi, qui sunt ingressi, diversi ab egressis ex Ægypto, & in deserto mortuis, populum Christianum; qui secundò circumcisus est, spirituali nimirum circumcisione. Reliquam anthitheſim Josue & JESU Hebræorum & Christianorum, apud eumdem lege.

Sensus mysticus.

Aaron Christus Pontificis præfiguratio,

q *Exod.* 6. 23. 25.

PSALMUS
SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS.

1 Intellectus Asaph.

A Tendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

2 Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

3 Quanta audivimus & cognovimus ea: & patres nostri narraverunt nobis.

4 Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus & mirabilia ejus, quæ fecit.

5 Et suscitavit testimonium in Jacob: & legem posuit in Israel.

Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis: 6 ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascentur, & exsurgent, & narrabunt filiis suis.

7 Ut ponant in DEO spem suam, & non obliviscantur operum DEI: & mandata ejus exquirant.

8 Ne fiant sicut patres eorum: generatio prava & exasperans.

Generatio: quæ non direxit cor suum: & non est creditus cum DEO spiritus ejus.

9 Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: conversi sunt in die belli.

10 Non custodierunt testamentum DEI: & in lege ejus noluerunt ambulare.

11 Et obliti sunt benefactorum ejus: & mirabilium ejus quæ ostendit eis.

12 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.

13 Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in utre.

14 Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

15 Interrupit petram in eremo: & adaquavit eos velut in abyssо multa.

16 Et eduxit aquam de petra: & eduxit tamquam flumina aquas.

17 Et appolue unt adhuc peccare ei: in iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.

18 Et tentaverunt DEUM in cordibus suis: ut peterent escas animabus suis.

19 Et malè locuti sunt de DEO: dixerunt: Numquid poterit DEUS parare mensam in deserto.

20 Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.

Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

21 Ideo audivit Dominus, & distulit, & ignis accensus est Jacob, & ira ascendit in Israel.

22 Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus.

23 Et

23 Et mandavit nubibus desuper, & januas cœli A
aperuit.
24 Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.
25 Panem Angelorum manducavit homo: cibaria misit eis in abundantia.
26 Transtulit austrum de cœlo & induxit in virtute sua Africum.
27 Et pluit super eos sicut pulverem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.
28 Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
29 Et manducaverunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis. 30 Non sunt fraudati à desiderio suo.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum:
31 & ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum, & electos Israel im- B
pedivit.
32 In omnibus his peccaverunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus ejus.
33 Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
34 Quum occideret eos, quærebant eum: & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum.
35 Et rememorati sunt quia Deus adjutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
36 Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.
37 Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento ejus.
38 Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos.
Et abundavit ut averteret iram suam, & non C
accendit omnem iram suam.
39 Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.
40 Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in inaquoso?
41 Et conversi sunt, & tentaverunt Deum: & sanctum Israel exacerbaverunt.
42 Non sunt recordati manus ejus, de qua redemit eos de manu tribulantis;
43 Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.
44 Et convertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.
45 Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam & disperdidit eos.
46 Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.
47 Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. D
48 Et tradidit grandini jumenta eorum, & possessionem eorum igni.
49 Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos.
50 Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & jumenta eorum in morte conclusit.
51 Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
52 Et abstulit sicut oves populum suum: & perduxit eos tamquam gregem in deserto.
53 Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
54 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisivit dextera ejus.
Et ejecit à facie eorum Gentes: & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.
55 Et habitare fecit in tabernaculis eorum Tribus Israel.
56 Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum: & testimonia ejus non custodierunt.
57 Et averterunt se, & non servaverunt pactum: quemadmodum Patres eorum conversi sunt in arcum pravum.
58 In iram concitaverunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum provocaverunt.
59 Audivit Deus & sprevit: & ad nihilum redegit valde Israel
60 Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitavit in hominibus.
61 Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
62 Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatem suam sprevit.
63 Juvenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
64 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.
65 Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.
66 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
67 Et repulit tabernaculum Joseph: & Tribum Ephraim non elegit:
68 Sed elegit Tribum Juda, montem Sion quem dilexit.
69 Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.
70 Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium: & de post fetantes accepit eum.
71 Pascere Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam:
72 Et pavit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Intellectus Asaph.

Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Titulus idē cum titulo Psalmi 73.

Titulus idem est cum titulo Psalmi 73. diximusque aliàs de *Asaph* quis esset, nempe Cantorum Præfectus unus, non scriptor Psalmorum, in quorum titulis est: & quid ibi velit, *intellectus*. Eo certè opus ad percipiendum Psalmum istum parabolicum seu problematicum, & in quo statim à principio attentio exigitur.

Argumentum Psalmi.

Argumentum prolixi Psalmi est enumeratio admirabilium Dei operum à populi de Ægypto liberatione, ad id usque tempus, quo David constitutus est Rex; & quàm populus ille malè tantis beneficiis responderit, sæpius DEUM offendendo, atque ad iracundiam provocando, nec pœnis ac flagellis, quæ subinde correctionis causa illi DEUS infligebat, proficiendo. Mystico saltem sensu, quem Spiritus sanctus intendit, conveniunt CHRISTO, quæ in hoc Psalmo *a* de ratione docendi per parabolas dicuntur, quia de eodem citantur à Matthæo *b*: illa etiam, quæ sub finem de regno David, quoniam tùm persona, tùm regnum ipsius,

Mysticus sensus

a vers. 2.
b c. 13. 35.

typus fuit Christi, sic Euthymium & Nicephorum intelligo, scribentes conditum à Davide Psalmum sub Christi persona, sermonem dirigentis ad fideles Christianos. Nonnulli arbitrantur primos versus duos ad litteram de solo Christo esse, ut Dionysius; cetera de populo Hebræo; accommodari tamen posse ad Christianum. Est hoc quidem secundum: primo autem sufficit sensus mysticus. Placet etiam ut affirmemus cum Cassiodoro, Augustino, Remigio, Haimone & aliis, quando David narrat translationem Tabernaculi, Regni, Sacerdotii, quæ contigit populo, propter illius peccata, & ingratitudinem, simul prædicere simili de causa, & quia Messiam seu Christum recepturus non erat, *tollendum ei locum & gentem à Romanis* a, cum Templo, Sacerdotio, Regno, hæc & his similia beneficia transferendo in populum Christianum, Ecclesiamque constantem ex Gentibus præsertim. Favet Augustinus *b*, dum differit ad idem propositum de commutatione Regni & Sacerdotii, sub figura eorum, quæ de Heli narrantur, libro 1. Regum, & à Samuelis matre prædicta sunt *c*.

a Joan. 11, 48

b 17. de civ. c. 4. 5. 6.

c 1. Reg. 2. & 3.

Psalmus hic mysticus dictus, & ejusdem commendatio.

Vocat is qui creditur Hieronymus Psalmum istum mysticum, & Sacramentis plurimis involutum; quamcumque asperis litteram, flores esse; non modò dies, sed & totum mensem ad intelligentiam istius Psalmi non posse sufficere, in singulis verbis sensus esse. Athanasius, ut probet Marcellino conteri Psalmis compendium Scripturarum ceterarum, asserit, quæ sunt Exodi, Numerorum, Deuteronomii, insisto pulchrè decantari, totumque ferè in narratione occupari. Eumdem Psalmum tanti fecit, nescio quis Poeta Græcus, ut hoc ei carmen in Davidis laudem præfixerit, quod multi Codices habent.

In Psalmis ceterarum Scripturarum compendium.

Σίγησον Ὀρφεῦ, βίβλον τὴν λύραν,
Τέρπεις ὁδηγοὺς, δύνομαι γὰρ λίθην ἔτι,
Δαυὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματ' ἐκ κρείττων λύραν,
Τρανεῖ τὰ κρυπτὰ τῷ Θεῷ μυστηρίων·
Πληθὺν παλαιῶν ἱστορεῖ τεραστίων·
Κινεῖ πρὸς ὕμνον τεῖ κρίσαντ' ἐκ τῶν κρίσιν
Ἅπαντας σώζων, μυσταγωγεῖ, καὶ γράφει·
Ἁμαρτάνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει.
Πολλοῖς σὺν ἄλλοις· καὶ κριτὴν δηλοῖ κρίσιν,
Σμήχειν γιδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας.

Quæ sic reddit Jacobus Furnius:

Orpheu sileto, abjicito Mercuri lyram:
Et tu ripas obliterare Delphice.
Nam David ad nos spiritus pulsans lyram,
Mysteriorum operta patefacit Dei,
Miraculorum signat veterum copiam:
Creata scit Creantis in laudem sui,
Præsentat omnes, initians mysteriis;
Labare non sinit, & jam lapsos erigit:
Inter futura aperit judicium Judicis.
Animæ reatum eluere sordentis docet.

Aliter ex Baptista Cicala,

Orpheu jam reticeto, lyram confringito & Hermes,
Tuque tripus sortes Delphice conde tuas:
Nam cytharam David cœlesti pectine pulsans,
Æterni nobis pandit operta Dei;
Plurima & antiqui signat miracula sæcli,
Inque Dei laudem cuncta creata canit:
Imbutos omnes sacris custodit, & auget,
Erigit & lapsos, atque labare vetat;
Judicium referat venturi Judicis idem:
Sordentes animas eluit ab igne docet.

Recitat hæc omnia Nebiensis.

Attendite, &c.) Sententia facilis est; reddit enim attentum lectorem, & auditorem. Dubium, quis loquatur, David, seu Asaph, an synagoga: an Deus, vel Christus, vel Ecclesia. Augustinus, Cassiodorus, Dionysius Deum loquentem faciunt: Beda, Remigius, creditus Hieronymus, Valentia, Eusebius, Athanasius, Euthymius, Nicephorus, & verus Hieronymus in Matthæum *d*, atque in epistola *e* de mansionibus, Christum: Hugo utrumvis: Bruno Carthusianus, & Haimo Ecclesiam, seu mysticam synagogam: ceteri scriptorem Psalmi vel Asaphum, vel Davidem. Ego Davidem loqui puto, rectè tamen attribui Christo, & hac de causa Matthæum *f*, dum recitat parabolas ejus, illis eum usum scripsisse, ut impleretur quod hic habetur sequenti versu, in quo magis id examinabimus. Nec profectò desinunt esse Christiani, ut vel propterea falsò putatus Hieronymus declamat, negans tamen hìc se more Rhetorum declamare, qui non de solo Christo, neque de illo ad litteram locum interpretantur. Satis fit officio Christiano admittere allegoriam de Christo: alioqui non erunt Christiani adeò multi alii sancti Patres, ut nimis acriter Catharinus *g* invehi videatur in Cajetanum, dum, quam in Matthæum sequitur opinionem, eamdem fallam censet, ac periculosam; cui censuræ consentire se significat Sixtus Senensis *h*. Eutebii etiam argumentum non concludit, quòd nec Asaph, nec David essent νομοθέται legislatores, ut dicerent (*legem meam*) & non appellarent *verba oris sui*, quum non sua, sed spiritus verba proferrent. Etenim, sicut acceptam doctrinam Christus dicebat *suam*, & *non suam* i: ita Propheta potuit legem, & verba divinitùs inspirata, & tradita, nominare sua; quemadmodum Psalmo quadragesimo quarto *k* canebat, *eructare se verbum bonum*; & nominabat *linguam suam calamum scribæ velociter scribentis*, videlicet per comparationem ad Deum, quasi dictantem; deinde, nomen *legis* quamlibet doctrinam, ethicam præcipuè, potest significare, ut postea dicemus. Addi poterat pro eadem illa sententia Catharini, argumentum contra Cajetanum, quòd qui loquitur, vocat *Populum suum*. Sed Davidi Regi sic loqui licuit; & præterea blandiendo, ac amorem atque conjunctionem suam declarando, quilibet de populo, ad quem pertineat, eo modo loqui potest, ut *suum populum* nominet. Sic loquitur Jeremias *l*, & alii. Similis præcessit in initio Psalmi 48. ad audiendum provocatio; ut notant Basilius, vel Theodoretus, *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem: quique terrigenæ*, &c. Concedo Paterio *m*, stantem quotidie lectorem in Ecclesia multa recitare tamquam suo nomine, quæ tamen non illi, sed quandoque conveniant etiam soli Deo, ut, *ego sum Deus Abraham, DEUS Isaac, Deus Jacob*, nec propterea veritatis regulam deserere, quia cui ministerium lectionis exhibet, ejus domini voce prætendit: admitto item Scriptores sacri eloquii, quia repleti sancto Spiritu super se trahuntur, quasi extra semetipsos fieri, & sic de se sententias, quasi de aliis proferre; at nihil obstare, quo minus ipsemet Psalmi scriptor intelligatur hoc loco *n* loqui, antea demonstravi.

d in c. 12. c tom. 3. in prine. Epist.

f cap 13. 3.

g l. 2. annot. cont. Cajet.

h 6. ibid. annot. 61.

i Joan. 7. 16.

k vers. 2.

l cap. 4. 11.

m in Ps. 17.

n lib. 2.

Attendite populo meus legem meam.) Augustinus, & Cassiodorus, cum Psalterio Gallicano, *populus meus*: ideest, vos qui estis populus meus. Illyricè, *homines mei*, Græcè, γαός. Atticè vocativus potest esse. Sic Lucanus *o*:

o lib. 2. Nominum in *us* vocandi casus desinit potius in *us*, quàm in *e*.

Degener ò populus;

& Phocas docet quidem nominum in (*us*) vocandi casum definere potiùs etiam in (*us*) quàm in (*e*) tamen rectè cum, *pepule*, poni potuit, *meus*, non, *mi* sicut apud Virgilium *p*:

p 6. Æneid.

Projice tela manu, sanguis meus.

q de voca. Gent. c. 20.

Isidorus *q*, *in legem meam*. Jam dixi quo pacto Propheta ipse vocare *populum suum* potuerit, præcipuè quum Rex esset: legem verò quoque suam appellat τὸ χρήσιμον διδασκωλίαν, *rerum utilium doctrinam*, ut ait Theodoretus, aut Basilius. In eodem sensu Sapiens *r*, hortatur filium *audire disciplinam patris sui, & non dimittere legem matris suæ*. Ipsemet eidem suggerit *non oblivisci legem quam ille dederit, & custodire præcepta* s, & *cum lege consilium* t. Denique idem sæpiùs inculcat *u*. Quod hic etiam sequitur, *inclinate aurem vestram ad verba oris mei*, tamquam synonymum primo isti membro, indicat sic sumi *legem* prout dixi, nimirum pro institutione, monitis, præceptis, quæ huc demum referuntur, ne populus majorum suorum imitetur peccata, & ingratitudinem. Verbum יָרָה *iarah*, unde nomen תּוֹרָה *thorah*, significat *docere*, præsertim in hiphil, & dictum nomen latiùs patet pro *ratione, præscripto, institutione, constitutione, doctrina*; sumiturque nonnumquam *lex*, & νόμος, non solum Hebræa vox, pro Scriptura tota, & quidem etiam pro Psalmis

r Prov. 1. 8.

s cap. 3. 1. t vers. 21. u c. 4. 2. c. 6. 20. c. 7. 2.

mis *a*. Clemens Alexandrinus *b* nomen *legis* hoc loco pro tota exponit Scriptura; legem Evangelicam alii, quos antè dixi, maximè Nicephorus, Euthymius, Athanasius, Eusebius, & ex Latinis aliqui, interpretantur. Verè secundùm allegoriam.

a *Joan.10. 34 c.15.25.* b *5.Strom.c.2.*

Hugonis subtilis observatio. Quatuor audientibus necessaria.

Observat Hugo subtiliter, quatuor audientibus necessaria; tria in his verbis, ut attenti sint, benevoli, dociles: ultimum in sequentibus, ut sint humiles, atque credùli; quod aurium indicat inclinatio. *Legis* item vocabulo, veterem; per *verba oris*, scilicet Dei Patris, novam & Evangelicam exponit, quam protulit Verbum ex ore Patris procedens, sed incarnatum in tempore. Ayguanus *attendendi* verbum docet accipi secundùm prohibitionem, impositionem, seu præceptionem: item secundùm consiliationem, prælationem, sive gubernationem, secundùm contemplationem, præcipuè circa Passionem Christi, & secundùm eruditionem. Exempla profert, atque declarat.

Inclinate aurem vestram in verba oris mei.) In Illyrico Psalterio, *labiorum meorum*. Pertinent ista ad auditum, sicut prioris membri verba; nec est magni momenti discrimen, ut aliis locis docui. Verbum ex præcedente membro Græcum, προσέχειν, exposuit Apollinarius de oculis, mentis videlicet:

Ὄμμασι λαὸς ἐμὸς δευτερπέα δέρκεο δεσμόν:
Oculis, populo mens; divinam inspice legem.

Antea dixi, humilitatem, aurium inclinatione indicari. Augustinus ait quòd ille piè attendit legem DEI, cujus aurem inclinat humilitas, non cujus cervicem erigit superbia: quod enim infunditur, concavo humilitatis excipi, eminentia tumoris expelli. Confirmat Ayguanus altaris mystica intelligentia: concavum namque & quadrangulum fuisse, ut mens nostra quatuor munita virtutibus, nempe cardinalibus, per humilitatem sit concava, ad receptaculum divini verbi. Qui de Christo litteraliter explanat, Eusebius, Psalmum, verbis istis affinia notat illa ejusdem; *qui c habet aures audiendi, audiat*.

c *Matt 13.9*

Vers.2.) Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.

Sensus loci.

ATtentionis necessitatem docet esse, quia de rebus abstrusis, obscuris, parabolicis, ænigmaticis, penè incredibilibus, & magni momenti acturus sit, quasique ex fundo pectoris promturus ac eructaturos, quæ jam olim superioribus sæculis contigerint. Arnobius

Arnobii observatio.

observat, quod priore Psalmo David promiserat, dicens, *memor ero ab initio mirabilium tuorum*, hìc præstare. Non est hic multis opus, quum de parabola & propositione, seu de nominibus מָשָׁל *mascial*, & חִידָה *chidah* τῆς παραβολῆς καὶ τῦ προβλήματος, actum sit Psalmo 48. *d*, in simili planè sententia, *inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem meam*. Lege tractatus primos tomi septimi nostri Salmeronis, & Gasparem Grajar in Michææ c. 2. & Antonium de Guevara in c.2. Abacuc, & Riberam nostrum, item in cap. 2. Michææ, & Interpretes Evangeliorum, qui causas quoque reddunt cur Christo placuerit uti parabolis. Victor Antiochenus *e* præcipuas colligit, propter Scribas & Pharisæos admixtos multitudini: ut sermonem illustriorem & apertiorem redderet: ut cognitu observatuque necessaria auditorum memoriæ altiùs imprimeret. Lege etiam Areopagitam *f*, Augustinum *g*, Aquinatem *h*. Marcus *i* scribit loquutum Christum in parabolis prout poterant eum audire quibus loquebatur, idest, juxtà capacitatem eorum, & non ex rebus abstrusis, vulgoque ignotis. Priùs quoque in argumento hujus Psalmi docui, quo pacto Matthæus *k* locutum ajebat Christum in parabolis, ut impleretur quod dictum est per Prophetam, nimirum per istum, loco isto. Non ideo loquebatur Christus in parabolis, ut impleretur Prophetia, sed cùm loqueretur in illis, factum est, ut impleretur, scilicet, ut similem in loquendo rationem sequeretur CHRISTUS ei, quam David hic secutus est; & ut mysticè intelligatur hic locus esse de CHRISTO in parabolis loquuturo. Non est hoc loco Prophetia, sed potiùs rerum narratio. Tandem parabolis utebatur CHRISTUS, quæ sunt similitudinibus adumbratæ locutiones: David narrationi admiscet sententias acutas & breves, cujusmodi sunt quæ Græci vocant ὑποφήγματα. Nihilominus quum vox Hebræa חִידָה *chidah* significet utriusque dicendi generis formulas, rectè sub litterali sensu, cui convenit notio una, mysticus de CHRISTO comprehenditur, secundùm aliam notionem: vel ut in genere valet quamlibet absconditam orationem, tùm præterea, quoniam in iis ipsis quæ narrat Psalmus mysteria insunt, *omnia namque in figura contingebant Hebræis* l; & Paulus *m* nonnulla ex iis quæ hìc narrantur, mysticè declaravit. Tertullianus *n* quidem, ut Hieronymum aliosque omittam Enarratores Matthæi *o*, scribit hoc modo. Nec forma sermonis in Christo nova; quum similitudines objicit; quum quæstiones refutat, de septuagesimo septimo venit Psalmo. *Aperiam*, inquit, *in parabolam os meum*, idest, similitudinem: *eloquar problemata*, idest, edisseram quæstiones. Si hominem alterius gentis probare voluisses, utique de proprietate loquelæ probares. Hoc illi simili *p*; *loquela tua manifestum te facit*. Porrò pro Propheta, quem absque nomine Matthæi textus emendatus habet, Eusebius observat nonnullos Etaiam expressisse ex ignorantia & errore: nec enim in vetustis codicibus extare. Hieronymus explanans Matthæum *q* idem reprehendit, putatque meritò abrasum *Esaiæ* nomen; sed in principio ita editum in Matthæo (*quod scriptum r est per Asaph Prophetam dicentem*) primum autem Scriptorem non intellexisse *Asaph*, & putasse Scriptoris vitium, atque emendasse nomen *Esaiæ*, cujus vocabulum manifestius erat. Is verò etiam quem dicunt Hieronymum, auctor commentarii in Psalmos, addit, objecisse Porphyrium imperitiam Matthæo, quòd Esaiam citasset: eum verò de nostris qui nomen *Asaph* ignotum sibi auferens, *Esaiam* substituit, dum errorem emendaret, fecisse errorem. Ostendit, ut confirmet ejusmodi imperitiam hominum vetustioris Ecclesiæ, aliis duobus exemplis ex Evangeliis.

A ὑποφήγματα.

l 1.Cor.10. 11.
m 1.Cor.10. 6. & Hebr. c. 9. & 10. & 11.
n 4. cont. Marc. c. 12.
o in c.13.
p Mat.26.73
q in cap.13
r vers.35.

C *Aperiam in parabolis os meum.*) Hieronymus *s*, aliique ex Hebræo singulariter, *in parabola*. Tertullianus *t* eodem numero singulari, sed in accusativo, *in parabolam*. *Aperire os* idiomate Hebraico, est loqui; nec sine emphasi tamen, de qua dixi aliàs *u* gravitatis, frequentiæ, libertatis, &c. Decem rationes leges apud Salmeronem nostrum *x*, cur Christus *os aperuisse* dicatur. Ayguanus observat *os aperiri*, Scripturas dicere, vel ad laudandum Deum *y*, vel *ad attrahendum Spiritum* sanctum *z*, vel ad implendum *Spiritu Sapientiæ* intellectum *a*, vel ad *docendum b*. Habet Illyricum intellectum in præsenti, *aperio in parabolis labia mea*. Isidorus *c* colligit ex hoc loco, & ex Psalmo quadragesimo octavo *d*, Scripturam non historialiter tantùm, seu litteraliter, sed etiam mystico, sive spirituali sensu intelligendam. Clemens Alexandrinus *e* hinc etiam efficit Christianam doctrinam esse obscuram, arcanam, mysticam; sicut apud nonnullos olim Gentiles ea quam profitebantur recta & involuta erat doctrina, & idem Hebræi per sui templi velum significabant. Confirmat præterea Pauli *f* testimonio. Sed legendus locus totus Clementis, iis maximè qui faciles & claras jactant esse Scripturas

s hic & Ep. 127.in princ.
t 4. cont. Marc. c.11.
u Act.8. 35. xtom.5.tr.3.
y Ps.50. 17.
a Ps. 118. 131
a Eccl.15. 5.
b Matth.5.2
c de Voca. Gent. c. 15. & 20.
d vers. 5. Scripturam non historialiter tantùm seu litteraliter, sed etiam mystico sensu intelligendam, ex hoc loco probatum.
e 5.Strom. cap. 20
f 1.Cor. 2. 6. 7. 8. 9.

Loquar propositiones ab initio.) Augustinus *eloquar*: Psalterium Romanum, *ab initio sæculi*. Hieronymus, *ænigmata antiqua*. Tertullianus *g* retento Græco vocabulo, *eloquar problemata*, idest, inquit, edisseram quæstiones. Psalterium Illyricum in præsenti, *annuncio ænigmata mea ex principio sæculi*. Transtulit etiam Aquila *ænigmata*, Euthymio teste. Apollinarius pro *parabolis* posuit *ænigmata*; hoc membrum autem sic exponit:

g 4. cont. Marc. c. 11.

ἐκ παλαιχθὲς προτέρης γενεῶν ἀναλέξομαι ὕμνους.
Ab initio priore generationum celebrabo vias
(vel *cantilenas*.)

Matthæi Græcus Interpres, sive Joannes Apostolus fuerit, ut Theophylacto *h* visum est, sive Jacobus Minor, ut innuit Athanasius *i*: sive alius, vertit ἐρεύξομαι eructabo, quod magis exprimit Hebræum verbum אביע *abbiabh*,

De Matthæi Græco interprete controversia.
h in col. Vat.
i in Synopsi.

binhh, quod LXX. reddiderunt φθέγξομαι, & propriè significat *fundere*, atque *scaturire*, ut Psalmo quadragesimo quarto *a* vidimus. Præterea, pro *propositionibus*, quæ dixerunt iidem LXX. προβλήματα, ibidem sunt κεκρυμμένα, *abscondita*, quæ aliter apte vocantur *ænigmata*. Tandem, quod solemne Psalmis est, videtur utroque membro, & per *parabolas*, & per *propositiones* sive *ænigmata* (ex ignoratione linguarum Dionysius videtur hoc nomen affirmare Hebræum esse) atque *abscondita*, idem significari. Postremo, quod hic est ab initio מני קדם *minni Kedem*, ἀπ' ἀρχῆς, in Evangelio Matthæi legitur, ἀπὸ καταβολῆς κοσμου, *à constitutione mundi*. Syriacè, *quæ fuerunt ante constitutionem mundi*. Græca verò verba Evangelistæ indicant quasi à jactis fundamentis mundi, & ab ipso fundamento, (quod καταβολὴ, valet) mundi futurum sermonem fuisse, scilicet de iis rebus arcanis, quas adhuc Deus nulli manifestaverat (saltem non nisi paucis, nec tam disertè) jam inde à mundi fundatione & creatione, & ab æterno intra se conditas, & occultas retinuerat, donec *unigenitus existens in sinu Patris*, & ex eo quodam modo descendens, *enarraret* nobis *b*. Hoc Paulus *c* de Evangelio loquens, & prædicatione Jesu Christi, quem *solum sapientem* nominat, eique de caussa *honorem & gloriam in sæcula sæculorum* precatur, sic explicat, ut dicat esse *revelationem mysterii temporibus æternis taciti* (*quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundùm præceptum æterni DEI ad obeditionem fidei*) *in cunctis Gentibus cogniti*. Verùm habita ratione narrationis simplicis, quæ fit in isto Psalmo, *ab initio*, ἀπ' ἀρχῆς, מני-קדם *minni Kedem* significat eam esse de rebus, quæ olim ac superioribus temporibus evenerunt. Lucas Brugensis in Matthæum lapsu memoriæ tribuit ipsi Matthæo interpretationem Hebræi verbi per verbum *eructandi*, quum Hebraicè scripsisse concedat. Dionysius, quod ab initio hìc dicitur vult referri non ad initium dumtaxat eductionis Israelitarum ex Ægypto, sed ad mundi etiam exordium; ut quia legitur in Matthæo, *à constitutione mundi*, saltem implicitè & in generali commemorentur in hoc Psalmo mirabilia DEI ab initio mundi peracta, quæ, ut est in sequenti versu, patres ac majores narraverint, verbi gratia, de diluvio, incendio Pentapolis, & similibus; CHRISTUM verò quoque de iisdem mentionem fecisse, ut & de prima matrimonii institutione *d*; de diluvio *e*; de Sodomorum eversione *f*.

Ludit Hugo tropologicè, ut *aperire os in parabolas*, sit *elucidare sapientiam* *g*; aut factis declarare os & doctrinam Domini *h*; & mores informare, *loqui propositiones ab initio* sit fidem inserere, quæ habet velut initium, seu primum principium, fundamentum, *substantiam*, ὑπόστασιν *i*; in fine aut mortis nostræ, aut judicii Deum non propositiones loquuturum, sed conclusiones, secundùm quod nos sumpserimus assumtiones. Lege qui delectaris istiusmodi ludicris, licet piis.

a vers. 2.

κατα βολὴ.

b Ioan. 1. 18.
c Rom. 16. 25 16. 17.

d Matt. 19. 4
e c. 24. 37.
f c. 10. 15. c. 11. 23. 24.
Luc. 17. 28. 29. 32.
Tropologia
g Eccl. 24. 71
h Matt. 5. 2.
i Hebr. 11. 1.

Vers. 3.) Quanta audivimus & cognovimus ea, & patres nostri narraverunt nobis.

Vers. 4.) Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fecit.

Sensus loci, EOrum de quibus se loqui velle dixit, copiam esse magnam affirmat, quæ certò deprehensum sit esse vera, à majoribus autem tradita, vel verbo, vel scripto; ita ut caverint ne ignorarentur, & posteritati accuratè prospexerint, narrando, laudibusque celebrando insigniora, & magis admiranda potentiæ Domini opera; ipse verò non sua proferat commenta, sed quorum à majoribus scientiam acceperit. Primam sententiam sumunt quidam interrogativè & admirativè, ut postea dicemus. Qui DEO, vel Christo præcedentis verba versus assignant, hìc personam mutari monent; ut loquatur aut David, aut Asaph. Juxta litteralem sensum pergit idem, qui loquutus jam fuerat, loqui Propheta.

A Mystico illo sensu attribui potest hæc oratio Apostolis, aliisve de testamento novo, qui se dicant narrare audita à Patriarchis & Prophetis, ut inde morum documenta pro populo Christiano petant, quæ est *altera generatio*, idest, per baptismum regenerata, & filii priorum illorum secundùm spiritum & imitationem. Præterea possunt hæc exponi de fidelibus, qui de Christi miraculis & operibus virtutum, deque fidei mysteriis multa se gratulentur accepisse, & cognovisse ab Apostolis & successoribus eorum, & externa populi antiqui beneficia meliore ac spirituali modo fuisse in testamento novo impleta. Hugo laudes ascribit Spiritui sancto bono; mirabilia Filio admirabili; virtutes Patri potenti. Minus rectè de Christo Euthymius explanat, quòd in assumta humanitate, ceterorum hominum more doctores audiret. Non sufficeret audire tantùm, ut qui populariter ventitabant ad synagogas, & *mirabantur Judæi quomodo litteras sciret, quum non didicisset* *k*, nec eorum scholas frequentantem vidissent, B favet hic locus traditionibus; & sui admonet officii tùm Patres, ut liberos rectè instituant; tùm istos, ut promptè discant, ac fideliter quæ didicerint, retineant. *Quæ audisti à me*, ait Apostolus Timotheo *l*, *per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere*. *Multos testes* Græci exponunt legem atque Prophetas; nec non ex Latinis Anselmus, Bruno, Lyranus, Aquinas, Glossa. Denique maligni est animi quam noris scientiam invidere alteri, & quod didiceris nolle per invidiam communicare; cujus oppositum verè Sapiens facere se profitetur *m*. Sed id in parentibus reprehendi satis non potest, quorum est, thesaurizare liberis, non tam terrenerum opum, quàm veræ sapientiæ ac disciplinæ thesauros, & *honestatem illius*, τὸ κρυπτὸν, *abscondere* n Galatinus *o* hinc videlicet ex continuata serie idem narrantium atque traditium, rectè confirmat veritatem miraculorum quæ de Christo narrantur.

Mystici sensus.

k Ioan. 7. 15. Locus favens traditionibus.

l 2. Epist. 2.

Maligni animi, quâ noris scientiam invidere alteri.
m Sap. 7. 13.

n ib. ubi lege comment. Instruct.
o lib. 3. c. 6.

Quanta audivimus.) Hieronymus, *quæ*, & hoc valet אשר *ascer*, vel *quæcumque*: ὅ τα autem, & *quanta*, tùm numerum, tùm magnitudinem. Volunt Euthymius & Nicephorus legi θαυαστικῶς admirativè ὅσα τατε, ὦ τόσα, pro, *ò quanta*, vel, *ò quot*. Idem sentit Hugo. Illyricum Psalterium habet, *magna audivimus*, lege notata Psalmo septuagesimo *p*, *quanta ostendisti mihi tribulationes multas*, &c. *Audiendi* verbum ad obscuritatem Prophetiæ, sequens *cognoscendi*, ad complementum ejus in testamento novo refert Augustinus, & alii; ut sit audita in vetere ac prophetata, quæ cognoscuntur & implentur in novo; sicque se habeant duo hæc verba, sicut in Psalmo 44. *q Audi filia, & vide*.

p vers. 20

q vers. 11.

Et cognovimus ea.) Pronomen additum est, *cognoscendi* verbum innuit magis explicitam & claram cognitionem, ac veluti per quoddam experimentum, quo deprehendatur ita se habere quæ sint audita, prout audita sunt. Interdum de cognitione quoque fidei dicitur, quemadmodum etiam *scire*, & *videre*, ita tamen ut credit objecti claram visionem excludat. *Quia vidit Thomas, credidit* r; & Samaritani profitebantur se *non propter loquelam mulieris credere, quia audivissent, & scivissent* D *Christum esse verè Salvatorem mundi* s.

r Ioan. 20. 29

s c. 4. 42.

ἔγνωμεν πρωτ ἰδεσιτὰ περ προσεδ'γμεδ' ἀκοῇ.
Cognovimus animis, quæ accepimus auditu,

Inquit hoc loco Apollinarius. Perpendit Ambrosius *t* dici hoc loco à Propheta, *quanta audivimus, & cognovimus ea*, ut comprehenderet non solùm audisse se, sed etiam intellexisse. Nemo enim cognoscit, nisi priùs intellexerit. Tum subdit, qui hoc pacto non audit, sed negligit, ei à Petro *abscindi auriculam* u, quòd superfluè habeat aurem corporis, qui audire & examinare non noverit. Quamvis aliam simul afferat auriculæ absciss mysticam rationem, quæ ad rem præsentem non facit.

t in Ps. 118. octon. 15.

u Mat. 26. 51

Et Patres nostri narraverunt nobis.) Patriarchæ, & Prophetæ, vel scripto, vel verbo: deinde, si de Christianis Interprete, Apostoli & Apostolici viri. Sapientis consilium est, ut *in multitudine presbyterorum prudentium sedeas, & sapientia illorum ex cordis conjungaris, ut omnem narrationem Dei possis audire*, (συνήσεις δῶν, *narrationem divinam*, de Deo, & rebus divinis) *& proverbia laudis* (συνέσεως, *intelligentia*, pro quo legit interpres, σύνεσιν)

σιως) *non effugiant à te* a. Item, *ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, sed in proverbiis eorum conversere; ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & servire magnatis sine querela* b. Præterea *ne te præterent narratio seniorum; ipsi enim didicerunt à patribus suis, & ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum* c, Tandem ait, quod *sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit,* ἐν προφητείαις ἀσχοληθήσεται, *in prophetiis occupabitur: narrationem* (διήγησιν, *expositionem*, seu *enarrationem*, & *commentarium*, vel *historiam in sacris libris contentam*) *virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul introibit, occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur* d.

a Eccl. 6. 35.
b c. 8. 9. 10.
c vers. 11. 12
d c. 39. v. 2. 3.

Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.) Hieronymus, *non sunt abscondita à filiis eorum in generatione sequenti.* Alii, conjungendo cum verbis sequentis versus, *narrantes laudes*, &c. *non abscondemus à filiis eorum* (supple, *qui*) *qui generationi posteræ narrabunt*, &c. aut supplendo (*sed*) & pro tertia persona primam ponendo (*sed generationi posteræ narrabimus*, &c.) vel (*non celabimus filios eorum, generationem sequentem*) ideſt, qui sunt generatio sequens, & filii Patrum, narrantes, &c. ut quemadmodum ipsi à majoribus edocti sumus, ita posteros doceamus. Vel *non est celatum à filiis eorum*, generationi posteræ narrantes, &c. hoc est, hoc non fuit celatum à filiis eorum, hoc, inquam, quod priùs dictum est in psalmo, causſa verò est quoniam continua quadam serie, ut est sequenti versu, celebrarunt fideles, Dei laudes, & deinceps patres narraverunt filiis. Hebr. sunt, לבנכחר מכניהם לדור אחרון *lonechached mihhenechem ledor acharon*. Ubi primum vocabulum potest scribi cum aliis punctis & esse participium conjugationis passivè niphal נבחר *nichchad*, *absconditum* seu *occultatum*, vel etiam præteritum ejusdem, notan lo pathac(-) in fine pro chamets (ר): præterea futurum conjugationis kal primæ personæ pluralis, adhuc cum eodem puncto pathac, à quo futuro activè significationis id quod modò legitur נבחר *nechached* in piel, non differt, nisi significatione magis intensæ actionis. Legerunt LXX. & Hieronymus, ut præteritum, aut participium passivi verbi niphal, numerum singularem collectivè sumtum resolventes in pluralem: Græcè etiam habetur in accusativo εἰς γενεὰν ἑτέραν, *in generationem alteram*, sicut & in psalmo quadragesimo septimo e, *ut enarretis in progenie altera*. Sensus commodior videtur, ut se (quod præcessit prioribus versibus) locuturum dicat David quæ audiverit, & cognoverit, & patres narraverint; & non sint occultata à filiis seu posteris eorum: item (quod est sequenti versu) se locuturum, narrando laudes Domini, &c. Nec enim refert enallage, seu mutatio numeri, ut de seipso primùm in singulari postea loquatur in plurali. Tamen probabile est, si principium versus sequentis referas ad Patres, ut hos, quos dixerat narrasse, postea narrantes vocet. Mitto *generationem alteram*, ut Ayguanus dicit, esse Christi de Matre absque Patre, quum aliæ præcesserint absque viro & fœmina, ut Adam: ex viro sine fœmina ut Evæ: ex viro & fœmina, ut aliorum: vel de generatione secundùm spiritum, quæ dicitur etiam regeneratio. Hugo item *generationem alteram* exponit contrariam veræ religioni, qualis Gentilium, quibus repudiatis Judæis, annunciata sunt & manifestata occulta DEI mysteria.

e vers. 14.

Narrantes.) Augustinus, *annuntiantes*. Jam dixi hoc vel Prophetam de se ipso usurpare in plurali numero, vel de patribus. Item notavi aliquos pro participio exponere futurum, scilicet participio מספרים *mesapperim*, addendo ejusdem temporis verbum substantivum, *erimus*. Præstat de ipsomet Propheta interpretari, ut se inter filios ac posteros numerans, asserat non latere opera antiquorum, & ea sicut ab iis accepit, aliis narrare ac tradere velle, unde Apollinarius:

ἔργα παλαιγενέων σφετέρους κ' κρύπλεται ὕμνους
ὑμνους ἀθανάτοις πεῖρ γραδίως βοόωντας.
Opera antiquorum suos non latent filios:
Hymnos immortalis ritè celebrantes.

Euthymius, & Nicephorus docent hìc esse hyperbaton, verbaque illa, *Patres nostri annuntiaverunt nobis*, conjungi debere huic membro. Theodoretus autem, ut eum quidem citat Agellius, nec enim in illius textu qui extat, id habetur, ait, quòd ἠρμηνεία τὸ κακισύνθετον ἐποίησεν, qui dicendum fuisset ἀπαγγελόντων ἡμῖν, *narrantibus nobis*, & non in recto ἀπαγγέλοντες, *narrantes*.

Laudes Domini.] Opera ejus laudabilia. A laudibus Dei liber psalmorum cognominatus est תהלים *thehil*, quasi liber laudum seu laudationum, Ayguanus quoque interpretatur hoc loco gratiarum actiones, quas egit populus in laudem DEI, transito mari rubro, & aliis de causſis.

Et virtutes ejus.] Hieronymus, *potestatem ejus*, עזוז *hhezuzo*, *fortitudinem ejus*, *robur*, &c. Apollinarius, σθένος: Augustinus, *potentias*. Hoc significant δυναστείαν, & quidem cum imperio, ditione, potentatu. Latini etiam sic usurpant *Dynastam*, & *dynastiam*. Intelligit Euthymius, & Nicephorus ea, quæ summam Dei potentiam indicarunt; cujusmodi decem plagæ, submersio, &c. Minùs igitur aptè *virtutum* nomine morales hìc sumuntur; quamvis secundùm accommodatitium sensum admitti possit.

Et mirabilia ejus quæ fecit.) In dictis quoque virtutibus fuit quod admirationem commoveret. Nihilominus peculiariter referri possunt ad illa opera mirifica, quæ non tam contra populi hostes, quàm in ejusdem commodum sunt edita, præsertim annis quadraginta in deserto. Allegoricè *laudes* narrandæ de CHRISTO, Allegoria. sunt quas illo nato Angeli decantaverunt, & postea omnis ætas, & sexus, & conditio celebravit: *virtutes* ac *mirabilia*, tot tantaque miracula, quæ stuporem ea videntibus & audientibus ingenerabant.

Vers. 5.) Et suscitavit testimonium in Jacob, & legem posuit in Israel.

Quanta mandavit Patribus nostris, nota facere ea filiis suis.

Vers. 6.) Ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascentur, & exsurgent, & narrabunt filiis suis.

OStendit ita præcessores fecisse, & eorum exemplo, illos, qui nunc supersunt, seque videlicet ipsum inter eos, facere, ut posteris commendarent, veterum Dei beneficiorum narrationem, atq; memoriam quoniam ea ipsa de re præceptum dedit universo populo suo Deus, ut nempe quæ pro illo mirabiliter egit, aut ab eo fieri exegit, Patres per manus traderent filiis ac nepotibus, vel litteris mandarent. Putant aliqui, ut Cajetanus, Lyranus, Dionysius, per *testimonium* ac *legem* significari universam legem, & hoc inter Dei beneficia primum præcipuumque numerari, quia *non fecerit taliter omni nationi, nec judicia sua manifestaverit eis* f; & cum admiratione, atq; gratulatione hic dici (*quanta mandavit*, &c.) ideſt, valde multa in eadem lege. Congruit quem dixi sensus magis cum sequentibus, quia significant sermonem esse potiùs de *operibus Dei* g, quàm de præceptis in lege traditis enarrandis, ut *non obliviscantur*, ait, *operum Dei* &c. Ergo *testimonium*, & *lex* denotant hoc loco peculiare illud præceptum Deuteronomii *h*: *Ne obliviscaris verborum* [rerum] *quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios, ac nepotes tuos*, &c. *i docete filios vestros, ut illa meditentur, narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in ea* k. Propterea constitui *lapides duodecim* præcepit *de Jordanis alveo in Galgalis*, ut *interrogati quid sibi vellent, docerent filios* accepti beneficii monimentum esse *l*: Docuit mater filium Salomonem *m*: Tobias item suum *n*: parentes Susannam *o*: Mardochæus neptem *p*: filios Job *q*: Ezechias ut impetraret vitam, & prolem, pollicetur, quòd *mater filiis notam faciet voluntatem Dei* r. Hoc promisit Deus Ecclesiæ suæ, tamquam fœdus eum illa. *Spiritus*

Sensus loci.

f Ps. 147. 20.
g infrà v. 7.
h c. 4. 9. 10.
i c. 11. 19.
k c. 6. 7.
l Ios. 4. 20. & seq.
m Prov. 4. 4.
n Dan. 13. 3.
p Esth. 2. 7. 11
q Iob. 1. 5.
r Esa. 38. 19.

tus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui amodo, & usque in sempiternum a. Hac eadem de caussa dispersit Christus discipulos suos per orbem, quemadmodum Tobias dicebat, ideo dispersos à Deo filios Israel *inter gentes, quæ ignorant eum, ut enarrarent mirabilia ejus, & facerent scire eos, quia non est alius Deus omnipotens, præter eum* b. Spectant eodem quæ in columna, lapideam & lateritiam, prævidentes diluvium, &, consulentes posteritati, sapientes illi ante diluvium incidi curaverunt c. Quod idem studium intervit omnibus natura, ut propagatam velint curentque in futurum rerum memoriam præteritarum.

a *Esa.* 59 21

b *Tob.* 13. 4.

c *Ioseph.* 5. *antiq.* c. 3. *aut* 4.

Serunt arbores quæ alteri sæculo prosint.

Nec verò dubitat agricola, inquit Cicero d, citans versum illum ex Statio, quamvis senex, quærenti cur serat, respondere, Diis immortalibus, qui me non accipere tantummodo hæc à majoribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Mysticè tranferuntur hæc ad testimonium, quod edi Christus ab Apostolis voluit, & ad legem Evangelicam, quam promulgari.

d *Fusc.* l. 1. Agricolæ senis, quærenti cur sereret, resp. Mystica translatio.

B

Et suscitavit testimonium in Jacob.) Hieronym. omissa conjunctione, quæ tamen extat Hebraicè, *statuit contestationem Jacob*, ideſt, populo denominato à Jacob. Sic quoque Symmachus, ἀνέστησε διαμαρτυρίαν τῷ Ἰακώβ. Alii *statutum, decretum, testamentum*, &c. His & similibus nominibus *lex, mandatum, præceptum* appellatur, & quidem *testimonium*, ut psalmo decimo octavo e vidimus, quia contestatione quadam fertur. Utitur plurali numero Psalterium Illyricum, *& erexit testificationes in Jacob*. Meliùs de præcepto illo uno prodendi posteris doctrinam sacram & ethicam locus hic intelligitur, quàm de tota data lege, ut priùs dixi.

e *vers.* 8.

Et legem posuit in Israel.) Synonyma sunt hæc, & lex non universalis, sed peculiaris est, ut proximè antea monebam. De vocabulis autem *Jacob* & *Israel*, egimus alibi. Id ipsum docet Augustinus de eadem re aliis verbis repetita, Tamen *suscitandi* verbo innui per legem *revivisscere peccatum*, ut scripsit Apostolus f: verbo *ponendi*, indicari legem esse jugum peccatori; quia *justo non ponitur* g, nomine *testimonii* in quantum aliquid probat, *legis*, in quantum jubet. Non enarratores dumtaxat aliqui, sed Irenæus h etiam explicat de Christo, dicens Davidem hìc generationis ejus causſas disserere.

f *Rom.* 7. 9.
g 1. *Tim.* 1. 9
h *lib.* 3 *c.* 18.

Quanta narravit Patribus nostris, nota facere ea filiis suis. Hieronymus, *quæ mandavit Patribus nostris, ut docerent filios suos*. In Psalterio Gallicano est etiam, *quæ*, quod refertur ad testimonium, & legem: in Romano, *quam*, nempe legem, & ibi sequitur, *ut nota facerent ea*, &c. hic, *ut notam*, &c. In emendatis bibliis Græcis non est ὅσα *quanta* vel *quæcumque*, de quo diximus versu 3. sed ὃν, & pertinet ad νόμον, ideſt, ad *legem*, quæ Græcè masculini generis est. Ita omnino etiam legit Apollinarius:

κ) νόμον ἔθηκεν κλεινὴν πόρεν Ἰσραήλῳ,
ναιετάοις ὃν πρισθεν ἄναξε σπεῖρε τοκεῦσιν.
Et legem forti inclytam præbuit Israeli
Nostris quam antea Rex constituit Patribus.

D

Vox Hebræa אשר *aser* omnis numeri generisque patitur quamlibet versionem, sed non Latinam, *quanta*, si magna significent, prout etiam est in Illyrico Psalterio.

Ut cognoscat generatio altera.) Hieronymus, *ut cognosceret generatio subsequens*. Lege versum 4.

Filii qui nascentur, & exsurgent.) Hieronym. absq; conjunctione, quæ nec est in Hebr. textu, *filii nascituri surgent*. Ad verbum, *filii nascentur*: & suppletur Latinè, *qui*. Græcè, υἱοὶ τεχνεσὸ τοι, *filii nascituri*: & addita conjunctione, qua caret etiam textus Hebr. καὶ ἀναστήσονται. Videtur per appositionem declarari quæ sit *generatio altera*, sicut in versu quarto ponitur cum filiis *generatio altera*. Est item idem *nasci*, & *exsurgere*. De nascentibus autem *surgendi* & *exsurgendi* verbum usurpatur, non tantùm de resurgentibus, aut de evectis ad altiorem dignitatem; ut quum *surgere rex novus* dicitur i: vel *propheta* k: surgunt qui nascuntur quasi ex imo tum nihili, tum humi, & quia vegetantur, & crescunt: præterea quoniam pro patribus & præcessoribus succedunt, ac in idem veluti munus, seu in eumdem locum succedunt: quod etiam scriptura vocat *suscitare semen* l, & *nomen* m *alterius*, vel *germen* n. Pertinet ad mysterium quod ait Augustinus, *nasci & exsurgere* qui habent sursum, & *cum Christo consurgunt* o.

i *Exod.* 1. 8. *Reg.* 23 25. *Surgere, exurgere, ut usurpentur*

l *Gen.* 38. 8. *Deut.* 15 5 c
m *Ruth.* 4 e 5. 10.
n *Ierem.* 13 5. *Ezech.* 34 i 29.
o *Coloss.* 3. 1.

Et narrabunt filiis suis.) In Romano Psalterio additur, *eam*, ideſt, legem: in Gallicano, & apud Cassiodorum, *ea*, hoc est, testimonium, & legem; quo item pacto extat ἀτῷ, quamvis nullum sit pronomen in Hebræo textu, ut Hieronym. *p* quoque admonet. Narrabunt autem generatio altera, & filii qui nascentur, aliis filiis, qui etiam nascentur: denique quod ait ille *q*:

p *Epist.* 135.

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis;

q *Virg.* 3. *Aneid.*

Paullò clariùs Apollinarius:

ὡς ἑτέρη τάδ' ἅπαυζα μύδο ιμεπέπειζα γενεὴλη,
μέες ὃς κε τέκοιενθο ϕιγόνοισι γενέλφς.
ἔτοι δ' ἀγελέσσιναεξόμενοι τῶδε παστίν.
Ut altera hæc omnia discat postea generatio,
Filii quos procreent in futuris generationibus:
Ipsi verò annuntiabunt aucti hæc filiis.

Non debet videri mirabilium Dei operum fastidiosa inculcatio. Consulitur eo modo tum nostræ memoriæ, ac desidiæ, tum sequentis ætatis utilitati, ne temporis lapsu res adeo necessaria veniat in oblivionem. Et veteris, & novi testamenti tot festa, cerimoniæ, ritus eò pertinent, voluitque Christus quotidianum ac juge Corporis sui & sanguinis sacrificium Eucharisticum esse atque μνημόσυνον, ideſt, perpetuæ gratiarum actionis ac memoriæ numquam delendæ.

Vers. 7.) Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operum Dei, & mandata ejus exquirant.

C *Vers.* 8.) Ne fiant sicut Patres eorum, generatio prava & exasperans.

Generatio, quæ non direxit cor sum: & non est creditus cum Deo spiritus ejus.

Sensus loci.

HÆC ratio cur tantopere commendarit Deus memoriæ posterorum, memoriam collatorum à se beneficiorum; & quare idipsum nunc David inculcet, ad vitandum periculum desperationis, aut inanis ac fallacis spei in privilegiis acceptis à Deo: ad retinendum, renovandum, urgendum studium exquisitè observandi & intelligendi Dei mandata; postremò, ne progenitorum pravitatem procaciamque in irritando Deo imitentur, ac proinde pœnas, quas olim illi, experiri cogantur: utpote qui non rectò Deum corde ac intentione coluerint, nec umquam penitus ex animo, & sincerè, crediderint fiderintque illi, quamvis toties bonitatis, potentiæ, severitatis ipsius tam clara, & adeò magna documenta accepissent; sed qualibet etiam minima oblata occasione ab eo defecerint, & à firma constantique quam debebant servitute resilierint, per dissensiones, seditiones, murmurationes, querimonias, lamenta, calumnias, ita ut idcirco nemo ex iis qui Ægypto egressi fuerant, duobus demtis, ingredi promissam terram meruerint, sed projecta in deserto jacuerint cadavera eorum. Hic porro indicatur finis non præsentis tantùm paræneticì sermonis quem David instituit, sed scripturarum omnium, ut *per eorum* παράκλησιν *consolationem & exhortationem*, quod Apostolus r monet, *spem habeamus*. Quod hoc loco Augustinus Latinique alii allegoricè simul ac tropologicè referunt ad spem, quæ non in lege operibusque ipsius, vel in propriis meritis collocanda sit, *propriam justitiam constituendo* s; sed in auctore gratiæ Deo, qui per fidem in Christum illam communicat: cooperationem requirendo obedientiæ mandatorum.

r *Rom.* 15. 4

s *cap.* 10. 3.

Ut ponat in Deo spem suam.) Exponunt alii hoc, & quæ sequuntur, per verba futuri temporis, locoque *ut*, vertunt &: quod etiam est in Textu Hebr. Parùm refert, sicut & quòd in Psalterio Illyrico legatur accusativus

vus casus *in Deum*, sæpe monui distinctionem illam credendi aut sperandi Deum, Deo, in Deum, ut scholasticis post Augustinum, qui hoc eam quoque loco indicat, recipitur, bonam esse, non tamen semper in scripturis veram. Hugo sicut spem hic observat, ita fidem ibi, *& non obliviscantur operum Dei*, & charitatem in illis aliis verbis (*& mandata ejus exquirant*) idest examore impleant: atque de his potissimùm nos docendos esse. Præterea in *ponendi* verbo spei firmitas notari quum eodem possit, quam ideo Paulus *a ancoram* nominat; in aliis duobus fugam ingratitudinis, & continuum studium circa Dei mandata.

Sperandi Deum Deo, in Deum, distincta

a *Hebr.6.19*

Et non obliviscantur operum DEI,) Hieronymus, *cogitationum*. Alii, *studiorum*, aut *consiliorum*, idest, illorum, quæ summo quasi studio, & consilio facta sunt à Deo. Hoc importat vox מעלים *mahhalelim*, de qua egimus alibi.

Et mandata ejus exquirant.) Hieronymus, *custodiant*. Id propriè valet ינצרו *intsoru*. Custodit, qui diligentiam adhibuit in exquirendo, nimis exquisita notatio *exquirere*, esse quasi extra quærere, idest, operibus ipsis. Et illud mysticum, quòd Petrus, & alii de primo Concilio exquisierint mandata legis veteris, pertinentes jam ad generationem alteram, ut ostenderent deinceps eorum *jugum super cervices discipulorum* non *imponendum*, quum id *neque ipsi, neque Patres eorum portare potuerint, sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credendum esset omnes salvari, quemadmodum &* priores Patres *b*.

Exquirere quasi extra quærere. Mystica interpretatio.

b *Actuum 15.10.11.*

Ne fiant sicut patres eorum generatio prava & exasperans.) Hieron. *& non sint sicut patres eorum generatio declinans, & provocans.* Alii, *deficiens* (à Deo) *& rebellis*: vel, averiatrix seu incredula, infidelis, perversa, contumax, & irritatrix seu inobediens: vel defectrix & perfida. Hebræa sunt סורר *sorer* & מרה *moreh*. Græca σκολιὰ καὶ παραπικραί νυσα In Psalterio Gallicano sive Ambrosiano, & in Romano sive Vaticano, atque apud Cassiodorum, & Arnobium, *genus pravum & peramarum*: apud Augustinum, & in vetere Psalterio, *generatio prava & amaricans*: in Illyrico, *generatio devians*, aut *prava via*, & *iram commovens*. Videtur Apollinarius novo facto principio post, *ne fiant sicut Patres eorum*, hæc alia verba legisse cum epiphonemate, appellans, *generationem rigidam & pravam*:

ἀλλ' ἀριγεδ ανῦ μερδ ῶν σκολιὰ δ νενέδλη.
Sed ò rigida mortalium, pravaq; generatio.

Judæorum generatio appellatur hinc inde *prava & perversa* c, *infidelis, seu incredula, & perversa* d, *mala & adultera* e, *nequam* f: potestque dici *generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit: generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est sola à sordibus suis: generatio cujus excelsi sunt oculi, & palpebræ ejus in alta surrectæ: generatio, quæ dantibus gladios habet* g. Nam sunt ingratissimi Judæi, vendicant sanctitatem sibi: superbiam ipso corporis gestu ostentant, & aliorum contemtum: crudelitate feras imitantur. Quamquam primam generationis formam attribuunt aliqui infidelibus; secundam Judæis, tertiam Hæreticis, ultimam Christianis malis. Alii aliter. Eosdem Judæos Ezechiel *h domum exasperatricem vocat*: Petrus denique *i generationem* etiam *pravam*, ut aliàs exposui *k*. Quicumque declinant à bono & faciunt malum, inquit Hugo, sunt *generatio prava & exasperans*: vel qui peccatum faciunt, & excusando ac per hypocrysim dissimulant, quia *simulatores & callidi provocant iram DEI* l.

c *Deut.32.5*
d *Luc.9.41. Matt.17.17.*
e *Mar.11.39*
f *Luc.21.29.*
g *Prov. 30. 11.12 13.14.*
h *cap. 2. 8*
i *Actor.2.40.*
k *Ibid.*
l *Job.36.13.*

Generatio quæ non direxit cor suum.) Addit Chaldæus, *ad Dominum suum*. Hieronymus, *non præparavit*. Alii, *stabilivit, disposuit, aptavit, rectè instituit, munivit*. Idem est, cui quod rectum est, cordi non fuit: non proposuit sibi observantiam recti, non habuit rectam intentionem, non erexit animum & voluntatem ad bona æterna, & quod plus est, cumque admiratione etiam & excusando Apollinarius dicit, maleficia in animo habuit, & sola temporalia respexit,

ὦγενεὰ, κακόεργος ἀεὶ φρεσὶ θυμὸς ἐτύχθη.
O generatio, maleficus semper præcordiis animus fuit.

Ambigua & dubitans mens eorum claudicabat, nec simplici constantique animo credebat Deo, inquit Euthymius & Nicephorus, firmam in Deum spem non habebant, nec recto volebant itinere ingredi, sed erant mente divinis legibus contraria, ait Theodoretus aut Basilius. Tandem non obediebant Samuelis præcepto, dicentis: *præparate* m *corda vestra Domino, & servite illi soli, & auferte Deos alienos de medio vestrum Baalim & Astaroth*. Quod etiam vocat *reverti in toto corde ad Dominum* n. Id emendata editione LXX. est, *qui non direxit in corde suo*, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Affinis huic infra sententia o, *& dilexerunt in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus*. Sapiens p de seipso testatur quòd *animam suam direxerit ad sapientiam, & in agnitione invenerit eam*, ἐν καθαρισμῷ, *in purgatione*, quia scilicet *sapientia non introit in malevolam animam* q, *sed effugit fictum* r, ac recto corde seu intentione carentem: purgationem verò gignit agnitio propriæ ignorantiæ ac insipientiæ, eorumque quæ per ignorantiam & errorem committuntur, & eorumdem confessio, quibus modis dirigitur curvata anima ad sapientiam. Non rarò *dirigendi* verbum, & εὐθύνειν seu κατευθύνειν הכין *hechin* spectat ad firmitatem & constantiam, & hanc locus præsens significat. Aliàs ponitur pro felicitate ac prosperitate ut in psalmo 100. *Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum*, idest, apud me non prosperavit, mihi gratus non fuit, non rectè illi fuit mecum. Quæ notio non est etiam ab hoc loco aliena, ut generatio illa dicatur non studuisse, recta ad Deum intentione, se ipsam confirmando atque stabiliendo, nanciscì Dei gratiam, & veram felicitatem. Depravatur cor & inflectitur incurvaturque multis modis, observavit Ayguanus, per superbiam, avaritiam, luxuriam, hypocrysim, gastrimargiam, iram, quæ vitia demonstrat in Judæis, ut propterea meritò dicatur *generatio prava & qua non direxerit cor suum*. Pravum est cor omnis hominis, & vergit natura sua, prout etiam in corpore collocatur, ad ima & sinistra, nec dirigi potest nisi appetitione sublimium ut Gregorius s docet. *Auferri cor à vino & fornicatione* dicitur u: & jubentur *prævaricatores redire ad cor* x à quo derelinquuntur y, *& longè à Deo recedit* z. Merito igitur quotidie in solemni sacrificio monemur sursum corda habere, & ne respondentes habere nos ad Dominum mentiamur, obsecramus in Litania, ut ipsemet Dominus mentes nostras ad cœlestia desideria erigat; & in alia prece, ut ibi fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia, quod est quoque dicere, ut ibi sint, ubi verus thesaurus, ut quod ait Augustin. *a* de verbis illis sacrificii corda ipsa sint cœlum, quia in cœlum quotidiè dirigantur. De iisdem plura Joannes Stephanus Durantus *b*. Cavendum ne quod affirmatum de Judæis est, *non direxisse cor suum ad Dominum Deum Patrum suorum* c, æquo de nobis pronunciari jure possit. Patres Judæorum Patriarchas, & Prophetas, & alios veros Dei cultores intelligit locus modò indicatus, ut & Malachiæ *d*, quem Gabriel recitavit de Joanne *e*, *qui conversurus esset corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, & paraturus Domino plebem perfectam*, is, inquam, qui orsurus erat prædicationem inde *f dirigite viam Domini, rectas facite semitas ejus*, ut apta nimirum ei esset in humano corde sedes mansioque.

m *1.Reg 7.3*
n *Ibid.*
o *vers. 36. 37.*
p *Eccl.51.27*
q *Sap. 1. 4.*
r *vers. 5.*
Εὐθύνειν, Κατευθύνειν. *Dirigendi verbum ut usurpetur,*
s *vers. 7.*
t *24.mor. c. 14.*
u *Esa.46.8*
x *Ps. 10. 11.*
y *Esa. 29.13*
z *Matt.15.8.*
a *serm.44 de temp.*
b *Christ. Eccl. c. 32.*
c *2.Paral.29 35.*
d *Mal.4.6.*
e *Luc. 1. 17.*
f *Esa.40. 3. Matt. 3. 3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4. Joan. 1. 23.*

Et non est creditus cum Deo spiritu ejus.) Hieronym. *& non credidit Deo spiritus ejus*. In Arabico Psalterio, *nec credidit in Deum spiritus ejus*. Chaldæus, & alii, *ne fuit fidelis in Deum*, aut, *cum Deo, spiritus ejus*: vel, *ne firmiter adhæsit aut nixus est Deo*, vel', *non permansit*. Et potest idem hoc membro significari quod præcedente, Hebræorum spiritum, mentem, voluntatem, cor non fuisse rectum & directum cum Deo, non firmiter, veraciter, fideliter sese applicuisse ad Deum, non fuisse verax erga Deum, non credidisse ac fidisse Deo, non fuisse fidelem animam, seu fidem non præbuisse Deo, neque credidisse sermonibus illius, ut explicant Euthymius & Nicephorus, quum benè aliis esset, & prosperè cuncta succederent, deseruisse, ubi premerentur adversis confugisse ad Deum, & quod postea *g* hìc subditur, *quum occideret eos, illum quæsiviſſe, & reversos esse, & diluculo venisse ad eum*, sed *solo corde dilexisse*, lin-

g *vers. 34.36 17.*

lingua mentitos esse, cor cum eo rectum non fuisse, nec fideles habitos in testamento ejus: sic etiam quod passiva voce habetur, non Latina tantum, sed Græca ὑπ' ἐκείνου μὴ πιστωθῆναι τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, Apollinarius exponit activè.

οὐδὲ νοῦν σφετέροιο θεῷ μεζὸν πιστὸν ἐφεῦρε.
Neque mentem cum Deo suo fidelem reperit.

Ideſt, non habuit. In Illyrico Psalterio idem optimè declaratur, *neque fide univit cum Deo spiritum suum*. Richardus Cenoman. meritò inſcitiæ accuſat Fabrum & Cœcum ſcribentes quòd ex Hebræo rectius diceretur activè *non credidit Deo spiritus ejus*. Ita quidem Hieronymus quoque vertit, ut retuli, ſed Hebræum verbum נאמנה *neemnah* eſt vocis paſſivè niphal, ſignificans tamen *firmam*, *ſtabilem*, *permanentem perſeverantem fidelem eſſe*. In verſ. 37. quod legimus, *nec fideles habiti ſunt in teſtamento ejus*, Græcè & Hebraicè phraſi eadem, quæ hìc eſt, dicitur, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ולא נאמנו *velo neemnu*, ubi tamen alii, quemadmodum ſuo tempore dicemus, vertunt, *nec fideles habiti ſunt*, aut *nec fides habita eſt illis*. Unum ex alio ſequitur, ut qui non credunt ſe DEO nec ei fidunt, non etiam ſe Deus credat & communicet illis, ſeu fidelium amicorum loco non habeat, & non ei ſe credat, non illi fidem habeat, qui non effecit ut ſuus apud Deum fide dignus ſpiritus eſſet. Eſt πιστώσασθαι *fidem fieri*, & *perſuadori*, aliquando etiam *fide conjungi*, ut in Eccleſiaſtico *a*, πρὸς φίλον, ᾧ πιστωθῆτε μετ' αὐτοῦ: *dilige proximum amicum*) & *conjungere fidem cum illo*. Ubi eſt eadem plane phraſis Græca hujus loci. Placet Auguſtino magis verſio noſtra, quòd expreſſiùs ſignificet Dei gratiam, cum qua cooperemur, ita ut hoc ſit *habere cum Deo creditum ſpiritum*, non credere, ſpiritum ſuum poſſe facere ſine Deo Juſtitiam, ſed cum Deo, atque hoc ipſum eſſe credere in Deum, quod utique, inquit, plus eſt, quàm credere Deo, nempe credendo adhærere ad bene cooperandum bona operanti Deo, *ſine quo nihil poſſumus facere* b.

Πιστωθῆναι. *a* c. 27. 18.

b Joan. 15. 5.

Uſurpat Hugo *credendi* verbum Latinum, ut de contractibus dicitur, aitque, ſcilicet per tropologiam, quod hypocrita ſicut cor rectum non habet, licèt habere rectas manus videatur, propter aliqua bona opera; ita neque *cum Deo creditum eſſe ſpiritum ejus*, quamvis credere illi videatur pecuniam ſuam, præbens aliquas eleemoſynas; & corpus, per jejunia, diſciplinas, &c. Sed cum mundo ſecundùm vanam gloriam quam ejus ſpiritus quærit, & propterea minimè rectus: religioſi viri præcipuè *creditum eſſe ſpiritum cum DEO*, huic pecuniam credendo per paupertatis votum, corpus per caſtitatis, ſpiritum ipſum per obedientiæ, idque cum fœnore, ut recipiat æternas divitias, docet corporis & animæ. Tandem docet nonnullorum ſpiritum penitus cum diabolo creditum eſſe, contraque Deum conjuratum. Allegoria Hieronymi crediti eſt, non eſſe *creditum cum Deo ſpiritum* ejus, nimirum Dei, à Judæo, quia non recipit filium, nec etiam Spiritum ſanctum recipit. Quis credat hoc à vero profectum Hieronymo? Eſt *ſpiritus ejus* non Dei, ſed generationis, non τοῦ θεοῦ, quod apertè indicat pronomen fœmininum τὸ πνεῦμα αὐτῆς. Nec refert affixum maſculinum in רוחו *rucho*, quia רוח *dor* eſt utriuſque generis tum fœminini tum etiam maſculini.

Tropologia.

Allegoria.

Verſ. 9.) Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum converſi ſunt in die belli.

Verſ. 10.) Non cuſtodierunt teſtamentum DEI, & in lege ejus noluerunt ambulare.

Verſ. 11.) Et obliti ſunt benefactorum ejus, & mirabilium ejus, quæ oſtendit eis.

EXemplo probat generationem, quam vocavit *pravam*, & *exaſperantem*, *quæque non direxit cor ſuum*, & *cujus non ſit creditus cum Deo ſpiritus*, re ipſa talem fuiſſe. Multas de hoc exemplo ſententias recitat Euthymius, Titelmanus, Janſenius, Genebrardus, Agellius. Omnium maximè veriſimilis videtur & magis communis, quàm optimè declarat ſive Baſilius ſive Theodoretus, & ex Latinis is quem dicunt Hieronymum, accuſari præviſam in ſpiritu idololatriam regni decem Tribuum, cujus Auctor fuit Jeroboam Ephrataeus, nec non etiam prædici fruſtra futuram præmonitionem iſtam: cauſſam vero proferendi hujus exempli eſſe, ut inde occaſionem ſumat David commendandi Tribum ac regnum Juda & celebrandi beneficium collatum in ſeipſum: propterea namque facere deinceps mentionem de translata ex Silo, quæ pertinebat ad Ephraimitas, arca *c*, & quod repulit DEUS tabernaculum Joſeph patris Ephraim, & Tribum Ephraim non elegit, ſed elegit Tribum Juda. Si quæras quorſum deſcribuntur à peritia ſagittandi, ſimul autem terga dicuntur in die belli vertiſſe; reſponderi poteſt, quum prædiți eſſent dicta peritia, ex eadem peti elegantem, ſimilitudinem, qua doceatur apoſtaſia, & defectio à Dei cultu vero in fallum, ut ſicut ſagittarii retro refugiunt, ubi ſagittam jecerint, nec in pugna perſeverant, quam ſerio aggreſſi videbantur, ita illi, quum Deum colere, ac ſequi exiſtimarentur, tranſtulerint ſe ad idola. Vel certè quia frequentiſſimus erat in bello ſagittandi uſus Hebræis omnibus, figurata locutio ex re communi uſurpata eſt, ad peculiare factum declarandum ſive defectum. Placet id Titelmano, Agell. Janſon. Sensus loci.

c verſ. 60.

Sententiæ aliæ in hoc laborant, & minùs videntur probandæ, quòd nomen *filiorum Ephraim* extendant ad univerſum populum, etiam ex Tribubus Juda & Beniamin, quæ loquendi formula ex aliis ſcripturæ locis confirmari non poteſt, etiamſi Agellius exempla plurima reperiri dicat, Janſenius quoque & aliqui apud Euthymium non improbent: Certè Hieronymus *d* attribuit id nomen ſolis decem Tribubus, ut etiam prioie pſal. monui. Neque verò aſſentior, quando Jacob bene precans filiis Joſeph dixit, *& invocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum* e, de univerſo populo intellexiſſe. Hac de cauſſa non eſt probabile quod ſentit Valentia, indicari hoc loco cladem, quæ contigit in Silo, unde arcam tranſtulerunt *f*, quia licèt Silo eſſet ditionis Ephraimitarum, tamen eam cladem totus populus paſſus eſt, quumque de eadem clade infra *g* hìc agitur, non repetereretur bis idem: tunc *vertiſſe* narratur *Iſrael terga Philiſthæis*, *& caſa ex illo quaſi quatuor millia* h, & poſtea iterum fugiſſe, atque *cecidiſſe triginta millia perditum*, *& arca DEI capta* i. Idem cenſeo de illis, qui contra DOMINI & Moyſis præceptum auſi ſunt aſcendere adverſus Chananæos & Amalecitas, qui percuſſerunt, & conciderunt, & *perſequuti ſunt illos uſq; Horma* k, quam ſententiam Trevetus refert, ſequiturque Rickelius, Lyranus, Ayguanus, erant hi ex omni populo Iſrael. Eadem ratio de populo toto, qui ob idololatriam ſæpius in hoſtium manus deveniſſe ſcribitur, in libro Judicum, tametſi Janſenio id placeat, quòd Tribus Ephraim numeroſior eſſet, atque ad bellum magis expedita. Idem judicandum de *quingentis millibus* exercitus Jeroboam *cæſis ab Abia* l. Ad hanc Tribum propriè ſpectat, quod in Paralipomenis *m*, poſt enumerationem filiorum Ephraim, proditur, quòd *occiderunt eos viri Geth indigenæ, quia deſcenderant ut invaderent poſſeſſiones eorum*. Sed ea res non eſt tanti, ut commemoranda fuerit, quum agitur de maxima protervia, quæ Deum provocaverit ad iracundiam. Nec ita judico ab re eſſe, quod Joannes Bochius recentiſſimus Enarrator excogitavit, hic Emphraimitarum fugam attingi, quum ad Jordanis vada *quadraginta duo millia ceciderunt* ex iis qui ſe prava prodiderant pronunciatione *n*.

d prol. 12. *Proph.*

e Gen. 48. 16

f 1. *Reg.* *& ſeq.*

g verſ. 6.

h 1. *Reg.* 4. 2

i verſ. 10. 11.

K Num. 14. 40. *& ſeq.*

l 2. *Par.* 13. 17.

m lib. 1. 7. 21.

Objici poteſt contra ſententiam initio traditam, profeſſum Prophetam noſtrum, velle ſe hìc loqui propoſitiones ab initio, & ex narratione rerum veterum commonefacere illos, qui ſua vivebant ætate, quique victuri deinceps eſſent. Sed & ſubditur enumeratio mirabilium quæ Deus operatus eſt in Ægypto, excurrendo uſque ad tempus David. Eſt id quidem; ſed, quod priùs innui, rectèque ab Agellio animadverſum eſt, poſtquam exemplum poſuerat in filiis Ephraim, ideſt, in Tribubus decem, quæ ſua pravitate idololatrica exaſperatura erat Deum, ſicut quondam populus uni-

n Iud. 12. 5. 6.

universus fecerat non semel, rediit ad illam dictam de rebus antiquioribus historiam, quam sibi proposuerat. Post istam opinionem, ea quam postremò posui, quia filiis Ephraim solis exactè convenit, propior veritati est. Addi potest, quòd ad eosdem etiam propriè pertineat, præter commune aliis peccatum, quòd quos poterant, ac debebant, Chananæos non modo non deleverint, exactione contenti tributorum, sicut alii, sed citra omnem exactionem ut non verisimiliter colligit Arias *a* ex libri Judicum capite primo *b*, fœdus amicitiæ commerciique cum illis egerint, & penè pro sociis habuerint, quia hoc sicut vult *sedere in medio* sive *habitare*, ut ibi dicitur Hebraicè בקרבו *bekirbo*, sicut & alibi *c* de aliis. Hoc est *intendere & mittere arcum*, *converti* autem *in die belli*, atque sic *non custodire testamentum Dei*, ideſt, peculiare illud præceptum de omnino delendis Chananæis *d*, videlicet quasi retracta manu, non amplius confodere sagittis, qui semel sagittando ac dimicando in potestatem redacti fuerint. Filii Joseph antea urbem Luzam percusserant *in ore gladii* *e*. Scio tamen Abulensem, Lyranum, & alios, sentire tributarios etiam Ephraimitis Chananæos fuisse, hacque de causa ut lucrum captarent, eos delere noluisse. Quare omnibus pensatis, maximè probabilis opinio de idololatria decem tribuum, quibus omnibus nen rarò nomen datur ab Ephraim.

a in lib. Iud. c. 1.
b c. 1. 29.
c 4. Reg. 13. 4
d Exod. 23. & seqq. Deut. 7. 11. & seq. Num. 33. 52. Iud. 2. 2. c Iud. 1. 25.

De mystico sensu satius erit in singularum partium explanatione agere.

Filii Ephrem.) In editione Hieron. ac in commentario etiam illius quem vocant Hieronymum, atque in Psalterio Gallicano, & apud Cassiodorum, & Gregorium *f*, *Ephraim*. Sic verò etiam legitur Hebraicè & Chald. אפרים *Ephraim*, & Græcè, ἐφραίμ, quod resoluta diphthongo diceretur *Ephraim* non *Ephræm*. Quamvis reperiatur apud Nonnum in Joannis parahrasi Græcè scriptum ἐφρὶμ per (ι) quod ibi *g* Græcè est ἐφραίμ, Latinè *Ephrem*, Syrochaldaicè etiam אפרים *Ephrem* nomen civitatis; quia veteres olim vertebant ac scribebant (ι) pro (αι). Quo pacto nunc scribi solet ἱερυσαλὴμ, quæ Hebraicè *Jerusalem*, pro ἱερυσαλαὶμ: sicut & apud Epiphan. ut nota vit Genebrard. μωζωὴμ pro μωζωαΐμ; adde *Mesrem*, μισρὴμ, apud Theodoretum infrà hoc ipso psalmo pro μισραὶμ. Sed & (ι) quandoque ponitur pro αι, ut in ἐγκαὶνια, ἐγκαδὶ, ἐνεωγὲν; ut idcirco apud Nonnum credi possit mendum non esse, quod tamen suspicatus est Maldonatus *h*. Non desunt qui quæ apud citatum Joannem *Ephrem* civitas nominatur, putent hìc etiam nominari, eamdemque aliter dici *Ephron*, vel *Ephratam*, vel quæ Tribus Ephraim, in qua esset, appellationem retinuerit. Favet opinioni de *Ephron*, quod quum exercitum Jeroboam qui erat de Tribu Beniamin, Abia cecidisset, ipsummet *Jeroboam fugientem persequens* (quod nonnullos hìc innui velle ante retuli) cepit inter alias urbes *Ephron & filias ejus*, ideſt, minores sub ea urbes, ac villas *i*. Quidquid sit de *Ephrem*, cujus est mentio in Evangelio Joannis, quam non esse *Ephron*, præter alias rationes (nisi dicas duplici nomine locum eumdem appellatum) suadet, quod scribatur aliter *Ephron* עפרון *bhephron*. Hoc loco nemo negat per *Ephrem*, ut est idem quod *Ephraim*, intelligi Tribum ipsam totam: immò & vel populum totum Hebræum, vel, quod verisimilius esse docui, decem Tribus pertinentes ad regnum Israel distinctum à regno Juda, quod constabat Tribu Juda & Beniamin. In ps. 59. *k* 79. *l* 107. *m*, exprimitur Latinè nomen *Ephraim*, & infra *n* in hoc nostro psalmo. Notandum hìc etiam obiter, *Ephratæi* vocabulo, aliquando intelligi eum, qui fit de Tribu Ephraim, ut in libro Judicum *o*, *Ephratæus es tu?* interdum qui de civitate Ephrata, quæ aliter appellata est *Bethelcem*, & qui idem cum addito Juda; ut quando in primo Regum *p* pater David Isai, vocatur *Ephratæus*; qui erat de Tribu Juda: nonnumqnam qui oriundus de terra Ephraim, seu quæ spectet ad eam Tribum, quamvis non sit ipse de illa Tribu, ut quum Eleana cognominatus est *Ephratæus* *q* quia oriundus de Ramatha, sive Ramathaim, in Ephraimitica dictione, quum esset de Tribu Levitica *r*, ut rectè demonstrat Abulensis *s*, & licebat Levitis habitare in urbibus aliarum tribuum, quas hæ ipsis assignare debebant numero *quadraginta octo* *t*. Illud item Rickelius rectè observat, Ephraimitas arrogantiores, atque præsidentiores fuisse, quia eorum auctor Ephraim ætate minor quàm Manasses prælatus est Jacob, & Josue, qui successit Mosi, erat ex eadem Tribu, Adde arcam fuisse in Silo ditionis eorumdem, Quo pacto autem Arias hoc loco asserat Saulem Ephraitam, equidem non intelligo, quum planè constet ex Tribu Beniamin fuisse.

f hom. 22. in Ezech.
g c. 11. 54.
(ι) littera posita pro (αι.) hom. 11. Ioan.
i 2. Par. 13. 19.
k vers. 9. l vers. 3. m vers. 9. n vers. 67. o cap. 12. 5.
p cap. 17. 12.
q cap. 1. 5. 1. Par. 6. 37 sim 1. Reg. 1. 1. r Num. 35. 7 Ios. 21. 41.
s in 1. Reg. 1. 1.
t Num. 35. 7 Ios. 21. 41. Ephraimitarum arrogantia unde

Saulem ex Tribu Beniamin asserit Arias Ephraitam.

Intendentes & mittentes arcum.) Sic quoque Hieronym. Chaldaicè, *cum armis bellicis, & fortes gestantes arcum*, vel, *& cum hominibus gestantibus arcum*; vel, in textu Nebiensis, *quum habitarent in Ægypto filii Ephraim, magnificati sunt, numeraverunt autem terminum, & erraverunt, & egressi sunt triginta annis ante terminum, cum armamentis bellicis*, &c. Alii, *armati, jacientes* seu *jaculantes arcu*. Hebr. sunt קשׁת נושׁקי רומי *noscekè ronne Kascethi*: & servit ultima dictio duabus prioribus, videlicet armati arcu, & jacientes arcum. In Psalterio Romano, & apud Petrum Damiani *u*, *intendentes arcum, & mittentes sagittas suas*. Apud Cassiodorum, & Gregorium *x* eodem modo, demto pronomine. In Psalterio Illyrico, *intendentes arcum & sagittantes sagittas*, In Arabico, *qui intenderunt & jaculati sunt arcubus*. Quidam codices Græci habent τόξοις *arcubus*: emendati τόξοι numero singulari, ut est Hebraicè, nisi legas קשׁתה *Kasthoth*. Vetus Psalterium Latinum, & Augustinus legunt, *arcus*. Idem porro Doctor notat videri debuisse dicere, tendentes arcus, & mittentes sagittas, quia arcus non mittitur, sed sub arcu aliquid mittitur. Respondet, vel idem esse *mittere arcum*, quod arcu, sicut *suscitare testimonium* quod, aliquid, testimonio: vel esse obscurum ordinem verborum cum prætermissione verbi, quod etiam tacitum subaudiendum sit, hoc modo; filii Ephrem intendentes arcus, & mittentes, & subaudiatur, sagittas, plenusque sit sensus, intendentes arcus, & mittentes sagittas; quia etiam diceret, tendentes arcus & mittentes sagittas, non utique tendentes sagittas intelligere deberemus; sed audito eo quod dixit, tendentes, subaudire potius arcum, quamvis dictum non fuerit. Refert præterea id quod ante retulimus, nonnullos Codices Græcos habere, *tendentes*, & *mittentes arcubus*. Quam dixi etiam esse versionem Arab. Melius fecisset Tuccius cognomento Tuccius in tutanda vulgata translatione nostra quàm in impugnanda, vel rejicienda laborare, suam pro illa substituendo in suis annotationibus in Canticum Canticorum. Ibi quodam loco non *intendentes*, & ἐντεινόντες, sed ἐνοπλισάμενοι, legi vult. Satis constat juxta translationem nostri sensus, Placet nihilominus quod observat de convenientia multiplicis notionis נשׁק *nascak osculari, potum dare, armatum esse, ardere*, quæ omnia conveniunt amoribus. Sed hoc nihil ad rem præsentem.

u ser. 2. qui est de S. Anast. Mart. hom. 11. in Exech.

De arte arcum tractandi & sagittas jaculandi, aliàs egi, omnemque populum Israeliticum eo armorum genere maximè usum, & gloriatum *y*, atque jussu Davidis edoctum *z*. Peritiores præ ceteris Ephraimitas fuisse non legi, licèt sit certum & numero & bellica fortitudine nullis aliarum Tribuum hominibus cessisse, sed potius superiores fuisse. Proinde verisimile fit quod prius dicebam, figurata oratione à sagittario, qui postquam jecerit sagittam, fugit, aut priusquam jecerit, sed paraverit sed dumtaxat ad jaciendum, describi ignaviam & perfidiam Hebræorum, sed potissimum ex decem Tribuum regno, quorum Rex primus Jeroboam Ephratæus, sive Ephraimita, qua Dei viventis desertis castris, ideſt, religione vera, transfugerunt ad idololatriam.

y cap. 12. 2. z 1. Reg. 1. 18.

Ephraimitarum bellica fortitudo.

Ad sensum pertinere mysticum puto, quod ait Augustinus, & alii, eos *intendere arcum & mittere sagittas*, qui promittunt quasi præludendo armis, Dei mandata servare, in die auditionis, ideſt, quando de aliqua adversitate clamantes Deus audit, sed *converti in die belli*, quum deficiunt in die tentationis, quum occurrit pugnandum contra vitia: sic Hebræos (quos omnes per *filios Ephrem* vult Augustinus intelligi) promisisse omnia *quæcumque dixerat ipsis Deus facturos, & obedientes futuros* *a*, sed postea factos *quasi columbam insipientem* *b*, legem prævaricando, & vitulum adorando *c*. Quod Cassiodorus extendit ad illos qui aliquid præcipitata festinatione promittunt, nec in ea tamen cupiunt per-

Sensus mysticus.

a Exod. 15. 9 c. 14. 7.
b Osee 7. 11.
c Exod. 31. 1. & seq.

perseverare sententia, sicut Petro Apostolo, inquit, contingit, qui ter negavit eum, cum quo se promiserat moriturum. Non perseveravit quidem Petrus in promisso, at non arbitror, quando promisit, non cupivisse non permanere in sententia. Exemplum affert Bruno Cathusianus in Sacerdotibus & aliis ordinis ejusdem, qui promittunt se in Ecclesia fructificaturos (quod importat etymon vocis *Ephrem* seu *Ephraim*) re ipsa vero id non præstant, sed convertuntur ac resiliunt, nec ipsa servant Dei mandata, vel in eorum observatione non perseverant. Is quem commentarii auctorem dicunt Hieronymum, ac verus etiam ipse Hieronymus *a* interpretantur *Ephraim* esse omnes hæreticos, qui, sicut duodecim Tribus, duce Jeroboam Ephratæo, desciverunt à domo DEI, & dimiserunt David, feceruntque sibi vitulos aureos in Bethel, & in Dan, conflando errores, & superstitiones ex auro sæcularis eloquentiæ in domo DEI, quæ est Ecclesia, & in judicium atque condemnationem suam, *conversi* seu reversi *in die belli*, quia pace vera neglecta, quam Christus dat *b*, parati sunt ad verba. Hæreticorum *arcus*, ait Hieronymus *c*, juxta Oseæ *d* vaticinium, *conteritur*, seu confringitur *in valle Jezrael*, idest, seminis DEI, de quo humilia & terrena senserunt. Scribit præterea *e extendi Judam in arcum*, ut est apud Zachariam *f*, quum Christus, qui arcus, sagittarius, sagitta est, mittitur in hunc mundum; pharetram esse dispensationem carnis assumtæ, hac *implori Ephraim*, ut Idem Propheta *g* scribit, ut quum armatus fuerit, & paratus ab bellum, & ipse quum ingentibus sagittis Domini vulneratur; Jeroboam ex ea Tribu, qui primus populum scidit, accipi in hæreticorum persona, & juxta id quod verbis psalmi quæ tractamus, continetur, suscitante Domino filios Sion, hoc est, Ecclesiæ, tum contrariorum dogmatum Magistros, tum philosophorum omnem assertionem, atque argumenta Gentilium destrui gladio illius, de quo psalm. 44. *h accingere gladio tuo*, &c.

Gregorius *i* affinem priori tropologiam tradit de benè docentibus & malè operantibus, quia intendunt, inquit, arcum atque sagittas mittunt, qui Scripturæ sacræ sententias proponunt, & verbis rectis auditorum vitia feriunt. Sed *convertuntur in die belli*, quia post semetipsos redeunt in tentatione vitiorum, & pectus opponere non volunt, quia in tentationum crrtamine non resistunt. Deinde proferens ex alio psalmo *k*, *avertisti adjutorium gladii ejus, & non es auxiliatus ei in bello*, exponit, Deum, quum Doctorem respicit, nolle operari quæ dicit, in die belli adjutorii ejus gladium avertere, quia in tentationum certamine non permittit ei esse in adjutorium doctrinæ verba quæ dedit. His Petrus *l* Damiani similia scribit, confirmans præcepto Domini, ut *appropinquante prælio stet sacerdos ante aciem* m. Qui adversus vitiorum tentationes, inquit, ad conflictum alios provocant, sed confligere ipsi sub ignobili desidiæ languore detrectant, ii nimirum sagittas quidem dirigunt, sed post terga conversi, consummatæ victoriæ titulos non merentur, nec eis prodest quod benè cœperunt, quia non usque ad finem magnanimiter perseverant. Unde de istis protinus sequitur, *non custodierunt testamentum Dei, & in lege ejus noluerunt ambulare*: ac si diceret, susceperunt quidem testamentum; sed non custodierunt, posuerunt in lege pedem per initium, sed non tenuerunt perseverantiæ gressum.

Hugo *filios Ephrem* clericos interpretatur, qui quum deberent esse fructiferi secundùm doctrinam, opera bona, exemplum, intendunt per studium litterarum, mittunt, idest, remittunt, arcum scripturæ, qui deberet in manu instaurari *n*, hoc est, in operatione, per remissionem ac desolationem illius; & *in die belli*, scilicet tentationis, *convertuntur*, idest, pavidi terga vertunt, fugiuntque conciti, *nec respiciunt o*, vel ad inimicos Ecclesiæ confugiunt, seu dæmonas, seu tyrannos, seu hæreticos: non etiam custodiunt pactum Dei, quod fecit *cum Levi vita & pacis* p, quantum ad se & ad proximum, idque non ex ignorantia, sed quia nolunt in lege DEI ambulare, quoniam *indurant facies suas supra petram, & nolunt reverti* q *magnificati, ditati, ingrassati, impinguati* r honoribus sive dignitatibus, scientia & eloquentia, carnibus, atque possessionibus; & *prætereuntes* tamen *sermones Dei pessimè* *s*, prævaricationem, ingratitudinem, impœnitentiam, quod est non custodire mandatum Dei, in lege ejus nolle ambulare, oblivisci benefactorum ejus, & mirabilium ejus quæ ostendit eis tamdiu expectans ad pœnitentiam quum alios adeò mirabiliter puniverit.

Philippus Grevæus *t* ingeniosè profectò persequitur hujus loci tropologiam. Summa est. Prædicatori arcum scripturæ tractandum expeditè, promtè, validè, rectè, neque casu; & validè quidem, ad se manibus cornua arcus inflectendo, idest, operibus, in seipso doctrinam ostendendo, ac efficaciter audientium corda trahendo, ne arescat *arcus amarescens* u: rectè, ut accommodata proferat captui Auditorum, & quantum fieri potest, collimet semper, non *in incertum dirigens sagittam* x. Præterea docet *intendi arcum* ab illo, qui divina præcepta suis quæque momentis expendit, & exaggerat: qui ex arcu mittit sagittam, fugere in die belli, tum quia Ephraim, hoc est, opimus est atque abundans, primus vitiis succumbit, qui in fronte acieque belli consistit, prælians, sicut Gad *y*, ante alios. Plura ille. Quàm multi pristina fortitudine amissa, valideque jacere sagittas assueti, turpiter terga vertunt, suique arcus & animi vires contentionemq; amittunt? Congruit præterea nimis audentibus, ac temerè supra vires aliquid aggredientibus, eadem ista ex sagittariis ducta comparatio. Nam solent, ut Aristot. *z* docet, θρασεῖν καὶ προπετεῖν, πρὸ τοῦ κινδύνου κινδυνεύειν, *audaces ac præcipites, ante ipsa periculu, periclitari*, sed βουλόμενοι πρὸ τοῦ κινδύνου, ἐν αὐτοῖς ἀφίστασθαι, *volentes ante pericula* ipsa nimirum pericula adire, *in ipsis constituti absistunt*. Idcirco filio Archidiamas præcipitantes pugnanti dixisse fertur *a*, ὦ τῦ δυνάμει πρόσβες, ἔτι δὲ φρονήματος ὕφες, *aut adde viribus, aut aliquid de animi elatione diminue*.

Conversi sunt in die belli.) Hieronymus, *terga verterunt*. Hebraicè tantum, *verterunt*, הפכו *haphechu*. Eo item pacto expoluit Paraphrastes, *verterunt cervicem*. *Converti* idem est quod aliunde verti, ac proinde etiam potest idem esse quod reverti. In Illyrico Psalterio, *converterunt se*: in Arabico, *fugerunt*. Euthymius & Nicephorus exponunt δέδωκαν νῶτα, φύγοντες, *dederunt terga fugientes*. Occurrit aliquoties prioribus psalmis notio Latini verbi *convertendi*, pro eo quod est reverti & fugere. De sensu dictum est prius, & an re ipsa filii Ephraim fugerint in die belli, viderique figuratam dicendi formulam. Nisi malis cum Cajetano, decem Tribus cum rege suo Jeroboam armis armatos defensivis & offensivis defendendo regnum vertisse se à divino cultu in die belli contra domum David, & sic non custodivisse pactum ut essent populus Dei, nec voluisse ambulare in illius lege, quia deinceps ab eis spreta est. Præsefert Apollinarius, dum fugerent, vulneratos fuisse, nec indicat sagittandi peritiam in illis fuisse, sed in iis, qui vulneraveiunt:

Τοξοσύνης ταναὴς ἐκαβηβόλε ἔρρετε νῆες,
Δηιοτῆτα φέβοντο κακὸς ἡ νῶτα λαλόντες.
Sagittationis longæ procul jacentes Ephremi filii,
Pugnam fugerunt ignavè (malè) post dorsa vulnerati.

Trahi porrò hinc parœmia potest, cum Delrio nostro *b*, in eos qui se plurimum jactant ante conflictum, & leoninam jubam quatiunt, at ubi ventum est ad rem, in cervina velocitate spem ponunt. Citat eamdem ad rem tum testimonia tum exempla. Quibus adjici alia possent non pauca.

Non custodierunt testamentum Dei.) Romanum Psalterium addit *sui*: item Illyricum, *vota Dei sui*. Hieron. *pactum Dei*. Dixi priùs quod esset illud *testamentum*; constatque sumi posse pro lege universa, & interdum pro aliqua particulari. Transfertur mysticè ad violatores testamenti tùm veteris tùm novi, eodemque pacto de lege. Diximus etiam aliàs quævis inesset verbo *custodiendi* seu servandi *testamentum*, testimonia, legem, præcepta, mandata Domini, nempe ut rem summi momenti atque pretiosissimam, & magnis periculis obnoxiam, & cujus jactura maxime cum damno conjuncta sit: denique indicatur eodem verbo perseveran-

a in Oseæ c. 1.
b Isai. 14. 27 cum c. 1. Oseæ c. 1. 5.
c in Zach. c. 9. fc. 9. 13.
d c. 1. 5.
e ibid. 13.
f Ps. 88. 4.
g Item. 1. ser. 3. qui est de S. Anast. Mart.
h Deut. 20. 2
i vers. 4. Tropologia hom. 21. in Ezech.
k Ps. 88. 4.
l Item. 1. ser. 3. qui est de S. Anast. Mart.
m Deut. 20. 2
n Job. 29. 16.
o Jere 46. 5.
p Mal. 2. 4. 5
q Jer. 5. 3.
r Jer. 5. 27. 28.
s ibid. 22.
t serm. 163.
u Jer. 51. 56.
x 3. Reg. xxii. 34.
y Gen. 49. 19
z 3. ethic. c. 4. vel 10
a Plutar. in Laco apoph.
b to. 2. adag. in 93.

Elegans apophthegma Archidiamantis ad filium.

Mystica translatio.

rantia, sicut & sequenti phrasi, ut antea ex Petro Damiani retulimus.

Et in lege ejus noluerunt ambulare.) Hieronymus, *ingredi. Nolendi ac renuendi* vurbo, Hebraicè מאן *maari* indicatur non vitium generis, naturæque, sed voluntatis, & liberi arbitrii, ut notat Arnobius: Augustinus autem, aliique observant, Hebræos forinsecùs tantùm compleviſſe jussa, non ex corde, quum ea non præcipi maluissent, quia ex corde nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, non dilectione justitiæ. Quod est, ut priùs dicebatur, *non dirigere cor*, quoniam recto corde recta sunt opera, & *non esse creditum cum* DEO *spiritum*: quo nomine Simon Magus à Simeone Petro redargutus est; quod nempe *cor ejus non esset rectum coram Deo* a. Placent ista. Sed *ambulare in lege* frequenter usurpatur, pro eo quod est legem custodire & implere *b*, idemque est quum dicitur quis *ambulare aut incedere in viis, judiciis, justificationibus Domini*: p æterea *secundùm voluntatem Dei* c, *coram Deo* d, seu *in conspectu illius* e. Familiaris etiam valde hæc formula novo testamento, ut aliàs *f* admoui. Admonet verò nos conditionis ac status nostri, qui est ut stemus numquam, sed progrediamur; sicut fluit semper ætas currimusque ad metam, & eamus de virtute in virtutem, donec videamus *Deum Deorum in Sion* g. Iter hoc expeditum facere humilitatem in reputatione, puritatem in intentione, paupertatem in rerum abdicatione, fidelitatem in adhæresione, discretionem in examinatione, æquitatem in operatione, demonstrat Ayguanus, ut non ambulemus *in magnis & in mirabilibus super nos* h, *sed coram* DEO, *corde perfecto, & in veritate*.

a *Act.* 5. 21.
b *Ps.* 30. 14. *ps.* 88. 31. *ps.* 118. 1. 3. *ps.* 127. 1. *Exod.* 36. 4. *Deut.* 10. 12. 26. 17. 28. 2. 19. 9. 26. 30. 16. *Josue.* 22. 5. 3. *Reg.* 2. 3. 3. 34. *Luc.* 1. 6. Formulæ loquendi.
c *Sap* 6. 5.
d *Gen.* 17. 1.
e 3. *Reg.* 3. 6. & *alibi*.
f *Act.* 9. 31.
g *Ps.* 83. 8.
h *Ps.* 130. 1.
i *Esa.* 38. 8.

Et obliti sunt benefactorum ejus.) Hieronymus, *commutationum ejus*. Chaldaicè, *operationum ejus*, & additur, *populus domus Israel*. Augustinus & Cassiodorus, *beneficiorum*. Illyricè, *donorum*. Trevetus explicat Hieronymum, de commutatione, quæ contigit, quando scissum est regnum Hebræorum, separatæque decem Tribus à Domo David. Alibi docuimus עלילות *hhaliloth* significare *opera, occasiones, cogitationes, adinventiones, voluntates, studia, scelera*. Iterum K dum-taxat reddidit Hieronymus *commutationes*, ubi legimus *adinventiones* ἐπιτηδεύματα, Symmachus ἐπηρείας *injurias*, Psalterium Gallicanum, & Romanum, & Cassiodorus, atque Arnobius, *studia*: vetus & Augustinus *affectiones*. Verterunt hoc loco LXX. εὐεργεσίας, *beneficia*, seu *beneficia*, quia opera, cogitationes, studia, adinventiones, voluntates, occasiones, affectiones, quarum oblivio reprehenditur, nonnisi in bonam partem accipi debuerunt, quum Deus beneficiendo studuisse visus est, cogitavisse, adinvenisse, occasiones captasse, & opera delegisse, bonam suam erga populum voluntatem & affectionem testatam facere, sibique illos demereri posset, quia ipsa in re, propter varia genera & modos, quos adhibuit, commutationibus quibusdam usus censeri potest, aut etiam alternatione nunc munerum, nunc pœnarum, ad demulcendum, & corrigendum. Vel, quod Richardus Cenomanus notat, indicatur per *commutationum* vocem, Deum solere præteritas afflictiones bonis commutationibus commutare. De immemori divinorum beneficiorum, seu de ingrato, disseruimus non semel aliis in psalmis. Videtur hic non solum fugere, sed etiam arma projicere; siquidem Petrus *l cogitatione Christi pro nobis passi*, nos armat, quod est caput omnium beneficiorum; & Paulus *m recogitationem* istam ait efficere, ut *non fatigemur animis nostris deficientes, & curramus* (non convertamus seu fugiamus) *ad propositum nobis certamen* (qui est dies belli.) Frater nostri Ephraim erat Manasses; quia sæpenumero abundantiæ comes, & quasi germana, oblivio est, quæ sunt nominum illorum etymologiæ, ita ut hìc aptè videatur admodum tribui oblivio Ephraimitis, ignavè fugientibus, turpiter perfidèque deserentibus benefactoris Dei cultum & religionem. Bernardus *n* suadens divinæ munificentiæ frequentem, immò continuam recordationem, & ut *in omnibus gratia agamus* o; nolo, inquit, vos Judaico notari opprobrio, de quibus scriptura testatur, quòd non fuerint memores *benefactorum ejus & mirabilium ejus, quæ ostendit eis*. Amori Dei plurimum conducere memoriam, beneficiorum, præclarè demonstrat Basilius *p*, & Chrysost. *q*, præter alios. Trita Senecæ *r* distinctio, qui se neget accepisse beneficium, ingratum esse, vel qui dissimulet, vel qui non reddat; ingratissimum qui sit oblitus, quia numquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. Quamquam exigui facilè obliviscì, nec magnum peccatum; magni, admodum difficile ac penè impossibile. Obliviscì quandoque dicitur oblivi-scenti similis, qui perinde ac si penitus oblitus esset, beneficio nulla ratione satisfacit; abutitur etiam beneficio, ut eum lædat. Isto genere Judæi erant ingrati, quos ipsi ritus sacri non sinebant oblivioni tradere beneficia potiora, quæ repræsentabant.

k *Ps.* 98. 8.
l 1. *ep.* 6. 1. m *Hebr.* 12. 2. 3.
n *ser.* 11. *in Cant.*
o 1. *Thess.* 5. 18.
Judaicum opprobrio ingratitudo
Amori Dei quantum conducat memoria beneficiorum ejus.
Ingratitudinis distinctio

Et mirabilium ejus quæ ostendit eis.) Illyricè, *miraculorum*. Plagas Ægypti Euthymius ac Nicephorus rectè intelligunt: ostendisse autem Deum non quasi ea propriis viderint oculis, sed quia ita à suis acceperant majoribus. Extendi possunt hæc mirabilia ad alia antequam ingredetentur Hebræi Ægyptum, quumque ibi essent, & in deserto ipso, ac deinceps; quamvis narratio hìc postea ineatur ab his quæ contigerunt in Ægypto. Potest etiam *ostensio* accipi, ut facta ad oculos, & præsentiam, non tantum aliorum, relatu traditione, scripto. Immo per *ostensionem & ostendendi* verbum denotatur adeò clara mirabilium patratio, vel beneficiorum talium collatio, ut celari non possit, quemadmodum aliàs docuimus ad ea verba psalmi 4. *s quis ostendit nobis bona?* nonnullis aliis exemplis. Cajetanus *ostensa mirabilia*, quæ ipse separata juxtà notionem quoque nominis נפלאות *niphleoth* vocat, dicit Epheraimitis fuisse, ignem de cœlo cadentem in holocaustum, & nebulam divinæ gloriæ, quando templum dedicatum est sub Salomone.

p *Reg.* 2. & 7. *ex fusis &* 157. & 167. *ex brev.*
q *Hom.* 26. *in Matth. &* 38. *in Act. Apost.* 2. *de compunct. cordis hom.* 72. *ad pop.*
r 3. *de benef.* 6. 1.
s *vers.* 7.

Vers. 12.) Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.

Sensus loci

CIngreditur modo narrationem brevem Propheta prodigiorum ac portentorum, quæ Deus in Ægypto per Aaron & Moysem edidit, ut inde populum liberaret. Ait autem hìc primum universè illius generis opera, palam & publicè, spectante Rege, ac tota Ægypto, in celeberrima illius Metropoli nomine Tanais, ubi Regia erat, ita ut latere neminem possent, nec Hebræorum, in quorum gratiam patrabantur, nec Ægyptiorum, contra quos fiebant, edita esse. Elicit Augustinus ex notationibus vocabulorum seu allegoriam seu tropologiam, ut Christus in Ægypto mundi istius inferioris, qui locus est tenebrarum, aut tribulationis, coram Patribus novi Testamenti, humile mandatum, quod significat *Tanais* (nescio quàm verè) docuerit, ut discerent, quia *mitis* erat & *humilis corde* t, ut in futuro exaltarentur.

Allegoria.

t *Matt.* 11. 29.

Coram patribus eorum.) Paraphrastes exprimit Abraham, Isaac, & Jacob, & Tribus populi Hebræi. Objicit Augustinus (quem tamen legisse non arbitror paraphrasim Chaldæam) jam olim Patres illos dormivisse, quando mirabilia Deus ostendit in Ægypto. Respondet fortasse spiritu præsentes fuisse, quia de iis loquens Christus, dicensque, quòd *Deus non est mortuorum sed vivorum*, rationem dat, *quia omnes vivunt ei* u. Addit tamen accommodatiùs accipi de Moyse & Aaron, aliisque senioribus, qui commemorantur, spiritum accepisse unde acceperat & Moyses; ut etiam adjuvarent ad eumdem populum regendum ac ferendum x, & *patres* dici honoris gratia propter ætatem curamq; pietatis, sicut Paul. *senior* charissimos filios suos compellat quòd *genuisset illos in Christo* y: quum alia de caussa Christus vetet, ne præter Deum dicamus ullum *patrem in terra* z, non ut hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tollatur, sed ne gratia Dei, qua in æternam vitam regeneramur, naturæ, vel potestati, vel etiam sanctitati cujusquam hominis tribuatur. Quandoque distinguuntur *patres* à Moyse, ut sint eo antiquiores, ut quum Christus ait, *Moses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Mose est, sed ex patribus Patres* hìc intelliguntur, quos ne imitarentur canit David supra versu 8. & versu 3. dixit, *quod narraverunt* sicut & in psal. 43. *b*.

u *Luc.* 20. 37. 38.
x *Num.* 11. 17.
y 1. *Cor.* 4. 14. 15.
z *Matt.* 23. 9.
a *Ioan.* 7. 23.
b *vers.* 2.

Nec

a *cap.* 4. 20. Nec alios mulier Samaritana quam ex decem illis tribubus quæ defecerant à vera religione potuit intelligere per *Patres* suos, quos dicebat *adorasse in monte* a Garizim.

Fecit mirabilia.] Illyricè, *ipse creavit mirucula*. Arabicum Psalterium nectit huic versui præcedenti, hoc modo per appositionem, *& obliti sunt beneficiorum Dei & mirabilium ejus, quæ ostendit illis, mirabilium quæ fecit coram patribus eorum*, &c. Hebraicum nomen פלא *pele* numeri singularis vertens Cajetanus, *separatum*, exponit, multiplex miraculum. Non sunt hæc miracula, quæ acciderint circa Moysis personam, quum adhuc juvenis habitaret in domo Pharaonis, ut nugantur Hebræi, sic etiam explicantes illud ex Exodo *b*, *quis fabricatus est mutum & surdum; videntem & cæcum, nonne ego dicit Dominus?* Lege Lyranum, & Ayguanum, qui censet illud non improbabile, nempe speculatorem jussum occidere Mosem, cæcitate percussum, Pharaonem evasisse mutum ad tempus, alios ejus servos surdos. Agitur de mirabilibus circa Pharaonem & Ægyptios, qui populum Hebræum detinebant & vexabant.

Hegi eorum nugæ.

b *cap.* 4. 11.

In terra Ægypti, in campo Taneos.] Pro *campo Taneos* vertit Hieronymus, *regionem*, apudve Trevetum *Taphneos*, pro Taneos, Psalterium Illyricum, *planitiem*: Alii *agrum*; quidam retinent vocem Hebræam צען *tsohhan* significatum autem שרה *sedeh* & πεδίον proprie *agrum, campum, planitiem*. A *tsohhan*, aliter molliùs *sohan*, Hebr. & Ægyptiacè derivatum, videtur nomen Ostii Niliaci, ab urbe eodem modo nominata, quo apud Stephanum *c* vocatur *saiticum*. Nam ex *Sohan* seu *Tsohham* evasit corruptè *Tan & Tanis*, & cognomen ostii Tanitici apud eumdem Stephanum, Plinium *d*, Strabonem *e*, Ptolomæum *f*; meminitque Strabo νόμε, quem παντάπολιν vocabant profecturæ Taniticæ, in qua esset πόλις μεγάλη Τάνις, *civitas magna Tanis*. Tradit item Herodotus *g* non modo Tanicum, seu Taniticum Nili ostium à Tani urbe denominatum, sed ab aliis insignibus urbibus, alia sex, Canopicum, Balbitinum, Sebenniticum, Mendesicum, Phatniticum, Pelusiacum, à Canopo, Balbis, Sebennis, Phatinis, Mendes, de quibus etiam citatus Plinius, quamvis Gulielmus Tyrios *h* asserat se quatuor tantùm observasse, mirarique à veteribus numerata septem. Appellat etiam *Tapium*, seu *Taphium*; quod sequitur auctor dictionarii historici. Repetitur hoc idem nomen infra *i*, & in libro Numerorum *k*, ac Esaiæ *l*: ibi nominatur urbs, quam Josephus distasse scribit à Memphi stadiis 180. Volunt aliqui per *Tanaim* synecdochicè totam Ægyptum hìc intelligi, appellarique *campum*, ob provinciæ planitiem, & fertilitatem. Favet versio Hieronymi ponentis *regionem*, & Cajetanus *regionem* quoque nominat, imò & Justinus *m* χώραν, ideſt, *regionem* Amœnitas ac fertilitas Ægypti cum Paradiso Domini *n*. Credo potius ut certum, locum poni civitatis Regiæ, in qua, & in ejusdem agro circumjacente sint edita miracula coram Pharaone. Ita quidem disertè Hieronymus in Esaiæ commentario *o* docet, istis psalmi verbis Tanim urbem designari, in qua domus regia Pharaonis fuit, & sub Moyse signa atque portenta plurima perpetrata sunt. Eamdem quum Taphni credit Trevetus, ut dixi, & Varlenius in commentario hujus loci, & noster Castro in Jeremiam *p*, ex quo Propheta *q* elicitur ibi locatam regiam Pharaonis. Villanovanus etiam in Ptolemæum consentit, afferitque primam illic Israelitarum captivitatem fuisse. Arias confundit cum Thebis. Quo modo id probet aut probare possit, nescio. Caput portò Ægypti Memphin constat fuisse, quam hodie *Cairum* appellant. Sed, ut dixi, Tanin Reges frequentabant, velut ordinariam sedem, inde per universam Ægyptum, ut R. Salomon *r* docuit, plagarum diffundebatur malum, ut feriretur prius caput, deinde reliqua membra; quia ibi vigebat potissimum scelerum colluvies, ut in aulis, inquit, solet; vel ob varii generis hominum frequentiam; vel quod flagitiosi potissimum eas frequentant. Eugubinus *s* credere se affirmat interpres LXX. quum in Ægypto versati sunt, cognovisse quæ urbs Hebraicè *Zoban* (meliùs *Tsohham*) vocetur, esse eam ipsam urbem Ægypti, quæ vocatur *Tanis*; & huic rei fidem facere, quòd Chaldaica editio eam appellet *Tanim*. Oleaster *t* refert *Titannim* antea nomen fuisse civitati, à decem Titanibus filiis Noe construetam, sed truncata priore syllaba, dictam esse *Tanaim*, sive *Tanim* Idipsum ex Beroso narrat Adrichomius, sed qui Titanas illos conditores numeret septemdecim. Erat Gulielmi Tyrii *u* tempore ad instar parvi oppidi. Ibidem olim Judæos habitasse opinatur Adrichomius, qui metu Babyloniorum cum Jeremia fugerant, & eodem in loco ab iisdem Judæis illum lapidatum, quòd eos de idololatria reprehendisset: Ægyptios autem honorificè sepeliviſſe juxtà regnum sepulchra, videlicet in Ephre Regia, magnaque religione veneratos, ob fugatos ipsius oratione serpentes. Prophetasse etiam ait contra istam civitatem Esaiam, Jeremiam, Ezechielem. Ultimus multa contra Ægyptum vaticinatur, sed solum Pelusium nominatim exprimit *x*. Non meminit quidem de civitate Tani Moses, describens plagas Ægypti, nihilominus ut Euthymius annotat, verisimile est Davidem id resciviſſe ex eo libro (hic est liber Numerorum *y*) ubi scriptum est *Hebron ædificatam in Ægypto ante Tanim*: vel ex aliis apocryphis libris, vel ex Ægyptiorum historiis.

Ostii Niliaci quod *saiticum* vocatur denominatio unde.

c *de Orbibus.*

d *lib.* 5. *c.* 10.

e *lib* 17.

f 4. *Geograc.*

g *lib* 2.

Nili ostiorũ denominationes.

h 19. *de bello c* 33

i *vers.* 12. *Ec.* 13. 23. *Ier.* 19. 11. 13. *Ez.* 30. 14.

m in *Tryph.*

n *Gen.* 13. 19

o *in c.* 30.

p *in c.* 2. *nu.* 28. *in c.* 43. *num.* 2.

q *c.* 43. 9.

Memphis caput Ægypti.

r citat eum *Eugub. in c.* 13. *lib Num. & Cleaster. ibid.*

s *in c.* 13. *lib. Num.*

t *in c.* 13. *lib. Num.* Titanis quæ postea *Tanis*.

seu *Tanais* Titanes filii Noe.

in thetroter ra sancta. ul. 20 *c.* 18. *& 15. & conc.* 3. *c.* 7. 8. Jeremias quo loco lapidatus & sepultus.

x *Ezech.* 30

y *c.* 13. 23.

Vers. 13.] Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in utre.

PRodigiorum seu plagarum narrationem differens in vers. 44. ut rem valdè mirabile, statim affert, quòd quum ex Ægypto Deus eduxisset populum suum, divisit mare rubrum, atque sicco per illud vestigio traduxit eum, stare faciens aquas natura sue labiles, ac fluidas, perinde atque si intra utrem essent conclusæ. Repetitur denuo *z* infra eadem narratio, & indicata est priore psalmo *a*, & alibi sæpe, nosq; ad librum Sapientiæ *b*, & Actuum Apostolorum *c* satis multa diximus. Lege Josephum *d* & Philonem *e*. sed ille rei miraculum imminuit, dum spontè naturæ accidere potuisse indicat, exemplo Alexandri, per mare Pamphylium traducentis exercitum, de quo etiam Strabo *f*, & Curtius *g* neq; cum isto nostro miraculo comparabile censeo, quod de Mondragenio narrat hoc loco Bochius, per æstuaria, mari recedente, in insulam Zelandicam pedibus, perveniente. Artapanus ita philosophatos nonnullos Ægyptios refert, ut recitat Eusebius *h*, nempe divisionem illam maris naturalem fuisse, propter fluxum & refluxum. Benè monet Euthym. narrare Prophetam omnia succinctè, quin imo nec omnia, nec suo ordine, sed passim quæcumque ei, & quomodocumque in mentem veniebant, ita apposuisse, quia non historiam contexere propositum erat, sed adversus Judæorum invehi ingratitudinem, primo autem loco illud protulisse, quod præ ceteris videbatur admirabiliùs. Videbimus quoq; postea notato loco, nec omnes plagas enumerari, nec ex decem, septem solas, quæ enumerantur, ex ordine ac modo, quo factæ sunt.

Sensus loci.

z *vers.* 53.

a *vers.* 17.

b *c.* 10. 20. *c.* 14. 3.

c *c.* 7. 36.

d 2. *antiq. c. ult.*

Divisi maris miraculũ ut à nonnullis imminuatur.

Alexandri exercitus per mare Pamphylij traductus.

De Mondragonio in insulam Zelandicam pedibus perveniente, quæ narrentur.

e 1. *& 3. de vit. Mosis.*

f *lib.* 14.

g *lib.* 5. 19.

h *de præpar. c. ult.*

Interrumpendi verbum non persuadet scissum maris spatium per duodecim partes, pro Tribuum numero, sed separationem aquarum maris hinc & hinc. Refert Dhanc opinionem Turonensis *i*, quæ Hebræorum est, placuitque Genebrardo in ps. 135. & Abulensi, in Exodum, & meminit etiam Epiphanius *k*, sed illud ps. 135. *qui divisit mare rubrum in divisiones*, contendit spiritualiter intelligi debere. Allegoricè per *maris aquas*, ideſt, baptismi, facta est ad terram promissionis, hoc est, patriæ cœlestis, via, submergunturque in illis peccata tamquam Ægyptii, ita ut sic baptizati censeantur omnes in *Moyse baptizati in mari* l. Tropologicè mundus *interrumpitur*, qui est *mare magnum & spatiosum* m, quando Deus tribulationes immittit, compellitque ad se homines, ut *quarant nomen ipsius* n, & quidem *accelerando* o, voluptates autem velut aquas perstringit, ut *in verbo ejus stent sicut congeries, & in sermone illius sicut exceptoria aquarum* p, denique ut congregentur *sicut inutre* q, ne detur istis aquis *exitus nec modicum, aut mulieri nequam*, ideſt, carni ac sensualitati, *venia prodeundi* r, videlicet, quum versatur præ oculis mentis cogitatio mortis, quam uter ex pelle constans, repræsentat. Gregorius *s* *conclusionem & congregationem aquarum quasi in utrem* explanat moraliter, quum Dominus

i *vers.* 12. *Ec.* 13. 23. *Ier.* 19. 11. 13. *Ez.* 30. 14.

k *hæresi.* 64.

Allegoria.

Tropologia

l 1. *Cor.* 10. 1

m *Ps.* 103. 25

n *Ps.* 82. 17.

o *Ps.* 15. 5.

p *Eccl.* 39. 22

q *Ps* 32. 7.

r *Eccl.* 23. 24

Uter expelle constans, mortis cogitationem repræsentãs

s 9. *mor. c.* 5

minus miro moderamine cuncta disponens, in suis clau- A
a *vers.* 11. & 15. b *S. mor. c.* 11. *vel.* 16. tas cordibus carnalium minas frenat. Repete dicta psal. 32. *a*. Ait idem præterea *b*, *aquas in utre statui*, vel esse, quum lubrica desideria, quia operis effectum non inveniunt, sub carnali oprde deprimuntur. Is quem dicunt Hieron. hoc loco applicat ad monachum, cui quando educitur de Ægypto, interrumpatur mare à
c 14. *mor. c.* 2. Domino ambulante super illud, fluctusque illius mitigante. Idem adhuc Gregorius *c* observat, dum in duas partes unda divisa est, electum populum ad terram remissionis tetendisse, quia dum malorum unitas scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur.

Interrupit mare.) Hieronymus, *divisit*. In Illyrico Psalterio, *retrojecit*. Augustinus totum sententiam sic legit. *Nam qui dirupit mare, & trajecit eos, statuit aquas quasi in utres.* Est בקע *bahahh, secare, scindere, dividere*. Apollinarius utens etiam verbo Græco, quod hic habetur, bifariam divisum exponit mare.

Ὡς ποτε διχθὰ θάλασσαν ἀναῤῥῆξας ἄγε λαὸν.
Ut quondam bifariam mare discindens duxit populos.

Chaldaicè, *divisit mare virga Moysis præceptoris eorum*
d *Exo.* 14. 21 *d*. Divisiones duodecim prius monui minimè necessarium credere. B

Et perduxit eos.) Hieronymus, *traduxit*, Augustinus, ut modò retuli, *trajecit*. Alii, *transmisit*. Illyricè, *manu transduxit*. Moyses cecinit *e*, *Dux fuisti in*
e *Exod.* 15. 13. f *c.* 10. 18. *misericordia tua populo quem redemisti*. In libro Sapientiæ *f transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam*.

Et statuit aquas quasi in utre. Hieronymus, *& stare fecit aquas quasi acervum*. Cajetanus, *sicut murum*. Campensis, *tamquam molem marmoream*. Eamdem vovem נד *ned* idem Hieronymus psalmo 32. *g* exposuerat *utrem*. Vide quid ibi dixerimus. Omisit conjunctionem Psalterium Gallicanum, Augustinus, Cassiodorus: *utrem*, in accusativo, habet Psalterium Romanum & Cassiodorus: *utres*, pluraliter Augustinus: *in utribus*, Psalterium Arabicum, Græcè, Ὡσεὶ ἀσκὸν, *quasi utrem* absque præpositione, quemadmodum & sine conjunctione. Sed pro ὡσεὶ legerunt aliqui ὡς εἰς. In
g *vers.* 7. Cantico Moysis *h*, quod legimus *stetit unda fluens*, est Græcè, ἐπάγησαν τείχη τὰ ὕδατα, *conglutinata sunt fluctus murus aquæ*: Hebraicè נד נוזלים נצבו כמו- *nitr seuu chemo ned nozelim, constiterunt flumina ut cumulus* vel *uber*.
h *vers.* 8.

Vers. 14.) Et adduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.

Sensus loci

NOn solùm in transitu rubri maris, verùm etiam per iter totum deserti Deus, sive ab eo missus Angelus, deduxit populum; per diem quidem, cum columna nubis quæ simul cohibebat Solis ardores, per noctem vero totam, quæ scilicet eget tota lumine, saltem cum non splenderet Luna, per lumen igneæ ac lucentis columnæ, ad tenebras abigendas. In Exodo *i* scribitur quod *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam; per diem, in columna nubis; & per noctem, in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore*: & quòd numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. In psalmo 10. *k Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem*. In 2. Esdræ *l. Tu autem in miserii* *cordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, ut ostenderet eis iter, per quod ingrederentur*. In libro *Sapientiæ m: deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem*. In hujus ultimi libri commentario, quæ sufficere possint, disputavimus, de ista sive una columna, quæ duplici fungeretur officio, sive revera duplici. Eodem libro *n* rursum scribitur quod *ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ vitæ, & Solem sine lasura*, nempe propter columnam nubis.

i *c.* 13. 21. 22

k *vers.* 39. l *c.* 9. 19.

m *c.* 10. 17.

n *c.* 18. 3.

Mystica interpretatio

Mystica interpretatur Augustinus de Christo, cujus

in hoc sæculo tamquam in die sacramentum manifestatum est in carne, velut in nube: in judicio verò tamquam in terrore nocturno, qui tunc erit magna tribulatio sæculi tamquam ignis, & lucebit justit, & ardebit injustis. Cassiodorus ait fuisse Christum, verum diem, tamen perfidis nube suæ carnis celatum: in hac autem nocte sæculi custodire claritate sui luminis fideles. Creditus Hieronymus, nubem, & quidem levem, super quam Dominum venisse dicit Esaias *o* in Ægyptum, docet fuisse corpus Christi, nullo prægravatum peccato; aut Mariam nullo semine humano scilicet in filii conceptione; talemque nubem non fuisse in tenebris, sed semper in luce: item Dominum esse *ignem consumentem p*, ut peccatores incendat, luceat justis. Quod autem Auctor ille vocat Mariam nubem, quæ non fuerit in tenebris, sed semper in luce, immaculatæ ipsius conceptioni apertè favet. Videtur ex Ambrosio *q* mutuatus. Is Mariam *nubem* appellat quæ nubes erat secundùm hæreditatem Evæ, *levis* secundùm Virginitatis integritatem; *levis* quæ non quærebat homini placere, sed Domino *s*; *levis* quæ in iniquitate conceperat, sed spiritu superveniente generabat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat. De Christo etiam asserit in nube suscepti corporis venisse, sed levem carnem fuisse, quam nulla sua gravabant delicta: venisse in nube levi, quasi in justitia, quia *iniquitas in talento plumbeo sedet r*, ille in corde justorum, quos peccata non onerant. Gregor. *s ignea* columnæ designatum vult Deum terribilem; per *nubem* lene illius blandimentum: *diem* significasse vitam justi, *noctem* vitam peccatoris, & quod in judicium quando veniet, per lenitatis mansuetudinem blandè justos demulcebit, peccatores autem per justitiæ districtionem terrebit. Præterea docet *t*, *columnam nubis* splendore ignis (indicat eamdem fuisse, & unicam columnam, ut ipsi etiam diximus in librum Sapientiæ *u*) non in die sed in nocte radiasse, quia Redemtor noster suæ conversationis exemplo ducatum sequentibus præstans, de justitia sua confidensibus nulla luce claruit: peccatorum verò suorum tenebras agnoscentibus, ignem sui amoris insulsit. Ambrosius *x*, baptismi gratiam, per nubem; & donum Sancti Spiritus, per ignem scribit ostendi: deinde *y* per *columnam ignis*, quam vocat *lucis*, Christum, qui C tenebras infidelitatis depulit, & lucem veritatis gratiæque spiritualis affectibus infudit humanis; per *columnam nubis* Spiritum sanctum, qui dicitur *obumbrare z*: postremò *a*, sicut tunc per mare filios Israel ignis columna præcessit, ita nunc per baptismum Christianos populos in corporis sui columna Christum præcedere; & esse columnam, quæ tunc lumen sequentium oculis præstitit, modò lucem credentium cordibus subministrat. Primum eorum quæ modo retuli ex Ambrosio prior innuit Origenes *b*, & Turonensi *c*, præterea Macarius Chrysocephalus *d*, Nicetas, Nazianzenum *e* explanans, accommodantem columnas has ad Baptismum, interpretatur de Spiritu sancto, qui homines in turbidis animi motibus comprimendis laborantes inumbret ac refrigeret. & solis in malam partem accepti æstum atque ardorem à nobis arceat: & ad Apostolos in ignis forma accesserit. Vel de Christo, qui *columna* ob tripartitam corporis dimensionem dicatur: *ignis* propter divinitatem, *ignis* enim *consumens* est *f*, & quoniam in erroris nocte scientiæ facem D prætulit,

Eamdem allegoriam Christi persequitur pluribus Rupertus *g*, dicens *columnam* fuisse rectitudine ac stabilitate, suamque Ecclesiam fecisse *columnam h*, & sanctos viros *i*: *nubem*, quia homo: *ignem*, quia Deus: viam monstrasse discedentibus à servitute diaboli, peccati, mundi, transeuntibus verò ad servitutem Dei, & ad cœlestium rerum pergentibus comparationem. Cyprianus *k* attribuit utramque Christo, quem & *Angelum* appellari contendit. In collectaneis ex Cyrillo Alexandrino, & aliis *l*, *ignea columna* lex vetus esse dicitur, quæ puniendo deducebat Judæos & in errorum nocte versantes, & caligine vitiorum (adde in obscuritate figurarum) antequam venisset Christus: *columna nubis*, baptismus, quo ad salutem nunc deducimur. Hoc disertè Cyrillus declarat in opere de adoratione in spiritu & veritate *m*. Chrysostomus *n columnam nubis* typum facit nostræ Crucis, quæ ante oculos visa omnem sta-

o *c.* 19. 2.

p *Deut.* 4.

q *in ps.* 118. *octon.* 5.

r *Zach.* 5, 7. s *Hom.* 21. *in Evangel.*

t 2. *Mac. c.* 21. *vel* 30. u *lib.* 10. 17.

x *lib. de filii divinit. c.* 3. y 1. *de Sacr. ult.*

z *Luc.* 1. 35.

a *Jer.* 17. *seu* 1. *de bapt.*

b *hom.* 5. *in Exod.* c 11. *hist. Franc. c.* 10. d *or. at. de exalt. crucis* e *orat.* 42. *seu* 2. *in Psoha.*

f *Deut.* 4. 24

g 2. *in Exo. c.* 28. & 29. h 1. *Tim.* 3. 15. i *Apo.* 8. 11.

k *l. cont. Jud. n.* 5. l *c.* 10. *apud Cyrillum*.

m *Lib.* 3. n *Hom. de Joseph. & contin. to.* 1

tim abigat malam voluptatem; tamquam salus animæ, & fœdarum que concupiscentiarum salubre antidotum, quemadmodum illa materialis *columna nubis* Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis pateretur. Rursus *a*, confert nubem istam cum illa quæ in transfiguratione Christi extitit: videturque eidem nubi duplex munus ascribere: ut Solis fervorem compesceret, & illuminaret Hebræos. Hugo Christum dicit *diem*: carnem, *nubem*; *ignem*, deitatem, in ea dedisse exemplum, per hanc resistendi adversis virtutem: vel *diem* fuisse Christum, quamdiu vixit; *noctem*, quando subtraxit corporalem præsentiam, postquam Spiritum sanctum insigne illuminante misit. Vel nos deduci in *nube diei*, quando non omnem prosperitatem Dominus aufert, sed temperat consolatione, tota nocte adversitatis per illuminationem quoque consolationis. Admitti possunt ac debent etiam veneranter hæ allegoriæ. Sed verum est etiam, quod Augustinus *b* admonet utrum Pater, an Filius, an Spiritus sanctus, an ipsa Trinitas unus Deus oculis apparuerit mortalium per subjecta creaturam corpoream, similiter non apparere, seu non constare.

a in ps. 96.

b a. de Trin. c. 24.

Porro Clemens Alexandrinus *c*, quum diligenter demonstret profanos auctores fures ac latrones fuisse divinarum scripturarum, inter alia exempla profert hoc de columna ignis. Nam prodi, Thrasybulo, qui exules ex Phyla reducebat, & latere volebat, ducem factam columnam, quumque nec luceret Luna, & hybernum cœlum esset, atque caliginosum, visum ignem præcedere, qui quum illos citra ullam deduxisset offensionem, defecit, ubi nunc est ara φωσφόρου, ideſt, *Luciferæ*. Tunc subdit Clemens: vel ex hoc ergo evadant nostra Græcis (i. e. Gentilibus) credibilia, nempe quòd facere potest Deus Omnipotens, ut columna ignis Hebræos noctu præcedat, quæ etiam dux sit eorum itineris. Præterea illud refertur,

c 1. Strom. c. 13. Auctores profani, divinarum literarum fures ac latrones.

Στύλος Θηβαίοισι Διόνυσον τιμωυντι,
Columna Thebanis Bacchus multum exhilarans:

d in Antiop.

Ex eadem historia columnæ hujus ortum putat. Item quæ cecinit Euripides *d*,

Εἶδον γὰρ θαλάμοις βουκόλον
Κομῶντα χρυσῷ σύλλον Ἔρωτ' ἐν δεῖ,
Ipsum autem in thalamis bubulcum
Comantem hedera, columnam Evii dei,

Ad extremum docet, columna significari Dei non posse effingi imaginem: illuminatam verò, seu ignis, Dei stabilitatem ac firmitatem, & immutabilem ejus lucem, quæque non potest figurari: prius autem apud veteres, columnas ad adorandum, quàm statuas, erectas esse (exemplo possit esse, titulus à Jacob erectus *e*:) sed & ignem illum columnæ similem, quique ingrediebatur per loca invia, & ad quæ non patebat aditus, symbolum fuisse ac signum sanctæ lucis, quæ transit per terram, & in cœlum rursus recurrit per lignum (ideſt, Christi, qui post crucifixionem resurrexit, & ascendit in cœlum) per quam etiam datum est nobis videre νοητῶς *intelligenter*. Zeno Episcopus Veronæ, de columnis istis multa philosophatus *f*, columnam nubis perduxisse populum per diem ut ostenderet esse cæcum: ignis per noctem, ut moneret arsurum: columnam, Christum esse: imagine nubis & ignis, judicia duo designata; unum aquæ jam gestum, alterum, ignis, quòd futurum est, duplex item testamentum præsignificatum, quod suis Christum oraculis prodidit.

Columnæ ad adorandum prius erectæ apud veteres quam statuæ.

e Gen. 28. 18.

f ser. de Exo. 3. 4 Is. 10.

Et deduxit eos in nube diei.) Hieronymus, *& duxit eos in nube per diem i* Alii, *eduxit*. Augustinus, *qui deduxit eos*. In Psalterio Arabico & Illyrico, *in die*. Genitivus ὑετέρας est temporis, & non refertur ad *nubem*. Quamvis *nubes diei* possit dici, quæ de die apparebat, quasi præesset diei, seu itineri diurno. Significat יומם *jomam*, *per diem*.

Et tota nocte in illuminatione ignis.) ἐν φωτισμῷ. Sed Hieronymus, & Psalterium Arabicum, *in lumine*: quod valet באיר *Beor*. *Totam noctem* dixit, quia ut plurimum tota tenebrosa est, egens lumine dies non requirit semper obumbrationem nubis. De officio columnarum repete quæ me alibi dixisse monui.

Vers. 15.) Interrupit petram in eremo, & adaquavit eos velut in abysso multa,

Vers. 16.) Et eduxit aquam de petra, & deduxit tamquam flumina aquas.

Sensus loci.

ALiud eximium beneficium populo collatum in itinere per desertum, ut finderet petram Deus, indeque largam ad potum aquam eliceret, perinde ac si fuisset in magna quadam profunditate, ita ut etiam æquare potuerit maximos fluvios. Hac ipsa de re, disseruimus in libro Sapientiæ *g*, ubi sic est. *Sitierunt, & invocaverunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.* Eo loco citata sunt alia scripturarum testimonia, & ea tractata quæstio, an semel, bis pluris hoc acciderit, & cujusmodi illa petra Bfuerit, & utrùm aut ruptio vera, illiusque aliqua in aquas conversio.

g c. 11. 4.

Mysticè, reputatus Hieronymus interpretatur Christum, qui *petra* vocatus est *h*, dixitque, *qui i sitit veniat ad me, & bibat*; percussus est etiam *propter peccata nostra k*: immensos autem protulit nobis fontes, Apostolos scilicet, ac inde torrentes doctorum, ex quorum prædicatione sitim verbi Dei restinguimus. Ait præterea, quòd fontem baptismi nobis, atque martyrii eadem petra ostendit; quia de latere Christi sanguis & aqua processit. Augustinus hoc loco & alibi *l* eadem attingit mysteria, præsertim de aqua fidei, ac doni Spiritus sancti, seu gratiæ ex Christi meritis tamquam petræ, cui lignum passionis fuit pro virga. Notavit item in gemina percussione crucem ligno duplici constantem. Idem etiam hìc habent Remigius, Beda, Haimo, Bruno, Carthusianus. Hoc ex Severiano quoque Gabalorum Episcopo *m* Damascenus refert: traditur etiam à Marcario Chrysocephalo *n*, qui multi demonstrat quomodo conveniat Christo ratio petræ, & virgæ.

h 1. Cor. 10. 11.

i Joh. 7. 37.

k Rom. 9. 33.

l Ibo. 27. ex l. 50. ho. c. 1. ser. 93. de temp. tract. 26. & 28. in Ioan.

m orat. 3. de imag.

n ora. de exalt. Crucis, apud Gretserum, vol. 2. de Cruce.

Petrus Damiani *o* utitur eodem sensu mystico petræ percussæ pro Christo. Ambrosius *p* item, qui, sive Calius *q*, in duplici percussione testamentum observat vetus, constans ex lege ac prophetis. Basilius *r* ait, aquam de petra promanantem, figuram fuisse vivificæ potentiæ verbi. Haimo ait *interruptionem* denotare quòd aqua baptismi aliis vita est, aliis mors. Tropologia Hugonis est, in peccatore infructuoso, pleno feris, & monstris peccatorum, tamquam in eremo percuti petram duri cordis ipsius, & sic adaquari ac refici aquis lacrymarum, velut in abysso multa, quia ei suppetit unde fleat, fitque ipsi fletus instar fluentium copiose dulcium aquarum. Simile quid ex quodam Balduino affert Ayguanus, *Aquam* ejusmodi *haurire* monemur nobis, *propter obsidionem s*. Non reprehendit Hieronymus *t* qui tales tradunt sensus, dummodo ne ita ut sub leges allegoriæ alteriusve sensus is cogatur, qui pertinere ad historiam potest.

o ser. de invent. Crucis pro ps. 38. & 5. de Sacr. c. 1.

q c. 4. Apoc. r de Spiritu S. c. 14.

Tropologia.

s Nah. 3. 14. t in c. 1. Ioan.

Eodem porro Sapientiæ loco quem citavi, docui, videri auctorem *u* operis de mirabilibus scripturæ aliqua ratione magnitudinem hujus miraculi imminuere. Alleganda longius commenta, deliriaque prodita, de aquæ ac sitis necessitate Hebræorum à Tacito *x*, Strabone *y* Plutarcho *z*, Diodoro Siculo *a*, apud Photi Dnium *b*, Democrito apud Suidam, ut meminit etiam Tertullianus *c*, videlicet Judæos, in vastis Arabiæ locis, quum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri æstimabantur indicibus, fontibus usos, ob eam caussam consimilis bestiæ superficiem consecrasse. Fabula etiam est, quod Pausanias *d* scribit de fonte aquæ frigidissimæ, quem Atalanta à venatione, siti laborans, venabulo saxum percutiens, elicuerit.

u apud Aug. x c. 3. l. 1. c. 4

De aquæ & sitis necessitate Hebræorum deliria & commenta.

y lib. 5.

z lib. 17.

a 4. Sympos. c. 5.

b lib. 34.

c in Bibl. n. 6. 9.

d apologe c. 16.

e in Lacon. cic.

Interrupit petram in eremo.) Chaldaicè, *rupit petras virga Mosseh præceptoris eorum in deserto*. Est idem verbum Hebræum quod vers. 13. quamvis in futuro יבקע *jevakhahh*, quod præteriti loco est. Nomen autem צריום *tsurim* est plurale, significans fortassis ingentem petram, ut de similibus aliis nominibus in eodem numero

mero antea monui. Genebrardus innui vult duplicem aquæ de petris diversis extractionem. Res est in opinione: certè hinc haud magnum sumi argumentum posse judico, sicut in Commentario libri Sapientiæ *a* monui, negans præterea, petram unam per desertum circumlatam, ex qua, quum opus esset, extraheretur aqua, & docens ruptionem, quod hìc ante indicabam, vel veram fuisse, vel veræ similem, eo quòd pars in aquas conversa sit, ac proinde amota videbatur, ne aquæ impediret defluxum. Denique non fuisse ab aliquibus antea excisam petram ad certum usum; casuque inventam, vel etiam sponte abruptam. Hoc ultimum refellitur, quoniam dicitur hìc, quod Deus, nimirum per Moysem virga percutientem, interrupit petram, & in psalmo 104. *b* quòd *dirupit petram*. Cetera eleganter adhibitum est idem verbum antea in aquis maris, nunc in petra, ut intelligeretur æquè facile Deo esse, ut lapidescant aquæ, & lapides resolvantur in aquas, sive ut ex eis dimanent, non per naturæ mutationem, quæ mora indiget, & de qua loquens auctor de mirabilibus scripturæ *c*: profert exempla; sed per divinam virtutem quæ operatur in instanti, & pro Dei voluntate, ut ille idem benè argumentatur. Remigius notat prius ex aquis rupes factas, deinde de rupe aquas productis. Gaudentius item Brixiensis *d*, ipse inquit, Deus, Jordanem siccavit fluvium (priùs mare) qui arentem petram, fluminis verterat in liquorem. Esaias *e* hoc idem Dei beneficium descripsit eodem ferè modo. *Non sitierunt in deserto quum educeret eos; aquam de petra produxit eis, & scidit petram*, צור ויבקע *vajakkah tsur*, σχισθήσεται πέτρα, *& fluxerunt aqua*. Item *scissa* f *sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine, & qua erat arida erit in stagnum; & sitiens in fontes aquarum*.

Saltem figuratè describendo abundantiam gratiarum per Spiritus Sancti adventum, alludit ad eam aquarum admirabilem emanationem tamquam ad typum. *Torrentes* designant gratiæ dona nobis de cœlo, ac *desursum* g *provenire*, non ex naturæ munere: *stagnum* innuit ne sinamus illa pereffluere, sed in Domino stemus, ac perseveremus: *fontes* indicant ut aliis etiam, quoad licuerit, communicemus. Simile promissum sub eadem figura est apud eumdem Prophetam *h*, *aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum*.

Et adaquavit eos velut in abyssо multa. Hieronymus, *& potum dedit quasi in abyssis magnis*. *Abyssos* quoque plurali numero ponunt. Arabicum & Illyricum Psalterium, in quo est nomen Hebræum תהומות *thehomoth*. *Adaquandi* verbum usurpavit Interpres pro potandi cui respondet Hebræum ישק *jask*, & φωτφόρα, quia potus erat aquæ. Nullo alio præter istum loco de hominibus latinum illud verbum interpres protulit, sed de gregibus dumtaxat; & convenit præterea plantis irrigatis. Propterea Cassiodorum observasse opinor videri Prophetam jumenta magis quàm homines significare, qui tantis beneficiis gratias agere nesciverint. Atqui latinè non scripsit Propheta.

Et eduxit aquam de petra.) Hieronymus, *rivos*: Alii, *fluenta*, vel *lapices* נוזלים *nozelin*. Aliud nomen petræ Hebræum סלע *selahh*, priùs aut צור *tsur*: in psal. 113. *i* חלמיש *challamis*. Euthymius atque Nicephorus volunt hoc diversum esse miraculum à priore, ac prius quidem in Cades accidisse, istud in Horeb, vel in mansione undecima Rhaphidim, & in trigesima tertia Cades. Dixi in libro Sapientiæ k non improbabilem sententiam esse, quam sequitur etiam hoc loco Lyranus, Trevetus, Rickelius, Valentia, Cajetanus, Genebrardus *l*, Placidus, Agellius; & in Exodum *m*, ac Numeros *n*, idem Cajetanus, & in postremum librum Abulensis quæst. 4. in penultimum Ystella; denique auctor de mirabilibus scripturæ *o*: quamvis Philo, ac Josephus non nisi semel hanc rem narrent: Oleaster *p* verò contendat semel dumtaxat evenisse. Sed pluribus acquiesco, etiamsi quid convincat non videam: & quod in Exodo promittitur solum, in Numerorum libro impletum commemoratur, nec tamen pluries quàm bis concedo, quum nulla ratione faveant divinæ litteræ, quamvis mentio fiat de puteo apparente.

Placet verò quod Oleaster adversùs Hebræos nonnullos (quibus tamen in hoc psalmo favere Genebrardus videtur citans auctorem fasciculi myrrhæ) docet, non temeritate potius quadam, quàm labore sitis aquam à populo desideratam, quod videlicet man, seu manna, simul escam & potum suppleret, utpotè descendens ad modum pluviæ, nec sine magno existens humore. Nam & *sitivisse populus pro aqua penuria* q scribitur, nec humiditate tanta erat manna, ut sitim hominum posset extinguere: & exisse narratur aqua, *ut biberet populus, & jumenta* s.

Et deduxit tamquam flumina aquas.) *Aquas largissimas* appellat liber Numerorum t: infrà in hoc psalmo u dicuntur *torrentes inundantes*: rursum vocantur *flumina* infrà in 104. ipso x psalmo, & apud Esaiam y: in Deuteronomio z *rivi*: denique per nonnullam habitudinem ad hoc miraculum videtur idem Esaias a, ut antea retuli, vocasse *torrentes, fontes, stagna, rivos*. Ex quibus minùs probabilis censeri potest opinio, de qua memini in libro Sapientiæ *b* de petra circumlata per desertum, ex qua aquæ, quum opus esset, elicerentur. Tropologicè aquas dulces de lapidibus, quibus percussus est Stephanus divinæ consolationis elicuit, ut de illo canit Ecclesia, Inde tamquam *melle saturatus* oleoque inunctus.

Vers. 17.) Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitaverunt excelsum in inaquoso.

NIhil tot ac tantis Deus beneficiis apud ingratissimum populum promovit: noluit melior fieri, sed nova prioribus adjecit peccata, atque benefactorem suum cunctis potentia excelsiorem non dubitaverunt ad iracundiam provocare, & contra se accendere, idque in ipsa vastissima solitudine omnibus vitæ subsidiis destituta, & ubi vivere non licebat, nisi peculiari providentia, & beneficio Dei. Quod ait, *& apposuerunt adhuc peccare ei*, &c. indicat non solùm in aquarum penuria, sive bis, sive tantum semel, Hebræos concitasse in se indignationem divinam, verùm etiam in ciborum inopia, de qua mox sequenti versu. *Jurgatus populus contra Moysem*, ait, *da nobis aquam, ut bibamus: & murmurans dixit, cur nos feciſti exire de Ægypto, ut occideres nos & liberos nostros ac jumenta siti c, & vocavit Moyses nomen hujus loci Tentatio, propter jurgium filiorum Israel, & quia tentaverunt Dominum, dicentes; est ne Dominus in nobis, an non? d*. Ipsimet Moyses & Aaron diffidisse, ac dubitavisse nonnihil visi sunt; ita ut ea de causa non fuerit eis permissum introducere Hebræos in terram promissam *e*: qua de re dixi ad librum Sapientiæ *f*. Murmuraverant jam priùs clamando ad Dominum, & dicendo ad Moysem, *Forsitan*, &c. quum vidissent Ægyptios persequentes *g*. Denique populus hic sæpe numero contendit, & murmuravit, ac resistit Ducibus suis, Deoque ipsi, *durissima cervice, & indomabili corde h*, ut ostendimus in Commentario Actuum Apostolorum *i*, allatis aliis similibus formulis ex scriptura. Faciunt ad rem maximè, quum appellatur *gens* vel *domus exasperatrix*, seu *cor exasperans k*, aut *irritatores l*. Magna duritia, quam adeo multa, & magna non frangant beneficia, ingens pervicacia, toties eamdem injuriam repetere adversus eum, qui non læserit, sed benevolentia beneficentiaque summa prosecutus sit. *Qui apponit iniquitatem super iniquitatem, non intrat in justitiam Dei m*: sed *apponentur plagæ n super illum*. De recidivo peccati, egimus alibi.

Et apposuerunt adhuc peccare ei.) Hieronymus, *& addiderunt ultra peccare ei*. In Arabico Psalterio, *tum redierunt etiam ultra ad peccandum ei*. Apollinarius:

Ἀμπλακίας στιδεύτες ἐπ' ἀμοιλοχίοισιν ἔρπτον
Scelera vero ponentes super scelera consuebant,

Augustinus videtur omisisse conjunctionem: peccatum autem interpretatur fuisse incredulitatis, quemadmodum Christus exposuit, dicens *mundum arguendum de peccato, qui non crediderunt in eum o*, & aliàs *p* quoque eadem ratione absolutè *peccatum* sumsit. Incredulitas ista non fuit semper fidei contraria, sed spei atque fiduciæ

a *Jer.* 11. 4.
b *vers.* 41.
c *apud. Aug.* 10.3.l.1.c.24
d *c.* 48. 22.
e *c.* 48. 22.
f *c* 45, 6. 7.
g *Jac.* 1. 17.
h *c.* 41.18.
i *vers.* 8.
k 1. *c.* 11 4.
l *idem in ps.* 113.
m *cap.* 27.2.
n *c.* 20. 2.
o *Apud Aug.* 10.3.l.1.c.24
p *in Exod.*
q *Exod.* 17 3.
r *vers.* 6.
s *Num.* 20. 8.
t *c.* 20. 11.
u *vers.* 20.
x *vers.* 42.
Petræ per desertum circum latæ, ex qua eum opus esset, aquæ elicerentur minus probabilis opinio.
y *c.* 43. 2. 20.
z *c.* 8. 15.
a *c.* 35. 6. 7. *c.* 41. 18.
b *c.* 11. 4. Tropolog. *Deu.* 33. 13. *Ps.* 89. 17.
c *Exod.* 17. 21.
d *vers.* 7.
e *Nu.* 20. 12. *Deut.* 1. 37. *fc.* 12. 4.
g *Exo.* 14. 10 11. 12.
h *Exo.* 32. 9. *c.* 33. 3. § *c* 34. 9. *Deut.* 9. 6. 13. *c.* 31. 27. *Es.* 46. 12 *c.* 48. 5. *Je* r 30. 14. 15. *Baru.* 2. 30. *Ezech. c.* 4 * *c.* 8. 7. *Act.* 7. 51. *c.* 7. 51.
i *Ezech.* 2. 5 6. 8. *c.* 3. & 17. & 44. *sepe*.
k *Jer.* 5. 23.
l *Ezech.* 2. 7. *c.* 24. 3.
m *ps.* 68. 28
n *Apo.* 12. 18
o *Joh.* 26. 8. *c.* 9. 41. *c.* 15. 22. 24.

ciæ non rarò. Conjunctio vim habet, ac si dixisset, Anihilominus. Retuli prius dicendi modum similem, ut *apponi* dicatur *iniquitas super iniquitatem* a. Idem valet *addere* & *adjicere facere malum, in conspectu Domini*, & *prævaricari* seu *peccatum super peccatum*, & *ad peccandum*, quod aliquoties de populo Hebræo dicitur *h*. Alia formula imprecatoria: *hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat* c, innuit causam propter quam quis mereatur pœnas, quæ scilicet etiam ipse fecerit & addiderit adversùs Deum peccata, præsertim fidem non servando ipsi, vel alteri propter eum. vel quasi optet sibi supplicia majora, quàm, quæ Deus irrogare soleat. Distinctio cujusdam Gualfridi, quam recitat Ayguanus, ut *peccare Deo* sit peccare ad honorem Dei consecutivè, vel quum se illius curæ subdit, ab eo salutem sperando: *peccare in Deum*, contra ipsum erigi: *peccare sibi* qui ad damnationem & malum tuum; vera quidem est, sed parum necessaria. Nam propriè qui peccat Deo, in eumdem quoque peccat, & contra illum, ut etiam hic explicat Hugo.

a *psl.* 68. 28. b *Luc.* 12. c. 4. c. 1. *Reg.* 12. 29. *Job.* 34. 37. *Eccl.* 10. 13. c. 21. 1. *Es.* 1. 5. c. 30. c. *Ose.* c. 3. 2. c *Ruth* 1. 17. 1. *Reg* 3. 16. c. 14. 44. c. 25. 22. *lib.* 2. 3. 9. 35 c. 19. 13. *l.* 3. 2. 11. c. 19. 20. c. 10. 10. *l.* 4. 6 11. *Peccare Deo in Deum, sibi* ut distinguat Gualfridus.

In iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.) Hieronymus, *ut provocarent Excelsum in invio*. Alii, supplendo præcedens verbum *apponendi, ad exacerbandum, irritandum, provocandum*, vel *deficiendum ab Excelso*. In Psalterio Romano & vetere, *in ira concitaverunt excelsum in siccitate*. Cassiodorus eodem modo, sed cum acculativo, *in iram*. In Gallicano, seu Ambrosiano Psalterio, *& exacerbaverunt Excelsum in siccitate*. Ita etiam Augustinus; verùm pro *Excelso* habet *Altissimum*. In Arabico, *& exasperarunt Altissimum, ubi non erat aqua*. In Illyrico, *& irritaverunt æternum in arido*: Chaldaicè, *ut provocarent ad iram Altissimum in deserto arido*. Symmachus φλονικεῖν τῷ ὑψίστῳ ἐν διψει *ad contendendum cum Altissimo in siti*. Aliud est *in iram excitare* seu concitare aliquem, aliud, *in iram*: primo modo ira est concitantis: secundo, illius qui concitatur. Puto in Romano Psalterio mendum esse, legendumque cum accusativo, *in iram*, ut significetur Deum ipsum à populo in iram concitatum: Etsi sæpe fit, ut iratus vel indignatus alteri provocet eum ad iram. Verbum Hebræum cum littera servili למדות *lamroth* & παρεπ ἰκραιαν, innuunt provocationem ad amaritudinem iramve, quæ sit facta ab alio in Deum. In psalm. 94. *d* vocatur παραπικρασμός *exacerbatio*, vel *irritatio* & מריבה *meriváh*, *contentio* quæ contigerit in die tentationis מסה *massáh* in deserto, quæ sunt duo nomina vel duplicis vel ejusdem loci ubi aut semel aut bis jurgatus est populus propter aquæ penuriam. Verùm, quod antea monui, non assentior Hebræis, & Genebrardo *e*, aquæ petitionem procuratam fuisse litis & contentionis tantùm studio, schismaticorumque invidia, & malevolentia; non item ob necessitatem, sed voluptatem; quasi esset in manna panis & aqua, non solùm quia quum descendebat, habebat eos super ac subter se, sed etiam quoniam fundebat rivos aquarum idoneos ad adaquanda pecora, dum incalescente Sole liquesceret duabus horis ante meridiem. Non hæc, inquam, sententia probatur mihi, quia videtur conficta, nec alia quam Rabinorum auctoritate nixa: neque verisimile est Deum permanens miraculum aquarum toto tempore peregrinationis per desertum, ut cum iisdem Hebræis Genebrardus sentit, concessurum fuisse solùm ut satisfaceret voluptati seditiosorum & ipsum tentantium, cum Moyse autem jurgantium. Nam de coturnicibus constat, ut & de aquarum dulcoratione, ac de turba montis Sinai perenne miraculum non fuisse. Denique quum *se nauseare* dicerent *super cibo levissimo*, nempe manna, dicebant simul *non esse aquas* f.

In ira excitare aliquem & in iram, ut differant.

d *vers.* 8.

e *in psl.* 94. 10 De aquæ petitione ab Hebræis. Genebrardi & Hebræorum impugnata sententia.

f *Num.* 21. 5.

Moraliter censentur, ut ait Hugo, *in iram excitare Excelsum in inaquoso*, qui in duritia cordis sui humorem gratiæ nolunt recipere, nec resolvi in lacrymas compunctionis, sed *immundo spiritui ambulanti per loca inaquosa* g, & *in deserto* habitandi *h* aditum præbent, causantes pœnitentiam se libenter acturos, aut religionem ingressuros. si Dominus daret voluntatem, sed sic sibi vivendum in divitiis deliciisque, donec voluntatem ille inspiret.

g *Luc.* 11. 24. h *Tob.* 8. 3.

Vers. 18.) Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis.

Vers. 19.) Et malè locuti sunt de Deo, dixerunt: num quid poterit Deus parare mensam in deserto?

Vers. 20.) Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt.

Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

Sensus loci

GRavis causa cur indignaretur ac irascceretur Hebræis Deus, quoniam de divina potentia dubitantes, ac intra se, & in cordibus suis experimentum facere cupientes, ut cibum ipsis daret, qui satisfaceret importuno desiderio ipsorum: proruperunt etiam in murmurationem, blasphemiamque adversùs eumdem Deum; an qui tam potens credebatur, posset in solitudine instruere convivium de panibus carnibusque, quorum ibi penuria summa: utrum qui jam antea petræ sola percussione copiosas erat largitus aquas, valeret tùm iis, vulgarem escam concedere, tùm apparare opimioribus carnium cibis mensam. Bis id accidit, & quum manna datum est, & quum coturnices; ac utrumque hic mox etiam narratur: primum autem murmur in Exod. *i*; secundum in libro Numerorum *k*. Disputatum à nobis est hac de re tota in commentario libri Sapientiæ *l*, nonnihil tamen hic erit oblata occasione attingendum, simulque si quid ad mysticos pertineat.

i *c.* 16. 2. 3. k *c.* 11. 1. & *seq.* l *in c.* i. 16.

Et tentaverunt Deum in cordibus suis.) Hebraicè *cor* est numeri singularis. Sensus tamen idem. Vel metu vel verecundia prodere initio perfidiam verbis non audentes, taciti volvebant intra se infideles cogitationes istas. Nec verò illos fames compellebat tunc, sicut sitis, quum aquæ ipsis concessæ sunt, Suppetebant enim greges & armenta prætereaque manna. Denique causabantur *aridam esse animam suam, dum nihil aliud respicerent oculi eorum, nisi mannam* m: dicebantq; *deesse panem, nec esse aquas*, & *animam suam jam nauseare super cibo levissimo* n; nempe man. *Tentandi* verbum tribuitur Deo, Diabolo, homini. Et in genere significat experimentum de aliquo sumere, vel in aliquid inducere. Valet sæpe idem quod affligere, quia probatur quis afflictione: aut ad peccatum sollicitare, quo pacto negat Jacobus o, Deum tentare. Homo tentat Deum, quando absque necessitate facit periculum de divina potentia, bonitate, sapientia: vel etiam, quod ex eo sequitur, quum eumdem irritat, & exasperat; item quum petit auxilium ad patrandum aliquod peccatum. *Dies tentationis & exacerbationis* p, loculque hinc denominatus q, ut ante dixi, huc pertinet. Repetitur hoc adhuc infra r, quod scilicet Hebræi multoties *exacerbaverunt Deum in deserto, in iram concitaverint in inaquosus & tentaverint*: in psal. 195. ſ Numquam in bonam partem accipitur, quum quis Deum tentare dicitur; numquam in malam, quum Deus aliquem: in utramque, quum homo hominem, verbi gratia in bonam Regina Saba Salomonem t, vel aliquis seipsum, ut David utrum *armatus posset incedere* u: in malam, quando *tentatur à concupiscentia sua* x, aut alius alium instigat ad peccandum semper in malam, quando à diabolo, mundo, carne; Denique omnis tentatio vel est probationis seu experimenti, vel inductionis ac seductionis, ut Augustinus, docet y, & sumitur tùm activè, tùm passivè, quum quis aut tentat, aut tentatur, idque vel formaliter, vel interpretativè. Legenostrum Suarez z, & quæ dixi ad Evangelium de tentationibus Christi.

m *Nu.* 11. 6. n *c.* 21. 5. *Tentandi* verbum ut varié usurpatur.

o *c.* 1. 12. Homo ut dicatur *tentare Deum*;

p *psl.* 94. 8. *Heb.* 3. 7. 8 9. 10. q *Exod.* 17. 7 *Num.* 20. 13. r *vers.* 40. 41. 56. ſ *vers.* 14 *Tentare, Tentare Deum, Deus hominem* ut in bonam aut malam partem accipiantur. t 3. *Reg.* 10. 1 u 1. *Reg.* 17. 39. x *Iac.* 1. 14. y *ep.* 1. 146. & *q.* 5. 8. *in Exo* z *de relig. tract.* 3. *l.* 1. *c.* 2. & 3.

Ut peterent escas animabus suis. Hieronymus, *petentes cibum animæ suæ*. Est enim Hebræum duplex nomen numeri singularis אכל *ochel*, & נפש *nephes*. Arabicè in singulari est *esca*; *anima* in plurali. Illyricè ponitur *emendicandi* verbum. *Animam* porrò notum est hic & alibi sumi pro parte vegetativa. Sic etiam accipitur, ubi narrantur Hebr. murmurantes dixisse; *anima a nostra arida est*: item in sententia Christi: *nonne* b *anima plus est, quam esca*: &, *nec solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis*. Simili diffidentiæ morbo laborabant illi, quibus idem Christus dixit: *quæritis* d *me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus*. E contrario retardantur alii qui

a *Nu.* 11. 6. b *Mat.* 6. 25. c *ibid.* & 31. d *Ioh.* 6. 26.

qui ne sequantur Christum in paupertate vitæ instituto, verentes vitæ necessariorum defectum, ac tantum non illud quod sequitur, usurpantes, ac malè de Deo loquentes: *numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Nec desunt ex aliis, qui hoc esse tentare Deum affirment, velle mendicato vivere: & si quis objiciat vetera exempla excipiant, non semper fieri miracula, & non esse consequens, ut, quod Hebræi argumentabantur, ex aquarum largitione minimè sequi concessionem escarum, si aliquibus id benè successit, aliis item succedat benè. Observat hoc Hugo.

Et malè locuti sunt de Deo, dixerunt.) Hieronymus, *& loquentes contra Deum dicebant:* Quia loquens contra Deum non nisi malè loqui potest, idcirco Latinus Interpres expressit, *malè*, quod nec est Hebraicè, nec Græcè, nec in aliis editionibus, præterquam illyrica, quam suspicantur quidam Cyrilli ac Methodii tempore factam, non à Hieronymo ipso, sed aliam diversam, qua nonnullæ Illyricorum provinciæ in sacris utuntur. In paraphrasi Chaldæa, *& infremuerunt coram Deo: dixerunt.* In Arabico Psalterio, *& inciderunt in Deum*, quasi impetu facto, & irruendo. Hebraicè ad verbum, & *locuti sunt in Deo*, seu *in Deum dixerunt* · באלהים אמרו וירברו *vaidaaberu belohim ameru*, & Græcè, καὶ ἐλάλησαν τῷ θεῷ; καὶ εἶπον, *& contra Deum locuti sunt, & dixerunt.* Est καζαλαλεῖ *contra loqui, obloqui, detrahere.* Augustinus legit, *& detraxerunt de Deo.* Blasphemia, ut de Deo dicitur, seu ut est contra illum, cum derogatione bonitatis illius, ut B. Thoma loquitur *a*, aut alterius quoque attributi, affirmando quod non convenit Deo, negando quod convenit, tribuendo creaturæ quod est proprium Dei, revocando in dubium quæ pertinent ad perfectionem ipsius, optando vel imprecando malum, bonive carentiam, ignominiosè nominando quæ illi conveniunt, præcipuè secundùm humanitatem, importat execrationem, imprecationem, maledictionem, convitium, nocens dictum, læsionem famæ, ἐπὶ τῷ βλάπτειν, καὶ τῆς φημῆς: sive sacrilegam infamationem, in quibus omnibus inest falsitas, aut formalis & expressa, aut virtualis & in actu exercito, aut saltem error practicus. De Deo autem magis dicitur ex accommodatione vocis, quando mala verba dicuntur de illo, quia, ut ait Augustinus *b*, de hominibus dubitari potest (communiter, ac si desit approbatio Ecclesiæ, & seorsim atque per se spectando homines secundùm naturam suam) Deus autem bonus est sine controversia. Quamvis autem quandoque dicantur *fieri blasphemiæ* & ipso gestu corporis aliqui *blasphemare*, *d*: tamen vero dumtaxat vel interno, vel externo, tum prolato, tum scripto blasphemia propriè constat; quemadmodum contumelia inter homines; utpote opposita laudi, famæ, benedictioni: & metaphoricè solùm alia, quibus Dei cultus irreligiosè læditur per idololatriam, infidelitatem, modisve aliis vocari blasphemiæ possunt. In allatis autem contrariis exemplis, cum facto verbum aliquot adjunctum fuit, ut cum adoratione vituli; *hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti e*: & cum capitum motione contra Christum; *vah qui destruis templum Dei f*, &c. lege nostrum Suarez *g*.

Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?) Hieronymus, *ponere*. Alii, *instruere, ordinare*, &c. Hæc significat Hebræum ערך *hharach*, seu etiam *disponere, aptè collocare*. Est שלחן *sciulchan mensa*, שלח *scialach, mittere*, eo modo quo fercula vocant *missus*, ut Lampridius, quum scribit convivium ab Heliogabalo tale celebratum, ut apud amicos singulos singuli missus apparentur, & aliquando missus sola carne phasianorum struxisse. Accipitur hìc, aliàsque sæpenumero, apud alios scriptores profanos præsertim, *mensa* nomen pro prandio, cœnave. Unde primæ & secundæ mensæ, fercula, in principio & in fine convivii; Græcis etiam τράπεζαι sunt αἱ παραθέσεις καὶ τὰ σιτία *appositiones escarum, escæque ipsæ*. Hæc indicant usum ubique ferè receptum convivandi super mensis, sive fixis, sive mobilibus, quæ inferrentur, ac referrentur, & removerentur, ut Poeta *b* loquitur, & sive lecti circum adhiberentur, sive non adhiberentur, & sive singulis convivis sua separatim mensa apponeretur, sive communis pluribus, non autem humi, ut factitant modo Turcæ, Christusque peregrinos illos suos convivas, quia commodior

Aderat locus, *discumbere* jussit *i*. Nec abhorret à Deo, ut *parare mensam* dicatur, sicut & Ps. 22. *k* quum etiam in ipsomet conviviali thalamo beatorum, sit *ministraturus Christus l*: solidos priscos mortales sibi ipsis ministrare & αὐτοδιακονίαν σκῶσαι, Athenæus *m* vel potiùs Dioscorides, refert, exemplisque non modo profanis, ut Achillis apud Homerum, sed sacris etiam doceri potest. Nihil in hoc ministerio, & apparatu quem facit Deus, cogitari servile debet, sed velle *glorificantes se* sic *glorificare n*. D Scipuli nondum benè confirmati in fide non arbitrabantur multitudinem tantam saturari posse in solitudine paucis panibus, piscibusve *o*. Talis error eorum, qui *Deum* Hebræorum, seu *deos* impiè nominabant *montium*, ac proinde melius esse pugnare *in campestribus p*.

Quoniam percussit petram, &c.) Hieronymus, *Ecce*. Hoc significat הן *hen*. Sensus est, quamvis percusserit, Arnobius ita videtur exposuisse aut legisse: *ecce de petra eduxi aquam, numquid panem poterit dare*! Notat Ribera *q* noster sic aliquando usurpari *quoniam*, pro, *quamvis*, confirmatque hoc exemplo. Sed in aliis locis est כי *chi* non verò הן *hen*.

Percussionem petræ & aquas fluentes inde, mystice B de exeunte aqua ex percusso Christi latere Cæsarius Arelanensis *r* interpretatur.

Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?) Pro *mensa carnem* vertit Hieronymus, quam significat שאר *scer*, unde ortum videri potest Gallicum nomen *cher*. Aquila præterea, & Symmachus in plurali reddunt κρέα *carnes*. Chaldaicè מזונא *mezona, nutrimentum*. In versu 27. idem nomen Hebræum redditur pluraliter *carnes*, & σάρκες. Dum panem & carnem David distinguit, innuit, murmur populi duplex, ante *s* datum manna quod vocatur quoque *panis*, & post quòd concessæ sunt carnes *u*, etsi videantur etiam simul cum manna *x*, & proinde bis, ut hoc etiam loco sentit Euthymius, & multi alii, idest, vespere carnes, & mane alterius diei manna, ut Hieronymus *y* docet: quamvis docuerimus in libro Sapientiæ *z*, bis duobus in libris Exodi ac Numerorum narratum quod accidit semel tantum. Pluerat jam prius de cœlo manna, quam de petra eductæ essent aquæ. Idcirco ajunt aliqui *panis* vocabulo carnes intelligi; & ad augendam perfidam C ingratitudinem populi, Prophetam paulo post una narratione comprehendere beneficium utrumque de manna & carnibus.

Quid si dicamus his verbis per *panem* intelligi solidum & factitium, non verum manna? Aquas de petra erumpere pervicaces censebant Judæi, non abhorrere à natura, quasi ea intra concavitates suas contineret aquæ venas: mannæ quoque productionem similem arbitrabantur productioni aliarum rerum metherologicarum, ut nivis, grandinis, pruinæ: dictum panem & carnes illico produci difficilius arbitrabantur, si per *panem* intelligi manna vellent, non dixissent, *quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ*, &c. quoniam, ut dixi, mannæ præcessit largitio aquarum eductionem. Illud certè probare non possum, quod Hebræorum quidam tradunt, nec displicet Agellio, propter murmur, & ingratitudinem populi, atque fastidium levioris mannæ, hujus ab eo beneficium Deum subtraxisse, ac videlicet quasi casu hactenus, vel naturæ vi fluxisset, experiri voluisse, an ipso petente, Deoque annuente, rursus concederetur. Repugnat id pluribus Hebræis aliis, qui hoc mannæ miraculũ permanens affirmant פלאקום *pele cajiam* Indicatur item eadem perpetuitas per omne tempus peregrinationis in libro Josue *a*: ubi *defeciſſe* scribitur *postquam comederant Hebræi de frugibus terræ*: & in 2. Esdræ *b*; quòd Deus *manna suum non prohibuit ab ore eorum, & aquam dedit eis in siti*: *& quadraginta annis pavit eos in deserto, nihilque eis defuit*.

Accommodari hæc ad Sacramentarios Capharnaitas possunt murmurantes *c*, *quomodo hic potest carnem suam dare nobis ad manducandum*? Sic quidam, ait Haimo, in Ecclesia, licèt Christum pro nobis mortuum confiteantur, & baptismi aquam ad remissionem peccatorum valere concedant, tamen de mensa, idest, refectione Dominici Corporis dubitant, non credentes, quòd Deus possit eos corpore & sanguine filii sui in hoc deserto hujus vitæ pascere.

Καζαλαλεῖν. *Blasphemia* ut dicatur contra Deum.

a c. 2. q. 1. a. 1.

b de moribus Manich. c. 11

c Esd. 9. 18.
d Mat. 27. 39
Blasphemia quæ sit propriè.

e Exod. 32. 4
f Mat. 27. 40.
g de religione tract. 3. l. 1. c. 4.

Mensa pro prandio, cœnave. Τράπεζαι.

h Virg. Æneid. 1.

i Mat. 15. 35

k vers. 5.
l Luc. 12. 37. Prisci mortales sibi ipsis ministrare soliti in mensis.
m lib. 6. c. 14.
n 1. Reg. 2. 30.

o Mat. 14. 17 c. 25. 33. Marc. 6. 35. & seq. c. 8. 4. Luc. 9. 12. 13. Job. 6 7. p 3. Reg. 20. 27.

q Abac. 2. 43. Zach. 9. 9.
Mystica interpretatio.
r Hom. 7.

s Exod. 16. 2
t Num. 11. 5.
u vers. 31.
x Exo. 16. 13.

y epist. 127 mansione 19.
z c. 16. 3. In libris Exodi & Numerorũ bis narratum, quod accidit semel tantum.

Hebræorum & Agellii improbata traditio.

a c. 5. 12.
b c. 9. 20. 21

Ad Capharnaitas Sacramentarios accommodatio.
c Joh. 6. 52.

Vers. 21.) Ideo audivit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel.

Vers. 22.) Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus.

Sensus loci. QUum populi narrasset murmur. quod ipsi quoque Mosi mansuetissimo mitissimoque *intolerandum* visum erat *a*, refert id audivisse Dominum, & iratum, illos à se rejecisse, adeoque exarsisse ab eo immissum ignem, ut extremam castrorum partem devoraret, nolens fusas à Mose pro illo preces omni ex parte exaudire: sed aliquo modo rejicere *b*: nimirum, quoniam post adeo magna multaque in eorum gratiam edita miracula, & collata beneficia, Deo adhuc non credebant, nec sibi satis persuadebant posse illum, ac velle præstare necessaria saluti, & incolumitati suæ.

a Num. 11. 1. b Num. 11. 10. & seq.

Ideo audivit Dominus, & distulit,) Primum verbum Hugo, Lyranus, alii, exponunt de Domini benigna auditione, seu exauditione, etiamsi mali ac murmuratores essent quos exaudiebat. Simplicior sensus, audivisse murmur, & ad ejus notitiam perveniisse: sicut quum ipsemet dicit *c*: *audivi murmurationes filiorum Israel.* Quod attinet ad secundum, legit quoque Hieronymus, *distulit.* Symmachus *d* χολώθη, *ad iram commotus est:* quomodo etiam vertit Paraphrastes, nec non recentes, ex Hebræo, immò & Appollinarius, qui omisit interpretationem primi membri, velut minus necessariam:

c Exod. 16. 7.

Ταῦτα νόος θώρηξεν ἐριθύμοιο βασιλῆος
Hæc animum armarunt magnanimi Regis.

Denique Psalterium Illyricum habet, *excanduit.* Arabicum *iratus est.* In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *& distulit, & superposuit.* Exponit autem Cassiodorus primum verbum de dilata vindicta, secundum quòd moras addiderit, tuncque competenter sit ultus culpas, quando incredulitas mentes rerum ipsarum perfectione convicit. Verbum secundum aliunde appositum est, nec pertinet ad textum. Primum, etsi plures alii eo modo declarent quo Cassiodorus, vel quod carnes, quas Hebræis petebant, non statim concesserit, ut explicat Trevetus: vel terram promissam, interim variis puniendo suppliciis, & expectando, quando liberi eorum crescerent, ut exponit Basilius, sive Theodoretus: vel quod cohibuerit paullulum τὴν ὑπεργετικὴν χεῖρα, *benefactricem manum*, ut alius Græcus anonymus apud Agellium; tamen probabilius est quod indicavi, idem esse, *distulit*, atque *rejecit*, & quidem, cum ira, indignatione. Ad hunc modum explanavit præter eos quos dixi, Euthymius, qui de Symmacho meminit: ita ut τὸ ἀνεκλάσθη significet eorum consuetudinem, qui ira perciti, vestem rejiciunt ac pertrahunt, dum se ad vindictam parant. Confirmat præterea ex libro Numerorum *d*, ubi est, *quum audisset populi murmur Deus, iratum esse, & accensum in eo ignem Domino devoravisse extremam castrorum partem.* Sed hoc hìc statim subditur. Afferri potest ex 88. *e* psalmo similis locus; *Tu verò repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum,* ἀνέβαλε, ubi Hieronymus, *iratus es adversus Christum tuum.* Utroque loco est idem etiam Hebræum verbum in hitaphel התעבר *hithhabber*, à עבר *hhavar*, *transire*, quasi sit ereptum transilire, seu modum excedere in ira quod Galli dicunt, *se desborder en cholere, se laisser transporter.* Hoc ipso psalmo infrà *f* vertitur Latinè *sprevit*; alibi *transilit*, *transit h*: *provocat alium i*, *iratus est k*. Faber refert, quosdam in editione Hieronymi legere cum negatione, *non distulit*: exponitque, dare quæ concupierant. Potiùs explicarem, non distulit iram, quod est valde irati, & quodammodo iræ suæ impotentis, & Hebræo dicto verbo benè exprimitur. Abbas quidem Thironensis Gallicè sic interpretatus est:

d cap. 11. 1. e vers. 38. f vers. 59. 67 h Prov. 14. 6 hc. 26. 17. i c. 26. 2. k Deut. 3. 26

L' Eternel les ovjid à une oreille irritée,
Et ne differa plus.

Placet hoc, quatenus juvat expositionem allatam, ut *differre* sit transilire, transire, spernere, irasci, vel *non differre* ocyus in iram transire, & cum excessu irasci. Illa Græci verbi notio, qua significat spiritum reducere, ac sursum attrahere, ut faciunt, qui ad cantum vocem præparant, favet etiam expositioni de iræ vehementia; quæ sæpe conjuncta est quum anhelitus difficultate, atque vociferatione.

Et ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel.) Hieronymus pro *ira*, furorem ponit. Est autem אף *aph* & ὀργὴ, de quibus aliàs actum est. Articulus accusativi casus indicat Israel in eodem casu esse, εἰς τὸν Ἰσραήλ. Istum casum exprimit Psalterium, *in Israelem*, Arabicum quoque *contra Israel.* Videtur porrò magis his verbis declarari quod præcedente membro dicebatur per verbum, *destulit*; Hebraicè יִרְעַבְּרָה *jitthhabbor*, posito futuro pro præterito. Magna ira in Deo est, non irasci statim, sed differre, quippe quod tarditatem supplicii compensat postea gravitate. Etenim, ut ait scriptor historiæ Machabæorum *l*, *multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium: patienter* autem *Deus expectat, ut quum judicii dies* (non universalis dumtaxat, sed etiam particularis) *advenerit, in plenitudine peccatorum puniat.* Sed & Job *m* dixit, quod *in diem perditionis servatur malus, & ad diem furoris adducetur.* Porrò accensio ista ignis illa est, quam retuli prius ex libro Numer. *n*: ubi *accensus ignis irati Domini* in murmurantes devorasse narratur *extremam castrorum partem.* ita ut cognominaretur locus *accensio* ἐμπυρισμὸς תַּבְעֵרָה *thauhherah.* Incertum undè ignis extiterit, e cœlo, e terra, vel ex columna ignis. Ultimum placet Oleastro, secundum Abulensi *o*, qui distinguit ab eo igne, quem Elias evocavit de cœlo *p*. Idem existimat eidem loco nomen aliud fuisse; *sepulchra concupiscentiæ*, de quo in eodem libro *q*: ubi rursus percussus populus multo majore plaga narratur, quàm ignis etiam credunt fuisse. Ab eventu locis imponere nomina familiare Hebræis fuit, sive lætus esset, sive tristis, ut inductione demonstrare facilè est in *Phanuel, Bethel, lapide adjutorii, loco flantium, percussione Oza*, & aliis. Quæ res confert ad memoriam, & cautionem, tum ut grati simus, tum ut offensam Dei vitemus. Postremò *ira dicitur ascendere*, quoniam, ut ait Genebrardus, initium ducit à corde, deinde in cerebrum, nares, faciem attollitur. Eadem phrasis inferiùs *r* repetitur, *ira Dei ascendit super eos*: cui similis in psalmo 17. *s ascendit fumus in ira ejus*: Apud Jeremiam *t* dicitur *egredi ut ignis indignatio Dei, & succendit: ita ut non sit extinguat*: & Deus *u effundere quasi ignem indignationem suam.*

l 2. Macha. 6. 13. m c. 21. 30. n c. 11. 1. 2. 3. o ibid. 9. 7. p 4. Reg. 1. 10. q c. 11. 34. Ab eventu locis imponere nomina familiare Hebræis fuit, Ira cur. ascendere dicatur. r vers. 31. s vers. 9. t c. 2. 1. 12. u Thr. 2. 4.

Totum locum istum Hugo tractat allegoricè de Eucharistia, hæreticisque illam negantibus tropologicè adversus eos qui negant pascere Deum posse eos, qui omnibus relictis sequuntur ipsum.

Allegoria. Tropologia

De vi divinæ iræ Ayguanus differit, quòd nec virium potestate declinari possit, nec debilitari temporis tarditate: præterea, quia excitetur in plures unius pravitate, nullaque re, nisi humilitate mitigetur. Duo ad hanc rem opportuna memorat nescio an æquè vera: alterum de Principe, qui ad ferendum cuidam civitati auxilium advocatus, quum scriberetur benè munitam ac instructam esse, responderit scitando, an etiam cooperta superne, ut descendere in illam Dei nequiret ira: alterum de muscis in Anglia segetes maturas depascentibus, quarum in ala una inscriptum esset litteris atris, *ira*, in alia, aureis, *Dei.*

Ire divinæ vis quanta. Egregium principis dictum. De muscis in Anglia segetes depascentibus prodita.

Quia non crediderunt in Deo.) Cassiodorus, *in Deo suo.* Romanum Psalterium, *in Deum suum.* Gallicanum, & Arabicum, & Augustinus, *in Deum.* Arnobius, ac Illyricum psalterium absque præpositione, *Deo suo.* Ostendunt istæ variæ lectiones non esse perpetuum illud discrimen, de quo aliàs monuimus, credere Deum, Deo, in Deum, seu in Deo. Constat etiam Hebræo idiotismo, verba cum præpositionibus constructa, non aliam vim habere, quàm si præpositiones abessent. Non credere autem, defectum importat fidei, ac nonnumquam spei. Quiquis porrò dubitat de Dei potentia, eamve, aut aliud ejus arbitrium revocat in dubium, contra fidem peccat. Nam, ut Bernardus *x* argumentatur, ex eo quòd fides definiatur *substantia rerum sperandarum y*, (ὑπόστασις *basis*, *fundamentum*) certum ac fixum consensum requirit, ita ut, inquit, non liceat tibi putare, aut disputare de fidei rebus, iisve dubium adhibere assensum, sine fidei jactura, quia fides non est æstimatio, sed certitudo.

Hebræus Idiotismus. x ep. 190. y Hub. 11. 1.

Nec

Nec speraverunt in salutari ejus.) Hieronymus, *nec habuerunt fiduciam.* Hi quos retuli membro superiore reddentes cum accusativo, *in Deum*, hìc etiam reddunt, *in salutari ejus*, præter Arabicum & Illyricum Psalterium. Est autem vel synonymum hoc illi membro, vel illud de fidei, hoc de spei defectu.

Vers. 23.) Et mandavit nubibus desuper, & januas cœli aperuit.

Vers. 24.) Et pluit illis manna ad manducandum, & & panem cœli dedit eis.

Vers. 25.) Panem Angelorum manducavit homo: cibaria misit eis in abundantia.

Sensus loci.

ARguit infidelitatem, ac desperationem populi, qui credere ac sperare absque ulla dubitatione, vel hæsitatione debuit; quum jam priusquam murmurando flagitaret carnes, ut illius necessitati succurreret, nubibus mandasset; quæ sublimes in aere superpendebant, ut ad sublevandam eam necessitatem præsto essent, soloque nutu ipsas diffregit, ut essent ceu patentes januæ cœli, per quas è cœlo diffunderet Deus in terras beneficentiam suam. Undè & in modum copiosi imbris manna tamquam panis novum genus demisit, panis, inquam, non terrestris, sed cœlestis, & ex cœlo, ac nubibus provenientis, quæ natura sua hujusmodi rerum feraces non sunt. Et hic ipse panis talis erat, ut non humano labore vel arte, sed Angelorum ministerio & veluti manibus confectus fuerit, atque ex eorumdem domicilio descenderit. Denique suppeditatus est hic à Deo cibus in abundantia, quamdiu peregrinatio duravit, ubique locorum. Igitur meritò exarsit in adeo ingratum populum, & fastidiosum, & incredulum, & de DEO tam malè sentientem, & sperantem, ira Dei.

De hoc manna diximus non indiligenter in Commentario libri Sapientiæ *a*, declaratis obiter locis aliis *b*, qui faciunt mentionem de eodem. Adde illis, nec non citatis à me tunc Auctoribus, ea quæ Rhodiginus *c* habet, Franciscus Vallesius *d*, Cardanus *e*, Donatus Antonius ab Altomari *f*, Joannes Manardus *g*, Julius Cæsar Scaliger *h*. Hoc citavit ante me Joannes Bochius in observationibus ad hunc locum. Refert etiam ex Q. Curtio *i*. circa Hircaniam liquorem quemdam melleum fuisse, qui arboris quercui non absimilis folia tingeret, sed nisi solis ortum incolæ occuparent, vel modico tempore succum extingui solitum. Simile hoc est narrationi de nostro manna, quod *Sole incalescente liquefiebat k*, & *ab exiguo radio solis calefactum statim tabescebat l*. Præterea Evagrium recitat narrantem de sublevata penuria in Phrygia, Galatia, Cappadocia, Cilicia sub Valentiniano, & Aetio, per tale miraculum, quale hoc olim Hebræis concessum fuerat, πατρικῷ, inquit, τὸ ἀγόγγυστον ἐπὶ τοῦ προφήτου κατὰ ἐρημίαν ἐπιβρὲ ξασα (nempe ἡσυχίᾳ πρόνοια) ἑαυτοῖς Ἰσραηλίταις πάνα ωροσηγόρευται, *secundum quidem sterilem annum, esculenta ex aere depluens salutaris providentia, quæ perinde atque Israelitis manna cognominata est.* Illud item notatu dignum, quod nominatus antea prodit Cardanus & Scaliger partim concedit, in deserto Targa populorum Libyæ tantum colligi de singulo manna, maximè juxta Agadez urbem, ut libra viginti octo unciarum duobus assibus veneat: vivere autem illius usu incolumes, quamvis aer sit pestifer. Vallesium notavit Joannes Maria Brasichellensis sacri palatii Magister in indice librorum expurgandorum, non satis pro dignitate tanti miraculi quod extitit in manna, locutum esse, se in solam naturalem caussam ferè rejeciisse. Atqui ille disertè agnoscit peculiarem Dei concursum, & inditum illi omne delectamentum, quod profectò doctus ac pius vir non adscriberet naturæ: profitetur etiam se non elevare quæ de manna traduntur in divinis litteris, quum naturales rerum caussas investigat. Cautio tamen illa Magistri in studiosorum gratiam facta, rem reddit magis remotam ab erroris umbra vel suspicione. Quod dicto sæpius in sapientiam commentario docui, quemlibet à quolibet perceptum saporem, in manna pro arbitrio, etiam ab improbis, confirmo hic etiam contra Abulen-

a Ec. 16. 20-21 27.
b *Exod.* 16. 12. *& seq. Nu.* 11. 7. *& seq. Josue.* 5. 12. *Adde Deut.* 8. 3. *& ex Apocry. 4 Esdr.* 1. 19.
c *Item Joan.* 6 31. 32. 49.
d *l.* 21. *c* 3. *l.* 25. *c.* 25.
e *de sacr. philos. c.* 57.
f c 21. *de sub. til.*
g *l. de manna.*
De manna Judæorum & aliæ similes narrationes.
h *exercit.* 80 *& 164.*
i *Exod.* 16. 21.
k *Sap.* 16. 27.
l *hist. c.* 6.

m *Exod.* 9. 9. 5. c. 16 *q.* 13. *Num.* 11. 7. 3 *& 15. c.* 11. *q.* 6.

Lorini in Psal. Tom. III.

sem *m*, quoniam beneficia cetera omnibus erant communia: nec refert quòd nominatim non exprimatur, undè tamen Abulensis *n* argumentatur.

Tropologiam de Eucharistia mixtam allegoriæ quinam persequatur, indicavi eodem libro Sapientiæ. Nonnihil adhuc fortassis attingam in particulari enucleatione.

n *Nu.* 11. *q.* 3. Tropolog.

Et mandavit nubibus desuper.) Hieronymus, *præcepit.* Ex sublimioribus nubibus decidebat manna, ita ut videretur de cœlo, ut paullo post dicitur, decidere: divinæ porro vis potentiæ declaratur verbo *manducandi*, cui serviant & pareant omnia, soloque jussu, verbo, nutu, cuncta operetur ad arbitrium. Obsecutus est Deus voluntati, & cupiditati murmurantis populi, quando escas prima vice sibi deesse lamentabatur, ac se emori fame *o*; nec ea de caussa punitus legitur, sicut postea quando conquesti sunt leviorem esse mannæ alimoniam *p*. Cyrillus Alexandrinus *q* rationem reddit, cur Deus primum illud murmur molestè non tulerit: Nam quemadmodum, ait, ploratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fovendum filios suos provocatur, sic conquestuosus objurgationisque plenus clamor ad Deum petitionis (si ab infirmis adhuc, & infantibus in habitu virtutis sit) locum retinet. Subdit adhuc imperfectos Hebræos fuisse, ut qui nuper ab Ægypto effugissent, & ideo venia dignos: postea quum jam Domino fruiti essent, tunc jure, quoniam corporalia spiritualibus (carnes, mannæ; quod videbatur magis spirituale, eratque minùs materiale) præposuerunt, acerba dedisse supplicia. Rupertus *r* negat Hebræos peccasse, quia petierunt escas, quibus necessariò caro mortalis alitur; sed quia quum peterent, *non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus*, peccaverunt. Verùm ista psalmi nostri verba priùs exposita, spectant ad murmur secundum, non ad primum, de quo tamen auctor ille videtur intellexisse.

o *Exod.* 16. x *seq.*
p *Nu.* 11. 1. 23.
q 3. *in Joan. c.* 34 Primum murmur populi: Judæorum ad alimoniam cur tolerarit Deus.
r *l.* 3. *in Ex. c.* 5. & 12. Cur Hebræi escas petêdo non peccarent, sed qui non crederent in Deo, Mystica interpretatio.

Idem explicat mysticè *nubes*, *quibus mandavit* Deus, & *januas cœli*, quas *aperuit*, Apostolos & Prophetas, quibus præostendit manna Eucharisticum: *tenebrosam* enim *aquam in nubibus aeris* s antea fuisse, hoc est, occultam scientiam in Prophetis, & deinde Deum per semetipsum clausas hominibus januas aperuisse, solutis in carne sua veteribus inimicitiis, ut eodem vescantur pane cœli Angeli in cœlis in manifesto conspectu divinitatis, homines in terra in sacramento pietatis. Augustini, & aliorum est eadem illa interpretatio mystica de mandato dato nubibus Prophetarum, & Apostolorum ut nobis verbum prædicationis, quo anima spiritualiter pascatur, annuntient, & cibaria mannaque subministrent, non litteræ tamquam hordei, sed spiritualis tritici. Sed aliorum expositio est de Eucharistia, de qua postea.

s *Ps.* 17 12.
t *c.* 28. 17.
u *c.* 4. 1.
x *Job.* 38. 17. *ss.* 9. 14. *ps.* 106. 18. *Sap.* 16. 13.
y *Eccl.* 51. 9.
z *Esa.* 38. 10 *Mat.* 16. 18.
a *Ps.* 117. 19.
b *ib. var.* 20.
c *Mat.* 7. 31 14.
d *Iob.* 3. 10.
e c. 38. 8. 10.
f *vers.* 17.
g *Ps* 140. 3.
h *Eccl.* 28. 29
i *Act.* 14. 27.
k *1. Cor.* 16. 9 *2. epi.* 2. 12.
l *Col.* 4. 3.
m *vers.* 7. 9.
n *vers.* 55.

Et januas cœli aperuit. Hieronymus, *portas.* Illyricum Psalterium, *abjecit*, quod plus est, quàm aperire. De *porta cœli* mentio fit in Genesi *t*, seu de *ostio* in Apocalypsi *u*: de *portis mortis* alibi *x*, & *tribulationum y*, & *inferi z*, & *justitiæ a*, & *Domini b*, & de *lata porta atque angusta c*: item de *ostio ventris d*, & *matris e*, *tenebroso f*, & *circumstantiæ g*, & *oris h*, & *fidei*, & *prædicationis k*, seu *sermonis l*. Qui omnes sunt figurati dicendi modi, sicut & quòd *aperiri* dicantur *janua cœli*, cœlumque ipsum. Hoc ultimum declaravimus tum ps. 23. *m* ubi *attolli* jubentur *porta ac elevari*; tum c. 7. *n* Actuum Apostolorum, ubi Stephanus ait videre se cœlos apertos, Cataractas seu poros hìc intellige, per quos emittebatur manna.

o *Exod.* 16. 13.
p *vers.* 20. *& seq.*
q *idem in ps.*
r *5. de sacra. c.* 1. Allegoria.
s *ac corp. & sang. Christi c.* 17.
t *l.* 3. *in Ex. c.* 17.
u *hom.* 5.
x *l.* 1. *de Sac. corp. & sang. Christi.*

Et pluit illis manna ad manducandum.) Hieronymus, *& pluit super eos manna, ut comederent.* Eodem prorsus modo Arabicum Psalterium, & Gallicanum, *ut manducarent.* Romanum, & Cassiodorus, *manducare.* Nubium tamquam januarum cœli, hoc est, superioris aereæ regionis apertio ad illam quasi pluviam terminabatur, qui vocatur in Exodo *o ros*, & similitudo pruinæ. Unde *manna* nominatum fit, dixi ad c. 16. Sapientiæ *p* ubi de illo copiosius.

Pars magna Enarratorum hunc locum allegoricè ad Eucharistiam accommodat: & in cap. 6. Joannis Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Augustinus *q*, & alii præterea, Ambrosius *r*, Paschasius *s*, Rupertus *t*, Cæsarius *u* Arelatensis Guitmundus *x*, qui citat præfationem Ambrosianam inter Epiphaniam & Septuagesimam, ac E-

missenum (qui reipsa est Cæsarius modò citatus:) item Algerus *a*, Lanfrancus *b* qui profert Ambrosium *c*, Gulielmus Parisiensis *d*, Bonaventura *e*, Holkot *f*, Sedulius *g*, qui canit hoc inter alia:

Murmurat impietas manna veniente refecta:
Panis adest Christus, murmurat impietas,

Præterea Cyprianus *h*, aliusve vetustus Auctor, Procopius *i*, Auctor quæstionum utriusque testamenti *k*, Primasius *l*.

Panem cœli dedit eis.) Hieronymus, *triticum*, quod דגן *dagan* significat. *Cœlipanis*, quod nomen est etiam in psal. 104. *m*, dicitur, quia descendens ex aere. Quum Judæi Christo monente ut operarentur *cibum non pereuntem*, quem ipsemet daret eis, objecissent, quodnam ipse signum & opus faceret, quum eorum *majores manna panemque de cœlo olim manducavissent in deserto*, respondit, *non Moysem dedisse panem de cœlo, sed Patrem suum panem de cœlo verum, qui est panis Dei, & dat vitam mundo*; tum verò etiam, subdit *se esse hunc ipsum panem vitæ, ita ut qui credat in ipsum, nec esuriat nec sitiat unquam* *n*. Experiri Judæi volebant, an qui priùs multiplicaverat panes *o*, posset ac vellet id semper facere, atque perpetuare; quemadmodum olim tam diu manna duraverat in deserto. Christus porrò negavit datum à Moyse panem, qui revera de propriè dicto cœlo descenderet, sed Patrem, quum scilicet ipsum, qui est naturalis filius ejus, misit, ac proinde omnino cœlestem atque verum panem, non solùm typum ac figuram; quique non ad tempus dumtaxat sustentaret corporis vitam, sed animæ tribueret æternam, nec non etiam corpori, suo tempore, quod minus est, quàm tribuere animæ, idque non uni Judæorum populo, sed toti mundo, quantum in se est; ita ut qui priùs ex Judæis manna manducaverant, non solùm corpore, (quomodo etiam qui panem datum à Christo manducant, moriantur,) sed anima quoque mortui sint, quantum erat ex vi solius mannæ, nisi crediderunt in illum, quem præfigurabat manna, hoc est, in Christum, sic spiritualiter simul manducando manna, quam *escam spiritualem* propterea Paulus *p* vocat, non tantùm carnaliter, tamquam nudum corporeum cibum. Itaque *panis cœli* hoc loco nominatur manna, ut aerem cœlum significat: negavit autem Christus de cœlo datum, *cœli* vocabulo propriè sumto; simul concessit datum à Moyse, quia ministerio quodam ejus, per intercessionem, quum absolutè dederit Deus, ut hic habetur. Quamquam illud ipsum manna de propriè dicto cœlo eatenus datum intelligi potest, quatenus à Deo qui cœlum incolere peculiariter dicitur, secundùm potentiæ suæ extraordinarium effectum, huicque inferiori mundo inusitatum, & supra naturæ vires. Nam hìc etiam, ratione gratiæ, munera omniaque miracula censeri possunt peculiariter de sursum ac de cœlo descendere.

Mystica interpretatio

Cæterùm non tantùm consecratus Eucharistiæ panis mysticè intelligitur designatus per manna, ut *panis cœli*, nec non in sequentibus verbis, ut *panis Angelorum* dicitur, quemadmodum docuerunt quos antea citavi; sed etiam Christus ipse secundùm se etiam citra Eucharistiam; & Evangelica doctrina, quæ planè est cœlestis ac spiritualis, & ad cœlestem ordinata beatitudinem, & voluptas spiritualis. Sic exponit Augustinus hoc loco: præterea Ambrosius *q*, qui respondet Irenæo pluere quotidiè Deum de cœlo manna servientibus sibi, spiritualis sapientiæ: Cyrillus *r* Alexaadrinus, Fulgentius *s*, Procopius *t*, Hieronymus *u*, qui spectat mannæ tenuitatem, opponitque Ægyptiis carnibus, & stercori, seu fimo bubulo, de quo Ezechiel *x*. Eodem pertinet Ambrosii *y* expositio de Dei voluntate, ut ea sit nobis cibi loco, quemadmodum suum Christus volebat *facere voluntatem Patris* *z*. Idem tamen quoque Ambrosius *a*, explanans, de Eucharistia, & carne Christi, considerare nos jubet manna è cœlo fuisse; corpus Christi supra cœlum esse; illud cœli, hoc Domini cœlorum. Athanasius *b* videtur hunc etiam locum quasi per prædictionem accipere, fore ut Christus cibum ab Angelis ministratum comederet.

Panem Angelorum manducavit homo.) Hieronymus, *panem fortium comedit vir*. In Illyrico Psalterio appellatur *panis Angelicus*, ut & in priore membro, *cœlestis*. Chaldaicè, *cibum qui descendit de habitaculo Angelorum comederunt homines*. Qui Hebræam vocem אבירים *abbirim* explicant, *fortium* aut *potentium*, ac *magnificorum*, non de Angelis tantùm dici volunt, sed ut epithetum cœlorum, qui plurali numero præcedentibus verbis Hebraicè nominantur. Quidam etiam legentes אבתים *avarim*, idest, *membrorum*, causam nominis dant, quòd facillimæ concoctionis esset manna, totumque sine fumis vel excrementis in membrorum verteretur substantiam. Id quidem hoc loco refert Genebrardus atque ipsum Abulensis, ut aliàs retuli. Retineri tamen omnino debet *Angelorum* vocabulum, quod est etiam in libro Sapientiæ *c*, & in apocrypho 4. libro *d* Esdræ.

In libro Sapientiæ attuli causas aliquas, propter quas manna *cibus* vel *esca* dicatur *Angelorum*; præcipuæ sunt, quia illorum opera confectum ac demissum, sicut & lex, ceteraque populo eorumdem ministerio tribuebantur, ut observat Auctor de mirabilibus scripturæ *e*: quia videbatur de cœlo descendere, ubi habitant Angeli: quia vires integras ac sanitatem conservabat, quia in re similes Angelis videbantur: quia sine labore Hebræorum, quomodo Angeli non laborant circa spiritualem suum illud cibum, de quo Raphael *f*: qua tam delicatus cibus, ut si vesci Angelis liceret non alio vescerentur.

Adde Angelorum panem dici Eucharistiam, cujus typus manna, quia, ut Dionysius *g* docet, participatio Christi, quæ συμβολικῶς nobis traditur, nempe in Eucharistiæ Sacramento, datur Angelis ὑπερκοσμίως *super conditionem hujus mundi*, ac sine Symbolis. Hoc ipsum tradit pridem jam citatus Rupertus *h*, Cyprianus etiam, aliusve *i*, ait quòd *panem Angelorum* sub Sacramento manducamus in terris, & eumdem sine Sacramento manifestius edemus in cœlis: Origenes, quia nunc homines comedunt, idest, cognoscunt, ac veluti per cognitionem, mentes edunt quod priùs Angeli: Ambrosius *k*, quia ubi Christi corpus, ibi tamquam aquilæ constituti sunt Angeli, adde quòd occurrant & advolent velut ad compendium miraculorum maximorum. Prodit item Gregorius *l* in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Jesu Christi mysterio Angelorum choros adesse. In liturgia Jacobi dicitur adventum mox Christum in Eucharistiam ab Angelis præveniri. Auctor quoque prati spiritualis *m* attributum aræ consecratæ Angelum scripsit, Dionysius *n*, & Scholiastes Maximus idem afferunt de Angelorum in sacris mysteriis præsentia, & honorifico comitatu; nec non Ambrosius *o*. Auctor quæstionum utriusque testamenti *p* *panem Angelorum* ipsum manna tradit appellatum, quia ea virtute creatum, quia Angelica natura subsistit & vivit, & audito cœli nomine gratias referrent homines Deo, qui tanta cura servos suos gubernat, ut eis hæc in carne adhuc positis, si necesse fuerit, exhibeat, per quæ vivunt Angeli. Præterea nomen *Angelorum* attribuit Christianis, *homines* appellat Judæos, qui comederint manna, quatenus erat figura panis, qui nunc offertur, & sumitur in Ecclesia, ubi major gratia & libertas. Cyrillus *q* Alexandrinus innui vult, quum *panis Angelorum* nominatur, traducendum asse appetitum à caducis ad cœlestia, æterna, spiritualia. Accedat quòd ad Eucharistiæ perceptionem, & confectionem, Angelorum, quibus id minimè conceditur, sed ut adorent, quod & reipsa sæpe Chrysostomum *r* vidisse ab illis fieri, testatus est Nilus ejusdem discipulus *s*, puritas, & innocentia quantùm assequi licet, requiritur in hominibus. Holkot *t* undecim conditiones Angelorum Sacerdotibus applicat, quæ memoriæ causa hoc disticho continentur.

Pascit, & hortatur, ducit, vehit, excitat, auget,
Orat, congaudet, punit, laudat, sine sumtu;

subjungit alias quatuor conditiones Angelorum, ut sint immateriales, pleni scientia, motores orbium, rectores hominum. Appellantur Angeli *potentes virtutes* *u*; hìc autem panis, ut vertit Hieron. est *fortium*, quippe *cor hominis confirmans* *x*; quod tot testati sunt veteris Ecclesiæ martyres, quando istius panis sumtio magis frequentabatur. Exclamationem & admirationem in verbis istis *panem Angelorum manducavit homo*, Rupertus agnoscit. Videlicet quærere licet & percontari מן־חוא *man hu*,

a 1. *de Sacr.* c. 10.
b *de Euchar.*
c *de his qui mysteriis initiantur* c. 5. & *epist.* 62. *edit. veter.*
d *de Euch.* c. 7.
e *in Sap.* c. 16.
f *lib. lect.* 183
g *hymno* 1. h *ser. de cœn. Dom.*
i *in c.* 4. *Esa.*
k *q.* 20. *apud Aug.* 20. 3.
l *in c.* 20 *Apoc.*
m *vers.*
n *Joan.* 6. 27. & *seq.*
o *ibid.*
p 1. *Cor.* 10. 4.
q *epi.* c. 21. 17. *de ador.* J *resp. cont. Arianos ad object.* 4.
r *in Esa.* c. 3
u *in Ezc.* c. 4. & *in Amos* c. 4.
x c. 4. 15.
y *de parad.* c. 9.
z Joan. 4. 34.
a *de initian dis* c. 9.
b *in illud, profecti in p*
c 16. 20.
d c. 1. 19.
Manna cur *cibus Angelorum*, vocaretur.
e l. 1. c. 23. *apud Aug. tom.* 3
f *Tobiæ* 12. 19.
Eucharist. cur *Angelorum panis* dicatur.
g *cel. Hier.* c. 1.
h 3. *in Exod.* c. 10.
i *ser. de cœn. Domini.*
k 1. *de sacr.* c. 1. l. 4. c. 2.
l 4. *Dialog.* c. 58.
m c. 4.
n *cal. hier.* c. 5. & c. *in* c. 1. *Luc.*
p 20 *apud Aug. tom.* 3.
q 3. *Joan.* c. 34.
r *Idem* l. 6. *de sac. nat.* *asse de sect. videtur sub aliena persona.*
Angelorum conditiones undecim sacerdotibus applicatæ.
s *cit. Turrianus* 2. *de Eucha.* c. 2. & *est in* 10. 3. *bibl. Patrum.*
t *in Sap.* c. 16. *lect.* 183
u *Ps.* 102. 20
x *Ps.* 103. 15.

hu, qui hoc? ut infimæ conditionis homo particeps factus ſit panis Angelorum, non in loco Angelorum, & beatitudinis, ſed in valle ærumnarum. Sed ut panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum, ait Auguſtinus *a*, factus eſt homo, tamquam medicina infirmorum, cibus ſanorum. Quamquam Hebræa phraſi, cum dicitur *homo manducaſſe* אישׁ *iſch*, ſenſus eſt, quod omnis, & quilibet. Rurſus opportuit, inquit *b*, ut menſa illa lacteſceret, & ad parvulos perveniret, & per carnem trajiceretur, atque Verbum illud, quo paſcuntur Angeli, ſempiternum, & eſt æquale Patri, manducaret homo.

a *l.* 50. *Hom.* 32.

b concio 2 *in pſ.* 33.

Facit ad rem quod Chryſoſtomus *c* per accommodationem uſurpat de Chriſti corpore in Euchariſtia *ubi d fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*, quia oporteat eum qui ad hoc corpus accedit, eſſe ſublimen, & cum terra nihil habere commune, neque deorſum trahi & ſerpere, ſed aſſiduè ſurſum volare, & ad ſolem juſtitiæ aſpicere, acutoſq; & perſpicaces habere mentis oculos. Collegit Pererius *e* noſter quindecim differentias inter manna Moſaicum, & panem Ch. ex ipſiuſmet Chr. ſermone *f*; quia panis Chriſti eſt Dei, quatenus Chriſtus ipſe verus eſt Deus, eodemq; illo pane veſcitur ac fruitur ipſemet Deus: quia eſt cibus Angelorum, & aliorum ſpirituum beatorum; quia deſcendit verè de cœlo, quamvis inde numquam diſcedens Chriſtus per aſſumtionem humanæ carnis: quia Chriſtus ac Euchariſtia præfigurabatur per manna: quia nutrit præſertim animam: quia conducit etiam ad corporis reſurrectionem gloriamque: quia etiam non viventi ſpirituali vita eam vitam communicet aliquando: quia, quod in ſe eſt, præſervat a morte ſpirituali, tùm peccati, tùm damnationis: quia toti prodeſt mundo, cunctiſque communicatur, & neceſſarius eſt ſaltem in voto, uſus ejus: quia uſus illius durabit uſque ad mundi finem: quia & peregrinantibus viaticum, & ad beatam pervenientibus patriam eſt præmium: quia ſemper permanet idem, abundè ſufficiens alendis atque vivificandis nobis, non obnoxius putrefactioni: quia guſtum omnis ſaporis cœleſtis & ſpiritualis continet: quia ſupplet defectum non famis tantum, ſed etiam ſitis: quia plura exiſtunt in iſto cibo miracula. Mannæ miracula erant, in adeò vario ſapore ad ſumentis arbitrium (tametſi Pererius affirmet de ſolis juſtis, in quo diſſentio, ut in libro Sapientiæ *g* demonſtrabo) in vi nutriendi, roborandi, augendi, valetudinem conſervando: quod in ſequentis diei uſum reſervatum putreſcebat, ſcatebatque vermibus: quòd pluebat ſex primis diebus, nunquam in ſabbato: quòd totis annis quadraginta quotidie, non item poſtea unquam, ubi promiſſionis terram ingreſſi eſſent. In Euchariſtia, quam rectè appellaveris *memoriam* & compendium *mirabilium Dei* h, admirationem ingentem commovet præſentia corporalis Chriſti, abſque ulla ſui locali mutatione in cœlo manentis: eadem præſentia in adeò multis hoſtiis: non coextendi loco Chriſti corpus, etiamſi quantitatem cum reliquis accidentibus ſuis retineat: coexiſtentia totius Chriſti ad hoſtiam totam & in ſingulas partes, ita ut extra illam non ſit: corruptis ſpeciebus generatio ſubſtantiæ novæ, ita ut nova materia creetur ad ſuſpiciendam formam, & ſi velint alii (quod neſcio an non mirabilius cenſendum ſit) ſufficere quantitatem: converſio ac tranſubſtantiatio totius panis ac vini, in corpus & ſanguinem Chriſti; effectio iſtius mutationis efficienter per verba quæ ſacerdos ritè profert; remanſio accidentium panis & vini, quas vocant ſpecies ſacramentales, ita ut per ſe ſint, nec ulli ſubſtantiæ inhæreant: eadem facultas naturalis in illis accidentibus ad nutriendum, augendum, roborandum, & ad alia, quam habebant ante conſecrationem.

c *in* 1. *Cor. Hom.* 14. De Chriſti corpore in Euchariſtia accommodatio.

d *Mat.* 24. 28.

e *t.* 1. *in Joa. in c.* 6. *diſp.* 15. & 16. Inter mãna Maſaicum & panem Chriſti quindedim differentiæ.

f *Joan.* 6.

Mannæ miracula in adeo vario ſapore ad ſumentis arbitrium, in vi nutriendi & aliis.

g *in c.* 16. 20.

Euchariſtia memoria & compendium mirabilium Dei.

h *Pſ.* 110. 4.

Cibaria miſit eis in abundantia. Hieronymus nec non Pſalterium Arabicum, & Illyricum (*in*, vel, *ad ſaturitatem* ſeu *ſatietatem*) quod ſignificat שׂבע *ſeuah* & πλησμονὴν, ſed in Arabico additur, *& iterum*, quaſi indicetur non manna, ſed coturnices, & hæ, ſi ſemel cum manna miſſæ ſunt, ut innuitur in Exodo *i*, quando rurſus poſt murmur & nauſeam circa manna *k*. In Pſalterio Romano, & Gallicano, & apud Caſſiodorum, *frumentationem*. Quidam, *cibum viaticum*, ſeu *commeatum*, vel *cibum electum*. Vox Hebræa צידה *tſedah* primaria notione ſignificat *cibum venatione comparatum*; ſed extendit ad *eſcam* generaliter & *viaticum*, omnemque ſufficientiam cibi, ſicut & טוּך *tereph prædam* in prima ſignificatione denotans. Græcum nomen ἐπισιτισμὸς, ut plurimum accipitur pro *commeatu*, *viatico*, *via auxilio*, quod etiam ἐφόδιον vocant, & quod, quia pluibus conſtat, ideirco rectè interpres pluraliter *cibaria* reddidit. De ipſamet copia mannæ, & non de coturnicibus plures interpretantur, ſuadetque, quod coturnices ſemel, aut iterum dumtaxat datæ ſunt, nec pro ordinario viatico. Quod ſi ἐπισιτισμὸς hoc loco, ut aliàs, ſignificet quod ᾧ σῖτος *pani* adjicitur, & appellatur *obſonium*, & προσφάγιον, intelligetur non de coturnicibus, ut quidam Græcus contendit, ſed etiam de manna, quia continebat omnem ſaporem, nec panis tantum erat, verùm etiam obſonium. Rupertus *l* quidem obſervat pluraliter hìc nominari *cibaria*, quamvis antea *m* ſingulari numero ſit nominatus *panis*, quia (loquens de manna, ut erat typus Euchariſtiæ) ſecundùm ſe quidem panis unus Chriſtus, vel unum corpus Chriſti eſt; verumtamen ſecundùm locales Eccleſias, & ſecundùm offerentium perſonas, ſive accipientium innumerabile populos *cibaria* ſive *panes* rectè dicuntur in plurali numero. Addit præterea verbo *pluendi* tum hic *n*, tum in Exodo *o*, indicari eamdem ubique terrarum paratam omnibus puſillis & magnis copiam.

E'πισιτισμὸς.

E'φόδιον,

προσφάγιον.

i *c.* 16. 13.

k *Num.* 11. 1. & *ſeq.*

l 3. *in Exod. c.* 12.

m *verſ.* 24. & 25.

n *verſ.* 24.

o *c.* 16. 4.

Verſ. 26.) Tranſtulit auſtrum de cœlo: & induxit in virtute ſua Africum.

Verſ. 27.) Et pluit ſuper eos ſicut pulverem carnes: & ſicut arenam maris volatilia pennata.

Verſ. 28. (Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum.

UT quàm juſtè ſit iratus Hebræis Deus, quod antea *p* dicere erat aggreſſus, magis declaret, poſtquam de manna egerat, exprimit aliud munus coturnicum ab eodem Deo conceſſum, ut illorum cupiditati, ac importunæ flagitationi ſatisfaceret, quos tædium tam delicati cibi cœperat. Ait ergo, antequam in eos ira ipſius deſæviret, ut ſuam, quam tentabat, manifeſtaret potentiam, abſtuliſſe è cœlo, ſive aere ſuperiore, Auſtrum orientalem, quem vocant Eurum, & adduxiſſe contrarium ipſi ventum Africum, qui coturnices trans mare rubrum arreptas defert, ac in caſtra demitteret; ita ut illæ in modum pluviæ pulvereæ, atq; inſtar numeroſiſſimæ arenæ maris, deſcenderent ac deciderent in medium caſtrorum, & in circuitu tentoriorum, & ſine ullo negotio capi poſſent ab omnibus. Libro Numerorum *q*, & ſapientiæ *r* deſcribitur eadem hiſtoria, de qua nos quoque in poſterioris libri enarratione diſſeruimus. In libro Numerorum eſt, quòd *ventus egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices detulit* (in libro etiam Sapientiæ *ſ* dicuntur *aſcendiſſe de mari*) *& demiſſa in caſtra, itinere quantum uno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis in altitudine ſuper terram: & ſurgens populus toto die illo & nocte, ac die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem choros, & ſiccaverunt eas per gyrum caſtrorum.* In Exodo *t* attingitur idem, ſive bis, ſive ſemel datas concedas coturnices (indicat bis Joſephus *u*:) exprimitur veſpere aſcendiſſe atque cooperuiſſe caſtra. Mentio quoque fit in pſalmo 104. *x* & 105. *y* & in apocrypho libro 4. Eſdræ *z*. Vix ſupperit quid addendum judicem.

Senſus locj. p *verſ.* 18. & *ſeq.*

q *c.* 11. 31. 32

r *c.* 16. 2. 3. 6. 19. 11. 12.

ſ *c.* 19. 12.

t *c.* 16. 13.

u 3. *ant. c.* 12. *quam lego etiam c.* 1. & 16.

x *verſ.* 40.

y *verſ.* 14. 15.

z *c.* 1. 15.

Iterum moneo improbabilem ſententiam eſſe Matthæi Cantacuzeni in paraphraſi ad Sapientiæ librum, varietatem coturnicum epularum, ac ſaporum, ſicut manna fuiſſe. Eſus autem carnium an poſt diluvium dumtaxat permiſsus fuerit homini, diſputat Pererius *a* noſter, an etiam poſt innocentiæ ſtatum amiſsum *b*, & an quæ ſunt nunc animalia carnivora, carnibus veſcerentur ante diluvium *c*. Difficile adducor credere, abſtinuiſſe belluas ante diluvium, & improbos ſaltem ac lævos homines eſu carnium: nec arbitror talibus hominibus præciſè id vitio vertendum fuiſſe; quum dominii, quod in beſtia conceſſit homi-

Matthæi Cantacuzeni improbata ſententia de ſapore circa coturnices.

De eſu carnium an poſt diluvium an poſt innocentiæ ſtatum amiſ. ſum contro. verſia, de avibus itẽ carni voris.

a *l.* 11. & 14. *in Gen.*

b *Idem l.* 4. *c. ibid.*

homini Deus, hic unus esse possit non inhonestus effectus; illis ad cibatum uti, & eo caruisse hominem per 1656. annos, non admodum probabile est. Lege Thomam Aquinatem *a*, Cajetanum *b*, Scotum *c*. Damnantur meritò ab Augustino *d*, qui sic temperant à carnibus edendis, ut immundos arbitrentur qui comedant. Catharistarum hæc hæresis fuit, & Entratitarum, Manichæorum, Priscillianistarum.

a 1. p. q. 96. art. 1 De temperantiam ab esu carniũ, Augustini sententia.
b ib. & in Gen. c. 4. & 6.
c 5. de Inst. q. 1. a. 1.
d ep. 119.

Transtulit austrum de cœlo, & induxit in virtute sua africum.) Hieronymus, *abstulit Eurum de cœlo, & induxit in fortitudine sua africum.* Alii, *proficisci fecit*, seu *excitavit, & impulit Eurum in cœlo, & induxit in fortitudine sua austrum*, vel, *stare jussit Eurum per medium cœlum, & sua potentia induxit africum*, vel, *cœlo, movit Eurum, & induxit in fortitudine, sua africum*, vel, *fecit moveri orientalem*, nempe ventum, & *duxit in fortitudine sua austrum*. Chaldaicè, *intulit ventum vehementem in cœlos, & induxit in virtute sua austrum*, vel, ex versione Nebiensis, *abstulit ventum Notum de cœlo, & induxit virtute sua africum*. In Psalterio Illyrico, *sustulit Eurum de cœlo, & induxit potentia sua in occasum*: In Arabico, *concitatus est auster de cœlo, & attuli virtute sua ventum vehementem*. Exponit Cajetanus de cessatione venti orientalis, & de adducto vento meridionali vehementi. Docui, in libro Sapientiæ, explicare alios, quod excitatus à Deo sit ventus duplex, ad convehendas plures coturnices: quosdam, de ablato austro, ac substituto africo. Est קרים *kadim*, *ventus flans*, à קדם *kedem*, idest, *ab oriente*, & quem vocant *vulturnum* Latinè, aut *subsolanum*, Græcè Eurum, vel *Notum*. Flat ab exortu brumali, austroque vicinus est, teste Aristotele *e* ac Plinio *f*, ut idcirco modica differentia sit inter Austrum, & Eurum. Vertit alibi *g* Hieronymus idem nomen Hebræum, *austrum*, vel *æstum* h *vel urentem ventum* i: videturque omnis ventus calidus, etiam si non sit orientalis, quia opponi debet aliquo modo præcedenti, qui versus orientem vergit: africus autem, eo modo, philosopho teste, flat ab occasu brumali, qui est magis ad meridiem, qui vocatur etiam *theman*. Eusebio placet hìc significari quòd utrumque ventum Deus ἀπῆρεν, & ἐρήγαγε, *transtulit*, *excitavit*, è suis quasi sedibus & thesauris produxit, deduxit, induxit, & pergere jussit, ut è duabus regionibus quidquid erat coturnicum, adveheretur per diversas regiones aeris. Euthymius atque Nicephorus contentiunt, & τὸ ἀπῆρεν docent esse, ἀνῆγε, ἐκίνησεν, *commovit*: in scholio autem quodam explanatur ὥρμησεν καυσωνα, *impulit æstum*. Eadem Basilii, seu Theodoreti sententia. Favet editio Psalterii Romani & Gallicani, *& excitavit austrum de cœlo*, &c. sententiam aliam de translato per amotionem vento austro, & in illius locum excitatio africo, quam sequuntur plures maximè de Hebraizantibus, expressit hoc quoque versu Apollinarius:

e 2. Mat. c. 6
f 2. hist. c. 49
g Ex. 27. 26.
h Osee 12.
i c. 13. 16 & Exod. 10. 13.

Πνεῦμα μεν ἀργέσαο νότῳ ξυνεργὸν ἄϋσαι.
Η'ὲς ἀϐ δυσκελάδω λίϐυος τρηχεῖαι ἀυτμαὶ.
Ventum quidem procellosi noti (seu austri) *contraxit flare* (ne flaret)
Misit vero horrisoni Lybici (africi) *gravem flatum*.

Utraque sententia probabilis est: minùs illa, quam tradit Hugo, ut austrum transferre de cœlo esset facere, ut qui erat in superiore parte aeris flaret in inferiore parte: vel ut qui directè flabat ad Aquilonem, flaret ad occidentem. Virtute, potentia, fortitudine Dei opus fuit, quoniam tunc ordo ac dispositio naturalium causarum non exigebat, ut vel uterque simul ventus flaret, vel alter saltem, eoq; impetu ac versus eam partem, ad quam tam multæ coturnices congregari debebant. Plinius k negat coturnices austro volare, quamvis vehi aura velint, propter pondus corporis, sed aquilone præsertim. Est autem africus vehementia proximus aquiloni. Hoc autem loco visum est Joanni Brasichellensi *l* magistro sacri palatii ad Vallesium *m* de ventis istis disputantem, ut in hoc opere colligendarum coturnicum, intervenerunt, addere, non esse excludendum miraculum, in hoc quòd aerem illum tunc denuo Deus flare fecerit, sicut & postea suis temporibus sine defectu aliquo, quum oporteret, in omnibus frequenter naturis rerum sese accommodans.

k l. 10. c. 23 Coturnices austro volare cur neget Plinius. Africus vehementia Aquiloni proximus
l ind. ex. Ispurg.
m de sacra philos. c. 57. Mysticus sensus.

Mysticum est, ut venti designent Angelos, qui interAsunt consecrationi, & consecrato pani: vel Spiritum sanctum suaviter flantem & inspirantem. Sic Hugo. Item, ut austrum transferri, sit auferri, & significentur Judæi priùs per cognitionem veri Dei: & ejus legem saltem carnaliter servantes, quasique sub meridiano Sole ferventes, postea ejecti, Gentiles autem inducti in virtute & gratia novi testamenti, qui nullam scientiam supernæ cognitionis attigerant, ac veluti sine Sole frigidi, sub aquilone, sive africo remanebant. Hoc modo Ayguanus confirmans Gregorii *n* auctoritate, ita etiam de utroque illo populo declarantis verba Job *o*, *ab aquilone aurum venit*, nec non Esaiæ *p*; *dicam aquiloni da*, & austro, *noli prohibere*. Sed *africum* cum aquilone non oportet confundere, quamvis, ut dixi, vergat ad occasum brumalem, frigidior enim est Aquilo, africus calidior.

n 27. Mor. c. 36.
o c. 37. 22.
p c. 43. 6.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata.) Pro carnibus est nomen formæ singularis שאר *sceer*, & pro *volatilibus pennatis* in eodem numero voces duæ עוף כנף *hhoph chanaph*. *Pluendi* verbum non innuit, ut Genebrardo tamen placet, è materia pluviæ productas carnes, quamvis initio scribatur *q* Deum jussisse, ut producerent aquæ non solùm reptile animæ viventis, sed etiam volatile: sed copiam magnam instar pluviæ, atque è loco pluviæ, idest, è cœlo, seu sub aere, quemadmodum de manna dictum est priùs *r*. Comparatio item ex arena copiam eamdem indicat, quam profectò ingentem oportuit esse, ut quivis ex sexcentis millibus peditum quingentis quinquaginta, absq; parvulis fœminis, Tribu Levi, & vulgo promiscuo, innumerabili, colligere posset minimum decem coros ad mensem integrum *s*, & Moyses antequam id fieret, quomodo fieri posset vehementer miraretur *t*, audiretq; *u*, *numquid manus Domini invalida est?* Ex quo colligi obiter potest videri semel dumtaxat id miraculum contigisse: sic enim jam antea contigeret, scilicet eo ipso tempore, quò primùm dedit Deus manna *x*, non accidisset Moysi postea res hæc adeo mira, & invisa. Coturnices item solas intelligo per *carnes* & *volatilia pennata*, non autem alias aves illis permixtas, ut Genebrardus tamen etiam probabile ducit. Solæ coturnices exprimuntur in libro Numerorum *y*, & in apocrypho 4. Esdræ *z*, & in libro Sapientiæ *a* sub nomine *ortymogestræ*. Quare *volatilia pennata* κατ' ἐξήγησιν, idest, *expositionem*, idem valent quod carnes; quæ orationis formula occurrit sæpe in Scriptura, præsertim Psalmorum. Adagium porro tritum est, *arenam metiris*, & ψαμμηκόσια Plato *b* instar numeralium pro innumeris usurpavit. Omissis profanis exemplis, quæ collegit Germanus Valens, ac è nostris Ponthanus, & Cerda, ad illud Virgilii *c*.

q Gen. 1. 20.
r vers. 24.
s Nu. 11. 20 21. 32.
t Nu. 11. 22.
u vers. 23.
x Exod. 16 21. 13. Coturnicibus alias aves permixtas ad esam Judæorum qui concedat.
y c. 11. 31.
z c. 1. 19.
a c. 16. 2. c. 19. 12.
b in Theæteto.
c Georg. a

Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem
Discere quàm multæ zephyro turbentur arenæ.

Suppetunt ex sacris permulta *d*, & hujus penè innumerabilis numeri cognitio soli nonnumquam tribuitur Deo, etiam ab Ethnicis, apud quos extat illud Apollinis oraculum:

d Ps. 138. 18. Gen. 22. 17. c. 31. 12. c. 41 49. Jud. 7. 12 Jos. 11. 4. 1. Reg. 13. 5. l. 2. 17. 11. l. 3. 4. 20. 29 Job 6. 3. Eccl. 1. 2 Es. 10. 22. c. 48. 19 Jer. 15. 8 c. 33 22. Dan. 3. 36. Ose. 1. 10 Abac. 1. 9. 1. Mach. 11. 1 Rom. 9. 27. Hebr. 11. 12. Apoc. 20. 7

οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.
Novi ego & arenæ numerum, & mensuras maris.

& Horatius e,

Te maris, & terræ, numeroq; carentis arenæ Mensorem.

c l. 1. carm. ode 28.
f c. 1. 2
g c. 33. 22.
h Heb. 11. 12.
i lib. 10.
k l. 2. c. 56.
l l. 1. c. 6.
m l. 3. dec. 1.
n an. 1238.
o colloquio 1 & 10. dierum canicular.
p l. 31. c. 5. Allegoria.
q 13. etym. c. 12.
r tit. 16. c. 30 paragraf. 4.
s p. histor. l. 24. c. 97.
t in chron. anno 989. Tropologia.
u in Jaseic. in Othon. 2.
x c. 11. 31.
y Ru

Auctor verò libri Ecclesiastici *f* hoc solum Deum posse indicat, nec non Jeremias *g*, & Paulus *h* appellat *innumerabilem arenam*, quòd Pindarus dixit, ψάμμα ἀπείριτον περιπέφευγε. De prodigioso carnis imbre, consule Dionysium Halicarnassæum *i*, Plinium *k*, Valerium *l*, Livium *m*, additiones ad Lambertum Schafnaburgensem *n*, Simonem Majolum *o*: piscibus quoque pluisse Plinius *p*, Isidorus *q*, Antonius *r*, Vincentius *s*, Segebertus *t*, Vuernerus *u* testantur. Sed hoc loco magis figuratè quàm propriè *pluvia* sumitur, διὰ τὸ δαψιλίαν *propter copiam*, quia coturnices, ut est in libro Numerorum *x*, ad Hebræos vi venti advectæ *volabant in aere duobus cubitis altitudine super terram*.

Allegoriam persequitur Hugo de Christi corpore, quòd venerit de cœlo cum volatilibus, idest cum Angelis: & sicut populo dictum tunc est *y*, *sanctificamini, cras comedetis carnes*, ita exigi sanctitatem, atque puritatem

ab

ab iis, qui ad carnem & corpus Domini sumendum accedunt. Tradit quoque tropologiam, ut *pluviam carnium* ad instar pulveris, insinuet flagellum ac tribulationem, qua Deus exercet, ac humiliat suos; & *volatilia pennata* cum arena comparata, indicent exempla Sanctorum, qui pennis virtutum volant ad cœlum, & tamen arenæ sint similes, propter firmitatis & constantiæ quoddam pondus, aut quia mundus æstimat illos inutiles ac sterriles. Ayguanus *carnes* de adversitatibus corporalibus: *volatilia pennata* de consolationibus spiritualibus inde orientibus mentesque nostras ad Deum erigentibus, moraliter etiam interpretatur. Piè & acutè Drogo Cardinalis, conversa ad Deum oratione, inquit, Ne pluas super nos coturnices, Domine desideria carnis nostræ, quæ non nisi duobus cubitis levantur à terra, quia non attingunt dona Spiritus sancti. Ne pluas super nos sicut pulverem carnes; quia caro pulvis est, & in pulverem deducit; & sicut arena maris volatilia pennata; quia gaudet edacitas, pennulas movet; sed mox in arenam maris convertitur: gaudet luxuria, modicum volitat; sed mox in arenam maris transit: omnis dulcedo carnis in amaritudinem finit; modicum levant infelicem animam, sed mox aggravant in arenam. Subdit elegantem comparationem coturnicum cum manna, carnium Ægyptiarum, cum divina consolatione: eodem Sole carnales ac iniquos indurari, sicut coturnices *b*, ut suas diutius expleant voluptates manna liquescere *c*, qui *liquescit anima ut dilectus loquitur* *d*; frangi manna mola, ideſt laboribus, jejuniis, vigiliis corpus, & animam divinæ legis studiis, sicque *repleri animam sicut adipe & pinguedine* *e*, & pane oleato sanari ægrotum, roborari sanatum, faciem exhilarari, omnem saporem omnemque delectamentum continere: coturnices exsiccatas putrescere in dentibus edentium, & in ventribus, ipsaque *jumenta in stercore suo* *f*: panem Angelorum non putrescere, non vadere *in secessum* *g*, sed tendere in excelsum, illuc reducere hominem, unde traxit imaginem. Sunt ista Drogonis omnia, quæ bellè quadrant in sermonem de Eucharistia, eo præsertim tempore, quando ut jam pro more, quem religiosè invexit Societas nostra publicè cum apparatu exponitur, ac avertendas bacchantium insanias. Sed, & quo die capitibus cineres consecratos humiliter admittimus, versa vice orare Deum possumus, ut pluat sicut pulverem carnes, doceatque nos, & serio meditari concedat, carnes, quibus proximè præcedentibus diebus quidem maximè, sed per totum etiam annum nimis indulgemus, resolvendas in pulveres, quodque, ut aliud agens Christus *h* dixit, *caro non prodest quidquam*, sed spiritus, ac spirituales deliciæ, sunt quæ vivificant, vera, & felici, & divina vita.

a Ser. de pass. Dom. to. 2. bibl. patrum

b Num. 11. 31.
c Exo. 16. 21.
d Cant. 5. 6.

e Ps. 62. 6.

f Iosil. 2. 7.
g Mat. 15. 17.

h Joan. 6. 63.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.) Hieronymus vertit, *ejus* ut est Hebraicè nimirum populi, & pro *circa*, reddit *in circuitu*, quod valet סביב *sauiu*, & κύκλῳ. Pro *ceciderunt* יפל *tappel* significat *cadere fecit*, scilicet Deus: Chaldaicè, *collocavit* אשרי *asri*. Casus hic innuit vim venti coturnices dejicientis, ut contra volare nequirent. *Ventus egredient à Domino*, ut scribitur in libro Numerorum *i*, *arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra, itinere quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram; surgens verò populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem coros; & siccavit eas per gyrum castrorum.* Vocat Eusebius αὐτόματον ὄψον *expeditum promtumque aucupium*. Hebræorum de dictis volucribus, quas Deus per ventos illos duos antea nominatos compulsas, propter illorum tentoria volare jussit facilem istum ac jucundum, immo nullum aucupii laborem insinuant quoque in præcedente versu illa verba, *pluit super eos*, seu *pluere fecit* ימטר עליהם *iamter hhalehem*, ἔβρεξεν ἐπ' αὐτους, ut non modò prope eos, sed etiam super eos volitarent, nec ipsis laborandum esset insequendo atque pervestigando. Hoc etiam est quod scripsit Philo k, coturnicum nubem advolasse à mari totaque castra inumbrasse, ac terræ tam propinquam fuisse, ut facilè inter jacente mari longo volatu fessas, qui alioqui non est sublimis, in Hebræos delatas, ab his certatim comprehensas:

i c. 11. 31.

k 1. *de vit. Mosis.* 2. *aut.* c. 1.

Nam genus hoc avium dum se super æquora magnis
Vere refert turmis, volitans, in retia, fessum,
Visa cadit; capiturque manu peregrina volucris,

inquit Mantuanus. Hugo suam illam de sanctorum exemplis per *carnes* & *volatilia pennata* tropologiam hìc persequitur, quod obvia sint, atque in medio Ecclesiæ, proque ejusdem defensione cadentium & mortuorum. Vel in malam partem, de illis, quos Dominus admittat licenter vagari, & impinguari ad gehennæ victimam; ita ut omnia illis facilè ac prospere succedant. Ayguanus explicat de Evangelistis, quos animalia illa senas alas habentia *m* præfigurabant, vel etiam prædicatores, qui non expectaverunt, ut ad ipsos venirent gentes cibo divini verbi carentes; sed sponte ipsimet ad eos ab Spiritu sancto deducti illud detulerunt; ita ut cuivis licuerit absque labore audire, sesque cœlesti ac salutari alimonia reficere. Bruno Carthusianus, totum præcedentem locum explicat, quòd Deus prædicatores pluerit doctrinam, comedendi Corpus suum; & alia præcepta: *transtulerit de cœlo Austrum*, hoc est, illos de mysterio sublimi contemplationis ac fervoris, ad terrenos, ut eis prædicarent: *carnes* quoque *pluerit* doctrinæ incarnationis, *sicut pulverem*, quia Christi caro erat levis in omni opere bono, & immunis ab humore peccati: *volatilia* item *pennata* omnium præceptorum, quæ ad sublimia erigunt: hæc in medio castrorum cecidisse, ideſt, civitatum & circa tabernacula, ideſt, domos. In vita sancti Columbani narrat Jonas discipulus ejus *n*, post inediam triduanam, tantam avium copiam illi oblatam & discipulis, quantam Israelitarum castra coturnicibus advolantibus operuit; quatuor dies perduravisse donec aliunde allatum esset frumentum; ultro se capi permisisse & occidi; numquam antea similes visas, nec adeo boni saporis.

m Ezech. 1. 23.

n c. 29. *tom.* 6. *Surii.*

Tropolog.

De avium copia post inediam triduanam S. Columbano & discipulis ejus oblata, quæ narrentur,

---

Vers. 29.) Et manducaverunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis.

Vers. 30.) Non sunt fraudati à desiderio suo.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum.

Vers. 31.) Et ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum, & electos Israel impedivit.

COpiam coturnicum tantam docet fuisse, ut plenissimè ad nauseam etiam usque, satisfieret ipsorum cupiditati, & priusquam puniretur eorum pervicacia ac ingluvies insatiabilis, quum non contenti manna, carnes sibi pertinacissimè depoposcissent, voluit ut intelligerent, experimentoque comprobarent, Deum præstare potuisse, quod posse dubitaverant, vel etiam credere noluerant. Quare quum nondum defecissent impetratæ carnium escæ essentque adhuc intra dentes illorum, æquissima Dei ira desævire in ipsos cœpit, occiditque ex populo fortiores ac ditiores, quique carnibus sese præ aliis magis impinguaverant & repleverant: præterea illos, qui magis videbantur ad bellum expediti, strenuique, tamquam compedibus vinctos dejecit, atque veluti nexibus mortis constrinxit. Quod est, ut alibi *o* canitur, *factam mensam illorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.*

Sensus loci.

o Ps. 63. 23.

Et manducaverunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati a desiderio suo.) *Manducare*, & *saturari*, seu *repleri nimis*, aut valde, σφόδρα מאד *meod*, est affatim, & copiosè propositas escas degustasse ad satietatem & nauseam, postquam satisfactum esset desiderio, & desiderium, ideſt, res desiderata concessa fuisset, neque frustrasset ipsos illa Deus. *Desiderium* pro re desiderata, ut pro sperata *spem* sumi pro Apostolo *p* notat Origenes. *Saturari* ac *inebriari* non ponitur semper in vitio, sed idem valet ac plenè quantum satis est explere famem sitimque. Additum etiam

Desiderium priore desiderata. *Spes* pro re sperata.

p Rom. 5. 2. & 5.

etiam adverbium *valde* vel *nimis* a, *nimis exaltatus super omnes Deos* b, *mandasse mandata sua custodire nimis* c, *nimis honorati amici ejus* d. Ex adjunctis illud æstimari debet, ut quando *furor nimius* vocatur e, *nimia ebrietas* f, & *potatio* g. Videtur hoc loco innui, quod in libro Numerorum *h* comminatus fuerat Deus, concedendas carnes comedendas *non uno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed usque ad mensem dierum, donec exiret per nares, & verteretur in nauseam, eo quòd repulissent Dominum, qui in medio ipsorum erat, & flevissent coram eo dicentes; quare egressi sumus ex Ægypto?* Saves quique ac delicati cibi sine modo sumti, fastidiuntur, & evomuntur, etiam mel i. *Carnes optimas* Philo *k* nominat, liber Sapientiæ *l* *escas epulationis*, τρυφῆς, *voluptatis*, ideſt, delicatas, & *in allocutione* in *desiderii*, εἰς παραμυθίαν, *ad consolationem* datas. Ulysses Aldrovandus *n* testatur, coturnices, quæ nunc inter primas epulas habentur, apud veteres à mensis remotas fuisse, quòd veneno alantur, & comitiali laborent morbo: nec id tamen cum idonea factum causa, quia venenum digerunt sicut & alia quædam animalia, ut sturni, & frequentatur etiam eius boum, arietum, caprarum, caponum, qui laborant interdum epilepsia. Quod autem Hebræi postquam coturnices ederunt, mortui sint, causam rejicit in ingurgitationem, ex qua extiterint humores crassi, pituitosi, viscidi, ac proinde materia epilepsiæ, spasmi, tetani, similiumque morborum. Vallesius *o* ait non parum ipsam carnium illarum malignitatem ad illorum perniciem effecisse, maximè quum deluti jam cibis solidis, iis avidissimè sese ad satietatem usque replevissent. Refert Galenum, Plinium, Rasium, Isaac, Avicennam, Aponensem damnantes usum coturnicum tamquam pessimum inter omnia volatilia: & Orum Apollinem prodentem quòd in hieroglyphicis Ægyptii coturnicem omnis immunditiei, nequitiæ signum fecerint. Censor librorum Brisinchellensis innuit in animadversione ad Vallesium elevatam coturnicem à Deo ad pretiosum, ut ipse loquitur, salutarem usum. Equidem acquiesco Ulyssi, moderatè usurpantes coturnicem, optimam nancisci posse sanguinis qualitatem, quod frequens demonstrat experimentum; si id immodicè faciant, præsertim quando purgatior est, reddi putridum corruptumque; ut ille volu*it* qui præcepit *p*,

Viteturque gravi coturnix tarda sagina.

Certè non dedisset Deus esurienti populo noxias carnes. An autem immodicæ coturnicum esitationi gravis illa Hebræorum plaga tribui debeat, postea expendetur. Monet Hugo, quod ad mores pertinet, hinc aptum thema peti posse pro concione in carnis privio, quia tunc inquit, manducant homines carnes, & saturantur nimis. Licet etiam universè colligere cum Augustino *q*, nos, quemadmodum nunc Israelitas, malo nostro impetrare, quod culpabili concupiscentia petimus: proinde, si hoc à Deo petas unde lædaris exauditus, magis metuendum esse, ne quod posset non dare propitius, det iratus. Exaudit Deus nonnumquam ad votum & utilitatem: aliàs ad utilitatem, non ad votum: quandoque ad votum, non ad utilitatem. Idcirco quidquid petas, hanc adhibe conditionem, *fiat voluntas tua*; *verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua*: quia *nescis quid petas*, & *quid ores sicut oportet, nescis*, egens *spiritu postulante pro te gemitibus inenarrabilibus*. Vel Socratem imitare, & sequere, nihil ultra petendum à Diis præcipientem, quàm ut bona tribuerent, quòd scirent quod cuique esset utile *y*.

Non sunt fraudati à desiderio suo.) Hieronymus, *non indiguerunt de cupiditate sua*. Alii, *non sunt alienati à desiderio suo*: vel, *non sunt destituti desiderio suo*. Vel, conjungendo cum sequentibus, *nihil deerat desideriis eorum, sed quum cibus etiamnum esset in ore ipsorum, ecce ira Dei*, &c. Vel, *nondum recesserant à cupiditate sua* seu, *adhuc cupiditas in illis ardebat, quum*, &c. Et hoc ipsum declarant quòd nondum desiderium, cupiditas, aviditas, appetitio venerat ipsis in fastidium, nauseam, abominationem, sed *adhuc erant esca in ore ipsorum, cum subitò venit ac irruit ira Domini super eos*, &c. Hebraicè לא-זרו מתאותם *lo zaru mitthaauotham*. Qui vertunt in singulari nomen *desiderii*, le-

Agerunt תארה *theauath*, significat vero לאזרו *lo zaru non sunt alienati*, seu *elongati*: alienatio autem, & elongatio à desiderio & appetitu, est quum quis vel quod appetitque, obtinere non potest, vel quum abhorret ab ejus perceptione, quamvis id præsto sit, nempe per fastidium, nauseam, & quæ inde consequitur, per vomitionem. Hoc minitatus erat Deus, futurum videlicet, ut expetitæ atque concessæ *carnes exirent* Hebræis *per nares, & verterentur in nauseam* z. In Psalterio Arabico, *& non privavit eos desideriis eorum*, videlicet Deus.

Accommodatitiè transferuntur ista verba ad cœlestes delicias, quæ non modo respondent, sed superant etiam desiderium eorum, qui *desiderio desiderant manducare pascha* corporis Christi *a*, aut divini verbi gustum percipere. Item contrario sensu, ad illos, qui cupiditatibus suis plenè satisfaciunt, & dimittuntur à Deo *secundùm desideria cordis eorum, & ut eant in adinventionibus suis* b, & *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam* c.

Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.) Hieronymus, *quum adhuc cibus esset in ore eorum*. Tum quasi novo facto principio, *furor ergo Dei ascendit super eos*: Alios aliter connectere monui, sed sententia non dissimili. In Psalterio Gallicano, & Romano, & apud Augustinum, & Gregorium *d* *esca* in singulari, sicut etiam Hebraicè & Græcè אכל *ochel*, & βρῶσις. In libro Numerorum *e* sic est, *adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujusce modi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis, vocatusque est ille locus, sepulchra concupiscentiæ; ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat*. Quòd *cibum non defecisse* dicitur, Hebraicè potest significare, nondum succisum fuisse, dentibus nempe comedentium; hoc enim sibi vult יברת *ijccharet*. Sensus item admitti potest, non defecisse, quia nondum expletus erat mensis, ad quem collectæ fuerant coturnices, & siccatæ *f*: quo pacto ferunt in Gallia findi coturnices à parte superiore, reliquumq; corpus condiri sale, adipem liquatum servari ad condendos alios cibos *g*.

Quomodo *ascendere ira Dei* dicatur, docui versu 21. Putat Agellius innui, quòd velut flamma & ignis ascenderit, & accensa sit super eos. At hoc modo intelligeremus non inhærere in iis, in quos dæsevit, sed transire ab illis, & ascendere supra illos. In *ascensu* notat etiam Hugo, quod non pauperes dumtaxat impotentes, infimos ira illa, sed, ut mox subditur, pingues, electos, divites, magnates punierit. Simpliciter sensus traditus dicto versu 21. Gregorius *h* expendens hunc locum, cum simili Job *i*, *quum habuerit, quæ concupierat possidere non poterit*, scribit, quòd majoris iracundiæ est, quum hoc tribuitur, quod male desideratur; atque inde repentina ultio sequitur, quia hoc quoque obtinuit quis, quod Deo irascente concupivit. Exempla proferri possent eorum qui in ipsismet epulis extremo fato concesserint, aut in perceptione corporis Christi extincti sint, vel gravi aliquo malo affecti. Paulus *k*, indigne sumentes Eucharistiam scribit *infirmos* ac *imbecillos* fuisse, & *dormivisse*, ideſt, morte sublatos. Cyprianus *l*, narrat ex Dore puellæ, cui datus priùs gustandus quamvis invitæ panis fuerat, mero immolatitio mixtus, postea reluctanti etiam sanguis Christi infusus, prodeuntes singultus ac vomitus: Item de alia adulta, quæ palpitans tremensque concidit. Aliud non dissimile exemplum est in vita S. Godefridi *m*. Præterea de Osvaldo Muller, qui hostiam deglutire non potuit, quam sibi laica majorem dari coegerat, extat insculptum in tabula æneа templi in pago Sevel, non procul Oeniponto, ut narrat Titelmanus Brendebachius *n*. Post Pascha inquit Hugo, magis infirmari & mori videmus homines, ut idcirco canat Ecclesia; *Quæsumus auctor omnium, in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defende populum*. Accommodatitie ferri id potest. Nam de morte æterna sermo est, & morborum mortisque causa ciborum mutatio est, immoderate sumtorum.

Et occidit pingues eorum.) Sic etiam Hieronymus. In Illyrico Psalterio, *voraces inter eos*. In Arabico, *majorem partem eorum*. In Gallicano & Romano, & apud Cassio-

a Ps. 47. 2.
b Ps. 96. 9
c Ps. 118. 4.
d Ps. 138. 17
e Judit. 5. 2. Esther. 1. 12.
f Judit. 13. 4
g Esth. 1. 10
h c. 11. 19 20
i Pr. 25. 16 27.
k lib. 1. de vita Mosi. c. 19. 11. m vers. 12. n 1. ornith. c. 22. Coturnices nunc inter primas epulas, non apud veteres venenо nutriri, comitiali morbo laborare de earum usu & esu plura.
o de sacra philosoph. c. 37. Coturnix in Ægyptiorum hieroglyphicis omnis immunditiei nequitiæque signum
p Eraclid. 2. de mor. Gal.
q tr. 73. in Joan.
r Mat. 6. 10.
s Luc. 22. 42
t Mat. 20. 22.
u Rom. 8. 26
x ibid. 27. Nihil ultra petendum à diis, quã ut bona tribuant, quia sciunt quod cuique utile, Socratis sententiis.
y Vol. Mart. lib. 7.

a Luc. 22. 15
b Ps. 80. 13
c Rom. 1. 24.
d 18. Mor. c. 10. vel 12.
e c. 11. 34.
f vers. 20. 32 Coturnicibus Galli utuntur.
g Aldrovandus 13. ornith. c. 12
h supra.
i c. 20. 20. Major Dei quando sit ira nos iracundia.
k 1. Cor. 11. 31.
l Ser. de lapsis. Circa hostiæ sumtione exempla.
m lib. 3. c. 12. apud Surium 8. Nov. Post paschа magis infirmari & mori homines. n coll. sacr. c. 15. 30. 52. 55. 59.

Cassio-

Cassiodorum, atque Gregorium *u*, *plurimos eorum*. Au-
a 13. Mer. 180. vel 13. gustinus, *in plurimis eorum*. Meminit Augustinus editionis nostræ, negans invenisse se in codicibus quos habebat. Videtur legisse, non ut modo est, *ἐν πίοσιν αὐτῶν in pinguibus eorum* (*occidere autem in pinguibus eorum*, quod etiam Hebraicè habetur, cum præpositione בּ-מְנִיחַם בְּמֹשׁ *hemismannehem*, idem est, atque occidere pingues eorum) sed *ἐν πλείοσιν*, *in pluribus*. Idem Hieronymus
b ep. 135 *b* refert Aquilam vertisse, *ἐν πιμώροις αὐτῶν*, *in opulentis eorum*; Symmachum, *ἐυπορωτέροις*, *opulentibus*, Lxx. Theodotionem, v. editionem ut nunc extat in textu nostro Græco *ἐν πίοσιν*. Sed Scholiastes tribuit Lxx. & Theodotioni hanc ipsam lectionem: Aquilæ, *ἐν λιπαροῖς*, *in nitidis*, aut *pinguibus*; Symmacho, *τοῖς λιπαρωτέροις*; *nitidiores* seu *pinguiores*. Apollinarius videtur etiam legisse *ἐν πλείοσιν*, quomodo etiam nunc est in Complutensibus, & Regiis, Aldinis, & aliis biblis.

πόσμον ἀνώιτον πολλῶν τύχασα καρδίοις,
Interitum improvisum multorum faciens (*μῶις ira*) *capitibus.*

Legit eodem pacto Euthymius, explicans *plures* pro multis, atque sic legisse dicens Lxx. Symmachum, *pingues*, Aquilam *abundantes*: & hos esse ditiores atque fortiores in populo, quos verisimile sit ingluviem suam ceteris magis explesse, quod plura aliis colligerant. Culpam quoque communem cunctis tradit, quòd promissioni divinæ non crediderunt, nutriendos esse illis carnibus usque ad mensem, & ad satietatem, sed timuerint ne avolarent, vel ne citò consumerentur coturnices, ut propterea illas exsiccaverint. Sequitur eamdem lectionem *ἐμπλείοσιν* Nicephorus, atque eamdem sententiam paucis perstringit, ut solet cetera Euthymii. Translatio nostra consentit planè non solùm cum codicibus Græcis emendatioribus, sed etiam cum Hebræo textu (ut dixi.) Per *pingues* autem rectè illi alii interpretes exposuerunt eos qui sunt divites & opulenti, & Paraphrastes, qui fortes ac potentes גִּבּוֹרִים *ghibbarim*. In eodem sensu, *pingues terræ*, *τοὺς τῆς γῆς* רִשְׁנֵי אֶרֶץ *disne erets* Psalmo 21. *c* dicuntur *manducavisse & adoravisse*, quos etiam vocant Aquila & Symmachus *κιαρούς*
c v. 30 videlicet, divites, superbos, opibus terrenis elatos, potentes, præstantes, & nobiles, &c. ut ibidem vidimus oppositos eodem loco pauperibus. Observat Hugo primam causam humanæ miseriæ fuisse manducationem *d*, potationem primæ servitutis *e*: multis quoque malè successisse comestionem, ut iis qui versibus istis, tametsi parum probis, continentur:

Manducatio prima causa humanæ miseriæ: potatio, primæ servitutis.
d Gen. 3. 6.
e 1. 9. 25. Ilua. 3. 4
f Luc. 16. 22.
g 3. Reg. 2. 28.
h cap. 9. 21.
i Dan. 5. 2
k Esther 7. 9.

Quia (quod) *manducare noceat*, *monstrat Holoferens* f,
Dives g, *Adonias* h, *Esau* i, *Noe* k, *Balthasar* l, *Aman* m,
Herodes n, *Salomon*, o *Job* p, (filii ejus) *Israel* q, *Absolon* r, *Adam* s,

Denique plures occidit gula quàm gladius. Pinguedo & adeps propterea designat improbitatem vel certè copiam rerum, *ex qua prodit iniquitas* t, & superbia, ut Gregorius *u* demonstrat. Optandum, ne sit verum quod asserit Hugo, Sacerdotes & Clericos frequentiùs accedere ad Eucharistiam qui pinguedinem temporalium multa habent, sicut olim habebant Levitæ *x*: vel Theologos, quas quotidie tractant scripturas, & res sacras, non trajicere ad cor, nec iis sustentari: vel in genere antequam divites opibus frui liceat, *perire ab ore eorum* y, nec inde *satiari ventrem eorum*, *& quum habuerint quod cupierunt*, *possidere non posse* z, ita ut repetita ab ipsis eorum anima, quæ paraverant, ad alios transeant *a*, *nec tribuatur potestas*, *ut comedant ex eis*; *sed homo extraneus voret illa* b.

Plures occidit gula quàm gladius
m Mat. 6. 17
n 3. Reg. 11 21.
o Job 1. 4
p Nu. 11. 5
q 2. Reg. 13. 27.
r Gen. 3. 6
s Psf. 72. 7
t 15. Mor. c. 25. vel 33.
u Num. 18
x Joel. 1. 5
y Job. 20. 20.
z Luc. 12. 20
a Eccl. 6. 1
b ep. 127.
f mansione 13.

Et electos Israel impedivit.) Hieronymus *incurvavit*. Alii *succumbere fecit*, *humiliavit*, *dejecit*, *prostravit*, *incurvare fecit*, *succedit*, הִבְרִיעַ *hathriahh*. Idem Hieronymus alibi *c*, *prapedivit*. Et Augustinus hoc loco, quia non est *ἐνεπόδισεν* sed *συνεπόδισεν*, explicat *compedivit*. Per *electos* exponunt vegetos, robustos, florem juventutis, juvenes, quos Paraphrastes appellat עֲלֻמֵי *bhullemin*: Apollinarius, *κρατίσυς*, *optimos*, *robustissimos*. Euthymius, & Nicephorus, *in bello strenuos*, *& selectos ut in acie præ ceteris dimicarent*, *σατιλεγένως εἰν τῷ παραπέδῳ*. Nomen בָּחוּרִים *bachurim electos* significans, dicitur de juvenibus, qui ad quodvis opus eliguntur, maximè ad bellum, nec rarò redditur ab Interprete per hanc ipsam vocem, *juvenes*. In Cantico *d* Moysis *electos* d Exod. 15. 4 *Principes* submersos in mari rubro vocat Paraphrastes *electos fortes*. *Impediendi* verbo seu *compediendi*, & quasi pedes stringendi aut incurvandi, *συλλοδεῖν* & הַבְרִיעַ *hichirahh*, vel significatur solùm prohibitio, ne fas esset intrare terram promissionis, idque per mortem, ut placet Genebrardo; vel ne progredi possent ultra occupati circa cadavera innocentes, ut Bruno Carthusianus existimat; vel ratio quædam interfectionis describitur, tamquam succisis aut dissolutis e ep. 17. mansione 13 pedibus, cruribusque, ut sentit Agellius; vel ne ad malum velociter amplius currerent, ut ait Hieronymus. Non videtur ita congruere quod ait Hugo, impeditos electos peccati aliorum, ne exaudirentur: vel adductos ad dubitandum de Deo, propter murmurantes alios; ut Moysem ipsum, & Aaronem. Traditur quoque primum à Dionysio, ac prius ab Augustino (qui etiam explicat bonos cum malis punitos, ac veluti captivos factos ad exemplum patientiæ,) secundùm ab Ayguano. De morte subita, exteriùs illata, oportet intelligere, quam liber Numerorum f *plagam* nominat f c. 11. 33. *magnam nimis*, qua concitatus in populum furor Domini percussit eum. Vallesius g affirmat lethalibus morbis correptos fuisse, & indicat ejusmodi fuisse, quos malignitas carnium coturnicum avidius ac largius comestarum, peperit, & se per vomitiones prodiderint ex nausea consecutas. Huic nauseæ, de qua in eodem libro *h*, ita ut egrederentur etiam carnes per nares, h v. 10 addit Oleastes *i* dispersionem, ac jactationem carnium i ibid, Nausea Judæorum circa corum. nices qualis & quanta. propriis manibus eorum qui in os indiderant, præ vehementi abominatione, idque insinuari vocabulo Hebræo זָרָא *zara*; quod concedi potest, salva notione nauseæ, seu fastidii, nec non alienationis aut dispersionis, quæ vomendo fit. Pro *nausea* Græcè est *χολέρα* χολέρα. quam definiunt morbum, in quo bilis vel excernitur, vel evomitur, aut perturbatio ventris immodica, bilem per vomitus & dejectiones excernentis ex continua ciborum eruditate, & adeò acutus morbus, ut quarto ad summum die finiatur: Ejusdem Symptomata dicuntur, præter vomitiones & dejectiones bilis frequentissima, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculorum, manuum ac pedum, maxime vero suarum contractio & tensio, effusio etiam viscerum, quas veteres *χολάδας* nominabant, unde *χολίραν* videtur Trallianus k derivare, etsi alii *ἐπὸ τῦ χολῆς*. Favet Theodoretus *l*, qui refert pro vocabulo *χολέρας*, vertisse Symmachum *ἀπεψίαν*, *eruditatem*, & quod *ἀδηφαγίαν esus ad satietatem usque*, ac *voracitas*, seu *edacitas* morbum attulit, & multis mortem, divinitus illata plaga. Genebrardus existimat innui dictum morbum verbis Ps. 105. m *misit saturitatem* m v. 15. *in animas eorum*, idest, inquit, emaciantem morbum, quo quasi saturi abhorrebant ab omni esca, unde sequitur tabes, nausea, cacochymia, atrophia, phthisis, hectica, habitudo, ægritudo, viscerum, quæ ibi vocatur רָזוֹן *zaron* & *πλησμονὴ*; & illud Hebræum vocabulum per metathesim pro זָרָא *zara*, de quo egimus. Diligenter idem auctor in dictum psalmum 105. hoc explicat & probat. Addit nescio quis hoc loco (Bartholomæus Botta) quòd incoctas aut semicoctas carnes populus avidiùs voraverit more lurconum, ut Scipionis, de quo Valerius, qui abdomine nimis avidè devorato, statim absumtus est. Hæc sanè omnia non parum suadent hujusmodi morbo, quem descripsi in principio, extinctos intemperantes & perfidos Hebræos. Sed quoniam Deus ipsos percussisse illos *plaga magna nimis* scribitur *n*, propterea videretur alia præterea adjicienda dictæ plagæ extrinseca causa. Cajetanus fatetur se nescire mortis genus, nec an tota illa populi multitudo ingens quæ peccavit, occisa fuerit. Isidorus *o*, Rupertus *p* Abulensis *q* arbitrabantur incendio periisse, eidemque loco ubi accidit nomen inditum, *incensio ἐπιρυσμὸς* תַּבְעֵרָה *thauhberah*, & *sepulchra concupiscentiæ* r, *μνήματα τῦ ἐπιθυμίας* קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה *kiuroth hatthaavah*, sive hoc secundum nomen Moyses indiderit, sive Hebræi alii.

n Num. 11. o in lib. Nu. cap. 8. p lib. 1. in Num. c. 30. q Num. 11. 4. r v. 34.

Isido-

Tropologia

Isidorus eliciens tropologiam, ait, in loco, qui dictus est *sepulchra concupiscentiæ*, & erat tertiadecima mansio, & ubi populus fastidiens cœlestem panem, carnes Ægyptias desideravit, multos subitò devoratos ab incendio, monetque, si post perceptum angelicum manna, quod est cœlestis vita, sive doctrina, rursus carnes Ægyptias, quæ sunt carnales hujus sæculi voluptates, & concupiscentias pristinorum morum voluerimus appetere, voraturos nos usque ad nauseam, & statim Domini igne torquendos, desideriumque nostrum vertendum in tumulos, ut simus *sepulchra dealbata* a, &c. Prior hæc dixerat Hieronym. *b*, & Ambros. *c*. Si concedamus ignem immissum etiam tunc, non tantùm quando prima murmuraverunt vice, dolentes pro labore, seu fatigatione *d*, dicendum non fuisse penitus illos consumtos, quia non fuisset sepulchris opus in quibus narrantur *sepulti qui desideraverant* e. Sed nec extimo lentam tabem fuisse, sed celerem à Deo inflictam plagam, concurrente simul tamen repletionis nimiæ causa, vel ignis externi, vel alterius interioris morbi. Nam incertum valde duplex eidem loco nnmen fuisse; immo quum primum extrema tantum castrorum pars incensa, deinde populus *plaga magna nimis* percussus narretur insinuatur locum diversum fuisse, quum etiam mensis ferè in medio intercesserit, & prioris mansionis causa fuerit conquestio de fatigatione itineris; posterioris murmuratio de manna. Quamvis Petrus Abbas Collensis *f* confundere videatur, scribens post imperationem desideriorum carnalium, castrorum peremtas extremitates.

a *Matt.* 23. 27.
b *ep.* 137. *ma sione* 13.
c *tr. de* 42. *mansion.* 13
d *Nu.* 11. 1.
e *vers.* 34.

Quod autem ps. *g* 104. dicitur *non fuisse in Tribubus Hebræorum infirmum*, intelligitur non fuisse qui ex sexcentis virorum millibus, præter inferiores viginti annis, non esset alacer, expeditus, fortis ad iter conficiendum pedibus, absque jumento, quive morbo aliquo laboraret. Sed non negatur postea proter ipsorum culpam permissos esse nonnullum experiri, communem simul plurimis, quo, divina etiam accedente ultione, corriperentur, & interirent, ut accidit quoque in morsibus serpentum *h*.

f *lib. de panit.* c 11. t. 9. *bibl. Patrum*
g *vers.* 37

Observavit porro Abulensis *i*, à Josepho *k* hæc & his alia similia prætermissa, ut quomodo quidam pro dolore itineris doluerint, ignisque extremam castrorum partem cremarit, &c. quia putabat cedere ad ignominiam gentis suæ; cujusmodi erat præterea adoratio vituli *l*, de qua ille nihil. Idem de Philone dicere potuit. Ad extremum notanda elegans & acuta paronomasia in vocabulis Hebræis. Nam *cornurnix* dicitur שלו *scialeu*, quasi dicas *petitionem*, à שאל *sciaal*, *petere*, רצון *razon*, sed idem sit quod זרא *zara*, per metathesim, seu diversum omninò ab illo, significat illum morbum τῆς πλησμονῆς, & χολερας, qui vocatur Latinè psal. 105. m *saturitas*, & in libro Numerorum n *nausea* & opponitur veluti nomini רצון *ratson*, quod valet *complacitum*, pro quo nimirum Deus effecerit, ut quod Hebræi petierant, & initio maximè ipsis placebat, postea summopere displicuerit, ac nausea, tædio, & gravissimo illo morbo affecerit, de quo egimus.

h *Nu.* 21. 6 2. *Cor.* 10. 9
Abulepsis observatio.
i *Nu.* 11. 7.
k 3. *ant.* c. 1.
l *Exod.* 32. 8.
Elegans paronomasia.

m *vers.* 15.
n c. 11. 20.

Sed ad mores facit, ut τὰ μνήματα sint ἐν μνήμη *monumenta*, *sepulchraque in memoria tua*, præsertim quando intemperantia te, ac ingluvies petit. Turpe enim, & noxium valde comparare tibi ac veluti elaborare comedendo sepulchrum, & quum, Basilio *o* teste, jejunium sit vitiorum sepulchrum, vita virtutum, sepulchrum fabricare virtutum, vitam vitiorum. *Sepulchrum patens* est gulosi *guttur*, cujusmodi erat Philoxeni, de quo Philosophus *p*, longius sibi collo gruis optantis: nimius enim cibus corruptus in stomacho, morbos ac mortem gignit; & de mortui spina hominis creatur serpens, ut ex Pythagora Ovidioque prodit Isidorus *q*, dicens id, si creditur, meritò evenire, ut sicut per serpentem mors hominis (quum tentavit de intemperantia) ita per hominis mortem serpens existat. Gregorius *r* docet, dum venter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctas virtutes obrui. Rogas, inquit, Ambrosius *s*, ad jucunditatem, cogis ad mortem? invitas ad prandium, efferre vis ad sepulchrum: cibos promittis, tormenta irrogas. Item electos impediri, ait Hugo, quum mali Prælati promittuntur ligari *funibus peccatorum* t, & *à spiritu* malo *in aliis* u, ac tandem *manibus*

o *orat.* 2. *de jejunio*.
Jejunium, vitiorum sepulchrum
p 3. *eth.* c. 10
De mortui spina hominis serpentem creari: & quam meritò id eveniat si creditur.
Circa cibos intemperantia quã noxia.
q 12. *etymol.* c. 4.
r 30. *moral.* c. 13. *vel* 26.
s *de jejunio* c. 14.
t *ps.* 118. 61.
u *Osea* 4. 16.

dibusque ligati mittantur in tenebras exteriores x: vel quilibet boni, & à Deo electi propter peccata populi impediantur, ne promoveantur & eligantur in Magistratus, quum electi mundi Principes multi sint, sed submergendi *y*, tamquam cibus electus Dæmonum *z*, & cum quibus cavenda *communicatio* a. Creditus Hieronymus explicat, carne & sanguine Christi refectis, si declinant ad vitia, judicium imminere *b*: electos autem impediri, si ipsi quoque Sacerdotes non innocenter hæc Sacramenta percipiant. Totum item locum Bruno Carthusianus per allegoriam declarat de Eucharistia.

Allegoria.

x *Mat.* 22. 13.
y *Exod.* 15. 4.
z *Abac.* 1. 15
a *Ps.* 140. 4.
b 1. *Cor.* 11. 19.

Vers. 32.) In omnibus his peccaverunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus ejus.

Sensus loci

NEc beneficia nec supplicia, efficere ac obtinere ab ingrato & perfido populo potuerunt ut à peccando desisterent. Nam post adeò multa magnaque mirabilia, & post ultam carnium concupiscentiam, quæ scilicet omnia fortuitò & casu contingere putabant, inquit Euthymius, in simile prolapsi sunt incredulitatis vitium, nolentes adhuc credere, posse se juxtà divinam promissionem adeò insignibus documentis confirmatam & comprobatam, in terram promissionis intrare, quum illi terræ detrahentes audivissent, qui ex ea reverterant exploratores: sed ipsi reverti voluerunt in Ægyptum, constituto sibi novo duce, ita ut Moyse & Aaron hoc audito, *caderent proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel* c, hortantes verò ad pergendum Josue & Caleb lapidibus opprimere voluerint. Similes illis Judæi sub Christo, *qui quum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum* d. Utriusque communis causa propterea, non potuisse credere, quia Deus *excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum* e, hoc est, quoniam, ut Augustinus declarat, noluerunt credere, Deus verò malam eorum voluntatem prædivit; & per prophetam prænuntiavit, sed non fecit: & meruit eorumdem mala voluntas, & superbientis voluntatis audacia, ut excæcarentur & indurarentur, Deo deserente, non faciente, & quamdiu talia sapiebant, secundùm pravam illam voluntatem, credere non poterant. Verum de hoc aliàs. Beneficium divinæ gratiæ est alieno sapere malo, conspectisque aliorum supplicis, fidem ac timorem salutarem concipere. De eodem Hebræo populo conquerabatur Esaias *f* quum *divinus furor non averteretur abeo: sed adhuc manus ejus extenta, non esse reversum ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisisse*; & Deus ipse apud Jeremiam *g*, *frustra*, inquit, *percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*: & Jeremias *h*, *percussisti, & non doluerunt; attrivisti, & renuerunt accipere disciplinam*: & Ezechiel *i*, *multo labore sudatum est; & non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem*.

c *Nu.* 13. 33. 34. c. 14. 1. *& seq.*
d *Jo.* 12. 37.
e *ib.* 40. *in Esa.* 6, 9.

Alieno malo sapere beneficium divinæ gratiæ.
f c. 6. 12. 13.
g *Jer.* 2. 30. *hc.* 5. 3.
i c. 24. 12.

In omnibus his peccaverunt adhuc.) Hieronymus, *ultra*. Ad verbum, *cum omni hoc*, quod vulgaribus linguis dicunt, *con tutto ciò, con todo esso, avec tout cela*, &c. idest, nihilominus, super hæc, vel inter hæc omnia. Apollinarius, ἀλλὰ γαρ, *Sed enim*. Dici solet etiam vulgò, *non obstantibus omnibus istis*.

Et non crediderunt in mirabilibus ejus.) Hieronymus, omisit præpositionem, sine qua oratio Latina clarior est, quamvis in Hebræo textu sit, & occurrat etiam aliquando Latinè in simili phrasi; ut *k*, *qui credit in Domino, misericordiam diligit*: & supra in hoc ipso psalmo *l*, Hieronymus quoque vertit, *non crediderunt in Deo*.

k *Pro.* 24. 22
l *vers.* 22.

Vers. 33.) Et defecerant in vanitate die eorum, & anni eorum, cum festinatione.

PRopter impœnitentiam, & perseverantiam contumacem in perfidia, inobedientia, murmuratione, similibusque peccatis aliis, ait, infelicem populum istum, de Ægypto adeò mirabiliter eductum, ac beneficiis tam multis ac magnis affectum, otiosè in deserta

vitam

vitam traduxisse per annos quadraginta, nullo præclaro edito facinore; sed in eodem pereundo veluti in momento, non esse permissum ingredi promissionis terram; ita ut frustra ac sine causa censeri potuerit egressus de Ægypto, quo frustra etiam, & absque fructu, & effectu regredi voluerunt atque tentaverunt. Prius hunc Hebræorum pervicarium conatum retuli, quum sibi novum constituere ducem decreverunt ad revertendum *a*: Jussit autem Deus illis renuntiari per Moysen *b*, *Vivo ego*, *ait Dominus*, *sicut locuti estis*; c, *audiente me*, *sic faciam vobis*. *In solitudine hac jacebunt cadavera vestra*. *Omnes qui numerati estis à viginti annis*, *& supra*, *& murmurastis contra me*, *non intrabitis terram*, *super quam levavi manum meam*, *ut habitare vos facerem*, *præter Caleb filium Jepone*, *& Josue filium Nun*; *Parvulos autem vestros de quibus dixistis*, *quod præda hostibus forent*, *introducam*, *ut videant terram*, *quæ vobis displicuit*. *Vestra cadavera jacebunt in solitudine*. *Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta*, *& portabunt fornicationem vestram* (luent pœnas tam longa peregrinatione rebellionis vestræ) *donec consumantur cadavera Patrum in deserto*: *juxtà numerum quadraginta dierum*, *quibus considerastis terram*, *annus pro die imputabitur*. *Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras*, *& scietis ultionem meam*; *quoniam sicut locutus sum*, *ita faciam omni multitudini huic pessimæ*, *quæ consurrexit adversum me*: *in solitudine hac deficiet & morietur*. Subditur eodem loco *d* ita ut dictum est: populum, quum recitata audivisset, *luxisse nimis* e: nihilominus voluisse postea ascendere ad terram promissam, quamvis Moyses deterreret ne faceret, & ab Amalecite, & à Chananæo partim percussum atque concisum, partim fugatum *f*. Recensentur eadem in Deuteronomio *g*: Præterea in Psalmo 105. h est, quod *pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*; *neque crediderunt verbo Domini*, *sed murmuraverunt*, *& non exaudierunt vocem ipsius*; *& Dominus elevavit manum suam super eos*, *ut proster neret eos in deserto*. Item Paulus *i* *infensum* scribit Deum fuisse, *quadraginta annis*, *illis qui peccaverunt*, *quorum cadavera prostrata sunt in deserto*, *& jurasse non introituros in requiem ipsius illos*, *qui incredduli erant*. Et videmus, ait, quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Judas *k* denique redigit in memoriam, *quòd Jesus populum de terra Ægypti salvans* (ille ipse qui homo postea factus est, verus Deus) *secundo eos*, *qui non crediderunt*, *perdidit*.

Atatem mortis. Festinatur tota vita, inquit Augustinus, mortalium, & quæ prolixior, videtur vapor est aliquanto diuturnior. Brevitas hæc alibi sæpe describitur in divinis & profanis litteris, nec semel à nobis variis in locis tractata. Qui terrentur, trepidant, turbantur, tremunt, dilabuntur, fugiunt, festinant. Euthymius autem adhuc exponit quod ille populus defecerit citò ad vana: vel quòd ob levitatem, quam secum affert voluptas, anni celeriter iis omnibus pertransire videntur, qui otiosè ac negligenter vivunt; iis namque qui per virtutem operantur, ob laborum intensionem, tardiorem videri annorum decursum. Placet magis prior sensus. Solet id etiam dici fieri tumultuariè, quod celeriter fit, citòque disperit, & repentinus interitus ac subitus horrore quodam percellit, atque obstupefacit: quæ sunt illæ omnes notiones vocabuli בחלה *behalah*. Iterum vertit interpres pro velocitate, & pro terroribus *f*. Multorum festinata mors Hebræorum in deserto est per ignem, serpentinos morsus, absorptionem terræ, ita ut diti possint non dimidiasse dies suos.

Vita mortalium festinatio est: quæ prolixior, vapor est aliquãto diuturnior.

a Num. 14. vers. 28 29 30.31.32.33 34. 35. b v. 3.

c Num. 14. 36. 37. 38 d vers. 39 e vers. 40 & seq. f c. 1. 31 & seq. g v. 24. 25 26 h Heb. 4 i 17. 18. 19 k cap. v. 5

r Esa. 65. 24. f Jer. 15. 8.

Vers. 34.) Quum occideret eos, quærebant eum, & revertebantur, & diluculò veniebant ad eum.

Vers. 35.) Et rememorati sunt, quia Deus adjutor est eorum, & Deus excelsus redemtor eorum est.

Vers 36.) Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.

Vers. 37.) Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.

Sensus loci.

DOcet quod priùs dixerat, adjecisse Hebræos peccatis peccata, & quum viderentur tantisper resipiscere, & converti, tamen mox rediisse ad ingenium, moresque pristinos. Nam quoties, inquit, percutiebat eos Deus, tamquam sub flagris pueri, veniam & misericordiam implorabant, atque meliorem frugem & emendationem promittebant; vel etiam sicut bestiæ verberibus compressi, resiliebant aliquantulum; & per id tempus, quo vigens aut recens adhuc erat plaga, valde solliciti summo mane ad vota preceque current; tunc etiam revocabant in memoriam vetera beneficia, & auxilia Liberatoris, ac redemtoris Dei, quæ facilè sibi prius elabi sinebant de memoria, quum nulla monerentur tribulatione, Unde planè perspicitur, eos non seriò, & ex animo dilexisse, vel reveritos esse, atque laudibus Deum celebravisse, & gratias egisse pro prioribus beneficiis, quando compulsi nova tribulatione, alia denuo flagitabant, sed linguis mentitos esse, & fictè obedientiam promisisse, cor sincerum erga illum non habuisse, pactum quod olim pepigerant cum ipso, bona fide non pepigisse, quum tam sæpe postea, nulloque negotio, aut levi admodum de causa violaverint:

Quum occideret eos, *quærebant eum*, &c.) Hieronymus, *si occidebat*, &c. & alibi *t*, *quum interficeret illos tunc quærebant eum*. In Psalterio Romano & apud Cassiodorum, *tunc inquirebant eum*: in Gallicano, *tunc quærebant eum*: in Illyrico, *tunc exquisierunt*: in Arabico, *tunc petierunt*. Tractat Lactantius *u* egregiè quo pacto Deus ex memoria hominum elabatur, quum beneficiis ejus fruentes honorem dare divinæ indulgentiæ deberent, si qua verò necessitas gravis presserit, tùm Dei recordentur, nec umquam Dei meminerit, nisi dum in malis sunt.

t in Ef. c. 29.

u inst. c. 20. x lib. 7. c. 3. y Esa. 28. 19 z c. 25. 16. a 6. mor. c. 11. vel 13. & l. 15. c. 22. vel 31.

Recitat etiam ex Catonis oratione Gellius *x*, quòd adversæ res domant homines, & docent quid facto opus sit. Quod longè melior Auctor scripsit, *tantummodo solam exationem intellectum dare auditui* y: *& in angustia requisitum Deum*, *& in tribulatione murmuris doctrinam ea vexatis fuisse* z. Gregorius *a*, reproborum ait esse, tormentorum tantùm metu commoveri, & penè illorum cogitationem fervere, ac infructuosæ pœnitentiæ se ignibus inflammare. Exemplum profert Balaam, qui de se loquens dicebat *b*, quòd *quum caderet*, *aperirentur oculi*

Reproborũ est, tormentorum tantum metu commoveri Hebræorũ, cum aliis vitium simulatæ pœnitentiæ in Ægypto imbibitum.

b Num. 24. 4

l Psal. 143. 4

m Psal. 67. 3. n Psal. 118 20.

o Eccl. 3. 24. Rc. 3. v. 26. p Psal. 43.

Et anni eorum cum festinatione.) Hieronymus *velociter*. Chaldaicè, *in obstupefactione* בביהולתא *bevihuletha*. Hebræa בבחלה *babbehalah* vertunt alii *in terrore*, *perturbatione*, *tumultu*, sive *tumultuariè*, *festinanter*, *citò*, *subitò*, *velociter*. Græcè πτύρεσθαι, quod Nicephorus, ac Euthymius explicant μετὰ συντρέχης *velociter*. Chaldaicè, *in obstupefactione* בביהולתא *bevihuletha*. Hebræa בבחלה *babbehalah* vertunt alii *in terrore*, *perturbatione*, *tumultu*, sive *tumultuariè*, *festinanter*, *citò*, *subitò*, *velociter*. Græcè πτύρεσθαι, quod Nicephorus, ac Euthymius explicant μετὰ συντρέχης *velociter*.

oculi illius. Videntur Hebræi cum aliis hoc etiam vitium in Ægypto imbibisse simulatæ pœnitentiæ, quam toties Pharao plagis percussus demonstravit. Etiam Diabolus, qui per Pharaonem dicebat, *nescio à Dominum, & Israel non dimittam*, verberatus id emendavit, inquit Origenes *b*, dicens *c*, *Scimus te quis sit, tu es filius Dei vivi*. Aliud expressum est in Jeroboam *d*, quod explicat Augustinus *e*: item in Antiocho *f*, & aliis: & Judæis quibusdam dixit Christus *g*, quòd ipsum *quærebant, quia manducaverant ex panibus, & saturati erant*. Hunc tamen tribulationis colligit utilitatem Chrysostomus *h*. Alii, saltem accommodationis sentu, accipiunt hunc locum, qui in mortis articulo convertuntur. Magna perversitas ac temeritas in id tempus differre. Christiani esse ait Chrysostomus *i* adversus concupiscentias carnis semper in acie stare, & leges Domini nostri nobis datas semper in auribus sonare, & his muniri, & illius longanimitate non abuti, & non expectare, ut re ipsa iræ illius periculum faciamus, & tunc coerceamur, ut ne & de nobis dicatur, *quando occidebat eos, tunc quærebant eum*. Manet præterea *k* & occasione hujus ipsius sententiæ, & crebro Judæorum exemplo, qui excitati tribulatione aliqua, videbantur Dei meminisse, mox oblivisci ea transacta, illud magnam laudem non mereri, quum scilicet non aliter quis virtutem ac Deum colit, quoniam vel lapideum cor ea ratione permoveri solet. Similitudinem etiam profert equo, qui tunc laudatur maximè, quando sine ulla habenarum vi pro nutu compescitur. Quod attinet ad Hebræos, non illos ipsos, qui occidebantur, intelligere debemus, sed alios occisorum territos exemplo, ne occiderentur, ut Augustinus Cassiodorus, & alii monent; sic autem de illis scripturam loqui tamquam hi Deum quærerent qui occidebantur, quia unus populus erat, & tamquam de uno corpore dicitur, *& revertebantur, & diluculo veniebant ad Deum*. Postquam seditiosorum & rebellium aliquot extincta sunt *l*, ceteri agnoverunt divini vim judicii *m*: fassi sunt etiam se peccavisse, auditis minis, quòd propter detractionem contra terram promissam, non essent in eam intraturi, & quidam *mane consurgendo* n: item post morsus serpentum simul cum confessione peccati quòd murmurassent contra Dominum, & Moysem, petierunt à Moyse, ut oraret *serpentes tolli* o. Possemus tamen etiam interpretari, *quum* Deus *occideret*, idest, occidere inciperet percutiendo, tunc nondum mortuos, sed lethaliter percussos, recurrisse ad Deum. Exemplum nunc attuli de percussis à serpentibus. Sic fortassis intelligi queat quod in libro Sapientiæ *p* scribitur, *locustarum & muscarum morsus Ægyptios occidisse*, idest, vehementer cruciasse, nam etiam ab illis animalculis interfectos esse non constat.

Et revertebantur.) Hieronymus, & Cassiodorus, atque Psalterium Romanum, & Gallicanum *convertebantur*. Arnobius, *convertentes*, nempe se, *diluculò veniebant ad eum*. Idem est *reverti ad Deum, & converti ad illum*, ἐπιστρέφειν, & שוב *sciub*, Chaldaicè additur unum verbum *in tempore quo interficiebat eos, illi resipiscebant* תיבין *thajevin, & quærebant eum, ac revertebantur*: quamvis paullo aliter habeat textus Nebiensis.

Et diluculò veniebant ad eum.) Hieronymus & *diluculò consurgebant ad Deum*. In Illyrico Psalterio, concurrebant, in Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum conjunctione postposita, *ante lucem, & veniebant ad eum*. Proprie significat שחר *sciachar* & ὀρθρίζειν, idem ac si diceres, *manicare*, ut Gellius *q* loquitur, ac Interpres noster *r*, & *aurorizare, ad auroram surgere, & summo mane*: & in proposito seu ad precem seu ad sacrificium matutinum: vel per translationem summo desiderio ac studio quærere & implorare; quoniam qui quidpiam statim ac diluxit, quærit, non segniter, sed diligenter facit. Quare quod Cassiodorus observat, pium in luce rogare, impium ante lucem, (sic enim legere dixi) juxtà illud, *vanum est vobis ante lucem surgere*, nullo nititur fundamento, sed per solam accommodatione ferri potest. De hac dicendi formula egimus alibi, ostendentes idem valere quod illicò, confestim, quamprimum: sicut quum dicuntur *in matutino interfici peccatoris terræ* t, fortassis posset hic indicari, quod antea retuli, *mane primo surgentes filios Israel ascendisse verticem montis, atque dixisse* pœnitentia quadam ductos præcedentis murmuris & detractionis adversus terram promissam; *paratissumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccavimus* u. Qua ipsa in re peccabant, jam volentes progredi, & ingredi contra sententiam, & voluntatem prohibentis Dei *x*. Similis huic in Oseæ *y* locus; *in tribulatione sua mane consurgent ad me: venite & revertamur ad Dominum*. Potest hinc effici, utilem esse timorem etiam pœnarum & servilem, dummodo serviliter non suscipiatur. Idem probatur ex alio psalmo *z*, *imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*: & *a*, *multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt*. Quandoque dicto Hebræo verbo, aut alio השחם *hasehem*, significatur frequentatio in re quapiam diligenter investiganda,

Et rememorati sunt, quia Deus adjutor eorum est; & Deus excelsus redemtor eorum est. Hieronymus, in præterito imperfecto, *recordabantur*: & pro *adjutor, fortitudinem* usurpat, quod Hebraicè hìc dicitur צור *tsur*, & significat *rupem* quoque: Symmachus pro ultimis verbis ὑψιστος ἀπεραίχησεν αὐτων, *pugnavit pro ipsi*, Alia Psalteria Latina, & Cassiodorus, *Liberator*. Arnobius, *Protector*. Confunduntur crebrò hæ & aliæ voces, quum alioqui *redimere* respectum dicat ad mala præsentia: *adjuvare, protegere, salvare*, sit præservare à futuris. Recordabantur in afflictione constituti, quorum in prosperitate oblivisebantur, ut hoc ipso psalmo priùs dictum est *b*. *Recordari* nonnumquam est verbis commemorare, etiam non oblita. Sed non ita facit ad rem, nunc aceptio, ut prior, quam negare Agellius meritò non potest. Scire nostrum Plato existimavit esse reminisci ac redire in memoriam eorum, quorum animus ut primùm in corpus descendit, oblitus est. Facit ac inducit multò verius obrivionem beneficiorum divinorum crassa carnis voluptas & prosperitas, sicut olim pincernam Pharaonis *c*, & *incrassatum* ac *recalcitrantem populum d*. Si cum beneficio veluti non colludis rependenda gratia, cessat beneficii vicissitudo, ut philosophatum Seneca *e* testatur Chrysippum, & cadit non mittentis tantum vitio, sed etiam accipientis. Ultitur Plutarchus *f* eadem similitudine.

Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.) Hieron. in primo membro, *lactaverunt*: & notat *g* quosdam corruptè legisse in altero cum accusativo αὐτὸν. Alii, *blanditi sunt*. Hoc sibi vult Hebræum verbum cum affixo יפתוהו *jephattuhu*, sive *deceperunt eum, suaserunt, fallendo*. Sic etiam in Proverbiis *h*: *si te lactaverint peccatores* יפתור *jephatthucha*. Et alibi sæpè redditur pro *lenire, decipere, seducere*: In libro Judicum *i* per verbum *blandiendi*. Psalterium Illyricum habet hoc loco, *osculati sunt eum in labiis suis*. Fortassis propter veterem ritum orandi, adducta ad osculum propria manu, reverentiæ causa; quem nunc nonnullæ notiones consalutando sese, observant, ac profitentur se aliorum osculari manus, ut alibi notavimus *k* ex Plinio *l*, & aliis, quos etiam colligit Pineda noster ad illud Job *m*, *si osculatus sum manum meam ore meo*, & Cujacius *n* Muretus *o*, Claudios de Sainctes *p*, Pithæus *q*, Jacobus Durantus *r*, Joannes Stephanus Durantus *s*, Justus Lipsius *t*, & alii, *Labiis honorabant Deum populus ille, sed cor longè erat ab ipso* u, omnia quæcumque præciperet Moses, & diceret Deus, promittebant se facturos *x*, minimè autem præstabant. Diximus Psalm. 65. *y* ad ea verba *in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*, sæpe qui rediguntur inviti in aliorum potestatem fictè ac mendaciter offerre, obsequia sua subjicere se, atque supplicare. Convenit id etiam præsenti loco, satisque commodè ab Apollinario locus huic totus expressus est:

εἰδε μὲν ἀμφαγάπαζον ἑοῖς περὶ χείλεσιν ἄκρους
γλώσσης ψευδαλέης μειλίγμασι κωτίλλοντες.
Ipsi verò eum circumdilexerunt suis labiis extremis,
Linguæ falsiloque blandimentis garrientes.

Non assentior Agellio, legendum apud Lxx. non ἠγάπησαν, *dilexerunt*, sed ἠπάτησαν, *deceperunt*. Nam adversativa particula versus sequentis, *cor autem eorum non erat rectum cum eo*, &c. innuit antithesim, ut eum dilexisse

a Exod. 5. 2
b hom. 1. in Ezech.
c Matt. 8. 29.
d 3. Reg. 13. 1. 34.
e serm. 88 de tempore.
f 2. Mach. 5 toto.
g Joh 4. 26.
h hom 13. in ep. ad Heb. & lib. 1. de prov.
i hom. 9. in k hom. 4. de pœnit.

Num 16. toto.
m c. 17. 12. 13
n c. 14. 40.
o c. 21. 7.
p c. 16. 9.

O'ρθίζειν.
q lib. 3. c. 20.
r Luc. 21. 38.

Cassiodori observatio.
s ps. 126. x

t ps. 100. 8

u Num. 14. 40.
x vers. 41. & seq.
y c. 6. 1.

z ps. 83. 17
a ps. 15. 4

b vide Recordari, nonnumquam pro verbis commemorari etiam non oblita.

c Gen. 40. 23
d Deut. 32. 15
e 2. de benef. cap. 13. f de Socratis dæmonio.

g ep. 135.

h c. 1. 10

i c. 24. 15

k In ps 2. 12.
l lib. 28. c. 2
m c. 31. 27.
n lib. 11. observ. c. 27.
o 10. varic. c. 1
p de Euch. p rep. 9. c. 7
r 2. varia cap. 16.
s 1. de ritib. Eccl. c. 3
t 2. electo. c. 6.
n Es. 29. 13
Matt. 15. 8.
x Exod. 24. 3
y vers. 32

lexisse fictis verbis, & *lingua* illi *mentiti* significentur, cum quo *cor rectum non habebant*, nec ipsi *fideles erant*. Denique blanditiæ, quas dixi, verbo פתה *pathah* significari, quum ore & lingua fiunt, fictam illam dilectionem indicant; quod Joannes *a* dicit esse *diligere verbo, & lingua, non opere, veritate*.

a 1. Ep. 3. 18.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo.) Hieronymus *firmum* נכון *nachon* utrumque significat, & quod firmum est, solet etiam esse rectum. *Corda* numero plurali habet Arabicum Psalterium. Sententia similis præcessit octavo versu; *generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus ejus*. Hoc est non rectè ambulare, non coram Deo, non corde perfecto, non esse perfectum, non dirigi cum Deo, non placere, & non gratum esse Deo.

Nec fideles habiti sunt in testamento ejus.) Hieronymus, *nec permanserunt in pacto ejus*. Alii, *nec fideles fuerunt in pacto ejus*; *neque fidem fœderis ejus servaverunt*; *nec perstiterunt bona fide in pacto quod pepigerant cum illo*. Latinis Psalteriis, Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum, *nec fides habita est illis in testamento ejus*, apud Arnobium, *nec fides habita est testamento ejus*. In Arabico Psalterio, *nec crediderunt testamento ejus*. In Illyrico, *neque fidem dederunt in votum ejus*. Apollinarius:

B

οὐδ' ἀπὸ σωθεσίη σγεπέρη σωφρὰδ ἀδμονα πίστιν:
Neque in fœdere suo unanimem fidem (ἔσχον, habuerunt.)

Mutuus est contractus in pacto, propterea que dici potest tùm Dei, tùm aliorum, quibuscum fit: & qui non stant pacto, censeri possunt non stare tùm suo, tùm Dei. Quomodo *fidelem* fore domum David promittitur, & *regnum ejus usque in æternum* b, ita ut fidelis idem sit ac firma, permanensque; sic *non esse fidelem in testamento*, potest significare, non esse in eo firmum & constantem. Continet porrò pactum, fœdus, testamentum, illa omnia quæ dixi versu 10. ubi affinis huic sententia est; *non custodierunt testamentum Dei*; videlicet, inter cetera, minas, præcepta, promissa. In versus octavi verbis, *non est creditus cum Deo spiritus ejus*, est idem Hebræum, & Græcum passivæ vocis, quod hoc loco נאמן *neeman*, & πιστωθῆναι. Consule locum illum. Rectè Auctor *c* Ecclesiastici de fidelitate in mandatis divinis servandis, *si volueris, mandata servare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere*; hoc enim est mandata servare, semper Deo gratam & placitam fidelitatem præstare, & vicissim servanti mandata fidelis erit Deus in præstandis promissis. Hoc loco Nebiensis testatur velle Hebræos libri istius dimidium exactè esse sive versuum eo contentorum, sicut & quænam foret media inter litteras omnes legis notaverunt. In quibusdam Bibliis hìc reperio scriptum חעמ חספר *chetsi bassepher*, *dimidium libri*. Genebrardus, & Titelmanus in fine versus 36. ut nos numeramus, quem ipsi 41. ajunt constitui hìc medium ab Hebræis, qui hactenus enumeraverint 1263. totque asserant reliquos esse. Meritò Nebiensis, ac Titelmanus diligentiam istam nominant superstitionem: & dividendi ratio, ut jam dixi, incerta est.

b 1. Reg. 7. 13.

c c. 16. 15.

Dimidium libri istius sive versuũ ea contentorum hoc loco.

C

D

Vers. 38.) Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos.

Et abundavit ut averteret iram suam, & non accendit omnem iram suam.

Vers. 39.) Et recordatus est, quia caro sunt, Spiritus vadens & non rediens.

Sensus loci. HEbræi populi exaggerat improbitatem ex oppositâ collocatione cum divina erga illum etiam toties admodum pœnis, misericordia, non solùm provocatum beneficiis. Nam quamvis, inquit, talis esset populus ille, qualem descripsi, paulisper intermittens peccandi cursum rediret mox ad ingenium, Deus tamen etiam, cujus *alienum ac peregrinum ab eo opus est*, Apunire *d*, non poterat insitæ sibi misericordiæ oblivisci, aut diutius *continere illam in ira* e, sed brevi revertens ad eum, propitius fiebat peccatis populi sui, nec valuit quodammodo delere penitus, cui bene volebat, etiamsi mereretur. Immò multus in eo fuit, ac veluti studuit, operamque dedit, ut commeritam ab illo ultionem averteret, & justissimam alioquin iram suam mitigaret, & indignationem, nec quantum exigere ratio videbatur, & ingenita ejus scelera, indignatione atque furore contra ipsum inflamaretur, sed multum remitteret de illa. Qua ipsa tamen in re spectavit Deus conditionem infirmitatis humanæ, quoniam non est homo simplex, spiritualesque substantia, sed carnis mole circumdatus est, in qua exsistit Seminarium stolidarum cogitationum, & cupiditatum brutalium, altera verò pars ejus, spiritus quidem est, sed quem prior pars facilè ad malum propellat & præcipitet, unde sese expedire, ac in virtutis redire semitam, & amissum spiritum seu gratia per peccatum, propriis viribus nequit; & postquam exierit de carne, sic de illo actum est, ut neque denuo reverti ad eam naturaliter valeat, nec amplius ei, si sit damnatus, ad resipiscendum in omnem æternitatem opportunitas concedatur, interim levitate naturali *numquam in eodem statu permaneat* f, sed vento similis, huc illuc agitetur & evanescat. Id in alio Psalmo *g* aliter dicitur, quòd *spiritus pertranſibit in homine & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum*. Sed & idem adhuc Psalmus *h* eamdem continet caussam divinæ erga nos misericordiæ, quia se gerit tamquam erga filios, *noscens figmentum nostrum & quoniam pulvis sumus, & dies nostri sicut fœnum, flosque*. Eadem ratio & caussa reddi solet, cur hominis potiùs, Dei filius assumere naturam dignatus sit, quàm Angeli. Verùm quæ hìc perstricta sunt, seorsim deinceps magis perpendenda.

Infirmatis humanæ conditio.

d Esa. 18. 21.
e Ps. 76. 11.
f Job. 14. 8.
g Ps. 102. 16.
h v. 13. 14. 15.

Ipse autem est misericors, & propitius, &c.) Hieronymus omissa conjunctione, & verbo substantivo, *ipse verò misericors propitiabitur iniquitati*, &c. Posuit etiam *verò* pro, &, quod in principio extat Hebraicè ו *ve*. Videtur sententia tota ex Deuteronomio *i* petita. *Quia Deus misericors Dominus Deus tuus est; non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliviscetur pacti, in quo juravit patribus tuis*. Hac tamen ultima ratio magis propria est Hebræis; aliæ communes cunctis hominibus. Aliquoties vidimus quo modo sit Deo *misericordiæ* magis proprium attributum, etiamsi alia omnia in eodem sint æqualia, quia infinita, & ipsissimus Deus. Hugo attendit misericordiam habitualem in Deo, quum vocatur *misericors*; actualem, quum dicitur quòd *propitius* sit peccatis, & alium affectum, quod non disperdidit: duos hos affectus innui ab ipsomet Deo apud Esaiam *k*; ubi repetendo, dicit, *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas*: & veluti misericordiæ habitum in proximè sequentibus verbis, *propter me*.

i cap. 4. 31.

k c. 43. 25.

Et propitius fiet peccatis eorum.) Hebraicè numero singulari עון *bhaon*, absque pronomine, quod tamen etiam expressit Paraphrastes עויית הון *bhaviathebon*, futurum tempus loco præteriti est, quod etiam præteritum sequentibus versibus exprimitur. Cassiodorus autem habet (*fit*) in præsenti: & permixtio ista temporum indicat solemne usitatumque misereri, Deo esse. Arabicum Psalterium *dimittere peccata*, Illyricum, *purificare* dicit.

Et non disperdet eos) Auditum est quoque pronomen, quod omisit etiam Psalterium Gallicanum: & monet Hieronymus *l*, ne sententia penderet, Latinum sermonem *sua* proprietate completum fuisse. Arnobius videtur legisse *disperdidit*, qui locum applicat ad Christum, in cruce misertum crucifixorum, orantemque, ut Pater illis indulgeret *m*. Post cæsa *viginti tria millia hominum*, propter adorationem vituli *n*, ignovit Deus populo reliquo, Moysis flexus precibus *o*, quum *Aaron offerebat medius inter mortuos & viventes thymiama*, *cessavit ignis plaga* p: morsus serpentum cohibiti sunt *q*. Mortui quidem sunt in deserto cuncti qui de Ægypto egressi fuerant, præter Josue, & Caleb *r*, tamen quia permissi sunt intrare alii ex illis nati, quos justè poterat Deus ac velle videbatur, exscindere, nisi Moyses *s* interveniſſet, idcircò verè nunc dicitur non esse disperditos.

l ep. 135.
m Luc. 13. 34.
n Exo. 32. 28.
o vers. 38.
p Nu. 16. 48.
q c. 21. 9.
r Num. 14. 29.
s Exo 23. 30. & seq. & 32.

Et abundavit ut averteret iram suam.] In bibliis complutensibus, Regiis, & aliis non videtur apta constructio, *abundabit ut averteret*, sed cum futuri temporis priore verbo, quod est Græcè πληθυνεῖ, deberet sequens τοῦ ὑποστρέψαι verti, *ut avertat*, sed permisceri confundique tempora sæpius monui. Hieronymus, *multumque avertit iram suam*. Alii, & *multiplicavit ut averteret iram suam:* ideſt, magnopere sedavit illam, valdè ac strenuè curavit eam cohibere, sæpe illam retraxit, & revocavit, quasi vim faciens & imperans sibi maximo studio continuit. Idiotismo Hebræo *magnificare* a, *multiplicare* b, *abundare aliquid facere*, illa denotant quæ dixi. Symmachus, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψε τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, *& multum avertit iram suam*. Hebræa vox חרכה *birbach* verbum est. Idem valet *corroborare misericordiam* c, & *non deficere miserationes* d: In Arabico Psalterio, *multum est id quod avertit iram ejus*: quasi dicat, magna de caussa impulsum ad hoc fuisse, quæ non potest alia esse, quàm infinita, velutique præ ceteris attributis magis ei propria bonitas & misericordia, ut ante dixi; vel obligatio promissi sui, quoniam etsi negarent eum, *ille fidelis permanebat, negare seipsum non poterat* e. Nemo tamen, ut Beda monet, aburatur misericordia & patientia divina, nec quam Deus veluti subtrahit, & cohibet ipse sibi studiosè *thesaurizet* peccando, nec pœnitendo, *iram*, promendam, si non hic statim, cer è *in die iræ & revelationis justi Judicii* f. Dives & copiosus in misericordia Deus, ut sæpe docui; sed *quis novit potestatem iræ ejus, & iram illius dinumerare* g, præsertim si diutiùs dilata fuerit, ac sese torrentis instar continuerit, & *in ea continuerit misericordias suas* h, quod non sine lucta quadam fit, non secus atque quum tormentum æneum igne concepto, nec displosa pila, disrumpitur. Hanc luctam, & angorem Dei, ut ita loquamur, Pradus noster *i* in Ezechielem: aptis Scripturæ locis illustrat. Conversionem ad Deum, à Deo pete, ut *avertat iram suam à te* k: & *faciem iratam à peccatis tuis* l: *sanabit continuationes tuas*, & *diliget te spontaneè, si aversus fuerit furor ejus à te* m: si concupiscentiam aliaque in te peccata, ut quondam luxuriantes Phinees, zelo armatus contra te pro Deo, percusseris; Deus *iram suam avertet* à te *n*, non benignam *faciem Christi sui* o, nisi fortè ad tempus, ut salubriter conturberis *p*: neque *adjutorium gladii* q, quo valeas jugulare peccata tua.

Et non accendit omnem iram suam.) Hieronymus, *& non suscitabit totum furorem suum*, quod Symmachus dixit, sed in præterito, καὶ οὐ διήγειρεν ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ. Alii, *excitavit*. Verbum יעיר *jahhir*, à עור *hhur* significat *excitavit*, seu *suscitavit*, & *nudavit*: à ערה *hhayah* effudit. Chaldaicè, *non accelerat in eos omnem furorem suum*. Ad sensum LXX. respexerunt, utentes verbo ἐκκαύσει. Solent Hebræi, *non omne*, pro nullo dicere. Et sensus esset, nihil iræ accendisse, vel excitasse, vel nudasse, vel effudisse in populum suum, sed totam penitus remisisse, ac nihil retinuisse. Placet id quidem Genebrardo. Sed mihi probatur communior expositio, ut denotatur quòd ex parte iratus fuerit Deus; & moderatus iram suam pœnasque, nec populum universum simul ac semel deleverit, nonnullorum supplicio contentus, ut exemplis antea docui. Cajetanus ab Hebræo etiam edoctus ita sentit, & Hebræos sequi soliti Trevetus, Lyranus, alii; præterea Jansenius. Concedo Genebrardo, non in frequentem idiotismi Hebræi usum quem diximus. Sed negari non posse existimo etiam interdum constructionem hujus orationis habere ordinarium usum suum in Hebræa lingua, quem habet in aliis e ut *non omnis*, vel *omnis non*, æquipolleat alicui. Denique non ita commodè dicitur; nullam iram accendi, suscitari, effundi, sicut non totam, quia verba illa copiam quamdam important, negatio diminutionem copiæ tantæ. *Irascitur Deus parum* r, *nunc que non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus valde* s; quamvis *super gentes opulentas irascatur ira magna* t: quasi dicas, supet *thesaurizantes sibi iram* u. Usurpant aliqui locum totum ut confirmens, in pœnis etiam æternis moderationem adhiberi à Deo. Egimus hac de re aliàs.

Et recordatus est quia caro sunt.) *Memoratur*, aut *comemoratus* habent alii. Hebraicè, כִּי־בָשָׂר הֵמָּה *caro ipsi*

Hemmah, Chaldaicè, *filii carnis*. Descriptio fragilis naturæ nostræ,

οἶσθα γὰρ ἀδρανίων μερόπων γένος οἷον ἐτύχθη.

inquit Apollinarius,

Scis enim fragilium hominum genus quale sit.

Hac de caussa ad exaggerandum beneficium incarnationis dicitur, *Verbum caro factum* x, hoc est, altissimum Deum ad infimam conditionem abjecisse: quum alioqui hominem totum *caro* sæpe significet. Minando Deus hominibus caussatus est aliquando, eos *carnem esse* y, i. e. perinde vivere ac ratione destitutos: nunc commiserando veluti redigit ad memoriam sibi prolapsionem hominis in peccatum, ex quadam imbecillitate. Tale illud alterius Psalmi z ubi de misericorde Deo agnoscente *figmentum nostrum, recordatus est, quoniam pulvis sumus*. Orabat autem Jeremias *a* ut dignaretur Deus *recordari paupertatis nostræ, & transgressionis*, quoniam scilicet *infirmata est in paupertate virtus nostra* b: *in iniquitate* vertit Hieronymus, seu *in peccato* Chaldæus. Hæc etiam ratio est, ut ait Lyranus, quare peccatum hominis remediabile fuerit, non autem Angeli, qui carnem & ossa non habet, nec ex infirmitate vel fomite potest peccare sicut homo. Prior in Haimo dixerat. Et ante utrumque Gregorius *c*, qui sic scribit. Undè rectè Psalmista, quum misertum Redemtorem hominibus diceret, ipsam quoque caussam misericordiæ expressit, dicens: *& memoratus est quia caro sunt*; ac si diceret, quò eorum infirma vidit, eò districtè culpas punire noluit. Paulo ante illud attigit, Angelum repellere Deum voluisse, quod à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestans. Nihil porro moror etymologiam vocabuli, *caro*, quod sit animæ chara, ut Cassiodorus asserit: vel ut Hugo, à cadendo, aut, caiendo. Jobius apud Photium *d* caussas investigat quare non pro Angelis Dei filius factus sit Angelus, sed pro hominibus homo, istam verò quod ex infirmitate carnis petitur, probat præsenti testimonio.

Spiritus vadens & non rediens.) Hieronymus, & Augustinus, *& non revertens*. Mirabili brevitate, inquit Cassiodorus, definitur mors hominis. Subaudiendum autem vult non redire in hoc mundo, quoniam ad suum corpus in resurrectione constat esse rediturum. Explicat etiam Haimo idem hoc esse ac mortales homines appellare. Aliam expositionem tradit, quæ est Augustini, Bedæ, & aliorum, spiritum, qui pars hominis est, per se recedere à Deo, non item redire ad ipsum per se posse, necessariumque esse, ut reducat illum Deus. Hieronymus creditus attingit utramque caussam, ac priorem quidem ita, quod amisso spiritu bono, ideſt, corpus in pulverem revertatur: Secundam; quod Spiritus sanctus, quum recedit à peccatoribus, quamdiu hi in volutabris peccatorum sunt, non revertitur ad eos. Unum est alteri consequens, ut dum non revertitur prior Spiritus sanctus ad spiritum hominis iniquum, hic ad illum reverti non possit, atque hoc ipsum quod est reverti ad Spiritum sanctum, non possit spiritus hominis, nisi per gratiam & vocationem ejusdem; cui proindè dicendum; convertè nos, & convertemur ad te. Omnes qui ingrediuntur ad eam (mulierem alienam, & extraneam; eademque ratio de iniquitate quacumque, ut hoc etiam loco explicant Augustinus, & Remigius, legentes *qui ambulant in ea, vel ambulaverint per eam*, οἱ παραπορευόμενοι ἐν αὐτῇ,) non revertentur, *nec apprehendent semitas vitæ* e, nempe per se ipsos. Citat Remigius Proverbiorum locum sub nomine libri Sapientiæ, quod ab aliis quoque fieri monui in Commentario libri, qui Sapientiæ propriè nominatur, & absolutè. Juxtà istum sensum Rupertus *f*, citato hoc ipso loco, explicat Zachariam *g*; *Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt, & terra desolata ab eis, quòd non esset transiens, & revertens*, hoc est in malum cadens, & à malo non revertens. Quod Hieronymus *h* declarat de illo qui non habet spiritum in se revertentem. Ambrosius *i*, aut potiùs Prosper *k*, sequitur eamdem explanationem, ut dicatur *spiritus vadens & non rediens*, quia nisi illum Deus converteret, non rediret. Egregiè Bernardus *l* hoc expressit; Quærit anima mea Verbum, sed quæ à Verbo priùs quæsita sit;

a Psal. 11. 3. & Jer. 1. 17.
b Psal. 63. 40.
c Psal. 102. 5.
d Thr. 3. 22
e 2. Tim. 2. 13. Misericordia & patientia divina non abutendum.
f Rom. 2. 5.
g Psal. 37. 7.
h Psal. 71. 18.
i Ezech. 35 iv. 13.
k Psal. 84. 5.
l Psal. 50. 11. Hosea 14. 7.
m Num. 25. 11.
n Psal. 131. 10
o Psal. 83. 9.
p Psal. 88. 44.
q Psal. 44. 4.
Non omne pro nullo, Hebræorum phrasis. Communior expositio.
r Zach. 1. 15
s Job 15. 5.
t Zach. 1. 15.
u Rom. 2. 5.
x Joan. 1. 14.
y Genes. 6. 3.
z Psal. 102. 14
a Thren. 3. 19
b Psal. 30. 11. Cur peccatum hominis remediabile fuerit, non Angeli.
c 4. mor. c. 9. vel 20.
d Num. 334. & seq. Cur non pro Angelis Dei filius factus sit Angelus sed pro hominibus homo.
Carnis etymologia.
e Pro. 2. 19.
f in Zach. c. 7.
g cap. 14.
h ibid.
i de voca. gent. c. 3.
k ibid. c. 3. vel 7. Spiritus non reddit ad Deum, nisi ab ipso convertatur.
l Ser. 84. in Cant.

sit; alioqui semel à facie verbi egressa vel ejecta, non revertetur oculus ejus, ut videat bona, si non requiratur à Verbo. Quasi verò aliud anima nostra sit, quàm *spiritus vadens & non rediens*, si sibi fuerint derelicta. Subdit, ovem *a* errantem ac pereuntem prætereà Deo, ut se quærat: quia vult, & non potest, utpote *spiritus vadens & non rediens*: immo & voluntatem illam ipsi esse à quærente ipsam prius; & visitante gratia. Fulgentius *b* utrumque docet tùm de præsenti loco, tùm de ove quæsita, simulq; ut quæratur flagitante, *Redite*, ait, verbis utens Esaiæ c, *ad cor verum*, (hoc epithetum non extat in vulgata) quia illi (homines) *caro sunt Spiritus vadens, & non rediens*, nec umquam redire velle potest ovis errans, nisi fuerit boni Pastoris inquisitione prævenra, & humeris reportata *d*. Perlege auctoris hujus locum totum. Præter sententias recitatas de morte corporis & animæ, deque irremediabili reditu in vitam secundùm solas naturæ vires, censeri tertia potest Arnobii, de æterna damnatione; ut idcircò Deus sæpe peccatoribus in hoc mundo lætitiam & abundantiam, & potentiam usurpatam relinquat, quia scit quæ passuri sint in gehennæ incendio, & condolens eis, avertit in hoc sæculo iram suam ab eis, hoc considerans, quod euntes ibunt in interitum æterni incendii, & ultrà non redibunt. Quarta, traditur in *Midras thehillim* e, refutato errore (qui posset inter expositiones numerari quinto loco) non futuram resurrectionem, quod figmentum malum seu fomes qui cum homine vadit in hora mortis, & non revertetur cum eo in hora qua mortui resurgent. Favet Græcus quem citat Agellius, ut *spiritus vadens & non rediens*, sit is qui carni adhærens διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλοσώματον, *propter amorem voluptatis, & corporis*, evadit quommodo carnalis & terrenus, & mortalis, & interitui obnoxius, quemadmodum hi erant quorum tempore diluvium fuit, & appellati sunt à Deo nomine *carnis*, negan es propterea *spiritum suum in illis permansurum* f, ac si divinus ille spiritus planè diversus esset, carnis spiritus οἷον τὸ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον, ejusmodi, qualis in irrationalibus animalibus, qui est *spiritus vadens & non rediens*, Origenis huic eadem de re opinio ast affinis. Sexta expositio, nihil aliud vult, *spiritum qui vadit & non redit*, significare, nisi ejusdem hominis instabilitatem, ut *numquam in eodem statu permaneat*, ac proinde non videatur æquum, si summo Deus cum illo jure agat, & adeò severè g. Sic Agellius. Nec distat multum alius ejusdem sensus, quem licet septimum nominare ut homo totus qui priore membro dicebatur *caro*. nunc appelletur *ventus*, quem etiam Job *h* esse vitam suam dicebat: ut describatur hominis fragilitas infirmitasque per carnem exilitas & labilitas per spiritum, quatenus ventum significat, sicut & in verbis illis Christi i, *Spiritus ubi vult spirat, & nescis undè veniat, aut quò vadat*. Placet hoc etiam Genebrardo, atque Bochio & aliis in locis, recenti scriptori Joan. Baptistæ de Navareto *k*: confirmaturque similibus aliis exemplis, vaporis, umbræ, bullæ, fumi, &c. quibus vanitas semper labentis ac labentis humanæ vitæ comparatur. Octavus esset sensus, si quis interpretaretur animam separatam à corpore, numquam huc redire, falsaque esse, quæ illi nonnumquam tribuuntur, apparitiones. Prima expositio optima secundùm litteram, & passim ab Hebræis, Græcis, Latinis tradita: post illam sexta, septimaque, deinde tertia; secunda mystica potiùs habenda: quarta, quinta, ultima damnandæ: ultima quidem & minimum temeraria; aliæ ut hæreticæ. Nam quod attinet ad ultimam, licèt apparitiones animarum separatarum non in propriis corporibus, sed in allis assumtis r ut Eliæ *l*, Moysis *m* Samuelis *n*, Jeremiæ *o*, Oniæ *p*, possent Angelis adscribi, qui gerent vices ac personas earum, idemque dici posset de plurimis aliis apud auctores & historias Ecclesiasticas, nihilominus communis planè sententia est, aliquas interdum animas αὐτοπροσώπως, ac per se ipsas, in propria (ut dicunt) persona & immediatè huc redisse, & apparuisse. Quinta expositio, si, ut sonat, intelligatur, sapit errorem, tributum Origeni, quasi redituras sit in resurrectione spiritus, animave ad corpus absque vi & facultate concupiscente. In justis erit sine actu secundo fomitis, & pravitate concupiscentiæ; secundùm tamen rationem actus primi, atque potentiæ in se consideratæ, erit æqualiter in iisdem, & in reprobis. De quarta non est ambigendum, quum repugnet articulo de resurrectione, ac ex parte tollat animæ immortalitatem, quam Justinus *q* ex dictis apparitionibus valde confirmat.

Porrò ad confirmationem primæ, quam hic expressit Apollinarius.

Οὐδ' ὁ ἐλπίσας ἐπλω ἀΐδις μὴν ἐρύξῃ.
Quibus ψυχὴ *non rediens, postquam Orcus eam cohibuerit.*

Sapientiæ *r* locus huc facit; *quum exierit spiritus non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est*; item libri Ecclesiastæ *s*, *ibit homo in domum æternitatis suæ*. Consule à nobis dicta duobus illis locis. Similis locus psal. 102. *t*. *Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum*. Præterea Job u; *ecce enim breves anni transeunt, & semitam per quam non revertar, ambulabo*. Exposit o septima declarat magis primam, nempe quatenus accipit spiritum pro vento, huic què similem facit hominem. Nam ventus illuc non revertitur, undè egressus est, sed solis vi, suiquemet motus attritu consumitur, ut Philosophus *x* docet. Sic Jacobus *y* *vitam hominis vaporem vocat, qui ad modicum paret*: mulier verò Thecuitis contulit *cum aquis dilabentibus quæ non revertuntur* z. Tertiam recipit Hugo, de irremediabili æterna damnatione, & confirmat partim ex Sapientia *a. non est qui sit agnitus, reversus ab inferis*: partim ex Job *b*, *antequam vadam, & non revertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine*: partim ex trita illa sententia; *quia in inferno nulla est redemtio*. Sed duo scripturæ testimonia pertinent ad statum animarum, quæ ante Ascensionem Christi descendebant omnes in locum inferiorem, undè huc naturaliter, & secundùm ordinem consuetæ providentiæ divinæ, sicut & nunc etiam, redituræ non erant; vel de sepulchro, quo corpora recipiuntur. Jam verò animarum justarum, quibus nihil purgandum supersit, locum est cœlum; huc autem quum Deo placet, sive illę, sive alię redire possunt; & quidem per naturalem vim, similem ei, qua se ipsos movent Angeli, quam aliqui nominant, distinctam ab intellectu & voluntate, alii ab his non distinguunt, ut aliàs philosophatus sum.

Animarum instarum, quibus nihil purgandum supersit locus est cœlum.

Vers. 40.) Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in inaquoso.

Vers. 41.) Et conversi sunt & tentaverunt Deum, & sanctum Israel exacerbaverunt.

Vers. 42.) Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis.

Vers. 43.) Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in Campo Taneos.

TUum adeò misericordem dixisset Deum, populum verò tam præcipitem ad lapsum, serum, ac tardum ad pœnitentiæ quasi reditum, vehementer hìc, & cum epiphonemate, admiratur adeo frequenter bonitatem tantam & majestatem ab improbis, ingratis, & vilibus hominibus toties irritatam in deserto & sicca solitudine, ubi tanti referebat Deum benevolum ac beneficum habere, per incredulitatem, seu diffidentiam, murmurationem, seditionem, idololatriam, aliaque peccata. Ait etiam, si quando illos pœniteret, brevi post revertisse ad ingenium, atque prioribus non contentos, novis experimentis discere voluisse, quàm potens Deus foret, nec veritos sanctificatorem suum omni dignissimum reverentia, sic spernendo exasperare. Denique accusat indignissimam oblivionem & inconsiderantiam eximii, nec unquam de memoria delendi beneficii, atque singularis providentiæ ac potentiæ, quam declaravit eo tempore, quo mirificè eos liberavit de sævissimè opprimentis Pharaonis potestate atque tyrannide; tot editis in Ægypto, & in agro urbis regiæ Taneos miraculis ex quibus persuadere sibi certissimè debebant, & absque ulla prorsus hæsitatione, posse eumdem Deum quidvis pro

suo

a *Ps.* 118. *ult.*

b *de Invent. & grat. c.* 22. *c.* 40. 6.

c *Luc.* 15. 5.

Irremediabilis est in vitam reditus secundum solas naturæ vires.

d *Gal. l.* 6. *in* 3. 12. *c.* 2.

e *Gen.* 6. 3.

f *Job.* 14. 2. *& seq.* h *c.* 7. 7.

Carnis & spiritus significatio.

i *Joan.* 3. 7.

k *in c.* 2. *Thr.*

Expositio-nes de apparitionibus animarum.

l *Mat.* 17. 3.

m *ibid.*

n 1. *Reg.* 28. 14. *Eccl.* 46. 23.

o 2. *Machab.* 15. 12. 13. 14.

p *Ibid.*

Origenis error notatus. Facultas concupiscens erit æqualiter in justis & in reprobis secundùm rationem actus primi atque potentiæ in se consideratæ.

q *in Tryph.*

r *c.* 16. 14. *s c.* 22. 5.

t *vers.* 16. u *c.* 19. 28.

x 2. *meteor. c.* 2 y *c.* 4. 14.

z 2. *Reg.* 13. 14.

a *c.* 2. 1.

b *c.* 10. 11.

suorum salute efficere, ac etiam velle, nisi per ipsos obstet. Aquentibus, *& tentaverunt Deum*; Hebraismus est, *conversi* aut *reversi sunt*, *& tentaverunt Deum*, hoc est, *sæpius ac identidem reversi sunt ad tentandum Deum*. Euthymius, & Nicephorus τὸ ἐπιστρεψαν in malam accipi volunt partem ἀπὸ τῆς προτέρας κακίας ἑτέραν, à priore malitia ad aliam. Itaque hoc modo conversio ista non intelligitur de pœnitentia, quod nihilominùs Beda indicat: nec etiam, quod placet Haymoni, de bono intellectu, quem habebant Hebræi circa Deum, visis signis & plagis ad pravum intellectum: nec, ut ait Dionysius, de conversione ad propriam voluntatem, cum aversione à Deo; sed significat præsertim repetitionem pristinorum peccatorum, quibus Deum solebant tentare. Malam conversionem Hebræorum Ayguanus ostendit fuisse ad idolo-latriam, ad avaritiam, obstinationem, impœnitentiamque, ad iniquitatem, sive injustitiam, ad mendositatem, fallaciamve, ad ambitionem, ad superbiam, ad detractionem; & infamiam, ad carnalitatem & luxuriam, ad ingratitudinis nequitiam, ad irritandam DEI clementiam. Attamen nihil obstat interpretari de conversione ad Deum, vel ad tempus, vel ficta, eo modo quo priùs dictum est *c*, *quum occideret Deus eos*, *quæsivisse eum*, *& reversos esse*. *c* vers. 34.

E'πιτρέφειν. Mala conversio Hebræorum.

Quoties exacerbaverunt eum in deserto. Hieronymus *provocaverunt*, dici potuit etiam *amaricaverunt*, *exasperaverunt*, מרורו *tamrubu*. licèt futuri sit temporis, & παρεπικραναν, Deum scilicet, qui (ut ait Bruno Carthusianus) naturaliter dulcis est, *sibi acerbum fecerant*. Lyranus citat ex libro Numerorum *a* Dei querimoniam; *tentaverunt me jam per decem vices*; atque id anno secundo egressionis de Ægypto dictum, à cujus egressu usque ad ingressum terræ promissionis, fluxerunt 40. anni; ex quo infert, quod in residuo tempore 38. annorum, multis vicibus offenderunt eum; licèt non omnes conversiones scriptæ sint. Recenset Genebrardus ex Exodo, & ex Numeris, quia in Levitico, ac Deuteronomio, nihil tale legitur, decem illas vices cum aliis Rabinis, intra dictum biennium, *ad mare rubrum* b: *propter aquæ penuriam in Mara* c: *in deserto Sin*, *ob manna* d, *quum manna servarent in crastinum* e: *cum die Sabbati illud colligerent* f: *in Raphidim ad aquas contradictionis* g: *in Oreb*, *quando vitulum conflarent* h: in loco qui dictus est, *Tentatio* quando populus dixit, *Est ne Dominus in nobis an non* i *juxta sepulchra concupiscentiæ* k *postulando carnes*: *propter exploratam relationem* l, tunc verò ipsemet Deus conquestus est se ab iis tentatum jam per decem vices, nec obediviisse voci ejus. Eodem loco, quo id habetur, Oleaster sequitur eumdem numerum; quamvis potiùs putet esse dicendi vulgarem modum, ut finitus pro numero indefinito & magno ponatur. Ibidem Lyranus, & Dionysius aliter numerant recensentes duas tentationes antequam essent in deserto Hebræi, de quo hìc agitur, unam, ante egressum de Ægypto *m*, alteram, in ipso recessu, scilicet *ad mare rubrum* n, quam alii primam annumerant. Hugo Cardinalis in eumdem locum omittit ultimam post reditum exploratorum, & duplicem distinguit pro aqua: Cajetanus unam in itinere ex monte ad sepulchra concupiscentiæ, aliam in ipsis sepulchris, præteriens reservationem mannæ in crastinum. Addit Dionysius tropologiam violatorum decem principalium præceptorum. Convenit tamen etiam cum ceteris de numero determinato, sicut quando Jacob expostulavit cum socero, & de socero, *circumventum se ab illo*, *& mutavisse mercedem ipsius decem vicibus* o, sive non tam multæ fuerint, sive etiam plures, non tot exactè: & Job *p* dixit, *En decies confunditis me*; etsi non desint qui verba Jacob propriè sumi velint, de qua re de nostris Pererius, & Delrius. Inducit David *q* alibi Deum de Hebræorum quiritantem obduratione, exacerbatione, tentatione; & sub mortem Moyses contestatus est in populi contentionem, & cervicem durissimam contra Dominum *r*. Hoc loco Cajetanus meminit etiam seditionis contra Moysen & Aaron de Sacerdotio & principatu *s*, & idololatriæ Moabiticæ, seu Madianiticæ *t*.

Porrò, posita litterali exaggeratione peccati ex loco deserto & inaquoso, ubi decebat magis gratos & humiles esse, majore egentes in penuria auxilio Dei, Hugo transfert ad claustrales filios peculiares Dei filiasve, qui *Deum provocant* u aliquando & qui professione *dilecti sunt Dei*, *in domo ipsius faciunt scelera multa* x, *& horrenda* y, & tentantur à conversis (de quibus versu sequenti) idest, inquit, à religiosis laicis; *& ab inquilinis domus suæ*, *ancillisque quasi alienus habetur* z: deniquetamquam fructibus immaturis & acidis, eorumdem pravis moribus exacerbatur (ut est item, sequenti versu) dum *pro uvis labruscas præbent* a. Utilis accomodatio hujus ἐν θλίψει καὶ ἐλέγχῳ; non tamen ita, ut Ordini per se præjudicet.

Sententia Rabinorum de decem vicibus, quibus Israelitæ Deum tentarunt.

Tropologia.

Accommodatio mystici sensus.

In iram concitaverunt eum in inaquoso.) Hieronym. *affligerunt eum in solitudine* Alii, *contristaverunt*, *irritaverunt*, &c. παρώργισαν, & יעציכו *iahhat siuuhu*, *fecerunt eum irasci*, *vel dolore*. Psalterium Romanum & Gallicanum, & Cassiodorus, *in terra sine aqua*, quod in codicibus Græcis est, ἐν γῇ ἀνύδρῳ. Idem epithetum terræ extat in psalmo 62. *b* ubi ex Hebræo Hieronymus interpretatur *consitientem sine aqua*. Hoc loco est nomen ישימון *iesimon*, à שם *tasciam* delolavit.

Et conversi sunt. Alii, *aversi*, scilicet à Deo, ad peccatum, ut Bruno Carthusianus explicat: vel *reversi*, nempe ad ingenium, prioraque peccata: vel *conversi* ad idem quod antea malè factitabant. Jungendo autem cum se-

Vocis *sanctus* diversæ acceptiones.

In textu etiam Græco est genitivus, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυναν, *& sanctum Israelis ad iram concitaverunt*: Hæbraicè autem sic est, וקדוש ישראל רתוו *ukdos Israel hithuu*. Ubi *Israel*, post *sanctum* ex communi sententia exponitur in genitivo pro populo Israelitico, quem Deus in se sanctus, sanctificabat sanctis institutis & legibus, ut eo gravior esset in populo, quasi blasphemiæ sacrilegiique culpa: vel sumendo *sanctum* pro benigno, & beneficio, majus ingratitudinis peccatum, vel major vesania, *sanctum* accipiendo pro Deo, quem omnes ubique etiam hostes Hebræorum, celearabant ac venerationeprosequebantur, propter famam mirabilium operum quæ in eorum gratiam patraverat. Verbum porrò רתיו *hithuu* à תוה *thauah in hiphil*, & חוה *thauah* ab ultima littera alphabeti ת *thau*, significat, sicut & התיו *thaah*, *signare* & *scribere*, *limitare*, *terminare*, *terminum constituere*, *seu signum pro limite*.

Dixi quo pacto Hebræi explicent de potentia, quam populus Deo definiret, si non verbis, re ipsa factisque, quum diffiderent, ac dubitarent occurrentibus necessitatibus illum posse succurrere. Alium similem sensum tradit R. Salomon, quod postulaverunt portentum aut signum à Deo, utrum esset in medio eorum, necne. Sic etiam posteri istorum *petebant à Christo signa* d. Quid si etiam dicas, quoniam littera *thau* olim in alphabeto veterum characterum, crucis forma scribebatur, per verbum istud, figurata saltem oratione, qua earum vulgò utimur, significari, quod populus ille crucifigebat Deum, idest, *gravi afficiebat molestia*, *exacerbabat*, *exasperabat*, *concitabat*, *contristabat*? Hoc verè & propriè postea passus est Chri-

Sensus loci.

Littera *thau* significationes figuratæ.

a *c.* 14. 22.
b *Exod.* 14. 12.
c *c.* 15. 23.
d *c.* 16. 2.
e *vers.* 20.
f *vers.* 27.
g *Num.* 20. 2.
h *Exo.* 32. 1.
i *c.* 17. 7.
k *Nu.* 11. 4.
l *c.* 14. 22.
m *Exo.* 5. 21.
n *c.* 11. 13.
o *Gen.* 31. 7. 41.
p *c.* 19. 3.
p *Ps.* 94. 10.
q *Deut.* 31. 27.
r *Num.* 16. 1. & *seq.*
s *c.* 5. 1. & *seq.*
t *c.* 31. 16.
u *Deut.* 32. 19.
x *Ier.* 11. 15.
y *Ose.* 6. 11.
z *Iob.* 19. 15.
a *Esa.* 5. 3.
b *vers.* 2.
d *Matt.* 12. 38.

Christus, actus in crucem à Judæis. Tandem *signare* idem posset videri esse quod *notare contradicendo*, & *malis verbis designando*, & *contradicendo*, & *ludibrio habendo*, ut etiam vertit Campensis. Et ita se gesserunt Hebræi vetustiores non semel cum Deo, & cum Christo quoque posteriores, statuentes eum tamquam *signum*, *cui contradicerent* a, & in quod maledictionum jacula dirigerent. Aliæ editionis rationem sensus habuerunt, clariùsque quid sibi dictum Hebræum vellet verbum, exprimere voluerunt.

Illud de crucifixione miratur Genebrardus à nullo ante se, observarum, Mirabar & ipse, qui priusquam apud ipsum legissem, observa veram. Citat de litteræ *thau* figura, quod crucem quondam repræsentaverit, Origenem *b*, Tertullianum *c*, Cyprianum *d*, Hieronymum *e*. Adde Auctorem altercationis Ecclesiæ & Synagogæ apud Augustinum *f* (quamvis apud Ezechielem *g* legat *signum*, & non *thau*) Paschalium *h*, Rupertum *i*, qui transcripsit Gieronymum: præterea Isidorum *k*, nec non alios in Ezechielem *l*, & Apocalypsim *m*, præsertim in priorem, Pradum nostrum. item de nostris Gretserum *n*, diligentem de Cruce scriptorem, qui profert præter etiam citatos, Augustinum *o*, Paulinum *p*, Ambrosium *q*, Clementem *r* Alexandrinum, qui sicut & Isidorus, & alii nonnulli, ut Chrysostomus *s*, quod *Thau* Græcis sit nota trecentorum (Hebræis nunc valet ת 400.) non solùm Crucis, & tota, ac seu eta *t*, designet 18. & sint prima elementa nominis Ισύ, Jesu, innui volunt sub typo 318. vernaculorum Abrahæ, ideſt, fideles ac domesticos Dei, sive Jesu, quique in ejus sino nomineq; vincunt & salventur. Addere posses trecentos Gedeonis milites *t*. Lege denique Sixtum *u* Senensem, Alanum Copum *x*, Ludovicum Lusitanum *y*, Danielem Mallonium *z*, & quæ nugatur, (si te nugæ delectant) Joannes Goropius. Placet mihi tamen ratio, ut id obiter dicam, quam reddit, cur Antonius exhibeatur in pictura cum *T*, seu cum Cruce sic expressa, non appositio indice superiore, cui affixa inscriptio; quia gente Ægyptius erat, apud quam *T* salutis ac venturæ vitæ hieroglyphicum habebatur; & ille honesto natus loco, hoc probè intelligens, prælato tali signo, in quo etiam Dæmones crebrò abigebat, docere voluit vitam ipsam veram, quam superstitiosi venturam expectabant, sed hujusmodi esset, non percipiebant jam advenisse, eademque si vellent, fruisas esse. Credit etiam hoc eodem exemplo, & ob viciniam cum Ægypto, Æthiopas, Abyssinos in manibus aut collo cruces gestare. Non assentior Genebrardo, hodie immutatam esse figuram dictæ litteræ, quæ olim referebat crucem, improbitate Masoretarum, & Judæorum, ut mysterium Crucis obruerent: Nam Hieronymus *a* testatur Esdram post reditum de Babylonia, litterarum characteres mutasse, quibus utebantur antea æquè cum Samaritis, ut hac etiam in re discreparent ab illis, qui Judæos oderant, & eo apud illos loco erant, quo apud nos hæretici; veterem verò formam litteræ *thau* crucem repræsentavisse. Hoc de *T* dicere semel placuit non ἀναντίτως, nec omnino παρέργως. *Sanctam Israel exacerbatum*, quem vocant, Hieronymus hoc loco interpretatur de Moyse, qui Deum, ait, & mente videbat, & oculis (secundùm externam appari-tionem,) & non olim tantum sæpius exacerbatum, sed & nunc ab Hebræis exacerbari, quum audiunt, quod Christum Dominum in carne nasciturum enuntiaverit. Addi posset; indignissimè tractatum pissimum Principem, atque super omnes alios homines mitissimum. Verùm communis expositio verior, quæ est de Deo: nec ita aptè, *Sanctus Israel* de Moyse, aliove homine dicitur. Sæpe alibi *b* Deus cognominatur *sanctus Israel*, interdum Jacob *c*. Sed & ipsemet Israel, auctor Israelitici populi, aliquando *sanctus* appellatur *d*, quia voto, altari, & aliis rebus Deum religiosiùs sanctiusque coluit. Videtur Paulus *e* intellexisse de Chrsto, quum scripsit, *neque tantemus CHRISTUM*, *sicut quidam eorum tentaverunt*. Undè Christi divinitatem Valentia *f* noster optimè demonstrat.

Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis. Hieronym, *à tribulante*. Chaldæus, *manus miraculorum ejus*, *& diei quo redemit eos ab infestatore*. Alii, *diei qua redemit eos de angustia*. Arabicè, *de manu affligentium eos*. Illyricè, *de manibus angustiantis*. Hebraicè non est *manus* secundo loco, sed tantùm מצר *mittsar à tribulante*. Voluerunt Interpretes manum opponere manus, potentiam potentiæ, nimirum Dei, multò majorem absque comparatione, quàm Pharaonis. Alia Latina Psalteria; atque Cassiodorus, & Arnobius habent, *die*, *qua*, vel, *qua die liberavit eos*, & Gallicanum, *de manu tribulantium*, in plurali, sicut Arabicum jam citatum, & Apollinarius:

Αἰγυπτίων ὡς πάντας ἐρύσατο δουλοσυνάων.

Ægyptiorum ut omnes liberavit servitutibus.

Posset etiam pro, *die*, legi, *diei*, ἡμέρας, videlicet repetendo ἀπὸ τοῦ κοπῆ priora verba, καὶ ἐκ ἐμνήσθησαν, & *non sunt recordati*. Dies autem sumitur pro longiore tempore, diebusque pluribus, nam manus ac potentiæ opera non uno tantùm die demonstravit DEUS, tot editis in Ægypto plagis: tametsi dies una fuerit celebrior, qua demum exierunt de Ægypto. Sic scribitur in Genesi *g*, quod *in die fecit DEUS cœlum & terram*, ideſt, universum opus peractum sex diebus. *Dies quoque afflictionis* h, non unum præcisè significat. Denique omissis plurimis exemplis, *operari donec dies est* i, idem valet, atque *dum tempus habemus* k, & donec *hodie* cognominatur *l*, idem ac dum suppetit tempus; & *dies nostra m*, idem quod *tempus visitationis nostræ* n, atque opportunitas consequendæ salutis. Plato, Justino *o* teste, pro tempore diem sumsit, quum docuit tempus factum simul cum mundo, id ex Moyse mutuans, qui scripsit postquam narravit, *In principio factum cœlum & terram*, *quòd factus est dies unus*. Observat autem noluisse Platonem diem nominatim exprimere, sed ἀπὸ μέρους τὸν πάντα σημαίνειν χρόνον, *à parte tempus omne designare*, ne apud Athenienses deferretur, perinde atque Moysis omnino sequeretur verba. Diem, ut à nocte sejungitur, *quum Sol stetit sub Josue* p, idem Justinus facit horarum 36. Sed hoc nunc nostra non interest, neque ut eum die illo comparemus, qui productus est sub Ezechia *q*. Legantur Josue, & Esaiæ Enarratores, nec non libri 4. Regum *r*. De oblivionis beneficiorum Dei, ac ipsius Dei, malo, dixi prius alio loco. Juvat memoriam ac reminiscentiam similitudo, dicuntque Philosophi hanc esse tamquam recursum animi in cognitionem præcognitæ rei, ex occasione similis. Gerimus intras nos imaginem Dei, & vigent ubique vestigia signaque divinæ potentiæ, & beneficentiæ, & est qui adhuc obliviscatur Dei, immò sui? Distinguit Hugo *manum Dei creantem nos & omnia* s, *extensam ad percutiendum Diabolum* t, *protegentem*, *ictumque à nobis amolientem* u in cruce *expansam* ad amplexus x, *perforatam & apertam*, *ut nihil retineat*, *sed impleat nos bonitate* y: *porrectam operi suo*, *ut extrahat de lacu miseriæ*, *& de lutofæcis* z: *educentem de cordibus nostris serpentem tortuosum* a: *adhuc extentam* b ad improborum castigationem: tandem, qua *tenens nostram*, *deducere nos vult in voluntate sua* c.

Indignum planè tam potentis ac munificæ manus obliviscì, satiùsque foret *oblivioni dare dexteram nostram* quàm nos, super quos, ut *viros dexteræ* d *Dei*, *fit manus ipsius* e, hujus ipsius manus non meminisse. Impium etiam jungere manus cum *resistencibus dexteræ divinæ* f, *quæ invenit omnes qui ipsum oderunt* g, *& exaltat dexteram tales deprimentum* h, finitque *diabolum stare à dextris eorum* i, quia repellunt eum à suis, ubi se se constituit, *ne commoveantur*.

Sicut posuit in Ægypto signa sua, *& prodigia sua in campo Taneos*.) Lege versum 12. qui ferè idem est cum isto. Quid sint signa & prodigia אותות ומופתים *othoth umophethim*, σημεῖα καὶ τέρατα, quæ illo alio versu in genere vocantur *mirabilia* θαυμάσια, Hebraicè פלא *pele*. Nec video cur restringat Agellius ad illam virgæ conversionem in serpentem, qua Moyses fidem sibi parabat à Deo legatum esse, Deique mandata de dimissione filiorum Israel exponere. Nam quamvis in Exodo *k*, ubi recitatur Deum dixisse Moysi & Aaron, ut petenti Pharaoni signa illud facerent, pro signis sit מופת *mopheth* Græcè τέρας tamen hoc loco præter illud nomen est aliud, ut modò retuli: ac proinde nihil ejusmodi argumento dictus autem efficit. Denique pro, *sicut posuit* אשר שנו *asser sciam*, Hieronymus reddit, *qui fecit*, significat *sicut* hoc loco, idem atque, quo pacto, vel modo, vel ratione, continuat-

a Luc. 2. 34.
b hom. 8. in Eze. & hom. de Epiph. & citat Sixtus.
c contra Iud. c. 11. & 2. cont. Marc. c. 22.
d 2. cont. Iud. c. 22.
e In cap Eze & 66. Esa. f tom. 6.
g c. 9. 4.
h de coop. & sang. c. 8.
i in c. 9. Ez.
k de eoc. gem. c. 25. l. 1. etymol. c. 3. in l. Judic. c. 5.
l in c. 9.
m in c. 7.
n l. 1. c. 1. & 31.
o ser. 107. de temp.
p epist. 2.
q 1. de Abr. c. 4. 1. de fide in prolo. & c. 9.
r 26. strom. c. 4.
s hom. 18. ad popu. i
t Iud. 12. 10.
u 2. Biblioth. 24. did. c. 10
x in globo lingua s. c. 1.
z de Stigm. Syndon. c. 4. 6. & c. herm. l. 3. & l. 16. hieroglyph. Tau
T apud Aegyptios; erat saluti hierogly.
a in prol. galeato, & in Ezech. & ep. 106.
b 4. Reg. 19. 22. ps. 88. 19 Es. 1. 4. c. 5. 19. 24. c. 10. 20. c. 17. 7. c. 29. 19. c. 30. 11. 12. c. 21. 1 c. 37. 23. c. 41. 14. 16. 20 c. 43. 3. 14. c. 45. 11. c. 47. 4. c. 48. 17. c. 49. 7. c. 54. 5. c. 55. 5. c. 60. 9. 14. Jer. 50 29. c. 51. 5. Ez. 39. 7. cc. 25. 23. Esa.
d Dan. 3. 35
e 1. Cor. 10. 9
f 1. p. disp. 2. q. 1. punct. 1. paragr. 12.
g c. 2. 4.
h ps. 117. 16.
i Joan. 9. 4.
k Gal. 6. 12.
l Heb. 3. 13.
m Luc. 19. 42.
n vers. 41.
o parum. ad gentes.
p c. 10. 14.
q Es. 38. 8.
r c. 20. 11. Similitudo quid.
s Jos. 10. 8.
t Es. 51. 8.
u Sap 5. 17.
x Esa. 65. 2.
y ps. 103. 28 & Job. 14. 15
z Ps. 39. 3.
a Job. 26. 13.
b Es. 9. 12. 17. 21. & ali.
c ps. 72. 24.
d Ps. 136. 5.
e Ps. 79. 18.
f Ps. 16. 8.
g Ps. 20. 9.
h Ps. 88. 43.
i Ps. 15. 8.
k c. 7. 5.

cinuatque superiorem orationem, *non sunt recordati*, Sicut, ideſt, quo pacto; Italicè, *come*; Gallicè, *comme*; Hiſpanicè, *como*. Vox אשר *ascer* inter varias alias, hanc etiam habet notionem. Quoniam autem ſigna aliquid ſignificant, prodigia terrorem incutiunt, quærit Origenes *a* an reſpectu Ægyptii & campi Taneos, utraque contigiſſe affirmari poſſit. Propter myſticum ſenſum, qui latet in plagis, concedi poteſt. Moraliter Hugo ſigna, quorum obliviſcuntur ingrati, ait eſſe humilitatis, paupertatis, crucis Chriſti. Ayguanus triplex alium innuit ſignum; quo placetur ira divina, puniatur humana immunditia, dirigatur ignorantia.

a tom. 48. in Joan.

Verſ. 44.) Et convertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent.

Senſus loci.

DEinceps enumerat Ægyptii plagas, & in hoc quidem verſu converſionem aquarum in ſanguinem, alias in ſequentibus verſibus incluſivè uſque ad 51. Ceterum nec omnes hìc recenſentur, quæ in Exodo *b*, nec eo ordine quo ponuntur ibidem; inſeruntur etiam quædam magis diſtinctè, quæ pertinent ad eaſdem; nihil etiam dicitur de converſione virgæ in ſerpentem, quia nihil nocuit Ægyptiis, nec nunc de ſubmerſione Ægyptiorum, quia contigit extra Ægyptum: quamvis Rupertus *c*, omiſſa primogenitorum cæde, pro prima reponat converſionem virgæ in colubrum, & voratas virgas Magorum. Omitti videntur tertia cyniphum, ſexta ulcerum, ſeu puſtularum, nona tenebrarum, quemadmodum in pſalmo 104. quinta & ſexta. Memoriæ cauſſa, plagas decem narratas in Exodo, Rabbini rabbinicis vocabulis acroſtichis complexi ſunt, de quibus Genebrardus; aliqui Latini, (ut Hugo meminit,) hoc verſu.

b c. 7. & ſeq.

c l. 2. in Exo. q. 29.

Sanguis, rana, cyniph, muſcæ, pecus, ulcera, grando,
Bruchus, caligo, mors, invaluere necando.

Idem tamen Hugo in hoc pſalmo decem diſtinguit, licèt alio modo, quàm deſcribantur in dicto libro Exodi, ad quarum etiam aliquas revocandæ ſunt, ut oſtendemus. Coſmas Magalianus noſter carmine eleganti cecinit plagas Ægyptiacas. Auguſtinus notat loco illarum trium alias hìc exprimi plagas, rubiginis, pruinæ, ignis, facit etiam ad rem canon Hieronymi *d*, ubi de laudibus dicitur Dei, hiſtoriæ ordo ſervandus non eſt, ſed frequenter evenit, ut quæ prima facta ſunt, extrema dicantur, & quæ noviſſima, referantur ad prima. Quod ſeptuageſimus ſeptimus pſalmus, & centeſimus quartus, ubi ſignorum potentia, non ordo deſcribitur, docere nos poterunt. Confirmat præterea ex tituli pſalmi tertii, & quinquageſimi primi, ubi quæ prius facta ſunt, narrantur extrema, & quæ extrema legimus, referuntur in principio. Myſticam explanationem, præter Enarratores pſalmi, & Exodi, præſertim Auguſtinus perſequitur, & Proſper; in Exodum, Iſidorus, ac Rupertus, quos ſuis locis citabimus. Manet porro Nazianzenus in enumeratione plagarum, ne umquam nobis è memoria diſcedant, ita enim fore, ut ac in victiſſimum Dei robur contremiſcamus.

Canon obſervandus, d in c. 2. Amos.

Myſtica explanatio.

Quod attinet ad plagam converſarum aquarum in ſanguinem, quæ prima in decem fuit, deſcribitur diligenter in Exodo *e*. Summa eſt, quum percuſſiſſet Aaron virga aquam fluminis coram Pharaone, & ſervis ejus, verſam eſſe in ſanguinem, & piſces fluminis mortuos, & computruiſſe fluvium; & non potuiſſe Ægyptios bibere aquam fluminis, & fuiſſe ſanguinem in tota terra Ægypti, & nihil potabilis aquæ repertum in fluviis, rivis, paludibus, lacubus, vaſis, tam ligneis, quàm ſaxeis, feciſſeq; ſimiliter maleficos Ægyptiorum incantationibus ſuis, & ab Ægyptiis effoſſos puteos per circuitum fluminis, & duraſſe plagam hanc ſeptem dies. Diſputat de omnibus plagis accuratè Pererius noſter in ſelectis diſputationibus ſuper libro Exodi *f*. Mihi dumtaxat attingenda quæ ad explanationem pſalmi faciunt, omittendo rationem numeri denarii: locum, (de quo nonnihil dictum verſu 12.) quo tempore contigerint, quamdiu duraverint, quis ſecundùm Deum illas operatus ſit, quas Moyſes ſolus, quas Aaron, quas uterque, & an Angeli boni an mali omnes in Ægypto tota degentes, etiam ad venas & peregrinos, etiam illos qui cum Hebræis habitabant in terra Geſſen. Expendit quæſtiones iſtas, quem dixi, Pererius, multaque in earumdem ſolutionem ab Abulenſe *g* diligentiſſimo Auctore ſcribuntur, & aliis Enarratoribus Exodi, vel etiam pſalmi hujus 77. & 104.

c ec. 7. 11. & ſeq.

f inc 7. & ſeq.

Orſus eſt Deus plagas ab aquis, quas vertit in ſanguinem, quoniam, teſte Philone *h* hoc Ægyptii præ ceteris elementum honorabant, tamquam rerum omnium principium: præterea, quia multas execrandæ impietatis ceremonias exercebant in flumine Nilo, de quib. Plinius *i*, Solinuſque *k*; tandem quoniam in id infantes Hebræorum mergendos projecerant. Omnes ſimul iſtas cauſſas affert Theodoretus *l*; poſtremam Origenes *m*, Euſebius *n*, Auctor de mirabilibus ſcripturæ apud Auguſtinum *o*, Rupertus *p*, Petrus Damiani *q*. Idem verò Philo gravitatem plagæ tantam fuiſſe ſcribit, ut quam longus eſt Nilus ad mare uſque ab Æthyopia, ſanguis eſſet (hoc verum non eſt, niſi quatenus continebat ſe intra Ægyptum Nilus, quia ſolos vexabat Ægyptios plaga) nec non in ſtagnis, foſſis, puteis, fontibus, omnibuſq; aquis (pſalmo 104. *r* abſolutè dicuntur *aquæ in ſanguinem converſæ*,) & Sulpitius ſ affirmat omnes, & quum novæ aperirentur venæ, ſanguis etiam emicaret: piſces item omnes extinguerentur (de illis eodem pſalmo 104. *t*) ac fœtore complerent omnia, hominesque ſiti enecti, acervatim jacerent in triviis, nec domeſtici ſufficerent ad ſepulturæ officia, quia per ſeptem dies id malum duravit. Hoc videlicet ſpatio non licuit puram libare aquam Ægyptiis, ſed percolatum aliquo modo ſanguinem per arenas, quum circa flumen foderent, & fluminis ſanguinei aquæ illac tranſirent, ut Abulenſis *u* probabiliter ſanè ratiocinatur. Addit Joſephus *x*, ſi quis Ægyptiorum guſtaret, acri dolore confeſtim correptum fuiſſe; Hebræis dulcem ac potabilem extitiſſe, priſtinamque naturam retinuiſſe, quod ſatis præſefert etiam Philo. Quum autem Magi quoque ſimile prodigium ediderint, dicendum, vel ex mari aquam comportari curaſſe, (ſolæ enim potabiles aquæ ab Aarone verſæ ſunt in ſanguinem,) quamvis Genebrardus *y* exiſtimet etiam de marina, & quidam inde arbitrentur cognominatum mare rubrum *z*; (profectò improbabiliter) vel dæmonum opera breviſſimo tempore aliam, quæ extra Ægyptum foret, allatam. Similiter porrò ut Aaron feciſſe quòd dicuntur Magi, intellige ſecundùm ſubſtitutionem, ac exhibitionem veri ſanguinis aliunde advecti per eoſdem dæmones, perinde atque quando viſi ſunt virgas tranſmutare in ſerpentes, ſeu dracones: non vero ſecundùm veram converſionem, cum novi ſanguinis ſubſtantiali productione immediata, etiamſi videatur ita ſentire Auguſtinus *a* de utroque prodigio. Quin etiam difficilius hoc eſt, quam illud, quoniam applicando paſſivis activa, intelligi poteſt animantes nonnullas ex putri materia generabiles, illicò produci; at ſanguis naturaliter non fit, niſi intra animal, & per facultatem ipſam illius. Quòd fuerit verus ſanguis tum productus, tum adductus, inſinuat Proculus *b*, diſputans de mutatione, quæ vocatur converſio; nec eſt, quare quiſdam revocet in dubium, quum ſanguinem ſcripturæ nominent; citatique Joſephus, & Philo, ac Glycas *c* præterea, prodant cum colore ſaporem ſanggineum fuiſſe. De prodigiis pluviæ ſanguineæ, aut ex terra manantis ſanguinis, quorum exempla colligit hoc loco Bochius ex Valerio, Obſequente, & aliis, non quæro ſemperne verus in iis exiterit ſangnis? Puto non ſemper ſaltem fuiſſe, ſed ſuperficiarium dumtaxat, & apparentem. Martinus *d* à Baumgarten prodit, vidiſſe ſe lacum ingentem Nilo contiguum, quem ferrent ſingulis annis cruoris in morem rubeſcere, fortaſſis in memoriam plagæ hujus Ægyptiæ. Haud equidem facilè crediderim; quamvis de veſtigiis, ac orbitis curruum Ægyptiorum in rubro mari merſorum adhuc extantibus, non idoneos auctores alibi protulerim.

g in Exo. v. 7 & ſeq. Initium plagarum ab *aqua elemento*.

h l. de vita Moyſis.

i l. 8. c. 46.

k c. 35.

l in Exo. q. 19.

m hom. 4. in Exod.

n in cat. Exo.

Philo notatus.

o ep. 3. l. 1. c. 17.

p l. in Exo. c. 21.

q l. 6. epiſt. 11.

r verſ. 19.

ſ in hiſt.

t ibidem.

u in Exo. q. 7. 9. 10.

x 2. antiq. c. 13. vel. 5.

y in pſ. 104. Mare rubrum unde cognominatum.

z Iſtella. in Exo. c. 7. ind.

a l. 83. q. in 79. & 3. de Trin. c. 8.

b ep. ad Armen. to. 3. Bibl. Patrum c. 2. parte.

c l. 1. itinar. ſuic. 28.

Myſtica convenientia.

An myſtica decem plagarum convenientia cum totidem decalogi præceptis, de qua tractatum edidit *e*, Auguſtinus attribuit plagam primam ſanguinis primo præcepto; idem habet Richardus apud Ayguan præterea Proſper *f*) ut ſit *in ſanguinem verti aquam*, carnales homi-

e tom. 9. f 2. p. de prad. c. 36.

nes de Dei majestate indignè sentire, atque transferre gloriam ipsius in bruta, lapidesque quod factitabant Ægyptii. Addit Prosper ex Psalmo 105. *a* sanguinem innocentem effundentes, immolantesque filios & filias suas dæmoniis, & puri liquoris fontem, verum Deum Christum repudiantes; cujus gratia ex fluxu sanguinis mulier sanata, animam ab idololatriæ fluxu erutam demonstrat *b*. Similia sunt apud Isidorum *c*, & Petrum Damiani *d*, qui Augustinum imitati, sicut & Prosper, ac Rupertus, persequitur mysticam convenientiam decem plagarum cum præceptis Decalogi. Hugo Cardinalis hoc loco interpretatur tam in malam partem, quando sanguini servimus & carni, quibus omne peccati turpioris designatur genus, & recidunt nobis omnia in sanguinem damnationis, (id ex quodam Balduino refert etiam Ayguanus) tum in bonam, quum aqua veteris legis insipida, vertitur in sanguinem novæ, quæ tota CHRISTI sanguine rubet; vel aqua sapientiæ mundanæ, opulentiæ, vanitatis, voluptatis, evadit abominabilis nobis. Origenes *e* aquas Ægypti, erratica & lubrica vocat philosophorum dogmata, quæ parvulos quosque sensu, & pueros intelligentia decepe- B runt, ubi verò Crux CHRISTI mundo huic veritatis lumen ostendit, necis eorum pœnas, & reatum sanguinis exigunt, juxta illud *f*, *ut veniat super eos omnis sanguis justus*, &c. Rupertus *g*, quem dixi plagarum decem numerum aliter inire, hanc secundo loco collocans, vult significare pœnam secundi præcepti Decalogi, debitam prævaricatoribus, idest, adorantibus sculptilia, & in simulachris suis gloriantibus, & propter illa sanguinem fidelium fundentibus, ut nempe sanguinem bibant, bibendoque affligantur, non uno, aut duobus, sed totis septem diebus, hoc est, in sæcula sæculorum.

a vers. 38.

b Mat. 9. 20. *c* in Ex. c. 14. *d* l. 6. epist. 12.

e hic 4. Ex. Aquæ Ægy. quid sint.

f Mat. 23. 35. *g* l. 1. in Exo. c. 28. 29. 30. 31.

Et convertit in sanguinem flumina eorum.) Euthymius ac Nicephorus nomen plurale poni pro singulari notant, seu pro Nilo, qui unicus per universam Aegyptum fluit: vel propter multiplices rivos διώρυγας è Nile exeuntes, ita ut ob aquarum copiam censeri possint plura flumina. Aegyptum τὸ ποταμοῦ δῶρον Herodotus appellat *h*, Strabone teste, qui etiam scribit *i*, omnem C Aegyptum fossis Nili rivos excipientibus, undique interseptam fuisse, ita ut ubique navigabilis esset; quod tamen de Aegypti tantùm parte majore meridiana concedit Abulensis *K*. Cajetano *l* non creditur, docenti nomen fluvii pluvia quandoque dici. Concedi potest de mari: ut apud Abacuc *m*, *numquid in fluminibus iratus es Domine?* & Jonas *n* in mari demersus ajebat, *projecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me*: & aliqui illud Psalmi 73. *o*, *tu siccasti fluvios Ethan*, de mari rubro interpretantur: vocant denique Oceanum flumen Homerus, Hesiodus, & alii Poetæ. Dixi autem Genebrardo placere, ut etiam aquæ marinæ conversæ sint in sanguinem. Id, etsi non videtur necessarium, quia non sunt potabiles, tamen probabilitate non caret, quia licuisset alioquin marinam aquam in cerea vasa infundendo exuere salsedine, ac dulcem potabilemque reddere. Sed aberat mare longius, in quod per ostia septem effundebat sese. De mystica conversione ista dixi; eamque comparat Hugo ex Bernardo, & ex Richardo Ayguanus, cum ea, quæ facta est à Christo aquæ, in vinum, & ab eodem, nuncque à Sacerdotibus, vini in sanguinem.

Unicus Aegypti fluvius, *Nilus*.

h l. 1. & 12.

i l. 14.

k in Deut. c. 22. 9. 3. & 4. *l* in Ieb. c. 22.

m c. 3. 8.

n c. 2. 4.

o vers. 15.

Et imbres eorum, ne biberent.) Hieronymus, *rivos*. Alii, *fluenta*, &, ut Augustinus censet, melius τὰ ὄμβρήματα exponunt aliqui, *emanationes aquarum*, seu *scaturigines*, & *aquas ab imo ebullientes*; foderunt enim, inquit, Aegyptii, & sanguinem pro aquis in venerunt. Omnino in Aegypto raras decidere pluvias imbresve, testes Philo *p*, Plinius *q*, Mela *r*, Deuteronomii *s* liber innuit. Quare ὄμβρηματα vel ὄμβρος, undè Latini suum imbris vocabulum derivarunt, ab ὀμεῖν, καὶ ῥεῖν, hoc est, à simul fluere; possunt intelligi aquæ ab imo scaturientes, ut observant Richardus Cenomanus, & Genebrardus. In Psalterio Arabico legimus, *aquam lacuum* in Illyrico, *stagna*, in Gallicano, Romano, & apud Cassiodorum, *pluviales aquas*: & ita legisse Ambrosium refert Bruno Carthusianus; exponit vero, aquas collectas de pluviis in cisternas. Hebræa vox נוזלים *nozelim* propriè sonat *fluenta*, undecumque existant. Equidem nullum repe-

Raræ decidunt in Aegypto pluviæ.

ὄμβρημα.

p l. 2. c. 50.

q l. 3. c. 9.

r l. 1. c. 11. 10.

s c. 11.

Arire potui auctorem, qui ὄμβρήματα de aliis, quàm de pluvialibus aquis interpretaretur, quamvis Apollinarius hoc loco exponat φρέατα, *puteos*. Sed Latinè imbrem pro quovis humore aqueo usurpari certum est, Noniusque testatur, licèt consuetudo induxerit dici agmen cœlestium aquarum & pluviarum, tamen auctoritatem variare, significareque omnem humorem aqueum, exemplo sit Lucretius *t*.

t l. 1. Aen.

Ex igni, terra, atque anima (aere) *nascuntur, & imbri.*

& Virgilius *u*,

u vers. 29.

—— laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, remissque fatiscunt.

Vocat inimicum imbrem, aquam inimicam, quæ classem videbatur demersura. Psalmo 104. *x* indefinitè dicitur, *Convertit aquas eorum in sanguinem*: & additur, *pisces occisos esse*: de qua re dixi ex Philone.

Vers. 45.) Misit in eos cœnomiyam, & comedit eos, & ranam, & disperdidit eos.

HÆ duæ plagæ in Exodo *x* narrantur quarto, & secundo loco, estque ibi quarta, quæ in isto versu priùs ponitur, quæ posteriùs, secunda. Seorsim agendum de utraque.

x c. 8. 2. & seq. & vers. 21. at 9 seq.

Misit in eos cœnomiyam.) Liber Exodi *y* appellat *muscam gravissimam, & omne genus muscarum, divesve generis*, aitque *bis impletam universam terram, in qua erant Aegyptii, præter Gessen, in qua erant Hebræi, & corruptam esse ab hujusmodi muscis, ita ut Pharao ad avertendam plagam, permitteret populum sacrificare in eadem terra, sed qnum negaret Moyses fieri posse, promitteret dimissionem sacrificii causa in desertum, dummodo non abirent longius, & rogarent pro ipso, & hoc postquam fecisset Moyses, ablatam muscam*. Hieronymus hoc loco vertit, *omne genus muscarum*. Alii Hebraizantes, *miscellam*, seu *mixturam*, *turbam miscellaneam muscarum venenatarum*, vel *ferarum*, vel *volatilium*; quoniam nomen Hebræum est ערב *hbarou*: Arias exprimit *apem, vespam, muscas, insectaque alia*. Varlenius ait non differre à *cyniphe*, (sic enim scribit hoc nomen) quæ fuit in Exodo plaga tertia. In libro Sapientiæ *z* ferè dixi quæ ad rem præsentem necessaria sunt, & de muscis quoque nonnulla in libro Ecclesiastæ *a* ac in illo quidem de varia etiam lectione, & quòd κυνόμυιαν cœnomiyam Hieronymus *b* magis approbat, (unde Sixtus *c* Senensis, inter alia probat, eum qui commentariorum in Psalmos actor vocatur Hieronymus non esse, quia *muscam caninam vocat*:) & Aquila vertens πάμμυιαν *pammiyam*, *omnem muscam*; & est iterum Psalmo 104. *d* in emendatis Bibliis Latinis, *Dixit & venit cœnomiya*; tamen in utroque Psalmo ex editione LXX. esse κυνόμυιαν *cynomiyam* & *muscam caninam*. Hoc modo Latinè duobus vocabulis habetur in Psalterio Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum in isto Psalmo, in 104. Romanum, & Cassiodorus legant *cynomiyam*, *muscam caninam*, Detiam Concilium Toletanum 15. *Cynomiyam* item Isidorus *e*. Rursus in præsenti nostro Psalterium Arabicum, & Illyricum numero plurali *muscas canis*, sive *caninas*. Augustinus & Latini alii passim usurpant *cynomiyam* in Psalmis, & ille etiam in Exodo *f*, ubi est item Græcè κυνόμυια; nec Philo *g*, ullusve alius Græcus dissidet enarrator. Sed Josephus *h* appellans θηρία παντοδαπὰ καὶ πολύτροπα, *omnimodas, ac multiformi feras seu bestiolas*, quales nemo ante eam diem umquam viderat, favet opinioni Hebraizantium, quam etiam recitat Græcus auctor, citatus ab Agellio, scribens ab Hebræis κυνόμυιαν exponi, πλῆθος πάμμιγον ἀγρίων, καὶ σαρκοβόρων θηρίων, *multitudinem permixtam agrestium mordentiumque ferarum*. At placuisse Agellio miror κυνόμυιαν hic significare *reptilia, ut serpentes, lacertas, & similia*. Repugnat profectò voci Græcè, in cujus compositionem μῦια, idest, *musca*, ingreditur, sive κυνόμυιαν dicas, sive κυνόλυιαν, (quam vocem, si recipimus, ut LXX. ab ipsis dicere debemus excogitatam, quia non ex-

y c. 8. 21. & seq.

z In c. 11. 16. c. 16. 9.

a In c. 10. 1.

b ep. 135. in fine.

c l. 4. Bibl.

d vers. 31.

e 12. etym. c. 8.

f c. 8. 21.

g l. 1. de vita Mosis.

h 2. ant. q. c. 5. vel 13.

Κυνόμυια.

rat apud alium auctorem, sicut nec πάμμυια Aquilæ) ut reptiles animantes significet. Multò ferendus minùs Cajetanus in Exodum, ex officina Interpretum dicens legi, *muscas*, nec has revera tamen fuisse. *Corvum* quidam exponunt, qui dicitur ערב *hhoreb*. Bruno Carthusianus, & Ayguanus docent, legendo *cynomiyam*, à parte, ideſt, à canina musca totum denotari, nempe omne genus muscarum; quod Abulensis *a* distinguit, & magis accurratè Ulysses Aldrovandus *b*. Ex his, quia molestior cynomiya, canina musca, ut eam Philo describit, idcircò à tam multis nominatim expressa est. Nam quòd canes infestet musca, ut Hermolaus voluit, aliique, præsertim in auribus, cynomiyam dictam Philo existimat, sicut quum vulgò quamdam nominamus *caballinam*; sed quia audacissimum animal, compositum quodammodo sit ex imprudentissimis cane & musca, illo omnes terrestres quadrupedes, hac vincente omnes volucres temeritate, ita ut accurrant intrepidè, nec, si quis arceat, cedant, donec satientur carnibus & sanguine. Subdit è longinquo cynomiyam cum stridore in teli morem magno impetu advolare, infixamque cuti, hærere pertinaciter. Hebræis autem tunc molestiorem fuisse, diris exagitatam, & ultra nativam sitim sanguinis armatam divinitùs contra homines impios. Incidi, postquam hæc notavi, in Thomam Malvendam *c*, qui multis disputat de lectione præsentis loci.

Et comedit eos.) Malè negat Cajetanus, ut satis constat ex dictis, infestans muscas istas hominibus fuisse. Non solùm repugnant illi præsens *comedendi* verbum, & & citati prius Josephus, ac Philo, sed etiam Sapientiæ *d* liber, in quo est quòd *morsibus muscarum occidebantur Ægyptii*, sed etiam quoniam in Exodo *e*: *venisse gravissimam muscam* scribitur *in domo Pharaonis, & servorum ejus, & in omnem terram Ægypti, corruptamque terram ab hujusmodi muscis*. Paulus etiam Orosius *f* muscas caninas per interiora membrorum horridis motibus cursitasse scribit, acerbèque intulisse tam gravia tormenta, quàm turpia. Prosper *g* secretis etiam membris pœnas morsibus inflexisse. Nostricas muscas Plutarchus *h* nominat ἀγριωτέρας καὶ μικρὰ, *fera, & impura animalia*. De gravitate istius plagæ scire si cupis, consule dicta c. 10. *i*. Ecclesiastæ, ubi præterea non pauca, quæ moribus & eruditioni servire possint, attuli circa muscas.

Augustinus *k* mysticè muscam ait esse pœnam eorum, qui quartum violantes præceptum, parentes non honorant, quia hoc est caninum non agnoscere parentes, undè & canum catuli cæci nascuntur. Idem habet Petrus Damiani *l*. Addit Prosper talibus *dare sanctum non debere* m, sed ab eorum consortio Chananæam fide mundatam, humili pioque latratu, & sibi gratiam, & filiæ salutem, nullis præcedentibus meritis impetraviſſe *n*. Rupertus *o* contumeliosos inhonoratores parentum ait non diu vivere, quod honoratoribus promittitur *p*, sed ut *muscas morientes perdere suavitatem unigeniti* q. Idem Augustinus *r* hocque loco qui dicitur Hieronymus, & ante illos Origenes *s*, comparant eamdem caninam muscam cum secta Cynicorum, voluptatem pro summo bono prædicantium. Isidorus *t*, qui myscam absolutè accipit, secundùm LXX. cynomiyam, ideſt caninam, designari docet per nimis insolentem & inquietam muscam, insolentes curas desider orum carnalium, cordaque illorum qui sæculum istud amando, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur: per caninam, mentis humanæ voluptatem & libidinem carnis; forensem demum eloquentiam, qua veluti canes, alterutrum se, inquit, homines lacerant. Ultimum Hugo hìc amplectitur ac præterea distinguit moraliter *cyniphem* seu *sciniphem*, *vespam*, sive *muscam equinam*, & *caninam*, hæresis petulantiæ, detractionis, quibus vis rationabilis, concupiscibilis, iracscibilis inquietatur. Quod primo dixit loco Isidorus, ex Greg. *u* videtur transcripsisse, qui profert etiam ex Ecclesiaste *x*, *muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti*. In hujus loci commentario plura, ut ante præmonui, in eamdem dixi sententiam aliasque de eodem animalia tropologias ex aliis Patribus attuli, ac de Beelzebub & Myiagreo, seu Myiode, vel Achore idolo, Deoque muscarum. Adde item Jovem ἀποδόμοον muscarum abactorem apud Pausaniam *y*, Clementem *z* Alexandrinum, Plinium, &c. &

Quod memorat Auctor de admirandis auditionibus *a* in Sicilia, ac Italia muscarum quoddam genus reperiri, quod circumquaque advolet, quum verò momorderit animalia aliqua, ea interimat.

Et tranam, & disperdidit eos.) Hieronymus hoc, & præcedenti membro, nomina collectiva numeri singularis pluraliter exponit, & cum ætiologia, *ut comederent, & ut disperderent eos*. Alia Psalteria, & Cassiodorus usurpant verbum *exterminandi*. Exodi liber *b* secundam in plagis hanc statuit, narratque *manum extendente Aarone super aquas Ægypti, ascendisse ranas & operuisse terram Ægypti, ebulliendo ex fluvio, & ingrediendo Pharaonis domum, & cubiculum lectuli ejus, & super stratum ipsius, & super domos servorum ejus, & in populum, furnos, & reliquias ciborum, cumque mortuæ essent jussu Moysis, in immensos aggeres congregatas esse, & computruisse terram*. In Psalmo 104. *c* canitur, quòd *edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum*. In libro Sapientiæ *d* habetur, quòd *pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum*. Ibi perstrinxi summam narrationis. Aptum Ægyptiis Theodoretus *e*, & Chrysostomus *f* notant fuisse supplicium, qui Hebræorum infantes in aquis interemerant: nam pueri ranas incessu quodamodo imitantur, & quia nondum solis pedibus niti possunt, manibus supplent pedum imbecilitatem. Quod hoc loco dicitur Deum *misisse ranas*, indicatis aliis locis expromitur undè ranæ prodierint, videlicet per ebullitionem quamdam, aut eructationem, more piscium, reptiliumque, quam significant שרץ *sciarats*, & ἐξερεύγεσθαι fluvii maximè, sed & aquarum ceterarum, aut fluviorum Nilo minorum, rivorum, & paludum *g*, &c. Ranarum omnis generis copiam irruisse credi potest, non timentes, ut ex R Jacob Genebrardus refert, enses custodum, & vulnera in secretiora quæque loca, ut vocales aquaticas, rubetas, calamitas, buffones. At Crocodilos etiam prodiisse, qui homines abriperent, meritò repellit Aben-Ezra, quia non hos significat nomen צפרדעים *epharaebhim*: Abulensis *h*, illos, quos subiisse asserunt in ora, & alios meatus dormientium, quia sic essent mortui, Etsi negari non debet infestatio vexatioque, tùm vigilantium, tùm dormientium, citra mortem. Philo *i* scribit ad summas quoque contignationes obrepsisse, ita ut nec foras progredi possent homines, viis oppletis, nec intus manere: Josephus *k* domesticum victum fœdasse in esculentis, atque poculentis, & omnia fœtuisse, putore è ranis mortuis exhalante infecta. Genebrardus *l* Calvinistas dimensionem penetrationem negantes refellit hinc, quod existimet ranas eo modo januis, & fenestris clausis, intima quæque loca repleviſſe, non in illis ipsis per putredinem tunc primum natas, sed ex aquis editas. Non desunt certiora prodicta penetratione argumenta; posſetque quis de illis, quæ aditum non reperirent, opinari à DEO ipso, tùm primùm de novo factas. Nec ambigo Angelorum opera multas hinc adductas, & immistas, eo propè modo quo & ad *Adamum initio cunctæ animantes sunt adductæ* m, & *ad Noe in arcam illatæ*. Citavi in libro Sapientiæ *n*, prodigia ranarum similis, ex Plinio *o*, Athenæo *p*, Orosio *q*. Adjice Diodorum *r* Siculum de incolis quos ranæ sedibus propriis, pluvia delapsæ, pepulerint. Conferri poteſt ista cum plaga Philistæorum, de qua postea versu 66. *quum ebulliit etiam terra mures*.

Jam verò mysticè Nyssenus *s* ranas figuram facit voluptuosæ ac luxuriosæ vitæ, quia vivunt in aquis, ac terra; in cœno & luto; turpis affectus, fœtorisque terri; non mundantur aquis, sed magis fœdantur: sunt importunè loquaces, & quæ attingunt, conspurcant. Pluribus ille hæc verbis applicat. Augustinus *t*, & Petrus Damiani *u* his Philosophos ac Hæreticos comparat, qui secundum Decalogi præceptum de non assumendo in vanum DEI nomine, violent, clamosè contendendo quasi in limosis paludibus, adversùs orthodoxam doctrinam, atque tedium afferendo auribus, nullos autem præbentes cibos mentibus. Vescuntur aliqui tamen ranis; sed non fortassis Afra gens Augustini. Addit Prosper *x* omnem perjurum, sacrilegumque; ranis autem similes esse, qui in lacunar rebaptizatorum conjectas sordes non abluunt, sed potiùs cumulant delicta. Rupertus, & post eum quem

a *In Exo. c. 8 l. 3. de insect. 10.*
b *c. 8. 1. & seq.*
c *verſ. 30.*
d *cap. 19. 10.*
e *in Ex. 7. 9.*
f *in Pſ. 104.* Supplicium Ægyptiis aptum per aquas illatum.
g *Exod. 8. 6.*
h *ibid. 7. 8.*
i *c. 1. de vita Moſis.*
k *2. antiq. 5. vel 13.*
l *Pſ. 104.*
m *Gen. 2. 19*
n *cap. 6. 19.*
o *c. 19. 10.*
p *lib. 8. c. 29.*
q *lib. 8. 20. 2.*
r *lib. 3. c. 1. lib. 3.*
s *de vita Moſis.*
t *tr. de conven. decem plag. & præc.*
u *lib. 6. Ep. in 11.*
x *2. de prad. c. 36 & 1. in Exo. c. 31.*
a *Anti-chriſt. 6. 3.*
b *l. 3. de inſect. 10.*
c *c. 16. 19.*
d *c. 18. 24.*
e *l. 1. c. 9.*
f *de prad. c. 36.*
g *de eſu. carnium leg. etiam 8.*
h *ſymp. l. 9.*
i *verſ. 1.*
k *tr. de concord. ducm plag. & præc. l. 6. ep. in 11*
l *Mat. 7. 6.*
m *Mat. 15. 28*
n *in Exo. c. 34.*
o *Exo. 20. 11.*
p *Eccl. 10. 1.*
q *ſerm. 87 de temp.*
r *ho. 4. in Ex*
s Cynici voluptatem pro ſummo bono prædicabant.
t *in Exo. c. 14*
u *18. mor. c. 25. vel 28.*
x *c. 10. 1.*
y *Achor* idolum muſcarum. *l. 1. Ellanorum.*
z *paræn. ad gentes & l. 29. c. 6. l. 10. c. 28.*
a *c. 144. diſt tom. 3.*

vocant Hieronymum auctorem commentarii in Pſalmos, inrerpretatur loquaces Poetas, non ſolum in fluviis Ægyptiorum, ſed & in ceterarum fabulantes, atque coaxantes paludibus gentium, & perſtrepentes in theatris ridicula figmen a fabularum, ſicque aſſumendo nomen Dei in vanum, verbi gratia, cum adultero Jovi, & meretriculæ Veneri nomen divinitatis adſcribunt, & corporaliter aures, lectitando, & oculos, geſticulando, delectant quidem, ſed anim s exitiales exiſtunt, ſicut ranæ illæ permoleſtæ fuerunt *aſcendentes & ingredientes domum Regis, & cubiculum lectuli ejus, & ſuper ſtratum ejus, & in domos ſervorum ejus, & in populum ejus, & in furnos ejus, & in reliquias ciborum ejus*. Jungit Bruno Carthuſ. Poetarum fabulis argumenta garrula Sophiſtarum, Hugo in genere de vitio loquacitatis explicat. Diſtinguens etiam ranam fluvialem, aliam in cannis, ſive calamis (hæc forſan eſt quam calamitam vocant) tertiam in dumis, aut rubis (rubeta videtur eſſe) ranunculam quarto loco, quæ ad invicem reſpondet, & coaxat; tandem caudatam lacertæ ſimilem, docet, quòd ſcientiæ naturalis fluvius ebullit ranas gymnoſophiſtarum (Sophiſtas quoſvis intelligit) & curioſè diſputantium: fluvius ſacræ Scripturæ ranas hæreticorum, qui relicto puro gurgite, immerguntur in erroribus: fluvius opulentiæ ranas advocatorum, de quibus exponit illas quæ dicuntur in Apocalypſi *a* exiſſe, aut *ſpiritus tres in modum ranarum*: fluvius mundanæ ſapientiæ, ranas Poetarum comœdorum, tragœdorum, ſatyricorum: fluvius mundanæ voluptatis, ranas Hiſtrionum. Ayguanus in loco ranarum, ideſt, paluſtri ac putrido, conſiderat vitium luxuriæ: in earum ventre, qui major eſt reſpectu reliqui corporis, & quo terræ adhærent, avaritiam: in modo ingrediendi ſaltando, ſuperbiam ſeu ambitionem; quæ ſunt tria illa notata in Joannis Epiſtola prima *b*, *concupiſcentia carnis*, *concupiſcentia oculorum*, *ſuperbia vitæ*, vel dicti *tres ſpiritus exeuntes de ore draconis*, *& beſtiæ*, *& pſeudoprophetæ*, apud eumdem Joannem in Apocalypſi *c*.

Diſtinctio ranarum.

a c.16. 13.

b c. 2.16.

c c.16. 13.

Huc liceat etiam advocare hieroglyphicè diſputata à Pierio *d* de rana, quòd ſit Symbolum imperfectionis, inverecundiæ, curioſitatis, & ſimilium rerum, quas ipſi prius attigimus. At ranas tandem imitari Cyrenaicas placet, aut rubetam grandiſſimam, aut Mecœnatis celebratiſſimam; aut in avito ſuburbano Auguſti agro, ranas de ranis ſilere taciturnitas *e*, nec de his plura loqui. Quis crederet adèò ſatuos inventos hæreticos, qui ranarum cultores eſſent, putarentque Dei iram, quam meminerant in ranarum plaga contra Ægyptios demonſtratam, hac vana obſervantia poſſe placari? Refert Philaſtrius *f*, hanc inſaniam hæreſim. Ranatitias Prateolus nominat, ac inter Judæos & Ægyptios viguiſſe. Non hoc Philaſtrius ait, ut ei ipſe tribuit.

d lib. 29.

e Idem Pier.

f hæreſi 11. Hæreſis Ranitarum.

Verſ 46.) Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ.

De locuſtæ plaga octava narrat Exodi liber *g*, æruginis expreſsè non meminit. Auguſtinus innuit quod hic de ærugine additur, & poſtea de pruina, & de igne, non niſi figuratè exponi poſſe. Communior opinio eſt, in decem, quas Exodi liber memorat, plagis, iſtas comprehendi, ac re ipſa eveniſſe æruginis, pruinæ, ignis plagas Ægyptiis. Genebrardus, quod attinet ad ærugine, exiſtimat non differre à brucho, quæ locuſtæ ſpecies eſt. Hoc quidem loco Hieronymus Hebræam vocem לילק *chaſil*, *bruchum* reddit: pro quo *bruchi* nomine & βρύχῳ in Pſalmo 104. *h*, eſt Hebræum ילק *iilek*: In libro 3. Regum *i*, idem vocabulum חסיל *chaſil rubigo* etiam exponitur & ἰρυσίβῃ, in 2 Paralipomenon *k bruchus* & βρύχῳ. Sed in poſteriore loco numerantur ſimul ærugo, locuſta, bruchus: in priore corruptus aer, ærugo, locuſta, rubigo. Ponitur item apud Iſaiam *l bruchus* gro חסיל *chaſil*: ubi eſt Græcum nomen generale locuſtarum τῶν ἀκρίδων: apud Joelem *m* recenſendo eruçam, locuſtam, bruchum, rubiginem extant Hebraicè ארכד ילק חסיל

g cap. 10.

h verſ. 34.

i cap. 8. 37.

k cap. 6. 28.

l cap. 33. 4.

m cap. 1. 4.

A גזם *gazam*, *arbeh*, *taleK chaſil*. Græcè κάμπη, ἀκρὶς, βρύχῳ, ἐρυσίβη. Itaque hujus noſtri loci nomen חסיל *chaſil* nunc *rubigo*, nunc *bruchus*, & non tantum ſicut hoc loco, *ærugo* vertitur; ubi etiam, ut dixi, *bruchus* ponitur ab Hieronymo; Græcè autem eſt ἐρυσίβη. Quotquot interpretantur ex Hebræo, *bruchum* exponunt, & Cajetanus non diſtinguit à plaga locuſtæ: in Arabico Pſalterio ponuntur pluraliter *pediculi*. Græca vox ἐρυσίβη, ut ex Herodiano Nicephorus refert, & citat etiam Euſebium Agellius, & collector notationum in Biblia Græca Sixti: eſt κονιορτώδης φθορὰ τῶν σίτων, καὶ τὸ ἐπικαθίζον τοῖς καρποῖς, καὶ διαφθεῖρον αὐτούς, *pulverulenta corruptio frumenti*, & *pruinoſum illud inſidens fructibus*, *& eos corrumpens*. *Robiginem* vocant Latini, de qua Genebrardus, & de Robigo deo uno ex diis agricolarum duodecim, deque robigalibus ſacrificiis, cùm quibus conferri poteſt τῷ βρύχον ἑορτή, *brucborum feſtum*; de quo Rhodiginus *n* ex agricolationis libro, nec non de ſacrificiis quæ Meliunti faciebant Herculi, quod bruchos fugaſſet. Item Agellius profert ex alio Græco, quod ἐρυσίβη, nec non quem addit μυζίτης, idem ſit qui apud Moyſen vocatus eſt σκνίψ, (*ſciniphem* vocant.) Euthymius putat *æruginem* novum quoddam germen novamve locuſtæ prolem eſſe, & à Moyſe deſcribi, & dici bruchum, & ita etiam hìc appellari ab Aquila. Latinam *aſili* vocem ex Hebræa חסיל *chaſil* ortam ſuſpicari licet, quem Græci vocent ἴσχυρον. Sed muſcæ genus ideſt gregibus maximè infeſtum de quo Virgilius *o*. Abaſſumendo, excidendo, depaſcendo, devorando חסיל *chaſil* dicitur, quia hoc ſignificat verbum *chaſal*, quaſi dicas *abſumtorem*, *depaſtorem*, &c. Undè ad nomen *locuſtæ*, generale ארבה *arbeh*, & ἄκρις, adjungitur in Deuteron. *p* verbum חסל *chaſal*, κατέσθαι, *devorare*; quia locuſtæ devorabunt omnia כי יחסלני הארכה *chi iachſelennu haarbeh*, ὅτι καταφάγεται αὐτὰ ἡ ἀκρίς. Sed quod attinet ad nomen Græcum iſtius Pſalmi, ſcribitur hìc per υ in antepenultima ἐρυσίβη, & libro 3. *q* Regum: aliquando apud alios ἐρισύβη, per υ in penultima. Hoc nomen utrovis modo ſcribatur, & Latinum *æruginis aut rubiginis* numquam reperire potui uſurpatum pro animali, hoc eſt, pro *brucho*, ſed ſemper pro cœleſti frugum vinearumque malo, ut Plinius *r* loquitur, quem Heſychius νόσον nominat ἀέρος, ἐπιγενομένην τοῖς φυτοῖς, καὶ καρποῖς, *morbum aeris impoſiti ſuper plantas*, *& fructus*. Qui tamen Plinius *s* *Eryſimum*, aliàs *irionem*, & *ſeſamum* foliis erucæ paullo anguſtioribus ſimilibus conſtare ſcribit, conjicio poſſe & ἐρυσίβην, pro dicto animali ſeu *brucho* ſumi. Et quum Aquilam referat Euthymius, ut dixi, βρύχῳ hoc loco vertiſſe, credere poſſumus exiſtimaſſe ſynonymum eſſe τῇ ἐρυσίβῃ, vel ſaltem חסיל *chaſil* eum ſignificare, de quo minus dubium eſt. Latinum *æruginis* vocabulum mihi negotium facit, ut idcirco exiſtimem docuiſſe Auguſtinum de plaga æruginis nihil extare in Exodo quum plagæ numerantur.

B

C

o 3. Georg.

p cap. 28. 38

E'ρυσίβη.

q cap. 8. 37.

r lib. 18. c. 17

s lib. 22. c. ult.

Unum illud reſtat, quod pro Interprete Latino afferam, ut *æruginem* ſive alibi *rubiginem*, quam dicunt etiam *auruginem*, & *uredinem*, pro חסיל *chaſil*, quod eſt nomen animalis, poſuiſſe dicam, (quum non ſignificet animal, etſi Bruno Carthuſianus meminerit aliquos dixiſſe *bruchum* eſſe, vel etiam *erucam*, vulgò i. Gallica lingua, *canillam*,) quoniam quem effectum operatur bruchus aut locuſtæ aliud genus, eumdem patiuntur fruges ac vineæ ab ærugine, ſeu rubigine. Certè prognoſticon annonæ caritatis à locuſtarum ſumi exercitu Plinius docet, ut etiam Cornelius Gemma Friſius *t* refert; quod ferè poſt ſqualores diuturnos è ſicca putredine, ac terrarum ariditate progerminant, quodque virulenti cujuſdam contagio merſus plantas & ſata inficiant, ut mox uredine contabeſcant. Fertur item, quod rubigo rorem noxium ſequitur, qui quum in folia depluit, ſole ſuperveniente animatur & vivit, variéque plantis nocet. Si cui hæc non placent dicat, *æruginem*, propriè dictam, in Exodo omiſſam, & minoris momenti, hìc verò expreſsam nec minus Davidi credendum quàm Moſi, quia non eſt minoris auctoritatis, ut notat Bruno. De *locuſtæ* vocabulo & ארבה *arbeh*, quæ ſic dici videtur à multitudine, & ἀκρὶς, difficultas nulla, niſi quod Symmachus σκάλικα

Annonæ caritatis prognoſticon ſumitur ab exercitu locuſtarum.

t l. 1. de nat. d. v. char.

ver-

vertit, ideſt *vermem*, fortaſſis quod priùs vermis ſit, quàm evadat locuſta. Plagam ipſam deſcribit liber Exodi *a*, ut narret *Moyſe ſuper terram Ægypti extendente manum, ventum urentem à Domino inductum tota die ac nocte, & mane facto ab eo vento levatas locuſtas, quæ ſederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt, & operientes univerſam terræ ſuperficiem vaſtarunt omnia, herbas terræ devorando, & quidquid pomorum in arboribus fuit, nihilque omnino in lignis & in arboribus reliquerunt.* In pſalmo 104. *b*, dicente, hoc eſt, DEO imperante, *veniſſe locuſta* dicuntur, & *bruchus* (locuſtæ ſpecies, ut antea monui ſine alis) *cujus non erat numerus.* Sapientiæ *c* liber *morſibus locuſtarum* prodit *occiſos homines.* Certè Pharao rogando Aaronem Moyſemque, ut rogarent Deum ut auferret plagam iſtam, appellavit *mortem* d. Cognoſci poteſt plagæ gravitas ex his quæ non tantum Philo *e*, & Joſephus *f* agentes propriè de illa, ſcribunt; ſed etiam ex illis quæ Plinius *g*, ut meminimus aliàs in commentario libri Sapientiæ. Ibi nonnulla diximus de hac plaga, deque locuſtis in genere, nec non in Enarratione Eccleſiaſtæ *h*; ac utrobique de ſenſibus myſticis circa eaſdem, & quo pacto vocet hanc Deus *fortitudinem ſuam magnam* i.

Adjice his quæ narrantur à Plinio de locuſtarum vaſtatione ac remedio, ſimilia apud Zoſimum *k*, quum ſcribit de Palmyrenis, & Olaum magnum *l*, quum de Romanis ſuomet etiam tempore. Congerit alia exempla Bochius hoc loco, Inter pœnas, quas Deus peccatoribus comminatur, una eſt, ut *ſementem multam jaciant, & modicum congregent, quia locuſtæ devorabunt omnia* m. De Acridophagis etiam, ſeu de iis qui locuſtis victitant, ad Septim Africæ, lege Dioſcoridem *n*, Agetharcidem *o*, Diodòrum Siculum *p*, & de Aethyopibus nonnullis Strabonem *q*, & Plinium *r*, Solinum *ſ*, Dioſcoridem *t*, Hieronymum *u*, Porphyrium *x*, Plutarchum *y*, Ariſtophanem *z*, deque aliis in Oriente hac etiam noſtra ætate Joannem Barrium Luſitanum *a*, Scaligerum *b*, Leonem Africanum *c*, Hieronymum Mercurialem *d*, Ulyſſem Aldrovandum *e*, qui omnium accuratiſſimè de toto hoc argumento diſſerit, ut mirum non ſit ſi Joannem Baptiſtam locuſtis vitam tranſegiſſe prodat Evangelica hiſtoria *f*, quum etiam de locuſtæ bruchique conceſſo Hebræis eſu velut mundorum, Levitici *g* præſcribat iliber; tametſi viſum ſecus Iſidoro Peluſiotæ de Joanne Baptiſta, qui non dubitat eos qui ita ſentiant aſſerere ἀμαθῶς loqui, ſed herbarum aut plantarum ἀκρέμονας fuiſſe, ideſt, ſummitates, quæ Græcè in Evangelio nominantur ἀκρίδες, eo quod τὰ ἄκρα *ſummagerminum* depaſcantur. Refertur ea de cibo Joannis opinio etiam ab Euthymio ac Theophylacto, & ab Abulenſe *h*, ſequiturque iliam Nicephorus Calixti, *i* citat etiam Salmeron *k* Athanaſium in ſcholiis novi teſtamenti, & Pantaleonem ſermonem de ſanctis luminibus. Sed contradicit plurimis aliis Enarratoribus Evangeliorum, & Hieronymo contra Jovinianum *l*, & in Jonam *m*, Auguſtino *n*. Prudentio *o*, Origeni *p*, hymno Eccleſiaſtico de Joanne. Mercurialis, quem citavi, quum ſit hæc parum ſalubris ac noxius etiam cibus, miraculo cuidam deputat quòd Joannes Baptiſta eo vitam ſuſtentarit, cum etiam Galeno *q* teſte, & Suida, Seleucides aves in Aſia locuſtis veſcentes, eas excernant ſtatim, iiſque ferè nihil nutriantur. Fortaſſis à melle quòd idem Joannes uſurpabat, nonnullum temperamentum erat.

De myſtico ſenſu locuſtarum Gregorius *r* multa diſputat, docens per *locuſtas* deſignari Judæos & Gentiles, qui ſunt ad Chriſtum converſi, reſurrectionem Chriſti, ſanctorum prædicatorum vitam, linguas adulantium. Hoc ultimum congruit plagæ iſti, quoniam illæ linguæ bona immoderatiùs laudando, inquit, corrumpunt. Iſidorus ait *ſ* deſignari diſſidentium, & diſcordantium inter ſe inconſtantiam, aut mobilitatem, ac leviratem animarum vagarum, & ſalientium in ſæculi voluptates. Auguſtinus *t* opponit octavo præcepto decalogi, ne falſum feratur teſtimonium, octavam plagam iſtam, quia falſus teſtis nihil aliud vult, niſi nocere mordendo, & conſumere mentiendo; propterea monere Apoſtolum *u*, *ſi mordetis, & comeditis invicem, videte, ne ab invicem conſumamini.* Proſper *x* ſectator Auguſtini, ſcribit quòd falſarius multa variaque confingens, rodit ut locuſta, famam, vitam, actuſque alienos, donec totum, adverſùs quem falſa confingit, radicitùs exterminet. Sed *falſus teſtis non erit impunitus* y. Rupertus z transfert ad hæreticos omneſque qui loquuntur mendacium, & eoſdem illos in Apocalypſi *a* deſignatos, quoniam ſicut locuſtæ proprium non habent volatum, ſed vento in preniciem Aegyptiorum ſunt levatæ, ſic omnes falſi teſtes ſive in foro, ſive in Eccleſiaſtico concilio contra ſanguinem proximi, ſive contra fidem Chriſti, falſa de ſcripturis teſtimonia proferentes, volare ſe putant pennis ſcientiæ, ſed proculdubio per inane tolluntur vento diabolicæ ſuperbiæ, ad ſubverſionem audientium, ad perditionem ſibi conſentientium. Hugo diſtinguens hoc loco æruginem à locuſta, illam de odio, invidia, triſtitia interpretatur, quæ fructum bonorum operum urunt, & faciunt ea inutilia: locuſtam de detractore, qui aliorum bona corrodit & conſumit. Hoc jam prior dixerat Petrus Damiani *b*. Bruno Carthuſianus accipiens æruginem pro canilla, qui eſt vermis quidam Gallorum lingua, latenter ſerpens, ait denotare luxuriam; eodemque modo ſi fumatur pro brucho; ſi propriè, pro nebula urente, quæ frugens abſumit; ſuperbiam quæ virtutes, omneque opus bonum ſuffocat: per locuſtam deſignari temeritatem in operando, eo quòd hæc incedit temerè, ac ſine duce. Notandum tandem, quod fructus ac fruges nominantur labores, quia ſudore, ac labore conſtant *c*, & *labores manuum vocantur* d: immò & Latinè laborari terra dicitur, & quædam nominatur a Plinio *e* laboris, vel potiùs Laborinus campus in Campania, etſi malunt alii Laberinum.

Verſ. 47.) Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.

Verſ. 48.) Et tradidit grandini jumenta eorum, & poſſeſſionem eorum igni.

SEptima plaga fuit grandinis, cum qua in Exodo narrantur admixta tonitrua, & diſcurrentia fulgura ſuper terram, ſeu ignis, & grando tantæ magnitudinis, quantæ antè numquam apparuerat in univerſa terra Aegypti, ex quo gens illa condita eſt. Similia produntur pſalmo *g* 104. *poſuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipſorum; & percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contrivit lignum finium eorum.* Quare quod ſcribitur de pruina & igni hoc loco, non ſpectat ad plagas diverſas. Erat ea facies aeris in Aegypto nova, quia neſcit Aegyptus hiemem, hiemaleſque tempeſtates, inquit Philo *h* (id etiam Joſephus *i*, ac Plinius *k* tradunt;) qui præterea notat ignibus intermixtas grandines non colliquefactas: non ſolùm arbuta vaſtata & ſegetes, ſed non pauca quoque animalia periiſſe, partim frigore, partim ictibus tum grandinum quaſi lapidum, tum fulminum, &, ſi quæ ſupererant de animalibus ambuſtis, vulnera circumtuliſſe ad terrorem videntium. Oſtendit ſimul Deus & ſe omnium Dominum elementorum, quum cuique ſuum Ethnici proprium adſcriberent, ut obſervat Theodoretus *l*, & quàm ſit miſericors, præmonendo ut reducerent Aegyptii domum, quæ ſalva cuperent *m*. Quod Philo ſcripſit permixtam ignibus grandinem non eliquatam, nec ignes extinctos grandine, ex libro Sapientiæ *n* mutuatus videatur, cujus etiam libri ipſummet auctorem nonnullos facere, ſed immeritò, docuimus, quum illum interpretaremur. Nominantur ibidem *o* *nix glacies, pluviæ;* & nos eo etiam loco de veris pluviis oſtendimus, aliaque diſputavimus, ac præterea cap. 19. *p* & c. 5. *q* item in pſalmum 69. *r* huc pertinentia, ut ſupervacaneum videri poſſit, plura dicere, vel ſcripta tranſcribere. Prodigioſæ grandinis alia exempla profert Bocchius hoc loco ex Socrate *ſ*, & aliis; in hiſtoria ſacra illuſtre contigit ſub Joſue *t*.

Interpretationem Origenes *u*, & eum imitatus Auguſtinus *x*, & Iſidorus *y*, aſſignant myſticam, ſeu mavis tropologicam, quibus tacita veluti, & cum ſilentio illata,

a cap. 10. 23 & ſeq.
b verſ. 34.
c c. 16. 9
d Exo. 10. 17
e de vita Moyſis.
f antiq. c. 5 vel 13.
g lib. 8. c. 29. lib. 11. c. 29.
h in c. 12. 5.
i Joel. 2. 25.
k lib. 1.
l lib. 4. c. 15.
m Deut. 18. 38. Nah 3. 15 & ſeq. Joel. 1. 4.
n lib. 3. c. 46.
o de mari rubro apud Phot. in Bibl. c. 236.
p lib. 3. c. 3.
q lib. 16.
r lib. 7. c. 30. ab. 6. c. 2. lib. 11. c. 29.
ſ cap. 43.
t lib. 2. c. 57.
u 2. cont. Iov & in Ion. c. 4
x 1. de abſt. à carne
y 1. Sympoſ. 2 in Achar. a lo. Decad. cap. 4.
In Oriente ſunt qui locuſtis victitant.
b exerc. 192.
c 9. de Af. cap. 5.
d 1. varia hiſt. c. 20.
e 4. de inſect. cap. 1.
f Matt. 3. 4. Ejus bruchorum fuit conceſſus Judæis.
g c. 11. 22. & l. 1. ep. in 5. & 132.
Aᵘxeſ.
h in b 3. Mat.
i lib. 1. c. 14.
k 1. com. 1. c. 1. 4.
l lib. 12.
m in c. 4.
n in epiſt. ad Rom. & 3. confeſſ.
o in cath. hymno de S. Ioan. Bapt.
p hom. 11. in Luc.
q 5. de locis affect. Senſus myſticus.
r 31. Mor. c. 20. Bona immoderatius laudata corrumpunt.
ſ in Exod. c. 14.
t tract. de conc. decem plag. & decem præcept.
u Galat. 5. 15
x 2. 3. de præd. c. 36.
y Pro. 27. 5.
z lib. 1. in Exo. c. 38.
a cap. 9. 7.
b lib. 8. ep. in 11. l. 6. in 11.
c Gen. 3. 19.
d Pſa. 127. 2.
e lib. 17. c. 4.
g Ver. 31. 32
h 1. de vita Moyſis.
i 2. antiq. c. 5. vel 13.
k lib. 2. c. 50
l q. 21. in Ex.
m Exo. 9. 19
n c. 16. 16. & ſeq.
o v. 16. & 22.
p v. 19. 20.
q v. 23.
r v. 15.
ſ lib. 4. c. 10. & l. 7. trip. c. 22.
t c. 10. 11. Senſus myſticus.
u hom. 4. in Exod.
x ſerm. 87. de temp.
y in Ex c. 14

illata, non sufficiunt supplicia, his irrogari de supernis horrisona verba, & luculentam grandinis igniſque de cœlo doctrinam, per quam possint culpam suam castigati agnoscere, ut adhuc tenera nascentia vastentur malorum germina, & spinæ ac tribuli voluptatis libidinisque illo consumantur *igni, quem Christus venit mittere in terram a*. Idem Augustinus *b* adaptat septimo præcepto, quo vetatur furtum, plagam hanc septimam, quia quod per furtum quis contra Dei præceptum subducit, de cœlo perdit. Prosper *c* paullò aliter comparationem in eo spectat, ut quod sæviens grando agit in campis, hoc fur parietibus domibusque inferat alienis (latro etiam ac prædo in plateis & campis diripit) sed obnoxius sit illi legi generali *d*; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*. Petrus Damiani *e* frigus grandinis interpretatur de fure, qui charitate frigidus est; calorem ignis de eodem, qui ardore cupiditatis accensus est, fulgura & tonitrua de ejusdem pavore intolerabili, ne capiatur & puniatur. Chrysostomus *f* quòd ad Ægyptios puniendos, pugnantes inter se naturæ aquæ & ignis nullo detrimento sese mutuò affecerint, ait immunitatem illorum prodidisse, nempe, quòd quum homines essent, naturæ tamen reverentia minimè tangerentur, verùm eos, qui eadem natura prædíti erant, acerbam servitutem subire cogerent, Bernardus *g* docens viro sapienti suam vitam vineam esse, suam mentem, suam conscientiam, quum *vineam stulti repleant urticæ spinæque h*, confirmat loci præsentis testimonio, vineas vita privatas, quæ sterilitate damnatæ sunt. Hieronymus *i* clementiam ait esse DEI, arbusculas (tamen morus & sycomorus arbor magna est) quæ in Ægypto radicatæ, sanguineos habent fructus propter succum rubeum (interficere & subvertere, ne bibant) qui malè plantaverunt, & comedant ex iis fructum. Hugo denotari docet injustam oppressionem vicinorum: vel à DEO desuper immissam tribulationem ad utilitatem quidem hominum, sed ex qua nonnulli deteriores evadunt; per *moros*, qui sunt initio albi, deinde rubei, postremò nigri, clericos & religiosos, qui fructibus bonorum operum abundare deberent, & esse alibi vitæ innocentia, rubei charitate, nigri patientia, mortisque desiderio, sed occiduntur à pruina avaritiæ; quæ stringit corda, & manus incurvat, *vineas* item esse tùm quasvis congregationes, aut animas fidelium; tùm peculiariter tam has, quàm moros, doctores & Prædicatores, quia ferunt vinum doctrinæ divinæ, & verbis tamquam foliis nutriunt eos, qui faciunt sibi sericas vestes virtutum; sed *occidi grandine* asperæ reprehensionis, & pruina avaritiæ, atque ambitionis: *iumenta quoque grandine percussa*, esse simplices ac idiotas priorum subditos, à quibus opprimuntur, ac damnationi etiam æternæ traduntur: hos demum eosdem subditos, esse *possessionem* traditam ab illis igni peccati, & gehennæ: vel, *jumenta*, quorumlibet peccatorum esse corpora tradita igni tribulationis, *possessionem*, spiritualia bona, quæ propter peccata moriuntur & consumuntur; item, *possessionem*, corpus, quod Apostolus *k vas* vocat *in sanctificatione & honore possidendum*; & animam, quam Christus *l* ait *in patientia possideri*, utrumque verò tradi igni gehennæ. Verùm quod ait semper, quando incidit quis in peccatum, videlicet mortale, mori bona priùs facta, quia *est ignis usque ad perditionem devorans m*, propriè loquendo de præsenti vita, non est verum. Nam recepta in scholis distinctio est, operum mortuorum, mortiferorum, mortificatorum; ut prima sint bona, sed hominis carentis vita gratiæ justificantis; secunda mala, & mortem æternam promerentia, ac ex se gratiæ vitam extinguentia, postrema bona, quæ remaneant in peccatore secundùm habitum quodammodo, quamdiu vivit, & reviviscant simul cum vita gratiæ recuperata. Mori ergo & consumi fortassis intellexit Hugo, quatenus ex se jam periit fructus illorum meritorum, & nisi redeat gratia, perinde est, ac si numquam fuissent, quod attinet ad æternam tum beatitudinem non consequendam, tùm damnationem incurrendam.

Et occidit in grandine vineas eorum.) Potuit etiam reddi *vites*, ut alicubi fecit Augustinus *n*. Hieronymus qui occidit, &c. Hebraicè & Græcè deest conjunctio; & pronomen, sed rectè alterutrum additur; & conjunctio etiam à Paraphraste. Hìc autem utitur verbo *decorticandi* קלך *kalliph*; At decortatione occiduntur vineæ, plantæve aliæ. Arabicè est, *perdidit*, Illyricè, *verberavit*, seu *percussit*. Valent idem omnia: nec refert, quòd plurali numero vineæ sint in editione Latina, & aliis; in Hebræa & Græca extet singularis. Denique *occidendi* verbum תרג *harag*, ἀποκτεινεν, indicat vineis, moris, & aliis plantis inesse vitam, nempe vegetativam; quemadmodum & quum Paulus *o vivificari semen mortuum* scribit, & Christus *p* ait *granum frumenti mortuum afferre fructum multum*. Tritum etiam illud Gregorii *q*, hominem vivere cum plantis, sicut esse cum lapidibus, &c. Denique Augustinus *r* hoc ipso ex loco probat inesse plantis vitam. More scripturæ *s* vivens aut anima vivens, de solo animali dicitur, & ζῶον ἀπο τῆς ζωῆς; usurpant Græci de solo animali; nec ita solent ψυχὴν plantis tribuere; imò negat Basilius *t* eas illa informari, ut nimirum à refrigerando, & respirando dicitur; quo item pacto loqui videtur Augustinus *u*. Sed & Varro *x* proxima scribit animalibus ea esse, quæ vivere dicuntur, neque habere animam, ut virgulta. Stoici non propterea tollere plantis animam debuerunt, quòd cupiditate careant: nec Plato *y* post Empedoclem, & Anaxagoram, sensu præditas, sed obtusiore, sentire; vel Pythagorici sensum & appetitum perfectioribus concedere.

Rusticanam impietatem appellat Augustinus *z* quæ dat sensum arboribus, magisque ligneam, quàm sint ipsæ arbores, quibus patrocinium præbet, & dolere vitem, quando uva decerpitur, credit. Repellit præterea fœdiorem errorem Manichæorum *a*, qui rationalem quoque animam plantis assignabant, & ab arbore folium fructumve decerpere, homicidium putabant; & agrum spinis purgare, nefas; & illas audire voces nostras, corpora, motusque illorum intueri, cogitationes ipsas perspicere. Vivunt, atque vegetant plantæ, ac motionem habent ab interno principio, formarum autem non viventium functiones ac motus à principio dumtaxat externo sunt. Visattrahens & expellens cum latente sympathia & antipathia, facit ut utiles attrahant succos, rejiciant inutiles: juventus verò, senectusque, ut & sexus atque maritatio, per solam metaphorum ipsis accommodantur: vita morsque; etsi frequentiùs de animali, propriè tamen de planta dici possunt, sicut & vivificatio, interfectioque. Virgilius *b* etiam sine metaphora dixit, *interfice messes;* Eo in loco, qui est quarti Georgicon, Cerda noster exemplis probat necandi, enecandi, moriendi, demoriendi, intereundi, occidendi, expirandi, & rursus interficiendi verba usurpari de herbis, fructibus, arboribus. Occisam radicem Alcimus *c* dixit,

Non faciet vivum radix occisa cacumen.

Quamquam, Nonio teste, ad inanima etiam hæc transferuntur, ut quum Catullus de fœtore, quem hircum vocant, cecinit,

Crudelem nasorum interfice pestem.

Quo loco Muretus idem observat: & in citatum Virgilii alter scholiastes de nostris, Pontanus, quædam alia profert exempla, nec non de verbo trucidandi, ut de igne etiam dicitur, immò in Threnis *d occisum* dicitur *omne pulchrum visu*, ideſt, ædificia, vasa, & alia similia perdita. Vocat Plinius *e* generali vocabulo viviscentia è terra, Sallustius *f*, & Lactantius *g*, gignentia. Cicero *h*, terra nata; quæ omnia includuntur in Græco φυτά, ex quo & ex voce ζῶον, media veluti inter plantas & perfectiora animalia, ζωόφυτα, ita ut φυτά quasi φάσιν solam habeant, ideſt, naturam; si cum aliis viventium generibus comparentur, nomen acceperint. Plura dixi disputatione de anima.

Et moros eorum.) Hieronymus, *sycomoros*, & ita Basilius, seu Theodoretus testatur alios Interpretes reddidisse συκομόρους, qui dicuntur à LXX. συκάμινοι. In Psalterio Illyrico ponuntur *fruges*. Nomen Hæbræum שקמות *sikmoth* fœminina forma, & שקמים *sikmim* masculina, cujus numerus singularis non extat: quidam distinguunt, ut secundum significet συκαμινῆς, quod apud

a Luc. 12. 49.
b Tr. de conven. præcept. & plag. c. 2. p. de præd. c. 36.
c lib. 6. ep. in 11.
d Tob. 4. 15.
e in Ps. 104.
f Naturæ reverentia crudeles non tanguntur.
g Jer. 63. in Cant.
h Prov. 24. 31.
i in Soph. cap. 1.
k 1. Th. 4. 4.
l Luc. 21. 19.
m lib. 31. 12. Distinctio operum.
n l. de civit. c. 20.
o 1. Cor. 15. 22.
p Joan. 12. 24
q Joan. 29. in Evan.
r l. 1. de civ. c. 20.
s Gen. 1. 20. 30. ζῶον.
t hom. 7. in hexam.
u 7. de gem. ad lit. c. 16. & 17. & lib. de spiritu & anima c. 8. & 14. Stoici statuerunt animam plantis.
x 4. de ling. Lat.
y in Tim. & apud Theod. de cura aff. Impium est dicere sensu præditas esse arbores.
z lib. de quant. animæ c. 33
a di her. 10. 46. & 2. de morb. Nat. c. 12. & 1. de civ. c. 20.
b 4. Geog. lib. 2.
c
d c. 2. 4.
e lib 16. c. 28
f in lugur.
g de ira Dei, l. 7. ap. famil. in 36. φυτὰ:
h

apud Lucam *a* vertitur Latinè per nomen *mororum*; aut συκομωραίας apud eumdem Evangelistam *b*, ubi est *sycomorus*; & sicut ficus agrestis in Palæstina, gaudens campestribus, teste Hieronymo, quæ nisi vellicetur, amarissimas cariculas faciat, quæ oleo infuso dentur familiæ: Primum, ficus Ægyptiacas præstantissimas, ac de his meminisse hoc loco Psaltem, apud quem solum reperitur, apud alios in genere masculino. Incertum est discrimen istud, & probabilius est idem utroque vocabulo significari, tùm arborem, tùm fructum ejus. Componitur συκομορος ex συκή *ficus* nomine, & μορέα, quam *morum* dicimus, vocaturque aliter inversè *morosycus*, nec non *Ægyptia ficus*, vel etiam *morus Ægyptia*, utpote non valde moro nostrati dissimilis. Qui *fatuam ficum* vocant, quo pacto & Syra *c* editio, *insipidam*, deducunt à λωρὸς: quamvis & *morum* aliqui μῆρον scribant, non modò μόρον aut μορέαν, & μωσόσυκον, non tantùm μορόσυκον, & συκομορέαν, non solùm συκομορέαν. Qui contendunt pro ω, utuntur Plinio *d*, appellante morum sapientissimam arborem (scilicet quòd non nisi exacto frigore germinet, ob cujus rei oppositam caussam fatua dici amygdala potest שקד *sciaked*, Hebraicè à vigilantia) quasi per antiphrasim ad nomen alludat, quia μωρὸς stultus est, ita ut existimarit arborem dici μῶρον, & nonnihil favet quod Poetæ Latini *mori* penultimam producunt. Sed parum fortasse sapiens contentio ista judicetur (nec proinde inepta, ut Varlenius hoc loco dicit, derivatio à μωρὸς & συκῆ,) qua nec sapientior alia sit, ne ejusdem arboris nomen aliud συκάμινος, quam etiam Theophrastus *e* in Ægypto nasci tradit, & Dioscorides *f* eadem illi tribuit quæ τὰ συκομῶρα, nec non apud Athenæum *g* Phænias, præterea & Galenus *h*, & Aetius *i*, & Celsus *k*. Procera est admodum arbor ficus Ægyptia, tantæque fœcunditatis, ut uno anno septies fructum ferat, Ruellio *l* teste, &, si unum decerpseris, alter continuò pullulet. Provenit maximè in aggeribus Nili, quos colligat radicibus, & adversus inundationes munit; ita ut, quod scribit Ruellius *m* ex Ulpiano, graviter in eos animadverteretur qui in Nili ripis exscinderent sycomorum. Quare meritò hìc de hac arbore facta mentio, tam celebri apud Ægyptios; ex qua simul cum vinea judicium fieri vates voluit de ceteris plantis, de quarum vastatione meminit Exodi liber, Philo, Josephus; quod Psalmo 104. *n*, nominatur in genere *lignum*. *Quercus* Felix cur hìc exponat, nescio In Psalmo *o* 104. est, *& percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contrivit lignum finium eorum*; ubi *ficuum* nomine comprehendi videntur sycomori, Tropologia ex moro & sycomoro elici hæc peculiariter potest, quòd sapientissimam (ut dixi) vocarit eam Plinius, quoniam non nisi exacto germinat frigore. Adde, quòd una ferè nocte tota germinat, ac fœtum celerrimè maturat, ne caloris adventantis lædatur injuria. Sic ex quercu fortitudinem, justitiam ex palma, ex salice temperantiam Pierius *p* hieroglyphicè ostendit; unde quòd occiderit Deus *in pruina* illas arbores, notatu magis dignum fuit; & docet quàm recedant aliquando vana consilia hominum, qui sibi cauti ac prudentes videntur.

In pruina.) Hieronymus, ut & Aquila, ἐν κρύει *in frigore*: Arabicè, *in gelu*. Alii vertunt, *in glacie*, *in majuscula grandine*, *in lapide glaciato*, *in lapide grandinis*, *in flumine*: Pagninus, *in locusta & brucho*: quidam Græcus, ἐν μιζύῃ· vel ἀείχω, quæ sunt locustæ species: Symmachus ἐν σκώληξι, *in verme*, Illyricè, *in falsedine*; falsa n, est pruina. Est חנמל *chanamal* hoc tantum loco in Scriptura: quod his quos dixi modis, Rabini explicant. Sed magis credendum LXX. & Hieronymo, & Aquilæ, & ex Rabinis, illis qui conveniunt cum ipsis, ut scilicet sit quiddam ad grandinis pertinens plagam, quod quasi residendo ac in morem castrorum adventando, juxtà notionem verbi חנח *chanah*, excidat, fecetque plantas, ut מל *mal* significat. Favet in Psalmo 104. *q percutiendi* verbum de vineis & ficulneis; nec enim ita convenit locustæ sive brucho, sicut grandini, reive simili. Euthymius πάχνη, qua utuntur LXX. confici docet, & concrescere ex grandine. Auctor libri de mundo existimatus Aristot. definit δρόσον πεπηγῖαν, *rorem concretum*: Hesychius, παχεῖαν densum, vel πεπυκνωμένον ὕδωρ, concretam aquam: Plinius *r* rorem gelidum. Ut vineis grando, sic moris inimicissima pruina.

Et tradidit grandini jumenta eorum.) Quidam codices Græci εἰς χάλαζαν, *in grandinem*. Symmachus λοιμῷ, *pestilentiæ*. Hieronymus, *qui tradidit grandini pascua eorum*. Nullus alius aliter vertit, præter Hieronymum, nisi ponendo in singulari numero, in quo est בעיר *behbir*, nec alio modo alibi vertitur, quàm *animal* [s], fortassis dixit pascuales, aut potiùs pascales. Alioqui radix Hebræi nominis בער *bahhar*, pascere quoque significat: & in Exodo *t* narratur *grandine cunctam herbam percussam*; licèt in Psalmo 104. *u*, locustæ hoc tribuatur, ut *omne fœnum comederit*. Sed quum sequenti membro Hieronymus jumenta ponat, in huc videtur herbas, ac fœnum intellexisse.

Et possessionem eorum igni.) Hieronymus, *& jumenta eorum volucribus*. Symmachus, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν βιωνοῖς, *& possessiones eorum alitibus*, seu *avibus*. Felix id etiam sequitur. Alii, *armenta*, *greges*: quidam, *segetes*, *fruges*, *carbonibus ignitis*, *fulminibus*, *scintillis*. Arabicè, *pecunias eorum igni*. Generale est nomen *possessionis*, & ὑπάρξεως ad hæc omnia, ideſt, ad fruges, jumenta, pecunias: significare quoque potest מענה *miKneh* quodlibet peculium, & facultates, non tantùm pecoris crassioris & minutioris, sive animalium, quæ in pascuis aluntur. Habent autem fulmina vim noxiam, non tantùm frugibus plantisque, & animalibus, sed etiam pecuniæ, quam colliquant: & propter celerem ac festinum impetum, quasique elatum, pennigerum, volantem, volatilem, volucrem, possunt metaphoricè cognominari volucres, alites, aves. Poeta non tantùm fulminis ventos nominat,

Fulminis [x] *afflavit ventis, & contigit igni,*
Sed etiam alas ei appingit,
—— *longeque* [y] *ante omnia corpora Nisus*
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.

De volucribus inter Aegyptiacas plagas, mentio nulla; nec satis placet, ut carnivoras intelligamus, ad icta cæsaque accurrentes grandine fulminibusve cadavera, quamvis id probet Basilius, sive Theodoretus, quòd scilicet Aegyptii subita morte comprehensi, convivium carnivoris facti sunt alitibus. Quare Symmachum, & Hieronymum nihil aliud voluisse arbitror, quàm quod dixi, per volucres. Quod verò attinet ad fruges, proditum est in Exodo [z], quòd *plaga grandinis, ac tonitruorum, linum, & hordeum læsum est, eo quòd hordeum esset virens, & linum jam in folliculos germinaret: triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant.*

Vers. 49.) Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.

Vers. 50.) Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum, & jumenta eorum in morte conclusit.

Vers. 51.) Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

POst ceteras plagas, omnium gravissimam subjicit, & divinæ animadversionis, indignationisque maximæ indicium, non Moysis, ut antea, sed ministerio Angelorum, qui pessimè percuterent Aegyptios: verùm ita, ut quasi per iram suam incedendo, dum Angelorum percutientium utebatur opera in occidendis primogenitis Aegyptiorum, præscriberet viam certam iræ suæ, seu executoribus illius, ne videlicet eam exercerent in domibus Hebræorum consignatis, & sanguine illitis: simul quoque viam fecit iræ suæ, ut jam liberiùs excurreret, nec animabus ac vitæ parceret hominum, atque jumentorum; sed communiter interficeret omne primogenitum, primitiasque omnis laboriosissimi partus eorum, qui Patris sui Cham imitabantur

Sensus loci.

[a] 16. 6. [b] 19. 4.
[c] Luc. 19. 4.
[d] l. 16. c. 21. Morus arbor sapientissima.
[e] l. 4. hist. pla. c. 2.
[f] l. 1. c. 182.
[g] lib. 2.
[h] c. de locis affect. c. 19. & 2. de alim.
[i] lib. 1.
[k] lib. 3. c. 18.
[l] l. de natu. fipum. c. 79.
[m] lib. 1. c. 79.
[n] vers. 33.
[o] vers. 32.
Tropolog.
Arbores hieroglyphicæ.
[p] lib. 52.
[q] vers. 33.
[r] lib. 2. c. 50.
[s] Exo. 22. 15. nu. 20. 4. 11.
[t] c. 9. 25.
[u] vers. 35.
[x] Virg. 2. Æn.
[y] 5. Æneid.
[z] c. 9. 31.

tur impietatem. Alii sensus postea indicabuntur. Primogenitorum porrò interfectio describitur in Exodo *a*, & in libro Sapientiæ *b* satis copiosè ubi & egimus de eadem: item Psalmo 104 *c*, & 134. *d*. Summa est, quòd in noctis medio percussit Dominus, sive Domini Angelus percussor המשחית *hamnaschth ὁ ὀλοθεύρων* omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat, usque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum jumentorum, quum ex agni sanguine aspersissent Hebræi superliminare domorum suarum, & utrumque postem, nec ullus egressus esset inde usque mane. Dicto libro Sapientiæ docui Angelum, aut etiam plures Angelos percussores ex numero bonorum fuisse, secundùm probabiliorem sententiam: primogenitos item dumtaxat masculos, qui primi nati essent, nec alios ante se ullos habuissent ex parente utroque fratres: quique meritò primitiæ laboris censeri possint, idest, primo editi partu, qui laboriosior solet esse, & primùm aperiunt vulvam iis similes, & quos deinde redimere propterea jussi sunt Hebræi, & pro illis Levitas substituere, & ut responderet pœna culpæ, qua masculos (hoc probat fœminas non interfectas) Hebræorum Aegyptii submerserant. Ibidem *e* exposuimus peculiarem circumstantiam somniorum malorum, ac timorum, & visionum terrificarum, & quòd aliqui semivivi projicerentur. Non repetat à me lector semel dicturum repetitionem, si alios non habet commentarios meos, meliores non deerunt; ego verò abuti non debeo intemperanter & otio, & litteris. Enarratores Exodi consulendi, maximè Pererius noster.

Misit in eos iram indignationis suæ.) Hieronym. *qui misit in eos iram furoris sui.* Alia Psalteria, *immisit*, quod magis sonat ἐξαπέστειλεν: & alibi idem Doctor *f* legit *furorem iræ suæ*. *Mittendi* verò verbum ad immissionis nomen relationem habet, sicut שלח *silleach* ab משלחה *mislachah*: ἐξαποστόλλειν ad ὑποστολήν; quæ omnia inuunt ministerium angelicum; quia mittuntur angeli tamquam nuncii, & administratorii spiritus, de quibus postea. Paraphrastes missionem istam refert ad omnes plagas (*immisit in eos plagas iræ furoris sui*, &c.) Quo pacto comprehendi plagas diceremus, quæ non sunt seperatim commemoratæ. Immò textus Nebiensis expri mit ducentas & quinquaginta plagas מאתן וחמשים מהן *mathaa vechamsen machan*. Sed hunc numerum inire difficile est, constatque solas decem distinctè recenseri in Exodo, & ab aliis scriptoribus Hebræis. Denotat verò *mictendi* verbum hujusmodi mala hominibus advenire missu Dei, atque, quum veluti carceribus includantur, prodire non posse ad nocendum, nec ministros eorumdem Angelos, nisi faciat potestatem, tamquam reseratis claustris. Exemplo sunt porci, in quos non nisi permissi, intrare dæmones quiverunt *g*. Præterea, Deum non immediatè ac per se ipsum punire, quum tamen eo modo præmia largiatur, ut observavit Chrysostomus *h*. *Transiens, & præcinctus ministrabit Christus in cœlo suis* i, *radet autem in novacula conducta* k, seu mercenaria, quasi *alienum & peregrinum sit opus ab eo*, punire *l* peccatores. Genebrardus vocibus Hebraicis, ut excandescentiam nasi significant, indignationem, iram, tribulationem, plagas attribuit pediculorum, seu cyniphum, pestis animalium, ulcerum, ac pustularum, triduanarum tenebrarum, immissiones Angelorum malorum universè omnes denotare. Monet nos idem verbum nomenque *immissionum & Angelorum*, sive nunciorum, quaslibet calamitates non aliter excipi debere, si non hilariter & festivè, ut par esset, certè libenter, patienter, honorificè, quàm destinatos à Deo nuncios, Angelosque. Laudat hoc nomine Galatas Paulus *m*, quòd quum ipse *per infirmitatem carnis evangelizasset illis jam pridem, intentationem suam in carne ipsius non sprevissent, neque respuissent, sed sicut Angelum Dei excepissent ipsum, sicut Christum Jesum*. Ad moralem pertinet sensum quod ait Hugo, ira indignationis, amissionem gratiæ significari: indignatione, & ira, lapsum de peccato in peccatum; tribulatione, desperationem: vel per bis repetitam tum iram, tum indignationem, denotari temporalem & æternam.

Indignationem & iram.] Hieronymus hoc loco, & *comminationem*. Idem *n* alibi primo loco vertit *furorem*. Hebrææ voces hìc, & priore membro sunt quatuor diversæ חרון אף עברה ועם *charon, aph, kheurah, zahham*. In psalmo 77 septimo sunt aliæ duæ קצף *Ketseph*, & חמה *chamah*. Nec desunt aliæ, ferè omnes synonymæ. Græcæ hìc sunt solùm, & ibi, θυμὸς & ὀργὴ. Euthymius, ac Nicephorus per θυμὸν pœnas minores, per iram majores, ut & per tribulationem, in membro sequenti alia insuper mala intelligunt majora. Ultimam ex Hebræis nescio cur Hieronymus interpretatus sit, *comminationem*: etsi verum est, iratos minas adhibere non rarò solere.

Et tribulationem.) Hieronymus *o*, *& angustiam*. Illyricè dicitur *sollicitudo*.

Immissiones per angelos malos.) Hieronymus *p*, *immissionem angelorum malorum*. Hebraicè est *immissio* numero singulari: & idem Hieronym. *q* reddit *angelos pessimos*. Symmachus ἀγγέλων κακῶν *angelorum affligentium*, seu *malo afficientium*. Undè Basilius, vel Theodoretus colligunt, non quia natura aut electione mali essent, sed quia ministri pœnarum, malos dici. Eadem opinio Euthymii; quam etiam innuit Nicephorus, docens πονηροὺς appellari, τοὺς πόνοις ἐμποιοῦντας, ἤτοι τοὺς κολαστικούς, *qui labores efficiunt*, sive *qui puniunt*. Consentit Chrysostomus *r*, negans proinde lictores esse, comparansque cum iis qui subverterunt Sodoma. Augustinus, ac Latini ferè reliqui, nec non aliis locis Hieronymus *s* vocans, *quæstionarios* atque *tortores*; item Gregorius *t*, Isidorus *u*, Chrysostomus *x*, Justinus *y*, *malos*, seu *cacodæmonas*, volunt istos fuisse. Optionem do; & lectorem ad ea quæ in commentario Actuum Apostolorum dixi *z*, remitto; ubi docui interdum etiam bonos justosque corporalibus pœnis tentari & probari, quod sibi hoc loco Augustinus non occurrere dicit; non tamen, ut ei tribuit Jansonius, negat; sed Chrysostomus *a* ait tentari quandoque, sed non puniri. Asserebam exemplum illius angeli, *qui Moysem, ejusve filium, quòd non esset circumcisus, occidere voluit b*: qui enim Dominus in editione Latina vocatur, nominari ἄγγελον in Græca, quod nomen absolutè positum, significat bonum, & in Hebræa solum nomen Dei Tetragrammaton יהוה *jeovah*, quem Chaldæa, quia repræsentabat illum, eademque de caussa Latina, quum absolutè Dominum vocavit, dixit מלאכא דייי *malacha datehovah*, angelum Dei: erat etiam sine dubio angelus bonus, qui percussit femur Jacob *c*; talem præterea fuisse credi potest, qui terrore & languore affecit David *d*. Probabilis opinio Pererii *e* nostri est, plagas omnes in quibus intervenit ministerium Angelorum, à bonis angelis esse factas. Quæ ab hinc sesquianno inter sanctas relata est à Paulo V. Francisca Romana, assessorem Angelum habebat, monitorem interdum, & correctorem, nonnulla etiam illata pœna. Plures Angelos operam contulisse ad plagas, innuit plurale nomen, aliàsque docui dicto in Actuum commentario, sicut plures erant Sodomorum punitores, quamvis unus posset sufficere, ut in castris Sennacherib. Ex Hebræo textu non colligimus angelos dici malos, tamquam hoc sit eorum epithetum, sed angelos malorum, seu rerum malarum, idest, calamitatum, nam dicuntur מלאכי רעים *malahe rahhim*, non autem *malachim*. Quòd si malos velimus fuisse, concedere Augustino possumus, eorumdem opera effici obdurationem, & excæcationem in peccatoribus. Chaldaicè in textu Nebiensis nominantur *dæmones mali* שגרין כישין *sciaggbedin biscin*: qui in bibliis regiis dicuntur tantùm *operantes mala* כישין עברין *bhauedin biscin*. Editio Illyrica vocat *Angelos rabides*. Arbitratur autem Cajetanus vel per hanc Angelorum immissionem hoc quod modò dixi, significari: vel terrores, ac horribiles imagines, & somnia, quæ passi dicuntur Ægyptii in libro Sapientiæ *f*, & fortassis auctorem illius libri mutuatum id ex isto Psalmo. De re ipsa egimus ibidem in commentario. Eamdem sententiam secundam multo antè tradiderat Trevetus: primam etiam sequitur Gregorius *g*. Notanda Hugonis distinctio de modis quibus Dominus immittit tribulationem, punitque per se *h*, per bonos angelos *i*; per malos angelos *K*; per elementa orbemque *l* universum: per judices sæculares *m*: ecclesiasticos *n*: per totum populum *o*: per accusatores *p*: per testes *q*: per conscientiam torquentem *r*: per subrogatos legatos *s*.

Viam

a c.n.° & 12. & c. 13. 15. b c. 5. & seq. & c. 18. & seq. usque ad 20. Summa plaga Aegyptiorum c vers. 36. d vers. 8.

e Sap. 18. 17. 18. 19.

f in Esa. c. 15.

g Mat. 8. 31. 32. Immediatè Deus non punit, licet immediate præmia largiatur.

i Luc. 12. 37. k Esa. 7. 20. l Esa. 28. 11.

m Gal. 4. 13. 14.

n in Ioel. c. 2. & in c. 13. Isa. & in c. 11. Ezech.

o hic, & in c. 2. Ioel. & in c. 21. Ezech.

p hic & in c. 2. Ioel.

q in c. 2. Ioel. & in c. 13. Esa. & in c. 21. Ez. & in Matt. c. 12. Πονηρός.

r hom. 43. in Act.

s in c. 2. Ioel. & in c. 10. & 21. & 32. Ez. & in c. 13. Esa.

t 25. Mor. c. 9. vel 11.

u 2 sentent. c. 15.

x hom. 3. 4. patient. Job.

y in Ps. bryph.

z in c. 5. 19. in c. 12. 23.

a hom. 3. de patient. Iob.

b Exo. 14. 24

c Gen. 11. 25.

d In Ps. 21. 30.

e in c. 17. Ez. disp. 12. q 5.

f c. 17. 4. & seq.

g 25. Mor. c. 9. vel 13.

h Ez. 31. 8.

i 1. Par. 21. 15. & alibi.

K Iob 2. 7. & alibi.

l Sap. 5. 21.

m 2. Par. 19. 6.

n Deut. 17. 9

o Ios. 7. 25.

p Nn. 35. 19.

q Deut. 17. 7

r Sap. 17. 10.

s Exod. 7. & seq.

Viam fecit semitæ iræ suæ.) Hieronymus, *munivit semitam furori suo*. Alii, *ponderavit semitam furori suo*: vel *appendit*: vel *liberavit*; vel *adæquavit*, vel *explanavit*, seu *complanavit*, vel *direxit*. Arabicè, *facilitavit semitam indignationi suæ*, Chaldaicè, *movit in via fortitudinem suam*, vel *direxit viam fortitudini suæ*, hoc est, vehementi, ac forti iræ suæ. Sensus est, expeditam, ac liberam fuisse iram DEI, velutique munitam, & armatam adversùs omne impedimentum; Deum remotis obstaculis, ne quid moraretur, aut retardaret vindictam, perrexisse quomodo cœperat, sibique iter patefecisse, ut illius populi ulcisceretur malitiam: viam, semitamve straviſſe ipsi iræ, ut excurreret recta, non ad dexteram vel sinistram, & quasi obliquè aut sinuosè. Erant tamquam Prodromi, ac viæ stratores ante faciem ejus procedens mors, & egrediens ante pedes ejus diabolus, ut validiùs feriret cornibus, quibus armatas habebat manus *a*. Idem valet, ut (quod notant Haymo, Bruno, Carthusianus, Beda,) iram ex angusta & occulta quasi semita, intelligas prodiisse in latiorem viam, ut esset major, & manifestior; & quæ stillabat, effunderetur *b*; & ex thesauro proferrentur *vasa iræ* &c. Denique *viam facere semitæ iræ* Cassiodorus asserit non differre ab eo, quod est potestatem angelis malis facere, ut desæviant. Cajetanus vim faciens in *appendendi* verbo, explicat Deum ponderasse omnem viam pœnæ, quam exercuit in Ægyptios, juxta demerita eorum. Sed priùs dicta veriora, quæ integrant sensum, maximè litteralem. Alter sensus, per præcedentes plagas, ultimæ plagæ interfectionis primogenitorum, de qua hic mentio subjicitur, dispositionem inductam, & viam apertam esse, quæ priùs obstruebatur, quibusdam quasi lento gradu incedentis clementiæ divinæ repagulis, aut aggeribus; & quòd jam non prohibuit clementia pœnam, ὃν ἐκώλυσεν τῇ φιλανθρωπίᾳ τῶν πλωρίαν, inquit Basilius, sive Theodoretus, & Euthymius, atque Nicephorus; sed locum dedit Deus suæ castigationi, ἀλλ' ἔδωκε χώραν τῇ οἰκείᾳ παιδείᾳ: ita ut, qui rebus Ægyptiorum nocuerat, ipsosmet interficeret, sive charissimos illis primogenitos tam in hominibus, quàm in jumentis. Eodem tendit Nazianzenus *d*, quòd Deus plagas alias leviores infligendo, viam fecit semitæ iræ suæ, propter hyperbolem, excellentiam, excessum bonitatis suæ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ne gravioribus & vehementioribus opus esset, ὑπὸ μηδενὸς νέλαττονων ἀρχόμενος, ὥστε μὴ δεηθῆναι τῶν σφοδροτέρων. Attingit ad idem propositum Psalmi 17. *e*, verba, *ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo*; ubi *fumus*, ut exponit Scholiastes Nicetas, designat iræ divinæ principium, ac veluti præludium; *ignis* vim iræ concitatiorem, *carbones* extremas illius partes. Tertiò, Euthymius, & Græcus ille, quem tacito citat nomine Agellius, viam fecisse semitæ iræ suæ Deum volunt, quando præcepit, ne Angelus exterminator Ægyptiorum primogenita occisurus, ad obsignata limina declinaret; & Hebræis hoc quasi φυλακτήριον esse voluit, ideſt, amuletum, πρὸς τὸ ἀποφυγεῖν τῆς ὀργῆς; ut fugerent ab ira, quàm dicere possumus datam significationem *ad fugiendum à facie* f. Id ipsum docet Lyranus, & RicKelius; qui citat illud *g*, *ponam divisionem inter populum meum, & populum tuum*. Gregorius *h* sensu potiùs morali, quàm litterali exponens *immissiones per angelos malos*, quando Dominus cor prioribus meritis aggravatum, justè permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, ut quum dignè in culpa trahitur, reatus ejus in pœna cumuletur, ait quòd iræ suæ Dominus viam de semita facit, seu ex semita iræ suæ viam, quia latior est via, quàm semita, quum iræ causas districtè judicando dilatat, ut qui illuminati (quasi in semita priùs constituti) agere rectè noluerunt, justè cæcati, adhuc faciant undè amplius puniri mereantur. Hoc ipsum innuit, quem vocant Hieronymum, hoc loco: dicit enim, quòd habet viam divina ira, quum peccati ultione quis traditus, non liberat animam suam à supplicio gehennæ, vel quum insipientia, quæ jumentis est similis, concluditur in morte sempiterna. Nec aliud sensit Augustinus (præfatus nullius aciem sufficere penetrare, ut intelligat, capiatque sententiam in tanta profunditate latitatem) videlicet semitam iræ Dei fuisse, quæ Ægyptiorum impietatem occulta æquitate puniret: sed etiam semitæ viam fecisse, ut eos tamquam ex abditis per malos Angelos in manifesta scelera perducens, in evidentissimos impios evidentissimè vindicaret. Tale quod ait Remigius, semitam iræ Dei esse, quando permittit aliquem trahi funiculis peccatorum, ut committat criminalia, pro quibus interiùs excæcatur, ut quandoque exteriùs puniatur. Eodem pacto RicKelius ait, dum peccatorem Deus in suo errore relinquit, viam facere semitæ iræ suæ, quia non tollit impedimentum incurrendi pœnam divinæ justitiæ. Ita ferè etiam Beda. Quartò, Hugo etiam tropologicè, sed in bonam partem, declarat de ira præsentis temporis, *quæ exardescit in brevi* i, huic facere Deum semitam, quando multis, velint, nolint; ingerit eam puniens hoc tempore; nec parcens, sed occidens, & mortificans animalitatem eorum, seu id quod cum jumentis & bestiis commune est, &c.

Et non pepercit à morte animabus eorum.) Remigius videtur legisse, *animalibus*, Hebraicè numero singulari, *animæ eorum*. Augustinus, & quidam alii, *animarum eorum*, ſicut Græcè ψυχῶν αὐτῶν. *Non parcere* Beda exponit dictum κατὰ μιπτότητα, de gravissima morte, quum nempe minus dicendo, plus significatur: genus verò mortis ait esse, quando submersi sunt Ægyptii, ut simul jumenta, ideſt, equi, currusque. Trevetus asserit hìc esse sermonem de quinta plaga pestis animalium; in sequentibus de morte primogenitorum. Bruno Carthusianus quod hìc dicitur, refert ad internam mortem animarum per exœcationem & indurationem. Cajetanus hoc quidam existimat exponendum de ultima plaga mortis primogenitorum, sed quod sequitur de jumentis, pertinere ad plagam pestis animalium. Euthymius concordat. Genebrardus assignat verba ista plagæ quintæ, qua extincti sunt *equi*, *asini*, *cameli*, *boves*, *oves peste valde gravi* k: sextæ ulcerum, atque vesicarum turgentium in hominibus & jumentis, verba quæ sequuntur. Arbitror omnia pertinere ad ultimam plagam, ut mox dicam.

Et jumenta eorum in morte concluſit.) Hieronymus, & *animantia eorum pesti tradidit*. Alii, *vicem eorum* quomodo Trevetus legit ex editione Hieronymi; vel *bestiam*, vel *jumentum*, seu *pecus*. De peste animalium quæ fuit plaga quinta, non modo Cajetanus explicat, sed etiam Lyranus; qui præcedenti membro indifferenter de morte hominum, & bestiarum agi vult; præterea Euthymius, RicKelius, Harentalsius, Valentia, Titelmanus. Bruno autem Carthus. iterum putat commemorari plagam grandinis, de qua versu 48. sed exprimendo mortem Beda, ut ante retuli, submersionem in mari rubro. Placet hoc utroque membro cum sequenti etiam versu postremam explicari primogenitorum interfectorum plagam, ut insinuat Hugo, Cassiodorus, Haimo, Ayguanus, Turrecremata, Jansenius, Agellius, & alii recentiores carmine vel prosa scribentes. Favet quintæ quidem plagæ nomen Hebraeum דֶּבֶר *deuer*, quod est etiam in Exodo *l*, quum ea describitur, & *pestis* Latinè redditur; & quamvis Græcè θάνατος sicut hìc, sit, Chaldaicè utrobique מוֹתָא *mothæ*, quæ idem significat; non insolens Latinæ linguæ, mortem ac mortalitatem pro peste sumere, quanimirum passim ac facilè, citoque multi moriuntur. Nihilominus nexus orationis comprehendentis animas eorum, quibus parcitur non sit, ideſt, hominum & jumentorum, quæ fuerint morte concluſa, ita ut evadere non possent, indicat magis id quod dixi. Præterquam quod primogenita peste periisse, nonnulli sentiunt: ut docui ad cap. 18. Sapientiæ. Certè idem nomen Hebræum redditum nomine mortis, & θανάτου, adhuc legimus in Abacuc *m* *ante faciem ejus ibit mors*, ubi non propriè pestis, sed mortis varium genus, atque morborum lethalium.

Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti.) Satis multa dixisse me dicto illo libro Sapientiæ commentario de plaga ista, bis jam præmonui. Sola deerat spiritualis intelligentia. Traditur ab Origene *n*, Augustino *o*, Isidoro *p*; illo, quem vocant Hieronymum hoc loco, & à vero Hieronymo *q*, quod adventu suo Christus diabolum, illiusque Angelus destruxerit, nec non hære-

a Psal. 2. 4. 5

b Nah. 1. 7.
c Jer. 50. 25.

d in plagam grandinis.

e vers. 9.

f Ps. 50. 6.
g Exo. 8. 18. h 35. Mor. c. 9. vel 13.

i Tropologia i Ps. 2. ult.

k Exod. 9. 3. 6.

l cap. 9. 3.

m c. 3. 5.

Sensus mysticus.
n hom. 4. in Exod.
o Ser. 87. de temp.
p in Exod. c. 14.
q epist. 127. manſionet.

hæreticos, & falsarum religionum inventores. Prosper Anon Nicephorus, quia possideri etiam liberi dicuntur, undè etiam denominavit filium Cain Eva *l*. Favet quo- l Gen.4.1.
a 2 de prad. c. 36. *a* idem innuit, scilicet interfecta primitiva vitia diaboli & angelorum ejus, dum nos dux noster docuit renunciare diabolo, pompis, & angelis ejus: diabolum concupivisse esse, quod non erat; Adam cupiditate præcipitavisse se in mortem. Opponit videlicet plagam ultimam ultimo decalogi præcepto. Id prior, sed paullo aliter fecit idem Augustinus *b*, quem transcripsit Ayguanus; dicens quòd qui res alienas quærunt, velle videntur fieri à morientibus sine hærede, ideſt, pro hærede in eorum bona succedere, vel etiam sibi ab iis hæreditatem relinqui; & ut illi non habeant hæredes, in quibus nihil est charius primogenitis: verumtamen ipsi perdunt per injustam concupiscentiam istam, primogenita cordis sui, hoc est, fidem, quæ nisi præcesserit, nemo benè operatur. Rupertus *c* de serie totius plagæ mystologicè multis differens, deque variis circumstantiis illius, hoc demum docet, cædem primogenitorum, post agni immolationem significare, quòd originale peccatum (aliorum multorum origo & seminarium) Deus per immolationem Christi filii sui in cruce destruxit atque delevit. Nazianzeni Scholiastes Nicetas *d* dicit hanc dæ- B quæ regiones, gentes, civitates, ut Virgilius:

b de convers. plag. & præcep.

c 2. in Exod. c. 17. & seq.

d in ora. 42. quæst. 2. de pasch.

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem,
Sed fines Lybici, genus intractabile bello.

monibus videri gravissimam plagam, pœnam ve, quando in animo humili quasi in nocte quadam (nocte enim cæsa sunt primogenita) prima vitii origo extinguitur, sicut jubet Christus *abstinentiam ab ira, & impudico aspectu* e, quod est etiam *parvulos allidere ad petram* f, confugiendo ad *Christum, qui est petra* g, & ad ejus auxilium, & nascentia excogitationibus, atque actionibus peccata confitendo, & perversa dogmata veritatis doctrina, quæ à Christo est, concutiendo.

e Mat. 5. 28. f Psal. 136. ult. g 1. Cor. 10. 4

Tropologia

De primis quoque motibus attigit Hugo tropologiam, prætereaque septem peccata capitalia nomine primogenitorum designari dicit, vel magis divites, aut superbos, quos interfecturus sit Deus. RicKelius interpretatur fidem formatam occisum à Deo, ideſt, ablatam ab omnibus, qui versantur in tenebris peccati, & primitias omnis laboris, de interioribus charitatis fervoribus. Hoc antea dixerat Cassiodorus, appellans primogenita, quæ primo loco sensibus nostris reverenter occurrunt, mandata de Dei, ac proximi dilectione, quæ quando pereunt, primogenitorum amissione percutimur. Remigius amplectitur cum justitia qualibet fidem. Bruno au- C tem Carthusianus exponit, non parcere Deum à morte animarum, ideſt, quin in anima ipsa interficiat, excæcando: jumenta etiam occidere virtutum, ut mansuetudinis & similium quæ animum sustentant, sicut jumenta mansueta corpus: denique primogenita insigniorum operum. Adde ex Pererio *h* nostro, diaboli primogenita peccatum, & mortem mundi, concupiscentiam carnis, & oculorum, atque superbiam vitæ: carnis fomitem, quæ & concupiscentia vocatur.

h in Exod. c. 11. disp. 4. Peccatum & mors primogenita diaboli.

Primitias omnis laboris eorum.) Hieron. *principium partus*, &c. Alii, *fortitudinem*, vel *substantiarum*. Cajetan. *filiorum*. Pro, παιδὸς πόνου αὐτῶν, in emendatis Bibliis est, πόνου αὐτῶν, *laborum eorum*: quomodo etiam legit Augustin. & vetus Psalterium: Cassiodorus, *laboris eorum*: Versio Hieronymi exprimit id quod cap. 18. Sapientiæ docui primogenita vocari primitias laboris, quia primi partus sunt laboriosiores; ut idcirco *Ruben primogenitum*, vocaverit Jacob, *fortitudinem suam*, & *principium doloris sui* i, & *principium liberorum primogenitus vocetur*, in Deuteronomio *k*. Pro principio doloris in Genesi, ubi est און *on*, sicut hic LXX. vertunt *filiorum*, τέκνων, Diodorus ex Syro interpretatur ἰσχὺν & *roboris*. Valet און *on*, & *dolorem*, & *robur*, & quidem dolorem eum, qui est in partu, ut idcirco sit appellatus בנאוני *Benoni filius doloris*. Ita hoc etiam loco docet, præter Cajetanum Trevetus, Ayguanus (quamvis alium tradat sensum de quo postea) Titelmanus, Jansenius, Genebrardus, Vatablus, Agellius, Arias, Flaminius, Placidus, & passim recentiores: immò ex antiquioribus Græcis Apollinarius,

i Genes. 49. 3 K c. 11. 17.

ἆ χθὰν πρωτοτόκων ὁπόσων ὠδύρατο πότμον,
ὡς ἴδε δακρυομένων τεκέων πρωτάχρονον ἥβην.
Ab tellus primogenitorum quantorum lamentabatur mortem,
Ut vidit sepultorum filiorum primiferam juventutem.

Sed & Euthymius de primogenitis interpretatus est, nec Dideſt, Christianos.

Vers. 52.) Et abstulit sicut oves populum suum, & perduxit eos tamquam gregem in deserto.

Vers. 53.) Et deduxit eos in spe, & non timuerunt, & & inimicos eorum operuit mare.

Vers. 54.) Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisivit dextera ejus.

Et ejecit à facie eorum gentes, & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Vers. 55.) Et habitare fecit in tabernaculis eorum Tribus Israel.

Sensus loci.

POstquam plaga illa ultima percussit Ægyptios Deus, primogenitis hominum & jumentorum interfectis, edu-

m vo. f. 46. 47. 48.

In tabernaculis Cham.) Illyricè, *in villis*. Arabicè, *in habitaculis*. Ægyptus cognominatur hoc modo, & quidem ad ignominiam, & cum indignatione, qua filius Noe hoc nomine, qui ludibrio nudatum habuit, eaque de caussa maledictus est *n*. Auctor fuit Assyriorum & Ægyptiorum, & septem gentium Chananæorum, sed Ægyptiorum per filium Mesraim, undè Ægyptus Hebraicè nominatur, & à Turcis hodieque Masra. Eodem vocabulo *Cham* aliis in Psalmis *o* Ægyptus nominatur. Sic à conditorum parentibus Ethnici denominant quan-

n Gen. 9. 26.

o Ps. 104. 21. 77. ps. 105 28.

Quod autem nomen *Cham* ad ignominiam cumque execratione hic exprimatur, confirmari potest ex eo quod Abacuc *p* Ægyptum vocat *domum impii* hoc est, istius Cham, licèt alii Pharaonem interpretentur. Impius in Patrem fuit, & nisi fabula sit, incantationibus eum ejuravit. Id Berosus *q* quidem prodit: turpia item & nefanda alia de eodem: & locum Abacuc ita exponit Antonius Guevara. Isidorus *r* ex Hebræis refert, quod extat in Exodo *s*, *in cunctis diis Ægypti faciam judicia ego Dominus*, legit ipse, *fecit judicium*, significare in nocte, qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa esse, sive motu terræ, sive tactu fulminum. Narrat id quoque Magister *t* historiæ scholasticæ. Addit Lyranus, eosdem tradere, quòd idola lignea subito putrefacta sunt, metallica resoluta, & fusa in terram, lapidea comminuta, in detestationem idololatriæ. Meminit etiam Abulensis *u*, & forsitan quoque simile quid contigisse, quod postea Dagon idolo Philisthæorum *x*, Dionysius Carthusianus citat Glossam, & Lyranum; Lippomanus Hieronymum *y*; ex quo Isidorus & Glossa Ordinaria transcripserunt.

p c. 3. 13.

q 3. antiq.

r in Ex. c. 14 s cal. 12.

u in Exod. c. 12. post 4. 66. x 1. Reg. 5. 2. & seq. y epist. 127. mansione 1.

Hactenus de plagis ut hic quidem enumerantur. Nec enim omnes quæ sunt in Exodo, nobis explicanda fuerunt. Sed quæ occurrerunt in textu. Præter mysticos autem sensus quos attigimus, alium Rabanus z tradit communem decem plagis, cum his comparando totidem calamitates quas Romani passi sint, persecutores Ecclesiæ, sub Nerone, Domitiano, Trajano, M. Antonio, Severo, Maximino, Gallo, simul cum Volusiano, post Decium, item sub diversis gentibus, quæ in urbem irruerant, & sub Aureliano, ita ut ultima sit destructio idolorum, respondens videlicet destructioni, quam jam dixi factam in Ægypto, quando ultima plaga contigit. Aliter distinguunt alii persecutiones quas Ecclesia est passa, & possent non incommodè applicari eædem plagæ secundùm oppositum sensum, videlicet non conrra persecutores, sed adversùs eos, quos alii persequebantur,

z apud Lipp. Exod. 12.

eduxit ex Ægypto populum suum, hactenus vi detentum, ea facilitate qua pastor oves, ac per loca perduxit deserta, velut gregem sensim, pedetentim, lentè, gregatim simul omnes, non tamquam fugitivos servos, sed ut à Domino plenissima libertate donatos fecit, præterea, ut magna fiducia & alacritate atque sine timore, quo tamen initio perculsi fuerunt, quum pervenissent ad mare, ac insequentes à tergo cernerent hostes, illud transmitterent, ita ut hi maris undis, quæ ad iter illis faciendum se se hinc atque hinc subduxerant, reversis ad pristinum alveum, cooperirentur & submergerentur ad unum omnes: deindè induxit in loca montosa, quæ ipse sibi ad inhabitandum sanctificaverat, atque destinaverat, ubi peculiariter coleretur; loca, inquam, montosa, quæ idem dexteræ suæ potentia sibi comparaverat: nam ex iis locis quum illi ingrederentur, ejecit gentes impias Chananæorum, quæ ibi diu habitaverant, & per sortem divisit eis terram; quum priùs funiculo mensurata atque distributa in partes fuisset. Denique fecit, ut singula tribus occuparent habitacula ex quibus ejecerat Chananæos. Historia hac satis aperta est, solùm restant in partium disquisitione difficultates expediendæ nonnullæ: præsertim quum de hoc exitu populi, deque mari rubro aliàs *a* actum sit.

a in Sap. c. 10. 17. & seq. & in Act. c. 7. 36.

Et abstulit sicut oves populum suum.) Hieronym. *tulit.* Alii, *proficisci fecit*, *emisit*, *traduxit*, *fecit movere*, vel *migrare*, *amovit*, *eduxit*. Valet hæc omnia Hebræum יסע *jissahh*. Sed ἀπῆρεν magis exprimit similitudinis vim cum pecore, quod cogitur, abigitur, minatur. Arabicè, *duxit*. Illyricè *sustulit*. Apollinaius dixit ῥύσατο *liberavit*, quod etiam indicat liberatos non fuisse, *nisi per manum validam* b, *& in manu excelsa* c. Figmenti Hebræorum de ove, quæ apparens ex improviso, locuta sit, viamq; demonstraverit, ut idcircò dicantur ablati hoc loco sicut oves, & in ps. 79. *d* deductus velut ovis Joseph, meminit Magister historiæ scholiasticè *e*, & Lyranus *f*. Nugantur Hebræi ob inundationem Nili, quum non posset inveniri sepulchrum Joseph, ut ejus ossa asportarentur, ovem ductu angelico natasse usque ad illud, & indicasse, ita ut propterea cognominaretur ovis Joseph. Nec mihi placet, ut deductus dicatur populus *sicut oves*, quia per sacrificium agnorum. Duriùs id profectò dicitur ab Ayguano, nec de deserto tunc educti sunt Hebræi, ut ille dicit, sed de Ægypto.

b Exod. 3. 19 & c. 14. 8.

d vers. 2.

e in Exod. c. 27.

f in ps. 70. Nugæ Hebræorum de sepulchro Josephi.

Et perduxit eos tamquam Gregem in deserto.) Hieron. *minavit*, quod propriè convenit gregi. Arabi & Illyricè, *eduxit*. Alii, *deduxit*. Chaldaicè *sicut pastor* רעיא היך *hech rahhta*. Videtur Cyrillus *g* hunc locum intelexisse de transitu per mare rubrum. Sed de toto itinere per desertum accipiendus est.

g in Esa. c. 63.

Mysticè Christus *à forti sustulit prædam, quod captum fuerat à robusto, salvum fecit* h, *& fortior universa arma fortis abstulit* i, *& collegit dispersos ab Oriente usque ad Occidente, ut veniant in verbo illius, gaudentes in honorem Dei* k, *& de manu mortis liberavit, de morte redemit* l, & cum perseverantia per desertum arctioris viæ perducantur ad promissam terram viventium; interim gratiæ pascuis & ipsiusmet corporis Christi alimonia pasti. Comparatio Pastoris & ovis gregisq; occurrit jam aliàs antea non semel. Notabilis in ove innocentia, simplicitasque, patientia, taciturnitas, utilitas & commoditas, quæ ad nos ex ea derivatur.

h Es. 49. 24 & Luc. 11. 22

k Baruc. 4. 37.

l Osc. 13. 14.

Et eduxit eos in spe.) Hieronymus, *& eduxit eos cum fiducia.*, Alii, *tutò*, vel *confidenter*, vel *securè*. Chaldaicè *habitare eos fecit*, &c. Arabicè, *direxit eos super spem*. Illyricè, *imposuit eos super spem*, quasi spes ipsa loco vehiculi esset. In Psalterio Romano & apud Cassiodorum, *eduxit*: sed ὡδήγησεν αὐτοὺς, & יבחם *ianchem*, favent editioni nostræ. Hinc Athanas. *m* probat Spiritum sanctum, de quo præsentem interpretatur locum, non esse creaturam, sed ea superiorem, Deum.

m tract. ad Serapionem, Spiritum S. non esse creaturam.

Et non timuerunt.) Hieronymus, *& absque timore.* Arabicè, *& non frustati sunt*. Unum ex alio sequitur. Timuerunt quidem, quum insequentes pone hostes viderunt, & quidem valde clamantes ad Dominum, & expostulantes cum Moyse: sed Moyses jussit *ne timerent, sed starent & viderent magnalia Domini, ita ut non essent ultra visuri Ægyptios usq; in sempiternum, quia Dominus pugnaret, ipsi autem tacerent* n. Refert Philo quatuor Tribus, aquis submergi sponte voluisse, ne in Ægyptiorum manus inciderent: totidem constituisse dedere se illis veniam sibi pollicendo: Tribum Juda, Levi, Joseph, Beniamin decreviss̃e usque ad mortem repugnare. Hugo exponit non timuisse bonos & perfectos, ut Moysen & Aaronem, vel non timuisse, quia timere non debuerunt.

n Exod. 14. 12. 13. 14.

Et inimicos eorum operuit mare.) Ita ut submergeret, & nec *unus quidem supereſſet ex eis* o. *sed deferentur usq; in presentem diem* p. Trita de baptismo, vel de pœnitentia allegoria, quibus teguntur peccata *q*, ideſt, penitus tolluntur, ut omnino non remaneant, saltem secundùm malitiæ maculam. Similis formula in Job, r, *abscondeos in pulvere simul, & facies eorum demerge in foveam*. Justi *ambulant super aquas*, ut Christus, & Petrus *s*, licèt hic nonnihil vacillaverit: impii *submerguntur quasi plumbum in aquis vehementibus* t, siquidem sedet iniquitas super *talentum plumbi* u, *& devorat eos terra* x.

o Exod. 14. 28.

p Deus. 11. 4. Allegoria.

q Ps. 31. 1.

r c. 40. 8

s Matth. 14. 29.

t Exod. 15. 10.

u Zach. 5. 7.

x Exod. 15. 12.

Et deduxit eos in mortem sanctificationis suæ.) Hier. *& eduxit eos ad terminum sanctificatum suum*. Alii, *introduxit autem eos ad terminos sanctitatis suę*, vel *ad confinia*, vel *ad fines*, vel *ad regionem sanctuarii sui, sanctæ majestatis suæ, loci sanctificati*, seu *dicati divino cultui*, & qui gratus erat ipsi Deo, quum priùs pollutus fuisset à pessimis habitatoribus. Hebraicè est גבול *gheuul*, cui respondere Græcè deberet ὅρος aspiratè, & in accusativo εἰς ὅρον, non autem ὅρους, & εἰς ὅρους. Potest autem intelligi terra tota promissa, & fines, ac regio Chanaan, quæ magna ex parte montosa est, & dici solet terra sancta comparatione aliarum, ut sæpe notavimus. Est item eadem terra ferè sita in ambitu Libani montis, eumque pro finibus habet. Undè Moyses dicebat, *transibo y, & videbo terram hanc optimam trans Jordanem, & montem istum egregium, & Libanum*: & rursus: *introduces z eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine*. Nihil etiam obstat intelligere cum Lyrano, Hugone, Cassiodoro, Jerusalem, cujus *fundamenta in montibus sanctis* a, *& montes in circuitu ejusdem* b, & in cujus monte Sion, hujusve parte Moria, templum ædificandum erat. Quod tamen respectu Ecclesiæ, meritò diversorium censeri potest, quo nomine utuntur LXX. καπάλυμα, in Moysis cantico c, *portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum*, εἰς καπάλυμα ἁγιόντα. Atque eidem Ecclesiæ meliùs convenit, quòd ibidem postea canitur *d*, *introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ firmissima habitaculo tuo*. Nam licèt respectu Mosaici tabernaculi, non jam mobiliter, sed cum stabilitate habitaverit DEUS in templo, hoc tamen tandem, urbeque dirutis, Ecclesiam elegit, in qua esset *omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* e, & multò magis id cœlo convenit empyreo, quæ perpetua beatorum sedes est, ut etiam quidam eum locum cantici Moysis explanant, quos referunt de nostris Pererius & Magalianus. Minùs aptè R. Aben-Ezra de monte Sinai exposuit. Ceterum in monte sanctificatio est atque in Judæa montuosa, ideſt, in confessione, laude, contemplatione, exercitio rerum cœlestium, ut admonet Origenes *f*. Sunt ista in Ecclesia commodiùs & perfectius in ordine Religioso, de quo locum hunc totum Hugo interpretatur.

y Deut. 3. 25

z Exod. 15. 17.

Situs terræ Chanaam.

a ps. 86. 1

b ps. 2. 6. Templum Hierosolymitanum in monte Moriæ ædificandum.

c Exod. 15. 13.

d vers. 17.

e Matth. ult.

f hom. 6. in Exod.

Montem, quem acquisivit dextera ejus.) Hieronym. *montem hunc, quem possidet dextera ejus*, & notat alibi, addi debere, *hunc*, ὄρος τοῦτο cum Lxx. etiamsi omiserit Symmachus. Jam suppletum est in emendatis Bibliis Græcis, & Hebraicè extat הר זה *harzeh*: item in Psalterio Gallicano & Romano, præterea in Arabico & Illyrico, atque apud Cassiodorum. Hic ipse mons est, de quo in priore membro, sub eodem nomine montis, vel termini secundùm alios. Pro *acquisivit* Græcè est ἐκτήσατο *possedit* quod valet etiam קנתה *kanethah*. Illyricè, *fabricavit*. *Possidendi* verbo & *possessionis*, interpres utitur quandoque, ut est idem quod creare, formare, firmare, præparare, ut in citato Moysis cantico *g*, *sanctuarium tuum Domine, quod firmaverant manus tuæ*, ἡτοίμασαν, *præparaverunt*, כוננו *chonenu*: & ibidem dicitur Deus *habitaculum illud firmissimum suum operatus*. Sic etiam Deus *possidere renes nostros* dicitur *h*, *& possessor cœli & terræ* i, quæ

Κτᾶσθαι.

g Exo. 15. d. 17.

h psal. 138. 13.

i Gen. 14. 22.

qua formavit & creavit, & quidem hoc ultimum Græcè exprimitur per τὸ ἔκτισε, quod significat *creavit*, & psal. 103. *a* quod legimus, *impleta est terra promissione tua*, per nomen πίστεως *creationis*, sive *creaturæ*, ut etiam est apud Augustinum, & Cassiodorum, & in vetere Psalterio & Romano & Gallicano. Denique in alio Cantico Moysis, ut synonyma videntur poni *numquid* b *non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creavit te?* Itaque sumendo *acquirendi* verbum hoc modo, dicetur Deus promissam terram & Jerusalem acquisivisse, hoc est, possedisse dextera sua, quasi ceteras, sola sinistra; nec veluti potentia & artificio tanto, & illam cœlis æquaverit, quos Esaias *c* ait *dextera mensum* Deum *quum terram manu fundavisset*. Nihilominus placet magis ut *acquirendi* verbum accipiatur propriè, & militariter, ut nempe armata manu, exerto brachio, vi ac robore potentiæ suæ comparaverit sibi terram illam, sive populo suo, fugando (quod hìc mox subditur (veteres possessores, & ejiciendo pristino habitatores, & inducendo novos incolas, colonosque. Quis non videt quàm hoc bellè convenit Christo, qui *Ecclesiam acquisivit sanguine suo* d? Hieronymi nomine insignitus mavult id tribui virtuti resurrectionis ejusdem. *Montem hereditatis Domini* vocat Moyses e: *& ducem* canit *fuisse populo, quem redemit in misericordia, & portasse illum in fortitudine sua* f.

a vers. 14. Κρίσις.
b Deut. 32.
c c. 48. 13.
d Act. 20. 28
e Ex. 15. 17.
f vers. 13.

Et ejecit à facie eorum gentes.) De his gentibus ejectis tractatur libro Jos. toto, & ejusdem ejectionis promissio habetur in Exodo *g*, mentioque fit in Actibus Apostolicis *h*, ubi dicuntur fuisse septem, sicut & in Deuteronomio *i*, & in libro Josue *k*, quamvis in Exodo una omittatur Gergezæorum. Recognosce, si vacat, commentarium in Actus Apostolorum, ubi etiam attigimus causas, cur ejectæ fuerint hæ gentes, nempe, tum quia jure pertinebant ad Sem, ex quo Hebræi descendebant, tùm quia impedimento fuerant Hebræis in itinere, tum quia DEUS absolutus rerum Dominus pollicitus fuerat: adde maximas iniquitates indicatas in scripturis sub vocabulo Amorrhæorum *l* interdum, sicut per Hethæos aliquando reliquæ intelliguntur *m*, vel generali Chananæorum, præsertim promiscua matrimonia absque delectu cognationis & affinitatis peccatum nefandum etiam cum bestiis, variam superstitionem. Lege Levit. 18. & 20. & Deuteronomii 9. ac 12. Ibidem in libro Actuum Apostolorum Lucas *n* usurpat *destruendi* verbum, & *expellendi* ἐξάρασθαι, καθελεῖν, quia sic expulit seu ejecit Deus, ut etiam destrueret, quod ps. 45. *p* dicitur verbo ἐξολεθρεύειν, & דורש *horas*, & in Deuteronomio c. 9. *q* ipsemet Deus velut ignem devorantem atque consumentem promittit se contriturum, deleturum, dispersurum; est demum in Amos *r* verbum *exterminandi*. Ubique autem ferè exprimitur id fore *ante faciem populi*, hoc est, palàm & efficaciter. Jebusæam gentem superesse voluit Deus habitantem in Jerusalem *s*, ad exercitium bellicæ fortitudinis, qua præditus David eam debellavit *t*. Vulgaris tropologia capitalium peccatorum sub Gentibus illis designatorum. Assignatur ab Avguano Chananæis avaritia, Amorrhæis luxuria, Hethæis accidia, Pherezæis superbia, Hevæis invidia, Jebusæis ignorantia, de Gergezæis nihil dicit. B. Antonius *u* citans Magistrum *x*, & Hugonem Cardinalem, attribuit Hethæis invidiam, Gergezæis superbiam, Amorrhæis accidiam, Chananæis iram, Pherezæis luxuriam, Hevæis avaritiam, Jebusæis gulam. Citat Magister Chrysostomum & Gregorium. Lege præterea Cassianum *y*. Id etiam concedo Rickelio secundùm mysticum sensum, innuiles. Cassiodorus explicat barbaricos, & immites à nobis fugatos errores.

g c. 33. 2.
h c. 7. 45.
i c. 13. 19.
k c. 3. 10.
l Gen. 15. 16.
m Iosue 1. 4.
n c. 13. 19
o c. 7. 44.
p vers. 2
q vers. 3.
r c. 2. 9.
s Ios. 15. 63. Iud 1. 21. t 2. Reg. 5. 6. qu. 8. Tropologia
u 1. ep. 7. c. 1. par. prof. 6 x 1. disp. 42. y collat. 5. c. 17. 18. 19.

Et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.) Hieronym. *& possidere eos fecit in funiculo distributionis.* Alii magis ad verbum ex Hebræo, *cadere fecit eas*, nempe Gentes, *in funiculo hæreditatis*, idest, illas gentes prostravit in sua hæreditate, & corruere & interire fecit, non tantùm, ut etiam in priore membros *ejecit* seu *expulit*. Vel proprius ad Interpretis, & Hieronymi sensum, *projecit eis sortem hæreditatis: dimisit eis in funiculo hæreditatem, cadere fecit eis in funiculo hæreditatem.* Videntur LXX. & Latinus Interpres attendisse in Hebr. verbo יפיל *iappilam*, quod est, *cadere fecit, eis* casum quemdam sortis earum partium terræ, quæ prius mensorio funiculo distributæ fuerant. Qua de re dixi c. 13. Actuum Apostolorum *z*, ubi est etiam, quod *sorte distribuit eis Deus terram eorum*, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν: pro quo verbo Græco habetur hìc minùs compositum, ἐκληροδότησε. Egi quoque psal. 15. *a* de vario ritu patiendi hæreditatem, inde natum ut dicatur *metiri terra* b: ac indidem ab Ægyptiis excogitata creditur ars Geometrica, ut agros metirentur seu metarentur, atque terminos designarent, inundatione Nili confusos. Eadem de causa comminans Deus distribuendos aliis agros, quos possidebat populus Hebræus, ait *c*, *& bumus tua funiculo metietur*: idcirco etiam dixit Ezechiel *d*, quòd *Joseph duplicem funiculum habet*, idest, portionem, scilicet, Ephraim & Manasses. Hinc præterea putant sumtam metaphoram in Cantico Canticorum *e*, *labia tua sicut vitta coccinea*, sive *funiculus*, ut significetur sponsæ verba ad mensuram exacta, & quidem cum charitate Dei, & proximi, tamquam cocco bis tincto. Generaliter hoc loco denotat, ut Ayguano placet, moderationem in omni virtute. Eadem formula dicendi quæ funiculos exprimit ad idem propositum, repetitur alibi *f* non semel, ita ut dicatur *funiculus hæreditatis*, aut absolutè ea vox ponatur, seu vox *fumum g*, aut conjungatur cum *possessione*, aut cum *sorte*. In partes duodecim factam distributionem narrat liber Josue *h* pro numero Tribuum, ita pro Josep essent Tribus Ephraim & Manasse; Tribui autem Levi singulæ aliæ aliquot civitates assignarint. Habita ratio est non æqualitatis, sed Tribuum magis minusve numerosarum. Non etiam sors in omnibus servata est, quoniam portio duarum Tribuum cum dimidia ultra Jordanem pro Moysis voluntate distributa est, nempe Tribui Ruben, Gad, & dimidiæ Tribui Manasse *i*. Lege Salmeronem nostrum *K*, quum describit terram promissam.

a vers. 5. 6.
b Ps. 50. 8. Abac. 3. 6. Ægyptii primi Geometræ.
c Amos 7. 17
d c. 47. 13.
e c. 4. 3.
f Deut. 32. 9 Ios. 17. 5. 14. c. 16. 4. 29. 1. o. Par. 16. 17. Esther. 13. 17 Ps. 104. 11.
g Ps. 15. 6.
h c. 14. & 15
i Num. 32. Ieo. 1. proleg 41.

Hugo mysticè sumit terram corporis, virtutum viventium datam sorte ac distributam, idest, divina voluntate, & multiplici ejus dono, ut redigatur prima in servitutem, ut secunda fruges reddat bonorum operum, tertiam nunc in spe, & in re postea, & in illa quisque mansionem meritis accommodatam, consequatur. Rickelius exponit *sortitò*, sed cum divino simul instinctu, deputatas Apostolis ad prædicandum, provincias. Citat illud ex 2. ad Corinth. *l. Nos non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Mensura regulæ videlicet erat, ut Paulus *portaret nomen Christi coram gentibus. Regiis & filiis Israel* m, *& non ubi nominatus erat Christus, ne super alienum fundamentum ædificaret* n. Bruno Carthusianus idem vult esse *sorte*, quod gratis & *divisionem terræ*, dona Spiritus sancti, quæ dentur ejectis gentibus multiplicium vivorum, *in funiculo distributionis*, hoc est, inæqualiter, *secundùm mensuram donationis Christi* o. Idem ferè habet dictus Hieronymus, Remigius, Haimo, Beda, aliiq; Dicunt etiam Remigius & Haimo, gentes ejectas, esse malignos spiritus: & Haimo terram divisam, esse quoque Ecclesiam, in qua *sorte*, idest, non humano judicio, sed sola Dei electione (hanc innuit κληρος, undè Clerici) non solùm sunt conjugati, sed presbyteri, &c.

Mystica expositio.
l c. 10. 13.
m Act. 9. 13
n Rom. 15. 20
o Eph. 4. 7.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum Tribus Israel.) Hieronymus, *collocavit*. Magis editio nostra rem expressit, & verbum Hebræum וישכן *iaschen*, & Græcum ἐσκήνωσεν, quasi dicas *tabernaculavit*. In Psalterio Ecclesiæ Vaticanæ lego *habitavit*, transitivè. Videri potest mendum, quia Faber ex Romano, quod est idem, recitat, *habitare fecit*, nec usquam reperi transitivam hujus verbi significationem. Transfert anagogicè Augustinus aliique ad cœlestem gloriam, undè peccantes Angeli ejecti sunt, quidam ad habitationes Gentilium, quibus Christiani successerunt. Constat tabernacula etiam de fixis domibus, sedibusq; usurpari, ut aliàs notavimus: & Apollinarius hoc loco sic exposuit:

Anagogicus sensus.

ῥιζώσας καὶ φύλα κατὰ κλίσιν ἑαυτῆς.
Corradicans per Tribus cum tabernaculis suis.

Arabicè, sunt *tabernacula*: Illyricè, *rura*.

Vers. 56.) Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum, & testimonia ejus non custodierunt.

Vers. 57.) Et averterunt se, & non servaverunt pactum, quemadmodum patres eorum conversi sunt in arcum pravum.

Vers. 58.) In iram concitaverunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum provocaverunt.

Sensus loci.

VAlde indignans Propheta reperit querimoniam adversus ingratissimum populum, jam priùs aliquoties *a* inculcatam in hoc psal. quòd quum nullum Deus benefaciendi faceret finem, illi nullam facerent malefaciendi, atque certare malefactis viderentur sive criminibus, cum benefactis & muneribus illius. Nam adhuc, inquit, magis ac magis majestatem illam summam tentare ac irritare non destiterunt, nec illius præcepta, quibus declaravit & contestatus est quid ab eis vellet, exigeretque, servare, curaverunt, sed obstinatissimè violarunt: indignissimè etiam, turpissimèque terga illi verterunt, neque pactis conventis, sive promissis steterunt, imitati ea in re majores suos sub duce Moyse; sed inde resilierunt ad similitudinem arcus pravi, distorti, & obliqui, qui inter jaculandum aliò mox vertitur à vafro jaculatore, quàm initio intenderet, quum tendebat & jaculabatur, sicque alium nec opinantem dimissa ferit sagitta, quàm velle videbatur, vel ita casu fit, præter sagittarii voluntatem, & propter defectum arcus. Hæc Deo res maximam movit iram atque veluti zelotypiam, scilicet, quòd longè alios ei sese exhibuerint, quàm præ se ferebant, & ad quod videbantur, prout etiam debebant, dirigi, & ipse expectabat ab aliis, nempe frequentando lucos, altaria, epulas sacrilegas in excelsis locis, item statuas erigendo, & constituendo, quas idololatrarum more colerent superstitiosissimè pro Diis. Si sagittario vitium tribuas, intelligitur populus hic esse, sagittæ autem & arcus divina beneficia, quæ detorsit ille, ac pervertit in malum usum, prava sua intentione. Si perversitatem in arcu velis esse, dices Deum sagittarium, qui eò referebat, velutique dirigebat munera sua, & præcepta, ut populus recta ferretur ad ipsum, & ad studia pietatis, reliquarumque virtutum, undè ille malitia sua deflectebat, & in contrarium sese convertebat. Satius est ut eumdem populum affirmemus similem arcui pravo, vel etiam tenenti arcum pravum, qui non eò collimaverit, quò videbatur collimaturus; & præ ignavia, seu laxitate animi, tamquam nervi laxioris in arcu, scopum divini cultu firmiter, constanterque non attigerit, sed irrita resilierit sagitta ejus, vel recepta sit sine ictu, & ipse reversus, ut esset absque jugo (veræ religionis) factus sit, ut ait Oseas *b* *quasi arcus dolosus*, idest, lentus, laxus, remissus, parvus, ex quo frustrà sagitta jacitur. Hic ipse populus est, de quo antea *c* sub vocabulo *filiorum Ephrem* dicebatur, *filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum conversi sunt in die belli*. Verùm hac de re rursus postea.

a vers. 8, 9, 10. 11. 17. 18. 19. 22, 32. 36 37. 40. 41. 42. 43.

b Os. 7. 16. *c* vers. 9.

Et tentaverunt & exacerbaverunt Deum excelsum, & testimonia ejus non custodierunt.) Similia occurrerunt priùs in hoc ipso psalmo, & in aliis præcedentibus. Videntur notandæ dumtaxat conjunctiones hic habere vim exaggerandi, idemque valere, ac *attamen*, *sed*, *& tamen*, & similia. Undè Apollinarius.

Ἀλλ' ἔτι περίσαυτο, &c.
Ipsi verò adhuc tentaverunt, &c.

Distinguit Hugo in his, & sequentibus totius sententiæ verbis, veluti sex peccata, in istis dolum, infidelitatem in religione, & omissionem: in aliis duobus quæ sequuntur apostasiam: in similitudine arcus pravi, subtractionem promissionis: in postremis idololatriam. Addit *testimonia; quæ non custodimus, nec diligimus vehementer* d, ut par esset, scripturarum esse, vel Patri, Verbi, Spiritus sancti: de usu potestatis, sermonis, septem donorum: vel spiritus aquæ, *sanguinis* e, idest, gratiæ, baptismi, Eucharistiæ.

d Psal. 118. 127 e 1 Joan. 5. 7. 8.

Et averterunt, se, & non servaverunt pactum.) Hier. *aversi sunt, & prævaricati sunt*. Primum verbum idem importat, quod *converti retrorsum, retrocedere, transferre se* שׁסג *issogu*, secundum, quod *prævaricari, fallere, fraudibus decipere, perfidè agere* יכזר *ijughedu*. Græcè, ἠλλάξαντο, ἠνομήσησαν, ubi Latinè additum est priore loco (*se*) ad euphoniam: pro secundo verbo multi codices habent ἠθέτησαν, quod magis probat Hieronymus *f*, & significat *prævaricati sunt*, illo autem alio monet includi nomen *pacti*, quod Græcè συνθήκη, dicitur. In aliis duobus Psalteriis Latinis, *observaverunt*. Videntur hæc dici de populo, quum esset sub judicibus, atque sub Josue. Etenim polliciti Hebræi *omnia quæ Josue præceperat, facturos, quocumque mitteret, ituros, sicut obediverant in cunctis Moysi, ita obeditiros & illi*, & qui secus fecisset, ei mortem imprecati *g*, contra ejusdem Josue mandatum *h* prævaricati sunt, & usurpaverunt de *anathemate* i, & sæpe aliàs, quum Dominus, pacem dedisset, & omnem terram promisam, ita ut *ne unum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuisset, sed rebus expleta essent omnia* k, declinare ad idololatriam visi sunt aliqui, *altari, constructo*, tametsi sese hac de re purgaverint apud alios *l*, & fœdus ferierint cum Chananæis, aras eorum non subvertendo, quum Deus sicut pollicitus erat, non irritum reciisset pactum, sed terram dedisset, quemadmodum eis exprobravit Angelus Domini efficacia tanta, ut lacrymas excuteret *m*: deinde *servierunt etiam Baalim & Astaroth, dimiseruntque Dominum Deum patrum suorum, & ad iracundiam concitaverunt* n. Applicari id potest malis Christianis, religiosis, clericis, *qui avertuntur, ne eant post tergum Domini* o, *& suamet illos aversio increpat* p, *atque interficit* q: nec servant pactum baptismi, aut pœnitentiæ, religionis, ordinis, sed verba pacti quæ præcepta sunt, (saltem postquam id inierunt sponte) ut facerent, non faciunt *r*.

f Ep. 135.

g Josue 23. 16. 17. 18. hc. 6. 17 18. 19 ieq. 1. & seq k c. 21. 41. 42. 44. l c. 22. 10. & seq.

m Jud. 2. 1. 2. 3. 4 5. n vers. 10. 11. 12. 13. 14. & sæpe toto libro. o Esa. 9. 13. p Jer. 2. 19. q Prov. 13 r Jer. 11. 8.

Quemadmodum Patres eorum.) Videlicet sub Moyse, cui etiam quam promiserant obedientiam *s* non servaverunt, ut hac in parte verum Josue dixisse censendi sint *t* *sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi*, neutri enim obedierunt. Valet in utramque partem majorum exemplum: & facilè causantur posteri, quando possunt, si reprehendantur, non esse meliores partibus suis, sic vel sic factitatum ab illis: imò verò pejùs quàm patres operantur improbi *u*: bonorum rationem non habent, nec attendunt ad Abraham & Saram *x*, idest, ad Apostolos & apostolicos viros, & *filios sanctorum esse* y. Exprobravit Christus z, & Stephanus *a* eamdem patrum imitationem Judæis, in malum. Sic priùs quoque in hoc ps. *b*, *ne fiant sicut patres eorum, generatio prava & exasperans*, &c. Joannes etiam *progeniem* vocans *viperarum*, pessimorum parentum filios pessimos. Quo pacto parentum vel sanctitas, vel improbitas transfundatur in filios, benè disputat Toletus *c* noster. Constat facilè communicari naturalem quamdam filiis inclinationem sive ad bonum sive ad malum, non quòd ipsamet alia peccata, præter originale, transmittantur, licèt id videatur probabile Augustino *d*, & Leoni *e*, ut rectè demonstrat Anselmus *f*, & quia nec justitia illorum tranmittitur; nec quia fiunt animæ ex traduce, ut idem Augustinus refert ea de causa nonnullos existimasse, sed propter crasim, & temperamentum corporis, quod ipsis etiam vitiis nonnihil depravatur. Accedit tum educatio, tum naturalis in filiis ad imitandum parentes instinctus: tùm merita, vel demerita, propter quæ Deus tribuit posteris plura, pauciorave beneficia, ita ut hac ratione *redeat in memoriam Dei iniquitas patris, & peccatum matris non deleatur* h, qua de re Anselmus *i*.

s Exod. 24. 7 t Josue 24. 21.

Majorum exemplum causantur posteri.

u Jer. 7. 26. c. 16. 12. x Esa. 51. 2. y Tob. 4. 18. c. 8. 5. z Matth. 23. 30. 31. 32. 33 a c. 7. 51. 52. 53. b vers. 8. 9. Quæstio de transfusione sanctitatis vel improbitatis patrum in filios. c In Luc. 1. 1. annot. 9. d Enchir. c. 46. & 47. e epist. 86. f de concep. Virg. c. 23. g l. de orig. anim. 6. h Ps. 108. 14 i de concept Virg. c. 14.

Conversi sunt in arcum pravum.) Hieronymus, *incurvati sunt quasi arcus inutilis*. Alii, *conversi sunt ut arcus dolosus*, vel, *conversi sunt retrorsum velut arcus fraudis*, vel, *rebellarunt sicut arcus vitiosus*, Illyricè, *& converterunt se in arcum inversum*, Arabicè, *& conversi sunt ut arcus tortuosus* In Psalterio Gallicano & Romano, nec non apud Cassiodorum, & Gregorium K, *in arcum perversum*, cujus quoque lectionis Augustinus meminit: Cassiodorus verò & Gallicanum Psalterium præponunt conjunctionem, *& conversi sunt*, quam etiam expressit Psalterium Arabicum, & Illyricum. Notat Nicephorus τὸ ὡς, esse *ἀντὶ τοῦ ὥς*, *in*, pro *sicut*,

K 17. mor. c. 18.

sicut: Pluribus exemplis potest idem ostendi. Dixit in ea phrasi dupliciter hoc exponi, aut per arcum pravum, perversum, tortuosum, obliquum, laxum, inflexum, σφεζλόν, *fallacem*, seu *dolosum* רמיה *remijah*, item imbellem, impotentem, invalidum, ἀπτόλεμον, ut Apoll. reddit, designari vitium populi, qui se habeat ut arcus in manu Dei tamquam sagittarii, aut eumdemmet populum habere rationem sagittantis, arcuque vitioso utentis.

Præter hos sensus, qui videntur indicare sagittam aliò directam, & alteri, nocentem, videlicet amico, quàm præ se ferebat velle is qui jaculabatur, quod est à pietate ad impietatem declinare, innuere mihi tertium videtur Apoll., ut ex vitio arcus redundet damnum in sagittantem, sive vitium ex malitia & dolo illius ortum sit, sive ortum inde non sit, hoc est; sive studiosè arcum alio deflexerit, quàm in eam partem in quam videbatur initio velle jaculari, sive ita contigerit casu, uteretur arcu vitioso, qui fefellerit ipsum, ac læserit. Sic autem canit Apoll.

ἀπτόλεμον δ' ἀτορόξον ἐχον σφεζλαύχενα λάζυγα.
Imbellem verò tamquam arcum habebant, qua erat iis collum invertens nocumentum.

Ita profectò accidit, ut ipse sibi noceat peccator, suisque scelerибus seu sagittis in se ipsum intortis vulneret, & *diligens iniquitatem, oderit suammet animam* a, *ova aspidum rumpat, comendensque de eis moriatur*, & *quod conforum fuerit, erumpat in regulum* b, quia nemo non priùs in se, quam in alterum peccat, inquit Remigius. Convenit id etiam pravo Doctori, qui fit item *quasi arcus dolosus* c, & divinorum verborum sagittas ad salutem à Deo directas retorqueret in suam aliorumve damnationem, vel ut hoc loco docet Hieron. nominatus, in blasphemias Domini, quod Augustinus dicit contra nomen Domini. Id verus Hieronym. *d* applicat detractori, quia sicut sagitta si imittatur, inquit in duram materiam, nonnumquam in mittentem revertitur, & vulnerat vulnerationem, illudque completur; *facti sunt mihi in arcum pravum*, & alibi *e qui mittit in alium lapidem: recidet in caput ejus*; ita detractor, quum tristem faciem viderit audientis, imò ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, illico conticescit, pallet vultus, hærent labia, saliva siccatur. Gregorius *f*, convertit ait in arcum perversum arrogantem doctorem, quia dum contra elationem verba facit, in seipso sagittas figit; sicut perversus ipsum, à quo intenditur percutit. Id sibi vult alius *g* psalmus, gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum suum: gladius eorum intret in corda ipsorum, *& arcus eorum confringatur*. Illud præterea hinc elici potest ethicum documentum, pejores ferè nullos esse, quàm qui aliquando meliores divinam gratiam præveruntur, quod Augustinus *h* de monachis apostatis scribit. Hoc nimirum est *converti in arcum pravum*, idest, qui non obediens manui, si fortè retendatur, vel vi impetuque suo frangitur, vel in priorem revertitur, formam, quam in qua erat, antequam tenderetur. Accidit præterea nonnumquam, ut qui majore primùm ardore animum ad pietatem religionemque adjecerunt, ii citius resiliant in contrarium: quemadmodum maximè tensus arcus, subitò retenditur: & quidquid excedit consuetum modum, esse diuturnum nequit. Littera *i* adhuc sensu *convertit in arcum pravum*, posset esse, infeliciter succedere bella, & quod antea *i* dictum est, *intendendo & mittendo arcum sagitasque, converti in die belli*. Quod hic, sicut ibi, ad mores tranferri potest.

In iram concitaverunt eum in collibus suis.) Hieron. *& provocaverunt eum in excelsis suis*. Chaldaicè in textu Nebiensis נכסתירון *beuamathehon*, simili voce qua Hebr. extat נכסותם *beuamotham*, sed in Bibliis Regiis textus Chaldæus habet בנכסהון *benichsehon in sacrificiis sui*. Græcè ἐν τοῖς βωμοῖς αὐτῶν. Sunt במות *bamoth excelsa, sacella, luci*, ubi etiam altaria in sublimi loco extuebantur; nec vox ista usurpari solet nisi de cultu superstitioso. Gentilibus mos erat Diis sacrificare in excelsis locis; ut legere est non apud profanos dumtaxat Auctores, sed passim in historia sacra Regum, & in Deuteronomio *k*, & in libro Numerorum *l*, Jeremias *m*, quoque *mendaces* appellat *colles*, *& multitudinem montium*. Gentiles in editis numerosis locis, seu lucis suos sepeliebant, iisque parentabant, mox quasi diis sacrificabant. Ritus idem cum idololatria transiit ad Hebræos, & inhibitus est à Deo *n*, sed cum nihilominus mos ille invaluisset, immolaverunt etiam in lucis Deo vero religiosi Hebræi, ut Gedeon *o*, Samuel *p*, Elias *q*, David *r*, Salomon *s*. Hìc tamen ipse post ædificatum templum, quum jam sublata videbatur omnis occasio adeundi excelsa, erexit in uxorem gratiam idola, fana, lucos, talique populus exemplo ad excelsa rediit, & alii Reges Juda, aut approbarunt, aut permiserunt usque ad Ezechiam, qui *illa dissipavit t*, & cum eadem *restituisset Manasses filius u*, *Josias funditùs abstulit x*. Negat Abulensis *y* contra Lyranum, & Hebræis cuiquam id licuisse absque peculiari Dei dispensatione, quia scriptum est de Salomone antequam declinasset ad idololatriam, quòd *z dilexit Dominum ambulans in præceptis patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama*. Hac item de causa soli laudantur tres Reges David, Ezechias, Josias, præterque istos, omnes peccatum commisisse scribuntur, quia *reliquerunt legem Altissimi* & nimirum qua caverat sacrificium in Excelsis. Est quidam collis propriè Hebræo nomine נבעה *ghlubhah*. Sed hoc nomen hìc à LXX. lectum Agellio non credo. Multo minus quod asserit obsoni similitudinem, idem esse במה *bamah*, & βημὸν. Significat propriè βωμὸς *aram*; quamvis Synecdochè templum ipsum. Atqui in collibus & excelsis excitabantur aræ.

Et in sculptilibus suis ad emulationem eum provocarunt.) Hebraicè in integrum verbum יקניאוהו *iekuiuhu amulefecerunt*. Arnobius videtur legisse, *amulati sunt*. Addit Chaldæus ad sculptilia etiam idola צלמיהון *tsilmehon*. Arabicè sola idola nominantur. Synonyma sunt sculptilibus idola; quamvis latiùs pateant idola nempè non omnia sculpta. Quum vetuit DEUS sculptile, & omnem similitudinem ad adorandum addidit: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes a*, & repetens Moyses præceptum simile, *Dominus zelotes nomen ejus*, inquit, *Deus est æmulator b*. Idem magna cum indignatione, & quasi zelotypia Ezechielem invitavit ad sublevandos oculos in *idolum zeli*, *& provocandam æmulationem c*. Istum zelum, & indignationem ipso habitu & figura quam gerebat, demonstrabat Deus; videlicet habens aspectum ignis *splendoris electrica d*, idest ignis flammantis, & auri splendentis, quæ sunt amantis, ac zelotypi symbola. Denique conqueritur ac minatur Deus *e*, *ipsi me provocaverunt in eo qui non est Deus, & irritaverunt in vanitatibus suis*; Chaldaicè, *propter idola sua*, &c. *ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima*. Polychronius *f* idolum zeli dictum docet sumta translatione à mulierculis, quæ viris relictis miscentur cum alienis, virosque concitant ad zelotypiam. Profectò *zelus & furor viri non parcet in die vindictæ g*, illi, qui *ædificaverit sibi lupanar, & fecerit sibi prostibulum h*, sed ei dicet, *va, va i*, nec elvetur corpus zelotypiæ *k*. De excelsis Riberam lege *l*, ex quo videtur Castro *m* mutuatus. Juxta tropologiam provocant Deum in collibus sive in excelsis hi, qui dignitatibus & opibus præditi sunt hasve ambiunt, præsertim qui pro ratione status ab his abstinere deberent, certè illas non ambire, ita ut quod de regibus Juda sæpè repetitur, *verumtamen excelsa non abstulit*, quum alioquin laudabiles extitissent, solique id duo præstitisse narrantur, de istis etiam dici possit, & in tales quadret *n*, *qui habitas in cavernis petræ* (nempè claustralis) *& apprehendere niteris altitudinem collis*, aspirando ad prælationem, quamvis se in hujusmodi collibus & excelsis sacrificare, ac servire Deo prætexant. Censetur autem vacare *sculptilibus*, qui sua sibi dogmata sculpit ac fingit, ac veluti colit, nimirum scripturam trahens repugnantem ad suam voluntatem; *planè imaginem falsamo*, & adulterinam, quam execratur DEUS zelotes, amator *eloquiorum castorum p*. Quisquis præterea alteri peccandi præbet exemplo suo occasionem provocat Deum ad æmulationem in sculptili suo: videtur enim quodammodo adorandum idolum proponere. Contra idololatriam non est nunc quod agamus; nec verò etiam pro cultu imaginum religioso, quem non licet reprehendere ex eo quòd hìc idolatria vituperetur. Tractatum est hoc argumentum alibi *q*, ostensumque, cur aliquando certum genus imaginum fuerit magis in usu, quàm aliud, sculpturarum, quàm pictarum, præsertim in parietibus juxta canonem *r* Concilii Illiberitani. Lege hujus Concilii egregium defensorem Ferdinandum de Mendoza *s*, & opus nostri Vasquez *de adoratione t*.

a *Psal.* 10. 6.
b *Esa.* 59. 9. Nemo non prius in se quam in alterum peccat.
c *Osee.* 7. 6.
d *ep. ad Russ.*
e *Eccl.* 27. 28
f 27. *mor. c.* 27.
g *Psal.* 36. 14.
h *ep.* 137.
i *ps.* 89
k *cap.* 12. 2
l *cap.* 22. 41.
m *c.* 3. 2. Locus sepulturæ Gentilium.
n *Deut.* 12. 2
o *Jud.* 6. 19.
p 1. *Reg.* 7. & 9. & 10.
q 1. *Reg.* 18. 19. *& seq.*
r 1. *Paral.* 21. 26.
s 2. *Paral.* 3. 3. *Reg.* 3. & 4. *Reg.* 18. 4
u *cap.* 21. 3.
x 2. 23. 13, 14. 15. 16.
y *in* 3. *Reg.* 2 9. 20. *& in c.* 3 4. & 5.
z 3. *Reg.* 3. 3. *& Eccl.* 49. 6.
a *Ex.* 20. 4. 5
b *Deut.* 3. 4. 24.
c *Ezec.* 8. 3. 5
d *vers.* 2. Zelotypi symbola.
e *Deut.* 32. 21. 22.
f *en catena Ezech.*
g Prov. 6. 34
h *Ez.* 16. 24.
i *vers.* 13. & *Num.* 5. 14. *& seq.* Tropologia 11. *de templo c.* 2.
m *in Jer.* 5. 3. *num.* 10.
n *Jer.* 45. 16.
o *Sapient.* 13 13. *Jer.* 2. 19. *Abac.* 3. 18.
p *Psal.* 11. 7.
q *in Act. Ap.* 17. 23. 25.
r *Conc.* 37.
s *lib.* 3. *c.* 5.
t *lib.* 2. *disp.* 5. *c.* 2. *n.* 123 *& seq.*

Vers. 59.) Audivit Deus, & sprevit, ad nihilum redegit valde Israel.

Vers. 60.) Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.

Vers. 61.) Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Sensus loci.

OStendit effecta divinæ iræ, indignationis, zeli, & violati honoris vindictam, nam quasi tanti criminis perveniſſe ad illum clamor, tamquam vel abientem longiùs, vel non attendentem, vel diſſimulantem, ait aliquando tandem clamantia illa ad cœlum, & ad ipſum ſcelera, exaudiviſſe; qui populum Hebræum tanti priùs præ cunctis aliis faciebat, offenſum denique tam indigna & enormi ingratitudine, contemſiſſe, fuſas pro eo preces rejeciſſe, vilem habuiſſe, pro nihilo duxiſſe, valde humiliaſſe, tradendo inimicorum poteſtati. Præterea eò iram evaſiſſe dicit, ut repudiaret tabernaculum, quod ipſi antea erat in Silo, illud, inquam, tabernaculum, in quo dignabatur majeſtas tanta, cui auguſta ſedes cœlum, terræ amplitudo ſcabellum, inter homines auguſtè, arcteque diverſari. Quòd autem arcam repudiaverit, quæ populo erat vice armorum, atque roboris contra hoſtes, & ſingulare ipſius decus, & ornamentum, inde conſtitit quoniam permiſit eam ab hoſtibus capi, & in eorum venire poteſtatem Narratur hoc ultimum præcipuè in libro Regum primo *a*.

a c. 4.

Audivit Deus.) Chaldaicè, *auditum eſt coram DEO.* Additur Arabicè, *autem*, *audivit autem*; in Pſalterio Gallicano, & *audivit*, in Romano, & apud Caſſiodorum, *audivit Dominus*. Explicat Auguſt. *adverſit*; Haymo, *intellexit*: Bruno, *animadvertit*, Remigius, *conſideravit*: Beda, *cognovit*; nimirum tot, ac tam nefaria populi crimina, potiſſimum idololatriæ. Verbum שמע *ſciamah* b Gen. 42. 23. redditur interdum *intelligere* b. Poſſunt etiam innui verba hominum idola colentium, & Deum verum blaſphemantium, ut exponit R. Kimhi: aut fictè pœnitentium preces, aut quas alioquin pii fundebant pro illis. Sed in genere placet Euthy. annotatio, eo hoc modo hic *DEUM* dici *audiviſſe clamantes voces*, ideſt, ea omnia, quæ impiè populus operatur, quo & *vocem ſanguinis Abel clamantem olim audiverat* c; & *Sodomorum, atque Gomorrhæorum voces* d; quia ipſa peccata clamant coram DEO, atque Authores ſuos produnt: poſtremò auditum adſcribi DEO è ſcriptura, quando commotum illum eſſe ſignificat ad vindictam. Attentiſſimæ ſolent eſſe aures illius, qui zelo tangitur ad ſingula verba, quæ proferuntur ab eo, qui ipſum ad æmulationem provocet. Nil mirum ergo ſi provocatus *Deus audiviſſe* dicatur: auris enim zelus audit omnia, & *tumultus murmurationum non abſcondetur* e. De peccatis clamantibut ad Deum Hugo hoc loco, nos alibi, quæ ſunt, *Sodomiticum* f, *homicidium* g, *fraudatio mercenariorum* h, *oppreſſio pauperum* i.

b Gen. 42. 23.
c c. 4. 10.
d c. 18. 20.
e i. 10. ubi vide comm. noſtrum.
f Gen. 18. 20.
g c. 4. 10.
h cap. 5. 4.
i Exod. 3. 7.

Et ſprevit.) Hieronymus *diſtulit*. Chaldaicè רגז *reghez*, iratus eſt: quomodo etiam vertunt alii ex Hebræo, aut idem valentibus aliis verbis. Arabicè, *avertit ſe ab eis*, ſignificat יתעבר *iithhabber ira exardeſcere, & in iram modum excedere. tranſire*, quæ ultima notio propria primaque eſt thematis עבר *hhavar*. Sic priùs verſu 21. *ideo audivit Dominus, & diſtulit*. Inde repete quæ propoſito congruunt. Qui valde iraſcitur cuipiam, ſæpe ſpernit; & dum ſpernit, iratum ſe valde demonſtrat, nec loquentis verba, præceſve, aut aliorum pro ipſo, quamvis audiat, exaudit, ſed contemnit, rejicitque. Apollinarius contemtum interpretatur, improbum conſilium populi à DEO.

ἐνθ' ἀϊων ἀθέεσε Θεὸς κακοεργέα βαλὺν.
Hinc audiens neglexit Deus improbum conſilium.

Sprevit Deus pravum conſilium, preces pro ſe ipſo, & aliorum pro illo, ipſummet etiam populum, atque omnia quæ ad eum ſpectabant. Sed & contemtibilis eſt DEO valde, quem ſuperbia effert: *habitantem in ſciſſuris* k *petræ*, ideſt, profitentem, ac præ ſe ferentem à communi aliorum vita ſeceſſum ac ſeparationem: ducit Sacerdotes tales Deus inglorios, & *effundit deſpectionem ſuper ejuſmodi Principes* l: *ſpernit omnes diſcedentes à judiciis ſuis* m: *confundentur, quoniam Deus ſprevit Deum*, **ſpernetur ab illo* o.

k Abdia v. 7.
l Job. 12. 21.
m Pſ. 117. 9.
* p. 50. 6.
o Eſ. 53. 1.

Et ad nihilum redegit valde Iſrael.] Hieronymus, & *projecit vehementer Iſrael.* Alii, *execratus, abominatus, deteſtatus, averſatus, abhorruit.* Arabicè, *ſprevit.* Chald. *abominata eſt*, vel *projecit anima ejus valde.* In aliis Latinis Pſalteriis, apudque Auguſtinum, & Caſſiodorum, *nimis*, pro, *valde*. Eſt מאס *meas reprobare, abjicere, repellere, ſpernere, flocci facere, nihil habere.* Eadem valet ἐξουδένει. Pro hoc verbo Græco, in Pſalmo 14. *p* eſt נזה *niuzeh*, Latinè, *ad nihilum redactus eſt*: in 57. *q* eadem phraſis Latina reſpondet eidem Hebræo verbo præſentis loci, & Græco: in 58. *r* eſt תלעג *thilhhag ſubſannabis*: in 59. / יכום *javus conculcabit*: in 105. *t pro nihilo habere* dicitur verbis hujuſce quoque noſtri Pſalmi. Interdum *u in nihilum redigere.* Interpres dicit, ubi eſt שמם *ſciamam vaſtare, deſolare, in ſtupendam vaſtationem efficere.* Crebræ victoriæ de Hebræis reportatæ, totque millia eorumdem ſæpius cæſa, nec non captivitates, docent quàm parvi, immò nihili facti fuerint à Deo, & quomodo *qui ſpreverant fuerint* x, & *ignobiles facti* y. Contigit id illis etiam, *qui latentur in nihil* z; B *in nihilum namque rediguntur omnes artus* eorum *a*, ac toti etiam ipſi; utpote cum jam deſierint eſſe homines, & *ut jumenta facti ſunt* b. Omitto tropologiam ſumtam ex nominis Iſrael Etymologia, ſive ſit *videns Deum*, ſive potiùs *prævalens Deo*, & quo pacto redigat peccatum hominem in nihilum. Antitheſis apta, ut populus, qui fruebatur veluti viſione DEI, & cognitione, ac uſu rerum divinarum, & certabat quodammodo cum illo, extorquens præcibus quæ volebat, & gratiæ tantis muneribus præditus erat, ac in tanto pretio habebatur apud omnes gentes, vice verſa propter peccatum in tam abjectam, vilemque conditionem dejectus fuerit. Transferri id poteſt ad quemvis, qui ex juſtitiæ ſtatu exciderit.

p verſ. 4.
q verſ. 8.
r verſ. 9.
f verſ. 14.
t verſ. 24.
u Iob. 16. 6.
x Eſ. 33. 1.
y 1. Reg. 2. 30.
z Am. 6. 14.
a Iob. 16. 8.
b Pſ. 72. 22.

Et repulit tabernaculum Silo.) Hieronymus, *reliquit.* Alii, *repudiavit.* Arabicè, *damnavit.* In Pſalmo 26. *c* & 93. *d* redditur *derelinquere*: in Ezechielis c. 29. *e projicere*, & in Amos 5. *f* paſſivè, *projici*. Non quomodoliber reliquit Deus tabernaculum, ſed iratus tradidit Philiſthæis, nempe arcam. Narratur hoc in C libro Regum primo *g*, quum *poſt cæſa ex Iſrael à Philiſthæis quatuor millia* h, *tulerunt arcam de Silo in caſtra* i; & nihilo minus in alio prælio *ceciderunt de eodem Iſrael triginta millia* k, *& arca capta eſt, duoque filii Heli Pontifici mortui Ophni & Phinees* l, *& tali nuncio de ſella retrorſum caden fractis cervicibus Heli periit* m: *nurus autem illius prægnans erat, vicinaque poſt partum morti, nomen filio impoſuit Ichabod, quia translata eſſet gloria de Iſrael, arca capta* n. Primus arcæ conſtitutus poſt peregrinationem deſerti, locus, fuit Silo, Hebraicè שלו *Scilo*, Græcè σηλώμ, apud Arnobium *Silon*, apud Auguſtinum *Selom*, niſi apud utrumque ſit mendum. Urbs de Tribu Ephraim prope Bethel, *ad Septentrionem, & ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona* o. Tribus à Jeruſalem diſtans leucis, ut Bocado *p* placet; aut quatuor milliaribus, ut videtur Abulenſi *q*, & à Sichem viginti. Erat ob pulchritudinem locus ille idoneus, in quo tantiſper maneret arca, donec major ædificandi templi ſe præberet commoditas, ut Joſephus ſcribit, qui nominat urbem Siluntem: & quod ait Abulenſis *r*, ea ratione poterat Joſue *de Tribu Ephraim* t, accuratiùs obſervari facere quæ pertinebant ad ſanctitatem tabernaculi. Manſit ibi arca uſque ad tempora Helcanæ Patris Samuelis *u*, imò & uſque ad ultimum annum Heli Sacerdotis, quum inde adducta eſt in caſtra, & capta à Philiſthæis *x*, ut antè dixi; quod ſpatium conſtitit annis 369. juxta Chronologiam Hebræorum *y*; juxta alios 351. ex opinione Abulenſis *z* 476. quod nunc non curo: Deinde manſit *in Azoto* menſibus ſeptem *a*; inde remiſſa *in Betſames* b. tùm *in Chariathiarim* c: ubi manſit uſque quo David, confirmato jam regno ſuper Judam & Iſrael redexit illam, & *manſit in domo Obededon* Gethæi *Tribus menſibus* d, in quadam villa prope Jeruſalem *e*: poſtea duxit David in domum ſuam, in ſuperiorem partem Jeruſalem; quæ vocata eſt civitas David, *& ei conſtructum eſt novum tabernaculum* f diverſum à Moſaico, quod erat in Gabaong. Hoc loco de tabernaculo Moſaico agitur; ſequenti membro de arca.

c Jer. 7. 12.
d Pſ. 131. 6.
e Pſ. 77. 60.
f 1. Par. 16. 1.
g 1. Reg. 4. 3.
h verſ. 10.
i verſ. 11.
k verſ. 17.
l verſ. 11.
m verſ. 18.
n verſ. 19. 20. 21. 22.
o Iud. 21. 20. in deſcript. terræ Sanct.
p 1. Reg. 1. 3.
q 1. Reg. 1. 3.
r 5. Ant. c. 1.
s in Joſ. c. 17.
t Num. 13. 9.
u 1. Reg. 1. 3.
x c. 4. 10.
y cap. 11.
z 1. Reg. 1. 8.
a c. 5. & c. 6.
b c. 6. 12.
c cap. 7. 1.
d 1. Par. 13. 12.
e Joſephus 7. ant. 19. c. 4.
f 1. Par. 15. 1.
g Lyr. ibid. Abulenſis 3. Aeg. 1. qu. 41. Ribera 1. de templo c. 2. Caſtro in Jer. 6. 7. qu. 8.

Videtur porrò Moſaicum tabernaculum ex Silo tranſlatum eo tempore, quo arca translata eſt in caſtra, primum

missim *in Nobe* civitatem Sacerdotalem *a*, de hinc *in Ga-* A fiamusque *sicut hortus dissipatus* (verba sunt Jeremiæ *q*) ubi nullus virtutum gignitur fructus. Citat Apostolum *r*, qui nos & membra nostra vocit templum Dei, ac Spiritus Sancti. Spernit Deus, ut antè dictum est, neque curat nos, si spernamus, & offendamus eum; neque est *qui imputet illi si perierint natione quas fecit* *. Tam multos creando nasci voluit DEUS, quod ad suam gratiam non pertinere præscivit, ait Augustinus *s*, ut in multitudine incomparabili plures sint illis, quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est, ut etiam ipsi rejectorum multitudine ostenderetur, quàm nullius momenti sit apud DEUM justum quantalibet numerositas justissimè damnatorum: atque ut hinc quoque intelligant qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi universæ, quod tam magnæ parti ejus redditum cernerent, non solùm in eis, qui originali peccato multa addunt malæ voluntatis arbitrio; verùm etiã in tam multis parvulis, qui tantum modo vinculo peccati originalis obstricti, sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Hæc, & his plura, horroris plena, sed tamen B vera Augustinus.

Elicere hinc quoq; licet Deum in templis habitare singulari quodam pacto, virtute, efficacia, præsertim ob præsentiam Corporis Christi, secundum quam verè dici potest Christum Deum esse in locis illis, habereq; tabernaculum seu habitationem in hominibus, intraque loculum, quod etiam vocamus tabernaculum, & ciborium.

Præterea, quum aliqua saltem ex parte causa extiterint peccata filiorum Heli Sacerdotis Ophni & Phinees, patrisque nimia in illis reprehendendis indulgentia, facilitasque, cur tabernaculum & arca repellerentur de Silo, & populi ederetur strages tanta, vereri possumus ne similis in Clericis, & Ecclesiasticis nostris culpa concitet in Ecclesiam totam graves calamitates, plagasque ab irato Deo; & illis scientiam repellentibus, repellat eos Deus, *ne Sacerdotio fugantur* t; *atque repellat altare suum, & maledicat sanctificationi suæ* u, quòd Hebraicè dicitur נאר *nier*: Græcè ὠπὸ τινάσσειν, *elongare, projicere, odio, & fastidio habere, abolere*.

Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.) Hieronymus omissa C conjunctione, quæ tamen extat Hebraicè, *tradidit in captivitatem virtutem suam, decorem suum in manu hostis*: quamvis in textu Treveti, & Victorii sit pro virtute, *gloria*; conjunctio verò ante verbum apud Trevetum. Alii *fortitudinem suam, & gloriam suam*: In Gallicano & Romano Psalterio, & apud Gregorium *x* virtutes, *& pulchritudines*, quamvis alibi *y*; utatur lectione nostra Illyricè, *in deprædationem*. Arcam intelligunt omnes, cui propterea meliùs convenit singulari numero, virtus & pulchritudo: etsi collectivè pro multis unum poni soleat, & ab arca multa commoda ac decora proveniebant. Dicitur autem arca virtus & pulchritudo vel sua singulariter, ideſt, reciprocè sumendo, pro ejus, nempe populi, vel sua, hoc est, Dei: item *eorum*, nempe Hebræorum: quoniam Deus virtutem ἰσχὺν עוז *hhoz*, *robur potentiam*, *vim* & *pulchritudinem* תפארת *tipheteth*, κάλλος, videlicet *ornatum*, *gloriam*, *decus* per arcam demonstrabat, sed in populi gratiam; qui, (ut ait Augustinus) inde sibi videbantur invicti, & inde sibi plaudebant. Alibi docuimus D nomine gloriæ כביד *chauod* appellatam arcam, indeq; nomen inditum filio nurus Heli *Icabod*, eò quòd tunc *gloria Domini translata est*, nimirum arca capta *z*; sic verò etiam in Psalm. 131. *a*, quæ nominetur *arca sanctificationis Dei*, τῦ ἁγιάσματος, Hebraicè dicitur arca virtutis seu roboris הוז *hhoz*, & quidam Græci, habent ἰσχύος, aut κράτους. Ubi Paraphrastes *legem* interpretatur, sicut & in isto Psalmo, quia nimirum ejus observatio vires suppeditat; & intra arcam recondebatur, Minatur Deus ablaturum *fortitudinem populi & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum* b his modis describens templum, & præcipuum templi ornamentum, quod erat arca. Locus autem habitationis gloriæ Dei appellatur *c*, *tabernaculum*, *templumve*: *atque domus sanctificationis & gloriæ* d Minùs ad rem quam addunt Hugo, Ayguanus, Rickelius expositio, *virtutis*, pro fortibus populi; *pulchritudinis*, pro nobilibus pulchrisque. Lyrano etiam placuit primùm. Valentia quoque *virtutis* vocabulo totam potentiam intelligit: *pulchritudinis* autem divitias, & mulieres, At sensus quem

dixi,

a 1. Reg. 21. 1.
b 2. Par. 1. 3.
c Ioseph. 2. de bello, c. 23.
* 3. Reg. 8.
Ioseph. 8. 4. & 10 c. 2.
d 2. Mach. 2. 12.
e c. 7. c.

f vers. 13.

g Ier. 7. Ier.

h 1. Reg. 1. 3. Jud. 21. 2.

i Gen. 49. 19.

k ibid.

l Exod. 25. 8.
m c. 1. 14.
n Bar. 3. 58.

o ibid. n. 16

p Pisc. 1. Lament.

q Thren. 1. 6
r 1. Cor. 3. 16. 17. c. 5. 19. Reprobatio impiorum non imputatur Deo.
* Sap. 11. 11. Ubi lege comment. nostrum.
s Epist. 157.

t Osea 4. 5.
u Thren. 1. 7.

x 8. Mor. c. 30. vel 37.
y 4. Past. c. 1.

z 1. Reg. 4. 21.
a vers. 8.

b Ez. 24. 25

c Ps. 25. 8.
d Esa. 64. 11.

dixi, verus est, posteaque subditur de aliis mentio, A Non dubium quin Eucharistiæ absque ulla comparatione, aptius conveniant Epitheta *virtutis & pulchritudinis*, aliaque similia.

Sensus mysticus a Marc. ult. 16.

Fidem præterea, & cetera Ecclesiastica institutta, mysteria, sacramenta, Latini passim, post Bedam, mystico sensu interpretantur culpa quandoq; nostra auferri à nobis. Exprimit Remigius illos, qui se salvari putant per fidem tantùm, negligendo bene operari, & abutendo verbis illis *a*, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*, nec attendendo quòd *fides sine operibus mortua est* b. Hugo applicat ad Clericos, Prælatos, Religiosos, qui deberent esse Ecclesiæ robur, ac decor sed ob eorum peccata *egreditur à filia Sion*, ideſt, ab Ecclesia, *omnis decor ejus, & facti sunt Principes ejus velut arietes, non invenientes pascua, & abierunt absq; fortitudine* c. Is quem putant esse Hieron., putat manifestè hic Davidem excidium illud, quod in Jerosolymis sub Tito, & Vespasiano actum est, præcognovisse. Sic ille loquitur. Adjicit votivam tropologiam, ut concupiscentia decidat, erecta potestate virtutum; forma iniqui amoris corruat. Bruno Carthusianus explicat captivato veluti libero arbitrio per peccatum, ita ut reddatur infirmum ad bene agendum, & de innocentia, virtutibusq; in diaboli potestatem quodammodo pervenientibus. Magis distinguit Ayguanus de captivitate peccati, quia *iniquitates suæ capiunt impium* d, & quoniam *Lex in membris repugnans legi mentis captivat in lege peccati* e; *& qui facit peccatum servus est peccati* f, præterea de captivitate pœnæ, tùm temporalis, tùm æternæ, ita ut *qui in captivitatem duxerit* (animam suam peccando) *in captivitatem vadat* g (damnationis æternæ) *nisi solverit* ante mortem *vincula culli sui captiva filia Sion* h, vocata anima *in libertatem gloriæ filiorum Dei* i, *qua libertate nos Christus liberavit* k, *& veritas ipsa* l, sed secundùm *legem perfectam libertatis* m, *& ut servi Dei, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem* n. Gregorius o quum docet in suam destructionem laborare, qui exemplo Ezechiæ p, bona quæ agunt, quasi divitias congregatas nunciis Babylonis ostendunt, citans præsentem locum, ait; quòd virtus & pulchritudo arrogantium inimici manibus traditur, & quos maligni Spiritus ad jactantiam provocant, eorum opera captivantes denudant, atque deceptæ illorum menti, ex dictorum operum elatione dominantur.

b Jacob. 2. 26

c Tigur. 1.

Tropologia

d Prov 5. 22. e Rom 7. 23 f Joan. 8. 34. Captivitas pœnæ duplex. g Apoc. 13. 10 h Esa. 52. 2. i Rom. 8. 21. Gal. 5. 13. k Gal. 5. 1. l Joan. 8. 32. 36. m Jac. 1. 25. n 1. Pet 2. 16 o g. Mor. c. 30 vel. 37. & 4. Par. c. 1. p 4. Reg. 20. 13.

---

me, quibus locis eadem verba sunt Hebræum, & Græcum. Apollinarius,

ἐκ ἔτ ἀπολώφησον ἀεὶ φίας ἐξαναιρίζον.
Non adhuc gladius cessavit semper eos interficiens.

Quid si conclusum dicat quis in gladio populum, quando faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel, quia caverant Philisthiim, ne fortè facerent Hebr. gladium aut lanceam, & quum venisset dies prælii, non est inventus ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filius ejus? Id quidem Lyran. & Ayguanus ad sequens refert membrum (*& hæreditatem suam sprevit*) & nihil strenuis militibus magis ignominiosum, quàm retusis uti armis. Sed non ineptè fortassis de hoc ipso membro possit accipi, ut concludi in gladio sit in eas redigi angustias, ut ne gladii quidem tractandi potestas fieret. Accommodat Rickelius hoc ad populum Christianum sæpè à Saracenis in terra Sancta expulsum & occisum: vel ad unumquemque à tentatione, atque à suamet perversitatem in anima interemtum. De tentatione Diaboli quum suum sortitur effectum, Gregorius *t eductum & egredientem de vagina gladium* u interpretatur; illum quem alius canit Psalmus *x evaginatum* à peccatoribus ut deciperent pauperem & inopem, ut trucidarent rectos corde.

1. Reg. 13. 19. 22. 23.

t c. 15. Mor. c. 13. u Iob. 29. 25. x Ps. 30. 14.

Et hæreditatem suam sprevit.) Hieronym. *distulit* sicut vers. 59. ubi erat idem verbum Hebr. התעבר *hithhabber*, & Græcum ὑπερηδεν, Relege ibi dicta. Hebræus populus vocatur sæpe Domini hæreditas, ut alibi notavimus; vel certè terra ipsa promissionis, quam populo suo peculiari Deus assignavit, eo nomine appellatur, quam spreviſſe censeatur, quando multas illius urbes à Philisthæis capi permisit.

Juvenes eorum comedit ignis.) Hieronym. *ejus*, nempe populi. Igni consumti non leguntur Hebr. Sed *ignis* nomen accipi solet pro gravi clade, ac internecione, ut pro lapidatione, ut aliàs docui: aut hic significat fervorem prælii aut strictos fulgurantes ac veluti flammeos gladios: aut incensam in eos Dei iram. Aptè autem verbum *comedit*, juvenibus convenit, qui præfervidi sunt, & æstuant furore, præsertim quum dimicaret, quasi major minorem flammam devoraverit. Sic supra versu 21. *Ideò audivit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel.* Et hoc loco Apollinarius ignem cognominat divinum,

οἰκτρὰ μὲν νήθεος κατερόησετο δεσπέσιον πῦρ.
Miserabiliter quidem juvenes devoravit divinus ignis.

Vers. 62.) Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam sprevit.

Vers. 63.) Juvenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ.

Vers. 64.) Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.

Sensus loci.

EJusdem divinæ iræ, zeli, vindictæ alia pergit effecta declarare, præter superiùs enumerata; nempe, quòd gladio populum suum Deus cadere fecerit, quatuor primùm millia, deinde triginta in conflictu cum Philisthæis, & quem antea ut charissimam hæreditatem habebat, contemserit, suaq; defensione ac protectione privaverit; item quòd ex eodem populo absumerit juvenes & robustiores quoq; sæva belli vi, gladiisq; in morem ignis omnia devorantis præterea virgines, puellasque nubiles, aut recens desponsatas vel occidi permiserit, vel abripi in captivitatem, ita ut non esset qui complangeret, ob nimis atrocem & omnibus communem calamitatem: sed & eodem inimico gladio sacerdotis summi filii Ophini, Phinnesque occubuerint, & viduatæ maritis matronæ, præ dolore morientes caruerint consueto plorantium officio, in tanta illa omnium perturbatione atque mœstitudine. Extat horum narratio in 1. Reg. c. 4. toto.

Et conclusit in gladio populum suum.) Chaldaicè, *& tradidit occidentibus gladio populum suum*, Arabicè, *& copulavit populum suum ad gladium*. Habent vim יסגר *iasgher*, & συνέκλεισεν, ui indicent undique quasi obsessos, conclusos, constrictos, qui effugere gladium non possent neq; cædentibus resistere. Similes formulæ Psal. 30. *q* & 34. *r nec conclusisti me in manibus inimici*: &, *effunde framcam, & conclude adversus eos qui persequuntur*

q vers. 9. r vers. 3.

R. Kimhi docet על דרך משל *bhal derech mascial* secundùm viam proverbii vocari אש *es ignem*. הטלחמה *hammilchamah* bellum. Apud Jerem.*, *ignis egressus de Hesebon, & flamma de medio Sion*, significat acerrimos milites igni similes, secundùm alacritatem, celeritatem, & pugnandi fervorem. Ceterum, dicitur ignis comedere, manducare, vorare, devorare, lambere y, tribuiturque ei os & lingua z, præterea nutrimentum, & alimonia, fomes, esca a. Videtur enim augeri ac nutriri subjecta materia, sicut suscepto animal nutrimento. Poetis familiaris est ea dicendi forma. Sed & vulgò ita loquimur, ut dicamus, ali, augeri, vivere, mori, occidive ignem, quod Lucretius b trucidari dicit: & alii flammam & ignem cognominant vivum, vividum, edacem, voracem, avidum, &c. Nec defuerunt qui propriè vitam illi attribuerent c, qui nutriri videtur, ut dixi, semper ei quidpiam accedere & decedare: devorare materiam: fumum velut ex decoctione alimenti exhalare: ex se perpetuò moveri: maximè agere. Legendi Plutarchus d, & Dionysius e. Euthymius τοὺς νεανίσκους vult fuisse adolescentulos nondum militantes una cum domibus exustos: quod secundum asserit etiam Basilius sive Theodoretus. Concedi hoc potest. At νεανίσκων nomine possunt intelligi etiam nuptiis habiles, ac militiæ; sicut & per בחורים *bachurim* quos Hebræi vocant ita, quasi electos ad omnem rem, & opus, & bellum, ut passim constat in divinis litteris: & νεανίσκων collocat Pollux in quarta ætatum hebdomode, quæ inchoat ab anno 21. Non placet item mihi expositio, quam, præter modò dictam, attingit Ayguanus, quòd ignis luxuriæ Philisthæos invaserit,

* c. 48. 45. y Ps. 20. 10. Num. 11. 1. Deut. 5. 25. 9. 3. 2. Reg. 22. 9. 1. 3. 18. 38. lib. 4. 1. 12. Job. 15. 34. c. 20. 26. c. 22. 20. c. 31. 12. Esa. 5. 24. ser 48. 45. Ex. 25 25. Ioel. 1. 19 20. c. 2. 3. 5. Naq 3. 13. 15 Soph. 1. 18. Zach. 9 4. c. 11. 1. Iac. 5. 3 z Es. 5. 24. a Exod. 35. 14. Lev. 3. 16 Es. 9. 19. c. 30 33. Ex. 15. 4. Num. 28. 24. b lib. 6. c Arist. refer. 2. de gen. 1. 50. de puse. ignis ne an aqua sit utilior. d cal. hier. e 15.

Improbata Ayguani expositio.

rit, quo succensi, virgines, de quibus membro sequenti, violaverint.

Mysticus sensus.

Idem auctor mysticè interpretatur per *juvenes* peccatores, ob conditiones malas ejus ætatis quas 2. Rhetoricorum describit Aristoteles. Explica: fusiùs, & quatuor tradit modos, quibus eadem ætas bene regatur. Ad tropologiam pertinet ignis concupiscentiæ in masculis junioribus, & sequenti membro in fœminis, quum hoc nomine non vituperantur, sed laudantur, ut notant Hugo, Rickelius, Beda, Remigius Bruno, alii; qui etiam de illis qui deberent esse in bono strenui, &c.

Et virgines eorum non sunt lamentatæ.) Hieron. & *virgines ejus nemo luxit*, Alii cum Chald. quoq; paraphrasi, *non sunt laudatæ nimium Epithalamus, & hymenæis, defueruntq; sponsi*, nempe juvenes quos comelit ignis, ideſt, bello perierunt, qui eas ducerent, vel recens ac nuper ductas hymnis ac reliquis nuptialibus honoribus prosequerentur. Sexta editio ex Aquila ἐκ ὑμνήθησαν, *non sunt hymnis celebratæ*: Symm., Theodotio, quinta editio ἐκ ἐπνίθησαν, *non sunt laudatæ*. Affinis interpretatio aliorum, *non sunt nuptæ, nuptui vetitæ, sine honore perierunt innuptæ*. Arabicè, in activa significatione, *& virgines eorum non plorarunt*, quod ambignum est, an ipsæ alios non plorarint, an ipsas alii. Illyricè, *& virgines eorum lamentati non sunt*. In emendatis Sixtis Bibliis Græcis est activum ἐπίνθησαν, non autem ἐπενθήθησαν. Apollinarius in eadem voce reddidit,

ᾗ εὐετὶς ἄνθιον ἰὼν ὀλοφύρατο παρθενικάων.
Neque ulla velut prodiens luxit virginum.

a *Serm.* 41. 31. *Matt.* 1. 27. *Luc.* 7. 32

Latinum verbum *lamento* a, nunc passiva forma, sed activa tamen etiam significatione *lamentor* a, Interpres usurpat. Verbum hujus loci Hebr. est הוללי *hullalu*, ab הלל *halal*, in activa voce *pual* significat *laudari*; sed tunc non esset exprimendum ו *vau sciurec* longa vocalis *u*, & *daghes* in primo לו, sed: *chibbuts* vocalis punctum brevis *u*, cum *daghes* in primo ל *lamed hullalu*, quo pacto Ricardus Cenomanensis legit, extatque in Bibliis Hebræis Roberti Stephani, editis anno 1540. Idem à ילל *ialal eiulare, plangere, lamentare* significat in *hophal*, activa voce verbi הולל *holal*, scribendo per notam *o* longi, quæ dicitur *vau helem* ו, & absque *daghes* in primo ל *lamed* הוללו *holalu*, *eiularunt, planxerunt, lamentaverunt*, seu *lamentatæ sunt* in activa notione verbi *lamentor*, vel *lamentati* in genere masculino, quod valere potest Hebr. verbum generis utriusque, sicut & præcedens reddi potest passivè, laudati. Unde ex Hebræo vertendum in genere masculino. Sensus esset, *& virgines ejus non sunt laudari*, ideſt, aliquid supplendo, circa virgines ejus nempe populi, nullus laudatus est, quod scilicet feliciter nuptias celebrasset. Vel, *& virgines ejus*, nimirum populi, *non lamentaverunt*, hoc est, non fuit qui decantaret elegos, nænias, carmen lugubre. Ex quo sequitur, ut virgines, passivè loquendo, non fuerint lamentatæ, ac deploratæ, quia defuit qui lamentaret atque deploraret; non fuerint etiam laudatæ, & honoratæ oratione sepulchrali; non fuerint laudatæ epithalamio, & hymenæo, quia, ut ait ille c,

c *Ov. 5 Fast.*

——*qua nupsit, non diuturna fuit.*

d *Ieb. 3. 7.*

nec nox nuptialis *laude digna* d. Procul dubio LXX. respectunt habuerunt ad radicem verbi ילל *ialal*, & secundùm emendatos codices, qui habent activum, ἐωεύησαν, legerunt activæ conjugationis *hophal* verbum *holalu*, αἱ παρθένοι αὐτοῦ οὐκ ἐπενθήσαν, *virgines eorum non lamentaverunt*, ideſt, ipsæ lamentaverunt. Quod attinet ad sensum, parum refert passivè sumere aut activè, participium, *lamentatæ*, quia reciproca sunt, non esse lamentantes virgines, seu quæ lamentent, & non esse quæ lamententur, quando cunctæ de medio sublatæ sunt, vel præ calamitatis magnitudine, id nec libet, nec licet. Nihilominus videtur Interpres passive accepisse, & legisse apud LXX. ἐπενθήθησαν, quia hoc magis congruit cum sequentis versus verbis, *& viduæ eorum non plorabantur*. Propter quam causam à contrario sumtam, hoc est, quia vult ibi quoque legi activè, *plorabant*. Agellius contendit accipi activè hoc loco participium, *lamentatæ*. At plures ex veteribus saltem, præsertim Latinis, utrobique passivam vocem agnoscunt: Deniq; sensus est, quem innuit uno verbo Augustinus, non vacuisse in hostili metu operam dare lamentis, & complorationi, &, ut ait Cassiodorus, funeri justa persolvere. Hoc melius, quàm de sola virginum vel captivitate, vel violatione, ut videtur Hugo velle, atq; Ayguanus. Tropologiam apud eosdem lege, aliosque, nec non apud Philippum e Greveum, quam & priori indicavimus membro. Philippus animi fortitudinem juvenibus, virginibus pudicitiam designari scribit, quæ maximè serventur, quando anima orationis devotione munitur, & à corporis voluptatibus separatur: per sacerdotes ac viduas hæc innui; & istis de medio sublatis, prioribus locum non esse.

Tropologia e *Serm.* 169. *in Psal.*

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.) Numero quoque singulari pronomen, *ejus*, Hebraicè est. De Ophni & Phinees occisis in bello à Philisthæis passim exponitur. Addit R. Kimhi alios Sacerdotes, qui erant cum arca, quando capta est. Credi potest; de duobus tamen mentio nominatim fit, quia peccatis suis provocaverant iram Dei, & eorum Deus interitum per Samuelem prædixerat, & priùs per alium virum Dei f. Non est liberum, ut Hugo putat, Sacerdotes hic sumere etiam in accusativo casu, &, *ceciderunt*, à cædo, cædis, significat נפלו *naphelu*, ἔπεσον *ceciderunt* à *cædendi* verbo, & Sacerdotes ipsi cecidisse dicuntur, non alii eos cæcidisse, ideſt, occidisse; quamvis unum ex alio sequatur. Phrasis scripturæ cadere in gladio, sit gladio occidi, & occumbere, quod sit cadendo. Hugo inter alios mysticos lentius, illum tangit, ut cadere sit cedere ob tribulationem, animo dejici, veluti desperare quum è contra justi jubeantur respicere, & levare capita sua g. Rickelius explicat de Prædicatoribus, qui ipsomet gladio verbi DEI, quem tractant, se ipsos occidunt, *& in quo alios judicant, se ipsos condemnant* h.

f 1. *Reg.* 1. 34. c. 3. 12. 18. c. 4. 11.

g *Luc.* 21. 24

h *Rem.* 2. 15.

Et viduæ eorum non plorabantur.] Hieronym. *non sunt fletæ*: sed futurum exponit per præteritum; quod nunc habet puncta vocis activè תבניכה *thiuchenah*, sed LXX. retento futuro κλαυσθήσονται passivæ vocis legerunt in eadem voce mutatis תניכה *thibbachenah*. Quam lectionem sequutus est etiam Hieronymus. Romanum Psalterium habet, *non ploraverunt*. Non dubitat Agellius erroris arguere lectionem nostram, qua tamen præter dictum Psalterium, & Apollinarium non vidi qui uteretur,

ἐξίφει θνήσκον ἑκὰς ἀνέγεον ἀρητῆρας.
Non gladio mortuos planxit Sacerdotes.

Probat propterea ex Ezechiele *i*, εἰ μὴ κοπῇς, ἐὰν μὴ κλαυθῇς, *non planges, neque plorabis*. Sed præterquàm quòd licèt ibi quidem ita nunc extet in emendatis Sixtinis, in aliis sunt activa κόψῃ & κλαύσῃς, seu primum mediæ vocis; Non debet præjudicare communi lectioni præsentis loci exemplum unum verbi quod omnino passivæ vocis & significationis est, semel in activa usurpati à LXX. non ab alio quod sciam. Nec potuit Agellius absolutè asserere codicem Græcum hic habere activum verbum. Sensus est similis aliorum verborum præcedentium, *virgines eorum non sunt lamentatæ*; ubi etiam idem Agell. contendebat pro activa significatione; nimirum ob gravitatem cladis acceptæ, non licuisse viduis viros defunctos lugere; ex quibus etiam uxor Phinees audita viri morte, præ vehementia doloris simul & partus, periit K. Genus hoc mulierum obnoxium est maximè calamitatibus, & auxilio plurimùm egens, atq; consolatione. Ideo Job l inter alia pietatis opera, quæ de se ipso modeste enumerat, ait, *cor viduæ consolatus sum*.

i *c.* 24. 16.

K *1. Reg.* 4. 19. *& seq.* l *c.* 29. 13. Viduæ consolatio, pietatis opus.

Vers. 65.) Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.

Vers. 66.) Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.

TEmperat misericordia atq; benignitate justitiam ac vindictam Deus; *iratus recordatur misericordiæ* m, punit illosmet quos vexari permisit, suos, & quorum usus malo fuit in bonum; & excesserunt in Dei populo, quamvis commeriti, pœnarum modo. Itaque DEUS postquam diutiùs dissimulavit, ac dormire visus est, dum tantam Philisthæi exercebant de populo ipsius stragem, & indignissimè arcam Sanctam tractabant, Deumque

m *Abac.* 3. 2.

ipsum impiissimè blasphemabant, tandem aliquando, A di alacriorem & valentiorem. Etsi etiam verum est, bene
veluti completo somno, excitatus est ad auxilium & ul- digestum in somno vinum, ut nuper dicebam, sicut cor
tionem populi sui, injuriarumque suarum: & militi forti lætificat, ita reddere virium alacritatem. Derivant ὄινος. ὄινος.
similis, cui ex largiter epoto vino alacritas, roburq; ac- aliqui ἀπο τῆς ὀνήσεως, quòd juvet: etsi alii Latinum à
cedit novum, majoreq; in hostem ruit impetu, exasit vi, aut vena. Sic ille in Rutulorum castris
plenus quodammodo indignationis mero in Philisthæo-
rum exitium. Nam percussit eos in natibus, atq; non so- *multoque* k *jacebat*
lum dolorifera, sed infami quoque affecit plaga, cujus *Membra Deo victus*, (ideſt, vino,) k Virg. 6.
numquam elui, & ea hominum deleri memoria posset & de alio canitur *l*: quòd in eo inter alia effecta, Æneid.
ignominia. Ad idem pertinere dedecus videtur, eorum- *quum vini vis penetravit*, l Lucr. l. 3.
dem Deus Philisthæorum Dagon, divinitus de sua deje- *clamor, singultus, jurgia crescunt.*
ctus sede, ac truncus pedes, manusq; ante arcam, quam
irreligiosè detinebant, jactatus. Extant hæc in 1. Reg. Ad hunc modum Deus ἀνθρωποπαθῶς describitur evigi-
a c. 32. 27. cap. 5. Similis in Deuteronomii *a* cantico quædam series lanti & bene poto simili, alacer, audax, furensque.
ubi conquestus de populo suo Deus, tandem subjicit non Nullus hoc Deo, ait Augustinus, dicere auderet, nisi
ita se illum punire velle, quin impios eorum compescat spiritus ejus. Sed circa *crapulari* verbum, quod quum
hostes, qui contra Deum ipsum superbiebant, & bla- Græco κραιπαλιᾶν, affinitatem habet, observa, si- κραιπάλη.
sphemabant. Frigidior est expositio R. Kimhi, Vata- cut & circa crapulam, atq; κραιπάλην, dicit tam in po-
bli, & recentiorum Hebraizantium, de percussis He- tu, quàm in cibo, tam de ebrietate, quàm de comes-
bræis à tergo, & fugientibus, iis maximè, qui erant in tatione, tam de ingurgitatione vini, quàm cibi: quam-
postrema acie. Non esset hoc tantum opprobrium, nec B vis ebrietas adimere videatur cum mente sensum etiam
res adeò magni momenti. Illam opinionem melior Poeta doloris: crapula caput afflictet, mente constante, ut
quàm Christianus, ita expressit. Aristoteles *m* docet: quasi dicatur κραιπάλη ἀπὸ τῆ κάρηνον m Sect. 3.
κάλλεδομ, ab eo quòd caput concutiat, doloreq; ac ver- plobl. in 17.
tigine afficiat, ut etiam Plinius *n* innuit, scribens crapu- n l. 8. 23. c. 1.
Ceu crapula exnussa miles, leneoque sopore
Excitus, arma iterum fugientes vertit in hostes,
Tergaque vulneribus figens imbecillia cæcis,
Perpetuam asperst ventura in sæcula labem.

Ecce excitatus est tamquam dormiens Dominus.) Hiero- *evigilavit*. Idem est experrectum esse vel fieri: sed ויקץ *ijkats* innuit excitationem ac expergefactionem, per quamdam punctionem & extimulationem. Vidimus Psalmis præcedentibus crebrò somnum, & soporem, atq; excitationem, ac exsurrectionem à somno, de Deo dici, quum opem differt, vel confert. Vigilat Dominus, etsi dormire videatur, & *vigilantem* gestat ad puniendum
b Ier. 1. 11. & 44. 27. *virgam* b, *vigilat*, inquam, *super malos*, *in malum* c: Aliunde verò etiam nonnisi excitatus, & quasi punctus, & extimulatus, juxta Hebræi vim verbi, de qua dixi, applicat se ad puniendum.

Tamquam potens crapulatus à vino.) Hieron., *quasi fortis post crapulam vini*. Potast מן *min ex*, *à*, hanc vim habere: vel etiam significare *præ* sive *propter*. Chald. *sicut vir, qui resipiscit à vino*. Alii, *clamans à vino*, vel, *exhilaratus à vino*, vel, *exultans præ vino*, seu, *quadam exultationes cantans, & vociferans*, videlicet, postquam redierit ex somno ad sesita ut & vino obrutus primùm dormierit & post edormitam crapulam, ac digestum somno vinum, denuò illo sese exhilarare verit: ut sic recreatæ recuperatæque atq; refectæ à somno, & vino, suppetant majores vires, & post somnum furor concitatus à vino arma minis-
d Ast. 7. in Epist. 2. tret. In Concilio Niceno 2. *d* ut quidem Latinè legitur, extat, *tamquam potens à crapula vini*. Arabicè, *tamquam Gigas experrectus à vino*, addit enim spiritus quosdam vinum, & vivaciorem reddit, juxta illud.

Vina parant animos.

& ebrietas

e Horat. lib. 1. Epist. in 5 — *in prælia trudit inertem* e
f Matt. 3. Epigr. in 61. & facit ebrius, quod
— *non faceret id sobrius unquam* f

& vocat Sapiens *g* ebrietatis (quæ parum differt à cra-
g Eccl. 3. 40. pula, ut ita dicam) animositatem, dicitq; quòd πλεονάζει θυμὸν ἄφρονος. Illyricè hoc loco, *& sicut robustus inebriatus à vino*, ut inebriatio nec enervet vires corporis, nec adimat usum rationis, sed copiam & efficacitalem sumti vini denotet; sicut sæde numero *inebriandi* verbum in
h Gen. 43. 34 Ps. 22. 5. Ps. 33. 9. Ps. 64. 10. 11. Cant. 5. 1. Eccl. 24. 42. Es. 55. 10 Agg. 1. 6. Ioan. 2. 10. 1 vers. 6. divinis litteris *h* est נכור *ghibhor*, ut Psalmo 18. *i* vidimus. Gigas, aut quilibet fortis & potens, qui dicitur hoc loco, Græcè γίγας & מת רונן *mithronem* est, ut ait Kimhi, idem quod צועק *tsohhak clamans*, quòd sit, ut aliàs docui, sive ob lætitiam, sive ob luctum: sive orando, sive laudando, sive cantando, sive modis aliis. Censent alii excitationem à somno hic intelligendam post vinum, quod somno dederit occasionem, & tantisper impediverit usum roboris, ac virium. Sed placet quod dixi, & à Campensi traditur, innuiturq; à Genebrardo, ut post somnum sive conciliatus fuerit à vino, sive non, intelligamus hominem firmis viribus vini sumtione red-

Ad hunc modum Deus ἀνθρωποπαθῶς describitur evigilanti & bene poto simili, alacer, audax, furensque. Nullus hoc Deo, ait Augustinus, dicere auderet, nisi spiritus ejus. Sed circa *crapulari* verbum, quod quum Græco κραιπαλιᾶν, affinitatem habet, observa, si- κραιπάλη. cut & circa crapulam, atq; κραιπάλην, dicit tam in potu, quàm in cibo, tam de ebrietate, quàm de comessatione, tam de ingurgitatione vini, quàm cibi: quamvis ebrietas adimere videatur cum mente sensum etiam doloris: crapula caput afflictet, mente constante, ut Aristoteles *m* docet: quasi dicatur κραιπάλη ἀπὸ τῆ κάρηνον κάλλεδομ, ab eo quòd caput concutiat, doloreq; ac vertigine afficiat, ut etiam Plinius *n* innuit, scribens crapulam vini vocari quoddam condimentum, nempe è resinæ crudo flore. Volunt aliqui crapulam esse ebrietatem ex pridiano die, ἀπο χθιζῆς ὀινοποσίας. Et item κραιπαλᾶν, *desipere, delirare, furere, dementari, insanire, per crapulam*. Eadem ratione מתרונן *mithronen* erit hoc loco *clamans vociferansq; bacchantis & furentis in morem*. Nam & sic alibi Deus comparat se cum loquente *ad similitudinem parturientis* (vid. cum ingenti ejulatu, gemitu, dolore) *dissipando & absorbendo* o. Nec abluit comparatio ejus, o Es. 42. 14. *qui plenum se sermonibus dicens & coarctatum spiritu uteri sui, ait, ventrem suum esse quasi mustum absq; spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit*: p: præterea illius qui conquerens dolorem ventris & sensum cordis sui turbationem in se, quasi jam enitaretur, dicebat, *non tacebo*, p Iob. 32. 18. 19. *quoniam vocem buccinæ audivit anima mea* q: & rursum, q Ier. 4. 19. *factum* ajebat *in corde suo quasi ignem exæstuantem, clausumque in ossibus suis, & defecisse, quum fere non sustineret* r, quin scilicet eloqueretur. Hugo monet ex his verbis peti thema posse secundùm allegoriam de Christi Resurrectione, in qua excitatus est à sopore mortis, potens in prælio, crapulatus à vino myrrhato, & calice passionis. Potiùs appellarem, sensum accommodationis.

Et percussit inimicos suos in posteriora.) In Concilio Niceno 21. legitur Latinè, *& percussit inimicos suos, & dedit eis in posterum improperium sempiternum*, quod etiam exponitur de improbis potentiis, quibus per Christi Resurrectionem id improperium sempiternum datum sit, nec adorari debuerint idola in posterum. Hieron. *retrorsum*, Alii, *terga*, vel *in anis, pollicibus, natibus, partibus posterioribus*; quam vocat historia Regum *t secretiorem partem natium*, in qua percussi fuerint à Deo Philisthæi, enascentibus præterea muribus, qui nimirum arrodebant partes illas affectas, ita ut computrescerent prominentes extales eorumdem Philisthæorum, & ad id malum arcendum, aut leniendum, facerent sibi Gethæi sedes pelliceas; & nihilominus fieret confusio magna mortis, hoc est, promiscue morerentur multi. Hanc hìc historiam innui, docui omnes, paucis exceptis, sentire, & non de fugatis, ac terga vertentibus Hebræis: etiamsi isti quandoq; dominentur *inimici Dei* u: Hoc magnificè hic u Es. 1. 24. à Psalmista decantari scribit item Rupertus *x*. Paraphrastes hoc quoque loco vertit, *& percussit molestantes eos hæmorrhoidibus, in posteriora eorum*. Negat Abulensis *y* hunc præcisè morbum fuisse Philisthæorum, quem vocant quoq; ficum *z*, seu σύκωσιν, & mariscam *a*, sed totum quidquid est ante secessum, sive in circuitu ejus computruisse, intestinis ipsis etiam computrescentibus, & prominentibus muribus autem, qui ascendebant per crura; corrodentibus intestina illa putrida, ac pendentia. Lyran. *b* appellat dysenteriam vehementem, ita ut intestina inferiora per fæces egrederentur, ac putrescerent, vel scaterent vermibus, ac exteriùs prominerent. Dion. *c* aptam notat pœnam fuisse blasphemiæ, præsumtioni, turpissimæque superbiæ Philisthinorum. Petrus Comestor *d* citat Josephum quasi scribat non tantùm de dysenteria & egestione intestinorum putrefactorum, sed

s Ast. 7. Ep. 2

t l. 1. 5. 6. 7. 8.

u Es. 1. 24.
x in lib. 1. Reg. c. 14.
y 1. Reg. 5. 15
z Matt. lor. Epigr. in 66 & l. 7. in 70
a Juv. lib. 1. Sat. 7.
b in 1. Reg. 5
c ibid.
d in 1. Reg. c 7

etiam

etiam de muribus corrodentibus extales Philisthinorum, at ille *a* mures, ait, segetibus ac fructibus nocuisse, non corporibus Philisthinorum; nominat autem δυσεντερίας, παιδὸς χαλεπὸν, & quòd erant Philisthini ἐκ τὰ ἔντὸς ἀνατρέποντες ἐξεμεῖν ἀναγκάζοντες διαβεβρωμένα, καὶ ὠχριῶντας ὑπὸ τὸ νόσου διαφθαρλένα, *ejicientes ac evomentes*: Idem postea deprehendi notatum ab Abulensi *b* de Josepho, nihil de muribus dicere, an morderent intestina Philisthinorum pendentia, interanea, exesa, & omninò vitiata, seu corrupta dicto morbo. Relinquamus medicis *c* ficum, σύκωσιν, ἀιμορῤῥαγίαν, vel ἀιλορῤοΐδα, marisca. Necessariò tractant hæc illi; nobis ab obscœnis abstinendum, quum nulla urgeamur ad id faciendum necessitate, ut de ulcere, quod vocat Martialis *d* turpe, differamus. Nec sine pudore nominari potest quod hìc appellatur opprobrium: & rident etiam qui curant medici, nam

Caduntur e tumida medico ridente marisca.

præterquàm quòd Abulensis *f*, ut dixi, probat plagam istam Philisthinorum non fuisse hæmorrhoidas, quamvis has Paraphrastes hoc loco nominet, & ita sentiant Hebræi, atque Cajetanus *g*. Miror quid sibi voluerit versio illyrici Psalterii, *& percussit inimicos suos in calcaneum &c.* nisi fortè illam secuta est, quam rejeci sententiam de fugatis Hebræis, tergaque ac talos etiam proinde verentibus, & percussis in iisdem. Hugonis tropologia est percuti in posteriora reprobos, hoc est, in novissimis eorum, quibus sæpè parcitur, in anterioribus, idest, in præsenti tempore: & confundi vehementer, *quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur h*: vel inimicos DEI, qui scilicet Deo sunt magis familiares, nempè clericos in posteriora percuti, quando avaritia & cupiditate bonorum temporalium peccant, nec non luxuria, quod verendum ac turpe vitium est, ita ut *quæ in occulto fiunt ab eis, turpe sit dicere i*; etiam in confessione. Primum ceteri ferè Latini attingunt: & Augustinus innuens locum undè stercora egeruntur; citat Paulum arbitrantem hæc inferiora omnia bona *ut stercora k*; Nec infestivum quod hìc Ayguanus disputat de puerorum disciplinæ causa, flagellatione. Utilis erit auctoris illius lectio Ludimagistris, & moderatoribus hujus ætatis. Bruno Carthusianus interpretatur percussionem per stimulos pœnitentiæ, percussione tendente in posterioribus sæcula, idest, quæ duret per omnem ætatem eorum, ita ut sint ipsis peccata quamdiu vivunt, opprobrium sempiternum, propter testationem, atque pœnitentiam de iisdem.

Idem Hugo ex quorumdam refert testimonio hoc opprobrium Judæos hodieque sustinere, ut in vindictam Dominicæ Passionis, patiantur fluxum sanguinis; & ideo sint pallidi. Scribit etiam Sanctus Vincentius *l*, in signum illius imprecationis, *Sanguis m ejus super nos, & filios nostros*; quando masculi eorum nascuntur, habere manum dexteram plenam sanguine capiti innixam. Id aliqui confirmant exemplo Zaram, qui natus est filo rubro alligato ad digitum *n* Addunt alii, solere pati ipso die Parasceves fluxum sanguinis, totoque tunc pallescere: Nonnulli quod in omni plenilunio idem patiantur, eaque de causa, malo ut plurimùm colore præditi sint. De his meminit Salmeron *o* noster, rectè admonens non videri solidis firmata testimoniis historiarum. Abulensis *p* ait existimare se hoc esse falsum; quamvis viri aliqujus auctoritatis hoc asserant: occasionem autem erroris esse, quòd Hebræi sint magis obnoxii morbo hæmorrhoidum, qui est, quando capita venarum ad os ani terminatarum intumescunt, ac replentur humore crasso sanguineo, qui existit ex indigestione carnium insulsarum, & malè digestibilium; quibus videlicet Hebræi, præ ceteris vescuntur sæpius, ut Romæ bubalorum.

Opprobrium sempiternum dedit illis q.] Ut nempè ob tam fœdum genus mortis riderentur, & quòd ad illud amoliendum, *remittenda fuerit arca cum anis aureis, & muribus totidem r: & quòd truncus jacuerit, pronusque Philisthæorum Deus Dagon s*. Simili morbo affectum Philoctetem, ob Paridis mortem, ferunt; quumque propterea erubesceret, deserta patria, concidisse civitatem, quam ex re Malaciam dixerit *t*: Depygas cognominare Philisthæos possis, non honoris causa, ut Athenienses *t*, sed opprobrij sempiterni. Polydorus *u* Virgilius prodit irrisores, B. Thomæ Cantuarienses, qui equi illius caudam amputaverant, ad instar equorum caudatos factos cum omnibus posteris. Addi potest Valentinianus Imperator, qui Martino assurgere coactus per divinitus immissum ignem, qui sellam regiam aperiens, ipsumque ea parte corporis qua sedebat adflans, excussit invitum *x*. Orandus Deus, *ut auferat à nobis opprobrium, & contemtum y*: & quidem non tam præsentis vitæ, quàm illud æternum nulla oblivione delendum *z*, ut priùs attigi, ubi reprobi certa inurentur nota, & charactere, sicut Cain *a*, præterea *ne demetat posteriora nostra b*; hoc est, futuræ vitæ bona; quamvis in alio sensu ferè contrario tropologicè priùs hæc acceperimus, percussionemque in anterioribus in bonam partem. Non dicam plura, nisi quod Rupertus *c* ait illos, qui victoriam Christi recipere noluerunt, & intelligentes virtutem Dei, *non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, tradidit in reprobum sensum, ut fœmina mutarent naturalem usum in eum qui est contra naturam, & masculi in masculos turpitudinem operarentur d*, quod est opprobrium sempiternum, dicique solet infame, ac nefandum peccatum.

Vers. 67.) Et repulit tabernaculum Joseph, & Tribum Ephraim non elegit.

Vers. 68.) Sed elegit Tribum Juda, montem Sion, quem dilexit.

Vers. 69.) Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.

JAm narrat quemadmodum postquam puniti sunt Philisthæi, & reducta est arca, atque à Philisthæis etiam invitis remissa, vellet autem populus Hebræus dari sibi Regem, noluerit Deus, tali petitione indignatus, hunc esse ex familia Joseph, seu ex Tribu Ephraim, in cujus ditione arca fuerat, hoc est, in Silo; sed ex Tribu Juda, cum regalis dignitatis personam, soliumque (quia Sauli nemo de Tribu ipsius successit; & Jeroboam ex Tribu Ephraim Rex decem Tribuum non fuit electus à Deo) tum habitationem arcæ fixam ac firmam, videlicet montem Sion (etsi enim Jerusalem pertinebat ad Tribum Beniamin, tamen recensetur etiam in Tribu Juda, quia David arcem Sion ceperat, & ascribitur nunc illi *e*, nunc isti Tribu *f*,) quem peculiariter dilexit, & elegit, atque in eo ædem sibi Sanctam construxit, magnificentia, potentia, altitudine similem unicornibus, ut esset ei pro perpetuo quasi fundamento, & sustentaculo, nec sedes amplius mutaret, ut antea ex Galgalis, Silo, Nobe, Gabaon. Quod ultimum Propheta, mente prospiciens ad rem typo designatam, intellexit, non de materiali inanimato templo, sed de spirituali ac mystico, idest, de Christo, ejusque Ecclesia, quibus perpetuitas, & sæculorum convenire duratio propriè tantùm potest. Hoc de templo Christus ipse, seipsum designans locutus *g* est, & pro eo templo quod ædificare David Deo volebat, istam ei Deus domum præsertim promisit *h*, hoc est, nasciturum ex sua familia Christum, *& sessurum super sedem ipsius, ita ut regni ejus non esset finis i, sed esset regnum omnium sæculorum k*, Quem dicunt Hieronymum, exponit noluisse Deum de Tribu Joseph, sive Ephraim, sed Juda Beatam Mariam procedere, ex qua nasceretur, ut dilectionis suæ montem, idest, Ecclesiam, elevaret. Arnobius item ait electum à Christo Sion, in quo nasceretur, baptizaretur, tentaretur in virtutibus, idest, miraculis manifestaretur, pateretur, moreretur, sepeliretur, resurgeret, ascenderet in cœlum. Sumit proculdubio Sion pro Judæa; nec enim ista omnia in monte Sion acciderunt, ac ne unum quidem propriè, quamvis aliqua in Jerusalem, pro qua Sion quandoque accipitur. Observat Augustinus *Joseph & Ephraim* nomina exprimi, quorum alter magni meriti fuerat, alter prælatus in benedictione natu major; non Ruben primogenitum, & alios proximè sequentes quorum peccata detestatus est Jacob, non Benjamin, ex cujus Tribu Saul reprobatus fuit, ut per hæc præclari meriti nomina, repulsum & reprobatum intelligeremus à Domino populum Hebræum, vetusta cupiditate terrena præmia ab illo requirentem; & novum populum Christianum, cui nomen est à Christo, de Tribu Juda illi veteri prælatum, nõ pro suis meritis, sed propter Christum, item Ecclesia non propter præsentis temporis beneficia carnalia Deum colentem, sed futura & æterna præmia oculis fidei longè specula-

a *lib. 6. ant. c. 1.*
b *1. Reg. 5. q. 19.*
c *Celsus l. 6. c. 3. Fernel. 6. de partium morb. c. 11.*
d *l. 7. Epig. 70.*
e *Jos. 18. 28.*
f *Jos. 15. 63.*
g *Joa. 2. 19.*
h *1. Reg. 7. 15.*
i *Luc. 1. 33.*
k *Ps. 144. 13.*
x *Sulpit. 9. de virt. Martini c. 7.*
y *Ps. 118. 22.*
z *Jer. 20. 11. c. 23. 40.*
a *Gen. 4. 15.*
b *3. Reg. 16. 3. c. 21. 21.*
c *lib. 1. in 1. Reg. c. 14.*
d *Rom. 1. 27.*
g *in 1. Reg. 5.*
h *Jerem. 20. 21. c. 23. 40.*
i *Eph. 5. 12.*
k *Philipp. 3. 8.*
l *Serm. in die paraſc.*
m *Matt. 27. 25.*
n *Geneſ. 38. 27.*
o *Tom. 10. tr. 32.*
p *1. Reg. 5. 6. 15. & 19.*
q *1. Reg. 6. 4. 11. 17. c. 5. 3. & ſeq.*
r *c. 5. 3. & ſeq.*
s *Rhod. l. 6. c. 1.*
t *Id l. 4. c. 8.*
u *13. Hiſt. Anglo. i*

culantem, juxta Etymon *Sion*, quod est *speculatio*. Attingit Euthymius eamdem allegoriam de Christo, Christianoq; populo. Hieronymus *a* electam Tribum Juda ait, ideſt, domum confeſſionis Eccleſiam: repuliſſe tabernaculum Joſeph, quod interpretatur, *augumentum*, hoc eſt, eos qui prætermiſſa lege Dei, aureos culturæ ſuæ vitulos addiderunt, & appellantur Oola *b*, ideſt, tabernaculum non Dei, ſed erroris & Dæmonum.

Allegoria. *a in Ezech. cap. 22.*

b *Exech. 23. 2. & ſeq.*

Et repulit tabernaculum Joſeph.) Hieronymus, *projecit*. Alii, *ſprevit, averſatus eſt, abominatus*, &c. Sicut verſ. 59. ubi eſt idem verbum מאס *iimas*, & ibidem, ac inſequenti verſu, eadem ſententia habetur, quæ in iſto. Dixi pſalmo 75. *c* filios Jacob & Joſeph ſumi pro univerſo populo Hebræo: hoc loco accipitur *Joſeph* pro peculiari Tribu, cujus veluti pars erat Tribus Ephraim, de qua propriè ſermo eſt. Secundùm tropologiam Hugonis ut *tabernaculum Joſeph repellitur*, ea religio ſive ordo religioſus, qui quod ſonat Hebraicè *Joſeph*, vacat ſolùm augendis, & exaggerandis facultatibus temporalibus: tamquam Ephraim, quæ vox *ubertatem* ſignificat, etſi non reprobantur, certè non eliguntur: hi divitias habent, quia hoc non eſt quidem malum, ſed nec bonum, & fugiendum potius, quàm eligendum, quia periculoſum. Item ſubdit non elegiſſe Dominum in prælatos de Joſeph, ideſt, nobiles ac potentes ſimiles Joſeph, qui præerat Ægypto: nec de Ephraim, hoc eſt, de divitibus, & abundantibus, quia *non has Gentes elegit Dominus d, & divites e, ſed ignobilia, contemtibilia, infirma f mundi*. Bruno Carthuſianus eos ait repelli à Dei gratia, qui ſimiles efficiantur Joſeph, ut ſicut ille venditus eſt in Ægyptum, ita ipſi per carnalium voluptatum pretium, quas amplectuntur, ſeſe in Ægyptum vendant, ideſt, in afflictionem perditionis æternæ: item non elegi, reprobari, qui, ſicut Ephraim reliquit Jeruſalem, ac perſtitit in regno Jeroboam contra voluntatem Dei, relinquunt Eccleſiam & perſeverant in diaboli ſubjectione. Adjice neminem majorum ſuorum fidere meritis debere, ſi ab eorumd m moribus degeneret.

c *verſ. 16.*

d *Baruch. 3. 26.*

e *Jacobi 2. 5.*

f *1. Cor. 1. 27.*

Majorum meritis non eſt fidendum ſi ab eorum moribus degeneres.

Et Tribum Ephraim non elegit.) Chaldaicè, *& in Tribu Ephraim non complacuit*. Verſ. 9. erat *Ephrem*, *&* ἐφραίμ, hìc reſoluta diphthongo eſt ἔφραίμ. Repetè quæ ibi dixi. Alia Pſalteria habent hìc etiam *Ephrem*. Notant autem Euthymius & Nicephorus reticuiſſe Davidem quæ perinebât ad ejectionem Saulis, ne illi detrahere videretur.

Sed elegit Tribum Juda.) Nec Saul de Tribu Benjamin electus eſt à DEO, nec Jeroboam de Tribu Ephraim. Quamquam quod de Tribu Ephraim dicitur, poteſt referri ad arcæ habitationem, ut ibi amplius non eſſet: quod de Juda ad regnum, ut in hac eſſet. Hoc Euthymius docet, & confirmari poteſt, quia mox de primo agitur (*& ædificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum, &c.*) de ſecundo ſequentibus aliis verſibus: *& elegit David ſervum ſuum*, Myſticè elegit Deus Judam & Judæum ſecundùm ſpiritum, qui confeſſioni vacat ſuorum peccatorum, & laudum divinarum corde, ore, opere, vel ut alios quoque purgent, & ad eadem illa provocent. Hic *Judas deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelibus, non in negatione, & in dolo, ſicut Ephraim & domus Iſrael* g.

g *Oſea 11. 12.*

Montem Sion quem dilexit.) Hic mons electus ac dilectus eſt à Deo per monte Ephraim, ubi erat Silo. Diligit, inquit alio in pſalmo *h* vates de Deo, *portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob*. In eo monte arx David fuit, & in ejuſdem parte Moria templum conſtructum. Sed de iſto monte aliàs egimus, ac de notatione vocabuli, qua contemplantes ac ſpeculantes deſignari poſſunt, & excelſo, ac elevato ad res divinas animo, voluntateque & vita, ſupra communem & vulgarem.

h *Pſ. 86. 2.*

Et ædificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum.) Hieronymus, *in ſimilitudinem Monocerotis ſanctuarium ſuum*, apud Trevetum Paraphraſtes, *ſicut cornu naricornis*: ſingulariter quoq; legit Haymo & Arnobius, & aliquot Codices Græci. Plurali numero *unicornios*, aut *unicornuos* habent alii omnes, etiam editio Arabica & Illyrica. Arnobius *ſanctuarium*. Beda *ſacrificium*: ſed mendosè ut exiſtimo, quia explicat de Eccleſia tota. Pſalterium Gallicanum & Romanum, Caſſiodorus & Auguſtinus, *ſanctificationem*, monetq; ultimus de voce, *ſanctificium*, tamquam recentius excogitata, & videtur intelligere non de loco, ſed de perſonis DEO ſanctificatis. Apollinarius exprimit *mhn templum*, Illyricè eſt *ſanctitas*: Arabicè, *ſanctuarium*, hoc valet מקדש *mikdas*, & Chaldæum מקרש *mukdas*. Deus ipſe Salomoni dixit elegiſſe ſe locum illum, ubi templum erat, *in domum ſacrificii*. *i* Bruno exponit hunc locum de tabernaculo, quod erat ante templum. Pro unicorni, vel unicorniis, (eu unicornibus, vel unicornubus, Aquila vertit ὑψηλῶς, *excelſe*: Symmachus ὡς τὰ ὑψηλά, *ſicut excelſa*. Sicut etiam ex Hebræo aliqui, *ſicut excelſa* nempè palatia: ut ſignificetur templum extructum quantum ambitioſiſſimè fieri potuit, ſimile altiſſimis regum ac ſuperbiſſimis palatiis, inſtar arcis præclaræ, ad ſimilitudinem cœli (cujus ac univerſi totius habebat ſimilitudinem tabernaculum, templumq; ut Joſephus ac Philo teſtantur) ut quemadmodum hoc eſt habitaculum Dei, ſic idem Deus ſuum in terra proportione quadam reſpondens haberet, tametſi *neq; cœlum, neque cœli cœlorum capere illum poſſint*, ut dixit Salomon *k*. R. Kimhi exponit פסן אמונימרסים *cheno armonim ramim ſicut palatia alta*. Cauſa eſt, quia Aquila, & alii ſecuti ſunt lectionem quæ nunc eſt vocis רמים *ramim*, quę ſignificat *excelſa*, ſive *alta*: ceteri רמים *remim*, & eſt in pſalmo 21. *l* & 28. *m* quamvis in ultimo cum א *aleph* ראמים *reemim* (ſicut & apud Eſaiam c. 34. *n*,) & in 91. *o* ſingulariter ראים *reem*. In aliis prioribus pſalmis dictum ſatis de hoc animali, deque nomine Hebræo, & de Græco μονόκερως, & ῥινοκέρως. Hoc loco multi codices Græci habent in ſingulari, ὡς μονοκέρωτος: emendati ὡς μονοκερότων in plurali: quæ lectio magis conſentanea eſt Hebraeæ terminationi, quam vis Enarratores Græci quos viderim, retineant numerum ſingularem: fierique poteſt, ut legerint LXX. ראים *reem*. Quin etiam Baſilius, ſive Theodoretus, Euthymius quoque & Nicephorus, videntur in ipſo numero ſingulari vim conſtituere, ut uni Deo, qui ſolus adorandus eſt, conſtructum templum comparetur cum unicorni. Quamquam hoc poſſet intelligi propter unicum cornu illius animalis, ſive ſingulariter id animal exprimatur, ſive pluraliter. Euthymius præterea Nicephoruſq; notantes nomen κέρας *cornu* ſupplendum ad genitivum μονοκέρωτος, rationem comparationis aſſignant, quoniam illud unicum cornu maximum, pulcherrimum, fortiſſimum, indicat unicum uni Deo dicatum templum in tota Judæa, μέγιστο', καὶ κάλλιστον, καὶ ἰσχυρότατῃ κατασκευῇ, *maximum & pulcherrimum, & forte ſtructura*. Idem ſibi voluerunt qui legentes רמים *ramim celſitatem munitionem, magnificentiam* templi ſunt interpretati. Sed elegantior & efficacior ducitur ex dicto animali ſimilitudo, ac melius innuens habitatorem ipſum excelſi templi Deum altiſſimum, cujus nimirum potentia cunctæ circum gentes debellandæ eſſent, nec ei ab ullius quantiſvis opibus viribuſq; poſſet reſiſti. Sed & monoceros, Æliano *p* teſte, in celſiſſimis, ac inacceſſis Indiæ montibus degere ſolet. Quod ad Chriſtũ etiam in Eccleſia habitantem, eamq; regentem, & protegentem optimè transfertur cum aliis ejuſdem belluę proprietatibus, de quibus aliàs. Illa verò quam Hugo, Lyranus, Rickelius memorant, facit ad litteralem ſenſum, quòd cùm extruxit ædificium, aut luſtrum & foveam ſuam, prohibet diligenter ne aliæ beſtiæ accedant: ad eumdem enim modum curam magnam Templi Deum geſſiſſe, *pacemq; Salomoni dediſſe ab omnibus gentibus in circuitu*. *q* Pertinet eodem, quòd, ut Lyranus & Ayguanus notant, *prohibebatur extraneus actedere ad miniſtrandum, ſub pœna mortis r*. cujus præcepti violati pœnam Saul *ſ*, & Ozias *t* luit. Rickelius attingit illam cauſſam de uno Deo, & de Judæis, qui propter cultum unius Dei unicornes dicantur: ut idcircò etiam Balaam Deum comparaverit cum Rhinocerote *u*. Addit Bruno Carthuſianus, cum cultu & fide unius Dei firmitatem ejuſdem fidei quæ in altum tendat, ad modum cornu, & excreſcat, nec non unam bonæ voluntatis, & charitatis concordiam firmam, & ad cœleſtia tendentem.

i *1. Paral. 7. 12.*

k *3. Reg. 8. 27.*

l *verſ. 22.*

m *verſ. 6.*

n *verſ. 7.*

o *verſ. 11.*

p *16. de animalibus c. 20.*

q *3. Reg. 6. 24.*

r *Nu. 3. 10.*

ſ *1. Reg. 19. 17. & ſeq.*

t *2. Paral. 26. 18. & ſeq.*

u *Num. 23. 22. c. 24. 8.*

Senſus myſticus.

Senſus myſticus conveniunt iſta etiam longè meliùs Eccleſiæ; atq; fidelibus, recta, erectaq; tum fide tum ſpe præditis, intentione etiam recta, concordi charitate, ac virtutibus reliquis, ut unum quærant Deum, rem unam petant & requirant *x*, unam inquam neceſſariam & optimam *y*. Hugo attendit, quòd viriliter tentationibus repugnent, & caſti ſint. Amat videlicet hoc animal caſtitatem, ut aliàs dixi, & ſalutaris in ejus cornu vis eſt contra venena. Repetit hoc item loco Beda proprietatem de munditia & caſtitate dicti animalis, & quòd non capiatur niſi per veras virgines, quum in earum gremio obdormiſcit;

x *Pſ. 26. 4.*

y *Luc. 10. 42.*

miscit,& quòd habeat mundissimum habitaculum. Quod si *sanctificium* sumamus pro personis Dei dicatis, maximè pro Prælatis, ab his Hugo requirit, ut spirituali per se contenti sint potestate, nec temporali tamquam bicornes, abutantur; *scientes arma militiæ suæ non carnalia esse, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum** : præterea, ut in naribus vel fronte cornu gerant discretionis, qua suammet regant potestatem: ut eo feriant elephanti ventrem, hoc est, ingluviem divitum, *quibus pro DEO ventrem colunt a*: ut subdio dormiant, insanas extructiones, ingentiave palatia non ædificando, nec ad alias ædes anhelando, quàm ad cœlum, & requiescendo in arbore, hoc est in cruce Christi.

* 2. Cor. 10.

a Philip. 3. 19.

Præter enarratores psalmi, Cyrillus *b* etiam Alexandrinus differens de Ecclesiæ firmitate, *adversus quam porta inferorum pervalere non possint c*, confirmat præsentis loci testimonio: sanctuarium enim unicorni simile Ecclesiam esse, quæ hostibus horribile cornu erigit, quemadmodum videlicet unicornis cereris etiam animantibus fundatam enim esse (id sequentia textus habent verba) in æternitatem Christo. Ad idem facit, quam dixi vis a cornu unicornis, expellendi venena, id est, omnes errores, ac hæreses. Nec difficile de materiali Ecclesia, quod vocamur quoque templum, hactenus dicta mystice interpretari, & præterea, quod sicut monoceros alias capit feras, dum hæ vigente maximo æstu ad meridiandum se conferunt, in illius lustrum intra condensas arbores, ita tractos Deus peccatores templi pulchritudine, ornatu, elegantia, suavique velut umbra diei solemnis, in condensis usque ad cornu altaris, intra templum ipsum capit, & ferinos eorum trucidat mores. Id cum aliàs, tum verò præsertim fieri videmus ingenti animorum fructu, quando quibus aliis diebus bacchari solent, proponitur venerabilis Eucharistia, vario luminum, peristromatum, reliquiarum, sermonum, varii generis harmoniæ; splendore, apparatu, sanctitate, celebritate, voluptate cohonestata & exornata. Ibi sanctificium est, quia locus in quo sanctificantur homines, propter ea quæ modo dixi, & ob solemnes preces, atq; Sacramentum participationem. Ibi unicornis Christus, ibi excelsum palatium, seu Basilica, in qua via docetur ad Regiam Beatorum.

b lib. 5. in Es. in c. 34. c Matt. 16. 18.

Cornu monocerotis venena expellit.

In terram quam fundavit in sæcula,) Hieronym. *quasi terram fundavit illud in sæculum*, illud sanctuarium, sive sanctificium. Alii, *velut terram quam fundavit in sæculum* ædificavit sanctuarium, ut tamdiu duraret quamdiu terra ipsa. Hoc sibi volunt Hebræa כארציה לעולם *cheeretz iesadah lehholam, sicut terram* (supple quam) *fundavit eam in sæculum*. Chaldaicè *quod*, subaudiendo (permanet) *sicut terra quam fundavit in sæculum*. Arabicè, *& fundavit illud in terra in æternum*. Illyricè, *in terra eam contexuit*, nempè sanctitatem, *in sæcula*. In Psalt. Romano, & apud Arnobium, *in terram quam fundavit in sæcula*. Meminit quoq; hujus lectionis Remigius, & eam refert ex Symmacho Hieronymus *d*, nimirum, εἰς γῆν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν, aitq; si non de terra dicatur quod fundata sit, sed de alia re quæ fundata videatur in terra, ostendendum quid illud sit: si de sanctificio, debuisse scribi, *in terra fundavit illud*. Theodoretus tribuit Symmacho ὡς τὴν γῆν ἣν θεμελίωσεν, *sicut terram quam fundavit*. Augustinus differt à nostra lectione, quòd ponat *in æternum*. Sed ait quod habent Græci codices, εἰς τὸ αἰῶνα, utrum in æternum, an in sæculum dicatur à nobis, in Latinorum interpretum potestate esse, quoniam utrumq; significat; & ideo hoc in Latinis codicibus, illud in aliis inveniri: habere aliquos etiam pluraliter, idest, *in sæcula*, quos in Græcis quos ipse habuerit, non invenerit. Subdit dubitari non posse: Ecclesiam, etiamsi aliis abeuntibus, aliis venientibus ex hac vita, mortaliter transeat, tamen in æternum esse fundatam. Eodem pacto passim alii explicant de Ecclesiæ perpetua firmitate, ac negant etiam Beda, Haymo, Bruno intelligi aliter ad litteram posse; sed, inquit Beda, de tabernaculo, sive templo ædificato in terra Judæorum, in quantum ad significatum: vel, nisi sæculi, ut sæpè solet, accipiamus temporaliter. Nunc in textu Hebræo est כ *che, sicut*, non ב *be, in*: & illud expressim videtur ab ea lectione, quæ habet, *in terram*, prout Remigius quoque declarat, *ædificavit sanctificium suum*, ait, id est, populum suum *in terram quam fundavit in sæcula*, id est, mittendo illum in similitudinem terræ, quam ad id quod terra non movetur. Beda in terra rationem habet culturæ, quæ fit secundum doctrinam fidei, & præceptorum. Ad litteram tabernaculum in templo constitutum est in sæcula à Deo, quantum fuit ex parte sua, & ita fuisset, nisi peccata populi Israel impediyissent, ut Lyranus docet, sed prævisis istis peccatis, negari non potest sub hoc typo aliud tabernaculum, templumque, non manufactum, hoc est, ut pridem dixi, corpus Christi tum materiale, tum mysticum significatum fuisse, cui vera, & propriè dicta perpetuitas convenit, similis ei quæ est in terra, *quæ in æternum stat, e & orbi terræ, quem firmavit Deus, & non commovebitur f*. Non placet mihi Varlenius, asserens in hac oratione, *quem fundavit*, pronomen referri ad *sanctificium*: abutendo, ut fit aliàs, fœminino pro neutro, nempè pro *quod*, ut in alio psalmo, *unam petii, &c.* id est unum. Nullum est pronomen Græce: Hebraicè est affixum fœmininum in verbo סדה *iesadah*, & nota similitudinis כ *che*, ut antea notavi, & quamvis retineatur præpositio (*in*) ut debet, constat adhuc lenius, referendo (*quam*) ad terram; ita ut intelligamus sanctificium ædificatum in terra, quam fundavit in æternum, ut scilicet in hoc illud illi simile esset, nempè in æternitate. Alibi quoq; præpositio similitudinis vim habet etiam cum auferendi casu, ut *g*, *defecerunt in vanitate dies eorum*.

d epist. 135.

e Eccl. 5. 4. f Ps. 92. 1

g sup. vers. 33.

Vers. 70.) Et elegit David servum suum & sustulit eum de gregibus ovium, & post fetantes accepit eum.

Vers. 71.) Pascere Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam.

Sensus loci.

DIxerat de loco templi, arcæ, tabernaculi fixo, & perpetuò, postquam Deus tabernaculum, & arcam transtulerat ex Silo in ditionem Tribus Ephraim; & hanc ipsam Tribum non elegerat, sed præverat, nunc meminit de Tribu Juda, ex qua Regem elegerit Davidem; licèt simul, quia Jerusalem regia sedes erat, & arx David in Sion, censeri possit arca, tabernaculum, templum fuisse in Tribum Juda, cum alioqui propriè locus is pertineret ad Tribum Beniamin, ut prænotavi David autem suam vocationem, electionemque ad regum, summa quanta potest describit modestia, ut Euthymius notat. Vocat se *Dei servum*, pastoremque gregum, non qui præesset quasi Dominus, sed qui immediatè ductaret, pasceret, sectaretur, fœtas foveret oves: dignatum à Deo esse honore tanto, ut ex tam vili officio circa bestias transferetur ad hominum gubernationem, quos ille præ ceteris omnibus maximi faciebat, velut peculium proprium, charissimamque hæreditatem.

Politicæ gubernationis proœmium quoddam ars pastoritia.

Pastoritiam artem proœmium quoddam politicæ gubernationis esse docui psal. 22. *h* & Actuum 7. *i* in qua se se Patriarchæ exercuerint, & Moyses. Lege de analogia pastoritiæ artis cum regnandi arte, Philonem *k*, Platonem *l*, Aristotelem *m*, Clementem Alexand. *n*, Basilium *o*, Procopium *p*. Constat etiam, ac testatur Plato *q*, antiquos Persas fuisse Pastores: de Romanis Varro *r* prodit. Euthymius præfatione in psal. ait Davidem velut regium puerum regali, hoc est, pastorali scientiæ Deo volente, primum vacasse, inter irrationalia præparatum fuisse, vigilando, certando pro grege, periculis se opponendo, contendendo adversus feras, latrones, fures, famem, frigora: præeundo, & advocando ad pascua, ad umbras, ad fontes, ad flumina: revocando, & in unum adducendo virga, voce, cantu, fistula: delectando etiam ac perterrendo: viven di normam præbendo, & medendo; quorum omnium is finis erat, ut non pinguem modò, sed ut moderatissimum etiam & castigatissimum gregem ostenderet. Narratur in Regum libris *s*, electio & injunctio Davidis parvuli pascentis oves, & propterea à proprio patre præ ceteris filiis despecti. Sed & Deus beneficium hoc revocans Davidi in memoriam, & de templo ædificando voluntatem illis probans, ita locutus est, satis innuens quæ hìc adhuc dicta sunt. *Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti, usq; in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo, & in tentoriis, per cuncta loca, qua transivi cum omnibus filiis Israel, numquid loquens locutus sum ad unam de Tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: quare non ædificastis mihi domum cedrinam?* Postea subjicit: *Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses Dux super populum meum Israel*, &c. Christus desi-

h vers. 30.
i vers. 30.
k l. de vita Moysis, & lib. de agricul. & lib. de Joseph, & lib. quod omnis probus liber.
l in civili seu de regno & in Theæteto, & in Minoe.
m 8. ethic. c. 11.
n l. Stro. o hom. 16.
p in Gen. c. 4. & in Exo. c. 2.
q 3. de legib.
r l. de re rust. c. 1. Officium pastoris.
s lib. 1. 16. 11. 12. 13.
t lib. 2. 7. 11. & seq.

designatur mysticè ipse filius Davide, Deiq; servus, ut, hìc passim Enarratores dicunt, quatenus homo, qui paterno consilio, ut ait reputatus Hieronymus, ad redemtionem nostram electus est, de grege mortalium carnem assumens, pascens Christianum populum sive supplantatorem vitiorum (hoc sunt Jacob) sive (quod significare dicunt Israel) mente videntem Deum, ideſt, tum hìc pugnantem, tum in cœlo beatum, & sicut, inquit Cassiodorus, David sublatus ab ovibus pervenit ad regnum, ita ille functus officio pastoris, *sedet ad dextram Patris* a, *Rex regum, & Dominus dominantium* b. Apud Ezechielem c sub nomine David servi Dei, & pastoris suscitandi, Christus designatur.

a Marci 16. 19.
b Apoca. 17. 14. c. 19. 16.
c cap. 34. 23. 37.

Et elegit David servum suum.) Chal. *& complacuit sibi in Davide servo suo.* Quantæ sit dignitatis esse servum Dei, ita ut hoc dici possit regnare esse, docuimus alibi. David *d* gloriatur *se Dei servum esse, & filium ancillæ Dei*, sæpissimeque ita se ipsum cognominat non modestiæ magis, quàm honoris ergo.

d Psl. 115. 16.

Et sustulit eum de gregibus ovium.) Illyricè, *rapuit*, Arabicè, *assumsit*, quod sonat, ἀνέλαβεν. Hebræum autem יקח *ijchkach*; *accepit*: Apollinarius ἐκαλέσατο, *vocavit*. Pro gregibus ovium vertunt alii *septa pecudum* vel *caulas*. Apollinarius μηλοβοτῆρες, *opilsones*. Arabicè *pascua*. Sunt propriè ποιμνία, *greges*, מכלאות *michleoth ovilia, & caulæ* hìc appellatæ à prohibendo, quod valet כלא *chala*. In singulari apud Abacuc, *e abscinditur de ovili pecus* ממכלא *mimmichla*. Vocare possis *claustra, septa, carceres*. Rickelius duriusculè sublatum de gregibus ovium interpretatur Christum, quia præ omnibus electis exaltatus ac glorificatus est, deniq; *electus ex millibus f: & est missus ad oves primùm domus Israel g: tum ad alias, quæ non erant ex eo ovili alios misit h.* Adde Christum ab opere manuum sub imperio parentum, cui ait Basilius *i* vacaviſſe ſua prima ætate sub parentibus, nimirum fabrilem artem exercendo, ita ut faber diceretur *k*, & aratra conficeret, teste Justino *l*, translatum esse ad officium prædicandi.

e cap. 3. 17. Durior expos. 10.
f Cant. 5. 10.
g Matt. 15. 24.
h Joan. 10. 16
i de consc. monast.
k Marc. 1. 6. in Typho.

De post fetantes accepit eum.) Hieronymus, *sequentem fœtas adduxit eum.* Alii supplendo (eunte m) *eum tem post lactantes adduxit eum*, vel, *ab insequendo effœtas adduxit*. Arabicè, *de post lactantes sumsit eum*. Illyricè, *à lactantibus rapuit eum*. Chaldaicè, *à vestigiis lactantium ascivit eum*. Hebræa sic habent עלות רביאו מאחר *meachar hhaloth heuio, de post lactantes venire fecit eum*: vel, *de post fetas, & fœtantes*, ut vertit Interpres. Non est etiam Latinis bonis auctoribus adeo insolens phrasis, de post fœtantes, vel frontes, vel de sub cujus pede, & similes. Cicero *m* usurpat in ante diem Kal. Novemb. Florus *n* de sub alpibus: item rursus M. Tullius *o*, usque ad pridie Kalen. Majas, & sæpius ad pridie, & Balbus apud eumdem *p*, sub posteaquam. Apud Sophoniam *q* est, de post tergum Domini. Apulejus *r*, in coram sui. Aliis modis alii. Quare patitur exceptiones regula Prisciani *s*, Servii *t*, Donati *u*, quod præpositio seorsum non præponatur alteri præpositioni, vel adverbio. Grammaticis id relinquo: solum propugno interpretem nostrũ. Ceterum fœtantes dicuntur, non solùm gravidæ animantes, quòd super illas ascendant עלו *hhalu, mares*, sed etiam exgeneratæ, & lactantes parvulos. Unde illud:

l in Catil. n de bello Ligust. ice & o 2. ad Attic.
p lib. 9.
q c. 2. 6.
r in asino aureo. s lib. 14. & 15.
t in 7. Æneï.
u in Andriam. Terentii.

Fecerat x & viridi fetam Mavortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impavidos.

x Virg. 8. Æn.

Tertia notio fetarum posset esse, pro fecundis, quæ solent edere fœtus. Nescio cur hìc vaccas exprimat Campensis, fœtas quidem legimus cum addito vaccarum vocabulo in libro 1. *y* Regum, suntq; ibi omninò illæ, quæ jam pepererant. Sed Hebræum nomen absolutè positum potius dicitur de minore pecore. Quidquid sit de katino, quod facilius jungi potest aliis in triplici dicta acceptione; quamvis minus usitata sit prima pro gravidis & prægnantibus, minimè ultima: frequentior secunda. Consule de nostris Scholiastas Virgilii, Cerdam *z*, & Pontanum *a*. Græca vox hujus loci λοχευολένων *parturientes ac enitentes ad partum* significat, & Symmachus vertit ἀκολουθησαι ἐγκώμασιν ἤγαγεν αὐτὸν, *sequentem partum*, sive *parturitionem*, (quam vocem Græcam non legi apud alium) *adduxit eum*: Aquila, ἐξόπισθεν τῶν ἐν γαστρὶ ἐχόντων, *de post in utero habentes*. Boni pastoris partes Ezechiel *b* describit, ut convenire magistratui moraliter possunt: & Esaias ait, *quòd gregem suum pascit brachio suo, congregat agnos, & in sinu suo levat, & fetas ipse portat*; & Jacob *d* oves ac boves ductando renuit comitatum fratris, ne si plus in ambulando faceret laborare morerentur una die cuncti greges.

y cap. 6 7.
z in Eclog. 1 a ibid & in 8. Æneid.
b c. 34. toto.
c c. 40. 11.
d Gen. 33. 13.

Sublatum de ovium gregibus, atque de post fœtantes, Bruno, Remigius, & Beda acceptum dicunt Christum, eò quòd à paucorum Judæorum conversione & prægnantium gravidarumq; quasi ovium; nempe Apostolorum, & quorumdam aliorum fidelium ac Gentilium conversionem transtulit eum Deus, fidemq; ipsius, idq; per eosdem Apostolos & discipulos, quos etiam non deseruit, sed astitit tamquam prægnantibus, & eos favit, ac juvit. Quilibet item fidelis, ut Cassiodorus, ac Beda notant, fœtus est, ac fœcundus, gemellis præditus fœtibus, nec sterilis est in eis, quia ascendunt de lavacro *e* baptismi, nisi stet per ipsos. Dixi extare in his eximiam Davidis modestiam. Ita profecto est. Omisit, ait Euthymius, quæ majora erant, ut vires adversus feras, & Goliam. Asserit præterea, cumq; ipso Nicephorus non fuisse pastorem, sed ὑπηρέτην *operarium ac ministrum*. Non id quidem detrectabat τέλειος ποιμὴν *absolutus pastor*, ut prius de Jacob dixi, Deoque ipso; tamen David eo tempore adhuc erat filius familias, ac proinde non tam pastor, quàm administer. Juvat humilis ista cogitatio de humili ac vili pristino statu evectum altè magistratum, ut se modestius ac diliguntius gerat.

e Cant. 4. 2.

Pascere Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam.) Sensu mystico quid significent *Jacob* & *Israel*, docui, & constat ex alibi dictis, quo pacto censeatur peculiariter Dei servus & hæreditas. Illud etiam elicitur, eum, qui alios regat, æstimare debere, non ut suas, sed ut oves Dei, quod Petro Christus, dum illas ei tradidit, & commendavit, disertè dixit *f*. Hieronymus, *ut pasceret in Jacob populum ejus*, ideſt, ut pasceret Jacob populum suum. Vacat enim præpositio, &, (*ejus*) reciprocè sumendum pro *sub* לרעות כיעקוב עמו *lirhhoth bejahhakou hhammo* Chaldaicè, *ut dominaretur in Jacob populo suo* למשלט עסה ביעקוב *lemislat bejahhoKou hammeh*. Legit etiam *populum suum* Cassiodorus, & indicat Beda, itaq; habetur in Romano Psalterio, & suspicatur Agellius non δῆλοι, sed λαὸν interpretatos LXX. Utrovis modo sensus idem. Concedo Agellio, conjungi nomen populi cum nomine hæreditatis multis in locis *g*, etsi unicum citet ipse, nihilominus reperio hæreditatem simul servis tributam *h*, quod ille solere negat. Deniq; qui pascit, ideſt, regit & congregat ἀγελάζει, ut Apollinarius vertit, dominatur etiã, ita ut hęc omnia synonymicè idem valeãt significare.

f Joan. 21. 15. 16. 17.
g Deut. 9. 29. 3. Reg. 8. 51. Psl. 22 12. Psl. 134. 12.
h Psl. 135. 21. Esa. 54. 17. c. 63. 17.

Vers. 72.) Et pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Sensus loci.

DAVID de se prius modestè locutus, quando eum DEUS vocavit ab ovilibus ad regnum, nunc non impari modestia gratias eidem agit Deo, quòd ipsius beneficio paverit, ac rexerit commissum sibi populum in simplicitate atque sinceritate cordis sui, nihil aliud spectans, quàm populi utilitatem, & studuerit actiones omnes suas prudentia summa peragere; ne quid cum aliorum damno prudens, ac per imprudentiam & ignorantiam, sive temerè, & inconsultò faceret, utq; moderatè, & prudenter uteretur potestate, tamquam virga, quam gerebat manu; cuivis etiam munera, dignitates, honores partiretur pro meritis. Quis non videt quàm conveniant ista Christo aptissimè, *quem arguere nemo potuit de peccato i, & peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus k: & qui qua docuit, fecit l*, & deducit credentes in se, ac obedientes sibi ad æternæ felicitatis pascua in intellectibus manuum suarum, quatenus in illis ipse suismet manibus quodammodo fecit ac produxit intellectum, ut observat Augustinus. Dici quoq; possunt intellectus manuum de Christi cruce, in qua ille manus extendit, quamvis pereuntibus, & Gentibus *stultitia visa sit, scandalum Judæis*, pariter pereuntibus, sed utrisque vocatis *Dei virtus & sapientia* m, ita ut nihil se scire inter fideles judicaret Paulus, *nisi* JESUM *Christum, & hunc crucifixum*. Typus fuit conformatio manus in crucis formam, qua Jacob est usus, quum benediceret nepotibus

i Joan. 8. 46.
k 1. Petr. 2. 22.
l Actuum 1. 1.
m 1. Cor. 2. 2.

tibus filiis Joseph *a*. Ibi quod Latinè legimus, *commutans manus suas b*; Græcè ἐναλλάξας τὰ χέιρας, Hebraicè est de præterito שכל אתידו *ischel ethidau*: Chaldaice אחכמינון לידוהי *achachminun lidohi docuit manus suas*, aut *intelligere fecit*, & prohibenti Joseph id facere, respondit scire se quid faceret *c*. Ideo manus suas, in cruce levavit, ut in gloria manuum suarum dirigat nos. In Deuteronomio *d* quod legimus *juxta est sermo valde in ore tuo & in corde tuo ut facias illum*, Græcè est pro (*in corde tuo*) ὃν τοῖς χερσίζου, *in manibus tuis*. Augustinus *e* notat merito sic vertisse LXX. quia intelligi voluerunt etiam ipsas manus, quibus significantur opera in corde accipi debere: si enim forinsecus ea quæ Deus jubet manibus fiant, & in corde non fiant, neminem esse tam insulsum, qui præcepta arbitretur impleri; si vero charitas habitet in corde, etiamsi manibus corporis quisquam non possit operari, pacem illi esse utique cum hominibus bonæ voluntatis.

a Gen. 38. 4. & seq.
b vers. 16.
c vers. 18. 19.
d c. 30. 14.
e q. 54. In

Præcepta Dei non adimplenti observatione tantum externa, sed etiam interna.

Et pavit eos in innocentia cordis sui.) Hieron. *qui pavit eos in simplicitate cordis sui*: Alii, *in integritate*, *in perfectione*, *in candore*, *& sinceritate*, vel pro ב *be*, legendo כ *chb juxta integritatem*, *perfectionem*; *candorem*, *sinceritatem*, *simplicitatem*, *innocentiam cordis sui*. Is qui in commentario vocatur Hieronymus, interpretatur *bonitatem*; & sic est Illyricè, Arabicè, *in mansuetudine*. Hebræa vox est תם *thom*, de qua aliàs. Pro ea Chaldaica ex Hebræa quoque sumta, est שלמוה *scelemuth*, *& propascere eos*. Græcam vocem τῆς ἐκκλησίας Apollinarius exponit μελιχίαν *benignitatem*.

καὶ μὲν μελιχίᾳ καρδίης ἐνόμισε δικαίως.
Et eum benignitate cordis pavit justè.

Innocentia non significat solam privationem.

In Psalterio Roman. & Gallican. atque apud Arnobium, & Cassiodorum, *sine malitia*. Id sonat ἀκακία. Sed non solam privationem significat malitiæ; verum illa alia quæ dixi. Eadem phrasis reperitur psalmo 100. *f perambulabam in innocentia cordis mei*. Duplex pars in justo requiritur, maximè si Magistratum gerat, ut neque velit nocere cuiquam, sed prodesse; neque non sit scientia & prudentia tanta, ut præter voluntatem, seu nolens noceat. In psalmo 23. *g* requiritur ab eo *qui sit ascensurus in montem Domini*, *& habitaturus in loco sancto ejus*, sive in templo, sive in cœlo, *innocentia manuum*, *& munditia cordis*. Oppositus ferè ordo hoc loco ponitur, quum innocentia cordi tribuitur, manibus intellectus. Augustinus rationem præsentis ordinis assignat, quia multi sibi videntur innocentes, qui non faciunt mala, quum timent ne patiantur, si fecerint: vellent autem facere, si impunè potuissent; tales habere innocentiam manuum, non cordis. Cur dicantur intellectus manuum, rationem reddit mysticum de Christo, de qua postea.

f vers. 13.
g vers. 3, 4.

Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.) Hieronymus, *& in prudentia manuum suarum dux eorum fuit*. Richardus *h* S. Victoris, *reduxit*. Memi-

h in Cant. 6. 11.

nit Augustinus lectionis nostræ, legit autem *in intellectu*, aut *in intelligentia*, & in Psalterio vetere habetur, *in intellectu*, Hieronymus *i* monet in textu non esse ἐν τῇ συνέσει, sed ἐν ταῖς συνέσεσι, quod intelligentias sonat, sicut & in Hebræo, inquit, habetur כהבונות *bitbuunoth*; & in eodem numero legunt Enarratores Græci, atque Apollinar. χειρῶν πυκνάς. In Romano & Gallicano Psalterio, atque apud Arnobium, & Cassiodorum, *in sensu manuum suarum*. Arabicè, *in intelligentia*, Illyricè, *in intellectu manu sua direxit eos*, Chaldaicè, *per prudentiam manuum suarum*. Emendati codices Græci habent, nunc singulari numero ἐν τῇ συνέσει: Aquila ἐνφρονήσει, *in prudentia*: Theodotio singulariter quoque legit, sed omisso pronomine, ita ut possit exponi quod deduxerit in intellectu manuum, qui intellectus manuum esset eorum qui deducebantur, quasi David effecerit ut prudenter cuncta gererent subditi; non communicando intellectum, sed bene instituendo ac docendo, & exemplo suo præeundo; quia solus Deus communicare intellectum potest.

i epist. 135.

Augustinus & alii exponunt de ea intelligentia, quam fecit Christus in credentibus eruendo ab errore, eoque perducendo, ubi jam non possint errare: qui est fructus populi Dei attendentis legem Dei, & inclinantis autem suam in verba oris ejus, ut dirigat in eo cor suum, & sit cum illo creditus spiritus ejus, ne immutetur in generationem pravam & amaricantem; sed in omnibus sibi annunciatis (quæ toto dicta sunt psalmo) non solum ad præsentem vitam, verum etiam ad æternam; nec tantùm ad recipienda bonorum operum præmia, sed etiam in ipsa bona opera facienda, ponat in DEO spem suam. Hoc modo ille, in compendium redigens longissimi psalmi sententias. Occurrit aliis in psalmis antea sæpè numero ut ori, linguæ, verbis tribuerentur, ea quæ nunc menti ac intelligentiæ, ut intelligere meditari, stultitia etiam, impudentia, vel iniquitas; quia quum quid agitur aut dicitur ex rationis præscripto, videtur ei ratio ipsi inesse. In intellectibus porrò manuum suarum deducere alios, ut prius innui, præter allegoriam de Christo producente intellectum in nobis, & de manibus crucifixi Christi de qua etiam dixi, & præter tropologiam quoque indicatum, est in omni actione, quam denotant manus adhibere prudentiam, ut videatur qui alios regit, in ipsis manibus habere intellectum, immo in omnibus membris, ac totus veluti Argus, & oculatus esse: quæ qui alios deducendi ac docendi officium habet, facienda rectè intelligat, recta promtè, ac expeditè facere, ut statim respondeat opus intelligentia: manibus tum ad honores, dignitates, officia conferenda, tum ad irrogandas pœnas & supplicia intelligenter, ac prudenter uti, non discrepare mores ac vitam à doctrina, sed ut faciat quis simul, doceatque talem vitam, quale verbum habet, ut de Origene scripsit Eusebius *k*: efficere ut quæcumque operatur, videantur intelligibilia, & spiritualia, indicantia sapientiam, & prudentiam, & sapientia omnium intellectum, ut ea considerent, & non nisi cum magna quadam ratione facta existiment, simili ferè modo, quo *cœli enarrant gloriam Dei*, *& opera manuum ejus annunciat firmamentum* l, *& omnia in sapientia fecit Deus* m, *ut cœlos in intellectu* n, non tantum fortiter ac validè, sed prudenter quoque, & quod uno verbo rectè declaratur, dextrè se gerere, *& non concinnare manibus iniquitates* o, sed *ut opera manuum ejus sint veritas & judicium* p: *habere manus doctas ad prælium & digitos ad bellum* q, tum externum, tum internum spirituale: *non nasci spinas in manibus temulenti* r, *ac intemperantis*, *sed esse tornatiles*, *aureas*, *plenas hyacinthis* s, *ut sit fidelis ac prudens* t *dispensator*, atque sapienter liberalis, & nihil nisi prudentia quasi torno elaboratum, & expolitum operari. Basilius sive Theodoretus intellectus manuum cum innocentia cordis indicari docent illa Christi sententia, qua præcipit prudentiam serpentinam, & columbinam simplicitatem u. Cajetanus rationes regendi & gubernandi res observat, cordis innocentiam sive integram intentionem; deinde prudentiam & intelligentiam: postremo exemplaria bonarum actionum. Richardus de Sancto Victore x docens lectione scripturæ atque meditatione, & psalmodiæ devota decantatione mentem roborari hostem infirmum reddi, vires ejus evacuari, & dum hanc memoria tenemus, & opere implemus, ad confligendum cum hoste doctissimos fieri, atque per intelligentiam scripturæ erudiri, & per operationem illuminari, confirmat hujus loci testimonio, quod nimirum in intellectibus manuum nostrarum, ideò est, per operationem reducamur à Deo. Qui dicunt & non faciunt, intellectum habent in lingua, non in manibus, qui sola contenti sunt meditatione rerum bonarum, nec amant, loquuntur, agunt, intellectum in sola mente. At *intellectus bonus omnibus facientibus timorem Dei*. y Plautus z oculatas dicebat manus, quæ velint exhiberi promissa, non oratione sola promitti,

k 6. hist. c. 3.
l Psal. 18. 2.
m ps. 103. 24
n ps. 135. 5.
o ps. 54. 3.
p ps. 110. 7.
q ps. 143. 1.
r Prov. 26. 9.
s cant. 5. 14.
t Matt. 24. 25.
u c. 10. 16. Tres sunt bene regendi rationes.
x in Cant. c. 11.

Semper oculata nostræ sunt manus, credunt quod vident.

Intellectus habere in lingua, non in manibus quid sit.

Ideò volunt videre quod datur, & cum vident, ac tangunt, sibi dari, tunc demum credunt. Ineò manibus intellectus, quæ quod non modo expectant accipiunt, sed quod promittunt præstant.

y ps. 110. ult.
z in Asinaria.

PSAL-

PSALMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS.

1. Psalmus Asaph.

DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

3. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem: & non erat qui sepeliret.

4. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

5. Usquequo Domine irascēris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

6. Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

7. Quia comederunt Jacob: & locum ejus desolave unt,

8. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent non misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

9. Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

10. Ne fortè dicant in Gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.

11. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorū.

Secundùm magnitudinem brachii tui, possidefilios mortificatorum.

12. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

13. Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum.

In generationem, & generationem annuntiabimus laudem tuam.

Titulus & Argumentum.

*Vers.*1.) Psalmus Asaph.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Sensus loci.

NIhil difficultatis inest in titulo. *Asaph* enim quis fuerit dictum prioribus psalmis, videlicet de præfectis cantorum unum, nec Psalmorum qui nomen ejus gerant compositorem, quum omnium credatur auctor David. Nec refert quod Hieronymus verterit, ut aliàs nonnumquam, pro psalmo *Canticum*, licèt non sit שיר *usçir*, sed מנמור *mizmor*, & Chaldaicè השבחתא *thusbachtha laudatio*, seu *glorificatio*. Sæpè synonymi sunt hæc omnia, ut & μέλος, ὠδὴ, ὕμνος. Constat defleri hoc psalmo, populi, templi, & civitatis ruinam: orari, ut pares vices patiantur gentes hostiles, immo, ut Dei ira in eas transferatur, si non suo ipsius merito: certè vel ne Dei blasphemetur nomen: tandem Deo promitti laudes. Ex variis urbis Jerusalem excidiis, & Judæorum gentis calamitatibus non omninò liquet de qua hic potissimum agatur, an de illa, quæ contigit sub Nabuchodonosor, & Assyriis; an quæ sub Antiocho Epiphane: an quæ sub Pompejo, qui tributariam Jerosolymam fecit: an quæ sub Licinio Crasso, vel Tito & Vespasiano, vel Ælio Adriano, à quo etiam Ælia cognominata. Hæ omnes Davidis ætatem subsecutæ sunt, nec

Dubium de quo hic agatur excidio.

Aut præteritæ commemorari potuerunt, sed prædici tamquam futuræ, præscribendo simul formulam orationis contra hostes præsertim infideles. Et memini me puero, S. Pii V. Sanctissimi Pontificis jussu, in solemni litania recitatum psalmum istum, quo tempore confœderati Catholici pugnabant adversus communem sæviss imum hostem, & Gallia etiam ardebat perduellium hæreticorum in festissimis bellis. Esaias *a* & Jeremias *b* de vastatione per Nabuchodonosor, & Assyrios facta sequentes, videntur ex isto psalmo sententias integras transcripsisse. *a* c.64.9.& *seq.* *b* c.12.21.

Sed & in historia Machabæorum *c* post narrationem, de proditorie interfectis una die ex Assidæis, idest, religiosioribus, & sanctioribus professione Judæis jab Alcimo, qui Regis Demetrii gratia sacerdotium obtinuerat, subditur id factum secundùm verbum, quod scriptum est, *carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, & non erat qui sepeliret.* Græci enarratores sentiunt, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, item Eusebius *d*, argumentum esse de tempore Antiochi, quum supererāt populo Machabæi. Nec repugnant Latini, præsertim Augustinus, & qui vestigiis illius insistunt, etsi alias quoque sententias attingunt, quas dixi: Arnobius autem quem Ribera *e* noster sequitur, cum Lyrano & Treveto, solam de Nabuchodonosor: Hugo, Cassiodorus, Cajetanus de Antiocho: Ayguanus & Rickelius de utroque: Athanasius *f*, Socrates *g*, Justinus *h* de ultimo excidio per Romanos. Propendet Augustinus magis in persecutiones Ecclesiæ, & objicit sub Tito & Vespasiano indignos Judæos fuisse vocabulo *hæreditatis Dei*, quamvis ex iis nonnulli jam credidissent in Christum. Eligat lector quod volet. Nam quæ citantur in aliis libris sacris ex isto psalmo, censeri possunt per accommodationem solam citata, non litterali sensu. Opinioni de Antiocho nonnihil obstat, quod sub eo non est Jerusalem redacta in pomorum custodiam, seu acervum lapidum contra captivitatem Babylonicam, & destructionem Jerusalem, quia tunc non erant sancti, sed impii qui sint occisi; quæ ratio multò magis convenit in tempus Titi & Vespasiani: & quia non debet amplius Jerusalem restaurari. Euthymius & Nicephorus applicant quoque Psalmum ad Ecclesiæ persecutiones ut Christiani censeantur esse hæredes; templum, quælibet Ecclesia Deo dicata; Jerusalem quævis Christianorum civitas; morticina, martyrum corpora, & sic de aliis. Valentia, refutatis aliis opinionibus, etiam ea quæ est de persecutionibus Ecclesiæ usque ad Constantium quia quod attinet ad persecutiones Ecclesiæ, martyribus non convenit illud (*ne memineris iniquitatum nostrarum, &c.*) existimat hic fermonem esse de persecutionibus sub Machometanis & Antichristo, quarum tamen aliæ illæ, quas Judæi passi sunt sub Chaldæis, & Antiocho, typus quidam fuerint. Hugo item docet sumi posse psalmum, velut deplorationem Ecclesiæ pro strage filiorum suorum, quæ quotidie fit per peccatum. Rickelius pro amissa terra sancta, hortans quotidie recitari pro recuperatione ipsius, quia hoc verè sit sanctum, Deoque gratissimum. In officio Ecclesiastico & missa de Innocentibus, & in una missa de communi plurimorum martyrum usurpantur nonnulla ex isto psalmo. Totus in colloquio versatur psalmus iste, ut Athanasius *i* notavit, quemadmodum, & sequens, atque 122. 129. 130. præterea de prioribus 3. 25. 68. 69. 73. Quod si, ait, institerint inimici, & intraverint, & profanaverint domum Dei, & sanctos disperserint, & illorum cadavera volucribus cœli objecerint, ne consternatus reformides eorum crudelitatem: doleas quidem vicem miserorum, sed tamen precibus DEUM conveniens recitat septuagesimum octavum Psalmum.

c lib.17.13. 14.15 16.17. *d in. de de monstr.c.1.* *e in Mich. 3.v.20.* *f tract. in pass. & Cru. Domini.* *g hist.c.17.* *h in Tryphonem.* *i Epist. ad Marcellin.*

Deus venerunt, &c.) Exponit sub priorum persona querimoniam, quod impiæ ac infideles gentes invaserint hostiliter locum populumque quem sibi Deus peculiariter delegerat in hæreditatem: & quod irreligiosè profanaverint templi sanctitatem, vel evertendo, vel sacrilegis ritibus contaminando: & quod Civitatem Jerosolymitanam omnium Asiæ urbium longè nobilissimam, ut Plinius *k* quoque prodidit, eo vastitatis & solitudinis redegerint, ut evaderet similis casæ tuguriolove ad pomorum custodiam extructo ex collectitiis lapidibus, aut lapidum acervis, quod mox post collectos fructus, deseritur, atque destruitur. *k lib.5.*

Deus venerunt gentes.) Chaldaicè, *ingressi sunt populi*

Gentes

Gentes & גוים *goim*, & ἔθνη sumuntur propriè hoc loco ut à Judæis distinguantur, quum aliàs comprehendant quoque Judæos. Abruptum autem psalmi principium pertinet ad πάθος, quasi diceret, ut R. Kimhi notat, quomodo tu quum sis Deus, & quidem Judex, quod vox *Elohim* importat, quomodo pateris ut alienigenæ irruant in hæreditatem tuam: Deus autem, ὁ θεὸς non nominativi casus est, sed vocativi, ut idem, ac Euthymius observant; licèt articulus Græcus conveniat nominativo. Vix aliter in aliis præcedentibus, & sequentibus psalmis exprimitur in vocativo Deus, quam ὁ θεὸς, nec non in aliis scripturarum libris, & apud alios Auctores. Etsi verò Alcinus & alii quidam genere Judæi, Judæos ipsos bellis vexahoc verunt, quia tamen opibus ac militibus gentium freti fecerunt, etiam potest in eos quadrare quod hic dicitur. B

In hæreditatem tuam.) Sæpè dictum quare hoc nomine Judæorum natio vocata sit. Imponit hujus nominis mentio necessitatem quamdam Deo opitulandi populo suo, quia cuique cura hæreditariæ rei solet magna esse, ita ut Naboth Regi Achab meliorem offerenti pro hereditaria vinea sua, dare recusaverit *a*. Et agrestis ille apud Apulejum *b* tota frugalitate spoliatus à vicino potente, divite juvene, contenderit, ut suo saltem sepulchro paternum retineret solum. Et Ausonius *c* suum faceret maximi hæredіolum, & villulam. Denique hæreditas cuivis sua præclara *d* est, libentiusque salino paterno, poculo utimur *e*, & pro aris ac focis quivis pugnat, proque patria, instinctu naturæ. Ut excitaret Judicis animum contra adversarios truculentos, ita Davidem loqui, ac pronomen *tuam*, & *tuum*, in sequenti membro, notant Beda, & Cassiodorus, dicendo eos veniſse ad læsionem rei, quæ ad judicem pertinebat. Id ipsum alibi legimus exaggeratum, ut suæ nimirum Deus curam gerat hæreditatis, *benedicendo* f *ne vexari sinat* g, *ne det in opprobrium ut dominentur ei nationes* h, *ut eam pascat* i. Qui per Dei hæreditatem justos intelligunt, negant intelligi Psalmum posse de clade à Romanis illata sub Tito, & Vespasiano, quia C tunc Dei monitu omnes fideles discesserant ex Jerusalem.

Polluerunt templum sanctum tuum.) Alii *sanctitatis tuæ, vel sanctæ majestatis tuæ regiam, & palatium* חיאל קישך אח *ethechal kooscecha*. In Psalterio Romano, & Gallicano, *coinquinaverunt*. Aptissimè sanctissimo viro sacrati templi prius occurrit injuria, ut hoc inter initia defleret, quod ad divinam noverat contumeliam pertinere; *zelo zelatus pro Domino Deo exercituum*, (quasi esset indignum talia talem pati, & contra talem talia fieri) conquerebatur *Elias, quia dereliquissent pactum illius filii Israel, altaria ejus destruxissent, prophetas ejus occidissent gladio* *. Antiochus autem narratur *expilasse omnia vasa sacra templi* k, & *contaminavisse sanctificationem; ita ut desolata fieret sicut solitudo* l, & *jussisse coinquinari sancta, & sanctum populum Israel* m, & *ædificavisse abominandum idolum desolationis super altare Dei*, & per universas civitates Juda in circuitu aras cognominavisse, contaminatum templum à Jove Olympio, luxuria, & comessationibus gentium plenum fuisse, & scortantium cum meretricibus: sacratis ædibus mulieres se ultro ingessisse, intro ferentes ea, D quæ non licebat: altare plenum illicitus fuisse, quæ legibus prohibebantur *n*. Addit Josephus *o* ab Antiocho conspersum ac pollutum templum sanguine suum, quos mactavit super altare. *Nabuzardam Princeps exercitus Regis Babylonis succendit domum Domini, & occidit juvenes gladio in domo sanctuarii* p. Pompejus, teste Josepho *q* tametsi cum commilitonibus ingressus sit temere templum, nihil ex rebus sacris abstulit. Augustinus autem, ut idem *r* ille scribit, sacrilegio teneri decrevit, qui sacram pecuniam, aut libros de templo rapuissent.

Deplorat, moraliter loquendo, ut Hugo *s* monet, stragem filiorum suorum per peccatum Ecclesia, quam significat etymon vocabuli *Asaph*, ideſt, *congregatio*: quemadmodum in Psal. 73. illatam Deo contumeliam, & in 136. incolatum hujus miseriæ. Quæ sunt causæ tres lamentandi, quibus exactè totidem respondent Psalmi. *Gentium* nomine sumit Prælatos, Canonicos, Clericos gentiliter viventes, & venientes in Ecclesiam propria cupiditate & ambitione ductos, non vocatos, & tractos. Rickelius Saracenos ac Turcas, interpretatur, occupantes terram sanctam & adeo malè Christianos tractantes. Possent quoq; ut alibi dixi, gentibus designari capitalia vitia, quæ tantam edunt animarum nostrarum stragem. Digredi liceret hic in violatores templorum. Hoc de argumento Anastasius Germonius *t*: quam verò magnis cladibus vindicata sit ea violatio, testes Livius *u*, Justinus *x*, Cicero *y*, Xenophon *z*, Quintilianus *a*: & nos etiam de more vel jure asyli egimus commentario in Actus Apostolorum *b*. B. Antonius *c*, applicat prius membrum ad sacrilegia circa sacramenta, & alias res sacras, circa bona, & facultates, satisque fusè, ac eruditè de istis differit: Et quot modis pollui templa censeantur, qua de re etiam Summistæ.

Ceterũ egregia quadam paronomasia, quem Paraphrastes * in 4. Regum exponit montem Olivarum, Hebraicè vocatur משחית *maschith*, quasi cognomen istud acceperit ex eo tempore, quo Salomon idola ædificaverat, mons ille qui ab Olivis poterat vocari mons unctionis משחת *mischath*. Idem affirmari potest de templis nostris, quado eorum sanctitas violatur. Et sicut in eodem Oliveto monte judicium futurum creditur, ita profanatio templi cedet in damnationem profanantium. Christus bis vindicavit illatam templo injuriam, quam *vocabat domum orationis, & Patris sui*, ulus flagello, quod alioqui appropinquare non debebat tabernaculo ipsius *d*. Ambrosius *e*, quo die ad Basilicam Gothi, & diversarum nationum viri vi occupandam venerunt, refert manè hunc ipsum recitatum Psalmum; sed consilio divino qui gentes venerant, factos Christianos, & qui ad invadendam hæreditatem Dei venerant, factos cohæredes DEI, defensores habuisse, quos hostes putabat; socios renuisse, quos adversarios existimabat.

Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.) Hieron. *in acervos lapidum*, testaturque *f* Aquilam vertisse λιθόριον (quod in nationibus ad Sixtina Biblia corruptè legitur μιθύριον) *acervum & cumulum lapidum*, quibus vineæ & agri purgari solent; vocem autem ὀπωροφυλάκιον, qua utuntur LXX. non posse aliter verti, quam extet in editione nostra, esseque speculam, quam custodes satorum, & pomorum habere consueverunt & significari de amplissima urbe vix tuguriolum remansisse. Idem valet *pomarii custodia*, ut ipsemet alibi transfert. Tribuit Aquilæ Agellius λιθογιον, *lapidum collectorum congeriem*. Non reperio apud alios auctores λιθόριον, aut λιθολόγιον, sed tantum λιθομόγγλα, & hoc pro *strue ex lectis lapidibus, vel pro ædificio ipso ex illis constructo*. Euthymius, & Nicephorus aliter vocant καλυβην, vel σκηνὴν. In Psalterio Gallicano, & apud Arnobium *velut pomorum custodiam*, in Vaticano, seu Romano Psalterio, apudque Cassiodorum, *velut pomorum custodiarium*. Hoc vocat Cassiodorus tugurium, & casellulam, quam sibi horti cultor custosve ad depellendam Solis injuriam, & ad custodiendas furum improbas manus, frondibus foliisq; communit: sed mox ut pomorum tempus abcesserit, tamquam inutile relinquit. Esaiæ *g* similem profert locum; *relinquetur filia Sion velut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario*. Addi Michææas *h* potest: *Sion ut ager arabitur, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum*. Minus apti sunt ædificio lapides, quibus vineæ agrive purgari solent: nec nisi tumultuariè ac temporariè excitatur ex his casa, tugurium, mapale, gurgustium, umbraculum; plerumque verè simul ex frondibus, foliis, aut alia subitaria, & levi materia. Sed quæ Plinius etiam vocat pomaria pomis, ideſt, fructibus variis generis servandis, loca fabricata, videlicet quæ custodis præsentia perpetua non egeant, solidius construuntur, nec ad institutum nostrum pertinent. Nihil vetat intelligi quoque maceriam, quæ conficitur ex ruderibus, & sepimenti loco adhibetur ad hortos, & pomaria claudenda. Dictam lapidum collectionem, acervosque, & quod concomitans est, solitudinem, vastitatem, desolationem quam Chaldæa vox ציין *tsadiu* significat nomen Hebræum numeri pluralis עיים *hiim* satis denotat, sive *cumulos, tumulos, acervos lapidum indigestos*, & ex consequenti, *desolationes, consumptiones*, quo ultimo modo alicubi *i* redditur, interdum *k solitudines*: aliquando *acervos lapidum*, pro quibus est ὀπωροφυλάκιον, quod habemus hic in nostro textu. Arabicè *fecerunt Jerusalem dirutam, tamquam carcerem*, ideſt, ut ego interpretor, tamquam maceriam dirutam, vel carcerem verum, qui solet incompositus, horridusque, & à paucis ac illiberter habitatus.

Mysticè animam à custode Deo Hieronymus *m* (appellans anagogicum sensum pro tropologico) relinqui dicit, cui non præsit νοῦς, ideſt, mens; sed eam vitia, quasi quædam bestiæ, fuerint deprædata, ideoque omnia illius redigi ad solitudinem. Nyssenus *n* expendens illud ex Cãtico *o*, *posuerunt me custodem in vineis*, ait animam, quæ fructi-

Sensus loci.

Cura rei hæreditariæ magna omnibus esse solet.

a 3. *Reg.* 21. 2. 3. 4.
b *c. de Asino aureo.*
c *Edyllio* 31.
d *ps.* 15. 6.
e *Horat. lib.* 2. *ode* 16. 9.

f *ps.* 27.
g *ps.* 93. 5.
h *Joel.* 2. 17.
i *Mich.* 7. 14.

* 3. *Reg.* 19. 10. & 1. *Mach.* 1. 23. & *seq.*
k *vers.* 39. 41.
l *vers.* 49.

m *lib.* 2. 6. 2. & *seq.*
o 13. *de Bel. c.* 26.

p 4. *Reg.* 25. 9. 2. *Par.* 36. 17. 18. 19. *Jer.* 39. 1. & *seq.*
q 1. *de Bello Jud. c.* 5.
r *lib.* 6. *c.* 10.
s 1. *de sacrorum immun. c.* 15.

Violatio templorum magnis semper cladibus vindicata.
t *de sacrorum immun. c.* 15.
u *Dec.* 5. *l.* 3.
x *Lib.* 28.
y *Aff.* 3. *in Verrem.*
z 6. *rerum Græcarum.*
a *Decl.* 223. *bis*
b *c.* 21. 30.
c 2. *p. tit.* 1. *c.* 21. §. 4. & *seq.*
* *c.* 23. 13. In monte Oliveto ultimum judicium futurum creditur.

d Pſ. 90. 10. Jo. 2. 4. & *Matt.* 21. 12. & *seq.*
e *Epiſt.* 13. *ed. Roma.*

f *Epiſt.* 135. Διδυμον.

Διδόλεγμα.

g *c.* 1. 8.

h *c.* 3. 12.

i Job. 30. 24.
k *num.* 21. 11.
l Jer. 26. 18. *Mich.* 3. 12.

Mysticus sensus.
m *in c.* 1. *Eſ.*

n *hom.* 2. *in cant.*
o *c.* 1. 6.

fructibus, qui custodiebantur intra ipsam, quum Deus in principio eam creavit, privatam propter inobedientiam, relictam esse velut pomorum custodiam, hoc est, inutile spectaculum, & à paradisi custodia traductam, ad vineæ custodiam, cujus uva fellis, & botrus amarissimus, deniq; vinea Sodomorum, & de suburbanis Gomorrhæ *a*. Arnobius hoc loco docet ad animam nostram quæ est Jerusalem, quũ Rex pacificus requieverit in ea, quando non repugnando superatur, peccandoque à Deo discedit, venire gentes, & occupare hæreditatem Christi, & polluere templum corporis sanctificatum per baptismum, & sicut pomorum custodiam, ita desertam facere, ut putes illam civitatem magnam, in vilem casulam hortulani conversam. Augustinus, Beda, & alii pollutum templum interpretantes, quando vi persecutionis aliqui ad negandum Christũ compulsi sunt (quia fideles vocantur *domus Dei*, *b atque templum c*) in pomorum custodiam redactam Ecclesiam dicunt, quando eadem persecutione deserta visa est, spiritibus martyrum tamquam de horto Dominico pomis suavissimis, in cœlestem mensam transeuntibus. Is quem dicunt Hieronymum, explicat de adversario nostro, scilicet diabolo, qui vitiis irruentibus custodiat sibi consentientem animam, donec eam ad plenum voluntatis suæ consensum adducens, valeat devorare; quemadmodum poma quũ maturescere cœperint, à suis custodiuntur, maturaq; facilius devorantur. Hugo exponit de indignis Ecclesiæ prælatis, & custodibus, ita ut minoris etiam æstimetur illius regimen custodiaq; quam pomorum custodia; cui non ita præficitur quilibet sine delectu, ut Ecclesiasticæ custodiæ: tum præterea, quoniam tempore messis ac vindemiæ videntur Ecclesiam custodire, ut fructus & decimas colligant; sed ubi collegerint, derelinquunt. Rickelius de terra sancta: Valentia de aliorum toto orbe Christiano Ecclesiis quas Turcæ & alii hostes nostri vastaverunt: Antonius *d* de sacrilegiis quæ in loca sacra committuntur, & de negligentia prælatorum atque beneficiariorum circa sarta tecta, & cultum Ecclesiarum suarum, quibus quarta pars redituum obnoxia est *e*: quum solum curent pomorum, & fructuum collectionem, ut dicebat Hugo, & post istum, alter Cardinalis ex ordine Minorum sub Clemente V. Joannes Vitalis *f*. Addit idem Antonius, sicut locus pomorum satis patulus est, ac plures de familia vel domo accipiunt, & mures etiam rodunt: ita Ecclesiæ bona consumi à familiaribus, consanguineis, procuratoribus, seu ministris, & ab hominibus bestialibus.

a Deut. 32. 31.

b 1. Pet. 2. 5. *c* 2. Cor. 5. 16

d 2 par. tit. 1. c. 21. §. 7.

e 1 2. q. 2. c. quatuor.

f in speculo mor. script. verbo Præl. Preclarum simile.

Vers. 2.) Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus Cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
Vers. 3.) Effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem, & non erat qui sepeliret.

Sensus loci.

PRæter impietatem in Deum, & res sacras, præterque patriæ ac metropolis devastationem, in hostibus docet sævissimam inhumanitatem fuisse, ut affatim largissimèque sanguine fuso cæsorum, postremum illud humanitatis negarent officium humandi cadavera, sed carnes eorum qui coluerant Deum, bestiarum escis essent expositæ, quum videlicet sepeliendi facultas deesset, vel quia occidebantur quam plurimi, vel quia immanissimi hostes conantes tepelire inhibebant. Hune locum in historia Machabæorum *g* citari dixi, quum ex Assidæis sexaginta una die occisi essent, qui nomine ipso sanctitatem præ se ferebant, quoniam חסיד *chasid sanctus est*, quod nomen extat hoc ipso loco, nec ab Essæis distingui videntur, sic dictis ex Philonis *h* opinione apud Eusebium *i*, ἀπὸ τῆς ὁσιότητος, & Chrysostomi *k*.

Sævissimæ est in humanitatis denegare officium sepulturæ.

g lib. 1. 7. 13. 14. 15. 16. & 17. Assidei apud Judæos sanctissimi. *b* lib. pro Judeis, & lib. quod omnes studio si sint liberi. *i* 3. de præp. c. 4. *k* hom. 44. in 1.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli.) Hieronymus, *dederunt cadavera servorum tuorum escam avibus cœli*. In aliis Latinis psalteriis, apudque Cassiodorum, & Arnobium, *mortalia*, nomen Hebræum in regimine ac singulari numero נכלח à נבלה *nevelah*, & à radice נכל *naval*, quod est cadere, *& emarcescere, atque humore, ac succo naturali destitui*, significat *cadaver*, quod etiam à cadendo dicitur. Legerunt fortasse LXX. pluraliter נכלת *niuloth*, nec sumitur tantum pro animalibus, quum extinguuntur violenter, quidquid R. Elias dicat, quia in Esaia,* *vivent mortui tui* est idem nomen, agitque Propheta de communi resurrectione: immo quia in singulari est נכלתי *nevelathi*, putant aliqui alludi ad resurrectionem, quæ fiet propter Christum *primitias, & primogenitum ex mortuis l*; quo etiam resurgente, *multa corpora sanctorum surrexerunt* m. Quin etiam propriè loquendo, *morticina* dicuntur tantum de spontè sua mortuis ut & τὰ θυνσιαῖα: quamvis vox ista extet dumtaxat in Bibliis, & iterum apud Esaiam *n*, ubi quoque vocabula eadem Latinum & Hebræum, & potius pro morticinis usurpent alii Auctores Græci τὰ ἀποθυήσκοντα. Exponit Apollinarius hoc loco λείψανα, *reliquias*: Euthymius ac Nicephorus τὰ τεθνηκότα σώματα, *mortua corpora*. Fieri potest, ut hic intelligat David spontè, vel quomodolibet mortuos, in sequenti membro peculiariter eos qui occisi fuerint. Augustinus certè *morticina* dici melius monet, quam *mortalia*, quia illud non nisi mortuorum, hoc etiam vivorum corporum nomen est. Tamen legit *o* alibi *mortalia*. Non ita Ecclesiastico more cadaveris nomen usurpari video de Sanctorum corporibus; quia videtur importare nescio quam injuriam, & dedecus corruptionis, nec involvit secum gloriosæ spem resurrectionis. Et irridet Aug. ita tradentes corpora mortua volatilibus cœli, bestisque terræ, quasi quidquam eorum resurrectioni deperiet, ex occultis naturæ finibus redintegraturo illo, cui & *capilli capitis nostri numerati sunt p*. Cæterum morticina, & corpora, carnesve mortuorum hominũ sic insepultas manere, ut etiam volucribus exponatur in escam, & objiciantur bestiis terræ, ignominiosum semper ac dedecorosum habitum est. Multa dixi de hac re & de insita cunctis naturaliter sepulturę cura in commentario historiæ Apostolicæ *q*. deque pœna βιαιοθανάτων, ut insepulti jacerent, præda carnivoris alitibus: qua de re diligenter Petrus Faber *r*.

l 1 Co. 1. 5. 18. Apoc. c. 1. 5. *m* Mat. 27.

n c. 5. 25.

o l. de civit. c. 12.

Cadaveris nomen importare videtur injuriam & dedecus corruptionis.

p Matt. 12. 30. *q* in c. 5. 6. 10. c. 8. 2. c. 9. 37. c. 13. 29. *r* 2 serm. c. 9 *f* Deut. 28. 16. 1. Reg. 17 44. 46. Jer. 7. 33. c. 15. 3. 6. 16. 4. c. 19. c 7. Ez. 20. 5. c. 33. 27. *t* 2. Reg. 21. 10. 11. *u* 1. Reg. 17. 44. *x* vers. 46. *y* Deut. 28. 26. Jer. 7. 33. c. 15. 3. c. 16. 4. c. 19. 7. *z* c. 11. 3. *a* Ez. 29. 5. *b* 3. Reg. 21. 19. 23. 4. 38 33. 35. *c* Iliad. *u. v. &* Od. *ff. γ.* adde. Iliad. *γ. o χ.*

Sed quod attinet ad relicta alitibus, ferisque aliis mortuorum cadavera, extant in divinis litteris non pauca tum testimonia, tum exempla *s*. Laudata est Ajæ filia Respha concubina Saul, quod cilicium substernens sibi supra petram ab initio messis donec stillaret aqua super suos filios à Gabaonitis suspensos non dimisit ab ovibus lacerari per diem, neque à bestiis per noctem *t*. Hoc superbus ac ferox Goliath minitabatur adolescenti Davidi *u*, & hic illi vicissim aliisque Philisthæis *x*: Deus autem, cuivis prævaricanti legem, *ita ut non esset qui abigeret y*: exprimens etiam laceratione canum, devorationem volatilium cœli, dissipationem bestiarum terræ *z*: item Pharaoni *a*: *Naboth & Jezabæi occisorum sanguinem canes linxerunt, & carnes istius equi conculcaverunt atque canes comederunt b*. Ex profanis occurrent similia crebro, præsertim cæsorum ab hostibus. Canes plerumque hac in re jungunt volucribus, maximè vulturi. Colligit nonnulla hoc loco Joannes Bochius ex Homero *c*, Sophocle *d*, Virgilio *e*, Seneca *f*, Lucano *g*, Cicerone *h*. Ex Platonis opinione, insepultorum umbræ credebantur annis errare centum, nec in cymbam recipi à Charonte, quod Tertulliani *i*, Virgilii *k*, Lucani *l* confirmat scriptis Delrius *m* noster. Plura Guichiardus in opere de funeribus *n*, & citatorum poetarum scholiastæ. Memoratu dignum quod prodidit Plinius *o*, cum Romana plebs, sub Tarquinio Prisco, tædium laboris cloacarum ut devitaret, sibi passim necem consciscere, hoc adhibitum remedium, ut omnia ita defunctorum corpora crucibus spectanda civibus, simul & feris volucribus laceranda, figerent: denique puduisse vivos, tamquam puditurum esset extinctos. Nec desunt Ecclesiasticę historiæ, quibus traditum est prohibita sepeliri Martyrum corpora; & à laniatu ferarum divinitus opera etiam ferarum erepta, vel adminiculo earumdem paratam iisdem fossam sepulchralem. Exemplo inter alios martyr Vincentius, & Paulus Eremita. Lectu quoque digna epistola Lugdunensis Ecclesiæ de martyribus suis negata sepultura, quam recitat Eusebius *p*. Et rectè hìc notat Bruno Carthusianus innui, frustatim per terram, aeremque dispersas martyrum reliquias, ne à Christianis colligerentur. Canibus mortuos objiciebant Bactriani, Caspii, Hyrcani, teste Porphyrio *q*, Theodoreto *r*, Plutarcho *s*, qui Hyrcanis canes, aves assignat Bactrianis; Idem de Hyrcanis Cicero *t*, deque Magis, & Parthis asserit, ut post laniationem ossa humarent *u* Herodotus *x*, & Agathias *y* de Persis. Hic pluribus rem explicans ait, judicavisse animam injustam, barathro dignam, malo dæmoni dicatam; impuros ejus mores, cujus non statim ad cadaver advolassent aves, vel non illicò canes accurrentes dilaniassent. Sicilius *z* hoc ipsum non Hyrcanis dumtaxat, sed Iberis seu Hispanis tribuit. Rursum de Persis produnt Strabo *a* & Procopius *b*, de Parthis Justinus *c*. Extant ex hisce testimoniis complura apud Brissonium *d*, citat eosdem Tiraquellus *e*, præterea Hieron. *f* Strobæum *g*, Eusebium *h*; ex istis forsan etiam hoc loco Bochius.

Carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.) Hebraicè sunt

c 2. de regno Persarum. *d* in Alex. ab Alex. l. 3. c. 2. *e* 2. contra Jovin. *f* serm. 120. vel 122. *g* 1. de præp. c. 3. *h* Rabanus & Thomas.

numeri singularis *caro* בשר *basiar* & *bestia* חיתו *chaitho* cum affixa littera ו quæ vacat. Pro sanctis חסידים *chasidim*, & ὅσιοι, per quos dixi nonnullos hic existimare innui Assidæos (quod nomen ineptè derivant aliqui à divini cultus assiduitate) aliter Essæos, aut Ossæos, quasi ὁσίους, aut ut aliis placet, etiam Jessæos. Lege in historia Machabæorum Serarium nostrum, atque Joseph. Stephanum. In ea historia dicitur Assidæorum Synagoga fortis *a*: & Demetrio Alcimus Judææ suæ gentis proditor, illis potissimum Judam Machabæum præfuisse dicebat, bella nutrivisse, & seditiones movisse, nec passos regnum esse quietum *b*. Vocantur etiam ibidem πρῶτοι primi *c*, ac inter omnes præcipui. Talibus Judas potissimum utebatur in bello tali, quod pro Religione præsertim suscipiebatur, cum præter vitæ innocentiam, & abstinentiam quoque ab omni Venere, (ut de Essæis Porphyrius *d*, Solinus *e*, Plinius *f*, Joseph Gorionides *g* testantur, & indicatur in historia Machabæorum *h*, non propere uxorem duxisse, nec nisi pacis, bonique publici causa) in sylvis campisque degerent, veste induti alba, & in perferendis laboribus, atque tormentis constantissimi essent, virtute & animi magnitudine præditi *i*. Quod vero carnes sanctorum sive Assidæorum, sive aliorum quoque datæ vel positæ bestiis dicuntur terræ, intellige non de vivis, quod supplicii genus passi sunt Christiani martyres multi, sed de mortuis, atque ee insepultis mortuorum corporibus; quemadmodum in priori membro posita dicuntur *morticina in escas volatilibus cœli*; & hæc duo, hoc est, expositio cadaverum in cibum volatilium & bestiarum, multis scripturæ locis, quos antea indicavi, ad idem propositum conjunguntur.

a *lib.1.2.42.*
b *lib.2.14.16 & lib.1.7.13.*
c *cap.36. vel 43.*
d *4. de abst. carnium.*
e *lib.5.c.17.*
f *lib.8.c.29.*
g *lib.2.c.25.*
h *2. 14.*
i *Matth. 14. 28.*

Sensus mysticus.

Mysticè morticina, carnesque volatilibus cœlis & bestiis dantur terræ, quando exponimus potestati dæmonum, vel superborum hominum ac detractorum, ut Hugo & Ayg. docent. Spiritus immundos ait Arnob. comedere per luxuriâ carnes sanctorum. Colligit hinc Chrysostomus *, ideſt, ex hac tanta occisione sacrorum in vetere testamento, (juvenum ac seniorum, & mulierum, & natorum exterminia, virginumque & pàrvulorum neces factæ sunt sub Antiocho, atque toto triduo octoginta millia interfecti, præter quadraginta millia victorum, nec minorem venditorum numerum) semper exponi sàctos periculis à Deo, quo per hæc declaretur pietatis vis, ne quis dicat, cur si erant pii, sublati sunt? cur si erant pii, occisi sunt? cur si Deo erant curæ, tantam sustinuetunt oppugnationem? Addit, emendare Deum peccati maculam, nempe aliorum per mortem justorum: hos esse in memoria *aterna* k; mortem quæ est ingressa per injustitiâ, ideſt, per peccatum primi parentis, ejici per justitiam, nimirum per interfectionem justorũ; occisos pro se, Deum nominare filios, & ut pro talibus *vindictam sumere* l. Lege de eodem argumento collationem Cassiani sextam, & Epistolam 159. Aug. Historiæ Machabæorum Auctor describens cæsorum pro Religione multitudinem, longe antea sic fuerat ratiocinatus, *propter peccata habitantium civitatem modicum Deum fuisse iratum & permisisse loci quoque despici sanctitatem; verum non propter locum gentem; sed propter gentem locum à Deo electum; ideoque & ipsum locum participem factum populi malorum, postea futurum socium bonorum, & qui derelictus in ira Dei Omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltandum* m. Narraturus etiam Machabæorum cædes immanissimas, præfatur ad correptionem permissas esse *n*. Recitans etiam egregia responsa eorumdem *o*, in quibus rationes ferè singulæ continentur, ut persuadeatur in ejusmodi morte constantia, sextum respõdisse ait se ac reliquos fratres talia propter suam et pati peccata *p*. Quod intelligere potuit de peccatis gentis suæ, ac de propriis tum suis, tum fratrum, saltem levioribus: eo modo quo & juvenes illi tres sanctissimi in Babylonica captivitate *q*, nec non Daniel *r*. Mors obita pro Christo ex peccatoribus efficit sanctos, ex diaboli, filios Dei, quemadmodum refert Genebr. ex Thalmud. de bello quod sacrum vocabant, nempe contra infideles & pro Religione. Quamvis non propriè martyr censendus, qui ut miles pugnando moritur; nec Phocæ Imperatoris contendenti ut martyrum verorum Catalogo ascriberetur, assenserunt Orientales Episcopi, auctoritate Canonis 13. Basilii nixi, ut in commentario super eo annotavit Theod. Balsamo. Potuit id Phocas velle, ut Baron. * observavit, exemplo Gentilium, qui summos honores deferebant in bello mortuis. Nam laudes eorum tantum pro concione celebrari voluit Lycurgus *s*, inscriptiones incidi, sepulchra erigi. Trajanus occisorum in bello adversus Decebalum, erigi aras, & parentalia celebrari jussit, suntque generis ejusdem alia exempla.

Effunderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem.) Vim comparationis Augustinus duobus verbis optimè declarat, ideſt, inquit, *abundanter, & viliter*. Magnam cruentamque cædem hoc pacto describunt etiam Poetæ.

---t *Phaetontis viderat amnem*
Strage virum undantem. t *Silius Ital. lib. 17.*

Et, --u *Cernit propulsa cruore*
Flumina. u *Luca l. 7.*

Et, -- x *gemerentque repleti*
Amnes, nec reperire viam, atque evolvere posset
In mare se Xanthus. x *Virgil. 5. Æneid.*

Et, --y *recalent nostro Tyberina fluenta*
Sanguine adhuc. y *12. Æneid.*

Et, z -- *Alta stapes faciet permista flumina cæde.* z *Cat. in nuptiis.*

Sic Homerus *a* ante omnes describens concitatum fluB men Xantum contra Achillem ait quod etat, a *Iliad. Φ.*

μορμύρων ἀφρῷ τε, καὶ αἵματι, καὶ νεκύεσσιν.
Murmurans spumaque, & sanguine, & cadaveribus.

Præterea

πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διίπετεος ποταμοῖο,
Purpureus sane fluctus divini fluvii.

Ciceronis *b* illud etiam ad rem est: Meministis tum, Judices, corporibus civium Tyberim compleri, cloacas refarciri, è foro spongiis effundi sanguinem. Sed quod attinet ad sacra-tale, quod vidimus Ps. 21. *c* de largissimo fuso sangine Christi, sicut aqua effusus sum. Et apud Oseam *d* Deus iræ suæ magnitudinem exprimit, dicendo *effusurum se illam sicut aquam super Principes Juda*. Non dispar exaggeratio minacis Dei in Jeremia *e*, *ut non dicatur amplius Tophet, & vallis Ennon*, ideſt, amœnitatis & jucunditatis, sed vallis interfectionis: & in Ezechiele *f*, *ut dejiciantur interfecti ante idola, & dentur cadavera ante faciem simulachrorum, & dispergantur ossa circum aras*, &c. Dixi prius de numero interfectorum apud Hebræos pro Religione sub Antiocho, & his addi alii possent, nec non C quidam ex Prophetis. Legimus etiam in Machabæorum libris *g*, quod Antiochi milites *effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminaverunt sanctificationem*. Sed nihil ad Ecclesiæ martyres. Censentur hi Romæ passi ad minimum trecenti milleni, exque summis Pontificibus 27. Init reliquum numerum pene innumerabilem ad hæc usque tempora, tum Thomas *h* Bozius, tum Arias *i* noster. In Epist. quæ tribuitur Hier. ac Chromatium & Heliod. de qua meminit, ac disserit Baronius in Martyrologii notis *k*, extat, quod per singulos dies diversarum Provinciarum, diversarumque urbium plusquam octingentorum, & nongentorum Martyrum sunt nomina nominata; ut nullus dies sit, qui non intra quingentorum numerum reperiri possit ascriptus, exemto die Kalend. Januar. Etsi vero demonstrat Baron. minimè scriptam ab Hier. talem Epistolam, & ad primam diem Januarii, falsum esse, quod in ea sit à martyrum cæde temperatum; tamen inde elicitur verum esse quod asserimus, de infinita prope martyrum multitudine. Testis etiam Gregorius *l*, multos ex diversis terris, atD que Provinciis per dies singulos martyrio coronatus fuisse, & quotidianis diebus in eorum veneratione missarum solemnia acta, mundum totum martyribus plenum esse? jam pene tot qui videamus non esse, quot veritatis testes habemus. Egi hac quoque de re ad Ps. 43. *m* allatis istis, & aliis ad ostendendum maximum numerum martyrum, merito propterea cum ovibus occisionis comparatorum, quæ præ aliis animantibus eximia quadam constare multitudine solent. Quod autem hic dicitur *in circuitu Jerusalem*, si terrenam Urbem accipimus, eorum sanguinem intelligimus effusum in circuitu ejus, quos hostes extra muros reperire potuerunt: si mysticè, circuitus ejus est per universam terram; quoniam in omni parte ejus persecutio serviebat, & martyrum stragem, quum magnis lucris thesaurorum cœlestium faciebat.

Et non erat qui sepeliret.) Non incredibile debet videri, ait idem Aug. tam magnum in aliquibus locis fuisse terrorem, ut sepultores sanctorum corporum nulli prorsus existerent: aut certè insepulta cadavera in multis locis diu jacere potuerunt, donec à Religiosis quodammodo futura sepelirentur. Hoc de Christianis. Sed de Judæis, narratur in Machab. historia *n*, Jasonem transfugam

f *Plutarc. in apoph. Lac.*
g *lib. 1. 1. 39.*
h *lib. 7. de signis Eccl. c. 3. & l. 12. c. 22.*
i *de imitat. Christi. tr. 3. c. 22. 23. 24. 25.*
k *tr. de martyr. c. 5. & 7.*
l *l. 7. Epi. in 29. & ho. 27. in Evang.*
m *vers. 22.*
n *lib. 2. 5. 10.*

ejusdem gentis, *qui insepultos multos abjecerat, illamentatum, & in sepulcrum abjectum, sepultura neque peregrina usum, neque patrio sepulchro participantem*. Prohibebatur quoque Tobias occisos à Sennacherib, sepelire sub mortis pœna *a*. De sepulturæ cura non repetam quæ me jam monui disputavisse in commentariis Actuum Apostolorum, & in Ecclesiasten *b* præterea, Sapientiæque *c* librum, quàm carere sepultura omnibus ferè gentibus probrosum, & luctuosum fuerit. Idem adhuc ex Jeremia *d* cognosci potest, ubi Deus minatur *ejicienda esse ossa regum & Principum Juda, & Sacerdotum, & Prophetarum, & eorum qui habitaverunt in Jerusalem, de sepulchris suis, & projicienda in sterquilinium & sepelienda sepultura asini, putrefacta & projecta extra portas Jerusalem*, Esaias e insuper scribit *facta morticina eorum quasi stercus in medio platearum*. Adde Mosaicum statuum, de quo Josephus *f* meminit, Ὥσπερ δώσειν καὶ οἱ πολέμιοι καὶ νεκρὸς, μηδὲ ἐς γῆς ἄμοιρον κεῖσθαι περαιτέρω τῶν δικαίων τιμωρίαν παντὸν: *sepeliantur & hostes, nec quisquam terra expers jaceat, ultro æquum pœnas exolvens*. Probat Augustinus *g* non reformidare nimium piam fidem sepulturæ jacturam: hoc autem loco quod dicitur, magis ad exaggerandam dici crudelitatem eorum, qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt: denique curationem funeris, conditionem sepulturæ, pompas exequiarum magis esse vivorum solatia, quam subsidia mortuorum. Ubi non annumerat sacrificia, orationes, eleemosynas, jejunia, suffragia alia quæ sine dubio mortuis prosunt, & moribundam matrem testatur *h* exegisse. Ait tamen etiam *i*, curanda maximè justorum cadavera, quod iis velut organis vasisque ad omnia bona opera sint usi, & Spiritus Sanctus per illa. Legendus item Alcimus libro ad sororem.

Redimebant olim Christiani martyrum corpora, ut est in actis Bonifacii martyris *k*; sicut & de Gentilium cadaveribus refert *l* Tacitus ut Pisonis, & Galbæ, de aliis Valerius Maximus *m*. Reliquias item sanctorum maximo pretio cœmebant, ut Eduardus Rex Angliæ, Augustin. doctoris brachium centum talentis argenti, & talente auri *n*, ita ut impostor nescio quis tali venditione reliquiarum falsarum quæstum sibi magnum fecerit, ut est apud Glabram *o*: immo & de aliis apud eundem Augustin. *p*: Quo tempore rescripsit Theodosius Imperator, ne quis martyrem distraheret, nemo mercaretur *q*.

Hugonis Tropologia est, effundi sanguinem, cum publicatur peccatum; & mala ejus fama disseminatur etiam apud ceteros, idque negligentia, & malitia Prælatorum *r*: non esse qui sepeliat, quando prædicatur etiam, ut quondam à Sodomitis *s*: recte autem sepeliri pœnitentiæ sepulchro, vel confessionis, vel Religionis, vel quibus inest cognitio sui, & peccati *t*; deinde accusatio, compressio elationis ostensio bonorum operum in morem tumuli, prohibitio infamiæ, ceu odoris tetri, virum quidem tamquam ossium necessaria conservatio, sed carnis & carnalitatis consumtio seu fortificatio quasi per vermes, denique restitutio in gloriosæ statum resurrectionis tempore suo. Memoriæ causa includit accommodatas huc sepulchri proprietates distichon,

Terra, cadaver, hians, premit, & tumet, arcet odorem,
Ossa negat (consumere) *vermi dat carnem, vivida reddit.*

Non esse qui sepeliat Arnobius docet, dum nemo est, qui exemplo vitæ ab interitu mortis abscondat.

a *Tob.* 1. 21. 22. c. 2. 8.

Omnibus gentibus fuit probrosum & luctuosum catere sepultura.

b in c. 6. 3. c in c. 16. 14. cap. 18. 22. d c. 8. 1 2. c. 34. 16. e. 16. 4. c. 22. 19. e cap. 3. 3. f 4 ant. c. 6.

g 22 de Civ. cap 12.

h 9. Confess. cap. 11. i 1. de Civit. c. 13. quem vide l. de cura pro mor. c. 1. 2. 3. k 13. Maii apud Sur. to. 3 nonis Jun. l lib. 17. m lib. 9. c. 3. & 4. n Guil. Mal. morb. l. 2. c. 11. de gestis reg. Angl. o Glabr. lib. 4. cap. 2. p lib. de opere Mon. c. 28. Tropologia q q. Theodo. 1 ult. de sepul.

r Thr. 4. 13. 14. Ez. 24. 7. s Esa. 3. 9.

Avitio gerere inter se inimicitias solent; & Philisthæi, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ odio antiquo persequebantur Hebræos, horumque calamitatibus collætabantur, & vero ipsimet inferre, cum poterant, non prætermittebant Tritum adagium, *aliquid mali propter vicinum malum* x: ut meritò præter ea quæ ex Hesiodo *y*, & aliis affert collector adagiorum, ut de finitimis Ætolis, & Arcananibus, Byantinis, & Carthaginensibus, qui sese mutuis cladibus everterunt: quibus adde cum iisdem Carthaginensibus, Cyrenenses, de quibus Sallustius *z*; Themistocles prædium venditurus hoc addit per præconem voluerit, ut esset vendibilius, ὅτι καὶ ἀγαθὸς ἔχει γείτονας, *quod vicinos etiam haberet bonos* a Hebræi onerati convitiis, & improperiis istis, conquerebantur apud Deum *b*, *audi Deus noster, quia facti sumus despectui, converte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captivitatis*. Opprobrii etiam hujusmodi sub Antiocho mentio est in historia Machabæorum *c*.

Infitum est omnibus invidentiæ vitium.

x Plaut. in Mercato. y opera & dies.

z in Jugurt.

a Plut. in Themist. b 2. Esd. 4. 44.

c lib. 1. 1. 42.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris.) Romanum & Gallicanum Psalterium, *in opprobrium*, nec non Cassiodorus. Vicinas gentes antea indicavi: Hugo Syros addit & Ægyptios Antiocho subditos,

Subsannatio & illusio.) Eadem Psalteria in accusativo, & Gallicanum, *in illusionem & derisum*, Romanum, *derisum contemtum*. Cassiod. *derisui & contemtui*. Augustinus, & *irrisio*: meminit vero editionis nostræ, quæ habet, *& illusio*. Quid subsannatio sit aliàs *d* dixi. Præter ibi citatos legatur adhuc Hieronymus *e*, & hi qui commentarios in Persii Satyram primam ediderunt præcipue Casaubonus, malæ causæ, idest, falsæ defensor religionis, alioquin haud incruditus. Recte Græcum nomen *sannas* arbitranter arguit; vel à sannis alias Tzanis populis: Potius à שנן *scianan acuere*, & שן *scen qui est dens* & à שנינה *scenmah* oratione aculeato. Nisi obstet quod sanna non tam fit oratione, quam gestu corporis, ut idem ille auctor non diffitetur. Hugo hanc ait fieri ruga nasi, præsenti non videnti, sed audienti: illusionem præsenti, & audienti, & videnti: opprobrium absenti, nec audienti, nec videnti. Synonyma sunt sæpe ista, neque cur nasi ruga fiat absenti non videnti, sed audienti, satis intelligo. Hoc loco Augustinus repetitionem notat ejusdem sententiæ.

d in Psa. 24. e præf in Sophon.

Et qui in circuitu nostro sunt.] Hebraicè, in circuitibus nostris, לסביבותינו *lisuivothenu*, quo pacto sæpe alibi eadem notione quam singularis numerus habet, iidemque sunt hi qui in circuitu & vicini, ut Augustin. monet. Aptari hoc bonis Ecclesiæ filiis potest, quia per peccatum aliorum sine suis meritis, ut ait Hugo, contemnuntur, Rickelius, & Valentia de tyrannis persequentibus Christianos exponunt; & secundus etiam de futura persecutione per Antichristum. Prædixit quidem Christus fore ut exprobretur suis, *& dicatur omne malum adversus illos* f. Quiddam quoque tale inter Christianos ipsos à Christianis malis magis pios ac Religiosos, non ab hæreticis dumtaxat, & Gentilibus; quod minus mirandum esset, pati experimur. In genere verissima etiam ejusdem Christi sententia, *diligi tantum à mundo qui sunt ejus, odio haberi ab eo qui non sunt de illo* g. Denique *amicitia hujus mundi, inimicitia est Dei: ita ut quicumque voluerit amicus esse sæculi hujus inimicus Dei constituatur* h. Congruit hic locus totus maximè iis, quorum occupatæ sunt ab exteris regiones, ut qui nunc sunt sub ditione Turcarum, apud quos vile nomen etiam est Christianum, & probrosum, ut nec nos vereantur canes appellare. Antiqui possessores *regionum illarum desolati sunt, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem Gentibus, & ascenderunt super labium linguæ, & opprobrium populi* i. Usurpare possunt extremam Jerem. orationem *k Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum; hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos*, &c. Videant horum plerique & compungantur de aliis, tum præcipuè de Schismatis peccato, ne justissima sit pœna dividi ac separari à facultatibus externis, atque exteriorum subire jugum, quod jugo fracto obediétiæ se se dividant ac separent ab Ecclesia matre, & ab ejusdem sponso, communique Patre Pontifice Romano Vicario Christi: & qui quondam adeo floruerunt opibus, doctrina, sanctitate, cogitent quid causæ sit quare nunc his ornamentis nudati, opprobrium sint, subsannatio, illusio Gentibus; Orthodoxis autem, à quibus se se jungunt, ac sejugant, mœroris ac doloris materia, ut corpori vel truncato, vel luxato contingit.

g Jer. 17. 14.

h Jacobi 4.

i Ezec. 36. 3.

k Thr. 5. 1.

Vers. 4.) Facti sumus opprobrium vicinis nostris, & subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Sensus loci.

CAlamitatis accessio magna, quidamque quasi cumulus, ludibrio haberi ab aliis, aliorumque fabulam jocum, Proverbium, Parabolam esse, præsertim eorum qui ratione vicinæ nonnulla commiseratione moveri debuissent, atque communem sibi calamitatem reputare. Tum vero illud maximè pios urit, si subsannatio & illusio in divinum numen redundet, quasi frustra cecidisse ac speraſſe censeantur in Deum, calamitatibus adeo gravibus oppressi. Occurrit jam prius in aliis Psal. querimonia similis, præcipue in 43. *u*. Quamquam finitimæ nationes insito nescio quo invidentiæ ac æmulationis

u vers. 14. & seq.

Vers. 5.)

Vers. 5.) Usquequò Domine irascēris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?

EXposita calamitatis acerbitate, non per modum indicationis, inquit August. sed deplorantis, quam nisi Deo scit permittente iratoque, & indignato, accidere non posse; convertit se ad ipsum deprecandum, ne sic se semper tamquam iratum exhibeat; ut finem aliquando accensæ, & inflammatæ, tametsi justis de caussis, indignationi faciat, ne ad modum cuncta vorantis, & consumentis ignis, justus licèt furor ejus desæviat. In ipsamet zeli voce agnoscunt qui sic loquentes inducuntur, spiritualis adulterii sui peccatum, ut sibi debitum honorem, tribuerent aliis per idolatriam, & falsorum cultum Deorum. Est enim zelus ira, qua quis commovetur in eum, qui quod uni debetur sibi, communicat alteri, præsertim in re uxoria, quam vocat August. exactionem castitatis.

Exactio castitat. quid

Usquequò Domine irascēris in finem.) Similis phrasis in Ps. 12. *a* & in 88. *b* & in aliis locis. Idem hoc valet, ut ait August. atque, noli Domine irasci in finem, sed tempora correptionem, cibabis nos pane lacrymarum, potaque nos in lacrymis in mensura *c*. Nec verò repetere toties oportet quod hic idem admonet iram & zelum non esse perturbationes Dei, sicut nonnullis scripturas, quas non intelligunt, arguunt, sed nomine iræ intelligi vindictam iniquitatis, nomine zeli, exactionem castitatis, ne anima legem Domini sui contemnat, & à DEO suo fornicando, dispereat. Lege Lactantii librum de ira Dei. Hæc, moraliter agendo, dicitur esse in finem adversus reprobos, quia usque ad eorum durat mortem, posteaque absque fine est, ac æterna. Sic in Ps. 84. *d numquid in æternum irascēris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem?* Sed litteraliter, idem est *irasci in finem*, vel etiam *in æternum*, quod *diu admodum*, &, ut est apud Esaiam *e satis, & ultrà*, ita ut propter diuturnitatem nulla videatur spes liberationis. Arabicè hìc est. *Usquequò irascēris Dimine semper*. Nec placet distinctio Hugonis, cum nota interrogationis duplici; *Usquequò Domine irascēris?* ideſt, eritne ira ista tua temporalis & transitoria? *in finem?* hoc est, an etiam æterna?

Senſus loci. a *verſ.* 2. b *verſ.* 47. c Pſ. 79. 6. Ira & zelus in Deo non ſunt perturbationes d *verſ.* 6. e c. 64. 9.

Accendetur velut ignis zelus tuus.) August. *exardescet*, De zelo dictum Ps. 68. *f*. De illo quem vocabat Doctor idem, ut dixi, exactionem castitatis, magisque propria hæc ejus acceptio est, scribitur in Prov. *g*; *zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, ne suscipiet pro redemtione dona plurima*. Tam justo & ardenti zelotypiæ dolori præscripsit Deus purgatoriam aquam *contra uxorem vel pollutam, vel falsa suspicione appetitam* h; quasi aqua extinguendus ignis foret, sæpiusque jungitur zelo ignis *i*, quia omnis quidem ira fervor quidam est, & accensio sanguinis circa *k* cor, sed maxime zelotypi, propter flammam concupiscentiæ tum suæ justæ, tum quam arbitratur esse in uxore, injustam. Innuit verò etiam nomen zeli non meram vindictam, sed amori conjunctam, nisi enim amaret, ait Hieron. *l*, non zelaretur, & in similitudinem mariti peccatum ulciscereturuxoris. Unde apud Ezechiel. *m* quum dixisset Deus *judicaturum se judicio adulterarum, & daturum in sanguinem zeli*, posteà subdit pro maximo supplicio *fore ut requiescat indignatio, & auferatur zelus, & quiescat ipse, nec irascatur amplius*. Haymo per ignem innui vult, quòd, sicut quamdiu materiam invenit, non deficit, ita tribulatio quamdiu aliquod peccatum purgandum est: vel quemadmodum ignis mollia comburit, & dura, fortiora & probata reddit, sic tribulatio molles cōsumit, & deficere facit: probatos verò fortes reddit.

f *verſ.* 10. g c. 6. 34. Aqua zelotypiæ extinguitur ignis h *num.* 5. 14. & *ſeq.* Iræ definitio. i Ezech. 36. 5. *cap.* 38. 19. Soph. 1. 18. c. 3. 8. k 1. *de anim. cap.* 14. l *in Soſ.* c. 1. m c. 16. 42.

Verſ. 6.) Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt. *Verſ.* 7. Quia comederunt Jacob, & locum ejus desolaverunt.

Senſus loci.

QUoniam concitatam jam iram, & effervescentem cohibere indignationem, atque comprimere, ac semel erumpentem retinere, haud proclive est; petit ut flammam illam suam Deus traducat ad gentes, quæ veram ipsius notionem non habent, nec ejus dici populus possunt, nec illius umquam imploraverunt auxilium, sed suas jactant vires; & suorum Deorum opitulationes. Hoc denique vergere in dedecus quoddam, ac probrum Dei, Acujus populum vel ob memoriam religiosissimi Jacob, illi charum, tametsi minùs obsequentem, nimis ingratum, multis obnoxium propter peccata, suppliciis, veri tamen cultorem Dei, ac sua demum recognoscentem delicta, atque DEI recurrentem adjutoria, impii, atque sacrilegi idolatriæ, ipsummet contemnentes & blasphemantes Deum, tam immaniter, sæveque divexent, & vastent, moreque ferarum velut oves lacerent, & devorent; locum verò sacrosanctam, DEI dicatum religioni & cultui, adeò indignè ac profanè tractent, atque in extremam solitudinem, & desolationem redigant. Imprecatorie istæ formulæ, sicut aliæ in aliis tùm Psalmis, tùm Prophetarum libris, vel propriè sumtæ, proficiscuntur non ex libidine vindictæ, sed ex amore justitiæ: vel habent vim vaticinii, & præcognitæ voluntatis divinæ, à qua, quod omnino factura scitur, petitur, etiamsi alioqui fortassis non opterur. Notat hoc accuratè hìc Augustinus, & nos alibi non semel. Lege Aquinatem *n* quomodo licitæ sint imprecationes. Facilis autem applicatio ad Ecclesiæ persecutores, & piorum.

Imprecationes Prophetarum non ex libidine vindictæ: sed ex amore justitia profectæ.

n 2. 2. q. 25. a 6. ad 3.

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt, & in regna quæ nomen tuum non invocaverunt.) Parum variat Hieron. ponens *furorem* pro *ira*, *super*, pro præpositione *in*, & *cognoverunt*, pro, *noverunt*, & alibi *o*, *intellexerunt*. De verbo autem *effundendi* alias egimus, ut quum dicitur effundi framea *p*, iterum ira *q*, contemtio *r*, oratio *s*, corda *t*; quasi ignis indignatio *u*, & furor seu indignatio *x*, & alia hujusmodi. Significat, inquit Hier. *y*, pœnarum magnitudinem verbum *effusionis*, quasi videlicet in vase nil relinquatur fæcis, juxta comparationem Ps. 74. *z*. Denique hoc duplici sententiæ membro synonyma dicuntur, ut Augustinus monet: quamvis Cassiod. discrimen statuat, ut *regna* denotent Principes viros, aut Respublicas, quarum imperio gentes polive ea fecerint mala, quæ hic descripta sunt. *Non invocare est*, non colere, aut etiam non denominari à Deo, ita ut dici possint populus ejus. Usitatus hìc porrò aliis quoque Prophetis, quasi averruncandi in adversarios mali modus. In more est Sanctis Prophetis, inquit Cyrillus *a* Alexandrinus, & Procopius *b*, fundere preces pro Israele delinquente aliquoties, & scelerum pœnas luituro; & amota ira, in alios eam emitti rogare, & in alienigenarum capita converti. Confirmat præsentis loci testimonio *c*. Esaias autem, quem explanant illi, imitatus etiam videtur sententiam octavi versus, ut dicemus. Hanc expressit Jeremias *d*; *Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognoverunt te, & super Provincias, quæ nomen tuum non invocaverunt*: mox subdit ea quæ sunt hic in v. 7. *Quia comederunt Jacob, & devoraverunt eum, & consumserunt, & decus ejus dissipaverunt*.

o *in Ez.* c. 9. p Pſ. 34. 3. q Pſ. 68. 25. r Pſ. 106. 40. ſ Pſ. 141. 5. t Pſ. 61. 9. u *Thr.* 2. 4. x Ezec. 9. 8. 22. 31. y *in* c. 9 Ez. z *verſ.* 9.

a *l.* 5. *in Eſ. in cap.* 64. b *in Eſ.* c. 64

c c. 64. 9.

d *cap.* 10. 25.

Sic ex profanis poetis ille *e*,

---*ò utinam nova*
Incude diffingas retusum in
Massagetas, Arabasque ferrum.

e *Hora lib.* 1. *Carm. ad* 35

Item alius,

Dii f *meliora piis, erroremque (ardoremq;) hostibus illum*
Et---*Dii* g *capiti ipsius generique reservent*.

f Virgil. 3. Georg. g 8. Æn.

Et Græcis alius *h*,

εἰμὲν πέφυκεν ἐσθλὰ, δὸς πελασφόρα.
εἰδ' ἐχθρὰ, πῶς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μίθος.
Si quidem bona sunt, dato integra,
Sin inimica & mala, ad hostes transferto.

h Sophocl. in Electra.

Plura in Virgilium Pontanus *i* noster, & Brissonius in formulis *k*. Quærit Augustinus quomodo sit intelligendum quod est apud Lucam *l*; *servus qui nescit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: servus autem, qui scit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulavit multis*. Si major ira Dei est in Gentes, quæ Dominum non cognoverunt, quod & sequentia postea verba adhuc innuunt, *Redde vicinis nostrum septulum, seu septies tantum*. Respondet quòd multum interest inter servos, qui licèt nesciant voluntatem Domini sui, tamen invocant nomen ejus; & alienos à familia tanti patrisfamilias, qui sic ignorant Deum, ut nec invocent Deum; sed simulacra, vel Demonia, vel quamlibet creaturam, non Creatorem, & inimici nominis ejus existant, atque servos ejus insuper oppugnent; quod indicatus verbis sequentibus. *quia comederunt Jacob*, &c. Hoc pacto, inquit Cassiodorus, culpas mitigat

i *in* 1. *Georg.* k *lib.* 1. l *cap.* 12. 48.

Judæorum, quia saltem aliqui inter eos dominicis jussionibus serviebant, & comparatione aliorum, erant Judæi minùs mali. Idem cum Augustin. Beda, & Remigius, aliique respondent; Ceterùm Isidorus *a* ait quod nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet (ignorantiam simplicis negationis vocant Philosophi) noluisse verò scire (quam dicunt pravæ dispositionis) ad contumacem superbiam. Voluntatem quippe proprii Domini nolle nescire, quod aliud est quàm velle Dominum superbiendo contemnere? Subdit non solùm à Deo judicari qui à cognitione sua se averterunt, sed etiam qui nescierunt. Probat tùm præsenti sententia, tùm Sophon. *b*. Profectò quibus inest justitiæ radix fides. Deique cognitio per illam, tametsi graviùs peccent (ceteris, ut dicunt, paribus) quàm destituti ejusmodi salutis præsidio; nihilominùs non ita contemnere solent Deum, & faciliùs ad justitiam resurgunt; denique quadam quoque ex parte minùs peccaretur. Simili ratione id suaderi potest, qua Basilius *c* religiosi peccatum docet minus esse, si conferatur cum peccato sæcularis. Nam religiosus, inquit, quum de ineunda gratia Dei sollicitus sit, in eaque re elaboret; non de industria sed casu aliquo, & præter animi sententiam labitur, caditque qui de vulgo est, quum nullam neque sui, neque Dei rationem habeat, neque quidam omnino referre existimet, peccetne an rectè agat, aut Deum contemnit, aut tollit penitus, *confitens quidem fortassis se nosse Deum, factis autem negans* d. Addit, peccata religiosorum plerumque etiam evenire ex Consilio Dei, ad ipsorum utilitatem, quum ea permittat ad sanãdam aliquam animi illorum elationem, quæ præcesserit; sicut accidit Petro *e*. Valent hæ proportione quadam rationes ad fidelem, & infidelem peccatorem translatæ.

Arnobius Gentes ac Regna, quæ non noverint Deum, & non invocent nomen ejus, interpretatur de dæmonibus, quos etiam nostros appellat vicinos, *& inimicos in circuitu nostro*, ut erat in v. 4. quia nec uno quidem puncto ab inimicitiis juxta nos positi, recedunt, & locum nostrum, qui est ornatus moribus, in eremum convertũt. Non ita propriè in dæmonas (*qui etiam credunt & contremiscunt* f,) licèt non invocent, sed blasphement nomen Dei, atque ita ignorent, quia non colunt, nec approbant, effunditur ira, nisi quatenus id optari, petive intelligi potest, quod jam fit; & quoniam ita fit. Vide apud Hugonem triplex regnum, diaboli, mundi, carnis, superborum, qui invocant Baal; cupidorum seu avarorum, qui mammona; luxuriosorum, qui Beelphegor: *gentem & regnum, quod non servierit Deo, perituram* g: Sanctos *per fidem vicisse hæc regna* h, per devotionem, per eleemosynarum largitionem, per jejuniorum continuationẽ: quemlibet fidelem *constitutum à Deo super gentes, & super regna, ut evellat, & distruat, & disperdat, & dissipet, & ædificet, & plantet* i, ut scilicet *non regnet peccatum in nostro mortali corpore* k, quum unum quodque peccatum habeat regnum suum, & sub se plures nationes; ut Origenes * docet, sed regnum virtutis fundetur in nobis, & erigatur. Lege Gregorium *l*. Postremò Beda in bono sensu exponit, ut effundat DEUS iram in gentes & regna, notificando futuri judicii plenariam iram, ut saltem timore illius iræ convertantur.

Quia comederunt Jacob.) Chaldaicè, *dissipaverunt domum Jacob*. Sic Ps. 68. *m zelus domus tuæ comedit me*, & in Jeremia *n* repetitur hæc ipsa sententia, sæpiusque uturpantur ab eodem idem loquendi modus *o*, & ab aliis aut synonymis verbis *vorandi* & *devorandi*. Eamdem vim habet *devorare plebem sicut escam panis* p, & *comedere carnes populi* q, & boni pastoris ac principis dixit quidam *r* esse tondere pecus non deglubere. Significatur consumtio vel vitæ, vel facultatum, vel in ore gladii, ut ajunt Euthymius, & Niceph. vel aliis malis, ut Apollinarius. Nomine *Jacob* intelligitur populus Hebræus, ut sæpe monui, ad exaggerationem verò exprimitur nomen sanctissimi, charissimi, devotissimi DEO viri. Appellat Cassiod. *ἀνθρωπόσωπον* figuram, qua pro ingratis ponatur gratissima persona, & Patriarchæ hujus mentione voluit, inquit Basilius seu Theodor. Deum ad misericordiam excitare. Non puto autem *comedendi* verbo denotari quod cadavera, carnesque ab hostibus expositæ fuerint ferarum comestioni, ut idem tamen Cassiod. vult. Hoc jam satis antea *s* expressum erat. Mystica ratio est ex Augustin. sumta; quòd lege Domini derelicta impia superstitione glutiti sint. Talis expositio verborum Oleæ *t*, *peccata populi mei comedent*, quam tradit Alexander Papa I. *u* ut precibus & oblationibus deleant atque consumant.

Et locum ejus desolaverunt.) Hieron. *decorem*. Aquila, *ἀραῖον*, *speciosum*: Symmac. *καλλονὴν pulchritudinem*: Theodotio *ἐυπρέπειαν decorem*: Chaldaicè, *domum sanctuarii*: etsi textus quo Maronitæ utuntur, habeat dumtaxat *habitationem*, quæ item est in textu Arabico: & ita ex Hebr. alii vertunt, sive *habitaculum* vel quidquid elegantiæ apud eos erat: Apollinarius *χώρην ἀγαλλίαν locum præclarum*. Vox Hebræa נָוֶה *naveh* in omnino simili nostræ sententia apud Jerem. *x* vertitur, Græcè *νομὴν*, Latinè *decus*: Chaldaicè, *habitacula*. Significat νομὴ pascuum locum; quomodo indicaretur similitudo ex feris in ovile, caulamve irruentibus; ita enim se habent inclusi mœniis civitatis homines, in quos irrunt hostes. Speciositas, pulchritudo, decor ad locum refertur non templi unius, quo ter in anno numerosissimus concurrebat populus, contẽtus veluti septis illis sacris & pulcherrimis; nec desunt, ut aliàs dici, qui ex Hebræa voce derivent Græcam *νεὼν*: sed omnia habitationis, simili tropo ex re etiam pastoritia, quemadmodum & quum dicuntur *speciosa deserti* y, *atque pastorum* z, lege Ps. 22. *a* 65. *b* 67. *c* commentarium. Lego aliquando ab solutum *loci* nomen pro ampla ditione, habitatione, possessione, ut *d*, *venient Romani & tollent nostrum locum & gentem*: & *e*, *non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit*. Quamquam posterior scripturæ locus videtur de templo esse; & priorem quidam quoque interpretentur, sed Chrysostom. Theophylactus, aliique de civitate vel regno toto.

Vers. 8.) Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ; quia pauperes facti sumus nimis.

Vers. 9.] Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sensus loci.

CNE ita priùs rejeciſſe in alios videatur culpam, ut propriam non agnoscat, suique populi, etiam si Deum alioquin agnoscant, & invocent, quod non hostes, orat ne velit Deus meminisse in malum eorum, illarum iniquitatum, quas vel ipsimet adhuc, vel ipsorum commisissent patres; sed horum omiha peccatorum ad puniendum, memoria, reatuque deleto, prævenire quam primum dignetur miserationibus suis magnis, ac præoccupare, & occurrere priusquam apprehendant illos mala, quæ commeruerunt, omnesque pereant, & priusquam comprehendant iniquitates illæ, veluti exigentes pœnas debitas, quia jam redacti sint ad miseriam magnam, ac vehementissimè attenuati, & attriti. Flagitat etiam, ut quam alias tulit rebus eorum afflictis opem, tamquam Salvator, nunc ferat, &, etsi non propter ipsos, qui provocaverint & concitaverint suis iniquitatibus justissimam indignationem illius, certè propter gloriam & honorem sancti atque magnifici nominis sui, condonando eaſdem iniquitates tãtarum causſam calamitarum, unde nomini quoque eidem magna fiat gloriæ honorisque accessio: & intelligant etiam hostes, quàm sit & potens, & clemens Deus, de quo blasphemè obloqui solebant, ut infra magis exprimitur. Esaias *f* ut antea monui, transcripsit hunc locum, *ne irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est: domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, ubi laudaverunt te Patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?* Frequentat quadragesimali tempore præsertim, Ecclesia hos versiculos, una cum alio Psalmi 102. *g* mutatis paucis: *Domine non secundùm peccata nostra quæ fecimus nos*, &c. meminique ex pio instituto Parisiensis Academiæ, diebus singulis in matutina prece solemniter à studiosis recitari. Ponam hic pissimi Rickelii de versibus istis judicium ipsissimet ejusdem verbis. O quanta est virtus versiculi hujus atque duorum versiculorum sequentium! Verè enim omnem humanum sensum virtus eorum transcendit, & deficit lingua ab elocutione laudis

rum

a 2 *Sen. c. 37.* Ignorantia duplex à philosophis observatur.
b *Cap. 1. 6.*
c *Ser. 83. ex brevi.*
d *Tit. 1. 16.*
e *Mat. 26. 75.*
f *Jacob. 2. 19.*
g *Esa. 60. 12.*
h *Hebr. 12. 23.*
i *Jer. 1. 10.*
k *Rom. 6. 12.*
* *ho. 1. in Jer. l. 3. p. Past. c. 35.*
l
m *vers. 10.*
n *c. 10. 25.*
o *cap. 30. 16. cap. 50. 7. 17.*
p *Ps. 13. 4.*
q *Mich. 3. 2.* Tondere debet pastor, non deglubere.
r *Tiberius.*
s *vers. 2.*
t *cap. 4. 1.*
u *Epist. 2. & habetur 1. 7. 2. cap. ipse Sacerd.*
x *cap. 10. 25.* νομὴν.
y *Ps. 64. 13. Jerem. 9. 10. Joel 1. 19. 20. 1. 2. 22.*
z *Amos c. 2. 2 vers. 2.*
a *vers. 2.*
b *vers. 13.*
c *vers. 13.*
d *Jo. 11. 48.*
e *2. Macha. 5. 19.*
f *c. 64. 9. 10. 11. 12.*
g *vers. 10.*

eorum. Sed & quam bonum est propriam paupertatem agnoscere, sicque indesinenter in Oratione Dominica proclamare: *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Admiranda est virtus orationis versuum horum, & omnium saluberrimum est, mentali affectu, cum attentione ingenti, cum præcordiali sapore hos sacros versus deprome re; quoniam possibilius foret cœlum & terram perire, quam talem orationem inefficacem existere. Sic ille.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.) Hieronymus, *ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum*. Ex Hebræo לנו *lnnu* dativi casus, alii, *ne memineris nobis*, ideſt in malum, & perniciem nostram. Cajetanus *iniquitates priorum*, videlicet Patrum. Alia Latina Psalt. & Cassiod. in accusativo, *iniquitates nostras antiquas*. Non arbitror, quod suspicatur Agellius, legisse Lxx. ἡμῖν, deinde à parum intelligente quid sit λυπῶνται, verum in ἡμῶν: & quia non soleat scriptura præponere pronomina, ut ἡμῶν ἀνομίας, sed potius ἀνομίας ἡμῶν. Cur enim, cum eodem redeat sensus, facilè id credamus ignoratum ab aliquo, ac de industria mutatum? Deinde littera servilis ל *lamed* inservit etiam genitivo. Tandem pronomen præpositum alias reperio. Ut a ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις. Hieronymus enim vertit, *Deus nostra spes*, &c. & est לנו *lanu* Hebraicè. Tobiæ similis deprecatio: *Et nunc, Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis me s neque reminiscaris delicta mea vel parentum meorum* b. Non meminisse, reminisci, recordari, memorem esse iniquitatum, est non reddere quod illis debetur, neque & castigare & punire prout merentur, sicut è contrario dicuntur ista etiam in bono sensu, quum, verbi gratia, *recordari* Deus dicitur *misericordiæ suæ & veritatis suæ domui Israel*, c ideſt, misericordiæ, pactique, quod pepigit cum illa; quod aliter Joannis Pater dixit, *memorari testamenti sancti* d, & Deipara, *recordari misericordiæ* e. De modo quo Deus, cujus constans, & invariabilis cognitio est, recordari dicatur, consule Gregorium *f*. Iniquitatem portat suam quisque, nec filius quidem iniquitatem P tris. Solaque *anima quæ peccaverit, ipsa morietur* g, nimirum morte, quæ consistit in privatione gratiæ, & æterna damnatione, nec propriè aliud peccatum contrahitur à filiis, quam originale: quamvis temporali pœna possint plecti pro parentibus filii, seu potiùs parentes in illis, tamquam in re quadam sua, vel etiam velut pœna propria, si parentum imitentur peccata: *visitat* enim sic *Deus peccata patrum in filios* h, *& reddit iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos* i. Hoc loco deprecari Prophetam possumus interpretari non solum pro propriis veteribus peccatis, & delictis juventutis, quæ alibi *k* petit ne meminerit Deus, seu etiam quæ in tota vita commissa erant, sed pro illis præterea, quæ à majoribus ipsorum, & pro iis adhuc persolvenda restabat pœna, juxta illud *l*, *patres nostri peccaverunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portavimus*. Cassiodorus, & Ayguanus *antiqua* exponunt antiquis similia: Beda & Haymo, quæ committuntur ex assuetudine habituque. Opinio quam refert Beda, non est vera, originalia, & actualia peccata redeunti post baptismum ad vomitum denuò imputari, efficiq; ita peccanté prius remissorum reum. Egimus hac ipsa de re jam alibi, hoc ipso opere: & recepta sententia est, non reviviscere demerita, nisi secundùm circumstantiam ingratitudinis, *donaque Dei esse sine pœnitentia* m. Lege Cyrillum Alexandrinum n, Hieronym. o, Auguſt. p. Valde iratus Deus jurat *se non obliturum usque in finem omnia opera superborum* q, scilicet mala, ut memoriter teneat quæcumque peccaverint, & usque ad finem, & judicii tempus adducat: unde pœnitentes cogant, ait Hieronym. r, hoc quod verbis loci hujus continetur. Augustin. *f* primo illo suæ pœnitentiæ initio testatur sub quadam fici arbore stratum, dimittendo habenas lacrymis, & prorumpentibus fluminibus oculorum suorum, non quidem his verbis, sed in hac sententia protulisse inter alia; ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum, sensisse enim se ab eis teneri, & jactasse voces istas, & alias miserabiles. Observat Hugo recordari Dominum peccatorum nostrorum per sex, per scripturam eorum, ideſt quia *sunt scripta stylo ferreo* t, per profunditatem *u*, per consuetudinem *x*, per multitudinem *y*, per magnitudinem *z*, per signa & memoralia *a*.

Tandem antiquitas hìc memorata peccatorum innuit Deum jam multiplicatis, & inveteratis hominum peccatis permittere demum, aut etiam immitere calamitates, nec esse festinum, velocè, præcipitem ad vindictam. Hoc sibi vult *vigilans jugum iniquitatum in manu Dei, & cum hæ convolutæ essent, impositas collo* b, nempe jugum supplicii infligendi ex multis iniquitatibus compactum, & contextum habuisse in sua manu Deum, attendendo, & expectando tempus, in quo illud imponeret. Vocat Paulus *c thesaurizationem in die iræ, & revelationis justi judicii Dei*: Job *d signationem delictorum quasi in sacculo*: Deus in cantico Moysis *e significationem* quoque *in thesauris suis, & conditionem apud se, ut ulciscatur ac retribuat in tempore*. Si vis ut non meminerit Deus, fac memineris tu peccatorum tuorum cum dolore, & ad non faciendum, *mandatorum verò Dei ad faciendum ea* f: *recogita Deo annos tuos, quibus offendisti eum in amaritudine animæ tuæ* h, *reminiscetur ille miserationum & misericordiarum suarum, quæ à sæculo sunt, & oblitus delictorum juventutis tuæ h*. seu antiquorum, nec non etiam recentium & novorum, si doleas de eisdem.

Citò anticipent nos misericordiæ tuæ.) Hieronymus, *occupent*. Alii, *festinæ, præveniant, vel antevertant nos miseriæ tuæ, miserationes, pietates, bonitates*, &c. Chald. in textu Maronitarum additur (*Deus*) quod nomen addit etiam Arnobius. Arabicè, *sed cooperiat nos clementia tua citò*. In aliis Latinis Psa. *citò nos anticipet misericordia tua citò*: additurque in Concilio Arausicano secundo *i* (*Domine.*) Numero plurali sunt Hebraic. רחמים *rechamim*, & οἰκτιρμοὶ, quas propriè diceres viscerationes, seu affectus, & sympathias ex intimis visceribus prodeuntes, atque, ut etiam vulgò loquuntur, cordiales. In Græco verbo φθασατωσαν, denotatur occursus, & succursus, quum currendo quis alium consequitur antequam in discrimen incurrat, sicut quum apud Esaiam *k* quidam provocantur, ut *occurentes sitienti, ferant aquam, & cum panibus occurrant fugienti*, ubi Græcum quidem verbum est φθασατωσαν: sed Hebræum קדם *kiddem*, idem quod hoc loco. Rectè hoc perpendit Agellius, & antithesim cum iniquitatibus, quæ nos *comprehendere* dicuntur *l*, hoc est, quasi fugientes consequi (adde ut est in Genesi *m in foribus esse*) opteri autem ac peti, ut nos divinæ misericordiæ velocius consequantur, ne suppliciis corripiamur quæ debentur iniquitatibus, utque contra istas quasi Atas infaustas, suas mittat Litas, præsides supplicum precum, ut Homerus *n* loquitur. Id etiam Apollinarius innuit, utens mittendi verbo;

οἰκτιρμοὺς καταπεμπε θεὸς μάκαρ ἄμμιν ἀρωγούς.
Commiserationes mitte citò, Beate, nobis adjutrices.

Mittere absolutè, vel auxilium, vel misericordiam, vel redemtionem *o*, & similia, hisve quoque opposita, ut iram *p*, &c. in Ps. nostris occurrit aliquando. De fictis illis numinibus adi Lylium *q* Giraldum. Claudas Litas exhibebant veteres, rugis obsitas, strabis luminibus, necessitate ad supplicationes sese deflectentes. Citas, celebres, veloces, occursatrices, anticipatrices, præoccupatrices, præcurrentes, præcedentes, prævenientes, hilares, benignas, liberales misericordias delegat, & destinat Deus multò meliores quodammodo filias suas, quam essent Jovis Atæ. Indicari quoque potest *anticipandi* verbo gratia prævenies, sicut & per verbum *præveniendi* aliis in Ps. *r*. Sic præsentem Bernardus *s* intellexit locum, monens ut hanc frequentemus orationem, scientes redire nos ad Deum, & quærere illum non posse, nisi quæratur à nobis. Concilii Arausicani secundi canon 14. usurpat hunc locum, & similem 58. extremi; Deus meus misericordia ejus præveniet me, ut definiat, quòd nullus miser de quacumque miseria liberatur (nempe peccati & quæ ad id pertinent) nisi qui Dei misericordia prævenitur. Lege præterea Gregorium *t*. Proclus Cyzici *u* Episcopus has ait voces implorantis opem cœlestis medici, propter vulnus humana industria majus, *quia pauperes facti sumus nimis*.

Accelerationem solam Incarnationis cecidisse sub veterum patrum meritum quidam sentiunt, & hinc etiam probant: alii existimant, nimirum loquentes de merito quod appellant de congruo, ipsam incarnationem absolutè quoniam eam quoque petierunt absolutè, *salutare x tuum da nobis: visita* y *nos in salutari tuo*. Sæpè noster David citam calamitatibus flagitat opem, atq; adjutorii festinationm: Daniel *z* citam, *ne moraretur Deus*. Id factitandum nobis, *quia non tardat mors* a, nec dormit, vel otiatur diabolus; quem idcirco *præveniri* oportet *ac supplantari à Deo* b, *& fortem à fortiori superveniri*, ut

a Ps. 45. 2.
b Tobia 3. 3.
c Ps. 97. 3.
d Luc. 1. 82.
e Ibid. 54.
f 22. mor. c. 5 vel 6.
g Ezech. 18. ac.
h Exod. 20. 5
i Jerem. 32. 18.
k Ps. 24. 7.
l Thre. 5. 7.
Sententia Bedæ improbata.
m Rom. 11. 29.
n 6. de ador. in princ.
o in Jerem. cap. 32.
p que. 42. in Deut. l. cont. Adimant. c. 7. & lib. post collat. cont. Donatist c. 7
q Amos 8. 7.
r ibidem
s 3. Confess. cult.
Per sex recordatur Deus peccatorum nostrorum.
t Jer. 17. 1.
u Osee 9. 9.
x Gen. 4. 16.
y 2. Paralip. 14. 16.
z Thr. 3. 42. 59.
Esa. 57. 8
a Eccl. 14. 12.
b Ps. 16. 13.

b Thr. 1. 14
c Rom. 2. 5.
d c. 14. 17.
e Deute. 32. 34.
f Ps. 102. 18.
g Esa. 38. 17
h Ps. 24. 7.
i cap. 14.
Οἰκτιρμος
k cap. 21. 14.
l Ps. 39. 13.
m cap. 4. 7.
n Ili. 1. & 7.
o Ps. 17. Ps. 19. 3. Ps. 56. 4. Ps. 110. 9.
p Ps. 72. 49.
q de diis ge. syntag. 1.
r Ps. 9. 4. Ps. 58. 11. Iserm. 67. & 14. in Cant.
s 33. Mor. c. 20. vel 25.
t bo. de nat. Bom. tom. 6 Conc. Ephes.
x Ps. 84. 8.
y Ps. 105. 4.
z cap. 9. 19.

vincatur *. Deniq; imitantes hac in re regulum, dicamus Christo fidenter **.*descendebrius quam moriamur.*

Quia pauperes facti sumus nimis.) Hieronymus, *attenueti*. Alii, *miseri, afflicti, attriti*. Chaldaicè, *miserabiles facti sumus* אתמסכנא *ithmaschenena*: in textu Maronitarum, *humiliati*. Arabicè, *coarctati*. Verbo Hebræo דלונו *dallunu*, quod importat propriè attenuationem, & arefactionem, significatur paupertas, & inopia quæ corpus ipsum emaciat, & extenuat ob alimenti necessarii defectum. Pauperem nominat הל *dal, tenuem, exaustum viribus, aut facultatibus egenum, aegrum, infirmum, &* דלה *dallah paupertatem, vel aegritudinem*. Latiùs patet *pauperis* appellatio, pro qualibet persona miserabili, ut aliàs docui.

Sensus mysticus.

Mysticè hoc loco indicatur infirmitas nostra, egens Dei misericordia ad facienda ejus præcepta, ut ait Augustinus: ex Arnobio jactura auri pudicitiæ, argenti bonæ conscientiæ ex Euthymio & Nicephoro omnium virtutum. *Melius est mori, quam sic indigere* a: *talis enim dives perindè est ac si nihil habeat*: b *& quid prodest universum mundum lucranti, anima verò detrimentum patienti* c, quid juvat de se præsumere ac se divitiem existimare, nulliusque egentem, *quum sis miser, miserabilis, pauper, caecus, nudus* d: Qui dicitur Hieronymus, videtur in sensu bono paupertatem accipere, ait enim orari, ut præveniat nos misericordia Dei, quæ est unigenitus ipsius, ut veniens propitietur iniquitatibus nostris, & eruat nos à peccatis *quia pauperes facti sumus* in mundo propter illum.

a Esa.40.20. b Prov.13.7. c Matth 16. 27. d Apoc.3.17

Adjuva nos Deus salutaris noster.) Hieronymus, *auxiliare nobis Deus salutis nostra*. Chaldaicè, *Deus redemtionis nostræ*: vel, *adjuva nos Deus, redime nos*: vel, *adiuva nos Deus, salvator noster*. Arabicè, *esto nobis adjutor, O Deus noster, & salvator noster*. Si fiat ex ישעני *ishhenu* ישעני *ioscehhenu*, erit pro, *Deus salutis nostræ*, ut Hieronymus redidit, *salutaris noster*, aut *salvator*, aut *salvans nos*. *Va qui descendunt in Ægyptum ad auxilium* e, *& qui non ponunt Deum adjutorem suum* f: *respicienti namque ad adjutorium hominum, non erit ei* g: *tantum in Deo auxilium nostrum* h, *& à Domino* i, *& exultandum nobis in Deo Jesu nostro* k. Quum vero adjuvari nos vult, ait Augustinus, nec ingratus est gratiæ, nec tollit liberum arbitrium: qui enim adjuvatur, etiam per se ipsum aliquid agit. Simile argumentum repetit *l* sæpe idem Doctor, & qui tractant de concordia gratiæ liberique arbitrii, *Dei adjutores sumus* m: *spiritus adjuvat infirmitatem nostram* n, non negligentiam, ideſt, requirit cooperationem & laborem nostrum, quamvis hic ipse ex gratia pendeat magis, quam ex nobis.

e Esa.31.1. f Ps. 51.9. g Eccl. ult. 10. h Osea 13.9. i Ps 120.2. k Abac.3.18. l tract. 4. in Epist. Joan. sermon. 3. de verb. Apost. l. de perfect. just. et alibi. m 1. Cor. 3.9 n Rom.8.26.

Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.) Conjungens particula Hebraicè, Græcè, Chaldaicè locatur ante verbum, *libera*: omittitur verò etiam penitus Illiricè, sed absque jactura sensus. Familiare fuit Patribus antiquis propter Deum, & nomen illius, auxilium petere à Deo in suis calamitatibus. Sic exempli causa Daniel o orabat: *Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac ne moreris propter temetipsum Deus meus, quia nomen meum invocatum est super civitatem, & super populum tuum*. Idem reperies in multis Psalmis p.

o cap.9.19. p Psal.22.3. Isa.24.7. Psa. 30.4 Ps. 43. 20. Ps.108.21 Ps.144.2.11. q cap*9.9.

Et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.) Arabicè, *& remitte peccata nostra propter nomen tuum venerabile*. Illyricè, *dele peccata nostra*, כפר *caphar propitiari, placare, condona, remitte*. Fiunt hæc circa peccata, illa etiam delendo, non per solam externam non imputationem. *Gloria Domini est, misereri*, ait Daniel q, Opus nobis est adjutorio Dei ad bene agendum, liberatione ab impedimentis, quæ diabolus interponit & caro, & mundus: remissione peccatorum, quia non est qui non peccet, saltem venialiter. Singulare beneficium Dei est, illum invocare, gloriam ipsius unam quærendo, & pro beneficiis gratias agendo. Opus hoc novæ creationis est: nam *populus qui creabitur, laudabit Dominum* r, & Deus ipse ait, *quod omnem qui invocat nomen illius, in gloriam suam creavit eum, formavit eum, & fecit eum* s. Magna autem asseveratione certos nos facit, esse se auctorem bonorum, quæ habemus, liberalem, gratisque propter semetipsum ea conferre, non propter nos, ideſt, non propter merita nostra. *Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini, & erubescite super viis vestris, domus Israel* t. Item, *propter me, propter me faciam, ut non blasphemer: audi me Jacob, & Israel quem ego voco: ego ipse primus, & ego novissimus: manus quoque mea fundavit terram*, &c. u. Præterea, *propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, manus nostra excelsa, & non Dominus fecit haec omnia* x.

Novæ creationis opus, Deum invocare; gloriam ipsius quærere, pro beneficiis gratias agere.

q cap*9.9. r Ps 101.19. s Esa.43.7. t Ezech. 36. 32. u Esa.48.11. 12. 13. x Deut. 32. 27.

Vers. 16.) Ne fortè dicant in Gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.

Sensu loci.

DEleti peccata cupit, & poscit calamitatum causam, propter nomen DEI, ne dicant aliquando homines inter gentes incredulas, profanasque, & ubi nam est illorum DEUS, quem colunt? vel impotens est, ut liberare, atque juvare nequeat: vel immitis, ac lævus, ut nolit, & se placari non sinat, nec supplicibus acquiescat. Rogat ut potiùs se, ac suo populo videnti, palam fiat in iisdem Gentibus, & ubique innotescat latissimè, quàm justè sit ultus DEUS effusum crudelissimè ab hostibus sanguinem eorum, & indignissimas barbarissimasque cædes, de quibus antea meminerat y. Blasphemias ejusmodi Rabsaces fudit z, & hac de re in genere cum lacrymis conquerebatur noster David Psalm. 41. *a* & 113. *b* Eliæus item quum non statim quod volebat impetrasset, dicebat *c*, *ubi est Deus Eliæ?* Moyses proponebat blasphemias, quas jactaturæ erant Gentes adversus illum, nisi populo parceret *d*, Idem faciebant apud Joel, *e*, & Michæam *f*. Josue objiciebat, *quid facies magno nomini tuo* g? Deus ipse exprobrabat Gentibus *h*, *ubi sunt Dii eorum, in quibus habebant fiduciam?* & populo Hebræo ad idolatriam verso *i*, *ubi sunt Dii tui, quos fecisti tibi?* Sed & amici Job insultabant ei, uxorque k, & sua etiam Tobiæ *l*, Judæi crucifixo Christo *m*, tyranni ac persecutores Christianis, mali Christiani pius & religiosis. Hac de re non semel prioribus actum Psalmis.

y vers. 3. 4. Reg. 18. 34. cap.19.13. z vers. 4.11. a vers. 2. secund. Hebr. b 4. Reg.2.14 c Exo.32.12. num.14.16. d cap.2.17. e cap. 7.10. f Josue 7.9. g Deut.32. 37. h Jerem. 28. i Job.2.9. k Job.2.22. l Matth.27. 30.

Ne fortè dicant in Gentibus, ubi est Deus eorum?) Hebraicè למה יאמרו הגוים *lammah iomerum haggoim, quare dicent gentes*, quod Hieronymus in præsenti vertit, *dicunt*. Vim, ac Emphasim habet majorem percontatio, quam Campensis in Paraphrasi sic expressit, *quo modo ferre diutiùs poteris Domine petulantium impiorum, qui nobis insultant*, dicentes, *ubi nunc est ille vester Deus?* Quare non adeo secundùm litteram probabilis expositio Augustini, hoc magis accipiendum, ut pro gentibus dictum. Conquestio hic est, vel metus opprobrii à Gentibus. In Psalm. 113. quod legimus, *ne quando dicant gentes*, extat eodem modo Hebraicè & Græcè quo hìc, Græcè, inquam μήποτε εἴπωσι, & Hieronym. tamen ibi reddit, *ne dicant gentes*. Quidam particulam למה *lammah* ajunt quandoque valere לבלתי *lenilthi, ut non*. Certè alibi exponitur etiam per μήποτε, quamvis Latinè, per *cur*; n item per ἵνα ἐν μὴ *ut igitur non*, sed Latinè, *cur ergo*? In Latinis aliis Psalt. & in textu Cassiodori *ne quando dicant gentes*, apud August. *ne quando dicant in Gentibus*. Correcti codices Græci habent ἐν τοῖς ἔθνεσι. Sed alii, ne non Enarratores ejusdem linguæ, τοῖς ἔθνη. Meminit Basilius, vel Theodoret. cæteros. Interpretes tamquam factum, dixisse εἰς παλιγγενεσίαν ἔθνων; *quare dicunt gentes*. Ita etiam expositum retuli ab Hieronymo.

m Genes 27. 45. n cap.47.19.

Et innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est.) Hieronymus, & Hebraizantes hunc sequuntur contextum, omissa conjunctionis particula, quæ abest etiam à textu Hebræo. *Nota fiat*, ait in versione Hieronymus, *in gentibus ante oculos nostros ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est*. Latini ferè aliter & dispungunt, & legunt. Sed Hugo punctum ac periodum notat ibi esse, ubi hìc eam clausimus. Illo alio modo explicant orari, nec exprobratio illa, *ubi est Deus eorum*, ut innotescat etiam in oculis Hebræi populi atq; liberè, & procaciter, palàm, publicèque Gentes id exprobrent, sicut Rabsaces fecit, quem rogabant ne sermone uteretur Hebræo, quæm perciperent Hebræi o. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum inchoatur sententia nova, si legendo, *vindica sanguinem servorum tuorum*, &c. Arnobius legit, *defende*. Legitur item Arabicè, *vindica sanguines servorum effusos*, & in prioribus verbis, *tunc scient populi, & videbunt oculi nostri*, si nempe fueris. O Deus, adjutor noster, &

o 4. Reg 19.4

Salva-

Salvator noster; & liberaveris nos, & remiseris peccata nostra. Græcis placuit eadem connexio, ita ut, quod etiam in Ephrasi dixi, sit sensus, peti, ne quod præcedenti dicebatur versu, exprobrent Gentes Deo; sed exprobrantium audacia, sævitiaque contra populum DEI sic puniatur, effusa ejus, in illos ita, ut & ipsimet exteri hostes compellantur confiteri potentiam DEI, quē colunt Hebræi, & alii exemplo ac incitamento sint populis, ne quid tale audeant adversus DEUM, populumque ipsius, & populus ipse Dei hanc de illis vindictam lætus, securusque, ac DEO gratulabundus palam & apertè videat. Ayguanus adjicit explicationis majoris caussa, juxta lectionem & nexum hic positum, ut ultio sanguinis servorum tuorum Dei, quem effunderunt, innotescat nationibus, ita ut hæ sciant DEUM injurias populo suo illatas justè vindicare; & hoc fiat coram oculis dicti populi, ita ut ipsum vindictam oculis suis videat ad laudem justitiæ divinæ. Apollinarii expositio hæc est, in qua prætermittit pronomen primæ personæ additum oculis ipsarummet nationum videtur interpretari, ut ipsæ suis oculis videant ultionem repetitam de sanguine servorum Dei, quem effunderunt,

Ἴδοιμι μὴ ἀναφανδὸν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτο
δημόων ἔκδικον αἷμα· ὃ πρὶν ἔχυεν σέθεν.
Nationes verò palàm in oculis videam
Servorum vindictam sanguinis quem priùs fuderunt tuorum.

Aliter declaratur distinctione retenta versuum ut communiter canuntur; *ne dicant gentes, ubi est Deus eorum? & hoc ipsum ne innotescat, ac divulgetur in nationibus coram oculis nostris, & in faciem nostram, ut nempe pudefaciant nos exprobrationibus hujusmodi: sed ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est à gentibus, introeat in conspectu tuo, nec non gemitus compeditorum, seu in servitutem abactorum, ut scilicet ulciscaris & vindices illos, puniens persecutores, & asserens in libertatem eos, qui captivi tenentur.* Sic orabat Nehemias *a*, *congrega dispersionem nostram, libera eos, qui serviunt Gentibus, & contemtos & abominatos, ut sciant Gentes quia tu es Deus noster. Affligе opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia.* Secundùm Tropologiam Hugo attendit sententiam quæ innotescet in generali judicio, quando *justi ipsi judicabunt nationes* b, & pronuntiabitur in eos, qui effuderint sanguinem servorū Dei, detrahendo *c*, odio habendo *d*, rapiendo & fraudando *e*, & aliis modis; & tunc Deus *sanguinem illum ulciscens, vindictam retribuet in hostes eorum* f, quia *ipsius est ultio, & ipsa retribuet* g, & *qui vindicari vult à Domino, veniet vindicta* h, sed & *ignis grandò, fames, & mors ad vindictam creatæ sunt: bestiarum quoque dentes, & scorpii, & serpentes*: & *rhomphæa vindicabunt in exterminium impiorum* i: & *accipies armaturam zelus Dei, & armabit creaturam, ad ultionem inimicorum*, &c. & *pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos* k. Hæc autem omnia contingent coram oculis justorum, qui *lætabuntur quum viderint vindictam & lavabunt manus suas in sanguine* illorum *l*; qui sanguinem fuderant ipsorum. Disputat Augustinus hoc loco quatenus liceat expetere vindictam de hostibus, quamvis alioqui non operationem hic velit esse, sed prophetationem. Tandem definit magis cupere justum inimicum corrigi, quam puniri, & quum in eum videt à Domino vindicari, non ejus delectari pœna, sed divina justitia, quia Deum diligit; & lætari pro illo, sic corrigatur: vel certè pro aliis, ut eum timeant imitari: præterea ipsummet fieri meliorem non supplicio illius, odia sua pascendo, sed errata emendando, quod est manus lavare, idest, opera mundiora efficere in sanguine, hoc est in exitio peccatorum, sumendo inde non mali alieni gaudium, sed divinæ admonitionis exemplum: ité si in futuro sæculo ultimo DEI judicio vindicatur, hoc ei placere quod Deo, ne benè sit malis, ne piorum præmiis etiam impii perfruantur: denique sic inimicū diligi, ut non displiceat Domini justitia, qua punitur, & sic placere justitiam, qua punitur, ut non de malo ejus, sed de bono judice gaudeatur. Egimus & nos quidem eadem de re in commentario Psal. 57. sed placuit cum Augustino summam repetere, teque ut ipsummet legat cohortari, retractantem Apocalypsi locum de martyribus vindictam sub altari flagitantibus *m*, & alia quibus amor præcipitur etiam inimici, & sinhiberi videtur vindicandi studium, desideriumve, ac *ne reddatur malum pro malo* n.

2 c. 2. Mach. 1. 27. 28.

Tropologia

b Sap. 3. 8.
c Ezec. 22. 3.
d 1. Jo. 3. 13.
e Eccl. 34. 25
f Deut. 3. 2. 43.
g Ibid. 32. 35
h Eccl. 28. 1.
i c. 39. 35.
k Sap. 5. 18. 21.
l Ps. 57. 11.

m Ap. 6. 10.
n Matth. 5. 39. Rom. 12. 19. 1. Pet. 2. 9. cap. 34. 35.

Vers. 11.] Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundùm magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum.

ULtionem de homicidis expetere se dicit, qui adeò crudeliter, & injustè sanguinem servorum Dei effuderunt, ne pergant tam indignè tractare superstites, quos in vinculis habent: sed istorum ascendat ante conspectū divinæ Majestatis gemitus, & lamentatio, & placabilem nanciscatur benignitatem ipsius, impetretque quam efflagitat vindictam & opem; ac pro suæ magnitudine potentiæ vindicet sibi occisorum pro pietate & religione parentum filios eidem destinatos morti, atque tum expulsis iniquis occupatoribus terræ promissæ, tùm ereptis iis qui detinentur captivi, hos in pristinam restituat libertatem & ditionem, & eosdem sic assertos, tamquam hæreditatem, ac peculium suum custodiat.

Introeat in conspectu tuo.) Monui prius de textus distinctione, seu dispunctione. Placet nunc Biblica ista, quamvis non discrepat admodum sensu ab Ecclesiastica, idest, quam canentes usurpant, qua etiam in re non conveniunt qui utuntur vel Gallicano, seu Ambrosiano, vel Romano, seu Vaticano, Psalterio-Hieronymus, *ingrediatur coram te.* Alia Psalt. Latina, & Cassiodorus, *intret in conspectu tuo.* Augustinus quoque meminit, legens *ante conspectum tuum.* Eadem formula delectatur Propheta noster, ut intrare ac introire dicat aut petat in conspectu, vel in aures ejus clamorem suum *o*, orationem *p*, postulationem *q*. Habet eamdem vim ascensio, vel perventio, vel appropinquatio clamoris, exclamationis, orationis, deprecationis ad Deum *r*, & ad cœlum *s*, & penetratio ac appropinquatio usque ad nubes *t*, quasi sit persona quædam, quæ sistatur ante immensam & maximè venerabilem illius Majestatem, quasi sit persona quædam nobilis, inquit Hugo; malim, ut humilis, miserabilis, supplex, calamitosa. Putans Hieronym. innui vult desiderium tacitum sic orantium, ut absolvantur à vinculis, & sint cum Deo ipso; quasi per liberationem ab ærumnis externis optent libertatem filiorum DEI. *Introitum* gemitus in conspectu Dei Bruno Carthusian. interpretatur, ut bene placeat ei. Consideret quivis oratione adjuturus Deum, qui requiratur ut admitti gratè possit, *& præparet ante orationem animam suam, ne sit quasi homo qui tentat illum* u.

o Ps. 17. 7.
p Ps. 87. 2.
q Ps. 118. 169 170.
r Exo 2. 23. Jer. 14. 12. Ps. 102. 2.
s Eccl 35. 19.
t vers. 10. 21.
u Eccl. 18. 23

Gemitus compeditorum.) Hieronymus, *vinctorum.* Alii pro *gemitu* reddunt *suspirium, singultum, clamorem.* Valet hæc אנקה *anakah*, convenireque propriè dicitur clamori lauciorum animam efflantium. In Ps. quoque 11. *x* redditur gemitus, & Græcè est utrobique στεναγμός. Ibi dicitur quòd propter illum exsurgit Dominus, videlicet eo excitatus: hic petitur ut eum exaudire, eoque dignetur excitari. Pro compeditis, seu vinctis, qui Græcè appellantur πεπεδημένοι, est, collectivè sumtum numeri singularis nomen אסיר *asir*. Apollinarius ἱμομένους nominat *convolutos, constructos*, δεδεμενομένους unde ἱμὰς *vincula contortum*, seu *contorquendo factum*, ut ex vimine, aut vitice: vel in genere στρεβλωτήριον ὄργανον, *instrumentum ad torquendum*, ejusmodi prælum, torcular & similia. Descriptio quædam est τῶν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένων *in captivitatem abactorum*, ut Euthymius, ac Nicephorus docent, nimirum vel à Chaldæis, vel ab Antiocho, quamvis sub hoc non fuerit generalis captivitas, sed mulierum præsertim, & natorum y.

x vers. 3.

Mystica tantum interpretatio est, quam ut litteralem videtur Hugo afferre, de mandatis, & lege, quibus Judæi peculiariter adstringebantur, quasi sit descriptio quædam illorum, compeditos cognominari. Figurata etiam locutio de vinculis pœnarum, aut ærumnarum præsentis vitæ, quas necessitates vocant *z*, aut periculorum, & occasionum peccandi, ita ut cupere cogamur *dissolvi a, & liberari de corpore mortis hujus* b, aut religionis, aut fraternæ dilectionis, ita ut etiam Deum ipsum orantes pro inimicis ligare, ac prohibere videantur, *ne irascatur furor illius contra eos, & deleat eos* c. Augustinus explanat compedes de infirmitate & corruptibilitate corporis, *quæ aggravant animam* d, & his veluti compedibus caro infirma promtum impedit animā, & quas sentiunt qui in semetipsis ingemiscunt gravari *e*, *dissolvi cupientes f*, ac poscentes ab eo qui solvit compeditos *g*. Vocat etiam compeditos, qui præcepti sapientiæ colligati sunt, quæ patienter sustentata, in ornamenta vertuntur, juxta

y 1. Math. 1. 34. c. 5. 13. Sensus mysticus.

z Ps. 24 17. Ps. 120. 8 Ps. 106. 6. 13. 19. 28.
a Phil. 1. 23.
b Rom 7. 24.
c Ex. 32. 11.
d Sap. 9. 15.
e Matt. 26 41.
f Phil. 1. 23.
g Ps 145. 7.

illud

a Eccl.6.25. illud *a*, *in sico podem tuum in compedes ejus*. Verùm quod ait non facilè quemquam reperturum conjectos in compedes à persecutoribus Sanctos, aut tam rarò, ut non sit credendum hoc in isto versu quod commemoraret potissimum elegisse Prophetam, quidquid sit an voluerit Propheta de pœnis martyrum vaticinari, non arbitror tam raro conjectos martyres in compedes, Baron. *b* dum disputat de equuleo, facit quoque mentionem de compedibus, quibus rei in carcere positi, injectis ad quatuor vel quintum foramen pedibus, diu sic vincti cruciabantur. Citat Epistolam Lugdunens. Ecclesiæ *c*, Russin. *d*, Prudentium *e*, Euseb. *f*, Metaphrast. *g*. Et ipsa videtur ratio suadere, non manus, tantum, sed & pedes constrictos fuisse, ut sit hoc etiam tempore cum noxiis. Quamquam nexum, & constrictionem pedum non importat אסיר *asir*, nec πεπεδημένοι. Mysticum sensum, qui sint levi Dominis, quòd eorum languinem fundere, qui sint compediti, & quid gemere, tractat Grevæus *h*. Oremus solventem compeditos *i*, *ut audiat gemitus compeditorum* k, *& alligat reges in compedibus*, *& nobiles in manicis ferreis* l, ideſt, potentias animæ nostræ superiores ac inferiores timore ac disciplina Dei, ut ait Augustinus *m*: quod bellè convenit in compedes vinculaque votorum religiosorum; quæ tandem vertentur in ornamenta, *& dirumpentur* n, quando licebit ore pleno *sacrificare hostiam laudis*.

b in notis Martyr. 22. Janu. 1st. 6. c Euseb. l. 5. cap. 1. d lib. 5. ca. 2. e Perist. eph. hymno 4. de S. Vincent. f 6. hist. c. 32 l 8. c. 11. 14. g in Threphimo 19. Sept. h ser. 178. in Psalm. i Ps. 148. 7. k Ps. 101. 21. l Ps 149. 8. m in Ps. 101

n Ps. 115. 17

Secundùm magnitudinem brachii tui.) Hieronymus, & alii, *in magnitudine*, legerunt enim ב *be*: LXX. verò כ *che*, & ita etiam est in quibusdam codicibus. Non est μεγαλοσύνη magnitudo quævis, sed cum magnificentia quædam, & majestate. *Majestatem* solet Interpres in testamento novo vertere *o*; interdum *magnitudinem* *. *Brachii* autem vocabulo intelligi potentiam aliàs vidimus; tritumque est; atque aliquando brachii potentia expressè nominatur *p*, & fortitudo *q*, & virtus *r*. Denique magnitudo brachii adhuc exprimitur in Moysis cantico *s*. Hugo mysticè magnitudinem istam brachii sumit de brachiis Christi expansis in cruce, secundùm amoris illius magnitudinem, ut nos iis amplecteretur: & hoc esse brachium Sanctum, quod eum scribit Esaias *t paravisse in oculis omnium gentium: ut in eo congregaret agnos* u. *Ibi certè*, *& in cornibus illis abscondita fortitudo* Christi *fuit* x.

o Hebr. 2. 3. Ep. Iud. v. 8. * Hebr. 8. 1. p Luc. 1. 51. Ps. 88. 11. q Job. 22. 8. Sap. 16. 16. r Psa 88. 11. Sap. 11. 22. s Exo. 15. 15 t Esa. 52. 10. u c. 40. 11. x Abac. 3. 4. & 59

Posside filio mortificatorum.) Arabicè, *redime filios interfectorum*; sed ex Hebræo Hieronymus, *relinque filios interitus*. Alii supplentes (*in vita*) *relinque in vita filios mortis*: vel, *remanere fac filios mortis*: vel, *residuos fac*, ideſt, conserva homines morti destinatos & addictos: redde superstites, qui jam videntur exitio addicti. Cajetanus *solve filios mortis*, ideſt, prævale, inquit, & rumpe decretum, quod edidit Antiochus adversus populum tuum addicens eum morti. Chaldaicè, *solve filios à morte, aut filios qui traditi sunt internecioni: aut reliquias filiorum qui traditi in mortem.* Versiones hæ sunt ex Hebræo חמותא הותר בני *bother bene themuthah*, videntur innuere non filios jam mortuorum, sed mortis, ideſt, morti destinatos, & necem expectantes in diem, ut Deus illos reliquos faciat, conservet vindicet, eximat à morte, superesse velit tâquam reliquias ad propagandam prolem, ne natio tota extinguatur: nec abhorret alter sensu de filiis mortis. Legit autem & Arnobius, quod miror, *filios mortis*, ut jam mortuos significant ac interfectos propter DEUM cultúmque nominis ipsius. Videntur LXX. secuti posteriorem. Nam etsi Hebraismus est, *filii mortis*, quemadmodum ponsi, dicantur obnoxii morti, & sponso addicti: tamen ut etiam dicantur cum adjectivo *filii mortificatorum* eodem sensu, non arbitror posse ullo alio exemplo probari; multo minùs cum participio, & quidem præteriti tèporis *mortificatorum*, sive, ut est in aliis Psalteriis Latinis, Romano & Gallicano, & apud Cassiodor. meminitque Augustinus *morte punctorum*, τῶν τεθανατωμένων. Pro verbo, *posside*, Augustinus habet, *recipe in adoptionem*. Psalter. vetus, *recipe*, omittendo, *in adoptionem*, ex Hebræo, ut retuli, vertunt alii *relinque*, *redime*, vel *conserva solve*. Hoc ultimum indicat הותת *hother* in hiphil derivatum à יתר *iether* nomine *funem* significante, quasi diceret solve dimitte, rumpe funem, aut ligaturam filiorum mortis, qui proximè ante vocati sunt compediti. A verbo autem יתר *inthar* significat fac remanere, seu relinque, conserva, reliquos fac, &c. Id autem fit, ut bene annotat Richardus Cenomanus, quandò in quoddam Dei peculium vindicamur, erepti à mortis periculo, potenti virtute ipsius. Denique hoc sibi vult editionis nostræ verbum, *posside*, & Græcum περιποίησαι, quod Euthymius & Nicephor. declarant per περίσωσον, aut διάσωσον, *conserva*, *& salva*: Basilius ac Theodoretus per φύλαξαι, *custodi*. Idipsum verbum Latinus Interpres alibi etiam exposuit, *reservare* y, ubi Hebræum est חיה *chaijeh* vivificare, ideſt, vita conservare, & non interficere. In testamento novo redditur περιποιεῖσθαι *acquirere* z, & περιποίησις, *acquisitio* a. Apud profanos verò Auctores περιποιεῖν est quoque passim idem quod tueri, servare, conservare, & περιποίησις ipsam significat actionem tuendi & conservandi. Est etiam vendicare sibi, & actus vendicandi seu asserendi rem sub aliena potestate. Apollinarius exposuit hoc loco, *charam habere*.

y Gen 12. 21. Exod 1. 16. Περιποιεῖσθαι. z Act. 20. 28 1. Tim. 3. 13. a Ephe. 1. 14. 2. Thess. 5. 9. 2 Epist. 2. 14. Hebr. 10. 39. 1. Pet. 2. 9.

ὅσση δ' ἀθανάτοιο βραχίονος ἐν ἐρωὴ,
πόσσον ἀποδιμένων ἀδίαιος περίκηδε τεκέων.
Quanta verò immortalis brachii potentia,
Tantum interfectorum injustè curam habes filiorum.

Modum curæ, acquisitionis, conservationis, seu liberationis Augustini expressit lectio quam recitavi, *recipe in adoptionem*.

Mysticè censemur *filii sanctorum* b pro Christo interfectorum *quive semper mortificationem illius in corpore suo circumtulerunt* c, per opera pœnitentiæ, aliaque exercitia spiritualia, & per merita illorum, *qui nos per Evangelium genuerunt* d, oramus non tantùm per magnitudinem brachii, hoc est, amoris Crucifixi Christi, ut possideat nos tam charo pretio redemtos, non ampliùs Domini *absque ipso* e, ut deficere faciat immunditiam nostram à nobis, & possideat nos *in conspectu gentium* f. *ut gradiatur nobiscum*, *& auferat peccata nostra*, *nosque possideat* i: *ut veniat ipse*, *brachiumque ejus dominetur* g. Hieronymus in Epitaphio Paulæ testatur illam audita liberorum morte, orantem ad Dominum, sic locutam, posside Domine filios mortificatorum, qui pro te quotidie mortificant corpora sua. Potest etiam, ut Augustino placet, aliisque, censeri oratio Martyrum, & aliorum qui sunt gravissimas passi persecutiones, ne infructuosus esset posteris sanguis illorum, & Dominica leges, unde inimici putabant perituram, inde feraciùs pullularet. Idem Augustinus alibi *h*, docet nihil gratius Deo nos posse offerre, quàm ut dicamus ei quod dicitur in Esaia *i posside nos*; equidem, ait, in istis possessionibus terrenis patrisfamilias præstatur, quando ei datur possessio; non sic est possessio, quæ est Ecclesia. Ipsi possessioni præstatur, ut à tali possideatur. Optandum, & curandum, quod Prosper *k* admonet ut penitùs possideat & omni ex parte Dominus, factus nobis, quatenus hìc licet *omnia in omnibus*, ne mentem error, aut sapientia sæculi possideat, non cogitationem vanitas, non voluntatem perversitas, non carnem concupiscentia, nec corporis membra efficiantur arma iniquitatis ad iniquitatem.

Sensus mysticus
b Tob. 2. 18. c 2. Cor 4. 10 d 1. Cor. 4. 15
e Esa. 28. 13. f Exod. 22. 16 Exod. 34. 9. Esa. 20. 10.
h in Ps. 131. in id verum vovit. i c. 16. 13.
k Ep. ad Demet.

Vers. 12.) Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

REdit ad imprecationem Propheticam, seu ad imprecatoriam propheticam adversus vicinos malevolos, qui sese hostibus, & persecutoribus adjunxerunt, deque calamitate populi Dei collætati, & gloriati sunt. Optat, ac prædicit copiosam, & abundantem pœnam, & ut retribuat Deus vicini *abundanter facientibus superbiam* l, sicut commeruerunt opprobrio illo suo, quod exprobrando dixerunt contra Dominum; quando etiam ut est antea *m* dictum, *factus est populus DEI opprobrium vicinis suis*, *subsannatio*, *& illusio his qui in circuitu ejus erant*, redundavitque injuria hæc in Deum ipsum, hoc potius dolenda nomine, quàm quòd populum læserit.

l Ps. 30. 24.
m vers. 4.

Et redde vicinis nostris septuplum.) Omittitur Græcè conjunctio, & Arabicè, ac Illyricè, & in aliis Latinis Psalteriis, ac apud Augustin. & Cassiodorum. Arabicè, *retribuit vicinis nostris in partibus eorum unum sepopulum*. Chaldaicè, *unum in septem in sinu eorum*, ideſt, pro uno septem, vel, pro una septuplam retributionem. Augustinus legit, *septies tantùm*. Trita formula, ut septuplum in pœnis denotet perfectionem earum, plenitudinem, consummationem, magnitudinem, multiplicitatem: quemadmodum in genere septenarius pro multi-

multitudine usurpatur, ut sæpe monui & in bonam quo-A que partem, ut probat Augustinus illis verbis, in hoc sæculo *septies tantùm*, quæ puto sumta ex Ecclesiastico *a*. Sepulti in pœnis origo prima in Cain fuit, quando dixit Deus *b*, quod *omnis qui occideret eum, septuplum puniretur*, sive septem intelligas cum Theodotione, & Lxx. vindictas ἑπτὰ ἐκδικούμενα: sive qualitatem, gravitatemque supplicii, cum Aquila, qui vertit, *septempliciter*; sive durationem, vel numerum generationum succedentium, cum Symmacho & Chaldæo, qui *septimum*. Punire *septuagies septies* in eadem historia *c* est; sæpe sæpius, pluriformia, pœnis quæ sit gravissima gravior. Nicetus Nazianzeni Scholiastes *d* multa differens de numero septenario, interpretatus hunc locum, ut ex secunda Babylonica captivitate Judæi reversi, quum vicini instaurationem templi impedirent, imprecarentur septuplicem afflictionem. Legendus præterea de eodem numero secundùm istam notionem Hieron. *e*, & Petrus Bongus in tractatu de mysteriis numerorum. Diximus & nos alibi quædam, tum verò etiam, quum ageremus de septem Psalmis pœnitentialibus. Exemplum aliud est hujus notionis in Ecclesiastici libro *f*; *ne semines mala in sulcis injustitiæ, & non metes ea in septulum*: item in Levitico *g septupli* pœnam Deus minatur: in Ecclesiastico *h* mala *super peccatores* dicuntur esse *septuplum*: in Daniele *i succensa septuplum fornax, quam succendi consueverat*. Septennis quoque olim pœnitentia canonibus frequenter decernebatur *k*.

Gregorius *l* mysticè locum istum accipit de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem conjuncti sunt, sed vita disjuncti, & peti, ut in mente sua recipiant hoc quod in nostris corporibus sævientes operantur, ut dum non exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfectè puniantur. Hugo septem notat effecta peccati; hebetationem intellectus, corruptionem affectus, obdurationem irascibilis; item paupertatem, molestiam, ignominiam, mortem tùm temporalem, tùm æternam. Bruno Carthusianus in bono sensu ait optari, ut persecutores facti per fidem vicini nobis, pro improperio, quo nobis improperaverunt & DEO, improperent sibi ipsis septies tantùm gementes in corde, idque etiam per septiformem gratiam Spiritus Sancti. Hoc ultimum est etiam Haimonis, Remigii, Cassiodori, Bedæ. Hic etiam de pœna interpretans præsenti, & æterna, attendit eam in animam secundùm triplicem facultatem ejus, in corpore secundùm compositionem ex quatuor elementis. Arnobius septiformem gratiam per peccatum amissam spectat.

In sinu eorum.) In Psalterio Romano, *in sinum*, sicut & Græcè εἰς τὸν κόλπον. Augustinus, *in sinus*, nisi mendum sit; alibi *m* namque legit, *in sinum*. Retuli prius ex Arabico, *in partibus eorum*, quasi partes denotent intimos sinus, quas & Cassiodorus bonas appellat partes. Quid sit autem in sinu reddi, vel esse, ostendit psal. 34. *n oratio mea in sinu meo convertetur*. Internam & ad intima penetrantem pœnam interpretantur, quæq; rejici difficilè possit, excuti, auferri, ἀναπόβλητον, ut Euthym., ac Niceph. vocant. Conscientiæ tormentum Augustinus *o* quoque interpretatur. Idem est quod attinet ad pœnas, in sinum reddere, ac in caput. Similis alibi repetitur phrasis *p*.

Improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi Domine.) Hieronymus & Augustinus, *opprobrium*. Chaldaicè, *pro punitione hederis eorum, & imperii, quo exprobaverunt tibi Domine*, vel, *punitionem scelerum federis eorum*, &c. D Arabicè, *quo exprobaverunt nos Domine*. Editiones reliquiæ habent pronomen secundæ personæ, quamvis, ut prænonui, Propheta velit improperium seu opprobrium populi significare, de quo dixerat versu 4. redundavisse in Deum ipsum, & Dei caussa magis, quam propria, & ne hac quidem nisi propter illam, expetere à Deo septupli pœnam.

a c. 35. 13. Septupli origo in pœnis.
b Gen. 4. 15
c vers. 24.
d in Ora. 44. *de Pentec.*
e Epist. 124. *q.* 1.
f c. 7. 3.
g c. 26. 18. 21.
h c. 40. 8.
i c. 3. 19.
k 27. *q.* 1. *cave veram.* 33. *q* 2. *etsi quod & d.* 28 *c. presbyt. & de pœnit. d.* 3 *c. sunt plures.*
l 22. *Mor. c.* 20. *vel* 14. Septem effecta peccati.
Pœna spectatur in anima. secundum triplicem facultatem ejus.
m Ser 110. *de temp. c.* 3.
n vers. 13.
o serm. 110. *de temp. c.* 4.
p Es. 63. 5. 4 *Esd.* 15. 21. 55

Vers. 13.) Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum.
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.

VOtum est in psalmi fine, ut sæpe in aliis, si annuerit Deus desiderio, atque petitioni, futurum, ut pro beneficio tanto populus ovium more, tam leniter, ac benignè à Deo rectus, tractatusque laudes & gratias illi perpetuis referat, & per omnes consequentes generationes, quamdiù mundus stabit, & habebit successores ac pastores populus hic, & grex Dei, prædicet ubiq; & semper illum, & cunctis celebre nomen ipsius, atq; omni dignum commendatione, publicè palàmque divulget. Rectè Cassiodorus ituri nos jubet, qua suavitate lamentationem suam Propheta concludat.

Nos autem.) Hieronymus, *nos enim*. Hebræa servilis littera ו *vau* per se significat &: simul tamen etiam illa indicare potest, quæ continent hic emphasim, & antithesim.

Populus tuus & oves pascuæ tuæ.) In aliis Psalteriis Latinis & apud Cassiodorum, Augustinum, Arnobium, *gregis tui*. Suavissima hæc nomina, subjectione, amorisq; plenissima, valent plurimum ad flectendum Deum. Ejusmodi nominibus jam usus est David psalm. 73. *q* 76. *r* 77. *s* item in sequentibus 79. *t* 94. *u* ubi in editione Biblica nostra est, *populus pascuæ ejus, & oves manus ejus* 99. *x* Voces istas gratiæ vocat Augustinus *y*, quòd misit jugulandam ovem innoxiam, fecerit oves de lupis.

q vers. 1.
r vers. 3 1.
s vers. 52.
t vers. 21.
u vers. 7. Voces gratiæ.
x vers. 3.
y Ser. 11. *de verb. Apost. c.* 4. & 5.

De mysticis ovium conditionibus egimus aliàs, deque B pastoris partibus, varioque genere pascuorum. Horum proprietates pascuorum Hugo, ut solet, versu sic recitat, applicans ad sacram doctrinam:

Pascua sponte, virent, pascunt inculta licenter
Alta pecus, sed aquosa boves, dant fœna, per imbres.

Ayguanus propriè de Judæis loquens, ovium eis qualitatem illam tribuit, ut hyeme segregentur, æstate congregentur, quòd scilicet eorum animalium anima seu flatus frigidior sit, quatenus populus ille solebat in rebus prosperis facilè convenire, ad Deum colere, in adversis disjungi, & à Dei cultu recedere. Hieronymus *z* distinguit populum ab ovibus, & à grege: ut referatur populus ad rationabiles quosque, oves, ad eos qui nec dum ratione utentes, tantum simplicitate contenti sunt, & appellantur de hæreditate DEI.

z in Mich. c. 7

Confitebimur tibi in sæculum. Additur, *Deus*, vel *Domine*, in Psalterio Chaldæo Maronitarum, & in Illyrico, & in illo est, *gratias agemus*. Confessio certè laudis hìc intelligitur, non autem de peccatis quemadmodum sæpe alibi monui; monetque nunc Augustinus: quamvis & hæc in Dei laudem cedat. Romanum quoque Psalterium, & Gallicanum habent, *Deus*, &, *in sæcula*: eædem ultimæ dictiones sunt etiam apud Cassiodorum, & Arnobium. Augustinus refert ex aliis codicibus, *in æternum*.

In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.) Hieronymus, *in generatione & generatione narrabimus laudes tuas*. In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, & Arnobium, *& in sæculum sæculi narrabimus laudem tuam*: sed Arnobius *laudes* habet. In Gallicano Psalterio, *in generatione & progenie narrabimus laudem tuam*. Chaldaicè, *in generationem generationum commemoralimus laudem tuam*, vel in Psalterio Maronitarum, *mirabilia tua*. Arabicè, *laudes tuas*. Nunc Hebraicè est לדור ודור נספר תהלתה *ledor vador nesapper thehillathecha*; qui *laudes* pluraliter vertunt, legerunt לרתה *chehilloth*. Quid importet generatio & generatio dictum aliàs. Mysticè denotat veterem & novam utriusque testamenti: statum præsentis ac futuræ C vitæ. In illa etiam erit cui annuntietur, non quidem tamquam ignoranti, quo pacto negat Augustinus, sed collaudanti, Appellat Cassiodorus futuri sæculi beatissimam psalmodiam, quam chorus sanctorum sine cessatione dicturus est, non ut alios instruat, quia ibi nullus erit indoctus, sed ut honorem debitum reddentes, præconiorum ipsorum suavitate pascantur.

PSAL-

PSALMUS

SEPTUAGESIMUS NONUS.

1 In finem, pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph Psalmus.

2 QUi regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph.
Qui sedes super Cherubin manifestare.
3 coram Ephraim. Beniamin, & Manasse,
Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.

4 Deus converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.

5 Domine Deus virtutum, quousque irascéris super orationem servi tui?

6 Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?

7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannaverunt nos.

8 Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam: & salvi erimus.

9 Vineam de Ægypto transtulisti: ejecisti Gentes, & plantasti eam.

10 Dux itineris fuisti in conspectu ejus: plantasti radices ejus, & implevit terram.

11 Operuit montes umbra ejus: & arbusta ejus cedros Dei.

12 Extendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines ejus.

13 Ut quid destruxisti macerias ejus, & vindemiant eam omnes, qui pertranseunt viam?

14 Exterminavit eam aper de silva: & singularis ferus depastus est eam.

15 Deus virtutum convertere: respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.

16 Et perfice eam, quam plantavit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

17 Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

18 Fiat manus tua super virum dextere tuæ: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

19 Et non discedimus à te, vivificabis nos: & nomen tuum invocabimus.

20 Domine Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem, pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph.

Psalmus.

INdigent in titulo expositione hæc verba, *testimonium Asaph*, qui videlicet sibi velit testimonium Asaph. Nam de persona ipsa, Asaph, deque ceteris tituli verbis dictum priùs in aliis Psalmi. Parum autem refert legere, *immutabuntur*, pro, *commutabuntur*, quomodo Zeno Veronensis *a*, Augustinus, Cassiodorus, & alii: vel pronomen præfigere, *ipsius Asaph*, quod facit Augustinus. Majoris momenti, quod additur ab eodem, & ab Haymone, Remigio, Brunone Charthusiano, Dionysio, & Ludolpho, ex eodem ordine, item ab Hugone, Arnobio, & aliis, *pro Assyriis*, & Ambrosio *b* in singulari (*pro Assyrio.*) In emendatis quoque Sixtinis Bibliis ex editio LXX. ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου, *pro Assyrio*: qua etiam lectione utuntur Euthymius, & Nicephorus, sed non antiquiores Græci, quos viderim, nec omnes Bibliorum Græci etiam codices, ut Agellius tamen asserit. Hujus populi nulla mentio in textu Hebræo & illud שׁשַׁנִּים *sosannim*. Hieronymus *lilia* interpretatur, paraphrastes, *sedentes judices ordinarios, qui incumbunt testimonio legis*; alii aliter, ut docui in titulo Psalmi 44. & Hieronymus legens, *pro filiis testimonium*, nectit non Asapho, sed liliis testimonium. Quidquid sit de liliis, per Assyrios, vel Assyrium, & ejus Regem Nabuchodonosorem, volunt intelligi quam intulerunt Hebræis illi cladem, deductis in captivitatem Tribubus decem, Euthymius, & Nicephorus; ita ut *pro Assyrio* sit idem, ac *Assyrio testimonium* autem, contestatio atque denuntiatio tanti mali, si fortè hoc timore sapientiores Hebræi reddantur. Id ipsum docet Basilius sive Theodoretus, tametsi non ponant *Assyrium* in titulo. Addunt, habere formam orationis Psalmum istum, qua Deum placare oporteat: simul prædici salutem mortalibus adventuram per Christum. Euthymium rursum, & Nicephorus convenire dicunt Psalmum populo Christiano, Ecclesiæ à tyrannis vexatæ. Augustinus juxta Etymon Assyriorum; ut significat ea vox dirigentes, exponens nempe mysticè Psalmum totum de Ecclesia, ait denotari, quod Christus (cujus de adventu canitur, deque illius Ecclesia ab Asaph, ideſt, ut nominis Etymologia sonat, à Synagoga, sed illuminata, & correcta, eleque ad Deum & cor suum dirigente) qui est finis legis (quod indicant voces *in finem*) venturus erat pro iis, qui essent immutandi in melius: & hac de re testimonium hic bonum edi, & veritatis hoc est, de Christo, & venia, de capite, & corpore, de Rege, & plebe de pastore, & grege; de Christo denique & Ecclesia. Paulo aliter Latini alii: accipiendo *pro Assyrii ingratiam Assyriorum*. ita ut hi designent Judæos, qui se Assyrios dicerent, ideſt, dirigentes in lege quum potiùs, inquit Bruno, essent distorquentes, & dirigentes se contra Christum, ut ait Hugo. Sed quum editio vulgata nostra non recipiat *Assyrios*, aut *Assyrium*, non est nobis laborandum, ut explicemus quid hoc nomen valeat: quamvis sive LXX. sive aliis addiderint, ad intelligentiam facit argumenti, de quo mox agemus. Ambros. *c* tractans illud de consensu cum adversario nostro *d*, declaransque esse diabolum, à cujus nos vinculis exsolvamus, ne ille propter nos damnetur, ideſt, magis aliquo modo puniatur accidentali pœna, scribit *pro Assyrio* Psalmum istum inscribi, hoc est, pro hoc adversario; benè namque nos consulere adversario & vano, (sic exponit nomen *Assyris*) & ei benefacere, si ejus laqueis exuti, præstemus hanc benevolentiam, ut pœnam nostri lapsus evadat. Restat nomen *testimonii*, quod est Græcè μαρτύριον, Hebraicè עֵדוּת *hheduth*, Id Paraphrastem dixi de testimonio legis interpretari, cui sedentes judices ordinarii incumberent. Placet aliis testimonium ipsi Asaph tradi, hoc est, Psalmum ab Asaph decantandum, qui Psalmus contineat protestationem, ac denuntiationem triplicis captivitatis, ut idcirco repetatur ter, *Domine Deus*. Apollinarius ita testimonium sumsit; sed per eos qui commutandi dicuntur, intellexit, qui cantando sibi invicem respondeant: quod tamen aliàs docui videri commune Psalmis omnibus indefinitè.

c in 12. Luc. *d* Luc. 12. 58 Matt. 5. 25.

Ἀσάφ πινυτοῦ μαρτύριον μελέων
ἔργων εὐθὺς ἔφυ λαὸς ἀμείζονα μενύων.
Asaphi prudentis testimonium carminum.
Operum bonus est cantus invicem respondentium.

Idem ajo de Agelii sententia, dici *testimonium Asaphi* hunc Psalmum, accipiendo id, & עֵדוּת *hhaduth*, & μαρτύριον pro *more*, sive *consuetudine*, sicut in Psalmo 80. *e* & 121. *f* *testimonium in Josepho posuit illud*, & *testimonium Israel ad confitendum nomini Domini*, nempe concrepandi buccina in neomeniis, & ascendit ter in Jerusalem ad solemnitatem: quasi nimirum indicetur consuetum fuisse Asapho canere Psalmum istum. Nam plures alios Psalmos eidem inscriptos constat, ut 49. 72. 73. 74. 75. 76. 77 78. 80. 81. 82. hoc est, omnino duodecim, comprehenso præsenti Psalmo. Valet idem argumentum contra illos, qui juxta notionem aliam Hebrei nominis, ut significet *ornamentum*, docent ideo dici עֵדוּת *hheduth*, Asapho hunc Psalmum, quòd esset ei maximo ornamento, & alii desiderabilis, & gloriosus. Cur

e vers. 6. *f* vers. 4.

a Ser. in hunc Psal.

b in c. 10. Luc.

non

non æquè 77. aut quispiam ex aliis? Certè aliquorum argumentum non minùs, immò magis etiam præstans est, excellensq; Igitur *testimonium* protestatio hic est futuræ calamitatis, eo quem dixi modo.

Sensus loci. Ex his porrò quid in Psalmo agatur, facilè cognoscitur. Videlicet prædicitur futura sub Assyriis captivitas, & formula traditur orationis, quam infelices captivi facturi erant pro sua liberatione. In ea verò oratione interponitur mentio primæ captivitatis Ægyptiacæ: & sub figura vineæ à feris vastatæ, deploratu ingens populi, Tribuum præcipuè decem, clades; tandemq; petitur, ut reficere, ac instaurare vineam illam suam Deus, & perficere, atq: confirmare dignetur, & dissipatas, ut olim per desertum duxit, reducat oves sub uno pastore, regeque; & ut faciliùs obtineatur tam honesta petitio, vovetur fore, ut in posterum numquam recedant à Dei cultu, sed perpetua syncera eum religione nomenq; colant, & invocent. In Chaldæo, seu Syro textu quo Maronitæ utuntur, titulus hìc aliud innuit argumentum, de Machabæis supplicantibus Deum, & petentibus misericordiam. Allegoriam quidem admittimus judicatam priùs de Christo & Ecclesia, quamq; cuncti tradunt ennaratores; verum ut allegoriam, non ut litteralem sensum; neque Lyrano, & Dionysio assentior, secundùm Doctores Catholicos, de primo Christi adventu & Incarnatione ad litteram Psalmum scriptum esse: quamvis nonnulla Christo aptiùs conveniant, ut ex R. quoq; Moysis confirmat sententia Lyranus. Non item Valentiæ, agi de triplici Ecclesiæ præsura, ut ipse loquitur, ante adventum Christi sub captivitate diaboli, deinde sub tyrannis, hæreticis, Saracenis: postremò sub Antichristo. Ut accommodatitiè dictum recipi hoc potest, sicut & repetitum illud ter, *Domine Deus virtutum converte nos, & ostende faciem tuam, &c.* Id Lyranus refert Hebræos ad triplicem referre persecutionem per Babylonios, Antiochum, Romanos. Athanasius inter Psalmos, qui specie solummodo colloquii constat cum 3. 26. 68. 69. 73. 78. 122. 129. 130. hunc recensèt: & cum 66. ait calamitates inflictas denuntiare: & hortatur Marcellinum, si rudem aliquem de resurrectione doceat, eumdem ut proferat. Delectatur aliquot hujus Psalmi sententiis Ecclesia, & eas frequentat, præsertim tempore adventus, orans Christianis conversionem ad justitiam, sicut valet idem Psalmus pro Judæorum conversione ad fidem. Sic fit, ut ad certas nationes directæ possint ad aliàs detorqueri, quod Tertullianus *a* monet: non Judæis autem enixè hoc, & aliis Psalmis, ac precibus oremus, ut populus, inquit Leo *b*, qui ab illa spirituali Patrum nobilitate defecit, ramis suæ arboris iterum inseratur, quam & Apostolus *c* testificabatur voluntatem cordis sui esse, & deprecationem pro illis saltem.

Sententiæ quorumdam rejectæ.

a *de præscr. c. 8. & 9.* b *Serm. 5. de Epiph.* c *Rom. 10. 1.*

Vers. 2.) Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph.
Qui sedes super Cherubim, manifestare:

IMplorat favorem, & opem Dei, qui regere tamquam bonus pastor solitus fuerit posteros Jacob, & filios Joseph deducere velut oves, quemadmodum videlicet per eundem Joseph olim in Ægypto suppeditaverat iisdem Hebræis fratribus ipsius, patri ipsi alimenta: qui etiam dignatus sit intra Sancta Sanctorum peculiari quodam, quamvis invisibili modo, confidere super Cherubim, ceu spirituum omnium Dominus, dignetur visibiliter quoque se ipsum manifestare. collato maximè necessario, & opportuno auxilio. Sic dissecant Hebræi, & Chaldæi, atque Hieronymus textum.

Qui regis Israel, intende.] Hieronymus, *pastor Israel auscultа*. Est Hebr. participium רעה *rohehh*, & Græcum cum articulo, ὁ ποιμαίνων. Verbum autem האזינה *haazinah* propriè ad aurium applicationem pertinet: πρόσχες ad mentis attentionem. Quod attinet ad nomen *Israel*, omissa Etymologia, de qua egimus alibi, Cajetanus, Placidus Parmensis, Arias Montanus putant esse proprium viri, qui & Jacobus vocabatur, orarique, ut ita populum pascere, ac regere dignetur Deus nunc, sicut illum quondam Patriarcham per iter in Mesopotamiam, ac denuo in patriam cum uxore, liberis, opibus, tandemque in Ægyptum, ut reviseret filium Joseph, quem sua priùs opinione mortuum, acceperat filiis auctum, summisque honoribus amplificatum. Prævalet communior

Communis expositio verior.

A expositio de populo universo, qui sumserit denominationem ab Israel, sicut & à Jacob, quod sæpius ante occurit. Concedi tamen potest cum populo, habitum quoq; respectum ad Patriarcham Jacob, ut Dionysius, Euthymiusq; volunt. *Pascendi* verbum, pastoriq; officium, quod aliàs quoq; familiare scripturis esse dixi pro regis ac regendi munere, innuit hic desiderium, ut dissipatæ redigantur oves, & dispersiones Israelis congregentur. Bruno quidem Carthusianus Judæos per *Israel*, per Joseph intelligit Gentiles, quod hi majore augmento, quod importat significatio vocabuli *Joseph*, numeroque contineantur. Vult etiam induci orantem collectionem, quam Ataph indicat, fidelium, qui vel ante Christi adventum erant, vel circa tempus illius, cujusmodi Simeon, Nathanael, & alii, pro salute tam Gentilium, quàm Judæorum per ipsum. Nazianzenus *d* innuit hunc locum esse de populo Hebræo, *& de ovibus domus Israel* e, ut Scholiastes ejus Elias exponit; assignans quoq; causas cur Christus dicatur pastor, quòd velut in loco herbido tabernacula figat: ad requietis aquam nutriat, dux sit, & contra belluas propugnator; convertat errantes, reducat amissas oves, obliget confractas, integras cu- B stodiat, colligat ad supernam caulam. At de his aliàs.

d *Or. 4. seu 1 de filio.* e *Matth. 15. 24.*

Modus, quibus regat Deus populum suum, ac præsertim religiosos, qui nomine Israel cognominari possunt, sive à visione Dei juxta vulgarem Etymologiam, idest, à contemplatione; sive, quòd prævaleant contra Deum ipsum in spirituali lucta & prece, Hugo duodecim enumerat, & scripturarum testimoniis illustrat. Nam regit, ut Rex regnum, urbemve, ut navem nauta, ut dux bellum, exercitumq; ut familiam paterfamilias, ut magister discipulos, ut cæcum ductor, ut pastor oves, ut claustrum abbas, priorve, ut anima corpus, & membra, ut ratio cor, ut sacerdos Ecclesiam, vel Episcopus, qui à superintendendo sic Græcè nominatur, diœcesim. Nec alii deerunt modi, si quis excogitare voluerit.

Quot modis Deus populum suum regat.

Qui deducis velut ovem Joseph.] Hieron. *quasi gregem*. In vetere Latino Psalterio, & apud August. Cassiodor. Haymonem, *velut oves*. In Græcis Sixtianis pluraliter πρόβατα *oves*: Aquila, ποίμνιον *gregem*. Symmach. ποίμνια *greges*: Theod. πρόβατον *ovem*, ut extat etiam in multis codicibus Bibliorum nostrorum Græcorum. Singulare nomen collectivè pro pluribus usurpantur, & צאן *tson multitudinem* semper significat. Quocirca minùs probabiliter loquuntur qui nomen *Joseph* de uno Patriarcha interpretantur. Ab illo ut alio Psalmo *f* docui Patriarcham, idcirco quòd in Ægypto putavisset fratres, qui Tribuum Auctores fuerunt cum ipso, nihil vetat: præterea ut Græci notant, quia illi Deus in periculis, ut dux optimus, præstò fuit adversus fratres, & hæri Ægyptii calumnias. In textu Chaldæo Nebiensis est, *qui ducis velut ovem patrem nostrum Joseph*; legit enim אבונא *avuna*: in eo quem habent Biblia Regia, *velut arcam*: quia extat nomen ארנא *arona*. Sed cur ovi comparetur arca? In Psalt. Chald. quo utuntur Maronitæ, in imperativo, *& guberna veluti oves Joseph*, In Arabico, *à pastor Israel, qui direxisti Joseph, veluti ovem suspice*. Josepho ipsi convenire potest quod scribitur in libro Sapientiæ *g*, quod illum *justum deduxit* Dominus *per vias rectas*, etsi de Jacobo sermo est. Monui antea, mystico sensu nonnullos designari velle Gentiles per Joseph, quia significat *incrementum*. Notatio seu veriloquium hoc verius, quàm quod à scholio traditur ὀνείδους ἄφεσις, *opprobrii ablatio*: quod Cassiod. interpretatur *sine opprobrio*; sed nec addendum censeo cum alio scholio, nomen *Domini*, ut sit κυρίου πρόσθεσις, *Domini appositio*. Ipsum verbum יסף *jasaph addere* significat, nec in nomine יוסף *Joseph* includitur vox *Domini*. Recta quidem Joseph comparari potest cum ove, ob innocentiam, simplicitatem, castimoniam, mansuetudinem, patientiam, omnium incrementum virtutum. Sed fidelibus eædem conveniunt qualitates, ut & aliæ secundùm tropologiam, quas ovi diximus aliàs inesse; tùm præterea quòd interdum Deus auxilio gratiæ suæ movet voluntatem hominis, ipso nihil minus cogitante, quemadmodum pastor ovem dirigit præter ullam intentionem ejus. Certè prima vocatio à Deo est in nobis sine nobis, idest, sine libertate nostra, ita ut nos habeamus veluti passivè circa illam, quatenus non ex viribus, & electione nostra est. Drogo *h* Cardinalis hanc ait ovem esse centesimam, quam bonus pastor Jesus ad dexteram Patris super humerum suum fortem & altum deducit *i*; ita ut securam esse oporteat; nihilque timere. Ducit hic pastor

f *Psal. 76. 16.*

g *c. 10. 10.*

Tropolog.

Prima vocatio est à Deo in nobis.

h *tr. de Dom. pass.*

i *Luc. 15. 5.*

ὁδηγεῖ

ὁδηγεῖ נָהַג *nahab* hanc ovem suam tamquam ὁδηγὸς & A qui de librorum indice cognoscunt. Hieron. *u* interpre-
dux, ac præcedendo; ita ut *non turbetur ovis talem secuta*
a Jer.17. 16. *pastorem* a, *qui ante eam vadit* b. Crysost. *c* explanans
b Joa.10.4. verba Christi de pastore, quòd *ante oves* d *vadat*, ait
c Hom. 58. in Joan. præter aliorum pastorum consuetudinem fecisse, ut se
d Joan.10.4. omnium ad veritatem inveniendam ducem ostenderet.
Præit etiam quandoq; pastor, ut quum educit ex ovilibus
aut in alium transfert locum dirigitve ad pastum: Sequi-
tur, ne qua consistat defessa, vel recedat à grege. Certè
e vers.70. Psalmo priore *e* vidimus Davidem *de post fetantes* acce-
f 2.Reg.7.8. ptum, eique Deus renuntiari jussit *f*; *ego te tuli de pascuis,*
sequentem greges. Non modò se Christus pastorem nomi-
g Joa.10.11. Luc. 12.32. navit aliquoties *g* nostrum; sed idem quoq; Patri nomen
Patri nomen visus est attribuere, dicens *nolite timere pusil-*
lus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum, hoc
est, qui rem vobis tantam decrevit dare, victui necessa-
ria minimè negabit, quum & (ut aliarum quoq; bestia-
h ib.v.24.27 rum alat greges *h*:) more pastorum vos ceu paucos ab
aliis arietes, ut pinguiores reddat, segreget ac fertiliori-
i Dialog. 1. contra Macedo. bus in locis majore pascat cura. Athanasius *i* Macedo-
nianis argumentatibus contra divinitatem Spiritus San-
cti, eo quòd ὁδηγὸς nonnumquam dicatur, aut ὁδηγητικὸς, B
& qui vię dux est, is ad alium ducat: respondet, idipsum
affirmari de Deo; quia in hoc Psalmo is qui super Cheru-
bim sedet, pascere Israel, & deducere canitur sicut ovem
Joseph; nec minùs Deum deducere ad omnem veritatem,
quàm Spiritum Sanctum; & ita deducere utrumq; ad se
ipsum, ac eamdem operationem, & naturam convenire
Spiritui Sancto & Deo; denique esse Spiritum Sanctum
Deum. Salutem Deus electorum suorum in finem usque,
K Ep. ad Rus. præeundo, ut ait Prosper *k*, perducit. Mitto fabulam
Rabinicam, de qua Lyranus meminit, & nos alib., quum
non possent Hebræi de Ægypto egressi ob inundationem
l Gen. 5. 23. Nili reperire sepulchrum Joseph, cujus *ossa deferre* debe-
bant *l*, ovem quamdam, ductu Angelico, natasse usque
ad sepulchri locum, eumque indicasse, etiam loquendo,
ac propterea ovem Joseph appellatam. Refellit id idem
in Exod. cap. 13.

Qui sedes super Cherubim.) Chaldaicè, *ò eujus majes-*
tas quiescit inter Cherubim. Voluit, opinor, Auctor pa-
raphrasis, juxta textum unum qui priore membro *aream*
ponit, significare arcam, cui Deus insidebat, ab ipsomet C
deductam sicut ovem. Repetitur eadem sententia Psalmo
m vers. 10. 98 *m* & in 17. *n* ascendisse *super Cherubim*. In hoc ultimo
n vers. 10. egimus non indiligenter quid essent *Cherubim*, & quo
Deus pacto in iis diceretur sedere: & an de uno ex Ange-
lorum ordinibus intelligendæ sint hujusmodi scripturæ,
sicut non rarò nec pauci Patres præse ferunt. Negantes
o 5. Bibl. annot. 58. ullum esse talem ordinem Angelorum, refellit Sixtus
p Act. 4. Senensis *o*. In Concilio Nicæno *p* approbatur Athanasii
sententia, præsentem exponentis locum, ut sint Cheru-
bim omnibus hominibus natura ignoti, Spiritus & ignis
ab omni corporum figuratione & natura alieni; quæ au-
tem de ipsis à Propheta tamquam corporalibus dicuntur,
symbolicum sensum habeant: quia Hebraicè *Cherubim* à
scientiæ multitudine denominatur; sessio Dei super illa,
ut August. quoq; docet, Deum omnem scientiam superare
q Hom. 5. indicat. Auctor operis imperfecti *q* monet sessionem,
ac deportationem istam de Deo dici propter honorem po-
testatis, & tamquam de Domino. Recens Auctor in ope-
r Exod. 32.1. re quo purgat Aaronem de vitulo aureo *r*, constituit ob
absentiam fratris, quam ferre jam populus nequibat; D
follicitatum à populo ipso progredi volente ad promis-
sam terram, sed non absq; quodam quasi ducatu DEI per
visibile sacrum signum, vitulum autem illum efforma-
visse ad eorum duorum Cheruborum, hoc est, vitulorum
alatorum similitudinem; quos ipsemet Moyses ut edoctus
s Exod. 25. 18. à DEO in monte fuerat *s*, exhibiturus erat; posituruſq;
super arcam. Arbitratur præterea quaternos à Salomone
confectos Cherubos, eadem omnes vitulina forma con-
stitisse, nec alias tres leonis, aquilę, hominis Cherubicas
imagines ante Ezechielis visionem cognitas fuisse: ta-
lemq; vituli figuram vectioni arcæ commodiorum fuisse,
& accommodatiorem iis quæ de Cherubis in arca scri-
buntur tùm sub Moyse, tùm postea sub Salomone. Con-
t Ps. 123. 5. & 6. firmat defuisse humanam similitudinem, quia David *t*
alioqui non exprobrasset idololatris illa simulacra *quæ*
os, oculos, aures, nares, manus, pedes, guttur habebant
absq; ullo vitali eorum usu. Non hæc modò expendam,
& sat scio purgationem Aaronis ingeniosam alioqui, sua
novitate, & quod à Patrum sensu, & scripturæ obvio lo-
quendi modo recedat, improbatam censoribus Romanis,

tans Etymon vocabuli pro multudine scientiæ, ait Do-
minum in aurigæ modum, & rectoris sedisse super Che-
rubim. Eidem nomini Gregorius *x* notationem tribuens
eamdem, simulq; vocabulorum, quæ aliis conveniunt or-
dinibus Angelorum admonet in genere, plerumque sor-
tiri vicinorum sibi ordinum nomina; ut thronos sic dici,
quia sunt Cherubis vicini, super quos Deus hoc loco se-
dere canitur; quum etiam si spectes quid valeat nomen
Cherubim, omnes simul ordine fontem scientiæ Deum vi-
deant, si, quid *thronorum*, connectorum DEUS mentibus
etiam aliorum beatorum, præsideat; si, quid *Seraphim*,
amore conditoris omnes ardeant.

Mysticè loquitur Irenæus *y*, quum quatuor illa quæ y lib. 3. c. 11.
vidit Ezechiel *z*, animalia figurasse totidem scribit E- & 2. c. 13.
vangelia, Evangelistasq; & in his sedere Dominum, quo-
niam tam ipse, quàm ipsius in carne œconomia ex iis
cognoscitur. Ait etiam hìc Davide postulari adventum
Christi, & leone designari regiam dignitatem illius, vi-
tulo sacerdotalem, homine naturam humanam, aquila
Spiritus in Ecclesiam advolitantis gratiam. Alii aliter,
ut alibi vidimus *a*. Si vituli sola forma constabant Che- a in Act. c. 1
rubim sub Moyse, & Salomone, ratio non inepta reddi
posset, quia maxima præcipuaque victima erat; fiebant
verò ante arcam sacrificia. Isidorus *b* lego extimantem b 7. Ety. c. 5
duo Cherubim super propitiatorium arce ficta ex metal-
lo, significavisse Angelorum præsentiam, in quorum
medio ostenditur Deus. Id extendunt alii ad quoslvis ju-
storum Spiritus, inter quos Nazianzenus *c*: ut sic quo- c Orat. 5. de
dammodo sponsum *inter ubera* hac ratione *commorari* d. Theol.
Addi posset quod innuit Galatinus *e*, sessionem super d Cant. 1. 13
Cherubim innuere, à Christo implendam fuisse veluti Sessio super
ruinam & jacturam apostatum Angelorum; adde etiam Cherubim
hominum, qui nimio scientiæ studio lapsi *f* sunt, & ejecti quid innuat
de paradiso, illuc redire prohibiti sunt ab uno ex Cheru- e lib. 6. c. 13.
bim *g*. Sunt qui tabernaculum, partasque illius omnes f Gen. 3. 1.
aptè applicant Deiparæ, & duos arcæ Cherubin ajunt & c. 3. 24.
esse intellectum ac memoriam illius exactissimos prædi-
tos scientia, quam illa convertebat ad propitiatorium, id-
est, ad Filium suum, duabus quasi alis contemplationis
illum tegens, idest, de illo semper cogitans. Philo *h* ex- h l. de Cher-
ponit duplex Cherub. de duobus hæmisphæriis, quæ se rubim.
mutuò inspiciunt, & in eorum medio terra est velut ar- Duo hæmis-
ca: & Deum super cœlos sedere. Meminit etiam Cle- phæria se
mens *i* Alexandrinus; August. *k*, Gregoriusq; *l* exponunt mutuo in-
de duplici testamento, cui mediator Dei, hominiumq; spicitur.
insideat Christus: Origenes *m* de scientia Trinitatis, quę i 5. Strom.
communicata est per propitiatorem Christum. Alii, ut k q. 105. in
Valentia, corpus & animam nostram; populum Judæum Exod.
ac Gentilem interpretantur. Sessio Dei super Cherubim, l Hom. 6. in
hoc est super plenitudinem scientiæ nos admonet *non al-* Ezech.
tum sapere, sed timere n; quasi impositum Deum ipsum m Hom. 12.
habentes *super capita nostra* o. Dum sedet super Cheru- in Num.
bim, quodam modo medius est inter illa & Seraphim, n Rom. 11. 20
quia *supereminet scientia charitas* p, à cujus ardore cogno- o Ps. 65. 12.
minata sunt, Seraphim; & sine charitate *scientiam non* p Eph. 3. 19.
ædificat, *sed inflat* q. Is etiam qui præest ac præsidet, cin- q 1. Cor. 8. 1.
ctus hinc inde sit oportet tùm scientia, tùm charitate:
præterea non sine alis, ut subditos protegat, & ocyus ad
subveniendum accurrat, mittatve qui hoc accuratè, pru-
denterq; præstent. Tandem hortatur omnes August. ut
sint Cherubim, & sedes sapientiæ Dei, & plenitudo ipsa
scientiæ, *plenitudinem* habendo *legis charitatem* r. Sit in r Rom. 13. 10
te charitas, ait, & necesse est plenitudo scientiæ conse-
quatur. Quid enim nescit, qui charitatem scit? quando- f 1. Joan. 4. 8.
quidem dictus, *Deus charitas est*. Profectò qui sessorem
istum non admittet, *ignorans ignorabitur* t; *qui non ha-* t 1. Cor. 14.
buerit scientiam, captivus ducetur u, sicut Hebræus po- 38.
pulus, de cujus captivitate agi dicitur in Psalmo. u Os. 4. 6.
Es. 5. 13.

Manifestare.) Hieron. hìc, & alibi *x*, *ostendere*: Psalt. x in Abac. 1
alia Latina, & August. atq; Cassiod. Bernard. *y*, Greg. c. 3.
z, *appare*. Hebr. הוֹפִיעַ *hophiahh* propriè significat *splen-* y Serm. 1. de
de, *affulge*, *lucere fac*; nimirum faciem tuam, ut clariùs vigil. nat.
exprimitur versu 4. ac te ipsum. Quasi dicat, ne sedeas Dom.
amplius super Cherubim, ne sola sis quodammodo scien- z Hom. 34.
tia contentus, exere te ipsum, in opus quasi ex parte tan- in Evang.
tùm, ritu sedentium, vel à solis Angelis tuis immo videant
& isti non sublimitatem tantùm, sed & humilitatem
tuam, ut cum Bernardo *a* loquar. Agit ille de adventu a Serm. 2. de
primo Christi, ante quem, ut Ayguanus *b* notat, non sta- Epiph.
bat, sed jacebat, vel sedebat, illud nobis, hoc Angelis. b in ps. 101.
Nam stantis, inquit, tàm pars superior, quàm inferior num. 17. 18
videtur:

videtur: sedentis inferior occultatur: jacentis utraq; obscurè tantùm cernitur: divinitatem Angeli clarè videbant, non verò humanitatem: homines latebat & hæc, & illa, nisi secundùm confusam quamdam cognitionem.

Vers. 3.) Coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.

NOn lædit sensum distinctio ista, ut scilicet separetur verbum præcedens, *manifestare*, ab hoc versus prioris membro. Nam sive oret David ut Deus manifestetur absolutè, & coram his quos nominat; excitet potentiam, veniatq; ut salvet; sive ut etiam curam iisdem manifestetur, perindè est. Petitionis summa est, ut Deus qui suam præsentiam olim exhibebat in area, eo quem diximus modo, nunc allata ope manifestam faciat potentiam suam adversus impios oppressores, quos captivi cogantur ferre, ex Tribubus decem, quarum præcipuæ Tribus Ephraim & Manasse, ita ut ab illis fieret omnium denominatio, sicut & interdum à Joseph patre Ephraim & Manasse, ut alio in Psalmo docuimus *a*. Quia verò illud
a Ps. 76. 16. erat cum duabus his Tribubus commune Tribui Beniamin, tametsi non sit ista in captivitatem abducta, ut in deserto arcæ partem occidentalem clauderent, inseruis Propheta mentionem de Tribu Beniamin cum illis: item quia procedente arca, sequebantur eam à tergo *b*. Unde
b Num. 10. 24 Auctor Græcus ab Agellio citatus ita observat, nunc peti, ut præat: ac populo, tamquam in tenebris calamitatum jacenti, præfulgeat, quemadmodum olim Tribus istas præcedebat, eisque lumen veluti ostendebat. Si non ad captivitatem præcisè restringamus Tribuum decem: sed ad totius populi calamitates, ut alias quoque duas comprehendit, dicendum cum Jansenio, tribus istis vocabulis rectè designari, quia Joseph, cujus filii Ephraim & Manasse, & Beniamin ex Rachele susceptí erant, quam Jacob, ut & filios illos, amore majore prosecutus fuerat. Hugo præterea rationem reddit, quoniam sors Beniamin erat in medio tullio, aliæ in terminis.

Coram Ephraim.] Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, *Ephrem*. Lege dicta Psalmo 77. *c* Augustinus explicat mysticè, ut appareat Deus coram fructificato, filio dexteræ, oblito, ut jam non sit oblitus, sed veniat ei in mentem, liberando ipsum: Cassiodor. Christo convenire fructificationem, præsertim quum ad tempus, corpore trucidato, ad perpetua cœlorum regna surrexit: esse filium omnipotentis Patris: obliviscendo injuriam, pro Judaico populo in cruce supplicare: Remigius, Haymo, Bruno, Beda, ut manifestetus Deus coram *fructificantibus in omni opere bono* d, coram iis qui quærunt non terrena, pertinentia ad sinistram, sed cœlestia quæ pertinent ad dexteram, ad eamque in judicio sunt collocandi: coram *oblitis quæ retrò sunt*, & mundi, *seseque ad anteriora extendentibus* e, & ad cœlestia. Hugo, ut amoris peccatis *quæ dividunt inter nos Deumq;* f, manifestetur Deus laicis frusticationem temporalium lucrorum, & generationi carnali intendentibus, quique in operibus activæ vitæ fœcundi debent esse: Clericis, quos oportet esse fortes, ut nulli tentationi succumbant, fortiterque pro Ecclesia pugnent, nec diligant hæreditatem sinistrę, ideſt, temporalia bona, sed æterna, seu *longitudinem dierum* g, & habeant Deum *partem hæreditatis suæ* h: religiosis à quibus exigitur omnium posteriorum, hoc est, temporalium oblivio, & ad anteriora, cœlestiaque extensio *i*. Dionysius, ut appareat dignos pœnitentiæ fructus, & opera sancta facientibus; Deo per operationem justitiæ fortiter, feliciterque adhærentibus; oblitis omnium carnalium, acterrenorum, propter amorem Dei. Ayguanus, ut se manifestet Deus omnibus quidem Tribubus, quarum tres castrametabantur ad arcæ Orientalem partem, tres ad Austrálem, tres ad Aquilonarem, tres ad Occidentalem, sed ad istas potissimùm, quæ hoc loco nominantur, sumendo pro *arca* corpus nostrum, ejusdemque nativitatem, statum prosperitatis, & adversitatis, deniq; mortem. Valentia in situ earumdem Tribuum ad partem Occidentalem tùm arcæ, attendit responsa propriùs quodammodo data acceptaq; ab Ecclesia. Adderem, spectando simul situm ad eamdem terræ promissionis patrem, fixam magis fidem hærere in Occidentali parte orbis Christiani in quo est Roma, & ab Orientali multùm recessisse. Quò spectat etiam conversa ad Occidentem, facie Christus, ut recepta traditio habet, quasi

c vers. 67. Explicatio mystica.

d Coloss. 1. 10.

e Phil. 3. 13.

f Es. 59. 2.

g Prov. 3. 16.

h Ps. 15. 5.

i Phil. 3. 13.

Fides Christiana magis viget in parte Occidentali.

Anon solùm designaret deferendam synagogam, quæ adorabat ad Orientem quo crucifixus dorsum vertit, sed & in Orientali Ecclesia non firmiter permansurum. Bern. *k* ait istos tres esse qui salventur: necnon Noe, Danielem, Job, de quibus alius Propheta *l*: item pastores totidem, quibus evangelizatus natus Christus, & Magi, qui adoraturi venerunt: ad *Ephraim* pertinere thus, ideſt, ad prælatos positos à Christo ut eant, & fructum afferent: aurum ad *Beniamin*, hoc est constituendos ad judicis dexteram ut audiant, *esurivi, & dedisti mihi manducare*, &c. *m* myrrham ad *Manassem*, ideſt ad religiosos, qui per mortificationem sint obliti rerum istius mundi, & populi, & domus patris, & earum quæ retrò, *extendendo se ad anteriora* n, habitantque ultra Jordanem.

k Serm. vii. de vigil. Nativit.

l Ez. 14. 14.

m Matt. 25 34.

n Phil. 3. 13.

Postremò aptè transferri potest hic locus mortaliter ad conditiones quæ requiruntur in eo quem *Deus scientiarum Dominus* o, ptoptereaque dictus sedere super Cherubim, efficiat scientem veluti unum de Cherubim, detq; illi *scientiam sanctorum* p, una etiam cum humana, præter divinam, ut nempe sit Ephraim *fructificans in bonis operibus* q, implens seipsum agnitione voluntatis Dei, ad faciendam eam quia *quis voluerit voluntatem Dei face-*
B *re, cognoscet de doctrina, utrùm ex* r *illo sit*: sit *Beniamin*, sed priùs *Benoni*, ex filio doloris filius dexteræ: *qui enim addit, & dolorem* s, viceque versa dolor ac *tristitia secundùm Deum* gignit sui ipsius ac DEI cognitionem, & *pœnitentiam in salutem stabilem operatur* t, *eorque sapientium ubi tristitia* u: ut sit *Manasse, obliviscens quæ retrò sunt* x; nec enim alium *docet Deus, scientiam, & intelligere facit auditum*, quàm *ablactatum à lacte, avulsum ab uberibus* y; quod & in mundi sapientibus non paucis observari potest & peregre agentibus & vitæ commoda negligentibus, ut umbram sibi aliquam sapientię compararent.

o Reg. 2. 3.

p Sa. p. 10. 10.

q Col. 1. 10.

r Joan. 7. 17.

s Eccl. 1. ult.

t 2. Cor. 7. 10

u Eccl. 7. 5.

x Phil. 3. 13.

y Es. 28. 4.

Excita potentiam tuam & veni.) Hier. *Suscita fortitudinem tuam*. In Maronitarum Chald. textu, *ostende præstantiam tuam*. Significat עוררה *hhorerah* & ἔξεγειρον; excitationem per modum evigilationis, & experrectionis, quasi dormiens, & consopita esset priùs vis, fortitudo, potentia Dei; aut jacens, languens, infirma: aut veluti condita, & abscondita. Qui loquendi modus occurit jam antea non semel in Psalmis per *exsurgendi* verbum; & in 77. *z* dicebatur Deus *excitatus tamquam dormiens*: & alibi *a, excitare furorem, & effundendum iram*. Frequentat Ecclesia Adventus tempore velut importuna quadam anxiaq; prece hanc formulam, Dominica prima, & quarta, & feria sexta quatuor temporum; *Excita quæsumus Domine potentiam tuam, & veni*: simul etiam petit excitari socordiam in oratione Dominicæ secundę; *Excita Domine corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias*. Videtur importare idem verbum rationem pugnæ, sicut quod dixi verbum *exsurgendi*, præterea *consurgendi, suscitandi, vigilandi*, & similia. Applicat Augst. Christo, *crucifixo ex infirmitate sponte* assumta, resurgenti *ex virtute propria* b; eumq; cum Jacob comparat, qui prævaluit Angelo in luctando *c*, quia voluit Angelus, à quo & Jacob est benedictus: sic enim Christum victum esse, quia voluit, carne infirmus, & majestate fortis, atq; benedixit, eumdem faciens hominem, claudum, & benedictum fuit genus Apostolorum. Excitatio ista potentiæ, ut veniat Deus ad salutem, allegorico sensu, de Christo intelligitur, ab expositoribus, & à Gaudentio Brixiano *d*, Proclo Cyziceno *e*, Cyrillo Alexandrino *f*, Bonaventura *g*, Nysseno *h*, ratione adventus in carnem, utq; Incarnationis, quod est opus maximæ potentiæ, & secundùm se, & propter misericordiam singularem, in qua omnipotentia ipsa maximè manifestari dicitur, sicut etiam in impio justificando, & ad gratiæ vitam excitando. Sed quoniam quoad vixit, similis ceteris infirmis esse dignatus est, jacuitq; quodammodo potentia, etiamsi sese nonnumquam proderet, in resurrectione visa est denuò excitata, excitatior in ascensione, in judicio autem, ut Hugo loquitur apparebit excitatissima. Quo modo alii, ut Glossa, verum hoc ordine legi volunt: *veni*, per incarnationem, *excita potentiam*, per resurrectionem; quia visus es infirmus in passione: & hoc totum, ut salvos facias nos. R. quoq; Moysem Galatinus *i* citat exponentem de Messia, indeq; & ex similibus locis ab eodem allatis confirmat resurrectionem ejusdem tertia die. Jam *venit in propria, & Verbum caro factum est* k. Ayguanus expendit hoc loco causas, cur venerit ad nos potiùs Filii, quàm Patris, vel Spiritus Sancti per-

z vers. 65.

a Eccl. 56. 1.

b 2. Cor. 13. 4.

c Gen. 32. 28

d tract. 8.

e Hom. de nat. Christi in conc. Ephes. 6. c. 5.

f l. 1. tract. de ador. in spiritu

g in Medit. c. 4.

h Hom. 15. in Cant.

i l. 8. c. 11.

k Joan. 1. 14

Cur potius Filii quàm Patris, vel Spir. Sancti persona ad nos venerit.

cti persona. Istas affert, ne in divinis confundentur nomina, ideſt, ne filius hominis diceretur alius, quam qui DEI filia eſt; ut formà juris remitterentur crimina, hoc eſt, affecta ſimilitudo DEI à Lucifero *a* (etſi hoc remittendum peccatum non erat) & à primis parentibus noſtris *b*; Filius namque per ſe ſimilis eſt Patri ratione generationis ac proceſſionis ſuæ per intellectum: & eidem attribuitur ſapientia; ut à Patre Filius veniam ſupplicaret, nullum namque facilius exaudire, quàm filium pater ſolet: ut arte Verbi repararentur opera, per quod nempe facta fuerat, ob peccatum verò quodammodo perdita: ut per Filii merita recuperetur hereditas cum jure filiationis, quarum, peccando, facta jactura erat; ut quando DEUS DEI filius, fieret filius hominis, concederetur homini, filioque hominis, immò diaboli, fieri filium DEI: ut Patris commendaretur amor ſic diligentis mundum, ut filium ſuum daret *c*; amat namque filium pater apud nos magis, quàm filium; tametſi in divinis perſonis idem prorſus amor eſt, quo ſe mutuò amat. Suppetunt plures adhuc rationes, de quibus etiam Theologi diſputantes de Incarnatione:

a Eſa. 1. 14.
b Col. 3. 5.
c Joa. 3. 16.
d Ariſt. 8. Eth. c. 12.
In Divinis perſonis eidem amor.

Ut ſalvos facias nos.) Hebraicè *in ſalutem nobis* ישועתה לנו לישׁ *liſciuhhata lanu*. Ampliſſimè ſalus putet, ſed omnis, *Domini eſt* e; maximè autem quæ gratiam, & gloriam continet, quas Auctor ſalutis Jeſus *Deus ſalvos faciendi* f, ſimul & homo, meruit, impetravit, confert quibus vult, & volenti, ac offerenti conſentiunt.

e Pſ. 3. ult.
f Pſ. 67. 21.

Verſ. 4.) Deus converte nos, & oſtende faciem tuam & ſalvi erimus.

ſenſus loci.

SAlutem poſtulatam priore verſu, & potentiam, quam excitari petit, in promptu docet Deo eſſe: tam facile id eſſe, quàm vel averſa facie hominem ad ſe convertere; vel ſuammet homini oſtendere, & ſe ad illum convertere. Significat hæ dicendi formulæ benignitatem, & favorem DEI quemcumq; præſertim verò quum peccatorem recipit in gratiam & ab iniquitate revocat ad juſtitiam. Tunc utrumque fit, ut averſus per indignationem Deus, convertatur per miſericordiam; & homo qui erat à Deo averſus per peccatum, revertatur & convertatur ad illum per pœnitentiam & gratiam. Ad litteram videri poteſt oratio exulum, captivorumque, qui reditum, reverſionem in patriam flagitent, ſed ſimul, immò primo loco converſionem à peccatis quam hujuſce calamitatis eſſe probè noverant, atque cur eos Deus non à patriâ tantùm & loco quem peculiariter amabat expuliſſet, ſed & ab amicitia ſua, gratiaque rejeciſſet, quòd longè deterius erat. Alter ſenſus allegoricus, de converſione generis humani, per theophaniam, & oſtenſionem faciei divinæ, ideſt, Incarnationem Filii, qui facies, vultus, & expreſſa imago, ſimilitudoque Patris eſt, traditus paſſim ab Enarratoribus. Similis eſt de quotidiana peccatoris converſione ſenſus tropologicus. Deus ipſe converſis pollicetur ſalutem *g*, ſeque ad converſos convertendum *h*; ſed converti ſi volumus, petendum ut ipſe convertat *i*; & faciem benignam oſtendat, *avertens iratam à peccatis noſtris* k, nec cogamur aliquando montes & petras invocare ait cadentes ſuper nos, *abſcondant nos à facie ſedentes ſuper thronum, & ab ira Agni* l. Ejuſdem faciei viſio aliter & aliter beatos efficit, damnatoſque. Converſos Deus adjuvat, ait Auguſt. *m*, averſos deſerit: ſed etiam ut convertamur, ipſe adjuvat. Quum ergo nobis jubet, dicens: *convertimi ad me, & ego convertàr ad vos*; noſque illi dicimus, *convertere nos*. DEUS ſanitatum noſtrarum, *ſalutaris noſter, & Deus virtutum*, (videtur ſtudioſus habitus intelligere *convertes nos*, quid aliud dicimus, quàm, da quod jubes) Qui negligunt *à facie Domini concipere, & parturire ſpiritum ſalutis* *, nec facie proficiunt nati, & patientis Chriſti, ut à vanitate revocentur mundi exemplo humilitatis ipſius & propriæ vilitatis conſideratione; vel reſpuunt carnalem voluptatem, cogitando ſe mortales: intendant ſaltem oculos ad faciem conſcientiæ ſuæ tot contaminatæ vitiis, & figant obtutum in iram judices faciæ, quæ nunc *eſt plena gratiarum* n. Repetitur idem hic verſus ter, propter eas cauſſas quos attigi titulum exponens. Sed notatu dignum hoc loco ſimplex DEI nomen poni ſecundo loco cognominari *Deum virtutum*: tandem addi vocabulum *Domini*:

Allegoricus ſenſus.

g Eſa. 45. 88
h Jer. 15. 19. Zac. 11, 3. 4.
i Thr. 5. 21.
k Pſ. 50. 11.
l Apoc. 6. 16.
m 2. 2. de pec. mer. c. 5.
* Eſa. 26. 18.
n Eſth. 15. 17

Nam quamdiu mortalem Chriſtus egit vitam, DEUS erat faciem ſuam oſtendens adhuc infirmus: quum reſurrexit, & aſcendit, potentiam ſuam virtutemque excitavit, & manifeſtavit; ſed adhuc ſuperſunt inimici ponendi *ſcabellum pedum ejus* o: in judicio plenum obtinebit dominium, *eique ſubjicientur omnia* p. Quòd ſi agamus de captivis in Babylone, uſurpantibus has preces, creſcit oratio, ut ſolet in ærumnoſis ſupplicibus, ut faciliùs inflectant ad ſe quibus ſupplicant. Succinebat Licentius Auguſtini diſcipulus lætè, atque garrulè, ut ipſemet narrat Auguſt. *q*, verſiculum iſtum, etiam quum ad requiſita naturæ foras exiſſet poſt cœnam, quum illo loco talia continuò repetita cani ferre Monica ejuſdem Auguſtini mater non poſſet; adoleſcens tamen eo cantico totum ſe in quædam magna & mira ſubvectum Auguſtino referret, gaviſumque quòd fruſtrà ſibi ſcrupulus ſuperſtitionis, ut eum appellabat, injectus eſſet, quod tali loco talia cantaſſet. Tunc nec ſibi hoc Auguſtinus affirmavit diſplicere, ſed illi cantico, & locum ipſum quo mater offenſa erat, & noctem videri congruere; quoniam oramus verbis iſtius cantici converti a quodam cœno corporis, atque ſordibus, & item à tenebris, quibus & nos error involuit: Converti etiam nihil aliud eſſe, niſi ab immoderatione vitiorum, virtute, ac temperantia in ſe attolli: Dei præterea faciem nihil eſſe aliud, quam ipſam, cui ſuſpiramus, & cui non amatæ mundos, pulchroſque reddimus, veritatem. Subdit exclamaſſe Licentium, meliùs dixiſſe ſibimet magiſtro ſuo; Vide, quæſo, quanta, occurrerunt, ut credam erga nos aliquid jam proſperiore ordine fieri? Nec ego ſanè extra ordine cenſeri debeo hæc recitaſſe; quæ tanta, totque continent documenta, quibus redigi ac redire animus noſter in meliorem ordinem poſſet; & illud etiam intelligere *nullo non loco puras manus* r, voceſque ac preces *levari ad* DEUM, & promi poſſe.

o Pſ. 109. 1. p. 1. Cor. 15. 18.
q lib. 1. de Ord. c. 8.
Converti quid ſit.
r 1 Tim. 2. 1.

Deus converte nos.] In Pſalterio Romano, *Domine Deus virtutum*, quod etiam ita bis adhuc repetitur poſtea in eodem Pſalmo; in Pſalterio Gallino, & apud Caſſiodorum, *Dei virtutum*, Chaldaicè in Maronitarum Pſalterio, *Deus potens*: Arabicè, *Deus adhuc nos*. Editio noſtra cum Græca, Hebræaque conſentit. Jam obſervari diſcrimen in eadem, quod habet iſta in hoc verſu repetitio trina *Deus*; *Deus virtutum*, *Domine Deus virtutum*. Verbum Hebræum השיבנו *haſciu* ſignificat *redimere facere reſtituere*. Poſſet autem exponi, ut ſe ipſum Deus reſtituat nobis, & redeat ad nos (Apollinarius ſic accepit ῥᾴδια μετας ρεφθεὶς, *facile converſus*) vel ut redire facit ad nos veluti examinatos animam noſtram, ut docui ad ea verba Pſal. 22. *ſanimam meam converti*: vel nos ad ſe; ſeu ad gratiam ſuam: vel ad priſtinum: ſtatum; vel tamquam exules ad patriam. Quod ultimum litteralius, accipiendo hanc ut orationem captivorum in Babylone verſantium: & id Paraphraſtes expreſſit, *Deus reducio nos à captivitate noſtra*.

s verſ. 3.

Eſt oſtende faciem tuam.) In vetere Pſalterio Latino, & apud Auguſtinum, & alicubi *t* apud Hieronymum, *illumina*, quod propiùs accedit ad τὸ, ἐπιφανον, & האר *haer*: & Illyricè etiam eſt, *illuſtra*. Chaldaicè, *ſplendeſcere fac plendorem aſpectus faciei vel jucunditatis tuæ ſuper nos*. Eadem phraſis Hebræa, & Græca in Pſal. 66. *u illuminet vultum ſuum ſuper nos*, & 118. *x facies tuam illumina ſuper ſervum tuum*, & in 30. *y illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum*; & tamen Hieronymus, qui hoc loco non diſcrepat à verſione noſtra, & in 30. ac 118. etiam reddit, *oſtende*, in 66. *illuſtrandi* utitur verbo, quo & ibidem editio noſtra. Vidimus autem citatis prioribus Pſalmis hoc dicendi modo contineri favorem divinum, quum ſcilicet æquis ac benignis quaſi oculis, hilarique vultu reſpicere videtur, & beneficam exhibere præſentiam ſuam. Chryſol. *z* hinc argumentatur Incarnationis cauſſam, ut ſe inviſibilis Deus faceret viſibilem, ſatisfaceretque amori qui quod amat, videre cupit: ſic enim & Moyſem oraſſe, *ſi inveni a gratiam coram te oſtende faciem tuam*: & ipſomet Gentiles ob hoc ſimulachra finxiſſe, ut in ipſis erroribus, oculis cernerent quod colebant. Qua de re plura Pagninus *b*. Fortaſſis etiam poſſit intelligi facies Dei de arca, quam cuperent revisere. Auguſtinus, legens, *illumina*, notat non habere Deum obſcuram faciem; ſed ſibimet ipſum oppoſuiſſe nubem carnis, & tamquam velum infirmitatis, & non putatum (ſeu reputatum *c*) eſſe, quum penderet in ligno, qui agnoſcendus erat, quum ſederet in cœlo. Priùs

t in c. 6. Oſ.
u verſ. 2.
x verſ. 135.
y verſ. 17.
z Serm. 14.
a Ex. 33. 13.
b in Iſag. l. 30. c. 2.
c Eſ. 53. 3. Facies Dei quid.

dixi

dixi secundùm allegoricam sumi faciem DEI pro Filio ipsius, per quem mundo salus contingit, & cognoscitur Pater, sicut homo ex facie. In quo sensus aliqui a interpretantur Malachiam b *Ecce ego mitto Angelum meum*, id est Joannem, *qui præparabit viam ante faciem meam*, hoc est, ante Christum. Præsentem locum nostrum exponit eodem pacto R. Moses, simulq; illum Quæ c *vivimus ante faciem ejus* d. Theod. e in eamdem partem accepit benedictionem Sacerdotis f; *ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem*. Cui similis deprecatio, quę habetur in exordio Psal. 66. ubi relege, quæ dixi, tum etiam in 50. quo modo Deus avertat faciem à nobis propter peccata, seu *peccata abscondant faciem illius, ne exaudiat* g, & simul oretur, ut eam avertat à peccatis.

a Galat. l. 3 c. 12.
b c. 6. 3.
c c. 6. 3.
d citat. Gal. l. 3. c. 22.
e q. 11. in N. f Num. 6. 26
g Es. 59. 2.

Et salvi erimus.) Chaldaicè, *redimemur*, singulari numero. Illyricè, *salvus ero*, etsi quum reperitur pluralis ponantur. Quemadmodum quando vultum suum Deus illuminat super aliquem per essentię suę revelationem, ac manifestationem sui ipsius claram, beatus efficitur, nec solùm fieri potest, sed ut Augustinus, h docet, continuò fit salvus; ita quum per gratiam novi testamenti, & unigeniti sui, qui existens *in sinu Patris enarravit Deum* B *à nemine visum* i viatore, vel naturæ quidem viribus, illuminat vultum suum, spe salvus efficitur, ac in salutis statu constituitur, ut idemmet Doctor scribit. Auctor sermonis de nativitate Domini, qui sermonibus Augustini de tempore inseritur 24. & in appendice 28. hortatur nos verbis Psalm. 33. *Kaccedè ad Deum illuminari, foreq; ut facies nostrę non confundantur*, quia tali de re *posuit in sole tabernaculum suum* l. Venit ad faciem tuam, ò homo, inquit, quia tu ad ejus faciem pervenire non poteras, etc. venit à tuis partibus postulatus. Audi vocem clamantis; *ostende faciem tuam, & salvi erimus*. Arnobius hoc loco adhibet comparationem positi in periculo glaciali, ubi frigoris minatur interitum, liberari autem, si ostendatur ei Solis aspectus,

h de correct. & gr. c. 12.
i Isa. 9. 81.
k vers. 8.
l Psal. 18. 6

Vers. 5.) Domine Deus virtutum, quousq; irasceris super orationem servi tui?

Vers. 6.) Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis, in mensura?

Sensus loci. IRati signum, facies aversa est, ut diximus, propterea quam ostendi patierat priore versu Propheta, moræ impatiens, neque diutiùs ferre iram Dei valens, conqueritur tam diu rejici orationem, differri exauditionem, negari faciei divinæ, benignæ, benevolæ, placatæ ostensionem. Videri quotidianum ac usitatum panem potumque lacrymas largissimas esse, & in plena maximaque mensura; ita ut nec edere nec bibere liceat, aut libeat etiam, sed jugiter collacrymari: Hoc esse non regere ac pascere, & deducere sicut ovem, pascuis irriguis, sed lacrymis, & in virga ferrea. Voto desiderantium, flagitantium, expectantium Christi adventum convenit hæc de tropologia commodus dicetur in particulari explanatione.

Domine Deus virtutum.) Hieronymus, *exercituum* צבאות *sabaoth*, de quo nomine actum alibi n. Aptè ab hostibus dextenti exercitum ac bellorum implorant Deum: & à diaboli captivitate liberari volentes, invocant Deum sanctorum Angelorum, ut liberati, eorum socii fiant. Hoc secundum Hugo indicat. Arabicè, *Domine Deus noster fortis*. Chaldaicè in textu Maronitarum, *Domine Deus potens*.

n Ps. 23. 10.

Quousque irasceris super orationem servi tui?) Pathetica magis oratio, qua ex plurali ad singularem numerum, unamque personam descenditur. Tamen vertit Hieron. *usquequò fumabis odorationem populi tui?* Hebraicè עשן תפלתך *hhamocha populi tui*. Sed si legas, quod facile est, עבדך *hhaudecha*, erit, *servi tui*; & inferno עבדיך *haudecha servorum tuorum*, quo modo & multi Græci codices τῶν δούλων σου; quo item pacto extat in editione Arabica. Richardus Cenomanus suspicatur legisse LXX. אמה *aleph* pro ע *hham*, & אמה *hhamah* significare *populum*; אמה *amah* etiam *servitutem*. In emendatis Sixtianis Græcis Bibliis est numerus singularis τῷ δούλῳ σου. Testantur Basilius, ac Theod. seu alteruter, alios Interpretes reddidisse τῷ λαῷ *populi*: δοῦλον autem, ideſt, *servum*, quem singulariter legit, significare λαον, hoc est, *populum universum*. Apollinarius retinuit numerum singularem, non exprimens aut servum, aut populum.

Δούλου, λαός,

---- τέο λίχρι λιταζομενο χαλεπάνεις;
Quousque supplicantis irasceris?

In aliis Latinis Psalteriis & apud Augustinum, atq; Cassiodorum est præpositio (*in*) pro (*super*) nec video unde colligat notationum auctor in Sixtiana LXX. Interpretum Biblia, legisse Augustin. *in orationem inimici tui*: nam explanando ita scribit: Irascebaris in orationem inimici tui? adhuc irasceris in orationem servi tui? Verbum autem, *fumabis*, ab Hier. positum ex Heb. עשנת *hhasciantha* expressum est fumumq; עשן *hhasciam* significat. Quomodo in psal. 17. o dicebatur *fumus ascendere in ira Dei*, ubi actum de hac iræ figurata descriptione. Antinesim videtur continere ad ostensionem vultus Dei petitam priore versu per modum illuminationis, quasi aerem hactenus turbasset, ac obscurasset ira divina, occlusq; offecisse, ne gratiæ Dei lucem cernere possent. Similes conquestiones de longius perseverante ira Dei sunt in Psal. 7. p 73. q 78. r 84. s & in 102. t Ipsem concipit fore, ut non in perpetuum iraſcatur Deus, nec in æternum comminetur. Similia leges apud Esaiam u, Jeremiam x, Ezechielem y, Abacuch z, Legendus Chrysostom. a demonstrans quo pacto temperet Deus iram suam, neque contineat in ira misericordiam suam semper. Moysi Deus iratus est, quando legationis officium nimis importunè deprecans detrectabat b, & volebat idem Deus, ut *dimitteret Moses eum, ac furorem suum, irasci contra populum idololatram* c; sed ipsemet Moyses alioqui mitissimus d, ubi deprehendit illud peccatum, *valde, projecit de manu tabulas legis, & confregit*. Deus verò de se ipso ait: *non faciam furorem iræ meæ: non convertar ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo* e ideſt, non punio ut perdam, non utor summo jure, non ad vivum reseco; non laxo frænos iræ; non sino me vinci ab ira; tempero me, iræque impero. Christus homo erat, sed non purus homo, non obnoxius passionibus, ac ne πάθη quidem habens, sed προπαθείας *non passiones, sed propassiones*,

o vers. 9.
p vers. 11.
q vers. 1.
r vers. 5.
s vers. 8
t vers. 90
u c. 12. 1. 1. c. 54. 9. 17.
x c 3. 5. 12.
y c. 16. 42.
z c. 3. 2.
a hom. 44. in Gen. hom. 68 in Matth. 40. ac prop.
b Exod. 4. 14.
c c. 32. 9.
d Num. 12. 13.
e Oseæ 12. 9.

Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis.] Augustinus, *pro alibi nos*. Paraphrastes, *pavisti eos pane intincto lacrymis, & potum dedisti eis vinum lacrymarum*. In Chald. textu Maronitico, *potasti eos aquis cum lacryma*. Hieron. vertens præterita ib futura, ut fit non raro, habentq; rationem orationis fusæ pro calamitate præsenti, sic exponit, *cibasti nos pane flebili, & potasti nos in lacrymis*; Alii etiam aliquando, & quod miratus sum, Ambros. f, sicut & quem vitavi Paraphr. in tertia persona, *cibasti eos pane lacrymarum, & propinasti eis lacrymas*. Theodor. aut Basilius, observant hic tempus mutatum ceteros hæc tamquam facta dixisse, ἐψώμιζας, καὶ ἐπότιζας *cibasti & potasti*; Euthym. nominat Aquilam, & Symmach. Facilè fuit, ut legerint Græci, & Latinus Interpres affixum pronomen primæ personæ, & non tertiæ, hoc est, pro האכלתם *haechalthem* לנו *lanu* ראב *heechalnu*, & pro תשקמו *thaskemo* תשקנו *thaskenu*. Certè contextu magis convenit prima persona. Tempus autem futurum continuationem denotat; rectèque ἀπὸ τοῦ χρόνου suppletur ex priore versu *usquequo cibabis*, &c. ut Euthym. Nicephor. Ayguanus, Lyranus, & alii notant. Accepit hunc locum Ambr. g perinde ac si futurum esset pro imperativo, & per modum deprecationis. Affinis hæc vero admodum phrasis illi ex ps. 41. h *mihi lacryma mea panes die ac nocte*: & ex 101. i *potum meum cum fletu miscebam* & ex 126. K *qui manducatis panem doloris*; Apud alios reperio *cibationem absinthii* l & *fellis* m nempe solidi ac indurati: & *cineris* n *atque potationem aceti* o, *vinis compunctionis* p, & *saporis*, q, & *fellis* r, *inebriationem lacryma* s, *panem afflictionis* t, *versum in fel aspidum* u, & *in calculum* x. Exaggeratur hoc loco vehementia, copiaque calamitatis usque ad satietatem; sicut quum Jeremias y usurpat *saturari opprobriis*, Job z *afflictione & miseria*; vel idem, *satiari pœnis* a, vel Isaias b, & Jeremias c, *sanguine*, vel Abacuc d, *felle*. Tale illud Ovidii e,

Et lacrymas cernens in singula verba cadentes,
Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.

Constat quidem lacrymas mitti etiam præ gaudio, cumque inexpectata, & more imbris confertim bona inundant,

f in ps. 118. ע fine 29.
g in ps. 1.
h vers. 4.
i vers. 10.
K vers. 2.
l Ier. 8. 15.
m ps. 68. 22.
n Thr. 3. 16
ps. 101. 10.
o ps. 68. 22.
p ps. 56. 5.
q Esa. 51. 17
x Jer. 9. 15. c. 23. 15.
s Esa. 16. 9.
t Deut. 16. 3
u Job 20. 14.
x prov. 20. 17.
y Thr. 3. 30
z c. 10. 15.
a c. 16. 11.
b c. 49. 26.
c c. 46. 20.
d c. 2. 15.
e 3. Trist. el. 5.

dant, ut Philo philosophatur, citans illud Poeticum, δακρυόεν γελαζαζα, cujusmodi etiam qui vocatur à Pollu-ce *h* κλαυσίγελως, *risus fletui intermixtus*; qua de re Rhodigius *c*, & hoc loco Bochius ex Zenophonte *d*, Platone *e*, Plutarcho *f*, Aphrodisæo *g*, Terentio *h*, Hirtio *i*, Livio *k*, Josepho *l*, quibus addi alii possent, ut Quintilianus *m*, Virgilius *n*, Seneca *o*, cujus illud,

—— an habet lacrymas
Magna voluptas?

Dicuntur autem flentium calidę lacrymæ; frigidæ ridentium, quod, ut ait Toletus noster, his calida facies, ob sanguinis diffusionem; illis frigida, propter fugam sanguinis ad cor, quamvis aliam Aristoteles *p* causſam tradat. Sed Philoni nego nostrum Prophetam hìc, & 41 psalmo, quos ipse ad id producit, de lætitiæ lacrymis loqui. Forsitan ex accomodationis sensu ita scripsit docens, quod sunt mentis cibus lacrymæ, indices τῆς εὐδιαθέτου καὶ ἀσσυδαίου γέλωτος, *bene affecti, & honesti risus*, quando divinum colliquatum in quopiam desiderium creaturæ lamentationem in creatum hymnum verterit, ideſt, in lætam laudationem ingeniti ac increati Dei. In eodem sensu sumsit Cassiodorus, Remigius, Haymo, Bruno, Beda, Hugo, Ayguanus, alii panem lacrymarum vitam esse plenam doloribus, sed tamen in ea Domini nos miseratione cibari, quando cladibus, ærumnisque non extinguimur, sed potius erudimur, & veluti *panę, confirmatur cor nostrum* q, *& lætificatur tamquam vino* r, *& gloriamur etiam*, ac placeamus nobis *in tribulationibus*, tentationibusque *s*, quæ prius nolebat tangere anima nostra, nunc præ augustia (compunctionis, atque pœnitentiæ) *cibi nostri sunt* t. Denique non sunt, inquit Glossa, lacrymæ illę ad peremtionem, sed ad correctionem, & perfectionem, tali viscebatur pœnitens Magdalena, cibo, tali utebatur potu, immo & Christum ipsa cibabat, potabatque lacrymis suis suavius, quam Pharisæus murmurator convivio *u*; quod egregie describit Chysologus *x*, dicens quod gemitus Deus esurit delinquentium, sitit lacrymas peccatorum, & Christus non accubuit, pocula saporatę melle, floribus odorata sumturus, sed pœnitentis lacrymas ex ipsis oculorum fontibus (Hebræi eodem vocabulo עין *hhain fontem oculumq;* nominant) potaturus. Ait præterea pietatis à Magdalena convivium exhibitum Christo, non voluptatis; pœnitentiæ positam mensa: fercula compunctionis apposita: panem doloris illatam: potum lacrymis temperatum: dumque taliter (modum ipse exprimit) apportavit divinis oculis cibos totas misericordiæ copias reportasse. Gregorius *y* etiam scribit ad Pharisæi prandium Dominum discubuisse, sed apud pœnitentem mulieris mentis epulis delectatum, & apud pœnitentem pastum intus. Idem licet de siti dicere, & de aqua, quam postulavit Christus à Samaritana *z*; idem de linteo bestiis pleno quod ostensum est esurienti Petro *b*. Ambrosius *c* præsentem locum usurpat adversus Novatianos negantes peccatoribus pœnitentiam; hancque hìc significari, seu tristitiam de peccatis, sed moderatam; de qua moderatione postea: quum de mensura. Quotidianus Petro cibus ac potus lacrymæ ipsius erant, audito Galli cantu, quod & effossi ceu rivi testabantur oculi, & pannus, quo defluentes illas tergebat *d*. Quadrat ei illud symbolum, *at lacrymis mea vita viret*, inscriptum amarantho amarissimæ, numquam in aquis marcescenti *e*. Salias appellat Lucret. *f* Lacrymas.

Et lacrymis salsis humectant ora, genasque.

idque Philosophus *g* etiam docet, comparans cum sudore, & ex calore ac agitatione oriri. Ciet amor lacrymas laborque; & acuunt famem condimenti loco, aut velut conditus sale cibus panisque. Nisi enim manducarentur, non dicerentur panes, ait Augustinus *h*, nisi autem haberent aliquam suavitatem panes isti, nemo illos manducaret eum tanta suavitate. Adhibebat Job *i* condimentum quasique fallamentum hoc, quando dicebat, *antequam comedam, suspiro*. Luctu enim suo anima pascitur, inquit Gregorius K, quum ad superna gaudia flendo sublevatur; & intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectionis pabulum recipit, quo vis amoris per lacrymas emanat. Hac fortassis de causa beatitudine lugentium, beatitudo esurientium, sitientiumque mox subjungitur *l*. Idem Pater *m*, lacrymarum potum dari ad mensuram à Deo scribit, quia peccator, etsi pro culpa compungitur, ex eadem compunctionis afflictione, eodem consolante, revelatur. Deniq; Rickelius rectè complectitur panis ac potus istius desiderabilis, & salubris utilitates, quum lacrymæ prodeunt ex charitate divina, ex pœnitentia pro peccatis, ex desiderio regni cęlestis, ex dilectione proximi, ex compassione infirmitatis alienæ.

In mensura.) Hieron. *tripliciter*. Alii, *tribus vicibus*, vel *maxima & amplissima mensura*, vel, *copiosissimis*, vel *abundè*, vel *in catenis*, seu *in lacrymis catenarum*. Addit conjunctionem (&) *& in mensura*. Origenes *n* & Greg. *o*. Vox Hebræa שליש *cialisch* à שלש *scialosch* quod tria valet, significat non modo *magnum, ducem, principem*, sed *mensuram* quoq; *magnam*, quasi dicas cum Cajetano substantivè tertium, quod contineat metretas ternas. Fortassis quia tria pro innumeris ponuntur, & Aristot. asserit *p* τὰ τρία πάντα εἶναι, καὶ τὸ τρὶς πάντα, *tria esse omnia, & quod ter est, omnino esse*; qua de re multis agit Betrus Bongus in opere de mysteriis numerorum. Notionem pro *catenis*, quam Felix tradit, nusquam reperio; sed interdum לשישים *scelisim* pro musicis instrumentis, quæ tribus nervis, seu chordis consistent; ita ut propterea ille forsitan chordas & nervos acceperit. Sed non ita commodè dicuntur aliqui potari lacrymarum catenis. In alia significatione pro *magna mensura*, ut deducitur à voce, tria significante, notat R. Kimhi denotari exilium Babylonicum, quod fuerit pars tertia Ægyptiaci, quia hoc duravit 210. Babylonicum 70. Vel tertium exilium, in quo nunc sunt Hebræi. Viderint ipsi. Exponunt Græci plenam mensuram μέτρον πλήρες, juxta proportionem peccatorum, ἀναλόγως ταῖς ἁμαρτίαις, & ut sit Deus ἀντιμετρήσας ταῖς ἁμαρτίαις πὴν τιμωρίαν, *vicissim dimensus peccatis supplicium*, ut, *qua quis mensura mensus fuerit* (peccando) *remetiatur ei* q, ut Basilius, aut Theodoretus observat, & confirmat visione Zachariæ *r* de duabus mulieribus, habentibus quasi alas milvi, & levantibus amphoram, eamque deferre jussis in Babylonem. De populi autem Hebræi captivitate Babylonica hic agi dicitur. Recitat Eusebii explanationem Agellius, τὸ γὰρ ἐν μέτρῳ, τοῦτ' ἔστι πλήρες: ὅπως φησί, δακρύων πλησθέντων τὸν πότον, ὥσπερ οἱ μέτρῳ τι διδόντες καὶ πρησθέντες αὐτὸ πάντως, σχᾶ τὴν τοῦ μέτρου συμπλήρωσιν, *in mensura namque, hoc est, plenè. Sic, ait, lacrymis implemus potum, ut qui ad mensuram dant aliquid, & implent illud omnino juxta mensuræ complementum*. Apollinarius eodem pacto.

καὶ πόμα μητρὸς τὰς ἀχίου πλέων ἀμμεστίζει,
Et potum metiens doloribus plenum nos potans

Sensus est per hypallagen, quousque tandem propinabis in lacrymis mensuram, ideſt lacrymas in mensura magna, seu magnam lacrymarum mensuram? Usquequo potabis nos in lacrymis, ideſt, lacrymis & ærumnis, lacrymas excutientibus, in mensura, hoc est, quantum capere possumus, & quantum nostra demerentur peecata? Nullus ne modus erit, ac temperatio vindictæ? nihil remittes de mensura debitarum pœnarum? exiges quidquid meremur? summo ages nobiscum jure? nihil vacui relinques misericordiæ tuæ? Alter quem Latini sequuntur sensus bonus quidem sed non adeo litteralis, retenta nota interrogationis, & conquestionis forma; immo potius corrigere videtur querimoniam, & non percontactionem, sed asseverationem ponere. Exponunt Latini, DEUM *dare potum in lacrymis in mensuram*, ideſt, in distributo modulo (quem in pharmacis etiam præscribit medicus) *ut non sinant nos ultra vires, supraq; id quod possumus tentari*, & vexari; *sed faciat cum tentatione etiam proventum, ut possimus sustinere* s. Ex Græcis idem lego apud Origenem t, scilicet DEUM in cruciatibus suis, ac tormentis miscere clementiam, tamquam patrem & magistrum indulgentissimum & providentissimum. Quo loco plura in eamdem sententiam. Sic & Ambros. *u* in orationis modum accipiens locum istum, ait petere Prophetam in mensura potum, non supra mensuram, ne ferre non possit; ideoque potum fletu miscuisse *x*, ut Domini in se inclinaret misericordiam. Præterea docet *y* potum *dari in lacrymis in mensura*, ne sine moderatione mensuræ pœnæ cumulo gravemur, & sustinere non possimus. Confirmat ex psal. 74. *z quod facem Deus non eximaniat calicis vini meri ira sua*, ne plenitudinem supplicii ferre

---

n de migrat. Abrah.
b lib 12. c. 4.
c lib. 2.
d Hist. Græc. lib. 7.
e in Phileb.
f 2. de sort. Alexand. & Sympos.
g in probl. c. 31.
h Heautont. Act 2. sc. 2. Adelph. Act. 3. scen. 5.
i de bello Alex.
k lib. 5.
Calidę sunt lacrymæ flentium, frigidæ vero ridentium.
l 12. antiq. c. 2.
m lib. 11. n 3. Æn. & 9.
o in Thiesta Actu 5.
p 2. de anim. ma q. 30. sect. 31. probl in 24. q psl. 103. 15.
r ibidem.
s Rom. 5. 3.
t Job. 6. 7.
u Luc. 7. 39.
x serm. 93.
y hom. 33. in Evang.
z Joan. 4. 8.
a c. 10. 29.
b Act. 10. 11. & seq.
c 1. de pœn. c. 12. Novatiani negant peccatoribus pœnitent.
d Clemens in 1 in. Niceph. lib. 2. c. 37.
e Scipio Ammirat. delle empresse. f lib. 2. g sect. 5. probl. in 39.
h in psl. 127.
i c. 3. 24.
K S. mor. l. 7 cap. 4.
l Matth. 5. 3. 6.
m 3. in. 6. l. 1. Reg.
n hom. 1. in Ezech.
o 3. lp. Paſ. cap. 30.
p 2. de ecle cap. 2.
Triplex exilium Hebræorum.
q Matt. 7. 1.
r Ep. 5. 6. & seq.
Sensus loci.
s 1. Cor. 10. 15.
t hom. 1. in Ezech.
u in psl. 102.
x psl. 101. 10.
y in psl. 118. octava 2.
z vers. 9.

ferre non possimus: Vide quæ psalmo eodem sunt dicta. Ipsum nomen *calicis*, qui certam continet bibendi mensuram, indicat modicitatem tribulationis, brevitatemque, ac suavitatem etiam. Tertio adhuc secundum tropologiam is quem dicunt Hieron. explicat, ut in oratione qua Deum videre desideramus, aut recordamur peccati, ab eoque absolvi cupimus, victus tenuis accipiatur, si in precatione, non in multiloquio proferatur. Quarto, Gregorius *a* mensuræ rationem in eo spectat, ut respondet potui lacrymarum & afflictioni pro culpa, consolatio divina. Id alibi *b* dicitur *secundùm multitudinem dolorum consolationes Dei lætificare; & nos lætari pro diebus quibus nos ille humiliavit, & annis quibus vidimus mala* c. Quinto, ex eodem Gregorio *d*, ut uniuscujusque mens tantum pœnitendo compunctionis suę bibat lacrymas, quantum se à Deo meminit aruisse per culpas. Id Petrus Damiani *e* transcripsit, & ne plus adstringam se in debito perpetrati operis, minus autem solvamus in fletibus satisfactionis. Origenes *f* probat ex hoc loco non eamdem fore pœnam frequentius peccanti, & minus frequenter; sed mensuram hanc futuram, quam sibi unusquisque vel minus, vel amplius peccando, quæsierit. Placet id etiam Hugoni hoc loco; & probat ex Esaia *g*, *in mensura contra mensuram, quum abjecta fuerit, judicabit eam*, ideſt, Deus animam, ut quantitas pœnæ respondeat quantitati culpæ: & *quantum quis glorificaverit se, & in deliciis fuerit, tantum tormentum patiatur, & luctum* h, *& pro mensura peccati, sit & plagarum modus* i. Hieron. *k* hinc etiam efficit judicium Dei esse in ponderibus, & multis bonis, exemplo David compensanda vitia. Peccata diu plangenda scripsit Gregorius *l*, ut sic consumta formidine, nascatur securitas. Agit ibi etiam de irriguo duplici lacrymarum: Sextum fere oppositum sensum tradit idem Ambrosius *m*, panes lacrymarum, potumque flebilem pœnitentis esse debere in mensura, ut sit moderata tristitia, mœstitia mensuram habeat, *ne forte abundantiore tristitiæ absorbeatur* qui agit pœnitentiam *n*. Non ita loquitur, ad rem, nec etiam verè alius *o*, qui tribulationes in mensura epotandas tribui dicit à Deo, *sed non ad mensuram dari spiritum* p. Hoc de Christo intelligitur, *de cujus plenitudine accipiunt ceteri, & secundum mensuram donationis ejusdem* q. Septimus aliorum sensus refellitur à Genebrardo, potum in mensura, ut & panem esse qui aliter dicitur *panis arctus, & aqua brevis* r; & significari hoc loco tenuem victum, angoremque famis ac sitis præinopia. Nam Hebræa vox, de qua dictum est, mensuram grandem denotat, Quod autem apud Ezechielem *s* bibi aqua scribitur in mensura, ideſt, parcè, alio nomine dici במשורה *bimsura*, unde sumtum Latinum videtur nomen *mensura*, quæ ibidem vocatur σαθμὸς. Octavo mensuram angustę sumendo, pretium lacrymarum considerant aliqui *t*, & DEI donum esse lacrymarum, quod peculiari etiam petit oratione Ecclesia inter illas, quæ in finem conjectæ sunt Romani missalis. Huc facit quod alibi docui, quorumdam Patrum testimonio, lacrymas unionibus ac margaritis similes esse, quod & ipsa externa earum forma præsefert. Vellet eripere diabolus rem adeo pretiosam, & utilem nobis, & cibo ipso ac potu magis necessariam, *& hunc aquæductum præcidere; omnemque aquam* u: nec modo colloquium etiam pernutus, cum iis qui prosint, sed ploratum quoque, & lacrymas, ac à natura tributam oculis ea in re libertatem. Imitemur quos Ælianus *x* narrat forte tyrannidem tantam non valentes, quum à longe accurrentem ut id prohiberent tyrannum Tryzum vidissent, eripientes arma satellitibus, eum interfecisse. Innuitur novus ab Hugone, à Philippo Grevæo *y*, & ab aliis quibusdam *z*, sensus, ut cibatio, & potatio designet consolationes divinas, quę dentur in mensura magna, juxta vim nominis Hebręi שלישׁ *scialisch* prius declaratam, idque in lacrymis, ideſt, propter lacrymas, quæ solent esse modicæ, & quibus nihil citius aresçit. *Mensuram bonam, confertam, coagitatam, superefluentem dat Deus* a. Volui, quod facio interdum, quum occurrit celebrior locus, tot hujus expositiones afferre, præter litteralem, quam primam posui, & solam Valentia recipit, passimque recentiores, cum qua ex aliis illæ magis congruunt, quæ non parvam, sed magnam sumunt mensuram, & quidem præsertim, ut malorum est. Rickelius, etsi tritam quoque affert, quæ secundo loco recitata est; tamen prius explanat idem esse *in mensura*, quod vehementer, secundùm exigentiam culparum, non relaxando tormentum.

Vers. 7.) Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subsannaverunt nos.

ACriter angebant Prophetam nomine vel suo, vel suorum posterorum, quorum prævidebat, ac deplorabat calamitatem & captivitatem; quod qui hanc permittebat DEUS, videretur eos exposuisse continuis jurgiis, atque maledictis vicinarum gentium, ut Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Samaritanorum, nec non irrisioni, ludibrioque inimicorum. Jam sæpenumero in aliis psalmis occurrit ejusçemodi querimonia & expostulatio tum vero in 43. Unde quodammodo trascriptus videtur hic locus: *posuisti nos opprobrium vicinis nostris subsannationem, & derisum his, qui in circuitu nostro sunt*. De Christianorum adversariis, atque persecutoribus Judæis, & Gentilibus, qui coli ab ipsis crucifixum, & mortuum dictitabant, & *novorum dæmoniorum annunciatores* appellabant *c*, Enarrat. interpretatur, allegorico nimirum sensu. Denique sicut Christus *signum est cui contradicitur* d, *& talem sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem* e, ita & *sectæ ipsius ubiq; contradictum est* f, & nunc etiam ab ejusdem generis hominibus, ac prætetea ab Hæreticis, suoque modo etiam à malis Christianis, qui quod *se nosse fatentur, factis negant* g, contradicitur. *Pii spectaculum fiunt mundo, angelis, hominibus* h, *stulti habentur pro Christo* i, *omnium peripsema sunt* k. Contradicitur præterea ab inimicis capitalibus tribus, diabolo, mundo, carne; pietati, justitiæ, pœnitentiæ, ait Hugo declarat. Egemus *Dei protectione in tabernaculo suo à talium contradictione* l. Sunt qui Judęos *m* infelices pro hoc tempore loquentes hic faciant, ista patientes ab iis, à quibus non diliguntur ex charitate, sed quum compati erroribus & calamitatibus eorum deberent, deridentillos, ac subsannant.

Posuisti nos in contradictionem.) Hieronymus, *in contentionem*. Alii, *litem*, vel *jurgium*, vel *reprehensionem*, ideſt, exposuisti, aut expones: quia Hebræum verbum futuri temporis est, quamvis alterum loco alterius usurpari soleat, & supplendo ex præcedente versu 5. *quousque, usquequo expones*, &c. Retenta vero præteriti significatione, causa querimoniæ & lacrymarum est, quod ad calamitates accesserit, exponi maledicentiæ vicinorum, factumque sit, ut contenderent & rixarentur cum ipsis, aut inter se de ipsis, veluti de præda dubia milites altercantur, quam quisque repere vult ad se, aut litigantes tamquam de re sua; ut Cajetanus, & Vatablus explicant: item, ut in jus vocarent eos, & ficta crimina objicerent, quibus illos vexarent, & facultatem, si quam haberent, spoliarent, pœnasve luere facerent. Denique poni מרון *madon*, quod absque Hebr. præpositione hic dicitur, includitque relationem quamdam ad judicium & forum, litemq; & contentionem judicialem ac forensem. Apud Jerem. n *vir discordiæ* διακρινόμενος vocatur איש מרון *isch modon*: Goliat quoque appellatur eodem modo Hebraicè *o*, licèt LXX. retinuerit vocem *Maon*, & interpres noster transtulerit *excelsum*, quem alii *virum contentionis*, seu *contentiosum & litigiosum*, vel, *virum certaminis & bellicosum*. Sic vero posset etiam sensus hic esse, activè sumendo, posuisti nos in contradictionem, ut nobis esset contendendum ac pugnandum cum vicinis nostris. Sed prior sensus passivè melior. Quod LXX. dixerunt εἰς ἀντιλογίαν, Symmachus μάχην *pugnam & prælium*. Apollinarius νεῖκος dixit, ideſt, *jurgium*. *Aqua illa contradictionis* p, *& contradictio Core* q adeo celebres, nomen habent ἀντιλογίας, & מריבה *merivah*. Idem sibi vult editio Syra seu Chaldæa Maronitarum, *jecisti nos meditationem vicinis nostris*, ideſt, ut de nobis, atque contra nos meditarentur, & machinarentur, vel fabularentur. Inest nonnullis quidam quasi spiritus contradictionis, ac studium pro libito cuivis contradicendi, jurgandi, litigandi, ut nec acquiescere possint veritati, & æquitati, etiamsi causa ipsis adjudicetur, aut aliunde damnum eis compensetur, ut Patrum memoria de quodam accepi, litigioso, quem Franciscus Francorum Rex primus, ne proposito quidem quivit emolumento à lite rimovere. Ex his forsan erat quos Hesiodus *r* in foro litigare scripsit, non tam ut aliquid consequantur, quam ut alios vexent, atque molestent. Vere Cæsar apud Ciceronẽ *s*, Quid viro bono & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse à civilibus controversiis? subdit etiam, neque tutiùs, neque honestiùs reperiri quidquam, quam ab omni contentione abesse. Unum ex iis quæ vitā faciant beatio-

Sensus tropologicus.

a *l. 3. in ca. 6. 1. Reg. c. 4.*
b *ps. 93. 19.*
c *ps. 39. 15.*
d *3. p. Past. c. 30.*
e *serm. 17. qui est 2. de S. Vitale.*
f *hom. 8. in Num.*
g *cap. 27. 8.*
h *Apoc. 18. 7*
i *Deut. 25. 2*
k *2. cont. pelag.*
l *lib. 6. Ep. in 23.*
m *de pœnit. c. 12.*
n *1. Cor. 2. 7.*
o *Didacus Alvarus in Es. c. 51. nu. 17. & in c. 27. n. 11.*
p *Jo. 3. 34.*
q *Rom. 12. 3 Ephes. 4. 7. 16. 1. Cor. 12 11. & seq. 2. Cor. 10. 15.*
r *Esa. 30. 20*
s *cap. 4. 11.*
t *Petrus Val. der. exerc. fer. 5. post Dom. 4. Quadr.*
Lacrymæ unionibus & margaritis similes.
u *Judith. 7. 6. 7. 8. 9. 10 11.*
x *14. variar. hist. c. 22.*
y *ser. 172. in psal.*
z *Osor. ser. de Dom. 3. post Pascha.*
a *Luc. 6. 38*

Lacrymæ unionibus & margaritis similes.

Sensus loci.

b *ver. 14.*
c *Act. 17. 18*
d *Luc. 2. 34.*
e *Hebr 12. 3*
f *Act. 28. 22.*
g *Tit. 1. 10.*
h *1. Cor. 4. 9.*
i *vers. 10.*
k *vers. 13.*
l *ps. 30. 21.*
m *Jansonius*
n *cap. 15. 10 & 3. Reg. 21 20.*
p *Num. 20. 13. 24. c. 27. 14. Deut. 32. 51. c. 33. 8*
q *ep. Judæ versic. 11.*
r *in Erisi, l. lib 10. ad Artic. Ep. 9.*
Si lites absint, vita beata est.

d *lib. 10. c. 47.* rem, ut lis numquam esset Martialis *a* asseruit. *Perversorum est suscitare lites* b, *& semper jurgia sunt inter superbos & ex concupiscentiis, quæ militant in cordibus, bella & lites existunt* c, *& honor est homini qui separat se a contentionibus* d, & Dio Prusiensis *e* litem describit, bellum, nec indictum, nec ullis conditionibus, aut fœderibus dirimendum; & Suidas κραυγὴν δικῶν, pro *receptaculo malorum*, usurpati testatur. Hoc nomine Plinius *f* gentem felicissimam censet Taprobanæ Antiochonum, Indiæ Seras, quod neque lites, neque forum habeant.

Psal. 47.
b *Prov. 16. 20.*
c *c. 12. 10.*
d *Jacob. 4. 1. περὶ φιλαργυρ.*
e *Prov. 20. 3.*
f *lib. 6. c. 23.*

Τίς τὸν γε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ἐπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βαλέῃσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
Memo hanc amat (ἔριν, ἣ ἔριν litem vel contentionem) homo, sed necessitate,
Immortalem consiliis (fato) litem colunt gravem.

g *Ex Argit.* Hoc etiamsi fati necessitatem tollas, concedi Hesiodo *g* potest. Quæ dialogo toto de Sophista Plato disputat, vocans eum inter alia epitheta ἀντιλογικὸν, & ἐριστικὸν, quadrant optimè in præsentem locum. Legenda etiam Espencæi *h* digressio de clerico litigioso, quem nominat Paulus ἰλιόδικον, & Fevardentii de litibus *k*.

h *In 1. ep. ad Tim. lib. 2. c. 8.*
i *1. Tim 3. 3. Tit. 3. 2.*
k *In epist. Jac. cap. 4. 2.*

Et inimici nostri sub sannaverunt nos.) Habent alia Psalteria Latina, & Cassiodorus, *deriserunt*. Loco pronominis primæ personæ textus Hebræus habent pronomen tertiæ למו *lamo*. Genebrardus respondet aut legendum לנו *lanu* aut למו *lamo* servire quoque primæ personæ: ut autem sit, *nos*, adesse oportere vel expressè, vel tacitè. Expressit *nos*, Hieron. in sua versione. *Subsannasse sibi*, est idem quod inter, aut intra se: vel animi causa, & gratis. Durior interpretatio Vatabli; *subsannaverunt eum*: idest DEUM, tùm propter transitum repentinum ad DEUM, cum quo proximè ante sermo fuit: tùm quia למו *lamo* pronomen indicat numeri pluralis. Quod autem serviat למו *lamo* primæ personæ, requiro certiorem auctorem, vel exemplum. De

Ipsi. 2. 4.
m 2. de orat.

sanna, sannione, subsannando, dictum alias *l* satis. Negat M. T. *m* aliquid esse tam ridiculum, quam sannio est, qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, denique corpore ridetur ipso: & Nonnius ait esse in dictis fatuum, & in motibus, & in scenis. Græci nominant γελωτοποιὸν. Posset hic locus, & sublannatio ad mimos transferri, qui res Christianorum in scena ridebant, ex quibus tamen divinitus in ipsomet scenæ actu conversi nonnulli, jamque non κατ' ὑπόκρισιν, sed serio Christianam personam sustinentes, mortem pro religione Christiana quam profitebantur passi sunt.

γελωτοποιοὺς.

Vers. 8.) Deus virtutum converte nos, & ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Sensus loci. IDem hìc cum 4. versu, addito dumtaxat *virtutum* vocabulo. Ibi egimus de incercalari versu isto ter repetito. Desiderantis mos est, ait Cassiodorus, frequenter repetere, quæ magnis precibus postulat advenire, & eamdem repetitionem ceteri pertinere docent ad intensionem precantis. Mysticè Christi adventus adeo desideratus exponi potest, ut eodem loco dixi, in carnem, ad immortalem, vitam, ad judicium. Valentia versum præsentem accipit tum de desiderio justorum in limbo, ut descenderet ad ipsos Christus, tum Apostolorum, ut resurgens rediret.

Deus virtutum.) In aliis Latinis Psalteriis, & in textu Augustini, Cassiodori, ejusque quem vocant Hieronymus commentarii auctorem, nec non in Bibliis Græcis, præponitur nomen *Domine*, & κύριε, quod nec erat Græcè in versu 4. nec hìc habetur Hebraicè. Quum autem hac Hebræa lingua eidem versui addito bis fiat, hic nimirum, & in fine psalmi, diversis ac imparibus aliorum interjectorum versuum patiis, non satis definire possumus de rationem metri, atque artificii carminis psalmorum. In fine versus δ' ἀ ψαλμα ponunt emendati codices Græci Sixtiani. Voluissem collectorem nationum aliquid hac de re admonuisse, quia in aliis aut Bibliis, aut actoribus Græcis, Latinisve, ut nihil dicam de Hebræis, Chaldæis, Arabicis, Æthiopicis, &c. nullum vestigium deprehendi. Tandem reperi Bedam in collectione diapsalmatum, id quod ordine numerat 58, hoc loco collocasse. Cardinalis quoque Vincentius Laurus manu ut puto sua, eidē isti loco adscripsit διὰ ψαλμα in Bibliis Græcis, quæ cum cetera bibliotheca Collegio Romano nostro liberalissimè legavit. Diapsalma verò quid sit, quemve usum habeat, docuimus alibi,

Vers. 9.) Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti Gentes, & plantasti eam.

Vers. 10.) Dux itineris fuisti in conspectu ejus, plantasti radices ejus, & implevit terram.

Vers. 11.) Operuit montes umbra ejus, & arbusta ejus cedros Dei.

Vers. 12.) Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines ejus.

QUod facilius Deum flectat, & quod petit, impetret, pristina ei beneficia revocat in memoriam: videlicet: quod Israeliticum populum sibi eligens in optimam vineam, tamquā eximius agricola excellendum studiosè susceperit, ut longe ac late excresceret, uberemque ex illo & suavem fructum reciperet, ut autem id consequeretur, ex Ægypto transtulerit, ubi velut in loco incommodo haud ita fœliciter proveniebat, & minus propagabatur; præter eas Gentes, ad quarum terras tranferebat, ejecerit, & extirparit, ceu noxias spinas, ut evulsam de Ægypto dictam vineam viteve fructuosius insereret, atque planctaret: deinde mysticæ isti vineæ, populoq; suo exhiberit se viæ ducem in columna duplici nubis, igniſque, defendens etiam adversus hostes: tum verò his prostratis, & ejectis terræ indigenis, fixas & firmas ei radices sedesq; dederit, hinc denique factum, ut post datam sibi terram in possessionem, supra numerum populus multiplicatus fuerit ad similitudinem propaginum fœcundissimæ vitis, ita ut montes ipsos obtegeret umbra illius, ramiq; altitudine æquarent celsissimas & maximas cedros, & secundū latitudinem extenderentur una ex parte usque ad mare Occidentale; ex altera usque ad flumen Euphratem, eo quod excreverit potentia & gloria tanta, qua sibi etiam finitimas provincias & regna subjiceret, & quum primū promissam ibit terram, & postea, successu temporis, per duces ac reges suos. Frequens in aliis quoque scripturis Hebræi populi, & sub eo typo, etiam Ecclesiæ, comparatio cum vinea *n*, præter apocryphum Esdræ quartum lib. *o*. Jansenius causas dat, quia vinea latius ramos extendit, quam arbores aliæ: fructum edit suaviorem ac uberiorem: majore cultura eget: palmites habet partìm fertiles, sed purgandos, ut fructum plus afferant *p*, partìm infrugiferos quos amputat agricola & flammis dumtaxat servant *q*. Hugo jam prior idem docuerat, distinguens sex rationes, quia vitis abscissum lignum inutile est, nisi ad combustionem: tormento quodam fructificat, ideſt, fossione terræ, ac ramusculorum abscissione: vinum profert: luxuriat in pingui solo, ac debile inde vinum exit: melius in edito ac petroso provenit loco, radiis expositа solis, paxillis & bacnlis sulcienda est. Se abscissus ab Ecclesia homo, prorsus inutilis est, flammisque addictus æternis: tribulationibus crescit, ac viget Ecclesia: sola vinum habet salutaris doctrinæ: hæc ipsa doctrina quodam modo, & hi qui ad Ecclesiam pertinent, maximè quos vocant peculiariter Ecclesiasticos, rerum abundantia degenerant: melius docent ac operantur in duritia pœnitentiæ, eminentia vitæ, fervore charitatis radicati & fundati: Sanctorum exemplis & adjutorio, atque cœlestibus alligati desideriis erecti tenentur, quæ *vinculæ sunt salutaris alligaturæ*. Ait præterea Ægyptum, esse infidelitatem, erroresque ac pravos mores: Gentes, voluptuosos & avaros: planctatam esse Ecclesiam ex humilibus & abjectis: radices, Apostolos, montes, Reges, & alios viros magnos obumbratos gratia: cedros, superatas altitudine ab arbustis, ejusmodi homines conversos per humilem prædicationem: extensionem ad mare pœnitentiæ, & flumen baptismi. Similia sunt apud Rickelium & Euthymium, alioſque. Idem Hugo applicat vineæ dictas qualitates etiam ad ordinem religiosum, vel cujuslibet justi animam. Hanc animam transferri docet de Ægypto peccatorum ad lumen gratiæ: ejici gentes motuum brutalium, & vitiorum: plantari plantis virtutum, & in charitate radicari: impleri terram bonis operibus, misericordiæ præsertim: umbra operire montes, altos in virtutibus superando, & cedros, ideſt, fortes bonoque odore famæ fragrantes: extendere palmites ad mare pœnitentiæ & cōpassionis, & ad flumen humanitatis. Ayguanus quoq; in anima nostra velut in vinea, considerat plantationem in terra corporis, extra quod ferre meriti fructum nequit; putationem, ligationem, fossionem, occationem, fructificationem. In re adeo trita non immorabor: si quid nota-

Sensus loci.

n Cant. 2. 13. 15. Es. 4. 7. Jer. 2. 21. c. 6. 9. Ezech. 17. 6. c. 19. 10. Osea 10. 1. c. 14. 8. Matt. 20. 1. c. 21. 28. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9. c. Cor. 9. 7. Jo. 15. 1. o c. 5. 23.
p Ja. 15. 2.
q ib. 6.

r Eccl. 6. 31.

tu-

tu magis dignum occurret, inter explanandum singulas partes, attingam.

Vineam de Ægypto transtulisti.) Alii, *vitem*, unam enim גפן *ghephen* significat; non multis consitam vineam. Tamen vitis pro vitibus, totaque vinea sumi potest. Chaldaicè, *domum Israelis quæ assimilatur vineæ.* Futurum תסיע *thassiahh* est pro præterito. Tamen ex præterito demonstrat Galatinus *a* Rabinos hinc asseruisse Messiæ fugam ac reditum ex Ægypto. Non obest præteritum, quia ob prædictionis certitudinem poni solet. Narrat vero etiam ab Anton. urbis consule interrogatum Rabbi dictum Rabbenu Haccados de sensu istorum verborum, respondisse, esse de Messia: quumque ille objiceret locum nativitatis Bethleem, quasi Rabbinus in Ægypto nasciturum significare vellet, subjecisse, futurum Ægypto rediret, quo fuisset. Clarior locus est à Matthæo citatus ex Osea, *ex Ægypto vocavi filium meum.* Sic vinea dicetur CHRITUS; qui & scriptum nominavit vitem. Præter Enarratores hujus loci, & aliorum quos antea indicavi: Zeno Veronensis integro sermone disputat eleganter de Mystica vinea Ecclesiæ *b*, Strabonem scribit fontem sacrum esse: lignum auxiliare, quo tenditur vitis vel portatur, crucem: quod tabulatis infertur, cælestis vitæque altitudinem monstrari: ligaturis adstrigi, cui quis renuncians sæculo, spōsione facta spiritualiter, sacris interrogationibus obligatur: luxuriosos crines falce tonderi, quando omnia omnino peccata baptismate, Spirituque sancti vigore amputantur: plorare feliciter hanc vitem purgata materia, quia de homine loto felicius manant doctrinæ cœlestis divina fluenta: ruptis oculis, & præcedentibus foliis fructum sequi, quum Christianus monitis divinis præcinentibus obsecundando in quibus æternæ fructus est vitæ, & defenditur pariter, & nutritur: ad jugum, pervenire, quum prærogata omni facultate pauperibus, crucem suam portans, consummata omni justitia expeditior sequitur Christum: vi tempestatis, solis atque imbris ad maturitatem cogi, hoc est, tentationibus crebris, magni variis perduci ad coronam: ubi vindemiæ venerit tempus, ideſt, persecutionis dies, passim uvas diripi, ideſt, in considerate sanctis omnibus violentas inferi manus: ad torcular comportari, ideſt, ad supplicii locum deduci: ab operariis ibidem conculcari, hoc est, summa cum contumelia illusos jugulari: luccum earum in ultimo prælj pondere, duabusque tabulis exsiccari, quoniam judicii die à Christo secundùm tabulas legis confessorum sanguinis vindicta usque ad ultimum quadrantem exigetur calcatores eodem musto bibere, quia persecutores sæpe credentes in Christum, calicem pretiosum, quem paullo ante calcando fuderant, gustant, aliqui etiam bibunt, mustum patris familias cellæ recondi, ut pretiosiùs transfretatione reddatur, quoniam Dominicæ habitationis in recondita assumitur, ut ibidem ex homine in Angelum transfusus, æternæ vitæ beatitudine glorietur. Hæc unus ex fortissimis matyribus Zeno fere ad verbum; quæ propter tanti ac tam antiqui Auctoris tum elegantiam, tum subtilem ac pium sensum, & hactenus fortassis inauditum, omitti non debuerunt.

Sumit quoque Ambros. *c* ex vite ad vitæ nostræ institutionem exemplum. Ecclesiæ ait plebem velut quadam fidei radice plantari: reprimi humilitatis propagine: circumdari vallo cœlestium præceptorum, & Angelorum custodia: turrim in ea esse Apostolorum, prophetarum, doctorum: circumfodi, quia exoneratur terrenarum mole curarum: religari & erigi, ne reflectatur in terram recidi sarmenta, quæ mani effusione luxuriant, propagari ea quæ bonus agricola judicaverit fructuosa: adminiculorũ ordines, jugationisque gratiam, docere æqualitatem in Ecclesia servandam, ut nemo se dives aut honoratus extollat, nemo pauper dejiciat, ignobilisque desperet: claviculos & circulos esse amplexus charitatis, quibus proximos quousque complectamur, & in eorum conjunctione requiescamus: videndum, ne immaturos fructus nostros dies supremus inveniat, & plenæ tempus ætatis opera imparata deteceant: viro perfecto, nec frigus horridæ mortis, nec solem iniquitatis nocere, quia obumbrat eum gratia spiritualis: uvas censeri monilia, maturitatem prudentiæ, splendorem fidei, confessionis decorem, justitiæ pulchritudinem, ubertatem misericordiæ. Cyrillus *d* Alex. istam vineam explicat de synagoga, quæ posteaquam offendit Deum, Deus destruxit maceriam ejus, & posita est velut in conculcationem, porcisque & asinis depascenda, hoc est, voluptatibus, & aversis à oratione motibus: sed refloruit in Christo *memoriale ejus*: quoniam non omnes crediderunt, sed quasi in memoriam ejus servatæ sunt reliquæ, & factum est ut vinum *Libani* f. Placuit Hieronymo *g* locum istum interpretari de anima, quam diabolus & Angeli ejus devastent. Sed & proto. nagoga exponens *h asinum ad eam alligatum* i vult esse Gentilem populum à Salvatore illi conjunctum, scilicet ut evaderet etiam vinea Domini. Nam vineam non aliam Christus plantavit, ait Augustinus *k*, sed veniendo in melius commutavit, non eradicavit, sed *locavit aliis agricolis* l, eadem enim est Sanctorum societate civitas Dei, & congregatio filiorum promissionis; Magna vi evulsa est de Æ. gypto vinea tot prodigiorum & plagarum: & ab Hebræis ad Gentes translata, quo accidit maxime post Jerosolymorum excidium sub Vespasiano, Titoque. Diceres destructam, non transplantam, nisi ex eadem synagoge multi sese adjunxissent ad Ecclesiam, & figuræ ac typo successisset veritas. Inveteratam vitem citius frangas, quam transferas. Rectores Ecclesiæ Deus apud Oseam m *vinitores* nominat, & apud Elaiam *n*, quamvis hic alienos, ideſt, ex Gentibus, quod processu temporis accidit, ille ex eodem loco, hoc est, Judæis, quod contigit in principio. Lascivie bat generosa ceteroqui vinea inundationibus Nili, ac sterilescebat, quia apertos amat Bacchus colles *o*: ideo translata est à, provido, peritoque vinitore *in montuosam, campestremque terram, quæ de cœlo expectat pluviam* p. Christus cogebat suos sæpe in montem vel orationis causſa, vel doctrinæ, vel ut seligeret à vulgo.

Ejecisti gentes.) Chaldaicè, *expulisti populo de terra Israel*, ideſt de terra, quam assignasti populo tuo Israel, ejecisti, seu expulisti populos & Genter Chanæas, quæ occupabant illam. De his Gentibus dictum alibi prius.

Et plantasti eam.) Vineam, cui similis Hebræus populus, excitis Gentibus tamquam spinis & noxiis herbis, Vim istius comparationis innuit Apollinarius.

ἐν δὲ παμῶν ἐφύτευτας ἀγακλὴς ἔθνεα γαίης.
Excidens vero plantasti nobilis gentes terræ.

Ideſt, exscindens gentes terræ nobilis, plantasti populum tuum. Omnem hominem Plato plantæ, arboriſque simile affirmavit. Id justo præsertim convenit, quem David noster *q plantatum* dicit *in domo Domini*, hoc est radices defixas in cœlo habentem; *& comas junctas canalibus* r, rivisque cœlestibus, unde & anima est, & virtus ad eum descendit quasique à radicibus fugitur. Origenas *s* explanans id cantici Moysis *t*, *introduces eos & plantabis*, &c. istam introductionem cum ea videtur compare, qua pueri inducuntur ad scholas, ad litteras ad omnem eruditionem: & jubet, ne cogitemus plantari ne defigi ficus, alia ve virgulta in terra, sed quos de sæculi Ægypto educit Deus ad fidem, velle ut conversationem habeant sublimem: non repant super terram, sed ut palmites sursum ducantur, & ut traduces collocentur in altissimis Dei cedris, Prophetarum, & Apostolorum, connexi vinculis charitatis. Melior sit quandoque planta transplantatione, ut Persica malus, quæ venenum amisit in Italia, de qua Columella:

—— Pomis quæ barbara Persis
Miserat, ut fama est, patriis armata venenis,
At nunc expositis parvo discrimine lethi,
Ambrosios præbent succos, oblita nocendi.

Mutatio etiam solo, cæloque morbis desperatis remedium affertur.

Dux itineris fuisti in conspectu ejus.) Hieronymus *præparasti ante faciem ejus.* Alii, *repurgasti ante eam*, ideſt, ante vineam, nempe locum, seu *evacuisti*, vel *fecisti spatium*. Chaldaicè; scopasti, *aut expulisti à conspectu ejus Chananæos.* Sensus est, persistendo in vineæ comparatione, quod scrobem præparaverit, terræque superficiem repurgarit, ruderibus ejectis. Sed in textu Maronitarum extat solum, *intuitus es eam.* Arabicè, *explanasti viam ante eam*; Græcè, ὁδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, quod in aliis Psalteriis Latinis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum legitur, *viam fecisti in conspectu ejus.* Significat Hebræum פנה *pinnah verrere, scopare, mandare, aptare, præparare, expurgare, evacuare.* Extat in eo celebri loco Malachiæ u, *præparabit viam ante faciem meam.* Ubi, sicut & hic, est, gratia paronomasiæ in dicto verbo, & לפני *lephanai*, atque לפניה *lephanehha*. Apud Malachiam Græcè est ἐπιβλέψεται. Modum

a *lib. 2. c. 4.*

Mystica expositi, hom. 2. *Bib. Patrum col.* 12. 16.

c 3. *Hexa. c.* 12.

d *in Oseam n.* 168. *& in Amos n.* 57.

b *c.* 2. 15.
n *c.* 61. 36.
o *Virg. 2. Georg.*
p *Deut.* 11. 10
q *psl.* 91. 12.
r *Can.* 7. 5.
s *hom.* 6 *c. in Exod.*
t *Exod.* 15. 18
u *cap.* 3. 1.

exposuit Paraphrastes in expolsione Chaldæorum. Omnem itineris successum Basilius, seu Theodoretus complectitur: Eusebius impedimentorum amotionem tamquam spinarum, omnisq; alienæ materiæ πᾶν τὸ βλαπτικὸν καὶ παρεμβαλλοτρίαν ὕλην καὶ κάλυμα, καὶ ἐμποδών, vocans; exponentique de incolis terræ illius: addunt & legis traditionē Eathymius ac Nicephorus: Apollinarius processionem DEI complanantis vias.

πρόσθε δέ οἱ ἴταναὰς προμολῶν λείνας ἀταρπούς.

Ante verò ipsi longas præcedens, complanasti vias.

Duplex columna nubis, igniſque præcipua ducatus istius pars fuit, ut Hugo, Lyranus, Trevetus, aliique observant. Etsi autem vitis non propriè agit iter, ejusque ab aliquo iter dirigitur; tamen quatenus de populo dicitur nomen illud, seu vineæ, rectè ab interprete nostro (quem vellem studiosius defensum ab Agellio) redditum, *dux itineris fuisti*. Allegoricè Arnobius, Augustinus, Latini ceteri Christum viæ ducem accipiunt, ac ipsissimam viam; quo se quoque ipsemet nomine appellavit *a*: Euthymius Evangelica mandata, quæ materiam omnem alienam, & vepres omnes, callem rectum occupantes resecent: sicut & per ejectas gentes idem, atque Arnobius dæmones, idola, tyrannos, qui nomini Christiano erant infensi, intelligunt. Tur viarum, qui præcurrant agmini; & hoc Imperatores isti injuriosum sibi esse arbitrantur, inquit Ambrosius *b*: Deus autem præibat quum Hebræi facerent iter, *die quidem in columna nubis*, ostedens illis viam; *nocte autem in columna ignis*. Idem *c* docet Abrahamum, dum est Deum secutus adeò obedienter, facto præveniſse dictum illud, ἔπεσθαι, *sequere Deum*. Ait præterea *d*, quod exercitata mens non aquilarum præfert imagines, nec dracones, sed in cruce Christi, & in Jesu nomine progreditur ad prælium, hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis. Laudat denique *e* illud Sophoclis, *Jupiter mihi præst, nullus autem hominum*; ita videlicet ut non à Deo potestate sibi facta, ac propter illum. De malis ducibus illecebrosæ sensualitatis, *quæ ducitur juvenis vecors* f, perniciosæ familiaritatis, qua *vir iniquus lactatum amicum ducit per viam non bonam* g: præsumtuosæ temeritatis, qua *cæcus cæcum ducit* h: malitiosæ leveritatis qua *non habens scientiam captivus ducitur* i, quibus opponitur ducatus Christi, quum suos in montem duxit, ubi *transfiguratus est*, k, & pro sensualitate montem rationis obtulit; pro perniciosa familiaritate, Moysem, & Eliam, pro præsumtione humilitatem, in faciem cadentes discipulos: pro tyrannide paternam vocent, Ayguani tropologiam lege.

Allegoria.

a Joan. 14. 6.

b in psſ. 118. ser. 5.

c l. de Abra. c. 2.

d l. 1. c. 7.

e ad Irenæum.

f Prov. 7. 7.

g c. 16. 29.

h Matth. 15. 14.

i Isa. 5. 13.

k Matt. 17. 2.

Plantasti radices ejus.) Reprehendit Hieronymus *l* codices, in quibus additur, *hinc*. Habent aliæ editiones conjunctionem (&) Hieronymus verò idem vertit, *stabilisti*. Arabicè, *confirmasti*. Ad verbum diceremus, *& radicasti radices ejus*, vel *radicare fecisti*, ותרשש שרשיה *vatharsesch sciarasceha*, ideſt, *radices potuisti, ac vitem propagasti*. Contrario sensu *emigrari, seu tolli* dicitur *radix dextera viventium, illius, qui vivere non sinitur* m. Moysem, Aaron, Josue, Prophetas, Sanctosque Patres in cultu Dei, ac fide radicatos: principes quoque, Duces, Reges, capita etiam Tribuum, & familiarum, tandem firmam in terra promissa stationem, cum potentia, & opibus intelligit. Mysticè hi sunt Apostoli, & Apostolici viri, nec non charitas, & similes eximiæ virtutes; sana quoque, ut ait Euthymius, de Christo domata. *Radix justorum non commovebitur* n, *sed proficiet* o, *non concidit radix sapientiæ* p, & hæc est, *timere Dominum* q, *& in electis mittitur* r, pauciſque revelatur s, *quia pauci electi* t, qui portantur *à radice sancta* u, qui est Christus ipse ortus quidem *de radice esse* x, sed simul *radix & genus David* y. Nihil humilius Christo, ideoque nihil excelsius, quoniam quantum radix demittitur, tantum planta erigitur.

l epiſt. 135.

m psſ. 31. 7.

n Prov. 12. 3.
o vers. 12.
p Sap. 1. 15.
q Eccl. 1. 25. 1c. 24. 23.
r c. 1. 6.
s Matth. 20. 16.
t Rom. 11. 16 18.
u Esa. 11. 1.
x Apoc. 22. 16.
y Virg. 3. Georg.

——— *Quæ quantum vertice ad auras*
Ætherias; tantum radice in tartara tendit.

Et implevit terram.) Promissionis terram, quæ habitatoribus plurimis Hebræis repleta est, hique rerum gestarum fama, religionis odore, splendore potentiæ universam repleverunt, ita ut in hoc scirent inveniſse se gratiam in conspectu Dei, quod ambularet Deus cum ipsis, & glorificaretur ab omnibus hominibus; qui habitabant super

Cur in medio terræ collocati fuerint Hebræi.

A terram. Quę causſa etiam fuit cur terrę in medio collocati fuerint Hebræi; ut alibi *a* dictum est, & in medio reliquarum Gentium collocati, ut omnes in circuitu nationes, inquit Hieron., *b* illorum sequerentur exemplum, & ut ait Amb. *c*, noluit Deus, ut ipsis populi finitimi jungerentur, quo paullatim etiam gentibus infunderetur cognitio cælestium Sacramentorum. Eccl. constat multo magis repleviſse terram totam, quod alias *d* demonstravimus, & quę hic sequūtur mystico saltem sensu, ostendunt.

a psſ. 37. 12.
b in c. 5. Ez.
c in psſ. 43.
d psſ. 18. 5.

Operuit montes umbra ejus.) Populus Heb. maximo numero incolens, & implens Palæstinam montuosam, montes ipsos operire videbatur umbra sua, Vel simul significatur quod superavit Og, & Seon, eorumq; populos de genere Gigantium, & postea per Dav. Ammonitus, Idumæos, Moabitas, Philistæos, Syros, ita ut etiam Salomoni tributa penderent omnes fere Reges Orientis, & muneribus eorumdem Æthiopium Regina coluerit. Præterea denotari possunt hoc, sequentique membro (quod etiam jam dictis congruit) altissimæ domus, & arces munitissimæ ibidem excitatæ. Nec displicet Agellii conjectura, per *montes* hic indicari defertum, per *cedros* Libanum, quia maximè laudatæ cedri Libani, ita ut hi sint termini duo terræ Israel, quemadmodum alii duo in versu sequenti, *mare & flumen*, cum his quatuor distinctè definiatur ea terra in Deuteron. *e* Chald. *cooperti sunt montes Jerusalem umbra sanctuarii ejus, & doctrinæ ejus*.

B

e c. 11. 24.

Et arbusta ejus cedros Dei.) Hieronymus, *& rami illius cedri Dei*. Chaldaicè, *ecce præceptores fortes, qui assimilati sunt cedris fortissimis*, vel ex Nebiense nectendo prioribus, *& umbra domorum doctrinæ præceptorum eruditorum, quæ assimilatæ sunt cedris fortissimis*. Vertunt etiam alii ex Hebræo, *& rami ejus ut cedri Dei*: sed placuit LXX. Interpretibus ἀπὸ χουῦ repetere *operiendi* verbum ex priore membro, ut dicantur vineæ rami altitudine sua operuisse altissimas cedros. Utrovis modo idem vineæ incrementum significatur secundùm proceritatem ramorum, seu palmitum, qui arboribus applicantur. Sicut ענפים *hhanaphim* ram *& frondes*. Reddit Hieronymus aliquando *frondes* f, interdum *ramos* g, nonnumquam *germina* h. Arbusta propriè significant loca consita arboribus, & à vineis distinguuntur, vel arbores ipsas vitibus nuptas. Hoc loco pacto Latinum Interpretem pro arbustivis vitibus, accepisse, quas Græcum hujus etiam loci nomen ἀναδενδράδες significant, aliter δενδρώδες, & Latini dicunt *vites nuptas & maritas*, nempe aliis arboribus, vel has illis,

f Ezech. 17. 8. 23 c. 19. 10 c. 31. 3.
g c. 36. 8. Levit. 23. 40.
h Malac. 4. 1

C

——— *adulta i vitium propagine*
Altus maritat populus.

i Hor. 1. epod. ode. 2.

Lege Auctores de *k* rustica. Plinius * autem longo usu compertum scribit, nobilia vina nonnisi in arbustis gigni, & in his quoque laudatiora summis, sicut uberiora imis: ideo excelsitate profici. Usurpant quoque *maritandi* verbum iidem illi scriptores, & Plinius *l nubendi*, aliique, nec non *conjugium vitium*. Nonnus *m* vitem domina arborum appellat, quod per illas, velut per ancillarum scandat humeros. Celebris illa vitis aurea in Judæorum templo, quam inde abstulit Pompejus, vel dono accepit, de qua Lipsius *n* ex Zonara *o*, Plinio *p*, Floro *q*, Tacito *r*, Josepho *s*, qui Strabonem citat, seseque Romæ vidisse testatur pretii quingentorum talentorum, & vocatam περπόλιν, *delectamentum*: & Plinius nominat montem aureum quadratum cum cervis & leonibus, & nomis omnis generis, quem vitis illa circumdaret; Strabo autem apud Josephum, εἴτε ἄμπελον, εἴτε κλῆμα, *sive vicem, sive hortum*: hoc egregium, inquam, adeo pretiosæ, ac magnæ vitis opus, designabat fortasse amplitudinem atque potentiam populi Hebræi, non Bacchi cultum, ut Tacitus voluit, quemadmodum & Plutarchus *t*, etsi hic de vite non meminit. Meminit Josephus Gorionides vitis aureæ ad Herode confectæ, pondere mille talentorum aureorum. Villalpandus *u* noster, contendens templum sub Herode longe inferius gloria fuisse, quam sub Salomone, id refellit, ac ex altero Josepho Flavio *x* refert interiorem portam templi inauratam fuisse, & circum eam quoque parietem inauratum, desuper vero habuisse aureos pampinos, unde racemi statura hominis dependebant *s* negat verò auro solido vitem constitisse, sed filo tantum aureo aulæis intento. Quidquid sit de Herode, negari non debet alia illa vitis à tot Auctoribus memorata, quamvis non ita disertè illam

k Cato. c. 7. & 31. Colum. lib. 3. c. 3. l. 5. c. 6. & 7. lib. de arbo. c. 16. Varro lib. 3. c. 8.
* lib. 17. c. 23. l. li 14. cap. 1. m 12. Dionys. Piac.
n 1. elect. c. 15.
o in anal. tom. 1.
p lib. 37. c. 2.
q lib. 3. c. 5.
r 5. hiſtor. 1 14. antiq.

t 4. sympoſ. q. 5.

u tom. 2. in Ezech. p. 2. lib. 5. c. 7. x 15. antiq. c. 14. li b. 6. de bello c. 6.

iplam

ipsam in templo collocatam asserant, quam in Urbem Pompejus asportavit, & quidem ab Aristobulo ei donatam volunt, ut Flavius Josephus, & ex eodem Zonaras, ille etiam ex Strabone.

Fit præterea mentio de arbusti vi Persarum regis vite aurea, gemmis ornata, cujus uvæ ex pretiosissimis lapillis coagmentabantur, & regio lecto superstabat à Xenophonte *a*, Athenæo *b*, Herodoto *c*, Plinio *d*, Done, Chrysostomo *e*, Tzetze *f*, Plutarcho *g*, quos citat Brissonius *h*. Sed quid hæc ad mysticam vitam, sive Christum, sive Ecclesiam, sive justi animam? Cristus idem vitis, *racemus portatus ab exploratoribus promissæ terræ* i, *custes vineæ* & k (ut & quævis anima sui ipsius) *calcator torcularis* l, calcatus ipse, & compressus. Adhæramus illi, nec non, & ut vitis solet arboribus, idest exemplis, & meritis aliorum Sanctorum.

Cedros Dei.) Quum declararemus Psal. 35. *m* quare justitia compararetur cum montibus DEI, monuimus Dei nomen ad res varias adjectum, valere ad earumdem excellentiam indicandam, eximiamque magnitudinem. Hac de caussa Christum vocat Deus regem suum, sic enim est in psal. 2. *n* *constitui regem meum*, juxta textum Hebræum; & Zacharias *o* ait, quòd *adorabunt gentes regem Dei*. Oratio Dei in qua *pernoctabat idem* p, erat oratio non solùm Dei hominis, & de negotiis divini, sed eximia tota durans nocte, fervens, efficax: *homo* vel *vir Dei* q vocatur is qui Dei insignis cultor, sicut Gabriel, fortitudo Dei, Raphel, medicina Dei ob singularem utriusque rei excellentiam in illis: item *visione Dei* r dicuntur, quæ præstantes erant: *civitas Dei*, quæ amplissima, ut Ninive s: *tuba Dei* t, quæ valde sonora; *exercitus Dei* u, qui numerosissimos: *Spiritus Domini latus super aquas* x, ventus v lidissimus. Sic aliqui *y* volunt *Spiritum Dei malum* z significare pessimum; quod mihi durius culum videtur, & epitheto mali satis innui malitiam; Dei autem dici, quia immissus erat à Deo. Nec recedit vulgarium nonnullarum linguarum loquendi usus ab isto, ut idem DEI sereniorem, agrum ferriliorem, ignem luculentiorē, si similia denominent. De cedris egi quantum satis est in psal. 28. *a* possunt; in utramvis partem sumi, bonam & malam. Id ibi docet Basil. in homilia, volens eo loco designari superbiam, & idololatriam; in hoc autem Cedros Dei dici, qui hactenus sterile, & apti ad comburendum, ubi sub velamen, & integumentum vitis Christi venerunt, illumque veluti induti sunt, per ipsius gratiam propriæ vitæ sterilitatem contegunt. Vitis umbram laudat Plinius *b*, quod mobili folio, jactuque crebro solem temperet, eodem gravi protegat in imbre. Aliter Augustinus in partem deteriorem sumit Cedros, etiam pro superbis, mentes opertos umbra, pro prophetis obscurè locutis, & lege tota *quæ umbræ habebat futurorum* c. Sed eadem res plures fert sensus.

Extendit palmites suos usq; ad mare, & usq; ad flumen propagines ejus.) Hieron. *expandit comas suas usq; ad mare, & usq; ad flumina germina sua.* Idem alibi *d*, *extendisti propagines ejus usq; ad mare, & usq; ad flumina flagella ejus.* In editione Chaldæa Maronitanam sunt *radices & palmites*: in Arabica, *radices & brachia*. Oseas *e* nominat *Israel vitem frondosam, cujus fructus ad quatus esset*, ideſt, abundans, ac respondens numero, magnitudineq; palmitum. Vertunt ibi Lxx. ἐυκαμπαττουσαν, aut ἐγαλφιματτουσαν, ideſt, *bonos ac pulchros palmites habentem*, vel *sylvescentem ac luxuriantem palmitibus, sarmentisve*. Symm. ὑλοματτουσαν *sylvescentem*: Aquila ἐαυδρον *aquosam*, hoc est, humore abundantem. Euphratem plures exprimunt, qui ob magnitudinem rectè vocari possit nomine plurium fluminum, sicut de *behemoth* bestiæ vocabulo, aliàs notavi, & de similibus quamvis hæc loco נהר *nahar* sit singulare: in emendatis Græcis ποταμῶν quum tamen pluraliter ποταμῶν legant Niceph. Euth. Apoll.; item Cyr. Alex. in Zachar. *f* idemque numerus extet in translatione Arabica, & in Chaldæa, qua Maronitæ utuntur. Parum refert, quòd aliqui reddant, *extendes*, seu *mites*, infecunda persona, vel, *extendit*, quomodo est in aliis Latinis Psalteriis, & apud August. atque Cassiodor. quia tunc referretur ad Deum Dominum vineæ: in tertia persona ad vineam ipsam: est autem תשלח *theschallach*, vel secundæ personæ masculini generis, vel tertiæ fœminini. Versio recitata Hieronymi, est Symmachi, & VI. editionis ἐξέτεινεν τὰς χαπας αὐτῆς: Theodotio autem, & V. editio pro ἐξέτεινεν reddidit ἐξαπέστειλεν, *emisit*. Aquila in futuro, cujus formam habet Hebræum verbum, Sed per præteritum transferri sæpe solet, ἀποστελεῖ *mittet*, & pro χλήματα *palmites* θερισμον *messem*: Paraphrastes nominans Euphratem, quem psl. 71. *g* docui sæpius intelligi per absolutum nomen fluminis, præsertim quando agitur de terminis promissæ terræ, sic interpretatur, *expandisti propagines*, misisti discipulos ejus usque ad mare magnum, & usque ad flumen Euphratem, fugentes eam, nimirum doctrinam; quam priore versu expresserat. Cyrillus, quem citavi, rationem reddit sententiæ, quia tellus Judæorum mari, & regione ad Austrum, atq; indica terminaretur, quæ dicebatur μεσοποταμῶν *media fluminum*, uno vocabulo *Mesopotamia*.

Mysticum eumdē sensum, sed de discipulis Christi tradunt passim Enarratores Latini, & de regeneratis aqua quam idem Christus suomet baptismo in Jordane sanctificare dignatus est. Confirmant ejusdem Christi verbis *h*. *Ego sum vitis & vos palmites*. Eodem spectat ad Ecclesiam accommodando, quod Basil. seu Theod. Euth. ac Nicephorus *palmites* quidem de multiplicatis interpretantus Judæis, *propagines* de Proselytis; nam & Judæis in Christianismo Gentiles quodammodo adnati sunt, & insiti; sicut & de insito oleastro in bonam olivam philosophatur Paulus *i*, usque ad mare totius mundi, aut pœnitentiæ, & flumen seu baptismi *i*, seu gratiæ. Quando Christus se *vitem*, discipulos dixit *k palmites*, peritans in eadem parabola, ut Chrysost. Leontius, Theophyl. Euthymius volunt *l*, subdit aliquanto post *m*, *se illos elegisse*, tamquam vid. optimas, & generosissimas vites, sive palmites, *& potuisse*, hoc est, plantasse ut irent, ideſt, crescerent, & fructus affert. Hæc est *plantatio, quam plantavit Pater* n, & germen plantationis *ad glorificandum* o, *& germen in mediopopulorum*, semenque, cui omnes dicent benedixisse Dominum p, hoc est, longè, ac latè propagasse ac multiplicasse. Eximium hoc Ecclesiæ signum, à quo etiam Catholica denominatur Ecclesia totum possidet, inquit Augst. *q*, quod à viro accepit in dote: quæcumque congregatio cujuslibet. Hæresis in angulis sedet, & concubina est, non matrona. Hanc opinior Ecclesiæ prerogativam repræsentant nobis veteres in absidibus Ecclesiarum, opere musivo vitium picturæ, cum palmitibus, frondibus, fructibus. Nihil ad Ecclesiam, quam rex Medorum ultimus Astyages vidisse fertur secundùm quietem, ex filiæ natura enascentem pulcherrimam vitem, quæ Asiam, ac Europam decoro palmite inumbrabat: quo viso nepotis Cyri designatum imperium augurati sunt, ut prodit Herodotus *r*.

Vers. 13.) Ut quid destruxisti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?

Vers. 14.) Exterminavit eam à per de sylva, & singularis ferus depastus est eam.

PRorumpit in acerbam quærimoniam de tantæ, ac tam optimæ vitis, quam priùs descripserat, vastitates. Nimirum simul dolet, simul, miratur, tam firmiter radicatam, atq; dilatatam vineam, hoc est populum Hebræum detracta, seu remota custodia, & protectione DEI exponi omnium direptioni, ut solent vineam, quum fracta est sepes, aut maceria, viatores vastare, illiusq; fructus decerpere: sed & in eamdē vineam patentem egressi de sylva apri, aliæque feræ depascere, atq; conculcare, quibus hostium sævitia, & immunditia designatur, utpote crudelum, & idololatriæ, omniq; vitiorum turpitudini deditorum. Satis notæ sunt clades Hebræorum externæ, quarū gravissima, in qua nunc perdurant, *factī direptionem, destructa maceria*, ut Esaias *f* quoque loquitur. Congruunt eadem aptissimè persecutoribus Ecclesiæ, & varii generis adversariis illius. Nonnullam habet cum ista similitudinem conquestio illa Evangelica *t*. *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo habet zizania?* nisi quod hìc exprimitis is, qui conqueritur, damni auctorem aprum, & singularem ferum, ideſt, diabolum, ibi pater familias respondet eumdem sub nomine *inimici hominis* illud fecisse.

Ut quid destruxisti maceriam ejus.) Hieronym. *quare dissipasti maceriam ejus.* Alii, *dirupisti, fregisti, rupisti, evertisti, sepes, septa, macerias*; est nam q; pluralis numeri cum affixo גדריה *gehedereha*, quamvis Chaldaicè singularis גודרהא *gudereha*, quod parum refert: sic in psalmo 88. *u destruxisti omnes sepes ejus, posuisti firmamentum ejus formidinem, diripuerunt eum omnes transeuntes viam*

a *lib. 7. & 12*
b *lib. 7.*
d *l. 33. c. 10.*
e *ora. 58.*
f *in hist. v. c. 32.*
g *2. de fort. Alexand. hi. de regno Pers. p. 69.*
h *Num. 13. 24.*
i *Cant. 1. 6.*
k *Esa. 93. 3.*
l *verſo 7.*
m *verſo 7.*
n *verſ 6.*
o *c. 14. 16.*
p *Jos. 14. 7. 3. Reg. 17. 18 24. 3. Reg. 1. 9. 3. Tom. 6. 11.*
q *Ezech. 1. 1. Jona 3. 3. 1. Theſſ. 14. 15. 1. Par. 12. 22.*
r *Gen. 1. 2. Villaſg. to. 2. p. 1. lib. 1. c. 6. 21. Reg. 8. 20.*
s *verſ. 5.*
t *l. 18. c. 12.*
c *Heb. 10. 1.*
d *in cap. 3. Abac.*
e *cap. 10. 1.*
f *c. 5. n. 58.*

g *verſ. 83.*
h *Joan 15. 1.*
i *Rom. 11. 17*
k *Joan. 15. 1. l ib. omnes.*
m *verſ. 16.*
n *Matt. 15. 13.*
o *Eſa. 61. 3.*
p *4. ſymb. c. 10.*
q *ibid. 1.*
t *Mat. 13. 27*
u *verſ. 41.*

a cap. 5. 5. & apud Esaiam *a, auferam sepem ejus, & erit in direptionem, diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem.* Quid sit maceria, dictum in aliis psalmis. Mysticè multa significat, quæ afferuntur ab expositoribus Esaiæ *b*, & Matthæi *c*, quid vineæ parabola scribunt. In genere significat custodiam, tutelam, protectionem, defensionem, munitionem Dei, sive per Angelos, sive per Sanctos, sive per magistratus, sive per præcepta, sive per timorem divinum, sive per doctrinam, humilitatem, paupertatem, aliasve virtutes, sive per cælamitates, sive per benefica, sive per alia, quæ quovis modo continent nos, ne offendamus Deum, & ne offendamur ab iis, quæ nos ad illum offendendum inducunt. Religionis parietem B. Ignatius noster paupertatem nominat, & Chrysostom. *d* murum æreum, seu securum præsidium ceteris muris, & expugnatu difficile. Vallat, sepit, munit Deus nos *muro æreo e, & ignis f, leEarum etiam nostrum fortissimis militibus g, & simul liliis, h*, scilicet à dextris, & à sinistris, in prosperis, & adversis. Diabolus non poterat ferre tam fortiter vallari Job à Deo, dicens: *nonne tu vallasti eum* i; Infelix peccator hoc vallo destitutus, merito eidem dicit, & Angelis ejus, exprobratque *k*, *quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ* 9 Væ peccatori quando *trullam cæmentarii Deus ponit*, id est, deponit, & abjicit, *non adjiciens ultrà super inducere eum* l, ut linat, cooperiat luto, vel calce, sed sint patere injuriis adversariorum, & corruere. Debet quivis vocari, & esse *ædificator sepium, avertens semitas in quietem* m, idest, nec cui ulla pateat semita, vel etiam, rima per quam subeat ad nocendum. Rupertus *n* tractans egressum Phares, & Zaram de Thamar, verboq; Thamar: *quare divisa est propter te maceria* o? & exponens de populo Judæo *Zaram*, *Phares* de Gentili, docet quod interruptio, ac divisio illa denotavit Gentiles penetraturos in Ecclesiam; post plenitudinem verò earum salvandos Judæos; videlicet *pax nostra Christus, medium parietem maceriæ p solvit*; *qui destruxit sepem*, sive *maceriam, mordebit eum coluber* q, sicut Eva, quia destruxerat Dei præcepta, morsibus ejus patuit *r*, inquit Hieronymus *s*.

Et vindemiant eam.) Reddunt alii, *decerpere, colligere, vastare*; Arabica editio, *transgredi*, Euthymius, & Nicephorus λυκαίνεσθαι Verbum τρυγᾶν etiam *vindemiare* per se quidem collectionem significat uvarum, sive ad patrisfamilias, justiq; possessoris usum, sive ad abusum, atq; direptionem. Utrovis modo fiat, spoliatur, vastaturq; vinea. Hebræum ארה *arah* valet *colligere, carpere, decerpere*. Unde dictum leonem putant אריה *arieh*, quòd prædam decerpat. Transfertur Latinum, & Græcum verbum ad aliorum fructuum decerptionem præter uvas: item ad cujuscumque rei perceptionem, & fruitionem. Plus vineæ nocet vindemiator, quam rei alteri fur, aut latro, quia nihil in vinea relinquit, nisi aut recemos putres, aut immaturos, aut quos non videt. *Si fures introissent ad te*, ait Abdias *t*, *si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent? Væ mihi*, inquit Michæas *u*, *quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum.* Similia sunt in Jeremia *x*, quæ conveniunt optimè captivitati Babylonicæ, de qua psalmum istum explanare multos dixi: sed adhuc meliùs dæmoni, qui Ecclesiæ vineam pervestigat, ut colligat, & in cartallum, seu canistrum conjiciat, ac in æternæ damnationis torcular deportet. In Threnis *y* ejusdem extat lugubris descriptio, cum aliorum provocatione ad condolendum, & complangendum. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus, queniam vindemiavit me, & locutus est Dominus, in die furoris sui.* Ibi est verbum עולל *hhotel* significans *posteriorem collectionem*, quam vocant *racemationem*. Utitur aliàs eadem phrasi idem propheta *z*. Job a quoque summam vastitatem describit; *agrum, non suum demetunt, & vineam ejus, quem vi oppresserint, vindemiant.* In pretio erat vinea Syriis, Arabisque, ac minimè vulgaris; Salomon enim inter argumenta potentiæ suæ, illud recensuit, quòd *plantasset vineas h*.

Omnes, qui prætergrediuntur viam.) Hieronymus, *transeunt per viam*. Alibi *c* idem *transeunt viam* necnon alia Latina Psalteria, & Cassiodorus, atque Ambros. *d* Augustin. autem, *transeuntes*. Græcè οἱ παραπορευόμενοι. Nec tamen in compositione inesse vim puto, quum sit simplex Hebræum participium עברי *hhovere*: Ambr. *e* perpendit in transitu. Quis enim cisi perfidus, inquit, despoliat vineam Christi? Observat idem à transeuntibus, sive præteruntibus blasphematum Christum *f*, hoc est, ab iis, qui in via stare debuerant, & constantes esse, non mobiles, & *qui prætereundo non benedixerunt g*, sicut *ad benedicendum*, invitantur *stantes in domo Domini h*. Adjicit tamen & in bono legi verbum *transeundi*: sed non facit modò ad rem. Antonius *i* Vineæ, quæ est Ecclesia, operarios iniquos ait hic, & sequentibus verbis describi: & hypocritas quidem, ac simulatores designari per eos, qui vindemiant, quærendo fructum non Deo, sed sibi, & prætergrediendo viam mandatorum Dei: persecutores per aprum de sylva exterminantem; præsertim Romanos ex sylva infructuosæ gentilitatis; quorum numerantur in Ecclesiam persecutiones decem ab Augustino *k*, redactos verò in nihilum sicut Achab, qui rapuit vineam Naboth. *l*: hæreticos per singularem ferum depascentem, quia feri, & crudeles sunt, ac in suis opinionibus singulares. Recensetur peculiares hæreses adversus articulos symboli singulos.

Exterminavit eam aper de sylva.) Hieronymus *m*, *vastavit*, etiamsi futuri temporis verbum sit יכרסמנה *jecharsemenah*. Vetus Psalterium Latinum, & Hilarius *n*, *devastabit*. Augustinus eodem pacto, nec non, *devastabit*. Exponunt alii *consumere, evertere, evellere, ladere, effodere, eruere, conculcare*, propriè *implere ventrem, depasci*, & ut quibusdam placet, interposito ס *samech* à כרם *cherem vinea, devineare*, seu *exvineare*, ac *vindemiare more porcorum*, ita ut non sit amplius vinea. Quidam volunt esse duas voces יכרם מנה *jecharesmennah*, *implebit ventrem*, qui dicitur כרם *cheres*, *ea*. Aliqui ajunt esse כ *caph* pro ק *koph* & significare *excidere*, seu *consumere*, verbum affixo יקרסמנה *jekarsemennah*. Chaldæus hoc loco dixit, *irruit*, seu *effodit eam* יגובריגה *jenoverinnah*. Est Græcè λυμαίνεσθαι lædere. Quare nec hic exterminare indicat extra terminos ponere possessionum ut quidam in verbo Latino ludunt *i* & Hugo mysticè extra terminos timoris, ac spei. Arabicè est *corrumpendi* verbum, Chaldaicè ex editione Maronitis usitata, *comedendi*. Aprum, seu porcum de sylva, qui dicitur חזיר טיער *chazir mijahhar* ὗς ἐξ ὕλης vocat Apollinarius κάπρον, qui aliter præterea nominatur, ὗς ὄγριος & Συναγρος, & κάπριος, & σὺς κάπρος, posito genere cum specie, sicut interdum ordine inverso ταῦρος βοῦς taurus bos, & χλὼν ὗς, qui & μόνιος, sequenti membro versus, & οὐσὰ γραυλος, & κάπριος δὲς. Cyrillus Alexand. *o* citans hunc locum, legit ὗς ἐκ δρυμῶσα. Symmach. quòd positam, credo, speciem putaret pro genere, vertit numero plur. ζῶα ἑρπετίας *animalia solitudinis*. Vastatores agrorum sunt apri, & vinearum, sed non magis propriè quod sciam, quam alię ferę, ut vulpes, quas nominant hac in re scripturæ *p*.

Ipse seram vites (canit *q* quidã) *pangamq; ex ordine colles,*
Quos carpent nullæ, me vigilante, feræ.

Nisi quod aper mole sua, & cursu potiùs, quàm morsu, & gustu vastat, & evertit, utpote.

Diomedis r metuendus setiger arvis.

Gentes omnes Judæorum depopulatrices Augustinus, & alii intelligunt, ob duplicem antithesin tum sylvæ ad vineam, tum immunditiæ, cujus sus quis seu sylvestris seu domesticus, symbolum; nec non idololatriæ, ut idcircò quoque Judæis hoc esse cibo interdictum. Resignant alii vel Nabuchodonosor, vel Samanasar Assyrium, & Senacherib. Chrysostomus *s* Medorum Regem, & Babylonicum; primum præsertim, qui, ut observant Euthymius, Nicephorusque, in voluptatum luto volutabatur: ut sylva sit Babylon, ob habitantium densitatem, & quia virtutibus infructuosa erat, ac locus, habitatioque intellectualium ferarum, seu dæmonum. Vocavit eam Joannes *t matrem fornicationum, & abominationum terræ*: & post causam *u*, *habitationem dæmoniorum, & custodiam omnis spiritus immundi, & custodiam omnis volucris immundæ, & odibilis.* Hieronymus *x* explicat de exercitu Romanorum, qui Judæos vastavit, nempe sub Vespasiano, & Tito, de quibus item hoc loco Cassiodorus, Remigius, Bruno, Haymo, Beda, Aygauus, & alii. Rickelius refutat, quia non erat eo tempore populus Hebræus vinea Domini, in quem non credebant, sed erant *synagoga Satanæ, licèt se dicerent Judæos y*. Consentit autem vel de Nabuchodonosore, vel de Antiocho. Idem de Nabuchod. asserit Aygauus, quia ejectus est in Sylvas à Deo. Posset responderi, deplorare Davidem populum, qui quum ista ipse caneret, colebat Deũ & ejus censeri vinea poterat. Nã quod adeò multi dicũt:

etsi

a cap. 5. 5.
b cap. 5.
c cap. 21.
Religionis paries paupertas.
d homil. 13. in Actus.
e Jere. 1. 18.
f Zach. 2. 5.
g Cant. 5. 7.
h cap. 7. 2.
i Job. 1. 10.
k ps. 61. 4.
l Amos 7. 8.
m Esa. 58. 12.
n lib. 8. in Gen. c. 38.
o Gen. 38. 29.
p Ephes. 2. 14.
q Eccl. 10. 8.
r Genes. 3. 1. & seq.
s in cap. 58. Esa.
t vers. 5.
u cap. 7. 1.
x c. 6. 5. cap. 49. 9.
y c. 1. 12.
z Ibid. vers. 22. c. 2. 20. prophetiæ 31. 12. a c. 19.
b Eccl. 2. 4.
c in cap. 3. Abac & in c. 1. Es. & 58.
d in ps. 128. ætion. 15.
e ibid.
f Matth. 27. 29. Marc. 15. 19.
g Ps. 129. 8.
h Ps. 133. 1.
i 1 Reg. 21. 5. c. 2. Romanorũ decem in Ecclesiam numeran. tur persecutiones 10 k 18. de Civ. c. 52.
l 3. Regor. 2. & seq.
m hic & in Esa. c. 27. n in ps. 67.
p Cant. 2. 15.
q Prop. l. 3. Eleg.
r Mart. l. 3 epig. in 53.
s hom. 6. in epi. ad eph.
t Apoc. 17. 5.
u c. 18. 2.
x in c. 27 Es.
y Apoc. 29.

etsi forassis accomodatitiè potiùs verum sit, quàm litteraliter, non ita simpliciter, ut Rickelius facit, haberi debet in perfidia sua induratorum Judæorum opinio. Plures es iisdem explicant de Babylonica captivitate, sumentes in יער *iahhar*, ideſt, *in sylva*. Babylonem, in qua quum annis fuerint 70. dicti nominis litteram secundam hìc aliis altiorem notant יער *iahhar*, quia ע *hhaim* eum numerum denotat. Galatin. *a* tamen refert R. Moysem Hadarsam ex vastitate, quam passi sunt à Gentilibus, & nunc perdurat, advenisse Messiam, docuisse. Trita tropologia de diabolo, quam præter istius loci tractatores, tradunt Hilarius *b*, & Chrysost, *c*. Ait ille hoc loco principis mundi, ideſt, Satanæ, & immanitatem significari, & virtutem. Posterior docet quare idem cum hac, & aliis feris comparetur: *in potestate tamen nostra, quam concessit Christus* d, *esse, ut conculcetur à nobis*, qui nec porcos (porcuis ipse) invadere quiverit, nisi ab eodem permissus *e*. Innuit eamdem expositionem istius loci Procop. *f*. Arnob. autem in psalm. Commentario addit de Christo, quem populus incredulus exterminaverit in passione. Pollet, quod alii faciunt, usurpare *pessimam feram, à quo Jacob putabat devoratum Joseph* g. Quadrant eàdem in persecutores, quos Vat. hic exprimit, Mahometanos, quoniam hi verè constiterunt initio ex pastoribus armentorum, & hominibus sylvestribus, perque sylvas vagantibus.

a lib. 5. c. 2.

b in ps. 67. c. chom. 6. in 4. ad Eph.

d Luc. 10. 19 e Matth. 8. 31 32.

Et singularis ferus depastus est eam.) Hieronymus, & *omnes bestiæ agri depastæ sunt eam*. Id Aquila indicat per nomen παγκάπρος, & in Chald. textu, quem frequentant Maronitæ, leguntur numero plurali, *animalia deserti*. Alii, *feræ agrestis*, vel *agri, quodvis genus animalis sylvestris*. Cajet., *reptile Omnipotentis*. Hebraicè, זיז שדי *ziz sndai*. Posterior vox scripta, שדי *sciaddai* significat *Omnipotentem*. Sed hac omissa lectione, priorem vocem זיז *ziz* Paraphrast. interpretatur *gallum sylvestrem*: quidam *avem ignotam*. In psal. 49. *h* quod legimus, *pulchritudo agri*, Hebraicè dicitur his ipsis hominibus, redditurque à nonnullis bestia, ut sit quævis ad cibatus nostri delicias apta bestia agri. Fabulantur verò quidam Rabini de ave magna, quæ alarum expansione Solem obfuscet: aliqui de ave, quæ contineat omnem saporem. Horum meminimus psalmo eodem. In hoc assentiendum Interpretibus Lxx. & nostro. Nam μόνιον ἄγριον *singularem ferum* videntur lynonymicè accepisse pro eo, qui prius dictus est ὃς ἐκδρυμεῖ *aper de sylva*, sive *sylve & sylvestris*. Hesychius quidem ita sentit) etsi Cyril. citat. in Oseam existimantem esse ὄνον ἄγριον *asinum sylvestrem*) & ait quosdam ignorantia ductos, *feram magnam solitariè pascentem interpretatos*: atq; Suidas, cognominans μονοκώμενον *solivagum*; & Eustach. qui vocat μόνιον σῦν, & ab Apollinario vocatur ἀπομαγέλας λυτίος σῦς *à grege abhorrens rabiosus sus*. Illud Cyrilli lego apud eum in Commentario Abacuc *i*. Arabicè autem nominantur hoc loco pluraliter *onagri*. Agellius arbitratur *monocerotem* quoq; censeri posse. Multa Gesnerus, malæ religionis auctor, in disputatione de quadrupedibus, quum agit de sue, & agro, monens videri à Latino, *singularis*. Italos deduxisse suum *porco singiale*, & Gallos *porc sanglier*, vel absolutè *sanglier*, ut monet Hugo, qui quum sæpè Gallicas voces usurpet, atque se satis aperte non raro Gallum nuncupet, nescio cur Auctor Hispanicæ bibliothecæ Barcionensem fecerit, pro Barchinonetensi in Provincia Galliæ, ut Antonius ait, seu ex oppido S. Chari in diœcesi Ebredunensi in Depthinatu ut alii. Nec enim, *singularis*, adjectivum est, quasi unicum, & solitarium significans, vel eximium, & singulariter ferum, sed substantivum, cujus adjectivum ferus, de porco illo dictum, quod præ ferocitate vivat solitariè, ἀπομαγέλας, ut Apollinarius dicebat. Testis præterea Hesychius ἄγριον dici solere de apro, nec non ἀγριόδοντα, *quasi dicas dente candidum*. Rhodigius *k* de eadem re Latinè *singularem* dici de porco sylvestri, non reperio apud alium Auctorem, sicut Græcè μόνιον aut μονιών, nullo addito alio vocabulo. Figuratè designatum volunt, ut priùs indicavi, vel Nabuchodonosor, vel Salmanasar, vel Antiochum, vel Titum, vel Antichristum, vel diabolum vel quemlibet tyrannum, qui Christi vineæ sit hostis, & in singulis istis notant singularem quamdam superbiã quam nominatim de primo, tertio, quinto, sexto scripturæ significant. Ultimum Hugo intelligit etiam de illo, qui quamvis Catholicus Princeps, tamen Ecclesiæ facultates devastat, & consumit. Denique placet idem interpretari de superbia, quemcumque illa occupet: quia superbus sit aper, ideſt, asper: singularis in opinione ferus in disputatione, sive locutione: quemadmodum Ismael scribitur *forus fuisse, & manus ejus contra omnium quæ vicissim contra eum* l. Hebræi putant, Treveto teste, *bestiam quartam, quam vidit Daniel* m, sed non nominavit, vocans *terribilem, atque mirabilem, & fortem nimis, dentes ferreos habentem magnos, comedentem, atque comminuentem, & reliqua pedibus conculcantem*, designare imperium Romanum, figuram autem ipsius fuisse apri; seu singularis feri. Refert idem Pintus in Danielem, & Pererius, Hugo, Rickelius & Glossa, omnes ex Hieron. At aper, leæna, ursa, pardo robustior, & ferocior non est. Tacitum nomen Hieron. ait, ut intelligeretur significandæ potentiæ, ferociæque tantæ nullam speciem bestiæ latis idoneam inveniri: Theodorus ob varium regiminis modum, quo usi Romani sub legibus, Consulibus, Tribunis, Dictatoribus, Imperatoribus,

g Gen. 36. 20 & 37 33.

h vers. 11.

Rabinorum fabula.

k l. 4. c. 9. 7.

l Gen. 16. 12

m cap. 7. 7.

Vers. 15. Deus virtutum convertere, respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.

Vers. 16.) Et perfice eam, quam plantavi dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

POst lamentabilem conquestionem, urget DEUM exercituum, qui faciem iratus averterat à vinea sua; ut memor hanc suam esse, convertatur tandem ad illum; & inde de cœlo, ubi rudium, vel impiorum hominum judicio, remotus, creditur à providentia rerum nostrarum, tamquam *super cardines cœli ambulans, nec nostra considerans* n, vel perinde ac si dedignaretur procurationem terræ, solisque angelicis spiritibus, & cœlestibus orbibus vacaret, despiciat, benignisque oculis, ac faventibus tanta patientes prospectet; immò etiam descendat, veniat, visitet, opem ferat: & quam propria omnipotentiæ suæ manu, & peculiari quasi cura, custodique vineam semel dignatus est in optimo Sole plantare, jam vastatam, dirutamque in integrum restituat: præterea super populum respiciat, quem vineæ nomen designat, à se tanto amore quondam cooptatum in filium, & quem, quum sit filius hominis, hoc est, suapte natura, imbecillis, & miser, singulari olim robore, ac potentia muniverat, atque corroboraverat adversus potentissimos, ad molestissimos hostes Ægyptios, & alios, hoc etiam tempore tueri velit, non in minore, quam tunc calamitate constitutum.

n Job. 22. 14.

Allegoria

Recepta passim allegoria de voto adventus Christi, qui dici solet *filius hominis*, & ut Ecclesia perficiatur, scil. vetus Synagoga bona utique oliva, *inserendo in eam oleastrum* o, opera ejusdem Christi; qui simul futurus erat Filius Dei, confirmandus testimonio Patris, & confirmaturus Ecclesiam per mortem, locatus est resurrectionem, & ascensionem ad dexteram ejusdem Patris. Traditur id etiam ab Hieron. *p*, & ab August. *q* aliis in locis.

o Rom. 11. 17.

p in c. 8. ep. ad Eph.

q orat. cont. Judæos c. 6.

Deus virtutum convertere.) Hier. *Deus exercituum revertere obsecro*. Alii, (*nunc*, seu *jam*) quod נא *na* potest significare, non tantum *obsecro*. Est videl. particula tùm obsecrantis & deprecantis, sicut & אנא *anna*, tunc temporis. Vertitur, *nunc*, in psal. 117. *r Dicat nunc Israel*, &c. & in eodem *sper*, *ò*, obsecrantis, *ò Domine salvum me fac, ò Domine bene prosperare*, quod Hieron. reddit, *obsecro Domine*. Sic videtur in *Osanna* t contineri verbum הושיע *hoseiahh* cum particula obsecrativa נא *na*, ideſt, *salvum fac quæso*. Vetus Psalterium Latinum, & August. *Deus virtutum convertere verò*. In Psalterio Rom. *Domine Deus virtutum convertere nunc*, nempe teipsum ad vineam. Greca particula δὴ reddi potest duplici illo modo, ut vel obsecratio, vel tempus innuatur: sicut particula Latina *dum*, ut *agedum cedorum*, &c. Sed & interdum est παραψυχρωμα *expletiva*. Ut idcirco Interp. Lat. rationem ejus nullam hic habuerit. Arabicè pro *convertere* vel *revertere*, redditur, *propitius esto nostri Deus Domine exercituum*, &c. Quum virtutes, ut sæpe dixi, non sin morales, quæ non vocantur δυνάμεις, צבאות *tsevboth*, non est ad rem tropologia Hugonis, ut orari, Deus mortalium dator virtutum, intelligatur; vitiorum vero etiam punitor hic non appelletur, quia illud magis ei proprium, hoc velut *alienum opus ab eo* u. De modis quibus converti dicatur Deus, Ayguanum consule, nempe peccatores convertendo, afflictos liberando, defunctos suscitando, tribulatos, consolando, obstinatos puniendo.

r v. 2. 3. 4. 8

s vers. 25.

t Matth. 21. 9.

u Es. 28. 21

u psal. 10. 5. 102. 19. Es. 66. 1.

Respice de cœlo.) Ibi sedes Dei peculiari quadam ratione *x*, quamvis & *id*, & *terram impleat* y. Cur cœlum expri-

y Jerem. 23. 24.

primatur, alias duas prius cauſſas attuli: & Chriſtus ip-A
a Matt. 6.c. le orantes juſſit *appellare Patrem, qui eſt in cœlo a*, ut e-
b Coleſſ. 3 & c Thren. 1. 11. tiam erecta in res cœleſtes mente eſſent, quærerentque, *at ſaperent, quæ ſurſum ſunt b*.

Et vide.) Sic alii, *vide Domini* c, *& conſidera*: & *aperi* d *Domine oculos tuos, & vide*. Minùs aptè Avguanus, *vide*, ideſt, *fac ut videat te, & cognoſcat, videndo, & cognoſcendo ſuamet peccata*.

Et viſita vineam iſtam.) Potuit reddi, *ſuper vineam iſtam*, propter compoſitum ἐπίσκοπον: repetitur enim ſtatim præpoſitio eadem ἐπί, *& ſuper filium hominis*, &c. quaſi dicat, etiam ſuper eum reſpice, & viſita. Chaldaicè *& recordare in miſerationibus vitis hujus. Viſitandi* verbum ἀδιάφορον eſt nunc in bonam, nunc in malam par-
e Act. 15. 14. tem, ut multis exemplis, quæ ſunt obviam, demonſtrari poteſt & alibi e docui.

Et perfice eam, quam plantavit dextera tua.) Hieron. *& radicem, quam*, &c. Alii, *vitiarium e* ſive *locum vitium, & vineæ*, vel, *plantationem*, ſeu, *plantam*, aut, *plantulam*, vel, *hortum*, vel, *baſim*, vel, *ab acum*, vel, *ſedem*, ſive, *habitaculum*, vel, *vitem plantatam*, vel, *cannah*. כנה *channah* loci proprium nomen, inquit Felix. β
Nebienſis legens Chald. עוברה *hhovada*, interpretatur *opus*: in Bibliis Regius habetur עוברה *hhovara*, & expo-
nitur *propago*. Sed Richard. Ceno. & Genbrard. deducunt כנה *channah*, verbum à themate כן *chun*, ſive כן *chan*. Genebrardus autem vult ה *he* in fine eſſe affixum pronomen tertiæ perſonæ fœmini generis, quamvis non infigatur ei *mappik*, ut deberet; deeſſe quoque initio aliud ה *he* characteriſticum conjugationis *hiphil*, quum deberet eſſe הכנה *hachennah*. Fortaſſis breviùs, & faciliùs dici poſſet כנה *channeha* lectum à Lxx. in kal, cum pronomine affixo. Significat *parare, præparare, firmare, confirmare, ſtabilire, rectificare, perficere, dirigere*. Hoc ultimum Latin. verbum habent alia Pſalt. Lat. & Arnob. atq; Caſſiodor. Cyrill. autem ἑτοίμασον *præpara*, pro κατάρτισαι, quo
f Lib. 8. c. 139 utuntur Lxx. Sed & ex Rabinis teſtatur Galat. *f* R. Moſem Hadarſam expoſuiſſe *perfice*, vel, *præpara*, Arab. verbum ſignificat *reficere*: Chaldæũ ex editione, quam uſurpant Maronitæ, *plantare*. Superſtitioſi Hebræi vocabulo illo, quod dixi, ſcribunt primam litteram charactere grandiore כנה *channah*, quia ב *chaph* eſt nota numeri vicenarii, ut innuatur templum duraſſe annis viginti ultra quadringentos. Quidquid ſit de ea duratione, quid ad C
rem facit verbum, quod valet *perficere*? Eccleſiæ typus erat vetus templum, hocque illa fundata cenſeri poteſt, perfectum, tranſeunt nimirũ typo in prototypum, umbra & figura in veritatem. Nec deeſſe Pagnin. refert in theſauro, qui de Regio Meſſia eamdem iſtam vocem interpretentur. Trevet. *radicem*, ut Hieronym. vertit de regia
g c. 11. 1. explicat, quã Eſa. g *radicem* vocat *Jeſſe*. Jam dixerat verſ. 9. *plantatam à Deo vineam*. Delectantur viri etiam Principes ſuamet interdum manu plantare, ac ſerere, ut aliàs
h Eccl. c. 3. 4 demonſtravi *h*. *Dextera* nomen importat opus magis elaboratum, & charum, quod appellare quoque conſuevimus dextrum. Pertinet ad myſterium, *dextram* ſumere pro Dei filio Chriſto: perfici Eccleſiam adjectis demum ſub mundi præcipuè finem, Judæis: vel vice verſa, converſis initio Judæis Gentiles adjici: vel vererem legem
i Matt. 5 17 præſentia Chriſti, *qui ſe illam veniſſe dixit adimplere i*, addendo conſilia præceptis moralibus, temperãdo rigorem judicialium, ſupplendo defectum ceremonialium, vel compleri omnes figuras, typos, umbras, prædictiones, legem totã quia nihil ad perfectum ducebat: ſed hæc per-D
k Rom. 7. 18 l. 2. Cor. 12 9. fectio relervabatur Chriſto: vel perfici quemlibet, quum veluti plantę bonę voluntatis additur perficiendi facultas *k*, *ut virtus in infirmitate perficiatur* l *per gratiam ejus, qui operatur in nobis velle, & perficere* m, vel perfici virtutum, ac meritorum incremento, præſertim patientiæ, *quæ*
m Philip 2 13. *perfectum opus habet* n, *& perficitur in infirmitate virtus* o, vel perfici tandem perceptione fructus beatitudinis, qui
n Jacobi 1. 4 o 2. Cor. 12. 9. jam nihil deerit ad complementũ. Ex his attingunt aliqua, præſertim Hugo, Lyr. Ayg. Grev. *p* etiam de vinea ſpirituali aſerit, ſimulque de parabola vineæ, & operariorum. Ceterùm Galat. *q* legens, *& abacum, quam plantavit dextera tua*) refert ex vetere Rabbino, quem venerationis cauſa vocant Hebræi Rebbenu Hacados, ideſt, Rabbinum, ſeu magiſtrum noſtrum ſanctum, in libro Gale razeia, reſpondiſſe ad ſeptimam quæſtionem Antonini Conſulis, Meſſiæ matrem hoc loco ſimilem dici abaco quia fieri debeat, velut abacus, ſive armarium, in quo ſedeat Meſſias, ad oſtendendas quaſi opes, gloriam que ſuæ majeſtatis cunctis mortalibus: plantatam vero dextera Dei, quia eſt prima creatura Dei in genere humano, vid. pura creatura, Meſsiam enim Deum ſimul & hominem idem ille Rabb. affirmat. Idem Gal. *r* juxta verſionem noſtram, quã ſequitur, ut dixi Rab. Moyſes Hadarſan, confirmat ex ejuſdẽ auctoritate, Meſsiæ aſcenſionẽ in cœlum, ac deductionem liberatorũ de inferno, hoc eſt, de limbo. r Zc. 9. c. 23.

Et ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.) Omittit Arab. translatio, & Chald. ſeu Syra Maronit. præpoſitionem. Deeſt Hebraicè, *hominis*. Alii exponunt, *ſuper plantationem*, vel, *propaginem*, vel *ramum*, qui figuratè dicatur filius בן *ben*, & ad exprimendam vid. vim figuræ, ſit additum vocabulum *hominis*, quemadmodum vinea pro hominibus hic accipitur. Sic ſenſus eſt, ut Deus reſpiciat & viſitet etiam ſuper filium, ideſt filios & poſteros, velut ſuper propagines vineæ, ſeu vitis, vel ſumendo, *ſuper* על *hhal* ἐπί, cauſaliter, ut ſit idem ac, *propter* ut perficiat vineam, propter, aut etiam per filium hominis, ideſt, inſignem aliquem peculiarem hominem, cujus ad hoc opera utatur, utpote quem ſibimet, & in gratiam ſuam, ac honorem ſuum, ſortem reddiderit, ſeu reddere decreverit, & viribus adornare, & magnificare, & ut fortia, inſigniaque opera faceret. Trevet. & Cajet. hunc filium, non addendo nomen *hominis*, interpretantur populum univerſum, qui vocatur in Exodo *ſ* à Deo
ſ c. 4. 22. ipſo *primogenitus filius*, & in Oſea *t* propheta *filius*. He-
t c. 11. 1. bræi, ut monent Euthym. atq; Niceph. r. volunt deſignari Zorobabel, quo duce rediit populus de captivitate Bab. Paraphraſtes Regem Chriſtum. De Chriſto Catholici quoq; intelligunt, ſed non fictitio illo Judæorum, idque apertè hic oſtendi Auguſt. Caſiod. & alii docent. Quid evidentius? ait Auguſt. quod adhuc expectatis, ut vobis diſputãdo exponamus, & non potius vobiſcum admirando clamemus, &c. Magnum firmamentũ: ædifica quantum potes: *fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, Chriſtus Jeſus* u Baſi. ſeu Theod. ajunt doceri captivos, Deum orare, ut demonſtret ſe cle-
u Cor. 3. 11. mentem erga hanc vineam, propter naſcituram ex ea ſalutis radicem: Chriſtũ ipſũ, & *vitem* ſe nominaſſe *x* quax Joan. 15. tenus homo erat, quia ut DEUS agricola erat, palmites 1. 5. verò maximos credentium in ſe multitudinem produxit: y Matth. 8. & *filium hominis* y, appellatione à viſibili natura ſumta. 20.

Credibile eſt in tanta duræ captivitatis calamitate, quũ regium ferè genus extinctum eſſet, oraſſe, vel orare certè debuiſſe infelices captivos, ne promiſsio quoq; Chriſti, quem ſperabant regnum David reſtituturum, intercideret: ſed eam promiſsionem ſuper illum Deus perficeret, & per, ac propter ſemel confirmatum, ideſt, deſtinatum, ac jure etiam jurando promiſsum Chriſtum, vineam à ſe plantatam, hoc eſt, populum ſuum reſpiceret, viſitaret, perficeret: deniq; ut & ſuper vineam, & ſuper hunc filium hominis perficere dignaretur, quod decreverat; ſuper filium, inquam, quem ſibi confirmaverat, divinam illi naturam, imperiumq; per generationem tribuendo, & quodammodo ad hoc opus accingendo, ut carnem ſumens, homoq; factus, reficeret vineam deſtructam, ac humano generi ſalutem conferret. Euthymius & Niceph. orationem illã volunt eſſe ad aſsumentem Divinitatem (hoc eſt, ad perſonam filii, nec enim Divinitas propriè aſsumit, ſed perſona) de aſsumta humanitate, ut ad futuram, atq; optatam Dei incarnationem, Deum magis inciret. Cyr. Alex. quem legi apud Agell. declarat peti, ut Deus perficiat, præparetve ſuper filium hominis, largiendo hominibus cor bonum, & ut gnoſcant, & recipiant per fidem illum hominem, ideſt, Deum, qui homo factus eſt, filiuſque hominis. Notat idem Agel. Hebraicè hic non appellari filium hominis, ſed abſolutè filium, in ſequenti autem verſu id exprimi ut duplex in Chriſto natura indicetur, nunc Divina, poſtea humana. Atqui editioni. Lxx. & noſtræ potior habenda ratio, & utrobiq; filius hominis deſignat Chriſtum, qui homo, ac Deus eſt; quamvis per filium hominis humana dumtaxat indicetur natura, niſi velis Hugoni conſentire dicenti, Divinitatem verbis illis innui, *quem confirmaſti tibi*, quum ſcil. *ſuum eſſe filium dilectum* proteſtatus
z Matt. 3. 7 eſt Deus Pater z. Rickelius autem id refert etiam ad inſeparabilitatem unionis hypoſtaticæ, & fruitivæ, quia nec peccare potuit Chriſtus homo, nec à Deo ſeparari. Ratione prioris unionis, quod aſsumſit DEUS, numquam dimiſit, ut contendit Magiſter *a*: & hoc loco a 3. diſt. 23. ex Damaſceno confirment Lyr. & Ayg. Is vero, quem vocant Hieron. explicat de collocato Chriſto ad Patris

dexte-

dexteram, postquam devicit mortem. Cur autem filius hominis nominetur Christus, alibi *a* docui. Certè non ita commodè *filius hominis* integrum populum significat, ut singularem aliquem hominem. Exemplum quidem talis acceptionis nullum occurrit. Sensus alius mysticus est Glossæ, *filium hominis* esse Vicarium Christi, & Ecclesiæ caput, pro quo nimirum hic oretur, ut super eum respiciat Deus. Visitando, & perficiendo gratiæ suæ donis, ad bene regendam commissam sibi vineam: Transferri potest ad quemlibet Magistratum politicum, Ecclesiasticum juxta quandam proportionem, quia cuivis communitati vineæ nomen, ac ratio congruit.

a Act. 4. 55.

Vers. 17.) Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

Sensus loci

ITerum exponit urgentem divini favoris, opisq; necessitatem, ne diutiùs differat vineæ succurrere, & filium illum hominis, qui eam resarciat, instauretque eodem bene munitum favore, ac ope mittere. Nam ecce, inquit, vinea ista tua dilecta, quam ipsemet plantaveras, dili- B gentissimèque colueras & ornaveras, igni succensa est, ac exusta, funditusque exciса, & devastata: Porrò si eam respicere dignabere, atque in dimolitores illius vel solam indignati vultus tui significationem dare, sine dubio mox peribunt, nec id tibi magis difficile, quàm cuivis nostrum faciem in quempiam intorquere, torveque intueri. Vel nisi compresseris iram, & retraxeris increpationem, & indignationem vultus tui, quę tamquam flamma succendit, ac suffodit vineam tuam, quum id ab hostibus fieri permisisti, peribunt illico, qui pertinent ad illam, hoc est, calamitosus populus tuus, dura detentus captivitate. Utervis sensus tum imprecatorius seu propheticus imprecationis modum contra incensores, & suffossores vineæ, tum simplex, qui ultimum vineæ, idest, populi captivi timet interitum, vultque significari, quòd sit exusta vinea igni, & vastata, divini vultus austeritatem esse in caussa, bonus est, Posterior Græcis placet: prior Latinis, nec non Hebræis. Ex Latinis verò aliqui, ut Lyra ad excidium referunt Jerosolymorum sub Romanis, quando sacerdotes etiam nonnulli cum templo incensi sunt, alii fugerant ad subterranea loca, ubi capti ac interfecti sunt. Plures præterea de Latinis incensa, & suffossa mysticè nimirum, declarant de peccatis ex cupiditate malè accedente, & ex timore malè humiliante provenientibus, dum quis amat ut bene sit sibi, timet, ne malè, aut superbè agit, insidiasve tendit aliis; quasi excitatis flammis, & fossis eruderatis: aut luxuriæ uritur igne, corve affixum habet avaritiæ velut in fossa, nec non adulationi, detractionis, invidiæ, ut præ aliis explicat Hugo; quæ tandem peccata peritura sint ab increpatione vultus divini judicis pronunciantis: *ite maledicti in ignem æternum* &c. nisi pereant prius in peccatoribus per pœnitentiam. Glossa exponit de dæmonibus, ignem suum portantibus, & inferni fossæ deputatis, qui ab Ecclesiæ impugnatione cessaturi sint. Grevæus tractat hunc locum de ædificio spirituali, ac de demolitione per incendium, & suffossionem: remedium esse a suffossione plagarum Christi contra suffossionem, contra ignem ab aqua, quæ de latere fluxit profosso. Singularis & ingeniosa Arnobii; sed non scriptoris contra Gentes, interpretatio, ut Deus Pater filium suum, eumdemque filium hominis Jesum confirmaverit sibi in incenso igne, & suffossa manu, quando Abraham incenso igne, & armata manu gladio paratus fuit filium suum jugulare coram Domino, tunc autem juravit Abrahæ, quòd *filium ejus ita confirmaret sibi, ut in ipso hæditaret omnes gentes b.* Ergo memor esto Domine, subdit, quasi verbis nostri David, Arnobius, quod jurasti, & repara, quod donasti, ut non discedamus à te. Hoc in sequenti versu habetur.

b Gen. 17. 4. & c. 22. 18.

Incensa igni.) Hieronym. & Augustin. *succensa*; supplendum substantivum verbum: *incensa*, sive *succensa est igni vinea*, ut monet Euthym. ac Miceph. exponentes de Babyloniis, ut & Basilius seu Theodor. quia templum incenderunt, & maximam urbis partem igni tradiderunt. Manca ista oratio, arguit ingentem animi dolorem, atq; deplorationem. Singularis numeri est participium femininum quemadmodũ ἐμπεπυρισμένη, & שרפה *seruphah*. Propterea non satis convenienter ad litteram faciunt, qui tropologico licèt sensu, hoc, & sequens membrum de pluribus pecatorum formis interpretantur. Possunt nihilominus intellexisse, quòd mystica vinea vel incendatur, vel suffodiatur dictis peccatorum generibus, prout priùs retuli. Occurrunt memoriæ *Samsonis vulpes trecentæ, quarum caudas junxit ad caudas, & faces ligavit in medio, & igne succendens dimisit, ut huc, illucque discurrerent, segetes autem omnes ab iis concremata sunt, vineæ etiam, & oliveta c consumta.* Profuisse nihilominus aliquando vitium feracitati adustionem, tradunt Physiologi *d*

c Jud. 15. 4. 5.

d *indicat Plinius lib.* 17. *c.* 4.

Et suffossa.) Hieron. & *diruta*. Alii, *succisa*, *excisa*; *eversa*, *vastata*. In aliis Lat. Ptalt. apudque Cassiod. & *effossa manu*. Arnob. legit, & *suffossa manu*. August. & *effossa*. *Manus* nomen unde irrepserit, nescio. Particula conjungens rectè addita est. Ex *manus* autem nomine colligunt aliqui tropologiam de operibus malis, aliove modo, quem prius indicavi. Suffossiones & occationes, fossa scrobeque vites egent. Sed suffossio hic significat evulsionem, & eradicationem: quod quia non fit nisi effodiendo, seu excavando, bene *suffodiendi* verbum, & σκάπτεσθαι positum est, aliqui fossam non importat Hebræum בסח *chasach*, sed solam excisionem.

Tropolog.

Ab increpatione vultus tui peribunt.) Hier. *pereant*, in imperativo; ut sit imprecatio adversus vastatores, & incensores vineæ. Servit futurum imperativo. Et alius tamen etiam sensus probabilis de prædictione, fore ut pereant omnino, qui ad incensam, & suffossam vineam pertinent, nempe populus Heb. nisi subveniat Deus Usitata porrò satis formula dici solet Deus *increpando, ac solo vultus, & faciei irata nutu perdere. e* Breviùs hoc pacto versum totum, & clariùs lego translatum. Arab. *ut pereant ii, qui combusserunt eam in ira tua*, Item in Chal. vel Syra Maronitis familiari versione, *combusserunt igne ramos ejus, & ab increpatione vultus tui perierunt.*

e *psl.* 9. 4. 6. *psl.* 17. 9. 16. *psl.* 37. 4. *psl.* 67. 3. 5. 31. *psl.* 75. 7. *psl.* 95. 9. *psl.* 96. 5. *psl.* 113. 7. *psl.* 105. 9. *psl.* 118. 21. *psl.* 20. 10. *psl.* 33. 17. *psl.* 54. 22.

Vers. 18.) Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Sensus loci

REpetit mentionem singularis illius filii hominis, per quem sibi persuadet affuturũ rebus depositis remedium, oratque ut quem ad hoc Deus jam destinavit, ac instruere, armare, roborare decrevit, electum, charum, honoratum, quasique locatum ad dextram, & tamquam manus dexteræ validum instrumentum, imposita super ipsum veluti manu omnipotentiæ suæ, datoque præcepto mittere quàm primùm dignetur. Jansen. & alii nonnulli (refert Judæos Trevetus) populum universum interpretantur per *virum dexteræ Dei, filiumque hominis*. Posset confirmari ea sententia verbi Esa. *f ne timeas, quia ego te ipsum: ne declines, quia ego Deus tuus confortavi te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera justi mei*. Atqui ut 16. vers. docui, præstat unam aliquam personam intelligere. Hanc hic, sicut ibi, Hebræi Zorobabelem volunt esse, vel Davidem, à quo denominaretur ille, quia de Davidis stirpe, ut de Judæorum sententia refert Trev. Catholici Enarratores exponunt de Christo, necnon Cyrillus *g* Hierosol. & Hieron. *h*, ac August. *i* alibi, ut promissam perficiat Deus incarnationem filii sui, quod est opus eximiæ potentiæ, ut scilicet filius dexteræ secundùm Divinitatis æqualitatem, efficiatur filius hominis, & hic ipse propter dignitatem divinæ personæ, cui unita est humana natura, collocetur etiam ad dexteram Patris post mortem, & resurrectionem. Verum de vario alio loci præsentis sensu, meliùs agetur seorsim.

f *c.* 41. 10.

g *Cathec.* 12.

h *in c.* 2. *epist. ad Eph.*

i *ora. cont. Jud. c.* 6.

Fiat manus tua.) Arab. & *sit manus tua exaltata*, *Manum* pro potentia sumi exempli plurimis ex præcedentibus psal. & ex aliis tùm psalmis, tùm scripturæ locis demonstrari po est. Affinis huic in 18. *k* psal. *fiat manus tua ut salvet me*: item *in* 88. *l manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*. Loco verbi, *auxiliabitur*, est Hebræum תכון *thicchon perficietur, firmabitur*, &c. potestque innui non solùm reddere potentem, sed etiam præficere cuipiam arduo præsertim operi. Hoc pacto legimus *Moysem super Josue posuisse manus suas*, quando populo imperatorem dedit *m*. Sea & crebro scribunt Prophetæ *factam*, vel *extensam Dei manum super ipsos, ut vaticinarentur*, quam nonnulli manum de Filio Dei, sive Christo interpretantur: quod per eum Pater cuncta operetur, & de sinistra transierat nos in dextram. Quin etiã quum Elias præiturus erat, velocissimè currum Achab, *facta super eum manus* dicitur *n*. Relege quæ dicta sunt ad psalmum 20. *o inveniatur manus tua*, &c.

k *vers.* 173.

l *vers.* 22.

m *Deut.* 34. 9. *Num.* 27. 18.

n 3. *Reg.* 18. 46.

o *vers.* 9.

Super virum dexteræ tuæ.) Chald. aut Syriacè Maronitæ legunt, *sit manus dextera tua super virum*, *Vir dexte-*

ra

ra Dei minus propriè dicitur à Paraphraste propter juramentum, quod illi Deus manu dextera fecerit etiamsi de Christo intelligat, de quo etiam sumi potest illud *a juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos*, &c Potius *vir dextera DEI*, secundùm similem quemdam modò dictæ rationem, censeretur Deo charus, & apud eum in honore, præterea conjunctus, & quorum veluti dextera data fœdus inierit: quemadmodum nonnumquam appellantur aliqui *homines* seu *viripacis*, *& fœderis b*, & quem dextera semper protexerit. Dexteræ filium significat *Beniamin, qui & amarissimus Domini c*, sed antea *Benoni*, filius doloris. Talis nimium Christus *vir dolorum d*, sicque translatus ad dexteram: nec ullum collocaturus ad eam, quem non habuerit condolentem, atque socium tribulationis. Refellit Genebrard, merito R. Aben-Ezra cõcedentem de Messia hic agi, sed non de illo, quem Hebr. expectant Davidis filium regio apparatu, verùm de nostro, qui filius fuit Joseph ex Tribu Ephraim humilis, abjectus, crucifixus. In *viri* vocabulo vim facit Ayguan. quod an maximè virilem Christus ætatem pervenerit, & virtute, à qua vir dicitur, supra omnes præditus fuerit, quod sponsus, quem vir etiam significat, Ecclesiæ sit, ut idcirco Jerem. *e* rectè dixerit: *mulier circumdabit virum*. Sententiæ, de qua priùs memini, ut *vir dexteræ* populum tuum significet, favet, quod vineam, quæ significat eumdem, antea quoque *plantasse f* dicitur *dextera sua*, ita ut vinea, & vir dexteræ sint idem. Is etiam quem dicunt Hieron. sic exponit virum de populo; sed Christiano, ut sit *vir dexteræ Dei*, hoc est, quem Christus dextera Patris salvavit. Hugo exponit novo quodam modo de Christo, ut oretur fieri Dei manum super illum, idest, vindictam, quæ vocari solet *manus extenta*, nec jam percutiatur homo sicut priùs, propter peccatum, sed ipse propter zelum, quem Deus habet de populo suo *g*, *& framea suscitatur super virum dexteræ ipsius*, *& super virum cohærentem ei h*, hoc est, ei consubstantialem ratione divinitatis. Sed apud Zach. qui citatur, non legimus *virum dexteræ*. Hesychius *virum dexteræ Dei*, seu Patris Christum nominari docet, quòd in ea secundùm carnem sedeat: deinde quia per illum universam Pater creaturam condidit.

Et super filium hominis quem confirmasti tibi.) vers. 16. eadem erant verba, quamvis Heb. deesset nomen *hominis* quod est hoc loco אדם *adam* appellativum, cum relatione tamen ad proprium primi parentis. Athanas. *i* hoc inter alia testimonia ex vet. test. profert, ut ostendat Christum, qui Dei alius est appellari etiam *filium hominis*: solere autem dici Unigenitum secundum divinitatem, in qua fratres non habet; primogenitum secundum humanitatem, in qua multos habet. Nihilominus constat, nonnumquam synonyma esse unigenitum, & primogenitum, & respectu matris, ita ut quod primogenitus ejus dicatur, non sequatur alios ei post illum fuisse, Non sunt hic addenda plura, sed confirmo, quæ dixi versu 16. addoque confirmare Græcè utroque loco esse κρατιῦσθαι, Hebraicè אעמ *immets*.

Vers. 19.) Et non discedimus à te, vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus.

POllicetur nomine totius populi calamitatem patientis, præsertim captivitatis, si dignabitur Deus fusas preces exaudire, reditumque, vitam ac libertatem concedere, fore, ut quod prius fecerant, & quo gravissimo peccato justissimam contra se Dei indignationem provocaverunt, non amplius deinceps discedant ab ipso, sed firmiter constanterque adhæreat, & in ejus perpetuo cultu perseverent, nec alium ullum Deum præter ipsum appellent, nec alterius Dei populus dici, denominarive sustineant. Hoc adventum Christi flagitantes accommodãt Catholici, licèt non eodem modo, ut videbimus.

Et non discedimus à te.) Hieron. in futuro, *recedemus*: qua item ratione alii aliis synonymis verbis exponunt futurum נסוג *nasug*. Possent hæc, & sequentia declarari per modum deprecantis, ut concedat Deus, ne amplius discedant: ut vivificet, seu vitam restituat, quæ in captivitate, & ærumna dici vita non meretur: ut liceat liberè Deum, & ejus nomen venerari solemnibus precibus, sacrificiis, rituque cetero. Favet idem futuri temporis Hebræum verbum, quod servit imperativo, & optativo: præterea Græcæ voces, μὴ μακρύνῃς ἡμᾶς ἀπὸ σοῦ, *& ne recedamus à te*, ζωώσεις ἡμᾶς, *vivificabis nos*, idest, hoc facias, ut illud nos faciamus. Quamvis hoc ultimum membrum avelli possit à priore, & jungi ultimo istius versus, *vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus*. Ex his enim etiam integrat versum unum Psalterium Romanum. Exposuit in futuro Appollinarius.

ἡμεῖς δ' ἀθανάτης ἀποστασόμεθ' ἔτι θεοῦ ὁδοῖο.

Non verò ab immortali recedemus numquam viæ.

Timorem Dei Paraphrastes exprimit. Nõ discedit prior umquam Deus, sed nos, ac proinde *recedentes à se in terra* scribit *k*, jubetque *discedere à se in ignem æternum l*. Audiamus admonentem Apostolum *m*. *Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo* (ἀποστῆναι, quod verbum hic etiam habetur, unde apostasia) *sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia* (ἀπάτῃ, *seductione*) *peccati*.

Ceterum non placet mihi discrimen inter patres antiqui, & nov. test. quod Ayg. tradit, ut Apostoli non discesserint à Deo post acceptum Spiritum S. videlicet in Pentecoste, sed confirmati sint in gratia, non item illi, qui etiam in antiq. test. Concedo de Apostolis, ac de aliis idem concedi posse arbitror. At de quibusdam in alio Billo testam. quid obstet concedere, non video. Nec profecto arguunt Abrahæ duo exempla, quũ jussit uxori, *ut se ipsius sororem esse assereret in Ægypto n*, & quando pueris dixit pergens ad immolandum filium, *se cum eo reversurum ad illos o*, eum recessisse à Deo. Nam vel nullum in his mendacii peccatum est, vel si quod est, certe non ejusmodi, ut propter id Abraham à Deo recessisse dici debeat, vel possit; summum enim veniale peccatum fuit, & officiosum mendacium. Teritur hic Auctor nec immerito: propterea que tanto magis dedocendi, qui terunt illum, aut similes alios, si qua in re nonnumquam haud ita rectè sentire, aut loqui videantur.

Vivificabis nos.) Jam docui de diverso istorum verborum sensu, sicut & de præcedentium. Et Apoll. adhuc exponit in morem deprecantis, τῷ σῷ φάος βιότοιο, *fac lumen vitæ*. Qui vivificationem spiritualiter etiam accipiunt, ordinem immutatum notant, quia non discedere à Deo effectus est vivificationis. Augustinus disputans de bono perseverantiæ *p*, locum istum tractat. Iste certè, ait ipse, non est Adam primus, in quo discessimus à Deo, sed Adam novissimus, super quem sit manus ejus, ut non discedamus ab eo. Christus enim totus est cum suis membris propter Ecclesiam, quæ est corpus ejus, & plenitudo ejus. Quum ergo super eum fit manus Dei, ut discedamus ab eo, ad nos utiq; pervenit opus Dei (hoc est enim manus DEI) quo opere DEI fit, ut simus in Christo permanentes cum Deo, non simus in Adam discedentes à Deo. Sic August. putatus Hieron. vivificationem refert ad refectionem panis vitæ de cœlo missi. August. ad sapientiam, quæ non sit amplius secundùm carnem, sive ad amorem sincerum Dei, quia bonus est, non quia dat talia bona, quæ dat & non bonis, quoniam sapere secundùm carnem mors est: Cassiod. ad liberationem à crimine & morte peccatorum per baptismum, quod Euthym. quoq; ac Niceph. dicit addere alios modos, quibus amissa etiam gratiæ vita recuperari potest, vel augeri, quæ jam habetur. Haymo ad veram vitam, quæ DEUS est, consistitque nimirum tùm in gratia, tùm in gloria corporis, & animæ, ut exprimit Bruno & Rickelius innuunt vero Basilius ac Theodoretus: Arnobius ad conversionem, ut det Deus bona consilia in cordibus, & ostendat faciam suam, cujus aspectu salvemur. Frequens est usus verbi *vivificandi*, pro eo, quod est servare, & liberare, quia mortuo similis habetur, quia in afflictione constitutus est, dumque succurritur illi, videtur denuo vivere, atque regenerari, quod etiam *recreandi* verbo significatur. Lege dicta psalmo 40. *q* ad ea verba, *Dominus conservet eum, & vivificet eum*.

Et nomen tuum invocabimus.) Hieron. *& in nomine tuo vocabimur*: sed apud Trev. *& nomini tuo vocabimur*, quod explicat, ut ad honorem nominis Dei vocentur à Cyro, qui versabantur in captivitate, *ut ascenderent, & ædificarent domum Domini*, sicut in principio Esdræ dicitur. Victorius tribuit Hieron. *& nomine tuo vocabimur*. Genebrard. *& in nomine tuo invocabimus*. Exponit autem ut dicantur, ac vocentur populos. & peculium Dei. Legit Hieronymus in voce passiva *niphal* נקרא *nikkare*. Apollinarius effectum invocationis exauditionem ponit, idque more deprecantis, ut præcedentia.

a *Psal.* 109. 4.
b *Psal.* 40. 10. Abdiæ *vers.* 7.
c *Deut.* 33. 2.
d *Esa.* 53. 3.
e *Jer.* 31. 22.
f *Jer.* 12.
g *Esa.* 53. & *Zach.* 13. 7
h *Lib.* 30. de Trin. vel de assump. hominis.
i *Psal.* 79. 16.
k *Jer.* 17. 13
l *Matth.* 7. 23. c. 25. 41.
m *Hebr.* 3. 12. 13.
n *Gen.* 12. 13
o *cap.* 22. 5.
p *cap.* 7. *vers.* 5.

Sensus loci

---- κιτας ομενων δε υπακουσεις
---- *supplicantes vero exaudias.*

Dei nomen invocare, est profiteri illum Deum nostrum esse: celebrare laudes ipsius quovis genere cultus: testari gratitudinem adversus eum: implorare gratiam & opem illius: gloriari tali Deo, libenterque ab eodem denominari. Restringit creditus Hieron. ad nomen, quod est super omne nomen, idest, Jesu: Cassiod. ad nomen *Patris*, in oratione præsertim Dominica. Bruno, *Domini*. Hæc, & alia quæcumque nomina hic intelligi possunt.

Vers. 20.) Domine Deus virtutum converte nos, ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Sensus loci

OOccurrit jam prius bis hic idem versus 4. & 8. loco paucis mutatis. *Salva nos*, legitur Arab. Chald. aut Syriacè ex versione usitata Maronitis additur *haleluiah*. Repetitionis caussas aliquas attulimus. Cassio. ait magna profecto suavitatem illius esse, in eoque sub tanta brevi-B tate regulam totius religionis exponi: quapropter mente condendum esse, quia per ipsum sub tanta brevitate petimus, quidquid nobis expedire monstratur, ut nos Deus convertat, ut lumine suæ pietatis inspiciat, ut salvos efficiat. In eadem trina repetitione observat Rickelius post Patriarcham suum Brunonem. Trinitatis mysteriū, in cujus visione nostra salus consistit. Ludolphus ex eadem familia triplicem notat Christi faciem, quæ tripli-

Christi facies triplex

citer nos convertit, nascentis in humilitate à superbia, morientis à concupiscentia & voluptate carnis, quia tunc *aruit ambuam testa virtus* ejus *a*: judicantis, ab avaritia, & amore temporalium, pro ruibus exprobrabit reprobis in judicio. Hugo attendit quater *convertendi* verbum, ob quadruplicem conversionem nostram à vanitate mundi, à voluptate carnis, ab amore parentum à possessione temporalium: sicut & in Cantico Canticorum *b* totidem vicibus invitatur Sulamitis ad revertendum. Sed in versu 15. est versum passive, *convertere*, oraturque Deus ut convertatur. Quamvis reciproca possint esse, ut ipse convertatur ad nos, ad se convertat. Tetragrammaton יהוה *Jehovah*, quod ad clementiam Dei peculiariter significandam pertinere existimant. Erat id etiam in versu 5. *Domine Deus virtutum quousque* C *iraſcèris*, &c. quasi clementem dedeceat irasci.

a psa. 21. 16.

b Ca. 6. 12.

PSALMUS
OCTOGESIMUS.

In finem.

1. Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

2. EXultate Deo adjutori nostro: jubilate Deo Jacob.
3. Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium jucundum cum cithara.
4. Bruccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.
5. Quia præceptum in Israel est: & judicium Dei Jacob.
6. Testimonium in Joseph posuit illud, quum exiret de terra Ægypti: linguam, quam non noverat, audivit.
7. Divertit ab oneribus dorsum ejus: manus ejus in cophino servierunt.
8. In tribulatione invocasti me, & liberavite: exaudivi te in abscondito tempestatis? probavi te apud aquam contradictionis:
9. Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me.
10. Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
11. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.
12. Et non audivit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.
13. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.
14. Si populus meus audivisset me: Israel si in viis meis ambulasset.
15. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
16. Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula.
17. Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturavit eos.

Titulus, & Argumentum.

In finem.

Vers 1.) Pro torcularibus, psalmus ipsi Asaph.

NIHIL hic est titulo, quod non prius aliis in psal. declaratum sit. Nam alia quidem omnia sæpius occurrerunt: in psal. 8. *pro torcularibus*: nec non adhuc semel in 83. Videtur opportuna de torcularibus, post vineam prioris psalmentio, præsertim si mystice agimus, quod mysteriū peti potest ab Enarratoribus. In septuagesimo nono, ait Arnob. vinea reparatur, & in octogesimo pro torcularibus agitur. Hieron. etiam, sed non magis Hieron. quam ille scriptor adversus Gentes, rationem reddit quare in tribus psalmis torcularia tituli gerant. Verior opinio, quam Theophyl. *c* quoque quum scribit de scenopegia, innuit; nomine isto significari collectionem fructuum, pro quibus agerentur gratiæ Deo psalmis nonnullis certis. De instrumenti genere adinvento in Geth, quia dicuntur גתים *ghitthim* hoc loco: vel de modulatione ad instar carminis ex his vocabulis, על גתים *hhalghitthim*, inchoari, vel de psalmis Obededom Gethæo, ac Levitæ, à Davide traditis, item admoneo quod dudum præcedente tom. psalm. 8. monueram, videri commenta Heb. absque ullo scripturarum, aut gravium Auctorum fundamento.

c in Joann.

In Ptalt. Rom. & Calh habetur, *pro torcularibus quinta sabbati*, & ita tum legunt, tùm etiam exponunt omnes Latini, ferè post August. Sed non ex iisdem Latinis Arnob. & Hieron. seu hi qui horū nominibus circumferuntur, non etiam ex recentioribus ullus, quia nulla editio aliarum linguarum hęc verba recipit. Propterea neq; mihi afferenda visa est mystica ratio istius diei quintæ, in qua creatæ sunt aves, pisceisque ut non item, quod notavit Hugo, cur à nobis canatur feria sexta, quasi nimirum in eo agatur de festo immolationis Isaac, ideſt, de Cruce.

Argumentū de torcularibus cognosci potest ex parte. Videlicet, adhortatio est laudes divinas à populo, & à Levitis præsertim celebrandas eo tempore, quo vina ex-

Ratio solemnitatis mense Septembris olim celebratæ.

D torquebantur in torcularibus, ideſt, Septembri mense. Ejusdem mensis primo die insignis incedebatur solemnitas, cū clangore tubę corneę, in memoriam beneficiorum præteritorum, legisque datæ. Idcirco introducitur Deus ipse commemorans beneficia sua, tùm verò liberationis de Ægypto, & ea de caussa exigens puram, atque fidelem servitutem: præterea contestans, quantis ob contemtam religionem, seu cultum Dei, atque obedientiam tum bonis privatus, tum affectus fuerit malis. Quæ omnia transferri ad nos multo possunt magis, debentque ut colere Deum ejusq; spiritualia sabbata conemur, pro ea libertate, in quam nos Christus asternit, proque legis Evangelicæ, ac multiplicis gratiæ muneribus, quæ nisi stet per nos in promptu sunt, ut liberaliter communicentur: sicut è contra verendum valdè, ne oscitantia & inobedientia

nostrat

nostra eorum nobis pariat jacturam, & sicut populus ille quondam, ita & nos abjiciamur, si populi antiqui fuerimus imitatores, nec studerimus peccatorum à nobis jugum per confessionem, & propitiationem Dei excutere. Athanas. *a* adhortatoris psalmis qui præcipiendi simul argumentum contineant, istum annumerat, cum 28. 32. 94. 95. 96. 97. 102. 103. 113. præterea cupienti psallere Domino, convocatis Dei famulis, eumdem proponit. Usurpat Ecclesia hunc psalmũ in festo corporis Christi, propter sententiam versiculi ultimi potissimum de cibationem ex adipe frumenti, & saturatione ex melle; tùm etiam quia maximè festivè celebratur idem dies vario cantus, & instrumenti musici genere: atque summam comprehendit mirabilium operum, & beneficiorũ DEI.

a tract. de ps. ad Mar.

Vers. 2.) Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.

Vers. 3.) Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium jucundum, cum cithara.

Vers. 4.) Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.

Sensus loci

INvitantur omnes ad laudandum DEUM, qui se adjutorem sæpe præbuit, tum voce humana tum vario concentu musicorum instrumentorum, tum externis lætitiæ signis: nominatim autem Lævitæ, ad clangendum cornea tuba in novilunio præsertiæ septimi mensis, qui dies insigniter solemnis erat. Aliter alii non mystice dumtaxat, sed etiam litteraliter, ut mox videbimus.

Exultate Deo adjutori nostro.) Hieronymus, *laudate DEUM fortitudinem vestram*: est: חרגיני *harninu* à ערן *ranan clamare fortiter, quavis quidem de caussa*, sed hoc loco prædicando, & laudando, seu, *facere ut hoc fiat*. Alibi *b* quoque redditur ab Interprete *laudare*. Simile exordium psalmi 32. ubi Græcum verbum idem ἀγαλλιᾶσθαι. Aquila vertit hoc loco αἰνεσοιῆτε, *laudare*, aut *laudare facit*. Symmachus εὐφημεῖτε, *benedicite*. Caussa veræ exultationis, ac lætitiæ DEUS est, quia DEUS, ideſt, summum bonum nostrum: quia *adjutor in tribulationibus c*, quia *ab illo omnis sufficientia nostra d*, *quia sine ipso nihil possumus facere e*. A quo vires & robur ac fortitudo עזן *hhoz*, rectè denominatur adjutor. Pronomen vero plurale commune faciens adjutorem Deum, indicat, ut ait Cassiod. sermonem esse ad devotos. Adde & mutuæ charitatis vinculum in eodem Deo, quemadmodum hac, & similibus de caussis jussit Christus orantes dicere *f*, *Pater noster*.

b *Deut.* 32. 43.

c *ps.* 45. 2. d 2. *Cor.* 3. 5 e *Joan.* 15. 5.

f *Matt.* 6. 9.

Jubilate Deo Jacob.) Quid jubilare sit, & cur nominetur Deus Jacob, alias expositum est. Exultandum, atque jubilandum soli Deo, & Christo, ideſt, in illo solo, qui nos adjuvat, & ad supplantandum inimicos vires suppeditat. *Lætantur* alii *quum malè fecerint*, *& exultant in rebus pessimi g*, exultant, ait Augustinus, circo, deceptori suo, ventri suo. Videtur Hugo mysticè totum locum de suis ex ordine Prædicatorum, quos Jacobitas, ut in Gallia solent, vocat, interpretari.

g *Prov.* 2. 14

Sumite psalmum, & date tympanum.) Pro psalmo *carmen* ponit Hieronymus, alii, *canticum*, vel, *hymnum*. Explicant etiam *sublata voce canere, elevare, & exultare canticum, tollere vocem psallendo*. Chald. *erigite vocem in laudo* ארימו קלא בקשבחתא *arimu kala betuschachtha*. Verbum quoque Hebr. שאו *seu* significat *ferte, attollite*, seu *elevate, accipite, & sumite*, denique inter alias notiones, etiam *loqui & vaticinari*. Sublatio vocis indicat præcentores: vel eosdem etiam, qui simul præcinant, & canere pergant, simul instrumenta musica pulsent: nam dare tympanum & pultare idem est, sicut & dare vocem, plausum, clangorem, clamorum, crepitum, sonitum, fragorem, gemitum, impetum, impressionem, plangorem, tinnitum, & similia: quamvis non ita facilè reperias *dandi* verbum isto modo, ut dicatur dari aliquod instrumentum, pro eo quod est pulsari: Ergo vel accipitur pro sono instrumenti instrumentum: vel ut placet Treveto, suppletur, *date ad percutiendum tympanum*: quod minùs probo: cui enim darent? & ad pultantes est (ferm.): vel *date manus vestras ad tympanum*, inquit R. Kimhi. August. psalmum videtur accipere mysticè pro rebus spiritualibus, quas quis accipiens det, sive reddat manus, hoc est, opera, res corporeas, quæ tympano, quod ex corio conficitur, designentur: id esse *communicare in ratione dati & accepti h*, *& seminantem alicui spirituali, carnalia ipsius metere i*. Augustin. Latini posteriores imitantur. Huc spectat quod quidam notant exactum, & requisitum obsequium venatitiæ carnis priusquam benediceretur Esau *k*, significasse licitum, justum laudabile in Ecclesia esse, ut qui mysteria, & ministeria atque munera tradunt spiritualia, vicissim obsequia efficaciaque recipiant corporalia. Antoninus *l* eadem ratione declarat præsentem locum, citato Gratiano *m*, ut sumat populus psalmum divinorum officiorum à clericis, & det tympanum corporalium, quæ sic vocentur, quia recreant corpus, sicut ad tympani sonum recreari solent homines. Explicat Origenes citatus ab Agellio *n*, juberi ut auribus accipiatur τῶν λόγων ἡ διδασκαλία *sermonum doctrina*, vicissim autem detur διὰ τῆς σώματος πράξις, *per corpus actio*, ut divinis oraculis congruens reddatur sonus atque doctrinæ spirituali νέκρωσις μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, *mortificatio membrorum, quæ sunt super terram*, quia tympanum, inquit, est instrumentum ἐκ δερμάτων πεπνιμένον, *ex pellibus confectum*. Idem fere lego apud Radulphum Flaviacensem in Leviticum *o*, & hoc loco apud Euthymium, ac Nicephorum. Fusiùs declarat Hugo, dicens accipi psalmum, ideſt, gratiam devotionis à Deo, seu *spiritum precum*, ut Zacharias *p* loquitur, & sponte mortificationem atque castitatem reddi eidem ad gloriam ipsius: mortificationi verò proprietates tympani convenire demonstrat hoc versu comprehensas,

h *Ephil.* 4. 15 i 1. *Cor.* 9. 11.

k *Gen.* 17. 10.

l 2. *p.* tit. 4. c. 3. *in prin.* m 23. q. 1. c. Ecclesias item propheta. Cur bona tympanum.

n tale quid extat hom. 6. in Exod.

o *lib.* 17. *in præfa.*

p *c.* 12. 10.

Terret aves, tenuis, fragilis, cava, mortua, lenis,
Tensa cutis, lignis, verbere, sicca, sonans.

Nec omnino ineptè quis usurpet sententiam istam *sumite psalmum, & date tympanum* de illis, qui disciplina, quam vocant, alio psalmum recitante, sese religiosè diverberant: sicut illa jam teritur, *apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*. Gregorius *q* utrumque de prædicatoribus explicat, ut accipiant spirituale canticum cordis, & reddant temporalem macerationem corporis: & idcirco prædicationis magnum negotium esse. Bernardus *r* interpretatur de conjungendis discretè & congruè corporalibus rebus cum spiritualibus, ut hæ agantur, illæ non omittantur; &, si quæ sunt omittendæ, omittantur potius corporales; & *ad modicum valens corporalis exercitatio* pro *pietate ad omnia valentem s*; eaque parte Mariæ, quam Christus *optimum* indicavit, *nec auferendam t*: denique spiritualia vix, quidem, aut nullatenus vel acquiri, vel obtineri nisi per corporalia, quia *non priùs quid spirituale, sed quod animale u*, nec Jacob nisi priùs cognita Lia, desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere *x*, tamen secundùm æstimationem pluris facienda spiritualia. Isidor. *y* Pelusiota laudari Deum docet, ut habetur psalmo ultimo *z* *in sono tubæ*, hoc est in memoria resurrectionis *quæ tuba fiet a*: *in psalterio, & cithara*, hoc est, in lingua & ore, tamquam plectro quodam percussis à Spiritu sancto: *in tympano & choro*, ideſt incarne & animo, à quo tamquam chori preces ad DEUM transeant: *in choris & organo*, hoc est, in corde atque omnibus internis visceribus & nervis, quæ quidem *organum* David appellavit: *in cymbalis jubilationis*, hoc est, in labiis, quorum adminiculo concinnata & modulata psalmodiæ carmina contexuntur. Prior hæc fere jam scripserat Clemens Alexand. *b*, nisi quod laudationem *in tympano & choro* refert ad meditationem resurrectionis carnis in pelle resonante, Clementis discipulus Origenes eoque priùs notavi loco, ad idem propositum conderat *Mariam sororem Moysis cum tympano canentem c sociatam aliis tympanistriis*, hoc autem esse laudare DEUM simul *crucifigendo carnem cum vitiis & concupiscentiis e*, *mortificandoque membra, quæ sunt super terram d*. Hieron. *f* ita quoque tympana interpretatur, *quibus ornandos nos* DEUS pollicetur *g*, ut canamus Domino in Ecclesiis, omni in nobis malorum operum carne consumta. Rursum Greg. *h* in tympano laudari ait Deum simulque in choro ab eo, qui siccum per abstinentiam corium habens, concordiam charitatis retinet.

q 33. *Moral. c.* 16. *vel* 22.

r *apolo. ad Guliel. abbatem.*

s 2. *Tim.* 4. 1

t *Luc.* 10. 42

u 1. *Cor.* 15. 46.

x *Gen.* 29. *toto.*

y *lib.* 1. *ep.* 457.

z *vers.* 4.

a 1. *Cor.* 15. 52. 1. *Thess.* 4. 16.

b 2. *pedag. c.* 4.

c *Ex.* 15. 20.

d *Gal.* 5. 24.

e *Coloss.* 3. 5.

f *in Jer. c.* 31

g *Jer.* 31. 4.

h *hom.* 8. *in Ezech.*

Psalterium jucundum cum cithara.) Hieron. ordine opposito, *citharam decoram cum psalterio*. Alii, *cum nebel* seu *nablo*, vel, *tetamque tum chelym, tum citharam*, vel *& citharam pulchrè sonaram, una cum nablo*, vel *citharam dulcia cum viola*, ideſt, dulciter: utrumque supplet hic etiam R. kimhi, *date manus vestras ad psalterium* &c.

&c. De istis instrumentis כנור *chinnor* & נבל *neuel* alibi diximus. Si credimus Isidoro *a*, erat citharæ forma initio similis pectoris humano quod veluti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, & Dorica lingua pectus κιθάρα vocaretur. Nec Dorum vocem propriam constat esse: nec ea forma citharam fuisse. Significat נעים *nahhim pulchrum, suavr, jucundum, decorum, dulce, gratum, delectabile*, quod ultimum valet τερπνον. Symmachus pro Psalterio tyram posuit. Dixi quoqs alias de mystico sensu horum instrumentorum, quem repetit Augustinus.

Buccinate in neomenia tuba.) Hieronym. *clangite in neomenia buccina*. Alii, *in Kalendis*, aut, *in primo die mensis* aut *in novilunio*. Vetus Psalter. & August. *tuba canite in initio mensis tuba*, alia Lat. Psalt. & Cassiod. atque Isidor. *b buccinate initio mensis tuba*. Ambros. *c canite in initio mensis, tuba*. Fortassis qui vertunt, *in initio mensis tuba*, mensem à tuba ipsa designari volunt, qui est September. Paraphrastes quidem illum expressit sub nomine *Tisri*, in quo celebratur festum tubarum, in memoriam legis acceptæ, præter festum expiationum, & scenopegiæ, seu Tabernaculorum, & collectæ, seu octavæ eorumdem, & hoc ipso nomine appellatur *clangoris & vociferationis d*. Sed primum histerologia verborum sic evolvenda, *buccinate tuba in neomenia*. Deinde probabile est, non de uno Tabernaculorum festo, quod neomeniam Septembris redderet festiviorem, seu primam ejus diem, quæ dicebatur *venerabilis & sancta, & clangoris ac tubarum, & sabbatum, & memoriale, & in quo opus servile fieri non poterat e*, sermonem esse, etsi potissimum de illa, sed præterea de cunctis neomeniis, seu primis mensium diebus, Kalendisque (dicitur enim νουμηνία quasi νέος μὴν, *novus mensis*, non quòd μὴν defectum significet, Lyranus *f* voluit, & Abulensis *g*, & Ayguanus hoc loco: immò de omnibus solemnitatibus, idest, præter dictas, de Paschate, ac Pentecoste. In genere quoque præceptum erat, ut *si quando haberent Hebræi epulum, & dies festos, & Kalendas, canerent tubis super holocaustis & pacificis victimis h*. Sed per tibicinem indici solitam neomeniam Philo *i* scribit, nimirum cornea tuba, ut admonet Genebrardus supra templi pinnam, sive tectum quod πατωμάριον appellant *k*. Alioqui super holocaustis & pacificis victimis canebatur *tubis argenteis ductilibus l* eodem quoque die in quo simul essent Kalendæ & festum tubarum, idest, in neomenia Septembris, ut annotat Abulensis *m*, probans ex usu Judæorum hoc tempore, in quo quum non liceat iis sacrificare, non canunt argenteis tubis, sed tantum corneis. Quæ tricesima Horatius *n* vocat sabbata, erant neomeniæ, quia tricesimo quoque fere die recurrebant, & erant in honore apud Hebræos velut sabbata, quæ vox etiam de quibusvis festis dicitur; sed tunc magis quando re ipsa incidebant in diem sabbati. Minùs probo Torentii *o* aliam expositionem de Phase, quoniam annum inchoando à Septembri, circa tricesima sabbata, seu tricesimam hebdomadam, festum illud incideret. De sabbatis numero plurali, ac indefinitè loquitur Poeta; etsi non me lateat unum sabbatum pluraliter sabbata interdum nominari, propter multa legis veteris prodigia & beneficia, quæ occurrerunt in sabbato. Nec placet asserere, ne duo sabbata, idest, festivitates continuè succederent, quum incommodo tum ciborũ coctorum in biduum conservandorum, præsertim tempestate calidiore, tum putoris, & corruptionis ex asservatis cadaveribus, instituisse Judæos ante tempora regni Græcorum, ne mensis à prima quarta sexta die inchoaretur, quia si mensis Tisri seu Septembris inciperet die prima, quarta decima esset sabbatum, & sequens scenopegia: eodem pacto, si quarta vel sexta inciperet, jungerentur solemnitates duæ. Etenim narrat Josephus *p* Pentecostem aliquando celebratam post sabbatum: & arbitrantur aliqui sabbatum δεύτεροπρωτον *secundoprimum*, de quo Lucas *q*, ita dictum quod proximè post Pascha sequeretur: illud etiam quod successit diei sextæ, in qua crucifixus est Christus *magnum* vocatur à Joanne *r*, quoniam consequens statim ad diem Paschæ. Denique fuisset ratio propria solius mensis Septembris. Bene notatum à Toleto *s* post Lyranum *t*, novilunium celebratum in memoriam perpetuæ divinæ gubernationis, & in actionem gratiarum, pro continuis Dei beneficiis, & ad continuationem eamdem in posterum imperandam, quum sit novilunium præteriti temporis finis, & initium futuri: concessum autem à Deo, ut eo tempore Judæi festum agitarent, nõ in plenilunio; quia una ex parte indulgebatur ei quæ-

Adam similitudo cum Gentibus, *quæ lunam colebant u & idola*, ad quæ Judæi propensi erant: alia ut in ipso Lunæ defectui id facerent, ne si in plenilunio, quemadmodum aliæ Gentes viderentur non vero Deo, sed lunæ ipsi sacrificare, quum virtus ejus magis viget. Quia etiam de causa menstruum sanguinem voluit Deus immundũ haberi, ut hac ratione intelligeretur lunã non esse DEUM, cui tantæ immunditiæ adscribitur causa, ut observat Guliel. Parisiensis *x*. Alias rationes festi neomeniæ dat Ribera *y*, ut primitiæ offerentur DEO, non rerum duntaxat è terra nascentium, sed temporis etiam: & placato illo per preces, ac sacrificia, felix faustumque mensis initium esset.

Mystica est Origenis *z* expositio, & Glossæ *a*, quum sic Ecclesia, vel quævis anima soli justitiæ propinquat, ut unus spiritus cum eo fiat, & per ipsum innovata veterem hominem abjiciat, nec videri comprehendive humanis aspectibus potest, sed soli Deo totam se mancipans, hominibus placere non curat. Augustinus *b* item docet, novilunii festo indicari novitatem spiritus & Evangelii, finem impositum legi à Christo, idololatriam expulsam. Ambros. *c* comparat Ecclesiam cum luna, & spiritualibus ac Evangelicis prædicationibus, videlicet tamquam tubæ clangoribus, in abundantia pacis extolli & renovari. Euthymius, & Nicephorus volunt indicari festum Dominicæ resurrectionis maximè celebrandum, per quã renovata est creatura, & ἑορτὴ ἑορτῶν, appellatur à Nazianzeno *festum festorum*. Distinctè Paulus *d* recenset festum, neomenia, sabbatum, quia in neomenia non vacabatur ab opere, & idcirco non collocatur in catalogo sacrorum dierum *e*, ut monet Abulensis *f*.

Cetersùm propter Hebræum nomen שופר *sophor*, cui respondet *tuba*, & σάλπιγξ, & significare dicitur corneam tantùm, argumentatur Toletus *g*, agi hoc loco de festo Tubarum, vocarique sequentibus verbis insignem diem solemnitatis, quod non convenit aliis neomeniis, hodieq; Judæos hujusmodi tubis buccinare solere in eodem festo; quũ uti solerent olim *argenteis tubis* in aliis festis *h* quæ vocabantur חצוצרות *chatsotseroth*. De insigni die solemnitatis postea. Ribera *i* cum aliis multis, præsentem locum de omni neomenia intellexit: & retuli Genebrardum qui diceret cornea quoq; tuba congregatum populum ad festivitates. Ambrosius *k* vilus est confundere argenteam cum cornea, Moysen docuisse sacrificiorũ ritus tubæ sonitu esse celebrandos, & citat etiam psalmi nostri locũ. Nam Moyses de argentea *l* præcipit, ut idemmet Ambrosius *m* agnoscit, disputans de mystica tubarum inteligentia, præcipuè ut ad prædicationem Evangelicam aptatur. Cyrillus *n* autem Alexandrinus considerat tubam judicialem, seu resurrectionis *o*, neomeniam simul notat figuram futuri ac novi sæculi esse: tubam vocis penetrantis omnia Archangeli, quem Deus mittet quum tuba, quæ ingenti sonitus claritate universitatem mortuorum in vitam revocabit: & simili de causa Dominum voce magna Laz. evocasse ad vitam *p*. Argenteorum usum tubarum, in epulis, sacrificiis, bellis Hugo rectè transfert ad prædicationem quæ convocat ad epulas eucharistiæ, ad bella contra mundum, carnem, diabolũ, ad festum seu sabbatum quiescendi à peccato, strepituq; mundano, & præparandi se ad festum ac sabbatum æternæ gloriæ, quod vocatur *sabbatum ex sabbato q*. Præterea hunc locum, & ea quæ sequuntur applicat ad nativitatem B. Virginis, quæ incidit in Septembrem. Etenim tunc processit ut luna nova, & omni laude dignissimam prædicare, ac laudare debemus: ea quoque dies insignis est, quia multis prophetarum oraculis præsignata. Lege, si libet, apud eumdem cetera.

In insigni die solemnitatis vestræ.) Hieronymus, *in medio mensæ diei solemnitatis vestræ*. Alii, *in tempore constituto in die festivitatis nostræ*, vel, *in definito tempore ad diem sacrificii nostri*, vel, *in solemnitate diei festivitatis nostræ*, vel, *in die solemniter nobis festo*. Chaldaicè, *in mense qui coopertus est, die solemnitatis nostræ*. Hebræa sic habent בכסה ליום חגנו *batcheseh chagghenu* quæ Lyranus explicat, *in termino die festi nostri*, idest, in novilunio, quia terminus diei festi quantùm ad ejus inchoationem erat prima dies mensis septimi. Trevetus Hieronymum declarat de plenilunio. Congruit tempus festo Paschatis & scenopegiæ. Sed idem Lyranus exponit præter hunc modum, adhuc quia prima dies mensis septimi est in medio anni secundùm quod incipit annus à principio Martii, si בסה *cheesh* per *he* scriptũ dicamus pro א *aleph*, significabit tempus constitutum, & diem solemnem, seu solem-

u Jere 8. 2.

Sanguis menstruus immunditiæ.

x lib. de legib. c. 6.

y c. de templo c. 2.

z hom. 21. in N.

a in c. 8. N.

b 19. conc. Ea. c. 10.

c in ps. 43.

d Col. 2.

In neomenia non vocabitur a'y opere.

e Lev. c. 23.

f in n. 28. q. 18.

g in c. 17. Jea. annot. 2. in antiq. c. 11. vel 15 i 5. de temp. c. 2.

k in ps. 43.

l Num. 10. 1.

m de fide resurrect.

n In loci c. 3. num. 42.

o 1. Thesse. c. 16.

p Joan. 11. 43. 44.

q Es. ult. 11

Tempus Nativitatis B. Virginis.

v Ety. c. 12.

§ 6. Ety. c. 16.

c in ps. 43. c. 1. de fide resurr.

d num. 29. 1.

e num. 29. 1. Lev 23. 24. f in c. 28. n. 8. g in Lev. 23 q. 5. & Jmc. 28. n. q. 9.

h nu. 10. 10. i de decalog. k Josepb. 3. de bello c. 9. l num. 10. 2.

m in n. 29. q. 1. n In l. 1. carm. Saty. 01 Improbata expositio.

o ibid. & in Sueric c. 76.

p 13. de bell. Jud. c. 16. q c. 6. 1.

r c. 19. 31.

s in c. 7. Jos. annot. 2. de neomeniis. t in c. 28. N.

solemnitatis, ac solemnitatem ipsam; aliquando etiam cum א *aleph* vertit Hieronymus *a die plena a luna*, sicut Aquila ἡμέραν παρελλύνην. Theodotio autem ἡμέραν ἐυσημον quod alii, *temporis constituti*. Sed retento ה *he* à בסה *chasah tegere & operire*, contendunt aliqui, significare hoc loco festum tabernaculorum, quasi dicas diem operimenti, vel operimentum quum agerent Hebræi sub frondibus. Favet versio Hieron. de medio mense, quia 15 Septembris celebratur hoc festum *b*. Sed aliis videtur nomen id absconsionem significans, innuere quamlibet neomeniam, quoniam Prima dies mensis lunæ lumen opertũ ac tectum videtur: eum verò neomeniæ diem dici solemnem, & vocabulo חג *chag*, quia revera talis erat, licèt non quantum alii solemniores: vel quoniam eadem Hebræa vox significet quoq; agnum: singulis autem neomeniis agni septeni sacrificandi *c* erant, ac si diceres in insigni die agni nostri, Posset etiam dici cum Richardo Cenomano legendo בסה *chiffeh*, quod *thronum* significat, indicari veluti majestatem quamdam festivitatis, cujus Interpres insignem vocat diem. Displicent Agellio priora, vulque Græca dispungi aliter, ut seorsim ponantur ἐν ἐυσήμῳ: tùm ἡμέρα, ἑορτὴς ὑμῶν, nec sic ἐυσήμῳ) epithetum relatum ad ἡμέρα, quasi insignis ipse dies sit, & de die dicatur illud tamquam de subjecto; sed substantive sumatur, significetque signum quod dabatur tuba in die decima septima mensis, adesse jam tempus, ut bona ad antiquos dominos redirent, & manumitterentur servi, nempe anno Jubilæo qui appellabatur ἀφέσεως σημασία *d remissionis significatio*. Sed non pauciora patitur opinio ista incommoda, præter suspicionem à novitate; tùm etiam, quod velit legi, *in insigni*, cum virgula, postea in dativo, *diei solemnitati vestræ*, ideſt, ad diem solenitatis vestræ: tùm quia non ἀφέσεως σημασια, sed ἐνιαυτὸς ἀφέσεως dici debet, sic enim legitur ἐνιαυτὸς, ἀφέσεως σημασία ἄυτη ἄσται ὑμῖν, & pro his Hebraicè est יובלהיא תהיה *ionelhithi. hiel*, Latinè, *ipse est enim jubilæus*. Probabilius est, insignem diem solemnitatis appellari vel quamlibet neomeniam; vel præcipuè Septembris, in quam incurrebat festum tubarum, vel festum tabernaculorum, ita ut neomenia pro ea sumatur quæ erat in Septembri, & sic mentio fiat de alio in festo mensis ejusdẽ, vel indefinitè quodlibet festum diversum à neomenii. Plures habet sectatores opinio de festo tubarum, quòd sit idem cum neomenia Septembris ac de tubarum festo sentit Origenes *e*, & Radulph. Flaviacensis *f*. Tamen de omni neomenia sentit Ribera *g*, faventque Augustinus, & alii veteres Latini: de omni festo Vatablus, Arias, Crucius, Varlenius, Folengius, præterea Abulensi *h*: omnes opiniones probabiles æstimat Genebrard. Fallitur autem Peregrinus Herus, asserens in Septemb. novilunio celebrari solitũ tabernaculorum festum: tubarum voluit, aut debuit dicere.

Porro quia celebriores hujus loci sententiæ sunt vel de festo tubarum, saltem in membro præcedente, vel de festo tabernaculorum in isto, nonnihil de utroque dicendũ. Tubarum festum, de quo in Levitico *i*, & Numeris *k*, institutum Hebræi credunt in memoriam Isaac liberati prima luna seu die Septemb. ne immolaretur à patre, quum pro eo substitutus est *aries hærens cornibus l*, ut idcirco tubis corneis aut etiis in eo festo clangeretur, & alio nomine appelletur festum cornu. Eamdem causam assignant Hugo. Dionysius, Abulensis *m*, Lyr. in libros Levitici, ac Numerorum, additque Hugo *n* vocatum etiam fuisse festum cereorũ, quamvis eos moderni Judæi transtulerint in Septemb. diem decimam, quæ est pro mortuis. Quod si verum esset, falsa esset sententia negans Judęis ceræ usũ ad lumina, de qua egimus alibi *o*. Consentiunt in dicta causa derecentioribus Anton. Fonseca annotationibus ad Cajetani Pentateuchum, Petrus Serranus in Levit., Ribera in opere de templo *p*, probabilem opinionem putat Toletus *q*, Vatablus *r*, Sa/, qui duo addunt clangorem inserviviſſe ad paraſceven festi tabernaculorũ celebrandi ejusdem Septemb. mensis die 15. Oleaster adjungit expiationis festum; sed vix credit causam de Isaac. In commentario hujus psalmi Basilius seu Theodoretus, Euthymius & Nicephorus institutionem festi tubarũ referunt ad memoriam contestationis factæ in monte Sina, cum legem Deus dedit, populus autem videbatur sibi audire sonitum bucinæ, sive tubæ corneæ, vocatur enim in Exodo *t* קול שופר *koe sciephar vox tubæ*, quam propriè corneam eo nomine significari antea diximus, ac in psal. 97. *u* quæ à Lxx. vocatur φωνη σάλπιγγος ἐλατῆς, & in Editione Latina vox tubæ corneæ, Hebraicè est simplex nomen שופר *sciephar* cum nomine קול *kol*, quod *vocem* significat, & Hieronymus vertit *clangorem buccinæ*. In eadem sententia Cajetanus videtur in Levit., & & hoc loco Jãsenius; & satis confirmatur ex sequentibus versibus, in quibus mentio fit liberationis ex Ægypto, & contestationis divinæ quando legem dedit. Spiritualiter, inquit Origenes *x*, celebrat hoc festum, qui scripturas mandat memorię, & intra cordis thesaurum recondit, atque in gratias illas sancti spiritus promovetur, quibus inspirati sunt Prophetæ. Radulphus *y* vult figuram fuisse lætitiæ in Gentium conversione futuræ, mensemque septimum tempus gratiæ præsignificavisse. Cyrillus *z* Alexandrinus ait innuere tempus consummationis sæculi, quia mense septimo quæ ex agro colliguntur, in horrea reconduntur, abit fructuum ferendorũ tempus, hyemis initium oritur, attenuantur stirpes, flores tabescunt: resuscitato autem Christo monemur à divinis litteris tamquam tubis, de hujusmodi tempore, utque *thesaurizemus nobis cœlestis thesauros a*, ac præparemus *ultimæ tubæ* b, *ac tribunali* c, vacando ab omni opere, quod nullam prorsus utilitatem afferre possit, sed maculas potiùs aspergere. De tubæ mystica significatione idem antea retuli ex Isidoro Peluſiota *d*. Serranus, posita ratione illa de Isaac, mysterium mortis Christi ac resurrectionis innui vult, immò & incarnationis, quæ in septima, ideſt, in postrema mũdi ætati contigit.

Aliud festum, de quo insignem diem solemnitatis hic multos exponere dixi, est Tabernaculorum, Græcè dicitur ἑορτὴ σκηνῶν & σκηνοπηγίας, *scenopegia*, à σκηνὴ, *scena*, & πήγνυμι *figo*, non *scenopegia*, ut perperam scribit, & derivat Abulensis *e*, quasi à phagia, quod significet comedere, (dicere oportuit φαγειν) & cenon commune (scribere debuit cœnon) nec etiam ut Radulphus *f* docuit, quod scena sit umbra (umbraculum concedi potest) & φάγειν *comedere* (& hic erratum) quod sub umbraculis & in publico comederent Hebræi. Præcipitur hoc festum in Leviticо *g*, & numeris *h*, fieri à 15. die mensis septimi, per septem dies, celebri usurpatione sacrificiorum, & vacatione ab opere in primo die, & habitatione per omnes illos dies in umbraculis, ut discerent populi quòd in tabernaculis fecisset Deus habitare filios Israel, quũ eduxit eos de terra Ægypti. Quare non ea fuit institutionis causa, quam tradidit in Joan. *i* Euthymius, nempe in memoriam diei, quo primùm Moyses fixit tabernaculũ divinũ, quod *Beseleel ædificaverat k*. Ubi autem, & ex qua materia tabernacula tunc extruerentur, & similes quæstiones, tractat Ribera *l*. Illud notabile, quòd iisdem diebus gestare præcipiebantur Hebręi ramos myrti, salicis, palmę, arboris Perseæ, ut quemadmodũ tabernacula monebant beneficium translationis in sedes fixas, commodas, amœnas, post peregrinationem horridi deserti & gurgustia Ægyptiaca, sic redigerent rami arborum illarum optimarũ in memoriam ejusdem deserti sterilitatem, & inopiam, transmutatam in terram feracem, atque abundantem, ex quibus etiam arboribus, juxta rivos nascitur salix.

Pertinent ista sensu mystico, ad eos, qui à peregrinatione præsentis vitæ tendunt in patriam cœlestem, & spe illius gaudent, conversationem ibi habent, *despiciunt quæ hic sunt, quæ sursum sunt quærunt, & sapiunt*. Legatur Origens *m*. Radulphus *n* arborum ramos piè & acutè attribuit Christo: habitationem in tabernaculis vult esse in Cruce illusve umbra: denique contemni præsentia, desiderari bona Domini in terra viventium. Plura, alio quodam modo, Ribera *o*. Ceterùm caveat Ecclesiastes Christianus, ne exaltare vocem ut tubam tantum velit in insigni, vel die solemnitatis, vel civitate tunc, ibique tantum audiri, sed sit omnium, quod dicitur homo horarum, adde & locorum, quoties proventum spiritualem colligendi se dat occasio.

Vers. 5.) Quia præceptum in Israel est, & judicium Deo Jacob.

Vers. 6.) Testimonium in Joseph posuit illud quum exiret de terra Ægypti: linguam quam non noverat audivit.

Vers. 7.) Divertit ab oneribus dorsum ejus, manus ejus in cophino servierunt.

DE dicta neomenia, deque insigni die solemnitatis, ad quam David antea invitavit, ait datũ à Deo præceptum,

Sensus loci.

---

a Prov. 7. 26.

b Levit. 23. 24. num. 29. 12. Joseph 3. ant. 10. c. 4.

c Num. 28. 9.

d Levit. 25. 10.

e hom. 23. in Levit.

f lib. 17. in Levit. c. 1.

g 5. de temp. c. 2.

h in Lev. 23. q. 18. 1

Festum tubarum cur institutum

i c. p. 23. 24. 25.

k c. 23. 1.

l Gen. 22. 13.

m in Lev. 23. q. 19. & 20. & n. 29. q. 1.

n in c. 29. num.

o in AR. 20.

p l. 5. c. 19.

q in Joan. c. 7. annot. 2.

r in Lev. & num.

s ibid.

t c. 19. 16.

u vers. 6.

x hom. 13. in num.

y 18. in Lev. in præfa. & c. 1.

z 17. de ado. in spiritu.

a Matth 6. 20.

b 1. Cor. 15. 52. Theſſ. 4. 19.

c 2. Cor. 10.

d l. 1. epiſt. in 457.

Σκηνοπηγια

e in c. 22. Le. q. 24.

f 17. in Lev. c. 30

g c. 23. 24. & seq.

h c. 29. 2.

i in c. 7.

k Exod. 4. 15. de temp. c. 3.

Sensus mysticus.

m hom. 13. in num.

n 17. in Le. c. 3.

o 5. de tem. c. 14.

ptum, legemque justam præscriptam, à Deo, inquam, religiosissimi, ac devotissimi Patriarchæ Jacob, qui toti Hebræorum genti nomen dedit, & quam peculiariter elegit Deus ad cultum suum. Causam autem talis instituti docet potissimùm fuisse, ut idemmet Populus denominatus quoq; à charissimo illius Patriarchæ filio Josepho, utpote per quem tot in Ægypto beneficiis affectus est, recordaretur, eoque cultu recoleret liberationem suã de servitute, qua post Josephi mortem opprimebatur in eadem regione: quo videlicet tempore inauditam prorsus, & plane insuetã audiverunt quasi linguam, *cum clangore quodam* veluti *buccinæ*, legem dantis DEI, ut est in Exodo *a*, postquam eductorum, à gestandis oneribus liberasset dorsa, manus à portando, in cophinis luto, palcis, lateribus, quos coquere compellantur.

a Ex. 20. 1. 16. 19.

Quia præceptum in Israel est.) Hieronymus, *legitimum Israel*. Alii, *statutum Israeli*, vel *ritus*. Augustinus, *præceptum ipsi Israel*, expressit articulum τὸ, qui respondet litteræ servili scevatæ ל *le*. Chaldaicè, *quoniam præceptum statuit Israeli*. Nomen חק *chok* amplæ notionis est, pro præcepto, statuto, more, jure, ritu. Apollinarius loco ποσὰγ πατος posuit θέσπισμα *oraculum & responsum*, aut *sanctionem divinam*, quamvis dicatur quoque de senatus consulto, aliove humano edicto. Præceptum quidem, lexque ceremonialis extat, notatis ante locis in Levitico, & Numeris.

Et judicium Deo Jacob,) Chaldaicè, *& sententiam judicii Dei Jacob*, nempe statuit Deus ipse Jacob. Explicat Apollinarius quod Populus acceperit responsum, ut justitiam custodiret Regis, seu Dei Jacob,

κλεινον δείδεσσιμα τὸ δ' Ισραὴλος ἐ δεκτο
ἐ υδικί ην βασιλῆος Ιακωβοιό φυλάσσειν

Sensus verò est, quòd jus hoc à Deo Jacob profectum est, vel mos institutus in honorem illius: vel imposita lex, & initum ab eo fœdus, ea conditione, ut sacris conventibus Populus laudes ipsius celebraret. Adeo varia significat vox quoq; שמעט *mispat*: ac verbi quidem gratia pro more etiam citra legem, immò pro more non bono sumi videtur à Samuele, quum ad Populum deterrendum, ne regem haberet, exposuit quodnam jus ejus foret, ideſt, quid exacturus, ut tolebant aliorum Reges Gentium, qui tyrannicè subditos vexabant *b*. Alias docui sæpe synonymas esse voces *præceptii*, *judici*, & quod mox sequitur, *testimonii*, quamvis nonnullum discrimen spectari possit.

b 1. Reg. 8. 9

Testimonium in Joseph posuit illud.) Psalterium Romanum & Hieronymus, *posuit eum*, Græcè αυτὸν. Obscurat sententiam pronomen masculinum, nec id extat in textu Hieronymiano Treveti: & minimè necessarium est sive hujus generis sive neutri, quamvis exprimatur Hebraicè שמו *sciamo*, quod illius linguæ idiotismo, sæpe fit per redundantiam. In Cassiodoro quoque nullum pronomen est, nec in Arnobio. Illud testimonium aptè intelligitur Deum potuisse Joseph: per *eum* quid intelligi possit non video, nisi dicas Græcè quidem esse ἀυτον, νόμον quod tamen antea nomen hic expressum non est: vel ipsummet Joseph significari, ut est Patriarchæ nomen, & per dictum pleonasmum additum sit pronomen. Sic quidem Paraphrastes exponit hoc, & quæ sequuntur *testimonium super Joseph posuit eum, die quo egressus est de domo vinctorum, & dominatus est super terram Ægypti*, vel in textu Nebiensis, ablato pronomine, *testimonium super domum Joseph posuit, qui non appropinquavit uxori domini sui; in illo die egressus est de domo carceris, & dominatus est super regionem Ægypti*. Campensis eodem ferè modo, *ritum illum servari voluit à posteris Joseph, in memoriam ejus quod feliciter versatus fuerit ipse in terra Aegypti*. Favet Arnobius legens, *testimonium de Joseph*. De Josepho eodem Patriarcha videtur Apollinarius longè aliter interpretari, videlicet quòd ipse Populum adjuraverit, hoc est, fratres, & nepotes, ut legem observarent, quem egressus de Ægypto daret Deus. *Post mortem meam*, dixit ille fratribus *c*. *Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam juravit Abraham, Isaac & Jacob. Quumque adjurasset eos, atque dixisset. Deus visitabit vos, apportate ossa mea vobiscum de loco isto*. Apollinarius fortan conjicit alia in lege servanda dixisse.

c Gen. 39. 23 24.

τὴν μ̀ν Ιωσηφος παρεδέξατο μάρτυρα δεσμῶν
ἐρχόμενος το πάροιθεν απ' Αἰγύπτοιο πολήων

Josephus quidem admisit testem sanctionum Discedens antea ab Ægypti urbibus.

Sed tunc discedentem dicere oporteret, & ἐρχόμενον, referendo ad μάρτυρα; vel ἐρχομενος discedentique, dicetur Joseph, ideſt, abiens per mortem. Quidquid sit de Apollinario, aliisve; constituendum est, esse sermonem de Populo ipso, in quo positum, seu cui fuerit impositum testimonium illud, quod aliter antea vocabatur hìc testimonium, & judicium; denique lex, & contestatio legis quæ facta, dataq; est post egressum de Ægypto, mense circiter tertio. Josephi autem nomine placet nunc accipi Populum universum, non solas decem Tribus, ut & alibi non semel docui, agitur enim de re maximè communi toti Populo, ut magis adhuc constabit ex sequentibus. Quamvis autem daremus Agellio psalmum istum esse contra decem Tribus, nil obstaret, quominus hæc generaliter de omni Populo, hoc est, de aliis etiam Tribubus duabus exponerentur. Ut Hugo testimonium in Joseph positum ad nostros martyres applicet, lege, si libet.

Quum exiret de terra Ægypti.) Alii, quum egrederetur ipse *super terram Ægypti*, scilicet Deos vexando Ægyptios tot plagis ut liberaret Populum suum. Id exponit Campensis, quum pugnavisset *adversus Ægyptios*, nempe dictum præceptum, judicium, testimonium de festis celebrandis dedit Deus, in signum, & memoriam istius beneficii. Concedo exire, egredive dici Deum, quum prodit in opus, & super aliquem, quando punit, ut aliis exemplis ex præcedentibus quoque psal. docere possumus: & simile in Abacuc *d*, *egressus es in salutem Populi tui*. Alii, ut vidimus, exponunt, de Patriarcha Joseph, in quo testimonium posuerit DEUS, hoc est, evidens signum, at testificationem benevolentiæ: *quum exiret*, ideſt, ipse Joseph de carcere, eo ipso die, diu tamen post, quo Isaac de cæde, ac immolatione, ut ex R. Salomone Ayguanus refert, *super terram Ægypti*, hoc est, constituit eum Deus Dominum, isque super eam ingressus est, ut gubernaret. Sunt & qui declarent egressum Populum super terram Ægypti, hoc est, liberè magno numero pervagatum, ita ut timerent Ægyptii. Sed non est abeundum ab editione nostra de Populo universo, & egressu ipsius de terra Ægypti, eo modo quem prius dixi, nimirũ ut dictum etiam testimonium positum sit in ipso, seu impositum ei, datumque, quum exiret de terra Ægypti, vel postquam inde egressus est, seu in ipso itinere, vel in memoriam hujusce beneficii. Hæc una de præcipuis caussis in vetere, ac novo item testamento institutorum festorum, ob monimentum & gratiarũ actionem pro divinis beneficiis. Quod autem hìc sit præpositio על *hham*, quæ solet exponi *super*, Genebrardus notat occasionem dedisse alteri illi nunc recitatæ expositioni: tamen esse per parallagen protheseon, ideſt, mutationem præpositionum poeticam, pro מן *min*, ideſt, *de*, quam Interpretes nostri posuerunt. Citra poeticum usum traditur exemplum in Zacharia *e* על שמאלה *hhat semolach* pro מן *min*, *à sinistra*, seu, *à sinistris ejus*.

d c. 3. 13.

Linguam quam noverat, audivit.) Hieronymus, *labium quod nesciebam audivi*. Alii, quædam supplendo in Hebræis vocabulis, שפת לא ידעתי אשמע *sephat lo jadahhti esmahh*, *ubi*, *nempe in terra Ægypti*, *labium*, seu *linguam*, scilicet, *quam non noveram, audiebam*, vel mutando singularem personam in pluralem, *quo*, ideſt, *in Ægyptum quum pervenissemus*, linguam, quam *non didiceramus*, *audiebamus*. Hoc modo lingua peregrina, & barbara esset Populi Ægyptiaci, qui sic etiam cognominatur in psal. 113. *f* quam Populus Hebræus ibi detentus audivit. Interpretes nostri attendentes ad sensum, & continuantes cum priore membro, quod constabat persona tertia, eamdem retinere voluerunt, quamvis Hebraicè sit prima, in qua Propheta velut unũ se de Populo faciens, loquitur. In hoc hærendum est, nec laborandum, ut de Deo ipso, quod Trevetus nonnullos facere refert, interpretemur, quasi dicat, se linguam quam nesciverat, ideſt, lamentationem Populi, quam se audire, & percipere dissimulaverat, audivisse, & exaudisse. Non oportet præterea de ipso Patriarcha Josepho interpretari, quem, ut commiscitur Reverendus Salomon apud Lyranum, Gabr. docuerit Lxx. idiomata, quæ ante non noverat, sed Hebræum dumtaxat, Ayguanus annuit saltem de Ægyptiaco, quod statim divinitus sit adeptus Angeli opera. Sed & hoc gratis dicitur, quamvis nil absurdi contineat. Lyrano videtur, non potuisse in instanti doceri

e c. cap. 4. 35

f vers. 5.

Commentum Judæorum de Lxx. idiomatis, quæ Gabr. Josephum docuisse tradunt, Commentum Judæorum de Lxx. idiomatis, quæ

ceri tot idiomata ab Angelo, & hoc esse debuisse privilegium legis Evangelicæ, & primitivæ Ecclesiæ, cui linguarum donum concessum est. Porrò quod Populus Hebræus linguam, quam prius non noviſſet, audiverit, ideſt perceperit, in Ægypto, ſed poſt egreſſum ex ea, Latini veteſtiores innuunt, quamvis ferè juxta myſticum ſenſum explanent omnia, quæ hìc dicuntur; nam de lege Evangelica interpretantur, quæ traditur baptizatis, quemadmodum ſcriptam accepit Populus poſt tranſitum rubri maris. Arnobius, quem vocant, quaſi eumdem cum auctore operis adverſus Gentes, exprimit id Populo accidiſſe poſt annos 430. Græci conſentiunt, ut Baſilius vel Theodoretus, Euthymius, atque Nicephorus, & quem citat Agellius, Athanaſius, vocem eſſe, qua cum quodam quaſi clangore buccinæ data eſt lex in Sina, & cum tonitruis Populo timeſcente, perterrito, pavore concuſſo, nec Deum ſic loquentem audire amplius valente, & volente *a*. Item opinor cognominat Appollinarius γλῶσσαν ἀεὶ-ζήλπτ, *valde amulandum*, vel pro ἀειδήλπτ, *valde illuſtrem, & præclaram*. Eadem opinio plurium Hebræorum, ut R. Abraham Aben-Ezra, quem ſequitur Flaminius. Sed Arias, Cajetanus, Crucius, Genebrardus, Agellius, alii recentiores non pauci aliam opinionẽ de lingua Ægyptiaca ſequuntur. Janſenius refellit, quia non erat ignota Hebræis hęc lingua, ſaltem quo tempore vi detinebantur adeo multiplicati, & in Ægypto nati, etiam quũ primum eo Joſeph venit, deinde cum omni familia patet ipſius, per aliquod tempus ignoraverint. Profecto non eſt credendum, quod R. Kimhi refert ſenſiſſe alios Rabinos, non eſſe mutatam linguam Hebræam in Ægypto, nec alterius uſum apud Hebræos fuiſſe. Oportuit vel addictos operibus ſervilibus, ejus regioni linguæ uſum habere. Quæ tamen etiam vocari nova lingua nec prius audita, poteſt, non propter idioma, ſed ob minas, exactiones, imperia, convitia, &c. Minus abhorrent à probabilitate, qui de lingua Gentium illarum accipiunt, ad quas egreſſi pergebant Hebræi, tam ut per eas iter facerent, quam ut earum regiones occuparent. Pluribus, at melioribus acquiſcendum, quum etiam faveant, quæ ſequuntur fere tranſcripta ex *b* Exodi libro, dum narratur legis traditio, & ipſismet Dei recitatur oratio, & ſubditur juſſiſſe nomine ſuo renuntiari; *c vos vidiſtis, quod de cœlo locutus ſum vobis*.

Præter communem illum myſticum ſenſum, de lingua nova, planèque inaudita, & intelligibili ei, qui vivat ſecundùm mundum, & carnem, quæ eſt doctrina Evangelica tùm de myſteriis, tùm de Chriſtiana vivendi ratione, ille quoque recipi poteſt de linguarum dono: item de omnium linguarum hominibus ad Eccleſiam aggregandis; ſic fit ut impleatur promiſſio Chriſti, *linguis d loquentur novis*. Quod, & accidit primum in Pentecoſte: *e* & vaticinatio Eſaiæ *f*, *in loquela labii, & in lingua altera loquetur ad Populum iſtum*. Item *g Erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chananæa*. Denique lingua etiam Angelorum *h*, & beatorum promittitur, atque Paradiſi, *ubi audiuntur arcana, quæ non licet homini loqui*, & audire *i*. Qui haurit auribus mentis divina verba, non poteſt quin dicat, *veni* k *& quæ audit, non poteſt non loqui l*, utpote *ex abundantia cordis m*, quia ſicut *qui de terra eſt, de terra*, ita, *qui deſurſum cœleſtia loquitur* n, & *loquela unumquemque manifeſtum facit* o *neque poteſt bona loqui malus p*. Digredi licet volenti in varia linguarum genera cœleſtis, ſpiritualis in hac vita, carnalis, mundanæ, diabolicæ. Philippus Grevæus *q* Cancellarius Pariſienſis malas linguas recenſet ſeptemdecim, diſſolutam, litigioſam, & contumelioſam, detrahentem, ſeminantem diſcordias, improperantem, murmurantem, præcipitem in promittendo, ſecreta revelantem, blaſphemam, magniloquam, adulatoriam, blandam, & ſeductoriam, excuſatoriam, mendacem, duplicem. Plures addi poſſunt, ſatiſque memini legiſſe me opus Italico ſermone *Pungi lingua*, de vitiis linguæ; & nonnulla quoque dixi in hoc ipſo opere. Placuit Eccleſiæ in Dominicæ 3. Quadrageſimæ officio reſponſorium 2. nocturni 2. his verbis recitare applicando ad Patriarcham Joſephum, cujus tunc recitat hiſtoriam.

Divertit ab oneribus dorſum ejus.) Hieronymus in prima perſona, *amovi ab onere humerum ejus*. Hebraicè in prima perſona הסרותי *haſirothi*. Ubi ſupplent alii (*inquit Deus*) ut Cajetanus, & Campenſis; tametſi prior in priore membro Populum loquentem faceret. Trevetus etiam de Deo loquente exponit, quemadmodum præcedens membrum, in quo diceret ſe linguam, i. e. Populi clamorem, quam non noverat, quia differebat auxiliari, noviſse, auxilium tandem præbendo. Interpretes obſcuritatem ſuſtulerunt, quæ ex tam ſubita plurium perſonarum naſceretur mutatione, omnia tribuentes Deo, de quo Prophetam inducunt in tertia perſona loqui. Divertere idem eſt quod amovere, ſubducere, liberare, quieſcere, facere, quod Apollinarius ait ἀναπαύεσθαι. Servitutis durioris conditio onerum geſtatione, & dorſi, humerive aggravatione deſignatur quoque in Pſ. 63. *r Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro:* & in 68. *ſ Dorſum eorum ſemper incurva*: & in 128. *t Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores.* Id ſibi præterea vult *virga humeri* u *onus in humero, jugumque in collo* x *ſervire humero uno* y *ſubjicere, humerum, & portare* z, *onera imponere in humeros aliorum gravia, & importabilia a*, qua dicendi figura lex vetus appellata eſt à Petro *b* & ſæpe calamitates onerum vocabulo nominantur à Prophetis, quod nomen משא *maſa* quum irreverenter proferretur à nonnullis, indignatus eſt Deus *c*, Chriſtus vero pro gravi, ad ſuum leve invitavit *d*. Narrantur in Exodo *e*, onera, quibus Hebræi (nec enim de Joſepho Patriarcha commodè hoc intelligitur, quiquid Lyranus, & Ayguanus dicant) affligebantur, & opprimebantur, & impoſita iiſdem opera dura luti, palearum, lateris, omniſque famulatus, & flagellatio. Deſcribunt hæc fuſiùs Philo *f*, & Joſephus *g* addentes ædificiorum publicorum, & privatorum extructionem, foſſarum foſſionem, convectationem materiæ continuam, negata etiam ſomni facultate, ita ut alii poſt alios emorerentur peſtilentia, exportationem ſordium, & ſtercorum quã Lyr. clarè nominat, & ſatis innuit Auguſtinus. De his omnibus non nihil dixi ad c. 7. Actuum Apoſtolorum *h* plura Exodi enarratores, tum vero noſter Pererius *i*. In aliis præterea ſcripturæ locis legimus *in cervicibus catenas, ut rectis incedere non liceret k*, item *fornacem ferream l*. Notat porro æquiſſimum judicium Dei Bochius, ut per quæ peccavere in Hebræos Aegyptii, per eadem poſtea puniti ſint. Nam ſcribit Rhodiginus *m*, ea illos olim obiiſſe munia, quæ nunc in Italia bajuli, & cognominatos ἀχθοφόρους, *onerum geſtatores*, & πλινθοφόρους, *laterum portatores*. Citat, & Ariſtephanem *n*,

Δύ' ἅρματ' εἰσέδυκε, κ' νεκροὺς δύω,
Οὓς οὐκ ἂν ἄραντ' ἐκατὸν Αἰγύπτιοι,
Currus impoſuit duos, ac mortuos totidem,
Quos nec Aegyptii quidem tollerent centum.

Idem *o*, uſurpat cognomen πυγιθοφόρων; & illud aliud jam abiit in adagium, *Aegyptii centum non tollerent*. Sed neſcio an vetuſtior non fuerit cauſa, cur ita ſaltem cognominari poſſent Ægyptii, quam poſt illud tempus, quo ſic male tractaverunt Hebræos. Ob limum enim, quem Nilus invenit, effodiendæ ſemper in Ægypto lacunæ fuerunt, limuſque exportandus, & ſuppetebat ibi lateribus copioſe argillacea materia.

Moraliter præter id quod attigit de gravi onere diaboli, mundi, carnis, peccati, conſcientiæ perturbatæ, fomitis, qui, & exactores duri vocari poſſunt, & cujus rei typus *mulier inclinata, nec omnino valens ſurſum reſpicere*, eo quod *eam ſatanas alligaſſet p*, nec non de levi Chriſti, & legis Evangelicæ, & conſiliorum, & virtutum omnium, adde onera graviſſima utriuſque, & politici, & Eccleſiaſtici magiſtratus, honoris, officii, dignitatis, humeris etiam plusquam Atlantæis, Angelicisque formidanda, ad quæ curritur tamen aviditate tanta, ſed cum ruina ſub iis cadentium, & obtritorum. Sane quidem jonagros in religionis deſerto degentes onera hæc ambire omnino decet; & ſabbato vacantes divini cultus, & contemplationis, *pondera portare, & per portas Jeruſalem*, ubi viſio pacis eſt, *inferre*, prohibet Deus *q*.

Manus ejus in cophino ſervierunt. Hieronymus contrario ſenſu, *à cophino receſſerunt*. Alii, *ab aheno, cacabo, olla, &c.* Ut ſcilicet non amplius hæc inſtrumenta fictilia coquerent, & conficerent. Vertunt alii *pyram, & rogum* legentes מכור per ר in fine, quod Hebræi verſari cogerentur in fornace, ut ante dixi. Tunc eſſet ex nomine מרורה *medurah* detracta littera ה *he*, quum non reperiatur aliud nomen, quam hujus formæ in ea ſignificatione. Nunc legitur cum præpoſitione nomen פרור *dud* פרור *middud*, quod *caniſtrum* redditur, apud Jeremiam *r*, & in hiſtoria Regum *ſ* rurſus *cophinus*: quamvis R. Kimhi putet ſignificare etiam *ahenum, caldariam, lebetem, ollam, cacca-*

Gabrici Joſephum doceſſe tradunt.

Primitivæ Eccleſiæ linguarum donum conceſſum.

a Exod. 19. 16. 19. c. 20. 18. 19.

b c. 10. 1. & ſeq.

c verſ. 22.

d Marc. ult. 17.
e Act. 2. 4.
f cap. 28. 11.
g c. 19. 18.
h 1. Cor. 13. 1
i 2. Cor. 12. 4
k Apoc. ult. 17
l Act. 4. 20.
m Matt. 12. 34.
n Jo. 3. 31.
o Matt. 26.
p Matt. 12. 34.
q Ser. 175. in Pſalm.

t verſ. 12.
ſ verſ. 34.
t verſ. 3.
u Eſa. 9. 4.
x c. 10. 27. c. 14. 25.
y Soph. 3. 9.
z Eccl. 6. 26 Geneſ. 49. 15
a Matt. 24.
b Act. 15. 28
c Jer. 23. 33 & ſeq.
d Matth. 11 ult.
e c. 1. 11. & ſeq. c. 2. 23. c. 6. 7. 8. 9. c. 5. 6. & ſeq.

f l. De vita Moyſis.
g l. antiq.

h verſ. 19.
i Diſput. 25.
k Levit. 26. 13
l Deut. 4. 20 3. Reg. 8. 51. Jer. 11. 4.
m l. 16. c. 3.

n in ranis.

o in avibus

p Luc. 13. 11. 16.

q Jer. 27. 12

r c. 24. 1.
ſ Li. 3. 10. 7

vacabum. Pro, *ſervierunt* ἐδουλάσαν, propterea Hieron. A interpretatus eſt, *receſſerunt*: quia nunc extat verbum cum littera ר à themate עבר *hhavar*, *tranſire*, nempè חעבקנה *thahhavorenah*; LXX. vero cum ר videlicet חעברנה *thahhvodenah*, quod ſignificat *laborare*, ſicut etiam Illyricè transfertur. *Cophinum* autem retinendo, verbumque *ſervitudi*, primum rejicienda expoſitio de Joſeph Patriarcha, cujus meminit Lyranus, & Ayguanus, quod menſæ Putipharis miniſtraverit, portando, & aſportando panes, ciboſque alios in cophinis, quod erat honeſtius opus; quam ad grana mundanda, vel expotandum fimum, & ſimilia. Favet quidem Origenes *a* diſertè dicens hic de Joſeph ſcriptum eſſe, niſi fortè per illum voluit Populum intelligi. De Populo enim ſermo, eſt, qui cophino geſtabat paleas, lutum, lateres, nec non ut indicat Auguſtinus, mundabat ſtercora, & alia ſervilia opera obibat. Deniq; cophinis, vel corbibus vilis quælibet ſervitus, ut ait Priſcianus, exercetur, & Vegetius *b*, ac Iſidorus *c* cophinum eſſe dicunt corbem, qua terra portatur. Sed dictum quaſi covum, i.e. cavum non credo Iſidoro, cum ſit Græca vox κόφινος, ſignificans, ἀγγεῖον πλεκτὸν, ſcilicet è vimine. Ut autem etiam Boeticam ſignificat menſuram, capientem 3. congios, ſive 18. ſextarios, non facit ad rem præſentem. Fatale ſervis Judæis videtur hoc ſervitium, quod poſt exciſa Jeroſolyma exercuiſſe etiam in Urbe teſtantur id iis exprobrantes Juvenalis *d*, & Martialis *e* eorum nominantes cophinum fœnumque ſuppellectilem, & ciſtiferos cognominantes: poſt quos Sidonius *f* etiam vocat Iſraelitam cum cophino. Eodem vaſe Judæos, & emendicaſſe, & quod hodieque factitant, ſulphurata geſtaſſe ad vendendum, vitraque fracta ad coemendum, probat Baronius *g*, ex iiſdem Juvenale *h*, ac Martiale. *

Quod attinet ad myſticum ſenſum, Hugo cophino, & ſportas obſervat, in quibus texendis olim monachi occupabantur; confeſſarios verò in iiſdem ſervire, quia fordes peccatorum efferunt de Eccleſia. Caſſiodorus, & Dionyſius explicant de ipſiſmet peccatoribus, qui antequam convertantur, in vaſis immunditiarum, ac ſordium ſerviunt legi peccati, peccato, dæmoni. Auguſt. & alii cophinos præterea dicunt eſſe viles, abjectos, contemtibiles quos elegit Deus buccellis implendo *i*. Is quem vocant Hieron. ſignificari docet, quod Populum ſuum Chriſtus in deſerto iſtius ſæculi panibus paſturus erat, & in duodecim cophinis, h.e. Apoſtolis, id quod ſuperarat, ac perierat, in totidem Tribubus ſalvaturus. Ambroſius *k* non diſſimili allegoria utitur, Populum, qui ante lutum in cophinis colligebat, jam per crucem Chriſti, vitæ cœleſtis operari alimoniam, & eo fidei cibum congerere, ubi erat ante cœnum gentilis perfidiæ: id verò non paucorum eſſe, ſed omnium, quia per duodecim cophinos tamquam Tribuum ſingularum, fidei firmamentum redundat; *pane* namq; *confirmari cor hominis l*, ex Origine *m* mutuatus videtur Ambroſius: docet namq; pro numero Tribuum cophinos fuiſſe, quos collegerunt, nihilominus etiam nunc eſſe, ac futuros apud Jeſu diſcipulos turba præſtantiores, quæ non poteſt comedere, i.e. multitudinem, ac magnitudinem percipere myſteriorum. Albertus *n*, & alii de conſiliis Evangelicis interpretantur: Cyrillus *o* de fructu libertatis; aliter Auguſtinus *p*.

In tribulatione invocaſti me, & liberavi te.) Additum eſt pronomen, *me* Chald. *in tempore tribulationis Ægypti*. Meretur abſolutum hoc nomen ea tribulatio, quam in Ægypto Populus Hebræus paſſus eſt, de qua non nihil prius attigi. Congruit vox Ægypti, quia צרה *ſrah tribulationem* anguſtamve ſignificat, inde autem dictam volunt מצרים *miſraim*: quamvis antiquius vocabulum ſit Ægyptiaca Populi Hebræi captivitate, nempè à Meſram filio Cham, qui parens Ægyptiorum erat *t*. Quo pacto Populus conceptis verbis invocaverit Deum non extat, ſed *ingemuiſſe* dicuntur, & *vociferati, propter opera, aſcendiſſeque clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiviſſe gemitum eorum, ac recordatus fœderis, quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Jacob, & reſpexiſſe filios Iſrael, & cognoviſſe eos u*: dixiſſe præterea Moyſi, quem mittere volebat liberatorem, *vidiſſe ſe afflictionem Populi ſui in Ægypto, & clamorem ejus audiiſſe, propter duritiam eorum qui præerant operibus, & cum ſciret dolorem ejus, deſcendiſſe ut liberaret eam de manibus Ægyptiorum, &c. Clamorem enim filiorum Iſrael veniſſe ad ſe, vidiſſeque afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimerentur x*. Nihil benignius, lenius, mollius dici aut fingi poteſt. Probabilis non adeo videtur opinio Ayguani de Joſepho Patriarcha; quem in carceris tribularione Deus clamantem exaudiverit, & liberaverit, ac *Ægypti dominum conſtituerit y*. Magna vis orationis, & facilitas ad impetrandum, quod in preſſuris petitur, ut Cyprianus *z* docet.

Exaudivi te in abſcondito tempeſtatis.) Hieron. *tonitrui*. Aliqui explicant, quod in abſcondito orantem Populum, & videns ipſe in abſcondito ingemiſcentem, nec liberè queri audentem, exaudiverit, ſe reſponderi ei Deus, tonitru edito prodigiorum in Ægypto, & mari rubro. Vel, metaphoricè loquendo, quum Populus veluti abſcondebat ſe à tempeſtate ſeu tonitru calamitatũ, quas infligebant Ægyptii. Facilior ſenſus, ut Deus ipſe in abſcondito tonitrui reſpondiſſe, ac exaudiviſſe dicatur, videlicet, quaſi latens in nube, eo modo quem dixi in paraphraſi, non autem, ut quidam volunt, quando legem dedit etiam cum tonitruis. Tunc non tam exaudivit, quamvis reſponſum dedit; quod etſi verbum Hebr. poteſt ſignificare cum affixo אענך *ehhencha*, non ita Græcum επηκουσα. Pertinere ad eamdem abſconſionem poteſt, quod *tunc erat nubes tenebroſa* verſus Ægyptios, *& illuminans noctem*, ubi verſabantur Hebræi, *ita ut adſe invicem toto noctis tempore accedere non valerent* Ægyptii *a*; *quum ſtatim ventus urens excitatus eſt, qui ſiccavit mare b, & ingreſſis Ægyptis c manè reſpiciens Dominus ſuper eorum caſtra per columnam nubis, & ignis* (tamquam ibi deliteſceret) *interfecit exercitum eorum d*. Denique ad eumdem facit ſenſum, Deum exaudiſſe in abſcondito tempeſtatis, Hebræos abſcondendo, ac tegendo, ne læderentur ea ſeu tonitruo, fulmine, igne, quæ in Ægyptios mittebantur, quamvis, quod videtur Agell. negare viderent, & audirent. Hac de re regimus alias *e* Paraphraſt. indicat hoc idem, *reſpondi tibi in loco abſcondito domus majeſtatis meæ, perſonantibus coram merotis igneis*. Expoſitio aut etiam illa Aygu. de abſconſione carceris, tempeſtateq; tribulationum, quas pateretur Joſeph Patriar. recipi non debet, quamvis & ad eum, & ad quemlibet alium præſertim juſtum in tribulatione clamantem ad Deum applicari locus hic valeat. Ambr. *f* quidem ſic intellexit, abſconditum tribuens D oranti in abſcondito, propter tempeſtatem tribulationis quamvis tolerat. Eſt n. ait, quædam in tribulationibus interna peccatorum ſæva tempeſtas, quando ſunt foris pugnæ, intus timores. Subdit multa de admittendo Dei verbo intra cordis noſtri abſcondita, excludendoq; diabolo; præterea ut juxta Chriſti præceptum. *Patrem clauſo oſtio oremus, & in abſcondito g*, illo deſcendat oratio ubi eam audiat, qui ſcrutatur abſcondita, ibi patientiam deprehendat vel tegendæ injuriæ, vel jactantiæ declinandæ, ibi latibulum ſapientia habeat. Gregorius *h*, ait certanti animæ hoc Deum loqui; abſconditum verò tempeſtatis eſſe, quum in corde contrito cogitationum tentantium fluctus intumeſcunt, quum contra amoris ſancti ſtudia curarum ſæcularium ſe tumultus illidunt; in abſcondito tempeſtatis animam audiri, quia clamor deprecantis eſt hæc ipſa tribulationis fluctuatio.

Alio quodam modo exaudit Deus in abſcondito tẽpeſtatis, quia ibi ſeſe abſcondit, obſervans nos, & compellens ut ad eum recurramus, tamquam pueri ad matrem: *reſpondet de turbine*, ut olim Job *i diluvium inhabitis ei, facit* k, & inhabitat (ut alii reddunt,) & ſedet, quaſi ibi tri-

---

Verſ. 8.) In tribulatione invocaſti me, & libera vi te: exaudivi te in abſcondito tempeſtatis, probavi te apud aquam contradictionis.

Senſus loci.

JAm inducit per aliquot ſequentes verſus Deum ipſum loquentem. Dicit autem in hoc verſu Deus, quod quũ apud Ægyptios Populus in maxima tribulatione conſtitutus, ipſius imploravit auxilium, exaudivit clamorem ejus, & adeò multis, ac magnis prodigiis liberavit: *q* deinde quod quando egreſſus, inſequentes pone, formidaret Ægyptios in anguſtiis deſerti, mariſq; concitavit, latens quodammodo *in columna nubis, & ignis*, validam tempeſtatem fulminum, ac tonitruum, qua *ſubvertit rotas curruum ita ut interfecti ferrentur in profundum r*: tandem quod ipſo progrediente per deſertum, edidit plura potentiæ atque bonitatis argumenta, ſimulque periculum fecit, an is illi firmiter crederet: ut, cauſſa exempli, ad eas aquas miraculo expreſſas, quæ ob pervicaciam, murmurationemque adverſus Moyſen, an Aaronem, Deumque ipſum, cognominatæ ſunt *aquæ contradictionis ſ*.

a *Matt.* 14.

b *l.* 2. *de re mil. c.* 20. & *ult.* & 1. *de re vet. in c.* 56. *lib.* 2. *c.* 33.

c 2. *etym. c.* 9 Κόφινος.

d *Satyr.* 3. & 6.

e *lib.* 5. *epig. in* 17.

f *l.* 7. *Epiſt. in* 6.

g *Tom.* 1. *annal. anno* 54

h *Satyr.* 2. 5. 6.

* *lib.* 12. *epiſt. in* 57. & *lib.* 1. *in* 44. Senſus myſticus.

i *Matt.* 14. 20.

k *lib.* 6. *in* 6. *Luc.*

l *pſ.* 103. 16.

m *in Matt.* 14.

n *ibidem.*

o *l.* 1. *in Joel. cap.* 18.

p *l.* 83. *q.* 161.

q *Exod.* 2. & 3. & 9. & 10. & 11.

r *Cap.* 14. 24. ſ *Num.* 20. 13 24. *c.* 27. 14. *Deut.* 32. 51. *c.* 33. *Exod.* 17. 12. *Ez.* 47 19. *Joſeph.* 3. *antiq.* 6. 1.

t *Gen.* 10. 6.

u *Exod.* 2. 23. 24. 25.

x *Cap.* 3. 7. 8. 9.

y *Gen.* 41. 41

z *Epiſt.* 77.

a *Exod.* 14. 20.

b *verſ.* 21.

c *verſ.* 23.

d *verſ.* 24.

e *Pſa* 76. 17. 18. 19.

f *Præfat. in Pſal.* 45. Interna quædam eſt peccatorum tempeſtas.

g *Matt.* 6. 6.

h *26. Moral.* 10.

i *Cap.* 38. 1.

k *Pſ.* 28. 9.

triumphet, atque majestatem, & magnificentiam potissimum declaret. Ad hæc, quod in absconditio tempestatis esse dicatur Deus, & in tempestate absconditi, qua percellit punitque peccatores, indicat quam invitus veluti hoc faciat, *ut alienum à se, ac peregrinum opus a.* Deinde absconditum tempestatis', i. e. tribulationis dicitur quia sæpe nos latent causæ illius: & eam patienter tolerantibus revelat Deus non raro arcana mysteria sua, & per eam homo absconditur ab oculis hominum, *& vitam absconditam habet cum Christo* (prout mortalem vitam agebat *verè absconditus b*, quamvis Deus etiam esset) *in Deo, donec appareat cum illo in gloria c*, & vult humilis esse, ac patiens non talis videri, nominari, celebrari. Item interior tempestas, & occulta maximè periculosa est illa, quæ non maris est, sed cordis, ut loquitur Augustinus: denique in absconditio tempestas ab Hugone dicitur tranquillitas præcipuè in corde martyrum, apud quos licèt cæderentur, non murmur resonabat, non querimonia, sed corde tacito mens benè conscia conservabat patientiam, quod de confessoribus etiam suo modo verum est, Idque omni viro justo, tribulationes patiente.

a Isa. 28. 21.

b Ps. 45. 15.
c Coloss. 3. 3.

Probavi te apud aquam contradictionis.) Hieron. *super aquam contradictionis.* In aliis Latinis Psalteriis, & apud Gregorium *d*, *ad aquas*, apud Cassiodorum *ad aquam*, apud Augustinum, Arnobium, Ambrosium *e*, *in aqua.* Indicavi priùs loco, in quibus hoc narretur. In iis dicitur Populus jurgatus, & murmuravisse contra Moysen, tantum non lapidando eum, & tentavisse Dominum, & conveniisse adversus Moysen, & Aaron, versiq; in seditionem; & vocatæ aquæ contradictionis מריבה *merivah ἀντιλογίας*, dici possent etiam litis, jurgii, contentionis. De re ipsa dictum psal. 77. *f*, & an semel, bisve contigerit extractio aquarum de petra. Probare voluit Deus permittendo aquæ penuriam, ac tentare Populum suum, h. e. efficere ut ipse se ipsum cognosceret, intelligeretq; quamvis parũ crederet, ac fideret Deo, post visa tot, & tanta mirabilia illius opera in Ægypto, & in mari rubro. Populum è contrario tentavit Deum, eique contradixit; ita ut loco duplex nomen esset, non solum quod jam dixi, sed etiam *Tentatio* g מסה *massah πειρασμὸν. h* In psal. 49. quod legimus, *secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri*, extat Hebraicè כמהבה כיום מסה *chimrivah cheiom massah, sicut in Meriba sicut die Massah*, h. e. eo die quo fuistis in Massah. Probare sæpius, ac ferè semper per ignem Deus scribitur: nunc etiam per aquam: interdum præterea *transire* dicuntur *per ignem, & aquam i*, qui diverso genere tribulationis exercentur, ut alibi *k* vidimus. Tritus Augustini, & aliorum sensus tropologicus, de contradictione, quamvis hi, quibus dimissa sunt peccata, & sic exauditi sunt in absconditio tempestatis cordis, pieq; vivere in Christo volunt, experiuntur ab aquis resistentium pietati gentium, ac Populorum, quos *aquæ* designent *l*, *& frementium meditantiumq; inania, & convenientium adversus Dominum, & adversus Christum ejus m*; nec non de contradictione, quamvis excitant mali Christiani aquis baptismi tincti. Exagitatores bonorum, insultatores, detractores, dehortatores, minantes etiam ubi possunt deterrentes, deprimentes. Consentit Gregorius *n* dicens quia omninò non desunt, qui bona quærentibus suadere perversa moliantur, aquas contradictionis esse Populus resistentes: & quia tunc probatur desiderium, cum aliqua ei diversitate resistitur, rectè hìc dici *probavi te ad aquas contradictionis.* Quidquid præterea intus, foris que adversatur veritati, & virtuti, *contradictionis aquarum* vocabulo nominari potest. Esse aquam contradictionis, inquit Ambrosius *o*, quando quodam velut maritimi salis æstu fluctuant nostræ cogitationes, nec in ulla profundo mentium definitionis stabilitate placidantur: hanc solo posse Christi sermone sedari, quo peccata nobis nostra dimittit: aquam factum esse, ut aquam istam sua gratia temperaret, & amaritudinem impietatis auferret. In fine est סלה *selah*, & διαψαλμα, saltem in codicibus Græcis correctis. Certè illud munus hìc potest habere, quod ei tribuitur inter alia, ut meditationem rei notabilis exigat.

d 16. Moral. cap. 10.
e Præfat. in Ps. 45.

f Cap. 3. 9.

g Exod. 17. 7.
h vers. 8.

i Ps. 65. 12.
k ibidem.
Sensus tropologicus.

l Apoc. 17. 15.
m Psal. 2. 2.

n 26. Moral. cap. 10.

o Præfat. in Psal. 45.

Vers. 9.) Audi Populus meus, & contestabor te Israel si audieris me.

Vers. 10.) Non erit in te Deus, recens, neque adorabis Deum alienum.

Sensus loci.

VIderi potest hæc illa vox, quam vers. 6. Propheta dixerat auditam, quum eam antea Populus non noAvisset. Quidquid sit, revocat ipsis Dei verbis idem Propheta in memoriam singulare admodum datæ legis beneficium, in qua præfatus est hoc, quod hìc habetur, & sequentis versus undecimi primi parte. Scribitur in Exodo *p locutum Deum sermones hos, ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis: non habebis Deos alienos coram me; non facies tibi sculptile*, &c. Hic ordo immutatus est, quia quod est in undecimo versu, præcedit in Exodo. Ait igitur Deus, se contestaturum sicut olim fecerat in monte Sion, ac nunc quoq; contestari Populum suum, ut excipiat monita præceptaq; ipsius maximè verò, ut nullius admittat novi, & peregrini aut ab hominibus excogitati, aut à dæmonibus traditi, cultum, ac venerationem Dei, contentus fide, atq; religione unius veri, ac æterni, qui sit ipsemet nunc, ut ex tunc loquens, & commonens palàm, apertè, seriò, ut Bignorationis alterius ve prætexi excusationis causa non possit; idem præterea, quem patres eorum jam inde ab exordio mundi crediderunt, & coluerunt.

p Cap. 20. 2. 64. 4.

Audi Populus meus.) Hieron. & Auctor libri de prædestinatione, & gratia *q* apud August. *r*, *populus meus:* sed nominativi terminationem pro vocativo, ac nominativum ipsum poni, alias docui; & posset exponi, *ò tu, qui populus meus es:* eodemque modo in similibus aliis. Audientia verò jure requiritur in re tanti momenti, sicut etiam vidimus in primis verbis psalmi 77. *attendite popule meus*, ubi est tamen in nominativo λαὸς. Quid eos, ait citatus ille Auctor, volebat audire, quibus cum testificatione loquebatur; quid utiq: nisi mandata vitæ? Citat quoq; Baruch *s*, *audi Israel mandata vitæ.* Probat autem ex sequentibus ad audienda mandata Populum hìc invitari; *Ego enim sum Dominus Deus tuus*, &c. præterea ex Christi verbis *t*, *hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum*, &c. Populum suum vocat Deus, quamvis peccatorem, non solum quia eximere se ab ejus dominio peccando non potest, se ut partim hac leni, benignaque C compellatione percellatur ejusdem ingratitudo, partim pervicacia frangatur, partim accendatur in Deum amor. Si Michæas *u* præfatus, *audite, quæ Dominus loquitur*, &c. inducit Dominum loquentem: *popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Quid eduxi te*, (h. e. quod hic in psalmo subditur, *de terra Ægypti, & de domo servientium liberavi te; & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? populo meus memento, quaso*, &c. In inferno ipso divitem constitutum vocat *Abraham credentium*, alioqui *pater filium x* ut acerbius cruciaret hoc vocabulo, quam igne ipso.

q Cap. 1.
r Tom. 7.

s Cap. 3. 9.

t Joh. 17. 3.

u Cap. 6. 1. & sequent.

x Luc. 16. 25.

Et contestabor te.) Græci in præsenti, διαμαρτύρομαι Hieron. *contestor te*: quamvis futuri temporis verbum Hebræum sit, nectit autem illud verbum cum nomine sequenti, *contestor te Israel*, In Psalterio Rom. & vetere, apud August. Cassiodorum, & Auctorem, quem dixi lib. de gratia, & libero arbitrio, *audi populus meus, & loquar:* Videntur hi versum istum confudisse cum alio ex psal. 49. *y*, *audi populus meus, & loquar, Israel, & testificabor tibi.* Contestari διαμαρτύρασθαι, יעד *jahhad*, pro quibus præter illa, *& loquar*, habent, quos citavi, *Israel, & testificabor tibi*, est *pactum sancire*, vel, *cum adjuratione testificari, adhibitis quasi testibus vel conscientia ipsiusmet teste, cum quo fit sermo, quidpiam confirmare, convincere argumentis, inclamare, minari*, ut memini docuisse me in commentario Actuum Apostolorum, & prioris epistolæ Petri. Theodoretus quidem, ac Basilius explicant leges proponi cum inobedientiæ pœna, cumque obedientiæ utilitate. Significat præterea verbum Hebræum יעד *jahhad convenire, condicere, promittere*, quæ notiones sunt etiam ad rem: nec dissimile aliud verbum עוד *hhud* in *hiphil* העיד *hehhid*, unde est hujus loci futurum. Videtur Appollinarius legisse utrumque, *& loquar, & contestabor.*

y vers. 7.

Κέκλυθι λαός ἐμος, λέξωδέ τι ἄσιμα μύθοις
Μη τι ἐμῶν ἐπέων ἐπιλήσεαι Ισραὴλε.
Audi Populus meus, dicam vero tibi aqua verbis,
Non aliquid meorum verborum obliviscaris Israel.

Cur loquar? ait Jeremias *z*, *& quem contestabor ut audiat: Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini manifestum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.* Explicat ille locus hunc nostrum. Alius adhuc apud eumdem *a* clarior; *vociferare omnia verba hæc in civitatibus Juda, & foris Jerusalem, dicens. Audite verba pacti hujus; & facite illa; quia contestans contesta-*

z Cap. 6. 10.

b cap. 11. 6.

status sum patres vestros in die, quæ eduxi eos de terra Ægypti, usque ad diem hanc; manè consurgens contestatus sum, & dixi, audite vocem meam.

Israel.) Parum refert jungere hoc nomen præcedentibus, quod facere aliquos monui, vel sequentibus, quod plures faciunt.

Si audieris me.) Hieron. videtur hìc terminare sententiam. Alii conditionalem rejiciunt usq; ad illa *dilata os tuum, &c;* ut invitet populum Deus ad quidlibet liberè petendum, si has adhibeat conditiones obediendi, nec ullum aliud numen colendi præter ipsum, utpotè qui ille ipsi sit adeò bene de illo meritus, qui eduxerit eum de Ægypto. Prior: modo esset bis exigere attentionem, quasi diceret, audi Populus meus, & si audis, contestabor te ò Israel, ideſt commonefaciam te. Utrobiq; emphasis, & quod bis audientia exigitur, & quod nomine proprio Populus compellatur, & quidem eo nomine quod religionē Patriarchę Jacob redigit in memoriā. Quid si vim habet particula אם *im* optandi h.l. sicut alibi, & quemadmodum Latina particula *si*, & Græci εἰ: Ita illud, *si occideris a Deus peccatores*, quidam interpretantur, *ò si occidas.* Potest præterea juramentū indicare, ut ibi, *b, si David mentiar;* & *c si introibunt in requiem meam*, significare Deus desiderium, ut quæ dicere velit audiantur; ad eum modum, quo recitavi ex Michæa *d, memento quaso, &c.* vel asseverationē, & jusjurandum de his, quę sequuntur postea in psalm.

Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Hieron. *non sit in te Deus alienus, & non adores Deum peregrinum.* Paraphrastes nominat idola alienigenarum; & profana vel peregrina. Ita Deuter. *e* conqueritur Deus; *immolaverunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant; novi recentesq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Hoc loco זר *zar* significat alienum, & extraneum, seu à cohabitatione, seu à conjunctione sanguinis, seu à civili societate, seu ab unitate religionis: is autem, qui talis semper alteri est veluti recens, ac novus, & πρόσφατος, quod nomen Græcum, etsi propriè denotat recens occisum, generaliter dicitur de recenter dicto, & facto, ac simpliciter de recente. Sic distinguunt hoc, & membrum sequens: ut Deus recens sit quem, ut modo recitavi ex cantico Moysis, non coluerint patres, aut ne cudat, & fabrefaciat novos Deus: Deus alienus is, quam colant aliæ gentes: præterea ut illis verbis, *non erit*, opinio, & fides inhibeatur, aliis *neque adorabis*, cultus exterior. Declarant Euthymius, ac Nicephorus perinde, ac si loquatur Christus N. Testamenti conditor, dicatque, si crediderit Populus ei ut Deo, securus sit, quod sic legem suam, quæ olim data est, non transgredietur, quoniam licèt in legem sit scriptum, *non erunt tibi alii Dii præter me*, se alium Deum non esse. Utraque Glossa interpretatur de Christo, seu Verbo Patris, quod ipsi coæternum est. Prior id August. docuit, & post illum, passim Latini ceteri. Differit fuisse Aug. adversus falsas de Deo tùm Paganorum, tùm Hæreticorum sententias, quæ in impietatis vanitate concordent, & similes videantur vulpibus à Samsone colligatis f, *quas præcipiat capi* auctor Canticig, *vineæ demolitrices.* Ambrosius hinc *h* quoque argumentatur Filio priorem Patrem non esse. Nam si Patre posterior est, inquit, recens est: & si unius non est divinitatis, alienus est. Sed nec posterior, quia recens non est: nec alienis, quia est Patre natus, &c. & si alienum putant, cur adorant eum, quum scriptum sit; *neque adorabis Deum alienum?* At si non adorant, fateantur; & finis est, ne quem sub religiosi nominis professione decipiant. Eodem ad idem testimonio utuntur Athanasius *i*, Cyrillus Alexandrinus *k*, Epiphanius *l*, Basilius *m*, Nazianzenus *n*. Citat Euthymius *o*, duos ultimos, & præterea Cyrillum in Joannem *p* argumentantem etiam ex verbis Christi *q antequam Abraham fieret, ego sum*, eosque sensu exponit Cyrillus prima Joannis verba, *in principio erat verbum*, & ex istis confirmat. Adde Cyrilli epistolam ad monachos recitatam tom. 1, Concilii Ephesini: Nysseni præterea ex oratione ad Simplicium de Filio testimonium de hac eadem re Nicætas *r* profert, dicentis item, quod *alienum oves non audiunt f*: Affert is, qui creditur Hieron. tropologiam, *cui Deus venter est t*, Deum ei recentem esse: quotcumq; vitia habemus, quotcumq; peccata, tot recentes habere deos: si iraſcar, iram mihi Deum esse; unumquemq; enim, quod capit, & veneratur, hoc illi Deum esse: avarum, aurum Deum habere; nostrum Deum virtutem (quia scil. ad verum Deum refertur) aliorum, vitia. Hugo idem attingit; præterea de illis, qui delectentur novis magistratibus, &

a Ps. 138. 19.
b Ps. 88. 36.
c Ps. 94. 11.
d Cap. 6. 5.
e Cap. 32. 17.
f Judic. 15. 4. & seq.
g Cap. 2. 15.
h 1. de fide cap. 5.
i Dialog. 3. de Trinit.
k 2. Thesau. c. 20. 4. c. 2.
l Hær. 74.
m 2. cont. Euno.
n Orat. 2. de filio.
o Panop. 1. sect. 11.
p lib. 12. c. 1.
q Joh. 8. 58.
r 5. Thesau.
s Joh. 10. 5.
t Phil. 3. 19.

Adant substantiam suam ad delendos reges u, i.e. deponendos Prælatos; & sic *mutare student Deus suos x Antiquus dierum Deus y est, nec transgrediendi termini antiqui, quos posuerunt patres nostri z*, sed moribus antiquis stare res debet nostra, sicut stetit hactenus. Veteres Romani caverunt serio, ne peregrini dii, sacrave admitterentur, ut notavit h. l. Bochius ex Cicerone *a*, Livio *b*, Dione *c*, Dionys. Halicarnasseo *d*, Val. Maximo *e*, Propertio *f*: & de Atheniensibus, Scythis, Persis, ex Josepho *g*, Herod. *h*, Isocr. *i*, Xenophonte *k*, Platone *l*, & de Argivis, ac Aginetis ex Athenæo *m*: & de Siculis iterum ex M. T. *n* Adde de Romanis Servii testimonium, simulq; de Athenienſ. illud Virgilii *o*.

Veterumve ignara Deorum.

Lex una Romuli erat, & in XII. relata tabula *p* Deus peregrinos ne colunto: separatim nemo habeat deos; neve novos, sed nec advenas, nisi publicè accitos, privatim colunto divos; & eos qui cœlestes semper habiti sunt colito. De iisdem Romanis cecinit ille *q*.

Nulli cura fuit externos quærere divos,
Quum tremeret patrio pendula turba sacro.

Lectu dignissima Mœcenaris ad Augustum oratio *r*, qua hortatur ut peregrinarum religionum Auctores odio, & suppliciis prosequatur, non deorum modo gratia, quos qui contemnit, haud dubiè nihil quoq; aliud magnifacit sed propteréa etiam, quod qui nova numina introducunt, multos ad legum peregrinarum usum pelliciunt, inde conjurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minimè unius principatui commodę res. Tertullianus *s* veteris meminit decreti, ne qui Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus: Tyberium veritatem divinitatis Christi annuntiatam sibi ex Syria Palæstina, ad Senatum detulisse, cum prærogativa suffragii sui: Senatum quia non in se probaverat, respuisse. Objiciebant id nobis Ethnici, Eusebio *t* teste patrias leges servare oportere μηδὲ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, *nec movere immovenda*: alii, χορδὰς οὐ κινοῦσας, *chordas non movendas*: incedere, & in equi majorum pietatem, *ἀλλὰ μὴ πολυπραγμονεῖν ἐρωτι καινοτομίας temeraria cura non scrutari per cupiditatem novitatis*: huic vitio pœnam capitalem legibus constitutam. Demonstrat libro uno Josephus Stephanus unicam religionem esse debere, nec aliam, quam Catholicam; huic facilius recipiendæ innumerabiles, quæ postea in urbem irrepserunt, servisse, qui vocabantur evocati, aut novensiles dii, de quo evocationis ritu Festus, Plinius *u*, Livius *x*, Plutarchus *y*, Macrobius *z* Jus civile *a*, Prudentius *b* Illam Leo *c* magnus tantam apud Romanos permissam à Deo docet superstitionem, ob eam, quam dixi causſam, ut Urbs magistra erroris, fieret discipula veritatis, & nulla respuebatur falsitas. Efficacius inde lux veritatis ab ipso se capite per totum mundi corpus effunderet. Jam quātum fieri potest nullus novatoribus permittendus locus, multoq; magis, si licèt, ejiciendi è Christiana Republica, quam quos Cato Græcos, & transmarinos Medicos in Italia versari vetuit, quod Romanorum sanguinem sitirent *d*. Ipsas Apost. *e* devitari profanas vocum novitates vult & oppositiones falsi nominis scientiæ, quamvis quidam promittentes, *circa fidem exciderunt*. Immo qui novos inducerent sermones, eorum lex nomina olim deferri præcipiebat *f*. Sola Evangelica doctrina per excellentiam vera, & antiqua dicitur, ait August. *g*, ad invidiam falsæ, quę nova appellatur: Urgetq; Tertullianus *h* hæreticos edere originem Ecclesiarum suarum. *Evangelium* vocat *æternum* Joannes: *i* simul tamen dicitur testamentum, & æternum, & novum canone missæ, quia novo quodammodo manifestatum nova, & majore gratia, & renovatione præditum, sicut, & charitatis novum mandatum. Nostri temporis hæreticos novatores vocavi usu jam recepto, quemadmodum jam suo Augustinus *k* existentium profanas appellabat novitates: Hieronymus *l* novorum dogmatum assertiones, & Vincentius Lyrinensis tractatum suum inscripsit adversus profanas hæreseon novationes. Idem Hieron. *m*, cur post quadringentos, inquit annos docere nos niteris, quod ante nescivimus: ulque in hanc diem sine vestra doctrina Christianus mundus fuit. Et Hilarius *n* tardè hos piissimos doctores (ironicè) ætas nunc ait, hujus sæculi protulit, sero hos habuit fides meas, &c. Statuit quoque Synodus VI. *o* nihil novandum, & immutandum in fide, & VII. profitetur se sequi vetera instituta, sanctiones Ecclesiæ, Patrum decreta: quicumque aliqui addunt, aut detrahunt Ecclesiæ communione, diris devotos ejicere. Idem Stephanus Papa *p* definivit, nihil nempè novandum, nisi

u Prov. 31. 3.
x Jere. 2. 11.
y Dan. 7. 9. 22. 22.
z Prov. 22. 28 *Moribus antiquis stare res debent*
a 2. de legib. & 1. de div.
b l. 4. ab urbe condita, & lib 2. de bello Punico.
c lib. 40. 52. & 54.
d Lib. 1.
e lib. 1. c. 3.
f lib 4. eleg. 1.
g 2. contra. Apionem.
h lib. 4.
i Ora. Arcop.
k lib. 4.
l 4. de repub.
m Lib 11.
n Actor. 6 in Verrem.
o Æneid. 9.
p Cic. 2. de legibus.
q Propter l. 4. eleg. 1.
r Dio. lib. 62
s Apolog. c. 6.
t 4. de Prap. Evang.

p apud Cyp.

nisi quod traditum est. Et Sixtus *a* nihil ultra licere debere novitati, quia nihil addi convenit vetustati, & Cœlestinus *b*, ut desinat incessere novitas vetustatem. Ambrosius *c* docet servanda præcepta majorum, nec hæreditaria signacula rudi temeritate violanda. Legenda etiam Bernardi Epistola 190. Vincentius *d*, quem citavi, prolato etiam Apostoli loco, de quo memini, scribit, vocum novitates recipere atque sectari, numquam Catholicorum, semper verò hæreticorum fuisse. Subjicit inductionem & concludit, apud omnes ferè hæreses quasi solemne esse, ac legitimum, ut semper profanis novitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide naufragent. Contra verò Catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum Patrum, & commissa servare, damnare profanas novitates, & sicut dixit & iterum dixit Apostolus *e*, *si quis annuntiaverit præterquam quod acceptum est, anathematizare*. Deinde per voces *f* intelligit dogmata, res, sententias antiquitati contrarias; profanas, quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, & ab Ecclesiæ penetralibus, *quæ est templum Dei g*, penitus extraneæ sunt. Ait etiam *h* illa Pauli prius indicata de devitandis vocum novitatibus, sententia, velut quodam spirituali gladio, sæpè truncatas, semperque truncandas omnes omnium hæreseon sceleratas novitates. Tandem plurima mala existere, asserit *i*, dum benè fundata antiquitas scelesta novitate subruitur; dum superiorum instituta violantur; dum rescinduntur scita Patrum; dum convelluntur definita majorum; dum sese intra sacratæ atque incorruptæ vetustatis castissimos limites profanæ ac novellæ curiositatis libido non continet. At si quando res ferat, novis uti vocibus licebit pia & religiosa novitate, ut eam nominat Augustinus *k* ad res antiquas & ante incognitas vulgò, significandas; ita ut, quod ait Lyrinensis *l* dicendo novè non dicantur nova. Hæc pro antiquitate divina contra sacrilegam, pro vero adversus alienum cultum, ut non sit Deus recens nobis, nec adoremus Deum alienum & novatores prorsus antiquemus. De hoc argumento nonnihil Magalianus noster in postremum prioris ad Timotheum caput Epistolæ, & Justus Calvinus Veteracastrensis in collectione tractatuum sex, quas præscriptiones inscripsit, & notis illustravit, tum aliorum, tum propriis.

a Gal. 1. 6. 7.
b Cap. 22.
c 2. Cor. 6. 16
d Cap. 26.
e Cap. 5.
f Cap. 17.
g 1. Tim. 3. 15.
h Cap. 6. 20.
i 2. Tim. 3. 1.
k Tract. 97. in Joan.
l 2. epist. 7. & apud Lyrinensem c. 22.
b Ep. ad Sacer. Gall.
c 3. de fide c. 7.
d Cap. 74.

Hæreticorum semper fuit sectari vocum novitates.

Pia & religiosa vocum novitate quando utendum.

Acastigans apostasiam, diffidentiam, inobedientiam, vel exigens contrarias virtutis, & sanctitatem, & ne tractarent suos tamquam servos, & ut ipsemet Deus significaret se recordari fœderis pristini, quod pepigerat cum ipsis *a*, ut omittam Moysen, & Prophetas toties idem inculcantes; & institutum ea de caussa celeberrimum Paschæ festum à Deo ipso. Quantò pluris æstimandum beneficium redemtionis ac liberationis de servitute peccati, diaboli, carnis mundi, proposita nobis possessione terræ viventium, cœlestiq; beatitudinis? Huc tendunt Christiana festa, & agni immaculati jugis in missæ sacrificio immolatio, præsentiaque ut in Christi *memoriam id faciamus*. *x*

Dilata os tuum, & implebo illud.) Hieron. *y* *aperi* Rom. Psalterium, & Arnobius, & alibi Augustinus *z* apudque illum *a* Auctor libri de prædestinatione & gratia *b* Concilium Lateranense sub Martino I. *c* *Aperi os tuum, & ego replebo illud, & ego adimplebo* addito pronomine ad emphasin. Pronomine omisso, Gallicanum, August. Cassiodorus & *adimplebo*. Dilationem oris, quam propriè importat Hebræum verbum חרחב *harchef*, Paraphrastes explanat, (licet dicat אכתי *aphti*, quod significat potius *aperire* simpliciter) ut os aperiatur ad verba legis, tunc verò implendum omni bono. Intelligit forsitan apertione oris ad verba legis, aut jucundum, frequentem, avidum de lege sermonem: aut quasi anhelum & hians legis desiderium, juxta illud *d*, *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Labia Deo aperiente nobis, os annuntiat laudem ejus* e *& quum repletur os laude, contat gloriam Dei* f, quæ vocari potest infrænatio laudis divinæ in ore nostro *g*. Ita ferè declarans, h. l. Latini de confessione, & amore veri Dei. Tunc inquit Cassiodorus, (quod benè notent viri religiosi, ut spirituales frequentent sermones) sensus spirituali gratia repletur, quando in laudes Domini os dilatatum esse cognoscitur. Simpliciter sensus est, ut quod etiam ait Origenes, ampliter ac largiter petas, & quasi ad cibum copiosum famescens benè os pandas. Ἐ͂ι τι δύνασαι αἰτῆσαι, ait ille, αἴτησαι πλατείαν περίζωσιν αἰτοῦς, *si quid vales petere, pete; & plura exhibebo, quam petas*. Unde Paulus h *Deum* asserit *potentem omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus*. Demonstrat id Chrysostomus *i* exemplis, aitque quod is Dei mos est vincere ac prævenire petitiones nostras. Sic verò etiam explanat Apollinarius,

Ἐ͂ι δέ τινος χατίοις, πάντου ὅσα, κ͵τὸ δὲ πλῆσω;
Si autem aliquo eges, dilatare, & illud implebo.

Nec displicet cum Euthymio & Nicephoro interpretari de cibo victuq; externo, quem polliceatur Deus obedientibus legi: vocant Basilius, & Theodoretus bonorũ abundantiam. Favet ultimus psalmi versus. *Donec allata sunt ad Elisæum vasa vacua, oleum abundè infusum est, stetit, quum vas defuit*: si plus tribus vicibus Joas Iagittas jecisset, pluribus quoq; vicibus hostibus victoriam reportasset *usque ad consumtionem* k. Athanasius *l* quoque *os* pro desiderio, hic explicat, & similes alios scripturæ locos. Quod ante dixi de frequentatione divini sermonis, Laurentius *m* Justinianus eam valdè commendans Christi servis, & deesse materiam non posse docens, cujus quoque assignat exemplo, monet ne quis ignorantiam prætexat, quum Dominus per Prophetam dicat, *aperi os tuum, & implebo illud*: ipsummet id etiam expertum, quum dixit *n*, *os meum aperui: & attraxi spiritum*. Memini legere in Chronicis Franciscanis idiotam nescio quem, quum simpliciter Francisco, ut alii; circumstantibus quidpiam de Deo loqueretur obtemperavisset, piè id, & adfluenter usque ad miraculum præstitisse. Videtur Hieron. *o* eumdem sensum secutus de Deo, qui ponat verba tua in ore nostro, & det os, & sapientiam, & verbum evangelizantibus, & immittat in os canticum, & hymnum. Ejusdem nomen mutuatus in hujus loci commentario innuit os impleri pane, qui sit ipsemet Dominus Deus, & Salvator noster. Sed quod inducit Deum dicentem: quantumcumq; dilataveris, tantũ accipies: non est igitur in mea potestate, sed in tua est, si volueris, totum me accipies, si nolueris, accipe saltem partem intellige: non esse in Dei potestate, quia non se vult communicare, nisi volenti, quamvis quod quis velit, ex ejusdem pendeat Dei voluntate, & gratia: per partem verò, fructus portionem spiritualis, tametsi totus à quolibet in Eucharistia sumatur Christus. Nec dissimilis expositio alterius, qui nomine Arnobii dicitur, explicantis de Christi crucifixoribus quos alloquatur ille, si vultis evadere mortem quam incurristis, bibite sanguinem quẽ fudistis. Quamvis videri possit loqui de percipiendo fructu

a Lev. 11. 45. c. 19. 36. c. 22. 33. c. 23. 43. c. 25. 38. 42. 55. c. 26. 13. 45. Num. 15. 41. Deut. 5. 6. Jud. 2. 1. cap. 6. 8. 1. Reg. 8. 8. c. 10. 18. 2. 8. 6. lib. 3. 8. 16. Jer. 7. 22. c. 11. 4. 7. Amos 3. 1. Mich. 6. 4. 11. Matt. 26. 13. 1. Cor. 15. 24.
x Hic & in c. 16. Ezech.
y 2. cont. duas Ep. Pelag. c. 9.
z Tom. 7.
a Cap. 11.
b Secret. 1.
c Psal. 118. 131.
d Ps. 50. 17.
e Ps. 70. 8.
f Esa. 48. 9.
g Eph. 3. 20.
h Hom. 17. 12. Gen.
i 4. Reg. 13. & seq.
k Cap. 13. 19
l Dial. 1. de Trin.
m de disciplin. & perfect. monast. c. 15.
n Ps. 118. 13.
o in Esa. c. 51.

Deus non se vult communicare, nisi volenti.

Vers. 11.) Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti; dilata os tuum, & implebo illud.

Sensus loci.

EGregia profectò efficaxque caussa, cur quærendus aut colendus recens DEUS & alienus Hebræo populo non sit, quia tantum beneficium à Deo illo uno, & verò acceperit liberationis de durissima Ægypti captivitate; & idem se ad omnia illius vota precesq; paratissimum exhibeat; ita ut os aperuisse sufficiat, & quantumvis id aperuerint, h. e. quid velint exposuerint, illicò satisfaciat, & copiosissimè, cumulatissimèque compleat; quod alibi dicitur *implere omnes petitiones* m, & *replere in bonis desiderium* n *& præparationem cordis audire* o, idest, *exaudire*, & *voluntatem timentium se facere* p, *& hominis obedire voci* q. Qui omnia potentem habet Deum, benevolum, beneficum, contentus illo debet esse, sed nec alium optare, aut comminisci potest. Sed & jure servitutis ac redemtionis is ejus est, à quo assertus & liberatus est. De spirituali servitute, libertate ac redemtione obvius est communisque mysticus sensus. Decalogi præfatio hæc ipsa est in Exodo r, *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis*; moxque subditur illud *s non habebis Deos alienos coram me*, ut prius quoque monui.

m Ps. 19. 7.
n Ps. 102. 5.
o Ps. 10. 17.
p Ps. 144. 19.
q Jos. 10. 14.
r cap. 20. 2.
s vers. 3.

Ego enim sum Dominus Deus tuus.) Particulam ætiologiæ, quæ non est Hebraicè, nec apud Cassiodorum perspicuitatis caussa LXX. suppleverunt. Nil refert, quod Chaldaicè sit numero plurali *Deus vester*, *& eduxi vos*. Opponi putant aliqui *ego sum*, falsitati Deorum recentiũ & alienorum, quasi se significet Deus verum Deum esse, dicatq; illud *t Ego sum, qui sum*. In *Domini* quoq; notat nomine Hugo timendum esse, cuique debeatur omne obsequium; in *Dei*, amandum, ut ei omnis religio exhibeatur, vel ut propter pronomen (*tuus*) amandus, * colendus, quia Deus; timendus; quia Dominus. Nõ eadem planè vis in Hebræis יהוה *Jehovah*; quod est proprium nomen Dei & אלהים *elohim*: quod potius eum indicat ut judicem.

t Exod. 3. 14.
* Exod. 20. 2

Qui eduxi te de terra Ægypti.) Sæpè numero redigit Deus hoc beneficium populo in memoriã, non improperans, sed accusans ingratitudinem, vel præcavens oblivionem, vel

fructu passionis Christi, non præcisè de sanguine potando in Eucharistia. Chrysologus *a* tractans de fide simpliciter per solam fidem accipienda, ait Deum promissionis suæ ante fidem implere, quam, fidem nostræ percipiat sponsionis: verba verò psalmi: sic explanat: *tu dilata os in confessione, & ego illud ipsius confessionis replebo sacramento, & mystico sermone ditabo, & replebo illud toto eloquio cœlestis arcani.*

a Ser. 58.

Ceterum quod antea dicebam aperiri ac dilatari os non posse sine Deo ipso, qui apertum & dilatatum implet *& in bonis desiderium b*, confirmant alterius verbi psalmi *c*, quibus oratur Deus, ut *labia aperiat*; & Paulus exigebat aliorum orationes, *ut ei daretur sermo in apertione oris sui d*: nec minus ad aperiendum sic os hominis munus Dei superans naturæ vires requiruntur, quam quum *asina os apertum est e*. Augustinus *f* quidem sic explicat alibi hunc locum, ut quamvis nisi adjuvante Deo, *sine quo nihil possumus facere g*, os non possimus aperire, tamen nos aperiamus illius adjumento, & opere nostro; impleat autem illud Dominus sine opere nostro; nihil enim aliud esse *præparare cor h*, *& os aperire*, nisi voluntatem parare; & tamen *præparari voluntatem à Domino i labia aperiri ab eodem k*: aperire os ita jubendo, ut nemo possit, nisi ipse id faciat adjuvando; nec aliud esse os, ita ut hoc aperiat per se homo, aliud labia quæ Deus, denique Moysi Deum dixisse: *ego aperiam os tuum, & instruam te quæ debeas loqui*. Idem paucioribus perstringit quæstionibus in Exodum *l*. Alius auctor falso creditus Augustinus, in lib. de prædestinatione, & gratia *m*, hinc probat aliquid nos per liberum facere arbitrium. Origenes unica in librum Regnorum homilia, tractans illud ex Annæ Cantico *n*, *dilatatum est os super inimicos meos*, exponensque tropologicè de eo, qui sit idoneus, & fortis in verbo, atque validus in sapientia, qui non augustis assertionibus, sed dilatatis, & affluentibus confutare possit omnem scientiam extollentem se adversus fidem, & veritatem Christi, sive Judæorum, sive Hæreticorum, adde & Paganorum, ait eum dilatare os, ut illud impleat Deus, qui vacet meditationi verbi divini, & possit eo usque proficere, ut à dilatatione oris etiam ad cordis dilatationem veniamus, & cum Apostolo *o* dicere, *cor meum dilatatum est ad vos*. Aliam Tropologiam tradit Parisiensis Academiæ Cancell. Philippus Grevæus *p*, ne quis os aperiat in Ægypto, tum quia nec ibi discerni potest in tenebris quid apponatur: jubet v. Sapiens *q*, *ut aperiamus oculos, & sic saturemur panibus*: tùm quia non satiant cibi Ægypti, nec manna, nisi de illa egressis datur. Explicat hæc fusius. Os corporis modica implet buccella, os, & desiderium capacitatem que animæ solus Deus, & qui in fine psalmi vocatur, *adeps frumenti, & mel de petra: magis enim satiari infernus*, & *os vulvæ, & terra aqua, & ignis materia combustibili potest r*, quam illa rebus creatis. De varia notione istius formulæ, qua dicitur os dilatari, egi psalmo 34. *s*

b Ps. 102. 5.
c Ps. 50. 17.
d Eph. 6. 19.
e Num. 22. 28.
f 2. *cont. duas Epist. Pelag. c.* 9.
g Joan. 15. 5.
h Prov. 16. 9.
i Cap. 8. *sec. LXX.*
k Ps. 50. 17.
l Quæst. 1.
m cap. 11. *apud Aug. tom.* 7
n 1. *Reg.* 2. 1.
o 2. *Cor.* 6. 11.
p Serm. 18.
q Prov. 20. 13.
r Prov. 30.
s vers. 21.

Tropologia.

Vers. 12.) Et non audivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi.

Vers. 13.) Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.

Sensus loci.

A Deum quidem, quem retulit Propheta modū, Deus contestatum se populo suo dicit; sed frustra, sineque fructu, quoniam is obedire noluit, nec acquiescere sermonibus illius; ut idcircò laxatis veluti frænis, præcipites ire siverit, ac ruere in voluntates, & consilia sua, atque quidquid liberet, facere, quamvis vergeret ipsi in perniciem. Videbatur sibi Dei lege constrictus tamquam catena populus ille, nec ex animo sponteque serviebat; sed ne sic quidem; immò sæpenumero murmurabat; servitutem Dei existimabat, dictabatque duram nimis; propterea tædio quodam affectus Deus talium, & tam illibentium servorum ac mancipiorum potius, permisit eos propriæ voluntati, atque deteriore donavit libertate, longeque durioribus vinculis devinxit, ut veritatis amissa luce, & duce, ipsi sibi ipsis duces cæci per avia errorum, & morum currerent abrupta. Imitatus hunc locum Paulus *t* transtulit ad Gentiles; dixitque quod *hos Deus tradidit in desideria cordis eorum, in immunditiam, & in reprobum sensum, ut facerent ea, quæ non conveniunt.*

t Rom. 2. 24. 28.

Et non audivit populus meus vocem meam.) Augustinus, *obaudivit*. Chaldaicè, *recepit*. *Audiendi* verbum hæc omnia quandoq; significat, seu etiam exaudire: & explicat

A Euthymius de negata fide, quodque, ut Joannes *u* loquitur, *sui* Deum *non receperunt*. Quicumque divinæ vocationis munere derelicto, (inquit ille libri de prædestinatione, & gratia citatus Auctor) ad impiam rursus defluxere perfidiam, ipsis Dei gratia deferente, ad implendum quod voluerunt. Querula, subdit idem qui vocaverat, & vocando docuerat Deus, de iisdem voce subjungit; *& non audivit populus meus vocem meam.*

u Cap. 1. 11.

Et Israel non intendit mihi.) Aptè respondent eadem nomina *populi*, & *Israel* iis, quæ erant versu 9. & rursum ponuntur vers. 14. & indicant justam indignationem cum benigno affectu. Hieronymus vertit, *non credidit*. Plus significant Hebræa לא אבה לי *lo avah li, non desideravit me, non voluit me, non amavit*, idest, noluit, renuitque, non curavit, non attendit, nihil fecit, me inquam patrem suum filiali amore prosecutus non est. Nam אבה *Bavah* est *velle, concupiscere, desiderare, avere*, (quod inde sumtum videri potest) ex eo verbo deducitur nomen patris אב *an*, Chaldaicè אבא *abba*. Tamen per *a* προσέχειν *& non intendere* secundùm figuram, qua quum minus dicitur, plus innuitur, hæc omnia comprehenduntur, Chaldaicè, *non acquievit*, seu, *non obedivit verbo meo*. Vocaverat se Deus antea *Dominum ac Deum*, hìc indicat se etiam ut patrem rejectum esse: ita ut licuerit usurpare, quod ait apud Malachiam *x* expostulando; *Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Tam *populus* Dei, quam *Israel* de Christianis quoque malis intelligi possunt, quia redemti, & sacramentis devincti, & ad videndum Deum juxta vulgarem ethymologiam Israel, vocati. Hugo in *populo* laicos considerat non audientes vocem Dei, quia deest sæpè, qui prædicet illis: in *Israel* clericos ac religiosos, qui audiunt quidem, & noverunt eam, theologiæ etiam studentes, sed scientiam, & lucrum quærunt, vel honorem, non Deum, & aliorum spiritualem utilitatem. Quod Ayguanus *intendere* intus, & in corde tendere ad

x Cap. 1. 6.

C Deum interpretatur, peccatorem verò recedere à Deo, verè dicit, sed nimis grammaticè. Illud melius, de tribus impedimentis audiendi Deum, & verbum ipsius cum fructu, quæ sunt discordia, avaritia, arrogantia, quibus vitiis laborabant Hebræi, indicasse sit satis.

Tria impedimenta audiendi Dēum, & verbum ipsius cum fructu.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.) Hieron. *& dimisi eum in pravitate cordis sui*. Alia, *permisi igitur eos fortitudini cordis eorum*, vel *vehementiæ*, vel, *duritiei*, vel *obstinationi*: vel, *aspectui*, vel, *malignitati*, vel, *perplexis cogitationibus*, si nomen Hebræum legatur in forma plurali: nunc ita se habet Hebræus textus ואשלחתו כשירות לבם *vaasciallechechu visriruth libbam, & dimisi* (*vau* enim vertit futurum in significationem præteriti) *eum in fortitudine cordis eorum*, sive in aliis quæ dixi synonymis, & obstinationem, ac obdurationem significat cordis à שרר *sciatar*, oppositam contritioni cordis, confractioni, scissioni, effusioni, liquescentiæ, seu deliqui, mollitudini, vel שור *schur, aspicere aspectum*; ut scilicet quod aspicit quis in corde, idest, cogitat, vultque, id facere sinatur. Si autem pro ו *vau sciurek* sit י *vau cholem*, fiet ex singulari plurale שיורות *sciroth*, sed tunc esset per contractionem ex שרורות *sciruthoth*: nam שרירה *scharirah* non extat. Eo modo quo reddidit Hieronymus, jam prius reddiderat ferè Aquila, κὴ ἐξαπέστειλα αὐτὸν (in uno codice ἐξαπέστειλεν αὐτὸς) ἐν σκολιότητι καρδίας αὐτῶν, aut, αὐτῶν, *& dimisi eum*, vel, *dimisit eos in pravitate cordis ejus*, vel *eorum*. Symmachus, ἀφῆκα δὴ αὐτὸς τῇ ἀρεσκίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, *dimisi igitur eos placito cordis eorum*. Cassiodorus in singulari, *secundùm desiderium cordis eorum*. Augustinus, vetusque Psalterium, *secundùm affectiones cordis eorum*. Septuaginta, κατὰ τὰ ἐπιθυμήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, secundum *studia cordium eorum*. Videntur autem iidem, & Symmachus rationem habuisse vocabuli Hebræi, ut significat aspectum, idest, cogitationem, & judicium, cui sese voluntas accommodat, quasi diceretur, *permisit eos judicio, & voluntati eorum*; quæ rectè dicitur pravitas, & duritia cordium, nec non propria illorum studia.

D

τὰ θελήματα (ait Apollinarius) προέηκα νῦν καταδέεσθαι ῥέζειν;

Idem eum dimisi animo grata facere.

Verbum præterea ἐξαπέστειλα & אלשח *ascialeach*, plus impor-

important quam *dimittere*, vel, *permittere*, scilicet etiam amandare, ejicere, expellere, & longius mittere cum refutatione: Paraphrastes ita explicavit verbo *expellendi*, וחרבחה *vetorchetheh & expuli eum*. Dictum verbum Hebræum in Psalmo 43. *a*, exponitur verbo Latino *expellendi*, & Græco ἐξεκλεισας *Afflixisti populos, & expulisti eos*. *Projicientem verbum Domini, projicit Deus* b: *repellit repellentem scientiam* c, *& populus non intelligens vapulabit* d: *& ignorans ignorabitur* e. Reprobationis argumentum, salutisque desperatæ, finere Deum, ut quis vivat arbitrio suo, & ei fluant omnia ex animi voto; quem antea vocabam cum Paulo f *reprobum sensum*, & idem g, aliter ait esse, *dimittere ingredi vias suas*: sicut è contrario, in Moysis, & Aaron *ulciscebatur Deus omnes adinventiones* b, quia electi erant; si tamen adinventiones activè accipiamus pro peccatis, quæ illi patrarunt. Denique *multo tempore non finere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium* i, Irascitur maximè Deus, & indignatur, quum *recedente zelo suo ab aliquo, requiescenteque indignatione, in illo, quiescit, & non irascitur ei amplius* k, etsi hoc ad litteram fotassis denotat, sumto supplicio, conquieturam iram, sicut *de suspenso Aman* scribitur, quod *regis ira quievit* l. Ejusdem iræ magnæ suæ signum dedit Deus quum dixit m, *non visitabo super filias vestras, quum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, quum adulteraverint, &c.*

a *vers.* 3.
b 1. *Reg.* 15. 26.
c *Osee* 4. 6.
d *vers.* 14. Reprobationis argumentum quale.
e 1. *Cor.* 14. 38.
f *Rom.* 1. 28.
g *Act.* 14. 15
h *Ps.* 98. 8.
i 2. *Mach.* 6. 13.
k *Ezech.* 16. 42.
l *Esther.* 7. 10. Iræ Dei signum.
m *Osea* 4. 14.

Est porrò in scholis trita doctrina, quo pacto censeatur Deus indurare, excæcare, in errores, & peccata inducere; nimirum subtrahendo gratiam peculiarem, qua vitari possent, ac permittendo lapsum, immò, nonnumquam quasdam occasiones offerendo, per se non malas, quibus abusuros homines præscit (licèt non ea intentione offerat ut abutantur, & peccent) quemadmodum sæpè Augustinus *n* docet, nosque alibi. Exemplum dat Chrysostomus *o* præfecti exercitus, qui quum recedit ingravescente prælio, milites hostibus tradere dicitur, non quia impellat, sed quoniam suo ipsius auxilio nudat; sic Deum dimittere illos, qui admittere ejus præcepta nolunt. Fulgentius *p*, ad *cumulum retributionis* pertinere scribit, si iniquus justitiæ luce privatus, & in suis tenebris errare permissus, lumen non solum non queat recipere, verum etiam cum delectatione studeat tenebras suæ cæcitatis augere; hoc esse, *tradi desideriis* injustis, neque quia delectabiliter peccat, æstimandum à tormento retributionis extraneum, sed graviter ipsa delectatione peccandi jam puniri, qui tali delectationi consensione subjicitur, ex qua meritum punitionis augetur, & quanto magis perficitur quod injustè delectat, tanto magis recepturus est quo amplius doleat. Potuit Apocalypsin *q* citare, *quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*. Auctor etiam quem aliquoties memoravi, libri de prædestinatione, & gratia *r*, profert locum istum, ut gratiæ necessitatem probet, exponitque de his quos deserit Deus. Est autem *s*, axioma, quod tantum Deus deserit dignos deseri, desertos à luce divinæ gratiæ, non Deo agente, sed sua sponte parere opera tenebrarum. Origenes *t*, dimissionem ac derelictionem istam Hebræi populi docet cessisse in electionem Gentium, nec amplius Deum *hoc quasi cinctorium lineum de lumbis suis deponere* u, quamvis hunc, & illum particularem, qui derelinquit Deum, nec lumbis ejus dignus est, & non efficitur adhærens ei, unus spiritus cum illo, ipse quoque derelinquat. Eos qui dimittunt Deum, & nolunt eum, *iratus tradit ipse in manus inimicorum* x, *relinquit domum suam, & dimittit hæreditatem suam, dat dilectam animam suam*, idest, eum quem diligebat ut animam suam, & se ipsum, *in manu inimicorum ejus* y.

n *Ep.* 105. *l.* 1. *ad Simplic. q.* 2. *lib. de grat. & lib. arb. cap.* 23. *& alibi.*
o *hom.* 3. *in ep. ad Rom.*
p *lib.* 2. *de remiss. peccat. c.* 13.
Ipsa peccandi delectatione graviter iniqui puniuntur.
q *c.* 18. 7.
r *c.* 11.
s *de nat. & grat. c.* 13.
t *hom.* 3. *in Jerem.*
u *Jerem.* 13. 1. *& seq.*
x *Jud.* 10. 6. 7.
y *Jer.* 12. 7.

Ibunt in adinventionibus suis.) Hieronymus, *ambulabunt in consiliis suis*. Alii, *ambulent*, in imperativo, & permissivè: vel in præterito, *ambulaverunt*. Futuri temporis est ילהו *jelethu*, quod imperativo solet servire, & מועצות *mohhatsoth* propriè consilia sunt. Nomen idem Græcum prioris membri repetitur πῶν ἐπιτηδευμάτων: Symmachus, ὁδεύειν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν, *ire*, seu *ut irent*, (nempè dimisi, &c.) *consiliis*, *aut voluntatibus suis*: utrumque enim significant βουλαι. Aquila, περιεύονται ἐν βουλιμασιν αὐτῶν, *ambulabunt in consiliis suis*, quemadmodum vertisse Hieronymum dixi. Apollinarius *stultitias* interpretatur, & permisse, Νισθον τρεπτέρης ἀεσιγροσύνησιν ὀπιδοι; *Eant suis stultitiis obsequentes.*

Arnobius, *& abierunt in adinventionibus suis*. Alia Latina Psalteria, Cassiodorus, & auctor libri de prædestinatione, & gratia *z*, quamvis hìc omittat conjunctionem, *& ibunt in voluntatibus suis*. Fulgentius *a*, *in voluptatibus suis*: nisi fortè pro *voluntatibus* errore aliquo id positum apud eum sit. Augustinus, *in affectionibus suis*, Illyrica editio in hoc membro habet idem vocabulum *desideriorum*, & in præcedente. Sensus non variat; per *adinventiones* verò rectè declaratum est Hebræum nomen: significant enim consilia excogitata, & meditata, videlicet ad voluntatem, ad voluptatem, ad affectionem, ad desiderium, denique stultè, & ad malum, quæ Paraphrastes nominat *consilia impietatem*. Alioquin *adinventionum* vocabulo indifferenter scripturæ utuntur, etiam ad bonum, ut vidimus Psalmo 27. *b*, & 76. *c* quamvis Hebræum sit aliud, quam hujus loci. Ceterum *ire in adinventionibus*, est absque impedimento in iis progredi, proficere, easque adimplere: *In sordibus adhuc sordescere d*, acutum esse ac sollertem ad excogitandum, & exequendum malum: minimè contentum esse ordinaria, communi, trita improborum via, sed exquisitè improbum esse velle: optare insignem ac notabilem in scelere judicari: aliud super aliud crimen novum addere. Ad rem facit maximè, ut dimissos in desideria cordis intelligatur quoq; finere Deus ire in adinventionibus suis, quas liberè opere compleant, & facilè exequantur, cujusmodi pseudopropheta, cui dixit Deus *e*: *decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita*. Antonius *f* disputans de præsumtione novitatum, filia inanis gloriæ, ostendit Judæos Dei veri cultu relicto, & à Deo dimissos ac sequentes desideria cordis sui terrena, usuris sine cessatione vacando, quotidie invenire novas fabulas, & extortas scripturarum expositiones, ut videantur non errare, quales extant in Thalmud. De Christianis item malos desertos gratia, ire ad inferos, non solum per consueta mala communia, sed quotidie adinvenire novas vias. Facit inductionem in Magistratibus, Doctoribus, Theologis, Jurisconsultis, Prædicatoribus, clericis divinum officium recitantibus, religiosis, laicis, præsertim in *vestes peregrina*, qua utentes damnat Deus in Sophonia *g*. *Væ ei qui abit vagus in via cordis sui* h: *væ filiæ vagæ, quæ deliciis dissolvitur* i: ejectum à Deo necesse est *vagum* k & *profugum* ire per avia, & qui se ipsum ignorat Deumq; *egredi, & abire* compellitur *post vestigia gregum, & pascere hædos* l. Immo *porcos in regione longinqua* m. Hanc meritò Bernardus *n* gehenna ipsa molestiorem pœnam assedit, post spiritualis studii gustatam semel suavitatem, exire denuò ad illecebras, vel potius molestias carnis. Horrere nos jubet Augustinus hoc loco semel iterumq; permitti nobis ire in affectionibus nostris, tradi in concupiscentias cordis nostri, donari nosmet nobis. Pessima libertas, qua nos non *liberat Christus, & veritas* o, *velamen malitiæ est* p: suspecta, & damnanda omnis novitas, quæ à vitæ ac spiritus renovatione abhorret, cumq; vetere homine concordat, faciens ne in novitate vitæ ambulemus, sed ut inimici crucis Christi. Miserrimum judicavit Socrates eum, qui & injuriam pateretur, & injustus esset: adhuc magis miserum, si nullas umquam injustitiæ luat pœnas, minus autem, si djisi ac hominibus dignum reportet supplicium q. Nec religiosissimus Franciscus abdicata ordinis gubernatione, vivere jure voluit suo, ut ei permissum erat, sed alterius imperio. *Occupatio magna, & jugum grave adinventio expectationis* r, idest, agitare animo quem exitum habebit id quod adinvenisti, & annon inde potius mala proventura, quam bona, expectare quid novi eveniat tibi, non contento jam habitis, velle ut à te quidpiam novi prodire homines intelligant, dicant, celebrent. Laus inventionis profectò magna, si rei laude dignæ sit; quamvis suismet interdum quidam intentis perierint, ut Icarus ab ebriis Atticis, quos vinum docuerat, interfectos *s*, Perillus vaccæ exære tormento *t*, Aruntius Paterculus alio equi ex eadem materia *u*. Sed contra studium novandi antea disputavimus. Lege quoque, si placet, quæ diximus cap. 14. *x* Actuum Apostolorum; *Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas*.

z *cap.* 11. *apud Augustom.* 7.
a 2. *de remiss. peccat. c.* 13.
b *vers.* 4.
c *vers.* 13.
d *Apoc.* 22. 11.
e 3. *Reg.* 22.
f 2. *p. tit.* 4. *c.* 5. *in princ.*
g *c.* 1. 8.
h *Is.* 57. 17.
i *Jer.* 31. 22.
k *Gen.* 4. 12. 14.
l *Cant.* 1. 8.
m *Luc.* 15. 15
n *serm.* 35. *in Cant.* Gehenna ipsa molestior est pœna, post spiritualis studii gustatam suavitatem, exire denuò ad carnis illecebras.
o *Gal.* 5. 1.
Joan. 8. 32. 36.
p 1. *Pet.* 2. 16.
q *Plato in Gorgia.*
r *Eccl.* 40. 2.
s *Ovid. in Ibin. Suis inventis multi pericrunt.*
t *Plin. lib.* 24. *c.* 10. *Cicer. at.* 5. *Verrin. Valer. lib.* 6. *c.* 2. *Plutarch. parallel. c.* 73. *& alii.*
u *Plutarch. sup. c.* 75.
x *vers.* 15.

Vers.

Vers. 14.) Si populus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset.

Vers. 15.) Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.

Sensus loci.

EX ea Dei permissione, & dimissione quam dixit Propheta; ut suis populus desideriis satisfaceret, suaque consilia propria consectaretur, factum est, ut incommoda & damna gravia incurerit, quæ facili negotio devitare, aut superare potuisset, si obedire divinis consiliis, & in illius conversari præceptis voluisset, si audire vocem Dei, nec suasmet sequi adinventiones, & aberrare à via quam demonstravit, & in qua velut dux præivit. Nam Deus summa facilitate, atque confestim fugasset, stravisset, perdidisset inimicos illorum, & potentem ac victricem manum suam ad eos delendum extendisset, iterum iterumque cædendo. Pendent hæc, & quæ ad Psalmi usque finem sunt, ex hypothesi & conditione, *si populus audisset*, & *in viis* Dei *ambulasset*, beneficia hic enumerata, & alia in sequentibus versibus contenta, illi Deum collaturum fuisse, ita ut clarius potuissent ea quæ sequuntur, verbis ejusdem modi reddi, *inimici* Domini *mentiti essent ei: & fuisset tempus eorum in sæcula, cibavissem illos* (id est, populum meum) *ex adipe frumenti, &c.*

Si populus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset.) Respondent duobus duo, nempè querimoniæ præcedenti, quod non audivisset populus vocem Domini, & iviisset (futurum enim ibi pro præterito, vel continuato tempore, seu pro consuetudine ponitur, in adinventionibus suis. Sed & nec ἄνευ παθους toties blandæ repetuntur voces, *populus meus*, & *Israel*, ut prius etiam notavi. Nil autem refert, quod pro *populo*, *plebem* habeant alia Latina Psalteria, & Augustinus, atq; Cassiodorus. Synonymæ voces sunt, aut *pleps* indicat majorem imbecillitatem, & opis divinæ necessitatem. Idem est præterea *in viis*, & *vias* (quod secundum legit Romanum psalterium) *ambulare*. Quid hoc vero sit, dictum alias, seu quid *in lege ambulare*, ut est in Psalmo 77. [a] quam legem viæ, seu præcepta significant & similia multa. Ceterum conditionatus hic dicendi modus tria indicat, simul cum his quæ subduntur, & liberum hominum arbitrium, & cooperationem illius ad percipienda Dei munera requisitam, & scientiam Dei de contingentibus liberis possibilibus futuris, quam vocant mediam, nempè intervisionis, de existentibus in aliqua differentia temporis, seu alterius mensuræ, & simplicis intelligentiæ, de possibilibus absolutè. Quo pacto mediæ illius certitudini non obstet particula, *forsitan*, in sequenti versu postea dicam. Eadem colligi possunt juxta versionem Hieronymi, & aliorum, qui particulam primam istius versus Hebræum לוּ *lu*, transferunt, *utinam*, quæ continet item novam emphasin, & quoddam ardens desiderium Dei de incolumitate populi sui per obedientiam. Considera in adverbio *utinam*, inquit Cajetanus, affectum divinum, ad hoc ut simus boni, ad hoc ut servemus legem Dei. Sic apud Esaiam [b], item Deus: *Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset, sicut flumen pax tua, &c.* & in Deuteronomio [c], *Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum?* Hoc ipsum essem votum nostrum cum Davide debet [d], *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas.* Optandum item cum Moyse nobis, & ceteris [e], *Utinam sapiamus, intelligamus, novissima provideamus*. Voluntas Dei quam vocant beneplaciti, & absolutam, semper impletur, signi non item, qua nimirum significat quid velit nos velle, consilia & præcepta dando, minando, promittendo; &c. Quum enim in his expectet consensum nostrum, absolutè quidem fit quod vult, quatenus sic vult fieri quod à nobis fit libero modo: tamen res ipsa quæ proponitur, vel exigitur, non semper fit, quia pro libertate nostra, illam vel amplectimur, vel omittimus, vel ejus oppositum facimus. Ex quibus illud etiam efficitur, Deum videri mutari, *qui revera immutabilis est* [f], quoniam sub conditione quadam proponit, quæ pendet ex mutabili voluntate nostra. Origenes [g], infert ex hoc loco, quod erat in populi potestate audire, & incedere in viis Dei. Constat nihilominus dictam particulam לוּ significare quoque, *si*, & ita sæpenumero exponi, vel, *ne forte*, vel, *forsan*. Proposito convenit optantis notio, & conditionalis

[a] *vers.* 10.

Scientia Dei de contingentibus possibilibus futuris qualis.

[b] c. 48. 18.

[c] c. 5. 29.

[d] Ps. 118. 5.

[e] Deut. 32. 29.

Voluntas beneplaciti semper impletur, signi non item.

[f] *Malach.* 3. 6.

[g] 1. *periarchon*, c. 1.

Extat in Baruch [h] sententia conditionata similis, *nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna*. [h] c. 3. 13.

Pro nihilo.) Hieron. *quasi nihilum*. Alii, *brevi tempore: quam brevi: juxta modicum*, vel, *minimum: pene, quasi: paullo minus: tantum non; nullo negotio: sine labore*: quod Apollinarius ait δίχα μοχθου. In aliis Latinis Psalteriis, apudque Arnobium, & Cassiodorum, *ad nihilum*, apud vetus psalterium, & Augustinum, *in nihilum*. Chaldaicè, *quasi in momento*, vel, *brevi*. Potest כמעט *chimbhat* hæc omnia significare, aut si scribatur per ב *beth* כמעט *himbhat* propriè *quasi parum*, & *in parum*, idest, ferè. Quod LXX. reddunt ἐν τῷ μηδενὶ, explicant enarratores Græci, ἀπαυτὶ, ἀπόνως, εὐχερῶς, ἐν ἀκαιρεῖ, *facile, ac sine labore, & promtè, atque in momento temporis*. Addi potest παρ' ὀλίγον, & παρὰ μικρὸν. In aliis * locis Latinis vocibus, *pro nihilo*, non respondent eædem Hebrææ & Græcæ, quæ hìc habentur, nec eumdem sensum faciunt. Quamvis, ut in Psalmo 55. *pro nihilo salvos facere* declarat Augustinus [k]. nullis præcedentibus meritis, ita utcumque posset hic exponi gratis, & sine merito Deum inimicos humiliaturum fuisse. Non est tamen iste sensus adeò conveniens proposito, quem Richardus Cenomanus tradit: nec ut Fabro respondeatur, eo recurrendum necessario. Non etiam placent Remigius, & Hugo, ut ad istas voces, *pro nihilo*, suppleamus *redigere*, vel *habere*, idest, inimicos eorum humiliassem pro nihilo, nimirum habendos, & ad nihilum redigendos. Denique duriusculè Genebrardus subintelligit *in modico*, nempè pro re modica, pretiove, & contentus, vel obedientia sola. Certè non parvi pretii est, factuve facilè obedire, tametsi quidquid agatur pro Deo, spectatum secundum se, fit penè nihil. Voluit Deus, ut dixi, significare nihil sibi facilius esse, quam omnes populi sui hostes delere, alludendo, ut indicat Euthymius, ad plagas ranarum, locustarum, cyniphum, aliarumque rerum minimarum, quibus virium suarum Deus magnitudinem demonstravit, quod idem extat in libro Sapientiæ [l]. Omninò mysticum est *pro nihilo* ex Cponere pro peccato, ut facit Ayguanus.

* Ps. 55. 10. Psal. 89 5. Ps. 105. 24. & alibi.

[k] *ibid.* 2. *vers.* 10.

[l] c. 11. 16.

Forsitan.) Non est hæc particula in textu Hebræo, & omittitur non tantum ab Hieronymo, & aliis vertentibus ex eodem textu, sed ab aliis quoq, Latinis Psalteriis, & ab Augustino, Arnobio, Cassiodoro. Posuit eam noster interpres, propter Græcam ἄν, quæ etiam reddi potuisset per aliam, in qua nulla dubitatio indicaretur, videlicet (*utique, certè, profectò, &c.*) nec rarò expletivè sumitur, ac redundanter apud Esaiam [m], quod absolutè Latinus habet sermo, *quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus*: in utroque membro Græcè dicitur eum particula ἄν. Hebraicè in priore תמעט *chimbhat*, quod proximè ante hìc erat, *pro nihilo*, & ἂν ἐν τῷ μηδενὶ. Non intelligo cur doceat Remigius positum hic *forsitan* objurgativè, non dubitativè. Cur objurgativè, inquam, non intelligo: dubitativè non poni concedo, ita ut dubitationis propriam vim retineat.

[m] c. 1. 9.

Quapropter qui negant Deo scientiam futurorum contingentium liberorum possibilium sub hypothesi, seu conditione omninò certam, & conjecturalem dum taxa, probabilemq; tribuunt, quod est proculdubio parum probabile; nec ita consonum Scripturis, & Patribus, ut alibi demonstravimus, nihil pro illa sua opinione habent ex ejusmodi dubitativis particulis. Canon est Augustini [n], Ambrosii [o], Gregorii [p], Chrysostomi [q], Theodoreti [r], Eusebii [s], Origenis [t], Hieronymi, [u] Theophylacti [x], de quo Cantapretensis [y], Jansenius [z], Vasquez [a] noster, Deum dici ambigere, ut libera hominis voluntas reservetur. Alioqui multis in locis constat omitti talem dictionem, quæ in aliis rem eamdem narrantibus exprimitur: & cum de cognitione quoque rerum futurarum, ut in Deo est, agitur adhiberi, quam nemo dubitaret planè certam esse. Qui controversiam istam ante omnes recentiores, ab annis jam 44. quum hæc scribo (scribo autem anno 1610.) tractavit Petrus [b] Fonseca noster, ut ipsemet de se testatur, præ ceteris dignus qui legatur. Quod autem Suarez [c], etiam de nostris confirmans eamdem sententiam ex præsenti loco, ait Basilium, ac Augustinum notare (*forsitan*) non poni ad minuendam certitudinem, non tam id illi dicunt, quum nec legant istam particulam, quam ut eamdem doctrinam vel tradunt, vel supponunt, quæ placet Suarez, & mihi, & melius opinantibus, Ayguani durior expositio,

[n] *in ps.* 2. *tract.* 37. *in Joan.*

[o] 2. *de pœn. c.* 5.

[p] *hom.* 9. *in Ezech. Cur Deus dicatur ambigere.*

[q] *hom.* 78. *in Matth.*

[r] *in c.* 26 *Jerem. & c.* 2. *Ezech.*

[s] 6. *de præparat. c.* 5.

[t] *hom.* 1 *in Ezech.*

[u] *in cap.* 21. *Matth. Ezech.* 2. *Jer.* 5. & 26.

[x] *in cap.* 20. *Luc.*

[y] 5. *hypotyp. c.* 5.

[z] *concord. c.* 47

[a] 1 *p. disput.* 67. *c.* 1.

[b] *in lib.* 6. *Metaph. c.* 2. *q.* 4. *sect.* 8.

[c] *lib.* 2. *opusc. c.* 8.

(*forsan*,) poni ad omnem dubitationem tollendam, etiamsi illam importet, sicut pontus (inquit) dicitur mare per oppositum, quia ponte caret. Sed nec ignorantiæ reprehendi placet Interpretem nostrum à Varlenio.

Inimicos illorum humiliassem.) Augustinus, *omnes inimicos.* Humiliare, & πατάσσειν significant hoc loco *dejicere*, & ut explicat Apollinarius πελάζειν χθονὶ, *admovere terræ*, seu *ad terram prosternere*. Est enim כנע *chanahh* in hiphil, *demittere, dejicere, deprimere humiliare facere.* Noti externi, internique, corporei ac spirituales inimici nostri, & omnium caput, *diabolus, calumniator, quem humiliavit* Christus *a*, ejusque *superbiam, tamquam Assur* b.

Et super tribulantes eos misissem manum meam.) Hieron. *& super hostes eorum vertissem manum meam.* Hoc valet אשיב *asciu*. Vertere, seu convertere manum super aliquem, est iterum ac iterum percutere, & cædere, quod Paraphrastes, ait, *convertere percussionem potentiæ, seu fortitudinis*, quod in alio Psalmo *c*, est *deficere à fortitudine manus Dei*. Tale id Jeremiæ *d*, *tantum in me vertit, & convertit manum suam tota die*, quasi nempè nil aliud ei esset quod ageret, aut nullum haberet inimicum alium, nullusque qui puniri mereretur, esset. Ibi Paraphrastes [*in me se convertit, & revolvit plagam.*) De inimicis suis querebatur David sub unius persona *e*, *tota die impugnans tribulavit me*, & *f*, *tota die verba mea execrabantur*; & *g*, *conculcaverunt me inimici mei tota die*, Putat Delrius noster *h* sumtam ab illis metaphoram, qui stylum vertunt & inducunt, aliaque & alia mutant, ac ducunt & reducunt manum, donec scripta in membranis cerilve, penitus deleant & obliterent, juxta illud *i Delebo Jerusalem, sicut deleri solent tabula, & delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem ejus. Levare manus* in aliquem, seu *in superbias* ejus *k*, aut *exaltare*, *l* aut *inveniri* alicui, & *invenire* aliquem *m*, aut *gravari* super aliquem, *n*, aut *confirmare o*, aut *extendere p*, aut *elevare q*, & similia, denotant gravem punitionem. Obstat huic expositioni, quæ antea præcesserunt vocabula (*pro nihilo*) manum enim vertere & convertere, ac iterum iterumque cædere & percutere, non est parum & modice, seu leviter, aut in momento. At veriorem dixi sensum esse, ut significent quod parum abfuisset, vel impedimentum non fuisset, quominus deleret inimicos, quo tandem cumque modo id fieret. Verbum Græcum præsentis loci ἐπίβαλον, significat *injicere*, quæ trita phrasis est, ut injicere dicatur manu in aliquem qui percutit, & Apollinarius exposuit ἐμὴς ὤλεσσα χειρί, *mea perdidissem manu*. Quod Hugo notat dici manus super reprobos ad conterendum, sub electis (ut ibi *Dominus r supponit manum suam*) ad sublevandum etsi verum est, non tamen valdè aptum. Nam & in bono sensu *fieri* dicitur *Dei manus super virum, dextra ejus, & super filium hominis quem confirmavit sibi s*. Ethicum documentum Brunonis Carthusiani commodum, ut quemadmodum Deus & Christus iis consulunt, quos sciunt nõ admissuros castigationem, ita nos compatiamur malis, & licèt adhortationem spernant, moneamus, *ut animas nostras salvemus*, prout Ezechieli *t* dictum est.

a Psal. 71. 4. a Zach. 10. 11. b Psal. 82. 11. c Psal. 33. 11. d Thren. 3. 3. e Psal. 55. 2. f vers. 6. g vers. 3. h in Thren. 3. i 4 Reg. 21. 13. k Psal. 71. 3. l Psal. 10. 11. m sec. Hebr. n Psal. 20. 9. o Psal. 31. 4. p Psal. 37. 7. q Psal. 54. 21. Psal. 137. 7. r Psal. 105. 26. s Psal. 79. 18. t Ezech. 33. 5.

Augustinus, & alii explicant de redeuntibus ad vitia, quibus renuntiavimus in Baptismo, violando fœdus pactum cum Deo, nec id leve peccatum esse, temporalique sola plectendum pœna, ut olim Hebræorum punita sunt peccata, sed æterna. Idem est de relabentibus post sacramentum pœnitentiæ. Basilius, sive Theodoretus, declarant de crucifixoribus Christi, cui se obedituros promiserant loquentes cum Moyse *b*; nimirum quia idem-met Deus erat. Nicephorus id refert ad confictas honorificas appellationes, quibus interdum Judæi Christum nominabant *c*. Euthymius his duobus addit, quod cum cognati ejus essent, inimici ei facti sunt, & illius cognationem mentiti. Mendacium eorumdem Arnobius attendit respectu populi, cui dixerunt *Christum non esse à Deo d*. Hieronymus (licèt non magis verus, quam ille Arnobius, Auctor operis adversus Gentes, quod tam sæpè moneo) consentit inimicos hic esse Judæos, qui, juxta versionem ex Hebræo veri Hieronymi antea recitatam, negaverunt Christum. Valentia mentitos dicit Judæos Deo & Christo, quia *Prophetæ, quem Moysi Deus promisit e*, ideſt, Christo ipsi credere noluerunt: quia vocant se & haberi volunt *semen ac filii Abrahæ f*, sed non sunt, quum non recipiant sibi promissum Christum in Isaac: quia non servant legem: Christum similiter non recipiendo, *qui venit eam adimple-*

Agellius Eusebium; prior, interpretantibus ex Hebræ, quidam quæ alii præterea, ut Agellius propugnator LXX. Interpretum. Sed non video quomodo particula potentialis ἂν reperi possit, ut ipse contendit, etiam cum futuri temporis verbo substantivo ἔσται, *erit*. Recedit ab Hebriazantibus, quem sequi maximè ducem deberent, Hieronymus, convertens in tempore futuro secundùm saltem membrum: & qui ex ejusdem interpretatur translatione. Trevetus monet hìc personam mutari, Prophetam quæ ostendere, quomodo Deus tractet malos, nimirum dissimulando ad tempus pœnam eorum, & permittendo frui beneficiis suis: nam constat in deserto negavisse Hebræos potentiam Dei, facto vitulo, cum dicerent, *Hi sunt dii tui u*; hoc autem peccatum vindicandi tempus duraturum in sæcula, ut non auferatur pœna, licèt ad præces Moysis dilata sit, vel certè semper eis offeratur tempus pœnitendi: interim verò reficiat illos benignus Deus *cœlesti manna x*, & super mel dulciore *aqua*, *divinitus extracta de petra y*. Præferenda communior expositio secunda, quæ magis congruit editioni nostræ.

u Exod. 32. 4

x cap. 16. 4. & seq. y c. 17. 1. & seq. Num. 20. 2. & seq.

Inimici Domini mentiti sunt ei.) Hieronymus, *qui oderunt eum, negabunt eum*, quomodo vertit Aquila, μισοποιοῦντες κύριον, ἀρνησόνται αὐτον. Sed apud Trevetum, *negabant*, in præterito imperfecto, & explicat, ut dixi, de præterita vituli adoratione, quando consequenter contentur Hebræi Deum verum negavisse. Itaque hoc pacto inimici Domini, vel odientes eum, sunt Hebræi, non autem horum inimici, aut eos odientes. Præstat juxta secundam communiorem sententiam, cui favet Symmachus, μισοποιοὶ Κυρίου, ὁι ψευσάμενοι αὐτῷ, *osores Domini, qui mentiti sunt ei*, explanare etiam Dei inimicos Hebræos toties mentitos illi, nec stantes promissis de servandis præceptis ipsius aut de resipiscendo. Hostes quidem certè Hebræorum non odio Dei ipsorum, eos persequebantur, sed commodi proprii causa: nec mentiebantur, cui fidem numquam dederant, & ut de Paganis Cassiodorus ait, nulla fuerant Domini promissione constricti. Pro prima faciunt ea quæ dixi Psalmo 62. *z In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*, scilicet de simulata subjectione & deditione, quam victi fecissent inimici Hebræis: aut certè vero Deo, simulando, sed cultores ejus, aut deleria negatione fidei prius præstitæ idolis suis, veraque conversione ad veram religionem. Servile vitium mentiri est, ut eo Psal. 65. docui, eorumque, qui ex necessitate ac metu serviunt, non ex animo. Similis dicendi formula in psalmo 17. *a Filii alieni mentiti sunt mihi*. Tales simulatores etiam in genere Galli significare volentes dicunt, *Frire des bons valets*.

z vers. 1.

a vers. 46.

Malo coactus (ait Comicus) *qui suum officium facit,*
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si speret fore clam, rursum ad ingeniam redit.

Vers. 16.) Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.

Sensus loci.

PRobabile est quod antea indicavi, hoc & quæ ad finem usque sequuntur pendere ex conditione versus duodecimi (*si populus meus audisset me, &c.*) ita ut adhuc hic loquatur Deus, sed, de se ipso in tertia persona, videlicet, si populus meus ea quæ dicta sunt, fecisset, præter alia etiam dicta beneficia, affecissem, ut inimici Domini, qui erant iidem inimici populi mei, eosque tribulantes, mentirentur eidem populo meo, ideſt, cogerentur serviliter supplices ipsi fieri, ac subjectionem simulare voluntariam, & in perpetua servitute vitam trahere: ipse autem populus semper felicia tempora videret, & consequeretur beneficium, quod hic in fine psalmi ponitur. Servata porrò ratione propria temporis præteriti secundum editionem nostram, intelligemus Prophetam loqui conquerentem de majoribus suis, quod toties mentiti fuerint Deo, fidemque ei fefellerint, ut idcircò tempus punitionis eorum futurum sit perpetuum, tùm propter enumerata beneficia, tùm propter illud valdè insigne, quod sequenti continetur versus, nec omitti debuit. Posterior exponendi modus ceteris passim probatur, & nominat A-

b Exod. 24. 6

c Matt. 22. 16.

d Joa. 9. 16.

e Deut. 18. 15.

f Joan. 8. 33.

re a: quia falsò intelligunt, ac perversè interpretantur scripturas. In eadem sententia de Judæis secundum rem ipsam Trevetus est, quem citavi, nec non Lyranus, & Cajetan. item Galatin. *b*, sed quatenus adoraverunt vitulum. Arbitror ad litteram sermonem esse de Judæis indefinitè, deq; varia prævaricatione illorum, & quasi negatione, atq; apostasia à Deo. Potest extendi ad Judæos negatores Christi. tum etiam ad hæreticos, & malos Christianos, *Qui confitentes se nosse illum, factis negant* c: & primam fidem irritam faciunt, immo sæpius datam de ipsius lege servanda, *diligentes in ore, & lingua mentientes* d, *labiis honorantes, à quo sunt longe* e, quum nihil sit turpius, nihil infelicius, ut ait Philo Carpathius *f*, quam vitam disparem verbis agere, præstetque, Auctore Nazianzeno *g*, pauca quidem verba de virtute facere, cetera actionibus ipsis permulta demonstrare, vitæq; integritate orationi fidem auctoritatemque conciliare, quia pluris æstimanda pulchritudo vita, quam picta, divitiæ possessæ, quam somniatæ: Deo autem mentiri, quod explicat Remigius, quia tandem cedat in honorem Dei, nimis durum sensum gignit, quamvis verum.

a Matt. 5. 17
b *lib.* 9. *c.* 1.
c Til. 1. 16.
d Ps. 77. 36.
e Es. 39. 1. Matt. 15. 8.
f *in Cant.* 5.
g *orat. de plaga grandinis.*

Et erit tempus eorum in sæcula.) Hieron. *in sæculo*, quod, ut prius dixi, Trevetus explicat de perpetua duratione, ut vel duret semper tempus vindicandi peccatum, quo Hebræi mentiri sunt Deo, & negaverunt, ad orando vitulum: vel tempus ad agendum de illo peccato pœnitentiam. Primum fabulosum vocat, quamvis Lyranus, & Cajetanus asserant, nixi verbis Exodi, quibus dixisse narratur Deus post cædem idololatrarum *viginti trium millium* h, quod *in die ultionis visitaret & hoc peccatum* i. Id interpretantur aliqui de captivitate Babylonica, vel de exitio à Romanis illato, vel de die judicii, vel de varia clade, qua per partes tandem consumtus est populus in deserto, vel de ipsamet illa cæde viginti trium millium, postquam præposterè posita sint dicta verba. Habent alia Psalteria, & Augustinus, Arnobius, Greg. *k*, Cassiodorus, *in æternum*, quod est Hebr. לעולם *lehholam*, Græcè εἰς τὸν αἰῶνα. Symmachus autem pro ὡς, veti ἀλλὰ, *sed*. Plurium sententia est, ut accipiatur hoc tempus עת *hheth*, καιρὸς in malam partem, pro calamitoso tempore, & ita Hebræos ac Syros appellare solere πᾶς συμφορὰς, idest, *calamitates*. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus testantur, & de suis etiam, hoc est, de Græcis, Theodoretus, qui vult significari privandos Judæos perpetua cura Dei, eo modo quo primis psalmi 73. verbis, *Ut quid Deus repulisti in finem*, Aliter in malam quoque partem videtur Paraphrastes accepisse, *ut sit furor eorum*, vel, ut Nebiensis vertit, *fortitudo in perpetuum*, idest, ut eorum *qui oderunt Deum*, quod in alio psalmo *l* est, *Superbia ascendat semper*. De felicitate in opposito sensu, sumunt Hebraizantes multi tempus, sed conditionate, si scilicet populus obediviset Deo, futurum fuisse, ut prospere illi omnia semper fluerent, ut ea quæ ad vitæ sustentationem jucundam spectant, de quibus versu sequenti affatim suppeterent. Videtur id etiam innuere Apollinarius;

h Ex. 32. 28
i *vers.* 34.
k *mor. c.* 7.
l Ps. 73. *ult.*

τῶς δὲ δυνατὸς βιότου τροφὸς ἔσσεται ὧρη,
Horum semper vita alumnus erit tempus.

Approbant hoc etiam qui, & Arnobii, & Hieronymi titulo circumferuntur, explanantes de Judæorum sub mundi finem conversione, quando, *cum introierit plenitudo Gentium, omnes Israel salvus fiet* m: & refellit creditus Hieron. Judæos hoc sibi de loco applaudentes. Remigius quasi secutus lectionem Hieronymi, *in sæculo*, & hoc accipiens pro mundo, vel præsenti duratione declarat quod inimicorum Domini dies dominationis erat in sæculo hoc præsenti; non in futuro, hic dominari, ibi torquendos esse. Recens *n* auctor vult significari vitam protendi improbis, & per ea quæ postea sequuntur, melioribus terræ fructibus alii. Alius *o*, ita improbos hic vivere, ac si semper essent victuri, breveque tempus concessum ad vivendum, existimare sæcula æterna. Eusebium citat Agellius, exponentem, etsi tanta Hebræi ausi essent, sæculum tamen præsens habituros, hocque fore tempus illorum. Genebrardus amplectitur bonam, & malam simul notionem temporis in sæcula, dicitq; mirari Prophetam impiorum, & inimicorum Dei mentientium ei, socordiam, qui quum in æternum vivere debeant, nec una corporibus extingui, tamen ad illius immortalitatis dubium statum, mentem minimè attollunt, neque commoventur.

m Rom. 11. 26. In hoc sæculo dominatur improbi in futuro torquendi.
n Diez. 10. 1 *concio. feria 6. post cinet.*
o Osorius *tomo* 2. *serm. Dom. Quinquag.*

Sensus litteralior est, quem plurimi sequuntur, de tempore punitionis admodum diu duraturæ, & juxta mysticum sensum, semper etiam ac in æternum in inferno. Cajetanus, qui ex mystico litteralem facere videtur, notat distinctionem Theologorum inter præmium beatorum, & pœnas damnatorum, quoniam illud erit sine tempore, h. e. in æternitate: pœnæ vero in tempore, semper tamen durante, quia eruut (inquit) successivæ: beatitudo autem tota simul. Objici potest *Angelus juravit quod tempus non erit amplius* p. Gregorius *q* respondet, per tempus hic intelligi defectum, & quod sine fine omnimodo defectu deficiant hi, qui à visionis intimæ consolatione separantur. Bruno Carthusianus idem dicere videtur in Commentario hujus loci; dicit enim tempus pro defectu poni, qui erit improbis in tormentis usque in sæcula. Etsi vero locus Apocalypsis accipi possit de temporis opportunitate ad pœnitendum, vel merendum, quod tempus accipit Deus, & Christus, ita ut ipsius tunc sit, non nostrum, dum *judicat justitias* r, vel in morte cujusque, vel in judicio universali: & Viegas noster *s* tropologicè perpendit, nihilominus ad litteram sermo ibi est de vicissitudine dierum, & noctium per cœli motum, quæ post judicium desinent, ac proinde mensura temporis externi independens. At interni temporis fluxum, & successionem, quæ oritur ex rerum ipsarum mutabilium fluxu, atq; successione nemo negat, non solum in inferno, & pœnis, sed in aliis quoq; rebus ejusdem rationis, secundum mutabilitatis, & mutationis, atq; fluxus, & successionis modum, qui quoniam non est in actu beatifico, propterea non mensutatur rempore, sed æviternitate, seu æternitate quadam participata beatus Thomas *t* docet, *ignem* inferni dici *æternum* u, propter interminabilitatem tantum; tamen in pœnis esse transmutationem, ut *ad nimium calorem ab aquis nivium* x: & idcircò non esse in inferno veram æternitatem, sed magis tempus, secundum illud quod hic habetur in psalmo nostro. De tempore externo quod dixi, Dion. Carthusianus intelligendus, neganshoc loco tempus futurum post diem judicii. Qui cœli mortum cessaturum volunt ante dictum diem, de temporis illius cessatione affirmare quoque debent; sed communior, & verior alia sententiæ est.

Beatorum præmiũ est sine tempore: pœnæ vero damnatorum in tempore, semper durante.
p *Apoc.* 10. 6.
q 4. *mor. c.* 7.
r Ps. 74. 3.
s *in Apoc. c.* 10. *commeni.* 4. *sect.* 6.
Temeus duplex externum, & internum.
t 1. *qu.* 10. *ar.* 3. *ad* 2.
u *Mat.* 25. 4
x *Iob.* 25. 19.

Ceterum, quamvis tempus, καιρὸς, עת *hheth*, ἀδιάφορον significationem habeant, & de malo, aut bono dicantur, quandoque ad malum significandum, usurpantur etiam absolutè posita, sed propter aliquam circumstantiam, & peculiarem aliquem loquendi modum. Exemplum est in Threnis, *vocavit adversum me tempus* y, idest, ultionis: in Ezechiele z, adduxisti tempus annorum tuorum: & *, *Venit tempus, prope est dies occisionis*: in Jeremia *a*, *servient Nabuchodonosor omnes gentes, & filio ejus, donec veniat tempus terræ ejus, & ipsius*. Sic dixit etiam Orator *b*, ὁ tempora, ὁ mores. Repetit Theodoretus in Threnos *c* Syros, & Hebræos. Delrius noster ait eum nominare Chaldæos, voce *temporis* calamitatem significare in eo loco Threnorum, quem etiam citavi: nomen Hebræum est מועה *mohhed*, significans *conditum locum tempusve*, aut etiam, *festivitatem*.

y *c.* 1. 15.
z *c.* 23. 3.
* *c.* 7. 7. 12.
a *c.* 27. 7.
b Cic. 1. *in Galat.*
c *in c.* 1.

Vers. 17.) Et cibavit eos de adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos.

Sensus loci.
d Ex. 3. 8. 17 *c.* 13. 5. *c.* 3. 2 *Lev.* 20. 24. *Num.* 13. 28. *c.* 14. 8. *Deut.* 6. 3. *c.* 8. 8. *c.* 11. 9. *c.* 26. 9. 15. *c.* 27. *c.* 41. 20. *c.* 32. 10. *Jos.* 5. 6. *Jer.* 50. *c.* 10. 28 *Baruch.* 1. 4. *Ez.* 20. 6. 15. *c Deut.* 14.
f Ex. 16. 14. *& seq.*
g *c.* 17. 1. *& seq.*
h *hic. vers.* 6 *& seq.*
i *vers.* 4.

HYpothetice sensus esset juxta toties prius notata, si obtemperaviset populus Deo, suppeditaturum affatim ei fuisse copiam rerum ad vitam commode, ac jucunde transigendam, quemadmodum jam olim concesserat *terram lacte, melleque, & oleo fluentem manantemq;* d, *constituens super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, fugeret mel de petra, oleum de saxo durissimo* e, *& in deserto mannam* f, *& aquam suavissimam* g. Absoluto sensu, post interpositam commemorationem liberationis de Ægypto, & promtam voluntatem quidvis largiendi *h*, atque post insertam acrem reprehensionem de inobedientia *i*, mentio nunc fit de insigni providentia, beneficioque divino circa manna, & aquam in horrido, & omni penitus re ad vivendum destituto deserto, necnon de concessa uberrima, & pinguissima deinde terra. Qua ex re populi ejusdem ingratitudo, &

do, & per vicacia magis exaggeratur, quum soleant feræ ipsæ cicurari, atque innitescere præbito pabulo. Sic litteraliter explanant Basilius, Theodor., Euthym., Nicephorus, & quem citat Agellius, Eusebius, & Hugo, Lyran., Trevetus, Rickelius, alii plurimi, maxime recentiores. In Esdræ libro secundo *a* hujus, & aliorum enumeratione beneficiorum à Levitis urgetus vehementer Deus ad renovandam misericordiam, & commiserationem *observitutem in qua populus erat, in ea ipsa terra, quam dederat patribus, ut comederent panem ejus, & bona ejus, & fruges, quas videbant multiplicari regibus, quos posuerat Deus super eos* b. Sed & Deus ipse in libro 4. *c* licet apocrypho, inducitur hæc eadem beneficia exprobrans facinoroso populo per Esdram. *Ubi sunt beneficia*, inquit, *quæ præstiti vobis?* d. Subdit de *manna*, & *aqua* e, deq; *terris pinguibus* f. Premit etiam populum; *Quid faciam vobis adhuc* g? *quid tibi faciam Jacob? noluisti obedire Juda* h: Forsitam ex hoc Esdræ loco mutuatur Ecclesia in paraseeve quum proponit adorandam crucem, & non tantum ex Michea *i*, pias illas exprobrationes, *Populemeus quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi; quia eduxi te de terra Ægypti, parasti crucem Salvatori tuo, &c. Ego te pavi manna per desertum, & tu me cecidisti alapis, & flagellis: ego te potavi aqua salutis de petra, & tu me potasti felle, & aceto*. Similis de concessa terra, quæ lacte flueret ac melle, exprobatio extat ad Jeremiam, Baruch, Ezechielem, quos indicavi antea in margine.

Mysticè locus exponitur ab August., & imitatoribus ejus, ut *adeps frumenti* sit sacramentum Eucharistiæ, quia inimici etiam cibantur, ut Judas: *mel de petra*, sapientia Christi, qui *petra dicitur* k, qua delectantur quoq; mali. Sed quod August. ait Judam hoc adipe cibatum, quando *dedit ei Christus buccellam* l, fortassis præter sacramentum, quod certe non erat illa buccella, voluit intelligere peculiare id benevolentiæ signum, quod suo proditori exhibuit. Valentia in adipe frumenti Eucharistiam; sed in melle Sacramenta cetera considerat, de petra lateris Christi extracta: Pampolitanus in melle Eucharistiam, in altero abundantiam temporalium bonorum. Haimo interpretatur adipem frumenti de secretiore, ac profundiore mysterio Incarnationis, aliisque gratiis spiritualibus, mel de petra fortiorem doctrinam, quia mel est cibus fortior. Idem fere habet Beda, nempe per primum indicari cum mysterio Incarnationis alia interiora doctrinæ sanctæ mysteria: per secundùm, cognitionem æterni Verbi, quæ excellit omnem scientiam, sicut mel, inquit, pontificatum obtinet dulcedinis. Is, quem vocant Hieronym. vult adipe frumenti (quia non habet frumentum adipes vel intestina) designari largitatem, & pinguedinem gratiæ spiritualis, & Christum ipsum, qui ut *frumentum cecidit* m, *sed resurrexit*: melle, dulcia spiritualibus faucibus, & ori eloquia ejus super mel *n*: propterea Christum post resurrectionem *favum comedisse*, ac ab ipsamet petra, qui Christus ipse est, quodam modo mel comestum esse *o*, ut nobis mel tribueret, atq; dulcedinem, & qui in lege biberant myrrham, hoc est, amaritudinem, postea in Evangelio comederent mel Evangelii. Eodem pertinet, quod *Joannem mel comedisse* p. Ambr. *q* observat quoniam annuntiabat populos de petra melle saturandos, quemadmodum hic scribitur: sicut & *Elias cibo allato à corvo pastus est* r, ut indicio foret populos nationum, retro squalentes colore meritorum, qui ante cibum fœtidis in cadaveribus requirebant, postea de se adventiam prophetis alimoniam præbituros. Hugo tam adipem frumenti, quam mel de petra, docet esse mysticum Scripturæ sensum, ac dulcem, & suavem expositionem. Præterea dicit esse possessione pinguiores clericorum, & delicias quas percipiunt de duritia laboris laicorum. Sunt apud eumdem bonæ ac malæ proprietates mellis, ad scientiam divinam sæcularemq; applicatæ, & explicatæ, ac versibus comprehensæ, quamvis non admodum probis. Proprietates mellis bonæ sunt.

Dispergit, condit, mundat, servat, cibat, est ros:
Dulce, ferans, flavum, flos, favus, ardor, apes.

Malæ qualitates hæ,

Inflat, salescit, putris nocet, igne nigrescit:
Ventriforum, spumans, muscivorum, stimulans.

Euthymius accommodat ad Christum, *Qui multa hominum milia cibavit patribus* t, & potavit mellita doctrina usque ad saturitatem. Prima de Eucharistiæ sacramento allegoria magis recepta est, atque in officio corporis Christi frequentata, tùm recitando hunc psalmum totum, tùm istum versiculum sæpius, ut initio Psalmi monui. Rickelius reddit utriusque membri causam qui sacramentum hoc sub forma triticei panis institutum est & melle de petra designantur dulcis effectus ejus, nempe consolatio spiritualis, infusio gratiæ sacramentalis, impinguatio mentis per meritum passionis, & sanguinis Christi, qui vocatur *petra*. Ayguanus, olim incognitus, hunc cibum ostendit esse verum ad sustentationem viatorum, electum ad impinguationem aridorum, solidum ad confirmationem perfectorum, absconditum ad glorificationem beatorum. Præter tractatores psalmorum, Hieronym. *u* diserte ita hunc locum intellexit simul cum alio ex psalmo 62. *x sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Qui adipes, ait, non aliud, quam mysticam carnem sonant, ad quam Dominus discipulos hortabatur, dicens *y*; *Nisi comederitis carnem meam, & biberitis: sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis*: & ideò etiam traditum esse **גיא שמנים** *ghe scherminim Hebraeis*, quod significat *vallem adipem*, sive *pinguissimam*: Aliàs idem *a* Doctor attribuere videtur Christo *adipem frumenti*, *& similam*, *mel*, *& oleum* quæ nominat Ezechiel *b*, aliis duabus Trinitatis personis, ut quadam quasi commistione trium dulcior panis intelligatur & una trium personarum non diversæ substantiæ, sed diversis nominibus dictatum rerum descriptę, una dulcedo monstretur. Possent eadem pia licentia eadem illa tria eumdem in Eucharistia Christum designare, propter qualitates similæ, mellis, olei. Bernardus *c*, indicat eumdem sensum de Eucharistia, quam inimici quoque Dei sumant mentientes ei, sed ad tempus suum in sæcula, idest, *ad condemnationem*, sicut &, *in Judam post buccellam introivit Satanas* d. Sed quod ait de buccella, intellige eo modo quo prius exposuit Augustinum. Decet profecto, ut, quod Cyprianus *e*, admonet, amaritudo omnis, quæ intus insideat. Christi dulcedine leniatur: sique de sacramento crucis, & cibum sumis, & potum, lignum quod apud Mara profecit, in imagine ad saporis *dulcedinem* f, tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem.

Et cibavit eos ex adipe frumenti.) Omittunt conjunctionem alia Latina Psalteria, & Cassiodorus, Paraphrastes vertit, *de optimo pane tritici*. Significat metaphoricè *adeps frumenti*, optimum tritici genus, florem sive pollinem farinæ, similaginem, panem lectissimum, aut quod Ezechiel *g*, vocat *frumentum primum* **מנית** *minnith*, vel ex loco *Minnith* in Judæa optimum frumentum producentis, vel frumentum numerabile, idest, adeo pretiosum, & magnum, ut non tam mensura, quam numero venderetur. Idem repetitur Psalm. 147. *h* **חלב חטים** *heleu chitim*, hic in singulari **חטה** *chittha*. Simili figura docui Ps. 45. *i*, inebriationem tribui ubertati, & pinguedini: & Græci sub vocabulo *frumenti* suppeditationem quoque ceterorum fructuum comprehendi volunt, in terra promissionis factam. Quare non fuit omittendus litteralis sensus de terra promissionis factam. Quare non fuit omittendus litteralis sensus de terra promissionis, ut facit creditus Hieronymus, quia frumentum adipes non habeat, & intestina. Plura citat ex eodem Pagninus *k*, in eamdem sententiam, quasi dicta in eodem commentario quæ reperire nequeo, & in his istud, ò Judæe responde, frumentum adipes habet? si ergo frumentum adipes non habet, compelleris necessitate spiritualiter intelligere. Simili figura dicitur *panis pinguis* l, *humus* m, *terra* n, *mons* o, *vallis* p, *vinum* q, *pascua* r, & *speciosa deserti pinguescere* s: &, *comedere pinguia* t, est suavissimos, & delicatissimos cibos. Linguis quoque ceteris non insolens eadem dicendi forma. Sic, verbi gratia, Cicero *u*, opimum quoddam, & tamquam adipalem dictionis genus vocat. Virgilius *x* pingues hortos, & arvum *y*: vulgoque *pingui minerva* fieri quid aut dici dicunt, quod crasse, & impolite. Quin etiam, ut ab animalibus translatio fit adipis & pinguedinis ad fruges, & similia: sic à plantis florem transferimus ad rei cujuscumque ornamentum, & decorem, & quod in ea optimum est. Quomodo florem vini, farinæ, salis, æris, & similium usurpamus, præterea nobilitatis, poetarum, juventutis, &c. De generibus autem frumenti nonnihil egimus Ps. 4. *z* Lege Plinium *a*. Non sunt genere omnia idononea panis materia, qui consecretur in corpus Christi, sed triticum, idemque, est de siligine, quam nominat

Allegoria.

Sensus mysticus.

Mellis proprietates bonæ, & malæ

a v. 9. toto.
b verſ. 36. 37
c c. 1. toto.
d verſ. 17.
e verſ. 19. 20
f verſ. 21.
g ibid.
h verſ. 24.
i c. 6. v. 4.
k 1. Cor. 10. 4
l Joan. 13. 27 30.
m Joan 12. 24
n Pſ. 118. 103
o Luc. 24. 42
p Matt. 3. 4.
q in Luc. c. 3
r 3. Reg. 17. 4. 6.
s Matt. 14. 25. & ſeq.
t 1. Eſd. c. 9. 10. 5
u in Verr. 55. Eſa. x verſ. 6.
y Ioa. 6. 54.
z Matt 26. 26.
a in c. 16. Ezech.
b c. 16. 13.
c ſerm. 71. in Cant.
d Joan. 13. 28 30.
e de zelo & livore ſub finem.
f Exod. 15. 29 Num. 33. 8. 9
g c. 27. 17.
h verſ. 14. ſec. Hebr.
i verſ. 9.
K in Iſaiæ. lib. 5. c. 10.
l Gen. 49 20
m Nu 13. 28
n 2. Eſd. 9. 25
o Pſ. 67. 16.
p Ez. 28. 1. 4
q Ez. 27. 18.
r c. c. 34. 14.
ſ Pſ. 64. 13.
t 2 Eſd. 8. 10
u in Orato.
x 4. Georg.
y 3. Eclog. 4.
z verſ. 20.
a Lib. 8. c. 17

minat Plin. *a* idem deliciastritici, & de alica, seu alicastro, ut est semen trimestre, pondere & bonitate præcipuum, de quo Columella *b*, & si quid aliud est quod tritici nomen propriè habere possit, ut far, seu adoreum, ut passim docent fere omnes, & Catechismus Concilii Tridentini Apostolicam traditionem appellat: & in Concilio Florentino Eugenius. Papa materiam hujus sacramenti panem triticeum eum vino ex vite: & quando Christus instituit sacramentum, non videtur alio usus pane azymo, quam triticeo, nihil autem aliud offerendum definit Concilium Carthaginense III. *c* quam quod Dominus noster tradidit: & *frumenti* nomine absolutè posito triticum sæpe intellligitur, saltem adeps frumenti excellentiorem tritici speciem videtur designare: & Hieron. *d* pro *frumento* legens apud Joannem *e*, *triticum*, & quod in Zacharia nominatur *frumentum*, interpretans esse illud ipsum triticum in verbis dicti Evangelii, *nisi granum tritici cadens*, &c. ait, hoc frumentum seu triticum esse, de quo efficitur ille *panis qui de cœlo descendit* f, itemq; *g* triticum, quod negat verbis Dei Elaias * *dandum ultra cibum inimicis*, esse ex quo panis cœlestis efficitur, & de quo Dominus loquitur *h*, *caro mea vere est cibus*: deniq; solus triticeus panis hominibus simpliciter accommodatus est & quo frequenter, communiterq; utemur, in quali communi pane Damascenus *i*, institutum scribit hoc sacramentum. Plura Theologi, præsertim Suarez noster *k*, & Gulielmus Alanus *l*. Ezechiel *m*, indicat usitatum populo Hebræo panem ex simila fuisse, hoc est ex tritici farina. Hoc loco *adeps frumenti* aut manna significat, ut existimant Euthym. & Nicephorus, præterea Trevet. Rickelius, Hugo, Cassiod. Ludolphus, aut copiam frugum, præsertim, in terra promissionis, ut reliqui, ac iterum quoq; Rickelius, quod etiam probabilius est. Tunc verò præteritum *cibavit*, indicabit alia peccata, quæ populus commisit in ipsamet promissionis terra, non solum in deserto, ubi etiam cibavit eum non modo manna, sed propter certam promissionem dictæ terræ.

Et de petra melle saturavit eos.) Sic in Deuteron. *n*, *ut sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo*. Vel sumitur mel propriè, quod apes conficiunt interdum in cavernis, ac petris: vel pro vario genere suavium fructuum, qui melius proveniunt in petrosis, & montuosis locis, cujusmodi erat promissionis terra: vel pro aqua, quæ ob sui desiderium post diu toleratam sitim, dulcis ut mel videbatur, & de petra in deserto extracta est: vel per hyperbolen, præsertim exponendo cum hypothesi, significatur quod fecisset Deus rem infœcundam potius abundare omnibus ad vitam necessariis, quam non saturasset, & quidem suaviter populum suum. Ultimam opinionem sequitur Vatablus, indicatq; Bochius: primam Lyran. Turrecremata, Rickelius secundam Cajet., Genebrard. Agellius, nec non ex nostris Pradus *o*, & Tillalpandus *p*, præterea Euthym. in explanatione Cantici ex Deuteron. Hi volunt petram; ut dixi, denotare petrosam, & montuosam regionem Judææ, qua ex parte terminatur Idumæa, sive Arabia Petræa, sicut in priore membro, quum de adipe frumenti mentio fit, indicari valles, & partem ejus terræ campestrem: per mel vero mellitos, idest, suaves fructus intelligi, ut palmæ, ficus, uvæ, pruni, mali, quoniam *oblata* dicuntur Deo *mellis primitiæ à filiis Israel*, *cum frumenti*, *vini & olei* q, quum tamen *mel offerri* nefas esset *e*, nempe liquorem favi: & similiter oleum aliquando pinguia cuncta significat, non solùm sucuum baccharum olivæ, quoniam nec hoc, nec apum opus propriè sugitur, lambiturve de rupibus, ut in Deuteron. *s* tamen dicitur, sed *comeduntur*, ut est ibidem, *fructus agrorum*, & pingues & dulces. Confirmat idem Pradus, post Genebrardum, sicut & Bochius ex illo Martialis *t*;

Infanti melimela dato.

idest, mellita poma, mitia ve, aut etiam dulcia alia, ut ficus, mel, saccharum, &c. Digreditur Bochius in tractationem de mellifluis arboribus vel potius alveribus in iis confectis: de melle quoq; amaro, quale creditur quo vescebatur Joannes. Lege dicta psal. 18. *u* Tertia sententia placuit Græcis Enarratoribus, item Hugoni, Treveto Ludolpho, præterea Chrysost. *x*. Is probat hinc tenuem, ac frugalem victum solere suaviorem, & dulciorem videri: & vim in eo facit, quod nusquam in Scriptura lectum sit mel à Moyse de petra eductum, sed ubiq; fluvios, & aquas, & frigida fluenta: nec in mel mutatam aquæ naturam, sed bibentium dispositionem post indigentiæ delatigationem fecisse, ut melle dulcior judicaretur. Ita videlicet Darius aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibens, negavit se bibisse unquam jucundius quia numquam biberat sitiens, multisque antea epulis, & poculis fastiditus fuerat *y*. Omnes opiniones veri similitudinem habent. Favet secundæ frequens profanis quoque poetis per quamdam parœmiam dicendi fosma, qua *mella optant* z *fluere* illis cui optant felicitatem; & auream ætatem describentes, in ea canunt mella dare vel sudare quercus *a*; item ex ilice manare *b*; aut electra myricas sudare *c*, & rorare querceta favis *d*. Eodem spectat, *ferens rubus asper amomum* e, præterea spinæ rosas, vepres lilia, senticeta violas, & similia.

Præter mysticum de Eucharistia sensum jam pridem indicatum, vel de sapientia seu doctrina Christi, & cognitione suavi mysteriorum, præterque Tropologiam nunc allatam de suavitate parsimoniæ, potest accommodatè ad Incarnationem ejusdem Christi referri, quem ut *rorarent cœli pluerentque* optabant veteres Patres *f*, & quo nato mellifluos factos cœlos canit Ecclesia. Sed Chiliastarum vitandus error, in quem Lactantius impingens *g* scribit, quod in illo millenario terra aperiet fœcunditatem suam, & uberrimas fruges sua sponte generabit, rupes montium melle sudabunt, per rivos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Deinde notabile est, quod ut ex petra Moyses aquam eliceret, *bis virga percussit* h, qui sola una vice utens illa prodigia alia patraverat *i*. In aliis non peccavit, sed in isto minus confidendo in Deum Sic autem peccatori necessaria perseverantia in impetranda venia, nec absque aliqua contradictione, & contritione potest ex dura cordis petra extrahi aqua devotionis, quam quo magis differtur, & expetitur, eo experietur dulciorem, nec tam ut aqueum, quam ut melleum liquorem. Quamvis, quod attinet ad Moysen, potest aqua illa censeri, mel, non ipsi, sed populo ratione gustus, quem populus percepit ex ea: nam perinde, ac mel colligenti contigit aliquando, ut apum stimulis percellatur, sic Mosi hæsit jusixus aculeus minarum divinarum, quod prohibetur ingressu terræ promissæ, ob eam dixi diffidentiam. Stephano lapides torrentis dulces fuerunt, ac de illis eduxit mel, oleum, aquam, quia & adeò libenter, suaviterq; obdormivit in Domino, & tam benignè, piéque pro persecutoribus oravit, atque duriorem petra Saulem convertit; *k* dejectum lapidibus orationis tamquam Goliam *l*, multoque melius sibi regnum comparans tolerantia sua, quam David quum tulit patienter lapides jactatos à Semei *m*.

Non quilibet panis non e ratus in corpus Christi. a c. 8. b lib. 2. c. 6.

cc. 24. & hab tur coin sacramento de consecr. d. 2. d in c. 9. Zacchar. e c. 12. 24.

f c. 6. 59. g in 62. Esa. * c. 62. 8. h Ioan. 6. 50. 59.

i lib. 4. c. 14. K. 3. p. tom. 3 disp. 44. sect. 1. l 11. de Euch. c. 11. m c. 16. 13.

n c. 12. 13.

o in Ezech. c. 26. v. 13. p in c. 27. v. 17

q 1. Par. 31. 5 r Lev. 2. 12.

s cap. 32. 13.

t lib. 7. epig. in 24.

Melle amaro vescebatur Joannes u vers. 11. x Hom. 2. ad popul. & lib. quod nemo leditur nisi à seipso.

y Plut. & Herodotus Cic. 9. Tusc. z Virg. ecc l. 3 a Virg. ecc l. 4 Tibull. l. 1. & eleg. 3. b Hor. epodo de 6. Ov 1 c Virg. oelog. 8. Metam. d Claud. 1. in Ruff. e Virg. eccl. 5

f Esa. 45. 2.

Chiliastarū error. g lib. 7. c. 24.

h Nu. 20. 11 i Exod. 7. & seq.

k Act. 7. c. 9 l 1. Reg. 17 40. 49. m 1. Reg. 16. 10. & seq.

PSALMUS
OCTOGESIMUS PRIMUS.

1 Psalmus Asaph.

A DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat.

2 Usquequò judicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?

3 Judicate egeno & pupillo: humilem & pauperem justificate.

4 Eripite pauperem; & egenum de manu peccatoris liberate.

5 Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.

6 Ego dixi: Dii estis, & filii Excelsi omnes.

7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de Principibus cadetis.

8 Surge Deus, judica terram: quoniam hæreditabis in omnibus Gentibus.

Titu-

Titulus & Argumentum.

Vers. 1. Psalmus Asaph.
Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat.

Sensus loci.

SImplex titulus nullam requirit expositionem Nam de Asaph dictum alias, nec auctorem psalm. censeri propterea quod in aliquorum titulis inscribatur. Euthym. solus notat in quibusdam codicibus pro psalmo σύνεσιν *intellectum*, sicut nimirum est in titulo 73. & 77. Argumentum Basil. vel Theodor. paucis complexus est, nempe in hoc Ps. arguentem justum judicem juduci principes, qui judicant injustè, nec justitiæ libram tenent æqualiter: predicentem præterea cum comminatione, fore, ut justum ipsemet judicium proferat. Addunt Euthym. & Niceph. prædici redargutionem, qua in Scribas, & Pharisæos Dominus noster usus legitur. Latini communiter interpretantur esse sermonem de judicio, quod exercebit Christus idem Deus, homoque, in eos, qui ipsum recipere noluerint, illique tamquam supremo principi, & deorum Deo obedire. Glossa nominat eos qui Christum, ac discipulos ejus innocentes ad mortem condemnaverunt. In fine quidem psal. oratio Prophetæ referri videtur ad optandam Christi resurrectionem, & adventum ipsius præsertim ad judicium, qui dicitur secundus adventus. Cassiod. paullò magis distinguens, docet in psalmi prima parte innui adventum Christi primum, qui constiterit in medio hominum, ut ideò vitari debeat consortium precatorum: in secunda: moneri Judæos, ut non offendantur paupertate, & vili externa conditione, sub qua latere voluit Christus in tertia, ut considerent homines dignitatem, ad quam vocati sunt, ut fierent filii Dei, sed vitio suo in mortis laqueos corruerunt. Accedit hoc magis ad sensum tropologiæ vel accomodationis, quia per Deos non universitas populi, sed principes, ac judices debent, intelligi, ut videbimus. In eodem genere censendum quod Bruno asserit, agi de Synagogæ, perditione, & Gentium conversione. Athanas. Marcellino scribit, de Christi judiciaria potestate adventuq; ad judicium in hoc psalmo agi. Appellat præterea cum 57. Psal. istum *ἐν τροπικὸν adhortatorium*. Justinus *a* etiam satis indicat Ptalm. esse de judice Christo. Hic postremo unus de Ptalmis est, ex quo dignatus est Christus proferre testimonium *b* appellans *legem*, quatenus eo nomine nonnumquam tota Scriptura comprehenditur, ut alibi notavimus. Sed arbitror generaliter ad omnes judices hunc psalmum pertinere, nec vel tempore Josaphat Regis editum vel ejus propriè tempora prædicere, ut velle aliquos refert Agellius, quamvis extet illius ad judices adhortatio *c* valde congruens isti psalmo.

a in Tryphol.

b Ioa. 10. 34.

c 2. Par. 19. 6. & seq.

Deus stetit, &c.) Prius quam Deum loquentem Prophetam inducat, constituit præsentem, quasique medium inter omnes judices, qui divino quodam honore, & officio donati sunt tamquam Dii terrestres; ut omnium supremus Judex Dominusq: dispiciat, quemadmodum commissum sibi judicandi, & regendi munus administraverint, &, si peccaviss deprehenderit, arguat & increpet.

d 1. cont. Marcio. c. 7.

e Cont. Hermog. c. 5. & contra Praxeam c. 13.

f Epist. 25. edit. Rom.

g in Ps. 136.

Deus stetit in synagoga deorum.) Tertullianus *d*, *Deus deorum stetit in Ecclesia deorum*: alias *e*, omisso nomine *deorum* in principio: Hieron. *in cœtus Dei*. Ambrosius *f*, & Hilarius *g*, *in congregatione Deorum*. Alii, *adstat in congregatione Dei*: vel, *præsidet in conventu judices seu fortis*. Chald., *Deus cujus majestas commoratur in congregatione justorum, qui potentes sunt in lege*. Hebraicè pro nomine singulari est nomen formæ pluralis אלים *elohim*, pro plurali est לה *el* singulare, à quo אלה *elohah* est illud aliud Hebr. nomen plurale: & significant Deum ut est judex aut fortis, & qui solus exigere possit juramentum, quum jurare sit אלח *alah*, unde etiam quidam derivant nomen אל *el*, aut qui Dei vices gerit. Quia vero Synagoga, congregatio, cœtus, conventus plurium est, placuit Interpretibus nomen secundo singulare per plurale transferre: tum etiam quia vers. 8. nomine plurali Hebr. vocantur *dii*. Censet Agellius in *standi* verbo latere hanc vim, ut, quia reorum est ante judices sedentes stare, quod colligit ex verbis Jethro, quum dixit Moysi *h*, *cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de manu usque ad vesperam*. Hebr. *stat* נצב *nitsau*, Deus videatur subire illorum personam, & velle, ut judices in rei personam spectent ipsiusmet Dei: quasi de ipso Deo laturi sint sententiam, & si justam non ferant, sciant, quemadmodum Josaphat monebat *i*, *se non hominis exercere judicium, sed Domini*. Hebræi è contrario, & Hebraizantes per נשא *nitsau* volunt significari protectionem, curam, auctoritatem Dei. Refert Nebiensis ex Rabinis traditionem sic exponentium, & quod quum vellet Abraham stare, jussit eum Deus sedere, & ipse stare voluit ante illum, filiosque ipsius velut illos confortans: mendum autem esse quod legitur *Abraham stetisse coram Domino*. Locum Geneseos cap. 18. *k* si intelligunt, mendum non est, quia est עומד *homed* & ἑστηκὼς, quod Paraphrastes explicat de habitu gestuque orantis. Mendacium potius aut figmentum censeri debet recitata illa Rabinorum traditio. Tritus aliorum, præsertim Latinorum, sed mysticus de Incarnatione sensus, quia Deo secundum se non convenit ullibi stare, quum cœlum terramq; impleat, & ille factus homo Deus sit, de quo Joannes *l*, *medius* (inquit) *vestrum stetit*: & Baruch *m* (pro quo Cassiod. Jeremiam nominat, quoniam amanuensis illius erat) *in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Et quia hi homines erant Judæi, de his rectè *synagoga* vocabulum, ut ab Ecclesiæ nomine quod magis propriè de Gentibus usurpatur, dici volunt. Justinus *n* intellexit de Christo, qui in conventu Judæorum de mortalium omnium genere judicaturus hic prædicatur. Euthymius & Nicephorus, ac Hugo restringunt ad Scribas & Pharisæos, qui vocentur dii, quia præerant aliis, & inter inferiores judicabant. eo modo quo primis Ps. 49. dicitur verbis, *Deus deorum Dominus*. Nazianzenus *o* interpretatur de Christo, qui stabit Deus in medio Deorum & Regum, beatitudinis gradus, & dignitates distinguens, ac dividens: & Elias Cretensis *p* declarat sic appellari homines, qui non humano more ambulant. Litteraliter *stare* hic, ut & sæpe, alibi, idem est, quod esse, seu interesse, ac præsentem esse: & *Synagoga* omnem congregationem cœtemq; significat (licèt discrimen illud ab Ecclesia, de quo Augustin. hic, & alii, nosque aliàs, admitti possit. *Dii* non omnes homines aut Judæos, vel Judæorum scribas & Pharisæus, vel quoslibet eorumdem magistratus & judices, multo minus præcisè illos, qui erant sub Josaphat, sed in genere quoslibet, ubiq; & quovis tempore simili officio fugentes. Tales autem deos appellari docuimus etiam Ps. 49. *q* Profecto *stantem vidit Jesum* Stephanus *r*, Esaias *s* Deum scripsit *stare ad judicandum*: Joannes *t* eumdem Jesum *medium* inter Judæos & *in littore* *u*, quæ nisi mysticè loquimur, de auxilii exhibitione, judicii executione, carnis ostensione, naturæ incorruptione, ut notavit Hugo, simpliciter, & ad litteram significant solam præsentiam; & quid simile: ita ut quod de reo ante tribunal stante dixit Agellius, & quidam alius *x*, litterali sensu, quem consectatur, admitti non debeat, ut nec de habitu sive positione inferioris, subditi, ministrantis, orantis, quibus rebus *standi* vel *assistendi* verbum accommodari bene demonstrat Pineda *y* noster. Nec aliter quam secundùm eumdem moralem sensum accipimus, quod Hieron. nomen gerens Auctor commentarii, hoc loco distinguit Deum stantem, ambulantem, sedentem, dormientem, quia ipsi moraliter etiam loquendo, ità nos habemus, ipse autem istis modis sese attemperat ad nos, & immutabilis in se, pro nostra varietate mutatur, ut verbi gratia stet, si sanctissimus, quod est quadam ratione Deos esse, ambulet, si evaserimus peccatores, &c. Eodem pacto, ait Hugo, Deus in quibusdam stare, & manere, id est, in firmis & constantibus: in aliis, nempe fluctuantibus, transire: in eos, qui se toros exponunt sæcularibus curis, necingredi quidem. Ambrosius *z*, citato loco isto, docet Deum judicando stare, non tantum sedere *a*: stare etiam, sicut Stephano stetit, *b* quasi advocatum & sollicitum, ut certantes juvet, atq; paratum, ut coronet. Nec vero etiam stare quum dicitur hoc loco Deus, proprie significat quod voluit Antonius *c*, illius immutabilitatem, perfectionem, æternitatem.

i 2. Par. 19. 6

k vers. 22.

l Joan. 1. 26.

m cap. 3. 38.

n in Tryph.

o Orat. 5. seu 2. de filio & or. 40. sive 2. de Baptis.

p in erat. 5.

q vers. 1.

r Act. 7. 55.

s cap. 3. 13.

t Cap. 20.

u Cap. ult. 4.

x Valde rama in exercicio pro Sabbatho post Cineres, Hispanice.

y in cap. 1. Iob. vers. 6.

z Epist. 25. edit. Rom.

a Dan. 7. 9.

b Act. 8. 55.

c c. 3. q. 1. tit. 39. cap. 1.

Ceterum, quamvis nomen *deorum* cuivis etiam politico magistratui, principiq; tribui possit, & de quodlibet psalmi verba intelligenda sint, sicut & principem appellat, nescio quis profanus *d* Auctor imaginem Dei, ejusq; Vicarium: & apud Philonem *e* à Marco Cajus persuaderi passus est, esse se non minus supra homines, quam essent opiliones, caprarii, bubulci supra greges suos, ideoque referendum in deorum numerum; dubitari tamen minime potest, quin tam honorificus titulus longe potiori

d Plut. opusc. quod in Principe requiritur doctrina. Plato in Theæteto. e Delegat. ad Cajum.

d Ex. 18. 14.

potiori jure conveniat Ecclesiastico, & sacro gubernatori, & in hierarchia constituto. Hac de re Mauritium Gregorius *a* admonuit, exemplo etiam Constantini, ut Sacerdotes meminissent non Angelos dumtaxat nominari *b*, sed etiam Deos hìc, & locis aliis *c*. Quid ergo mirum, ait, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus? Subdit celebre Constantini responsum, & factum, ex historia Ecclesiastica *d*, quum libellos accusationis contra Episcopos in Concilio Niceno sibi oblatos in conspectu Episcoporum incendit, dicens, vos nobis à Deo dati estis Dii, & conveniens non est, ut homo judicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est, *Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deos discernit.* Confirmat præterea Gregorius aliis exemplis paganorum Imperatorum, qui Sacerdotibus suis honorem maximum tribuerunt. Eamdem historiam ad simile propositum repetit Adrianus Papa Primus *e*, & Concilium Paris. *f*, & in Aquisgran. sub Ludovic. Pio *g* Isidorus *h* argumentatur à subditis rectores judicandos non esse, sed à Deo; tum etiam exemplo Christi, qui per se vendentes columbas, & nummulariorum mensas proprio evertit flagello, & projecit à templo *i*. Legitur idem in Anacleti Epistol. 2. & 3. & in altera Julii Primi *k*, & Eusebii 2. & Pii Primi 1. & in Concilio Aquisgr. *l* Divinitatem istam quamdam in Sacerdotibus Antoninus *m* considerat, propter potestatem panem ac vinum in corpus, & sanguinem Domini mutandi, quod nullus, inquit, Angelus, nullus Sanctus in cœlo, ideſt, anima, nec ipsa virgo beatissima potest, sed solus DEUS: præterea, quia possunt absolvere à peccatis, ut absoluti debitè, intrent regnum cœlorum. Non negaret nihilominus animabus Sanctorum, immo & damnatorum fortassis, hujusmodi potestatem, quæ oritur ex indelebili charactere ipsis impresso, sed usum dumtaxat: Verisimile enim est nec à damnatorum animabus tolli semel impressum characterem, licèt ejus potentiæ actum seu characteris non permittat umquam DEUS exerceri. Addere potuit officium prædicandi, & docendi, ratione cujus nomen hoc Gregorius *n* ait hominibus tribui. Utilissima cogitatio de Dei præsentia tum ad alia, tum ut qui DEI vice quidpiam agit, & nomen gerit, nihil DEO faciat indignum, & similis ei sit, *ut nullius bonorum egeat* o, ideſt, nec exigat, nec recipiat, cujus in judicio causam tractat. Cavendum quoque subdito, ut attigi, ne quod etiam præcipit Ecclesiasticus *p*, judicet contra judicem, quoniam secundùm quod justum est judicat, i. e. sic de illo præsumendùm est, ut ait Thom. Aquinas *q*, cetera divino judicio relinquendo. Quomodo Dei nomen communicabile sit, aut incommunicabile disputat in 1. p. *r* Angelicus Doctor, definitq; hunc ipsum locum nostrum tractans, non esse communicabile nisi secundùm similitudinem, ut Dii dicantur, qui participant aliquid divinum: & quia impositum est Deo nomen Dei, non ex parte suppositi, & quatenus consideratur ut hoc aliquid, sicut fortè est, inquit, nomen Tetragrammaton apud Hebræos, sed ex parte naturæ, quod est esse nomen non proprium, sed appellativum, Tertullianus *s* quidem scribit, quod Deus dicitur Deus non tam singularitate nominis, quam ea re, qua nemo Deus est. Probat verò etiam, quoniam multi nequam servi, Regum nominibus insultant, (hoc est, exultant, efferuntur, gloriantur) Alexandri, Darii, Holophernis, nec tamen ideo Regibus id quod sunt, detrahitur. Ait etiam *t*, quod sunt alii Dei, seu Dii ex gratia ipsius, non ex sua proprietate, quia ipse est solus qui Deos faciat; præterea *u* per fidem: & Irenæus *x* per adoptionem, quæ est in Synagoga, ideſt, in Ecclesia, quam filius, inquit, ipse per semetipsum collegit. Sic eos qui vocantur in Genesi *y* *Filii Dei*, aliqui exponunt de justis descendentibus ex Seth, vel quibuscumq; aliis justis, & secundùm adoptionem filiis Dei: alii de filiis judicum, principum, potentum, ita ut potuerit reddi pluraliter *filii Deorum*, quia est אלהים *elohim*, quemadmodum reddit Symmachus, Paraphrastes, Pagninus, &c. quidam quoq; licèt per peram *Angelorum*. Uno verbo Basilius *z* rem omnem complexus, est Deum verum, ac propriè dictum de uno soli dici, & de personis, quæ sint ὁμοούσιοι; homines hoc loco dici Deos secundùm gratiam, dæmones quoque *a* per mendacium. Sed gratiæ nomen extendendum ad alia etiam naturalia insignia munera, ut dignitatis, honoris, officii, dominii, scientiæ, & eadem appellatio præterea ad Angelos sanctos. Origenes *b* etiam docet, sicut nomen charitatis abusivè dicitur, ut versatur amor erga pecuniam, meretricem, & similia, ita & quodammodo abusivè dici nomen Dei de aliis, ut de cœlestibus virtutibus, quas hìc intelligit. Alioqui populum totum Hebræum vocavit Deus *filium sunum* c, ob curam peculiarem quam habebat de illo, & propter particularem cultum, quo colebatur ab ipso. Hinc tandem colligitur, & ex similibus locis, in quibus Dei *judicia exercere* homines dicuntur *d*, confutatio Anabaptistarum, & Trinitariorum hujus temporis, non licere Christiano gerere magistratum, nullaq; inter Christianos esse debere judicia, prætoria, tribunalia, jus gladii, Lege Bellarm. *e* Cyprianus adhibet *f* hoc idem testimonium pro Christi divinitate, eodemq; Athan. *g*. Simul verò idem Athan. *h* refellit Macedonicam propositionem, quidquid in scriptura Deus dicatur, esse etiam spiritum: non viceversa, ut sic negarent Spiritum S. esse Deum. Facit idem argumentum Novatianus *i*, ut probet Christum Deum.

In medio autem Deos dijudicat.) Illyricè, *in medio Deorum*, quod esset uti Diis tamquam assessoribus, non eos judicare, *& per illos, judicare, regnare, justa decernere*, k non sententiam de ipsis ferre. Chaldaicè quoq; *in medio judicum in veritate judicat*; sed exponi potest versio utraq; ut in medio illorum Deus illos dijudicet, quod etiam exigunt, quæ sequuntur; Futurum tempus ישפט *iispot, δικάσει*, continuationem indicat, ut is, qui judicat, hoc pro more, officioq; deinceps facturus sit. Quin etiam Tertullianus *l* legit in præterito, *dijudicavit*. Aquila ἐν ἐγκάτῳ *in intimo*, quasi cordis intimum indicetur, aut occultæ fraudes, quas Deus detecturus sit, ipsas, quod alibi *m* dicitur *justitias judicaturus* Vel, in medio dijudicare est palàm, in omnium conspectu, oculisque, *in oculis*, & in conspectu *solis hujus* n. Vel, simpliciter sensu supplendo verbum *standi* significatur, quod stans, aut etiam sedens, versans, habitans, constitutis in medio deorum, illos dijudicat, & primatum tenet, quem nemo eripere potest, quantumlibet superbiant, furantq; quippe cum excelsis excelsior sit. Chaldaicè, *Deus potens super cœlos, altissimos, & insuper universa terra rex imperans servienti* o. Idem valet *discernendi* verbi, quod est in Latinis aliis Psalteriis, in Augustino, Cassiodoro, Cypriano *p*, qui utitur participio Hieronym. *q*, Isidoro *r*, Hilario *s*, ut scilicet intelligatur Deum aliorum Deorum, ideſt, judicium, expendere judicia, & quod habetur sequenti versu, *accusare ac redarguere*. Quamquam verum etiam sit approbare, quæ digna sunt approbatione, sive quum judices absolvunt innocentem, sive cum nocentem damnant. Sed hæc R. Mosis Nahmanidis expositio non ita cohæret cum his, quæ statim hic subjiciuntur? Dijudicatio discretio, ista, & hujus temporis, & futuri est, atq; secundùm vel sensum mysticum, vel accommodatitium de Christo intelligi potest, tùm de Judæis, & aliis à quibus judicatus & damnatus est, tùm de aliis quibuscumq; Ambros. *t* discrimen ponit inter judicare, & dijudicare, ut judicare dicatur Deus de imperfectis, dijudicare inter Deos, quod antea retuli Nazianzenum exposuisse, ut beatitudinis gradus, dignitatesque distribuat inter justos, qui non humano viventes more mereantur appellationem Deorum Basil. *u* hoc indicat, quum docet judicare hic esse idem quod probare, exponitq; de illis, qui ob fidem digni facti sunt ut Dii vocarentur. Non est discrimen perpetuum & Hebr. שכח *sciaphat* nullam importat inter plures discretionem, & dijudicationem, multo minus qui sint solum justi. Idem affero de Tropologia Hieron. *x*, exponentis distributionem charismatum, & donorum in Ecclesia, quæ Paulus *y*, enumerat. Quod autem is, qui putatur Hieron. in hujus loci commentario, etiam moraliter tradit Deum quasi Imperatorem in medio exercitus Deos dijudicare, & rem formidabilem, plenamq; terroris esse, si Deus Deos dijudicat, de peccatore, quid faciet: hoc inquam Deos pro justis ponit tum, quum tamen de judicibus sit sermo, & principibus viris ac potentibus, quos *potenter tormenta passuros* docet Sapiens *z*, quodq; *horrendè, & citò apparebit eis, & judicium durissimum his, qui præsunt fiet*. Lutetiæ Parisiorum in celebri Palatio Parlamenti, quod vocant supra imagines considentium Judicum expressa velut de nube manus extans armata gladio est cum Epigrammate:

L'espee du Souverain Juge,
Est dessus eil, qui autruy juge.

Hac

a lib. 4. Epist. ep 31. quem etiam legel, 5. in 1 Reg. cap 4.
b Mil. 2. 7.
c Ex. 21. 8. 9
d Ruff. l. 10. ap. 2.
e in capitul. ex Synodis & cano.
f lib. 1. c. 19.
g Cap. 50
h 4 sent. c. 39
i Joan. 2. 15. Matt. 21. 12.
k cap. 30.
l cap. 31.
Divinitas in sacerdotibus quomodo consideranda.
m 2. p. sit. 5. c. 8. §. 3.
n Lib. 5. c. 4. in 1c Regum
o Psal. 15. 2.
pecc. 8. 17.
q Quæst. 4. cap. 14. 1 q. 13. art. 9
Dei nomen communicabile secundum similitudinem.
s l. cont. Marcion. c. 7.
t contr. Hermog. c. 5.
u cont. Praxeam c. 13.
x lib. 3. c. 6. l. 4. c. 2.
y cap. 6. 2.
Epist. 141.
z Psal. 95.
a 2 Cor. 2. 5.
b Prolog. in Cant.
c Exod. 4. 22 23. Oseæ 11 1.
d 2. Paral 19 6. Deut. 1. 17 Prov. 8. 15. Rom. 13. 2.
e lo. 1. de laicis c. 1. & seq.
f 2. cont. Jud. cap. 6.
g Disp. 2. contra Arian.
h Dial. 1. contra Maced. ide Tri. c. 15 apud Tertull
K Prov. 8. 15
lt. cont. Marcion. c. 7.
m Psal. 74. 3
n 9. Reg. 12. 11. 12.
o Eccl. 5. 7.
p 1. cont. Jud. cap. 6.
q Epist. 2. 13. Cant. c. 2 & in Ps. 136.
r Ep. 25. edit. Rom. vers. 82.
u hom. in Ps. 7.
x Tropologia in Zach. c. 3.
y 1. Cor. 12. 4 & seq. Eph. 4 11. & seq.
z Sap. 6. 6. 7.

Hac re credo, quicumque Auctor illius fuit, magis ad Psalmi nostri sententiam alludere voluisse, quam ad fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum, qui Dion. impendebat cervicibus *a*: nec enim impius numen verebatur, sed tyranno semper aliqui terror impendebat ab iis, quos opprimebat. Æthiopas ferunt vacuum in medio subsellium constituere, in quo dicant Deum considere præsidem judiciorum, Judicumque judicem. Constat quoque codicem Evangeliorum in Conciliis collocatum velut in throno, ut Christum ipsum repræsentaret *b*. Quin & Petrum Alexandrinum narrant in Episcopali cathedra sedere adduci numquam potuisse quod in ea se divinum splendorem ac numen clare intueri diceret. Scribit Athenæus *c* præterea quod ἀνωθηνόδικη καὶ ἀπὸ τοῦ θρόνου Δίκης ὀνομάζῃ, *deorum numero ascriptum est etiam Dices*, hoc est Justitiæ, *nomen*, Appellat item Imperator leges suas templum Romanæ Justitiæ *d*. Adolet Ordheus λίβανον, ideſt, *thus*, in hymno duplici, quem canit, πῦ δίκη, καὶ πᾶ δικαιοσύνη. De illius imagine Gellius *e* ex Chrysippo. Sed exotica omittamus. Rectè autem Hugo monet hanc sententiam posse thema esse in Concilio Episcoporum, vel in Capitulo Abbatum: adde in senatu: veremdumque ne pro synagoga Deorum, evadat Satanæ synagoga *f*; & synagoga peccantium, quæ sit stuppa collecta, & consummatio illorum flamma ignis *g*.

a Cic. Tusc. 5

b Cyrill. in epist. Synod.

c Lib. 12.

d D. de just. & jure l. Juri. §. Cajus.

e Lib. 14.

f Apoc. 2. 9.

g Eccl. 21. 10

Vers. 2.) Usquequò judicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis.

Sensus loci.

GRavis, & acerba indignati in Judices Judicis supremi expostulatio, quod non aliquando tandem tamdiu dissimulante ac tolerante ipso, definant, nec finem iniquis judiciis imponant; nec tam jus curent æquumque causarum ipsarum, quam personas, ut non cuiq; quod suum est, justè reddant, sed κατὰ μόψιν, & acceptationem personarum decernant, æstimando quid capere utilitatis ex reis, & clientibus possint, quid vitare damni, non quid recta justitiæ ratio requirat. Non eget hæc sententia explanatione: satis constat, quod sit peccatum acceptionis, seu acceptationis personarum, de quo Thomas *h* Aquinas, & alii, quo pacto etiam cadere in Deum non possit, apud quem toties diuntscripturæ *i* non est. Sed ad rem facit maximè locus Deuter. *k*, ubi ut populo persuadeatur circumcidere præputium cordis, cervicem non indurare, ratio affertur, *quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.* Quid enim movere posset ad accipiendum personas illum, qui nulla re egeat, sed sit omnium Dominus? quid inflectere, vel commovere, vel impedire potentem atq; terribilem. Quod autem ita sit, probatur mox ibidem *l*, *quoniam facit judicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atq; vestimentum.* Sunt hæ calamitosæ personæ, quarum haberi ob emolumentum ratio non solet, nec per se potest. Nec pauca verò oca sunt, quibus inhibetur hominibus ista justitiæ depravatio *m*. Ratio assignatur, *quia Dei judicium est* n. Quia verò poterat aliquando difficultas oriri ex circumstantiis, qualitatibusq; personarum, præcipit Deus *o. si difficile quid videatur*, in hac nimirum etiam re, *ut ad se referant, seque auditurum*, ac videlicet quoq; responsurum. Alia præterea causa redditur, *quia non est bonum* p, quod phrasi scripturæ, & κατὰ μείωσιν, significat valde malum. Testatur verò Malachias *q* redditos Judæos *humiles*, ideſt, viles, *atque contemptibiles* propter hoc peccatum omnibus populis, quia scilicet *non servaverant vias Domini, & acceperant faciem in lege*, Græcè πρόσωπον, *personam*. Ubi Hieron. observat, quod inter omnia peccata Levi, sive eorum, qui ex Levi sunt, Sacerdotum Dei, illud, & ultimum, & maximum ponitur, quod non causas, sed personas considerarent, justumq; pauperem despicientes, iniquos divites susciperent & honorarent: & ad illos dici id, quod habetur in istis psalmis verbis. Jacobus *r* convincitur eo argumento, quod tales *redarguantur lege tamquam transgressores*; his nempe, qui notati sunt prius locis. Legendi Basil. *s*, Hier. *t*, Ambrol. *u*, August. *x*, Isidor. *y*, Bernardus *z*, quos noster citat Joannes Busæus in panario sive arca medica sua *a*. Dignum æterna memoria Themistoclis ac Simonidem poetam, præter æquum quiddam postulantem, neq; tu bonus Poeta es, si modos, & numeros in canendo contemneres, neque ipse bonus Prætor, si gratiam cujusq; legibus præferrem *b*. Nec illum Trajani minorem laudem meretur ad Tribunum militum, cujus in ejus manus strictum ensem porrigeret; Cape ferrum hoc, & si quidem rectè imperium, gessero, pro me, sin aliter, contra me hoc utere *c*. Suppetunt exempla eorum, qui nec affinitatis, nec ullius cujus quam necessitudinis ratione, quo minus fontes damnarent, removeri potuerunt, cujusmodi sunt in Torquato *d*, Bruto *e*, Epaminonda *f*, Seleuco *g*, Phocione *h*, & in Saule, qui nec parcere filio volebat, quod mel delibasset *i*. Omnino verum quod monet Augustin. *k*, hoc vitium evadere in hoc sæculo magni laboris esse: & scribit Ambros. *l* pronum esse genus humanum favere honorarioribus, ne læsos se putent, ne victi doleant, & Bernardus sæpe, & noxiè insidiari judicantibus solere, & in eorum conscientia latere ad parvum peccatum, ut facies peccatorum sumant. At *nolite fieri Judex qui non valeat virtute irrumpere iniquitatem; ne forte extimescat faciem potentis, & ponat scandalum in æquitate sua* m.

b Dio Cassius in Trajano.

c Val. l. 5. c. 8 lib. 6. c. 3.

d Idem

e Plut. in parall.

f Valer. sup.

g Plut. in pol.

h 1. Reg. 14. 44.

i Tract. 30. in Ioh.

k 2. off. c. 24

l 2. de consid. sub finem.

m Eccl. 7. 6.

Usquequo judicatis iniquitatem.) Hebraicè in futuro, Chaldaicè, *usquequo impii judicabitis falsitatem*. Innuit עיל *bhavel* fraudem aliquando: generaliter autem dicitur de omni injuria, omnique malo contra leges, & jura. Judicare iniquitatem potest quis bene, illa damnando. Idcirco supplendum, usquequo (quòd alia Psalteria, quidam, dicunt *quousque*) *judicatis judicium iniquitatis* i.e. *judicium iniquum*, vel clariùs, *judicio iniquo*, vel, *pronunciatis iniquam sententiam*, vel, iniquè, quem vocat Christus *n judicem iniquitatis*, Jacobus, * *cogitationum iniquarum*, i. e. iniquè judicantem, & cogitantem. Euthymius nomen pro adverbio positum notat: vel judicare justitiam, esse justificare injustos, & declarare justos esse. Apollinarius per oppositum declarat:

n Luc. 18. 6.

* Cap. 2. 4.

Μέχρι τοῦ ἀκράντου δίκης κεκρίνετε κεσμοῖς;
Usquequo pura justitia non judicatis legibus?

Sic verò in Ptal. 74. *o* declarant aliqui, *ego justitias judicabo*, hoc est, justè judicabo. In prima particula (*usquequo*, sive *quousque*) notat Cassiodorus pravam consuetudinem longi temporis: & Augustinus confirmat simili sententia *p*, *usquequo gravi corde?* Adde *q*, *usquequo parvuli diligitis infantiam?* quasi jam tempus esset deponendi mores infantiles, ætate jam provecta.

o vers. 3.

p Psalm. 2.

q Prov. 1. 22.

Et facies peccatorum sumitis?) Hieron., *& facies impiorum suscipitis?*) Alia Psalteria, & August. atque Cassiodorus, *peccantium*. Novatianus *r*, *personas hominum accipitis?* Non significat facies peccatorum sumere vel peccantium, & impiorum eorum imitari mores, & personas induere, ut videntur velle Augustinus, Cassiodorus, aliique multi Latini, exponentes de consentientibus in mortem Christi, quam creditus Hieronymus nominat interpretationem sacratiorem, explicatque exemplo theatri, ubi diversas unus idemque aliquando personas refert. Rectè idem Auctor concludit, infelicem, qui plures in malo habet personas, felicem, qui in bono. At minimè dubium, quin significetur peccatum acceptionis personarum, de quo egimus quando, ut ille ipse Auctor priore docet loco, non considerat quis causam, judicumque, sed personas eorum, qui habent causas. Explanant Euthymius, & Nicephorus per εὐλαβεῖσθαι, Apollin. per αἴζεσθαι, quæ significant *vereri* ac *venerari*. Opposita erat conditio quadam ex parte illius judicis iniquitatem liberiùs patrandam ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπωμένη, *hominem non verentis* f.

r de Trin. c. 15. apud Turrull Improbata sententia.

Εὐλαβεῖσθαι.

Αἴζεσθαι.

f Luc. 18. 1.

Αἴζεσθε δὲ, ait Apollinarius, πρόσωπα ὑπερφίαλον ἀμεγενῶν,
Veneramini vero facies (personas) *superborum molestorum.*

Generaliùs patent ἁμαρτωλοὶ, & רשעים *reſciahhim*, tametsi nomen Hebræum sæpe pro impiis usurpetur. Alius Græcus Auctor anonymus declarat ἀνθρωπαρεσκεῖν, *hominibus placere*. Posset etiam verbum Hebræum תשאו *thisu* à נשא *nasa*, quod inter alia valet *erigere*, & *attollere*, sensum istum reddere; quousque facies peccatorum erigitis, & eorum rationem habendo, atque in eorum gratiam judicando, & justos opprimendo, efficitis ut facie vultuque erecto, læto, alacri, confidenti sint? Trita phrasis ut levare caput, faciem, oculos dicantur, qui læti sunt, & quibus ex animo fluunt cuncta sententia; sicut è contrario mœrore dejicitus vultus, & concidit. Exemplo est Cain *t*, cui Deus, *quare u iratus es, & cur concidit facies*

t Genes. 4. 5.

u vers. 67.

h 22. qu. 63.
i Deut. 10. 17
2. Paral. 19. 7
Job. 34. 19.
Sap. 6. 9. Eccl 35. 25. Rom. 2. 11. Galat. 2 6. Ephes. 6. 9. Coloss. 3. 25. 1. c. 10. 16. 17

l vers. 18.
m Lev. 19. 15 Deuc 1. 17. c. 16. 19. Prov. 18. 5. c. 24. 23 c. 28. 21. Eccl. 20. 24. c 42. 1. Mal. 9. Job. 7. 24. Jacob. 2. 1. 9. 1. Petr. 1. 17.
n Deut. 1. 17.
o Ibid:
p Prov. 18. 5. c 24. 15. c. 18. 11
q Cap. 29. Maximum peccatum. πρόσωποληψία.
r cap. 29.
s hom. 12. & 21
t Epist. 14. ad Celantiam & Malach. cap. 1. & 2.
u 2. offic. c. 2.
x Epist. 29. & in Ps. 32. & tract. 30. in Iohan.
y 3. de summo bono c. 57
z 4. de consid.
a verbo Acceptio personarum.

facies tua? nonne si bene egeris, recipies? שְׂאֵת *seeth attollere*, ideſt dabitur ut attollas, nempe vultum, incedes recto vultu, vivens in gaudio, & lætitia, exultatio, & exaltatio erit tibi, ſicut & fratri, propter quem videris dolere quod ſit elatus, & evectus ſupra te. Sic verò quem *honorabilem vultu* Latinè legimus in Eſaia, *a*, Hebraicè vocatur נְשֵׂאֵי פָנִים *neſui panim, ſuſceptus, aut elevatus vultu* ſeu *facie*. Translatio noſtra idem indicat; nonne recipies, nimirum præmium, tùm bonæ conſcientiæ internum teſtimonium, tùm atteſtationem acceptationis meæ quam retulit à me ſigno externo frater tuus. Quamquam concedi poteſt alia illa expoſitio, quod iniquus judex ſumat faciem, perſonam, imaginem, ſimilitudinem peccatorum, quibus cauſſam adjudicat, quoniam idem ſentit cum ipſis, & non honeſti amore ducitur, ſed appetitu commodi proprii, ſicut ille. Inde alia Tropologia elicitur non incommodè, ut cenſeatur idem judex faciem imaginem, ſimilitudinem, perſonam peccatorum induere, quos abſolvit, quoniam jam evadit eo ipſo apud Deum reus, qui *ſtans in medio dijudicat*, deponit, & exuit *imaginem DEI, ad quam factus erat*, & aſſumit illam peccatoris. Cancellarius Pariſienſis *b* Grevæus demonſtrat, quod peccator ſumat facies brutorum, larvaſque, ut leonis, per ſuperbiam, & rapacitatem: urſi & lupi, per voracitatem: aſini, per ſtoliditatem, & duram cervicem: vituli, per laſciviam: tauri, per excellentiam: pardi, per varietatem, & hypocriſin: ſimiæ, per geſticulationem, & hiſtrionitatem: hienæ, per crudelitatem: ericii, per aſperitatem, immanſuetudinem: orycis, per pigritiam, & ſomnolentiam: aſpidis, per inobedientiam: hirci, per infamiæ fœtorem: apri, per iram: porci, per luxuriam, & immunditiam: canis, per hanc, & invidiam ac detractionem: cameleontis, per ſimulationem: leporis, per timiditatem: cameli, per gibboſitatem, ideſt, temporalium ſarcinam: ſerpentis, per calliditatem: vulpis, per doloſitatem, & hæreſin, prudentiam mundi, & circumventionem. Illuſtrat omnia ſatis aptis ſcripturarum teſtimoniis, nec deerunt aliæ comparationes diligentius conquirenti, cujuſmodi eſt obvium illud ex viperis, quo Joannes uſus eſt *c*. Jam prior hoc attigerat Hugo: præterea illum, qui mores cujuſpiam peccatoris imitetur, cenſeri faciem ejus ſumere, ut Adæ, qui libidini ſciendi habeat; Cain, qui laboret invidia; Lamech, qui crudelitate, Nemrod, qui ambitione; Pharaonis, qui oppreſſione ſubditorum; & ſic de aliis. Deniq; *abominabilis quiſque ſit, ſicut ea, quæ diligit d*: quoniam amor transformat. Omnibus placere ſtudendum, ſed *in bonum e*, quia *qui hominibus* ſine delectu *placere vult, Chriſti eſſe ſervus non poteſt f*: & *diſſipat Deus oſſa eorum, qui hominibus placent, ſpernitque eos g*. *Si verò itaque juſtitiam loqueris, rectè judica h*. Argumentum namque juſti affectus eſt in judicando rectitudo, inquit Baſilius *i*. Nefas facere iniquum aliquod in judicio, in regula, in pondere, in menſura k: *Quia pondus, & pondus menſura, & menſuea, utrumque abominabile eſt apud Deum l*: *Pondus autem, & ſtatera ſunt judicia Domini, & opera ejus omnes lapides ſaculi m*.

Quis enumeret ſanctæ libertatis exempla, nullius reſpicientium perſonam Prophetarum, præſertim Nathan, Eliæ, Eliſæi, Eſaiæ, Jeremiæ; præterea Joannis Baptiſtæ Chriſti, Apoſtolorum, aominatim Pauli, martyrum, & Confeſſorum, maximè Athanaſii, Martini, Hilarii, Ambroſii, Baſilii, Chryſoſtomi, Sabæ, Aphrantis, Columbani, Thomæ Cantuarienſis, Stanislai, qui Regum, & Imperatorum non ſumſerunt facies, perſonaſque veriti non ſunt, quo minus conſtantiſſimè ad mortem etiam uſq; tuerentur divinum honorem, Orthodoxam fidem, Eccleſiæ dignitatem, immunitatem? Neque enim, (ſcribebat Gregorius VII.) *n* fortiſſimus defenſor dictæ jam immunitatis, agens de Henrico Rege Romanorum, Eccleſiæ hoſte ac Simoniaco, quem & excommunicavit) liberum nobis eſt alicujus perſonali gratia legem Dei poſtponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apoſtolo *o*. *Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem*. Legendus Bernardus *p*, quales, quod ad hoc ſpectat, idoneos ſcribat Eugenio ut ad curiam admittat. Medium, in quo ſtare hìc Deus dicitur, & Chriſtus toties, innuit non eſſe acceptatorem perſonarum, ſed omnibus ex æquo prout expedit, ſe communicare, omneſq; pro meritis dijudicare. In medio ſtans Chriſtus ſalutat, dicens, *pax vobis q*, quia cum hoc medium tenet magiſtratus, ceſſat in ſubditis obmurmurandi occaſio, quam

a Cap. 15.

Tropologia

b Serm. 177 Facies brutorum peccator ſumit

c Matt. 3. 7.

d Oſ. 9. 10.
e Rom. 15. 2.
f Gal. 1. 10.
g Pſ. 52. 6.
h Pſ. 57. a. Argumentum juſti affectus eſt in judicando rectitudo.
i Hom. 12.
k Lev. 19. 35.
l Prov. 20. 10.
m Cap. 16. 11.

n Lib. 1. Epiſt. in 9.

o Gal. 1. 10.
p 4. de conſi.

q Luc. ult. 63.

Aetiam Apoſtoli ceperunt, & indignati ſunt, quando intellexerunt ſedes primas à filiis Zebedæi poſtulari *r*. Quo modo non ſit acceptio perſonarum in Deo, docui ad cap. 10. *ſ* Actuum Apoſtolorum. Huc facere verò etiam poteſt adagium πρόσωπον φιλεῖν τῇ φιλίᾳ, quum apertè quæ ſentimus, apud amicos tum facimus, tùm loquimur. Præterea quod ſcribit M.T. *t* bonum virum neque contra Rempublicam, neque contra jusjurandum ac fidem, amici ſui cauſſa facturum, ne ſi judex quidem erit de ipſo amico, ponere enim perſonam amici, quum induit judicis. Id Philoſophus dixit *u*, magis amicam eſſe veritatem, quam Platonem, & Socratem. In fine verſus eſt סֶלָה *ſelach*, διάψαλμα; quod poſſet innuere gravitatem dictæ ſententiæ, & quærimoniæ divinæ.

r Mat. 20. 20.
ſ verſ. 24.
t 3. Offic.
u Ariſt. 1. Eth. c. 6.

Verſ. 3.) Judicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem juſtificate.

Verſ. 4.) Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

ACceptionis perſonarum vitium cernitur frequentius erga divites, potentes, in dignitate conſtitutos, pronumq; ut prius dixi cum Ambroſio *x*, eſt genus hominum favere honoratioribus, ne læſos ſe putent; ſine victi doleant. Ergo admonet Deus judices, ut potius reddant judicium pauperi, & pupillo, & egentium ac depoſitarum patrocinium ſuſcipiant perſonarum, ac innocentes declarent: *qui à divitibus vexantur, opprimunturque frequentius per eorum potentiam, & ad judicia trahuntur y*: nec habent undè corrumpere juſtitiam poſſint, immò nec vexationem iniquam redimere, videlicet *munera*, quibus iniqui judices *excacari ſe ſinunt z*: & omni ope deſtituti, cauſa neceſſario contra jus faſque cadunt. Nec ſententiam juſtam pronuntiaſſe contentos eſſe vult, ſed ut re ac opere ipſo illam exequi conentur, & ut effectum fortiatur, curent, eripiendo, & liberando calamitoſos, & invalidos ab iniquorum potentia, atq; violentia: Hoc eſt, quod eum *cui Pater omne judicium dedit a*, facturum fuiſſe prædictum eſt, ut *judicaret pauperes in judicio, & ſalvos faceret filios pauperum, humiliaret calumniatorem, liberaret pauperem à potente, & pauperem cui non erat adjutor, parceret pauperi, & inopi, & animas pauperum ſalvas faceret. Ex uſuris, & iniquitate redimeret animas eorum, & honorabile nomen eorum eſſet coram illo b* ut videlicet non ſoli, nec per ſe haberentur in honore potentes, & divites. In ancipiti dubiave cauſa inter divitem pauperemq; propenſiorem magiſq; inclinatam decet eſſe judicis voluntatem atque ſententiam in pauperem. Nam hoc naturæ ingenium eſt, debiliori parti ſubvenire, ut in elementis, & corporibus quoq; noſtris cernitur: dignior miſericordia, & huic virtuti convenientioris, qui miſerior: eò magis infirmo, & inopi nos ſtudere convenit, inquit Ambr. *c*, quia pro eo, qui non habet remunerationem, ſperamus à Domino Jeſu, qui ſub ſpecie convivii generalem virtutis edidit formam, ut his potius noſtra conferamus beneficia, qui nobis ea non poſſunt repræſentare *d*: Ipſimet Ethnici Principes voluerunt, ſi ſubdito lis ſit eum ipſis, ut illi potius faveatur: quod de Trajano Plinius *e* Capitolinus prodidit de M. Antonino, qui vocatus eſt Philoſophus, quorum tempore fas erat contra fiſcum judicare, cujas, inquit Plinius, mala cauſa numquam eſt: niſi ſub bono Principe: & Modeſtinus *f* dixit, non putare ſe delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facilè judicaverit. Quia tamen interdum facilior quis poteſt eſſe ac benignior, & immodico commiſerationis affectu trahi, cavet Deus, ne quis pauperis quoq; miſeratur in judicio, *nec declinet in judicium pauperis* g *neque conſideret perſonam pauperis* h: item præcipit, *ut nulla ſit diſtantia perſonarum, ſed ita parvus audiatur, ut magnus* i. Myſticè transferuntur hæc ad Chriſtum, *factum pro nobis egenum* k, ne deſpiciatur à Judæis.

x 2. offic. c.
y Jacob 2. 6.
z Deut. 16. 19.
a Job 5. 22.
b Pſal. 71. 4. 12. 13. 14.
c 2. offic. 2. 25
d Luc. 14. 12.
e in Panegyr.
f l non puto. D. de jure fiſci.
g Exod. 23. 3. 6.
h Lev. 19. 15
i Deut. 1. 16.
k 2. Cor. 8. 9

Judicate egeno, & pupillo.) Hieronymus, *pauperi, & pupillo*. Alii in accuſativo, *pauperem, & orphanum*. Nullus Hebraicè articulus eſt litterave ſervilis, quæ caſum indicet: ordine autem præcedit nomen ſignificans *pauperem, egenum, tenuem, miſerabilem*, quem Paraphraſtes nominat מסבנא *miſchena* vocabulo, quo Itali Gallique etiam utuntur, *meſchino, meſquin*; Hiſpani *Mezquino*. In textu Græco præcedit nomen *pupilli* ſeu *orphani*; ſicut, & in

aliis

aliis Latinis Psalteriis, apudque Augustinum, & Cassiodorum, apud Tertullianum *a*, autem *pupillo & mendico*: & correcti codices habent casus accusativos ὀρφανὸν, καὶ πτωχὸν. Vim aliqui faciunt, ut dativi denotent judicare in gratiam alterius, sicut & in simili sententia Ps. 6. *b Judicare pupillo & humili* ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, quæ h. l. secundum editionem Complutensem, Regiam, & aliorum librorum ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, pro quibus Aquila ἀραῷ καὶ ὀρφανῷ *imbecilli, & orphano*: Symmachus ἀγόνῳ, καὶ ὀρφανῷ, ut primum significet vel *infœcundum*, vel *orbum parentibus*. Sed posterioris acceptionis, quam dubitans licet, Auctor scholiorum in Biblia Græca Sixtina affert, exemplum non reperio, nec differret à sequenti vocabulo ὀρφανῷ: & prolecarere ac successione pars calamitatis censetur. Videntur autem synonyma judicare alicui, aut aliquem: & Apollinarius exponit de cognitione injuriæ.

Ὀρφανικὲαι: καὶ ἀχτεάνι διασείσιτ' βεμι,
Pupilli, & egeni cognoscetis injuriam, (quæ nimirum illi fit.)

Quantæ præ cæteris curæ sint Deo pupilli, orphanive, & egeni sive pauperes, aliàs docui: Tertullianus *c* admonet inchoatum sermonem à Christo *beatos mendicos* prædicare *d*, exemplo Creatoris, qui à Marcione dicebatur veteris Deus testamenti diversus à Deo novi, seu à Christo; Creatoris autem affectus tot ac tantos esse, mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos usq; diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis, ut hanc quasi privatam benignitatem, rivulum credas de fontibus Salvatoris; & ejusmodi vocum frequentiam magnam esse tamquam in sylva, vel in prato, vel in nemore pomorum.

Humilem, & pauperem justificate.) Hieronymus, *egenum, & inopem*. Tertullianus *e*, *justè tractate*, sicut & quod in Esaia *f* legitur, *defendite viduam*, idemmet legit eo modo. Justificare hoc loco est jus dicere, & justum declarare ac innocentem eum, qui sit talis. *Veiis*, dicitur, *qui justificant impium pro muneribus, & justitiam justi auferunt ab eo* g; *& qui justificat impium, & qui condemnat justum abominabilis est uterque apud Deum* h. Magna, & rara laus judicis, iniquam numquam protulisse sententiam. Hoc nomine Paganus ille celebratur, si vera narrat ex Paludano *i* Antoninus *k*, cujus diu post mortem fodiens rusticus in agro linguam reperit, quæ conceptis verbis ab baptismum eo usque, ista de causa se dilatam, seu in ea immorantem animam, assereret, eumque flagitaret, quem & impetraverit.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris libertate.) Hieron. *salvate inopem, & pauperem de manu impiorum libertate*. August. *auferte inopem, & pauperem de manu peccatoris eruite*.) Tertull. *l*, *liberate pauperem & mendicum de manu peccatoris eruite*. Non sufficit ab injustitia cavere, non pronuntiando iniquâ sententiam, nec opprimendo pauperes: debet judex, si potest, violatores ac vexatores istorũ coercere, curare, actionem instituere contra istos pro illis non retardari potentia cujusquam à ferenda pro iisdem sententia. Prælatis verò etiam multo magis necessarium hoc studium, exemplo Davidis *m*, *Eruere oves de ore leonis, vel ursi, hos suffocando, & interficiendo*: quasi dentibus conterendo; sunt enim veluti sponsi *dentes similes gregibus tonsarum* n, ut exponit Aponius *o*, citans præsentem locum: item exemplo Jobi *p*, *Qui conterebat molas iniqui*, *& de dentibus illius auferebat prædam*. Sic præcipit Deus *liberari vi oppressum de manu calumniatoris* q: & Sapiens r, *eum qui injuriam patitur de manu superbi*. Nihil Moyse, vel Davide, vel Christo mitius, & benignius, nihil simul serenius, magisque magnanimum: illud adversus miserabiles, hoc erga contumaces, & rebelles. Bellè in eumdem cadit cum clementia magnanimitas, ut Basilius *f* dictis docet exemplis Moysis, Davidisq; Id Plato *t* quoque utrumq; in custode civitatis requirit, ducta comparatione à cane generoso, qui adversus familiares, & notos mitissimus, adversus ignotos crudelis videtur, ac sævus. Præcipit etiam *u*, ut nocte vigilans malis hominibus, tum hostibus, tum civibus terrori sit, amandos honorandosque justis se præbeat, & temperatis, sibi, & civitati utiles universæ. Conqueritur Deus acerbè & cum comminatione, *de pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem* x, *& oves devorationi omnium bestiarum permittunt* y. Daniel senem judicem reprehendit, *quod judicaret judicia injusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios* z. Mysticè aptantur ista Christo, ut de manu Judæ proditoris, Pilati, Caiphæ liberaretur.

Vers. 5.) Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ.

REi indignitate commotus Deus tranfert orationem ab iniquis judicibus, quibuscum antea loquebatur arguendo, & monendo illos officii. Quamvis, ait, istos ego toties arguerim, monuerimque, nihil promovi, nec evaserunt sapientiores, & prudentiores: sed assiduè versantur in tenebris, atque potentia, dignitate, commodorum propriorum studio, cupiditate *munerum excæcantium* a, *malitia ipsa* b *excæcati sint*. Quocirca decrevi hos à fundamentis extirpare, & qui videbantur velut quædã respublicæ, provinciæi mundi fundamenta, efficiam ut brevi moveantur, & dejiciantur gradu, atque dignitate. Certè quum venerit judicium, simul quum terræ horribili motu, concutientur ingenti pavore. Sed & nunc ob eorumdem ignorationem, imprudentiam, iniquitatem, necesse est Rempublicam, Provinciam, Mundum, omnes homines, qui nituntur illis tamquam fundamentis, & basibus (βασιλίας namque Gregor. *c* etiam observavit quasi βάσεις λαῶν dici orbemque portantes) vehementer commoveri, vacillare, corruere, labefactari omnem vitæ humanæ rationem, & ordinem confundi, cuncta susq; deq; inverti, in quoddam quasi chaos redire terram istam illuminatam syderibus, terræ similem fieri tenebrosæ, opertæque mortis caligine, *ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat* d. Ipsi orbem portant, ait Greg. qui curas præsentis sæculi tolerant: tantorum quippe pondera unusquisque sustinere compellitur, quanti in hoc mundo principatos: & ipse super se populum sustinet, qui motus illius, potestatis pondere fixus, regit: quo enim subjectorum suorum onera tolerat, eo quasi superpositam columnam basis portat. Diogenes in faciem sepeliri voluit, quum diceret post paullum inferiora convertenda. Quod *e* etsi de principatus conversione ac mutatione intellexit, & quia Macedones jam obtinerent, atq; ex humilibus sublimes fierent, commodè tranferri potest, quasi propter improbitatem orbem administrantium, ima summis permutanda forent, & oculis in faciem sepultus cœlum visurus. quod loco terræ per tantam catastrophen succederet. Sed hoc ipsum ita Diogenem respondisse, quod quidam *f* sentire videtur, equidem non comperi. Communis allegoria est de ignorantia crucifigentium Christum, *quem si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent* g, quo crucifixo *terra mota est, scissæq; petræ* h: vel commotus ad pœnitentiam *centurio* cum aliis *i*: *& post pentecosten plurimi* k, ac deinceps plenitudo Gentium, & præcipui quoq; ac veluti fundamenta illarum secundum potentiam, dignitatem, sapientiam, &c.

Nescierunt neque intellexerunt.) Hier. *non cognoscunt neque intelligunt*. Hebræa tamen sunt futuri temporis. Cypr. *l* exponit prædictionem, quòd Judæi neq; cognituri, neque intellecturi, neq; recepturi essent Christum, *non cognoverunt, &c.* Chaldaicè, *nescierunt bona operari, & non intellexerunt legem*. Alii primum referunt ad ignorationem legis: alterum ad inconsiderantiam, ut nec voluerint animad vertere: aut quod judices, ut ait Rickel. ignorent regulas juris, aut certe intentionem legislatoris. Invehitur Esaias *m* *in speculatores cæcos, nescientes, & canes mutos, & pastores ignorantes intelligentiam*: apud Jerem. n Deus *in Sacerdotes, qui tenentes legem, nescierunt ipsum, & in pastores, prævaricantes in illum*. Rursus Esaias *o*, *in Sacerdotes, & Prophetas, nescientes præ ebrietate, absorptos à vino, nescientes videntem, ignorantes judicium*.

In tenebris ambulant.) Cyprianus *p*, *in umbra deambulabunt*. * Umbra luminis privatio quædam est, ac tenebrarum rationem habet. Futuro autem tempore, quod est etiam Hebraicè יתהלכו *jithhallechu*, quamvis Hieronymus in præsenti quoque vertat, posset indicari major ignoratio cæcitasque, tamquam pœna præcedentis, eo modo quo unum peccatum censetur alterius pœna. Vel, innuuntur ærumnæ calamitatesque, in quas iniqui judices incident, & permovenda fundamenta possunt significari. Volunt Euthymius, & Nicephorus insinuari perseverantiam in errore τῶν ἑδελοκακησάντων, *eorum qui sponte caci facti sunt*. Utrumque verum est, tum ignorantiam erroremve, tùm calamitates miseriasque, vocabulo *tenebrarum* importari. Primum est magis ad rem, itaque declaratur ab Apollinario, quasi ambulatio in tenebris, ut causa præcedens ponatur ignorantiæ ac erroris.

Quæ-

a 4. cons. Marcion. cap. 14.
b vers. ult.
c Supra.
d Matt. 5. 3.
e Sup. a, f Cap. 1. 17.
g Esa. 5. 23. h Prov. 17. 15
i In 4. Kal. Apr. tit. 1. f. 19. §. 2.
l 4. cons. Marc. c. 14.
m 1. Reg. 17. 34. 35. 36.
n Cantic. 4. 2.
o Ibid.
p Iob. 29. 17.
q Jerem. 21. 12
r Eccl. 4. 9.
f Epist. 1. t 2. de legib.
u Lib. 7.
x Jer. 23. 1.
y Ez. 34. 5. 8
z Dan. 13. 53
a Exod. 23. 8
b Sapi. 2. 21.
c Basilei. 9. Moral.
d 10. vel. 13.
e Iob. 12. 25
f Lact. l. 3.
g Valdesrama, exercitio Sabbati post cineres Hisp. idiomat.
h 1. Cor. 2. 8.
i Matt. 27. 51
k ib. v. 54. 55
l Act. 2. & 4
m lib. 1. cap. 3. l. 3. cap. 6.
n cap. 16. 10.
o cap. 2. 8.
p cap. 28. 7.
* Lib 1. c. 3. lib. 3. c. 6. Umbra est quædam luminis privatio.

Scnsus loci.

Basileis.

Ο' ὑπέχειν ἀφραδέως ὅλην λατρείαν ὀργήν

Quoniam insipienter perniciosam persequebantur caliginem.

Stultus in tenebris ambulat, inquit Sapiens a. Inter excecationis causa frequentiùs repetitur ea, quæ est à muneribus, & in judicibus, de quibus nunc agitur, tæpius locum habent. Dicuntur *munera etiam excecare prudentes, & subvertere verba justorum* b; seu *excecare oculos sapientum, & mutare verba justorum* c: item, *xenia, & dona excecare oculos judicium, & quasi mutum avertere correptiones eorum* d: Pro muto Græcè est φιμὸς ἐν στόματι, *ratio, & frænum in ore:* & sensus est, quod munera correptiones Judicium, Græcè σοφῶν, *sapientum*, avertunt, ac reprimunt, ceu injectum ori frænum: vel juxta editionem nostram, & Rabani expositionem, efficit ut sint quasi muti in ore: cui simile adagium, *bos in lingua*; & *argentanginam patitur*. Nam quod Lyranus, & Rickelius, & Strabonis sententia, nomine *muti* putant hìc ranæ speciem significari, quam vocant Græci, κελάμιτα, quæ in os latrantis canis projecta, latrandi admitat facultatem, jure rèjicitur à Jensenio. *Qui cognoscit in judicio faciem, non bene facit iste, & pro buccella panis deseris veritatem* e. *Excutienda* ergo *ab omni munere manus*: f*ne multitudo donorum inclinet te* g, *& auferant animam tuam* h, *& errore Balaam mercede affundaris* i, hoc est in omne facinus prolabaris: *& ignis devoret tabernacula tua* k. Purgarunt se deligenter ab isto crimine Samuel *l*, & Paulus *m*. quia familiare vitium id malo Prælato est, ut annotavit Gregorius *n*.

a Eccl. 2. 14.
b Exod. 23. 8.
c Deut. 16. 19.
d Eccl. 20. 31.
e Prov. 28. 21.
f Es. 33. 15.
g Job. 36. 18
h Prov. 22. 9
i Ep. Judæ vers. 11.
k Job. 15. 34
l 1. Reg. 12. 3
m Act. 33.
n lib. 5. c. 2 in 1. Reg. & hom. 18. in Ezech.

Movebuntur omnia fundamenta terræ.) Addit Paraph. (*Propheta*) & in textu Nabiensis, *propterea sic movebuntur fundamentorum terræ*. Videtur innuere quod in Paraphrasi dicebam cum Gregorio, Reges, & omnes Magistratus esse bases, & fundamenta Reipublicæ: cui comparationi addit Paraphr. pedes, non ut sunt infima animalis pars, hoc enim pacto convenit denominatio capitis iis, qui præsunt, sed quatenus sulcitur, ac sustentatur per pedes. Ergo ætiologica Paraph. particula insinuat ruinam totius mystici, & politici corporis, cum lapsu casuq; judicium iniquorum. Explicant alii, legentes in præsenti, *moventur, nutant, vacillant omnia fundamenta terræ*. Perinde verò est legere in futuro, etiamsi nutent omnia fundamenta terræ, & omnia concuti videant, & cladem ingruere toti Reipublicæ, sibique adhuc nesciant, non intelligant, in tenebris ambutent, nihil discernant, oculos ad mala tanta, tantamq; rei indignitatem non aperiant, cæci sint, palpantes in meridie, præcipites ferantur in omnem iniquitatem. Hoc pacto fundamenta terræ non soli judices erunt, sed omnia Reipublicæ adminicula, etiam externa, omnis humanæ victæ retè agendę ordo, & ratio, jura, leges, justitia, quorum omnium ex judicum iniquitate magna perturbatio, confusio, immutatio, jactura oritur. Videntur Græci accipere de pœna Judicum injustorum, ut propterea vita eorum perturbatione replea tur. Græcè est imperativus παλευθήτωσαν, quasi Deus ipsi comminetur, imprecetur, accersat iniquis Judicibus malum, & interitum usque ad fundamenta, & fundum, ut dicunt. Quomodo allusio est, ut fundamenta Judices ipsos, & eorumdem res, & bona, quasiq; sustentamenta significent. *Audiant montes*, ait Micheas o, *judicium Domini, & fortia fundamenta terræ*. Hoc est Deum Deos dijudicare, & velle etiam castigare; & quod paullo post in hoc Psalmo subditur, etiamsi dii sint, interficere, atque dejicere. Docent Euthym. & Niceph. hunc esse Dei λόγον ἀγαναχτήσεως, *sermonem indignationis* jubendo terram commoveri, & fluctuare, ad incutiendum terrorem injustis Principibus, atque iniquis judicibus: vel ut eorum iniquitates terra sustineat, sed dehiscat, & eos absorbeat. Ibi sibi quoq; vult Appollinarius:

o cap. 6. 2.

Ἔνθεν ὀσπίσωσαν ὅλης περὶ πυθμένα γαίης.
Inde commoveantur (inquit Judices) *totius circa fundamentum terræ.*

Testatur præterea Euthym. transtulisse Symmach. *conturbabo terram propter habitantes in ea*, videlicet injustos Judices. Solet vehementior Dei ira vindictaq; *commotione terræ, at fundamentorum illius* describi, vel *combustione* p, ut vidimus Psal. 17. *q*, & dicitur etiam *subverti*

p Deut. 32. 22. 2. Reg. 8. 16. 11. n. 16. 18. Psal. 17. 31. 6

A *fundamentum alicujus hominis* r, *& commovere à fundamentis, & usque ad supremum desolari* s: præterea *eradicari fundamenta* t: *terras gentium everti à Domine, & perdere eas usq; ad fundamentum* u; *& quum complet furorem suum, & affundit iram indignationis suæ, succendere ignem, & devorare fundamenta* x, *ad hæc exinaniri usque ad fundamentum* y, *& hoc destrui* z, *& denudari* a, quod figuratè, sicut & alia, sumi potest pro iis omnibus, quibus aliqui quasi nituntur, & sulciuntur. Ezechiel *b* namq; destructionem fundamentorum declarat per *corruentes illis, qui fulciebant Ægyptum*. Cardinalis Hugo hanc sententiam applicat ad Cardinales qui portant, inquit, orbem *c*, *& super quos cardines posuit Dominus illum* d. Moveri autem scribit nunc prece, nunc pretio à justitia, à veritate, à bona voluntate; sed movendos tandem de loco suo, ubi turres, & palatia construxerunt, quando dicet Dominus exterminatori Angelo e, *Percute cardinem, & comoveantur superliminaria*: & quum hìc de omnibus fundamentis affirmetur, an sint omnes Cardinales, Dominum scire, nostrum non esse judicare quamvis Esaias *f*, de ipsis dicat: *Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisq; ad avaritiam suam à summo usq; ad novissimum*. Quod si forte, subdit ipse, vita aliquorum sit contemtibilis, tamen gradus, & dignitas Ecclesiastica in eis est honoranda, & reverenda; quoniam nominantur dii. Cautè profecto, & sapienter de Cardinalibus Cardinalis, si tamen tunc Cardinalis, cum Christiana, & Prædicatoria libertate modestam prudentia adhibens. Nec dubito, quin sicut hoc ævo nostro, eluxerunt egregia etiam sanctitatis exempla, quæ digna censentur apotheosi; sic ætate Hugonis, ac postea similia non defuerint: ut de antiquioribus taceamus, noti Petrus Damianus, Bonaventura, Bernardus Parmensis, Guarinus Bononiensis, & nostra memoria Robertus Nobilius, Carolus Borromæus, relatus haud diu antea in Sanctor. numerum, Stanisl. Hosius, Cæsar Baronius, quos exempli tantum causa attingo, certus valde multorum numerum confici posse: neq; recitatum Hugonis sententiam in tempora nostra, quæ Dei bonitas est, convenire.

q vers. 8. 16
r Job. 22. 16.
s Sap. 4. 19.
t Eccl. 3. 11.
u c. 10. 19.
x Thren. 4. 11.
y Ps. 13. in 4
z Ezech. 30. 4.
a Abach. 3. 13.
b cap. 30. 6
c Job. 9. 13.
d 1. Reg. 2.
e Amos 9.1

B

C *Vers. 6.*) Ego dixi: Dii estis, & filii excelsi omnes.

Vers. 7.) Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de Principibus cadetis.

D EXprobatio est, & amara quædam irrisio Judicium, & Principum, qui non modo, ut proximè dicebatur, licet fundamenta terræ sint, movendi sunt, & evertendi: sed etiam, quamvis à Deo ipso nomen illis proprium communicatum fuerit, cum potestate judicandi, & vindicandi, ut per Angelos, qui & ipsi vocantur *filii Dei*, sic per ipsos hunc gubernari mundum voluerit; nihilominus tandem mori debent, non minus quam vulgates quiq; homines, & cum morte dignitatem atq; potentiam amissuri, quemadmodum contingit tot ante illos Principibus, ac tyrannis: Quod si ad mortem etiam usq; in iniquitate perseverarint, æternas pœnas luituri. Usurpavit hunc locum Christus, & argumentatus est contra illos, qui eum lapidare volebant, *quod quum homo esset, faceret seipsum Deum: nonne scriptum est*, g, ait, *in lege vestra, quia Ego dixi, Dii estis? si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, non potest solvi scriptura, quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?* Quo loco etiamsi quida enarratorum, sicut & hìc, sermonem Dei factum intelligant ad Prophetas, quibus de Verbo incarnando revelatum est, alii ad omnes, qui per gratiam τοῦ λογικοῦ *Verbi* acceperint adoptionem filiorum Dei, & quamdam participationem divinitatis: ut multo majore ratione Christus appelletur Deus, qui est ipse sermo seu verbum, Deiq; filius: nihilominus præstat exponere de judicibus de quibus absque dubio agitur in isto Psalmo: & Hilarius *h* pro *sermone*, qui non ita solet verbum æternum significare, legit *verba*. O judices, inquit hoc loco Deus, ego vos appellavi Deos, Deiq; filios, cavete, ne tam honorifico titulo insolescatis, neve propterea credatis vos exuisse humanam, & mortalem conditionem, neque rationem mihi supremo Judici reddituros non esse, vel saltem in morte, in qua redditur ab omnibus. Christus ad hominem, ut dicunt, respondit, noleas apertè se Deum, & Dei Filium con-

Sensus loci.

g Joan. 10. 33. 34. 35. 36

h in Ps. 135.

substantialem asserere, sed blasphemiam non esse, *quod se in Patre, & Patrem in se esse dixisset*, & quamvis diserte Filium Dei se nominasset, quod non fecerat, sufficere, ut loqui posset, quod eum Pater sanctificasset, non quod, ut aliqui expliant, sanctitatem gignendo communicasset, quod naturam ipsius divinam cupulasset cum humana, quod separasset, elegisset, destinasset victimam pro mundo, quæ nulli alteti conveniunt, etiamsi sermo ad eos fiat, ideſt, peculiare præceptum de regendo justè; sed quoniam ipsius animam gratiæ copiosæ munere sanctam reddidisset, & mirandis eamdem operibus, ut ibidem a mox Christus subjungit, comprobasset. Hilarius b de sanctificatione Christi, ut homo erat, exponit. Toletus c, arbitratur de omnibus Judæis esse sermonem, non præcisè de Judicibus. Mihi hoc magis placet, sicut & Barradio, cujus est quoq; sententia de Christi sanctificatione secundum humanitatem. Nec durum videri debet, ut sermonem Dei factum ad aliquos ita interpretemur, & non genericè de lege, quum constet Prophetas ita de se ipsis loqui, ita etiam Lucam d de Joanne Baptista. Idem sentit Salmeron e, de judicibus agi hoc loco.

Ceterum Dei sermo factus ad Principes, & Judices ut Dii dicerentur, extat, non quando dixit Deus f, *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, sed tùm quàdo mittens Deus Moysen dixit, *Constitui te Deum Pharaonis* g: tum clarius, ut notat Euthymius, cum cavit ne h *quis diis detrahat, & Principi maledicat*: Adde, *ut reus applicetur ad Deos, causſaque litigantium ad illos perveniat* i. Nec propterea negamus extendi posse appellationem ad omnes Judæos, quos alias docui à Deo ipso vocatos filios suos, & ad quosvis alios, præsertim justos, *quibus data potestas est filios Dei fieri*. Non etiam hac ipsa de causſa excipiendi Angeli, quin cognominari valeant *filii Dei*, ut alias K ostendi adversus Chrysost. *l*, & Philipum Solitarium *m*, quibus adde Jobum monachum apud Photium *n*, qui homines Angelis hac in re præfert, & quia dæmonum peccatum irremissibile, & quia, *Si Angeli quid discrepans evangelizent ab hiis, quæ homines, anathema sunt* o: & quia, *quum non sit ausus Michael diabolo judicium inferre blasphemiæ* p; *homini calcare illum licet, & quia homo judicabit cum Christo, & considebit cum illo* q, *similis illi ac Deo* r; *quod Lucifer frustrà apperiit* s. Adde quod *Anhelos ipsos judicabimus* t, & potestatem quam priùs dixi, consecrandi, & absolvendi. Deos vocatos non ita probari potest. Nam quod sub Dei persona in danda lege dixit; *u Ego sum Dominus Deus tuus*, non hoc efficit, ut velle Salmeron *x*, videtur, sed potiùs oppositum: sicut, & quoties inducitur loquens Deus, quod tamen passim creditur factum Angelorum ministerio. Fatetur Novat. *y* Dei nomen de Angelo dici, & posset confirmari ex *Diis Sanctis* apud Danielem z; quamvis ita ibi loqui potiùs videatur ex tua, & Gentium sententia, deq; falsis diis Rex idololatra. Quum autem Hieron. *a*, ait hic esse sermonem Deo, ad eos *qui per scalam Jacob somniantis descendunt* b, homines intelligit qui de virtutis decidunt gradu, nihil aliud quam homines, & *secundum hominem ambulantes* c. Insinuat August. *d* Angelos quoq; dici Deos: expressius tamen homines, ne propter Angelorum excellentiam aliquem eorum nobis constituere Deum infidelis auderet infirmitas, quod in homine facile est evitare: homines vero id dici audientes de hominibus, certi ac fidentes fierent, esse eum Deum suum, qui dictus est Deus deorum, quia non sunt dicti dii deorum, ideſt hominum, dii immortales illi ac beati, nempe Angeli, si quando eo nomine, quod raro fit nominentur. Origenes *e* præterea explicat virtutes cœlestes vocari Deos primis psalmi verbis. Isidorus *f*, eadem videtur tam de Angelis, quam de hominibus interpretari, & pluraliter in iis nomen Deorum dici, quia non sunt merito æquales. Hilarius *g* ratiocinatur, multo magis Angelos sic appellandos quam homines, & illos esse, quos Paulus *h* **D**eos *in cœlo vocat*.

Ego dixi, Diis estis.) Videtur Apollinarius hanc orationem tribuere Prophetæ:

Αὐτος ἐγὼν ἐφάμην, μάκαρες πάρος ἠμεῖς εἶναι
Ipse ultro dixi, Beati antea nos esse.

Et certè nos satis constat alium esse qui loquatur ut Deum, & quando Christus hunc locum citat, ait, *Si eos dixit*, &c. non exprimens, qui sed ita scripturam dixisse. Quum autem Christus, ut dixi hoc testimonium usurpaverit tamquam vocabulo *Deos* significante, non debet audiri Paraph. expositio de Angelis (*ego dixi, veluti Angeli vos estis reputari, & tamquam Angeli excelsi vos omnes*) quamvis אלהים *elohim* Angelis quandoq; tribuatur, i *In conspectu Angelorum psallam tibi* (quos *Deos* tamen Hieronym. ibi reddit, meminitque versionis istius Chrysost. Paraph. *judices*) & in Job K *filii Dei* passim intelligantur esse Angeli, &, ut antè docui, possit ea de Angelis appellatio concedi, & Ambros. *l*, asserat plerumque sic vocari, quia ex nullo homine generantur. Deniq; jam priùs ostendi non insolentem esse in scripturis hanc de Angelis formulam, ut *filii Dei* dicantur: sed ita hoc loco sumi litteraliter non videntur. Concedit Cyrillus Alexand. *m*, id nomen Angelis.

Sensus mysticus est de filiatione divina per adoptionem, & gratiam, quæ quamvis prædestinatis maximè propriè conveniat, ut innuit Augustinus, convenit nihilominus etiam reprobis, secundùm præsentem justitiam, in qua interdum reperiuntur, & omnibus indefinite *potestas data est filios Dei fieri* n, de qua filiatione dixi, explanans Epistolas Joannis o. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & simus*. Nemini licèt habere de Deo aliquid à se, sed à Deo, ait Tertullianus *p*, quem antea quoque recitavi, ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate, quia ipse est solus qui Deos faciat. Quum indignatione Chrysostom. quem citat in panoplia *q* Euthymius, ait; Ergo quoniam homines filii Dei dicuntur, & Dii, Unigeniti divinitatem in dubium vocabis, eumq; nihil amplius habere, quam te dices? Homines autem Dei filios Hieronymus *r*, ait esse, ad quos fit Dei sermo (accommodatitie usurpat tractata Christi priùs verba (& humana vitia relinquentes, conversationem divinitatis imitantur, & exilientes ex hominibus, feruntur ad cœlum: item *s* qui deficiant ut homines, contemnendo humana, & non ultra moriantur ut homines: præterea *t*, quibus revelata sunt divina mysteria. Augustinus *u* docet, quemadmodum qui terram diligit, terra erit, sic qui Deum, Deum fore; nec audire hoc ex se dicere, quia scriptura hoc loco ita loquitur. Athanasius *x* divinitatis participatæ ratione spectat in eo, quod facti ad imaginem, & similitudinem Dei, poteramus sicut ille, esse immortales, & hoc sibi velle quod habetur in libro sapientiæ *y*, *Invidia diaboli mortem introivisse, quum creasset Deus hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ feciſſet*: vel, ut ipse legit ad imaginem διδιότητος, *æternitatis*. Ejusdem aut alterius apud ipsum in quæstionibus ad Anthiochum, quæstio tertia est, quot sint dii? cui respondet unum Deum deorum, & Dominum dominantium, nec præter illum esse alium: dici tamen, & homines eo nomine, sed ex gratia, sicut hic scribitur. Irenæus z, & Cyrillus * Jerosolym. adoptionis gratiam exprimit causſam hujusce denominationis; & idem citat ex illo Theodor. *a*, ut refert Fevard. *a*: sed ita ut hac in re Christus excelleret tamquam filius Dei naturalis, non secundum adoptionem, ut perperam Theod. Mopsuest. si hunc locum accipiebat; citatus in collatione 4. Synodi *y*. Loquitur eodem pacto Cyrillus Alexandr. *c* & Clemens Alexandrinus *d*. Augustinus *e*, vult similitudinem in inimicorum consistere dilectione, prout, & Christus *f* de illa loquens, innuit: Germanus Constantinopolitan. in eo quod faciamus quæ Deo placent: Origenes *h*, in gratia, sed non in natura immutabili, infinita, & in omnipotentia, omniumque creatione: quod etiam scribit Epiphanius *i*, ubi notabilis ejusdem assertio de Spiritu Sancto, qui sit à Patre, & Filio, quod Græci negant, Ambrosius k, si quis fidelis sit, & probabilis vitæ: Nicætas Choniata *l*, qui virtute, Deiq; cognitione ceteris præstat: Basilius *m* qui evasit superior carnis perturbationibus, virtutiq; studio Deo se familiarem reddit, & amicum: Nazianz *n* cum scholiaste Nicæta *o*, in mandatorum Dei observatione, quæ scilicet nos Deo reddit similes, atq; conferames. Porro quod Hilarius *p*, & Cyrillus Jerosolym. *q*, in verbo (*dixi*) & non, *genui*, notant denotari nomen indultum, & loquentis potius esse sermonem, quam rei nomen, intelligentiam rei afferre, si spectentur antecedentia, & consequentia, omnino verum est. *dicendi* quoq; verbum in Patre respectu Filii consubstantialis, proprium gignendi modum importat apud Theologos; nec non ibi, r *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu*. Ambrosius *s* per eos, quos Paulus *t*, ait dici *Deos, in cœlo*,

a ...17.
b 7. de Trin. & in Jo. c. 6. annot. 20.
c ...
d cap. 3. 2.
e Jo. 8. v. 44
f Gen. 1. 16.
g Exod. 7. 1.
h cap. 22. 28.
i vers. 8. 9.
k Sap. 7. 23. Thom. 2. 2. in Genes.
l 3. dioptr. c. 3. & 5. Qui in re homines præferantur Angelis.
m Bibl. n. 104
n Galat. 1. 8.
o Juda 2 & 7.
p Ephes. 2. 16
q Joan. 3. 24
r Esa. 14. 14. 21. Cor. 6. 3.
s Exod. 20. 2
t supra.
u Exod. 20. 2
x supra.
y de Trin. c. 25. apud Tertull.
z c. 4. 5. 6.
a ep. 22.
b Gen. 28. 12
c 1. cor. 3. 3.
d 9. de civ. c. ult.
e prolog. in Cant.
f 6. Etym. c. 4.
g in psa 136.
h 1. Cor. 8. 5.
i Psa 137. 2
K c. 1. c. 2. & c. 38. 7.
l libr. de Nov. c. 9.
m 2. contr. Jul.
n Joa. 1. 12.
o 1. Joan. 3. 1
p contr. Hermog. c. 5.
q tit. 11.
r in Mich. c. 12.
s in Soph. c. 1
t in cap. 15. Matth. & c. 3. ep. ad Ephes.
u tract. 1. in ep. Joa.
x de incarn. verbi Dei.
y c. 2. 24. 25.
z lib 3. c. 6. & 21.
a Cath. 11. a dialog 1.
b in lib. 3. Iren. c. 21.
c in Jo. c. 1. 13. lib. 3. de Trin. 1. thes. c. 5 l. 3 c. 2. & de fide ad Reginas in Sophon. n. 3. Quomodo simus similes Deo.
d 1. pædag. c. 6.
e contra Adimantum c. 5.
f Matth. 5. 45.
g ep. ad Theop. Claud. in 2. Synod. Nicena act. 4.
h hom. 9. in Genes.
i hær. 74.
K l. de Noe c. 4.
l 4. thes. c. 12
m hom. 17.
n orat. 30. c. num. 7.
o lib. 7. de Trin.
p catech 11. Dicendi verbum in Patre filii respectu, proprium gignendi modum importat.
q Psa 27 v. 2.
r 5. de fide.
s 11. Cor. 12.

cælo, & in terra, fictos intelligit, quasi scripserit non esse, sed dici. Verum eo modo quo divinitatis participes sumus, *non nominamur dumtaxat, sed & sumus filii Dei* a.

a 1. Joan. 3. 1. Sacerdotum dignitas est omni laica longè superior.

Qui nomen hoc, titulumq; Sacerdotibus & Prælatis accommodant, hinc, ut dudum priùs docui dignitatem ipsorum colligunt omni laica longè superiorem: Marcellus *b* quoq; Papa hinc infert sisti Ecclesiasticos non debere ante laicorum tribunalia. Omnibus quidem, sed illis potissimùm, cavendum, ne ut Pythagoras præcipiebat, gestent imaginem Dei in annulo, & inauri, rerumve aliarum appetitione, & divinæ consortes facti naturæ, in veterem vilitatem, quod Leo *c* Christianum quemlibet admonebat, degeneri conversatione recidant. Sed quod etiam Sophr. *d* de Christi agens natali, hortatur, divinorum se numerum capaces reddere studeant. Inter Deos numeratur, inquit August. *e*, qui avaritiam non habet: &, ut ait Hieron. *f*, in quo non est dissensio & æmulatio. Melchisedech, *secundum cujus ordinem Dei filius Sacerdos est* g, assimilatus est Dei filio, *quia Rex pacis, sine patre, sine genealogia* h. Talem decet esse Deo similem, & Dei Filio, quiq; & Deus, & Dei filius nominatur, nostrum Sacerdotem, qui carnem & sanguinem, & affinitates omnes ignoret, pacificet atq; reconciliet mundo Deum, justitiam in se, ac in aliis servet, curetq; quam in vocabulo *Melchisedech* significat, altera pars צדק *tsedek*. Quidquid tandem de homine pronuntiatur male, ut quo sit *mendax*, i non debet comprehendere eum, qui Deus evaserit, ut Basilius *k* observat, maximè Sacerdotem. *Ad vos mandatum hoc, ò Sacerdotes, ait Deus* l: *si nolueritis audire, & nolueritis ponere super cor, videtis gloriam nomini meo*; nimirum nomini quod communicavi vobis; ut appellarem vos deos, Deiq; filios. Cauſſas antea dixi quare Sacerdotes peculiariter vocentur dii: illa quæ in iis frequentior est, in omnibus tamen etiam alii reperitur, quandoq; & maxima est, ipsiusmet corporis Christi sumtio, propter, quam convertimur quodammodo in divinam naturam: sed per beatitudinem maximè similes Deo efficimus, videntes eum sicuti est *m*; quam rationem similitudinis vidit aliquo modo Aristoteles, agens de felicitate sapientis *n*.

c *de temp.* 1
d *Epist.* 24.
e *Ps.* 109. 4.
h *Hebr.* 7. 20.
i *Ps.* 15. 10. *secund. Hebr.*
k *hom.* 17. *in Ps.* 81.
l *Malac.* 2. 1. 2.
m 1. Joan. 3. 2.
n 10. *Eth.* c. 8

Et filii Excelsi omnes.) Nisi refert quod alii legunt *Altissimi*: utrovis modo redditur עליון *hhelion*, & ὕψιστος, ut alias vidimus. Additur ex Hebræo (*omnes vos*) כלכם *chullechem*, quum interpretes nostri rejecerint (*vos*) ad sequens membrum.

Vos autem sicut homines moriemini.) Hieron. *ergo quasi Adam moriemini*, usurpando nomen proprium Adam primi hominis, qui quum Deo similis posset esse, mortalis evasit. Legit etiam fortassis Hieron. cum interrogatione; sicut Agellius testatur se legisse in codice Vaticano, ὑμεῖς δ' ἄρ quasi dicas, ergo ne moriemini, sicut vel primus homo, vel utile vulgus, vel quivis alius Princeps? Paraphr. tamen etiam accepit אדם *Adam*, appellativè, *attamen in veritate, sicut homines moriemini*. Justinus *o* docet in editione LXX. pro ὑμεῖς δὲ *vos autem*, esse, ἰδοὺ δὲ *ecce sanè*. Id valet Hebræa vox אכן *achen*, seu, *verumtamen, certe, ergo*, &c. Græca verba sunt præsentis temporis: licet Symmach. in futuro vertat. Allusio admitti potest ad Adam, qui peccando mortis reatum incurrit. Mortis mentio, & mortalitatis superbiam fastumq; cujusvis deprimit, ut alibi docuimus, exemplis etiam tum sacris tum profanis certoque ritu, quo hujus rei memoria suggeritur, ad summos evictos honores triumphosve: illorum præterea exemplis, qui ex usu cibi, somni, Veneris, ut etiam ex vulneribus, & morbis, quum se deos appellari vel sinerent, vel vellent, non deos, sed homines mortales esse deprehenderunt, confessiq; sunt. Cibus, somnus, libido, dixit Stoicus *p*, hunc circulum currit. Memini responsū confidenter, sapienter, opportunè à probo quodam doctoq; viro Ecclesiastico cuidam laico Principi in senatu, quod antea dictum non importunè repeto, quum de se suiq; ordinis hominibus hìc diceret nescio quid vel exigens vel rephendens, quod non debebat, *Ego dixi, dii estis*, id quod sequebatur ut attenderet, *vos autem sicut homines moriemini*, &c. Idem responderi potest Regi Anglo, qui usurpatum suum illum primatum Ecclesiasticum non dubitavit Catholicis Regibus probare velle eadem ista sententia, cum aliis ejusmodi, quæ non minus alii inferioris ordinis conveniunt, quàm Regi, & ordini Ecclesiastico ac hierarchis multo melius, quàm laicis, & politicis, ut noster ei Martinus Becanus luculente, solideq; respondit. Deum inter

o *in Tryph.*

p *Seneca ep.* 27.

Regis Angli confutatio.

A alia se nutritum vocat Ecclesiæ verbis Esaiæ *q*; quin, quod idem Propheta adjicit, reverenter ipse *vultu in terram demisso adorat, & pulverem pedum* Christi, vicariiq; ipsius *lingit*, quod nil eo inferiores, immò & superiores piissimi potentissimiq; Reges, ac Imperatores fecerunt. Justinus innui scribit inobedientiam Adæ & Evæ, sicut in sequenti membro calum Satanæ, propterea quod in fraudem seduxit Evam: exprobare hic Spiritum Sanctum hominibus, quum itidem ut Deus est, impatibiles & immortales, si quidem præcepta ejus servarint, ab eo facti, & eo honore digni judicati fuerint, ut filios suos vocaret, quod illi ex æquo Adæ & Evæ conformati, mortem sibi ipsis procreent. Ubi notandum, quod præter mortis reatum, quem contrahunt cum originali peccato homines, postea novum contrahunt imitando, propriis actualibus peccatis, primos parentes. Deinde, Satanam priusquam seduceret Evam, lapsum fuisse & cecidisse: ita ut Justin. fortassis tantam indicare voluerit sententiam pronuntiatam à Deo in serpentem, cujus formam Satanas induerat.

q *cap.* 49. 23.

Novem reatum contrahunt homines imitando primos parentes.

Mystico quoq; sensu sumunt passim ennaratores istius loci, homines in malam partem, qui non vivant ex Dei præscripto, ut satis hactenus indicavi, diiq; esse desinunt, ut Hieron. *r* loquitur. Nec enim jam, inquit Basilius *s*, ut homo moritur, qui habet in se viventem Deum. Distinguens Gregor. *t* hominis notionem triplicem in scripturis, per naturam, per culpam, per infirmitatem, explumq; secundæ dans ex præsenti loco, & ex Epistola ad Corinth. prima *u* ubi simul *carnales* vocantur homines, explicat, *vos autem sicut homines moriemini*, ac apertè, inquit, dicat, sicut delinquentes obibitis. Christianum Christi portet esse imitatorem. Deus hic est, homoq; meminit & Christianus, si Deus est divino quodam beneficio, quod ille substantialiter, hominem se simul & mortalem esse. Inde animum ad excelsa erigat, humiliaq; despiciat: hinc humilitati studeat, seseq; sub potenti manu veri Dei, & cujusvis alterius loco, vel amore Dei humiliet. *Ipsemet Deus Pater glorificat, & honorificat eum qui gloricat ipsum, & Christo ministrat* x. Tanta dignitas est hominis ex ratione etiam sola, non tantum ex gratia, ut ad cohibendam superbiam censuerit Pilato in hominis definitione mortalitatem apponere, dicereq; esse animal rationale, mortale, quod aliorum animalium definitione non fit. Angelis mortalitas quædam convenit à principio extrinseco, idest à Deo, à quo redigi possunt in nihilum: homini etiam ab intrinseco, ut propterea solus Deus absolutè dicatur habere *immortalitatem* y.

Sensus mysticus.

r *Epist.* 22.
s *hom.* 17. *in Ps.* 115.
Triplex hominis notio
t 4. *moral. c.* 25. *vel* 17.
u *cap.* 3. 3. 4

x 1. Reg. 2. 30. *Joan.* 12. 20.

Angelis convenit quædam mortalitas ab extrinseco principio; homini ab intrinseco.

y 1. *Tim.* 1. 17

Et sicut unus de principibus cadetis.) Si cauſamini vos non teneri lege ceterorum vulgarium & plebejorum, qſm sitis velut dii, ac inter alios homines primarii, scitote æquo pulsari pede pauperum tabernas, regumque turres à morte, omnibusq; ex æquo istam lethi calcandam viam *z*; *Statutum etiam esse omnibus semel mori* a; mortem in omnes pertranſiisse cum originale peccato. Omnium vitiorum mors est peremtoria, inquit Cassianus *b*. Naturæ legem Seneca *c* vocat tributum, officiumque mortalium.

z *Horat. lib.* 1. *carm. ode* 4.
a *Hebr* 9. 27.
b *coll.* 16. *c.* 6
c 6. *nat. quæ c.* 32. *& ep.* 24 *& 77.*

Mors dominos servis, & sceptra ligonibus æquat. * Magno autem consensu, sed sensu certè mystico, unum de Principibus diabolum interpretantur, qui etsi propriè mortuus non est, cecidit tamen de gradu dignitatis, in qua conditus est, nimirum de gratia & justitia. Præter enarratores istos lego in Novatiano *d*, qui vocat malitiæ & Auctorem Principem: in Origene *e*, qui asserit hìc sermonem nullum esse de ullo penitus Principe corporali, & de dæmonibus intellexisse Paulum *f Principes* Christi Crucifixores: in Hieronymo *g*, qui nominat primum daibolum: in Procopio *h*. Hic expendes Dei sarcasmum *i*; *Ecce Adam quasi unus ex nobis*, ait, innuere Deum voluisse stultitiam hominis existimantis plures Deos esse, & diaboli, qui dicendo *eritis sicut dii*, se ipsum Deum faciebat, & apostatarum aliorum Angelorum catervam hoc nomine dignam judicabant; quum ille Princeps esset & Deus, non revera, sed quia se talem falso fecerat, ob idq; ceciderit. Idem retuli antea Justinum *k* sensisse, cecidisseq; satanam, quia seduxerat Evam, quod qua ratione accipi debeat, monui. Casum istum descripsit Etaias *l* saltem sub typo & nomine *Luciferi*, & Christus per similitudinem *fulguris cadentis* m. Quo pacto dæmones appellentur *Principes* n, & *mundi Princeps diabolus*, * non est obscurum. Id vel pravo hominum judicio cultuque superstitioso illis tributum est: vel quoniam ultro se homines peccando, & non contrahendo

Sensus mysticus.

d *de Trin. c.* 15. *apud. Tertull.*
e *hom.* 13. *in Ezech.*
f 1. *Cor.* 2. 8.
g *Ep.* 22. *& in c.* 14. *Esa.*
h *in c.* 3. *Gen.*
i *Gen.* 3. 22.

k *in Tryph.* 1 *cap.* 14. 12.
m *Luc.* 10. 18
n *Ephes.* 6. 12.
* *Joan.* 12. 31. *c.* 14. 30. *c.* 16. 11.

dumtaxat originarium peccatum, diabolo submiserunt: vel quia eadem de causam eidem à vero, unico utrorumque Principe Deo, traditi sunt tamquam tortori, nec absque gratia liberari possunt: vel quoniam in hoc sublunari mundo potestatem accepit homines tentandi, & ad subterraneum regnum, si persuaserit, pertrahendi. Hæresis est, diabolo convenire principatum mundi, quod res ipse sensibiles omnes condiderit. Mentitus est, *quum sibi tradita omnia dixit, daretq; cui vellet a*; eo modo fingens se Dei filium, qui solus verè dicere potuit *datam sibi omnem potestatem in cœlo & in terra* b, quia non potuerat à Christo exto quere an Dei filius esset. *Solus Deus regna dat, auferetve* c: nec alia diabolus bona dare aut eripere, *nisi à Deo permissus*, potest d: immo nec vitia, quibus dominatur potissimum, obtrudere, nisi volentibus valet, *quoniam funibus peccatorum suorum quisq; constringitur* e. Moraliter comparatio cum casu diaboli, ut Ayguanus notat, innuit peccata Sacerdotum, Prælatorum, Principum, & similium circa eamdem materiam, ceteris quæ paribus, ut dici solet, esse graviora, & graviore pœna punienda, & quodammodo irremediabilia, si videlicet comparentur cum peccatis aliorum, sicut dæmonum peccata omni remedio carent, & acerbissimis cruciatibus puniuntur. Verendum, ne tales *incidant in judicium diaboli* f. Possumus autem sic accipiendo Principem pro diabolo, referre ad eum spiritualia peccata quæ committimus: sicut ad Adam, sumendo ut nomen proprium in præcedente membro, carnalia. Æmulatur quum aliis in rebus Deum diabolus, tum ut certos de angelis assiguet provinciis, regni, urbibus, de quorum genere quidam g putant fuisse quos vocat Daniel *h Persarum & Græcorum Angelos, Principesve*. Refert quoq; Genebrardus ex Rabbinis eamdem sententiam de dæmonibus regionem, urbiumq; præfectis, verbi gratia de Samuel Idumæorum, Azza Ægyptiorum. Volunt quidam Hebræorum per חפּוללו *thipollu cadetis*, innui angelos qui à casu dicti sunt נפילים *nephilim*: quamvis alii eo nomine Gigantes intelligant vasto, celso, robusto corpore. Ad istos verò etiam aludi posset, dictos præterea *filios Enac*, quos Hebræi occiderint, etiamsi viderent invulnerabiles, immortales, diis similes i. *Ipsimet Christus noluit sibi credi filium Dei esse, nisi faceret opera Patri sui* k, *& ex patre diabolo dixit esse*, qui *operibus ei similes forent* l. Non ergo frustra, imaniterque gloriemur honorificis & magnis titulis, quibus res nulla subsit.

a Luc. 4.6.
b Matth. 28 18.
c prov. 8. 15. Dan. 2. 21.
d Job. 1. 11. 12.
e prov. 5. 22.
f 1. Tim. 3. 6.
g Cassian. coll. 8. c. 12. 13. Rupert. 9 de victor. verbi Dei c. 4. & seq. qui tribuit idem Hieronym. Apontus in cant. lib. 4. h cap. 10. 20.
i ps. 13. 21. c. 15. 14. Judic. 1. 10.
k Joa. 10. 37 38.
l cap. 8. 44.

Vers. 8.) Surge Deus, judica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Sensus loci.

QUum Propheta huc usq; demonstraverit frustra justum à terræ judicibus judicium exspectari, convertit orationem ad Deum, vel Christum, ut ipsemet ad judicandum exsurgat universum hunc mundum, quem quasi hæreditario jure sit possessurus, seu idem ipse Deus, seu per Christum suum, *cui omne judicium dabit*, & per quem vindicabit ab iniquo oppressore diabolo quotquot obtemperare voluerint æquissimis legibus, quibus Ecclesiam moderabitur, ut reddat demum illis gloriæ mercedem, inobedientibus æternæ damationis pœnam. Indicat *surgendi* verbum resurrectionem Christi, postquam *dominatum & potestatem accipit in cœlum, terramque* m, *& Gentes hæreditatem, atque possessionem terminos terræ* n: ascensione præterea in cœlum, postremo quum *sedenda judicium exerceri* describatur o, *surgere* erit insurgere, & quasi vi facta competere improborum iniquitatem. Hoc sine contradictione de resurrectione Christi Euthymius docet esse: judicium vero per Apostolus faciendum, quos Principes missurus, *& constituturus erat super omnem terram* p. Consentit Nicephorus, Basilius, seu Theodoretus, & alius Græcus quem profert nomine tacito Agellius. Latinorum eadem expositio. Sed quidam judicium reprobationis, ut refutentur Judæi etiam in hoc mundo, & hæreditetur à Deo, Christoque terra, ideſt, Gentiles; aut ut omnes reprobi condemnentur, & finito judicio subjecti sint electi ordini misericordiæ immobiliter, alii justitiæ: aut in terram viventium introducantur electi, qui pertinent ad hæreditatem: aut ut in credentibus absumatur affectus terrenus.

m Matth. ult. 18.
n Ps. 2. 8.
o Matth. 25 31.
p ps. 44. 17.

Surge Deus, judica terram.) In aliis Latinis Psalteriis, Arnobio, Cassiodoro, item Cypriano q, *exsurge*. Chald. *habitatores terræ*. Ergo mysticum est quod attigi de terra

q lib. a. c. 22.

A viventium, & beatorum, deq; affectu terreno quod à Glossa traditur, Cassiod. & aliis: illud item, quod iidem post August., docent de Christi resurrectione, ac generali judicio. Idem August, r, alibi declarat de Christo, qui post mortis somnum judicet, priùs hic judicatus, sic scribens: Cui Deo dicitur, surge, nisi ei qui dormit? tamquam diceretur, dormisti judicatus à terra, surge ut judices terram. Probat Cyprian. hinc judiciariam potestatem Christi, quodq; sit judex venturus. Deniq; vim habet hortantis hoc verbum, ut ibi, *surgant, & epulentur vobis* s: &, *surgam* u, *& ibo ad patrem meum* alibique. Chrysost, x, ita etiam declarat surrectionem istam Dei, ut ferat suppetias, ac propugnet, & ab humanis actionibus, ac describendi figuris exprimi Dei operationes in Scriptur. *Judicare* etiam significat in genere, præesse quum legitima potestate, reliq; turbatas componere, cuncta cuique sua tribuere. Quæ attuli de reprobationis vel discretionis judicio, pertinent ad allegoriam. Nazianzenus y, eamdem consectatus est, ut surgere ad judicandum, sit salvandos à pereuntibus separare, post quam separationem & subjectionem reproborum assignet electis honores atq; mansiones, *stans in medio eorum, tamquam deorum*, ut initio psalmi dictum est, ubi habetur idem verbum Hebræum, quod hic extat, licet sit compositum *di judicandi*, & διακρίνειν. Quare non approbo Etiæ scholiastæ Nazianz. ni distinctionem, terræ convenire judicari, κρίνεσθαι, ideſt terrena sapientibus, potioraq; hæc ducentibus dijudicare, διακρίνεσθαι, quod quid majus sit, ita ut dijudicentur à Rege tamquam in hilari, & in medio eorum non tamquam hominum, sed deorum. Ignatius z hæc verba interpretatur tamquam Patris ad Christum filium, quasi patenti *a, tu autem resuscita me, & retribuam eis*, respondeat, *Exsurge Deus, judica terram*, &c. Cyrillus b Alexandrinus argumentatur Christum Deum esse, *quia Pater omne judicium dederit illi*: judicare autem orbem terrarum alii non convenit, ut ex isto loco confirmat, & similibus. Ostendit autem ex eo quod Pater dederit, non sequi aliquando filium non habuisse: item ratione Incarnationis id exponit. Quo concesso, verum etiam est humanitati dignitatem tantam judicandi concedenda non fuisse, nisi idem esset Deus qui homo, & ad unionem quum divina humana natura fuisset assumta.

r tract. 9 in Joan.
s supra.
t Deut. 32. 18.
u Luc 15 18.
x in c. 3. Es.
y or. 5. seu 2 de Filio.
z Epist. ad Trallianos. a ps. 4. 10. 11
b lib. 1. in Joan. c. 140.

Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Hieronymus, *omnes gentes*, clarius exponens Latine absque Hebræa præpositione. Hæc tamen etiam expressa est in Psal. 109. c *Dominare in medio inimicorum tuorum*: & cum accusativo in libro Judicium d, *Non dominabitur in vo filius meus*. Quod boni etiam Auctores Latinæ linguæ usurpant, ut:

Sanctius e his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.

c utrs. 2.
d cap. 9. 5.
e Ovid. 1. Metamor.

Eadem ratione, *aspicere in gentibus*, f est aspicere gentes; *videre in bonitate* g, videre bonitatem. Et solent Hebræi activa verba cum littera (ב) *beth* servili seu cum syllaba [ב] *be*, quæ valet *in*, construere pro accusativo. August. legit, *quoniam tu disperdes in omnibus gentibus*. Monet nihilominus non repugnare nostræ versioni, quia sit hæreditas Christi per charitatem, quam suis præceptis, & gratia misericorditer excolendo, terrenam disperdit cupiditatem, & hoc per membra sua, quorum conversatio in cœlestis est, nempe per discipulos. Prior Augustino Cyprianus h, eadem translatione usus fuerat, licet alio verbo synonymo, *quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus*. Mirari desiisset Pamelius hujusmodi lectionem, si attendisset translationem non ex Græco, sed ex Hebræo textu immediate factam usurpari ab antiquis Patribus: Hebr cum autem verbum נחל *thinchal*, quamvis propriè significet *hæreditabis*, tamen *disperdendi* verbum vel *exterminandi* denotare videtur modum hæreditandi, nempe, vel per suos quasi debitores hæreditatis, quos disperdat, ideſt, dispergat per orbem: vel ut disperdat, & exterminet alios, qui priùs incolebant hæreditate comparandam terram; vel ut exterminet, ideſt, extra certos terminos transeat, ac ubiq; habitet, & hæreditate in omnibus gentibus. Idem Augustinus i, ex hoc loco amplitudinem regni Christi, Ecclesieque colligit contra Donatistas, qui adiunt, inquit, velint, nolint, etiam apud se istud cantari; & non communicando omnibus gentibus, quid aliud, quam se exhæ-

f Abarc. 3.
g ps. 105. 5.
h lib. 3. c. 18.
i tract. 1. in Joan.

exhæredatos esse cognoscunt? Hoc ipsum jam aliquoties in prioribus aliquot psalmis vidimus, hoc est, de Catholica Ecclesia secundum universalitatem locorum, & personarum.

PSALMUS
OCTOGESIMUS SECUNDUS.

Vers. 1.) Canticum Psalmi Asaph.

2 DEus, qui similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.
3 Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
4 Super populum tuum malignaverunt consilium: & cogitaverunt adversus Sanctos tuos.
5 Dixerunt: Venite, & disperdamos eos de gentes: & non memoretur nomen Israel ultrà.
6 Quoniam cogitaverunt unanimiter: simul adversum te testamentum disposuerunt.
7 tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ:
Moab, & Agareni, 8 Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ quum habitantibus Tyrum.
9 Etenim Assur venit quum illis: facti sunt in adjutorium filiis Lot.
10 Fac illis sicut Madian, & Sisaræ. sicut Jabin in torrente Cisson.
11 Disperierunt in Endor: facti sunt ut stercus terræ.
12 Pone Principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, Salmana:
Omnes Principes eorum: 13 qui dixerunt: Hæreditate possideamus Sanctuarium Dei.
14 Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.
15 Sicut ignis, qui comburit silvam: & sicut flamma comburens montes:
16 Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.
17 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.
18 Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi: & confundantur, & pereant.
19 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Canticum Psalmi Asaph.

QUis Asaph, quod Canticum, quid Psalmus, quid etiam Canticum Psalmi, & vice versa Psalmus Cantici, ex dictis in aliis psalmis repete. Nam qui Psalmus Cantici quid sit intelligit, quod est in titulo psalmorum 47. 66. 67. 74. & in sequenti 91. novit etiam quid Canticum Psalmi, quod extat in Psal. 65. 87. 107. titulo. Contineat hic psalmus, ad argumentum quod attinet, precatoriam formulam contra hostes: sed incertum quos potissimum Propheta intelligi velit. Basilius, Theodor., Euthym., Niceph. censent vaticinium esse de populo post reditum ex captivitate Babylonica, quum Gentes urbi Jerusalem vicinæ, collectis aliis, bellum contra ipsum moverunt, ut impedirent restaurationem templi: populus autem duce Zorobabel, ac Deo cœlitus auxiliante, vicit *a*. Alii Græcis, ut Agellius quidem refert absque nomine, placet, ad Machabæorum referre tempora, quum etiam restituto Sanctuario, & Altari, variæ Gentes conatæ sunt *delere Judeos* b. Lyranus meritò refutans existimantes agi de hostibus, quos haberunt Hebræi à principio exitus de Ægypto usque ad Asaph, quia petitur hic, *ut faciat Deus sicut Madian, Sisaræ, &c. & ut ponat illos, ut rotam*; petitio autem non sit de præteritis. Existimat psalmum compositum contra Sennacherib pugnantem, adversus Ezech. & à finitimis gentibus, quæ oderant Judæos advocatus, ut bellum inferet *c*. Favet Paraphrastes exprimens nomen Sennacherib vers. 9. Hebræi, & Hebraizantes, quemadmodum priorem psalmum ad ætatem Josaphat pertinere volebant, quando Judices officii sui admonuit, sic & istum, quum in eum irruerunt Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, quibus & Ismaelitas, Amalecitas que sese adjunxisse, quamvis in Paralipomenis *d* non nominentur, credi possit. Jansenius, & Agellius probabilem sententiam istam dicunt. Cajetanus existimat historiam tractari de David, quando missos nuntios ejus, Hanon Rex postquam ignominiosè tractavisset, ut sibi consuleret, multas gentes conduxit ad bellum *e*, quæ commemorantur in hoc psalmo: ubi quoque ignominia imprecatio est *f* respondens ignominiæ dictorum nuntiorum. Ceteri extendunt Psalmum ad quaslibet persecutiones Hebræorum: sub hoc autem typo ad eas, quas passura esset Ecclesia, pro qua divinum imploretur auxilium, & adventus Christi secundus, facta mentione illustrium antiquarum victoriarum, quas Dei ope singulari retulerunt iidem Hebræi. Valentia propter nomina gentium hic expressa, sentit prævisam peculiariter à Propheta nostro, prædictamque persecutionem Ecclesiæ per Mahumetum, & Antichristum: de hoc asserit præcisè Cassiodorus. Amplector magis universalem sensum, & cum Euthymio, Nicephoroque ajo convenire Psalmum cunctis pro Christo persecutionem patentibus. Athanasius *g*, annumerans hunc Psalmum illis, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur, jubet ut habeamus ὥσπερ ἄγκυραν ἐλπίδος, *velut anchoram spes*, hostibus in unum undecumque convenientibus, & minas jacientibus contra domum Dei, fœderaque ineuntibus contra religionem, & ne animo deficiamus propter eorum multitudinem, vireque. Esaias *h* abbas totum etiam fere psalmum cum parte duodecimi recitandum nobis proponit, si adorti nos fuerint hostes, præsertim invisibiles, ut fide muniti eor nostrum hoc modo armemus, & nos confirmemus ad sanctam petram, qui Christus est. Arnobius, quem vocant commentarii Auctorem: Da unum, inquit, spiritualem, qui istum psalmum contra centum millia gentes præsumens de conscientia proferat, & vides protinus evenire victoriam. Ipse memini à Pontifice Gregorio XIII. jussum in solemni prece recitari, quum belli vexaretur Ecclesia.

Vers. 2.) Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

COnquerendo quodammodo quærit, & scisitatur sintne, esseve possit par Deo: similisve potentia. Quum vero plane certum sit, nec esse, nec esse posse illum rogat ne diutius dissimulet, cessetque, differat, contineat, sese, sed quamprimum accurat, & succurrat, citoque judicium suum proferat, ac vires exerat contra hostes impiissimos, non tuos magis, quam ipsiusmet Dei.

Deus qui similis erit tibi?) Hieronymus *Deus non silentium tibi*, nempe sit: quod bis aliis verbis hoc eodem versu repetitur, Trevetus, & Richardus Cenomanus tribuunt Hieron. *non est silentium meum ad te*, ideest, non dissimulabo angorem meum, ut proinde postulet ne Deus etiam dissimulet, vel taceat, vel se se contineat, quod sequenti membro continetur. Hebraicè אל מי לך אלהים *Elohim al domi lach*. Prima vox Deo convenit Judici, ut sæpe diximus, tum im priore Psalmo, in quo de judicibus agebatur: ultima est pronomen secundæ, personæ masculini generis, licet propter pausam notetur punctis; quæ alioqui denotant fœmininum genus. Vocabulum דמי *domi* redditur *silentium* apud Esaiam *i*, ejusq; thema דמה *damah* significat *silere*, quamvis præterea *similium esse*, juxta notionem secundam nostri Interpretes acceperunt, possetq; reddi *Deus non similitudo tibi*, nimirum est, ideest, apud nullum similitudo tui exacta, & perfecta, siquidem nonnullam concessit præcedens psalmus iis, quos vocabat Deos, excelsique filios. Postremo particulam אל *al* negantem Interpretes ad epitasin, atq; perspicuitatem, & ut res imposs-

a 2. Esdr. 4. 15.
b 2. Mach. 8. 9.
c 4. Reg. 18. 17. & seq.
d lib. 2. 20. & seq.
e 2. Reg. 10 11. & seq.
f vers. 17.
g ad Marcellinum.
h Orat. 25. tom. 2. Biblioth. Patrum.
i cap. 52. 7.

fisibilis ostenderetur, interroganter expresserunt. Hunc enim inter alios, usum interrogationis esse exemplis demonstrat Cantapetr. *a*. Nec displicet Genebrardi conjectura, esse pro participio דומה *domeh* דומי *domi*, vel cum cholem non pleno, רמי *domi*, sicut apud Esaiam *b* דעי *rahh* pro רעה *rohheh*. Similis isti sententia crebro repetitur, qua negatur quisquam similis Deo esse, ac in prioribus quidem aliquot Psal. *c*, sed & in sequentibus *d*, tuncq; præsertim quum agitur de impetrãdo contra hostes auxilio, vel quum gratiæ pro accepto referuntur, sicut Moyses fecit in Cantico suo *e*, *Quis similis tui in fortibus Domine?* Unde duces fortissimos quasi tesseram sumsisse aliàs docui, & vexillo impressisse compendio litteram מ & ב & כ & ם, atq; Machabæos propterea cognominatos. Michaelem quoq; à prælio cum dracone pro Deo sic videri appellatum, quum diceret: *Quis ut Deus?* Filius Dei Patri Deo similis est, quanta maxima potest esse similitudine: quia ὁμοούσιος, non tantùm ὁμοιούσιος *ejusdem substantiæ*, non *similis* tantum eo modo, quo in creaturis quædam cum Deo similitudo spectatur. Sic Ambros. *f* hunc locum explicat, *Deus qui similis tibi?* non utiq; nullus, quia imago Patris est. Alii de Christo secundùm dignitatem illi, ut homini concessam, hoc interpretantur, cui certè nulla similis, præsertim quum venerit ad judicium, ut Augus. & alii docent, notantes etiam hic tempus futurum, *Deus quis similis erit tibi?* Quamquam Hebraicè nulla est differentia temporis; sed ne verbum quidem. Nullus autem huic judici similis in scientia, quia *nostram vincit* g: quia *personas non accipit* h: quia sententiæ executionem impedire nullus potest, quum sit *potestas ejus æterna quæ non auferetur* i. Tropologia illa Hugonis acuta, & pia est, ut propter improborum numerum ferre infinitum, dicatur Deo, *Domine quis similis erit tibi? Facies peccatorum* (quod priore dicebatur psalmo) k, variasq; sumunt formas, *& omnes vultus redigentur in ollam* l: ita ut imago tua, non appareat, ut similitudo ad quamalter Michael, coerceat ambitiosos, & sibi Ecclesiasticam dignitatem, quæ divinitas quædam est, usurpantes: quum oporteat etiam in ea dignitate constitutum talem esse ut de eo dici possit; *Non est inventus similis, qui conservaret legem Excelsi* m, *nec sit similis ei quisquam in fortibus, sed sit magnificus in sanctitate, terribilis, laudabilis, faciens mirabilia* n, *item auferens iniquitatem, & transferens peccatum* o. Præterea *magnus & magnum nomen habens in fortitudine, ut non sit qui non timeat ipsum* p, denique *non sit ei ullus similis in legislatoribus* q. Servata proportione conandum cuique ut, ut quam maximè in se Dei exprimat, & conservet similitudinem, efficiatque pro modulo, ne quis alius Deo magis sit similis. Non minor morum quam lineamentorum dissimilitudo, ut quemadmodum vix, ac ne vix quidem reperias duos vultu similes, multoque minus aliis, quas vocant, individuantibus conditionibus, ita nec qui per omnia in virtutum sint exercitio, ac in gratiæ muneribus omnia in virtutum sint exercitio, ac in gratiæ muneribus omnino pares. Bona æmulatio velle nulli hoc modo similem, & parem esse: Sancta, ac religiosa ambitio cunctos hæc ratione velle superare: pium, & Deo charum studium, quo quisque illi placere contendit quam potest maximè, etiam supra ceteros. Considera te de paucis, & electis effectum, ait Cassianus *r*: & ne exemplo, ac tempore multitudinis refrigescas, sed vive ut pauci, ut cum paucis inveniri merearis in regno Dei. Item *s*. Exempla tibi sunt imitatoris, ac vitæ perfectæ in congregatione commorantis, à paucis, immo ab uno, vel duobus, non à pluribus expetenda. Refert etiam *t* quid hac de re Antonius præceperit; ut autem etiam se gesserit, prior de eodem scripserat Athanas. *u*. Legendi quoq; Bernard. *x*, & Petrus Blesens. *y*.

Ne taceas neque compescaris Deus.] Hieron. *ne sileas, & non quiescas Deus*, Primum verbum Hebr. תחרש *checheras* significat *tacere*, & *obsurdescere*. A natura mutus idem, & surdus solet esse. Alterum תשקש *thisKot quiescere, cessare, tranquillum esse*. Hoc ultimum valet καταπραύνει: Græcum hujus loci, vel *mitescere*, quo pacto testatur Augustinus nonnullos interpretatos, videlicet, *neq; mitescas Deus*. Symmach. vertit vertit μὴ ἐρεμήσῃς, *ne quiescas*, quasi nempe omnia sint in tuto, profunda pax, vacatio à bellis, cum his potius omnia, tumultuque ardeant. Occurrit antea *z*, eadem formula, qua oratur Deus, ut diuturnum rumpat silentium. Dicitur, quoque quod quum manifestè venit, *non silebit* a, quando nimirum veniet, ut juvet, vel judicet. Augus. hoc secundum tradit, tuncq; implendum illud Esaiæ *b*, *Tacui, semper silui, patiens fui: sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* Videtur interdum Deus excedere modum patientiæ, & misericordiæ, non solum iræ, atque justitiæ, sed utrumque juxta morem nostrum concipiendi: & qui conqueritur Deum nimis patientem, significare vult contra hostes, & persecutores, non ergà semetipsum, immo dum indulget illis, esse sibiipsi nimis durum, & severum. Vidimus Psal. 72. piorum etiam hac de re querimonias. Plures Dominum idcirco non credunt, ait Tertull. *c*, quia sæculo iratum tamdiu nesciunt. Constat nihilominus opportunum nobis ad patientiam remedium, silentium esse, de quo Ambros. *d*, Gregor. *e*, Cassian. *f*, nosq; antea, & exemplum Paulæ narrat Hieron. *f*. Observat autem Hugo modos duos faciendi, aut reformandi Dei similitudinem in homine, quam ipsi desse prima Psalmi verba, deplorant sensu mystico, ut dixi. *Deus quis similis erit tibi?* Primus modus continetur illis verbis (*ne taceas*) quia Dei verbum prædicatum, vel inspiratum ignis est animam calefaciens, ut fundatur, ac recipiat imaginem Dei, eo modo quo nonnullæ imagines aut vasa opere fusorio fiunt. Quo spectat sponsæ oratio *h*, *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Alterum modum indicant alia verba (*neque compescaris*) quemadmodum aliquæ imagines solidæ, seu statuæ, vel vasa ductili opere conficiuntur, sic tunsionibus & pressuris, ictibusque tribulationum reducatur animus ad convenientem, & divinam formam. De allegoria Christi judicis, quæ traditur August. & aliis, ut in judicio non taceat amplius, sed aperto, libero, severo utatur sermone, consule Gregorium *i*.

Vers. 3.) Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Vers. 4.) Super populum tuum malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus Sanctos tuos.

JUstam profert indignationis caussam, curque nimia censeri possit benignitas, & indulgentia Dei, nimis altum silentium, quasi profundior somnus, quoniam hac abusi patientia, non totam populi Dei, quam ipsius Dei hostes impiissimi ingenti edito fragore, velutique excitatis marini fluctibus, & magno facto impetu perstrepentesae irruentes in populum Dei insolenter, superbè, furentur sese contra illum, Deumq; ipsum erigunt, efferuntur, insultant. Præterea, quia communicatis inter se consiliis secretò, astutè, fraudulenter eonjuraverunt in perniciem populi Dei, eorumque qui vera Deum colunt religione, ac in ejus præsidio confidunt, acquiescunt, delitescunt, immo & sancta ipsa, sacraque de medio tollenda deliberaverunt. Facilis ad Ecclesiæ persecutores istarum, & sequentium sententiarum applicatio, ut semel monuisse sit satis.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.) Hieron. *tumultuati sunt*, quod alii vertunt in præsenti, quidam in futuro, in quo est יהמיון *jehemajun*. Symmach. συνηχύσι, quod Scholiastes exponit *συμφωνοῦσι, consonant & consentiunt*. Indicatur potius strepitus, fragor, clamor, vociferatio, quæ in exercitibus excitari solet, non tantum humana voce, sed tubis quoq; cymbalis & aliis bellicis instrumentis, nec non quod palam, & aperto marte agant, qui suas olim fortassis inimicitias solo indicabant susurro, ut Euthym. notat, seu, ut Niceph. quod μετὰ βοῆς ἤδραμον, *cum clamore irruerunt*. Basilius, vel Theodoretus fluctus ac sonitum maris hic innui putant. Hebræum verbum per se non habet hanc vim, ut Agellius docet, sed generalis ejus notio sonandi, resonandi, fremendi, tumultuandi, ad fluctus applicari potest, sicut in Psal. 45. *k Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum*; & apud Esaiam *l*. *Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis & tumultus turbatum sunt sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium.* Ubi est המון *hamon*, המות *hamoth*, & verbum hujus loci יהמיון *jehemajun*. Rectè Cassiodorus monet singula singulis reddita, & contra illud (*ne taceas*) (esse) *quoniam ecce inimici tui sonuerunt*) contra aliud (*neque compescaris*) id quod sequitur (*& qui oderunt te, extuleruut caput.*) Addit post Augustinum, quem alii præterea in hoc imitantur, non dici hos inimicos Dei locutos, sed sonuisse, ut eis hominum merito negarentur verba, qui voces rationabile

a 3 *Hyp. c. 5.*
b *cap. 38. 12.*
c *Psal. 34. 10. psal. 39. 6. psal. 70. 19.*
d *Psal. 85. 8. psal 88. 79.*
e *Exod. 15. 11.*
f *l. de penit. c. 8.*
g *Job. 36. 26.*
h *2. Paral. 19. & alibi.*
i *Dan. 7. 10.*
Tropologia
k *vers. 2.*
l *Joel. 2. 6.*
m *Eccl. 42. 20.*
n *Exod. 15. 21.*
o *Matth. 7. 18.*
p *Jer. 10. 7.*
q *Job 31. 21.*
r *4. de inst. c. 38.*
s *cap. 40.*
t *lib. 5. c. 4*
u *in vita Anton.*
x *ad fratres de monte Dei.*
y *in vett. ad versus obtrectatorem.*
z *Psal. 27. 1. psal. 34. 22. psal. 38. 13.*
a *Psal. 49. 3.*
b *cap. 42. 14.*
c *lib. de Patientia.*
d *1. de offic. c. 3. 4. 5. 6. & in psal. 38.*
e *hom. 18. in Evang.* Duo modi reformandi similitudinem Dei in homine.
f *Collat. 16. cap. 26.*
g *Ep. 27.*
h *Cant 5. 6.*
i *10. Moral. c. 330. & 1.*
k *vers. 7. cap. 17. 10.*

biles non habebant. Is etiam, quem vocant Hieron. indicat idem, sed cum tropologia, ut ille de quo alius detrahit, eum audiat, quasi cymbalum tinniens, & non ut vocem humanam, sed tamquam sonum ab irrationali, ac inanimata re excitatum. Hugo in verbo *sonandi* locutionis peccatum observat in *inimicorum* vocabulo invidiam in sequenti membro (*qui oderunt te, extulerunt caput*,) odium & superbiam. Applicat præterea omnia ad diabolos, non solum ad Antichristum & Antichristianos.

Et qui oderunt te, extulerunt caput.) Gestus ac habitus insolentiæ hic est atq; superbię, ut alias vidimus, seu liberioris & confidentioris animi. Quare non est litteralis expositio de uno electo capite, seu duce, aut Antich isto, vel diabolo. *Ascendit semper superbia odientium Deus* a. *Currant adversus Deum erecto collo* b, *elevantur, & ambulant collo extento* c, Constituere ducem Hebraice dicitur *ponere caput* d. Sed aliud est efferre, elevare, attollere, erigere, extendere caput. Quo pacto autem censeatur quis Deum odisse alias dixi, hoc loco Rickelius docet fieri posse, propter effectum, qui à Deo est, & displicet. Probat cujusdam sibi facto responso, quem hortabatur ad meliora, & Dei commendaret beatitudinem, malle se Deum non esse, quam subire vitam & conversationem ordinis Carthusiensis.

a Ps. 73. ult. b Job. 15. 26. c Esa. 3. 16. d Num. 24. 9.

Super populum tuum malignaverunt consilium.) Hieron. *contra populum tuum nequiter tractaverunt*. Alii, *callide inierunt consilium*, vel, *egerunt secretum*, vel, *occultas insidias struunt*, vel, *conspirant secreto* יערימו סוד *jahharimu sod*. Significat Hebræum verbum *astute agere*, nomen, *secretum*, ac proinde consilium, quo secretum esse debeat, nec non *concilium, coetum, congregationem*, quia plures junguntur, coeuntq; in uno secreto, sive consilio. Græca κατεπανουργεύσαντο γνώμην significant vafre susceptam sententiam, quod Symm. exposuit πανούργως ἐμιλεῖν, *astute colloqui*. Apollin. μῆτιν τεχνᾶσθαι, *consilium machinari*. In Psalt. Romano, & apud Cassiod. *in plebem tuam astute malignaverunt consilium*: cujus lectionis meminit Augustin. In Gallicano, *dolose*. De *malignandi* Latino verbo dictum alias, & de *consilio, Ecclesia, conventu malignantium* e. Distinguit Euthym. Græca vocis γνώμης notione pro *admonitione, consilio, sententia, opinione de fide*, aut *quopiam dogmate*. Legit autem dativo casu γνώμῃ, sicut extat etiam in Complutensibus, Regiis, & aliis codicibus, quamvis moneat in quibusdam exemplaribus esse γνώμην, quo pacto nunc in emendatis Sixtianis, & Apollinar. exposuit μῆτις in accusativo. Hugo quintum peccatum malitiæ, hic adjicit ad quatuor præcedentia, locutionis, invidiæ, odii superbiæ. Sed nimis coactum, quod idem sumens *consilium super populum* pro consilio, sive consilio, quod est superius populo, eumq; regere debet, & constat clericis ac Sacerdotibus, ait id malignavisse dæmones, quia multi sint, ex iis privi consiliarii, *dantes consilium insipiens* f, ita ut possit cum ironia illud usurpari g. *Cum viro irreligioso tractande sanctitate, & cum justo de justitia*. Currit liberius tropologia de dæmoniis, & aliis filiis *hujus sæculi, qui prudentiores filiis lucis in generatione sua* h *videntur, atque solertes ac prudentes sunt, ut faciant malum* i, ita ut videatur etiam Deus *consilium impiorum adjuvare* k. Malignos spiritos interpretatur Gregor. *l*, & quod Job interroganter loquitur, per negationem debere intelligi, *quum non patiatur Deus nos tentari supra id, quod possumus* m, & nisi cum viribus tentamenta modificaret, nullus profecto esset, qui malignorum spirituum insidias non corruens portaret. *Spiritualis omnia judicat*, neq; circumvenitur à Satana, *qui non ignorat cogitationes ejus* n. Antichristum passim putant omni scientia & fraude excellentem futurum, ac dæmonibus ipsis doctoribus, immo & paredris usurum, non solum hominibus maleficas artes professionibus, summam dypocrisin, dolum, fraudem adhiturum. Daniel *o* hoc sæpius affirmat, & *pardus ac ursus* ex Apocalypsi *p coluber, & corastes de Dan*, tribus Antichristi, ex Genesi *q*, hoc idem innunt, ut omittam adeo multos Auctores, qui de Antichristo disputant, quorum collegit in opere suo de eodem, testimonia, Thomas Malvenda. Gregor. *r* autem docet, quod sicut incarnata veritas in prædicatione sua pauperes idiotas, & simplices elegit, sic è contrario damnatus ille homo, quem in fine mundi apostata Angelus assumit ad prædicandam falsitatem suam, astutos ac duplices, atq; hujus mundi scientiam habentes electurus est. Confirmat Esaiæ verbis: *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flu-*

e Ps. 21. 17. Psal. 25. 5. ps. 63. 3. 6. Γνώμαν.

f Esa. 19. 11. g Eccl. 37. 11

Tropologia h Luc. 16. 8.

i Es. 30. 1. k Job 10. 2. l 5. Moral. c. 34. vel 25.

m 1. Cor. 10. 13.

n 1. Cor. 2. 15

o 3. Cor. 2. 11 p cap. 7. 8. 20 c 8. 24. c. 11. 21. 23. 24. & q cap. 13. 1.

r cap. 49. 17.

* 13. Moral. c. 5. vel 6.

f cap 18. 1.

minina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Omnino, quemadmodum *cogitationes justorum judicia, sic consilia impiorum fraudulenta*; &, *verba impiorum insidiantur sanguini, quum os justorum liberet alios* t. Quod attinet ad sensum litteralem, nimis anguste Cajetanus explicat, Ammonitas temere judicasse de secreto cordis David, quod legatos misisset ad Regem non humanitatis causa, sed explorandi gratia.

t Prov. 12. 5.

Et cogitaverunt adversus Sanctos tuos.) Hieron. *inierunt consilium adversus arcanum tuum*. Alii, *& consultaverunt adversus absconditos tuos*, vel, *arcana tua*, vel *super absconditis tui*, seu *arcanis*. Simmach. ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἀποκρύφων σου, *& consultant contra sconditum tuum*. Aquila & Theodotion. κατὰ τοῦ συγκεκρυμμένου σοῦ, aut τοῖ, *adversus absconditum tuum*, aut *tibi*. In singulari numero Basilius, sive Theodor. juxta versionem Aquilę ac Theodotionis, cui similis est Symmachi, ut retuli ex collectore notationum in Sixtinis Bibliis Græcis, quod prior notaverat Joannes Drieschus, quum tamen dicti Patres vertisse pluraliter, in numero, inquam, singulari, volunt significari Gentium impetum contra Judæos, But eos extirparent, redundare in Christum, qui veluti absconditus erat inter illos, utpote oriturus ex Tribu Juda. Citant Etaiam *u Hæc dicit Dominus: Quomodo si inveniatur granum in botro, & dicatur ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter sermones meos, ut non disperdam totum: & educam de Jacob semen, & de Juda possidentem montes meos.* Christus appellatur Deus absconditus dupliciter, & ob Incarnat. & ob occultam præsentiam in Eucharistia. Alter sensus est, sive numerus pluralis retineatur, ut debet, & in Hebræo textu est cum affixo צפונין *tsophunecha*, sive sit singularis collective sumtus pro plurali, prout esset, si ex dicto vocabulo Hebræo auferretur (ו) *jod*, Sancti, quos expresserunt Interpretes nostri, vocentur absconditi, quia *habitant in adjutorio Altissimi, & in protectione Dei cœli commorantur* x, *sperant sub tegmine alarum ejus* y, *absconduntur in abscondito faciei ejusdem* z, *in tabernaculo, & in absconditio tabernaculi* a, non Templi & Arcæ, ut olim, quia ibi Deus peculiariter opitulabatur, sed providentiæ, curæque divinæ: *obumbrantur capita eorum ab illo in die belli* b, multo melius quam Clitis scuto Alexand. Sic præterea Sancti cognominantur, *quia vita illorum abscondita est cum Christo in Deo* c, & hic obscusi sunt, quia per fidem & spem amulat, quæ versantur circa res obscuras: quia sunt in pretio, præsertim apud Deum, ut esse res thesauris ac thecis inclusæ, tectæq; solent: quia, ut adyta, & olim Sancta Sanctorum, violari non debent, quo modo צפון *tsaphun* apud Ezech. *d*, ideest, *arcanum* appellatur interius Templi oraculum. *Et violabunt*, inquit ibi Deus, *arcanum meum, & introibunt in illud emissarii, & contaminabunt illud*. Hinc existere sensus tertius potest, accipiendo *absconditum et arcanum*, vel eadem pluraliter & in genere neutro, pro rebus sacris, temploq; ut dicantur inimici Dei coivisse & conspirasse, non tantum adversus populum, sed præterea contra Templum, & omnia sacra. Quarto, si quis *arcanum, secretum, absconditum* accipiat pro consilio, sicut סוד *sod* in priore membro, sensus erit, suum illud סוד *sod* & consilium ausos fuisse inire contra צפון *tsaphun*, i. e. absconditum, sectetum arcanum Dei consilium, & occultas providentię ipsius ratione: vel circa צפון *tsaphon absconsionem*, nempe dicti consilii divini *quum tamen non sit consilium contra Dominū, non prudentia, non sapientia* e. At secundus sensus communior & melior.

u cap. 63. 8. Quare Christus appelletur Deus absconditus

x Ps. 90. 1. y Ps. 30. z Ps. 38. 1. a Ps. 16. b Ps. 139. 8. c Coloss. 3. 3 d Cap. 7. 22 e Prov. 21. 30

Pietatem piscium nonnullorum hanc describit Ambrosius *f*, quum ediderint partus, si quid forte insidiarum, terrorisque præsenserint circa circulos suos quemquam moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pavorem materno affectu comprimant, aperire ora, & innoxio partus suos dente suspendere interno quoque recipere corpore & genitali alvo abscondere, revocare integros, atque iterum fotu quodam eos sui caloris animare & spiritu alere, duosque in corpore uno vivere, donec aut securitatem deferant, aut corporis sui objectu natos suos defendant periculis, denique piscium proli parentis esse uterum, sicut murum. Deplorat postea idem Pater, ab hac pietate charitateque longissime abesse homines. Habet quod absque comparatione miretur magis de DEI erga suos benignitate, qui quum quis illos tangit, perinde afficitur, *ac si tangeret pupillam oculi sui proprii* g, *& dum abscondere* dicitur *in abscondito faciei sui*, innui videtur, quod aperto quasi ore recipiat,

f c. Henam

g Zach. 2. 8.

sicut dicti pisces, internos corpore. Hoc præsefert amoris excessum, quod vulgo amicus amico dici, cupere se illum intra viscera propria condere. Sic Paulus etiam scribebat *viscera Titi* in Corinthiis esse *a*, *se cupiviſſe Philippenſes in viſceribus Jeſu Chriſti* b. Onesimum vocat *viscera sua* c, & iterum appellat *viscera miserationis* d. Deo autem tribuuntur quoq; *viscera misericordiæ* e. Præcipua cogitatio, cura, studium, quod vocat Hugo peccatum, sextum peccatum diaboli est, ut noceat Sanctis, nec fluvio sæcularium contentus, *habeat fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus* f, qui Jordanis denotat rivum & descensione eorum, idest, obedientiæ subjectionem, vel rivum judicii, quod severius exercent inter se viri religiosi.

a 2. Cor. 7. 14
b Philip. 1. 7
c 1. Epist. ad Phil. vers. 12. 20.
d Philip. 2. 1.
e Luc. 1. 72.
f Jos. 3. 10. 18.

A cum vacaret idololatriæ, ex non populo, plebeque facta est per lumen Evangelii, *plebs, & populus Dei* q, & *filii Dei viventi*. Probat Augustinus r numquam Rempublicam fuisse Romanum, quia juxta definitionem Scipionis, numquam fuit res populi, cum populus, eodem finitore, sit cætus multitudinis juris consensu, & utilitatis communione sociatus, nec geri sine justitia Respublica possit subi autem illa non est, nec jus esse valeat, & cum justitia sua cuique distribuat, justitiam non esse, quæ ipsum hominem vero DEO tollit, & immundis dæmonibus subdit, quod fecerunt Romani. A simili argumentari licet, diabolum, Antichristum, persecutorem, malum suasorem, qui quempiam ad falsum Dei cultum, vel etiam ad quodcumque mortale peccatum inducat, effitere, quo in se est, ut disperdatur de gente & populo, immo, de numero hominum, idest, juxta rationis præscriptum viventium.

q Oseæ 1. 10. Rom. 9. 25. 5
r 16 de Civ. cap. 21.

Et non memoretur nomen Israel ultra.) Non memorari nomen, aut deleri, tolli perire, auferri, disperire de terra nomen & memoriam, aut quod non sit memor quis nominis, aut quod cesset memoria ex hominibus, & sit in maledictum, frequenti scripturæ phrasi usurpatur pro eo quod est prorsus negligi, seu negligere aliquid, excindere, & exscindi: nomen namque imponi rebus, quæ existunt, & vocantur ea, quæ sunt, *vel à Deo ea, quæ non sunt* s, *ut sint*. Propterea, quæ minime sunt, minimive fiunt, dicuntur parvi, aut nullius nominis, ut è contrario, magni nominis & nominata, quæ præstantiora, & magni æstimata, & eorum quoque nomina in benedictione, ac memoria æterna non recedent, non deleta, cum laudibus, dulcis, &c.

s Rom. 4. 17.

Mystice sumtus Israel, & secundum spiritum vocatus à Paulo t *Israel Dei*, populus Christianus est, vel etiam vir religiosus, præsertim vacans contemplationi, sive derives id nomen ab eo, quod est Deo ipso superiorem esse, sive Deum videre, quod etymon communius quidem, sed priore minus verum. Christi & Christiani nominis cura nobis maxima debet esse, ut sanctificetur, sanctumque esse, demonstretur, reipla & opere, sive proprii nostri celebritas consequatur, sive fama imminuatur, *ut non minus, quam per bonam famam* u *Christo ſerviamus*, & quod in nobis est, adeo honorificum titulum numquam corrumpamus, sed ei pro dignitate respondeamus, ejusque per omnes fragrantiam & odorem bonum vitæ *diffundamus, ut in omni ore quaſi mel indulcetur, & ut muſica in convivio vini memoria noſtri Joſiæ* x, idest, Jesu, quia *melius est hoc nomen bonum, quia divitiæ multæ* y.

Sensus mysticus.
t Gal. 6. 16. Rom. 9. 6.
u 2. cor. 6.
x Eccl. 49. 1
y Eccl. 7. 1.

Vers. 5.) Dixerunt, venite, & disperdamus eos, de gente, & non memoretur nomen Israel ultra.

SEptimum veluti peccatum, ut Hugo enumerat, sollicitationis & provocationis aliorum ad malum, vel etiam tractati maligni consilii sententia, ut conjurati coeant plurimi, impetumque faciant in Hebræos, illosque sic extirpent aut dissipent, ut non sint amplius gens, nec nominari amplius possint Hebræus seu Israeliticus populus, tamquam consistens more aliorum populorum, nullius nominis & famæ sit, nullo habeatur loco, pudeat nominari Israelitam, nec audeat quisquam sic appellari, mortis metu, nomen ipsum dedecus, & crimen adferat; ne nomine quidem notus, juxta paræmiam, censeatur. Quod peccatum Hugo recenset octavum, crudelitatis in afflictione corporis, & imminutione famæ. Satis constat ex Apologiis Athenagore & Tertulliani g, præter sævitiam tormentorum, vel solum Christianum nomen olim in crimine fuisse, ac nomine tenus accusatos Christianos, & majorem vim nominis habitam, nec tam quid commisissent inquisitum, quam ipsi nominis, tamquam certo sceleri illutum, ex nomine tantum, tamquam criminum indice atque confessione, in illos agere æquissimum visum. Recitat illud etiam in Gentilium verbis Tertullianus h, Bonus vir Cajus Seius, sed malus tantum, quod Christianus, & ego Lucium sapientiam virum repente factum Christianum defero. Tandem vero, ut ex Justino & Melitone Sardense recitat Eusebius i, Adrianus Imperator rescripsit Minutio Fundano, Proconsuli Asiæ, nec non aliis, ne nomen hoc esset in culpa. At hoc nomen novum, *quod os Domini locutum eſt* k, tituluſq; perhonorificus corrumpi non potuit l, sed sicut *oleum eſt effuſum, in ejuſque odorem Gentes omnes concurrerunt* m.

g Apolog. c. 7 So um nomen Christianum plum in crimine fuit.
h Cap. 2.
i 4. Hist. 6. 8. 9. 15.
k Esa. 62. 2. in titulus quorum almo rum
l Ambr. 2. 3

Dixerunt venite.) Non significat semper proprievè motum ad locum *venite*, ὅ ἐστι לכו *lechu*, sed idem quod *ejа, agite*, & similia, quibus provocantur, invitantur, excitantur aliqui ad aliquid agendum & aggrediendum, denique hortantis vim habet.

Et disperdamus eos de gente.) Hieronymus, *conteramus*, Alii, *extirpemus, ſuccidamus, negare faciamus eos à gente*, idest, ut non sint gens ונכחידם מגוי *venachchidem miggoi*. Valet Hebræum verbum *abſcondere, excidere, tollere*, ne ultra extet, audiatur, videatur, & cum particula negante quam includit hoc loco præpositio מגוי *miggoi*, *celare, & excidere*. Non significat disperdere nunc idem quod dispergere, dissipare, per varia loca spargere, ut multi tamen Latini Enarratores sentiunt, quia nec ea notio est verbi Hebræi nec Greci ἐξοθρεύειν. Quare quæ Hugo tropologice affert de discursu per mundum, non ita cohærent, nisi forte per accomodationem. Nam vir ille doctus, tamesi linguarum non adeo peritus, recte interpretatus est *disperdere* idem esse, quod opprimere & interficere, quod qui transtulit de Chaldæo in Bibliis Regiis, exposuit, trucidare. Hoc in simili sententia apud Jeremiam n est *eradere de terra; Cogitaverunt ſuper me conſilia, dicentes, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra, & nomen ejus non memoretur amplius*. Contrarium de Israelitis vaticinatus fuerat Baalam o, *Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur*, quia scilicet, expulsis gentibus Chananæis, earum provincias habitaturus erat; nec earum superstitione inficiendus, aut mutaturus religionem. Sed comminatus est Deus, *Ipſi me provocaverunt in eo, qui non erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus ſuis, & ego provocabo eos, in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtultu irritabo ille* p. Revera, qui sine religione & justitia est, non meretur nomen populi, gentisque, cujusmodi gentilitas erat,

n cap. 11. 19.
o Num. 23. 9.
p Deut. 32. 21

Vers. 6.) Quoniam cogitaverunt unanimiter: simul adversum te testamentum disposuerunt.

Vers. 7.) Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ: Moab & Agareni.

Vers. 8.) Gebal & Ammon, & Amalec, alienigenæ quum habitantibus Tyrum.

Vers. 9.) Etenim Assur venit quum illis, facti sunt in adjutorium filiis Lot.

MAgna conjuratio, valdeq; ratum ac firmum populum Israeliticum perdendi & exscindendi consilium hostibus illius. Nam gentes quam plurimæ super hac re unanimi consensu decernentes, fœdus inter se pepigerunt, seseque pacto & jure jurando obstrinxerunt contra Deum, populumq; ipsius, videlicet Idumæi tabernaculorum habitatores, seu Scenitæ & Ismaelitæ, auctore Ismaele; præterea Moabitæ & Agareni ab Agar denominati, item Gabalitæ, Ammonitæ, Amalecitæ, Philisthæi, Tyrii, quin & Assyrii, qui cum aliis venerunt, ut essent auxilio Moabitis præsertim, & Ammonitis, descendentibus ex filiis Lot. Has gentes decem maxima ex parte in Arabia commorantes Valentia præsertim, & alii existimant repræsentare Mahometanos, Turcasq; infensissimos persecutores Christianorum, qui primum extiterint in Arabia, quamvis non satis mihi certa videatur hujus persecutionis origo, quam idem Valentia narrat, quod nunc expendere non vacat. Consuli possunt annales. Baronii.

Sensus loci.

Quoniam cogitaverunt unanimiter simul.) Hieronym. *Quoniam tractaverunt corde pariter*. Alii, *Quoniam conſilium inierunt, conſpiraverunt, inierunt conſilium ex corde pariter*, כי נועצי לב ידיו *chi nohhatſu leu jachdau*. Chaldaicè *in toto corde*, ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ομό-

ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *consultaverunt in consensu in idipsum*, quod explicant Euthym. & Niceph. ut convenirent in unam sententiam, unumque locum. Multi (*simul*) referunt ad sequens membrum, quod parum refert. In Psalter. Gallic. & Romano, atque apud Cassiodorum & Petrum Damiani *a*, *consensum in unum*. Conspirant etiam mali, dæmonesque ipsi in malum, *nec Satanas in se divisus est*, ut Christi, docuit *b*, *regnumve ipsius*, in eundem quoque Christum *Herodes & Pilatus antea inimici, concorditer amicitia redintegrata* egerunt *c*. *Dissipat Deus gentes, quæ bella volunt* d *dissipat consilia gentium* e, *confundit superborum linguam* f, *efficit unius linguæ* g, *cordis & animæ* h, *atq; humeri* i, *servos suos*. Sed hæc de re alibi actum.

Adversum te.) Communem facit populi causam cum Deo, imo maximè propriam Dei, *ne quando dicerent gentes, ubi est Deus eorum* k: & quia Religionem, & sacra spernebant, atque violare ac evertere volebant, & quia pluris æstimari debet honor Dei, cum ipsius imploratur auxilium contra hostes, quam privatum, & temporale emolumentum. Hoc Machabæi habebant præ oculis, ac terio commilitonibus proponebant, nimirum cultum Dei, & Sancta, quibus violatis dicebant: *Quo l ergo nobis adhuc vivere?* hortabanturque *dare animas pro testamento Patrum, & æmulatione legis* m. Viget in persecutione ac tribulatione pietas magis, magis Deus creditur, quum magis timetur: tunc in attonito tumus, fides in expeditione sollicitior, disciplinatior in jejuniis, stationibus, orationibus, humilitate, alterutra diligentia & dilectione, in sanctitate & timore, quia non vacatur nisi timori, & spei, ut scribit Tertullian. *n*. Attamen suscipitur justissime bellum, præcipue pro pietate & Religione, quæ in duodecim causis, de quibus Abul. *o*, prima est.

Testamentum disposuerunt.) Hieron. *fœdus pepigerunt*. Nec enim *testamentum*, & διαθήκη sumuntur pro contractu ultimæ voluntatis, & quod habeat executionem solum post monumentum: unde quidam *p* inepte dictum *testamentum* dicunt, ideſt, postmortem. Latior est notio Hebræi nominis כרים, quod cum Latino & Græco jam sæpius in prioribus Ps. occurrit. Et potius diceretur *testamentum* quasi testatio mentis, vel à testando, ac si esset testamen, addita syllaba tum; sicut ad velamen, nutrimen, calceamen, ornamen & similia. Monet Augustinus, hoc loco, non solum dici testamentum in scripturis, quod non valet nisi testatore mortuo, sed etiam omne pactum & placitum, quod inter vivos valet, testamentum vocari, sicut Laban & Jacob testamentum fecerunt. Sonat vox Græca *dispositionem* à verbo διατίθημι, quod hic etiam positum est, διαθήκην διέθεντο quemadmodum & in historia Machabæorum *q*, διαθώμεθα διαθήκην κατὰ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ἡμῶν *disponamus testamentum* (pactum) *cum gentibus, quæ circa nos sunt*. Hieron. *r* præterea notavit in plerisque scripturam locis, testamentum non voluntatem defunctorum sonare, sed pactum viventium. Aliud inter alia exemplum clarum est in in Ecclesiastici libro *s*, *Testamenta sæculi posita sunt apud illum*, videl. Noe, *ne deleri possit diluvio omnis caro*: & de Abraham *t*, *in carne ejus stare fecit testamentum*. Legendi locis aliis iidem Aug. *u* & Hier. *x*, item Budæus *y*, qui eundem dicti Græci nominis usum profanis testimoniis illustrat. Certè vel ex præsenti loco cognosci potest LXX. Interpretes non usurpavisse Græcum nomen pro testamento proprie dicto, quod tamen videtur Hieron. *z* universe de illis negare.

Tabernacula Idumæorum.) Hieron. *Idumæa*, ארום *Edom*, quod nomen ita etiam redditur Psal. 57. *a* ubi de Idumæa, & Idumæis egimus, sic dictis ab Edom, quod erat cognomen Esau. Trevetus recitat h. l. ex Hier. *tabernacula Idumæorum & Ismaelitarum*, quod nomen secundum in omni editione Hier. extat. Itaque metonymice, tabernacula Idumæorum, & Ismaelitarum pro populis istis, qui habitabant in tabernaculis, Scenitis ac Nomadibus in Arabia deserta similibus, de quibus Plinius *b*, Tabernacula subinde huc illuc trãsferentibus ad Pascua pecoris, & venditionem seu negotiationem, ut innuit Ezechiel *c*. De odio implacabili Idumæorum contra Israelitas mentio fit in Psalm. 136. *d* & in Amos *e*. Confundunt Plinius, Silius, alii quandoque cum Judæis Idumæos, quia coaluerunt demum in unam gentem ab Hircano subjugati, ut scribit Josephus *f*, qui tempore Davidis & Salomonis *g* erant tributarii, subditique regibus Juda, sed postea rebellarunt. Prestle Judæi à posteris Jacob, Idumæi ab Edom, seu Esau Amonem sortiti sunt, ut Ammonius *h* quoque docet. Non sunt origine Nabathæi, ut falso prodidit Strabo *i*, seditione pulsi patria (Nabathæi potius à Nabajot primogenito Ismaelis dicti videntur: *k*) non orti à filio quodam Semiramidis, ut Stephanus *l*, qui à Juda Judæos derivat; multo minus, ut Rabbini garriunt. Eodem est Roma, & Pontifex Romanus monachus Edomæus. At repetenda, quæ alias diximus.

Et Ismaelitæ.) Hier. ut modo dixi, *Ismaelitarum*, ut nempe tam hi, quam Idumæi, dicantur habitatores tabernaculorum. Eodem pacto legitur in Psalt. Romano & à Cassiod. & Petro Damiani *m*, *Ismaelitum*. Chald. *Arabes* exprimuntur ערבאי *hharavae*. Ab Ismaele filio Abraham & Agar nomen acceperunt. De hoc inter alia prædixit Angelus *n*, *quod figeret tabernacula*. Feruntur autem iidem in Arabia Ismaelitæ cum Cedarenis, quorum tentoria celebrantur in Cantico Canticorum *o*. Erant vero isti pastoritiæ arti dediti, simulque latrocinii, & bello. Quare ut describat David bellicosos & alienos à pace, ait *Habitavi* * *cum habitantibus Cedar, cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus*. Ubi etiam Hebr. & Græcè habetur, *Habitavi cum tabernaculis Cedar*. Unus *de filiis Ismael Cedar erat* p, & Ismael ipse describitur *ferus homo, ut manus ejus essent contra omnes, manus omnium contra eum* q. Qua in re auctorem suum imitantur Ismaelitæ in equis & camelis insidentes, camelorum lacte, carnibusque viventes, semper errantes cum sagittis venenatis, & stabilibus longis, infestique finitimis omnibus; mitrari seu vittati. Seminudo corpore, pallia & caligas trahentes, intonso crine, labra superiora non radentes, cetera tonsi, decimo tertio anno pueros circumcidentes, quo & Ismael circumcisus fuit *r*, Luciferum, seu lunam colentes. Ex iis ortus Mahom. creditur.

Antequam progredior, moneo de Tropologia, quam Enarratores, præsertim Bruno Carthus. creditus Hier. Cassiod. Augustin. Hugo, Ayguan. Rickelius asserunt, eruta ex etymologia istarum gentium, & aliarum quæ sequuntur, ad varias designandas vitiorum formas. Hugo assignat hisce gentibus terrenos, seu avaros, gulosos, luxuriosos, superbos, vel pigros, item hyppocritas, iracundos, detractores aut adulatores: ad hæc studentes aliis nocere, invidos, cum diabolo elato, ac deprimente homines, qui cooperantes ipsi declinant à Deo. Ayguan. interpretatur terrenos & avaros simul per Idumæos & Ismaelitas: per Moab, malos, & falsos Christianos, per Agarenos, hypocritas; per Gebal, crudeles: per Ammon, ingratos per Amalec, luxuriosos; per alienigenas, sive Philisthiim, gulosos: per Tyrios, potentes in sæculo: per Assur, qui colere robustos dicitus, ideſt in peccatum præcipitare, & juvat omnes huc usque recensitos simul cum filiis Loth, i. e. Angelis suis Apostatis. Rickelius enumerat avaros, gulosos, luxuriosos, falsos fratres, hypocritas, iracundos, adulatores, vitiis atque luxuria, ebrios, invidos, diabolum, cum Angelis suis. Aliter is quem vocant Hier. quem idcirco non dubito non esse Hier. quia in tradendis etymologiis nugatur sicut alii, & aberrat, ut quum ait *Israel* significare obedientes Deo, *Ismaelitas*, obedientes, sibi, *Gebal* vallem vanam, à *ge*, ideſt, velle, (qua in re verum dicit) *Baal*, hoc est, vana, *Ammon*, populum turbidum, *Philisthiim*, cadentem potione *Loth*, declinantem, &c. Alio rursus modus Cassiodor & alii. Quod moneo, ut qui delectatur etymologiis, veras exacte quærat, vel quas reperit apud alios, non nisi facta illorum mentione auctoritateque, illas proferat, non asseverate, ac tamquam de suo prununtiet, sicque ea, quam ex aliena habet auctoritate, probabilitate eadem privet. Istas preterea Gentes Bernardus, aliusve sermonis Auctor de filio prodigo, mysticè sumit de variis hostibus ac tentationibus, deque omnium Duce & Auctore diabolo, adversus eos, qui virtuti ac pietati vacare studeant. Petrus Damiani *s* explicat locum hunc totum adversus simoniacos, allata etymologia omnium istorum vocabulorum, usq; ad versum 11.

Moab.) Ab altero filio ex incestu Loth, quum filia majore, qui vocabatur Moab, populus ejusdem nominis, sive Moabitarum denominatus est, in Arabia deserta, vel Petræa, inter mare mortuum usque ad Euphrotem, & à torrente Arnon usque ad desertum Cadesbarne. Caverat quidem Deus ne primo ingressu in terram promissionis Regiones eorum occuparet; sed cum sæpius obsistereat Deo, idolatriæque deditì colerent Chamos, sive

a Luc. 22, 12. *d* Ps. 67. 31. *e* Ps. 32. 10. *f* Gen. 11. 7. 8. *g* Act. 2. 11. *h* b. & c. 1. *i* Soph. 3. 9. *k* Ps. 78. 10. *l* 1. Mach. 2. 38. *m* vers. 50. *n* de fuga in persec. c. 1. *o* in Deut. c. 2. q. 6. Διαθήκη. *p* Ayguanus *q* lib. 1. 12. *r* in Malac. cap. 2. *s* ap. 44. 19. *t* vers. 21. *u* lib. loc. in Gen. n. 93. & 94. & lib. 16. *d* Civ. c. 27. *x* in ca. 3. ad Gal. *y* Comment. Græc. lin. *z* in ca. 3. ad Gal. *a* v. 10. 11. *b* l. 6. cap. 28. *c* cap. 27. 21. *d* vers. 7. *e* cap. 1. 11. *f* 14. antiqu. cap. 17. *g* 2. Reg. 8. 1. *h* lib. de diff. verb. nu. 3. *i* lib. 16. *k* Gen. 25. 1. *l* de Urbibus *m* lib. 5. Ep. in 13. *n* Gen. 16. 12 *o* cap. 1. 5. * Ps. 119. 5. 7 *p* Gen. 25. 13 *q* cap. 26. 12. Mahometes unde ortus. Tropologicus sensus. *r* Hieronym. quæst. Hebr. in Gen & de locis Heb. & in vita Malchi. & Hilarionis 2. contr. Iovin. Josephus 1. antiq. c. 20. 21. Ammianus lib. 4. *s* lib. 5 Ep. 2.

sive Beelphegor, & Israelitas infestarent, sæpius ab his contriti, cæsi, profligati sunt, & illorum urbes occupatæ sunt non paucæ tandem verò à Davide subjecti, & postea cum Assurii vastassent Israelitas, gravissima quoque detrimenta sustinuerunt, Jeremias *a*, acriter istius populi superbiam, sublimitatem, arrogantiam, altitudinem cordis redarguit. Tropologicè bellum quod contra illum gessit Rex Juda Josaphat, Rex Israel, Joram, & Rex Idumææ *b*, denotat diabolo, & filiis superbiæ, *quorum Rex est* c, maximè adversari, & nocere judicium Dei, & celsitudinem Dei, & carnis, seu partis nostræ terrenæ frenationem, ut nimirum carnem frænando, recordemur divini judicii, & quanta sit celsitudo & magis Dei, quamque humilem & demissam requirat à nobis servitutem.

a cap. 49. 7.

b 4. Reg. 3. 8.
c Job. 41. 25.

Et Agareni.) Chaldaicè, *Hungari*, & apud Nebiens. *Ungarinita* הונגראי *hungherae*. Nescio quid sibi velit hoc nomen Chaldæum, hac enim lingua nomen proprium Ancillæ Abraham matris Ismael *d* ex הגר *Hagar*, sicut & Hebraica, ut proinde melius Latinè scriberetur, *Hagar*, & *Hagareni*, quos hic intelligi, & non *Hungaros*, qui & Hunni, ac Pannonii, dubitari non debet. *Ægyptia erat Agar* e. Sarai à Pharaone donata, ut placet Chrysost. *f*, Saracenos eosdem vocari volunt quasi honorificentius à Sara uxore Abraham, non ab Ancilla Agar. Hier. videtur nomen recentius affirmare, quique Agareni dicerentur, suo tempore vocasse fallo seipsos Saracenos, ut viderentur de ingenua & domina generati. Hoc magis credendum, quàm accepisse nomen à Saraja urbe Arabiæ, ut Stephanus voluit, vel ab urbe Sara, ut Euthymius. Neque vulgi opinio censeri debet *g*, illa, quàm retuli ex Hieronymo.

d Gen. 16. 1.

e vers. 3.
f ibidem.

g *Sic vocat Delrius in Genes. cap. 16.*

Gebal.) גבל *gheval* γεβαλ, & Chald. גבלאי *gaulae*, seu *Gabalitæ*. Nullo alio in loco Scripturæ mentio fit illius nominis. Qua de causa cogi nos Ayg. scribit non literaliter accipere, sed mysticè. Non bona ratio Lyran. existimat eundem esse cum *Sobal filio Seir Horræi* h, nomina n. Hebræa aliquando sic variari in principio, sicut Latina, v. g. Nicolaus & Colinus, quæ sunt, inquit, idem nomen. Placet Jans. quia Thargum Jerosolymit. montem Seir vocat Gibala. Quare credit significari gentem quandam ex Idumæis; tum etiam quoniam sicut Lxx. montem, qui dicitur Hobal, vocant Gebal, ita ab Ebal filio Sobal, qui Sobal fuit filius Seir, sive Edom, qui & Esau, potuit mutato paullulùm nominis initio dici Gebal, h. e. Gabalena Regio Idumæorum. Cajet. ait esse illos, quos David percussisse scribitur *ad viginti tria millia in Gebelem* * Agell. qui vocantur alibi Giblii, *lignorum ac lapidum dolandorum gnari* i, *& navium ædificandarum*, k Videtur eadem sententia Volaterani *l*, & indicat carmine Poeta Gallus *m*, *De Gebal l'engeance marine*. & aperte eam sequitur Abulens. *n*, quamvis corrupte legat Biblios pro Gibliis in l. 3. Reg. *o* (quo modo etiam LXX. Hier. Theodoret. Eucher. Complutenses codices) præterea Villalpand. noster *p* Ortelius *q*, vult esse montis nomen, qui Hebal dictus est *r* Genebr. videtur credere aut Gabelæ civitatis Phœniciæ populum fuisse, de qua Steph. *s*, vel Syriæ prope Laodiceam, de qua Strabo *t*. Appellat idem Steph. Gabalum Syriæ civitatem, Christ. Andrichomius *u* nunc Hebal, aut Ebal confundit, facitque montem contrarium monti Garizim cavernosum & voraginosum, & qui sæpe terræ motum patiatur; nunc cum Gibel civitate Syriæ: nunc cum civitate Phœniciæ, quæ vocetur etiam Gibel; Gobel, Giblet, Biblet, Biblus, Byblos, Biblium, & incolæ Biblii, & Giblii. Ait præterea Idumæam ætate Hier. Gabalenum seu Gebalenam nominatum, hujusque nominis frequentem apud illum esse mentionem. Ego semel dumtaxat lego in Comm. Abdiæ *x* nomen *Gebalena regionis*, quam sic suo tempore appellatam scribit, & postessam ab Esau, qui vocaretur aliter Edon & Seir à ruffo lenticulæ cibo, & à pilositate, sive hispiditate, in finibus ἐλευθεροπολέως, ubi antea habitaverant Horræi, Andreas Masius *y* nomen גבלי *ghiuli* in l. bro Josue *z* (. Latinè *confinia*. Chald. *terra Gebalæorum* ארע גיבלאי *arahk Ghivelae*. Græcè γῆν γαβαλ) docet significare Giblinos, aut Gabalenos, qui sint iidem cum Bibliis, vel Biblo vicinis populis antiquissimæ Phœnicum urbis, quæ Giblet etiam nominatur: Ezechiel. *a* quoque hos intelligere, quos vocat *senes Giblios* זקני גבל *Zikne Gebal*. Plinium *b*, in illa Bibli ora scribere promontorium existere, cui nomen Gabales habitasse etiam ad Libanum, & vicinos Tyriis, & hos ipsos esse, quos Regum narrat historia *c*, *Jussu Hiram Regis Tyriorum præparavisse lingua, & lapides ad ædificandam domum Salomonis*. Alios tamen idem Auctor distinguit, sive Gabalenos ad Austrum, quorum regionem Gabalenem fuisse olim Idumæam scribat. Eusebius libello de locis Hebraicis *f* Hier. Latinum fecit, ut idcirco ei tribuatur tamquam Auctori) unde & mons Seir, & Idumæo Esau, & Chald. גבליא *Gablejo*, quasi dicas Gabalenum aut Giblinum: in hoc Ps. de istis Gabalenis esse sermonem, qui una cum ceteris illorum finium barbaris gentibus Idumæis, Ismaelitis, Amalecitis, aliisque recensentur: denique Bersabeam urbem in illis finibus sitam, hodie ab accolis appellari Giblin. Consentit Arias in Comm. Josue, non autem, ut ei Bochius hoc loco ascribere videtur, quod de prioribus intelligendus sit iste Ps. Euthym. Gabaleos vocat prope Idumæam habitantes. Basilius vel Theodoret. Gebalenos vicinos Judææ. Equidem non satis queo quid definire: optio sit, præsertim inter ea loca, quæ ad Arabes, Idumæos, Tyrios propius pertinent, aliosve populos hìc enumeratos. Cajetani sententia non est probabilis, quia ut ipsemet fatetur in Comm. 2. Regum, illa, quæ hìc recitat, non sunt in Textu Hebr. sed nec in emendatis Latinis, omisitque illorum expositionem & recitationem saltem in Comm. Lyran. Hugo, Rickel. Abulens. & in Textu Græco multi codices habent γεμελχ, cujus interpretatio est, *vallis salinarum*, & expressit etiam Latinus interpres, quamvis in emendatis libris sit γεβελμ.

B

a Cajetani sententia non probabilis.

Et Ammon.) Chald. *Ammonitæ* עמונאי *hhamonae*, ab altero filio minore Loth ex incestu minoris filiæ. Celebrantur hi sæpe in scripturis, tum vero *insigni Davidis de ipsis victoria* d. Denominavit postea à seipso Principem urbem, prius vocatam Ammon, sive Rabba & Rabbath, nec non aquarum, & Regionem totam Philadelphiam Ptolomæus Philadelphus Rex Ægypti.

d 2. Reg. 10. & 11. & 12.

Et Amalec.) Chald. *Amalecitæ* עמלקאי *hhamalkae*. Orti sunt ab Amalec filio Eliphaz primogeniti Esau ex Tamna Concubina *e*. *Pugnatum est ab Hebræis contra istos in Raphidin*, quod iter impedirent *f*, posteaque jussi sunt in hujus injuriæ vindictam deleri à Sauleg, & rursus à Davide cum Ammonitis subjugati sunt *h*.

C

e Gen. 36. 12
f Exo. 17. 8. & seq.
g 1. Reg. 15. 1 & seq.
h 2. Reg. 8. 12.

Alienigenæ.) Hier. *Palæstinæ*, Chald. *Palæstini*, sicut & Ps. 59. *i* ubi sicut & hìc, sunt ἀλλόφυλοι, & פלשת *paleseeth*. Lege, quæ ibi dixi.

i vers. 10.

Cum habitantibus Tyrum.] De Tyro egimus Ps. 44. *k* Vexatos Hebr. à Tyriis testantur Prophetæ *l*, sæpæque prophetant contra omnes istas recensitas gentes, & contra Assyrios, de quibus mox, nec non adversus Chald. Philippus Græveus *m* persequitur Tropologiam enumeratarum Gentium, ut designent Idumæi, & Ismaelitæ primos motus peccatorum, & rationis consenium: Moab & Agareni interiores, & exteriores tentationes; Alienigenæ cum habitantibus Tyrum, invidiam.

k vers. 13.
l Joel 3. 4. Amos 1. 9.

m Ser. 17. in Psal.

Etenim.) Hier. *sed &*. Hoc valet גם *gam*, vel etiam *insuper*, & καὶ γὰρ hoc pacto usurpant LXX. ad augendam orationem, non semper ad ætiologiam. Aquila & Theodotio καὶ γε, *atque etiam*, Symmachus ἔτι δὲ, *adhuc &*. Sed Euthymius & Nicephorus asserunt abundare ac superfluere.

Assur venit cum illis.) Chald. *sed & Sennacherib Rex Assyriæ associatus est illis*. Juvat hoc opinionem Lyrani, cujus initio meminimus, compositum hunc Ps. contra Sennacherib, pugnantem contra Ezechiam quum finitimis gentibus populo Hebr. Hec nomen אשור *Assur* in Apostolorum Actibus *n* docui quandoque pro Ægypto & Syria usurpari, quum per se diversam ab his regionem significet Assyria, quam ut Ammianus *o* indicat, vocabant Barbari Attyriam, aliter Assuriam & Atturiam. Monuit quoque Hier. *, quos veteres appellabant Assytios, appellatos tempore suo Syrios, à parte totum. Proprie Syria dicitur Hebr. ארם *Aram* ab Aram filio Sem, unde Aramæi & Armenii, quamvis Euseb. *p* velit sic à Græcis ante Moysis nativitatem appellatos, ex vocabulo Syri cujusdam indigenæ. Assyria nomen sortita est ab Assur filio alio *q* Sem, (vel à Nino filio Nembrod, qui sit vocatus Assur per anticipationem, quia fuit postea Rex Assyriorum) fuitque Assyriorum monarchia in mundo omnium prima ædificata, Nino, seu Ninive, aut Nina, aut Niniade Metropoli. Refert Annæus Cornutus in libro de Enuntiatione, in libris veterum reperiri Suriam, [idemque est de Assuria] sicut Suracusas, Sumbula, Sucophantas. Cur autem augens par-

D

n in cap. 7. 18. & in cap. 15. 23.
o lib. 23.

* in cap. 19. Esa.

p in Chron. anno 325.
q Gen. 10. 11 Joseph. 1. antiquit. ca. 7. Hier. trad. Hebr. Assyriorum monarchia omnium prima.

a cap. 27. 9.
b l. 5. c. 20.

particula sit oppositа [*etenim* καὶ γὰρ ם‌ *gam*] nonnulli causſam reddunt *, quia erant Assyrii remotiores ab Hebr. quam ii, qui sunt hactenus nominati. Ibi quoniam decebat Assyrios esse memores recentis illius cladis, *quam acceperant ab Angelo*, quando sese locios adjunxerunt hostibus Hebræor. *a* Basilius, sive Theodoret. Euthym. & Nicephor. per Assyrios intelligunt Samaritan. veluti colonos Assyriorum, à quibus post decē Tribuum excidium, & duarum captivitatem, illuc remissi fuerint, ut Regionem illam incolerent, ubi mixtam ex Gentilismo atque Judaismo Religionem coluerunt, eoque nomine Judæis infensi semper extiterunt.

* Ribera in Osee 2. n 61. & c. 5. n. 38.

2 4. Reg. 19. 35.

Facti sunt in adjutorium filiis Loth.) Hier. *facti sunt brachium filiorum Loth*. Est זרוע *zeroahh brachium*, quod robur significat ac proinde robustum adjutorium. In Gallic. Romanoque Psalt. & apud Cassiodor. & Petrum Damiani *b in susceptionem*, & Græcè εἰς ἀντίλημψιν. *Filii Loth* sunt Moabitæ & Ammonitæ, qui Judæis infensiores ac infestiores, alias gentes adversus illos convocabant, quibuscum tamen affinitate conjuncti erant. Sic ferè diriores hostes experta est Ecclesia, experiturque qui ab ea exierunt, & inimici illius domestici ejus. Hoc ipso nomine *filiorum Loth* Moabitas & Ammonitas appellavit Deus, prohibens *ne pugnarent Hebræi contra illos, nec inirent adversus eos prælium, quia non esset daturus eis quidquam de terra eorum, quam dederat ipsis* c. Eadem ratione posteri Etau nominantur *filii ejusdem* d & alii aliorum, sicut tam sæpe *filii Israel*, & jam antea in alio Ps. *e filii Jacob & Joseph*. In fine versus est סלה *selah*, & διάψαλμα, quod ut toties monui, vertit Hebr. *semper*. Posset hic habere locum usus ille dictæ particulæ, qui traditur à nonnullis, ut lectorem, auditoremque ad ea, quæ dicuntur consideranda excitet. Digna namque res est consideratione tot gentes conspirasse contra unam, & eas quæ affinitate conjunctæ illi uni erant, & cui illa perceperat: quod etiam Deus, cujus imperio pepercerat, tot de iisdem victorias reportare concesserit. Quod provocat etiam valde ad spem in similibus aliis periculis.

b l. 5. Epi. in 15.

c Deut. 2. 9. 19.

d vers. 29.

e Ps. 76. 16.

Vers. 10.) Fac illis sicut Madian & Sisaræ, sicut Jabin in torrente Cisson.

Vers. 11.) Disperierunt in Endor, facti sunt, ut stercus terræ.

Sensus loci.

VEtera divinæ misericordiæ, potentiæ, adjutorii exempla in gravioribus periculis, bellisque spem magnam ingenerans adversus pericula & bella similia. Quocirca orat Propheta, ut ingruentes hostes eo modo tractet, quo jam olim Madianitas sub Duce *Gedeone f* (postquam septem annis Hebr. ab eis fuissent oppressi, simul & ab Amalecitis, & aliis Orientalibus nationibus) & adhuc antea sub Barac atque Debora Sisaram Principem exercitus Jabin Regis Chananæorum, (qui oppresserat Hebr. per viginti annos) *juxta torrentem Cisson* g, qui perierunt in Endor, cadaveribus eorum conculcatis ac inhumatis, ita ut cumputrescendo fœtorem tetrum exhalarent, terramque quasi stercus impinguarent, & quum Sisaram ipsum fœmina trucidasset clavum in caput illius infigendo. Quomodo usurpentur imprecationes dixi sæpe. Videntur, ait Diodorus, hæc esse ἀρὰ *execratio*, οὐκ ἔστι δὲ ἀρὰ, *non est autem execratio*, ἀλλὰ προφητεία μελλόντων πραγμάτων ἐν σχήματι ἀρᾶς, *sed Prophetia in forma execrationis*. Alius autem Græcus Auctor, quem cum isto citat Agellius absque nomine, scribit hanc imprecationem eventum habuisse postquam Idumæi posses-si sunt ab Assyriis, Cyrus horum dominatui finem imposuit, ceteræque gentes hìc nominatæ passæ sunt, quæ Propheticus sermo prædixit.

f Jud. 6. 19. & seq. ad 7. 33. & seq.

g Jos. 4. 13. & seq. c. 5. 10. 10.

Fac illis sicut Madian.) Celebris hæc victoria in exemplum quoque adducitur ab Esaia *h*, *Jugum enim oneris ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus superasti sicut in die Madian*; Præterea etiam ab Abacuc *i*, ut multi volunt. *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian*. De regione ista non repetam dicta in Comm. Actuum Apostolorum *k*, quæ sufficere videntur. Constat in Arabia esse, quemadmodum commemoratas hìc prius alias. Victoria item Gedeonis de Madianitis admodum trita est, cum opera trecentorum virorum in tres partes divisorum, quibus dedit in manibus tubas, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum, solo tubarum clangore & complosione lagena-

h cap. 9. 4.

i cap. 3. 7.

k c. 7. 9. 29.

Arum, atque confractione, neenon vociferatione gladius Domini & Gedeonis Madianitarum, Amalecitarum, & aliorum Orientalium pænè innumerabilium castra turbavit, fugavitque ita, ut mutua se illi cæde truncarent, & advocati alii Hebræi eosdem præoccuparent, duosque Principes illorum Oreb & Zeb interficerent. Cui vacat, digrediatur in mysterium hujusce victoriæ, quatenus illius typus erat, quam postea Christus consecutus est, Apostolique ipsius, ac deinceps Apostol. viri. Legendi Origenes *l*, Theodor. *m*, August. *n*, Ambrosius *o*, Gregorius *p*, Rupertus *q*, & Enarratores, tum libri Judicum *f*, tum Esaiæ *r*, maxime Leo Castro.

1 Homil. 3. & 9. in Judic.

m quæst. in Judic 9. 15.

n Serm. 108. de temp. & quæst. in lib. Judic. c. 31. 35. 36. 37. 49

o De spiritu S. cap. 16.

p 30. Mor. c. 17.

q in lib. Jud. c. 6. 19. 11.

r cap. 7.

f cap. 9.

Et Sisaræ sicut Jabin. Hebr. *sicut Sisaræ, sicut Jabin*: ter enim repetitur nota similitudinis [כ] *che*. Narratur historia in c. 4. Judicium, tum vero quo pacto Dominus perterruerit Sisaram Ducem exercitus Jabin Regis Chanaan, universamque multitudinem ad conspectum Barac, in tantum, ut Sisara de curru desilians pedibus fugeret, & cæso exercitu, qui fugiebat à fœmina Jabel, sub specie amicitiæ exceptus, impacto supra tempus capitis clavo fuerit trucidatus, illam vero Cantico benedictam inter mulieres decantaverunt Debora & Barac *u*. Legendus præterea Joseph. *x*, qui, quem terrorem Scriptura meminit, supervenientem vocat imbrem mixtum grandine, quem euntes in adversos Chananæorum vultus ingerens, & prospectum adimens, inutiles eorum jaculatores ac funditores redderet, efficeretque ut etiam scutati manibus rigentibus præ frigore, gladios vix retinerent. Addit quod Barac, Jabin Regem obviam factum interfecerit & consentit Euthym. Sed Scriptura indicat id aliquanto post factum *y*. De alio Rege Jabin vetustior mentio in libro Josue *z*, in quo narratur occisus à Josue, captaque Regia urbs Assor, ut necesse sit istum, aut filium illius fuisse, quod Theodor. *a* placet, aut nepotem, aut ex eadem prognatum stirpe, qui retineret nomen idem, sicut Canstant. Imperat. filius primogenitus dictus est, inquit, Constantinus. Fortassis nomen id erat non Gentilitium, propriumque, sed officii ac muneris, quo Gentis illius Principes præcipuè ex veterum more cognominarentur, ut Jerosolymor. Melchisede & Adonisedek: Ægyptior. Pharaon. deinde Ptolomæi: Romanorum Cæsares &c. Jabin idem significat, quod intelligentiæ & prudentiæ compos, cujusmodi virtute eos præstare oportet, qui Imperii clavum tenent, sic quidem Arias *b*. Alcimus *c* gigantem ac Regem Sisarā nominat.

s Judic. 4. 2. ult.

t cap. 5. 24.

u 5. ant. liq. c. 6 vel 9.

x Judic. 4. 15. ult.

y c. 11. 1. 10.

z quæst. 9. in lib. judic.

Officii ac muner. nomen antiqui Reges gerebant.

a in Jud c. 4.

b lib. 6. c. 15.

c 1. antiq. c. 6

maximus ille,
Forma gigantea, quem fecerat horrida molis
Conspicuum, immensumque humani verticis arcum
Sisara Rex gestas.

Regem intelligit eo modo, quo primi secundùm Reges magnos dici solebant Reges. Jabino autem Regi Josep. *d* armatorum ὁπλιτῶν triginta myriadas, ideſt, trecenta millia, equitum decē millia, curruum tria millia tribuit. Lege Tropolog. hujus historiæ cum allegoria in Ambros. *e*.

d lib. de viduis,

e Judic. 5. 28.

In torrente Cisson.) קישון *kischon*, κισσον, Latinè *Cisson, Cison, Cyson*. Non bene reddit Nebiensis ex Chald. in *valle*: est enim eadem vox נחל *nachal*, quę in textu Heb. Scaturit hic torrens ex pede montis Thabor, & in rivos duos dividitur, in quorum minore, qui versus Orientem fluit, contingit ea victoria, quam diximus. Unde in Cantico Deboræ *f*, *torrens Cisson traxit cadavera eorum, torrens Cadumin, torrens Cisson*. Bis repetitur ibi Cisson, quia maxima stragis pars in eo indicatur facta, pluraque per illū cadavera excurrisse, & Cadumin alius torrens est, non autem mare rubrum, ut existimat Rupertus *g*: rectè autem confutat Abulensis *h*. Quia verò quod ibidem sequitur (*conculca anima mea robustos*) juxta Heb. constructionem, jungi potest præcedētibus verbis (*torrens Cisson*) hoc modo (*torrentem Cisson calcabis, vel calcasti anima mea in fortitudine*) נחל קישון תדרכי נפשי עז *nachal kischon thidrechi naphsci hhoz*, ideſt, *ego pedibus meis transivi fortiter & viriliter, citraque periculum, nec me mulierem infirmam rapere potuit transversam*. Arias tribus modis exponi posse dicit, vel juxta versionem nostram, quod ipsis hostes in torrente seu flumine strati conculcatu faciles fuerint; vel quod negaverit hostibus per id elabi volentibus transitum, seu vadum, sibi vero Deboræ, ac suis calcandum pervadendumque præbuerit: instar maris quondam rubri, atque Jordanis fluvii, & non minus ibi, quam in ficco solo pugnare licuerit; vel ut poeticè fluvius ipse inducatur loqui, ac seipsum adjuvanda bella Dei hortati, ita ut idem sit *anima mea* atque ego ipse, Hebraico idio-

f lib. 1. in lib. Judic. c. 6.

g in c. 5. Jud.

h l. 1. in lib. Jud. c. 6. 7. 8.

Dispe-

tissimo, Quod secundo dicit loco, non ausim absque graviore aut ratione, aut auctoritate credere. Mysticum historiæ sensum lege apud Rupertum.

Disperierunt in Endor.) Hieron. *contriti sunt in Endor*. Alii, *vastati, exterminati, fracti*, נשחמו, *nismedu*, ἐξωλοθρεύθησαν. Aquila ἐξετρίβησαν, *contriti sunt*. Pro *Endor* αἰνδὼρ עין האר *hhendor*. Paraphrastes vertit *in fonte*, seu *ad fontem Dor* בעינא דראר *behhena dedor*. Interpretatur August. *Endor*, fontem, sed sola prima syllaba illius hunc significat. Hebraicè עין *hhen* in regimine עין *hhain*. *Endor*, vel *Aendor* ab Hier. aut alio Auctore de locis Hebraicis dicitur vicus magnus, civitasve juxta mentem Thabor, simulque torrens juxta eundem montem. Rectè Masius *a*, pauciscque sic scribit. Porrò עין דור *Endor*, quod est, ac si fontem Doræ dicas, existebat in jugo, quod à monte Thabor decurrit versus Austrum atque Hermonem minorem. Urbs nobilitata excito ab inferis Samuele per veneficium *b*. Et hanc quoque prope torrentem Cision positam fuisse argumento sunt divini Vatis verba (hoc nimirum Psalmo) quibus eam memorat cladem, qua Sisara præfectus Regis Jabin apud illum torrentem est afflictus à Debora & Baraco. Addit tres urbes fuisse cum suis quamque municipiis & pagis, ac veluti regiones in tractu Dotio, videlicet Endoram, Thaanach & Mugedonem. De his duabus ultimis mentio est in Cantico Deboræ *c*, *Venerunt & pugnaverunt, pugnaverunt Reges Chananæ in Thanach juxta aquas Mageddo*, & in libro Josue *d* junguntur *habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum vinculis suis*. Non legi, qui ad cladem Madianitarum referat verba Psalmi, quamvis Agellius tacitis nominibus, de quibusdam id sensisse asserat, Euthymius quoque refert aliquos putasse eidem torrenti duplex nomen fuisse, Cidon & Endor. Id forsan Paraphrastes voluit, appellans fontem Dor, distinctis nominibus, ut ante dixi, & Arias *e* docet, ab insigni fonte, cujus rivus fortasse Doramusque deducebatur, nomen accepisse, quod etiam Abulensis confirmat, & alii.

Facti sunt ut stercus terræ.) Hier. *fuerunt quasi sterquilinium terræ*, quæ est Græca versio Aquilæ, ἐγενήθσαν κόπριον χθονός. LXX. indicant sensum, qui passim placet, ut inhumana, putrefactaque cadavera fimi seu letaminis loco ad impinguandos agros esse possent: dicunt enim in dativo ἐγενήθσαν ὡσεὶ κόπρος τῇ γῇ Chaldaicè, *facti sunt sicut stercus conculcatum in pulvere, vel terra*. In Josephi *f*, exemplari Græco interfecti cum Regibus duobus Oribo & Zibo scribuntur περὶ μυριάδες δύο τέτταρα, *circiter centum viginti millia*, quod extat etiam in lib. Judicum *g*. Vulgari sermone cælorum cadaveribus hostium plurimis impinguari agrum, campumve dicimus. Docui etiam Psal. 36. *fieri stercus terræ* phrasi Scripturæ significare, redigi ad exitium vilissimum, turpissimumque. Sic dicitur *gloria peccatoris, ut stercus, corruptio, vermis*: *h* minatur Deus ossa etiam Regum, Principum, Sacerdotum, Propheratum, & aliorum esse jacienda de sepulchris, ut sint *in sterquilinium super faciem terræ* i & *Jezabelis carnes sicut stercus super faciem terræ*. *k* Quas acies, quosve exercitus, qui Duces parva manu profligaverint, disputat capite integro Alexander *l*. Neapolitanus cum Tiraquello, sed cæsorum sanguine, cadaveribusve, ac tabe testis in Mario Plutarchus, terram pinguefactam immensam vim æstate frugum reddidisse, & fidem fecisse Archilochi dicto πταίνεσθαι φὸς τῷ ποιήτῃ πὶς ἄρουρας, *glisceret*, seu *pingueſcere ea ratione arva*. Tale illud Virgilii *m*.

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pingueſcere campos.

Eodem allusit Lucanus, *n* & Ovidius,

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Denique Poeta Hetruscus, *o*

Et di che sangue qual campo s' impingue.

Sed pluris faciendus Ezechiel, *p*, apud quem Deus minatur, *Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles sanie tua, & irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te*. Ubi Hier. legit, *stercoribus tuis* & illustrat verbis ista Pl. nostri, & alterius, *q Destercore erigens pauperem*. Idem valet illud Esaiæ *r*, *Facta sunt morticina eorum, quasi stercus in media platearum*, & Job, *s Quasi sterquilinium in fine perdetur*. Ubi allusio est non tantùm ad Job *sedentem in sterquilinio*, *t* sed etiam ad Arabum, seu Nabuthæorum ritum sepeliendi Reges, ac Duces in sterquilinio, *u* Lege quæ dixi Ps. 78. *x*

Vers. 12.) Pone Principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana: Omnes Principes eorum.

Vers. 13.) Qui dixerunt, hæreditate possideamus Sanctuarium Dei.

IN hac sua imprecatione similem optat exitum hostibus, ipsorumque Principibus sub Gedeone ei, quem sunt Madianitarum, de quibus in genere versu decimo meminerat, quemadmodum & de Principibus eorundem Madianitarum Jabin & Sisara sub Debora & Barac mentionem fecerat; ait enim hostium Principes quibus imprecatur, conspirasse, sesque invitasse ad occupandam populi Hebræi ditionem, quam Deus sibi ad habitandum in ea peculiariter, ut in ea Religiosius colatur, elegit atque sanctificavit. *De Oreb, & Zeb Madianitis habetur* in libro Judicum *y*, *apprehensos fuisse ab Ephraimitis, & interfectos, alterum in petra Oreb, alterum in torcular Zeb, capitaque illorum portata ad Gedeonem trans fluenta Jordanis*: item *à Gedeone comprehensos Zebee, & Salmana Reges Madian, & interfectos ap ipsomet*. *Z*

Pone Principes eorum.] Hier. *Duces* ἄρχοντας. Hebraicè est pleonasmus, *pone eos Principes* seu *Duces eorum* גדיבמו שיתמו *schithemo nedivemo*. Sub Principibus comprehenduntur subditi. Paraphrastes tamen expressit, *Pone eos & Principes eorum*. Ponere aliquem, sicut alterum, idem est, quod similem reddere, facere illi id quod alteri; absolutè verò est quidpiam efficere & constituere, ut *ponere in salutari*, a *ponere ut arcum areum* b; *brachia ponere ut clibanum ignis*, c *& dorsum* d *ponere opprobrium, & in similitudinem gentibus*, &c.

Sicut Oreb, & Zeb, & Zeboe, & Salmana.) Hebraicè nota similitudini (כ) *che* nexa est utrique nomini, & sequentibus duobus. Hos autem duos occidentur Ephraimitæ, ut ante dixi, cum jam divulgata esset victoria Gedeonis de Jericho. Ludunt Latini in etymologiis horum, & præcedentium, atque sententiam vocabulorum, ut *Madian*, quod significat declinantem judicium, denotet peccatorem, qui non vult confiteri peccata, nec seipsum judicari; vel ut sonat contradictionem, & iniquitatem, advocatum, qui declinat lites, differtque sententiæ pronuntiationem: *Sisara*, hoc est exclusio gaudii, illum, qui est sine spe cœlestiis gaudii, vel juxta notionem qua valet, tollentem, recedentem, innuat iniquum judicem, qui tollit, ac prædatur justum recedentem à malo: *Jabin*, ideſt, sapiens, & *Cisson*, lætificans eos, sapientem hujus mundi, qui est in torrente lætitiæ abundantis temporalis, quæ siccabitur, verteturque in tristitiam: *Endor*, fons generationis, luxuriam, qua maximè pereunt divites, & abundantes in sæculo, fiuntque in stercus terræ fœtentes coram Deo, & hominibus, atque *ut jumenta computrescunt in sterc*ore *suo*. Sapiensque *f* scribit, quod *fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pratereuntibus conculcabitur*: *Oreb*, corvus vel mensa, loquacitatem, & commessationem, quibus vacantes Principes negligunt subditorum curam: *Zeb*, lupus, aut rapax, & devorans, *iniquum Principem lupa similem*, *g* cujus proprietates Hugo tropologicè declarans, has ponit.

Prædo, famis patiens, terram vorat, hepate scisso
Raucificans, ululans, est pede, dente nocent.
Tela cavet, castus, nemus est casa, tergore duro
Annosus, cauda villus amoris inest.
Dens de maxilla, retro debilis, ex oculis lux
Emicat, haud collum flectit, odore caret.

Ubi per Castum intelligit sterilem bonis operibus. Præterea *Zebee*, ut significat victimam, vel rapinam, & devorationem, ait Hugo indicare infelicem exitum dictorum Principum: *Salmana*, ut sensibilitatem ejus, pœnam intolerabilem, quam tunc sentient, qui nunc nihil sentire laboris, aut doloris volunt. Aliter nominum notiones declarantes transferunt omnia ad Antichristū, vel ad alios persecutores Ecclesiæ, ut Glossa, Augustinus, is, quem vocant Hier. Joannes item Vitalis *h* Cardinalis, & Petrus Damiani, *i* Philippus Græveus, *k* & alii. Ille quidem verbi gratia, *Sisaram* interpretatur equi visionem, *Oreb*, foramen, *Salmana*, perfectos in malitia: Cassiod. *Oreb*, siccitatem, *Salmana*, umbram commotionis: Bruno Carthus. *Oreb*, siccitatem, vel corvum, vel foramen; *Zebee*, victimam lupi. Augustinus, ex quo multi transcribunt, exponit *Cisson*, duritiam eorum: Vitalis *Oreb* ardorem, *Salmana*, consummatum, Hier. *a* verns, *Madian*, ex indi-

a in cap. 17. Josue v. 11.
b 1. Reg. 28. 7
c Judic. 5. 1.
d cap. 17. 11.
e ibidem.
f 5. antiq. c. 8.
g cap. 8. 10.
h 1. Mach. 2.
i 61. Job. 25. 6
k Jer. 8. 1. 2. 9. 16. 4. 24. 4 Reg. 9. 37.
l lib. 6. c. 25.
m 1. Georg.
n lib. 7.
o Petracha in Triumpho fortunæ c. 3.
p c. 32. 5. 6.
q Ps. 112. 7.
r c. 5. 25.
s c. 20. 7.
t Job. 2. 8.
u Strabo l. 16 sub finem. Lucius Giraldus li. de vario sepeliendi ritu.
x vers. 8.

a Ps. 11. 6.
b Ps. 17. 15.
c Ps. 20. 13.
d Ps. 43. 14. 15.
e Joel 1. 17.
f Eccl. 9. 10.
g Ezech 22. Sophon. 3.
h in Speculo morali Scriptura.
i Verbo Principes l. 5. Ep. in 13.
k serm. 177. in Psal.

cio: Petrus Damiani *Ammon*, populum mœroris: Gre- vœus *Geval*, præruptum, *Amalech*, gentem brutam. Sic nihil certi constat, quamvis concedendum sit Cassiod. & illi, qui nomen gerit Hier. latere in Hebraicis vocabulis mysteria. Profectò *Zeboc* non significat victimam lupi: sed simpliciter victimam, & lupus est זאב *zeeb*, *victima* זבח *zevach*, *Oreb*, non est foramen. Sed corvus ערב *hhoreb*; nec propriè siccitas, sed solitudo, quæ sicca est, dicitur ערבה *hharavah*. Omitto cetera; tantumque moneo, ne in ejusmodi rebus valeat auctoritas sola, quum in promtu est exactior ex linguarum peritia dijudicatio. Illud aptius, ut in Oreb & Zeb significantibus corvum, & lupum, ducum istorum magnorum observemus feritatem, & dexteritatem à qua nominum ratione Arias *b* non nimium distare Corvinorum, Gravorum, Aquilinorum, Lupatiorum, ceteræque talibus nominibus, ac titulis celebratas familias. Colligit etiam rectè ex his nominibus, Madianitarum linguam vel eamdem cum Chananæa, vel maximè illi affinem fuisse. Postremò nomen *Petræ Oreb* ab isto ibi occiso in editiore, asperiore, saxoso loco inditum est. De quo meminit etiam Esaias, *c* nominans *plagam Madian in Oreb*. Sed cave ne confundas cum *monte Oreb*, *ubi apparuit Deus Moysi in rubro* d. Melius scriberetur aspirate *Horeb* distinctionis caussa, vel illud aliud nomen potius inchoatum à littera magis aspirata [ע] *hhain*, cui nomen montis sit חרב *choreb*. Etsi verò *Deus stetisse* scribatur *supra petram Oreb*, *ubi jussu illius eam percussit ad eliciendum aquam* e, tamen non appellatus est mons petra Oreb, sed in eo erat dicta petra. Hier. *f* docens errare qui putant, quod scribit Esaias *g de plaga Madian in Petra Oreb*, significare tempus, quando in libro Numerorum *h* Madianitæ cæsi referuntur ab Israel à deserto Sur usque ad montem Dei Oreb, sed quod in libro Judicium, & hìc narratur, monet apud Hebræos aliis scribi litteris, nec eo tempore Israelitas fuisse in monte Oreb, sed in solitudine Sethim.

Omnes Principes eorum.) Paraphrast. vocat *Reges*. Supplendum *omnes*, *inquam*, *Principes eorum pone*, *sicut Oreb*, &c. Apollinarius exponit omnes qui sunt cum illis Duces, ideſt, qui universè nominati sunt, & sunt hostes populi, ita ut nullus excipiatur, inquit Euthymius. Hebræi nectunt hæc verba fini versus, alium ordientes à sequentibus. Nihil refert ad sensum.

Qui dixerunt, hæreditate possideamus Sanctuarium Dei.) Hier. *possideamus nobis pulchritudinem Dei*. Alii, *quia dixerunt possideamus nobis habitacula Dei*. Symmachus δίαιταν *habitaculum*: emendati Græci codices τὸ θυσιαστήριον *altare*, eodemque modo Psalter. Æthiopicum, & Apollinarius Θεῦ περικαλλὲς βωμὸν, *Dei per pulchram aram*. Chaldaicè in Bibliis Regiis עירית *bhdith* significat *id quod pulchrum est ac mundum*: in textu Nebiensi. ריריית *dedith quod electum* apponitur vero utrobique כל *chol omne*. In Psalterio Gallicano, & apud Cassiodorum, *hæreditate possideamus nobis*, in Psalterio Romano, *hæreditatem possideamus nobis*. Pronomen Græcè, ac Hebr. extat. Sed Hieronymus *i* quæstionem superfluam hac de re dicit esse: quando enim dicitur *possideamus*, intelligi & (nobis.) *Hæreditate possidere*, aut *hæreditare*, Euthymius explicat positum pro dominari, vel in potestate habere. Addèrem, sic sibi comparare firmiter fixèque, ut ad hæredes transferri possit. Idem judicium sit de similibus formulis, quæ occurrerunt in aliis Psalm. *hæreditate capere*, *k* vel *acquirere*, *l* nec non in sequentibus. *m*

Sanctuarium] Vel templum significat cum omnibus vasis sacris, & oblationibus, vel regionem Judæam totam, quæ sancta dici solet, quia Judæi colebant ibi Deum vera Religione. Primæ opinioni magis favent, qui reddunt hoc loco *Altare*, item qui *pulchritudinem*, aut quid simile, quod Areæ convenire docui Ps. 77. *n* Hebræa hujus nostri loci vox נאית *neoth hora* significat *Pascua*, & *amœna*, ut vidimus Psalmo 64. *o* & 22. *p*.

Mysticè *sanctuarii* nomine intelligunt multi Christum, justolve, quos Antichristus conabitur subjicere sibi, & suo modo alii persecutores: Arnobius, ut mysteriorum reposita sunt Sacramenta, caro cœlestis, sanguis divinus, charismatis virtus, fons perennis, lex divina. Duo Cardinales, Hugo ex ordine Dominicano, in Commentario Psalmi, & Joannes Vitalis ex Franciscano, in Speculo morali Scripturarum, *q* hìc ante trecentos, ille ante plures etiam annos, explanant hunc locum de illis, qui avunculis, nepotulis, parentibus beneficia conferunt, & in his veluti in hæreditate, succedunt, & quasi hæreditarium Christi patrimonium expendunt, ut *ædificent Sion in sanguinibus*, *& Jerusalem in iniquitate* r. Quid autem de Romanis Hugo dicat, malo apud ipsum legas. Accedat antiquior Cardinalis Petrus Damiani, *s* qui hoc testimonio refellit Cappellanos Gothifredi, existimantes, qui Episcopatus, & Sacerdotia mercarentur, non esse simoniacos, dummodo impositionem manuum gratis acciperent. Vocat hæreditario quodam jure Sanctuarii possessores, ac de iisdem interpretatur quæ continentur à versu textu huc usque. Accommodatè præterea transferri locus hic potest ad hæreticos, qui Sanctuarium cœlestis beatitudinis hæreditate possidere posse se putant per solam fidem, absque ullo laborum, meritorumque opere.

Vers. 14.) Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem.

ORat enixè Deum suum, in quo solo fiduciam collocabat, quique reprobat consilia principum *r*, ut consilia, quæ Princeps hostium inierunt adversus populum Dei, atque conspirationem disturbet, ac dissipet, ramque in suis eos cogitationibus, & actionibus instabiles, & mobiles reddat, ne nocere valeant, ac perficere quod intendunt, ne consistant, sed huc & illuc moveantur, quam est rota mobilis, continuè circumacta, utque tandem quasi vertigine quadam acti, corruant præcipites in propriam perniciem. Præterea ut sint vilissimæ levissimæque stipulæ similes, quam ventus facillimè, occyssimèque rapit, ac tollit, nempe ut ad eumdem modum Deus omnipotentia sua illos disperdat, dispergat, velutique turbinet. Aliis modis explicatur hìc locus, de quibus nunc dicam.

Deus meus pone illos ut rotam.) Positus hìc sensus de volubilitate rotæ satis communis est. Unde adagium, *Multæ rotæ volventur*; & obvia pictura fortunæ insidentis rotæ, globove, de qua Ovidius, *u* Pacuvius, *x*

Fortunam canit ultimus insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent Philosophi,
Saxoque instare globoso prædicant volubilem,
Quia quo saxum impulerit fors, eo cadere fortunam autumant.

Appellat Tullius *y* fortunæ rotam, quamvis id reprehendat sive Tacitus, sive Quintilianus libro de claris Oratoribus. Sed & crebro usurpantur eæ formulæ, ut quempiam dicatur fortuna rotare, *z* vel casus. *a* Sed & Nazianzenus *b* res nostras comparat cum circulo circumcurrente; ut nunc hi, nunc isti floreant, defloreant que. Hujus rei duo exempla protuli aliàs. *c* Legatus Mauritii, ut Regis Cagani ferociam cohiberet, retulit historiam de Sesostri, qui quum veheretur aureo curru, quem captivi quatuor trahebant Reges, horum unum cur toties respiceret rotam, interrogasset, responsum tulit, in rotæ volubilitate, in qua cito quæ summa sunt, ima fiant, cogitare se de fortuna sua: ea autem admonitione moderatior, Reges liberavit. *d* Omnino aliud affine narrant exemplum & responsum Soldani, qui post biennium, quare risisset, quod antea feciſſe visus non fuisset, dum esset Capuæ in vinculis, interrogatus à Francorum Rege, respondit plaustri rotam intuitus, non potuisse se casus suos ei accommodantem, humanarum rerum inæquabiles vices non ridere. *e* Idem judicium de occasione, quam describit Ausonius *f* rotulæ insistentem, quod stare loco nequeat, & ante illum Posidippus, *g* sub nomine καιροῦ cognominans πανδαμάτορα, *omnium dormitorem*, & ἐπ' ἄκρα βεβηκότα, *summis digitis ingredientem*, quoniam ἀεὶ τροχᾷ *semper rotatur*. Ergo sensus est: Pone illos ut rotam, hoc est, quod ait quoque Origenes citatus ab Agellio, sic illos circumage, & circumvolve, περιάγαγε, καὶ περικύκλωσον, ut nulla sit requies, quemadmodum rotæ natura hæc est τὸ περιάγεσθαι, καὶ κυλίεσθαι, *circumagi*, *& volvi*. In hac eadem rotæ volubilis mutatione Augustinus, aliique observant, quemadmodum ex iis, quæ retro sunt, tota extollitur, ex iis quæ ante, dejicitur, nec quidquam proficit dum suis rotationibus atteritur [illegible] sic impiis contingere, dum in mala cogitatione volvuntur, ut in externis crescant, & extollantur, animo cadant ab iis, quæ

---

in c. 10. Es.

b in c. 7. Jud.

c c. 10. 26.

d Exod. 31.

e cap. 17. 6. f in c. 10. Es. g c. 10. 26. h c. 31. 7.

i Epist. 135.

k Ps. 36. 34. l Ps. 68. 36. m Ps. 118. 111.

n vers. 61.

o vers. 13. p vers. 2. Sensus mysticus.

q verbo Princeps.

r Mich. 3. 10

s lib. 5. Ep. in 13. vel 82.

Sensus loci. t Ps. 12. 10.

u de Ponto eleg. 3. x in Vitera

yin pisonem

z Seneca in Hercule Oetæo Act. 2. in Choro. a Act. 3. & in Hippolit. Act.

b Epi. ad iophro. Præsidem.

c in Eccl. ca. 12. 6.

d Nicephor. 18. hist. c. 29. Paulus Diacon. 17. miscell.

e Zonaras to. 3. annal. Cedren. in ann. 3 Glycas parte 4. annal. Theophylact. Simocatta. 6. hist. Mauritii cap. 16.

f Epigr. 13. Sensus loci.

g 14 Antho. logia.

quæ ante sunt, idest, ab æternis. Gregorius *a*, etiam scribit, ut rotam poni iniquos, quia in circuitu laboris missi, dum ea quæ ante sunt, negligunt, & ea quæ deserenda sunt, sequuntur, ex posterioribus elevantur, & in anterioribus cadunt, & peccator quum in præsenti vita profecerit, ut rota ponitur, quia in anterioribus corruens, ex posterioribus elevatur; nam quum in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa cadit, quæ post hanc vitam venit. Hugo vult indicari varietatem cum æternitate pœnarum, quia rota dum ex una parte elevatur, cadit ex alia, & circularis quum sit, fine caret. Confirmat verbis Abigail: *Anima* b *inimicorum tuorum rotabitur in impetu, & in circulo funda.* Qualitates illas pœnarum adumbrat fabula Ixionis, rotæ ferreæ in Inferno alligati, circa quam complures angues convolvebantur, perpetuoque rotæ circumvolutæ motu agitabatur. c Eodem quidam referunt ex alio Psalmo, d *Vox tonitrui tui in rota.* Vox videlicet, qua damnationis pronuntiatur sententia, quum ut ibidem est, *sagittæ transeant*, suppliciorum nempe præsentis temporis. Sententia illa comparari potest cum funda, justitia cum brachio rotantis, anima impii cum lapide funda incluso, Infernus cum scopo, in quem ictus dirigitur. Huc spectare possunt dicta Psal. 11. e ad ea verba, *In circuitu impii ambulant*: quadratque proposito *Samson cæcatus, & in mola.* f Genebr. vim facit in vocabulo Græco τροχὸς quem pueri torquent, flagelloque circumagunt, aut è fune, quo circumpositus erat, impetu dimittendo gyrant, ita ut veluti fugiés non effugiat. Id Arias quoque indicat,

Ceu vento stipula impellitur, hos agit,
Ceu turbo puerile, Deus,

Præcordia fatui, Sapiens, g *quasi rotam carri* nominat, & *quasi axem versatilem cogitatum illius.* Job, h *Gaudium hypocritæ ad instar puncti*, quod pro puncto lineæ sumit Gregorius *i* dicens illum præsentis vitæ gaudia quum tangit, amittere; Esaias *k*, *pila à ludentibus missa remissaque impium similem* facit.

Denotat hic præterea loquendi modus imprecatorius, vel potiùs Propheticus non uno consistere loco peccatorem, uno minimè contentum peccato esse, ex uno in aliud revolvi; ad idem sæpiùs redire. Tales rectè conferis cum æquis, quorum Joannes *l* potestatem descripsit, *esse in ore eorum & in caudis, quia hæ sunt similes serpentibus habentes capita, in quibus nocent*, nam quum putantur, ait Joachim Abbas *m* ab inferendis malis quiescere, tunc ex insperato deteriora mala committunt, & ita caudæ eorum, ideſt, finis præcedentium malorum in capita desinunt, ideſt in initia futurorum. Lyranus refert ex R. Salomon per *rotam* hoc loco intelligi speciem tribuli, seu herbæ, quæ in summitate facit quamdã sphæram albam, languini similem, & ad modicum flatum venti dispergitur, ac disparet, sicut & stipula, quæ hic etiam in textu subditur, & ita evenisse exercitui Sennach. *n* Cajet. illud approbat, necnon perpetuus ferè sectator ipsius Placidus Parmensis. Inclinat in idem Lyranus, & Ayguanus R. David Kimhi, & alii quidam Hebræi, jungentes istud sequentibus, tamquam sit præposterus ordo, sic exponunt; pone eos, ut stipulam, quæ vel ut rota circumvolvitur à vento, & in orbem dejicitur. Placet id quoque Agellio, qui eam hic agnoscit figuram, quam Græci vocant ἐν δυὰ δύο, *unum per duo*, ut in littore & alga, ideſt, in littore alga pleno. Sic etiam, *Pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*, ideſt, sicut stipulam sub rota comminutam, deinde verò à vento raptam. Aliter autem adhuc idem auctor existimat rotam significare folia rotunda vento raptata, & à stipula differentia, sicut Job *o*, ait; *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris*: & Esaias *p*, *Rapietur sicut pulvis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate*. Hebraicè *sicut rota* גלגל *chegal-gal*: Græcè, *sicut pulverem rotæ* ὡς κονιορτὸν τροχοῦ. Mihi semper arridet magis simplicior sensus, qualis qui primo loco allatus est. Ex aliis minùs placent qui *rotam* pro trocho, vel cardui rotunda lanugine, seu flore, spæraque leviſſima sumunt. Duplex item nota similitudinis (כ) *che* in hoc & sequenti membro indicat de rebus diversis sermonem esse. In bono sensu, vir justus rotæ similis est, quatenus in puncto tangit solum terrena, & spiritu agitur, sicut Ezechielis *q* rotæ mysticæ, habet oculos, manus, pennas.

Et sicut stipulam ante faciem venti.) Similitudo pulveris à rota contriti cum stipula, seu festuca, induxit illos, quos priùs dixi, ut sentirent *rotæ* nomine pulverem significari, ac stipulam, postquam à rota contrita est. Sed persisto in alio sensu, & ex distinctis rebus, hoc est, ex agitatione, seu circumvolutione rotæ, atque ex jactatione stipulæ à vẽto, comparationes hìc duas agnosco. Thironis Abbas pereleganter transtulit patrio suo carmine,

Fay les tourner comme une rove,
Et que la furetur les fecove,
Grand Dieu justement irritè,
Comme on vois le vent quise jove
De festu ssà & là portè.

Posterioris comparationis usus est apud Job, r Esaiam, f Jerem. t Esdram, u licèt apocryphum: estque similis ei, de qua egimus Psal. 1. x ubi dicitur *futurus impius tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ*, & in Eccl. y *Sicut palea in excelsis, & cæmenta sive impensa, posita ante faciem venti non permanebunt*: sed pro paleis emendata editio, palos habet. In judicio post contritionem veluti factam diebus proximè præcedentibus de reprobis per tot signa prodigiosa, judex agricolæ similis, *ventilabrum sumet in manus, & purgabit, & eventilabit arcam, paleasque tradet igni*. z Videbis tunc diadematа, mitras, galeros, sceptra, velut stipulas, & glumas vento disjectas. Stipulæ comparantur ante faciem venti, Auctore Gregorio *a* qui irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt ratione gravitatis, elevantur ut corruant, & sæpè eo se alicujus meriti existere æstimant, quos eos in alta flatus erroris portat.

Vers. 15.) Sicut ignis, qui comburit sylvam, & sicut flamma comburens montes.

Vers. 16.) Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.

DUabus aliis similitudinis amplificat imprecatoriã prædictionem, fore nimirum, ut quo modo sylvam, licèt viridem, cujusve ligna ignis comburit, & flamma obvia quæque in montium cacuminibus, vel ex cavernis eorum erumpens devastat, ita hostes suos, ac populi sui Deus persequatur ultionis suæ vi, quasi quadam immissa tempestate, adeoque per vindictam suam conturbet, ut neque consistere valeant, nec sese usquam recipere. Per *sylvam* figuratè fortassis intellexit copiosum exercitum, ac multitudinem armatorum magnam, tamquam contis, lanceis, & lignis aliis; per *montis* primarios ex illis milites, & Duces. Efficaciam quoque ac velocitatem iræ divinæ, quemadmodum priore versu *rota circumactio, stipulaque à vento agitatio*, sic hoc loco innuit, *ignis & flamma*, nec non *tempestas*, sive *turbo in orbem latus*, & quidvis occurrat corripiens, circulariterque torquens, ac in omnem partem agitans. Sensus loci.

Tropologicè, sive magis anagogicè, transferuntur hæc ad pœnas ignis æternas, quibus in judicio reprobi addicentur tamquam sylvæ, propter sterilitatem bonorum operum, & velut montes, ob superbiam; quæ duo in præcedenti versu indicari possunt: per stipulam quidem frumento vacuam, privatio meritorum: per rotam, inanes ac nihil promoventes *in circuitu ambulando impii*, *b*, atque peccatores. Nihil faciliùs movetur, quàm leviter commota rota, nihil citiùs quàm levis stipula, pluma, palea, nihil & citiùs & facilius, quàm hæc igne consumitur; ne suspiceris damnatorum pœnas tam brevi finiri, comparantur cum incendio densissimæ sylvæ, & montium inflammatione, vel ex flammis perennis eructantibus de istorum cavernis: quę comparationes innuunt simul nulla posse pœnarum illarum incendia ratione restingui, nec enim illis in locis vel aquæ suppetunt, vel dari signũ campana, aliove potest modo, quum etiam quibus detur signum, homines nulli sint: hoc tempore dum adhuc vita superest, succurri potest *flammis tribulationum, & pressuræ ignis quæ circumdant nos*, *c*, lacrymarum fontibus puteisve, eleemosynarum, dejectione tecti; hoc est mutatione mali consilii, jactatione suppellectilis, ideſt contemtu bonorum fortunæ, campanarum signo, hoc est, precibus Ecclesiæ, aliorum concursu, auxilioque, h. e. meritis, monitis, exemplis, &c. *In die Judicii* (ut hodie, quum ista scribo recitat Ecclesia) *descendunt maledicti in ignem æternum, & ibunt in supplicium*, sive *combustionem æternam*, *d* videl. quamdiu durabit materia sylvæ & montium, ideſt peccatorum, quæ numquam remittentur, & dæmones incedentes suo quasi halitu flammas illas, quo

facient

a 16. Mor. cap. 15. vel 20. & lib. 11. Epist. 5.
b 1. Reg. 25. 29.
c Virg. 6. Æn. Tibull. l. 1.
d Ps. 76. 19.
e vers. ult.
f Judic. 16. 21.
g Eccl. 33. 5.
h cap. 20. 5.
i ibid.
k c. 22. 18.
l Apoc. 9. 19.
m ibid.
n 4. Reg. 19.
o cap. 13. 25.
p Is. 17. 13.
q c. 2. tota.
r Is. 13. 25.
s c. 4. 20. *t* 40. 24. c. 51. 2. *t* 13. 24.
u 1. 4. 2. 34.
x vers. 4.
y c. 22. 21.
z Mat. 3. 11.
a 16. Mor. c. 25. vel 30.
b Ps. 11. alib.
hexasus anagogicus.
c Eccl. 51. 6
d Matt. 25. 41. 46.

facient semper. In sylvis delitescunt latrones, & *montes* designant superbiam, utrosque tum superbos, tum iniquos incendit hìc malorum cupiditas, & ambitio, ideoq; sententia pronuntianda in eos, qui negaverunt subsidia minimis fratribus, indicat duplicem præsertim damnationis caussam esse avaritiam, & superbiam, quibus adjunctam luxuriam ignis significat. Hugo in *sylva* divites, in *montibus* intelligit superbos, utrosque sterilis bonis operibus: quia *congregatio hypocritæ sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt a*. Similia sunt in Ayguano. (Etsi parum veram dat etymologiam sylvæ à silentio, aut à ξύλον, quod est lignum) & flammam, quæ supra ignem ascendit, tribuit montibus, idest, superbis, ut pro quantitate peccatorum, sit & quantitas pœnarum.

a Isa. 14. 34.

Sicut ignis, qui comburit sylvam.) Additum est relativum pronomen ab interprete. In Psalt. Romano, & *sicut ignem qui comburit sylvam*, eodemque modo Cassiodorus, sed in plurali, *sylvas*, quod etiam nomen pluralis numeri habet Gallic. Psalt. *sicut ignis qui comburit sylvas*: supplent verò qui legunt, *sicut ignem*, verbum [*pone*] quod paullò ante præcessit. Textus Hebræus, & Græcus admittunt lectionem utramque, quia Græcè est πῦρ neutrius generis, in quo nominativus, & accusativus casus non differunt: Hebraicè nomina non inflectuntur, nec iis articuli semper adjunguntur, indicantes casuum diversitatem. Incenduntur sylvæ, vel injecto de industria igne, vel negligentia humana, vel sponte naturæ, seu ex caussa naturali. Hæc mirabilior, eaque aut de cœlo cum fulmine, aut ex ipsarummet arborum attritu, & mutua collisione, aut ex ardore etiam solo Solis. Joannes Bodinus *b* narrat in Vasconiæ frigido cœlo Nainum oppidum Solis actione incensum, consumtumque anno 1540. & anno 1556. in Anglia Solis ejusdem ardore totius Regionis pagos, & arva arsisse. In Moscovia eadem de caussa Georgius Bruin *c* memorat pagos, segetes, sylvas incensas, fumoque inde excitato multos vilu orbatos, Incendii sylvarum, quando ventis agitatæ sese collidunt arbores, præcipuè austrinis, facit mentionem Thucylides, *d* Lucretius, *e* Josephus. *f* Postremus recenset simul incendii caussa si vel πῦρ sit χειροποίητον manufactus ignis: vel γῆθεν ἀναδοθὲν κατὰ ὑπόδομὴν κύματος, *terra ortus concursione fluctuum*, vel si κατὰ βίαν πνευμάτων ὕλης ὡρὰς αὐτὸ παρατριβείσης ἀναυμάτως ἐξερούδη, *per vim ventorum materia, aut sylva inter se contrita excutitur*. Lucretius verò ita canit.

b l. de Repub. cap. 1.

c in Moscov. Incendii sylvarum caussæ.

d lib. 2.
e lib. 1.
f 4. antiquit. cap. 3.

At sæpè in magnis sit montibus, inquis, ut altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Interse, validis facere id cogentibus austris,
Donec fulserunt flammati flore coorto.

g Joannes g Baptista Pius Pyrenæo monti ἀπὸ τοῦ πυρὸς nomen ideo esse vult, quòd sæpè per attritum arborum ardorem susciret: etsi alii, quod crebris fulminum ignibus feriatur, Diodorus, *h* quod injecto olim à pastoribus igne universæ illius sylvæ conflagraverint: Silius à Pyrene Berycis filia quàm in Pyrenæo Hercules compressit, & à feris laniata, ibidem sepulta est. Huc facit excussio ignis lignorum attritione facta, de qua Plinius *i* & quam hodieque factitant Indi. *k* Lege hoc loco Bochium, & Simonis Majoli Colloquium 17. ex canicularibus. Nescio cur Apollinarius meminerit de igne depascente etiam in paludibus crebris sylvam,

g in Lucret.

h lib. 6.

i l. 16. c. 40.
k Θ. vet. sum. c. 79. & hist. lib. 6. cap. 5. Simon Majolus colloqu. 22.

Ἢ πυρὶ βοσκομένῃ κατὰ πίσεα πυκνὰ καὶ ὕλαι,
Aut igni depascenti in paludibus crebris etiam sylvam.

Quod attinet ad ignem, disputavi in commentario Petri, eone mundus ante vel post judicium sit conflagraturus, & an eo ipso reprobi in suismet corporibus cruciandi, antequam dettudantur in Infernum. *Descendet*, inquit Joannes in Apocalypsi *l*, *ignis de cœlo, & devorabit eos*: & Esaias, *m A voce Domini visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis flammæ ignis devorantis.*

l c. 20. 9.
m c. 29. 9.

Et sicut flamma comburens montes.) Hier. per verbum indicativi modi, *quæ devorat*. Romanum Psalt. *velut si flamma incendat montes*. Gallic. & Cassiod, omittunt particulam (&) quæ etiam abest à textu Græco, sed in emendato isto textu Græco extat ὡσεὶ πλὸξ καταικαύσαι ὄρη, ti legant ὡσεὶ φλὸξ ἡ καταικαύσει ὄρη, *sicut flamma quæ comburet montes*. Chaldaicè *quæ inflammat peripherias montium*. Meminerunt Physiologi, historicique *n* de ardentibus locis, montibus præsertim, celebranturque maximè Ætea, Chimæra, Hephestios, Cophantus, Acceno cauma, Gaurus, Idæus, Atlas, Theonochema, Olympus in Æthiopia. Vesuvius Plinio ipsi fatalis. *o* Dici possent tartari ostia, locaque puniendis animabus destinato, ut insinuat Gregorius, *p* & Pionius martyr. *q*, ac his quasi * præludiis indicari futurum judicium, æternumque supplicium per ignem. Tradunt hujusmodi ardorum caussam esse venas sulphureas subterraneas, quæ cum latis cavernis spiritum admisere, ex illa concussione ignis generatur sulphure fomenta suppeditante, ut scite satis disserunt Vives, & Surius in margine hic notati. Quamquam in aliquibus emicant dumtaxat ignes navigantibus, ac iter terra agentibus utiles indicet. Ex recentioribus auctoribus recètia quoque novi orbis profert Majolus *r*, exempla, ut ex Ferdinando Cortesio, *s* Balthasare Diaz, *t* Odoardo Barbosa, *u* Joanne Gaetano, *x* Petro Hispalense, *y* Surio, *z* qui de Islandiæ quodam monte. Ceterum iræ divinæ descriptio similis est in altero Cantico Moysis, *a*, *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad Inferni novissima, devorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.*

n Arist. de mirac. 76. Seneca l. 6. c. & 2. meteor. cap. 8. Plin. lib. 2. c. 83. c. 106. lib 3. c. 8. lib. 5. c. 27. l. 6. c. 17. 30. Simon Majolus supra, Seneca. 2. quæst. naturalium c. 30. lib. 6. cap. 1. Orosius li. 5. c. 10. & 12. l. 7. cap. 9. Augustin. 3. de Civit. ca. 31. l. 21. cap. cum Vive. Surius in commen. sui temporis an. 1537. Strabo lib. 5. Procop. a. & 3. de bello Gothic. Zonaras in Tito. Niceph. l. 3. cap. 12. Baronius in Martyr. 19. Sept. Melasli. 1. c. 6. lib. 1. c. 4.

o Plin. minor Epist. ad Corint. Tacitum.

p 4. dial. ca. 36.

q apud Sur. 1 Februar.

r Colloquio 16 & 22.

s 2. & 3. relatione.

t in Ep. anni 1556.

u in histori.

x in historia

y p. 5. ca. 23. 31. 33.

z in Comm. anno 1537.

a Deute. 32. 21.

Ita persequeris illos in tempestate tua.) Hier. in temperativo, *sic persequere*: sed futurum servit imperativo; & Apollinarius usurpat optativum δ' ὡσεις. Significat סער *sahhar*, & καταιγὶς *procellum*, ac *turbinem*, *qui, quidquid incidat, disjicit, & evertit*. In Ps. 49. *b* erat: *Ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida*, ubi vocabula Hebræum, Græcumque sunt eadem, & apud Jeremiam, c *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum*. *Ejiciendi* verbum, quo utitur editio Illyrica, posset indicare judicis ejectionem in ea sententia, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*. d *Cum tranquillitate tamen judicat Deus* c ἐν ἐπιεικείᾳ, non solùm hoc gratiæ, misericordiæve tempore, sed etiam illo quod erit justitiæ ac vindictæ, ita judicabit, non tantùm, quia nulla perturbatio in Deum, & Christum cadit, quamvis per effecta quædam interdum videatur perturbari, verùm quoniam punit citra condignum, ut aliàs docui.

b Ps. 49. 3.

c Jerem. 23. 19.

d Matt. 25. 41

e Sapien. 12. 18.

f Virgil. 1. Æneid.

Et in ira tua turbabis eos.) Hieronymus, *& in turbine tuo conturbabis eos*. Est סערה *sapahah* idem ferè quod in priore membro סער *sahhar*, & ventus cum frigore maximo, qui obvia quæquæ disturbat ac sternit, quod ille f cecinit,

——*Terras turbine perflant.*

Et hinc aliqui volunt appellatum סוף *suph* mare rubrum non à junco, quem סוף *suph* significat, nisi quatenus quemadmodum tempestas, ventusve juncetum, sic illud arenam reliquaque aliàs trasfert è loco suo, & consumit, quod valet etiam verbum ספה *suphah*. Interpretes hoc alterum nomen ferè synonymum priori voluerunt clarius exponere, & figuratam locutionem evolvere: & ὀργὴν Apollinarius declaravit de furore indomito, & crudeli.

Θυμῷ ἀμαιμακέτῳ καὶ ἀπηνέϊ ἐπικότους ἀτύζων,
Furore indomito, & crudeli omnes consternans.

Affinis 20. g Psalmi sententia, *Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis*. Sed ibi est nomen Hebræum אף *aph*, *iram* seu *furorem* significans, & verbum בלע *balleahh præcipitare*, aut *deglutire, devorare, absorbere, disperdere*, hic בהל *bahel*, *horrore afficere, terrore subito percellere*. Quæ Gregorius *h* explanans verbo Job, i *Nocte opprimet eum tempestas, tollet eum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo*, affert de tempestate, turbineve judicii, huc transferri possunt in Ps. 57. *k* quod legimus, *sicut viventes, sic in ira absorbet eos*. Hieronymus vertit, *quasi viventes, quasi in ira combibit eos*. Consule ejus loci commentarium.

g vers. 10.

h 18. mor. c. 11.

i c. 27. 20. 21

k vers. 10.

Vers. 17.) Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

Vers. 18.) Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, confundantur, & pereant.

Sensus loci.

DEbetur hoc frementibus, efferentibus caput, cogentibus contra Deum ac populum ejus consilia hostibus

stibus, atque animo & spe devorantibus Dei sanctarium, denique præsidentibus, audacibus, impudentibus, procacibus, ut cooperiantur toti rubore, dedecore, ignominia, dum longè disparem suis exitutum conatibus, valdeque frustratos spe sua deprehendent. Quo fiet ut ipsimet nomen Dei, quod antea contemnebant & blasphemabant, experti vim illius, quærant, & invocent, vel alii certè, damno docti priorum. Sed quia non id serio facturos prævidet, vaticinatur imprecando, fore, ut erubescentia, & opprobrium eorum cum, conturbatione, & pavore, durent in perpetuum, versenturque in summa miseria, & ex propriis etiam ejecti sedibus, non compareant amplius; nec sese populo Dei opponere umquam, aut audeant, aut valeant, Latini hoc in bono sensu, saltem per accommodationem, declarant de pudore, ac perturbatione salutari, & ad pœnitentiam, atque destructionem peccati, ut pudeat peccavisse, & conturbentur de Deo offenso, ne si hoc faciant peccatores, ignominia, & interitu afficiantur æterno. Sic etiam Augustinus contra litteras Petiliani. *a*

Imple facies eorum ignominia. Similis aliis in Psalmis phrasis. b *Confusio faciei meæ cooperuit me; Operuit confusio faciem meam: Operiantur confusione, & pudore: induantur confusione & reverentia: Operiantur sicut diploide confusione sua: Inimicos ejus induam confusione: Perfudisti eum confusione;* quam phrasim aliàs expendimus. Cæterum ad ignominiam, quæ deberetur Ammonitis, qui afficerant ignominia legatos David. Utilis vitæ præsentis de peccatis erubescentia, ut vitetur illa, quam reprobi patientur in die Judicii, ac in Inferno, seu *opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur* c *& ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur.* d *Frons meretricis* nonnullis est, *ita ut nolint erubescere:* e sed post imprudentiam in patrando, scelere, *confundentur pro anima sua dicere verum* in confessione: *amplectentes confusionem, quæ adducit peccatum,* dum præcedens celat, respuentes eam, *quæ adducit gloriam & gratiam,* f quando quis inter pœnitentiæ sive dispositiones confusionem subit, quæ est in detegenda conscientia. Lege Bernardum, g Hugonem S. Victoris, h Gulielmum Parisiens. i Robertum de Sorbona, k Ambrosium, l Augustinum, m Pacianum, n Tertullianum, o Chrysostomum, p Origenem, q Climacum, r Cyprianum, s Hieronymum, t Gregor. u Basilium, x Ephrem, y & alios, quos attuli tractans historiam Samaritanæ, de noxio pudore peccata confiteri detrectantium.

Prodest præterea ignominia vel dedecus, in quod finit interdum Deus labi peccatorem, ut inde ad meliorem revocet frugem, quærendumque nomen Dei, & salutis viam. Hic est *ignis erudiens,* z vel *castigatio,* a vel *vexatio dans intellectum.* b hoc modo *facit Deus requiescere scelus nostrum de nobis,* c *& ut angustia superveniente requiramus pacem, nec sit conturbatio super conturbationem.* d *Detrahit superbiam omnis gloria nostra, & ad ignominiam deducit perducendo ad Babylonem* (quæ sonat confusionem) *liberat & redimit de manu inimicorum.* e Hac ratione *cum occidit nos,* idest, occidere Deus minatur, affligitque, *quærimus eum, & revertimur ad eum,* f *multiplicatisque tribulationibus, acceleramus* g, *in angustia requirimus eum, & tribulatione murmuris doctrina Dei nobis:* h *curatio facit cessare peccata maxima:* i *in tribulatione mane consurgimus ad Deum:* k *humiliamur, ut discamus justificationes ejus.* l Ipsa asperitas correctionis, ait Gregorius, m origo sit luminis. Hinc discimus utilitatem timoris etiam pœnarum, quique dicitur servilis, & suo modo concurre ad justificationem, ita ut falsum sit quod hæretici docent, non esse salutarem, sed malum, & per solam fidem nos justificari. Augustinus n aliud elicit documentum, permitti à Deo quandoque lapsum in peccatum, ad majus bonum labentis, maximè superbi. Audeo, inquit, dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui jam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando flevit, o quam sibi placuit, quando præsumsit. p Hoc dicit & sacer Psalmus, *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine,* idest, ut tu eis placeas quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerant quærendo suum. Hucusque ille. Vere etiam Nazianzenus q pronuntiavit, quod culpa humiliationis mater est, resipiscentia & pœnitentia mater humilitatis. Itaque ignominia, & confusio aut est culpæ, in quam labi finit Deus, aut oritur ex turpitudine peccati considerata; aut extrinsecus ex aliqua alia causa infamiæ, aut damni. Omnibus istis modis ignominia confert ad quærendum nomen Domini, sicut & Ecclesiastica censura, qua quis, sicut *soror Moysis, à castris* Ecclesiæ *separatur per septem dies,* ut mystice declarat Hugo de totidem operibus misericordiæ, quemadmodum, & spuitionem in faciem de contemtu sui, ruborem de verecundia in confessione, populum, qui non est motus de loco suo donec Maria revocata est, de populi oratione pro peccatore. Tamen pro excommunicato nominatim, publica, & solemnis ab Ecclesia oratio non fit, ignominia reproborum in infirmo, quæ cogit *præ angustia spiritus gementes* veritatem profiteri, s nullam affert utilitatem, sed auget magis pœnam.

Et quarent nomen tuum Domine. Non reperi hanc dicendi formulam alibi: nam quod Angelus respondit Jacob, t *Cur quaris nomen meum?* & iterum Manue, u pertinet non ad invocationem nominis (nec enim ita passim invocabantur, & orabantur Angeli, ut nunc; quemadmodum etiam Sancti, licèt possent) sed ad interrogationem, quæ nomine vocaretur, quod etiam verbo שאל *scial* exprimitur, nec ita benè verbo בקש *bakas*, quo significatur quippiam quærere conatu ac studio magis quàm verbis, & interrogatione. Ergo quærere nomen, & ζητεῖν non videtur idem, quod interrogare ἐρωτᾶν cum timore ac tremore, ut Euthymius tamen, atque Nicephorus volunt, quis nempè sit Deus adeo potens, & admirabilis; sed velle eundem Deum venerari, & potentiæ ipsius se subjicere, & à potenti ejusdem manu auxilium, beneficiaque recipere: Apollinarius μαστεύειν dixit, quod non significat interrogationem. Nec placet cum illis iisdem exponere de populo ipso Hebræo qui quærant, & sciscitentur, quisnam sit is Deus, qui tam admirandè ipsum liberaverit, hostesque perdiderit, sed de istis hostibus, ut suo discant damno investigare, & invocare Omnipotentis Dei nomen. Nam nomen Dei pro Deo, potentia, fama, ceteris attributis illius accipi, sæpè notavimus. Probabile est in quærendo nomine Domini innui studium celebrandi nomen ipsius, quod qui priùs x hìcappellati sunt inimici, & osores illius, & conspiratores contra Sanctos; populum, Sanctuarium, ipsummet Deum obscurare, ac omnino de medio tollere moliebantur; & ut qui sibi antea placebant, quærendo nomen proprium, ut Augustinum y loquentem audivimus, placere studeant Deo, quærendo nomen illius: idque in se, & aliis sanctificando, ad prædicando, & ut ad hanc *turrim fortissimam nominis Dei currentes, exaltentur.*

Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur et pereant,] Similis impreratio in fine Psalmi sexti, & in aliis Psalmis legitur in Psalterio Romano, & Gallicano, apudque Cassiodorum, *confundantur, et conturbentur in sæculum sæculi, et revereantur, et pereant.* Hieronymus, *confundantur, et conturbentur usque in sæculum, et erubescant, et pereant.* Hoc quidem tempore viventibus imprecatio ista fit, nisi velint resipiscere, damnatis absolutè, & simpliciter. Vel, intelligitur de illis, qui nolunt per ignominiam, quàm patiantur, quærere nomen Domini, non enim qui quærunt, erubescent, conturbabunturve in sæculum sæculi aut confundentur, & peribunt. Perire de futuro sæculo interpretando, Euthymius, & Nicephorus declarant, non ut qui damnantur amplius non sint, sed quia eas persolvant pœnas, quas qui sustinent, omnes perire dicuntur. Explicant præterea erubescentiam, & confusionem pravorum, ut publicentur, & divulgentur eorum opera: conturbationem, ubi judicis constantiam, ac severitatem viderint. Alii commodo sensu accipiunt omnia, ut Hugo. Nam ex præcedente versu ignominiam vult esse vilificationem, quam vocat, exteriorem: ex ea nasci erubescentiam, sive verecundiam interiorem: postea timorem. vel dolorem, qui conturbat: tunc confessionem, in qua ejiciuntur peccata, & pereunt: erubescendum de peccatorum enormitate: conturbari oportere de Dei offensione, amissione æternæ vitæ, obligatione æternæ pœnæ: adhibendam confusionem confessionis: tandem sic perire peccata, *vertique impios, ut non sint.* a Opponit etiam quatuor verba totidem generibus hominum, quos nominat effrontes, otiosos, delitiosos. Adeat Auctorem quem delectant ista.

Vers.

a lib. 1, c. ult. b Ps. 34. 26. Ps. 43. 16. Ps. 68. 8. Ps. 70. 13. Ps. 82. 16. Psal. 108. 29. Ps. 131. 18.

Utilis est vitæ præsentis erubescentia de peccatis.

c Jer. 20. 11. d c. 22. 40. e cap. 3. 3. f Eccl. 4. 26, 25. g in sententiis ser. 2. 3. de S. Andrea ser. ad milit. tempt. c. 12. lib. de inter doct. c. 37. h tom. 3. tr. 2. eruditionis Theolog. ex misc. l. c. 100. 2. de Sacram. p. 2. cap. 1. i de pœnit. c. 63. & 14. k in itinere paradisi, & tract. de confess. c. 1 in Ps. 37. & apologet. David c. 9. & 2. de pœnit. c. 1. & 7. m lib. de pœnit. c. 10. & lib. 6. hom. in 22. n in Paran. o de Pœnit. p hom 33. in Joan. q hom. 17. in Luc. r Gradu 4. s ser. de sapsis. t in c. 10. Ecclesi. u hom. 10. in Ezech. hom. 26. in Evan. 22. Mor. c. 9. x Reg. 26. & 2 fusis.

Servilis timor concurrit suo modo ad justificationem.

y serm. in id Attende tibi c. 9. z Thren. 3. 13 a Jer. 31. 18. b Es. 28. 1. 9. c Es. 23. 27. d c. 7. 26. e Mich. 4. 10 f Ps. 77. 34. g Ps. 15. 4. h Es. 26. 16. i Eccl. 10. 4. k Osea 6. 1. l Ps 118 71. m 6. mor. c. 23. vel 17. n 12. de civ. cap. 13. o Nat. 26. 75 p ibidem m. vers. 33. q Orat. 3. in Julianum.

x vers. 3. & seq.

y 14. de Civ. cap. 13.

z Prov. 18. 10

a Prov. 12. 7

Vers. 19.) Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus in omni terra.

HOc desiderium, & votum respicit hostes, hosque tum castigatos, tum, si perierint, ita ut non supersint, alios ejusdem generis superstites, ut proprio, vel alieno docti malo, exspertique potentiam, & vires Dei, tandem intelligant, sibi rem esse cum Deo, qui sperni nec debeat, nec possit, quum valeat quoties voluerit, suis præsidio esse, hostesque populi sui, & contemtores suos comprimere, nec ullum aliud sit numen, quod ei nomineque ejus, cujuscumque alterius numinis sit nomen, resistere queat, cujus videlicet unici ac veri Dei majestas, & potestas omnibus aliis, qui Dii dicuntur, superior sit, neque sit ei ullus similis aut comparandus ullo modo. Alias *a*, admonuimus frequenter hac usos formula sanctos viros in oratione, ut suum sanctum nomen Deus vindicaret ab aliorum blasphemia, nec sineret non modo obscurum, & ignotum esse, sed contemni etiam, ac violari. Sic factitavit Moyses *b*, Ezechias *c*, Daniel *d*, & alii.

a infr. 78.

b Exod. 32. 11. 12.
c Esa. 37. 16. & seq.
d c. 9. 4. & seq.

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus.) Ex Hebræo, *quia tu nomen tuum*, vel *tibi Jehovah*, aut aliquid supplendo, *quod tu, cujus nomen est Jeovah, solus tu Altissimus*, &c. aut *quod tu, cujus solius nomen est Jeovah, sis altissimus*, seu, *quod tu cui competit nomen Jehovah, sis altissimus*, aut *quod tu solus es nomen tuum Jehovah, & Altissimos*, nempe quia solus es id quod diceris, utpote solus verus Deus, qui non uni tantum regioni, ut creditur de quibusdam diis, sed præes universæ terræ. Scholion Græcum notat ex editione LXX. & aliorum trium Interpretum esse κύριε in vocativo, *Ut cognoscant quia nomen tibi, Domine*. Sensus esset, quia ô Domine nomen tibi est, hoc ipsum quo diceris Dominus, non fictum, & inane, sed verum, & efficax: vel quod sis dignus, cujus nomen celebretur, quippe solus absolutè appelleris *magnus Dominus* e. Quando misit Deus Moysen ad Pharaonem dixit *f*, *Et scient Ægyptii, quia ego sum Dominus*: & nomine Dei Moyses Pharaoni *g*: *Idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra*. Judith vero ad Deum conversa, deque hostibus loquens *h*, *Nesciunt*, inquit, *quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi*; & in Cantico suo *i*, *Dominus conterens bella*, *Dominus nomen est illi*. Denique in Psalmo *k* 67. *Psalmum dicite nomini ejus*, &c. *Dominus nomen illi*. Ipsemet Deus eumdem Moysen missurus, pollicensque liberationem populi *l*, *Nomen*, inquit, *meum Adonai non indicavi eis*, scilicet Patriarchis, quorum tempore bella gesta non sunt. Postremo, *Ego*, ait ille *m*, *Dominus, hoc est nomen meum gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus*. In judicio potissimum *cognoscetur Dominus judicia faciens* n, *& subjicitens omnia sibi* o, maximè se tunc Dominum declarabit; & ut talem tum boni, tum mali fatebuntur, hi nolentes, & puniri, illi libentes, præmiari, amore subjugati. Quisquis cum Deo computetur, Domini non meretur nomen, ita ut quemadmodum solus Altissimus in sequenti membro, sic solus dici Dominus possit, quod utrumque in Angelorum Cantico canitur, & præterea quod sit solus sanctus, addique potest, quod solus bonus, immortalis, & similia, quæ Deo conveniunt ὑπερωδῶν ac per se. Omnes, ait Gregorius, *p* qui sub dispensatione Conditoris vicario nobis ministerio jungimur, sub uno ac vero Domino, quid nobis aliud nisi invicem servi sumus? At sicut ratio primæ caussæ in Deo non tollit veram rationem secundæ, quamvis respectu illius hæc non tam videatur caussa, quam instrumentum: ita de dominio philosophandum est, ut alibi demonstravimus. Athanasius *q* hoc testimonio probat Christi divinitatem. Chrysostomus *r*, quia isti, quod interpretatur de Patre, alia similia sunt de Christo, ut quando appellatur *Emanuel* *s*.

e Ps. 97. 2.
f Exod. 7. 5.
g c. 9. 16.
h Judith 9. 10.
i c. 16. 3.
k vers. 5.
l Exod. 6. 1. 2. 3.
m Esa. 42. 8. c. 48. 11.
n Ps. 9. 17.
o 1. Cor. 15. 28.
p 22. Moral. c. 16. vel 33.
q Serm. de suscepta hum. natura, sub finem.
r hom. 3. de incomprehensib. Dei natura.
s Esa. 7. 14. Matt. 1. 23.

Tu solus Altissimus in omni terra,) Chaldaicè, *super omnes habitatores terræ*. In aliis Latinis Psalteriis, & apud Arnobium, & Ambrosium, *super omnem terram*, quod propriè importat præpositio עַל *hhal*, & editio Græca ἐπὶ τὴν γῆν. Meminit quoque istius lectionis Augustinus *t*. Observat autem, quod & in omni cœlo, & super omne cœlum Dominus altissimus est, sed maluisse Prophetam dicere, *in omni terra*, sive *super omnem terram*, quo terrena superbia permeretur, sciretque nullius cogitationes valere adversus eos, *qui secundum proA positum vocati sunt*, & de quibus dicitur; *Si Deus pro nobis, quis contra nos* u? & eum, cui dictum est *x*: *Terra es, & y Quid superbis terra & cinis?* superbire non debere, quum cognoscit, Dominum esse altissimum super omnem terram, idest, super omnem hominem terrenum, terrenoque corpore constantem, ut etiam indicat creditus Arnobius. Si quam designet nomen, *solus*, personam, sive Patris, sive Filii, non excludit aliam, sed omnem potestatem naturæ creatæ. Ambrosius *z* demonstrans *Altissimi* nomen Christo convenire; ut quum canitur, quod *homo factus est in Sion*, *quam ipsemet Altissimus fundavit* a, & quando Joannes vocatur *Propheta Altissimi* b, & quum de mysterio Passionis (inquit) dicitur *Dedit vocem suam Altissimus* c, *& mota est terra*, docet, quando solus dicitur hoc loco Deus, non separari etiam Dei Filium, quia videlicet solus ac unicus Deus est, quamvis personis distinctus. Confirmat simili sententia Pauli *d*, quam solebant Hæretici ad calumniam derivare; *Qui solus habet immortalitatem*: de Deo enim scriptum esse, quod est commune nomen Patri Fi-B lio. Idem judicium, quum idem Apostolus *e* nominat *solum potentem*, de Patre scribens. Quamquam Augustinus *f*, ait neminem cogi Pauli verba ista ad solum Patrem referre, sed ad Deum, divinamve naturam, personis communem. Et nihilominus attribuuntur Patri, quæ communia sunt, quatenus divinitatis, & aliarum personarum fons est, atque principium. Cyrillus Alexandrinus, *g* dum explanat illa Joannis verba *h*, *ut cognoscant te solum verum Deum*, ait solum Christum sive Filium in solo Deo vero, Deum verum esse, quia nullus Deus verus est, præter Trinitatem. Tritam Patribus multis Maldonatus *i* noster, quos citat, interpretationem verborum, quæ sunt in Joanne, affert, convenitque proposito, solum verum Deum dici Patrem apud Joannem, non ad excludendum Filium, aut etiam Spiritum Sanctum, sed idola, seu falsos deos. Potest idem confirmari, quum Paulus *K*, etiam *solum sapientem* nominat. *Conversi estis*, ait adhuc idem *l*, *ad Deum de simulachris, servire Deo vivo & vero*. Hinc autem potius probatur unum numero Deum esse, ut & ex Psal-Cmo 17. *m Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?* & ex 85. *n Tu es Deus solus*, atque: ut omittam Deuteronomium *o*, libros Regum *p*, librum Sapientiæ *q*, Esaiam *r*, & alia plura testimonia, in Ecclesiastico *s* dicitur, quod *unus est Altissimus*. Quapropter falsum est, quod Ariani docebant, ut meminit Auctor Commentarii in Psalmum 86. sub nomine Hieronymi, vocabulum *Altissimi* esse, quo distinguatur Pater, qui sit solus verus Deus, à Filio. Immo quum constet de Christo dici nomen *Altissimi*, quod asserit etiam Nicetas Choniata *t* de præsenti loco, planè efficitur, ipsum esse verum Deum; quia, ut quum Arianis Transylvani *u* ministri volunt, non convenit, nisi vero Deo. De ipso nomine *Altissimi*, vel *Excelsi* עליון *hhelion* egimus alibi. Istas voces, epithetaque divina, omnes quidem, sed qui eminent inter homines potestate, usurpare potissimum summa demissione, ac modestia decet, ut facere Regem David toties legimus; & Ezechias Deum Israel cognominabat *Deum solum omnium regnorum terræ* x. Hodie nimio studio & ambitione titulo nobis honorificos conquirimus, ut nullum fere ipsi Deo reliquum feciisse videamur.

u Rom. 8. 15.
x Gen. 3. 19.
y Eccl. 10. 9.
z p. 3. de Fide c. 2.
a Ps. 86. 5.
b Luc. 1. 76.
c Ps. 17. 14.
d 1. Tim. 6. 16
e ib. vers. 15.
f 1. de Trinit. c. 10. & 3. cont. Maxim. c. 12.
g in Jo. l. 11. c. 16.
h c. 17. 3.
i ibidem.
k Rom. 16. 17
l 1. Thess. 1. 9
m vers. 32.
n vers. 10.
o c. 4. 35. & seq. c. 6. 4. & seq. c. 32. 6. 10.
p lib. 1. 20. lib. 3. 8. 23.
q c. 12. 13.
r c. 43. 11. c. 45. 6.
s c. 1. 8.
t 2. Thess. c. 2.
u Lib. 2. c. 5.
x Esa. 37. 16.

PSALMUS
OCTOGESIMUS TERTIUS.

In finem,

1 Pro torcularibus filiis Core, Psalmus.

2 QUam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: 3 Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.
Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

4 Etenim passer invenit sibi domum, & turtur ni- A dum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus.
5 Beati, qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.
6 Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, 7 In valle lacrymarum, in loco, quem posuit.
8 Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.
9 Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.
10 Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui:
11 Quia melior es dies una in atriis tuis, super millia. B Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
12 Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.
13 Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem,

Pro torcularibus filiis Core, Psalmus.



AM duo alii Psalmi habuerunt in titulo *torcularia*, octavus & octogesimus, quibus in numeris Beda mysterium agnoscit beatitudinis in visione Trinitatis cum resurrectione ac denario vitæ æternæ. De filiis Core C mentio quoque fuit in 41. 44. 45. 46. 47. 48. & erit in sequenti, ac in 86. 87.

Similis argumenti videtur hic Psalmus quum 41. Exponitur ardens desiderium à templo longius positorum sive alibi, sive in captivitate Babylonica, & præsertim Coriarum ex genere Levitico, tùm pro seipsis, tùm pro populo toto, illuc redeundi, diesque festos agitandi, & sacra celebrandi, quæ mense Septembri, quo vindemia fit in torcularibus, quater solemnius usurpabantur, ut exponit Valentia, in festo cœtus seu collectæ, in festo tubarum, propitiationis, tabernaculorum. Simul vero interseritur votum de venturo Messia gentis universæ liberatore, ac legitimo Davidici regni successore, & de possidendis cœlestibus tabernaculis, anagogico saltem & allegorico sensu: hacque ipsa allegoria de pie frequentandis Christianis templis, & sacris, & quam beati sint, quos sua dignetur Deus familiaritate, quod obtineatur fide, morum probitate, vitæ innocentia, animi simpli- D citate. Hebræi fere, & quum illis Trevetus ac Beda, interpretantur de captivis optantibus reditum: Flaminius de David id ipsum desiderante, quum propter vim inimicorum longius abesse cogeretur: Cajetanus & Placidus de laude templi: Basilius ac Theodoretus cum revocatione Judæorum conjungunt totius orbis salutem: Cassiodorus, & passim Latini Patres, nec non Lyranus præcisè de desiderio superni gaudii, quem Glossa litteralem sensum vocat, eumdemque in isto Psalmo cum morali. Athanasius *a* recenset Psalmum istum inter Eucharisticos, idest qui gratias agunt, & τῆς ἐγκαυχήσεως ἐγκωμίῳ, *gloriationis in Domino*: atque idoneum esse, quem recites si ante oculos habeas domum Dei; & æterna ejus tabernacula, eaque desideres, quemadmodum desiderabat Apostolus.

Utitur Ecclesia hoc Psalmo in Officio Corporis Christi, & dedicationis Ecclesiæ. Cassiodorus *b* mirabilem vocat Psalmum, & omni mundana suavitate jucundiorem. RicKelius *c* glorioſum, amoroſum, sanctum, qui etiam religiosos & claustrales præcipuè consolatur, qui Domino malunt in cœnobio, spreto sæculo, in humili, abjectaque vita servire, quam in mundo deliciari, atque florere.

Vers. 2.) Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

Vers. 3.) Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

UNaquæque sanè harum dictionum, ut annotant Basilius ac Theodoretus, seu alteruter, ad divinum amorem animum inflammat. Propterea, non tam explicandus sensus, quam interno sensu degustandus. Anhelans desiderio, amoreque ardens prorumpit vates in epiphonema, quo declarat nihil sibi optabilius amabiliusque quam in Domini versari tabernaculis; ejus videlicet Domini, cui cœlestes cunctæ militiæ serviunt, & cujus etiam tabernaculis materialibus, non tantum cœlestibus, assistunt, quique hominum præest exercitibus, ita ut nullo negotio compescere possit hostes, qui detineant ac impediant cupientes adire ad illa tabernacula, templumve. Ait propterea, se præ nimio eorum desiderio, solaque audita mentione ac nomine fere exanimari, vixque sui ipsius compotem esse: cor item seu animum & voluntatem, exque horum redundantia & sympathia, carnem ipsam, in divini nominis commemoratione, summa quadam gestientis affectus oblectatione exultavisse, atque ad Deum perveniendi, ejusque atria & tabernacula, incredibili cupiditate exarsisse. Cyprianus *d* paullo aliter legens, ut dicam postea, vult hic exprimi desiderium, ut isthinc maturius eximamur, citiusque liberemur. Eodem pacto Hieronymus *e*, Paulinus, *f* Theophilus, *g*, Alexandrinus, & alii. Testis vero etiam Hieronymus *h*, Paulam sub mortem hos versus cum nonnullis ejusdem argumenti ex aliis Psalmis, piè susurraviſſe, quum jam mortalia despiceret. Nihilominus idemmet *i* Doctor observat hic distinctionem tabernaculorum & atriorum, posteaque altarium & domus Dei, ut de tabernaculis hujus vitæ omni mente nitamur ad firmam & stabilem sedem transire, ideſt, domum Dei: tribuitur quoque nomen *k tabernaculi admirabilis*, indiciturque *tabernaculum stans*, ut & *domus permanens*: *l ubi vox est exultationis & salutis* m, dum sumus in profectu, in cursu, in certamine, celebranda nobis solemnia tabernaculorum in ligno pulcherrimo sapientiæ. Bernardus *n* hæc magis distinguit, appellans tres animarum sanctarum status: in tabernaculis, atriis, domo Dei. Sed cautè legendus, quum indicat animas justorum nondum in domo Dei esse, hoc est, in loco perfectæ beatitudinis: Rursum *o*, aliam distinctionem adhibens, ait in tabernaculis gemitum esse pœnitentiæ, in atriis gustum lætitiæ; in domo satietatem gloriæ: quas item nominat domos, infimam orationis, mediam exspectationis, supremam gratiarum actionis & laudis: in prima esse primitias spiritus: in secunda divitias: in tertia plenitudinem: hic fieri sanctos: illic securos: in ultima beatos. Quo item loco cautione utendum, quoniam asserit in atriis liberari spiritum requiescentem à laboribus, magis esse liberationem à malo, quam boni numerationem. Eadem adhuc distinctio repetitur ab eodem *p*. Assignat tabernacula justis in carne viventibus & laborantibus, quia sunt laborantium & militantium, carentque fundamento, ac portabilia sunt: quoniam justi non sunt in præsentibus fundati, sed inquirunt *civitatem desursum fundamenta habentem* q, cum fides, quæ fundamentum est (ὑπόστασις) *r* non sit in terrenis, sed in Domino; tectum autem habent munimenti, gratiæ, & protectionis. In atriis, quæ domui vicina sunt, amplitudinem habentia, & fundamentum, sed non tectum, collocat animas sanctas corporibus exutas, quæ in latitudine sunt, deposita carnis angustia, & in amore Dei sunt, nec ruunt, adhuc tamen exspectant quasi tectum & augmentum, quod non erit, nisi in resurrectione corporum suorum. Post resurrectionem denique in domo futuras ait cum Angelis, quæ habet fundamentum & tectum stabilitatis æternæ beatitudinis, atque consummationis & perfectionis ejusdem. Varius hac in re Bernardus fuit, & aliquando cum recepta & catholica, posteaque declarat & definita consentit sententia, de vera in cœlo felicitate, ac Dei in eo visione, qua justorum animæ, quæ nihil amplius debent divinæ justitiæ, fruuntur. De varia tabernaculorum notione dixi alibi; & hoc ipso loco alii, quæ dicuntur in Psalmo, aut ad Ecclesiam universam accommodant, aut ad ordinem religiosum, præsertim

Sensus loci.

d *de mortal.*
e *in cap. 54. Esa. & præf. in Zach.*
f *Epist. 6.*
g *Epist. Paschal. 3.*
h *Epist. 28.*
i *in cap. 14. Zachar.*
k *Psal. 41. 5.*
l *Prov. 12. & 24. sec. Lxx.*
m *Ps. 117. 15.*
n *Serm. 3. de om. Sanct.*
o *Serm. 4. de dedicat.*
p *Ser. 42. ex parvis.*
q *Heb. 11. 10 & 13. 14.*
r *11. 1.*

a *ad Marcellinum.*
b *in fine Psalmi.*
c *Ibidem.*

tim Hugo, qui simul exponit de materiali Ecclesia, quam pii avide frequentant: quasique in ea nidificant. Favet Bernardus *a* intelligentiæ de ordine religioso, differens cum fratribus de monte Dei.

a *de vita solit. ad frat. de monte Dei.*

Quam dilecta tabernacula tua.) In Romano, Gallicano, & vetere Psalterio, atque apud Augustinum, & Cassiodorum ac Paulinum *b*, *amabilia*. Arnobius autem in commentario ponit utrumque, *amabilia*, *& dilecta*, & præterea *pulchra*. Cyprianus *c quam dilectissimæ habitationes tuæ*. Græca vox ἀγαπητὰ, significat potius *amabilia & diligibilia*: reddit eam tamen etiam alibi Interpres hoc modo, ac interdum in superlativo ἀγαπητὰς *charissimos* aut *dilectissimos*. Vocat Apollinarius ἐρασὰς κλίσιω. De tabernaculorum varia significatione dixisse me alibi, jam monui. Rectè cum hic subdatur cognomen Domini virtutum, idest exercituum, cœlestiumque militum, nominantur tabernacula; deinde atria, ut indicetur amplitudo cœlestis habitationis, *quemque magna sit domus Dei, & ingens locus possessionis ejus* d, &, *multæ in domo Patris mansiones*. *

b *Epist. 86.*

c *de mortal.*

* *Baru. 3. 24*

d *Joan. 14. 2.*

e *Supra.* Δυνάμεις.

Domine virtutum.) Cyprianus *e*, *Deus virtutum*, Hieronymus, *Domine exercituum*. Exercitus Hebræa vox צבאות *tsevaoth* significat, & Græca δυκάμεων, ut multoties notavimus: non autem virtutes morales. Usurpat Apollinarius nomen σθενέων. At hoc non ita in usu est pro Angelis, de quibus hoc, & aliis locis alia dicta nomina usurpantur. Quid hic digrediar in laudes tabernaculorum æternorum, quæ sensu saltem mystico, appellata dicere possumus ad Baalam *pulchra*, *quoque fixerit ipsemet Dominus* f? Videntibus Creatoris habitationem, angusta est omnis creatura, inquit Rupertus *g* tractans de discipulis, quos invitavit Christus, ut venirent, & viderent ubi habitaret *h*. Dilecta erant Nepotiano tabernacula externa Ecclesiæ ac templi, quod tam pia sollicitudine curabat, colebat, ornabat, ut Hieronymus *i* testatur. Hoc est diligere decorem domus Dei, & locum habitationis gloriæ ipsius, ut vidimus Psal. 25. *K* Christi circa domum Dei Patris sui dilectio *zelotypa erat* l. Decet quoque quemlibet erga familiam præsertim sacram, cui adscriptus est, affici eximio quodam amore secundum Deum.

f *Nu. 24. 5.*

g *lib. 2. in Jo.*

h *Joan. 1. 39.*

i *ad Heliod.*

Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.) Hieronymus, *desiderat*, *&c.* In Psalterio Romano, apud Gregorium *m*, *concupivit & defecit*. Augustinus *n*, *desiderat & deficit*; Cyprianus *o*, *desiderat & properat anima mea ad atria Domini*. Ejus est, ait, in mundo diu velle remanere, quem mundus oblectat, quem sæculum blandiens atq; decipiens illecebris terrenæ voluptatis invitat. Neque Græcum verbum ἐκλείπει, neque Hebræum כלרה *chaletbah*, *properare* significant. Euthymius tamen monet *concupiscere* positum, pro festinare. *Recordatus* vates noster Dei ubi esset, suosque beatificaret, *effudit in se animam suam* p: Ecthasin Paulus passus *nesciebat an in corpore, vel extra* q: Petrus visa transfiguratione, nesciebat quid diceret *r*: Regina Saba post Salomonis auditam sapientiam *non habebat ultra spiritum* s. Contemnunt immortalitatem, qui mundo ut φυσία (piscium genus,) ideſt, marinis petris adhærescunt, vel quemadmodum senex Ithacensis, (hoc est Ulysses *t*) ipsum hunc fumum non autem veritatem cœlestemque patriam concupiscunt, ut scribit Clemens Alexandrinus. *u* Nazianzenum *x* respirare non sinabat hinc gloria ventura, hinc judicium, ex quibus illam desiderabat, deficiente anima in salutare *y* Dei, istud horrebat, ac vehementer effugere cupiebat. Basilius *z* turpia cuncta, & rejectitia conspici affirmabat, *& ut stercora* a ei, cui pulchritudo divina semel affulsisset. Augustinus *b*, effundit sese sæpenumero in jucundissimam contemplationem amoremque divinæ felicitatis. Docet *c* per defectum indicari desiderium boni nondum quidem adepti, sed avidissime concupiti. Defectum istum in concupiscente Ambrosius *d*, ait significare, quod quando majore desiderio excitata fuerit anima cupiens adhærere salutari tuo, tanto magis deficit: & quod ista defectio imminutionem quidem fragilitatis, sed assumtionem virtutis operatur. Addit in explanationem præsentis loci, quod ante concupiscens anima, & quasi totam se effundens in concupiscentiam, longo fine suspensa defectione dissolvitur. Confirmat exemplo Jeremiæ *e*. Congruit doctrina Gregorii *f*, qui in auctoris sui amore roborantur, quo magis in concupita Dei fortitudine convalescunt, eo à propria virtute deficere: & quo robustius æterna appetunt, eo à temporalibus salubri defectione lassari: rectè nostrum Prophetam *concupiscendi* verbo verbum *deficiendi* subjecisse, quo-

m *4. moral. c. 30. vel 39.*

n *10. de civ. cap. 25.*

o *de mortal.*

p *Psal. 41. 5.*

q *2. Cor. 12. 2.*

r *Luc. 9. 33.*

s *3. Reg. 10. 5*

t *Hom. Odyss. 1.*

u *in paran.*

x *Orat. 7.*

y *Ps. 118. 81.*

z *in Ps. 44.*

a *Philip. 3. 8.*

b *in soliloq. c. 22. de spiritu & anima in ps. 48. & 86. & concio. 20. in ps. 118.*

c *Concio. 20. in ps. 118.*

d *in ps. 118. oct. an. 12.*

e *Cap. 20, 9.*

f *4. moral. c. 30. vel 39.*

Aniam qui ad apperenda æternitatis atria accenditur, dignum profecto est, ut ab hoc temporalitatis amore lassetur, ut tanto frigescat ab studio sæculi, quanto surgit ardentior in amorem DEI. Profert exempla sponsæ, cujus *anima liquefacta est ad sponsi sermonem* g: Danielis *h*, *qui ad visionem Dei languit & ægrotavit*. Jacob, *qui cum Angelum tenuit, uno mox pede claudicavit* i. Tandem scribit *k*, quod concupiscunt, sed non deficiunt, qui jam quidem cœlestia appetunt, sed adhuc tamen à terrenorum delectationibus minimè lassantur; utrumque facere, *quorum vita abscondita est cum Christo in Deo* l, & dum internis gaudiis mente appropiant, vitam in se funditus corporeæ delectationis necant. Suppetunt alia exempla Sanctorum, qui capere vim, & ardorem divinæ consolationis nequibant, ita ut vel ad solum nomen paradisi raperentur: quod de sodali quodam Francisci proditur *m*; & quod Ephrem *n*, nostroque Xaverio *o*, supplicarent retrahi & contineri, quia ferre non possent, dicerentque, sufficit, satis est Domine. Bonum hunc defectum ab inferioribus ad superiora nominat Augustinus *p*, quando *deficit cor & caro in DEO cordis* q, ut per cor caro mundetur, solusque sit nostra pars Deus. De caussis septem, ob quas cœlestia tabernacula dilecta diligendaque sint, agit Hugo propter libertatem, quæ ibi est: lætitiam veram & puram, cupitorum adeptionem: pacem continuam, & indeficientem: omnimodam securitatem: perpetuam sanitatem: honestissimam societatem. Pluribus hæc ille, & his adhuc plura, quæ asserre non difficile est, amplificari possunt, & exaggerari.

g *Caus. 5. 1.*

h *Cap. 8. 27.*

i *Gen. 32. 31.*

k *8. moral. c. 15.*

l *Coloss. 3. 3.*

m *in annal. Francis. de Egidio.*

n *in vita.*

o *in vita.*

p *Eonus est defectus ab inferioribus 10. de civ. cap 25.*

q *Ps. 72. 26. ad superiora*

Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.) Hieronymus, *laudabunt Deum viventem*.

Monet vero *r* Suniam, & Fretelam, ne curent quod aliqui legant in singulari, *exultavit*, intelligi enim, & de corde, & de carne: esseque ineptas & superfluas contentiones, ubi nulla est sensus mutatio. Interpretes nostri vertentes in præterito pro futuro, ut sæpe faciunt, melius expresserunt vim verbi ירננו *jerannenu*, quod *clamare*, *ovare*, *gestire*, *exaltare vocem*, & *exultare*, seu *exilire*, atque alia similia significat, ut crebro vidimus. De *vivi* epitheto, ut Deo tribuitur, lege quæ dixi Ps. 41. *f* & sæpe *cordis* nomen pro animæ sumi magis interiore parte seu superiore, *carnem* pro inferiore, alibi docui. Vivum cognominari Deum verisimile est hoc loco, si captivi loquuntur, ut perstringantur gentes idolorum cultrices, apud quas detinebantur. Euthymius hoc insinuat: item quia Christus è mortuis resurrexit. Adde, quoniam ab eo vita est præsens ac futura, mortalis & ærumnosa, immortalis & beata, vita naturalis gratiæ, gloriæ: ut melius dici ζωὴς posset ἀπὸ τῶν ζώντ, quam falsus Gentium Deus. *In Deum vivum* docet Augustinus *t* hic dicere Prophetam, ut ostendat, quod totum quod non pertinet ad Dei cultum debemus habere quasi mortuum. Paraphrastes pro חי *chai* dixit קים *Kaijam permanentem*, quasi qui permaneat semper in vita, & semper idem ipse sit. *Spe gaudemus* u, lætamur audientes ituros nos in domum Domini *x*. Redundat ex parte rationali insensitivam *y*, atque in carnem ipsam etiam per externa signa, honesta divinaque lætitia, quando magna est, & pars illa superior spiritu Dei acta, subjicit sibi, alioqui repugnantem sensum & carnem: & *Qui spiritu facta carnis mortificatus vivit* z. Deo placet vivo, per quem quoque vivit, *Nec jam ipse, sed in ipso ille*, sive *Christus* a: & *Qui spiritu ambulans, desideria carnis non perficit* b, efficit ut caro ipsa spiritus desideriis consentiat, eumque exultante *c* in Deo; exultet. Hoc est *Ungere caput*, *& faciem lavare etiam jejunando* d: hic est cum passere turtur, de quibus mox, ut Rupertus *e*; prior in cœlestem domum tendens, secundum spiritum; posterior secundum carnem in præsenti tabernaculo laborans. Denique *animus gaudens ætatem floridam facit* f. Testimonio fuerint sanctissimi viri, ut Romoaldus, in longæva vita, vultu semper sereno, læto, hilari, ad pium omnes gaudium provocante. Idiota g tunc asserit hominem perfectum esse, quum non solum anima ejus, sive cor, sed & caro in Deum fertur. E contrario accidit nonnumquam ex interno pœnitentis dolore, pœnalis quidam in sensu, & carne quoque dolor, quem Thomas *h* Aquinas pœnitentiæ passionem vocat, & simul actum virtutis, quatenus videlicet electioni subest studiosæ voluntatis, ut Paludanus, observat.

r *Epist. 135.*

s *vers. 3.*

t *lib. 50. hom. 33.*

u *Rom. 12. 12.*

z *Ps. 121. 2.*

y *Rom. 8. 15.*

z *Gal. 2. 20.*

a *Gal. 5. 31.*

b *1. Reg. 2. 6 Luc. 1. 47.*

c *Matt. 6. 16*

d *in Exod. c. 25.*

e *Prov. 17. 22*

f *in Ps. 15. 10.*

g *Bibl. Patrum. Pœnitentiæ passio.*

h *3 p. q. 85. a. 1. & in 4. d. 14. q. 2. a. 2.*

Hi tamen affectus in corpore nec semper sequuntur, nec sunt necessarii, ita ut nõ liceat necessario ex his argumentari

tari de actibus internis; quia pendent ex dispositione corporis, quæ non est in nostra potestate. Eadem de caussa, ut sensus promtius obediat rationi circa virtutis actus, collocant aliqui habitus in eo aut naturales, aut etiam supernaturales. Qua de re consulendus idem Doctor Angelicus *a*; qui vult præterea *b* prudentiam consistere in sensu interiori minus principaliter, & per quamdam applicationem pertingere ad sensum *c*: & in hac vita per actus scientificos, qui fiunt per conversionem ad phantasmata, produci in sensu quemdam habitum respicientem objecta materialia scientiæ, seu res ac propositiones scitas. Alii tamen contendunt hujusmodi habitus necessarios non esse. Quidquid sit, concedere debemus cum eodem Thoma *d* interpretando præsentem Psalmi locum sub persona Christi, etiam illius carnem exultasse in Deum vivum, non per actum carnis ascendentem in ipsum, sed per redundantiam à corde in carnem, in quantum appetitus sensitivus sequitur motum appetitus rationalis. Fulgentius *e* hunc usurpans locum tamquam in persona Christi, ut probet hominem totum ab illo susceptum, ait, animam intellectualem significari per cor, quod exultasse dicitur cum carne. Lege, quæ ad hunc locum de spirituali lætitia in carnem redundante conducant, in Ps. 62. *f*, ad ea verba, *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.*

a 1. 2. q. 56. a. 4. & q. 58. a. 3. ad 2.
b 2. 2. q. 47. a. 3. ad 3.
c 1. p. q. 89. a. 1.
d 3. p. q. 21. a. 2. ad 1.
e L. ad Thrasimundum c. 10.
f vers. 2.

Vers. 4.) Etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum, Rex meus, & Deus meus.

Sensus loci.

DEsiderii sui tanti & ardentissimæ voluntatis, qua gliscceret ac gestiret Deum videre vivum, se se ac suam præsentiam peculiari modo in tabernaculo, atrio, templo exhibentem, sed in cœlo clarissime, comparatione illustrat & probat ex aviculis, passere atque turture, quæ sibi naturæ quodam instinctu pulliq; opportunam inveniunt & conficiunt habitationem, ut ab injuriis cœli, & rapacium bestiarum defendi possint. Ad eumdem, inquit, modum ego passerculo fugitivo similis, atque turturi gemebundo, tua investigo altaria, & ad illa confugio, & reperire percupio, ut in illis, ô Domine mi rex, Deusque, quem circumdant exercitus Angelorum, præsque hominum exercitibus, conquiescam, securusque ac tutus ab omni hostium & malorum incursu degam. Si quas dixi aves, hisque hac in re similes hirundines in hominum quoque domibus, è quibus major impendere illis metus deberet, nidos construunt, egone solus quietem nusquam reperiam? ô altaria, altaria! quam sola me vestri recreat memoria, nomenque oblectat? quanta perfundor lætitia, contemplans, quæ in iis delitescunt mysteria? in primo altari, quod in atrio est, occurrunt menti signa divini sanguinis, quo sumus redimendi, monetque hostiarum cædes, quam sit nequitia nostra magna, & æterna morte dignissima, quam non nisi morte immaculati agni, *qui unus tollat peccata mundi*, vitare valeamus. Si reflecto cogitationem ad aureum sacratius altare, in sanctioris introitu loci, ad suavissimos Deo adolendos odores, considero fragantiam ascendentium directarumque ad Deum piarum precum & laudum divinarum. Hic sensus optimus, sive repetas ex superioribus concupiscere, deficere animam, exultare, & jungas altaribus, sive ut abrutam & præcisam orationem accipias, *altaria tua Domine*, &c. qualis amantium solet esse, vehementerque aliquid appetentium. Nam Coritas dum taxat loquentes inducere, ut sentit Agellius, nimis angustum est: qui nempe significent pro loco & nido sibi altaria fuisse, *de altari participasse ac vixisse*, cui ministrabant *g*: victum inde sibi præbitum tamquam de nido. Nec placet altaria referri ad passerem turturemque, qui propter desolationem templi, quam captivi defleant, in eo nidificaverint, non liceat autem exulibus juxta altaria versari. Meminit Jansenius, Flaminius, Peregrinus, Herus, Agellius, eumque sensum probant Vatablus, Faber, Campensis, Genebrardus, & ante omnes Trevetus.

Etenim passer invenit sibi domum.) Domus pro quovis receptaculo sumitur, ut docui Ps. 44. *h*, *à domibus eburneis*. Pro passere Paraphrastes *columbam* posuit יונה *jonetha*, & de illo ac turture subdit, quod legitimi sint pulli, ut offerantur super altare Domini. Ex avibus hæ ad sacrificia ordinariè adhibebantur: *passeres* ad id, quod fiebat pro leproso *i*. Nisi malis & ibi & hic *passeris* nomen sumi pro

g 2. Cor. 9. 13.
h vers. 5.
Ex avibus, quæ ad sacrificia adhibeantur.
i Lev. 14. 4.

Aqualibet avicula. Hebraicè צפור *tsippor*, ut Psalmo decimo *K* docuimus. Nihil quidem refert, quæ avium species exprimatur, dummodo nidulentur cum cura sive in domo quam incolunt homines, sive alibi: tamen adjectum sequens nomen *turturis*, indicat passerem pro certa specie usurpari. Quidquid autem sit de vocabulis Hebræis, Interpretes ac Enarratores species duas diversis nominibus intelligi voluerunt.

Augustinus, & alii cordi & carni passerem turturemque attribuunt, ut corde, quod prius exultasse dicebatur, cogitetur Deus, carne agantur opera, tum alia, tum pœnitentiæ, (quia turtur solitariè degit ac gemit) reponenda tamquam pulli in nido beatitudinis; adde hic dum vivimus cum Hugone, in statu pœnitentiæ, vel arctioris vitæ, juxta illud *l*, *In nidulo meo moriar*, aut in vulneribus Christi (id Bernardus *m* quoque scribit) vitæque ipsius asperitate: denique in Ecclesia tùm mystica, tùm materiali: Nam Ecclesia mystica nunc infirmos filios suos in nido pacis enutrit, amore conditoris gemitus crebros edens, fideique, ac mentis pacatissimam quietem construens in qua illos crescentes, quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora evolent, charitatis gremio calefactos fovet, quum jam passer sibi domum invenerit, idest Redemptor æternum cœli habitaculum intraverit, ut Gregorius *n* docet. Idem Hugo persequitur proprietates passeris ac turturis secundum tropologiam, Passeris bonæ sunt istæ,

Prole potens, hominum vicinus, & hostia lepræ:
Callidus, & cantans, hyemans, cibus est, volat, ignit.

Malas ejusdem volucris continent hi alii versus,

Lascivus, nido molli, perit igne, caducus,
Vilis, rivalis, leprosus, stercorat aras:
Ova calent veneri, fur frugum, templa columbis
Aufert, venatur muscas, parvus, male mordet.

Quamquam vero testatur Hieronymus *o* numquam se passerem in malam partem legisse, ostendi contrarium Psalmo 10. *p* & miror eum, qui nomen gerit Hieronymi, hoc loco asserere etiam passerem castissimum esse, quem constat esse falacissimum,

De turture hoc modo in bonam partem.

Fulva, gemens, nescit bis nubere, nuntia Veris,
Simplex, constipans, montes colit, arbore fœtat.

Ayguanus, laudat in passere nidificationem in editis locis, foraminibusque parietum: temperantiam quamdam cibi, & patientiam: in turture castimoniam, mœstitiam, loci munditiam. Rickelium pœnitentem comparat cum passere, qui locum inveniat sibi misericordiæ in Ecclesia, factus ex mobili, vago, libidinoso, petulante, inhabitator altitudinis virtutum, earum opera in Christo abscondens: virum perfectum cum turture, quia desiderio rerum cœlestium gemit, in petra, qui est Christus, nidificat: pro gaudiis mundi gemitui vacat, idest, contemptui rerum terrenarum. Bernardus *q* passerem ac turturem accommodat ad religiosæ vitæ ordinem duplicem, contemplativum & practicum. Ait autem quod passer naturaliter vitiosus, mobilis, levis, importunus, garrulus pronus in libidinem, denotat juvenum naturaliter calidum, sanguinem, fervidumque animum, ætatem labilem, curiositatem inquietam, mutatam in virilem maturitatem, serium animum, castum, sobrium, pertæsum exteriorum quantum potest, & intra semetipsum recondentem semetipsum: item quod turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exemplum castitatis in inferioribus fœcundans, significat humilem religiosum ad charitatis quoque fraternæ opera descendentem. Ambrosius *r* videtur utramque volucrem interpretari de castitate: in hoc enim nostro corpore nidum esse pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiscentiæ: & ubi ante partus deformes nutriebat libido, ibi decoræ castitatis adolescere hæreditatem. Tamen quo pacto passer pudicitiæ symbolum possit esse, dixi prius me satis non intelligere. Augustinus *s* tradit in passere & turture Salvatorem significari, quia passer perparva avis est, turtur pudicissima: Salvator autem docuit primus humilitatem & castitatem: domum ejus esse Ecclesiam Dei, & conventum populi Christiani, hanc Domum Salvatorem ingenti pietate quæsiviisse & inveniisse, atque peculiariter diligere, quam peculiariter suo sanguine comparavit: in hac domo congregasse & reposuisse pullos suos, ut doctrinam audiant, & ab insidiis diaboli tuti sint. Quocirca mysticè passer vel Christus est, vel quivis justus, & hic quidem variis modis,

k vers. 1.
l Job 29. 18.
m Serm. 61. in Cant.
n 19 Moral. c. 16. vel 24.
o in Eccl. c. 12.
p vers. 1.
q de vita solit. ad fratres de monte Dei.
r de Noe & arca, c. 6.
s lib. 50. hom. mil. in 33.
Sensus mysticus.

ut

ut dixi hic, psalmoque decimo *a*, nidus Ecclesia mystica & materialis, cœlum, anima, seu conscientia, vel corpus, eodemque modo domus. Documenta dat nobis Deus ex brutis etiam minimis, ut ex *formica* b & aliis, maximè ex minore avium genere, ut Aristoteles *c* scribit: Virque Deo deditus, ut sapienter ac religiosè Titelmanus notavit, & vitæ spirituali totus intentus in omnibus vel minimis animalculis invenit unde boni aliquid discat, discit unde se ipso melior evadat. Domesticum possum proferre B. Ignatii nostri exemplum, præter tot aliorum sanctorum. Eumdem Titelmanum lege differentem piè de studio aptam sibi domum, nidumque spiritualem comparandi, & *conversationem in cœlo habendi* d. Illud etiam rectè admonet comparationem hic ductam ex maximè notis avibus, quæq; in magna copia essent, utpote quod *passeres duo venirent asse*, *& quinque dipondio* f; *pauperum autem oblatio par turturum esset* g. Vel altera species avis garrulæ, audacis, temerariæ, non verentis humanas domos; & alterius quietæ, meditabundæ, gemebundæ, meticulosæ, solitariæ, comprehenderetur cunctarum universitas avium. De passere plurima Ulysses Aldrovandus in Ornithologia *h*.

Et turtur nidum.) Addunt, (*sibi*) Psalterium Gallicanum, Augustinus, Cassiodorus, estque in textu Hebræo, & Græco, Hieronym (*avis*) immò Trevetus recitat dumtaxat, *siquidem avis invenit domum sibi*, omissa mentione de passere. Chaldæum quoque nomen שפנונא *sciaphnina turturem* significat: quam vis-שפן *sciaphan* Hebraicè sit *cuniculus*, & *lepusculus*. Quo pacto similitudo traheretur non ex ave dumtaxat; cujusmodi illa Christi *i*, *Vulpes foveas habent*, & *volucres cœli nidos*, *filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum*. Sed nidus avibus solis convenit. Vocabulum autem Hebræum hujus loci דרור *deror* Hebræi, & hebraizantes *hirundinem* reddunt. At R. Moses Nehmanides, quem citat Genebrardus, Hieronymo consentiens, putat esse nomen commune cunctis aviculis, liberè per domos, urbes, agros, volitantibus, & vagantibus. Et rursum Hieronymus *k* exposuit צפור *tsippor avem*, sed דרור *deror passerem*, hunc, ut existimo, pro volucre genericè sumens. Ut necesse non sit, quod Richardus Cenomanus bene Fabro respondet, hirundinem exprimere, quia nidis faciendis circa templa, de quibus Psalmus meminit est frequens. Non defuit ratio melior tamen alioqui commune restringendi ad turturem: nec volebat vates nidulantes præcisè in domibus, templisve ponere. Canit de hirundine Virgilius *l*

Garrula, quæ tignis nidum suspendit hirundo.

& Anacreon quod,

Κατ' οἴκους μερόπων ἁρπάζει χελιδών
Per ædes hominum strepit hirundo.

In construendo quoque nido excellit hirundo, teste Aristotele *m*, Plutarcho *n*. Plinio *o*, Æliano *p*, Basilio *q*, ita ut ab ea Doxium cœli filium lurei ædificii accepisse inventionem idem Plinius tradit *r*; & Pierius *s*, ædificationis studiosum scribat, quique ampla ædificia, vel etiam oppica condiderit, per hanc aviculam nidum facientem hieroglyphicè depingi. Turtur montibus delectatur, ac verticibus arborum, aeria idcircò cognominata à Virgilio. Omissis aliis de turture, quæ attigimus antea; (fusius autem tractantur ab Ulysse Aldrovando *t*, cujus meminimus) notatu dignum quod Ambrosius *u* narrat, hanc Dominum huic avi minusculæ infudisse prudentiam, nido suo, ne pullos suos incurset lupus, squillæ folia superjacere: nosse enim quod hujusmodi folia lupi fugere consueverunt. Subdit documentum: Novit avicula quo modo posteritatem foveat suam, & tu ignoras, & tu negligis, quo modo adversum lupum nequitiæ spiritalis posteritatem vitæ hujus habeas tutiorem? Difficile id creditu, quum turtur nonnisi alte niduletur, quo lupis aditus non patet. Tandem observat Beda, *turturis* nomine carnem tropologicè intelligendo nidum, animæ per *passerem* intellectæ, domum dari, quoniam animæ convenit magis per se *mansio permanens in cœlo*, *carni terrestris habitatio* x *luteaque domus* y, & opera etiam virtutum, quæ faciat, temporalia sunt. Quo pacto sit Christi typus, quod asserit quoque Hieronymus z recitat ex Antonio Patavino pluribus verbis Aldrovandus.

Ubi ponat pullos suos.) Legunt, *reponat*, alia Psalteria, Augustinus, Cassiodorus, Gregorius *a*, Bernardus *b*, Ambrosius *c*. Idem Augustinus *d* ait idem esse si legamus, *congreget*. Græcè in futuro θήσει *ponet*. Aquila θέτο *posuit*.

Altaria tua.) Paraphrastes explicat nominatas prius aves oblatas super altare. Non ita hoc ad rem facit, & altaria plurali numero non fuerunt ad unum holocaustorum restringenda. Prius autem docui vel eclipticum hic orationem esse gementis, & anhelantis, vel pendere ex præcedentibus verbis concupiscendi, exultandi, &c. De mystica interpretatione altaris holocaustorum pro corde nostro, lege Ayguanum.

Domine virtutum.) Hieronymus, *exercituum*, sicut, & in primis Psalmi verbis. Stipatur etiam Deus assidens veluti altaribus, exercitibus Angelorum, & sacris, ipsis ministris potest militiæ, exercitus, Sabaoth appellatio tribui. Vocatur quoque altare Ariel, ut placet Hieronymo, quod juxta etymon, vel ibi fortitudo Dei sit, vel leo, vel illuminatio: ex quibus notionibus duæ primæ militare quid sonant.

Rex meus, & Deus meus.) Regia plane vox, de qua in Psalmo prius 5. *e* & 43. *f*, ut quantus quantus quis Rex sit, suum agnoscat Regem Deum. Felix respublica, in qua est θεοκρατία & Dei auctoritate præscriptoque cuncta geruntur, ut non tam *Gedeon filiusve illius* g, hoc est, homo, cui tamen dominandi jus ac regnandi potest esse, dominetur ac regnet Deus, *per quem reges regnant* h, & *cujus est regnum, ipseque dominabitur Gentium* i.

Vers. 5.) Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

MEritò se tantum sentire, tamque ardens tabernaculorum visendorum, atriorum, altarium, domus Dei seu templi, desiderium confirmat, quia felices, quibus ibi datum habitare, commorari, velutique nidulari, ut jugi Deum laude concelebrent, deque divinis rebus perpetuo meditentur ac tractent, cum Deo semper familiarius, & jucundius conversentur, qua re nihil melius, & felicius contingere potest, nihil Deo gratius, *qui sacrificio laudis honorificetur* k, & in quo sacrificio cetera sacrificiorum genera comprehendunt. Conveniebat id quidem Levitis propria quadam ratione, de quibus etiam sub Coritarum nomine velle quosdam dixi hoc Psalmo agi: aliis tamen etiam quibus frequentare locum sacrum licebat, & rei interesse divinæ. Possumus hac ipsa de causa multo feliciores censere Christianos clericos quidem, & religiosos præsertim, qui in ipsamet habitant domo sancta Dei, & frequentant sacra, & laudes Dei, sed ceteros quoque, quibus idem pro suo conceditur modo, statu, conditione. At isto sacrificio laudis multo verius, & perfectius honorificatur in cœlo à beatis Deus, immò propriè ab illis dumtaxat, quia non sunt præsentis mortalis vitæ sæcula sæculorum, sed fluentia tempora. Istius magnitudinis præstantiamque beatitudinis Augustinus omnium optimè declarat hìc, & alibi *l*, demonstrans in alia re ulla creata esse non posse, inductionem faciendo per præcipuas, & quas appetere homines magis solent, earum vero, Dinquit, immo & honestarum, quæ nunc exercentur, actionum in hac vita mater est necessitas, & indigentia; qua caretur in patria, ubi habebuntur omnia, agenturque sine necessitate, & indigentia: ac totum negotium nostrum sine defectu erit halelujah, idest, laus Dei, quia non deficientes ab amore, non deficiemus à laude, & ubi amor sempiternus, quoniam insatiabilis pulchritudo, sempiterna & laus erit. Diceres nos, comparatos cum beatis, esse similes illis, qui musicas tantum notas canunt; norunt enim longe melius verbum æternum, Deumque quem clare vident. Illi artem canendi certam tenent de sua jam certi securique felicitate, nos non nisi, *quum tremore exultamus* m; *requiem non habent dicentes sanctus, sanctus* n, *quum nos deprimat terrena inhabitatio multa cogitantes* o, & cantum intermittere cogat: ne quidem tantillo tempore, quo id usurpamus, tota semper facimus animi contentione, vel attentione, ac plena, ut ita dicam, consonantia: sed & remittitur noster veluti harmonicus tonus, permiscendo laudi preces, ac petitiones. Quanto plus vident beati, ait Bernardus *p*, plus intelligunt, plus agnoscunt, tanto plus diligunt, tanto magis laudant, tanto amplius admirantur. De beatis hunc quoque Cyrillus *q* locum intelligit, & Procopius *r*. Hinc porro confutatur perniciosus error, non solu n qui æternitatem negat animæ, sed

Sensus loci.

qui nescio quæ alia comminiscitur, vel de corporali beatitudine millenaria, vel de alia, quæ futura sit alibi, quam in Deo. Auctores collegit, atque refellit in thesauro suo Jodocus Coccius *a*; nec eget res adeo clara pluribus.

a lib. 16. art. 9

b Serm. in can. Ezech.

Elicit hinc adhuc Bernardus *b*, simulque ex Ezechiæ cantici, quod explanat verbis, *Domine salvum me fac, & Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ, in domo Domini*, quærendam salutem non ut pœnas vites, aut in cœlo regnes, sed ut Deum in æternum cum illis laudes, qui hoc loco beati dicuntur, quod habitantes in domo Domini, in sæcula sæculorum laudent eum. In septem Sapientum symposio, de quo Plutarchus *c*, quum injectus sermo esset, quænam maximè felix domus foret, pronuntiavit Solon, in qua pecuniæ bono comparatæ modo, nec earum custodes haberentur infidi, nec erogatis subsequeretur pœnitentia: Bias, in qua per se dominus existeret talis, cujusmodi extra est ex lege: Thales, ubi pingui otio domino perfrui liceret: Cleobulus, si plures multo essent, qui dominum amarent, quam qui reformidarent: Pittacus, quæ tùm necessariis, tùm redundantibus superflueret: Chilon, quæ administrationi regiæ assimilis esset: Lycurgus, quæ democratiæ. *Beatum dixerunt isti populum, cui hæc sunt* d: sed *beatus populus, cujus dominus Deus ejus*: in quo, & in cujus dome illa eadem, multoque plura, ac meliore & perfectiore sunt modo: tum illud Thaletis pingue otium atque adeps & pinguedo, quæ replens animam, facit *ut beatus labiis exultationis, oreque laudet Deum* e. Non tam beatus quis suomet proprio bono, quam Dei laude gloriaque, ut ideo passim *gloriæ* vocabulo beatitudo ipsa, inter causas alias, nominari soleat. Quum Angelicæ substantiæ politia in cœlis, corona æternitatis, bravio, assignat beatis Tertullianus *f*, gloriam in sæcula sæculorum, ut scilicet exemplo Angelorum una omnes *in templo illo cœlesti dicant gloriam* g, & sint Judæi secundum spiritum, confitentes & laudantes Deum, *& cantantes canticum in terra Juda* h, hoc est, in terra viventium, ubi sicut *laus unicuique à Deo* i, ita Deo ab unoquoque beato, ibi gaudium & lætitia, gratiarum actio, & vox laudis *K*. Nec enim dubitandum, quin laus Deo per os deferenda sit post resurrectionem à beatis, & sono vocis totoque corpore, non animo solo. Admoneor, ait Augustinus *l*, etiam sancto cantico, ubi lego vel audio; *Beati qui habitant in domo tua, Domine in sæcula sæculorum laudabunt te*; Omnia membra, & viscera incorruptibilis corporis, quæ nunc vidimus per usus necessitatis varios distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei. Subdit quod omnes harmoniæ corporalis numeri externi, interni cum ceteris rebus, quæ ibi magnæ ac mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem, rationalis pulchritudinis delectatione succendent: denique, quod erit Deus finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur; hoc minus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus sicut ipsa vita æterna communis.

c in sympos. septem Sapient.

d Ps. 143. 15.

e Psal. 62. 6. Gloriæ vocabulo beatitudo ipsa solet nominari.

f ad martyr. cap. 3.

g Psal. 28. 9.

h Esa. 26. 1.

i 1. Cor. 4. 5.

k Esa. 51. 3.

l 22. de civ. cap. 30.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine.) Additum est (*Domine*) nec est in Psalterio Gallicano seu Ambrosiano, non solum in textu Hebræo, Chaldæo, Græco. Chaldæus autem vertit, *beati justi, qui habitant in domo sanctuarii tui in sæculo isto*, quamvis in editione Nebiensis desint ultimæ dictiones tres.

In sæcula sæculorum laudabunt te.) Hieron. *adhuc laudabunt te.* In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, *in sæculum sæculi*; apud Arnobium, *in æternum.* Particulam עוד *hhod*; ita nonnulli explicant *m*, quum significet, *adhuc*; ò beatos cum qui domi tuæ habitant, tùm qui te laudant, vel adhuc, semperque aderit, nec umquam deerit illis occasio laudandi te. Trevetus indicat de captivis esse sermonem, qui adhuc sperent fore, ut redeuntes in terram promissionis, templumque, laudare Deum queant. Tamen rectè Hebræam particulam Interpretes transtulerunt, quia significat semper aliquid supereſſe, hoc autem loco, semper supereſſe futuram laudem, valet עוד *hhod*, sicut & עד *hhod sæculum*, vel *æternitatem*, quod exponi solet per *ultra*, *durationemve absque fine*. Paraphrastes duplicis temporis distinguit laudem, præsentis ac futuri, *Beati justi, qui habitant in domo sanctuarii in sæculo isto, rursus laudabunt te in sæcula sæculorum.* Exercent se videlicet in hac vita justi in eo opere: quod semper in futuro factitaturi sunt: hicque quoad licet, *benedicunt Dominum in omni tempore, & semper laus ejus est in ore illorum* n, donec eo perveniant, ubi nihil sit quod continuam laudem impediat vel retardet. Quæ res quia summi momenti est, valdeque serio meditanda, & maximi facienda opportunè hic collocatur סלה *selah*, & διάψαλμα, cujus iste unus, inter alios, usus dicitur, ut aliquoties monui.

m Campensis

n Psal. 33. 2

Vers. 6.) Beatus vir, cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.

Vers. 7.) In valle lacrymarum, in loco quem posuit.

SPes dilata affligit animum o, & quidem quo ardentius desiderium sperate rei fuerit. Propterea quum exposuisset vehementiam desiderii Propheta, & ut Augustinus loquitur, flammans desiderium in domum Dei, & in laudes DEI, & id accendisset in se, dum considerat quam felices essent, quibus potiri contingeret re illa desiderata, revisendi nimirum divina tabernacula, atria, altaria, domum Dei, seu templum, ait felices etiam esse, qui, quamvis hoc nondum consecuti sint, tamen spem omnem suam in Deo collocant, ab eoque omne auxilium & robur expectant; tali verò confisi ac freti auxilio, licet degant in loco humili, plenoque miseriarum procul à patria, tamquam in valle lacrymarum, nihilominus certè apud se sunt, omninoque ab ingenti spe permoti, decreverunt redire & ascendere in optatum illum dictum locum, quem jam pridem Dominus constituit, atque tradidit ipsis ad inhabitandum, utque ibidem ab iisdem religiosa peculiari ceremonia coleretur, & persuadent sibi non defuturas à Deo vires, ad superandos labores itineris ardui, tandemque ad scandendos templi gradus, optat & ipse propterea considerata gravedine corporis sui, & mole carnis, & desperatione quadam suborta, divinum auxilium, rursusque in spem evigilat, ut ait Augustinus, *cupiens liberari de corpore mortis* per grariam Christi *p*. Aliis modis explanatur hic locus, de quibus postea; sed sensu mystico, quem simul indicavi, facilè applicatur ad auxilium necessarium, ut perveniatur ad patriam cœlestem, & ad virtutes, per quas illuc tenditur, ascenditur, pervenitur magis ac magis proficiendo in dies, dum hanc vivimus ærumnosam vitam.

o Prov. 33. 2. Sensus loci.

p Rom. 7. 24

Beatus vir, cujus est auxilium abs te.) Hieronymus, *beatus homo, cujus in te est fortitudo*. Hanc significat עוז *hhoz* sive *robur*. Idem *q*, ad Suniam & Fretelam monet melius reddi, *cui est auxilium abs te*, quam *cui est auxilium ejus*, etiamsi Græcè legatur ἔστιν ἀντίλημψις αὐτῷ, *cujus est auxilium ei*. Extat nunc tamen ϛ in dativo. Augustinus & vetus Psalterium, *cujus est susceptio ejus abs te, Domine*, id valet ἀντίλημψις. Additur quoque (*Domine*) à Psalterio Romano & à Cassiodoro, atque Chrysologo *r*, & αὐρε in emendatis codicibus Græcis. Ambrosius *s* legit, *cujus est ipsi auxilium abs te Domine*. Paraphrastes, ut solet, pro, *abs te*, ponit, *in verbo tuo*. *Non derelinquit Deus præsumentes de se ipso, sed præsumentes de se, & de sua virtute, humiliat* t; *& deficiunt oculi ad auxilium vanum* u, *qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem* x.

q Epist. 33. 5

Ἀντίλημψις.

r Serm. 85.

s de fuga sæculi c. 2.

t Judith 6. 15

u 1 Esdr. 4. 17

x Esa 40. 31.

Ascensiones in corde suo disposuit.) In aliis Latinis Psalteriis, & apud August., Chrysol. *y*, Ambr. *z*, Gregor. *a*, *ascensus in corde ejus*, apud Cassiodorum, *ascensiones in corde ejus*, rursus apud Gregorium *b*, *ascensus in corde suo*, etsi alicubi *c* usurpat lectionem nostram. Sed Chrysologus legit, *ascensus sui in corde ejus*. In quibus variis lectionibus differentia modica est, sumiturque pronomen (*ejus*) reciprocè pro (*suo*.) Hieron. in versione ex Hebræo, *semitæ in corde suo*. Alii, *viæ in corde eorum*, aut, *semitæ altæ*, quas propriè significant מסלות *mesilloth* seu vias, vel eminentes vias medias, exaggeratis lapidibus stratas. Sed pro verbo, *disposuit*, & διέθετο, est Hebræum participium עברי *hhover*, quod significat *transeuntes*, & inde novum versum ordiuntur Hebræi, ut postea dicam. Suspicatur Agellius vertisse LXX. in Imperativo διελθέτω, *transeat*. Tunc legissent verbum, non participium. Arbitror significari semitas illas in corde fuisse transeuntium, ideſt, transire ac redire volentium, ac viam iterque versus templum inire ac repetere omnino volentium. Quod LXX. per διέθετο, optimè declaraverunt. Si suspicionibus locus datur, verisimilior fortassis hæc mea, legendum (ר) *daleth* עברי *hhovede operantes*, quod verbum dicitur de labore & cultura terræ; quasi dicas, ascensiones, ideſt, semitas illas altas, in corde suo operantes, ac veluti elaborantes. Qui tandem est sensus expressus clarius à nostris Interpretibus. Paraphrastes pro ascensionibus aut semitis in corde, interpretatus est fiduciam in illo. Sic esset primus sen-

y Ibidem.

z de fuga sæculi c. 10.

a 30. Moral. c. 15. vel 18. & hom. 19. in Ezech.

b Lib. 7. epistol. in 126. cin Psal. 6. pœnit.

sensus, ut ascensiones in corde ponere, sit quod dici solet, esse erecto corde, quale est eorum, qui confidunt. Secundus Vatablum auctorem habet, quod haberent hi, qui aberant, animum studiumque suscipiendi itineris in domum Dei, & eo redire cuperent, seque redituros valde sperarent, nec aliud cogitarent magis, quam quomodo pervenirent, fidentes plurimum in auxilio divino, ut omnem vincerent difficultatem. Verbum Græcum διάταξιν, & Latinum, *disposuit*, cui nullum respondet Hebraicè, indicare videtur firmum propositum, & quasi pactum jurejurando confirmatum. Tertium refert Vatablus ex Hebræis, ut beati censeantur, allegoricè loquendo, qui perveniunt ad cognitionem Dei, habentque in sua mente methodos ac vias ad eum perveniendi, desiderando componere vitam ad illius mandata, sequiq; ab ipso præscriptam viam: non autem quod eis videatur; juxta Esaiæ *a* monitum, *hæc est via, ambulate in ea*. Quartus apud Agellium, ut sint ascensiones ἀναβάσεις מסלות *mesillot b* gradus illi, quos fecit Salomon in Templo ex linguis thyinis, sive *b* piceis, appellanturque his ipsis nominibus, Hebræo & Græco; quos gradus vir iste, de quo Psalmus, percupiebat, deperibat, in corde habebat. Mysticus ille tertius, & moralis sensus passim traditur à Catholicis enarratoribus, & ab aliis Patribus, quos citavi. Amando ascendi docet Augustinus, indeque cantari Canticum Graduum: Cassiodorus tot scandi gradus, quot quis auxilio Domini vitia vincit, totque quemque gradibus evehi, quot vitiis fuerit absolutus, & quantum in valle seu convalle lacrymarum, pœnitentiæque humilitate, satisfaciendo descenderit. Ex quo sequitur, ut quis virtutibus etiam ascendat, & provehatur, atque quotidie proficiat, *in priora extendendo se ipsum, præteritorum autem obliviscens* c, sicut è contrario, peccator descensiones in corde ponit, & quotidie decrescit, ut notat is, quem vocant Hieronymum. Facit hic idem præterea de Psalmis, quæ nominantur Graduum cantica mentionem, atque in singulis Psalmis procedere, proficere, ascendere in sublimiora, verbi gratia, in primo cantare; *Ad Dominum cum tribularer, clamavi*; in secundo, *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi*; in tertio, *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi*; & sic de aliis. Nazianzenus *d* agens de profectu in virtute, una cum loco isto usurpat illud idem de concinendis canticis graduum: præterea de fructu, qui à trigesimo per sexagesimum, in centesimum desinat *e*: item de Isaac, de quo proditur, quod *locupletatus ibat proficiens atque succrescens, donec magnus, vehementer effectus est* *.

Addit Scholiastes Nazianzeni Elias, cantica graduum esse quindecim Psalmos, inchoando sc. à 119. numero pares gradibus illis, qui erant in templo, in quos ascendentes illi, qui ad cantandum erant ordinati, illos ipsos concinebant; simul etiam in iis tractari de ascensu, redituque Judæorum Babylone Jerosolymam versus: sed sublimiore sensu, dici eadem canere qui virtute proficiunt, quia qui versatur in peccato, deorsum agit in Babylone, h. e. in confusione; inde autem non subito ascendit, sed gradibus quasi quibusdam, idest, progressibus virtutis, ut perveniat Jerosolymam quæ significat visionem pacis: denique ascendentes canere graduum cantica, descendentes vero Jeremiæ lamentationes. Gregorius *f*, in iisdem canticis graduum idem considerat, & quod ad templum quod ex vivis in cœlo lapidibus construitur, non plena aut spatiosa pervenitnr via, sed processu fidei, & charitatis ascensu: & ascensiones istas in corde beati viri disponi in valle lacrymarum, in qua exilii nostri damnationem deplangimus, & innumerabiles corruptionis nostræ deflemus molestias: hanc esse vallem quam sancti viri mentis affectibus, indesinenter exire disponant, & ad illud ineffabile bonum, ad illud inæstimabile gaudium ascendere, *quod nec oculus vidit*, &c. Attendit in quindecim templi gradibus vitam activam velut ex septem constantem, contemplativam ex octo, sive temporalem, & æternam: & Salomonem utramque petiisse (*da mihi Domine partem septem, necnon & octo*) sed hoc tantum accommodatitie, quia in Ecclesiaste *g* sermo est ad alium, ut benefaciat alteri; *da partem septem, nec non & octo*. Item, quod ille quindecim gradus ascendit, qui Dei amore correptus, temporalibus designatis per septem, gradatim contemtis, per scalas octo beatitudinum ad sublimia provehitur, *donec Deus deorum* (quod in hoc Psalmo subjicitur) *in Sion mentis oculis videatur*. Adderem etiam *quindecim cubitis elevatam aquis diluvii super montes aquam* h. Sed numeri decimi quinti mysteria, Psalmorumque quindecim, qui dicuntur cantica graduum, tractatio differenda in Psal. 119. Legatur interim Petri Bongi opus de mysteriis numerorum. Ambrosius *i* hortatur nos hac eadem sententia ad fugam sæculi. Quis tam beatus, ait, qui in corde suo semper ascendat? sed hoc sine auxilio divino qui fieri potest? Nullo profecto modo. Profert exemplum *retro respicientis uxoris Loth* K, & oppositum Pauli *ad anteriora extendentis seipsum* l, *festinantisq; ad bravium* m. Docet, qui vult ascendere, non læta sæculi, non amœna, non delectabilia, sed plena doloris, & fletus sequi. Videtur alludere vallem lacrymarum, de qua mox mentio. Gregor. *n* præterea ascensus, ascensionesve ad contemplationis altitudinem refert, quia quos exterius, inquit, in fletu continet convallis humilitatis, eos interius sublevat ascensus contemplationis. Interpretatur *o*, etiam profectum virtutum, dum peccator se lacrymis humiliter affligit in corde: tantoque verius intus ascendere, quando quis per convallem lacrymarum foris humilius jacet; honore onerosо (quod de se ipso deplorat *p*) hominem deprimi. Exterius proficiendo, interius cadere, dejici dum allevatur *q*, honoribus proficiendo, moribus cadendo. Chrysologum *r* credo accommodationis sensu recitare, *ascensus tui in corde ejus*, dum tractans de Domino Christo ascendente in templum *s*, scribit ascendere in templum pectoris, & cordis nostri, atque in humani cordis excelso ascensus Dei esse: in cujus templo hic non ascenderit Christus, illum cœlum non ascensurum cum Christo. Hoc nimirum est quod Bernardus *t* monet, non perventurum ad Deum in montibus gaudiorum, qui ascensiones in corde suo non prius disposuerit in valle lacrymarum: paucos post Jesum ire velle, quum ad ipsum pervenire nemo sit qui nolit; velle frui, non imitari, conregnare, non compati, optare novissima justorum, & mortem, non principia, & vitam; non curare quærere, quem tamen desiderant invenire, cupere consequi, sed non sequi. Repetit idem Pater *u*, humiliato corde ascendere Sanctos in cœlum de convalle plorationis, auxilio, & gratia Dei, in convalle plorationis, h. e. in humilitate vitæ præsentis: & nullum *x* Deo viciniorem gradum inter omnes quę sub cœlo habitant creaturas, quam animam humanam esse; propterea ambulandum nobis in via cordis. Joannes Vitalis Cardinalis *y*, ascensiones istas in vario virtutum genere consistere ostendit, quas enumerat, quemadmodum, & in commentario Ayguanus. Sponsam sponsus, vel amici sponsi cum quadam laudant admiratione *z*, *quæ est ista, quæ ascendit de deserto* idest, ut Nyssenus *a*, explanat, quæ in dies facit majores progressus in fide, charitate, gratia, majoraque ac venditiora hujus profectus, & perfectionis edit signa, immò tamquam in theatrorum pompa alium, & alium semper quasi personæ virtutis habitum assumit. Idem traditur à Psello *b*, & Ambr. *c*. Ascendendo, non volando attingitur summus scalæ gradus, quam vidit Jacob *d*, & quam ad hoc propositum Chrysostomus *e*, aliique mysticè interpretantur. Ejusdem vero Chrysostomi doctrina est, atque Gregorii *f*, quod nemo repente fit summus, sed paullatim ad culmen virtutis, quasique per gradus ascendit, & pervenit, quod appellat Paulus *g*, *Hominem qui intus est ac renovatur de die in diem*. Humilitas hac in re primatum tenet, quam hic indicat tùm vallis lacrymarum, tùm constitutio auxilii fortitudinisve in Deo. *Sicut qui dixit in corde, in cœlum ascendam, usque ad infernum demersus est* h, ita qui cor *habet humilitatem* i, disponit in eo ascensiones, quoniam Deus id *non despicit* K, *qui humilia respicit* l, *& humiles exaltat* m, *ponitque humiles in sublime* n. Nam humiles, quum se ex humilitate substernunt, ait Gregor. *o*, altæ mentis judicio cuncta temporalia transeunt, quumq; se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine hujus mundi gloriam transcendentes calcant. Jubemur *habere sursum cor*, non tamen ad nos, quod est superbiæ, inquit Augustinus *p*, sed ad Dominum quod est obedientiæ, quæ nisi humilium non potest esse. Est igitur, subdit ille, aliquid humilitatis miro modo, quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidam quasi contrarium videtur, ut elatio sit deorsum, humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori: nihil est autem superius Deo, & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo. Elatio autem, quæ in vitio est, eo ipso quo respuit subjectionem, & cadit ab illo, quo non est quidquam superius, & ex hoc erit inferius, & fit quod scriptum est: *q Dejecisti eos dum extollerentur*. Reprehendit Christus *cogitationes ascendentes temere in corda nostra* r, non eas quas bene atque *in judicio disponimus*, & ascendere apte faci-

a *Cap.30.21*

b *2.Paral.5. 20.11.*

c *Phil.3.13.*

d *Orat.13.post reditum.*

e *Marc.4.8.*

* *Gen.26.13.*

f *Præfat. in ps.6. pœnit.*

g *1.ap.11.8.*

h *Gen.7.10.*

i *de fuga sæculi c.1.*

k *Hen.19.20.*

l *Phil.3.1.*

m *ibid.vers. 14.*

n *30.Moral. c.15. vel 28.*

o *hom.19. in Ezech.*

p *lib.7.epist. in 126.*

q *Ps.72. 18.*

r *Serm.8.*

s *Joan.7. 10.*

t *Serm 21. in Cant.*

u *Serm.3. de assumpt. B. Mariæ.*

x *Serm. in id ex ps.84 audiat quid loquatur.*

y *in speculo morali verbo virtus.*

z *Cant. 3. 6.*

a *Ibid. orat.6.*

b *Ibid.*

c *de Isaac. c. 5 serm.14. & 15. in ps.118. epist.62.*

d *Gen.28.11.*

e *hom.82. in Joan.*

f *hom.15. & 12. in Ezech. & 22. Moral. cap.14.*

g *1.Cor.4. 16*

h *Es.14. 13.*

i *in ps.50.19.*

K *Ibid.*

l *Ps.112.6.*

m *Esther 11. 11. Job.5. 11.*

n *Job. 5. 11.*

o *10. moral. c. 8. vel 10.*

o *14. de civ. cap.13.*

p *Ps.72.19.*

q *Luc. ult. 38.*

r *Ps.111. 5.*

mus non de una vel altera, sed de pluribus virtutibus, tamquam gradibus componentibus scalam paradisi, ut quum
a Mar. 3, 16. Christo *baptizati, statim ascendamus de aqua* a, tandemque cum eodem in cœlum. Jacemus in magno profundo, propterea disponendæ ascensiones altæ, ut philosophatur explicans Psalmum sextum Pœnitentialem, unum de Gradualibus, qui ad ascendentes, inquit, pertinet. Assignatur à B. Benedicto, Bernardo, & aliis, scala humilitatis cum gradibus duodecim, quos Hugo hic attingit, & versibus comprehendit,

Qui timet, & nil vult, parens, patiensque, fatetur,
Se temnit, præfert alios, nil singulus audet:
Absque loqui, risuque gravis, stat pronus ubique.

b Matt. 25, 35, 36. Alium ascendendi modum idem Hugo ait esse per opera misericordiæ, quæ sex à Christo numerata *b*, comparat cum totidem gradibus, quibus ascendebatur ad Salomonis thronum
c 3. Reg. 10. 19. *c*. Tertium per contemplationem, cujus totidem sint gradus, in septem gradibus adumbrati, quos Ezechiel *d* vidit *ad portam templi, quæ respiciebat ad Austrum*: contemplari namque nos posse quæ sunt solum, ut lapides, quæ vivunt, ut plantas: quæ sentiunt, ut animalia bruta, quæ discernunt, ut homines; quæ comprehendunt, B ut Angelos animasque beatas, Christi humanitatem, & quæ pertulit in carne, divinitatem ejusdem, ac Trinitatem totam. Hoc demum est *ædificare in cœlo ascensionem suam*. Hebraicè (*ascensiones* pluraliter) *& fasciculum suum super terram fundere* e (exemplo Dei, *qui in altis habitat* f) nempe ut religeris in *fasciculo viventium* g, & eorum qui designati sunt habitatores *terræ viventium* h, qui
d c. 40. 22, 24.
e Amos 9. 6.
f Ps. 112. 5.
g 1. Reg. 25. 29
h Ps. 26. 13. Ps. 51. 7.
locus est quem posuit prædestinatis, & iidem etiam, si sint adulti, per cooperationem. Idem valere potest fundatio *ἐπαγγελίας, repromissionis*, juxta textum Græcum. Cyrillus *i* quoque in iisdem verbis spectat scalam illam Jacob,
i in Amos num. 81. *per quam Angelos ascendentes, & descendentes vidit k*, de
k Gen. 28. 12. qua etiam nonnihil antea diximus. Isti sunt quoque gradus singuli, *per quos Job*
l c. 31. 37. *l pronuntiare volebat librum, & quasi principi offerre*, nimirum Deo. Scalas diabolicas divinis contrarias Hugo subtiliter attingit. Omnia porro quæ adhuc attuli, complexus videtur Euthymius, dicens quod homo excogitavit intra se gradus, atque ascensus quosdam à sensibilibus ad intellectualia, à pejoribus (dici potest à minus bonis, & imperfectis) ad meliora, & per hanc scalam gradatim ad alta, & divina conscendit. C Theophylactus *m*, abaptat hunc locum *Zachæo, ascendenti sycomorum* n: tali namque ascensione pœnitentiam
m in cap. 9. Luc.
n Luc. 19. 4. designari, qua quis omnem voluptatem ac dulcedinem, quæ per ficum insinuatur, infatuat, & mortificat.

In valle lacrymarum, in loco quem posuit.) Inchoant hinc Hebræi versum, & Hieronymus, & Græcus textus codicum Complutensium, Regiorum & aliorum: in textu autem Theodoreti dispunctio incipit à verbo (*disposuit*) ex priore membro. Sed bene monet Genebrardus, distinguentes aliis in libris Hebræorum accentus, quorum quoque recentior inventio est, ut & punctorum, suum illum in Psalmis distinguendi usum non habere; sed metrum dumtaxat, quemadmodum in aliis linguis Poetæ, unius versus sensum in alterum protendunt. Hieronym. autem, nectens quatuor sequentibus verbis, & Hebræum participium plurale spectans, ita reddit *transeuntes in vallem fletus, fontem ponent eam*. Alii, *transeuntes per vallem mori, vel pyri, seu moris, aut pyris abundantem, ideoque aridam, vel per locum aridum nominatum Habbacha, fontem ponent eam*, idest iis qui adibunt, freti auxilio Dei, & ascendent in templum, nihil deerit itinere quantumvis arenti, & sicco, quia ubicumque effodient, largæ existent aquæ, vel, *effossas cisternas* (quod sequentibus hic verbis Hebraicis quoque significari volunt) *implebunt pluviæ*,
o c. 42. 18. juxta illud Esaiæ *o*, *operiam in summis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam desertum in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum*. Hebræa sic habent מעין ישיתוהו עברי כאמק רבכא *bhovere vehemek habbacha mahhjan jicithuh*. De primo vocabulo pridem jam docui esse participium, significans *transeuntes*, &, si sit cum (ר) *daleth*, *operantes*, seu *laborantes*, & ut jungitur præcedenti membro, quam apte redditus sit sensus per διάθεσιν, & *disposuit*. Trevetus transeuntes non intelligit redeuntes, sed in ipsa captivitate huc illuc euntes, ob incertitudinem habitationis, & vallem lacrymarum esse ipsamet regionem exilii, quam captivi ipsi ponant vallem lacrymarum, idest, tam abundanter flendo, efficere videantur vallem lacrymarum, fletusque. Sed traditus melior sensus, de quo adhuc paullo post. Difficultas est in tertiò, & quartò. Nam הבכא *habbacha* quidam asserunt, ut Vatablus meminit, esse nomen proprium loci, vel etiam unum compositum cum secundo, *Homekhabbacha*. Alii volunt litteram (ה) *he*, esse servilem ac demonstrantem nomen per se esse בכה *bacha*, quod significet arborem morum, vel pyrum, quam pyrum pro illa ponit Hieron. alibi *p*, ubi est idem nomen, ut vallis talium arborum denotat aridam terram, in qua solent pro-
p 2. Reg. 5. 23. 24. venire. Catholici veteres tùm Græci, tùm Latini post LXX. recipiunt notionem fletus: eum enim planè significat verbum בכה *bachah*, litteræ autem (ה) *he* & (א) *aleph* facile permutantur. Lego quidem apud Josephum *q*, Bacam vicum, qui terram dirimit, & ad quem usque latitudo
q 3. de bello c. 2. Galilææ superioris inde à Barsabee incipit. Sed non video quid ad rem præsentem faciat. Pro *in valle lacrymarum* legunt *in convalle* Psalterium Romanum, & Cassiodorus, Arnobius, Gregorius *r*, quamvis aliquando *setiam vallem*: Ambrosius *t*, *in convalle fletus*, Augustinus, Bernar-
r 10. Mor. 9. 15. vel 29 emil. 19. in Ezech. lib. 7. dus *u*, *in convalle ploralionis*. Romanum Psalterium, *in convallem lacrymarum*, qui etiam casus accusativus extat Græcè, εἰς τὴν κοιλάδα τῶν κλαυθμῶν. Sed sive prolatum, sive fletum, sive lacrymas, sive planctum dixerimus, unus est sensus; & nos hoc sequimur, ait Hieron. *x*, ut ubi nulla est de sensu mutatio, Latini sermonis elegantiam con-
ep. in 126. s Præam. Ps. 6. pœnit. t 3. hexam. c. 1. & serm. 15 in Ps. 118. servemus. Aliud nomen מעין *mabbian fontem* rectè transtulerunt ex Hebræo; sed LXX. absque dubio legerunt מעין *mahhon*, quod significat *locum*: vel certè significationem eamdem habebat olim מעין *mabbian* per commu-
u serm 5. de assumpt. B. Virg. x ep. 135. tationem (י) *jod* ex (ו) *vau*, quia Psal. quoque 86. *y*, idem
y Ps. 41. 4. nomen מעין *mabbian* redditur *habitatio κατοικία*, quod non *locus*, τόπος. Postrema verba (*quem posuit*) commodius referuntur ad eum qui appellatus est *beatus*, & *cujus auxilium à Deo, & ascensiones disposuit in corde suo ac in valle lacrymarum*; ut nempè ille idem dicatur eamdem vallem posuisse, & sit sensus: Beatus vir, cujus est auxilium à Deo, & qui ascensiones, in templum in monte positum, nec non etiam in cœlum, in corde suo disposuit, ad ea suspirans, anhelans loca; idque in valle constitutus lacrymarum, humili, flebili, ac luctuoso loco vel captivitatis, vel mundi hujus, quem locum posuit ipsemet sibi, quia sua culparum actuali: si de adultis agatur, tum saltem originali, & parentum primorum voluntate veluti
Tropologicus sensus. D elegerunt. Tropologicè etiam beatus censeri potest, qui hunc mundi locum ponit, ac facit sibi vallem plorationis, fletus lacrymarum, quibus diluat peccata, & pro cœlestis patriæ desiderio lugeat atque suspiret. Quæ tropologia nihil, parumve distat à litterali sensu: & minus aptè vallis lacrymarum intelligitur de guttis aquarum, quæ per effusionem defluerent instar lacrymarum: *Sunt nobis panes hic lacrymæ* z, *potusque cum fletu miscetur* a. Provi-
z Psal. 41. 4. Ps. 101. 10. a in Psal. 18. serm. 13. dens disposuit Dominus (ait Ambrosius *b*, qui videtur de illo interpretari verba ista, *in loco, quem posuit*) in hoc
b Judic. 2. 8. mundo testamentum suum, ut magis hìc fleamus peccata nostra, quam flenda servamus. Lacrymarum vallem vocat Ecclesia mundum istum, in quo mortales degimus, in solemni Antiphona, qua B. Virginem salutat, precaturque. Si Angeli oratione filii Israel permoti, *elevaverunt vocem, & fleverunt, vocatusque est locus flentium sive lacrymarum* מקום בוכים *maKem bochim*, τόπος κλαυθμῶν, multo magis merebitur hic mundus id nomen; ubi *beatos*
c Matt. 25. d Luc. 6. 25. prædicat Christus *lugentes* c; *væ* dicit *ridentibus* d: præ-
e Isa. 16. 20. f in Nazian. orat. 13. post reditum. dicit fore ut Discipuli plorent, fleant, contristentur, mundus & mundani gaudant *e*. Basilius vel Theodoretus, & Euthymius hoc loco, & præterea Elias *f* Cretensis, etiam ad litteram volunt innui à Davide dictum locum fluentium. Non displicet Cajetano Idem sentiunt alii, ut
g 2. Reg. 5. 23. 24. Agellius de illo isto, qui vocatur in historia Regum *g* Larinè quidem *pyrorum*, sed Græcè κλαυθμων *fletus*, aut ἄλση τῶν κλαυθμῶν *nemora fletus* Hebraicè בכעים *bechaim*. Sequor communiorem sententiam, satis, ut opinor, huc usque declaratam. Nisi autem personæ absque necessitate permutandæ non essent, verba illa (*in loco, quem posuit*, Græcè εἰς τόπον *in locum*) possent exponi de Deo, qui posuerit, & constituerit sibi templum, quum soleat appellari *locus Dei* h, & מרון *mahhon*, quod nomen hic quoque di-
h Ps. 17. 6. ximus videri lectum à LXX. vel eamdem significationem cum ipso habere posse מעין *mabbian*. Favet Psalterii Romani versio, *in loco quem disposuisti ei*, & Augustinus, atque Cassiodorus legendo, *in locum disposuit*, quem explicant de loco beatitudinis, qui sic simpliciter nominetur locus absq; addito, quia pro dignitate concipi exprimive non possit. Id tamen etiam adhuc potest convenire il-

li

li ipsi, qui desiderare canitur ascendere sive in templum, A*sinâ* sive *cisternam*. Unde, ut alias monui, factum, ut sive in cœlum, ita ut hæc potuisse dicatur sicut & *ascensiones in corde*, quæ denotant desiderium, quia omnino infixerit in corde, animoque, & penitus deliberaverit re ipsa exequi, fretus auxilio Dei. Denique Deus item intelligi potest locum posuisse hanc vallem lacrymarum hominibus ad certamen, quod Hieronymus *a* docet, ut vincentibus coronam daret. Hugo, & alii consentiunt. Sed quod illi *ponendi* verbum dialectice sumit pro propositione, ex qua quidpiam colligitur, per quandam accommodationem concedi potest. Cajetanus Hebræam versionem secutus, *transeuntes in valle fletus, fontem ponent illam*, declarat, quod afflicti domum Dei habebunt ut fontem refrigerii, gratiarum, consolationum: vel si de loco flentium, qui memoratur in libro Judicum *b*, ut diximus, velit quis intelligere, dicit sensum esse, quod Israelitæ videntes affluentiam divinorum beneficiorum, extemplo, transeuntes in valle fletus, ideſt, recordati violati fœderis divini, & monitionum, atque comminationum, non solum flebunt, sed fontem lacrymarum ponent, efficientq; vallem lacrimis plenam, recognoscendo quantum damnum incurrerunt propter idololatriam. Hic ultimus Cajetani dicendi modus juvat communem sententiam, facitque non parum ad tropologiam de lacrymis, quarum alias in hoc opere utilitatem non semel tractavimus. Favet etiam Paraphrast, *peccatores qui transeunt per profundum gehennæ, flentes fletus, sicut fontem ponent illud*, hoc est, non tantum damnatis *erit fletus* c perpetuus absque fructu, sed pœnitentiam in hac vita *oculi deducent exitus aquarum, quia non custodierunt legem Dei* d, cum mente atque cogitatione per inferni transibunt profundum, æternaque supplicia animo volvent attento.

a præfat. in Zach.

b c. 20. 5.

c Mar. 8. 12. 13. 42. 50. c. 22. 13. c. 24. 51. c. 25. 30.

d Psal. 118. 136.

Vers. 8.) Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.

Sensus loci.

NE quis arbitretur desiderium illud spirituale vel cõcipi, vel, quod est difficilius, in opus deduci propriis viribus posse, perveniendi in templum, multoq; magis in cœlum, non contentus antea significavisse non nisi Dei auxilio hæc obtineri, nunc pollicetur sibi suiq; similibus, qui ab ejusdem Dei pendeant auxilio, istius præsentiam auxilii. Quoniam, inquit, is qui legem populo suo peculiari dedit, & certum sibi locum, in quo ab illo coli vellet, delegit, utq; in eum ter minimum in anno acenderent, præcepit, liberaliter tribuit facultatem, viresq; illuc perveniendi, & ut se ipsis robustiores atq; robustiores procedendo ad progrediendo in itinere suscepto facti, tandem perveniant in montem Sion, & in templum ibi constructum, ubi sese ille omnium deorum Deus vereq; ac propriè unicus Deus, modo quodam singulari per oracula videtur, & auditur. Anagogice autem locus hic & ad iter in cœlestis montis beatitudinem spectat, & ad benedictiones gratiæ, munerumque divinorum, quæ Christus Evangelicæ legis auctor, post veterem, quam etiam tulerat, beatitudinum, quas prædicavit cum aliis mandatis, & consiliis, quibus promisit felicitatem consequendam per variarum virtutum actus.

Etenim benedictionem dabit legislator.) Hieron., *benedictione quoque amicietur doctor*, videlicet, ut exponit Trevetus, Jesus filius Josedech, qui in reversione de captivitate futurus erat princeps sacerdotũ, & docturus populum, ut reverteretur, & benedictione tamquam vestimento circundandus. Esset hoc pacto allusio ad visionem Zachariæ *, *de ablatis illi sacerdotum principi vestimentis sordidis, & imposita ei cidari, atque vestibus novis.* Cajet. eamdem versionem secutus, extendit ad plures doctores, vestiendos benedictionibus internarum virtutum, ut non verbo tantum, sed & vita, exemploq; docent. Campensis ad quamlibet talem doctorem, qui benefactionibus, ideſt, gratulationibus aliorum ornetur. Vertunt alii ex Hebræo, *etiam piscinas, seu cisternas operit pluvia*, vel, *operiet, teget, replebit*, aut, *operientur illæ pluvia, tegentur, replebuntur*, ut ascendentibus in templum captivis, aut aliis, aqua non desit, quæ per fontem quoq; proxime præcedentibus verbis, juxta translationem ex Hebreo (fontem ponunt, seu ponent eam) significabatur: Sic est Hebraicè גם ברכות יעטה מורה *gam berachoth jahtihb moreh*. Hieronymus vertens in singulari videtur legisse וברכת *berachath*, quod significat *benedictionem*, per *tsere* autem sub *pi-*

* c. 3. 3. 4.

Dni d, & *matrem reddidit benedictam in mulieribus* e, immo in cunctis hominibus. A summo ipso sacerdote jam maledicto cognominatus est *Filius Dei benedicti* f, *qui Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in illo* g, & ille *benedictos appellans Patris*, percipiendum dabit nobis *regnum* h. *Excelsus hic Deus noster in fortitudine sua* in qua dicuntur sequenti membro ituri) & *nullus est similis in legislatoribus* i, aut in doctoribus *ut doceat utilia* k, & vitare pericula, simul vires ad ea superanda prębendo, & nos ipsos admonendo conditionis nostrę humanæ l, & quam sit necessarium *præveniri nos in benedictionibus dulcedinis* m, & *ut sit super caput nostrum* n, *confirmetque domos filiorum benedictio Patris* o. Legislatores alii vel non curant, vel etiam non possunt dare benedictionem, ideſt, vires ad legem perficiendam, nec præmiant perficientes, sed puniunt prævaricatores illius. *Irriguum superius inferiusque* p *dat* noster legislator מורה *moreh* sic, ut dixi, dictus etiam ab irrigatione.

Ibunt de virtute in virtutum.] Hieronym. *de fortitudine in fortitudinem*: Alii, *de turma ad turmam, de cumulo ad cumulum, de caterva ad catervam, de exercitu*

c tr. in c. 5. Matth.

f lib. 5. in 1. Reg. c 14.

g Judra.

h c. 5. 1. & seq.

i Luc. 6. 20 & seq.

k tract. in 6. Matth.

l c. 31. 31. Allegoria.

m lib. 5. in 1. Reg. c. 14.

Gratiam implendæ legis habent ab ipso legis authore.

n Esa. 30. 20. c. 33. 22. c. 55

o Josh. 1. 2. Osee. 10. 11. Mich. 4. 2. Jer. 31. 34.

p Mat. 23. 10

q Joan. 1. 18.

r Coloss. 2. 3.

s 1 Cor. 1. 20.

t Matt. 17. 5.

u Hebr. 1. 2.

x Deut. 18. 18 19.

y c. 3. 21. 23

z 3. demonst. c. 2. l. 9. c. 11.

a Mat. 7. 29.

b Luc. 6. 5.

c Esa. 42. 4.

d c. 23.

d Psal. 17. 26. Matth. 21. 9.

e Luc. 1. 28.

f Marc. 14. 61.

g Eph. 1. 3.

h Matth. 15 34.

i Job 36. 22.

k Esa 48. 17.

l Psa. 9. 21.

m Tit. 2. 10. 3.

n Pro. 10. 5.

o Eccl. 1. 11.

p Iud. 1. 15.

tn ad exercitum, item *de opulentia ad opulentiã, de doctrina in doctrinã, de accademia in accademiam*. Hoc est, ibunt turmatim, vulgo (*di squadrone in squadrone*) in templum; vel crescet eorum doctrina adeò, ut eam videat quisque in Ecclesia, aut donec perveniant ad perfectam Dei notitiam. Sed *opulentiæ* vox indicat à captivitate recuperandam pristinã opulentiam, ac majorem etiam illa; *fortitudinis*, vires ac robur, tum verò, ut vincant itineris difficultates, & perveniant alacres ad templum, quo legislator sanxit omnes Hebræos minimũ ter in anno convenire. Quod per anagogem convenit itineri in cœlum. Nomina חיל *chail* & δύναμις non significant propriè *moralem virtutem*; sed ea quæ dixi, præsertim *robur*, & *exercitum*: præterea, *murum*, vel *fossam*, quæ minimè sunt ad rem, ut notat Richardus Cenomanus. Non tamen male de morali virtute exponitur, quæ vocatur Græcè ἀρετὴ etiam ab Euthymio, Niceph. Basilio, Theod. quia δύναμις ψυχῆς ῥωσιπόητοχάνει ἡ ἀρετη, ut primi duo docent, ideſt, *facultas animæ coroborativa virtus est*. Latinis passim hic placet sensus, ex quibus Aug. præter Cassiod. Gregorium *a*, & alia Latina psalteria, usurpant verbum (*ambulabunt*) pluraliter autem *à virtutibus*.) Virtutem verò, in quam eatur, & ambuletur, ἀναγωγικῶς, Christum ipsum interpretantur, *qui est Dei virtus* b (id etiam Athanasius *c* docet) vel complementum virtutis in statu beatitudinis. Conveniunt quoque omnes, indicari processum, & quasi ascensum illum, de quo prius actum est, graduſve, & scalas, per multiplicia Dei dona, vel gratis data, vel præsertim quibus meliores efficiamur, atque propiores beatitudini, ad quam tendimus. Basil., aut Theod. progressionis istius exempla in pietatis exercitio spectantes, dant à precatione, ad hymnodiam, ab hymnodia ad supplicationem, ab hac ad divinorum oraculorum lectionem, ut sic singulis diebus à virtute ad virtutem transeuntes, divitias nostras auctiores reddamus. Euthymius addit à lectione ad imperfectorum quorumlibet admonitionem, atque exhortationem, ab exhortatione ad gratiarum actiones, Deique laudem. Item ab humilitate ad luctum, ex hoc ad compunctionem. Demum à virtute donorum Dei, quæ hìc in terra nobis præstantur, ad eorum virtutem, quæ in cœlorum regno tribuentur. Virtutem intelligit aut lumen gloriæ, aut aliarum, quæ nos efficiunt sanctos, perfectum statum. Augustvirtutem ad quam itur, & Christum interpretatur (quod innuit etiam Nyssenus *d*, & Bernardus *e*, & contemplationem Dei per virtutes, quas vocat actionis, & non erunt ibi earum actus necessarii, ut discretio inter bonum, & malum, quia nulla occurrent mala; subventio alienæ indigentiæ, cui subveniatur, quod refert ad justitiam: non temperantiæ actus, ubi nulla erit libido refrænanda; non fortitudinis, ubi nulla mala toleranda.

Communior opinio est, remansuras in beatis virtutes etiam morales, quas hìc habebant, & nonnullum actum habituras, ut amoris erga objecta propria, mediaq; quæ ad illa pertinent; necnon delectationes de illorum adeptione reali, vel apprehensa, & cujusdam desiderii absoluti de continuatione illarum virtutum, hypothetici autem, operandi eo modo quo in via, si se offerret occasio; & odii fugæq; circa vitia, & mala opposita, sed absq; tristitia. Quæ passio cum ceteris, quatenus repugnant beatitudini, non egebunt moderatione moralium virtutum. In quo sensu Augustin. tantum negat locum ibi virtutibus istis esse. Lege recentissimum de nostris Theologum *f* Joannem Salas, qui plures alios citat. Idem certè Augustin. *g* locis aliis ostendit ex professo, virtutibus locum esse in beatitudine, ac nonnullis actibus earumdem, ubi conspicit veritatem, anima manet immaculata, nihil molestiæ patitur, uni Deo subditur ceteris supereminens creaturis, quas illas quatuor, inquit, virtutes perfectas, atque consummatas appellari posse. Hieronym. *h* processu de virtute in virtutem innui velut præsentia bona futuris cumulari, sicut quum bis jubet nos Apostolos *i gaudere*: ut & è contrario per duplicem conturbationem, & *væ k* significantur præsentia, & futura mala. Revocari porro huc possunt quæ disputata sunt prius de ascensionibus in corde dispositis, & à Greg. *l* scribuntur, ubi explanat *singulos illos gradus, quos pronuntiare Job* m *volebat*, & illustrat parabola seminis germinantis, & increscentis, ac *fructificantis primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica* n; & Danielis *o* exemplo, qui positione corporis sui, quam insinuare studuit, hæc meritorum incrementa signavit. Monet etiam in una eademque virtute distinctis ordinatisq; modis, quasi quibusdam gradibus ascendi, hocq; innui similitudine illius, quem vidit Ezechiel *p mille cubitos mensum se vero transductum per aquam usq; ad talos, deinde usq; ad genua, tum usq; ad renes, postea non potuisse pertransire* Joannes Vitalis *q* progressiones in virtutibus quæ dicantur ascensiones, quia sunt circa ardua, comparat cum variis rebus quæ surgunt, & ascendunt: fidem, quæ facit animam ascendere per puritatem intentionis, cum flore: spem cum virgulto sive virga, per sanctitatem mediationis: charitatem cum flamma, per ignitionem affectionis: prudentia cum aquila, per subtilitatem contemplationis: temperantiam, cum nube, per refrigerium carnalis delectationis: fortitudinem cum leone (hic enim saltat, & insilit) per patientiam tribulationis: justitiam cum fonte (qui quoq; salit) per opera pietatis. *Semper ad ostium pulsatur nostrum* r *diciturq; surge* s, *propterea; surge*, t *qui dormis*: per scalam mysticam u, ascendendum, de qua dixi prius; sic *currendum non quasi in incertũ* x *sed ut comprehendamus* y primus gradus vicinus est terræ, sequens similis est priori; sic per æquales gradus, inquit Ambros. z, (& volunt tamen Thologi quidam non intendi etiam supernaturales virtutes seu intensiores non infundi, nisi actus nostri sint quoq; intensiores, quod non credo) ad summa conscenditur, & possumus ab imis ad summa contendere, si per processus gradiamur exiguos ad ea, quæ videntur humanæ altiora naturæ. Utitur dicto scalæ exemplo, nec non Basil. *a*, qui præterea illud ad idem propositum perpendit; *crescite*, & *multiplicamini*: & Paulum adduxit *extendentem ad anteriora seipsum*, b, aliquoties etiam ipsi notavimus. Idem in eadem scala observavit Chrysost. c Nazianz. *d*, Gregor. *e*, & alii. Hugo in mansionibus per quas ad promissionis terram perventum est. Demonstrat verò Laurentius Justinianus *f* nullum nisi ex ordinato progressu ad perfectionem cujuscumq; artis attingere valere, multo minus ad virtutes, nisi peculiari Deus aliquos dono, & privilegio dignetur. Tandem constat, quod *qui sperat in Domino, mutata fortitudine, assumtisque pennis sicut aquilæ, curret, & non laborabit, ambulabit, & non deficiet* g. Mutatio fortitudinis indicat novam, & recentem in operando alacritatem, perinde ac situm primum quis inchoaret, diceturque, *nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelsi* h. Alia namque est fortitudo quæ deponatur, ait Gregor. *i*, & alia quæ noviter inchoatur. Videlicet facit vehemens bene merendi studium, ut priora, tametsi bona, parvi æstimes, & quod negotiatori evenit, priore loco, quasi sit exiguum, ad novum majusque extimuleris.

Error fuit Begardorum, & Beguinarum non semel à nobis indicatus, rejectusque, habere in hac vita charitatem certum quemdam terminum, quem possit attingere, & ultra quem nequeat augeri. Hortatur Paulus, *ut in charitate crescamus* k; orat *ut charitas nostra magis abundet* l, *ut nos Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate* m: *ipsemet sequebatur, si quo modo comprehendere, negans jam accepisse, aut jam perfectum esse, castigabatque corpus, & in servitutem redigebat, ne forte reprobus efficeretur* n quum dicti tamen hæretici his qui gradum perfectorum assecuti essent, pollicerentur tantam securitatem, ut affirmarent, posse sibi ipsis concedere quidquid liberet, nec amplius macerandæ carni per jejunia, similia ve operam debere. Damnati sunt in Concilio Viennensi *o* sub Clemente V. Nec probabilis opinio Henrici *p*, & Richardi *q* non posse augeri charitatem, & similes virtutes in infinitum. Nec verendum, ne quis ut argumentabantur iidem Hæretici, ac partim quoque Richardus, in hac vita pertingat Christi charitatem, quæ absolutè finita est *r*, quoniam Deus prævidens quo usque pervenire cujuslibet alterius charitas posset, decrevit ei majorem conferre, quam esset ullius alterius futura.

Postremo ut alias omittam rationes, atq; testimonia, rectè Gregorius *s* præsentem tractans locum; nec, inquit, mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt, quando unaquæq; virtus quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur: aliud namque sunt virtutis exordia, aliud profectos, aliud perfectio. Indicat Hieronym. *t*, ire de virtute in virtutem, esse progredi ex virtute communi pluribus, & necessaria, ad aliam, quæ pauciorum est, solumq; in consilio. Laudat etenim Exuperium Tholosanum Ediscopũ, quod iret de virtute virtutem, & imitaretur Domini paupertatem, ut cum illo dives fieret, & in ipso ille reclinaret caput.

Idem

Sensus anagogicus, b 1. Cor. 1. 18 c lib. 1. de Trin.

a hom. 6. in Cant. e in Ps. 84.

f in 1. 2. tom. 1. tract. 2. d. 7. sect. 11. & to. 2. tr. 11. disp. 7. sect. 4.

g 6. de mus. c. 16. quo ege quoque l. 4. de civit. c. 9.

h l. 2. in c. 6. Ezech.

i Philip. 3. 13

k Ezech. 16

23. Apoc. 21. 13.

l 22. Mor. c. 14. vel 20.

m c. 31. 37. hom. 15. in Ezech.

n Marc. 4. 28

o c. 10. 12.

a 22. Mor. c. 34. vel 20.

p c. 47. 3

q in speculo morali ver. bo virtus.

r Apoc. 3. 20

s Cant. 2. 10

t Eph. 5. 14.

u Gen. 28. 12

x 1. Cor. 9. 26

y vers. 24

z in Ps. 1. Sententia quorumdã Theologorum de intensione virtutum supernaturalium improbata.

a in Ps. 1. & hom. 11. in ex.

b Philip. 3.

c hom. 82. in Joan.

d ad Hellenium.

e hom. 15. in Ezech.

f lib. de obedient. c. 27.

g Es. 40. 31.

h Ps. 76. 11.

i in Ps. 4. pœnit.

k Eph. 4. 15

l Phil. 1. 20.

m 1. Thess. 3. 12.

n 1. Cor. 9. 27

o c. ad nostrã de Har.

p quodl. 5. q. 22.

q 4. d. 17. e. 2. q. 4.

r to. 3. P. q. 7.

s hom. 15. in Ezech.

t prolog. in Zach.

a lib. 1. ad. verf. Pelag. Idem *a*, adhuc refellit Pelagianos, volentes, qui unam haberet, virtutes omnes habere, nec hanc si cujus sit, Apostolorum, sed aliquorum philosophorum sententiam esse, nec sibi curæ esse quod Aristoteles, sed quod Paulus doceat. Potest hic locus valere adversus errorem illum Stoicum, ut sicut vitia nec paria, nec nexa inter se necessaria sunt; ita omninò sentiamus de virtutibus, sed de una transitum, & processum fieri posse ad aliam virtutem, quemadmodum de uno ad vitium aliud. Eadem de re scribit Hieron. Auguſt. *b*, definitque quod potest quis dici habere aliam, & aliam non habere, aliam magis, aliam minus habere virtutem. Simul asseverat de charitate omnium perfectissima virtute, plenissimam, quæ jam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, esse in remine. Licèt hinc etiam elicere signum unum notamve illustrissimã Ecclesiæ, progressum videlicet in virtutibus, qualis in nulla umquam fuit secta. Qua de re differit Thomas Bozius *c*, & copiosius Arias noster in opere de imitatione Christi.

b Epist. 29.

Sectæ non habent Progressum in virtutibus. c 4. 7. de sing. Eccl. 7.

Videbitur Deus deorum in Sion.) Hieron. *apparebunt apud Deum Sion*. Alii aliquid supplendo, *donec conspiciatur quisque eorum ante Deum in Sion*, ideſt, numquam quiescent, donec ad templum, ubi Deus conspicitur superarcam, pervenient. Chald. *progredientibus justis de domo sanctuarii in domum doctrinæ, apparebit labor legis ab ipsis susceptus coram Domino cujus majestas residet in Sion* Domos illas Paraphr. accepit pro virtute, & virtute: qui tamen sensus obscurior est. Septuaginta, quam nunc legunt Hebræi propositionem אל *el* cum puncto *segol*, ut nomen אל *el* unum ex iis quæ Deo conveniunt, legerunt, ideoq; transtulerunt *ὁ Θεὸς τῶν Θεῶν Deus deorum*, accipientes אלוהים *elohim* formæ pluralis, tamquam de pluribus, & non de uno dumtaxat verò Deo, ut sæpe sumi solet. Reciproca sunt, videri Deum, & apparere apud illum, & quod ille videat aut appareat (quo pacto legit Auguſt.) significantq; omnia divinum favorem, doctrinam, exauditionem, laudes quoque, & gratias illi redditas. Anagogicè demum Dei visionem in beatitudine: allegoricè perfectiorem notitiam de ipso in hac vita, & peculiarem rationem præsentiæ, quę in templis nostris exhibetur per Eucharistiam potissimum. Quo pacto *Deus deorum* dicatur, dictum priore Psalmo. Videndum præterea *Deum deorum in Sion*, enarratores Græci de Incarnatione Christi declarant, juxta vaticinium quoq; Psalmi secundi: d *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus*. Etymologia Sion vera, de qua dictum alias, congruit Ecclesiæ, & cœlesti patriæ. Sed speculum, ut docet Hugo, non significat, speculum aliquo modo, ut est in edito loco arido, & sicco, unde propriè Sion denominata est, possetq; dici de anima ex se sicca & arida, & terra sine aqua respectu Dei, cum se Deus illi videndum præbet, quod in ipsa ille videtur tamquam Sion. Sed cœlestis patria sæpius vocatur *mons Sion, ubi est civitas Dei viventis, Jerusalem cœlestis, & multorum millium angelorum frequentia* e; ubi præterea *sedes Dei, & Agni, & servi ejus serviunt illi, & vident faciem ejus, habentes nomen ejus in frontibus* f Ceterum quamvis litterali sensu *videri Deum in Sion* exponatur propter arcam in templo, non tamen ita quasi ipsa arca intelligatur per nomen Dei, & arca appelletur Deus. In hoc erravit Calvin. *g*, proindeq; perperam probabit inde deteriorem illam suam hæresin, figuratè dumtaxat accipi debere verba illa *hoc est corpus meum*. Videri dicitur Deus in Sion per arcam, ut per sacrum Deo locum, in quo edebat oracula. Christi personam hic designari Athan. *h* docet, quem citat etiam Euth.

d verſ. 6.

e Heb. 12. 22. f Apoc. 21. 3. 4.

Errat Calvini.

g 4. inſt. c. 17. §. 22.

h epiſt. de geſtis in conc. Arim. & Seleuc. & 1. 2. p. panopl. tit. 11.

Verſ. 9.) Domine Deus virtutum exaudi orationem meam auribus percipe Deus Jacob.

Verſ. 10.) Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.

Sensus loci. AD peregrinationes adhuc, & vallis lacrimarum gemitum rediens, spemq; in auxilio Dei, sicut antea dixerat, ponens, & ascendere de exilio ad templum cęlumq; disponens, exaudiri flagitat exercituum Deo, tum humanorum seu militem, ita ut cohibere hostes queat, tum angelicorum, qui subsidio esse valeant, & venerabundi circumstant Deum peculiariter in templo, assistuntque in cœlo, & à Deo Jacob, qui toti populo denominationem tribuens, ipse religiosius coluit votis Deum, sentitque adjutorem in tribulationibus, & peregrinationibus suis, ac Dei visiones habuit, Angelorumque & visiones, & auxilia. Invocat etiam protectorem, ut benigno dignetur vultu aspicere, ac favorem exhibere: & ut quemadmodum facie oculisque ad eum conversis, atque intentis; nullius exspetit, exspectatque auxilium quam ipsius, si vicissim suam ipse hilarem, benevolam, beneficam faciem ad se clementer convertat, quem sit tam benignè dignatus in Regem inungere, populoque suo charissimo præficere. Sic loquitur David, & orat pro populo, quem prævidebat captivum futurum: aut etiam pro se ipso, ut quibusdam placere dixi, quum longius abesset à patria, & templo. Mystico autem sensu Græci faciem Christi, quemlibet interpretantur Christianum in Christo baptizatum, quique Christum induit, ut Deus hac precatione susceptа, divina sua providentia servare dignetur. Sumus enim, ut Basilius, ac Theodoretus argumentantur, Corpus Christi, & membra ex membro. Latini exponunt de meritis Christi, ut propter illa Deus exaudiat, quum simus quoque mystica ejusdem Christi membra, & quum in nos respici, in faciem illius respicere censetur, quia propter illum nos respicit. Cassiodorus cum Augustino, quia semper Christum filium Pater respicit, orari vult ut respiciat, ideſt, ut respici faciat ab aliis, innotescere, cognosci, credi, coli, sicque eant homines de virtute in virtutem, donec tandem videatur Deus deorum in Sion. *Fide purificatur cor* K *divino sermone mundatur* l, *mundis corde visio Dei promittitur* m; *sine sanctimonia nemo videbit Deum* n, *nihil coinquinatum introit in regnum cœlorum* o, sicut & ab ingressu templi legales immunditiæ prohibebant *p*. Idcircò ut respiciat Deus in faciem Christi sui oratur, quæ *speculum est sine* q *macula*, ut in ea sibi complacens, non ferat in membris ejus aliquid residere, quod arceat visionem Dei, & contemplationem *Solis justitiæ* r, quum istum materialem non nisi mundi conspicere oculi possint: denique ut conformes, & configuratos faciat nos imagini, & similitudini splendentis Filii sui.

Senſus myſticus.

k Act. 16. 9.

l Joan. 15. 9.

m Matt. 5. 8.

n Heb. 12. 24.

o Apoc. 21. 27.

p Levit. 5. 2. & ſeq.

q Sap. 7. 26.

r Malach. 4. 2.

Domine Deus virtutum.] Hieronym., *exercituum*, quos, ut tam sæpe vidimus, significant צבאות *tsevaoth* & δυνάμεις, non autem propriè virtutes morales aut mirifica opera. Etsi verum est, Deum, qui præest exercitibus, vires quoque, ac robur animi, seu virtutes morales, quæ à viribus, virove dicuntur, sicut *ἀπὸ τοῦ ἄρεως*, ideſt à Marte *ἀρετὴ* suppeditare. Ut rectè virtutum Deus imploretur ad hujusmodi impetrandam facultatem, qua liceat ire de virtute in virtutem Paraphrastes in textu Nebiensis ut Davidem loqui significet supplet, *Dixit David*.

Ἀρετὴ.

Exaudi orationem meam.) Augustinus, *precem*. Chaldaicè קבל *Kabbel accipe*, *acceptam habeat*, quod est exaudire, quamvis Hebræum שמע *ſcemahh* significet simpliciter *audire*; immò & interdum ipsummet exaudire & *ὑπακούειν* nihil aliud valet.

Auribus percipe.) Hieronymus, *auscultа*. Interstitne aliquid inter tales formulas, alias notavi.

Deus Jacob.) Et hìc antea, & in aliis Psalmis docui rationem hujusce denominationis. In fine est סלה *ſelah*, & *διάψαλμα*, cujus illud unum officium proposito congruit, ut vehementiorem denotet effectum, & rei de qua tractatur, gravitatem.

Protector noster aspice Deus.) Hieron. *clypeus noster vide Deus*. Hunc, scutumve significat propriè מגן *maghen*, & *ὑπερασπιστὴς* eum qui clypeo scutoque prætenso tegit alium, ut crebro monuimus. Christus objecto corporis tamquam scuti, debita nobis vulnera excepit. *Dabis eis*, ait Jeremias *s*, *ſcutum cordis laborem tuum*; quod etsi Hieronymus in deteriorem sumat partem, de obstinatione Judæorum secuta post passionem Christi, possumus in bonam transferre, ut beneficio tanto bene utentibus, scuti loco sit, atque salutiferæ protectionis adversus tentatione, ac tribulationes. Quibus passio Christi est מגן *maghen*, hoc est, *ſcutum*, iisdem est juxta patonomasiam Jeremiæ *t* מגנית *manginah Psalmus*, *cantillatio*, *lætitia*. Paraphrastes hoc membrum interpretatur de meritis Patrum, *merita Patrum nostrorum respice Deus*. Hic aspectus Dei benignus est, ut sæpe alias. Respicere Dei, ait Gregorius *u*, est ea quæ amissa, ac perdita fuerunt, ad suam gratiam reformare; *Rex* enim *qui sedet in solio judicii*, *dissipat omne malum intuitu suo*. Usurpavit vice symboli verba ista Pius Papa *y* II.

s Thren. 3. 8.

t ibi verſ. 63

u 19. Mor. c. 3. vel 4.

Et respice in faciem Christi tui.) Nomen Christi, & Messiæ de aliis dicitur, præsertim regibus, interdum de Prophetis, Sacerdotibus, qui ungebantur, necnon, ut quidam

x Prov. 20.

y Alphonsus Ciacco in vita.

dam volunt, etiam de patriarchis. Sic sensus esset, ut David peteret haberi rationem dignitatis regiæ à Deo, qui eâ illi, singulari quadam ratione detulerat, & vel sibi ipsi propterea exulanti, vel populo, quem prævidebat abducendum aliquando in captivitatem, dignaretur misereri. Posset etiam censeri oratio cujuspiam de captivitate, totiusve captivi populi, interponentis mentionem, vel insignis sanctitatis Jesu sacerdotis; vel Zorobabel, qui restauravit templum, quod à Diodoro, quem citat Agellius, traditur: vel potius Messiæ, ut propter illius merita, & istius promissionem, solveret tandem Deus captivitatem. Absolutè positum nomen משיח *mesciach* unum illum eximium significat. Nostri omnes de Christo locum istum interpretantur advocato, mediatoreq; humani generis, & in cujus nomine precatur Ecclesia, precesq; concludit per illum, ut *pro reverentia*, qua prosequitur ipsum Pater, *exaudiat* a *pro nobis precantem*, nosque ipsos per illum precantes. Memini alios exponere, ut respicere Deus faciat, & cognoscere alios Christum: vel ut respiciat in Christianos, qui sunt illius membra. Eodem sensu de mediatore Christo Hilarius *b*, illud accipit, *propter* c *David servum tuum ne avertas faciem Christi tui*: quamvis *Christi* vocabulum referri ibi velit ad deitatis spiritum; David ad corporis carnem, quia formam servi, qui in Dei forma manebat, accepit. Non spernenda tropologia scriptorum recentium *d*, hac formula orari Deum à peccatore, ut non ipsum ille, sed Filium prius respiciat: si enim prius directoque peccata respiciat, actum esse de peccatore; si conjiciat antea in Filium oculos, & per eum intueatur quoque à tergo existentem peccatorem, peccatori salutem affuturam, quoniam radii divinorum oculorum per Filium transeuntes, in eo veluti frangentur ac mitescent, sicque mansuefacti, & leniores ad peccatorem pervenient; denique propterea prudenter Magdalenam *stetisse retro secus pedes Christi* e: & Davidem alibi affirmare. *Si iniquitates Deus observet, non esse qui valeat sustinere* f, sed si interveniat propitiator, *& redemtio copiosa illius* g: eamdem Magdalenam eo stantem loco, quem diximus, quasi solaribus illis oculorum Dei radiis percussam, *illico cœpisse lacrymari*, perinde ac solet solis ardore nix, cera, aut quid tale colliquescere. Quoties occurrit quod imperrare bonum velis, aut amoliri malum, hoc usurpa, *respice in faciem Christi tui*. Puta esse in Eucharistia latentem, & præsentem, ne nocere quis ad eum recurrenti audeat, ut à Jebusæis arbitrantur aliqui pro viribus, & mœnibus Jerusalem imagines cæci Isaac, & Jacob claudi propositas, ut qui obsidebant eam, quadam religione abterrentur. Constat conspectis charorum imaginibus, aut eorum quos plurimi facimus, aut execramur, variis nos affectibus commoveri. Igitur merito provocatur, ut Filii sui Christique nostri faciem Pater respiciat.

a Hebr. 5 7.

b in Ps. 131.

c Ps. 132. 10

Tropologia d Stella in Luc. cap. 7. & Petrus Vega in Ps. 6. pœnit. versu 4. discursu 4. Diez. serm. in feria 5. post Dom. in pass.

e Luc. 7. 38.

f Ps 129. 1.

g Ibid. vers. 3

Vers. 11.) Quia melior est dies una in atriis tuis, super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Sensus loci.

INgerit novam causam vehementioris cupiditatis adeundi ad tabernacula, atria, altaria, domum Dei, præter allatas hucusq; quod hæc per se amore sint digna, quod non magis volucribus nidi, quam hæc homini loca congruant, quod nihil in hac vita beatius contingere homini queat, quam ibi vacare rei ac laudi divinæ. Causa vero hæc, inquam, nova, sed ultimæ similis tamen est, quoniam vel unum diem dictis locis versari melius, optabilius, jucundius, quam extra illa habitare inter peccatores, præsertim idololatras, etiamsi potestatem faciant tamquam in honesta liberaque custodia, spatiosè habitandi in splendidis palatiis, iisdemque quibus ipsi, voluptatibus, & commoditatibus potiundi. Quocirca potius, si optio detur, infimum se malle in domo Dei fungi officium, ut ostiarii, quam dicta etiam conditione, aut quavis alia meliore alibi procul ab illa.

Perspicuus est, potissimum ex dictis, mysticus sensus de habitatione in Ecclesia, *deque illo die*, *quem videns Abraham exultavit* h, idest, de tempore adventus Christi, ac demum de die, qui noctem nescit, in æterna felicitate.

h Joan. 8. 56.

Quia melior est dies una in atriis tuis super millia) Chaldaicè, *quoniam melior est habitatio unius diei*, vel, *melius* A *est habitare uno die, in atrio, aut in aulis sanctuarii tui, quam mille extra, vel*, in textu Nebiensis, *in captivitate*. Particula vero causalis refertur ad membrum sequens, ut idcirco dicat quicumque hic loquitur, ellegisse se abjectum esse in domo Domini, &c. Quamquam Euthymio placet asseveranter poni, idemque valere quod ἀληθῶς ὄντως. Anonymus Græcus, quem citat Agellius, explicans cum communiore sententia quam posui de Christi adventu, ejusdemq; veluti die, qui longe sit præstantior veteris religionis diebus, qui numero mille indicentur, observat à templo Salomonico usque ad adventum Christi tot annos numerari, idem præterea innui verbis alterius Psalmi *i*; *Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna*. Vult etiam quod unus dies in atriis Domini actus, hoc est, in Ecclesia præsignabat illud resurrectionis Salvatoris nostri milienarium. Lego quid simile in manuscripto Nicephoro Blemmida Sfortianæ bibliothecæ, quem utendum procuravit mihi vir eruditissimus Joannes Dimitianus Cæphalonienſis. Inducit orationem Christo factam, cui Propheta dicat, ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σοῦ ὑπὲρ χιλιάδας nempe, τῶν ἀπὸ Σολομῶντος τὸ κτίσαντος τὸν ναὸν τῶν ἐτῶν χιλίων ὄντων ἕως τῆς σῆς παρουσίας δέσποτα χριστὲ κρείσσων τούτων ἁπάντων τῆς ἐν τῷ ναῷ σωματικῆς παρουσίας σοῦ, *quia melior dies una in atriis tuis super millia, quum sint à Salomone, qui construxit templum, mille anni usque ad tuam præsentiam, Domine Christe, melior, inquam, dies illa una his omnibus annis, quæ nimirum est in templo corporalis præsentiæ tuæ*. In Romano Martyrologio natus dicitur Christus ab unctione David in Regem anno 1032. quomodo hic ferè numerus mille abiit ab excitato templo, quod accidit *Salomonis anno septimo* K, quum etiam *ultima inunctio David in Regem facta sit septimo postquam regnare cœperat anno* 1.

i Ps. 89. 4.

k 3. Reg. 6. 38. & 2. Reg. 5. 5.

Parœmialis oratio est, qua, ut Basilius, ac Theodoretus docent, significatur plus reportari una die in templo utilitatis, quam alibi, etiamsi multa dierum millia impendantur. Prior sensus coactior est: quia dierum millia pro annis accipit, diem unam pro vera die; & numerum pluralem χιλιάδων pro singulari, tametsi אלף *aleph* sit numeri singularis, numerusque pro numero accipi posset. Denique olei Hebraismum. Hortatur Augustinus ut ad unum diem festinemus, à millibus dierum, sicut imus à virtutibus in virtutem. Alio autem loco *m* scribit de ardenti beatitudinis desiderio ad hunc modum. Tanta est pulchritudo justitiæ, tanta jucunditas lucis æternæ, hoc est incommutabilis veritatis, atque sapientiæ, ut etiamsi non liceret amplius in ea manere, quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitæ pleni deliciis, & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritoque contemnerentur. Non enim falso, aut parvo affectu dictum est; *quoniam melior est dies unus in atriis tuis super millia*. Quamquam & alio sensu possit intelligi, ut millia dierum in temporis mutabilitate intelligantur; unius autem diei nomine incommutabilitas æternitatis vocetur. Hactenus Augustini pia suavisque oratio, quæ transscribitur à nescio quo Auctore tractatus de triplici habitaculo apud eumdem Augustinum *n*. Cui & hanc admirabiliorem adde *o*; si quotidie oporteret nos tormenta perferre s. ipsam gehennam parvo tempore tolerare, ut Christum videre digni possemus in gloria venientem, & sanctorum ejus numero sociari, nonne erat dignum pati omne quod triste est, ut tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? His affinia Gregorius *p* habet quadam homilia. Athanasius *q* vim tantam facit in comparativo nomine κρεισσων, *melior*, ut inde probet nullam fere cognationem esse cœlestibus atriis cum terrestribus domiciliis, rebus æternis, & spiritualibus cum caducis, & mortalibus similitudinem nullam: denique non comparationem hic significari, sed differentiam in natura, quod aliis exemplis confirmat. Quo pertinet doctrina ejus, quem vocant Hieronymum, in commentario hujus loci, ubi ait, non esse malam expositionem, melius mihi est in regno cœlorum parum habere, quam hic totum, hoc est, in isto sæculo: sed meliorem, si posset fieri, ut aliquis una die esset in regno cœlorum, & postea præcipitaretur, recte dicturum, *melius est dies una in atriis tuis*; non vero quod dicit *una dies*, intelligens in regno cœlorum, ejusmodi diem intelligere, quæ non habet noctem, & tenebras, sed semper lux est, quare qui una die in regno cœlorum fuerit, semper ibi futurum. *Erit dies una*, inquit Zacharias *r*, *quæ nota est Domino, non dies, neque nox*: & ut Job *s*. *Quasi* meri-

m 3. de lib. arb. c. ult.

n c. 4. tom. 9.

o serm. 2. de omn. Sanct.

p Hom. 37. in Evang.

q 5. contr. Arian. citatus ab Euthym. 1. p. pan. tit. 11. pag. 112.

r Cap. 14. 7.

s Cap. 11. 17.

meridianus fulgor consurgens ad vesperam. Libet advoca-
re huc Tu i *a* sententiam, i& quam de suæ patriæ, de nostræ quæ in cœlo est amore, Ulyssis exemplo, pronuntiare. Ac si nos, ait ille, id quod maximè debet, nostra patria delectat, cujus tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tamquam nidulum, affixam (de nido noster sub initium Psalmi meminit) sapientissimus ille vir immortalitati (quam pollicebatur Calypso) anteponeret; quo amore tandem inflammati esse debemus in ejus modi patriam, quæ una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? cujus primum nobis mens, mos, disciplina nota esse debet, vel quia est patria parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in jure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. Ita porro comparatum, usuque ipso comprobatum, quod cum voluptate fit, breve ac momentaneum, quod cum molestia, & dolore, longum diuturnumq; censeri. Et quia *spe gaudemus* b, *in tribulatione quoq; patientes sumus* c, *scientes quod non sunt condignæ passiones ad futuram gloriam* d, *& quod momentaneum, ac leve tribulationis supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis*, non considerantibus temporalia, sed æterna e. *Visi sunt Jacobo pauci septem annorum dies, quibus pro Rachele servivit Labano, præ amoris magnitudine* f. Et simul tamen vere ille impotenter amans dixit:

Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est.

Et Phœdria valde se prædicabat continentem, quod triduum abstineret amoribus: denique *spes quæ differtur, affligit animam* g, *& noster suspirabat longitudinem, ac prolongationem incolatus* h. Sic est, & mora quævis ardenter amanti longa, & rei æstimanti præstantiam exigui pretii quantumvis videtur labor. Cur brevia videantur, quæ jucunda, quæ molesta longa, differt contra Colotem Plutarchus *i*. Nec aliam demum tradit, quam quæ modo indicata est.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.) Hieron. *in tabernaculis impietatis.* Alii præterea transferunt locum totum aliter, *elegi esse in limine in domo Dei mei, potius quã &c.* Aut *malo desidere ad limẽ domus Dei: elegi super limẽ habitare domus Dei manere, accubare, ostiarius etiam esse*, ut Campensis, ac Nebiensis interpretantur, aliique qui carmine psalmos enarrant, ut melior ille poeta, quam Christian. *k*:

Sim custos potius liminis in tuo
Templo, sancte parens, quam Solyma procul
Degam inter sceleratos,
Multis clarus honoribus.

Crucius noster,

Asservare domus hic claviger ostia mallem,
Sceptrifer in scelerum quam ditione coli.

Hebræum verbum הסתופף *histhopheph* à סף *saph*, quod est *limen*, & *postis* significat, ut R. Kimhi docet, *ad limen stare, in limine manere*, quasi dicas cum Cajet. *liminare*, & consequenter quod vulgo dicunt, (*albergare*) *& hospitari*, quia per viam liminis, domum ingredimur. Paraphrastes utitur verbo אדבקא *idabbaka* quod valet *adhærere, conjungi, agglutinari*, sicut Heb. דבק *davak*. Quare perabjectum esse, & παρέρριμμένον εἶσθαι ἐπ' ἐδάφους, *projectum in solo* seu *pavimento esse* Interpretes nostri continuam illam adhæsionem, & quasi agglutinationem ad limen domus Dei, sive templi voluerunt intelligere, & propter antithesin cũ habitatione in tabernaculis peccatorum, illam, quæ cum abjectione atq; humiliatione fieret, seu quasi fungendo munere ostiarii, seu veluti purgantis, ac verrentis templum, seu se se provolentis venerationis causa, seu consistentis ibi etiam ad eleemosynã seu more personæ vilioris, quæ injurias quoq; excipiat, & ut Apollin. ait, audiat εἰκτρὸς, ideſt *miser ac miserandus* vocetur: seu ritu pœnitentis publici, qui saltem postea in Ecclesia pro foribus templi stratus humi transeuntium se pedibus calcandum objiciebat. Hoc aliter Scriptura dicit *gradus ostiorum exterere pedem* l, *vigilare ad fores quotidie, & observare ad postes ostii* m. Coritarum, qui sunt hic in titulo, munus erat observare templi aditum, & ad limina stare, seu *Custodire vestibula tabernatuli, & castrorum Domini introitum* n. *Sed & piæ mulieres excubabãt in liminibus templi.* Verum abjectio ista plus importat. Coritę autem non pro se tantum, pro ceteris quoq; id profitentur, qui erant in captivitate Babylonis, sive pro illis David, ut etiam Chrysostom. *p*, insinuat. Idem præterea *p*, asserit cum Abraham secessit in

a *Ad Ocean.*
b *Rom. 5. 12.*
c *Ibidem.*
d *cap. 8. 18.*
e *2. Cor. 4. 17.*
f *Gen. 29. 20.*
g *Pro. 13. 12.*
h *Ps. 119. 9.*
i *Opusc. 1.*
k *Buchan.*
l *Eccl. 6. 35.*
m *Pro. 8. 34.* Coitæ templi aditum observabat
n *1. Par. 9. 19. Num. 1. 53. c. 3. 7. 25. 28. c. 18. 3. 4. c. 31. 30. 47. Ez. 40. 45. 46.*
o *Exod. 38. 8.*
p *Hom. 4. in Matth.*

Solitudinem *usq; Bethel, locumque altaris, in quo prius invocaverat Deum* q, multis jam antea sæculis impleviſſe, quod hoc loco canitur. Deo servire regnare est, ingenuitas vera, servilia obire, *propter eum qui formam servi accepit pro nobis* r: magnum beneficium *fieri sicut ex mercenariis Dei unum* s. Non puduit Agatham humilem, & servilem Christianorum vitam agere, quamvis nobili genere natam, sed multo præstantiorem respondit esse Christianam humilitatem & servitutem, regum opibus, ac superbia. Nota satis religiosa Paulini Aquitani nobilissimi, ac locupletissimi, qui postea Nolæ Episcopus fuit, humilitas in colendo, ac verrendo Felicis templo t:

Illic dulce jugum, leve onus, blandumque feremus
Servitium sub te domino, etsi justus iniquis
Non egeas servis: tamen & patiere & amabis
Qualescumque tibi, Christo donante, dicatos.
Et foribus servire tuis, tua limina mane,
Mundicie curare sines, & nocte vicissim
Excubiis servare piis, & munere in isto
Claudere promeritam, defesso corpore vitam.

Honor quidem honorifico per se alioquin officio ab adeò honorata accessit persona, multo magis, quam ædilitatis, procurationisve viarum sternendarum, quod Epaminondas oblatum contumeliæ causa, recepit sine ulla cunctatione, atq; ex abjectissimo, pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit u. Honoris cupidus Cæsar primum se ferio dixit malle in oppido Alpium barbaro, quod homines pauci tenuesq; colebant, esse, quam Romæ secundum x; modestiæ studiosus Christianæ infimum se libens abjicit in locum, quia qui minimus ibi, meritis quoque & amore adversus Deum ultimus est; ut autem quis maximè humilis, maximoq; prosequitur Deum honore, in amore erga eumdem esse maximus contendi. Quod attinet ad *liminum* vocabulum, quod Hebræo verbo hic indicatur, cur Apostolorum limina nominata sint, Baronius *y* causam refert ad reverentiam, observantiamq; religiosam, quia moris erat adeuntibus eorum Basilicam, ante illius ingressum ad limina pro cumbere, postesq; deoscular, & ibi preces fundere. Probat id exemplis etiam ex basilicis aliorum Sanctorum. Decerpo ex illo potissimum, quod de ea scribit Chrysost. *z* universè, & de Vaticana basilica quod Sidonius *b*. Testatur hic se ipsum liminibus ejus affusum, omnem protinus sensisse membris malè fortibus explosum esse languorem. Item illud ad rem facit, quod eadem de causa portas ipsas atrii templi reliquis veteres olim ornabant. Frequentabantur eadem Apostolorum lumina à Christianis, ab Episcopis autem quotannis ex decreto Anacleti & Zachariæ Papæ *b*, & inquit Gregor. *c* Imperatores ipsi etiam post mortem extra Apostolorum vestibula Constantinopoli sepeliri volebant, fierique piscatorum hac ratione ostiarii, ut scribit Chrysost. *d*; ut omittam reges, maximè Angelos, principes, qui sibi domicilium, ac fixam sedem propè templum Petri, ubi perpetuo degerent, velut quidam, ut vocant, mansionarii ac æditui, constituerunt. Gentiles ipsi supplices ibant per omnia templa, quum deorum ante ora prostrati, teste Arnobio *e*, limina ipsa convenerint osculis. Unde poetas *f* quidam:

Non ego si merui, dubitem procumbere templi
Et dare sacratis oscula liminibus.

Quid vero dicam de religioso instituto, quod in sui ipsius abjectione, humiliatione, despicientia hominem instituit, & abjicit infra omnes, quam id nobilissimi, potentissimi, sapientissimi multi amplexi sint ex propria animi electione ac destinatione? immo ex illius electione, qui dixit, *non vos me elegistis, sed ego elegi vos* g? Infinitus essem si recensere vellem. Legantur Bozius de notis signisve Ecclesiæ, Platus de bono statu religiosi, Franciscus Arias tomo primo de imitatione Christi, omnium ordinum religiosorum annales, historiæ Ecclesiasticæ, sanctorum vitæ. Gallicani generis Constantini, Placidiæ, Pulcheriæ, Eudociæ Imperatricum, & similium aliorum trita sunt exempla. Nec eligunt dumtaxat veri religiosi, ambiuntq; intra religiosos parietes, & apud sodales, istam abjectionem, sed extra etiam, ut sint *omniũ peripsema* h, *& maledictum, quod esse Christus pro nobis dignatus est* i. Argumentum quod de mundo non simus sed domestici Christi, *si edit nos mundus* k, *persequitur, Beelzebub nominat* k, *omneq; malum dicit adversus nos* l, *digniq; habemur pro nomine ejus contumeliam pati* m. Quod Hugo Cardinalis de suo, ideſt, ordine Prædicatorum, & altero, nempe Minorum innuit, qui

q *Ho. 35. in Genes.*
r *Gen. 13. 4.*
s *Phil. 2. 7.*
t *Luc. 15. 18.*
u *Natali 2. Felicis.*
x *Val. Max. lib. 3. c. 7.*
y *Plutarch. Cesare.*
z *in notis martyrol. Novemb. & to. 1. annual. a 60.*
a *Hom. 30. in 2. ep. ad cor.*
b *lib. 1. ep. 5 cum Sobo liaste Savaron.*
c *d. 93. sanctorum.*
d *lib. 2. epist. in 70.*
e *Hom. quod Christus sit Deus.*
f *1. contra Gent.*
g *Tribullus.*
h *Job. 1. 16.*
i *1. cor. 4. 13.*
k *Gal 3 13.*
l *Jo. 15. 13.*
m *Matth. 10 26.*
n *Matth. 11*
o *Act. 5. 41.*

qui tum florebant maximè, non longe ab exodio suo, usurpat, non incommodè ad alios transferri queat, atq; hunc minimum, & recentiorem nostrum, qui peculiari præterea voto abjectionem eligit in Ecclesia Dei, aditum intercludens honoribus intus forisq; *Duæ cognationes*, inquit
a cap. 35.24 Jeremia *a*, quod Hugo de duobus accipit dictis ordinibus per accommodationem, *quas elegerat Dominus, abjectæ sunt, & populum meum despexerunt, eo quod non esset ultra gens coram eis*. Imitandus Moses, *qui grandis effectus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cujus populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem* b. Eligamus mori, quam *cibis* (peccatis horum ve occasionibus) *iniquinari immundis* c: *eligamus viam veritatis* d, deniq; *Deum ipsum* e, *& vitam secundum illum*. Optatior privata vita jucundiorq; vel Diocletiano teste, post abdicatum imperium, quo se tunc tempore revivisscere affirmabat, & novum sibi diem dilucescere *f*. Merito prælata illius in Philippi Macedonis convivio sententia, qui non Olympium, non aquam, non solem, rerum omnium maximam, sed cor quod res maximas despiceret, respondit esse. Nec extrema prophanaq; desint exempla hominum, qui gloriæ honorisque contemtu, hæc apud homines comparere studiosissime conati sunt. Elegisse se hoc ipsum testatur Augustinus *g*, si tamen Augustinus raptum tamen violenter ad Episcopatum; sic aliquando fit, ut tales eligat Deus. At bonum est, ut quod in te est, eligas abjectus esse, &, si licet, oblatos honores refutet, quod adeo multi Sancti, tam serio fecerunt. Hic finem dicendi facio, ubi vivendi sanctissima Paula, quæ in pia verborum istorum expiravit repetitione, atq; meditatione, ut prodit Hieron. *h*, quem non esse Auctorem commentarii in Psalmos non ambigo, vel ob interpretationem præsentis loci, quod esse abjectum in domo Dei, sit esse minimum in regno cœlorum, idest, ut Angelum, qui sit major, quam Joannes, quo in hac vita non surrexerat major. Sermo est in domo Dei in hac vita; ubi illud quoque verum est, quamlibet Ecclesiasticam functionem absque comparatione digniorem esse, qualibet mere laica. De Juliano, qui fuit apostata, & Gallo, scribit Nazianzenus *i*, in cleri ordinem cooptari voluisse, & divinos libros plebi lectitasse, non minus id sibi amplum, & honorificum esse existimantes, quam aliud quidvis: imò omnium ornamentorum maximum præstantissimumq; pietatem esse censentes. Thomas Morus regni Cancellarius Anelicani, postea etiam martyr, indutus superpelliceum Sacerdoti in Ecclesia concinebat, & sacrificanti ministrabat, duciq; Northfolciæ, id regi displiciturum cum exciperet, respondebat, illi displicere non posse, quod regis Domino impendebat obsequium: in supplicatione quoq; publica interdum crucem præferebat k, *Nil dubitans vilior fieri & esse in oculis suis* pro Domino *l*. Allegoriam demum indicat Augustinus *m*, longè præstantius esse, ut sit quis quantulumcumq; membrum Sacerdotii Christiani, & ad *regale Sacerdotium* Christi *n* pertineat, quam in quovis collocari honore veteris legis, qui nullus jam est, juxta illud ex historia Regum *o*, *Dimitte me obscuro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis*, quod legit Augustinus, *jacta me in unam partem Sacerdotii tui, manducare panem*,

b Heb. 11. 24 25, 26.
c 1. Mach. 1. 51.
d Ps 118. 10.
e Deu 26, 17 & 30. 19. 20.
f Trebellius & Latus.
g Serm. 49 & 6. ad frat. in Eremo & circat. concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio cap. 112.
h Hieronymus epist. 27.
i orat. 2. in Julia.
k Staplees in vita c. 6. Allegoria 1. 2. Reg. 6. 22 m 17. de civit. c. 5. n 1. Pet. 2. 9. o lib. 1. 2. 36.

A *virtutum*, idest exercituum, atque fortissimum, & sibi ipsi, atque cuivis qui divina spe sit plenus, gratulatur, hoc nomine felicem esse, quod scilicet cunctis aliis posthabitis, in uno illo spem omnem projiciat. Potest præterea sensus esse, propterea infimum locum in ipsis templi liminibus vel templi ministeriis Prophetam suo, aut alterius nomine elegisse dixisse, antea, quia novisset Deo gratam esse misericordiam, idest, hilaritatem, & alacritatem ipsi servientium, una cum fidelitate atq; sinceritate, quæ procul amovet omnem dissimulationem, & hypocrisin, & quod has duas in suo cultu virtutes humilitatis, de qua prius dictum est, socias, ipse copiosè remuneret, conferendo gratiam & gloriam, utpote qui *glorificantes se glorificet* p, *& humilibus sive mansuetis det gratiam* q; *gloriamque præcedat humilitas* r. Mystico recepto sensu declaratur hic locus de misericordia & veritate, quibus in Ecclesia parcitur peccatori, docetur saluti necessaria, justificatur, postremo perducitur ad gloriam: vel per misericordiam allicitur ad veniam, per veritatem justitiæ compungitur ad pœnitentiam, & omnia bona conducunt quæ conducunt ad salutem ei qui ex animo diligenterque illam procurat.

p 2. Reg. 2. 30
q Prov. 3. 34 Jac. 4. 6. 1. Pet. 5. 5.
Sensus mysticus.
r Prov. 15. 33

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.) Antequam dico de aliis versionibus, moneo de harum duarum in Deo virtutum conjugatione, quæ frequenter in scripturis ponitur, dixisse non prius in hoc opere quantum satis sit, seu de misericordia & judicio, aut justitia, quæ Deus etiam quodam de præcedentibus Psalmis *s*, diligere canitur. Si religiosis viris hoc, & ea quę sequuntur accommodemus, sic exponemus, id eos amplexos institutum, & abjectionem elegisse in domo Dei, ut per misericordiam, quam, pauperibus res suas distribuendo, faciunt, ab illo diligantur, qui præterea diligit in iisdem veritatem, hoc est, præclarum illud verumque judicium, quo censent cuncta mundi præsentis bona postponenda minimo, abjectissimoque loco in domo Dei, pro dicta autem misericordia & veritate det eximiam gratiam & gloriam excellentem, nec *nec eos fraudet à desiderio ipsorum* t, *sed tribuat illis secundum cor eorum, exaudiatq;* u. Vera misericordia, maximeque, ut Hugo hunc sensum sequens, notat, est *misereri animæ suæ* x, quia *qui sibi nequam, nulli bonus* y, quod perfectissimè facit, qui renuntiat omnibus postea verò spirituales eleemosynas erogare non cessat, orando, prædicando, confessiones audiendo, &c. Hæc misericordia & veritas *præparant bona* z, *misericordia & fide* (seu fidelitate & veritate *purgantur peccata* a: *istis redimitur iniquitas* b.

s Ps. 32. 5.
t Ps. 77. 36.
u Ps. 19. 25.
x Eccl. 30. 24
y cap. 14. 22.
z Prov. 19. 22
a cap. 15. 27.
b Cap. 16. 6.

Jam quod attinet ad alias versiones ex Hebræo: Hieronymus interpretatur *quia sol & scutũ Dominus Deus*. Alii *lux & securitas*. Aquila eodem fere modo ἥλιος καὶ θυρεὸς Κύριος ὁ Θεὸς *Sol & clypeus* Dominus Deus: item Symmachus ἡλιου γὰρ καὶ ὑπερασπισμου Κύριος ὁ θεὸς nempè ἀγαπᾷ, *solem enim & protectionem Dominus Deus*, nimirum *diligit*, vel δίδοσι, *dat*. Hebraicè sic est ומגן יתוה אלהים כי שמש *chi scemes umaghen Jehova elohim*, quod Hieronymus & alii duo quos dixi, ad verbum reddiderunt omisso *diligendi* verbo, quod ab est ab Hebræo textu. Placet quod Faber (parum licet æquus editionis vulgatæ) Ricardus Cenomanus, Genebrardus monet, Interpretes Lxx. solis, ac scuti metaphoram expressisse, ut sol esset misericordia, quoniam Christus Dei misericordiam in suo sole communicando commendavit *c*; scutum veritas, quia idem Deus *hac, tamquam scuto circundat nos* d. Misericordiæ quoq; per solem effecta mirificè declarantur, & veritatis per scutum. Sol enim illustrat, vegetat, fovet, alit, fœcundat, vires reparat, veritas seu veracitas, fidesve ac fidelitas Dei in promissis suis tutos atq; securos nos facit, & est loco scuti, ac propugnaculi. Vel, significari senserunt Interpretes, sic Deum dare gratiam, ut sol dat lumen, sic gloriam, ut propugnator victoriam. Frigidior interpretatio, retento sole, ac scuto secundum propriam notionem, ut quod ait Agellius, quia dixerat Propheta optare se vel in limine domus Dei jacere, nil ibi vereri aut solis aut frigoris injuriam: cui namque serviat, esse solem, ut algentem calefaciat: scutum & protectionem, ut à nimio solis ardore defendat. Sed & parum probabilis ejusdem Angelii conjectura, legisse Lxx. Hebraicè, non ut recita vimus, sed שמן *sccmen* & ἔλαιον אמונה *emunah*. & vertisse ἔλαιον *oleum*; ex hoc autem postea factum ἔλεον *misericordiam*. Est quidem *emunah veritas*; sed *scemen oleum, unguentum, pinguedo*, nec nisi figurate *misericordiam* significat, sicut & ἔλαιον quæ aliquando cognominatur

c Matt. 5. 47
d Ps. 90. 5.

Vers. 12.) Quia misericordiam, & veritatem diligit gratiam & gloriam dabit Dominus.

Vers. 13.) Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia, Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Sensus loci. AD extremam fiduciæ suæ tantæ optimam rationem dat, quia Deus qui misericordiam diligit exercetque, simul est in promissis servandis fidelis, & accuratus & idcirco juxta fidelitatem istam atq; misericordiam dabit sine dubio confidentibus in se gratiam, qua nos sibi, ac aliis bonis gratiosos, & amabiles efficiat, præterea gloriam tum celebritatis in hac vita, nec non sanctitatis, tum in futura sempiternæ fœlicitatis. Deniq; viventibus in integritate, atq; simplicitate non negabat omnia vera, & solida bona. Quocirca his dictis erumpit in exclamationem cum apostrophe ad Deum, quem appellat *Dominum*

natur misericordia uber seu pinguis, ut ibi, *senectus a mea in misericordia uberi*, licet Hieronym. oleum transferat, quia est שמן *scemen* & ἔλαιον: quamvis putent aliqui Latinum nostrum reperiisse in textu Lxx. Interpretum ἔλαιον *misericordiæ* nomen. Certè quum retineat Agell. ἔλαιον, id est, *oleum*, & figuratè poni velit pro *misericordia*, cur non hic etiam concedit nomen שמש *scemes* secundum eamdem metaphoram usurpari pro *misericordia*, cum non minus misericordiæ Sol, sed magis quoq; quam oleum convenire possit: veritati etiam vocabulum scuti? Præterea cum in nomine שמן *scemen*, quod substituitur pro שמש *scemes*, figurata significatione retineatur, quid opus fuit substituere? & quare מגן *maghen* figuratum etiam vocabulum non est relictum, sed citra figuram aliud suppletum אמונה *emunah veritas*? Deniq; Aquilæ, Simmachoque & Hieron. credi potius, ceteriq; omnibus, quam unius debet suspicationi. Chaldaicè ponitur pro *Sole arx*, aut *murus excelsus* שור רם *schurram*. Prudenter fecisse Interpretes videntur *Solis* non exprimendo nomen, quia Græci divinum numen, syderibus inesse arbitrabantur: nec defuere, qui scutis ipsis adorationem impertirent.

Græci syderibus inesse divinum numen arbitrabantur.

Gratiam & gloriam dabit Dominus.) Addit Cassiodor. *Deus*. Psalterium Romanum habet pro *Domino* nomen *Dei*: Gallicanum rejicit nomen *Domini* in sequentem versum Hebraicè, *Dominus Deus*, junguntur præcedentibus, *Sol & scutum*, & isti membro nectitur nomen *Domini*. Græca distinctio varia. Correcti codices legunt ἀγαπᾷ Κυριος ὁ Θεὸς *diligit Dominus Deus*; deinde χάριν καὶ δόξαν δώσει Κύριος. Alii, Θεὸς χάριν, &c. tum in sequenti membro, Κύριος δ' ἐρεῖ. Parum refert.

Gratiam & gloriam litterali de Hebræis captivis sensu, intelligimus, quæ consistat exterius in favore, gratia apud alios, nominis celebritate. Sed mysticè passim interpretantur de supernaturalibus gratiæ, præsertim sanctificantis, & gloriæ beatæ muneribus. Hæc dicuntur à Deo dari tamquam à caussa prima principali, quamvis adulti dispositive concurrant ad consecutionem gratiæ justificatis, ad actum verò visionis beatificæ etiam ut caussa per se, & principalis, sed secunda. Nec enim ex eo quod gloriam dare Deus dicitur, sequitur in dicto actu habere se beatum mere passive, quod etiam aliqui arbitrantur actui vitali, qual est visio, repugnare, sed caussam primariam seu primam principalem Deum esse, tum quando elicitur actus ille, tum ratione gratiæ sanctificantis, cujus idē caussa per efficiens solus est, tum meritorum, quorum radix est eadem illa gratia simul cum auxiliis divinis, tametsi in dictis meritis, qui meretur habeat se ut non instrumentalis dumtaxat, sed tamquam efficiens caussa per se secunda in genere moris. Sequitur potius ex istis verbis requiri ad sanctitatem, atq; ad videndum Deum peculiare ejusdem supernaturale donum: Qua in re, quod attinet ad visionem Dei, quæ difficilior est, damnantur in Concilio Viennensi sub Clem: V. b Begardi & Beguinæ, qui senserunt quamcumq; rationalem creaturam naturaliter beatam esse, nec indigere supernaturali lumine, sive intelligas de habituali, sive de actuali, quod nunc nō curamus. Id certè ita proprium Deo est, esse caussam efficientem primam principalem gratiæ & gloriæ, ut creaturę communicari non possit, ut caussam, inquam, talem & independentem, atque per virtutem sibi propriam, ac naturalem. An verò possit creatura aliqua esse caussa principalis secunda dictarum rerū per virtutem à Deo acceptam, quę sit sufficiens & proportionata ad ejusmodi producendos effectus, magis in dubium revocari potest, de quo nunc non agimus. Argumentari autem hinc licet, Christum Deum esse, quia de se ut de caussa prima principali dixit *c vitam æternam do eis*; Paulus *d* de illo; *Coronam justitiæ reddet mihi Dominus in illa die justus judex*; & *e*, *dicebat auctorem salutis eorum, qui multos filios in gloriam adduxerat*. Præterea sequitur gloriam gratiæ respondere, tamquam fructum radici, vel finem fructus præcedentis, qui dicatur gratia sanctificans cum operibus ac meritis; *Habetis enim*, ait Apostolus *f*, *fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam*; & *gratiam Dei* esse ait *vitam æternā* g. Nam etsi debeatur meritis tamen ideſt, ratione gratiæ, ut docet August. *h*, Chrysostomus *i*, & alii, ita ut Deus dicatur præmiare & coronare munera, donaque sua.

Beatus non habetur se mere passive in actu visionis beatificę.

Meritorum radix.

b *Clem. ad nostrum de hæres.*

c Jo. 10. 28.
d 2 Tim. 4. 8
e Heb. 2. 10.

f Rom. 6. 22.
g Ibid.

h Ep. 105. & Ench. c. 107. & l. ac grat. & libero arb. c. 8.
i Hom. 11. in epist. ad Rom.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.) Hieronym. *nec prohibebit bonum ab his, qui ambulant in perfectione*. Alii *e in simplicitate*, vel, *integritate*, vel *sinceritate*. Hæc omnia valet תמים *bethamim*, & ἐν ἀκακίᾳ de quibus dictum alias. Habent alia Latina Psalteria, & Augustinus, Arnob. Cassiod. participium, *ambulantes*. Non est dubitandum, quin gratiam, gloriamq; dec is, qui nullum destituit bonis gratię, & omnes vult salvos fieri, dummodo ambulent sine dolo, fraude, fuco, fallacia, fictione, hypocrisi; sed syncere, ex animo, serio, simpliciter, ac perseveranter colant ipsum. Gratiæ bona nomen *bonorum* absolutè merentur, cetera vel ἀδιάφορα sunt, vel minus perfecta, honesta, bona, ut morales virtutes naturæ viribus comparatæ. Non privare, vel non prohibere, non negare, non auferre usitata λιτότητος plusquam se ferat, importat, nimirum liberaliter concedere. Ceterum non istius generis dumtaxat bonis non privat Deus ambulantes in innocentia, sed neq; aliis quibuscumque, quatenus conferunt ad salutem: &, si quando privat, ideſt, non concedit, aut etiam tollit, propter potiorem illorum conservationem, vel incrementum id facit. Bonis gratię non privat jam datis, nisi propter peccata & demerita, quia *sine potentia sunt dona & vocatio Dei* k: propter similem præterea caussam privat, ideſt, denegat non quidem necessaria & sufficientia, sed majora vel efficacia gratię auxilia; quum tamen homo libera labatur voluntate, non deturbatus à Deo faciente ut benè currens cadat, quemadmodum rectè August. *l* ac Prosper docent: denique privat etiam bonis naturæ aliquando, in pœnam. Athanasius *m* quia bonorum gratiæ largitio attribuitur Spiritui Sancto, hunc quoq; locum, in quo nominantur bona, de eodem illorum Auctore interpretatur; quemadmodum illud, *Quis ostendit nobis bona?* & *o*, *pater vester de cœlo dabit bona petentibus se*, quod Lucas *p* exponit *spiritum bonum*. Innuens quoq; præsentis loci verba Tertull. *q*, retentaq; Græca voce *ἀπὸ ἀκακίας*, hanc, ait, incorruptibilitatem habemus semper induere ad domum Domini, quam ἀκακία pollicetur. Huc Rhenanus ibi alludi putat, Pamelius ad Ps. 23. 1. *Qui ascendent in montem Domini, &c. innocens manibus*. At de domo Domini mentio hic superius *s* præcessit; & illo versiculo est expressum nomen ἀκακίας. Sed Philo Carpathius *t* proprie videtur interpretari de bonis, quæ cœlestis sapientia Ecclesiæ suę semper tribuat in præsenti vita. Utraq; complecti possumus, etiam quæ ad futuram vitam pertinent, ipsammetque beatitudinem.

Gratiæ bona tantum absolute bona dici merentur.

k Rom. 11. 29

l De bono perseu. 22.
m ad cap. Gallo c. 12. de hum. nat. suscep.
n Ps. 4. 6
o Matt. 7. 11
p Cap. 11. 13.
q de cultu fem. c. 6.

r verſ. 3.
s v. 5.
t in Cant.

Dominе virtutum.) Ex Hebræo, *exercituum*. Græcè δυνάμεων, quæ voces multoties occurrerunt, nec significant virtutes morales, Addunt (*Deus*) alia Latina Psalteria, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius.

Beatus homo, qui sperant in te.) Arnob. *vir*, & monet non sexum indicari, sed mentem, viriis reddi ex viro fœminam, & Deum amare fœminam, quæ jure vir dicitur. Utriusq; generis sunt אדם *Adam* appellativum nomen, & ἄνθρωπος, & *homo*, sed epitheta μακάριος & *beatus* restingunt ad virum: constatq; sæpè in masculino sexu comprehendi fœmininum. In Psalmo 33. *u* canitur, *beatus etiam, qui sperat in Deo*; si nimirum sit spes, quam Petrus *x* vocat *vivam*: denique si cetera non desint, & sermo est de beatitudine hujus vitæ, quam solet appellare Augustinus beatitudinem in spe, & Joannes *y* *eum, qui habeat hanc spem, beatificare seipsum*.

u v. 9.

x 1. Epist. 13.
y 15. Ep. 3.3

PSALMUS
OCTOGESIMUS QUARTUS.

1 In finem, Filiis Core, Psalmus.

2 Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivitatem Jacob,

3 Remisisti iniquitatem plebis tuæ; operuisti omnia peccata eorum,

4 Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ.

5 Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram tuam à nobis.

6 Numquid in æternum irasceri nobis: aut extendes iram tuam à genera tione in genera tionem,

7 Deus tu conversus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

8 Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

9 Au-

9 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super Sanctos suos: & in eos qui convertuntur ad cor.
10 Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.
11 Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt.
12 Veritas de terra orta est: & justitia de cælo prospexit.
13 Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
14 Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem, Filiis Core, Psalmus.

OMisso titulo, qui nulla opus habet explanatione, propter similitudinem cum aliis, qui præcesserunt, in argumento conveniunt Catholici, sub typo vaticinii, de Babylonica captivitate, precationisq; pro eadem, vel etiam gratulationis pro liberatione, ac restitutione, in opimam ac fœcundam terram, postquam Deus ignovisset peccatis populi, agi de Christi liberatoris adventu, redemptione generis humani à peccato, sedata ira Dei, pace restituta, facta misericordia, compensata justitia, præstitis promissis divinis de salute nostra, facultate concessa justè, fideliter, sanctè vivendi. Illustrat rectè Jansenius exemplo Esaiæ *a*, qui sub eadem figura liberationis è captivitate Babylonica scripserit præcipuè de generis humani liberatione; *Rorate cœli desuper, &c.* Certè peccatorum omnium hìc promissa remissio, & pax multo verius, & perfectius hominibus contigerunt per Christum, quam reversis Hebræis de Babylone. *Immò impediti sunt cœptum Templum ædificare b*, tantoq; timore corripiebantur ob imminentes hostes, *ut una manu facerent opus, & altera tenerent gladium* c, non etiam studuerunt justitiæ, *sed contra legem connubia miscebant cum gentibus* d, ut optimè observaverunt Cajetanus, & Osorius. Athanasius Marcellinum hortatur pronuntiare istius Psalmi verba, quum admirari velit Dei beneficientiam, bonitatemq; tum in seipsum, tum in alios, atq; ideo Domino gratias agere cupiat. Ecclesia eum frequentat in officio Nativitatis Domini, & de B. Virgine. Non placet, quod alludens Hugo ad etymon *Core*, ut *filii Core*, dicantur Christiani, quasi Calvi, & filii Calvariæ, ubi Christus passus est. hic Psalmus licet agat de Incarnatione, tamen titulum habeat de passione. Cassiod. absolutè tradit esse de Verbi incarnati adventu primo, & quidem præter alios duos priores, ordine tertium. Ambros. *e* affirmat in hoc Psalmo evidentius Domini Jesu prophetari adventum, & totum sonare Dominum Jesũ, qui vivificat mortuos. Is, quem vocamus Hieronymus repesit, ubi *filii Core* tituli præfiguntur, nihil triste esse, sed semper lætum. Meminit præterea Elisæi calvi, *qui in pueros quadraginta duas, à quibus ridebatur, misit ursos suos* f, quos Vespasianum, ac Titum interpretatur, qui anno 42. ab ascensione Christi subverterint Jerusalem. Rabbini quoq; de redemptione per Christum explanant Psalmum istum ut Kimhi, Moses Hadarian.

a *Cap.* 48.8

b 1. *Esd.* 4. 1 *& seq.* 1. 2. 42 *& seq.*

c 2. *Esd.* 4. 17

d 1. *Esd.* 9. 1. *& seq.*

e *in Ps.* 118. *oct.* 6.

Nihil triste, sed semper lætum, ubi præfiguntur tituli filiis Core.

Vers. 2.) Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob.

Vers. 3.) Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum:

Vers. 4.) Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab ira indignationis tuæ.

Sensus loci. ALloquitur Deum Propheta tamquam re jam peracta gratulans, quia certus erat, ita fore prævidebat. Exponit singulari providentia Dei ditatam provinciam, quæ adum exul abesset populus, evasisse sterilis videri poterat, populum è durissima servitute in libertatem reductum, præsertim vero qua serviebat peccatis. Condonata ipsi peccata, pœnasque remissas: pro tetro autem, & sordido vestitu, non modo quem captivi gestarent, sed multo magis, quo crimina illos fœda, omneque humanum genus cooperirent, novam, quæ ingenuos deceret, & in libertatem filiorum Dei translatos, ornatamq; gratiæ vestem induisse: extinctum odium antiquæ offensionis, & compressam omnem indignationem, receptis inimicis cum insigni amoris significatione, atque amplificatione beneficiorum. Permixtam putamus figuræ, umbræ, typo veritatem quam in argumento diximus, nec propriè tribus hisce versibus, eo quod præteriti temporis verba contineant, loqui David de Ægyptiaca, ut voluit Cajetanus, liberatione, vel de Babylonica, ut Lyra, vel, quod ait Valentia & Genebrardus, de variis liberationibus frequenter populo exhibitis. Idem tempus præteritum infra *g* quoq; subditur *Misericordia & veritas obviaverunt* B *sibi justitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est & justitia de cœlo prospexit*: quibus tamen verbis concedunt omnes redemptionem humani generis prædici, accipi præterita pro futuris, ut bene monet Jansenius.

g v. 13.

Benedixisti Domine terram tuam.) Hieronym. *placatus es Domine terræ tuæ.* Alii *complacuisti, rediisti in gratiam, benignus factus es, favisti, gratiam habuisti gratofavore complexus es, reconciliatus es, propitius factus es, bene voluisti, dilexisti, approbasti.* Significantur hæc, hisq; similia Hebræo verbo רצית *ratsitha*, cui simile, Chaldæum רעיתא *rehhetha*, nec non Græcè εὐδοκησας de quibus dictum alibi. Unus Campensis interpretatur in Imperativo, *propitius sit Domine terræ tuæ.* Favet Ambrosius *h* tamen dicens, hic postulari benedici terram. Item Euseb. quem profert Agellius, qui benedictionem opponit maledictioni terræ *i*, eiq; de qua Osea *k* meminit, & ait per adventum Christi terram benedictione repletam esse, templis excitatis ubiq; & Deo dedicatis. Non solet sic exponi præteritum verbum, sed non raro habet significationem futuri. Certitudo prædictionis, ut notat Augustin. & alii, facit, ut pro futuro ponatur illud tempus. Quare, ut ante dixi, nihil attinet ad priores liberationes respicere, nec declarare quod fecerit ante hac Deus, peti nunc, aut sperari facturum esse. Putat Agellius ab Interprete Latino, qui de Græco immediatè transtulit, lectum ηὐλόγησας: fortassis maluit bene velle, quod significari sciebat per εὐδοκησας reddere verbo *benedicendi*, quia sæpissimè denotat verbum hoc in scripturis bonæ voluntatis effectum ac prodeuntem in rem, opusque bonam voluntatem, ut rectè admonet Scepręus. Explicant Græci esse τὸ ἀγαθόν τι θελῆσαι, *bonum quid velle*, & Nicephorus εὐεργετῆσαι, *benefacere*, Basil. etiam notat alios habere, *favisti*. Hieron. *l* interrogantibus Suniæ & Fretelæ quomodo εὐδοκησας exprimi deberet in Latino, respondit, si contentiosè verba scrutemur, & syllabas *beneplacuit Domino terra tua*: sed sic ordinem perdi: aut addendum (*complacuit tibi Domine, terra tua*) & quid etiam (*tibi*) quum nec in Græco sit, nec in Hebræo, ut εὐδοκησας, & proprietas, & elegantia linguæ, C in quam fit transiatio, conservetur, ubi non est damnum in sensu. Terram Domini vocat, quia *Domini est terra*, *m* inquit Euthymius, vel quoniam, quam dederat Dominus Hebræis, ipse peculiariter *suam* nuncupavit, * ut Cajetanus docet.

h *in ps.* 118 *oct.* 6.

i *Gen.* 3. 17.

k *Cap.* 4. 2.

F εὐδοκῆσαι

l *Epist.* 139

m *Ps.* 23. 1.

n *Lev.* 25. 23

Sensu mystico sumunt pro Ecclesia, humanitate Christi, matre ipsius, corpore cujusvis nostrum, vel etiam anima. Primus dicendi modus communior. Pro anima, quæ sponsa sit Dei Phylo Carpath. *n* interpretatur, vim faciens in Græco verbo, ἐυδόκησας, & in verbis Cantici canticorum *o*, καλὴ εἶ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία *pulcra es, amica mea, ut beneplacitum*. quod Latinè est, suavis & docens maximè gratam Deo mentis voluntariã oblationem. Colligit Jacob. Faber Stapulensis immaculatam conceptionem Deiparæ, & secundùm versionem Hier. *placatus es Domine terræ tuæ*, indicari hanc terram non esse terram iræ, excipiq; à reliqua terra filiorum Adæ. Citat Julianum & Alphonsum. Concedo Nebiensi argumentum non concludere, quod facit etiam Pintus *p*, (ita præterea sumens aversionem captivitatis Jacob, pluraque in eamdem sententiam differens) præterea hoc loco Valent. qui comparat cum terra paradisi, quæ tulit *lignum vitæ* q, nullo violata rastro vel aratro, & vocatur terra virgo, ex qua item *formatus est Adam* r, nec non cum agro odori-

Sensus mysticus.

n *in Cant.*

o *Cap.* 6. 3.

p *in Cap.* 4. 8 *Exod.*

q *Gen.* 4. 22.

r *Cap.* 2. 7.

odorifero, quem Jacob dixit *benedictum à Domino* a, suf-
a cap. 27. ficeret sanctificatio post conceptionem, quo item pacto secundùm accommodationem locum istud explunat, sed ejus isti opinioni, quæ nunc pauciorum est, nullo modo acquiesco, conceptam in peccato Mariam. Sine dubio benedicta terra dici debet Maria, quam salutavit Angelus
b Luc. 1. 28. *benedictam* b, & per quam consecuti sumus largissimam
c ibid. vers. 2 benedictionem *benedicti fructus ventris ejus* c, & ut exemplo Jacob luctando captivitatem spiritualem effugiamus, nobisque remittatur iniquitas, & operiantur peccata. Benedictio collata Eccl. spiritualis præsertim
d Ephes. 1. 3. d est, simul tamen etiam potest intelligi de liberatione à persecutionibus, ac de temporali prosperitate sub Constant.
e in c. 1. ep. ad Ephes. & deinceps. Theophylactus e interpretatur de benedictione corporali terræ Judæorum. Ambr. f terram, quam
f in Ps. 118. octon. 6. dicit hoc loco postulari, ut benedicatur, scribit quod satis notum est esse illam, quæ peccatum in Adam contraxerat, cui dicatur g, *Terra es, & in terram ibis*, seu, *pulvis es, & in pulverem reverteris*: maledixisse autem Deum
g Gen. 3. 19. non elementum terræ, neque substantiam, aut naturam carnis, sed in elemento carnem prævaricatricem: benedici in Christo, ut à priore maledicto salvatur, eamq; à benedicto filio Dei, qui assumpsit hominis conditionem susceptam. Hugo non incommo de distinguit in his versi-
bus utilitates ex Incarnatione provenientes, infusionem gratiæ per benedictionem terræ: remissionem originalis peccati, per aversionem captivitatis Jacob: refrigerationem fomitis, per remissionem iniquitatis: condonationem peccati actualis, per operationem peccatorum: aversionem iræ Dei, atq; reconciliationem, per ea, quæ sequuntur. Declarat præterea de anima, quæ accipiat benedictionem à Deo, dum respondet imbri, & culturæ cœlesti, *generans herbam opportunam, non spinas & tribulos*, quod
h Hebr. 6. 8 facit *reproba, maledictoque proxima* h: deinde à qua Deus avertat captivitatem Jacob servando contra tentationũ luctam, ne ducatur in captivitatem peccati, vel inferni: ad hæc cui remittat iniquitatem in confessione, operiat peccata in satisfactione. Paullo aliter Ayguanus Incarnationis hic distinguit affecta; benedictionis contra maledictionem, contra iniquitatem justificationis, reconciliationis contra indignationem Dei. Rursus benedictionem consistere ait in absolutione peccatorum, quia quum
i Joel. 2. 14. k Ps. 10. 4. l Eccles. 3. 12 m Matth. 25. 34. n 1. Petr. 3. 9 o Eccl. 11. 24 p vers. 8. q Ps. 32. 9. alib. Deus ignoscit, dicitur *post se relinquere benedictionem* i: in meritorum operatione, quod est *præveniri in benedictionibus* k, *atque benedictione patris confirmari* l, in præmiorũ acquisitione, quæ convenit *benedictis Patris* m, & *hæreditate possidetur* n, & *in mercedem justi festinant* o: denique *benedictionem dat legislator*, ut præcedente videmus Ps. p, & *super populum Dei benedictio ejus* q. Bruno Carthusian. ordinem inversum putat, ita ut primum sit à captivitate per fidem averti, postea peccata operiri: tum iniquitatem remitti: deinde in bonis operibus, ac virtutibus benedici: deinceps ut Deus mitiget iram suam in hac vita: tandem ut in futura avertat se ab ira indignationis suæ. Inest in his dicendi modis omnibus probabilitas.

Avertisti captivitatem Jacob.) Chaldaicè, *domus Jacob*, ut exprimatur metonymia continentis pro contento, vel quia & terræ & incolæ benedicuntur. In nomine Jacob innuitur Ecclesia ex Gentibus, tamquam minor, cui serviat major, idest Judæus. Nemo enim fere nostrum, inquit August. r, aliter intellexit, quam majorem populũ
r 16. de Civ. c. 35. Judæorum minori populo Christiano serviturum. Alias ejusdem denominationis causas attuli. Eadem phrasis
s Ps. 13. 7. Ps. 125. 1. *avertendi captivitatem*, vel *convertendi* in aliis ps. s. Hieronym. *reduxisti*. Alii in imperativo, *restitue, redde, &c.* vel in futuro, *restitues, avertes, reduces*, &c. Explicat Aug. *de lege in membris repugnante legi mentis, & captivum ducente*, seu *captivante in lege peccati, à qua, & à corpore mortis hominem infelicem liberat gratia Christi* t, & hoc ipsum
t Rom. 7. 24. declarari per sequentia, quæ sunt, *remitti iniquitatem, ac operiri peccata. Prædicavit Christus captivis remissionem & indulgentiam* u, hoc loco perpendit Basilius, sive Theo-
u Es. 61. 1. Luc. 4. 18. odor. & secum *reduxit ascendens in altum captivam captivitatem* x. *Diaboli laqueis captivus tenetur peccator ad ipsius voluntatem* y, *qui facit peccatum, servus est peccati* z
v Ps. 67. 19. Eph. 4. 8. x 2. Tim. 2. 26 y Jo. 8. 34. z Rom. 6. 16. *ad mortem & corruptionem; à quo enim quis superatus est, hujus & servus est* a. *Ubi spiritus, ibi libertas* b. Is liber, *quem veritas, & Christus liberaverit* c, *qui de manu inimicorum liberatus servit in sanctitate & justitia coram Deo*
a 2. Pet. 2. 19. b 2. Cor. 3. 17 c Joh. 8. 32. 36. d Luc. 1. 74. d. *liberatus à peccato, servus factus est justitiæ* e, serviens Deo regnat; denique solus sapiens probusque est liber. Plura in Commentario posterioris ad Petrum Epistolæ

Af, multaque adhuc dici plura de captivitate possent, vinculis, laqueis diaboli, mortis, mundi, carni, erroris, peccati, deque variis illis necessitatibus, de quibus erui petiit alio in Ps. g David. Passerculi, aviculave cujuslibet exemplo vel tenui filo alligatæ, utuntur Theophylactus & Chrysost. in alteram ad Timotheum h, & in libro de similitudinibus Anselmus i: quem ferunt k etiam talia meditantem, ac loquentem præcidi filum jussisse, quo ludens nexam puer volucrem tenebat. *Opus DEI fortitudine, ut educat hujusmodi vinctos* l, quod Aug. m optimè declarat & exaggerat, appellans, quas modo dicebam necessitates, & vincula, pro quorum diruptione *sacrificium laudis* redditur Deo n, & solutam, quam Satanas alligaverat mulierem *decem & octo annis* o, & suscitatum quatriduanum Lazarum, *qui ligatus erat institis* p; adde paralyticos membris solutos, ac impeditos, sed curatos q; Capi nos finamus Apostolica *sagena* r, & Pauli *dolo bono* s *ne ligati manibus pedibusque mittamur in tenebras exteriores* t, *& ne ligemur in fasciculos ad comburendum* u *igni, qui numquam extinguitur* x, nec ei traditos extinguit, sed cruciat perpetuo. Ambrosius y legendus disputans cum Simpliciano, de vera libertate, & servitute, ubi tractat exemplа de filiis Noe, de Jacob & Esau, Bde Joseph, & fratribus, demonstrat q; pretio emptos Christi non esse ptoprié omnino, ac exactè (aliquo enim, & vero quoq; modo negari non potest esse posse) servos hominum: postremo veram sententiam esse magno à Philosophis fluctuatam atque jactatam disputationis molimine, quod omnis sapiens liber, omnis autem insipiens serviat. Illud præterea egregiè admonet, vere liberos non abuti *libertate, ad quam sunt vocati in occasionem carnis* z, *quin etiam omnium fieri servos, ut plures lucrifaciant* a, & *per charitatem spiritus servire invicem* b, sicut & servivit & ministravit Christus c, *formam servi accipiens*: hoc demum pacto usurpare posse Sophoclæam orationem:

Jupiter mihi præest, nullus autem hominum.

& Pauli d, *omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate*, invitus nimirum coactusve, vel non nisi propter Deum: imò e, adhuc & Stoicorũ, omnia sua esse: sed & Salomonis, totum mundum divitiarum. Legatur item Aug. C f, qui magnam appellat felicitatem, esse in domo magna Dei servum, cum compedibus, qui verti in ornamenta possunt. Ad hos compedes, vincula, torques Sapiens g hortatur nos, quia *convertuntur in oblectationem, in protectionem fortitudinis, bases virtutis, stolam gloriæ, decorem vitæ, & sint alligatura salutaris*. Lege & Gregorium h.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ.) Hieronymus, *dimisisti iniquitatem populo tuo*. Una iniquitas vel peccatum pro multis accipitur, aut pro originali, à quo cetera proficiscuntur. Quo pacto Græcè apud Joa. i Christus vocatur *agnus, qui tollit τὴν ἁμαρτίαν, peccatum mundi* k Alii, *abstulisti*. Quod valet etiam נשאת *nasatha*, est q; in Ps. 31. *l. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*; & indicat revera tolli ita, ut omnino non supersit, non ut solum non imputetur quod revera maneat. Cognosce, quæ ibi dicta sunt: nec putes, quod Beda tamen asserit, denotari verbo Latino *remittendi* intenbonẽ & gravitatem iniquitatis. In Psalterio Romano, *plebi tuæ*, & sic est Græcè τῷ λαῷ σοῦ. * vers. 1.

Operuisti omnia peccata eorum.) Eodem Ps. eadem extat D phrasis verbis iisdem, Hebræo כסה *chisseh*, & Græco καλύπτω, Latinum autem est *tegere*. Indidem petenda, quæ huc spectant, ne solum arbitreris externum involucrum residentium peccatorum. Operuit Deus, ait hoc loco August. ut non videret, & non vindicaret, quia noluit videre & vindicare, scilicet, quoniam non sunt per gratiam ipsius, quæ si essent, quum sit ipse justus, vindicaret. Quod ibidem dicebam, hic dicit etiam quem indigitant nomine Hieronymi, in *remittendi* quidé verbo præcedens debitum attendi, in *operiendo* autem, quod virtutes Deus contulerit; & propterea non pareant, seu appareant peccata, ac si diceret, inquit, iniquitatem operuisti justitia, impudicitiam operuisti castitate, nigredinem operuisti candore. Hoc nimirũ contrarium contrario expellere est, ac proinde peccata penitus tollere. Quãvis quod attinet ad habitus peccatorum, non statim tollantur per gratiam sanctificantem, sed paullatim per actos contrarios, quum tamen secundum malitiæ maculam omnia mortalia deleantur. Eusebius, Euthymiusq; comparant præsentem cum dicto loco Psalmi 31. ac pœnitentiæ remissionem. Euthymius operimentum Baptismi tribuit aquis: contra

peccatorum habitus non statim tolluntur per gratiã sanctificantem, sed paulatim per actus contrarios

f Rom. 6. 18.
g cap. 2. 19
h Ps. 24. 17.
i in c. 2.
k c. 189.
l in Vita.
m Ps. 6. 77.
n Ibid.
o Ps. 115. 17.
Sec. Hebr.
p Luc. 13. 11.
q Joh. 11. 44.
r Luc. 5. 18. & seq.
s Mat. 13. 47
t 2. Cor. 12. 16.
u Mat. 12. 13
x c. 14. 40.
y Esa. ult. vers. 34
z l. 2. Ep. 7.
a Galat. 5. 13.
b 2. Cor. 9. 13
c Gal. 5. 13.
d Luc. 22. 27
e 1. Cor. 6. 12

Eusebius remissionem largitum dicit Christum per Baptismum; si quis iterum post Baptismum peccet, operimentum per pœnitentiam præbere, atque *διὰ τῶν πόνων, καὶ τῶν καταρδωμάτων πάλιν ἐπικαλύπτειν τὰ βάρη, per labores, & rectè facta iterum contegere onera*. Alii remissionem iniquitatis accipiunt de ea, quæ studiosè, ac ex malitia fit, experimentum peccatorum de illis, quæ citra studium, & parum advertenter: vel primum de reatu pœnarum, tanquam de onere premente, secundum de macula, & turpitudine: vel aliis modis, quos citato aliquoties 31. Ps. attigimus, ac nonnihil hìc supra. Hic est סלה *selah*, & *διάψαλμα* etiam in catalogo Bedæ, meminitque Cassiodorus, male omissum in Bibliis Græcis Regiis, Complutensibus, & aliis.

Mitigasti omnem iram tuam. Hieron. *continuisti omnem indignationem tuam*. Omnis pro tota sæpe sumitur, & de ira loquendo ibi *a*, *Non accendit omnem iram suam*, Alii, *abstuliſti, collegisti, contraxisti, avertisti, congregasti*. Collectionem propriè significat אספת *asaphtha*, quomodo dicitur etiam colligi animus, atque apud Joelem *b* eodem etiam Hebræo verbo *stellæ colligere lumen suum*; & Cajetanus innui vult, quod à dispersione populi, quem propter peccata in deserto merebatur, collegerit iram suam Deus, & (quod habet Hebraicè sequens membrũ) *redire fecerit ab indignatione furorem suum, quo volebat populum disperdere*. Valet idem verbum *auferre, removere, retrahere, finire* etiam & *consumere*. Sic mitigatio non solam imminutionem, ut Beda, Bruno, Hugo, & alii volunt, ac ne istam quidem propriè, sed ablationem iræ ac veluti consumtionem denotaret; cui favet, quod omnis ira dicitur mitigata. Legit Augustinus *sedasti*. Hoc significat *καταπαύσας* & *quiescere facere*. *Falli* nolcimur *ira c*, hoc est ira vindictaque digni divina: *Eripuit nos Christus ab ira ventura d*, *nec posuit nos Deus in iram e*, respiciens ad meritа Filii sui, *Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum f*. Quod si accommodatiùs loqui velimus, & *mitigandi*, ut sonat, verbum sumere, comparare possumus iram Dei cum ardore solis, quem transito leonis signo, & Virginis ingressus, deponit ac temperat: sic enim qui terribilis antea erat Deus, in uterum Virginis, velut in cœleste illud signum intrans, mitigavit omnem iram suam, & sicut signum Virginis medium est inter leonem, & libram, ita B. Virgo inter dictam iram, & rigorem justitiæ divinæ. Juxta vim præterea ejusdem verbi admitti potest, omnem iram Dei mitigari etiam in inferno, quia punit citra condignum: Nec absurdum tribuere hoc meritis Christi, sicut tribuitur etiam damnatorum resurrectio. Mitigat Deus iram, sed *non continet in ira misericordiam g*.

Avertisti ab ira indignationis tuæ.) Hieronymus, *conversus es ab ira furoris tui*. Alii, *revocasti ab excandescendo furorem tuum*, vel, *avertisti à furore faciem tuam*, vel *aversus es à furore ira tua*, vel, *redire feciſti ab indignatione furorem tuum*. Avertit se DEUS ab ira indinationis, aut avertitit ab illa, ideſt, declinavit ad hilaritatem, & benevolentiam pertranseundo, inquit Euthymius: & Nicephorus *ἀπεχώρησας*, ait, *ἀπὸ τῆς ὀργῆς καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν*. *recessisti à vehementi contra nos indignatione*. De ira, indignatione, & furore, quo pacto sint in DEO, & quid voces tum Latinæ, tum Græcæ, tum Hebrææ importent, aliàs dixi.

Vers. 5.) Converte nos Deus salutaris noster, & averte iram tuam à nobis.

Sensus loci.

QUod prædixerat futurum, præ vehementi ejus desiderio flagitat quamprimum fieri: ut sua Deus gratia conventat omnes ad se, ac recipiat qui salutis est auctor, & *omnes vult salvos fieri* h, nec deinceps amplius iraicatur, sicut iratus hactenus fuerat. Rudiore sensu Hebræi explicant, ut Deus à Babylonis captivitate liberaverat, sic liberare dignetur ab ea, in qua nunc tamdiu versantur. Potius concedam esse orationem pro liberatione de captivitate Babylonica, ut multi latis affirmant toto agi Ps. ac de præsenti loco etiam Athanasius, quem citat Agellius. Tertiò potest exponi, ut oret Propheta pro suæ gentis ad veram Christi fidem conversione, quam prædici primis psalmi verbis sentit Cyrillus Alexand. *i* dicens, quod beatus David *τοῖς αὐτοῦ ἰσομοίροις τὴν προγονικὴν διὰ τὸ πνεύματος, καὶ μονονυχὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἀπειλὰς ὁρᾶν χαίρει quæ usu, jessent Dei man-*

A *suetudine ac pietate per spiritum præscius, & vinculis captivitatis tantum non laxatos intuens, psallit*. Tandem oratur quoque pro universi generis humani reductione in viam salutis, quasi, quod quidam Græcus auctor exponendo ait, diceretur *ἵλεως γένου παντὶ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, propitius esto universo generi hominum*. Usurpat hunc versiculum Ecclesia in solemni Completorii recitationis initio, ut significetur, quemadmodum à Turrecremata *k* notatum est, quo pacto ea hora cuncta animalia revertuntur ab exterioribus ad interiora, ideſt, lustra, cavernasque; sic revocandum spiritum intra spiritum nostrum. Gulielmus Durantus *l*, observat inchoari officium Completorii ab hoc versiculo, & non ut aliarum horarum officia: quia fieri vix potest, quin contraxerimus in aliis aliquem pulverem superbiæ, ut idcirco istis verbis humiliemus nosmetipsos, & culpam agnoscamus implorando auxilium Dei, in futurum alterius Ps. sententiam *m Deus in adjutorium meum intende*, &c. præterea dicit postulari, ut nos à malis Deus convertat, & iram suam avertat idque per adjutorium tuum. Hugo in Commentario denotari ait, petendam plenam conversionem, quæ erit in patria, ubi completa erunt omnia, & motus animi convertentur in Deum, quod nunc non fit. Rickelius implorari opem contra noctis insidias, dæmonum tenebras, hominis infinitas indigentias, quatenus diurno jam lumine recedente, mens ipsa ad Deum conversa, luce gratiæ perfundatur, atq; ab omnibus sensibilibus rebus abstracta, intelligibili, incommutabili, summoq; bono firmiter immergatur. Attendunt hic alii duplicem quasi terminũ, tum in Deo, qui sicut avertit vultum iratus, ita convertat eumdem ad nos placatus, seu ut convertat nos ad se, & avertat iram à nobis: tum in peccatore, ut gratia sua illũ Deus convertat ad se, qui prius erat aversus ab ipso, & averti faciat eumdem à peccato, propter quod converterat in illum Deus faciem iratam ad odio habendum, & puniendum. A Deo petitur ut convertat, ipseque vicissim exigit ut convertamur, pollicens fore ut convertatur *n*. Qua de re aliàs egimus *o*. Omnia peccata scribit Aug. *p* hoc uno genere contineri quum quisq; avertitur à divinis vereque manentibus, & ad mutabilia atque incerta convertitur: item *q*, quod voluntas aversa ab incommutabili, & communi bono, & conversa ad proprium bonum, B aut ad exterius, aut ad inferius peccat. Lege Doctorem Angelicum *r*. Ab eodem Deo petendum, ut, quod paullo *s*, post dicitur, *Convertamur ad cor, quod peccantes derelinquit t, & ad id redeamus u, quod prævaricando amisimus, vel etiam non habuimus x*, sicut nec *lumen oculorum fuit nobiscum y; & evertimus sensum z, & abiimus peregre in regionem longinquam a*; ac denique qui mala quadam extasi excessuque extra nos, rationemque recessimus, *ad nosmetipsos revertamur b*, quod sponsus semel, bis, tertio, & quarto sponsam facere hortatur *c*, & Deus fornicantem animam *d* istas conversiones, & reversiones necessarium & efficax est Dei auxilium, cui à corde non resistatur (licèt possit *e*) ut Augustinus docet *f*, quam vocat sponsa *g*, & Christus *h tractionem*, efficacem quidem, sed suavem, qualis ineſt suavitas *odoribus unguentorum i*, *funiculis Adam, vinculisque dilectionis k*: postremò voluptati quæ, sua quemque trahit. *Postquam convertit aliquem Deus agit ille pœnitentiam, percutit femur, confunditur, erubescit l*, & Deus ipse promittit *m*, *Si converteris, convertam te,* D *& ante faciem meam stabis*. Lege Richardum *n*. Solet Augustinus *o* observare in illis formulis, quibus exigit Deus, ut convertamur, & nos petimus, ut convertat, commendari cum gratia præveniente cooperationem liberi arbitrii, quia si solus Deus istud faceret frustra diceretur hominibus, *convertimini*; si soli ad hoc homines sufficerent, frustra diceretur Deo, *converte nos*. Denique Ayguanus distinguit hìc usque ad Psalmi undecimum versum quatuor causas, ob quas postulatur Incarnatio Christi, ut peccator Deo reconcilietur, justificetur, illumineter, glorificetur.

Converte nos Deus Salutaris noster.) Hieronymus, *Jesus noster*. Alii, *salutis nostræ*. Augustinus, *Domine sanitatum nostrarum*. Græcè *τῶν σωτηρίων*, *salutarium*, sicut & Ps. 67. *p*, ubi vertit Interpres Latinus *salutarium*. Id est ישועה *Jesuhhah* in singulari hìc in eodem numero ישע *jesciahh*. In Cantico Abacuc *q* hoc ipsum nomen redditur Latinè *Jesus*, quod Græcè est *σωτὴρ*, & tamen Hebræum nomen non est proprium, sed appellativum *salutem* significans: proprium est ישועה *jescivahh*, ut patet ex titulo Crucis. Per se peti videtur reversio in patriam,

k in rer. S. Benedicti tr. 107.

l l. 5. ration. div. offic. c. 10 n. 2.

m ps. 69.

n Thr. 5. 21 Zach. 1. 3. Jer. 31. 18. Malach. 3. 7

o in c. 3. Act & præced. Ps. 11.

p l. 1. de lib. arb. c. 1. ar. q lib. 2. q. 19. r l. 2. q. 77. ar. 6. ad pr. s vers. 9.

t ps. 39. 13.

u Es. 46. 8.

x Osee 7 11.

y ps. 37. 11.

z Dan. 13. 9.

a Luc. 15. 13

b ibid. 17.

c Cant. 6. 12.

d Jer. 3. 1.

e Conc. Trid. sess. 6. c. 5.

f 5. Can. sess. 6. c. 1. lib. de prædest. Sanct. c. 8.

g Cant. 1. 3.

h Jo. 6. 44.

i Cant. 1. 3.

k Osc. 11. 4.

l Jer. 31. 19.

m c. 15. 19.

n art. 4. de contrition.

o 2 ad Bonifacium. 8. de grat. & lib. arb. 6. Cum gratia prævemente cooperatur liberum arbitrium.

p vers. 20.

q c. 3. 18.

patriam, seu ut est in alio ps. *a*, *Conversio captivitatis*; & in Threnis *b*, idem petitur. *Converte nos Domine ad te, & convertemur, innova dies nostros sicut à principio*, ut exponunt Olympiodorus, Hugo, Lyranus, Dionysius. Sed simul illa conversio ad Deum per pœnitentiam, de qua diximus, vel ut reducat Deus in gratiam suam. Alibi *c* pro Hebræo hujus loci verbo redditur ἀλλαξείειν, & ἱλάσεσθαι *iratus es*, & *misertus es nobis*. Hieronymus, *convertisti nos, oculo ad oculum videbunt, quum converterit Dominus Sion* *.

Et averte iram tuam à nobis.) Hieronymus, & *solve iram tuam adversum nos*. Alii, *cessare fac, discute, dissipa, dispergе, dissolve, frange, contere, aufer, tolle, dele, irritam fac, cassam redde, labefacta, abroga, exscinde, reproba, rescinde, abole*. Habet הפר *hapher* à פור *pur*, has omnes notiones. Ps. 32. *d* transfertur verbo *reprobandi*, alibi sæpe per *irritare*, ac *irritum facere*, idem *contradicere* *e*, *dissolvere* f, *prævaricari* g, *dissipare* h, *dispergere* i, *conteri* k, *confringi* l, sed secundùm varias conjugationes. Innuunt autem omnes hæ notiones iram, atque vindictam veluti ab invito Deo suscipi, & tamquam *alienum ac peregrinum opus ab eo* m, propterea quod nunc petitur esse valde consentaneum, quasi genio, consuetudini, naturæ illius, *qui non possit oblivisci misereri vel continere in ira misericordias suas* n, *sed quum iratus fuerit, illico misericordiæ recordetur* o, ediens, ut dici solet, ad ingenium. Paraphrastes usurpat בטל *battel*, quod etiam Hebraicè significat *cessare*, atque *desinere*. Exponitur hoc idem sequenti versum agis.

a Ps. 25. 4. b cl 5. 21.

c Ps. 59. 3.

* Es. 53. 8. d vers. 10. Num. 11 20. Es. 33. 8. e 43. 25. Deut. 31. 16. 20. Iz. 2 Esdr. 17. 15. Zach. 11. 11. Levit. 26. 15 44. Jer. 11. 10 c. 14. 21. e. 33 20. 21. 3. Reg 5. 19. Judico 2. 1.

e Num. 30. 13. 16.

f Ezech. 17 16. c. 44. 7.

g vers. 19.

h Es. 8. 10. c. 24. 5. 2. Reg. 15. 34. Job. 5. 12. 2. Esdra 4. 15. Ecc. 12 5. Prov. 15, 22.

i Ps. 88. 34.

k Job. 16. 12

l Es. 24. 19.

m Es. 28. 21.

n Ps. 76. 10.

o Abac. 3. 2.

Sensus loci.

Vers. 6.) Numquid in æternum irascèris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem.

MOEsta, & pia conquestio, ac expostulatio, qui fieri possit, ut irascatur tamdiu Deus, ac per omnes generationes protendat vindictam, atque punitionem, hoc videri posse iniquum, certe à naturali misericordia ipsius abhorrens, & à promissis, quasi diceret, *En hæc promissa fides* p *est?* (Duravit Babylonica captivitas annis dumtaxat septuaginta q, juxta Jer. prædictionem, sed exulibus, ac ærumnosis præ desiderii vehementia, longior omnis videtur mora, & propemodum infinita. Angelus etiam veluti dolens captivitatem populi, nimisque in longum proferri conquerens, Deo ipsi dixit r *Domine exercituum* (cui promtissimum hostes comprimere, eorumque castra, milites, arma) *usquequo tu non misereberis Israel, & urbium Juda, quibus iratus es? iste jam septuagesimui annus est*. Hos annos apud Zach. non in captivitate transactos, sed alios post reditum exponunt, & quidem etiam post refectum templum, etiamsi nondum cœpissent, quo tempore de illis Propheta eo modo vaticinabatur. Sed non est præsentis instituti controversia hæc tanta, de qua Enarratores, præsertim Ribera noster, & ex eodem ordine in Jer. Castro s. Est fortassis hic etiã non tam querimonia, quàm certò credentium, ac sperantium oratio: num dubitandum fuit ò Deus salutis nostræ, de misericordia tua, & benignitate, ne tamdiu, & in æternum tua duraret indignatio, quique clementissimus diceri, in adeò multas generationes tuus desæviret implacabilis furor? Hunc Hebræi de sua, in qua nunc sunt longissima captivitate, usurpant sermonem, vel desperando, vel frustra sperando. Dmi us, Concedi potest compassum suæ gentis infidelitati Prophetam hoc pacto piè quiritari apud Deum, ac deprecari pro ipsius conversione, quam prævidebat sine lege, sine Rege, sine Prophetis, sine Christo diutissimè futuram, quoad in fine sæculorum, *postquam intrasset plenitudo Gentium, omnis Israel salvus fiere* t

Numquid in æternum irascèris nobis?) Hieronymus, *noli in æternum irasci nobis*, ut non rectè Hugo eidem tribuat lectionem istam nostram. Vetus Latinum Psalterium, & Gallicanum, ac Augustinus, & Chrysostomus quem postea citabo, *non in æternum irascaris nobis*. Romanum, *at non*, & Nostra versio melius exprimit particulam interrogantem ה, *ha*, ἢ μή, quamvis Græca possit accipi absque interrogatione, ut Euthymius monet sicque Apollinarius explanat.

Μὴ ἔτεσι δμώεσσι διηνεκέως χαλεπήνῃς ;
Neque tuis famulis semper irascaris.

u vers. 5.

Chaldaicè, *numquid possibile est quod in æternum irascaris nobis*. Sic Ps. 78. u *Usquequo irasceris in finem?* & absque

p Aeneid. 6. q c. 25. 11. c. 19. 102. Par. 16. 29. Dan. 9. 2.

r Zach. 1. 12.

s in c. 19. n. 4

t Rom. 15. 25 25.

Anota dubitationis in 102, x *Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur*, Deus ipse: *Non in sempiternum*, inquit, *litigabo, neque usque in finem irascar* y. Immortalem iram servare mortalis non debet homo.

x vers. 9. y Es. 57. 16.

z Ἀθανάτου ὀργὴν μὴ φυλάττε θνητὸς ἐών.

z apud Ar. 2. Rhec. c. 21.

Inimicitias mortales esse decet, amicitias immortales *a*, dextris junctis ante Solis occasum (quod Apostolus *b* ait, *ne Sol occidat super iracundiam*) in gratiam redire dissidentes oportet, more Pythagorico *c*, in aqua inscribere inimicitiam, in æs amicitiam incidere *d*, ollæ perturbare, hoc est, ire, cineres, juxta Pythagoræorum symbolum *e*. Observavit prior ista Bochius. Quodammodo immortalis Deus ita se cum homine gerit mortali, qui post mortalis istius statum jubebit peccatorem *tradi tortoribus, quoad usque reddat universum debitum f*, quod numquam poterit Chrysost. *g*, nisi forte sit alius Latinæ salvæ, hac sententia vult indicari orationem, quia quis à Deo petat, ut hic sibi irascatur, hic affligat, hic emendet, in isto sæculo flagellet, ubi flagellum finitur, & correptio invenitur, non autem in æternum irascatur, & flagellet. Augustinianum apophthegma est; hic, ure hic seca, ut in æternum parcas. Basilius, vel Theod. hisce verbis docent utendum illis etiam qui sunt calamitatibus liberati, nec confidentes esse propter peccatorum debere remissionem, sed in timore constitutos Judicem mitigare.

a Cic. pro Rabirio. b Eph. 4. 26. c Plut. de amore frater. d Paluscrat. l. 3. Epist. 211. e Plut. 8. Sympos. c. 7. f Mat. 18. 34 g hom. in hunc ps. vers. tom. 2

Aut extendes iram tuam à generatione in generationem.) Hebraicè est futurum tempus absque ulla alia particula; & Hierony. hac quoque omissa, exponit per participium, nectendo prior membro, *noli in æternum irasci nobis, extendet iram tuam in generationem & generationem*. In Psalteriis aliis Latinis, apudque Augustin. & Cassiod. *neque, aut sive, vel, extendas*, &c. apud Cassiodorum, *à progenie in progeniem*: in Psalterio Gallicano, seu Ambrosiano, *a generatione, & progenie*: in Romano, seu Vaticano, *à progenie in progenies*. Sensus obvius, idem qui in præcedentibus illis, *in æternum*, & alibi sæpenumero. Quid sit generatio dictum etiam alias, Hebraicè דור, Græcè γενεὰ. Insinuatur ne transiliat Deus illam veluti præscriptam à se ipso sibimet legem, *visitandi*, sive *puniendi usq; in tertiam, & quartam generationem*, quum simul adjecerit *de generationibus eorum qui oderunt eum*, majores suos imitantur peccando, & promiserit *facere misericordiam in millia his, qui diligerent eum h*: quem amorem adeo humili nunc prece & pœnitentiam indicante profiteri suo, & sui populi nomine videtur Propheta. Attingit Hugo sensum istum, priorque illo Chrysost. aut quis alius propria homilia in hunc locum, qui adjicit ex Ezech. *i*, quod *anima sola quæ peccaverit punietur, nec filii pater, aut patri iniquitatem filius portabit*, nempe per se loquendo de pœna spirituali privationis gratiæ, vel beatitudinis, quamvis interdum gratiæ auxilia quædam majora propter majorũ peccata posteris negari videantur. Sed de hac re aliàs.

g Exod. 20.

i c. 18. 20.

Declarant alii mysticè de duabus generationibus, ut si primæ Deus irascatur, non irascatur secundæ, videlicet, si ei, quæ fuit ab Adam usque ad Christum, vel illi, qui carnaliter *nascimus* ex Adam *filii iræ k*, non irascatur generationi, quæ à Christo incipit, & per quam regeneramur in ipso, & attulit cum gratia paradisi aditum, & immortalitatem. *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, ut idem vobis finem, & sapientiam l*, (ideest, quod est in desiderio vestro extremum, & à vobis patienter expectatum, ac avidè) *& in vocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos* (ut scilicet redeatis in patriam liberati de captivitate.)

Sensus mysticus.

k Eph. 13.

l Jer. 29. 11. 12.

Vers. 7.) Deus tu conversus vivificabis nos; & plebs tua lætabitur in te.

Vers. 8.) Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

VEl corrigit præcedentem querimoniam, & hæsitationem, vel sit hæc non fuit, sed magna orantis fiducia, enixiùs adhuc rogat, ut experiri liceat misericordiam Dei, quæ ipsum deceat maximè, & cujus præsentia vitam, atque hilaritatem conferat. Avertente faciem Deo turbantur omnia, dum emittit Spiritum suum, & illustrat faciem super nos, recreamur, ac renovatur facies nostra,

Sensus loci.

salvosque nos facit in misericordia sua, Christum hìc indicati, qui Jesus nominatur, & Salvator, magno cuncti Enarratores consensu affirmant. Augustinus etiam, quod conversio, & sanctificatio, vivificatio, securum gaudium nostrum non sit à nobis, sed à Deo, qui vocat aversos, ita ut superbire non possit, cui Deus ostendit misericordiam suam, qua persuadet quidquid boni habet homo non habere nisi ab illo, qui omne bonũ nostrum est. Scribit Ambr. *a* quod totus hic locus usque ad versum undecimum, Jesum Dominum sonat, qui vivificavit mortuos, estque misericordia, utpote remissio peccatorum: Prophetam avidũ desiderare videre in corpore, quia in Dei majestate non poterat, quem sperat, tenere, quem si viderit, propriis velit manibus comprehendere: longè Christum à nobis, & à nationibus antea positum, descendisse in terras, factum esse prope, ac inhabitasse ipsum qui gloria Patris est, in terra nostra, cepisse nos cum timere cum devotione atque pietate. Frequentat hos versiculos Ecclesia, tùm tempore Adventus, tùm quotidie in Missa,

a *in psal. 118. octo. 6.*

Deus tu conversus vivificabis nos.) Hierony. *nonne tu revertens vivificabis nos?* expressit hoc loco vim particulę interrogantis הלא *ihalo*, quod versu sexto non fecerat, ubi erat ה *ha*. Putat quidam *b* hoc loco lectum olim pro חלא *halo* nomen Dei, אלוה *Eloha*: malignè mutationem factam non video cur suspicandum sit, Græcè hic nulla interrogatio est, Hebraicè sunt duo verba futuri temporis, *Annon tu converteris, vivificabis nos:* אתה תשב תהגן הלא *halo atthah thasciu thechaijenu*: solent autem duo verba quum ita concurrunt hoc pacto exponi per participium præcedens, & verbum sequens. Habent cetera Latina Psalt. & August. Cassiod., Ambr. *c*, *Deus tu convertens*. Videtur autem August. supplere (*nos*) Alii passim subaudiunt (*te.*) Unum ex alio fit, unumve propter aliud, ut nempe convertens seipsum Deus, ac revertens ad nos benigne, nos etiam prius aversos convertat ad se; sed simpliciore sensu litterali exponitur, ut *Deus convertat*, seu *avertat*, quemadmodum est in aliis Psalmis *d*, *captivitatem*, ideſt, captivos, vitamque restituat, quam videntur amisisse, parumque differre à mortuis, qui graviore calamitate premuntur. Vel, ipsemet Deus conversus, ac reversus ad eos, quos, deseruisse videbatur, *& sicut dormientium in sepulchris memor amplius non fuisse* e, *& oblivioni dedisse tamquam mortuos* f, restituit pristinæ vitæ, libertati, patriæ, prosperitati. Hebræum verbum תשוב *thasciu* significat *redire*, & *reducere*, & etiam *liberare*. Græcum participium ἐπιστρέψας activum dumtaxat est, non medium, ut Jansenius tamen dixit, sed si quippiam, ut dixi, subintelligas, poteris interpretari convertere se, aliumve, aut converti, activè, passivè, transitivè. Apud Matthæum *g*, ex Esaia *h*, quod Latinè dicitur, *& convertantur, & sanem eos*, Græcè est ἐπιστρέψωσι, *convertant*, nimirum seipsos, Hebraicè in singulari שב *sciau*. Utuntur scripturæ *vivificandi* verbo pro eo quod est quempiam à mortis periculo, aut tententia, aut supplicio, & pœna liberare, non solum jam mortuum in vitam revocare, lege præcedentes Psalmos *i*.

b *Serpens.*

c *supra.*

d *psl 13. 7. psl. 125. 4.*

e *psl. 87. 6.*

f *psl. 30. 13.*

g *cap 13 15.*

h *c. 6. 10.*

i *psl. 40 3. psl. 70. 10. psl. 79 19.*

Allegoricè, tropologicè, anagogicè vivificatio hic accipitur de vita quam se Christus esse dixit *k*, de illa, *quam ut haberemus, & abundantius haberemus*, venisse se confirmavit *l*, quæ est vita gratiæ, & gloriæ, quam solemus appellare *vitam æternam*. Redit Petro vita, & vivificatus est, ubi *conversus respexit eum Christus m*; de prodigo etiam filio recepto in gratiam, pius pater pronuntiavit, quod *mortuus revixerat* n, & citatis locis Esaiæ, & Matthæi dicitur, Deum sanare illum, qui convertitur. Charadrium avem alibi hoc ipso opere retuli suo obtutu, quod Physiologi tradunt, ictericos ad sanitatem reducere: sed nugas vocat Aldrovandus *o*; quod Aygnanus (mendose nominans Chaladrium (hoc loco refert ex Magistro de proprietatibus rerum: moriturum ægrum non respicere, sed si valetudinis spes sit, tuoque tunc aspectu omnem ab eo morbum ad se trahere, & sæpe pro illo mori constat nostras in se infirmitates suscepisse, pro Christum nobis mortuum esse, benigno aspectu curalse, atque vivificalse.

k Jo. 11. 25. c. 14 6.

l c. 10. 10.

m *Luc. 22. 61.*

n *cap. 15. 31.*

o *Ornithol. 36. c. 62.*

Et plebs tua lætabitur in te.) Caldæus, *in verbo tuo*, quo modo sæpe vertit putantq; nonnulli Verbi incarnationem ea dicendi forma indicari. Lætitia hæc est cum congratulatione, ut plebs pro beneficio gaudeat, & gratias agat. Conversio illa in Deo ad nos, de qua priori membro, gignit lætitiam, & ut in alio dicitur Psl. *p*: *Conversus vivificat, & consolatur nos. Inenarrabilem lætitiam percipit*; ut Petrus *q* loquitur, hic vivificatus à Deo, & justificatus: deinde adhuc majorem in futura vivificatus, & beatificatus. *Auditui*, quod tibi remissa sint peccata, *dat Deus gaudium, & lætitiam facitque ut exultent etiam ossa humiliata r*. Est hoc gaudium verum *in Domino* s, *& in Spiritu Sancto* t proximus post charitatem *fructus* u, sicut & gloriatio in eodem *Domino* x, ut non teipsum commendes, non glorieris, aut læteris in te. Hortatur justos noster Dav. *y*, *lætari in Domino*, & *rectos corde in illo gloriari*. Malo tuo lætaberis in te, ait August. bono tuo lætaberis in DEO: quando volueris habere gaudia de te, invenies planctum de te, si vis securus gaudere, in illo gaudeas, qui non potest perire. Istud gaudium *nemo tollet à nobis* z, quia de Deo est, qui non patitur occasum, nec deserit, nisi prior deseratur. Solus humilis gaudio isto perfunditur, quod Aygnanus humili vocabulo *plebis* insinuari vult. At pro *plebe*, *populum* reddit Hieronymus, & utrovis nomine quilibet comprehenduntur, imi, summi, medii. Potius tropologicè plebem populum acciperem pro facultatibus animæ nostræ, ac membris etiam corporis, in quæ vitalis gratiæ vis redundat.

p *psl. 70. 2. 3*

q 1. *epist. 8.*

r *psl. 50. 10.*

s *Phil. 4. 4.*

t *Rom. 14. 17.*

u *Gal. 5. 22.*

x 1. *Cor. 1. 31*

y *psl. 31. ult.*

z Jo. 16. 22.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.) Chaldaicè טובך *tuvach*, *bonitatem tuam*. *Ostendendi* verbo, ut & *videndi* experimentum, & exactiorem rei perceptionem designari docent dicta Psl. 4. *a Quis ostendit nobis bona*, & in aliis Psalmis *b*, occurrit vi eadem phrasis eadem. Idem salutare quod sequenti membro dari petitur, alibi dicitur ostendi *c*. Ostenderat olim Deus potentiam, justitiam, alia attributa, tribulationes quoque multas, & malas *d*, nondum misericordiam ita clarè, nondum *omne illud bonum*, quod promiserat Moysi, & quam dixi hoc loco appellari bonitatem à Paraphraste. Observari utcumq; Mysterum Trinitatis hic potest in nomine *Domini*, quod est יהוה *Jehovah* Patris persona, in *misericordia*, Spiritus Sancti, cui illa, & bonitas attribuitur: sequenti membro in *salutaris*, Filii, qui est salutare, salus, Salvator, Jesus. Nil etiam vetat eumdem Christum, & salutare, & misericordiam appellari; quia per ipsum consecuti sumus misericordiam; & quemadmodum à Patre omnis paternitas *e* est, sic idem vocatur *Pater misericordiarum f* sed κατ' ἐξοχήν Filii sui maximè misericordiis, quem quasi gignens *ex visceribus* communicavit nobis *g*. Ambrosius *h*, ipsum Christum asserit misericordiam hic nominari, utpote qui sit remissio peccatorum.

a *vers. 7.*

b *psl. 49 23. psl. 18. 11. psl. 59. 5. psl. 70 20. psl. 77. 11.*

c *psl 90. 16.*

d *psl. 70. 10.*

e Exod. 33.

e Ephes. 3.

f 2. *Cor. 13.*

g *Luc. 1. 78.*

h *in psl. 118. octon. 6.*

Subdit deinde alia, quæ jam priùs retulimus, ad loci totius præsentis intelligentiam facientia, ut quod ostensio indicet præsentiam corpoream; datio comprehensionem propriis manibus. Idem *i* Dav. ait illis verbis *k*, *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam*, intellexisse Verbi Incarnationem, Eadem Chrysostomi sententia, dum ita quoque declarat illud *m*, *Defecit in salutare tuum anima mea*, videlicet per unius ex S. Trinit. personæ ad nos demissionem, atque præsentiam hoc loco flagitari. August. *n*, tenem Simeonem videre Christum in hoc sæculo cupientem, hoc ipsum cantasse scribit. Denique idem est Ecclesiæ sensus, dum tam libenter, ac sæpe usurpat verba ista. Ex Græcis Cyr. Alexandr. *o* confirmat tum Dei verbis apud Oseam *p*, *Misericordiam volo*, tum Esaiæ *q*, *Juxta est salus mea, ut veniat, & justitia mea, revelabitur*. Græcè δικαιοσύνη μου ἐγγὺς τοῦ ἐλθεῖν, *justitia mea, & misericordia mea*. August. differens de gratia, & natura *r*, ostendi misericordiam, refert ad ostensionem viæ, gratiamque prævenientem; salutare dari, ad gratiam subsequentem, ut ambulare possimus. Omnis justus *vas misericordiæ est* s, *& utile Domino Christo* t, qui Paulum quoque sibi *vas electionis* fore dixit *u*. Ut rectè jam dictum sit per nomen *misericordiæ* non solùm per *salutaris*, intelligi Christum ipsum. In hujus ostensione, ac visione clara, beatitudinis nostræ summa consistit, quatenus Deus est; accidentaria, & corporis nostris felicitas est, humanitatem ejusdem videre. *Misericordiæ* nomen abstractum rectè convenit Christo, *quia apud ipsum misericordia, & copiosa redemtio est* x, nec ullum opus majoris misericordiæ fuit Incarnatione, & quod magis gratis, ac sine meritis nostris exhibitum sit. De eodem Christo sunt qui exponunt illud ex Cantico Mariæ y, *Misericordia ejus à progenie in progenies*. Lucius Papa secundus hoc symbolo usus est z.

i *Apol. Dav. vid. c. 12.*

k *psl. 50. 3.*

l *in psl. 118.*

m *psl. 118. 81.*

n *serm. 13. de temp. & 3. de verb. Apost.*

o *in Osea c. 6. num. 65.*

p *cap. 6. 6.*

q *c. 56. 1.*

r *de nat. & grat. c. 32. Gratia duplex, prævenions, & subsequens.*

s *Rom. 9. 23.*

t 2. *Tim. 2. 21.*

u *Act. 9. 15*

x *psl. 129. 7.*

y Luc. 1. 50

Et salutare tuum da nobis.) Potuisset Hieronymus sicut versu quinto, *Jesum tuum*, reddere: quia utrobique est idem nomen Hebræum. *Salutaris* vocabulo, & *templo* creberrime designatur Jesus. Augustinus *a*, id obser-

z *Alph. Ciac. co.*

a *l. 21. de civ. c. 19.*

observavit. Ait verò præterea *a*, pro isto salutari orar in hoc Ps. & hoc antiquos justos dixisse: *Salutare tuum da nobis*, Christum tuum quum in hac carne vivimus, videamus; videamus in carne qui nos liberet à carne: veniat carro mundans carnem; patiatur caro, & redimat animam, & carnem. Addit de sene Simeone, prout, & ante notavimus. *Dandi* verbum indicat necessitatem gratiæ, utque *gratias & absque argento redimamur b*, & quod *si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione*, qua *sic Deus dilexit mundum, ut Unigenitum suum daret c, quasi nihil despicist eam d*. Ambrosius *e*, ut jam bis retuli, observabat quandam veluti apprehensionem manibus factam, sicut de seipso, ac de condiscipulis Joannes primis Epistolæ primæ verbis testificatur. Jubet nos demum RicKelius quotidie hunc versum recitare, ut ostendi nobis postulemus misericord. hoc est, effectum pietatis divinæ evidenter, & copiosè, & salutare, idest salvationem salutarem, vel etiam Christum, dando eum nobis quotidie in Sacram. altaris, & per spiritualem adventum ejus in nobis, sicut de seipso sub nomine Sapientiæ scriptum est *f: Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.*

a Serm. 3. de oct. Ap. c. 4.

b Is. 52. 3.

c Jo. 3. 16. & Cant. 8. 7 & in Ps. 118. sign. 6.

f Sap. 9. 4

Vers. 9.) Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquatur pacem in plebem suam.
Et super Sanctos suos: & in eos, qui convertuntur ad cor.

QUum non tam vaticinando, quamvis hoc quoque, quam optando, & precando, saltem inde à quinto versu, de liberatione, tùm de Babylonica captivitate, tùm juxta mysticum sensum, de peccati, diaboli, mortis, damnationis dixisset, nunc sic, ut oraverat, certus futurum, veluti excitat comparatque seipsum ad excipiendum oraculum, & responsum divinum. Arrectis stabo, inquit attentisque auribus mentis meæ, ut exaudiam quid intus mihi suggerat, & respondeat Dominus Deus, fortis, ac potens, cujus resisti decretis non potest: sique decreverit salvare, non est qui possit ipsius resistere voluntati, quia est Rex omnipotens, & in ditione ejus cuncta sunt posita, *fecitque cœlum, & terram, & quidquid cœli ambitu continetur, Dominus omnium nec est qui resistat majestati ejus g*. Decet, immò necesse est, Rege responsum daturo subditis, ut silentium præco imperet, faciatque audientiam. Ipsemet mihi, qui sum auditor, præconis fungens officio, silentium indico, ac submisse, obedienter, reverenter, patienter, libenter, hilariter quidquid dicatur audiam, & ceteris nomine regis mei promtè atque simpliciter communicabo, & edicam. Hoc verò demum est quod audivi, sicque respondit, & effatus est Deus, istud oraculum fudit, & responsum dedit Ratum, & constitutum mihi est, ait ille, pacem populo captivo, salutem, incolumitatem, felicitatem restituere, atque de integro in amicitiam, & gratiam meam reconciliatum recipere, veteribus prorsus extinctis inimicitiis remissa iniquitate, opertis omnibus peccatis, reatuque ipsorum condonato, & deleto. Nullum excipio jab hoc promisso, & beneficio: non erit id solis Sanctis proprium, qui religiosè me colunt, & invocant, peccatoribus etiam conveniet, dummodo pœniteat eos, totoque se ad me corde convertant, & à peccatis sese avertant: quemadmodum tu, ò David, & tuo ipsius, & omnium nomine precatus es, ut vos converterem, redireque facerem in patriam vestram, & gratiam meam, meam vero iram à vobis averterem, irasci desinerem veluti mortus revocarem ad vitam, mœrentes, lætificarem. Præstabo hæc omnia, ne dubites. Nec verò quid impedit quo minus primis verbis desiderium spesque innui dicatur, illud ipsum salutare quod proxime ante petierat, audiendi, atque illum ipsum Prophetam, quem audiendum promiserat, & prædixerat Moyses *h*. Hoc genus locutionis Cassiodorus Scripturæ divinæ proprium vocat, nihilque tale in libris sæcularibus inveniri dicit. Ego non dubito exempla proferri posse ex poetis, qui se canant subito exauditos in eo quod proximè antè expetere se significabant.

Sensus loci.

g Esther. 13. 9. 10. 11.

h Deut. 18. 15.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.) Hieronymus, *audiam quid loquatur Deus Dominus.*) Hebræum verbum, & Græcum futuri temporis est, דבר *jedabber*, γχγήσει, quo modo etiam vertit Aquila, & Symmachus: ille autem ὁ ἰσχυρὸς Κύριος, *fortis Deminus*: hic ὁ Θεὸς κύριος. & omiserunt ἐν ἐμοὶ in me, quæ nec in Hebræo textu sunt. Potest futurum optativè, ac deprecativè Asumi. Nomen primum אל *el fortem*, ac *potentem* sonat, ἰσχυρόν, ut Aquila expositi, & per id significatur quod antea dixi, *subesse Deo* (cujus hic nomen est ineffabile יהוה Jehovah) *quum voluerit*, posse *i*. Rectè autem addita sunt ἐν ἐμοὶ, ut intelligeremus de auditu spirituali auribusq; internis. Quo pacto idem David de seipso alias dixit: *Spiritus k Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam* ubi Hebraicè est præpositio (ב) *be*. Quamquam hæc propositio sæpius idem valeat quod *per*, & instrumenti rationem denotet. ita etiam de seipso scribit Zachar. *l*, *Et dixit ad me Angelus Domini qui loquebatur in me*. Præterea Michæas *m*, *Si reversus fueris in pace, non est locutus Dominus in me*; & Aug. in alio opere *n*, sic prælentem declarat locum de locutione divina in mente Dav. Sed ex eo quod interius, & in aliquo loqui dicatur Deus, non existimo, quod Agellius vult, colligi animum illius, in quo loquitur, bene affectum, & compositum esse. Concedo improbum Balaam *o* cecidisse; & Saulem *p*, sub id tempus quo prophetasse narrātur, nec dubito, animo turbato, & affectibus commoto fuisse. Ait prophetatio Saulis (quem corruptè legunt aliqui *cecinisse* pro *cecidisse*) non erat ex prophetiæ propriè dicto spiritu, sive dono, sed ad canendas laudes Dei cum aliis Prophetis, Bqui nec ipsi erant illo modo veri Prophetæ, ut bene demonstrat Abulensis *q* quemandmodum nec nuntii Saulis qui & ipsi *prophetabant r*. Balaam, tametsi caderet, & improbus esset, non idcircò non in eo, h. e. intus vere, ac propriè loquebatur Deus; ita ut etiam non perciperet, quæ dictabantur animo ipsius, quum etiam profiteretur se nihil, nisi quod poneret Deus in ore suo, loqui posse, *nec immutare verbum Domini Dei sui, ut plus vel minus loqueretur f*, & scriptum est, quod *ponebat Deus verbum in ore illius t*, & esset *auditor sermonum Dei, quique noviset doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis, licèt cadens apertos haberet oculos u*. Hunc ipsum casum de somno, ac sopore interpretatur idem Abulensis *x*, Cajet. Vatablus, ac quodammodo extasi. Quin & Ant. Fonseca *y* casum tumens propriè, & non de sopore, non dubitavit consentire hac in parte Munstero, (qui aliquin religionis malæ auctor extit) valere ad commendationem, fidem, & auctoritatem prophetiæ casum illum, quia soleret bonis Prophetis contingere, ut non valentes ferre Spiritum Dei, Ccaderent in terram. Oleaster idem indicat *z*. Exemplo certè Danielis *a* potest esse. Illud autem de Balaam tropologicè, ut solet fere omnia, declarat Gregorius *b*. Deniq; phrasis Hebræa est, quam Lxx. secuti videntur, ut sit idem loqui in aliquo, quod alicui, & per aliquem. Nam quod Latinè legimus apud Abacuc *c*, *Ut videam quid dicatur mihi*, Hebraicè, & Græcè est, *in me*. Ubi Theophyl. observat præpositione denotari differentiam divini sermonis ab humano, quod hic ab extra primum aures circumstrepat, dein ad mentem perveniat: divinus intus fiat, mentisque aures feriat, & attingat. Hoc autem Prophetis omnibus commune est, *in quibus locutum* scribit indefinitè Paulus *d*. Similia docuerunt prior Cyr. Alexandr. *e* & Basil. *f*. Recipio etiam tropologiam Augustini, & aliorum, audire in se loquentem Deum, qui se cohibeat à strepitu mundi, & avertat se ad se, & a se in illum, cujus vocem audit interius, quasi obturans aurem (*oculum quoque qui obturatus, & clausus erat in Balaam g*) contra tumultuantem vitæ hujus inquietudinem, & contra *animam corpore, quod corrumpitur aggravatam* h, *sensum terrena habitatione deprimentem multa cogitantem*. Hæ sunt aures audiendi, quas qui habent, invitantur ad audiendum *i Nec intelligere facit Deus auditum; docet ve scientiam, nisi ablactat à lacte, avulsos ab uberibus* *; *ut loquatur ad cor, ducit in solitudinem k*: & tamen verissime dixit Aug. *l*, nullam esse animam, quamvis perversam, quæ ullo modo ratiocinari potest, in cujus conscientia non loquatur Deus. Rogandus *ut aperiat aures, ne contradicamus m, & aures aptet nobis* n, *& loquatur, quia nos servi ejus audimus* o, *& vel quasi furtive suscipiat auris nostra venas susurri ejus p*. Nisi namque, ait Gregorius *q*, se auris ab exterioribus desideriis abscondat, interna nō penetrat. Idem *r* verò etiā scribit sanctos viros inter illusiones, atque revelationes, ipsas visionum voces, aut imagines quodam intimo sapore discernere, ut sciant vel quid à bono spiritu percipiant, vel quid ab illusore patiātur. De matre Aug. *s* prodit dicere solitam, se nescio quo sapore, quem verbis explicare non posset, discernere quid interesset inter Deū revelantem, & animā suam somniātem. Sed quia hoc paucorū est, *nec omni credendū spiritui, sed probandi spi-*

a in c. 4 n. 2. c. 10. l. 89.
b Mor. c. 10. vol. 14.
c aap. 2. 1. *Divini & humani sermonis differentia.*
d Heb. 11.
e in c. 1. Osee n. 11.
f in ps. 18.
g nu. 24. 3. 15.
h Sap. 9. 15.
i Matt. 11. 15. c. 139. Ap. 27. 11. 17. 25. c. 3. 6. 13, 12. c. 139
* Es. 28. 9.
k Os. 2. 14. l 2. *de serm. Dom. in monte.*
m ps. 50. 5.
n ps. 1971 Heb. 10. 5.
o 1. Reg 3 10
p Jeb. 4. 12.
q 5. Mor. c. 20
r 4. ps. c. 48. 16. conf. c. 13.

ritus si ex Deo sint a, *quod est discretionis spirituum donum* b de quo nonnihil alias c egimus: præstat sapientiores consulere. Lege Bernard. d differentem de signis, & notis divinarum inspirationum, & accuratum Adriani nostri, cui cognomen etiam nomini simile Adriano, opus de divinis inspirationibus. Eligius e, ut aptè ac utiliter sermonem haberet ad populũ, implorabat divinam opem, tùm verbis Ps. 50. f *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*: tum istis, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* g Ambr. citans ex editione Lxx. h Aperi os tuum verbo Dei, interpretatur, allato præsenti loco, prius aperiendam aurem, ut audias qui loquatur in te Dominus. Explicat præterea i de auditione spirituali, & qui sese scivit audire, sic hoc loco locutũ, & petiisse ut cognosceret quid loqueretur in se Deus: quem negligat hoc pacto audire, abscindendam ei *articulum* k, quod superfluè habeat aurem, qui audire, & examinare non noverit. Philo Carphatius l explanans Cantici Canticorum m sententiam, ut converterunt Lxx. *Quid faciemus sorori nostræ in die qua utique verbum factum fuerit in ea?* vel, *loquetur quis in ea?* ἐν ᾗ ἐάν λαληθῇ ἐν αὐτῇ; (quamvis accipiat perinde ac si reciprocum pronomen esset sibi, quia ipsa sibi locuta fuerit, & declaret de discussione conscientiæ propriæ) profert præsentem locum, atque in eo moneri nos vult audire, & obedire præceptis divinis. Tunc exclamant, ò beatissima auditio, ò suavissima auscultatio, & jucundissima pax animi. Qui minora præcepta Dei audit, ac servat, maxima consequitur ab eo beneficia, eaque divina, & numquam peritura. Cavendum ne vocanti renuas Deo, *tuoque is interitu rideat* n. Athanasius o porro abutentibus isto, similibusque aliis locis, in quibus Prophetæ locutum in se Deum dicunt, vel quid operatum, ad probandũ non esse Patri Filium consubstantialem, etiam. Christus dixerit: *Ego in Patre, & Pater in me est*; occurrit eo modo, Christum absolutè locutum, non autem ut debuisset, si hac in re similis aliis fuisset; *Ego quoque in Patre, & Pater quoque in me*, ut nihil sibi Υἱὸν καὶ ξαίρεσον *proprium, & eximium*, apud Patrem habere declararet: sed κοινωνὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων χάριν, *communem cum omnibus gratiam*. Tum exponit lenium dictorum verborum quia Filius quidquid est, id universum sit, τῆς πατρὸς ὐσίας, *Patris substantiæ*, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, καὶ ὡς πηγῆς μόναυγος *velut ex lumine proradiatio, & sicut ex fonte fluvius*. Argumentatur hinc etiam Doctor q pro Spiritus S. Divinitate; quoniam de hoc dici solet quod *locutus in Prophetis*, vel *per Prophetas* r; hic autem nominatur *Dominus Deus*, quem se David auditurum canit quid loquatur in se. Ad allegoriam spectat, quod ait Ayguanus, optavisse Davidem ut loqueretur Verbum Dei in se, idest, in humanitate quum prius audivisset loquentem in aliis Prophetis, & decuisse ut incarnatũ Verbum loqueretur quod per locutionem Patris in seipso productum fuerat.

Quoniam loquetur pacem in plebem suam.) Hieronymus, *ad populum suum*. Præpositio אל *el*, & ἐπὶ utrumvis significant, aut *super*, & *propter*, h. e. in bonum populi, aut plebis. Chaldaicè, *populo suo*, לעמה *lehhammeh*. Apud Zachariam s, affinis locus, in quo prædicitur fore ut *Rex justus, & salvator pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ; dispergat quadrigam, & equum, & dissipet arcum belli, & loquatur pacem gentibus*. Pacem loqui, est loqui pacificè, ut Ps. 27. t nec non iis de rebus, quæ sint gratæ, pertineantque ad prosperitatem, & felicitatem. Plena pax erit in cœlo, quia *hic vita nostra militia est* u: pacem tamen operatus est adventu Christi in conscientiis fidelium præsertim: *pacificavit quæ in cælo, ac terra* x; *pax Christus nostra fuit faciens utraque unum* y; *liberavit nos timore inimicorum nostrorum* z; *annuntiari voluit natus pacem hominibus ab Angelis; eamdem sæpius locutus est, dedit, reliquit* a, *utque suis, quibus prædicarent, bene precarentur, jussit* b: *locutum se dixit, ut in eo pacem haberemus* c: & Paulus *justificatos pacem* dicit *habere ad Deum* d. Rex pacificus mysticus Salomon sponsam pacificã Sulamitidem adamat, *quamvis hæc similis choris castrorum* e, *& eorundem acies ordinata* dicatur f. Pacificato nasci voluit mundo *Princeps ipse pacis* g, *conflari lanceas in vomeres gladiosque in falces* h, *& ut habitaret lupus cum agno* i; tametsi suos, *tamquam agnos miserit in medio luporum* k, *& non pacem, sed gladium* l: ut malæ paci justo pulsæ gladio, pax bona) *quam mundus dare non potest*) succederet. Dulcedinem promissionis Eligius m, in his Psalmistæ verbis contineri scribit n. Philo Carphatius p nominat beatissimam auditionem, suavissimam auscultationem, jucundissimam pacem animi. Vocat Esaias *fluvium pacis*. Hugo S. Victoris q duplicem pacem distinguit, quas dat Deus, alteram plebi, ac imperfectionis in tranquillitate mentis, alteram sanctis, & perfectioribus, in gaudio contemplationis; primam in hominibus, secundam supra homines. Alter Hugo Cardinalis hoc loco plebis quasi duo membra sanctorum, seu perfectorum, & imperfectorum, seu pœnitentium, qui *conversi* dicuntur *ad cor* agnoscit. Ait etiam loqui Deum in plebem historicè, super Sanctos allegoricè, in eos qui convertuntur ad cor, tropologicè. Item, in plebem laicorum loqui pacem reconciliationis ad Deum; super sanctos clericos pacem pectoris ad seipsos; in eos, qui convertuntur ad cor religiosos pacem temporis, ut ultimi abstineant à litibus, secundi non implicent se negotiis sæcularibus, contenti redditibus Ecclesiasticis, primis sciant, se sine illa pace consequi salutem non posse. Ayguanus vult innui prædicaturum Christum plebi Judæorum, quorum *copiosa multitudo* secuta est postea ipsum r; Apostolis, qui fuerunt ceteris speculum sanctitatis; Gentilibus ad fidem corde convertendis. Bernardus s primum eosdem docet Sanctos qui convertuntur ad cor, & plebem Dei esse. Deinde hominum genera tria distinguit, designata in Noe, Daniele, Job conjungatorum, continentium, Prælatorum; qui plebs Dei sint, mandata non transgrediendo; convertantur ad cor, à carnalibus illecebris ad ea, quæ cordis sunt, idest, ad spiritualia desideria se convertendo: Sancti studendo magis prodesse quam præesse. Postremo designat in ordine religioso plebem officialium fratrum qui exterioribus, & quasi popularibus negotiis occupantur: Sanctos, qui ministrent altari, aut Prælato convertentes se ad cor; claustrales, nulla impeditos occupatione, & libere vacantes Deo. Idem t, adhuc disputans de differentiis cogitationum, unde oriantur, docet à Deo esse illas, *quibus loquitur intus justitiam* u, pacem, pietatem: quum mala in cordibus versamus, nostram cogitationem esse; si bona, Dei sermonem esse; illa cor nostrum, dicere, hæc audire: quia *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus* x; & *De corde exeunt cogitationes malæ* y; cavendum ne quod Dei est in nobis, demus nobis, putantes verbi visitationem nostram esse cogitationem, difficillimum esse quod attinet ad cogitationes malas, discernere inter morbum mentis, & morsum serpentis.

Et super Sanctos suos.) Hieronymus, & *ad Sanctos suos*. Nullum discrimen arbitror esse præpositionum (*in*) quæ fuit in priori membro, estque in sequenti, & (*super*) nam non alio Hebraicè, quam אל *el* extat, & Græcè ἐπί. Potuit Interpres retinere præpositionem eamdem, sed non quia id non fecit, Varlenii meruit repressionem. Qui sint Sancti dictum prius, & alias quid importet hæc vox, aut σὸν, aut חסידים *chasidim*. Lege Serarium z nostrum. Arnobii quoq; expositio est, Sanctos de Apostolis accipientis, alios de iis, qui per ipsos convertendi erant. Hi peculiariter pios, & misericordes Hebraicè significant, quibus profecto pax, & rerum affluens prosperitas proprio quodam jure debetur, & ut *misericordiam consequantur, qui eam in alios exercent* a.

Et in eos, qui convertuntur ad cor.) Hieronymus, *ut non convertantur ad stultitiam*, Chaldaicè, *& non convertentur ad insipientiam*. Hieronymo tribuit Lyranus conjunctionem (*&*) non autem causalem (*ut*) Richard. Cenomanus (*ne*,) quod parum refert, & (ו) *ve* habet hos omnes usus. Alii, ut *non revertantur* seu *recidant in stultitiam*, nempe in amentem illam impietatem, & quodvis aliud peccatum, propter quod in captivitatem abducti sunt, Idololatriam Lyranus, & Trevetus intelligunt, & imple tam postea Zachariæ b prædictionem; *Disperdam nomina Idolorum de terra*. Certe nihil stultius, & insipientius veneratione idolorum, propter quam *obscuratum insipiens cor*, scribit Paulus c Sapientum mundi. Lege dicta Psalmo 13. d *Dixit insipiens in corde suo*. Hebræus autem textus hoc loco sic habet ואל ישיבו לכסלה *veal jasciuvulethislah*. Probabile est legisse Lxx. ואל *veel* & *ad*; tum supplendum relativum pronomen אשר *ascr*, *ad eos, qui* שיבי *jasciuvu*, *convertentur*, vel שובי *sciove*, *ad convertentes*, nempe se, sed facilius illud, quia sæpe suppletur dictum pronomen. Denique לבם לו *libbam lo*, *cor eorum ipsi*, idest, Deo. Est enim similis litteræ (כ) *chaph* littera (ב) *beth*, litteræ (ם) *samech* littera (ה) *mem*: & modica facta detractione, ex (ה) *he* fit *vau* (ו) puncta vero, ut sæpe monui, olim non erant. Minus probo quod ait Ricardus Cenomanus

a Jo 4 11.
b 1. Cor. 12. 10.
c in 1. Jo 4. 11.
d serm. 57. in Cant.
e hom. 13.
f vers. 19.
g in ps 36.
h Prov. 31. 8.
i in ps. 118. octon. 14.
k Mat. 26.
l in Cant.
m f. 88.
n Prov. 1. 26.
o orat. 4. contra Arian
p Jo. 14. 11.
q li. de comm. essent. Pat. Fil. & Sp. & Disp. contra Arium Laodicæ habita.
r Heb. 1. & 2. Symb.
s c. 9.
t vers. 13.
u Job 7. 1.
x Coloss. 1. 20.
y Eph. 2. 14.
z Luc. 1. 74.
a Jc. 2. 14.
b Jo. 20. 19.
c c. 14. 17.
d Mat. 10. 12.
e Jos. 16. 33.
f Rom. 5. 1.
g Cant. 6. 12.
h zerf. 2. 9.
i ps 97.
k c. 24.
l c. 13. 6.
m Mat. 10.
n Ibid. 34.
o Jo. 14. 17.
p in Cant.
q c. 66. 12. annot. in ps 5. 62.
r Luc. 6. 17.
s serm. in id Audiã quid loq.
t seem. 3. in Cant.
u Ps. 63. 4.
x ps. 13. 1. ps. 52. 1.
y Matt. 15. 19.
z in li Mach. f. 705. & in lib. tribares sium c. 7.
a Matt. 5. 7.
b c. 13. 2.
c Rom. 1. 21. d vers. 1.

nus pro לכסלה *lechislah* fuisse לב *leh*, cor, & סלה *selah*. Nam licet in psalmis Latinè soleat manere סלה *selah non conversum*, Lxx. exprimunt pro illo διάψαλμα; & interpretes alii, ac Hieronymus, aliquid aliud, ut docuimus aliàs. Si mavis nihil mutationis occidisse in textu, dicas cum Genebrardo, propositionem æquipollentem esse, *& in eos, qui convertuntur ad cor*, cum *illa, & in eos, qui non reveruntur ad stultitiam*: quia qui ad sese redeunt, & serio, & ex animo resipiscunt, non amplius ad dementiam revertuntur, talibus autem loquitur Deus, ac promittit pacem, & reconciliationem. Græci codices emendati sic legunt καὶ ἐπὶ τὰς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν καρδίαν, *& in eos, qui convertunt cor ad ipsum*. Complutensia, Regia, & alia Biblia Græcè habent καρδίαν ἐπ' αὐτόν, *cor in ipsum*. Illyricum Psalterium pluraliter, *& super convertentes corda ad ipsum*. In Psalterio Latino vetere, & Gallicano, apudque Augustinum, *& in eos, convertunt cor ad ipsum*. Ambrosius *a*, addit *suum*, (*cor suum*.) Romanum Psalterium, Cassiodorus, Arnobius, *& in eos, qui convertuntur ad ipsum*, vel, *cum*. Qui legunt *converti cor ad ipsum*, legerunt Hebraicè eo modo, quo dixi, vel æquipollente propositione uti maluerunt, prout modo legimus, legerunt. *Converti*, seu *reverti*, ac *redire ad cor*, item *reducere* est sapientiora inire consilia, cogitationesque emendare, corrigere, pœnitere, serio & attentè deliberare meliora. Sic David *in veniisse se cor* dixit *suum, ut oraret b*: & jubentur *peccatores redire ad cor c*, quia *illos cor derelinquit d*, raptum ad alia quæ non sunt Dæus, qui est *Deus cordis e nostri, & præberi* sibi poscit *cor f*. De pœnitentibus propriè hanc Salomon formulam usurpavit *g*, *Si autem peccaverint tibi*, &c. *& conversi corde suo in terra captivitatis suæ*, (de hac dicitur esse sermo in Psal. isto) *dicentes, peccavimus, iniquè fecimus, in justè egimus, & reversi fuerint ad te in toto corde suo*. Auctor Ecclesiastici *h*, *Qui timet Deum*, inquit, *convertetur ad cor suum*. De conversis ad cor cujusmodi sint, antea declaravimus. *Pax exuperans omnem sensum*, inest revertenti, & convertenti se ad cor, seu ex corde per pœnitentiam ad Deum, *custoditque illa cor, & intelligentiam* ipsius *i*. *Non potest mundus talem dare pacem* k, quantumlibet dicat *pax, pax l*, quoniam *non est pax impiis* m. *Speciosi* seu, *pulchri evangelizantium pacem sunt pedes n*, qui sunt Prædicatores *fœderis pacis, quod percussit Deus pactum sempiternum* o, *in filio suo mundum reconcilians sibi* p, *& mittens legatos, qui dicerent obsecrando pro ipso*, nomique illius, *reconciliamini Deo q*.

a *in p.* 118. *octon.* 6.

b 2. *Reg.* 7. 27.
c *Es.* 46. 8.
d *Ps.* 39. 13
e *Es.* 72. 26.
f *Prov.* 23. 26.
g 2. *Par.* 16. 36. 37. 38.

h *cap.* 21.

i *Phil.* 4. 7.
k *Jo.* 14. 27.
l *Jer.* 6. 14.
m *Es.* 57. 21
n *c.* 52. 7.
o *Ezech.* 37 *c.* 26.
p 2. *Cor.* 5. 18. 19.
q *vers.* 20.

Vers. 10.) Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.

Sensus loci

PRædictionis præcedentis exitum, effectumve non procul abesse asseverat, ut scilicet salus conferatur brevi, & libertas his, qui versantur in captivitate Babylonica, multoque magis, qui in diabolica, si quod in se est, quum Dei gratia faciant, ipsum timendo; quasi causam quare permissa fuerit captivitas, dilatumque remedium indicet fuisse contemtum Dei, & quod non esset timorante oculos hominum. Ait verò præterea salutem in eo consistere, ut suam Deus gloriam declaret, & præsentiæ majestatem, ac favorem ad eum fere modum, quo quondam, *& in tabernaculo Moysis r, & in templo Salomonis s manifestavit per nubem, & igem*. Referunt id Hebræi ad tertium Templum. Basilius etiam, seu Theodoretus ad pristinam patriæ gloriam, post reditum de captivitate. Alii in genere transitum ex probroso statu, & ex ludibrio, cui expositi erant in captivitate Hebræi, ad gloriam, qua fuerant spoliati. Saltem mystico sensu interpretantur alii passim de Christi adventu, *qui est gloria Patris, splendor gloriæ, & figura substantiæ illius t*, & cujus cum *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis visa est gloria quasi Unigeniti à Patre* u. Sed Augustiuus cum ceteris fere ipso posterioribus Latinis, per *timentes* accipiunt Judæos, ad quos propriè missum se dixit Christus *x*, & Simeon vocavit illum *gloriam Israel y*, (adde appellari potuisse magis à Judæis, quàm Judith, *gloriam Israel, & honorificentiam populi sui z*, & ex Judæis Christianos postea gloriatos hoc nomine adversus eos, qui ex Gentibus fiebant Christiani, ut ex Epistola Pauli ad Romanos colligitur,) Judæos enim timuisse Deum verum, quamvis, ut plurimum propter finem temporalem: Gentiles longe

Sensus mysticus.

r *Num.* 9. 15 16
s 3. *Reg.* 8. 10 11. 2. *Par.* 7. 2.

t *Heb.* 13.
u *Jo.* 1. 14.

x *Matt.* 15. 24.
y *Luc.* 2. 32.
z *Judit.* 11. 23.

a *Ep.* 1. 17. Tropolog.

b *Epist.* 5. *ad Trallia.*
c *in Ps.* 118. *octon.* 6.

Christianorum timor est pietatis, non infirmitatis.

d *l.* 5. *in Es.* e *serm.* 1. *de Annunt.*
f *Prov.* 10. 1.
g *de Nat. Dom. c.* 11.

h *vers.* 11.

i *tract.* 9. *in ep. Jo.*
k 3. *d* 34. *littera F.*

l *Ps.* 144. 18

m *Ps.* 13. 19.
n *Ps.* 90. 15.

o *Deut.* 4. 7.
p *Act.* 10. 34

q *ps.* 118. 115
r 2. *Mach.* 2. 45.
s *in* 2. *par.* 5. 9. 27.
t *in vita Jeremiæ.*
u *in Jer.* 3. *in* 20.
x *in* 2. *Nat.* 2. *q.* 17. 18. 19.
y *in Agg. c.* 1. n. 52. *& seq.*
z *de verbo Dei, c.* 5. *ad objecta.*
a *Tom.* 20 *in Ezech. pat.* 5. *cap.* 70.
b *Lib.* 11. *de Antichristo, cap.* 12.

Adistasse à Deo, *Christum evangelizasse pacem* (h. e. quod paullo ante dicebatur, *loquetur pacem*) *his qui erant longe, & pacem his, qui prope a*, gloriam Judæorum esse, quod ex iis ortus sit Christus, inde prædicare cœperit, & ibi primum suos prædicare voluerit. Tropologiam dat Lyranus, ut non solùm salus exhibeatur his *qui convertuntur ad cor*, i. e. qui perfectè contriti sunt, sed etiam qui timent, idest, attriti sunt, atque à peccatis abstinent propter timorem, qui timor licèt sit servilis, tamen disponit ad charitatem. Rursus alii timorem sumunt absolutè, etiam pro filiali. Ignatius *b* quidem hoc testimonio probat Deo indivulsè congluținari, qui abjiciat animi tumorem, arrogantiam, fastum, superbiam. Allegoriam Ambrosius *c* non de Judæis, sed de Gentilibus. Longe, inquit, erat Christus à nobis, longe erat à nationibus: descendit in terras, factus est prope, cœpimus non timere: nam qui Christum timet, non timori est subditus, sed devotioni, qui est timor pietatis, non infirmitatis. Sed & alibi docui per *timentes Dominum* in Scripturis divinis potius Gentiles intelligi, qui colerent Deum verum, ante adventum Christi, vel etiam post adventum, præsertim si essent Proselyti. Sic idem locus varios habet sensus, & in eodem quoq; genere discrepantes. Quod hìc *gloria* Christum significet, docet etiam Cyr. Alex. *d*: & Bernard. *e* probat, quia *gloria patris*, seu, *latificans patrem filius sapiens f*, & sapientia ipsa nemo sit sapientior. Consentit etiam Isidor. *g*

Verumtamen.) Hebræam vocem אך, & Græcam πλήν, & Chaldæam ברם *beram* vertunt al qui *siquidem, certè, profectò, ceterum*: & Apollinarius ἐμοιγε μὴν. Alii exponunt adversativè, quasi dicat, quamvis Dominus loquatur pacem in plebem suam, salus tamen ejus prope timentes eum: vel propter illos, ac eorum religionem dabit salutem, & quam locutus est pacem plebi suæ: vel, licèt loquatur pacem in plebem suam, ac tantum bonum polliceatur, ei hoc tamen unum ab iis dumtaxat requirit, ut ipsum timeant, colantque. Tandem hæc seu assertivè, seu aversativè particula sumatur, innuit per ipsam David, se quasi ex revelatione didicisse quod antea aut ignorabat, aut minus considerabat, cur tamdiu Deus salutaris adversus esset à populo suo, ab eoque aversus, nec exaudiret flagitantes, ostendi sibi misericordiam, & salutare dari, quoniam non est hoc salutare propinquum, nisi illis, qui timent eum: plurimi vero de Dei plebe neglexerunt hunc ipsius timorem, cultumque. Sic in 71. *h* Ps. postquam, ut Agellius notat, multum quæsitum fuisset, quare impiis bene esset, veluti demum ingressus Vates Sanctuarium, ac Deo edoctus revelante, pronuntiavit causam istam, *Verumtamen propter dolos posuisti eis*.

Prope timentes eum salutare ipsius.) De his Deum timentibus, dictum antea satis. Vim facit Lyranus in adverbio *prope*, interpretans de timore servili, qui quod Aug. *i* dixit, & ipsum citans Magister *k* sententiarum, introducit charitatem sicut seta linum: ita ut idcirco non sit in timentibus adhuc salutare, sed prope timentes Deum. Non est admodum efficax ratio, quia unum alibi *l* dicitur: *Prope Dominus omnibus invocantibus eum in veritate*, non denotatur aliqua imperfectio, ut nec quando *juxta est iis, qui tribulato sunt corde m*, quum dicetur etiam esse cum aliquo *in tribulatione n*. Præterea *habere Deum apropinquantem sibi, quod nulla habet natio alia* infidelium *o*, glorians de suis penatibus, prærogativa singularis est, non indicans Deum purum abesse, nec intimum esse. Denique sententia Petri huc facit *p*, *In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi. A peccatoribus longe est salus* q.

Ut inhabitet gloria in terra nostra.) *Gloria* quid hìc valeat dixi: illa alia pro arca, de qua interdum etiam aliàs agimus non facit ad rem, quia jam erat in Judæa, licet dũ versarentur in captivitate Judæi, separato in loco *intra spsluncam* jussu Jeremię, collocata fuerit *r*, quam R. Kimhi specum scribit fuisse in pavimento Templi, sed refutatur ab Abulense *s*, Epiph. *t*, ait jussisse Jer. absorberi in saxum in medio montium, ubi jacent Moyses & Aaron; quod transcripsit in Synopsi Dorothæus, & Tho. Aquinas, aliusve in historiam Machabæorum. Lege de nostris Christoph. Castro *u*, Senarium *x*, Riberam *y*, Belarminum *z*, Villapandum *a*, præterea Thomam Malvendam *b*. Si vera sit opinio Riberæ, in reditu de captivitate Babylonica repertam Arcam, & in Templo secundo repositam à Zorobabele, & id velle Jeremiam, dicentem in citata Machabęorum historia, *quod ignotus erit*

locus, donec congreget Deus congregationem populi, & tunc Dominus ostendet hæc; potest hoc votum captivi populi in sententia præsenti, *ut inhabitaret gloria in terra* ipsorum, referri ad arcam: scilicet ut ad eum modum, quo ante captivitatem, honoratam in Templo sedem recuperaret, ac toti Templo, & provinciæ, ac populo gloriam ac celebritatem apud omnes Gentes, sicut prius, daret. Eadem sententia est Josephi Stephani *a*. Sed opposita sententia communior est; postquam Arca occulta est à Jeremia, numquam apparuisse, nec apparituram, nisi sub finem mundi, idque primũ Christianis, quando propter unam istam, inter alias causas convertantur Judæi, ut citatus demonstrat Malvenda, & hanc esse congregationem populi, de qua Jeremias loquebatur: & videri idem indicari in Apocalypsi *b*, quum scribitur *apertum templum in cœlo, & visam arcam Testamenti in templo, & facta fulgura, & voces, & terræmotus, & grandinem magnam*, denique congregationem illam congregandam esse eamdem *cum dispersionibus Israelis congregandis* c, *& reliquiis Israel convertendis* d, *& omni Israel salvando* e.

a *in* 1. Mac. c. 4. 29.
b c. 11. 19.
c Ps. 146. 2.
d Esa. 10. 21.
e Rom. 11. 25. *Tropol.*

Tropologia Bernardi *f*, est inhabitare gloriam in terra animæ nostræ, quum habemus illam gloriam, quam Apostolus *g* vocat *testimonium conscientiæ nostræ, quæ gloria*, inquit, *vera est, & inhabitans, quia ab eo est, qui per fidem habitat in cordibus nostris* h *gloriam, quæ à solo Deo est, qui non quærunt sed ab invicem* i, sectari gloriam extrinsecus fluentem, & ideo non habere eam in semetipsis, sed magis in aliis: postremo inhabitare gloriam etiam in hac terra nostra, si quod in ps. subditur, *misericordia, & veritas obvient sibi, & sola justitia, & pax osculentur*. Ayguanus aliam allegoriæ mixtam tropologiam tradit, factum salutare nostrum, idest, Christũ, prope nos, non olum loco, sed carnis quoq; similitudine, ut inhabitaret gloria in terra nostra, hoc est, ut corpus nostrum, quod est terra, in ipso glorificaretur. Sed proculdubio multo major gloria provenit in animã ex præsentia salutaris gratiæ Christi, nec non in Ecclesiam universam, tum inde, tum ex luce bonorum operum, *propter quam glorificant homines Patrem nostrum, qui in cœlis est* k. Quis enim illic, ait Leo *l*, proferens hanc ipsam Christi sententiam, præsentem non intelligat Majestatem, ubi veram videt apparere virtutem? quæ utique sine Deo nulla est, nec proprietatem obtinet dignitatis, nisi spiritu sui vegetur auctoris. Subdit postea; Qui experiri cupit an in ipso Deus habiteat, de quo dicitur, *Mirabilis Deus in Sanctis suis*, sincero examine cordis sui interiora discutere debere, & sagaciter quærere, quia humilitate resistat superbiæ, &c. quisquis hujusmodi sit, Deum, & Rectorem, & habitatorem sui esse, ei dubitandum non esse, quem tanto magnificentius recipiat, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur: tandem hoc pacto *regnum intra nos esse* m, quum nihil non illis agimus spiritu, cujus regimur imperio. Hoc illud ipsum est, quod nuper exponebat Augustinus, ostendi nobis misericordiam, ut ab ea nimirũ toti semper pendeamus, nec quidquam nobis tribuentes, sed Deo, numquam permittamus à nobis exulare misericordiam, & gloriam ipsius, sed benedicamus in omni tempore, semper sit laus ejus in ore nostro; *laudetur in ipso anima nostra* n, *non nobis, sed illius dari gloriamo* o, velimus, & procuremus.

f *Serm.* 1. *in Aaunt.*
g 2. Cor. 1. 12
h Ep. 3. 17.
i Joan. 5. 44
k Matt. 5. 16.
l *Serm. ult. de Epi.*
m Luc 17. 21.
n Ps. 33. 2.
o Ps. 115. 1. *secund. Heb.*

Vers. 11.) Misericordia, & veritas obviaverunt sibi, justitia, & pax osculatæ sunt.

Vers. 12.) Veritas de terra orta est: & justitia de cœlo prospexit.

1 Sensus loci.

LÆtus quod voti sit compos factus, ideòque rem certo futuram, ut jam præteritam, & completam pronuntians, canit quum reddetur gloria populo, quam dixit, & in patriam redux pristinũ recuperabit statum felicitatis, fore ut Dei misericordiam, ejus denique in promissis præstandis veracitas, & fidelitas, seu etiam justitia, cui satisfecerint saltem ex parte, qui fuerant pœnas in captivitate, veluti graves ac honestę, amicæq; personæ sibi obviam fiant, & ad illud effectam salutarem operandum concurrant, & quodammodo benevole sese mutuo exosculentur præterea, ut prior virtus primitsam liberationem, & omnis boni copiam quasi de terra fructum, & in ea habitantibus post reditum progerminet, proferatque & quæ visa fuerat in cœlo diu dilituisse, perinde ac si terras dereliquisset justitia, quamdiu vexatus est populus ab iniquis, nec supplicum auditæ preces, gemitusque, de cœlo demum prospiciat, provideat, succurrat.

Sensus mystici varii traduntur. Primus Bernardi *p*, ut indicetur quasi per prosopopœjam quædam altercatio misericordiæ ac pacis ex una, veritatis ac justitiæ ex altera parte, super humanę redemptionis causa. Docet per peccatũ fecisse parentes primos virtutum istarum jacturam, misericordiæ, veritatis, justitiæ, pacis, quibus custodiebantur, docebantur, regebantur, fovebantur. Deinde contendisse veritatem, & justitiam, ut puniremur, pacem, & misericordiam, ut nobis parceretur. Quum autem hæ posteriores paterna pro nobis viscera pullantes, pio quodam susurro pro nobis loquerentur, tandem decretũ esse, ut fieret mors bona, qua satisfieret omnibus, & quæ, ut peccatoribus debetur, *pessima est* q, *evaderet in Sanctis pretiosa* r, idest, in sanctificatis per mortem Sancti Sanctorũ, qui nihil debens morti, moreretur ex charitate pro aliis. Hæc summa prolixioris, piissimi, elegantissimi sermonis, quem transcripsissem totum, nisi prostaret omnibus, & ab omnibus attentè perlegi magnopere cuperem, hortarerq; Nec non lectu dignus simili is apud Hugonem Victorinum Bernardo synchronum, dialogismus, & concordia, quia *misericordiam*, inquit, *& veritatem diligit Deus* t, *Deus in quam pacis, non dissensionis* u, *& cujus in pace quum sit locus* x non potest discordes sustinere. Deum sic tandem pro arbitrio, quod virtutes ille ei permiserint, decrevisse, ut peccatum hominis ex parte propter veritatem puniatur, & propter misericordiam ex parte dimittatur. Eodem referri potest And. Jerosolymit. *y*, dicens, quod Filius Dei per misericordiam venit in veritatem carnis; justitia vero, & pax osculatæ sunt, quatenus damnato deceptore primorum parentum pax consecuta est inter homines, & Deum.

Secundus apud Euthymium, & Nicephorum, virtutes hìc enumerari, quæ in Christo convenerunt, ut misericordiam, sanando ægrotos; veritatem docendo, & prædicando; justitiam, rectè judicando, pravosque redarguendo, virtute autem præditos laudandos pacem, se mansuetum ac modestum præbendo.

Tertius adhuc Euthymii, misericordiam esse divinam Christi naturam, quæ potestatem habet dimittendi peccata, & sanandi infirmitates; veritatem, humanam ejusdem naturam, quia *non est inventus dolus ore ejus*, & solus illam hominis dignitatem ac similitudinem vere servavit, qua ad imaginem Dei factus fuerat, & verus homo erat, non phantasma, ut hæretici quidam dixerunt: justitiam item sumi pro divina natura, quia solus Deus justus judex est: pacem pro humana, ob ingenuam ac nativam ejus mansuetudinem; has omnes virtutes mutuo se osculatas, eo quod summam inter se unionem, atque convenientiam habeant in Christo; illas naturas obviasse sibi, quia in unam personam unitæ sunt.

Quartus Lyr. innititurque satis ab Hug. Card. & est etiam illius, qui dicitur Hieron. quod verbum ex misericordia carnem assumsit, complendam veritatem promissionis factam Patribus veteris Testamenti de Incarnat. Filii Dei, & Christus in sua passione satisfecit per viam justitiæ sicq; *pacificavit ea quæ sunt in cœlis, & in terris* z, & idem qui se *veritatem* vocavit *a*, de terra ortus est, nempe de Virgine, quæ dicitur *germinasse Salvat.* b, *sicq; ascendisse sicut virgultum, & radix de terra sitienti* c; i.e. de Virgine absque semine virili, deniq; hoc totum opus redemptionis humanæ secundùm justitiam, ipsa justitia de cœlo Patris, ac Trinit. prospexit, atque decrevit. Favet id quod scribit Paulus *d*, *Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis*, id est, Judæorum, *propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones Patrum, Gentes autem super misericordia honorare Deum*. Ubi vocationi Judæorum attribuitur veritas, quia *ipsorum erant eloquia, & promissa* e. Gentiũ vero misericordia; ut observavit quoq; Aquinas *f*. Insinuat hoc idem Eusebius *g* quum ait velut ex longinquo intervallo hæc, quæ hìc enumerantur, sese invicem recepisse jam terræ placato Deo, factoque propitio: Salvatoris enim solo adventu veritatem de terra ortam, quum ipse esset veritas, legalibus signis, figurisque sublatis, quia *lex per Moysen data est, & gratia, & veritas per Jesum Christum facta est* h. Nimirum gratia, & veritate facta, quæ communis est cunctis, legalia cum lege abolita sunt, & Judæi in societatem, & communionem vocati sunt. Lactantius *i* notionem vocabuli *Emanuel*, ut sit nobiscum Deus, & incarnatus, probat ex illis nostri psalmi verbis, *Veritas de terra orta est*, quia, inquit, Deus, in quo veritas est *imo ipsissima veritas est* k terrenum corpus accepit, ut terrenis

Sensus mystici. *p Serm.* 1. *de Annunt.*
q Ps. 33. 22.
r Ps. 115. 15. *secund. Heb.*
s *Annot. in* Ps. c. 63.
t Ps. 83. 12.
u 1. Cor. 14. 33
x Ps. 75. 3.
y *Orat. de Annunt.*
z Coloss. 1. 20
a Job. 14. 6.
b Esa. 45. 8
c cap. 53. 2.
d Rom. 15.
e cap. 9. 4.
f 1. p. q. 21. art. 4. ad 2.
g Agellius *citat.*
h Jo. 1. 17.
i Lib. c. 12.
k Jea. 14. 6.

viam

viam salutis aperiret. Idem hinc inferi Irrenæus *a*, probans Christum esse veritatem, dicensque illa sententia prophetari generationē Christi ex Virgine, & ex mortuis resurrectionem, præterea omissis Enaratoribus, Fulgentius *b* ostendens etiam indidem effici non cœleste, sed humanum corpus sumsisse, Augustinus *c* item alibi, utens eodem testimonio, comparat Mariam cum terra promissionis, quia multo ante promissa est per Esaiam *d*, *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*, Mens eadem Hieronymi *e*. Chrisostomus *f* docet per misericordiam & veritatem humanitatis à Christo assumtæ mysterium significari, & primam divinitati, quia figmenti sui miserta est, convenire, secundam carni, quoniam non specie tenus, verum re ipsa Deus Verbum carnem susceperit, deque terra nostra hæc orta est. Hilarius *g*, ait, quod veritas & misericordia Dominus Jesus Christus est. Alphonsus *h* Mariam terram nominat, de qua Christus, qui veritas est, ortus est, *& dedit fructum suum* i. De hoc fructu idem scribit Chrysologus *k*, qui & *fructus ventris David* vocatur *l*. Leo *m*, in nativitate impletam hanc prophetiam dicit, & confutari præsenti loco Manichæos, negantes corporaliter de Virgine Christum natum. Adeo communis expositio vim habet argumenti pro dicto mysterio, in quo placuit misericordiæ jungere justitiam, & poni à Deo propitiatorem, *ad ostensionem justitiæ suæ* n. Imo R. Moyses citatus à Titelmano, expoluit de nativitate Messiæ, absque viri conjunctione. Zacharias Joannis pater in Cantico *o* causam utramque adventus Christi significavit, canens venisse *ad faciendam misericordiam cum Patribus* (i. e. cum iis etiam, qui erant ante legem scriptam *& ut memoraretur testamenti sui sancti, atq; juris jurandi, quod juraverat ad Abraham*, qui peculiariter fuit pater, & Auctor populi Hebræi. Idem insinuat in Cantico Simeonis p, *lumen ad revelationem Gentium*; quia lumen tenebras expellit naturaliter; *& gloria plebis Israel*, quasi haberet Israel unde gloriaretur, & ei Christus deberetur, tum propter promissiones præcedentes, tùm propter legem observatam. Hoc David *q* cecinerat etsi *recordari misericordiæ & veritatis*. Facit eodem osculum expetitum à sponsa primis Cantici verbis, & sub initium capitis ultimi. Atque ita ex Rabbinorum quoque sententia declarantur ista à Petro Bruto *r*, & à Paulo Vidnero *s*, qui ex Judæo Christianus evasit ætate nostra. Denique hæc est veritas, quam promisit Deus dare Jacob; & misericordia, quam Abraham, & juravit ea Patribus à diebus antiquis *t*; hoc est *præparatum in misericordia solium*, *& sessio super illud in veritate & judicio* u. *Hæ misericordiæ David fideles* x.

Quintus, effectum adventus Christi futurum, ut recensitæ hic virtutes ubique & passim in orbe vigeant, sicut eum hominū frequentia magna est, obviant invicem sibi & in eadem civitate, aut Rēpublica confœderantur, velutiq; oscula sibi mutua dant. Ubi advenerit Christus, quem libet Veritatem locuturum cum proximo suo, atque misericordiam, clementiam Dei cum ea virtute societatē, amicitiam, osculum, complexum habituram: præterea litibus & contentionibus etiā juridicis, atque forensi strepitu abjecto, profundam futuram pacem ac suum cuilibet pacatè tribuendū, vacandumque in primis servitio Dei in sanctitate & justitia: deniq; simul quis veritatem sectabitur, illico affore velut individuā veritatis comitem & assistricem, & ministram charissimā misericordiam Dei, ut nihil non largiatur cultoribus veritatis: justitia itē cū misericordia cuncta tribuat amātibus & sectantibus pacem. Conjungit Zacharias *y* propheta commendationē virtutum istarum *pacis & veritatis, veritatis & judicii pacis*. Eodem pertinet quod auctor Græcus *z* anonymus ait, per Incarnationem, Christum factum nobis à Deo Patre justitiam & pacem, & misericordiam & veritatem; quia miseratus nos docuit veritatem, atq; justos reddidit, *pacificans omnia* in seipso, *quæ in cœlis sunt, & quæ in terra*: Basilius vel Theodoretus non modo de reditu populi ex Babylone, sed & de Christi declarans adventu, ait peccanti, pœnitentiamque agenti fontes misericordiæ suppeditari, & inundare flumina ejusdem super eos, qui Dei legem per veritatem amplectuntur: offerentibus Deo (nec tamen sine misericordia & gratia ipsius) veritatis agnitionem, retribui misericordiam à misericordi Deo: item quum quis justitiam offert (nempe cum gratia Dei factam) Deum eidem largiri pacem, misericordiam veritati obviam occurrere. Orituram in diebus Christi justitiam cum abundantia pacis vaticinatus 71. *a* psalmo noster David. Mercurii alati caduceus virga constans cum bino sese complectente ac osculante aserpente, & cum corona; designabat justitiæ rectitudinem, quæ dicitur *virga directionis* Psal. 44. *b* & prudentiam (ut Christus ipse in serpentibus notavit *c*) & pacem, quibus tamquam alis vehitur princeps, Rempubl. recte administrans, ad coronam gloriæ tum in hac vita, tùm in æterna. His duobus præsertim epithetis Christus describi solet, *justi & misericordis*, ut sæpe vidimus.

Sextus elici potest ex Bern. *d*, ut quia proximè pollicitus fuerat Dav. aut petierat pacem, misericordiam, salutare, hocq; dixerat fore super timentes Deum, cum gloria, nec satis forsitan intellexeramus, allecti dulcedine pacis, misericordiæ, salutaris, timentibus hæc promitti, nunc admoneat *operandam salutem cum timore*, & associandam misericordiæ divinæ ac paci, sive reconciliationi veritatem & justitiam, qua misericordem Deū, atq; pacis principem obtinemus & colamus. In Magdal. conversione *e*, ait Bern. misericordiam & veritatem obviasse sibi, quum etiam in pace abire remissis peccatis, jussa est, quia fuerat osculata utrumq; pedē misericordiæ, sive pacis & judicii, sive justitiæ & veritatis; alterū sine altero osculari, vel temerariā securitatem esse, vel desperationem fugiendam.

Septimum Augustinus, & alii assignant. Si veritas confessionis ab homine oriatur, qua se quod vere est confiteatur peccatorem, & audivit *f*, *Terra es, & in terram ibis*, sive *pulvis es, & in pulverem reverteris*, respicere ipsum de cœlo justitiam, sicut *publicanus descendit justificatus, quia sibi peccatori propitium fieri* DEUM flagitaverat *g*, *qui neget se peccatum habere, seipsum seducere, & veritatem in ipso non esse* h, *si confitearis peccata tua, fidelem esse justum Deum, ut remittat tibi peccata* i: justitiam vero de cœlo prospicere, quasi dicat Deus, parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit, ignoscamus, quia ipse agnovit, conversus est ad puniendum peccatum suum, convertar & ego ad eum liberandum. Imitatus est August. non solum citatus pridem Hugo S. Victoris, *k* sed & Petrus Abbas Cellensis *l*, vocans hanc veluti mixturam vini & aquæ, fermenti & farinæ, & terram esse peccatorem, veritatem, confessionem, justitiam de cœlo, quia castrorum cœlestium custos est, atque potuisse, quasi suffraganeum *Cherubim cum gladio flammeo, & versatili ad custodiendam viam ligni vitæ m*. Nam Cherubim, inquit, quod est plenitudo scientiæ, ibi positus est, ne per mendaciū & blandas adulationes seduceretur: gladius, ne sine incisione cordis confidentis in obstinatione sua patriæ introitus & à proscripto in exilium reditus eluderetur: qui flammeus erat, ne tunicis indutus pelliceis & plumis obsessus vanitatis, flammam contingeret iniustus: versatilis, quia *Quum iratus fuerit Deus, misericordiæ non obliviscitur n*, vel ne cujuspiam fraudis velocitate ingressus subriperetur, &c. Tū hortatur ut sumat accusationis gladium, qui lignum vitæ eurit, rejecto exculationis scuto, plenitudinem scientiæ, atque veritatem, quæ rotunda, & versatilis est: his insignibus & vexillis deliniri justitiam, vultum jam convertere non iratum, sed mitigatum ad confitentem.

Octavo Ayguanus declarat de concordia severioris veteris legis cum novæ mansuetudine. Uitimus sensus per quamdam accommodationem potius videtur esse saltem ex parte, quem usurpant alii, nec uno quidem modo. Cyr. Jerololymitanus *o* veritatem de terra ortam applicat ad Christum ex horto, in quo sepultus jacebat, prodeuntem per modum virgulti & vineæ. Sophr. *p* adnatalem diem Domini, qui forte inciderat simul in Dominicum, qui dicatus est resurrectioni, quum sermonem habuit de illo festo *q* Aug. veritatem ortam de terra ad nativitatem: justitiam de cœlo prospicientem ad Spiritus sanctum inde missum, qui *arguit mundum de justitia r*. Idem *s*, postque ipsū Isidorus *t*, justitiam de cœlo ad justificationem nostram, ex munere gratiæ cœlestis, & ab eo, à quo *omne datum optimum, & donum perfectum est, ac descendit, ut à Patre u luminum*: item *x* misericordiam circa prædestinatos, & qua liberat Deus indignos, quæ non impediat veritatem, qua plectit dignos. Concil. Toletanum VIII. *y* ad juramenta justitiæ, quæ non contra eant misericordiæ & paci, nec debeat quis falso jurare, & mentiri etiam pro misericordia, ita ut vel auferat veritas misericordiam, vel misericordia impediat veritatem. Adrianus Papa I. *z* ad concordiam ipsius, & Tharasii ut misertus dicatur Deus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & obviavisse veritati, Sanctæ, Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, quæ semper justitiam tenuit, ut scriptum est.

Justitia sedes, fidei domus, aula pudoris.

quam justitiam, fidem atque pudorem, ut confessa est Eccel-

---

a Lib. 3. c. 3

b ad Transim c. 15 & l. de incarn. & gratia c. 6.

c Serm 2. 16 100. de tempore & 60. ac 62. de divers. & Tract. 41. in Joan.

d Cap. 7. 14.

e in cap. 11. Esa. & 45.

f in Psal. 107.

g in Psal. 57

h ac Virgo. 3. 6.

i Ps. 84. 12. 13.

k Serm. 117.

l Ps 131. 11.

m Serm 4. de Nat.

n Rom. 3. 25 26.

o Luc. 1. 72.

p Cap 2. 32.

q Ps. 97. 3.

r Lib. contra Jud. c. 5.

s Lib. de locis fidel. tom 9. pag. 305. 304.

t Mich. 7. 14. 20.

u Esa. 16. 5.

x Cap. 55. 3

y Cap. 8. 16. 19

z Apud Augustinum.

a Vers. 7.

b vers. 7.

c Mat. 10. 16

d Ser. de Maria Mag.

e Luc. 7. 37. & seq.

f Genes. 3. 19

g Luc. 18. 13

h 1. Joh 18.

i Ibid. vers. 9.

k Annot. in Ps. c. 63.

l Lib. de panibus, c. 3.

m Gen. 3. 24

n Abac. 3. 2.

o Catech. 14

p Serm. in natiu. Domini.

q Serm. 16. de temp.

r Joh. 16. 8.

s Serm. 62. de divers. de nat. Domini c. 11.

t Jacob. 4. 17.

x Epist. 105.

y Cap. 2.

z in scripto de imaginibus ex actione 6. tom. 1. Concilii Nacenni 2.

Ecclesia Constantinopolitana amplectens, quando ab error converta est, fecit pacem. Ad hæc Hieron. *a* appellas hæc quasi sponsalia, & conferens cum duplici calice in manu Domini *b*, misericordiam tribuit pœnitenti, revocando in patriam, justitiam, judiciumve (ac idem est de veritate) peccanti, ut captivitati tradatur; sed monet *c*, hac attributorum conjugatione, ut intelligamus errare, qui damnatis etiam diabolis pollicentur pœnitentiam salutarem, & misericordiam Dei, vallari autem justitiam misericordia, sic parcere (in hac vita) ut judicet, sic judicare, ut misereatur. Quamquam alias docuimus temperari quadam quoque misericordia damnatorum ipsorum supplicia, ita ut ubique sese misericordia, & veritas, justitia, & pax exosculentur. Accommodatitiè etiam Hugo Cardinalis sed ante illum Chrysologus *d*, licèt hoc Patrem dicat fecisse per Christum) applicat hunc locum ad pium patrem, *qui reversum prodigium filium osculo excepit* e, sicque *opus justitiæ pacem fuisse* f: sed & in eodem homine misericordiam assignat concupiscibili, veritatem rationabili, justitiam irascibili, pacem sensui carnali. Obviant item in eo misericordia, & veritas, qui veritatem, quia misericors ac benignus est libenter aliis communicat; sicut faciebat Christus exigens, *ut discerent, quia mitis erat, & humilis corde* g. Certè misericordiæ spiritualis eximium opus est, ignorantes docere, & quia interdum adhibenda est reprehensio, & correptio, *Justus corripiet in misericordia* h.

Misericordia, & veritas obviaverunt sibi.) Arabicè, *misericordia, & justitia*: sic non rarò pro *justitia* sumitur *veritas*. At probabile est, hìc accipi pro *veritate*, seu *fidelitate in præstandis promissis*. Hilarius *i*, *obviaverunt se*, Hieronymus, *occurrerunt sibi*. Ita quoque Arnobius, & Isidorus *k*. Idem Hieronymus *l* vertens, *occurrerunt*, monet recte adjectum esse pronomen, quod non est Hebraicè, nec Græcè, ne credeantur hæ virtutes non sibi, sed alii occurrisse, nec sibi dedisse osculum, sed alteri. Obviatio, occursus, concursus indicant prius has inter virtutes disparatas, & disgregatas convenisse, earum copiam futuram fuisse: fore ut veluti honoris caussa obviam sibi prodirent, amicitias inter se constituerunt. Minus apto quamvis non falso sensu, posset quis interpretari pronomen, *sibi*, de Deo, seu Christo, ut ei occurrerent hæ virtutes juxta illud *m*, *Justitia, & judicium præparatio sedis tuæ, misericordia, & veritas præcedent faciem tuam*. Poetæ describunt musarum, charitum, virtutum choros, & scientarum encyclopædiam, putaveruntque nonnulli, quos refellit Hieronymus *n*, qui unam habuerit, omnes virtutes videri habere: quamvis etiam docet hærere *o* sibi, & inter se ita nexas esse, ut qui una caruerit, omnibus careat: quod verum est, si spectentur secundum exactam perfectionem ipsarum, sicut peritum Philosophi nominant, qui omnes teneat scientias. Quædam virtutes similiores sunt aliis: has quæ videntur oppositæ, obviare sibi, & amplexus ac oscula dare, mirabilius est. Ut idcirco videatur Deus adeo admirabilem confœderationem virtutum in Filio suo incarnando significare voluisse, dicens *p*, *Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso*.

Justitia, & pax osculatæ sunt.) Addunt Augustinus, & Arnobius *q*. In aliis Psalteriis Latinis, & apud Cassiodorum, Isidorum *q*, Concilium Toletanum *r* VIII. Adrianum Papam I. *complexæ sunt se*. Chaldaicè, *conjunctæ sunt* אִרְכָּקוּ *iddaveku*, vel *adhæserunt sibi*. Quam dicunt Hieronymum, hoc priori synonymum facit membrum. Concedi potest, ut & mysticus sensus, peccatori non desperandum, nec justo gloriandum: Gentiles quoque, ac Judæos amicitiam sub uno pastore coivisse. R. Kimhi veritatem, & justitiam ex parte hominum vult esse; misericordiam, & pacem ex parte Dei. Alii referunt ad Deum pacem, justitiam ad hominem. Contra, nonnullis placet dici de hominibus pacem, justitiam de Deo, quia postea dicitur, quod *justitia de cœlo prospexit*, nempe qua justos efficit. Spectant, & quidam in eodem Deo cuncta, misericordiam erga Gentes, ut diximus, veritatem erga Judæos, quibus promissio facta; justitiam, qua justificat, pacem, qua reconciliat, & remittit peccata. De ritu osculantium se in occursu egimus alio loco *r*. Legantur Martialis *u*, & Suetonius *x* de Romanis: & de Græcis Plutarchus, & primi scholiastes Raderus *y*, secundi Torrentius, & Casaubonus, non bonæ quamvis religionis auctor, præterea Lipsius *z*, de usu autem sacro & Ecclesiastico Baronius *a*, & Joannes Stephanus Durantus *b*. Vocatur pacis osculum in Missa, simpliciter ab *c* Apostolis *osculum sanctum*. Abolitæ in-

a *in cap. 2. Oseæ.*
b *Is. 24.9.*
c *in c. 2. Jonæ.*
d *Ser. 5.*
e *Luc. 15.20*
f *Esa. 32.17.*
g *Matth. 11. v. ult.* Misericordiæ spiritualis opus.
h *Ps. 104. 5.*
i *in Ps. 56.*
k *de Nativ. cap. 11.*
l *Epist. 135.*
m *Ps. 88.15*
n *Lib. 1. cont. Pelag.*
o *Epist. 127.*
p *Ps. 88. 29.*
q *Lib. de Nativ. Domini c. 11.*
r *in scripto de immagi nibus.* Sensus mysticus.
t *in Actus Apost. 20.37 & in 1. Pet. 5. 14.*
u *lib. 7. epig. lib. 11. Epig.*
x *in Tiberio cap. 24.*
y *in Sympos. septem Sap.*
z *in l. 2. Ep. 8*
a *2. Elect. c. 6*
b *ann. 10. 1. anno 45.*
c *2. de ritib. Eccl. c. 54.*

A juriæ, ac reconciliationis: indicia sic dicenti apud Plautum *d*, Non sum irata, respondum, da ergo, ut credam, suavium; & Arbiter dicentem inducit, præterita abolere osculis placet. Id ipsum testificatus est indulgens *pater dans filio prodigo osculum*, e ut observavit Chrysologus *f*, & Christus oblatum à Magdalena excipiens *g*, ut idemmet auctor notat *h*, Distinguit Hugo Card. oscula bona unionis naturarum, pœnitentiæ, reconciliationis, congratulationis, fœderis, gratiæ, obedientiæ, gloriæ: & mala meretricis, fraudis, superbiæ, avaritiæ. De bono pacis, & suavitate dictum alias satis.

Non tam pax virtus est, quam virtutis, potissimùm charitatis effectus, ut docet Aquinas *i*: quatenus hęc, ut ille loquitur, facit ordinationem propriorum appetituum in unum, & appetitus proprii cum appetitu alterius, diligendo Deum, & proximum. Quum autem nominat Esaias *opus justitiæ pacem*, ait idem Doctor *l*, id indirectè verum esse, in quantum scilicet removet prohibens, & qui ab injuriis aliorum abstinet, subtrahit litigiorum, & tumultuum occasiones. Sic appellat etiã Esaias *pacem fructum labiorum creatum à Deo*, i. e. per gratiam prędicationis productum, quia *lingua placabilis lignum vitæ* n, & olivę ramũ ore pręferunt pacifici, sicut *columbæ* o invitantes ad casta, & pacifica oscula, imitantes Dei Filiũ, immò Dei filii hac particulari ratione effecti *Justificatus pacem habet*, ut ait Paulus q, *ad Deum*, & proinde etiam ad proximum, ut fortassis post resurrectionem Christus, *qui resurrexit propter justificationem nostram* r, suis pacem denuntiaverit, ostensis vestigiis passionis *s*, in qua veritas, seu justitia, & misericordia obviaverunt sibi, & propterea justitia osculum dederat pacificum misericordiæ, quod sibi satisfecisset exigendo à Christo passionem, & mortem pro peccatis nostris. *Non contristemus Spiritum Dei* t, qui dignatus est apparere *in forma columbæ* u, quæ est symbolum pacis, neque *Angelo pacis amarè flere* x, compellamus, repudiata pace, cujus nobis offerunt osculum, seu tutelares Angelos intelligas, seu Apostolos ac Apostolicos Doctores; sed *exultet pax Dei in cordibus nostris, in qua vocati sumus* y. *Utinam attendentes ad mandata Dei, fieret sicut flumen pax tua* z; *& sit in via Dei ambulares, habitares utique in pace super terram* a, *& quidem in pace, quæ expuerat omnem sensum* b, נֵצֶר, *mentem*, mentisque captum, & ipsa in se, & si modus consideretur, quo nobis eam Christus comparaverit *c*, & quo vult eam à nobis servari, *ut eam cum omnibus habeamus, & persequamur* d *etiam cum inimicis* e; & qui alioquin justo digni odio viderentur, eos exosculemur, quasi sic iplammet exosculantes justitiam, & delinientes, ac blandientes, ne repetat debitas de illis pœnas. Tu demum si amicam pacis, quam amas, non amaveris justitiam, ait Augustinus, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Si declinaveris à malo, fecerisque bonum, non jam diu *inquires, aut persequeris pacem* f sed ipsa occurret tibi, ut osculetur justitiam, te, que justitiam prædituri.

Veritas de terra orta est.) Hæbræum תִּשְׁמָח *thiesmach*, & Græcum ἀνατείλαι significat *pullulare germinare, florere, emittere florem* aut *germen*. Sensus litteralis est quod promissa, quæ quamdiu non implentur, videntur tamquam semina vel radices sub terra latere, & abscondi, quum complebuntur, censebuntur oriri, prodire, proferri, produci, existere, germinare, pullulare. Quod locum habet tùm in promissis de liberatione captivitatis Babilonicæ, tùm universi generis humani, prout antea variis modis declaratum est; ubi etiam de Christo, qui veritas est, ortus autem ex terra, i. e. ex Maria, constanq; terreno carneo vero corpore, quod Manichæi, aliique negaverunt. Vim facit R. Moses in dicto Hebræo verbo pro Nativitate Messiæ absque viri conjunctione. Cajetanus adhuc duobus modis explicat, vel ut veritas terrestris germinare intelligatur tempore Messiæ, in quo nullus est, inquit, locus figmentis, sed soli veritati, *cui ut testimonium perhiberet venit* g; quia veritas insita humanis mentibus naturaliter, tanquam irrigata prædicatione Evangelica, profert cum gratia Dei assensum fidei cùm florem ac germen: vel ut veritas germinet de terra, hæ. ex terrenis hominibus emittat germina sua, quod ait esse valde mirabile, & vere ita est. Veritatem, si, ut aliquando fit, accipiamus pro misericordia, ut velle Hieronymus *i* videtur, tractans affinem Esajæ *k* locum, *Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem*. Sensus erit, quem tradit, quod terra misericordiam, & justitiam pariter germinabit, ut & peccatores misericordiam, & justi præmia consequantur. Aliter idem Pater *l* terram absolute positam sumit

d *Rem. 16, 16 1. Cor. 16. 20 2. Cor. 13. 12. 1. Pet. 5. 14.*
e *in Pœnulo.*
f *Luc. c. 15. 2*
g *Serm. 1.*
l *Serm. 93.* Distinctio osculorum. Pax est charitatis effectus potius quam virtus.
k *2. 2. q. 29. ar. 1.*
l *Cap. 32. 17*
m *Supra, & q. 180. ar. 2. ad 2.*
n *Cap. 57. 19*
o *Prov. 15. 4*
p *Gen. 8. 11.*
q *Matth. 5. 9*
r *Rom. 5. 1.*
s *Cap. 4. 25*
t *Jo. 20. 19.*
u *Ephes. 4. 30*
x *Matt. 3. 16* Columb.
Symbolum
y *Es. 53. 7.*
z *Colloss. 3. 15*
a *Es. 48. 18.*
b *Baruch. 3. 13.*
c *Phil. 4. 7.*
d *Chrisost. & Theophil. ibidem.*
e *Rom. 12. 1 Heb. 12. 14.*
f *Orcum ibidem.*
g *Psal. 13. 15,*
h *Jean 18. 37*
i *in Es. c. 45.*
k *c. 45. 8.*
l *in c. 5. Ezech.*

sumit hic pro Judæa, in qua est Jerusalem, quam Ezechiel *in medio Gentium esse scribit*, & Daniel *operatum* canit *Deum salutem in medio terra*. Sed quod indicat de nativitate, verum non est, lapsuque memoriæ dixisse credi debet, pro passione. Denique potest veritas religionis, ac morum integritatem designare, quæ Messiæ tempore in hominibus efflorescat; & justitia, de qua mox, nimirum Dei, seu gratia de cœlo prospiciat, ut homines, veluti inde descendens, justificet. Ubi esset hysteron proteron, quum justitia ista prius de cœlo prospiciat hoc pacto, quam veritas à nobis oriatur, aut efflorescat. Sed etiam verum est, quod quando veritas, seu virtus oritur ex nobis, & à nobis colitur, justitia prospicit de cœlo, ut munera sua adaugeat, atque remuneret.

Et justitia de cœlo prospexit.) Cajetanus, *de cœlis prospecta est*. Potest, præter illa, quæ prius dixi de hoc membro, *justitia* sumi pro *veritate*, idest, pro *veritate, ac fidelitate in implendis promissis*, ubi spectantur quædam ratio justitiæ. Quandoque etiam *justitia* nomen pro *misericordia* accipi non semel observavimus. Utrovis modo *justitiam* interpretemur, aut etiam pro propriè sumta justitia, quatenus in DEO reperiri potest, sensus videtur, quod Christi regnū extendetur quaquaversus ab imo ad summum, implebuntque cœlum, ac terram veritas, & justitia; nec ullus erit utrius libet partis angulus, quo non veritas, justitia, pax etiam diffundatur, postquam populo suo Dominus fuerit reconciliatus; & hæ virtutes, aut effecta se præbeant visenda, seseque manifestent, & communicent.

Sensus mysticus.

Tritus mysticus antea insinuatus sensus, ut justitia denotans divinitatē, prospexisse de cœlo, dicatur in veritatē de terra ortam, h. e. humanitatem Christi per unionem hypostaticam: sed non ita ut prius tempore concipiatur orta formatave humanitas. Justitiam de cœlo prospectam Cajetanus ita vertens, explanat sicut præcedent membrum duobus modis; aut justitiam cœlestem, quæ est justitia fidei: aut ante Messiam non esse visam justitiam nisi de terris, & ab hominibus terrenis dictam, ac exercitam: tempore Messiæ visam, à cœlis institutam, promissam, prædicatam, ob multitudinem miraculorum approbantium illam. Nec incommodè profectò, ut nuper attigi, geminam quasi stateræ lancem considerare in veritate, ac justitia licet *a*. Justitiæ lanx præponderabat ante Incarnationem, & alteram *misericordia usque in cœlum attollebat*; ibi n. erat, *& veritas non ultra nubes* b: post Incarnationem ad terras descendes, misericordia justitiam in sublime elevavit, ut ibi etiam satisfieret Deo; & is jam debitor inciperet esse secundùm nonnullam justitiæ rationem.

a Viegas in Apoc. c. 12. comment. 1. sect. 4. num. 4. & 5.

b Ps. 56. 11.

Illam porro tritissimam Allegoriam de Christo, & Maria, Alphons. *c* sic paucis optime complexus est. De terra materni corporis, ait ornatam nascentis veritatem carnis, & respexisse de cœlo justitiam Deitatis; sicque in unitate personæ Deo, & in homine consistente, hanc terram Virginis nostræ hunc dedisse filii fructum, dante nobis Domino benignitatem nostræ redemtionis. Postremo prospectus justitiæ de cœlo innuit latuisse quodammodo prius justitiam, sicut ortus veritatis de terra, ut antea notatum est. *Hæc est irroratio cœlorum desuper, nubiumque pluvia pluentium justum apertio terræ germinantis Salvatorem*, *d*.

c de Virgin. S. Marcæ, c. 6.

d Es. 45. 8.

Vers. 13.) Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Sensus loci.

CErtitudinem rei, quam, ut jam præteritam, & factam pronuntiaverat, confirmat futuri temporis verbis, & rationem reddit, quare minime dubitet de promissis divinis, & de justitia Dei revera completuri quæ promisit: quia ille de cœlo benignè faciet terræ, atque larga ipsam benedictione perfundet, ut quæ clauso prius, ac *tamquam ferreo, & aneo e cœlo, erat etiam ut ferrum, & anea ferreaque* f h. e. infrugifera, ac sterilis, proferat diù expectatum fructum copiose, reipsa quidem materialem, & externum: simul tamen quoque fructum salutis, & Salvatoris: præterea fructum dignum pœnitentiæ atque meritorum: postremò fructum permanentem in vitam æternam, ac ipsiusmet beatitudinis æternę. Pollicitus est Deus *ambulantibus in præceptis ejus, & mandata illius custodientibus, & facientibus ea, pluviam temporibus suis, ut terra gignat germen suum* g; item quod *aperiet thesaurum suum optimum, cœlum, ut tribuat pluviam terræ in tempore suo*: h præterea quod *semen pacis erit, vinea dabit fructum suum, & cœli dabunt rorem suum*. i.

c Levit. 26. 16. Deut. 28. 23.

f Ibidem.

g Levit. 26. 4. *h* Deut. 28. 12.

i Zach. 8. 12.

Sensu allegorico cōstanter *benignitatis dandæ* vocabulo Dei Filius intelligitur qui datus est humanitati, & fructus veluti à terra reddendus nostra justificatio, & bona opera per gratiam, atque merita Christi facta. Vel, benignitati Dei, qua dignatus est Filium dare, respondit terra nostra, dando fructum humanitatis Christi, de Mariæ utero, qui *germinavit Salvatorem* k, *fructum terræ sublimem, germen in magnificentia, & gloria* l, quam post passionem, & ascensionem acquisivit, ut Gregorius *m* docet. Fructum suum Maria dedit, quem dicitur dedisse, quia *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis* n, non solum à Deo Patre, ac Trinitate, sed etiam ab ipsa: ipsius tamen fructus appellatur, & quia præcipuum ex tali fructu, ac propter talem fructum percepit gratiæ fructum, & quia nullus vir in productione, ac generatione talis fructus quidquam contulit. Sed prius data illi à Domino benignitas est, implente gratia mentem, & veluti arcam expoliente, ut immitteret in eam cœleste manna Filli Dei. *Omnia nobis Pater cum Filio donavit* o: *& quod sibi Pater dedit*, Christus *majus omnibus aliis rebus* dixit esse *p*: sive intelligas divinitatem generando communicatam, sic eamdem, personamve divinam, quam active Pater conjunxit cum humanitate Christi, nec minus quidem Spiritus Sanctus ipseque Filius dicto modo, sed per quamdam attributionem Pater; per terminationem solus omnino Filius. Filius idem Dei seu Christus seipsum dando, & offerendo dici potest dedisse benignitatem, quam vel etiam *gratiam*, de ipso scribens Paulus *q*, ait, *apparuisse* cum humanitate: & si ludere licet in similitudine sonorum, atque retorquere cavillum, quo non Christus vocabantur à Gentilibus, sed Christus, χρισος revera χρυσὸς τὴν χρυσοπηζα, quod vocabulum utitur pat idem Apostolus, cum χάρις, & φιλανθρωπία. Recte quadrat illud *r* in Christum;

k Es. 45. 8. *l* c. 4. 2.

m hom. 13. in Ezechiel.

n Es. 9. 6.

o Rom. 8. 32

p Joan. 10. 29

q Tit. 2. 11. cap. 3. 4.

Χρηστὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κοινὸν

Utilis namque, vel *benignus vir bonum commune*. Nemo ut ille, φιλάνθρωπος *amator hominum*, ut è contrario diabolus pejus Timone μιζάνθρωπος *osor hominum*, utpote *homicidia ab initio* s. Quamquam ibi Paulus posterioribus verbis de Patris agit gratia, benignitate, humanitate, quod propositio quoque nostro magis conducit, ut hic intelligamus, quod ille dederit benignitatem, *sic diligendo mundum, ut Filium suum daret* t: *nec ei parcens, sed nobis tradens, omnia cum illo donantur* u. Pie nihilominus ad Christum ipsum locus ille Pauli applicatur, & ante Bernardus *x*, latuisse scribit benignitatem, priusquam apparuisset humanitas, idest, Incarnatio Filii Dei.

r Menander.

s Joan. 8. 44.

t Cap. 1. 16

u Rom. 8. 32

x Serm. 1. de Epiphania.

Augustini, aliorumque Tropologia est, quum veritas confessionis oritur de terra conscientiæ nostræ, prospicitque de cœlo justitia, quæ Deus non justificat, mereri nos ab illo, delectationem, & suavitatem justitiæ faciendæ, Appellat Hugo *y* Victorinus dona virtutum per gratiam post relaxationem peccatorum per indulgentiam; quæ tamen ipsa relaxatio, ac indulgentia fit per gratiam. Rursum Bernardus *z*, applicat ad illas *chiliadas* conversorum à Petro *a* post benignitatem Passionis Christi, & Spiritus S. missionem. Innuit adhuc Augustinus *b*, alium sensum moralem ab elationis vanitate nos hic sanari, ut sciamus quā vere non de terra, sed spiritualiter dictum sit, *Dominus dabit suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum*; quia ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut noverit non suæ facultatis, sed divini muneris esse, vel quod scit, vel quod delectatur. Elicit Fulgentius *c* documentum simile, quod volens homo habet fidem, sed Deus, qui fidem donat, ipse hominis mutat, & dirigit voluntatem. Prosper idem argumentum facit contra Collatorem *d*. Denique ex Dei quoque benignitate provenit frugum copia, temporalisq; prosperitas. Namdum *benedicit Deus coronæ anni benignitatis suæ, campi replentur ubertate* e, *& expectat agricola pretiosum fructum terræ à Deo* f. Sed quod ad spiritualem fructum spectat, *maledictio proxima, & reproba terra est*, quæ tantæ benignitati non respondet *g*: is quoque quis materialibus terræ fructibus abutitur, nec spiritualiter fructificat.

y Annotat. in ps. c. 63.

z Serm. 58 in Cant.

a Act. 2. 41. cap. 4. 4.

b 2. de pecc. meritis c. 27

c Lib. de incar. & gratia c. 24.

d Cap. 6.

e Ps. 64. 12

f Jacob. 5. 7.

g Hebr. 6. 8.

Etenim.) Hieronymus, *sed &*. Alii etiam, *quin etiam, præterea, insuper, profectò*. Hæc, his ve verisimilia valet גַּם gam, & Chaldæum לְרַוֵּר *lechod*: καὶ γὰρ vero aliquando sumitur non cavillaliter, sed assertive, ut sæpe vidimus.

Dominus dabit benignitatem.) Hieronymus, *bonum*. Id significat הַטּוֹב *hattou* cum emphasi litteræ servilis (ה) *be* demonstrantis, quasi demonstret eximium bonum, ipsamque bonitatem, seu fontem omnis boni. Chaldaicè,

Ver.

Verbum Dei Jehovah *dabit benitudinem*, quamvis in textu Nebiensis omittatur מיטרא *memera Verbum*: & potius Verbi Incarnatio significetur esse id quod datur, quam Verbum esse id quod dat, juxta sensum mysticum unum receptum, de quo diximus. Refert Euthymius vertisse Symmachum, *dabit bonum*. Videtur Arnobius legisse, *benedictionem*. Augustinus legit, *suavitatem*, & quos citavi, Prosper atque Fulgentius.

Et terra nostra dabit fructum suum.) Hieronymus, *germen*. Alii, *provenum*, & quidquid terra usibus nostris ad victum serviens producit. Hoc valet יבולה *jevulah*. De nomine Græco καρπός dissident Grammatici. Nos de eo alibi: Hic autem sumimus genericè pro *fruge*, ac *fructu*, atque secundum litteralem sensum de terræ externa fœcunditate agi putamus, ut ad spiritualia bona prius indicata, temporalium accessio intelligatur.

Vers. 14.) Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Sensus loci.

REdit ad spiritualia, & virtutum bona, sive fructum, post temporalem proxime commemoratum, ne in hoc hærere videretur, vel potiorem illius rationem ducere. Ait ubertatem soli, copiamque externorum bonorū nō fore, ut solet non raro, ad virtutem impedimento, sed hanc veluti præducem ambulaturam ante unum quem libet de captivitate liberatorum, ut coram Deo ipso juste ambulent, & liberum, ac prosperum teneat justitia cursum suum, atque prevaleat. Vel, si justitiam ipsiusmet Dei accipimus, sensus est, quod feliciter ingredietur coram ipso Deo, terramque pervagabitur, ut non diutius differat promissam redemtionem, & liberationem de iniquitate hostili. Quod allegorice transfertur ad captivitatem diaboli, sub qua erat genus humanum. Tropologicè spectat ad opera justitiæ, quæ inoffense, firmiter, constanter justificati per benignitatem Dei Christi ve exercebunt, quasi viam monstrante, ac dirigente vel justitiæ virtute, vel Christo ipso, *qui est factus nobis justitia*. Alia rursum allegoria vult Joannem intelligi nomine *justitiæ* ante Christi adventum primum, Allegoria. seu prædicationem venientem & justitiæ, quæ ex lege, ac Prophetis erat, & ad Christum disponebat, finem imponentem, ac hortantem ut Christi gressus in via nostra sequamur, dicendo, *Parate viam Domino* a. Citat Agellius Diodorum, & ex Latinis probant hunc sensum Arnobii, & Hieronymi nominibus appellati Auctores. Hugo etiā Cardinalis, Lyranus, Ayguanus, Euthymius, & de recentioribus Titelmanus, & Scepreus, quidamque alii Scriptores de laudibus Joannis. De Joanne quidem Christus ipse dixit b, quod *venit in via justitiæ*, prædicavit quoque justitiam, & fructus dignos pœnitentiæ: hanc idemmet pœnitentiā exercuit, docuit sua cuique reddi, pro justitia interfectus est. Tanta Joannis sanctitas fuit, ut abstracta voce dici potuerit *Justitia*; sed & *Misericordiam* videntur vocaviſſe, qui dixerunt, quod *magnificasset misericordiam suam Deus cum matre illius* c. Pater præterea ejusdem cum quo Filius exercuisse censetur justitiā, *usum loquendi tollendo*, misericordiam, *eumdem restituendo* d, quando cecinit: *Ad faciendam misericordiam*, &c. Hujus præterea misericordiæ effectus fuit, auferre opprobriū sterilitatis, & implere parentes Spiritu S. quod illi consecuti certe sunt ob talem filium: Justitiam declaravit, tum exultatione in utero Christum venerando, tum refutando nomen *Messiæ*, seque non *sponsum*, sed *amicum* nominando, *detrectando illum baptizare*, *indignum judicando*, *qui calceamenta post ipsum portaret*, *mittendo ad eum discipulos suos*, *agnoscendo se minui oportere*, *illum autem crescere*, *vocem se tantum*, *& præconem ipsius affirmando*. Negat Cartusianus de Joanne dici nomen *justitiæ*, sed de Christo apud Esaiam e; *Prope est salus mea ut veniat*, *& justitia mea ut reveletur*. Diversis modis idem de pluribus dici potest. Nec vacat probabilitate aliquis de Christo sensus mysticus, *ambulasse ante ipsum justitiam*, quia qui mortem ipsi infanti machinati sunt, Herodes, & Scribæ, ac Pharisæi, eodem ferre anno perierunt, quo ille natus est. Quo pacto in psalmo 44. *Speciosus tempestivus* (quem Interpres exponit *speciosum*) *accinxerit se gladio super femur* g. *Justitia* quoque sic, *& judicium præparatio sedis ejus* fuerit h, *& ignis vindicta ante ipsum præcesserit*, *inflammans in circuitu inimicos ejus* i. Intelligi hæc possunt ex historiis, & orthochronographia. Juxta tropologiam Bernardus *k* ait, si quis admonitus fuerit, vel

a Esai. 40. 3.
b Matth. 21. 32.
c Luc. 1. 58.
d ibidem. 60
e Cap. 36. 1.
f vers. 5.
g vers. 4.
h Ps 88. 15.
i Ps 96. 3.
k Serm. 57. in Cant.

Foris ab homine, vel intus à spiritu de tuenda justitia, & servanda æquitate, istiusmodi salutarem suasione fore ipsi prænuntiam imminentis adventus sponsi, & præparationem quamdam ad dignè suscipiendum supernum visitatorem: quoniam hic dicitur quod *justitia ante eum ambulabit*, & alibi *l* Deo loquitur Propheta; *Justitia & judicium præparatio sedis tuæ*. Augustinus cum aliis justitiam, quæ Deo viam faciat, docet esse eam, qua quis agnoscit se, & confitetur peccatore (justus enim in initio accusator est sui *m*, idest, ille, qui cupit esse justus, vel magis justus) & hanc esse *viam*, *quam parari* Joannes hortabatur *n*, & dum quis confitetur vitam, aperire sibi viam, ut veniat Christus, ponatque in ista via, quæ illi prius intercluſa erat, gressus suos, & informet eum vestigiis suis. l Psal. 88. 15. m Prov. 28. 17. n Matth. 3. 3.

Justitia ante eum ambulabit.) Hier. *ibit*. Alii, *justitiam ante se ambulare faciet*, vel *justitia ante eum præcedet*. Augustinus, & Isidorus *o*, *præibit*, quod valet προπορεύσεται. Pronomen, *eum*, referunt aliqui ad unumquemlibet hominem, pertinentem sive ad captivos in Babylone, sive ad regnum Christi: ut justitia ambulet ante illum, veluti fax, lumen, sidus indicans viam colenti misericordiam, veritatem, pacem, ne erret; sicut de eleemosyna Tobias *p* dicebat, quod *non patietur animam ire in tenebras*; & Esaias *q*, quod *erumpet quasi mane lumen justi*, *& sanitas ejus cito orietur*, *& anteibit faciem ejus justitia illius*. Satius est per *eum*, interpretari Deum sive Dominum, & Christum: proxime namque ante mentio fuerat de Domino beniguitatem daturo. Sic diserte Apollinarius expressit, o De Nativ. Domini c. 11. p Cap. 4. 11. q Cap. 58. 8.

Ε'υδικία κατέναντι Θεοῦ βασιλεὺς ὁδεύσει;
Justitia ante Deum Regem ibit.

Hoc adhuc dupliciter exponi potest, vel de *justitia Domini*, sive *Christi*, ut quod ait Euthymius, illius quatenus omnem virtutem comprehendit, lux instar lampadis à Christo coruscans, tantùm ante illum emittat splendorem ut celebrem, ac præclarū apud omnes illum redditura sit: vel de *justitia communicata hominibus* à Christo per suam benignitatem, ut *ante ipsum ambulent*, seu *coram ipso*, studentes ut sint *prefecti* r, *& non in vacuum gratiam recipiant* s, *eundo de virtute in virtutem* t. Ut *justitiæ* sumatur pro Joanne Baptista, planè accomodatior videtur sensus, de quo diximus, quemadmodum in psalmo 131. u *Paravi lucernam Christo meo*. Præterea, ut quod Hugo Cardinalis adfert, judicium præcedere debeat justitia, & homo *ante illud parare justitiam* x. Placet vero magis secundus sensus, & in *ambulandi* verbo importatur liber, ac felix processus justitiæ, virtutumque reliquarum. Hoc est, *in lumine vultus Dei ambulare* y. r Genes. 17. 1. s 2. Cor. 6. 1. t Psal. 83. 8. u vers. 17. x Eccl. 18. 19 y Ps 88. 16.

Et ponet in via gressus suos.) Chaldaicè, *in via bona*. Curabit Deus, ut quivis ponat in via plana, & recta gressus suos, ne labatur, & impingat, & ut sit absque scandalis, & offendiculis. Sic pronomen [*suos*] non ad justitiam fœminini generis, sed erit referendum ad hominem. Aut potius, sic quemque Deus dispondet, ac præparabit, ut meo libere, libenter, firmiter incedat, & ambulet, *ponat gressus suos*, tamquam illius Deus. *Ante te ibo*, inquit z, *& montes humiliabo*. z Esa. 45. 2.

Mysticè *justitia* sumta pro Christo, posuit in via gressus suos; quia *fecit*, *quod docuit* a: & in ipso Evangelica vita primum effulsit, ut scribit Cyrillus *b*. Item, si Joannem intelligimus, idem de ipso verum fuit, quodque *viam paraverit ante faciem Christi* c, aut certè quod Christus, quam Joannes docuit viam pœnitentiæ, justitiæque in ea *posuit gressus suos*, *omnem adimplens justitiam* d. Idem Christus, ut Euthymius docet, illam virtutum semitam, per quam ipse ambulabat, posuit in hoc, ut esset via ceteris Christianis, per quam illi incedentes ad illū tamdem pervenirent. Postremo *justitiam* pro *Deitate Christi* sumens exponit, quod præcedet ante assumtam carnem, veluti optimus quidam dux: *Ponet autem in via gressus ejus*, juxta illud, *Providebam Dominum in conspectu meo semper* e, quoniam *à dextris est mihi ne commovear*. Ille quoque non incommodus sensus, si homo *coram DEO ambulet*, & esse *perfectus* studeat, ac justè se ante illum gerere, mox affuturum Deum, & propitium futurum, quasi *ponere in via gressus*, sit ad iter, acciugere se, & dicere, *Ecce adsum* f. a Auctor. ii. b 5. Thesc. 4 c Malach. 3 d Matth. 3. 1 e Psal. 15. 8 f Ps. 58. 5.

PSALMUS OCTOGESIMUS QUINTUS.

Oratio ipsi David.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me; quoniam inops & pauper sum ego.
2. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.
3. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: 4. Lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.
5. Quoniam tu Domine suavis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.
6. Auribus percipe, Domine, orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.
7. In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.
8. Non est similis tui in diis, Domine: & non est secundùm opera tua.
9. Omnes Gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
10. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus.
11. Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.
12. Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:
13. Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
14. Deus, iniqui insurrexerunt supes me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.
15. Et ut Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax.
16. Respice in me, & miserere mi, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.
17. Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.

Titulus, & Argumentum.

Oratio ipsi David.

IDem titulus fuit in psal. 16. Indicat autem à Davide scriptum psalmum de seipso, fuisque rebus, & calamitatibus, cum cuperet, ac flagitaret liberari à Saule, atque militibus ipsius, à quibus quærebatur ad necem: sicut & in psal. 53. tractatur idem argumentum, & illius versus 5. non differt ab istius versu 4. Hoc probabilius quod Jansenius tradit, & Agellius: vel quod Cajetanus de persecutione Absalon; etsi ratio non valet, quasi se significet vers. 13. meruisse infernum propter peccatum, quod tempore Saulis non commiserat: quâ quod Theodoretus, seu Basilius existimat, & meminit Euthymius, in Ezechiæ Regis persona editũ psalmum, deprecantis opem adversus Assyriorũ obsidionem. Concedo eidem Euthymio congruere orationem istam cuilibet in angustiis, & calamitatibus constituto: sed & Christus orare videri potest Patrem, ut Latini passim sentiunt, pro liberatione ab hostibus, ut sic omnes gentes adorent eum, & ipse perpetuo in illis ipsum concelebret. Orat enim pro nobis, ut sacerdos noster; orat in nobis, ut caput nostrum; oratur à nobis, ut Deus noster, inquit Augustinus. Certè sub typo Davidis accipi hic de Christo psalmus potest, qui Christus una cum paupertate, ac passionis tribulatione, simul insecrare dicatur mentionem de sua resurrectione, de Gentium vocatione, de regno suo. Athanasius *a* recenset hunc psalmum inter eos, qui colloquia cum Deo, preces, objecrationesque complectuntur; & utilem ait esse, (nisi sit error in textu Latino, in quo quum numeretur 75. sicut, & in Græco; recitatur autem in illo Latino primus versus istius 85.) pudefacere studenti opiniones Ethnicorum, & hæreticorum eo quod apud eos non sit cognitio Dei. Utitur isto psalmo Ecclesia in officio Epiphaniæ nocturno 2. propter vocationem Gentium in Magis figuratam, de qua mentio sit vers. 9. ut ibi etiam Hugo notavit.

a *ad Marcellinum.*

Vers. 1.) Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper sum ego.

PEtit, ut quia sua humilitas abjectioque attingere altitudinem Dei nequeat, dignetur ipse demittere quodammodo sese, ac inclinare aurem ad precem suam, quam dicunt συγκατάβασιν condescensionem; atque facilem se præbere ad audiendum, & exaudiendũ. Deinde subjungit necessariã orationis causſã, quod in summa sit egestate, ac in humani omnis præsidii privatione constitutus: Deus autẽ, quod ex hoc sequitur, respiciat in orationem humilium, *Nec spernat* b, *orationem eorum, & ei derelictus sit pauper* c,

Sensus loci.

b *Psal.* 101. 8.
c *Psal.* 10. 4. *secund.* LXX.

Inclina Domine aurem tuam.) Additur in Psalterio Romano, & apud Cassiod. *ad me.* De hac dicendi formula actum psal. 16. *d* & 30. *e* Innuit altitudinem, & majestatem Dei, cum antitheſi abjectionis, & humilitatis ejus, qui orat, *nec oculos levare in cœlum audet* f; nec quantumvis id conetur, & vocem contendat, possit exaudiri, nisi Deus velit, non loco distans, sed dignitate præcellens, & omni voto meritoque, absque compatatione, superior. Vis exaudiri, agnosce te adeo humilem, ut oporteat Altissimum Deum inclinari ad te: admove etiã, *Nec declina aures tuas, ne audias legem; ut oratio tua non sit execrabilis* g: non sit applicata terræ auris una more *aspidis* h, ut audiat terrena, & infima, & altera obturata, ut non excipiat; quæ præcipit Deus, hortatur, minatur, promittit: *sed audiens inclina aures* i, sine *ut aperiat illas Deus, & non contradicas, aut retrorsum abeas* k: permitte *ut eas perficiat, aptet, perforet,* l: *Si inclinaveris oculos humilitate, salvaberis* m.

d *vers.* 6.
e *vers.* 3.
f *Luc.* 18. 13.
g *Prov.* 28. 9.
h *Psal.* 57. 5.
i *Psal.* 44. 11.
k *Esa.* 50. 5.
l *Psal.* 59. 7.
m *Job.* 22. 29.

Et exaudi me,) Dando responsum quod innuit Hebræum עננו *hhaneni*, scilicet juxta desiderium, & petitionem, ut sæpius vidimus.

Quoniam inops, & pauper sum ego.) Hieronymus, & Psalter. Vaticanum, & Gallicanum, & Cassiod., *Egenus & pauper.* Augustinus, *Egenus & inops*: sæpe etiam occurrerunt hæc Latina nomina, & Græca πτωχὸς καὶ πένης; & Hebræa עני ואיון *hhoni Ve evion, Excelsus, & sublimis Deus habitans in æternitatem, & cujus nomen sanctum in excelso, & in sancto habitans, habitat quoque cum contrario, & humili spiritu, & vivificat cor contritorum* n. *& respiciat ad paupertatem, & contritum spiritu, & trementem sermones ipsius* o. Mirabatur David quod *eum non esset quisquam sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, humilia tamen respiceret* p. Rara inter homines admodum conditio virtusve, ut qui super alios eminet, ad eos demittat sese, vel simplici dignetur oculorũ conjectu: *Altus excelsusque Dominus humilia respicit* q. Paupertatem hoc loco considerat Aug. in spiritu, & humilitate, qua se quis gratia divina egere confitetur, quia Rex quum esset, non erat exterius pauper. At persequente ipsum Saule, nondum Rex erat: quando filius Dei persequebatur, pulsus regno erat; calamitosum, ærumnosum, alienę opis indigum hęc vocabula designant. Concedo quod *est quasi dives quum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis divitiis sit* r peccator: qui non se arbitratur *divitem, locupletem, nullius egentem, sed miserum, miserabilem, pauperem* s, qui & multa debeat, & pauca, fereque nihil habeat, aures ad se Dei trahit, & inclinare facit. Job justus non putans *aurum robur suum, nec fiduciam obryzum, & non lætatus super multis divitiis* t, interius pauper erat, *non sublime sapiens, nec sperans in incerto divitiarum* u: quemadmodum & ex fœmineo sexu ante Evang., illa, quę *abominabatur signum superbiæ suæ, & gloriæ, detestans quasi pannum menstruatæ; & numquam lætata nisi in Domino* x. Christus utroque voluit modo pauper esse, tũ exterius, tũ interius. *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi,* ait Paulus y, *quoniam propter nos egenus factus est, quum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Propterea monet nos Hugo pronomen (*Ego*) hic eligere cum pondere, de Christo.

n *Psal.* 57. 15.
o *c.* 66. 1.
p *Psal.* 112. 5.
q *Psal.* 137. 6.
r *Prov.* 13. 7.
s *Apoc.* 3. 17.
t *Job.* 31. 24. 25.
u 1. *Tim.* 6. 17.
x *Esth.* 14. 16.
y 2. *Cor.* 8. 9.

Vers. 2.)

vers. 2.) Custodi animam meam, quoniam sanctus sum; salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.

Sensus loci.

DEinceps ad versum usque 4. quatuor petit, vitæ conservationem, liberationem ab hostibus, & multiplici miseri, donum securæ, & solidæ lætitiæ. In hoc versu de liberatione à morte agitur, quam sui ei machinentur hostes, & quam sibi commeritus minime videatur; quia sit sanctus, ideſt, non solum Deo addictus, ac illi placere studens; verum etiam liber ab iis criminibus, propter quæ persecutione patiebatur. Ad jungit alteram causſam, quod instar devinctissimi mancipii, pendeat à Deo totus, omnemque in eo uno spem collocaverit. Præcessit similis oratio in psalmo 24. a *Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniam speravi in te.* Induens membrorum suorum Christus personam potest intelligi sic orare, sed nulli ita, ut illi convenit *Sancti* appellatio, & epithetum, quem Daniel *b* quoque *Sanctum Sanctorum* nominat. Dixi hac de re in aliis psalmis *c*. Tropologicè, animæ, ut à corpore distinguitur, habenda ratio potior, quam corporis & omni custodia custodienda per gratiam *custodis hominum Dei* d, & *custodientis animas Sanctorum, & servorum suorum*. e Rex Sodomorum typus Diaboli, animas dari sibi vult cetera negligit *f*. Deus è contrario, in *manu Satanæ reliquit Job animam servari* voluit *g*. Christus cavit *ne timeremus eos qui occidunt corpus* h. *Quid prodest universum mundum lucrari, & animæ detrimentum pati* i?

a *vers.* 20.
b *cap.* 9. 24.
c *in Ps.* 4. 4.
d *Job.* 7. 20.
e *Ps.* 96. 10.
f *Gen.* 24. 21.
g *Job* 2. 6.
h *Matth.* 20. 28.
i *cap.* 16. 26.

Custodi animam meam.) Litteraliter *anima* pro vita hic sumitur, & *custodire* est conservare vitam, ac præservare à mortis periculo. Hoc potuit Christus petisse, ne ante præscriptum tempus occideretur ab Herode, vel præcipitaretur ab aliis, vel lapidaretur. Non autem orare opus fuit à ruina peccati, quoniam comprehensor erat, & confirmatus in bono, inquit Rickelius. Si ergo postulatur perseverantia, id non sit à Christo pro se, sed pro suis. Infert de Christo Augustinus in ipso non fuisse solam cum verbo carnem, sed animam quoque. Priore autem modo satis tritum est, ut quem quis diligit, appellet animam suam: quum etiam verum sit quod anima ibi magis est, ubi amat, quam ubi animat.

Anima magis est ubi amat, quam ubi animat

Quoniam Sanctus sum.) *Misericordem* quoque significat חסיד *chesia*, ut psalmo *k* 4. vidimus: ficque inueret David mansuetudinem suam in parcendo inimicis, ut Sauli aliquoties, vel etiam Absaloni. Et solet nihilominus peculiariter id nomen tribui cultori Dei, qui eo munere fungatur, secundam peculiarem religionis modum, cujusmodi erant apud Hebræos inde denominati Hasidæi, & ut aliqui volunt, alibique monuimus, Osseni, quasi ὅσιοι. Solet quidem τὸ ὅσιον jus illud significare, quod redditur Deo: τὸ δίκαιον, quod hominibus. At confunduntur quandoque vocabula, & notiones. De Davide autem sensus esset, tùm quod religiosè coleret Deum, tùm quod neminem læderet, denique innocens esset: certè si ageretur de objectis criminalibus ab illis, qui persequebantur eum. Acceptiones varias, quibus quidpiam dicatur *sanctum*, colligunt hoc loco Hugo, & Ayguanus, & alibi jam occurrerunt. Ostensum est etiam alias, quod & Rickelius in explanatione morali facit, quando liceat in oratione opera sua bona commemorare; sicut commemoravit Ezechias *l*, Judith *m*, Esther, *n*. Sed absolute soli Christo *Sancti* titulum convenire concedimus; qui sine peccato erat in hoc mundo (Mater vero etiam, sed ex privilegio, & ob filii dignitatem) peccatorum omnium non comissor, sed remissor, ut loquitur Augustinus, anteque ipsum Ambrosius *o*, ut & cum sub ejus persona canitur; *Non* p *derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Quasi hoc item loco idem petatur a Christo, ut animam custodiat, non solum ne ante tempus ipsi eripiatur: sed ne detineatur diutius in inferno. Audere, & nos ait idem dicere, quoniam sancti sumus, quatenus ab eo sanctificati sumus, accepimus gratiam sanctitatis, gratiam Baptismi, & remissionis peccatorum. Non est ista, inquit, superbia elati, sed confessio non ingrati. Tum admonet, jam vide ubi sis, & de capite tuo dignitatem cape.

k *vers.* 4.
l 4. *Reg.* 20. 3
m *c.* 16. 9. *& seq.*
n *c.* 9. 12. *& seq. c.* 14. 15. *& seq.*
o 5. *de fide c.* 3.
p *Ps.* 15. 10.

Ceterum an cadere sub meritum perseverantia possit, quoniam hoc loco sic nonnulli orationem accipiunt, qua petitur custodiri animam, disquirunt Scholastici. Meritum de congruo negari vix potest, ut nempe mereri quis valeat, non modo perseverantiam gloriç, quę est terminus motus liberi arbitrii, & cadit sub meritum etiam de condigno; sed præterea perseverantiam viæ, hoc est, ut in gratia moriatur. Obscurius hac de re scripsit Angelicus q Doctor: & visus est omne meritum negare. At quicquid de illo sit, Augustinus *r* aliquod meritum agnoscit. Hoc Dei donum (ait ipse) suppliciter emereri potest, & quotidie à Domino poscitur, & impetratur credentis fide: poscitur autem dum dicitur *ſ*, *Ne nos inferas, inducas in tentationem:* & qui exauditur, hanc perseverantiam accipit. In Litania obsecramus in sancto Dei servitio confortari, & conservari, & in oratione super populum post Dominicam in passione, ut det Deus nobis perseverantem in sua voluntate famulatum. Quo pacto autem respondeat Thomas *s*, quod etiam ea, quæ non meremur, orando impetramus, quia peccatores Deus audit, peccatores veniam petentes, ecquidem non intelligo, nisi intelligat ipse de condigno. Nam idem Augustinus ex eo argumentatur nos mereri primam justificationem, quoniam impetramus illam à Deo. Sed & qui concedit justo meritum congruum primæ justificationis pro alio, ut facit idem Aquinas *u*, non deberet negare simile meritum, quo justus alteri quoque mereatur perseverantiam. Negare noluisse demonstrare nititur noster Valquez *x*. De re quoque ipsa lege Andream de Vega *y*, (qui negatum putat id meritum ab eodem Doctore:) & de nostris adhuc Valentiam *z*, [qui defendit opinionem hanc nostram secundum doctrinam illius) & Bellarminum *a*, (qui putat in summa negavisse meritum etiam congrui, reparationis post lapsum pro se ipso *b*, licet in epistolam ad Hebræos *c*, admiserit.) Opportunum porro Bernardi *d* monitum, ne quem terreat sanctitatis nomen, si proposuerit in corde tuo declinare à malo, & facere quod bonum est, tenere quod accepit, & semper proficere in melius: sed & si quando aliquando minus recte egerit (ut est humana fragilitas) non in eo persistat, sed pœniteat, & corrigat quantum prævalet, fore sine dubio sanctum; sed cui interim clamare necesse sit; *Custodi animam meam, quoniam ego sanctus sum*. Ex quo illud etiam sequitur, semel habitam veram justitiam posse amitti, & quidem irreparabiliter, si sub vitę finem perseverantiæ donum denegetur. Non omnium est hoc donum, licet nulli desit necessaria, & sufficiens gratia ad perseverandum. Quanti Deus animæ cujusvis custodiam faciat, etiamsi non perseveranter custodiat, demonstrat Hugo: quoniam videtur eam custodire tamquam *civitatem castrumve* e, velut *thesaurum* f, *pupillam* g, *sacrificium* h, *crucifixum* i. Philippus K Græveus quantopere nobis necessarium sit docens, ut *omni custodia servemus & custodiamus* l *cor*, & *super custodiam nostram stemus* m. Ostendit simul quot modis Deus, *sine quo frustra est custodia nostra* n, *custodiat per Angelos* o, *prælatos* p, *sacramenta* q, *virtutes ac dona* r, *doctrinam* s, *exempla* t. Utinam sit anima nostra custodia *quasi in fasciculo viventium apud Deum* u, & *abscondita Christo in Deo* x; *nec fiat in pomorum custodiam* y, *derelinqueturque ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario* z.

Perseverantia cadit sub meritum de congruo atque etiam sub meritum de condigno.

b 1. 2. q. 114. *art.* 9.
r *de dono perſev. c.* 6. & 17.
ſ Matt. 6. 13
t *ſup. ad.* 1.
q Epiſt. 105
x 1. 2. q. 114. *ar.* 6.
y *ibidem in exposit. ar.* 9.
z *q. ult. de justific. & l* 12. *pro conc. Trident. c* 11. 2. *diſp.* 8. q 6. *punct.* 4 §. 4.
a 4. *de justif. cap. ult.*
b 1. 2. q. 114. *art.* 7.
c *in c.* 6. *Heb.*
d *Serm.* 3. *ad fratres &c.* Semel habita vera justitia potest amitti & quidem irreparabiliter.
e *Ps.* 136. *Isa.* 26. 1.
f 2. *Cor.* 4. 7.
g *Psal.* 16. 8. *Zach.* 2. 8. 1. *Gen.* 15. 12.
h 2. *Reg.* 21. 10. *Gal. ult.* 14.
i *Serm.* 182.
k *Prov.* 4. 23.
l *Abac.* 2. 1.
m *Ps.* 126. 1.
n *Ps.* 90. 11. *Psal.* 62. 6. *Matt.* 18. 10 *Tob.* 5. 5. 6. 21
o *Cant.* 3. 7. *ubi de ſexaginta fortiſſ.*
p *Tſ.* 147. 12
q *Rom.* 13. 12
r 2. *Theſſ. ult. vers.* 8. *ubi de armis ſpirit.*
s *C. Machab. ult. v.* 11. *ubi de ſer. op.*
t *Prov.* 20
u *Geneſ. t. ult.* 29. *ubi de aſportandis oſſibus Joſeph.*
x 1. *Reg.* 25. 29.
y *Goloſſ.* 3. 3.
z *Pſal.* 78. 1.
a *Iſa.* 1. 8.
b 5. *de fide c.* 3 *& epiſt.* 80 *edit. Rom. ad Sabinum.*
c *Pſ.* 3. 8. 93.

Adigno; sed præterea perseverantiam viæ, hoc est, ut in gratia moriatur. Obscurius hac de re scripsit Angelicus q Doctor: & visus est omne meritum negare. At quicquid de illo sit, Augustinus *r* aliquod meritum agnoscit. Hoc Dei donum (ait ipse) suppliciter emereri potest, & quotidie à Domino poscitur, & impetratur credentis fide: poscitur autem dum dicitur *ſ*, *Ne nos inferas, inducas in tentationem:* & qui exauditur, hanc perseverantiam accipit. In Litania obsecramus in sancto Dei servitio confortari, & conservari, & in oratione super populum post Dominicam in passione, ut det Deus nobis perseverantem in sua voluntate famulatum. Quo pacto autem respondeat Thomas *s*, quod etiam ea, quæ non meremur, orando impetramus, quia peccatores Deus audit, peccatores veniam petentes, ecquidem non intelligo, nisi intelligat ipse de condigno. Nam idem Augustinus ex eo argumentatur nos mereri primam justificationem, quoniam impetramus illam à Deo. Sed & qui concedit justo meritum congruum primæ justificationis pro alio, ut facit idem Aquinas *u*, non deberet negare simile meritum, quo justus alteri quoque mereatur perseverantiam. Negare noluisse demonstrare nititur noster Valquez *x*. De re quoque ipsa lege Andream de Vega *y*, (qui negatum putat id meritum ab eodem Doctore:) & de nostris adhuc Valentiam *z*, [qui defendit opinionem hanc nostram secundum doctrinam illius) & Bellarminum *a*, (qui putat in summa negavisse meritum etiam congrui, reparationis post lapsum pro se ipso *b*, licet in epistolam ad Hebræos *c*, admiserit.) Opportunum porro Bernardi *d* monitum, ne quem terreat sanctitatis nomen, si proposuerit in corde tuo declinare à malo, & facere quod bonum est, tenere quod accepit, & semper proficere in melius: sed & si quando aliquando minus recte egerit (ut est humana fragilitas) non in eo persistat, sed pœniteat, & corrigat quantum prævalet, fore sine dubio sanctum; sed cui interim clamare necesse sit; *Custodi animam meam, quoniam ego sanctus sum*. Ex quo illud etiam sequitur, semel habitam veram justitiam posse amitti, & quidem irreparabiliter, si sub vitę finem perseverantiæ donum denegetur. Non omnium est hoc donum, licet nulli desit necessaria, & sufficiens gratia ad perseverandum. Quanti Deus animæ cujusvis custodiam faciat, etiamsi non perseveranter custodiat, demonstrat Hugo: quoniam videtur eam custodire tamquam *civitatem castrumve* e, velut *thesaurum* f, *pupillam* g, *sacrificium* h, *crucifixum* i. Philippus K Græveus quantopere nobis necessarium sit docens, ut *omni custodia servemus & custodiamus* l *cor*, & *super custodiam nostram stemus* m. Ostendit simul quot modis Deus, *sine quo frustra est custodia nostra* n, *custodiat per Angelos* o, *prælatos* p, *sacramenta* q, *virtutes ac dona* r, *doctrinam* s, *exempla* t. Utinam sit anima nostra custodia *quasi in fasciculo viventium apud Deum* u, & *abscondita Christo in Deo* x; *nec fiat in pomorum custodiam* y, *derelinqueturque ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario* z.

Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. Chaldaice פרוק *perok redime*. Non ratione dumtaxat membrorum suorum, sed respectu sui etiam ipsius potest intelligi Christus appellare se servum, qui ut Hugo ait, dicat se *ex obedientia formam servi accepisse*. *Spei* quoque pro confidentia, & certa fiducia vocabulum eidem tribui potest quicquid sit de spe virtute Theologica. De nomine *servi* aliàs non semel idem dixi, nec dubitat Ambrosius *a* præsentem ad Christum locum accommodare, quemadmodum & sequenti versu 16. *Salvum fac filium Dancillæ tuæ*. Propter nos namque, ait, filius ancillæ factus est secundùm formam hominis: & servus factus legitur, quia legitur factus ex Virgine, & creatus in carne; omnis autem creatura servit dicente Propheta, *quia universa serviunt tibi:* quæ est ratio cur vocari Christus servus queat. De dignitate etiam servitutis Dei alias actum est, quantumque ad bonam orationem, & impetrationem spes, ac fiducia momentum afferat. Ecclesia quidem in solemni prece hoc frequentat, *salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.*

Vers. 3.) Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die.

Vers. 4.) Lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.

Sensus loci.

MIsericordiam Dei implorat, vel ob orationis perseverantiam atque contentionem: quia *multum valet oratio justi assidua*, a *& orandi improbitas* b: & ut idcirco dignetur mœstam in tantis malis animam exhilare quam unici remedii causa lavet ad ipsum solum, à cunctis infra eumdem rebus abstractam, & avulsam, in quibus vanam esse salutem certis experimentis deprehenderit.

a Jacob. 5. 16
b Luc. 11. 8.

Quoniam ad te clamavi tota die.) Hieronymus, *clamabo*; in quo etiam tempore est Græcum κεκράξομαι, & Hebræum אקרא *ekra*, & Chaldæum אצלי *atsalle* significans *orabo: Tota autem die*, idem valet, quod *omni die*, seu *quotidie*, & ut Symmachus vertit, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ut quidem asserit Theodoretus. Non Euthym. transtulisse ait διὰ παντὸς vel ἀεὶ *semper*: quæ Niceph. etiam refert, sed absque Symmachi nomine. Ratione membrorum suorum sibi decedentium, & succedentium clamat quidem Christus ob eorum pressuras, inquit Aug. ipse autem caput nostrum *ad dexteram Patris interpellat pro nobis*. c Quo pacto possit, vel debeat *tota die*, ideſt, *semper* orari, diximus alibi. Tropologicum est quod ait Ayguanus, ut oretur diei naturalis parte, quæ dies dicitur, hoc est, in prosperis, & altera, quæ nox, ideſt, in adversis. Ad Allegoriam spectat, quod Christus ut homo semper in actu divinæ contemplationis occuparetur, sicque semper oraret, quum oratio, finitore Damasceno, sit ascensus mentis in Deum. Notat id Rickelius.

c Rom. 8. 34.

Lætifica animam servi tui.) Augustinus, *jucunda*, & antithesin notat esse ad amaritudinem, qua plenus est mundus: tametsi *gaudere* videatur, *& justi contristari* d, *& in eo pressuram habere*. e Anima quidem Christi incessabiliter erat in gaudio beatificæ fruitionis, sed animam suam hic petit, ut notat Rickelius, quæ tristis erat in passione, ita ut diceret *f, Tristis anima mea usque ad mortem*; lætificari per resurrectionem de corporis sui glorificatione, Patrum in limbo existentium eductione, omnium electorum salute, seu justificatione; quia *Mortuus est propter delicta nostra, resurrexit propter justificationem nostram* g. Orator præsertim sedulus, & assiduus, jure possit suo lætificari, hoc est, exaudiri. Nam Jacobus *h* divino instinctu monet, ut *Si quis tristetur oret*: & Antiochus Abbas *i*, eum locum Jacobi tractans, sic ait Dæmones submoveri, ac profligari, qui scilicet mœrorem, tristitiam, acediam ingerunt; hocque esse omnium laborum dulce lenimen: sed & Deus ipse *pollicetur lætificationem in domo orationis suæ* k, ibi namque mens, animus, cor, sensus, cuncta sursum attolluntur, ascendunt, erigunt se ad divina, abstrahuntur à cogitatione, & appetitione rerum creatarum, *Memor ibi Dei delectantur* l, *delectatus in eo, accipit petitiones cordis sui*, m quo magis magisque delectatur. Testem cito Augustinum n, narrantem dulcissimas præ gaudio liquidasque voluptate lacrymas, cum interesset canticis Ecclesiastici, & Augustino merito plurimi graduque inferiores, fatebuntur se quid simile expertos, & cœlesti quadam lætitia delinitos, & perfusos illis diebus, qui cineralia proxime præcedunt, cum alii minus honestas captant voluptes, si forte divinis hymnis, ac sermonibus in ornatiore templo ante Eucharistiam, ut aliquot ab hinc annis non minus fœlici successu, quam pro instituto, fieri solet, interfuerunt. Hos arbitror isto themate confirmatiores in proposito reddi posse: sique reputent secum lætatos illos antiquatæ jam legis, quum audirent *in domum Domini ibimus*, o vel *eamus* Cellæ vinariæ comparat Bernardus p hanc orationis domum. Chrysostomus q rori matutino, qui adustas pæne calore Solis herbas plantasque virescere facit; & *, oratione lacrymisque orationem comitantibus sic ait, foras versus evaporatum diffiatumque animi mœrorem evanescere, ac plurimum inde splendoris in eum afferi, tamquam ex radii divini favore: quemadmodum frequentia nubium principio cœlum offuscat, ubi vero crebras dimisit stillas, humore jam sepositio, serenum, ad dilucidum cœlum reddit. Postremo similem facit sermocinationem in oratione cum Deo sermoni, quo quis apud amicum casus exponit, narratque calamitates suas, & ita nonnihil consolationis percipit, quasi diffiatio quædam malorum per ipsum narratione agatur. Plura idem in eamdem

d Joan. 16. 20.
e vers. 21.
f Matt. 26. 38.
g Rom. 4. 25.
h c. 5. 15.
i Rom. 105.
k Es. 56. 7.
l Ps. 76. 4.
m Ps. 36. 4.
n 9. confess. c. 6. & 7 sub. 10. c. 33.
o Ps. 121. 1. p serm. 49 in Cant.
q hom. 16. in actus. hom. 5. de incomprehen. Dei natura.

A sententiam tum indicatis locis, tum libris duobus de orando Deo. Cum Joel *r*, in Dei domum invitasset, inter alia lamenta, jussit proferri, *Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia & exultatio?* Deploranda domus illa Dei cui desunt ista, illi magis qui quum licet iis frui, detrectant nauseantque tamquam superlevissimo cibo. Spiritualis lætitia viventi spiritualem vitam necessaria est, ut vix agi sine illa valeat; & oppositus tristitiæ spiritus pernicioſissimus sit, ut Cassianus *s* probat. Qui timet Deum, in eoque confidit, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem, inquit Chrysostomus *u*: ita ut quemadmodum scintilla exigua decidens in mare immensum, facile deleatur; ita quantacumque Deum timenti illidantur velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia, extinguantur atque perdantur.

r c. 2. 16.
s 6. instit. c. 2. & 11.
u hom. 18. ad popul.

Quia ad te Domine animam levavi.) Hieronymus, *levo*, tametsi Hebraicè sit futurum נשא *essa*, *levabo*. Phrasis eadem in psalmu 24. *x* & 142. *y* Hanc dicebam esse causam, quare non solum jure quodam suo polcat quis lætificari, sed re ipsa lætificetur quoque à Deo, quia scilicet levat animam ad ipsum, corque sursum habeat ad illum vergens, ac propendens, ut exponit seu Basilius, seu Theodoretus, quod potissimum sit per orationem. Unde Paraphrastes, *animam meam levabo in oratione*. Præterea potest hæc animæ levatio rationem quamqum oblationis, & sacrificii, quod imponitur altari, locoque editiori, innuere quo pacto *elevatio manuum* vocatur *sacrificium vespertinum*: z *& levare corda cum manibus ad Dominum in cœlos*, Jeremias *a* præcipit. Favet quem citat anonymum Græcum Agellius, cum sic explicat τῷ θελήματι σοῦ αὐτὴν καταδείμω, *voluntati tuæ illam dicavi*. Tandem *levare* quoque *animam*, sicut & *caput* b, qui sperat, dicitur, aut vehementer appetit; ut apud eumdem *c* Prophetam, *in terram ad quam ipsi levant animam suam* (ideſt, se reversuros sperant, & reverti concupiscunt) *ut revertantur illuc, non revertentur*. Apollinarii Paraphrasis hæc est;

x vers. 5.
y vers. 8.
z Ps. 140. 2.
a Thren. 2. 15. c. 3. 41.
b Luc. 21. 28. c. 22. 27.

ἦτορ δ' εὐφροσύνης ἐλαδομένου θεράποντος·
ζεῖο γὰρ ἐξ ἑτέρου βίοιο θυμὸν ἐμεῖο
Cor autem lætifices cupientis famuli:
Tuum enim exquisivi rebur, & animum meum.

Quasi dicat animum in Deo esse, à quo quis cognominatur animosus, audax, alacer. Hoc sensu dicitur etiam quis sublevare animam alicujus ad aliquid, ut *ad iniquitatem* d, ideſt, facere illi animum, audacem reddere. Sed ipsemet levat animam suam ad aliquem maximè propriè, qui totus ab eo pendet, quasi vivere sine eo non possit. Bene munita est hæc Davidis oratio bonis conditionibus, & rationibus, quas observavit Cajetanus: nam ex parte malorum objicit indigentiam atque periculum vitæ, ex parte bonorum spiritualium, benignitatem suam erga alios, servitutem Dei confidentiam, recursum, contemplationem.

d Oseæ 4. 8.

Vers. 5.) Quoniam tu Domine suavis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Vers. 6.) Auribus percipe Domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.

Vers. 7.) In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me.

Sensus loci.

QUum se initio psalmi exaudiri flagitasset ob inopiam, & paupertatem, & ut animam suam Deus incli. naret, atque animam custodiret, quia sanctus, ideſt, innoxius, & misericors ipse esset; nunc urget Deum propriis ejusdem attributis, & conditionibus, quia sit omnibus commodus, benevolus, beneficus, facile ignoscens, & postulata concedens non semel aut bis, sed pluries, non huic aut alteri, sed quotquot invocant ipsum. Quare inculcat præberi aures, & attendi ad vocem deprecationis suæ. Repetit demum necessitatem angustiæ, & tribulationis, quam prius appellaverat *inopiam*, *paupertatemve*, à qua compellatur vehementius vociferari: idque maxime, quia compertum habeat solere se à Deo exaudiri, & votorum justorum compotem fieri.

Quoniam tu Domine suavis, & mitis.) Hieronymus, *Tu enim es Domine bonus, & propitiabilis*. Alii, *Bonus, & parcens, ignoscens, veniæ largitor, benignus, & clemens*.

Ad-

Addunt quoque alia Latina Psalteria, & Cassiodorus, verbum substantivum *es*. Chaldaice, *Quoniam tu Domine bonus es justis, & parcens iis, qui convertunt ad legem*. Posset etiam primum referri ad, nihil merentes, secundum ad male merentes, & interdum etiamsi non peniteat illos. Primum nomen טוב *tou* genericè significat, & absolute *bonum*, χρηστὸς *utilem, commodum*: nomen *boni* magis proprié convenire Deo Rickelius monet: alia, quę moderatrices passionum virtutes indicant, qualis suavitas, vel mititas, nonnisi juxta nostrum concipiendi modum, & imperfectionibus præcisis. Secundùm nomen Græcum est ἱκανὸς significans *æquum, ac de jure remittentem*. Aquila & Theodotio verterunt ἱλαστὸς, *propitiabilis*, ut retuli etiam de Hieronymo. Symmachus ἀφιεὶς, *dimittens, & parcens*. Refert illud de duobus dictis interpretibus Basilius, sive Theodoretus: Euthymius Aquilæ jungit Symmachum: lectionem aliam, quam etiam dixi, jungit Symmacho collector notationum ad Biblia Græca Sixtina. Vim facit Augustinus in vocabulo *suavis*, connectens verbo, *lætifica*: sed ut ipse legit, *jucunda*, ex versu 4. quasi per id insinuet Propheta tędium ex amaritudine terrenorum, & indulcorari cupiens, quęsiviſſe se significet fontem dulcedinis, qui in terra non inveniebat: sed levando se in Deum. Mitem præterea in hoc attendit Deum, quod patienter portet Deus cor seu animam nostram, & expectet in oratione, ut suavitate ipsius fruatur, quum oratio impeditur vanis cogitationibus, ita ut vix stet cor ad Deum suum, & volens se tenere, ut stet, quodammodo fugit à te, nec invenit cancellos quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat avolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet, jucundari à Deo sup. Confirmat exemplo
a 1 Reg. 7. 27. ejusdem David, qui se inveniſſe, aliquando *cor suum* dixit *a*, *ut oraret*, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi
b Ps. 39. 13. fugiens, & non posset comprehendere, & clamaret ad Dominum, *b cor meum derelinquit me*. Tunc subdit videre sibi videri, ad hoc nunc vocatum mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, ut perficiat nos, & quando illi eam dederimus, accipit gratè, & exaudit, nec meminit tantas quas inconditè fundimus, & accipit unam, quam vix invenimus. Adjicit comparationem ex amico, qui si alter cum quo colloqui cœpit, nolit respondere, sed avertat se ab ipso, & aliud loquatur ad alium, ferre non possit; aut de Judice, cum quo si loquens, eum subito dimittas, & incipias fabulari cum amico, tolerare nequeat. Mox infert, & tolerat Deus tot corda peccantium, & diversas res cogitantium; omitto dicere, & noxias, omitto dicere aliquando perversas, & inimicas Deo; ipsas superfluas cogitare injuria est ejus cum quo loqui cœperas. Tandē hortatur ne desperet cui surrepit aliqua cogitatio oranti interrumpens orationem, dummodo levet animam ad Deum quomodo potest, & quomodo Deus vires dedit; oret etiam suavem, ac mitem, ut toleret ex ægritudine defluentem, ut stet, confirmet, & firmus sit. Locus lectu dignissimus, ut ad attentam excitemur orationem, & si minus attenti pro imaeeillitate nostra fuerimus, animum non desponeamus: & magna item suavitas Dei, ac mansuetudo, quod ut idem infra demonstrat Augustinus, exaudit semper ad utilitatem nostram, etiam dum negat, quod non expendit concedi.

Et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.) Hieronymus, *multus misericordia*, רבחסר *rauchesed* πολυέλεος in psalter. Romano, & Gallicano, apudque Cassiodorum, *copiosus in misericordia*. Aug. *multum misericors*. Chaldaicè, *multiplicans bonitatem omnibus orationibus te*. Dixerat se ante Sanctum hoc nomine *chesed*, ideſt, *misericordem*. Videtur velle dicere *misericordem consequi* debere *misericordiam*, c & suggerere misericordi Deo, ut memineo Matth. 5. 7 d Ps. 76. 10. rit tam propriè misericordiæ, *ne obliviscatur misereri*, *d* tum illius omnis *mansuetudinis*, quam adversus alios ipse-
e Ps. 131. 1. met exercuerit *e*: Censeri præterea potest particula, &, causaliter hìc accipi, ut quare sit suavis Deus, & mitis reddatur causſa, quoniam *est multa misericordia*, quemadmodum *f* alibi, *miserator & misericors Dominus, longa-*
f Ps. 102. 8. *nimis i & multum misericors*, ideſt, quia multum misericors, propterea longanimis est. Quo pacto quosdam Deus non exaudiat qui eum invocant, & qui sint non invocantes, quamvis invocare videantur, allàs dixi, docetque hoc loco Augustinus. Invocant, ait, sed non Deum, qui Deum propterea invocant non ut ipse veniat, sed ut pecunia, vel quid tale ipsumque adjutorem sibi ponunt cupiditatem, non exauditorem desideriorum, & bonum esse judicant, si det quod volunt. Si ergo tu invocas, inquit, A Deum tamquam Deum, securus esto, exaudieris, pertinet ad istum versum. Exempla producit Diaboli *exauditi* g, *non exauditi* Pauli *h*, ægri etiam, cui non satisfacit medicus: argumentatur quum det quoque improbis hæc externa, multo majora justis bona reservare: denique nosse eum, *qui salus nostra est* i, quibus nos medicamentis curet, quibus lectionibus, quibus ustionibus, ut certam conferat sanitatem. Si de Christo sit sermo, disputatum quoque alias quomodo, ut ipsemet dixit, *Semper eum Deus audierit* k, *& exaudierit*.

g Job 2. 6. Matth. 8. 31. 32.
h 2. Cor. 12. 8. 9.
i Psal. 34. 3.
k Joan. 11. 42.

Auribus percipe orationem meam. Hieronymus, exaudi: alii, *Auscultа, da* vel *prabe aures*. Ista sibi vult האזינה *haczinah*, ἐνώτισον: ut non semel antea vidimus, & idem, ac *inclinare aurem*, quod versu primo dicebatur. Augustinus legit, *Auribus infige*, ideſt, inquit, non exeat de auribus tuis oratio mea: fige illam ibi in auribus tuis: tùm inducit respondentem Deum: vis figam orationem tuam in auribus meis? fige in corde tuo legem meam. Alias dictum quid interesse videatur inter audire, & auribus percipere.

Et intende voci deprecationis meæ. Augustinus, *orationis*. Hieronymus, *Et ausculta vocem deprecationum mearum*: plurale nomen se est Hebræum cum affixo תחנוניו *thachanunothai*. Relege de his formulis dicta psalmo 5. primis verbis, nec non an differant oratio, & deprecatio)

In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me. Hieronymus, *invocabo te, quia exaudies me*. Sic prior Symmachus· ἐπικαλέσομαι σε, ὅτι εἰσακούσῃ μου. Alii in præsenti, *invoco te, quia exaudis me*. Hebræa sunt futuri temporis: sed pertur bantur sæpe tempora sine jactura sententiæ. Quia verò paullo ante dixerat se clamaviſſe tota die, colligit Augustinus hic etiam se tota die tribulatum Prophetam significare, & nullum Christianum dicere debere esse diem, in quo non sit tribulatus, etiam quando ei bene est: quoniam quamdiu in corpore est, peregrinatur à Domino; & cui dulcis patria, amara est peregrinatio: ibi non esse orationem, ne pro propria orantis necessitate, sed laudationem: ibi hallelujah, amen, vocem consonam cum Angelis, ibi visionem sine defectu, & amorem sine fastidio; etiamsi copia, & securitas sit in his bonis inferioribus Si cui dicat Deus æternus in his eris, æterna tecum erunt. ista, sed meam faciem non videbis, dummodo consulat cor suum, & spiritum, non carnem, respondurum se taliB bus minime contentum fore, nec lacrymas tenere posse, quum dicitur quotidie; *Ubi est Deus tuus*? Nolle omnia 1 Ps. 41. 4. quæ dedit Deus, si non det se ipsum, qui omnia dedit. Per allegoriam interpretatur Hugo, & alii de die tribulationis, quam in sua passione toleravit Christus, qui sciebat videlicet *se semper audire à Patre* m; tunc autem potiſſimum *cum clamore valido, & lacrymis orans exauditus est pro sua reverentia* n. Erat in psalmo 16. o sententia simi-
m Joan 11. 42
n Hebr. 5. 7.
o vers. 6.
lis; *Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus*.

Vers. 8.) Non est similis tui in diis Domine, & non est secundùm opera tua.

DOcet posse, ac debere omnes aliqua necessitate pressos ad Deum adire cum fiducia, tum quia expertus reddere ipse certiores alios de hac re valeat, ut jam dixit, tum quia, quod antea quoque protulit, non solum suavis, & mitis, ut compatiatur, sed ejusmodi præterea est Deus ut nullus inter eos quos circumferunt Deos, vel qui quaDdam ratione vocantur Dei sicut Angeli, adeo sit potens: *Nec ulla natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi*, *p* & benigne, ac efficaciter adjuvantes, totaque, p Deut. 4. 7 ac tanta, tamq; mirabilia opera in eorum gratiam patrantes. Qui psalmum ad Ezechiæ spectare tempora volunt, ajunt istis verbis insanas Rabsacis, & blasphemas voces perstringi, quibus insultās dicebat, *Numquid liberaverunt Dii gentium terram suam de manu Regis Assyriorum*? Alia, inquit Propheta, de Deo nostro ratio, cui nullus Deorum illorum, aliorumque quorumcumque, nec naturæ conditione, nec operum qualitate, potentiave conferri, nedum æquari, multo minus superior haberi ullo modo possit. Habent alii nomen re ipsa destitutum, quod & per rapinā usurparunt: tu, ò Deus noster appellationem habes ipsi rei convenientem, factaque competenter cum vocabulo divino conjuncta. Sic quidem sive Basilius, sive Theodoretus. De sententia ipsa præcedentibus psalmis r, aliquoties egimus, in quibus occurrit sicut, & in sequentibus

Sensus loci.

q Es 36. 18.
r Ps. 17. 51. Ps. 24. 1. Ps. 39. 6. Ps. 70. 19. Ps. 82. 2. f Ps. 88. 7. 9 Es. 112. 5.

non-

nonnullis *a*. Quod modis Deorum nomen, & אלהים *Elohim* rebus creatis communicatur, de tot intelligitur hic locus. Infinitè dissimiles esse constat unico vero Deo ipsarum conditori, & conservatori, sive sint Angeli boni, sive cacodæmones, aut idola, sive homines tum justi, tum dignitate, ac potestate præcellentes. Quantum sit dissimilis Deus non dixit, quia dici non potest, inquit Augustinus, & ille ineffabilis est, faciliusque dicimus quid non sit, quam quid sit. *Attenuat Deus omnes Deos terræ* b, ita ut præ illo pulviculus læviſſimus, ac nihil sint, *& non æstimetur aliùs adversus eum* c. Verisimiliter scribit Euthymius ex Moysis cantico, transcripsisse Davidem *d*, *Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia.* Verum item quod idem de Christi asserit operibus, non tantum creationis, aut providentiæ tam visibilis quam invisibilis creaturæ, sed et am circa ipsius creaturæ reformationem, tyranni destructionem, mortis occisionem, orbis per paucos, ac viles piscatores expiscationem, denique de miraculis, quibus etsi quidam aliquando forte similia operati sunt, nullus tamen propria, sicut ipse, auctoritate. Hoc pacto sumi possent verba tamquã Ecclesiæ ad Christum ipsum, quæ simul etiam alii Christo ipsi velut ad Patrem dicta sumunt. De ratione similitudinis, quæ cum Deo esse possit, & non possit, relege dicta psal. 81, & 82. ubi similia scripturarum aliarum attulimus testimonia, ex quibus illustrissimum apud Isaiam *e*, qui Deum ipsum sic inducit loquentem, *Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem?* Argumentatur hinc Athanasius *f* pro Christi Divinitate; Isidorus *g* nullum eidem reperiri potuisse similem, qui liberaret genus humanum, & ipsa mortem superaret, dicique posset *adjutorium similem ipsi* h: Concilium Francfordiense sub Adriano I. non esse adoptivum, & servum nominandum de quo ultimo postea.

Non est similis tui in Diis Domine.) Chaldaicè, *Non est præter te in Angelis cœlestibus*, seu *in altissimis Domine Deorum* nomen aliis quoq; rebus tribui dixi. Quod est in ps. 88. *i Quis similis erit Deo in filiis Dei?* & in Exodo. *k Quis similis tui in Diis Domine, quis, similis tui?* de Angelis exponitur; hi vero nominatim Græcè, & Latine exprimuntur, ut in psal. 8. *l*, ubi dicitur: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis* est; Hebræum nomen *elohim*, & in 137. m *In conspectu Angelorum psallam tibi*.

Et non est secundùm opera tua.) Hieronymus, *juxta*, sensus est; Nullum est cujusquam opus similem operibus tuis; non est qui faciat similia operibus tuis; nullus Deus, qui potentiam suam probet similibus operibus: nullus tibi rebus gerendis par, vel qui valeat imitari opera tua. Apollinarius.

ὡδὲ γὰρ ἔργα τοῖσι σοῖσι παρείκελα φαίνεται ἔργοις:
Neque enim opera tuis similia apparent operibus.

Christus pollicitus est discipulis *opera quæ fecisset ipse, facturos, & majora etiam* u, at discipuli veri non sua, sed magistrati auctoritate, nomineque, ac invocatione illa fecerunt, & *sine se nihil fieri posse* dixit *à nobis* o: quod etsi de operibus gratiæ præsertim verum est, constat tamen etiam quodvis opus naturæ absque primæ causæ concursu fieri non posse.

Vers. 9.) Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt te Domine; & glorificabunt nomen tuum.

Vers. 10.) Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Sensus loci

PRædicit fore, ut superiorem cunctis Diis Deum, nulliq; omnino comparandum potentia, rebus gestis, præclaris facinoribus; cultrices aliorum Deorum gentes, abdicata superstitiosa religione tandem agnoscant, & certatim adorandi causa in templum conveniat, ibique, ac ubiq; conceleurent summi hujus nominis nomen, & libera, sed vera oratione pronuntient illum Dei magni, immo maximi, appellatione dignum, utpote patratorem unicum mirificorum operum: deniq; qui solus dici absolutè Deus mereatur. In templum postea excitatum à Salomone confluxisse Gentiles ostendimus alias. Et, si conveNit Ezechiæ psalmus, videtur hac ratione flectere Deum velle; quoniam ubi percrebuerit divinitus soluta obsidio Assyriorum, excitatæ fama tantæ rei gentes, Deum verum veneraturæ essent. De Gentium ad Ecclesiam vocasione hoc nostri passim interpretantur, etiam qui psalmum ad Ezechiam pertinere asseruit, seu Basilius, seu Theodoretus: præterea Nicetas *p* Choniata; propterea placuit psalm. hunc, ut monui initio, in Epiphaniæ festo recitari, quando Gentiles Magi, ut communior fert sententia, ambulaverunt in lumine novi syderis *q*, & Regem Reges *procidendo adoraverunt* r. Multo plenius postea impletum hoc est per Apostolos, *qui docuerunt omnes gentes* s, *& prædicaverunt Evangelium omni creaturæ* t. Hoc, ait Augustin., dictum est, quando coram Deo non adorabant nisi pauci Sancti in Populo Hebræorum: & modo videtur quod dictum est. Tunc urget Donatistas clancularios, & apud unos se in angulo Africæ delitescentem Ecclesiam jactantes: quando dicebantur hæc, non videbantur, & credebantur; quando videntur, quare negantur? Deo, qui postea solus magnus hic appellatur, credendum ista dicenti, non parvo Donato, qui non potest esse magnus; quum etiam faciat adeo parvam Ecclesiam. Maxima Ecclesiæ nota, tessera, signum, argumentum esse catholicam idem doctor quadam *u* epistola tractat hunc ipsum locum.

Omnes Gentes quascumque fecisti) Hieron. & August. (*Quotquot*) Hebr. tantum est אר *ascer, quas, & ὅσα* quantitatem designat. Pro *Gentibus* לאמים *goim*, & ἔθνη *Populos*, Chaldæus vocat עממיא *hhamemaja*. Confundi has voces dixi non semel, nec semper *Gentes* accipi, ut à Judæis distinguuntur. Certe omnes Gentes quascumque fecit Deus, nullos homines excludunt. Quamquam recte monuit Ayguan. & Rickelius, hunc, & similes loco accipiendos non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Explicavit id prior Hugo, quia de omnibus aliquæ, & in omni terra, aliqua gens. Quod fecisse Gentes Deus dicitur, litteraliter nihil aliud significat, quam omnium Auctorem esse tum propter Adamum, ex quo uno *fecit omne genus hominum* x, & August. docet; tum quia omnia effecta, & generationes rerum pendent à Deo, ut à caussa prima, nec existere possunt absq; illius concursu.

At sensu mystico, Gentes veniunt ad Deum, quas ille fecit, hoc est, ut ait Hugo, quæ quales factæ sint initio, seu ut essent instituit, sunt, ideſt, *ad imaginem, & similitudinem ipsius*, quæ restitutio, & reformatio nunc per gratiam redemptionis efficitur. Homines peccatores non facit Deus, sed diabolus, ac ipsimet sua se nequitia tales reddunt. Similem habere sensum possunt alterius verba *y* psalmi. *Populus qui creabitur, laudabit Dominum*, ideſt, Populus qui regenerabitur gratia Christi spiritualiter, & supernaturaliter, *& generabitur voluntarie verbo veritatis* z, & tandem perveniet ad generationem æternæ vitæ.

Venient. Non de locis suis migrando, ait alio quodam loco August. *a*, sed de locis suis credendo, juxta Sophoniam *b*: *Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gentium.* Quamquam non defuerunt desuntve qui multo felicius, quam illi quondam ad philosophandum peregrè profecti sint, & proficiscantur, unde fama sit salutis peti, & Sanctorum scientiam posse. Memorabilis Patrum nostrorum memoria Anger Japon in Baptismo Paulus sanctæ fidei; qui inde usq; à remotissima Japonia ad Xaverium nostrum sanctissimũ virum (is primus postea hujus ipsius opera illuc Evangelii lumen intulit) venit, ut animi vulneribus ab eo peteret medicinam, Malacam primum appulit itinere leucarum octingentarum: deinceps ad Sinarum fines trium fere mensiũ navigatione trajecit, leucas à Malaca citciter quingentas. Tùm ab Sinis solvens, sexto septimoq; die in conspectu jam Japoniæ quum venisset, repetente fœdissima totius quatridui jactatus tempestate, in eum ipsum portum rejectus est, unde conscenderat. Demum revertit Malacam, ubi post longiorem errorem, Xaverio potitus est, ex ejus vel aspectu, vel consuetudine maximum vitæ, & peregrinationis suæ fructum capiens; ac suo aliquanto post catechistæ dux factus ad insulam totam Christianè instituendam. Narrat ista pio, ac eleganti stylo Tursellinus noster *c*. Exprobrat Christus *d veniſſe Reginam Saba à finibus terræ audire sapientiam Salomonis* e, his qui præsentem habebant, qui *plus quam Salomon erat*, nec audire, & obedire volebant. Quid facias pigris, & ingratis catholicis, qui panibus abun-

---

a 88.7.9 Psal. 112. 5.
b Soph. 2.11
c Baruch. 3. 36
d Exod. 15. 11
e cap. 46. 5
f orat. 1. & 3. contra Arian.
g in Gen.
h in Gen. 2. 18
i vers. 7
k cap. 15. 11
l vers. 6.
m vers. 1.
n Joan. 14. 12
o Gratiæ, & naturæ opera absque concursu primæ causæ non fiunt.
p 1. Thess. cap. 1.
q Is. 60. 3.
r Mat. 2. 10.
s ult. v. 19.
t Marc. ult. vers. 15.
u epist. 80.
x Actuum 17. 26.
Sensus mysticus.
Reformatio ad imaginem Dei per gratiam redemptionis effitur.
y Ps. 101. 19
z Jac. 1. 18
a epist. 80.
b cap. 2. 11.
c 3. vitæ Xaveri cap. 2. 16. 17. 18
d Mat. 12. 42
e 1. Reg. 10. & seq.

abundat cœlestis doctrinæ, nec multo unde proficiunt magis?

Et adorabunt coram te Domine.) Alii, *Genu flectent*, aut, *procident*, aut, *supplicabunt*, aut *supplices fient*, & sunt qui optative interpretentur sententiam totam. Istdē verbis affinis in 21. *a* ps. sententia, *reminiscentur, & convertentur ad Dominum universi fines terræ, & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium.* Per adorationem cultus integer Dei intelligitur in sermone illo Christi cū Samaritana, *b* & alibi; quia ut scribit Cyrillus Alexandrinus *c*, janua quasi quædam, & via ad servitutis opera adoratio est, cum initium servitutis, qua Deo servire profitemur, exstat. Dictum de eadem re alias. *Adorare coram Deo* Euthymius ait illum, qui se à Deo videri cognoscit: esse autem coram Deo omnem locum imperii ejus.

a vers. 28.

b Ioan. 4. 20. & 12. 23. 24.

c l. 2 in Ioan. cap. 9. 21.

Et glorificabunt nomen tuum.) In aliis Psalteriis, & Cassiodoro, *honorificabunt*. Chaldaicè, *Dabunt gloriam nomini tuo*. Fulgentius *d*, addit, *in æternum*, quod habetur infra vers. 12. Glorificatio, celebratio, prædicatio, laudatio nominis divini, videtur ea esse, quæ continetur sequentibus verbis. Niceph. notat sub mundi dumtaxat finem Vaticinium hoc de omnium gentiū conversione implendum. Hoc disputavimus ps. 18. maxime autem ad cap. Actuum Apost.

d de grat. Christi c. 31.

Sub mundi finem omnium Gentium conversio implenda.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Hoc est quod omnes ad Deum venientes gentes dicent. Videtur addere (*magnus*) quē posthea citabo Augustinum, alibi, non solum hoc loco, & alius præterea insertus ejusdem operibus: item vetus Psalterium Latinum, sed & Arabicum, ac Æthiopicum, deniq; Græcum correctum. De epitheto Dei, ut cognominetur *Magnus*, egimus ps. 46. & 47 *de mirabilibus operibus* ejusdem psalm. 9. 25. 70. 71. 74. 76. Quod *sis solus, ac unus Deus*, sæpius. Quod *solus operetur mirabilia*, psal. 70. *e* Quælibet Trinitatis persona nominatur, & est magna, quia in Trinitate nihil majus, aut minus, ut nec prius, & posterius, salvo processionum ordine. Nec magno filio major Pater, ait Auctor libri de Unitate, & Trinitate, *f*, quemadmodum nec bono melior, quia non Patri tantum, sed universæ Trinitati dictum est, *Tu es Deus solus magnus*. Ex indubitato Augustini opere de Trinitate *g* scriptum, idest, ubi ait. Non enim de Patre solo, sicut illi perverse sentiunt, sed de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, scriptum est, *Tu es Deus solus magnus*. Probatā simili de nomine *boni*, quando Christus dixit, *Nemo bonus nisi solus Pater*; & *Nemo bonus nisi unus, & solus Deus* h. Idem est de epitheto *justi*, quod Cassiodor. affert ex Isaia. *i Numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absq; me? Deus justus, & salvans non est præter me.* Ubi dicitur idem de nominibus *Domini, & salvantis*. Quod si qui Christi verba *k Pater major est me*, intelligant etiam secundùm Divinitatem, *l* loquuntur ratione originis, & ordinis, propter quem etiam dixerit; *Ego m & Pater unum sumus*, & Patri *n Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*. De Dei mirabilibus illud tantum repeto ex Job *o*; Dei proprium esse *facere magna mirabilia, & inscrutabilia, & quorum non sit numerus*. Magna videlicet ait Greg. *p*, virtute inscrutabilia ratione, innumerabilia, multiplicitate. Conjice tantam oculos in orbis terrarum liberationem ab interitu: magis id mirabile, quam suscitatio mortuorum, optimo judice Augustino *q*; qui & ipsam omniū gentium fidem magnum censet prodigium *r*, perpenditq; cum admiratione, *s* quod Deus solus cultum falsorum Deorum prohibuerit, & nemo eorum umquam cultum veri Dei; ac hic tandem illum in nihilum redegerit.

e vers. 8.

f c. 13. apud Augustin. to. 4. g lib 5. c. 8.

h Matt. 19 17 Luc 18. 19.

i cap 45. 21.

k Joa. 14. 28

l cap. 7. 16.

m cap. 10.

n cap. 17. 10.

o cap. 5. 10.

p 9. Mor. c 10

q in Ps. 65. & 22. de civ. cap. 8.

r l. de consensu Evang. c. 18. & seq.

Vers. 11.) Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Sensus loci.

EXponit quid maximè velit, orandoque flagitet, ac sibi necessarium in primis ducat, ut graves calamitates, de quibus conquestus est, atq; persecutiones evitet, ac superet, nec deseratur juste à Deo, nimirum, ut ipsum deducat Deus in viam mandatorum, quæ & intelligat, & velit, & in iisdem sedulo incedens, versansque, sincerè, ac integrè proficiat: præterea, ut hac una re integre gaudeat & ex intimis præcordiis lætetur: si eodem spiritu, & veritate, quibus respexit gentes, quæ convertentur, id facturas, Deum revereatur, & colat libenter, promtè, alacriter, amanter, & eum casto, seu filiali timore, non ægrè, coactè, metu pœnarum solo, atque serviliter. Optat etiam hoc modo lætari, ut simul timeat, dum in ista degit vita: nec nimium securus, male nunc exultet, sed *serviat in timore, & exultet cum tremore t, & cum timore, ac tremore operetur salutem suam*: u & quicquid prosperum venit, (præsertim in extrinsecis naturæq; bonis) magis metuat, & tentationes putet aut vitam.

t Ps. 2. 11. u Philip. 2. 12.

Deduc me Domine in via tua.) Hieron. *Doce me Domine viam tuam*, significat הרנו *horeni, doce me*. Frequens in ps. formula *deducere in justitia x super semitas justitiæ, y in viam rectam, z, in semita mandatorum, a, in via æterna, b, in terram rectam c*; sed nullibi est verbum quod hic extat. Habuerunt interpretes rationem sensus; quia *docere viam* sicut Hebraicè hic habetur, absq; præpositione, intellexerunt non de nuda notitia speculativa, sed practica, quæ adjunctam habet praxin, & actualem deductionem per cognitam viam, nempe mandatorum divinorum, atq; virtutum, & totius veræ religionis. Tam ample sumi via potest, ita ut quod habetur sequenti membro, *ingredi in veritate*, non præcisè referatur ad contemplationem, ut exponunt Origenes, Euthymius, Nicephorus, seu ad orthodoxa dogmata; sed universè pertineat, ut, seu Basil. seu Theodoretus vult, ad legitimam vitæ conversationem. Censetur Christus allegoricè pro suis orare membris, & conversis gentibus, ut in ipsa veritatis via, ad quam ducti sunt, deducantur, & doceantur in ea perseverare, & progredi usque ad metam vitæ æternæ: tametsi ipsemet *sit via, veritas, & vita*. Rickelius viam in Christo quoque spectat, ut petat animam suam deduci in limbum, postea redire ad corpus, demum eum eodem in cœlum ascendere.

x Ps. 5. 9. y Ps. 22. 3. z Ps. 105. 4. a Ps. 118. 37. b Ps. 138. 24. c Ps. 142. 10.

Expositio allegorica.

Et ingrediar in veritate tua.) Hier. *ut ambulem in veritate tua*. Hebraicè est simplex verbum אהלך *ahallech*, absq; particula vel caussali, vel conjungente: suppletur tamen rectè; futurum autem tempus accipi potest, vel pronuntiativè, vel imperativè, vel optativè, vel deprecativè. *Ingredi, & ambulare, & incedere in veritate*, præter id quod ante dixi, est etiam liberè, inoffense, sine impedimento, confidenter, duce Deo, comite gratia, luce, veritate ipsius, *quæ sicut adduxerunt, deducant & perducant d*. Quare qui *vias Dei demonstrari* sibi petit, *& semitas edoceri, dirigi* quoque postulavit *in veritate e*. Fingit Hugo eum, qui sic orat, sive pœnitentem, sive justum, cæco puero ægro à viatore similem poscere deductionem per viam, quasi prætenta Dei manu, ne erret, offendat, labatur, vagetur. Non satis est pervenisse ad viam, nisi quemadmodum Paulus *f* monet, *ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, in eadem permaneamus, regula*, & ut ait Augustinus *g*, in iis, ad quæ credendo pervenimus, ita ambulemus, ut ab iis nullo modo deviemus, adjuvante illo atque miserante, cui dicimus: *Deduc me Domine via tua, & ambulabo* (*ingrediar*) *in veritate tua*.

d Ps. 42. 3. e Ps. 24. 5.

f Phil. 3. 16.

g Epist. 107.

Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.) Hier. *unicum fac cor meum, ut, &c.* Symmachus's ἑνωσον τὴν καρδίαν μου. Alii, *uni constringe, coge cor meum timori*, aut *timore tuo*. Explanat Hieronymi versionem Trevetus, ne cor sit multiplex, & divisum admittendo alterius Dei cultum; sed permaneat in timore nominis divini. Sensus item potest esse, ut compescat Deus fluctus cordis, & revocet ab inquietudine, à dissidentibus, dissipatis, contrariis, quibus huc illuc trahitur affectibus: & quod alibi *h* dicitur, *veluti clavo configat illud timoris sui*, atque stabiliat, efficiatque, ut non ex parte tantum, & ad oculum, & servili timore; sed ex integro, & toto corde timeatur Deus, quia *vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis i*: nihil aliud timeat cor præter Deum; *non eos qui corpus occidunt*, aut alio damno afficiunt. Sicut *diligi* k, ita timeri vult Deus *ex toto corde*. *Divisio est cor eorum*, inquit Osæas *l*, *nunc interibunt*, divisum nempè ad idolorum cultum. Non interit quidem quem Paulus *m* matrimonio junctum nominat *divisum*; at profectò propior est interitui, vacando generationi, quam qui vacans ab illo munere, & onere, Angelosque æmulans *per incorruptionem, proximus fit* n *Deo*. Ex unione charitatis, quæ pluro in unum corda copulat, oritur statim gaudium. Quamvis autem lætitia in cordis quadam dilatatione consistere dicatur, tamen ejus divisio quantulacumq; lethalis est. Aquila vertit μοναχὸς nempè ἔσω, *unicè*, *ac solitariè sit cor meum*, &c. legit יחד *jachad* nunc est יחד *jached*: sed hoc ipsum à themate יחד *jachad, unire*, significat: חדח *chadah latari*, apud Augustinum *jucundetur*.

h Ps. 118. 120.

i Jac. 1. 2.

k Deut. 6. 5. l cap. 10. 2. m 1. Cor. 7. 33

Ageneratio nis munere vacans per incorruptionem proximus fit Deo. n Sap. 6. 20.

Da-

Duplicem porro sensum esse posse dixi, aut ita lætari, ut moderatio veluti accedat timoris, aut in ipsomet lætare timore. Primus est Latinorum, secundus Græcorum. Quod ad hunc attinet, vide quæso, ait Euthymius, novum genus lætitiæ: & dicere vult timor tuus sit mihi lætitia: quod bifariam adhuc potes intelligere, vel ut timor transeat in lætitiam: abjecta pœna, quam non habet charitas, quæ *foras mittit illum* a: vel, ut timor hic sit, qui ob perfectionem, quia *sanctus & permanens in sæculum sæculi* b, *& quo ut timeant, omnes Sancti* provocantur c gaudii conjunctionem habeat ἡ γαρ ἀληθὴς ἐυφροσύνη τοῦ θεῖου φόβου ἐστὶν ἀπογείνημα inquit Nicephorus, φόρτε κηλονόμη τοῦ τελεωτικοῦ. *Verum namque gaudium* seu *lætitia divina timoris est propago, timoris nempe perfectivi.* Basilius præterea, & Theodor. matrem lætitiæ timorem facere videntur, quoniam alibi quoq; scriptum sit, *lætari* d *cor quærentium Dominum & memorem Dei delectari* e. Qui reverenter, castèq; timet, necessario cognoscit se illi conjunctum, quem sic timet, & à quo sejungi nullo modo vult: propterea præsentia tanti boni lætatur, eoq; magis, quo tutius possidetur. Simili quadam ratione *spe quis gaudet*, nihilominus *eadem dilatas spes affligit animam* f, alioqui,

Res g *est solliciti plena timoris amor.*

Amor, inquam, cui deest securitatis dos in hac vita. Qui erat prior hujus loci sensus, quem & Gregorius *h* sectatus est, docens Sanctos hic sic de spe certos esse, ut semper tamen sint de tentatione suspecti; & in ipsis de spe exultatio, & de suspicione nascatur tremor. Et notandum, non dici hoc loco *lætetur cor meum, ut securum* sit; sed *ut timeat*; ut inter gaudium spei, & tentationis metum, confidamus & timeamus, confortemur & titubemus, certificemur, & suspecti simus; ita correcti gaudeamus de venia ut tamen nunquā desinamus suspecti esse de culpa. Hoc est, quod ait Arnobius, lætari de victoria, timere de pugna: quod aliter diceres, *laudando invocare Dominum* i.

Postremo, quoniam Dei timor comprehendit non rarò universum cultum divinum, & quia *hilarem datorem & cultorem diligit Deus* k, *viaque mandatorum Dei curritur, quum dilatatur eor* l; fortassis etiam orationis præsens est sensus, ut adeo utilis necessariaque concedatur lætitia, qua promtè & alacriter Deo serviatur. Omnino magis innuitur per τὸ φοβῆσθαι, & יראות *lirroth*, lætitiam, quæ petitur, ordinari ad timorem, quæriq; propter illum, & lætari velle ad eum finem, ut per hujusmodi lætitiam, constanter timeatur & colatur Deus. *

a 1. Joh. 4. 18.
b Ps. 18. 10. & Ps. 33. 10.
c Ps. 104. 3. & Ps. 76. 4.
d Ps. 104. 3. & Ps. 76. 4.
e Ps. 76. 4.
f Rom. 12. 12.
g Prov. 13. 12.
h Ovidius.
i 1o. Mor. c. 9. & in psalm. 5. panit. Lætandum de victoria, timendum de pugna.
k Ps. 17. 4.
l 2. Cor. 9. 7.
* 2. Cor. 9. 7.

Vers. 12.) Confitebor tibi Domine, Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.
Vers. 13.) Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Sensus lecti. in vers. 9.

QUod facturas Gentes dixerat *m*, ut venientes adorarent coram Deo, & *glorificarent nomen illis*, hoc protiit à malis liberationem, impetraverit. Tum verò si secundùm misericordiam suam magnam, quam sibi jam super se præsentem videre, & experiri videbatur, liberet ipsum Deus è summis periculis, velutiq; ex morte, ac infernis ipsis revocet in vitam, & ad superos. Coveniunt ista tùm Davidi, tùm Ezechiæ, prout recitatæ de argumento D volunt sententiæ, liberatis ex gravissima hostium persecutione; sed cuivis quoq; homini in cujus persona gratias Christus Patri offert, quod Pater sit dignatus acceptare passionem & merita filii sui, ut ab inferni pœnis æternis liberaret, & à peccato, cui debebantur. Augustin. & alii, præter justum sensum, declarant perinde, ac si loquatur Christus de anima sua, *quam non reliquit Pater in inferno* n, in quem post mortem descendit, & inferius dicatur comparatione hujus terræ, ad quam nascendo se dimisit; vel etiam ita ut quivis id beneficium recognoscat, quod per merita Christi necessitatem evaserit descendendi in dictum limbum. De descensu Christi animæ in infernum ubi erant justi, hunc locum Irenæus o etiam interpretatus est, citans nonnullos alios locos, & Hier. sic exponens invocasse Christū nomen Domini *de lacu novissimo*, quum videlicet, inquit, in virtute divinitatis descendit ad inferos & destructis clausuris tartari, suos quos ibi reperit eruens victor ad superos ascendit. Rursum Fulgentius q declaratur de liberatione à damnatorū loco, ut nobis gratia Dei detur conversari posse in cœlis. Cui sententiæ favet non solum Euthymius, qui quod attinet ad Davidem, per infernum, profundam peccati foveam intelligit, adulterii nimirum, & homicidii: sed etiam R. Joda, & R. Salomon *in midras thehillim*, quem citat præterea Hieronymus à sancta r fide, qui affirmant gratias hìc Davidem agere, quod in inferni profundum non descenderit, ob dicta peccata.

r 11. cent. Jud. c. 7. tom. 4. Bibl. Patrum

Confitebor tibi Domine, Deus meus, in toto corde meo.) Ipsissima phrasis ista occurrit psal. 9. in principio: nihil addi necesse est, videri solùm posset allusio nonnulla ad verba præcedentis versus, *lætare cor meum*, prout ex Hebræo ab aliis exponebatur, *Uni cor meum*: corde namque toto confiteri idem est, quod unito, indiviso, integro, perfectò, semper & pro omnibus, non tantum *quum benefecerit Deus* s, hoc est, in prosperis, sed & in adversis, quę in beneficiis divinis computanda sunt. Perpendi etiam potest, quod subnotat Ayguanus, multa nos juberi toto corde facere, non solùm confiteri & laudare Deum, sed etiam orare. *Clamavi* t *in toto corde meo, exaudi me Domine*: Credere; *Si* u *ex toto corde credis, licet*; Sperare; *Habete* x *fiduciam in Domino ex toto corde*; Pœnitere y; *Convertimini ad me in toto corde vestro*: Diligere z; *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo.* Adde; *Quærere toto corde, & tota tribulatione anima* a; *in tota anima timere* b, *& honorare* c; *sequi in toto corde* d. De confessione peccatorum Hugo quoque declarat, & cor pro anima sumens, exigit ut fiat ex tota imaginatione, memoria intellectu & voluntate. Lege, si vacat,

s Ps. 48. 17. Res adversæ in beneficiis divinis sunt computandæ,
t Ps. 48. 19.
u Act. 8. 37.
x Prov. 3. 5.
y Joel. 2. 12.
z Deut 6. 5.
a cap. 4. 29.
b Eccl. 7. 31.
c vers. 33.
d Dan. 3. 41.

Et glorificabo nomen tuum in æternum.) Quod in se est, ex magno affectu pollicetur æternam glorificationem nominis divini, quam indefinitè à Gentibus faciendam prædixerat vers. 9. licet Fulgentius e, citans illum locum, addat, *in æternum.*

e de grat. Christi c. 31

Quia misericordia tua magna est super me.) Ideſt, *erga me*: & grandia mihi fecit, & ejus argumenta plurima maximaque sunt; sic aliàs dicitur *fieri misericordia super aliquem* f vel *venire* g, quasi per modum integumenti, clypeive; ut explicat etiam hoc loco Appollinarius;

Ὅτι κατ' ἐλεήσεως ἀναξαίδην ἀμφικαλύπτει,
Quia utique me misericordia Rex tua circumtegit.

f Ps. 32. 22.
g Ps. 118. 41.

De misericordiæ divinæ magnitudine dixi primis verbis psal. 50. citato illo, & hoc loco Chrysologus *h*, aliisq; multa differit, ostendens omnibus aliis præferri divinis operibus; & quo pacto à nobis exercitata fuerit, pronuntiandam in divino judicio sententiam *i*. Extat quoq; Bernardi sermo de triplici misericordia, & quatuor misericordiis. Misericordiam vocat parvā per comparationem ad alias, expectare, nec statim punire. Majorem, qua facit Deus, ne frustra fuerit illa expectatio, dilatioq; sed ne cadat in majorem damnationem, convertatur quis tandem: magnam, ut contineat sequis deinceps à peccatis, ope quatuor veluti filiarum ipsius misericordiæ, quæ sunt immissio amaritudinis, subtractio opportunitatis, virtus resistendi, sanitas affectionis. Declamans præterea alio sermone contra pessimum vitium ingratitudinis, orditur ab istis verbis, Magna est super nos, dilectissimi, magna valdè misericordia Dei nostri. Urgens item potissimum religiosos k; Quis enim, ait, in nobis est, qui non confiteri possit, quoniam misericordia tua magna est super me? Septem verò enumerat misericordias, quod adhuc in sæculo constitutum Deus à multis peccatis custodierit: quod tamen diu ac multum peccantem expectaverit: quod cor immutaverit: quod pœnitentem susceperit: quod continendi ac emendādi virtutem præstiterit: quod gratiam promerendi, & munus bonæ conversationis indulserit, quod spem obtinendi cœlestia dederit, ob nonnullum experimentum divinæ bonitatis.

h Serm. 42.
i Matt. 25. 34 & seq.
k Serm. 2. de 7. misericor.

Et eruisti animam meam ex inferno inferiori.) Hieronymus, *de inferno extremo*. Nobilior liberandi modus est, impedire, ne quis in id incidat, unde debeat liberari, ut exemplis docet Augustin. quopacto liberata Deipara, & redemta nobilius dicitur ab originali peccato, in quod numquam incidit: sed ne incideret sicut debebat, præservata est. Perstrinxit Genebrardus omnes sententias sive de Davide, aut Ezechia, sive de quolibet homine, sive de Christo interpreteris; ut infernus inferior vel sumatur metaphoricè pro summis periculis, mortique certa ac manifesta, præsertim si simul æternæ damnationis periculum sit: vel magis propriè pro subterraneo loco;

Rursus locus hic, aut sit solum sepulchrum, quia solet esse inferius; ita ut idem valeat *inferioris* nomen comparativum atque absolutum nomen: aut depressus receptaculum animarum quadruplex, vel damnatorum pœna damni sensusque, vel qui solam ferant pœnam damni, vel justorum, sed adhuc purgandorum, vel justorum, qui nihil debebant; pœnæ, sed ante ascensionem Christi in cœlum, adhuc detinebantur. Accedit opinio Augustini una, ut infernus unus terra sit, quam incolimus, comparata cum cœlo, & ubi mortales dicimur, & corpora ipsa etiam dum vivimus, mortua dici possunt: inferior comprehendat omnes differentias indicatas locorum subterraneorum. Egimus de hac re aliàs. Christo minus convenit, ut erutam dicat animam suam de periculo mortis corporeæ, aut peccandi, & æternæ damnationis: aut de loco ipso damnatorum duplicis generis: aut justorum purgandorum: aut de sepulchro. Locus animæ non est sepulchrum. Christus mortuus est: nullum omnino in eo periculum esse potuit peccati & æternæ damnationis ac purgationis temporariæ; aut ne nolens detrudetur in locum damnatorum: Sed nec in eum etiam fortassis, vel illorum, qui purgabantur descendit, secundum animæ suæ præsentiam. Erutam quidem dicere animam suam Christus potest à morte corporea, & à sepulchro, & ab ordinario loco animarum istarum, seu à limbo, quatenùs aliquoties appetitus ad mortem, evasit: præterea ut induit personam membrorum suorum, erutam à peccandi periculis, & æternæ damnationis, item à necessitate descendi prius in limbum, aut purgatorium quam in cœlum ascenderet. Verùm si placet magis propriè ac simpliciter de Christo exponere, ipse de animæ suæmet liberatione loqui intelligendus est, ad eum modũ quo in psal. 15. *a* dixisse passim intelligitur, *Non derelinquens animam meam in inferno*, idest, in illo receptaculo animarum, quod erat ante ascensionem ipsius in cœlum, justis assignatum, omni debito purgandi peccata liberis. Nec obstabit epithetum *inferni inferioris*, Hebr. תחתות *tachthith*, quia per ploenasmum potest exponi, non per comparationem duplicis inferni, ut unum alio sit inferius: ut si cognomines infernum profundum, & similibus aliis vocabulis loci humilitatem significantibus, & ita sine epitheto Apollinarius expressit infernum.

Η'μέτερον δ' ἀιδαο βαρύφρονα ῥύτασο ψυχὴν,
Hostiam vero de inferno gravem eruisti animam.

Paraphrastes cognominat terrenum ארעותא *arhhitha*. Nec desunt, qui velint unicum esse inferni locum subnominibus diversis, propter diversum statum animarum. Placet Ayguano, hic, & in psal. 7. *b* magis accuratè, una cum profunditate ac distantia à nostra terra, quam definit esse trium millium 245. milliariorum cum dimidio. Hugo Eterianus *c* ex hujus ps. sententia distinctionẽ duplicis inferni colligere quosdam scribit, ut inferior sub terra sit, inferus supra illum, uterque multis locorum varietatibus dispertitus. Hieron. quem vocant in commentario præsentis loci, agnoscit unicum infernum: superiorem esse peccatum, inferiorem in quo peccatores damnãtur. Rabbini, quos antea commemoravi *d*, de profundo inferno, ubi damnati luunt supplicium, hic agi putant. Auctor operis imperfecti *e* docet inferiorem infernum esse tormentorum æternorum locum: & innuit eum, qui non est inferior, esse terram, in qua sint tenebræ exteriores variorum errorum, sicut interiores sunt in dicto inferiore inferno. Irenæus *f* prius etiam citatus, inferiorem infernum, in quem descendisse Christum vult hìc innui, ait esse, quæ Paulus *g* appellat *inferiora terræ*, & ipsemet Christus *h*, *cor terræ* unde sanctos extraxit & salvavit. Hieron. quoque retulit sentientem idem, & appellantem nomine *lacus novissimi*, ut loquitur Jeremias *i* Thomas Aquinas *k*, ne quis audiens erutam animam de inferno inferiori, putet de inferno damnatorum, ubi tamen nulla redemtio est, respondet, quod limbus Patrum sic appellatur non simpliciter; sed respectu hujus habitationis, ex quo animæ David, vel etiam Christi educta sit: sed & profundissimum locum inferni vocari posse comparativè; ut profundum sit respectu cœli aer caliginosus, in quo sunt dæmones: profundiùs locus habitationis nostræ: profundissimum limbus Patrum; de quo Job *l* stribat; *in profundissimum inferni descendent ossa mea*. Alioquin idem Doctor *m* quadruplicem distinguit infernum, infimum, ubi est carentia visionis divinæ, pœnaq; sensus: superiorem isto, in quo est privatio dictæ visionis & gratiæ, sed sine pœna sensus: tertium adhuc supra præcedentes, in quo est, carentia visionis, non tamen gratiæ, & pœna sensus luitur ad tempus: ultimum magis supra, in quo erat carentia visionis, non tamen gratiæ; pœna autem nulla, qui dicuntur infernus damnatorum. Limbus seu infernus puerorum, purgatorium, limbus Patrum sanctorum, sive infernus. Augustinus hoc loco explanat solum infernum inferiorem de loco damnatorum, vel illo, in quem descendit Christus, qui erat limbus justorum, non autem de purgatorio, quod eidem tamen auctori, atq; Cassiodoro & Brunoni Carthusiano Fevardentius *n* tribuit, qui nihil aliud quam quod Augustinus docent. Nec ullum legi, qui probet hoc testimonio purgatorium.

In quem in infernum descenderit Christus,

n Thesmachia l. 11. c. 16.

Ceterum juxta figuratum illum sensum ab Euthymio traditum de Davide liberato à profunda fovea adulterii & homicidii; ratio inferni inferioris ac profundioris peculiariter congruit luxuriæ peccato, ubi est *limus profundi, & lutum facis*. Unde Oseas *o*, *profundè peccantes sicut in Gabaa*, videtur ejusmodi peccato inquinatos intelligere, quo Levitæ cujusdam uxor turpiter per totam noctem compressa, maximi origo belli fuit *p*. Nominatur item *profunda fovea meretrix, & aliena puteus angustus* q. Præ ceteris hoc extricatu difficilius vitium, & pauci hoc semel mersi, penitus emergunt.

o cap 9. 9.

p Jud. 19. 22 & seq.

q Prov. 22. 27.

Vers. 14.) Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Liberationem, quam dixit se adeptum animæ suæ ex inferno inferiori, ob magnam Dei super se misericordiam, nunc ait eximiam sibi spem ingenerasse, audentius eumdem Deum invocandi adversus similia extrema vitæ discrimina, quæ ingruant ab iniquis persecutoribus, at ingenti hominum robustorum terribilium, ferocium cœtu, qui quærant vitam eripere, nec Dei nomen ullo modo curent, ut ab instituto, menteq; pessima revocentur. Vel, ut impetret dictam liberationem, quam propter magnam impetrandi fiduciam, jam ut impetratam posuerat, ejusdem necessitatem exponit. Loquitur & hic mysticè Christus tum pro se, ac de passione sua, tum pro membris suis, deq; eorumdem persecutione. Idem hic fere versus est cum illo psalmi 53. ita ut idcirco idem utriusq; aliqui argumentum putent esse, nempe de Davide, quum illum *Ziphæi prodidissent* r.

Sensus loci.

r 1. Reg. 23. & 26.

Deus iniqui insurrexerunt super me.) Hieron., *Deus superbi surrexerunt adversus me.* Dicto psalmo 53. vocantur זרים *zarim, alieni*: hic זרים *zedim*; sed absque punctis, & facili mutatione litterarum (ר) *res*, & (ד) *daleth*: posset utrobique idem nomen esse, ut ibi dixi, & dicuntur *alieni, hostes, barbari*, omni exuti sensu humanitatis, atque crudelissimi. Alia Latina Psalteria, & Cassiodorus atq; Arnobius vocant *injustos*; Augustinus *prætereuntes legem*, qui propriè hìc nominantur παρανομοι & ab Apollinario ἀθεμίστοι. Hugo in *iniquorum* vocabulo considerat iniquitatem; quod *insurrexisse* dicuntur, superbiam: in *synagoga potentium*, conspirationem: quod *quæsiviſſe animam*, crudelitatem: contempcum, quod *non proposuisse Deum in conspectu suo*. Præterea iniquos ait esse dæmones, utentes opera improborum hominum ad perdendas animas justorum.

Et synagoga potentium.) Hieron. *cœtus robustorum*. Alii *congregatio*, seu *caterva fortium, terribilium, tremendorum, violentorum, superborum, audacium, malignorum, nebulonum*. Hebraicè עלת עריצים *hhadath hhaultsim*. Græcè συναγωγὴ κραταιῶν. In citato psalmo 53. *s* extant eadem omnia κραταιῶν. & עהיעים *hharitsim*. Recognosce locum illum; & de vocabulo *synagoga* psalmo 7. *t* & 81. *u*.

vers. 5. *t vers.* 8. *u vers.* 2.

Quæsierunt animam meam.) Augustin. & Cassiodorus, *inquisiverunt*. Quærere animam alterius, per se est indifferens: at sæpius accipitur in malam partem, ut vidimus in aliis psalmis *x*: interdum autem exprimitur *quærere aliquem animam alterius, ut auferat eam* y: & ex adjunctis in aliis illis psalmis satis idem percipitur.

x Ps. 34. 4. Ps. 37. 13 Ps. 53. 4. Ps. 62. 10. y Ps. 39. 15.

Et non proposuerunt te in conspectu suo.) In Psalt. Romano, & apud Cassiod. *ante conspectum suum*. Arrobius, *ante*

a Vers. 19.

b Nu. 108.

c de regressu animæ ab inferis, cap. 11. tom 9. Bib. Patrum

d Ex Hier. ad fide 1. cont. Jud. c. 7.

e Hom. 41.

f lib. 5. c. 31.

g Ephes. 4. 9.

h Mat. 12. 40

i Thren. 3. 55.

k 5. d. 22. q. 2 & 2. q. 2. ad 1.

l cap. 17. 16.

Infernus quadruplex secundum Thomam.

m 3. d. 22. q. 1 a. 1. q. 2. ad 1

ante oculos suos. Gallic. autem Psalterium tota conjunctione, inchoat hinc versum novum. Hieron. *a* monet, in codicibus ubi desit, pronomen (*te*) restitui debere Cassiod. habet loco pronominis (*Deum*) fortassis errore id, quod est in ps. 53. *b* huc transcriptum est. Non hic hærebo diutius, quū, ut dixi, psalmo 53. eadem extet sententia tota.

a Epist. 135.

b vers. 5.

Vers. 15.) Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Sensus loci.

QUo facilius impetret, appellat ac provocat suismet Deum propriis epithetis, conditionibus, qualitatibus insitis, quibus eum scit maximè delectari, ut nimirum miseros misereatur, & afflictos: sublevet inopiam ac paupertatem alienam; ferat patienter illatas offensas, non statim pœnas repetens, sed ad pœnitentiam expectans, ex naturali bonitate, clementiaque infinita ultro, ac prolixè pollicens multa, magnaq; nihil etiam commeritis: eadem absque dubio veracissimè ac fideliissimè præstet. Videtur David mutuatus hanc sententiam ex Moyse, qui quum iterum tabulas accepisset, *& Dominus descendisset per nubem, stetit cum eo, & eodem transeunte coram se, dixit invocans nomen illius: Dominator Domine Deus misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, & verax, &c.* c. In psalmo 144. *d* repetitur fere idem: *Miserator & misericors Dominus, patiens, & multum misericors.* Similia autem de Deo, quum toties hinc inde in psalmis præcedentibus occurrerint, non oportet nos distineri.

B

c Exod. 34. 6. 7.

d vers. 8.

Et tu Domine Deus miserator & misericors.) Hieron. *tu autem Domine Deus miserator, & misericors, & clemens.* Græcè in codicibus Complutensibus, Regiis, & aliis additur (μȣ, *Deus meus:*) sed Hieron. *e* censet superfluum, quia nec sit in Hebræo textu, nec in LXX. Idem judicium de Psalterio Vaticano, in quo apponitur.

e Epist. 135.

Patiens.) Gallicanum, sive Ambrosianum Psalterium, & August. *longanimis*. Id sonat Græca vox μακρόθυμος, & Hebræa duæ אֶרֶךְ אַפַּיִם *erech appaim*, quasi dicas longum ira, vel naribus, in quibus prodi solet ira: Chaldaicè *alienus*, aut *remotus ab ira*, aut *fugiens iram* רְנַן מַרְחִם *marchek regaz*. Sixtus *f* Senensis etiam nomen *patientis*, ac *patientia* docet Deo tribui, non tantùm *longanimis* & *longanimitatis*, ut contendit Chrysostomus *g*, negans dici umquam de Deo ὑπομονὴν sed sæpius μακροθυμίαν. Ratio Chrysost. est, quia μακροθυμεῖ τις πρὸς ἐκείνους, ὧν δύναται καὶ ἀνάσθαι, *longanimis est qui spiam in eos, quos potest ulcisci: ὑπομένει δὲ ὧν οὐ δύναται ἀλύασθαι; suffert autem, ac patitur eos, quos non potest ulcisci.* Nullo idoneo testimonio refellit Sixtus, nempe in quo sit vocabulum Græcum, quod Chrysostomus negat Deo, ut aliàs *h* hoc ipso in eum nomine animadverti. Hoc quidem non est ad rem ubi est μακροθυμος, redditurque à nonnullis *longanimis*. Quamquam ut ὑπομονὴ dicit *expectationem*, nihil obstare video quo minus de Deo dicatur.

f Bibl. admonet. 3. 12.

g Hom. 2. in ep. ad Coloss.

h in 1. Pet. 3.

Et multæ misericordiæ.) Sic versu 6. ubi πολυέλεος, & רַב חֶסֶד *rau chesed*, sicut hoc loco. Chaldaicè, *& multiplicia conferens beneficia, & veritatem*; Vel ex versione Nebiensis, *nimius ut faciat benignitatem & veritatem.*

Et verax.) Potuit reddi, *& veritatis* וְאֱמֶת *veemeth*. Sæpius hæc vidimus conjungi misericordiam, & veritatem. Videtur autem, quem dixi, sensus, propensum ad miserendum, benignèq; faciendum Deum longe distare ab hominum ingenio, qui quum sint in promittendo promti facileq; animum illico mutant. Quod si veritatem placeat accipere pro justitia, monet ea quoq; conjugatio, ne quis abutatur misericordia, immemor justitiæ. Ex utroq; homines, ait August. *i*, periclitantur, & sperando, & desperando; & *maledictus omnis, qui peccat in spe*, inquit Bernardus *K*, ex nescio quo Propheta. Considerat Hugo in toto versu septem conditiones tributas Deo, ad captandam benevolentiam ipsius, ut denotet nomen *Domini* potentiam ipsius; *Dei*, bonitatem: *miseratoris*, actum miserendi: *misericordiis*, naturâ miserendi; cetera patientiam, multiplicem effectum misericordiæ, completionem promissorum. Ait præterea Dominum dici respectu servientium: Deum colentium; miseratorem, beneficia recipientium ab illo; misericordem, miserorum, ac miseriam suam fatentium: patientem, peccatorum, quos ad pœnitentiam expectat; multæ misericordiæ, præmium obtinentium: veracem, pœnas reportantium. Item ora-

i Tract. 33. in Johan.

K Serm. 1. in Psal. 90.

tio tota dirigi potest cum Ayguano, vel ad Patrem pro concesso filio, & ad mortem tradito: vel ad filium, qui oblatus est, ac passus, quia voluit, propter nimiam charitatem, misericordiamque, & copiosam redemtionem. *Verax Christus* dicitur, & *fidelis*, *& Verbum* l, & *ipsa veritas* m, & *amen* n.

l Apoc. 19. 11 14.

m Ioan. 14. 6

n Apoc. 1. 14

Vers. 16.) Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Sensus loci

DErivari orat in se decoras illas Dei qualitates, quas proximè potuit, seu earum effecta, ut confirmatus robore pœnitentiæ ac dominii, & principatus ejus ipse humilis servulus, immo verna, & nativum quasi mancipium, referat de hostibus victoriam, & ab illorum liber periculis, liberè in eosdem valeat dominari, & promissum destinatumq; dudum regnum obtinere. Videtur mysticè saltem, flagitare adventum Christi, *qui restituat regnum Israel*, tùm vero domus, ac familiæ David, *& regnet in Domo Jacob in æternum* o, collata per eum toti mundo salute. Vel, orat Patrem Christus, ut cita ipsi servo suo tam indigna passo, resurrectione subveniat, tribuatque omnem potestatem in cœlo & in terra, nec non judiciariam potestatem; & interim conferat salutem filiis ancillæ, nimirum Ecclesiæ. Vult quia miserator, & misericors est Pater, ne, ut ait Arnobius, occisores suos occidat, erga se autem sit verax, promissam tradendo potestatem & peccatoribus indulgentiam.

o Luc. 1. 10.

Respice in me, & miserere mei.) Familiaris Davidi *p* formula & quandoq; quiritans ait; *Domine* q *quando respicies?* Respicere, seu aspicere Dei, est misereri: propterea quum ait David, *respice in me*, subdendo, *& miserere mei*, idem est ac si diceret, *miserere mei.* Aliquando absolutè idipsum significatur, dicendo, *respice in me* r, aut *in filium meum s*: in psalmo 24. *t* utrumque est sicut hic. Indulgens pater adhuc à longe videns redeuntem filium prodigum, *misericordia motus est* *; qui etiam mendici tantum vocem audit, non item ulcera ipsa ejus contemplatur, commiseratione illius tanta non tangitur. Cyrillus Alexandrinus *u* docet, quod respicere Deum, aliquando in mansuetudine & charitate, aliquando in furore, & minis, inspectionem significat. At respicere in aliquem non legi, nisi in bonam partem. Distinguit Hugo his, & sequentibus versus istius ac ejus, qui sequitur verbis, peti à Christo protectionem, liberationem à miseria judiciariam potestatem, liberationem ab inferno, gloriosam resurrectionem. Ad hæc accomodat locum totum ad orationem pro electione boni prælati: nec non pro quovis particulari, ut DEUS respiciendo det illi fidem miserendo spem; per imperium charitatem.

p Ps. 12. 4. ps. 21. 2. Ps. 24. 16. Ps. 84. 10 Ps. 18. 122.

q Ps. 44. 23.

r Ps. 21. 2.

s Luc. 9. 18.

t vers. 16.

* Luc. 15. 20.

u in Abac. 3. num. 46.

Da imperium tuum puero tuo.) Hieron. *da fortitudinem tuam servo tuo.* Alii *robur, vires, potentiam, potestatem.* Hoc ultimum extat in aliis Latinis Psalteriis, & apud August. Arnobium, Cassiodorum, Ambros. *x*: & hoc omnino valet Hebr. nomen cum affixo עֻזִּי *hhuzzecha*: licet κράτος, & istam & *imperii* significationem habeat. Symmachus vertit δὸς ἰσχὺν παράσχου δοῦλόν σου, *da fortitudinem à te servo tuo.* Fabrum & Cœcum Richardus Cenomanus merito vellicat, ausos reprehendere versionem nostram; quasi contra mentem Prophetæ sit, qui Christum introducat poscentem à Patre auxilium, neq; congrueret ei in ista humilitate suprema regni potestas. Immo, quia *oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam* y, non dedecuit petere à Patre, dum pateretur gloriam eadem, quam Pater etiam contulit ei juxta illud, saltem per accommodationem *Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui* z. Idem Ambros., ut nuper admonui, ex hoc loco probavit de Christo prædicari nomen *servi*, quem *puer* hic significat. Nec ita id Veteris Testamenti puto esse, ut quod velle Adrianus Papa I. videtur epistola ad Episcopos Galliciæ & Hispaniarum, non etiam sit usurpata in Novo, possive hujusmodi formula nunc usurpari: Ipse Christus post resurrectionem *Deum suum* nominavit *a*; quo etiam pacto potuit & Dominum nominare. Pueriliter mihi facere videntur *b*, qui in *pueri* voce, ut minorem sonet ætatem, pondus collocantes, observant rectè *puero dato nobis Christo* c, impositum imperium, cui, ut huic ætatulæ contigit, quodlibet etiam leve munusculum gratam accidit. Nec laudabilis admodum digressio in puerum ætate, vel moribus *d*. Melior ac

x 5. de fide c. 4. & ep. 8. edit. Rom.

y Luc. 24. 26

z 1. Reg. 2. 10

a Ioh. 20. 17.

b Dict. tom. 1. concion. 2. de Epiphan.

c Es. a. 9. 6.

d de qua Gravata serm. 184.

receptior tropologia de postulando imperio in corpus, carnem, sensum, seu ut per mansuetudinem possideatur hæc mystica terra, ut beatitudinem illam apud Matthæũ *a* explanat Auctor operis imperfecti *b*, & præterea Bernardus *c*; atq; de possessione per resurrectionem Irenæus *d*, Ambrosius *e*, Chromatius *f*, Hilarius *g*, Hieronym. *h*, Leo *i*. Item, ut deferatur imperium, seu magistratus puero Dei, & filio ancillæ ipsius, ideſt, viro colenti Deum, & observanti matrem Ecclesiam. Lege Hugonem.

Et salvum fac filium ancillæ tuæ.) Sic iterum sese David nominat ps. 115. *k*. Vernam, seu vernaculum & servum natum vocant, quia sequitur partus uterum, & minorem libertatis spem habet. Voluit Propheta se addictissimum Deo servum hac dicendi forma profiteri, jamque inde à progenitoribus & majoribus, dominio ejusdem subjectum ut propterea suo quodam jure salutem à Domino deposcat, ut ait seu Basil. seu Theod. Ambr. *l* docet Christum puerum ac servum Dei dici, in quo matrem habet, & propter nos filius ancillæ factus est secundùm formam hominis. Ait verò etiam *m* hanc Christi gloriam esse: quia servitutem suscepit in corpore suo, ut libertatem omnibus redderet, & servi peccati esse desisteremus. Augustin., Arnobius, & alii hoc loco ancillam, cujus Christus filius est, Mariam interpretantur, quæ ita seipsam humillimè cognominavit *n*. Quid si Christus synagogæ, quæ in servitute generabat, & in Agar præfigurabatur, filius dicatur secundùm carnem? Paganæ quoq; filium, tametsi postea factum Christianum, Augustin. ancillæ hic filium simili mystico sensu exponit, quia idolorum servitus maxima servitus est. Sed honori ducit sibi Christianus servus Dei dici, & Christiana serva & ancilla sicut Agatha gloriosè tyranno respondebat: & Ecclesia tota Dei & Christi vocari solet ancilla. Et servi sumus, & ancilla sumus, ait alibi Augustin. *o*, quia Deus & Dominus, & Domina est. Ancilla sumus, quia Ecclesia sumus, servus, quoniam populus: ille Domina, quia *virtus & sapientia Dei* p: & ancilla magnã dignitatem invenit apud Deum, quoniam uxor facta est; interim tamen sponsa, donec veniat ad amplexus spirituales, ubi securè perfruatur eo, quem dilexit, habens arrham magnã, sanguinem sponsi. Hanc porrò claram Prophetæ illuminationem non audeo tam asseveranter, sicut Ayguan. facit, appellare, quia non solum precognoverint Christi mysteria passionis & resurrectionis. sed etiam hìc prævideri responsionem, quam Virgo Maria erat Angelo datura, dicens, *Ecce* q *ancilla Domini*. Quantam illa sic loquendo humilitatem declaraverit, demonstrant Greg. *r*, Ambr. *s*, Emissenus *t*, aliusve Beda *u*. Nullius quidem, dum orabat Christus ut homo, præter suum meritum fortassis interponebat apud Patrem, ad facilius impetrandum cum sufficientissimum ipsius esset: quin tamen summa illa matris humilitas plurimum valere potuerit dubitari non debet, si eam ille interposuisset. Dum se talis ancillæ filiũ nominavit salvari petens, ideſt, resuscitati sicvoluit commendare potentiam Dei, qui posset jure suo quidquid vellet, facere, quemadmodum quum se Maria ancillam esse respondit, ut observavit Theophylactus *x*. Admonet Augustin. tamen hoc loco ita Christum ancillæ filium, & in forma servi à Patre resuscitatum, ut ipsemet se ipsum quatenus Deus suscitaverit, prout prædixerat sub typo *templi excitandi y*. Addo etiam secundùm naturam humanam sed instrumentaliter, suamet resurrectionis causſam physicam extitisse. Sed hæc de re alibi plura *z*.

a cap. 5. 4.
b Homil. 9.
c Serm. 1. de omnibus sanctis.
d lib. 5. c. 9. c. 5. in Luc.
e in Matt. 5
f ibid.
g ibid.
h ibid.
i Serm. de omnibus sanctis.
k vers. 16. sect. Hebr.
l lib. 5. de fide, cap. 3.
m Epist. 8.
n Luc. 1. 38.
Sensus mysticus.
o in Ps. 122.
p 1. Cor. 1. 24
q Luc. 1. 38.
r 18. Moral. c. 35. & libr. 9. epist. in 61 sin c. 1. in Luc.
t ibid.
u ibid.
x ibid.
y Ioan. 2. 19.
z in Act. c. 1

Vers. 17.) Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.

Sensus loci.

OPtat in fine præclarum aliquod edi favoris divini erga se signum, ut eo viso inimici confundantur, & intelligant frustra illos cuncta contra ipsum conatos, ne ad regnum destinatum perveniret, idve conservaret quũ è contrario per singulare quoddam auxilium, Deus de omni persecutione liberatum consolatus eum fuerit, & in regni gloria collocaverit, atq; confirmaverit. Juxta mysticum sensum de Græcis Didymus *a* illud interpretatur *signum* partus Virginei, quod scripsit Esaias *b*, & fuit toti humano generi in bonum, & ad auxilium atq; consolationem. Ex Latinis Augustin. aliiq; *signum Jonæ* nominant, hoc est, resurrectionis Christi post triduum *c*, & suo deinde tempore etiam nostræ, quando in judicio iniqui confundentur pernicioſe, qui modo confundi nolunt salubriter, & vel sero invitque sese insensatos agnoscent ac pronuntiabunt *d*. Arnobius & Hieron. hi nimirum, quos sic appellitant, exponunt de signo crucis, quo nos munitos adversarię potestates videntes fugiant confuſe, & descendant à nobis, talilq; signo tutati atque ejus præsidio muniti, mereamur ab omnibus diaboli insidiis liberari. Nyssenus *e* interpretatus est eodem pacto locum istum de signo crucis, atq; verus Hieron. *f*, qui ad idem citant ps. 4. *g* & 59. *h* *de signato super nos lumine vultus divini, & data metuentibus significatione, ut fugiant à facie arcus*. Potest quarto Christus totus intelligi, quem petat Propheta venire; quia *natum* Angeli, & *infantem pannis involutum* numina verunt *signum* i, quod attulit quidem gaudium pastoribus k, & Magis *l*, sed *turbavit Herodem, totamque Jerosolymitanam civitatem* m, unde postea tot infantum est cædes *n*: & Simeon id appellavit *signum, cui contradiceretur* o. Quintum signum tropologicè Hugo peti dicit circa Prælati electionem, ut *ostendat Deus, quem elegerit* p, & Pater ostendat *potentem in opere & sermone* q; Filius sapientem, Spiritus sanctus benignum. Addit sextum in quolibet justo, ut ejus justitia, operaque bona improbos etiam salubriter confundant: *Ego, & pueri mei*, ait Esaias *r* in persona Christi, *in signum & portentum Israel à Domino*. Distinguit etiam quinque, quæ Deus circa suos facit, ut *signet Spiritu promissionis sancto* s: demonstret, *ac spectabiles reddat super alios* t: confundat dæmones ac homines impios, quam Michæas *u* vocat *inimicam confusione opertam*: adjuvet contra eosdem, & *consoletur ad molestias perferendas* x.

Postremo ait dæmonem signare suos *charactere bestiæ* y qui est superbia: collocare in tenebris ut liberiùs peccent vacentq; *operibus infructuosis tenebrarum in occulto* z, *caliginem observantes* a: efficere ut odio & invidia persequantur alios, ut Josephum fratres persecuti sunt *b*: *ut propinquos crudeliter abjiciant* c, negentq; auxilium: *ut sine consolatores onerosi* d, neq; consolentur ut decet; unde tandem ipsimet vera privati consolatione desperent, & confundantur. Septimum signum optimum, & quasi tessera, ut loquar Tertullianicè, charitas est, atq; dilectio, qua dignoscendos maximè discipulos suos Christus *e* dixit. Tertull. *f* meminit ejusmodi, vel maximè dilectionis operationem Christianis notam inussisse penes quosdam, quum dicerent: Vide, ut invicem se diligunt; ipsi enim invicem oderunt: & ut pro alterutro mori sint parati. Greg. *g* disputans de signis miraculorum, eisq; merito præferens hoc signum charitatis, ad hunc modum piè loquitur. Unum vero Dominus nobis signum dedit, de quo & vehementer gaudere & electionis gloriam in nobis posſimus agnoscere, dicens *h* *in hoc scietur, quia discipuli mei estis, si dilectionem ad invicem habueri. i*. Quod signum Propheta requirebat, cum diceret: *Fac mecum Domine in signum bonum, &c.* Hieron. *i* interpretari simul hunc locum videtur de signo (ת) *thau*, de quo Ezechiel k, hoc est, de cruce, una cum *sanguine, quo sunt signata demus Hebræorum in Ægypto* l, præterea de signo illo Incarnat. quod Achaz regi datum est *m*; quod promissum, nempe diu ante Esaia, dicit hic deprecari Propheta nostrum, ac de eodem alibi loqui *n*: *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus*: hoc nobis signum, scilicet crucis, ad Patrem ascendentem Dominum dereliquisse, sive in nostris frontibus posuisse, ut liberè diceremus *o*, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Citat prætetea Simeonis prius indicata verba: ite m Christi, qui ipse, inquit signum est, prædicentis *signum filii hominis*, quod est crux ipsius, *apparituram in cœlo* p; hoc deniq; sibi velle quod scribit Esaias *q*, *& erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur*: item *r*, *& ponam in eis signum, &c.* De signi crucis expressione nosse plura si cupis, adi potissimum Gretserum nostrum in opere de cruce *s*, & Jodocum Coccium in thesauro Catholico. *

Fac mecum signum in bonum.) Hieron. *in bonitate*. Inserunt, *Domine fac mecum Domine*, Psalter. Romanum, & Cassiodorus: alibi etiam idem Hieron. *t*, atque Gregor. *u* Legit autem, *in bono*, idem Cassiodorus & Arnobius. Sed εἰς ἀγαθὸν, & לטובה *letovah* requirunt accusandi casum. Sensus est, ut edat Deus signum externum, porrentum, prodigium, quo re ipsa declaret favorem suum, & insigniter benefaciat. Vel, ut præsagitionem quamdam in animum inferat futuræ liberationis, ut bene ominari & augurari possit, ac sibi voti sui felicem exitum polli-

a cit. Agel.
b cap. 7. 14.
c Matt. 12. 40.
d Sap. 1. 4.
e lib. cont. Jud. cap. de confignando
f in c. 66. Esa.
g vers. 7.
h vers. 6.
i Luc. 2. 12.
k ibid.
l Matt. 2. 3.
m ibid.
n ibid. v. 16.
o Luc. 2. 34.
p Act. 1. 24
q Luc. vult. 19
r Cap 8. 9.
s Epheſ. 1. 13
t 1. Par. 17. 17
u cap. 7. 10.
x 2. Cor. 1. 4. 6
y Apocal. 14 16. 17.
z Eph. 5. 12.
a Job. 24. 15.
b Gen. 37. 18 & seq.
c Prov. 11. 17
d Iob. 16. 2.
e Iob. 13. 39.
f Apol. c. 39.
g lib. epiſt. 1 58.
h Iob. 13. 35.
i in Esa. 55. & 66.
k cap. 9. 4.
l Ex. 12. 13.
m Es. 7. 14.
n Ps. 59. 6.
o Ps. 4. 7.
p Mat. 24. 30
q c. 55. v. ult.
r cap 66. 19
s lib. 4.
* Tom. 1. lib. 2. art. 9.
t in c. 55. Esa.
u lib. 9. epiſt. in 58.

polliceri. Hac equidem psofani auctores formula utebantur in precationibus, ut quæ precabantur, eventura sibi certò affirmarent. Exempla Brissonius *a* collegit in Romulo *b*, postulante σημεῖα ἐράνια φαν ἄνω καλά, *signa cœlestia ostendi bona*: in augure, qui Numæ jussu consulebat, petens à Jove, ut ejus signa certa ac clara forent inter eos fines, quos fecerat *c*: in solemni illa prece Virgiliana *d*,

Da Pater augurium,
Et *e*, —— *Sydera cœlo*.
Dextra feras.
Et *f*, —— *Hac omnia fiama*.

nempe quod arsissent comæ innoxia flamma Ascanio *g*, & postea, intonuit lævum, & de cœlo stella lapsa est *h*.

Seù *i*, —— *Dii numine firment*.
Vel *k*, —— *Numina firma*.

Similia refert ex Silio Italico *l*, Valerio Flacco *m*, Marcellino *n*, Cicerone *o*. Adjice sibi ob jam accepta signa gratulantem Ovidium *p*.

Quod precor evenict, sunt certa oracula vatum,
Nam Deus optanti prospera signa dedit.

Item *q*,

Evenient, dedit ipse mihi modo signa futuri
Phœbus, & à læva mœsta volavit avis.

Quando, & quatenus petere à Deo signa liceat, alibi *r* disputavi. Deus ipse *impium Achaz petere jussit* *s*; lege B. Thom. *t*. Quum sub Antiocho *per universam Jerosolymorum civitatẽ viderentur diebus quadraginta per aera equites discurrentes, &c. omnes rogabant in bonum monstra converti* u. Quocirca merito fieri signa in bonum hoc loco postulatur. Est enim, inquit Euthymius, signum in malum, quale quod *posuerat Deus in Cain* x: & Nicephorus Ægyptiacas plagas vocat σημεῖα τοπρα ὀλέθρια, ἐπίπονα, ἀφανιστικα, *signa mala, exitiosa, laboriosa, exterminativa*. At non tam erant hæc signa in malum, aut mali, quam res ipsæ malæ: signum in Cain qualecumque tandem fuerit, sive littera fronti impressa, sive facies torta, & aspectus truculentus, sive assidua motitatio & quassatio corporis cum quadâ vultus ac mentis consternatione, indicebat quidem illius malitiam: at non ita propriè dici debebat in malum, saltem ipsi, quia ceteros monebat, ne insciì peccarent, eum occidendo. Hugo in pronomine (*mecum*) spectat cooperationem Christi circa suam met resurrectionem: quam per signũ hoc loco intelligit, cum aliis. Prius dixi causam principalem cum aliis personis divinis Christum, ut Deus erat, fuisse: instrumentalem præterea secundùm naturam humanam. Versiculi istius partem hanc pro symbolo usurpavisse Pontifices produntur Eugenius III. Innoc. III. Greg. IX. Urban. IV. Innoc. VI. *y*. *Ut videant, qui oderunt me*.) Hebraicè & Græcè non est, *ut*, sed &. Non differt sensus. Apollinarius vero expositi causaliter,

Ὄφρα τεῦ ἀλχυθεῖ ἐν ἀνάρσιοι ἐτορόωντες,
Ut mei confundantur hostes conspicati.

Emphasin habet *videndi* verbum utrovis modo, sive de illis usurpetur, qui adversariorum casum vident, sive de adversariis, qui eorum, quos persequebantur, prosperitatem, quam everterе frustra conati fuerint. Notatum est id frequenter in præcedentibus psalmis. Tale quoque illud *z*, *peccator videbit, & irascetur*.

Et confundantur.) Sæpissimè deprecatur in ps. David in confusionem à se, & ut ea sui afficiantur hostes: & Ecclesia frequentat idem in officio divino, quod me memini aliàs admonuisse. De bona confusione, *quæ adducit gloriam a*, & quam optet Propheta vel Christus improbis, est sensus tropologicus multorum. Malam quoq; in dæmonibus Niceph. affert: ob nobis communicata gratię charismata.

Quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.) Euthym. notat hyperbaton: sicq; evolvit; Videant, qui oderunt me, quod tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me: & sic confundantur veluti devicti ac superati. Quo pacto, inquit, ὅτι non causaliter, sed enuntiativè sumetur. Adjutorium hujus præsertim temporis est: consolatio futuri: in præsenti tamen etiam tempore consolatur nos Deus in omni tribulatione nostra, ut possimus sustinere. Spectatur item adjutorium, ut benefaciamus: consolatio ut mala perferamus: illud, ut necessarias tibi virtutes habeas, hoc, ut alia dona in aliorum utilitatem, quętibi ipsi *spem, gaudium, coronam gloriæ* afferat *ante Dominum* b: primum circa opera præsertim salutі necessaria; secundum circa ea quoq; quæ vocantur supererogationis: vel in iis, quæ pertinent proprio magis modo ad naturam, adjutum se dicit: consolationem cœpisse in illis, quæ ad gratiam: postremo unum assignari potest veteri, alterum testamẽto novo. Appellat Rickel. versiculum istum dulcem, amorosum, blandisonum, & ineffabilem virtutem illius; sed & totum psal. divina dulcedine, sancto fervore, spirituali jucunditate, & admiranda devotione redundare, quem deceat nos cum mentali sapore, cum magna lætitia, cum attentione præcipua decantare.

b 1. *Thess.* 1. 19

PSALMUS OCTOGESIMUS SEXTUS.

1 Filiis Core, Psalmus Cantici.
Fundamenta ejus in montibus sanctis.
2 Diligit Dominus portas Sion super omnia, tabernacula Jacob.
3 Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.
4 Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5 Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus?
6 Dominus narrabit in scripturis Populorum & Principum: horum, qui fuerunt in ea.
7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Filiis Core, Psalmus Cantici.
Fundamenta ejus in montibus sanctis.
Vers. 2.) Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

DE filiis Core, & de psalmo Cantici actum satis aliàs. Nec refert quod Aquila, & Symm. eorumque imitatus Hieron. habeant in genitivo τῶν υἱῶν *filiorum*. Titulus Chaldæus est (*Per manus filiorum Core dictus est hymnus, & canticum fundatum in ore patrum priscorum*. Sed quatuor dictiones ultimæ pertinent ad textum, cum quo sic titulus necti posset: iste psalmus est cantici aut laudationis, cujus fundamenta, Ideſt, argumentum figitur, consistitque, ac versatur circa civitatem constructam in montibus Moria & Sione, ubi templum, ac sanctuarium erectum est. Ita sentiunt Hebræi, ac Hebraizantes, qui D psalmi textum non ordiuntur, nisi à vers. 2. Hi audiendi non sunt contra receptum Ecclesiæ usum, quæ principium inde ducit (*Fundamenta ejus &c.*) Neque ita certum est psalmorum titulos à Davide ipso editos esse. Nihil autem obstat pronomen (*ejus*) ut postea dicemus. Continet psalm. laudem civitatis Jerosolymitanæ supra celebriores alias Urbes; regioneſque quod illius fundamenta, & portæ eximiæ sint, & ad eam confluant undiq; gentes omnes, summa cum lætitia: maxime vero, quoniam abundet insignibus, pietate, & sapientia viris, & quod caput est, eumdem civem habitura videatur, qui conditor ipsius, ac parens est, videlicet Deum, seu Christum, cujus nativitatis monumentum in tabulas descriptionis referatur. Quæ laus ipsa multo excellentius convenit in mysticam Jerusalem tum militantis Ecclesiæ, tum triumphantis. Recitat hunc Ecclesia psalmum in officio de Circumcisione Domini, & B. Virgine, & de Dedicatione. Athan. in tractatu, seu epistola de psalmis ad Marcelinum ait in hoc psalmo agi de Christi Incarnatione, prætereaque de dissidio, quod Catholicæ Ecclesięcum schismatibus est, si quis id cupiat dignoscere

a *lib.* 1. *de formulis p.* 69. & *seq.*
b *Dionys. Halycar.* 11.
c *Livius l.* 1.
Plu. in Num.
d *Æneid.* 3.
c 4. *Æneid.*
f 2. *Æneid.*
g *Ibidem.*
h *Ibidem.*
i 12. *Æneid.*
k 8. *Æneid.*
l *lib.* 4. & 16.
m *lib.* 3.
n *lib.* 23.
o *de divina.*
p 2. *de Ponto eleg.* 1.
q *in Ibid.*
r *in Act. c.* 1.
s *Esa.* 7. 11.
t 2. *q.* 97. *a.* 2.
u *Mat.* 5. 2. 3. 4.
Signum in malũ quid.
x *Gen.* 4. 15.
Quale fuerit signũ in Cain non certo constet.
y *Alphonsus Ciacconus in vita.*
z *Ps.* 111. 10.
a *Eccl.* 4. 25.

& ea confundere. Brevem numero verborum, magnum pondere sententiarum vocat Augustinus psalmum istum ut qui agat de cœlesti Jerusalem, seu civitate spirituali, quæ est Ecclesia, cujus pars militat in terris, pars triumphat in cœlis, & commendatur in isto psalmo, secundùm præsentem statum, & futurum, prout innuunt vocabula psalmi, & Cantici. Laudatus Ecclesia, quòd sit fundata in montibus sanctis rerum, & personarum: prælata Synagogæ: celebrata scripturis utriusque Testamenti: amplificata per omnes gentes, orbemque habens Auctorem suum Dei filium incarnatum: continens legem Evangelicam: proponens pro fine lætitiam felicitatis æternæ. Laudatur item Ecclesiæ ædificium, ut Burgensis distinguit, à fundamentis, portis, & ab aliis partibus, quæ comprehenduntur illis verbis (*gloriosa dicta sunt de te*) quasi nequeant satis exprimi: item à multiplicatione civium ex omni natione: ab ædificatore seu conditore, qui est Deus, & homo: à lætitia inhabitantium in ipsa: à capacitate: quæ tanta est, ut omnes electos lætanter in se recipiat. Nec desunt, qui pro numero septem psalmi versuum, totidem in eo revelationes Davidi factas de Dei gloriosa civitate asserant: nempe, in quibus rebus fundata sit Ecclesia, ideſt, in montibus sanctis: quantopere illam Deus, desponsando naturam humanam sibi per incarnationem, dilexerit magis quam Synagogam: quàm sit futura Ecclesia ampla, complectens Gentiles: quod in ea sit implendum Incarnationis mysterium: quod in ea carnem Deus accepturus sit, eamdem fundaturus, utpote Auctor gratiæ, gloriæ, sacramentorum: quod lex Christi promulganda sit: quod beatitudo sit finis ipsius.

Sensus loci.

Fundamenta ejus, &c.) Civitatem novam in spiritu sub typo Jerusalem meditatur, canitq; firmiter fundandam in fundamentis sanctis, videlicet in fide, pietate, dignitate, potestate, sublimibus Apostolis, atque in altissimis cœlis, quia Beatorum sedes, domicilium q; in supremo cœlorum est, quod appellant Empyreum, & Paulus a, *fundamenta habentem civitatem.* Ut iuiq; ait, portas multas, & munitissimas fore, per quas pateat omnibus additus ex omni gente, ac loco: diligi autem illas portas à Deo, atq; civitatem duplicem maximo, & majore favore, ac beneficiis affici, & ornari, quemadmodum, & Sionem terrenam, sive Jerusalem præ aliis habitaculis Israelitici populi sibi Deus idem delegerat in magis peculiarem, caramq; habitationem, & Hebr. ac Synagogam in populum singulariter dilectum, qui typus tantùm tamen erat Christiani populi, Ecclesiæq; quam absque comparatione longe magis dilexerit. Itaq; possumus hic intelligere, vel civitatem in Sione constructam, vel populum, qui frequentior habitabat; mystice vero Ecclesiam, populumq; Christianum, *qui prodiit initio de Sione, ac Jerusalem* b, & ad Jerusalem novam cœlestemq; matrem electorum destinabatur. Possent item sumi montes, super quibus jacta sunt Ecclesiæ fundamenta, præter Sionem, ille, in quo habitus est longior Christi sermo c, mons Thabor, ubi *transfiguratus est Christus* d, mons Oliveti frequentatus à Christo orationis gratia præsertim postremæ agonialis e, & unde *ascendit in cœlum* f, *Ecclesia fundamentum Christum* nominat Apostolus g, sed & *Apostolos cum Prophetis* h, ac illos in Apocalypsi i. Joannes & Christus ipse *fundatam dixit supra firmam petram* k, *adversus quam porta inferi non prævaleant* l. Gregorius *m* accuratè persequitur comparationem Apostolorum cum fundamentis, quæ hic exprimuntur, & apud Job *n*: in singulari autem numero fundamentum de Christo dici, quia ipse est fundamentum fundamentorum, quippe origo inchoantium, & constantia robustorum. Favet etiam Nicolaus Papa III. in decretalibus *o*. Hoc etiam hic docet Arnobius de unico fundamento fundamentorum, qui & *Rex regum, Dominus dominantium*, Sanctus sanctorum est, ac de pluribus fundamentis aliis. Christiparam adhuc Hugo civitatem hanc esse ostendit in montibus sanctis habentem fundamenta, hoc est, in Patriarchis, Prophetis, Regibus, ex quibus originem traxit *p*. Fundamenti proprietates versibus contentas demonstrat in Christo reperiri.

Sustentat saxis, sine vento, luce, ruina:
Odit aquas, pondus non sentit, forte, latens, stat.

Alias, quæ conveniunt civitati, applicat B. Mariæ.

Rex, præsul, populus, defensio, templa, domus, lex,
Fons, schola, ludus, opes, commercia, pax, cibus arma,

a Hebr. 11. 10

Sensus mysticus.

b Esa. 2. 3. Act. 1. 8.

c Matt. 5. & seq.
d Cap. 17. 2.
e Cap. 26. 39
f Actor. 1. 12
g 1 Cor. 2 10.
h Eph. 2. 20.
i c. 21. 14. 19.
k Mat. 7. 26
l cap. 16. 18.
m 28. Moral. cap. 6. vel 9.
n cap. 38 4.

o de elect. cap. fundamenta.

p Matt. cap. 1. & seq.

Deniq; accommodat ad ordinem religiosum, qui in montibus arduæ conversationis fundatur, *habet q. fundamenta omni lapide q pretioso* virtutum *ornata*. Nugæ sunt Hebr. tempore Messiæ elevandum Sionem montem in altum, transportatis ad eum tribus aliis magnis Sinai, Tabor, Carmeli, quibus imponatur, civitasque supra, tamquam, ut Poeta loquitur, Pelio Ossam r, & Ossæ Olympum, hoc que velle Etaiam s vaticinantem; quod *erit in novissimis diebus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles*. Lege Lyran., Ayguan., Nebiensem.

p Apocal. 21 14. 19. Nugæ Hebræorum.

r Virg. 1 Georg. ubi Pontanus, & Gordanus.

s cap. 1.

Fundamenta ejus.) Hieronymus, *fundamentum ejus*, legit nimirum, ut nunc est יסורם *jesudatho*: alii in plurali יסורהן *jesudotho*. Quum autem pronomen (*ejus*) Hebraicè sit masculinum, ut & Græcè *αὐτῆ*, quod potest neutrum esse, negant nonnulli referri ad Sion, aut ad civitatem, quæ sunt generes fœminini, quod Latini tamen multi dicunt. Quamvis, ut Genebrardus monet, interdum sint quoque masculina Hebræa urbium nomina, generisque mutatio non sit rara in scripturis. Apud Michæam t epithetum Bethelehem masculini generis est יעיר *isabbir*. Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus referunt ad Christum, qui fundamenta sua, ideſt prima fidei dogmata jecit in montibus, h. e. in mentibus Apostolorum. Aliqui ad Deum, qui sibi montes sanctos in quibus urbem suam regiam Jerusalem, templumque fundaret, selegerit. Sic Appollinarius,

t cap. 5. 2.

Οὔρεσιν ἀχράντοισι θεμείλια καλὰ θεοῖο,
Montibus immaculatis fundamenta pulchra Dei.

Jansenius ad populum, quia civitas de qua hic mentio est nihil aliud est quam populus. In Commentario crediti Hieron., vel ad Ecclesiam, vel ad Deum. Postremò, ut prius retuli, quidam ad psalmum, cujus fundamentum jactum sit in montibus sanctis, & agat de Jerusalem, quæ fundata erat in Sion, & Moria, seu in bicipiti monte, velutique bicorni. Probabiles omnes opiniones, verum nulla compellit nos admittere hæc, & sequentia tria vocabula pertinere ad Titulum. Oratio ista abrupta, ut August., Arnobius, & alii Latini docent, indicat Prophetam multa secum antea in silentio parturivisse, & eum clamavisset ad Dominum, erupisse etiam in aures hominum. Exponunt de civitate: tu de aliis quoque quæ attigit, prout libebit. Amantium hoc est, ex abrupto loqui, sesque etiam ab aliis intelligi existimare, ut quum sponsa primis Cantici u verbis postulavit ut *osculetur eam osculo oris sui*, is, cujus non expressit nomen: & Magdalena hortulano dixit, *Domine* x *si tu sustulisti eum &c.* August. alibi expendens relativum absolutè positum, cui non apparet quid respondeat, incertum dicit esse an hoc loco intelligatur Dominus, vel civitas; quia vero pronomen est *αὐτή* neutrius generis, ut ait ipse, colligit intelligere non fundamenta Sion, sed fundamenta Domini, i.e. quæ constituit Dominus, de quo dictum est, *Ædificans Jerusalem Dominus*. Sed quod de differentie generis docet, antea respondi, & hoc loco idem Augustinus interpretatus est civitatem Sion, ut & in Epitaphio Paulæ Hieronymus y. De arcanis fundamenti notionibus legendus Arias Montanus z, pro firmitate in omni negotio, pro consilio, pro Principe, pro Christo.

u Cant. 1.

x Joan. 1. 15.

y Epist. 86

z lib. de arcano serm. cap. 90.

In montibus sanctis.) Aquila, *ἁγιαστῆναι*, *sanctificari*. Paraphrastes mysticè patres priscos *montium sanctorum* vocabulo exponit: alii res alias, de quibus memini. Auctor item operis imperfecti *a* per *montes sanctos* vult designari scripturas Apostol. aut Prophetarum, sicut in alio ps. *b, illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*. Hieron. *c*, eos intelligit, qui in Dei servitute virtutibus profecerunt: præterea *d*, aut Angelos, aut Prophetas, sicut & illos, *in quos levamus oculos, ut inde veniat auxilium nobis* e. Bern. *f*, Angelos cives civitatis, quæ una est in cœlo, & in terra, ex parte peregrinans, ex parte regnans. In omnibus montibus quorumvis ordinum sanctorum civitas, cum qua comparatur Maria, sicut & in ps. 47. *habere fundamenta* dicitur, quasi respectu gratiæ, & sanctitatis illius: imo loco sit aliorum omnis gratia, sanctitasq; Hoc sensu diligere censetur portas sive portam soli perviam Deo, & comprehensibilem ingressum etiam in hanc vitam, & ex eadem egressum plusquam aliorum omnium Sanctorum vitam mortemque de eadem gloriosa prædicantur, & narrantur in scripturis divinis, quæ proponuntur in utilitatem omnium populorum: præcipuum

a hom. 45. & 49.
b Ps. 75. 5.
c in c. 14. Es.
d in c. 1. Micheæ.
e Ps. 120.
f Serm. 53. in Cant.

est

est quod homo, idemque Deus, qui condidit, & fundavit eam, in ea natus est, *& qui creavit, requievit in tabernaculo ipsius* a. *Pulchra* describitur in Cantico b, *suavis, & decora, sicut Jerusalem*, non exterius modo, sed ac præcipuè quidem, interius: tum verò etiam *secundum portas*, ideſt, ob virginei partus decorem. R. Samuel Marrochianus ex Judæo Christianus c, scribit esse publicam Christianorum doctrinam, quod ad fundatam Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse qui est, fundavit eam, ut Maria sit civitas; & homo natus ita appellętur absolutè, non talis, vel talis Israelita, ut intelligatur quod filius Mariæ non fuit unquam in lumbis alicujus hominis. Ad litteram sunt Sion, & Moria, quibus imposita erat civitas Jerosolymitana, præter alios circum eamdem montes. Unde etiam canitur d quod *montes erant in circuitu Jerusalem*. Haud enim procul existebat ad Orientem mons Olivarum: ad Austrum mons offensionis, *ubi Salomon excitavit idolum Chamos* e: ab Occidente ager fullonis, terminatus in montem Geon urbi imminentem: in latere Aquilonari inter Austrum & Ortum mons, in quo tempore Machabæorum castrum constructum est. Immò Judæa tota montana est, & *montana Dominus possedisse* scribitur f, tametsi quædam peculiariter vocabantur *montana Judææ* g. Idcircò Philisthæi, aliæque gentes vicinæ Deum verum à Judæis cultum, nominabant contemtim *Deum montium, & Dominus* h. Algarizam vetustiore vocabulo dictam volunt aliqui i Jerosolymam, hoc est montem excelsissimum. *Civitas Regis magni erat fundata exultatione universæ terræ* k summi nominis famæque apud omnes: abundans sapientissimis, ac sanctissimis principibus, multò magis quam Roma, cujus quot Senatores, tot se vidisse Reges Cyneas Pyrrho retulit reversus ex legatione. *Perfecti decoris gaudium, & exultatio* à Jeremia l nominatur. Verum de his, & aliis dictæ civitatis laudibus egimus hinc inde aliquoties in hoc opere, legique possunt præter Adrichomium, & alios hagitopographos, ac Villalpandum m, Josephus n, Plinius o, Cicero p, Hieron. q: Ut autem typus erat Ecclesiæ, colligimus visibilem, & conspicuam Ecclesiam esse, quam & Christus *supra montem positam* appellavit r. Exaggerat Augustinus s, istam comparationem contra Donatistas, & aliam de *lucerna super candelabrum* t. Non est operta, inquit, Ecclesia, quia non est sub modio, sed super candelabrum; & de illa dictum est, *Non potest civitas abscondi supra montem posita*. Sed Donatistis operta est, quia audiunt tam lucida, & manifesta testimonia, quæ illam toto orbe esse demonstrant, & malunt clausis oculis in montem offendere, quam in eum ascendere, qui quum esset *lapis præcisus de monte sine manibus, crevit & factus est mons ingens, & implevit universam terram* u. Auctor x operis imperfecti hoc idem affirmat de præsenti loco, dum illam tractat similitudinem de civitate supra montem posita. Quod etiam *fundata in montibus*, & *habere portas*, nempè *confortatas seras portarum* y, significat eam esse *firmamentum & columnam veritatis* z. Omitto montes tenebrosos & corruptos, de quibus Hieron. explanans Esaiæ c. 13. cui Propheræ similis hac in re, tum Jeremias capitem 13. tum in 4. Zacharias, per quos montes, licèt mysticè intelligere idololatriæ errores, & legis obscuritatem. Rutilius Benzonus in locupletiore commentario istius psal. c. 5. rationes, ob quas Ecclesia dicatur *fundata in montibus sanctis* numerat 14. quia majestatem quamdam montes præse ferunt idonei sunt ad res promulgandas; magna ex his utilitas capitur: in illis tuta commoratio: bellatores ibi aptiores: illic refugium: iisdem locorum termini designari solent: denotant fœcunditatem ac felicitatem: illuc evocantur alii & congregantur: per eos provinciæ populique disterminantur: ampli sunt, alti, antiqui, rerum in eis gestarum memoria celebris: ornatum ac venustatem orbi afferunt: Dei providentia peculiaris in eis resplendet. Hæc ille fusius, quem dudum jam edito primo tomo, & cum hic secundus jam esset sub prælo, legi. Idem deinceps per aliquot capita demonstrat, qua ratione Mariæ, & Ecclesiæ congruat hæc sententia, cui vacat, evolvat; ut & qui differat ratio fundamenti in Christo, Petro, Apostolis aliis, cuivis justo.

Diligit Dominus portas Sion. Chald. *portas sanctuarii structas in Sion*, vel ex versione Nebiensis, *portas studiorum*; legit enim pro מקדשא *mukdescia* מדרשיא *mataſsis* Scribas, vel legis divinæ peritos, ac tractatores, qui præsertim in sanctuario temploq; differebant. Sic videtur

a Eccl. 24. 12. b. c. 6. 5.

c lib. de adventu Messiæ c. 26.

d Ps. 24. 2.

e 3. Reg. 11. 17.

f Judic. 1. 19.

g Luc. 1. 39. Joseph 5. de bello Judic. cap. 8.

h 2. Reg. 26. 28.

i Villalp. tom. 3. in Ezec. prooem.

k Ps. 47. 3.

l Thr. 2. 15.

m 3. tom. in Ezech.

n 6. ant. c. 3. lib. 7. c. 3. 7. de bello Jud. c. 18.

o lib. 5. c. 14.

p or. pro Flacco.

q Ep. 17. & 126. de tradit. Hebr. in Gen. c. 14. & 33. & de locis Hebr.

r Mat. 5. 13.

s lib. de unitate Eccles. cap. 14.

t Mat. 5. 15.

u Dan. 2. 35.

x hom. 10.

y Ps. 147. 13. secundum Hebr.

z 1. Tim. 3. 15.

A in *bereschith rabba*, ideſt, in expositione magna libri Geneſis, quam citat Galatinus a, declarari: portæ namque speculativæ in sententia vocantur. Quod ad quosvis de jure etiam civili agentes, qui id faciebant in portis, potest applicari. Portas omnes Sion, & Civitatis Jerusalem, sed præsertim, quibus intrabatur in Templum, quod postea ædificatum est in Sion, seu in parte illius Moria, intelligit, de quibus in alio Psalmo b. *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion, quam elegit Deus in habitationem sibi*, dicens c, *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.*

a lib. 4. c. 6.

b Ps. 9. 15.

c Ps. 131. 14.

Mysticè illas, quas prius attigi inter quas iidem Apostoli sunt, qui sicut cum duodecim lapidibus fundamentalibus, ita comparantur in Apocalypsi d, quum totidem portis, & præferuntur omnibus tabernaculis Jacob, ideſt, veteribus Sanctis, ut explanat is, quem vocant Hieron. qui simul interpretatur portas esse virtutes, quemadmodum portas mortis, peccata. Verus autem Hier. e, negat illas materiales portas diligi à Deo, quæ in cineres, & favillas dissolutæ, converiæ sunt. Non dico, ait, prudentibus, sed ne stultis quidem hoc persuaderi potest. Illas addit esse *portas, quibus non prævalet infernus* *, & per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Item fundamenta Judaicæ Sion quam videmus esse destructam, non esse à Domino dilecta; nec quod à Domino dilectum est, destrui potuisse. Multis præterea in aliis locis docet f, juxtà leges tropologiæ (cum allegoria confundit tropologiam) Sion, quæ speculam significat, referri ad Ecclesiam g. Tandem notat h, quatuor modis Sion, & Jerusalem in scripturis sanctis debere intelligi. Uno juxta Judæos, quâ plangit Dominus i, in Evangelio. Secundo, Sanctorum congregationem, qui in pace Domini sunt, & in virtutum specula constituti. Tertio, multitudinem Angelorum, Dominationum, & Potestatum, & omne quod in Dei ministerio constitutum est. Quarto, quam Judæi, & nostri Judrizantes putant auream, atq; gemmatam de cœlestibus ponendam. Secundam acceptionem præsentis loci esse vult, ob rationem ante assignatam, quia primo modo sumta, destructa est. Gregorius k, etiam hinc probat Synagoga reprobata, Ecclesiam electam, & præsentia habitationis Dei illustratam, ut *quia ædificavit Dominus hanc mysticam, Sion, visus sit in gloria sua* l.

d c. 21. 12. & seq.

e Ep. 27. & 127. & in Es. c. 49.

* Mat. 16. 8

f in c. 22. Es.

g ut ps. 2. 6. Ps. 124. 1 Heb 12. 22.

h in Es. c. 49.

i Mat. 23. 37. Luc. 21. 20 24.

k in psal. 53 pœnit.

l Ps. 10. 17.

Cetetum, quia, ut alias monui, solebat jus in portis reddi, ac judicia agitari m, illucq; convenire multitudo, & ibi arma, & munitiones bellicæ collocari, propterea *portarum* nomine merito hìc omnis spiritualis Ecclesiæ supellex, ejusq; custodes, & administratores intelliguntur. Augustæ sunt istæ portæ, sed *angustæ, & pauci intrant per eas* n, hoc est justi o. Simul etiam patentes adeò sunt, ut omnes intrare volentes, invitatosq; ad ipsas capiant. Ipsemet Christus *porta, & ostium est, per quod introire oportet* p, exiens autem ex angustiis Sion, & Synagogæ, *ut sanctificaret populum per sanguinem suum, extra portam illius pati voluit* q. M. Valerius Publicola rei benè gestæ in duobus ingentibus præliis, præmium præter triumphos, accepisse scribitur domum, quam publicè civitas ædificavit ei in Palatio, & cum fores illius sæculi aliæ intro impellerentur in aperiendo, ita illarum ædium solarum fores vestibulares effectas, ut extra rejicerentur, id significando ex hac prærogativa, semper eum de publico usurpare. Tales has portas quas diligit Dominus, possumus affirmare; Unde in publicum commoda deriventur, & quo cuncti absq; discrimine invitentur. Quatuor principales portas enumerat Valentia, Baptismum ad intrandum, pœnitentiam ad redeundum, ordinem ad ascendendum, extremam unctionem ad exeundum: articulos quoq; Symboli duodecim appellat, tum fundamenta, tum portas; & harum portarum clavem fidem. Longè nobilior, celebrior, fortior civitas hæc mystica quam Thecæ hecatompylæ. *Aperuit Libanus portas suas* r, hoc est, templum spontè quando Christus expiravit, ut Tyranus sait; & innuit Josephus t, quod symbolum fuit patefaciendæ omnibus salutis, & aperiendorum cordium ad Evangelii prædicationem: & *quod die ac nocte non clauderentur portæ* (Ecclesiæ) *ut afferretur ad illam fortitudo Gentium, & Reges earum adducerentur* u. Utinam *destructæ non sint, & non lugeant portæ Sion, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem* *, ideſt, qui intra Ecclesiam sint non numero solo, sed simul merito: Cum meritò discedens, *intrabit per portas æternales* x, *ex sapphiro, smaragdoque constructas* y, vel etiam *singulas duodecim ex totidem margaritis* z. Postremò portæ firmitatem innuunt Ecclesiæ, oppositam tabernaculorum Synagogæ mobi-

m Deut. 17. 2 5. 8. c. 21. 19. Ps. 68. 13. P. 116. 5. Amos 5. 10. 12. 13. Zachar. 8. 16 Prov. 13. 21. c. 8. 3. c. 22. 22 c. 24. 7. c. 32. 23. 31.

n Matth. 7. 13. 14.

o Ps. 117. 19.

p Jo. 10. 7 9.

q Hebr. 13. 12

r Zach. 11. 1 ibidem.

t 7. de bello Judæ. c. 2.

u Es. 60. 11. *Thren. 1. 4.

x Ps. 23. 7. 9.

y Tob. 13. 21.

z Apoc. 21. 21

mobilitati: & quod ipse solus introitus in Ecclesiam, prę-
stantior est quibuslibet ornatissimis domiciliis Synagogę.

Super omnia tabernacula Jacob.) Chald. *plusquam omnes domos Ecclesiarum* vel *congregationis domus Jacob.* Synagogas innuit Paraphrastes multis in locis Judæorum excitatas, quibus omnibus anteponatur, pluiq; dirigatur Jerusalem, & Sion, in qua templum erat. Temporalia tabernacula designabant Synagogam mobilem fore, ac transituram, Ecclesiam perpetuò mansuram, *ejusque tabernacula æterna futura, & pulchriora quam quibus benedicit Balaam* a, nisi hæc ipsa nunc prævidit, illa præsertim quæ pertinent ad Ecclesiam triumphantem. Illa tabernacula diligit Deus plusquam ea, quæ sunt Jacob, & hic luctantium, quod videlicet ut ait Bernardus b, in istis etsi quandoq; gaudetur de victoria laboratur tamen in pugna, & plerumq; periclitatur de vita; in illa autem patria nulla prorsus admittitur adversitas, sive tristis, quemadmodum de illa canitur, nimirum in fine psalmi: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Tabernacula* dicuntur quoq; corpora c, & super omnia Virginum aliarum corpora, quæ luctata sunt, sicut Jacob, contra carnem; dilexit Deus Mariæ portas, idest, optimè, sanctissimèq; custoditos sensus & corpus, in quo nulla fuit lucta, & pugna sed extinctus fomes, ut ratiocinatur Hugo. Canit quidem illam Ecclesia cœli ac lucis portam, & fenestram, atque Regis alti januam. Qui loquendi modus, utve appelletur porta Ecclesiæ, legitur apud Ambros. d Hieron. e Augustinum f. Rectè dixeris inaratam portam sine ullo peccato, sine virginitatis corruptione, sine fomite; alludendo ad ritum Etruscum, quo solebat Urbis ædificandæ locus designari sulco, quem facerent vacca tauruſq; conjugati, & in orbem acti; sed relicto portæ loco inarato intactoq; per aratri suspensionem. Ad istam portam omnes confluunt, & per eamdem intrant in gratiam & gloriam: apud illam deciduntur causæ litesq; omnium hæresum, & errorum, ibique *conteruntur*, denique in ipsa *narrantur omnes laudationes Dei* h. *Beatus qui vigilat ad fores istas quotidie & observat ad postes hujus ostii* i. Legi potest Busti serm. 4. in part. 9. Marialis. Nec displicet Rickelii tropologia, *diligi portas Sion à Deo*, idest virtutes, & opera bona hominum contemplativorum, quia speculam significat Sion, *super omnia tabernacula Jacob*, idest, qui quamvis sint etiam in gratia Dei, nondum vitia funditus ejecerunt, sed indigent quotidie contra motus illicitos dimicare, luctari, & supplantare quæ est etymologia nominis *Jacob*.

a Num. 24. 5
b Epist. 11.
c 2 Petr. 1. 2. 14.
d de instit. Virg. c. 7.
e in Ezech. c. 44.
f serm. 2. de assumpt.
g Job. 5. 4.
h Ps. 9. 15.
i Prov. 8. 34.
Tropologia

Splendor gloriæ in ea habitaverit, & ex ea carnem sumere dignatus sit. Damascenus p civitatem, in qua lætantium omnium habitatio est, interpretans de cœlesti, argumentatur, ejus, quæ lætitiæ causa extitisset, atq; incolumem in partu Virginitatem servavisset, incorruptum etiam post mortem corpus servari oportuisse. De eadem cœlesti civitate Basilius q, accepit hunc locum, nec ullius humanæ naturæ esse constitutionem illius, & omnem ordinationem perdiscere, quum illa *neque oculus viderit, neque aures audierint, neque in cor hominis ascenderint quæ præparaverit Deus diligentibus se* r. Idem docet Hieron. s, appellans præterea paradisum, terram viventium; terram divitiarum, & bonorum Dei. Is verò quem credunt Hieron. Auctorem commentarii in psalmos, non de Ecclesia tantum declarat, ut alii plurimi, & cum his Auctor operis imperfecti t, Cyrillus Alexandrinus u, Procopius x, verus Hieron. y, Haimo z, de qua gloriosa dicantur in omnibus Prophetis, ex quibus citat alios psalmos a, & Esaiam b, præterea Christum ipsum c; sed de anima cujusvis, quæ templum Dei potest esse, *& in ea spiritus Dei habitare* d: fundamenta esse dogmata credentis animæ: portas plurimas in quolibet nostrum esse, *quas si aperiamus, intret Dominus & cenet nobiscum* e: civitatem consistere in multis ædificiis virtutum. Apud Augustum f ille qui librum scripsit de spiritu, & anima, tum cœlestem habitationem: de qua multa piè disserit g, tum animam hic esse vult, de qua gloriosa dicta canatur, nempè, quod *ad imaginem, & similitudinem Dei facta* h, & meritò Jerusalem appellari posse, quia ad fruendum visione illius summæ pacis, *quæ fecit utraque unum* i, creata est: cives esse naturales, & ingenitos vigores, tùm superiores intellectuales sensus, tum medios rationales, tùm infimos animales, velut consiliarios, milites, rusticos, artifices q; Manualis item consarcinator ex operibus Augustini k civitatem cœlestem fundatam exultatione universæ terræ, cum epiphonemate pronuntians præsentem locum, affirmat esse, ac de ejus amoribus piè tractat. August. ipse tum hic, tum alibi l, tradit nos cum Sanctis esse unam civitatem Dei, cui dicitur *Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei*, & cujus pars in nobis peregrinatur, & militat, pars in illis sopitulatur, atc triumphat. De Maria Virgine Germanus Constantinopolitanus m, apertissimè contendit verbis his Davidem in spiritu cecinisse, ut de *civitate magni Regis*, atq; manifestissimè, ac sine ulla contradictione ita sentiendum: illam verò superiorem omnibus esse, non domorum excellentia, & altitudine excitatorum ædificiorum, sed divinarum, & sublimium virtutum magnitudine, & puritate, nulli penitus culpæ affinem, in qua qui verè est *Rex Regum, & Dominus dominantium*, habitavit. Ecclesia sic usurpat in officio parvo B. Mariæ; sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te S. Dei genitrix. *Civitatis*, & quidem etiam *Sion* vocabulo appellatur Maria vel *castelli* ab Augustino n, Bernardo o, Gregorio p, Nicomediensi, Alberto q. Quam verò gloriosa de hac dici civitate valeant, indicant adeò multa tamque luculenta illius encomia, & privilegia.

p orat. 2. de Assumpt. B. V.
q hom. 12. in Ps. 45.
r 1. Cor. 2. 9.
s Epist. 129.
t hom. 10.
u 5 in Es. c. 62. in Mich. 1. num. 4. & c. 5. num. 49. & in Zach. 8. num. 19.
x in Es. c. 18.
y in Es. c. 26 & 27. & 31. & 60. & in jerem. c. 31 & in Ezech. c. 40. in Zach. c. 2. 8 & 9 & in Matt. c. 2.
a Ps. 45. Ps. 72.
b c. 27. & 52. sec. 70
c Matth. 5.
d 1. Cor. 3. 16.
e Apoc. 3. 20.
f Tom. 3. ge. 55. & 60.
g Gen. 1. 27.
h Eph. 2. 14.
i c. 17. & 24. in tom. 9.
l 10. de Civit. c. 7.
m orat. in adorat. in nem venerand. Zonæ Deiparæ Virg. c. 1.

Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei.) Magna brevitas integri versus demonstrat non factam exactè metricorum versuum distinctionem, ac divisionem, cujus quoq; rei rationem ignorari docuimus in præfatione. Hebraicè נכבדות מדבר *nichbadoth medubbar bach, glorioſarum rerum* vel *civitatum* (ſupple דבר *davar* verbum) *dictum est*, vel *dicitur in te*, aut *de te*. Non de sola occulta inspiratione, ut Bruno tamen Carthusianus ait, quæ Davidi facta sit; sed etiam de sermone, & quem in aliis psalmis idem scripserit, & alii Prophetæ ante ipsum, & posteà quoque scripturi erant, intelligi hoc debet. Additur in fine סלה *ſelah*, & διάψαλμα, quod vertit, ut solet, Hieronymus, *semper*. Paraphrastes, *in æternum*. Beda id recenset etiam in Catalogo diapsalmatum: quamvis in Latinis, & Græcis Bibliis Complutensibus, Regiis, & aliis, non extet. Quis ejus sit usus, alibi docui. Lyranus, & Ayguanus ex significatione pro perpetuitate, colligunt argumentum contra Judæos, non esse hoc loco sermonem de templo Jerosolymitano, quod jamdudum eversum est. Non arbitror perpetuitatem ea voce denotari: & parum aptè Ayguanus ipsam civitatem cognominatam dicit. *Celab*; quomodo Latinè scribit, ut & Lyranus,

n c. 17. de civit. c. 4.
o ſer. 2. de aſſumpt.
p orat. de obl. Deiparæ in templo.
q in Luc. c. 10.

Vers. 3.) Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei.

Sensus loci.

CONversa oratione per apostrophen, summi affectus, & admirationis indicem, ad civitatem Sion, seu Jerusalem tam benè fundatam, ac tantò tempore à Deo dilectam, ait mirificè, summisque laudibus celebratam scriptis omnibus sacris, & laudationibus omnium hominum, qui vel viderint, vel auditione acceperint quanta sit gloria, dignitas q; ipsius, ut sola mereatur absolutum nomen civitatis Dei, ac Theopolis, quo nihil gloriosius, & honorificentius, *& magni Regis*, ut ipsemet Christus eam appellavit k, quemadmodum etiam vidimus ps. 47. l. Solet id epithetum rei amplæ magnæq; attribui, ut etiam aliàs monuimus, quo item pacto Poetæ Lacedæmona δίαν cognominant. *Magna est gloria domus hujus postrema, plusquam prima* m, *& posita est in superbiam sæculorum, quæ prius derelicta erat & odii habita* n, nempè Gentium Ecclesia. De Christo etiam, & matre ipsius multa gloriosè dicuntur, & prædicantur: multa & de ordine religioso, & de civitate cœlesti, ubi Sancti habitant, qui sunt præcipui mystici præsentis loci sensus. De ultima civitate Bernardus o, exclamat, vocans illius cives Angelos, Deum Patrem templum, Filium ejus splendorem, Spiritum S. charitatem; ò civitas cœlestis, mansio secura, patria fertilis, & ampla, totum continens, quod delectat, populus sine murmure, incolæ quieti, homines nullam indigentiam habentes? Quam gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei! sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quod attinet ad Corpus Christi, nihil excellentius, quam quod *in eo plenitudo Divinitatis habitet*: immò quod ipsemet habitator quum habitaculo suo unum quid in unitate personæ componat. Secundum gloriæ ac dignitatis Christi locum Mater habet, quod

k Matth. 5. 33.
l vers. 2.
m Aggæi 1. 10.
n Es. 60. 15.
o medit. c. 4.

Vers. 4.) Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

Sensus loci. INter ea, quæ de civitate Dei à Deo ipso dicta fuerint, istud ait esse, inducens loquentem Deum ipsum. In Sion civitate agnoscam non solùm Israelitas, populumve habitantem in tabernaculis Jacob, sed illos ipsos, qui antè fuerunt hujusce populi mei acerbiores hostes, nimirum Ægyptios, & Babylonios; ita ut ipsi agnoscant me, colantque in civitate, ac templo meo, qui prius me ignorabant, immò spernebant, & execrabantur. Sed & Philisthæi, Tyrii, Æthiopes, ac ex omni mundi plaga gentes confluent, ac venditabunt hunc venerationis ac religionis caussa, non tantum studio visendi propter externæ gloriæ famam, & celebritatem. Id re ipsa factum ostendimus capite octavo historiæ Apostolicæ, quod attinet ad Gentiles, & capite secundo de omni natione, quæ sub cœlo erat, quod spectat ad Judæos, orbe toto per omnem nationem dispersos. De vocatione cunctarum Gentium ad Ecclesiam longè illustrius est hoc vaticinium, quod ita quoq; ab omnibus Catholicis passim declaratur, ex quibus nonnullos alios præter Enarratores producam, dum singulas partes evolvam, quæ non uno modo mysticè explicantur, Euthymius Christi, Isidorus *a* Patris vocem dicit esse. Sunt tamen etiam *b* qui Prophetam sic loqui censent, si quando commemoravero Rahab, ideſt, Ægyptum, & Babylonem iis, qui harum rerum æquè sunt periti ac ego, aut qui mei noti sunt, ac familiares: item si de Philisthæorum, Tyriorum, Æthiopum gente: ecce illud commemorabo (sequuntur alia in alio versu) *hìc natus est ibi*, insignis nempè quispiam virtute, vel doctrina, numquid non tale aliquid dici de Sion possit, in ea pariter hunc aut illum illustrem hominem natum; non id quidem, sed aliud longè excellentius, videlicet, quod ille ipse natus in ipsa sit, qui eam fundavit, & condidit, nec simplex homo est, sed simul altissimus Deus. In midras hujus loci R. Joses filius R. Simeon dicit insinuari quod nationes afferent munera Regi Messiæ.

a *de vocatione Gent. c. 3.*
b *Agellius.*

Memor ero Rahab.) Hieron. & Isidorus c, *commemorabor superbiæ*. Alii, *recordabor superbiam*, vel *memorabor Ægyptum*, & *Babylonem inter scientes me*, vel, *memor ero Ægyptiorum*. Euthymius per *Rahab* affirmat intelligi Chananæos, quia celebris illa meretrix erat Chananæa *d*. Refert aliam opinionem de Arabia, quam sequitur Nicephorus. Quidam præcisè volunt esse nomen meretricis: Cujus quoq; historiam transferunr ad mysterium vocationis Gentium liberaturum à nostro Josue, qui est Jesus. Præter Latinos Enarratores, & Euthymium, quatenus hìc Chananæos per mulierem illam Chanæam innui docet, disertè ita sentit imitator Græcorum Ambr. *e*, confirmans Christi sententia, quod *meretrices*, & *publicani præcessuri essent Judæos in regno cœlorum f*; item Cyrillus Jerosolymitanus *g* probans inde conciliari Deum pœnitentibus: præterea Nyssenus *h*. Nolo in hoc hærere, quia non arbitror nomen meretricis esse; tametsi concedam Irenæo *i*, & aliis typum Ecclesiæ de Gentibus fuisse, placetq; communior opinio Hebraicè intelligentium, de Ægyptio populo quæ est etiam Hieron. in Esaiam *k*, ubi legimus *l*, *Superbia tantum est, quiescere*, & Hebræum vocabulum idem quod hic רהב *rahau*, exponitq; in Ægyptiis vanum esse auxilium, quia solum haberent regni nomen, & absq; viribus superbiam. Quæ una ratio, inter alias, movet me, ut quod sæpè monui, negem verum esse Hieron. qui sub hoc nomine circumfertur Auctor commentariorum in Psalmos. Eumdem Ægyptium populum superbum significari dicunt Psalmo 88. *m*. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*: & rursum apud Esaiam *n*: *Numquid non tu percussisti superbum?* Paraphrastes Pharaonem interpretatur il is locis, in hoc autem exprimi מצראי *mitsraei Ægyptios*. De eodem Pharaone accipiunt aliqui verba Job *o*. *Prudentia ejus percussit superbum*. Nomen meretricis scribitur per (ה) *cheth* רחב *rachau*, licet Græcè scribatur etiam id quod hìc habemus per (ה) *he* רהב *rahau*, ῥαὰβ, sed qua littere (ת) *cheth*, & (ה) *he* sunt permutabiles, & utrovis modo scribatur id nomen, affinem habet notionem pro superbia, non solum pro turbatione, & latitudine, quæ Ægypto conveniunt, ob planitiem ipsius, & aquam turbidam; nihilq; vetat, quod meretricis illius nomen seri-

c *de vocat. Gentium, c. 3.*
Nomine Rahab intelliguntur Chananæi.
d *Josue. 2.*
e *in Ps. 35.*
f *Matthæi. 21.*
g *Catech. 2.*
h *hom. 2. in Cant.*
i *lib. 4. c. 37.*
k *in c. 30. 1 vers. 7.*
m *vers. 11.*
n *c. 51. 9.*
o *c. 26. 12?*

bitur per (ה) *cheth*, & quoniam veteres Patres adeo multi exposuerunt de meretrice, censeo & nos posse hoc admittere, quamvis nolim brevitati consulens, circa mysterium de eadem extractum immorari, sed ad alios lectorem avidum remittere. Illud vocationi Gentilium peccatorum, & fornicantium circa idola congruit, quod Rachab, seu Raab excepit nuntios Hebræorum, Gentiles eos, qui sunt ex eadem gente missi Prædicatores à Christo quemadmodum & Ninive, quę erat in Babylone, Jonam *p*, cujus conversionem Christus protulit in inexemplum *q*.

p *Jon. 3.*
q *Mat. 12. 41*

Et Babylonis) Paraphrastes priora cum his, & sequentibus vocabulis duobus ita enarrat *commemorantes* (nempè sunt, eruntve, non autem *commemorabo*, ut malè vertit Nebiensis, principium דכרין *dachrin*, laudationes Ægyptiorum, & Babyloniorum his, qui sciunt; ubi pronomen (*te*) est loco pronominis primæ personæ. Et sensus esset Prophetæ in tuamet persona loquentis, quod quas etiam Ægyptii, & Babylonii, alioquin hostes Hebræorum, & invasores glorioſissimæ Civitatis Jerusalem, de illa laudes, vel à veritate compulsi, quam demonstrabant adeo in illam inhiando, celebrabant, ipse enuntiaturus sit suis contribulibus, qui colebant Deum, & conscii erant gloriæ dictæ civitatis. Sed verum sensum ante tradidimus, & quare hic nominata sit Babylon, cum Rahab. Non probo causſam Treveti, ut insinuetur memoria confusionis linguarum, & quod ita venerit in cognitionem Dei. Nullus nexus est istius historiæ cum mente psalmi. Recipio allegoriam præcipuè Augustini de Babylone, ut sit confusionis omnium peccatorum typus, & diaboli civitas opposita civitati Dei, de qua antitheſi opus etiam scripsit sub titulo de Civitate Dei. Omisit Isidorus particulam (*&*) ac inter Gentes non numeravit Rahab, pro qua legit (*superbiam*) & intellexit de superbia Babylonis, *commemorabor superbiæ Babylonis*.

Allegoria.

Scientium me) Hieron. Augustı. Hugo, Cassiodorus, Beda, Isidorus *r*, vetus Psalterium Latinum, & Gallicanum Fabri (id enim quo utitur Ecclesia Ambrosiana non discrepat à nostro) Ambrosius *s*, *scientibus me*: quod etiam Græcè τοῖς γινώσκουσί με. Nescio quam Romanam translationem Franciscus de Puteo intelligat, quæ habet eamdem istam lectionem: Romanum namq; Psalterium hoc in re non differt à nostro. Articulus autem Hebræus (ל) *le* non tantum dativo, sed quandoq; genitivo etiam casui servit. Hugo falsam, & corruptam litteram nostram vocat, quod minimè credi debet. Sensus porrò est, si legas in genitivo, memor ero, ideſt, in recensendis, atq; convocandis in Ecclesiam meam aliis, meminero, & rationem habebo Rahab, nempè Ægyptiorum, & Babylonis, & suggeram Prædicatoribus, quos mittam, memoriam illorum scientium me, hoc est curando, ut sciant me, & audita prædicatione, credant. In dativo similis sententia, nempè, memor ero loquens, aut inspirans scientibus me, & legem, ac Evangelium meum, ut id annuntient, doceantque omnes Gentes, dando mandata scientibus me, ait, Cajetanus, recordabor harum regionum, quæ specialiter subegerunt populum Dei, ut à fortiori intelligantur ceteræ: item & Genebrardus post Hugonem, & Titelmanus explicat, commemorabo, & dicam Apostolis, ac apostolicis viris, ut pergant ad istas Gentes, & Sioni, hoc est Ecclesiæ subjiciant. Qui illud (*scientibus*) referunt non ad Prædicatores, sed ad alios, videntur accipere non ut dativum, sed ablativum; memorero illorum, scientibus me illis, hoc est; dummodo me illi sciant, recipiam intra Ecclesiam, si me scire voluerint, & credere. Confirmant ex alterius psalmi verbis *Prætende t misericordiam tuam scientibus te*, &, *Effunde u, iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt*. Hoc modo præsertim Augustı. & Ambros. exponunt; *Memor ero scientibus me*, ideſt, apud scientes me, seu inter ipsos, ita ut illis annumerentur, quum illis commemorentur, reputentur inter domesticos, & familiares meos, desinant quod prius erant, esse hostes mei ac populi mei. Vatablo placet expositio, & aliis hebraizantibus. Beda, *Memor ero scientibus me*, ideſt, memoriam faciam Rahab, & Babylonis scientibus, & cognoscentibus potentiam, & voluntatem meam, & ideo ædificantibus Sion, ideſt, Ecclesiam, quo pacto Gentes, quarum illæ typus erant, conversæ sint, & ut tales in hoc eodem ædificio Ecclesiæ ponant, Euthymius declarat; ego eos memoria dignos faciam, præclaraque eorum facta fidelibus commemorabo: vel curam eorum habebo, sollicitè cogitans de eis, tamquam pro dilectis fidelibus. Tale videri posset illud de

r *de vocat. Gentium c. 3.*
s *in ps. 35.*
t *Ps. 35. 11.*
u *Ps. 78. 6.*

Magda-

Magdalena *a*, *Ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam ejus*; Idem valet quod explanat Apollinarius;

μνήσομαι ἄντικα φίλων Ῥαὰβ ἅμα, καὶ Βαβυλῶνος,
Memor ero coram amicis Rahab simul, & Babylonis.

Aliter diceres vulgò, honoratam de illis mentionem faciam apud amicos, faciam ut amici illos in amicitiam recipiant. Deniq; efficiam, ut recordentur mei, seu meæ civitatis Sion, incolæ istarum gentium, & intelligant quanto illæ sint ipsa inferiores, nec audeant cum ipsa se componere, sed cupiant inter cives Sion cooptari. Item, meminero istarum Gentium, ut eas aggregem, & subjiciam scientibus me habitatoribus civitatis meæ Sion. Præterea, etiamsi meminisse voluero harum Gentium, nihil ad Sionem meam, multò pluris hanc facio, & quia tantoperè diligo illam, illi adjungam dictas Gentes. Tandem commemorari faciam proli Rahab, & Babylonis gloriam civitatis Sion, ideſt, Ecclesiæ, ut & ipsa sit de scientibus me, atque particeps ejusdem gloriæ. Scepreus exponit perindè, ac si dicat Propheta, *Narrabo scientibus me*, ideſt, pro populo civitatis meæ, ac Israelitico facta per Rahab, quæ olim servavit eumdem populum, & inter Babylonios, quando pueri de fornace liberati sunt, Daniel de lacu leonum, & mirabiliter pastus est, & idolum Baal destructum. Hic dicendi modus minimè probabilis; maximè probabilem initio posui. Psalterium Illyricum habet, *imitantium me*, quæ est scientia practica.

Ecce alienigenæ.) Hieron. & Isidorus *b*, *ecce Palæstina*. Tertullianus *c*, *& ecce allophyli*. Retinuit iste vocem Græcam ἀλλοφυλοι. Particula quoque (&) habetur in textu Græco, quam Pamelius cum negat reperiri in psalmo, intellexit, credo, juxta translationem Latinam usitatam, illam namque Ambrosius *d* etiam legit. Hebræum nomen פלשת *peleseeth* redditur sæpius à LXX. per nomen ἀλλοφυλοι, & psalmo 59. *e*, atque 82. *f*, *alienigenarum* etiam nomen Latinum fuit. Consule illis locis dicta, & in titulo psalmi 55. ubi Latinè retentum est vocabulum *allophyli*. Adversarios suos, inquit Ambrosius *g*, Hebræi allophylos appellabant, hoc est, alienigenas Latino vocabulo, sicut Latini peregrinos, sive hostes. Ceterum particula (*ecce*) novitatem, & admirationem importat, ut Nyssenus *h*, annotat, cui contraria est in Threnis, *i*, admiratio: *Quomodo sedet sola Civitas plena populo?* Cajetanis ait innuere celeritatem conversionis Gentium. Vult Euthymius tamen abundare, ac superfluam esse.

Et Tyrus, & populus Æthiopum. Hieron. & Isidorus; *& Tyrus cum Æthiopia*. Legerunt LXX. non עם *hhim*, quod significat *eum*, sed עם *hham*, quod valet, *populum*, & addiderunt particulam conjungentem. De populis autem istis dictum in aliis psalmis. Omitto notiones istorum & præcedentium vocabulorum, aut etiam mores pravos horum populorum, ex quibus enarratores, morales eliciunt sensus, præsertim Hugo, qui etiam locum totum Deiparæ applicat, & loquentem hic facit: præterea thema dicit esse posse de Magdalena, quæ similis fuit Rahab meretrici, ut de ipsius pœnitentia loqui Dominus videatur, quod longiore ipse oratione tractat.

Hi fuerunt illic. Hieron. & Isidorus, *iste natus est ibi*. Tertullianus, *isti fuerunt illi*. Ambrosius, *hi fuerunt ibi*. Pronomen singulare זה *zeh* pro plurali positum interpretati sunt LXX. per plurale ἕτοι, quasi sit idem quod *iste*, & *iste*. Sceptæus cum Genebrardo ait esse Græcè, ἐγενήθησαν, & hoc præ se ferre Euthymius, referens ex Aquila, & Symmacho ἐτέχθησαν; est tamen ἐγενήθησαν quamvis utroque possit significari *nati sunt*, vel *fuerunt*, & verbo *fuerunt* comprehendi nativitas, quæ interpretatur participio singulari ילד *jullad*, Appollinarius,

κεῖ σ' ἅμα πάντες ἰόντες ὁμήσιον αὐλὴν ἔθεντο,
Illuc simul euntes contubernalem caulam posuerunt.

Neq; placet referri hoc participium singulare præcisè ad Æthiopem, qui proximè nominatus erat, trahi; ad insignem illum *Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum* k qui inter primitias Gentium recenſetur, ut Scepræus asseruit. Potius eo numero, ut notat Cajetanus, denotatur in differentia nascentium per Baptismum, & quod non populus, aut communitas ita nascitur, sed quilibet singillatim. Fuisse dicuntur vel nati illic, ideſt, in Sion, hi omnes enumerati populi, quasi dicas vulgari sermone naturalizati, & civitatis privilegio, perindè, ac si nati essent ibi, donati: mysticè autem, *nati ex Deo* l, *renati, ac regenerati per Baptismum ex aqua, & Spiritu S.* m, *& cives atque domestici, & filii Dei* n, facti intra Ecclesiam. Explicat Ambrosius o, quod ubi sunt scientes Deum, ubi fundamenta in montibus sanctis, ibi & alienigenæ; quia, & ipsi putaverunt credendum esse in Deum. Chaldaicè, *ubi Rex iste generatus est*, vel juxta versionem Nebiensis, *hic Rex unctus est ibi*, vel, ut alii volunt, *magnificatus*. Refert Genebrardus, Titelmanus, Jansenius nonnullos exponere de Christo, aut de Salomone, ut est Christi typus. Ecce Palæstini, Tyrii, Æthiopes accurrent, quia hic Christus, seu Deus, & Dominus, cujus mentio facta est, natus est ibi; & ortus Christi in Sion (nempè propter typum ipsius, quum ipse sit natus in Bethlehem) tantarum rerum origo, causaq; extitit. Expressio mentio de Christo postea fit.

Translatio autem illa duplex Chaldæa convenire generationi sive nativitati spirituali potest, quæ fit in Ecclesia per Sacramentum Baptismi, & Confirmationis etiam, sive Chrismatis, quod est quasi perfectio Baptismi. Crebræ sunt prædictiones Prophetarum de ista Gentium vocatione. Nominatim recensetur ab Esaia *p* Ægyptus, Æthiopia, & Saba, & apud eumdem *q* pollicetur Deus fore ut *deserta, & solitudines, & terra ruinæ angusta sint præ habitatoribus, & dicat in corde suo* (Ecclesia) *quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens transmigrata, & captiva, & istos quis enutrivit? ego destituta, & sola, & isti ubi erant?* Continent magis quæ sequuntur admirationem istam. Ex enumeratione verò Gentium omnium istarum barbarum colligimus veram nobilitatem, non ex genere, sed ex sanctitate esse, & ex filiatione Dei, à quo est omnis paternitas πατριὰ cognatio, familia, tribus. *Non dicat*, ait Deus *r*, *Filius advenæ qui adhæret Domino, dicens, separatione dividet me Dominus à populo suo, &c. quia hæc dicit Dominus, filios advenæ, qui adhærent Domino, ut colant eum, & diligant nomen ejus, ut sint ei in servos, &c. adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ, holocausta eorum, & victimæ placebunt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.* Nemo erubescat apud Deum sanguine: quoniam filiorum Dei generatio *non ex s sanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo*, licèt oderint natos de pellice *t*; tamen *Jephte* filius meretricis *adeptus est repromissiones u*: *insiluit Spiritus Domini in Saul x*, quamvis *esset filius Jemini de minima Tribu Israel, & cognatio ejus novissima inter omnes familias de Tribu Benjamin*, propterea que contemneretur à *filiis Belialy*. Non obfuit Jobo genus profani Esau. *Indocti est malè de progenie alterius loqui z*, quomodo loquebatur de Jesu, appellantes *filium fabri a*. Quamlibet nobilis, claroque genere ut *filius Æthiopis est* coram Deo *b*, *ut Sodomita, & Gomorrhæus, ut c Chananæus, Amorrhæus, Cethæus d*, falsò cognominatus *Judæus in manifesto tantum, non in abscondito, & in spiritu e*. Opera Deus prædicatorum cujuslibet generis gentisq; homines advocat ad se: sed credibile est omnium veluti genitricem, ac matrem spiritualem etiam esse, quæ Dei vera, & carnalis mater extitit: atq; multò melius, & felicius cognominari posse *viventium matrem*, quam Evam *f*: qua de re Albertus *g*. Typus aut symbolum, & signum fuit commendatus traditusve in cruce Joannes Mariæ veluti matri *h*. Nec inverisimile omnia munera gratiæ nobis post Christum concedi per illam tamquam per secundariam mediatricem. Ceterum admirationem habet maximam Gentium conversio tam cita, tam magna, ut Euseb. *i* observavit, citans Esaiam *k*.

Vers. 5.) Numquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.

POstquam Propheta sive in suiipsius, sive in Dei dixit persona, in Sionem civitatem Dei futurum Gentium omnium concursum, & quamdam in ea tamquam in natali solo habitationem, h. e. saltem secundùm mysticum sensum, in Ecclesiam, nunc eadem cum admiratione, & gratulatione per modum interrogationis, ait; Nonne Sioni, nuntiabit seu de Sione dicet aliquis, quod plurimi diversarum nationum homines ibi nati sunt, seseque ad eam adjungunt, idque non alia, quam ipsiusmet Dei ope, ac evocatione, qui quum sit Altissimus, atque potentia superior, & supra omnes

Sensus mysticus.

Chrisma est quasi Baptismi perfectio.

Sensus loci.

a Matt. 26.
b de vocat. Gen. c. 4. & contr. Marcion. c. 3.
c in Ps. 55.
d vers. 10.
e vers. 8.
f in Ps. 55. c. 29.
g hom. 2. in Cant. cap 1.
h Jer. 1.
i Esa. 8. 27.
k Act.
l 1 Joan. 1. 13.
m cap. 3. 5.
n Eph. 2. 20.
o in Ps. 55.
p c. 43. 3.
q c. 49. 19. 21
r Es. 56. 3. 4. 6. 7.
s Jo. 1. 13.
t Jud. 11.
u Heb. 11. 32.
x 1. Reg. 10. & 9. 21.
y c. 10. 27.
z Eccl. 8. 5.
a Mat. 13. 55
b Amos 9. 7.
c Es. 10.
d Ezec. 16. 3.
e Rom. 2. 28. 29.
Apoc. 2. 9.
f Gen. 3. 20.
g de laud. Virg. c. 12.
h Joan. 19. 26
i 1. hist. c. 1. k c. 60. 7 8.

nes homines, deosq; fundavit, condidit, auxit, stabilivit, conservavit adversus cunctos hostium insultus, ut impediri non possit adeò frequens ad dictam civitatem ventitatio, & ad verum Dei cultum conversio. Aliter alii exponunt. Numquid Sioni poterit homo persuadere, h.e. Synagogæ, quod homo sit in ea natus, qui simul est ipsius fundator, Deusq; altissimus, quasi dicat, non poterit persuadere. Vel, numquid Sioni spirituali, quæ est Ecclesia, dicet hoc ipsum homo, ut homo est? non hoc ille dicet: sed Deus in homine, & homo Deus, *ut unigenitus Dei enarrabit.* Juxta lectionem aliam, quæ habet (*mater*) pro (*numquid*) alii traduntur sensus, de quibus postea.

Numquid Sion dicet. Hier. & Isidor. *a*, *ad Sion autem dicetur*, & idem Isidorus *b*, etiam in præsenti, *dicitur*, sicut & alicubi August. *c*, *mater Sion dicit.* Alii, *& de Sion dicetur*, vel, *in gloriam Sion*. Hanc vim habet dativus casus, qui Hebraicè articulo exprimitur cum littera servili in principio, quæ denotat, &, לציון יאמר *ultsion jeamar.* Vertit Aquila κ' τῇ Σιων, *& Sioni.* Symmachus περὶ δὲ Σιὼν λεχθήσεται, *de Sione autem dicetur.* Legerunt. LXT. יאמר *jomer*, activè, hoc est, *dicet*; debetque suppleri (quispiam.) Sed quia (pro *numquid*) quod esset μητι *numquid*, vel μὴ τῇ *num ipsi*, nunc legitur in eorumdem translatione μήτηρ *mater*, nomen *Sioh* est nominativi casus; sensus autem est, mater Sion dicet aliquis, immò hic & hic & plurimi, est nimirum mea, seu nostra, ut explicant Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, Apollinarius, qui carmine sic ait;

Μητέρα τιμήεσσαν ἀνὴρ Σιὼνα καλέσει,
Matrem honorata vir Sionа vocabit.

Regenerat, inquit Eutymius, Ecclesia Christianorum, ac spiritualium dogmata cibo fideles omnes, velut pia mater alit, nihil hac matre suavius, & amabilius iis qui in eam ingrediuntur, eo quod ibi conversatus est secundùm carnem Christus Dominus, qui locum conversationis suæ sanctificavit. Convenit ultima ratio Sionis loco materiali. Explanat hunc quoq; locum Athanasius *d* de Ecclesia per gratiam regenerata, & ex Deo genita. Quem vocant Hieron. in commentario primum docet errore factum, ut pro μήτηρ scriberetur μήτηρ, & erroris causam fuisse, quia sequitur, *& homo natus est in ea.* Deindè, si retineatur ea lectio, explicat prout diximus, quod qui nati fuerint in Ecclesia, illam vocabunt matrem. Postea lectionem, qua utimur, appellans Hebraicam veritatem, declarat, *Quis poterit nuntiare Sion? quis ei poterit nuntiare hominum, quoniam homo nascetur in ea, & ipse salvabit eam?* hoc est, nullus hominum potest ei nuntiare, quia Sion salvetur in homine, qui in ea nascitur. Verus Hieron. quod etiam notavisse video Sixtum Senensem *e*, non diceret translationem nostram istam esse exactè secundùm Hebraicam veritatem. Nam in recitato textu Hebræo nulla est nota interrogationis, quidquid dicat Lindanus *f*, non tamen malè posita est in Latina vulgata editione, quia sensum magis exprimit. Et Paulus Burgensis ex Hebræo Christianus docet admirativè legi debere, quod est perindè ac si legatur cum interrogatione. Ipse autem Hier. *g* hunc etiam locum explicat de Ecclesia, quę *antequam parturiret peperit h*, quia brevissimo tempore coaluit. Osorium non possum approbare, declarantem ita, ut Sion sit nominativi casus, & suscitetur Propheta, prælocutus de populis ad Ecclesiam aggregatis, numquid Sion dicet, hoc est, tanti facinoris laudem sibi impiè ac impudenter tribuet? nullo modo, sed ad illum refert, qui nasci voluit in ea, quam, ut Deus condidit. *Novum planè fecit Dominus super terram, ut fœmina circumdaret virum i*, quod Cyrillus *k* vocat ænigma, ita ut alius Propheta *l* quæreret, *quis ejus enarraret generationem?* & Maria cogitaret qualis esset Angeli salutatio, & quæreret *quomodo fieret quod nuntiabat m*. Rursum legendo, *mater* ut est in omnibus aliis Psalteriis Latinis, itemq; in Arabico, Æthiopico, Illyrico, & apud Arnobium, Augustinum, Tertullianum *n*, Ambrosium *o*, Sotherem Papam *p*, exponit Arnobius, quod ipsa mater Sion dicet, idest Ecclesia, quæ ibi incepit in provincia Hebræorum, id quod sequitur, *& conversa Gentes discent ab ea*, nempè quod homo Adam primus factus sit *ex terra in animam viventem*; nunc alius homo, novissimus Adam natus sit ex Virgine in spiritu vivificantem.

Secunda expositio Augustini, mater Sion mea est, dicet homo Christus secundùm carnem, sed talis homo, qui ipsam, in qua natus est, fundavit, & Altissimus Deus est. Tertia Cassiodori. Sion, idest, Synagoga, quæ mater est Ecclesiæ, dicet, quòd Christus tantùm est homo; sed hìc idem homo in ea natus est Altissimus Deus, eamque fundavit. Quarta Hesychii *q* de Maria, quæ Virgo est, ac mater, & post partum filii, qui ipsam fundavit, & creavit, sigillum Virginitatis in ea permansit. Idem alios antea retuli dixisse de eadem sub nomine *civitatis*. Innuit id etiam Athanasius *r*, & Bernardus *s*. Tunc autem sic exponendum esset: mater Sion dicet homo, idest, homo vocabit matrem in Sion, & in Hebræo populo, & hic homo natus est in ea, seu conceptus, scil. in Maria, & ex ea genitus. Eodem pacto Augustinus *t* quodam sermone prædictum hic ait, quod sibi Christus antequam nasceretur, & uterum de quo nasceretur, & civitatem, in qua nasceretur, & diem, in qua nasceretur, elegit, qui & ipse condiderit quod elegit. Nicetas Choniata *u* hoc testimonium cum aliis profert de prædicta Incarnatione Verbi per Prophetas. Credo LXX. *matrem* legisse habita ratione sententiæ, ob respectum nati ad eam, quæ genuit; Vulgatum numquid, ut exprimeret rem admirabilem, & paradoxam, nempè tantum numerum ad Ecclesiam confluentium: sicut eadem de re scribens Esaias *x*, exclamat interrogando: *Quis audivit umquam tale; & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos, numquid ego qui alios parere facio,* (hic est Altissimus fundator, ut eum vocat Propheta noster) *ipse non pariam*, dicit Dominus? *Si ergo, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?* Comparat ibidem Hieronymus hunc nostrum locum cum illo. Non intelligo quid in mentem venerit Agellio dicere legisse LXX. pro (ו) *vau in* לציון *letsion*, litteram (ה) *he*, quæ denotat interrogationem, ac vertisse, *numquid Sion*; quum adeo constanter extet in omnibus codicibus illorum, & apud tam multos Græcos ac Latinos Auctores μὴ τῇ, *& mater.* Salmeronі *y* etiam non assentior, corruptum locum esse nunc in LXX. quod & Lindanus *z* contendit. In Nysseno *a* Latinè, quia Græcè non licuit, legò, *numquid Sion, &c.* ita ut legisse oporteat μὴ τι, vel μὴ τῇ; explicat verò cessaturam exprobrationem, ut nemo amplius valeat dicere, *Numquid Sioni dicet homo, & homo natus est in ea*, hoc est numquid ibi frequentia hominum est? immò verò est; quia, ut ante dictum est, ibi Rahab, Babylonii, alienigenæ, Tyrii Æthiopes. De particula *numquid* quod sumi possit vel affirmativè, vel negativè, consule Riberam *b* nostrum.

Homo, & homo natus est in ea.) Hieron. & Isidorus *c*, *vir, & vir*, etsi posterior aliquando *d* legat dumtaxat *& vir*. Cetera Latina Psalteria, & Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus habent *factus*: sic etiam est in emendatis Græcis ἐγενήθη, & in translatione Theodotionis, & in V. & VI. editione. At versionem nostram Tertullianus *e* sequitur; licèt quodam *f* etiam loco legat, *factus*, Psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & in multis codicibus Græcis est ἐγενήθη, & ita videntur legisse Athanas. *g*, Basil. Theodoret. Euthym. Nicephorus (hìc ἐγεννήθη exprimit) Apollinarius, cujus est carmen;

Καὶ γὰρ ἀξίωλον κ' ἀληθέα γείνατο φῶτα,
Etenim nobilem, & verum genuit virum.

Priori versu exposuerat, quod qui primo loco ponitur ἀνὴρ in textu, diceret Sioni, mater mea es, & vocaret matrem Sionem.

Μητέρα τιμήεσσαν ἀνὴρ Σιὼνα καλέσει,
Matrem honoratam vir Sionem vocabit.

Nisi dicas ibi suppleviſſe nomen *viri*: hoc autem loco idem geminatum nomen declarasse illis epithetis nobilis, & veri. Illud primum reliqui Enarratores Græcos sequi comperio, ut is ipse homo, qui vocatus esset Sionem matrem, confiteretur quoq; in eadem natum hominem, non simplicem, humilem, ac vilem, sed simul Altissimum, sed Deum, sed fundatorem loci, in quo natus esset, nempè totius Ecclesiæ, intra cujus terminos natus, ut ait Euthymius, & Nicephorus. Etsi quia in Bethlehem natus est, quæ suberat metropoli Sioni, seu Jerusalem, posset hoc modo natus dici in Sione, aut Jerusalem. Vel, quod Athanasius *h*, observavit, *nasci in Sion*, non est prodire primum in lucem, quod accidisse in Bethlehem probat ex Michæa *i*, sed φανεροῦσθαι *manifestari*. Sic non semel nasci

Scri-

a de vocat. Gent. c. 3. b de Nat. Domini c. 6. c serm. 13. de temp. c. 2.

d lib. de human. nat. suscepta.

e 4. Biblioth.

f 3. de opt. genere interpr. c. 13.

g in Es. c. 66. Loci hujus explicatio de Ecclesia.

h Es. 66. 7.

i Jer. 31. 22.

k de fide ad Reginas.

l Es. 53 8.

m Luc. 1 34.

n 4. contra Marcionem c. 13.

o orat. de obitu fratris, & 3. de fide c. 2.

p Epist. 4.

q hom. 1. de S. Deipara.

r Epist. ad Marcellinum.

s Serm. 3. de vigil. Nativ

t Serm. 13. de temp. c. 2.

u 3. Thesau. c. 1. Ratio utriusque lectionis.

x c. 66. 8. 9.

y tome 2. prologo 13.

z 3. de opt. genere interpr. c. 13.

a hom. 2. in Cant.

b in Abdiam num. 30.

c de vocat. Gent. c. 3.

d de Nat. Domini c. 6.

e contr. Praxeam c. 27.

f 4. contra Marcionem c. 13.

g de salute adventu Christi, & Epist. ad Marcellinum, & q. 136. ad Antiochi.

h q. 136. ad Antio.

i c. 5. 2.

Quomodo Christus dici possit natus in Jerusalem.

Nasci in scripturis pro manifestari.

Scripturæ usurpant, ut cum *hodie genitus à Patre Filius*, seu *Christus* ratione resurrectionis dicitur, ut psalmo secundo vidimus. Sionem Ambrosius *a* poni vult pro Judæa, Augustinus, *b* pro populo Dei. Non pauci præterea de Latinis primum nomen *Homo* jungunt verbo, *dicet, Numquid Sioni dicet homo*, aliquis nimirum, vagè & indefinitè, aut etiam multi. Augustinus restringit Lyranus, & Ayguanus ad Joannem Baptistam nomen primum *Hominis*, quia vocatur *homo missus à Deo c*, & prædicavit adventum Christi, *perhibendo testimonium de lumine d*. Quod addit de Christo, quòd in Sione, uti dixi, natus dicatur, plurimorum sententia est, tùm Enarratorum omnium, præter paucos recentiores, tùm aliorum Patrum, quos citavi: licèt Hier. alicubi *e*, exponat etiam de homine regenerato in Ecclesia. Volunt recentiores Hebræa *f* phrasi אישׁ אישׁ *ischve isch* (per *homo*, & *homo*) significari quemlibet hominem multosq; homines, quemadmodum apud Ezechielem *g*, *Homo, & homo de domo Israel*, & apud alios *generatio, & generatio h*, & quos Latinè legimus *i puteos multos*. Hebraicè dicuntur *putei, & putei*. Cajetanus innui vult Hebræum, & Gentilem, qui ad eamdem pertineant Ecclesiam, non ascíti, sed nati in ea per domo regenerationis. Arnobius Adam secundum ex primo regeneratum, vel hunc transeuntem in illum, sicut Origenes, & creditus Hieronymus, atque Chrysostomus *k* hominis exteriorem, & interiorem faciem.

a de obitu fratris.
b 17. de Civit. c. 16.
c Joan. 1. 6.
d ibid. 7.
e in Es. cap. 66.
Phrasis Hebræa, homo & homo, quid significet.
f Ribera etiam in Joel. 2.
g c. 14. 4.
h Ps. 144. 4. Joel. 2. 2.
i Gen. 14. 10.
k hom. 23. in Gen.

Verus profectò sensus, sed alter de Christo merito præferendus propter auctoritatem longè majorem secundùm quam faciliùs est primum nomen (*homo*) jungere verbo (*dicet*) eo quem prius dixi, modo. Nam duriusculè à nonnullis *l*, exponitur (*homo, & homo*) pro magno, insigni, Principe, nec alio exemplo puto probari posse, quamvis טוב טוב *tou tou, bonum bonum* significet *optimum*, & Apollinarius quem recitavi, explanet nobilem, & verum hominem, & Chaldæa paraphrasis, quam postea recitabo, de regibus Davide, & Salomone. Non ita etiam placet exponere cum Lyrano, numquid Sioni dicet homo Christus, & homo idem Christus natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus, ut scilicet suammet Incarnationem prædicet. De Maria sensus accommodatitius est ab Hugone, & Rickelio traditus, quæ Sion dicatur, quia ex Judæis nata, & contemplativa; numquid illa dicet corde & ore de filio suo, homo purus est? quasi verò id creditura sit, omninò non id dicet, ut credet. Tunc loquatur Propheta, & homo natus est in ea, seu vir virtute perfectus, quamvis non mole corporis, *& circumdatus* m *ab ea*, & ipse fundavit eam Altissimus omni genere perfectionis. Sed redeundo ad magis receptam expositionem de Christo, Tertull. *n* videtur legisse, *& homo factus in illa, & Deus homo natus est in ea*, nisi dicas adjecisse ut explanationem suam quod etsi præ se fert contra Marcionem, tamen contra Praxeam sic disertè scribit; sed enim invenimus illum directò, & Deum, & hominem expositum, ipso hoc Psalmo suggerente, quoniam Deus homo natus est in illa, ædificavit eam voluntate Patris. Ambros. *o* vim facit in participio (*factus*) quod alios multos legere monui, pro (*natus*) ut factus Christus dicatur quatenus homo, & secundum corpus, natus, ut Deus, factus ex matre, natus ex Patre. Elaias *p*, quem citat, potius ostendit nullum esse hoc discrimen, *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis*; explicat enim ipsemet Doctor, in puero nomen ætatis esse, in filio plenitudinem divinitatis: constat verò *ætatis* nomen convenire Christo ratione solius humanitatis. Deniq; certum est passim de Christo, ut est homo, dici quod *natus est q*; atque ita etiam profitemur in Symbolo Apostolico, tametsi de eodem ut Deus est, negemus in Constantinopolitano, seu Nicæno, & Athanasio, factum esse, vel creatum, sed gentium. Lege Doctorem Angelicum *r*. Hebræum participium est ילד *jullad natus*, sicut vers. 4. atq; ut ibidem notavi γενηθεὶς, potest idem valere quod γεννηθεὶς. Translatio Chaldæi sic habet; *Proinde Sion dictum est, David est Rex Israelis, & Salomon filius ejus educatus est intra eam*, vel, ut vertit Nebiensis, *& ad Sion dicetur, David Rex, & Salomon filius ejus unctus fuit in ea*. Typicè conveniunt ista. Christo Rupertus *s* subtiliter observat hoc mysterium non posse dici ab homine, idest, à terreno vel Judæo, vel hæretico, &c. Sed hoc dicere, *deorum esse, & omnium filiorum excelsit*: & idcircò hunc esse *thesaurum absconditum in agro u*. Addere potuit, quod Christus interrogavit, *Vos autem, quem me esse dicitis?* quum respondissent discipuli, quid homines dicerent *x*.

Sensus accommodatitius de B. Maria.

l Michaël Ghislerius in Can. c. 3. v. 10. Secundus hoc loco. Bonfrerius ibid.
m Jerem. 31. 22.
n contra Praxeam. c. 27. lib. 4. contra Marcion. c. 13.
o de obitu fratris & 3. de fide c. 2. p c. 9. 6.
Nomen ætatis qua ratione Christo conveniat.
q Mat. 1. 16. 20. c. 21. 2. 4. Luc. 1. 35. c. 2 21. Joh. 18. 27.
r 3. p. q. 17. 2. 6. & 7.
s 1. de glorificatione Trin. cap. 3. t Ps. 81. 6. u Matth. 13. 44.
x Cap. 16. 15.

A *Et ipse fundavit eam Altissimus.*) Hier. & Isidorus, Excelsus, de qua voce dixi Psal. 82. & quo pacto inde Christi divinitas probetur. Respondeant Arriani, ait hoc loco existimatus Hieron. quoniam dicunt Altissimum solum Patrem esse, ecce hic de filio dicitur, *Et ipse fundavit eam Altissimus.* Non dixit, Filius Dei, qui *erat in principio apud Patrem*, sed quid dixit? *Homo natus est in ea; & ipse fundavit eam Altissimus.* Si autem Altissimus dicitur, quantò magis Verbum Dei? sic ille. Nescio undè acceperit Tertull. *y*, quod legit, *Et ædificavit eam voluntate Patris.* Homo corpore, ait Ambros. *z*, Altissimus potestate, qui in ipsa civitate Sion factus est humilimus, inquit Isidorus *a*, ipse est, qui fundavit eam excelsus, eumq; supra se cœli, & Angeli suscipiunt. Fundasse autem, seu confirmasse, stabilisse, ordinasse, sumendo pro futuro, quod Hebraicè est præteritum, dicitur Sionem civitatem, Ecclesiam, matrem suam Mariam, ut constat ex iis, quæ prius tractata sunt. *Virtus Altissimi obumbravit* Mariæ *b*. Christus fundamentum, & fundator fundamentorum est Ecclesiæ, de quibus initio psalmi. Hæc verba paria facit Athanas. *c* cum illis *d*, *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt.* Augustinus *e* Altissimum Deum Christum scribit, antequam in illa civitate, idest, in populo Dei per Mariam fieret B homo: ipse in Patriarchis, & Prophetis fundavit eam; & quod *f* sic fundavit civitatem illam, in qua nasceretur, quomodo creavit matrem, de qua nasceretur. Cancellarius Parisiensis Grevæus *g* piè disputat, quomodo Dominus indicat lubens mansionem suam, sicut cum interrogantibus ubi habitaret, respondit *h*, *venite, & videte*, & quod triplex ipsi mansio est, mundus magnus, mundus parvus, qui est homo, secretior thalamus, & apotheca, qui est Virgo Maria, ejusve uterus, & quo pacto has mansiones fundaverit, sanctificaverit, dedicaverit. De Maria Dei matre accommodatè usurpantur illa verba, quasi ab ipsamet dicta *i*: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.*

y 4. Contra Marcionem. c. 13. & contra Praxeam c. 27.
z de obitu fratris.
a de Nativ. Domini, c. 6.
b Luc. 1. 35.
c Epistola ad Marcellinum.
d Joan. 1. 1.
e 17. de Civ. cap. 16.
f hoc loco.
g Serm. 184. Pia disputatio Grevii.
h Joh. 1. 39. Triplex Christi mansio.
i Eccl. 24. 12.

Vers. 6.) Dominus narrabit in scripturis populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea.

QUod de propaganda tam latè dictum est Ecclesia, & illius conditore atq; fundatore Christo, qui nasceretur visibilis, & cum hominibus conversaretur, sed propter majestatem, dignitatem, & sublimitatem à nullo homine posse comprehendi, aut verbis explicari, ait Dominum ipsum eumdem narraturum id, & notum facturum, tum verò quod attinet ad cives cœlestis civitatis conscriptos, tunc quando cunctos Populos, & Principes ac eximios sanctitate viros in die Judicii, tamquam ex libro numerabit, recensebit, recitabit. *Capillos ipsos suorum numeratos* Christus dixit *k*, *& nomina scripta in cœlis l*, ut observavit Basilius atque Theodoretus. *Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc; Cognovit Dominus, qui sunt ejus m*. Turbam hanc nemo dinumerare potest *n*, quod quum conaretur noster David, deprehendit *super arenam multiplicandos o*.

Sensus loci.

Placet quoq; multis, in quibus Euthymius est, atq; Nicephorus, uc Christus ex divinis Scripturis, quæ ad seipsum, & ad Ecclesiam pertinent, declaraturus, & probaturus sit: appellentur autem Populorum scripturæ, & Principum, quia Judæis, & Principibus eorum velut possessio D propria traditæ, *eratque ipsorum testamentum, & legislatio.* Christus quidem certè in Synagoga Esaiam interpretatus *p* est, crebroq; adhibebat Scripturarum testimonia, & jubebat *eas scrutari, quia testimonium perhiberet de ipso*, & asserebat, *si crederent Moysi, credituros etiam ipsi, quoniam de ipso ille scripsit, q*, &c. Amplectitur etiam Augustinus & alii, Novi Testamenti Scripturas conditas in gratiam populorum à principibus, quos constituit Dominus super omnem terram. Favet Paraphrastis interpretatio (Domine in libro, in quo scriptæ sunt computationes omnium Populorum, hic Rex generatus est ibi, ant juxta Nebiensem, unctus) nempè in libro Genesis, vel Evangelii Matthæi, quod incipit à libro generationis, & Lucæ, qui etiam texit genealogiam Christi, vel in libro prædestinationis. Tertio, alii *r* hoc referunt ad descriptionem orbis ab Imperatore Romano indicendam, in qua censeretur etiam Christus, ut factum narrat Lucas *s*, & Tertullianus *t*, ætate sua custoditum refert censum illum Augusti, testem fidelissimum Dominicæ Nativitatis. Quarto, Galatinus *u* vult has Scripturas populorum esse,

quas

k Luc. 12. 20
l Cap. 12. 7.
m 2. Tim. 2. 19.
n Apoc. 7. 9
o Ps. 138. 18
p 1. Reg. 9. 4
q Luc. 4. 19.
r Job 5. 19. 4
f Agellius. Salmer tom. 3. tract. t Cap. 2. 2.
u 4. contra Marcion.

quas Gentiles, quos ait semper intelligi nomine *populorum* plurali, condiderint, nimirum facti Christiani, de gestis, & miraculis Christi. Quinto, addit sanctas imagines, quæ in templis Christianorum instructionem populorum fieri solent, in quibus miracula Christi tùm lectatorum eius litterarum ignari jugiter legunt, quæ in codicibus sapientes lectitant. Gregorius *a* scribit, quod legentibus Scripturam, hoc idiotis præstare picturam cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt *b*, & quod dum nobis ipsa pictura quasi Scriptura, ad memoriam Filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet, & quod *c* idcircò pictura in Ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Sexto idem Galatinus refert *d* ex R. Jotes filio Simeon in midras thehillim, ac expositione præsentis loci, ex nationibus & populis, qui adducent munera Regi Messiæ: Deum ascripturum eos cum Israel, & tales futuros, ac si nati in illa hora fuissent. Quod nonnulli applicant ad Magos, qui in Christo munera attulerunt *e*. Septimo, declarat Genebrardus, quod in scriptis populorum, in quibus Deus, & Christus olim blasphemabatur, narrabit hæc quæ dicta sunt, hoc est, scripturas, libros, linguas etiam populorum convertet in suam & Ecclesiæ laudem, atque consecrabit sibi. Ultimo, Sixtus antea citatus insinuat Hebræorum expositionem, tantam fore multitudinem populorum in Jerusalem, ut solus Messias, in cujus scientia scriptus est omnium numerus Judæorum, illam dinumerare valeat, utpotè qui natus in ea Urbe sit, ut ibi regnet semper, ac sine fine. Primi duo sensus melioris, ceteri magis accommodatitii, quam litterales, aut etiam commentitii, ut quos de suo Messia tradunt Hebræi.

Nomine Populorum intelliguntur in scripturis Gentiles.

alib. 9. Epist.

lib. 7. Epist. 54.

c ibid. ep 109 In Ecclesiis quare pictura adhibeatur.

d lib. 8. c. 3.

e Christoph. Sanctoritas in Matth. c. 2.

Dominus narrabit.) Hieron. in editione Treveti & Victorii, *numeravit*, licèt in Bibliis Regis extet, *narrabit*. Isidorus aliquando *f*, *narrabit*, interdum, *g numeravit*. In Psalterio Romano, & apud Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, *narravit*. Alii, *recensebit*. Hebræum verbum סָפַר *saphar* has omnes patitur significationes: Διηγεῖσθαι autem non pertinet ad enumerationem, sed narrationem, commemorationem, rei expositionem; quo fit, ut minus probabilis sit tertius sensus de descriptione, & censu: ac etiam primus de enumeratione, si propriè quoque *narrandi* Latinum verbum spectemus. Quamvis verum sit in narratione contineri recensionem ac enumerationem. *Narrandi* verbo Lyranus innui notat, quod Christus nil erat ipse scripturus, sed tamen aliis, qui scriberent, inspiraturus.

f de Vocatione Gentium, cap 3.

g de nat. Domini, c. 6.

Διηγεῖσθαι.

In scripturis populorum. Hieron. *scribens populos*. Isidorus eodem modo alicubi *h*: alibi *i*, *populis*. Gallicanum Psalterium, & Cassiodorus, *scripturas*. Psalterium Romanum, *populorum suorum*. In commentario crediti Hieronymi, & in textu Græco, *in scriptura*, ἐν γραφῇ. V. editio ἐναπογραφῆναι τὴν γεννᾶσθαι, *ut in descriptione nascatur*. Quæ translatio favet nonnihil expositioni tertiæ de descriptione Orbis, sub qua Christus natus est, sicut & Chaldæa paraphrasis, quam citavi prius. Docui autem etiam quas intelligere debeamus scripturas, in quibus Deus narrat, & loquitur, videlicet præcipuè quas appellamus divinas, utriusq; Testamenti. Ex Hebræo בִּכְתָב *bichthon*, reddi potest, vel *in scriptura*, vel *in scribere*, seu *in scribendo*, *cum scriberet*, *cum scripserit*, *&c.* Idem ille Auctor, quem dicunt Hieron. populorum scripturas ait vocari, quia populis omnibus leguntur, hoc est, ut omnes intelligant. Subdit, Plato scripsit in scriptura, sed non scripsit populis, vix enim intelligunt tres homines, &c. Videte quid dicat (explanans verba sequentia) *qui fuerunt*, non qui sunt, ut exceptis Apostolis, quodcumq; aliud postea dicetur, abscindatur, non habeat postea auctoritatem. Quamvis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos, quamvis disertus sit, non habet auctoritatem. Rubertus *k* quod priore dictum est loco, videtur transcripsisse. Duo in his cave; tum ne omnium populorum utilitati propositam scripturam, ab omnibus putes proprio marte ac studio posse intelligi; vel convenire, ut passim lectitetur ab omnibus: tum ne existimes, dummodo Apostolorum doctrinæ contraria non proponant, deesse aliis auctoritatem, qui scribunt de rebus divinis, aut Doctores sancti, aut multò magis Pontifices, quos absque dubio certos nos oportet esse, si quid ad mores communes, fidemq; pertinens definiant, nobis imponere necessitatem recipiendi, & credendi. Sed & parum probabiliter, & Catholicè ali-

h de nativ. Domini, c. 3.

i de vocat. Gent. c. 3. 6.

k lib. 1. de glorific. Trin. c. 1.

Sacra Scriptura non est omnibus legenda.

qui Catholici loquuntur, qui asserunt solam Ecclesiam primam, & propriè Apostolicam consignare, & discernere scripturas Canonicas auctoritate ac judicio suo potuisse. Vel, primitivam illam Ecclesiam in docendis fidei mysteriis majoris gratiæ & auctoritatis, quam quæ nunc est, fuisse, idq; propter Apostolos. Id præsertim docent Durantus *l*, Valdensis *m*, Driego *n*, Gerson *o*. Citat Valdensis locum illum ejus, qui creditur Hieron. appellans commentarium ipsius, minus Breviarium. Eadem semper est, erit q; auctoritas Ecclesiæ, ac planè certum est nonnullos libros longè post ætatem Apostolorum declaratos pro canonicis, de quibus prius ambigebatur, & sic expediret, posse alios pro talibus nunc declarare, qui non habentur pro talibus. Quod verò attinet ad certitudinem fidem, auctoritatem scripturarum, ea sine dubio est à Deo revelante; sed per Ecclesiam quoq; proponentem, ut Augustinus solet docere, dicereq; se scripturæ non creditum, & Evangelio, nisi Ecclesia id præciperet. Qua in re adhuc minus cauté Gerson *p*, locutus videtur: initio Ecclesiæ plus credendum fuisse auctoritati primorum discipulorum, qui noviter, & certitudinaliter à Christo edocti erant, quam Evangelio cuivis antequam esset ab ea receptum vel auctorizatum: sed post approbationem, & auctorizationem quatuor Evangeliorum per dictam Ecclesiam, plus esse credendum Evangelio, quam alteri cuicumq; humanæ auctoritati. Hoc non est verum nisi de auctoritate purè humana: alioquin, ut paullo antè dixi, par est adhuc, erit q; semper auctoritas in Ecclesia definiendi, atq; proponendi quæ oportet, cui pari obligatione teneantur fideles credere, quam qui primis illis temporibus vivebant. Lege Thomam Stapletonũ *q*, & Melchiorem Canum *r*. Dictus toties sub Hieron. nomine Auctor negat solũ recipiendos in canonicam auctoritatem libros alios, quam qui ab Apostolis vel Apostolicis viris conscripti sunt, quod attinet ad libros Novi Testamenti.

l 3. d. 24. q. 1. m Tom. 1. l 2. cap. 20.

n 2. de Eccl. script. & dogmat. c. 3. ad 1. & l. 4. c. 4.

o 3. p de vit. spirit. anima lect. 2. Coral. 7. littera R.

p 1. p. Cons. 5

q 9. de princ. fidei 12. 13 14.

r 2. de locis Theol. c. 7.

Ceterum si quis in dubium ex iis veniat, ut venit sanè aliquando post valdè diu, potest, ut & antea potuit, Ecclesia definire, quamvis nec definiverit, nec definire possit recipi debere, quos reprobavit semel Apostolorum Ecclesia, sive ex Novo, sive ex Vetere quoq; Testamento. Fatendum deniq; necessaria saluti ab Apostolis tùm verbo, tùm scripto tradita, ita ut deinceps nihil novum propositum sit, sed magis declaratum. In quo sensu scripturas illorum licèt appellare populorum, & maximè universales, ac si placet, Catholicas, quod nomen Epistolis aliorum, præter Paulum, Apostolorum, tributum est, ut docui in commentario Epistolarum Joannis & Petri: & huc etiam illud quod Abacuc *s* Prophetæ dictum est, aptari potest; *Scribe visum, & explana eum super tabulas, ut percurrat, qui legerit eum*. De scriptura populorum lege Sixtum Senensem *t*, qui falli videtur, accipiens ut per se distinctum librum ab aliis.

s Cap. 2. 2.

t Lib. 2. Bibliot. c. 6. verbo Populorum scriptura.

Et Principum horum, qui fuerint in ea.) Hieron. & Isidorus *u*, *iste natus est ibi*. Chald. *hic Rex generatus est*; & explicant alii Hebræa זה ילד שם *zeh jullad sciam*, *iste videlicet, insignis vir, natus est ibi*, quem Paraphrastes quidem intelligit Davidem, & Salomonem; sub eo typo Christus intelligi potest natus in Sion, ut prius dixi: quia Bethlehem, ubi & David natus est, erat sub Metropoli Sion, sive Jerusalem. Exponi potest præterea de hoc, & illo, & quolibet nato seu renato in Ecclesia, qui maximo honori, gloriæq; ducet annumerari inter Ecclesiæ filios, & Christi servos. Tale illud apud Esaiam *x*, *Iste dicet, Domini ego sum; & ille vocabit in nomine Jacob, & hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur*, ideſt, cognominabitur, & cognominabit se, & nomen dabit Christo, & computabitur inter Christianos, qui sunt secundùm spiritum, populus Israel, & Jacob. Addunt Hieron. (sed non Isidorus) & alii Hebraizantes, atq; Paraphrastes, propter סֶלָה *selah*, *semper*, vel *in æternum*, quod quidam aliter explicant, ut alias dixi. Græcè est διάψαλμα. Ceterum oportet LXX. ex sequente versu transtulisse huc quod habetur Hebraicè רֹשְׁרִים & legisse cum puncto in sinistro cornu litteræ שׁרים *sarim*, quod significat *Principes*, in dextro enim *cantores* valet. Tum verò iidem interpretes, verso singulari in pluralem numerum, *iste natus est in ea*, per, *isti nati sunt*, vel *fuerunt in ea*, & jungendo utrisque tùm Populis, tùm Principibus, & supplendo relativum pronomen *qui*, ὧν, Hebraicè אשר *ascer*, transtulerunt *Populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea*, quod aliter dicere potuerunt, *ibi*, aut, *illic*: sed innuere magis

u de nat. Domini, c. 6. de voc. Gen. c. 3.

x Cap. 44. 5.

gis voluerunt Civitatem Sion, pronomine illo fœminino. Parum autem refert, quod verterint, *fuerunt*, pro *nati sunt*, quæ est significatio participii singularis ילד *jullad*, prout vidimus versu 4. & 5. in quibus erat idem participium, & in multis codicibus Græcis ἐγεννήθησαν, & ἐγεννήθη, aut priore loco ἐγεννήθησαν, hic participium γεγεννημένων, quod *natos* significat, & transferri potuit, ut legit Augustinus, *facti sunt*. De principibus, qui sint, dictum jam antea, sunt nempè Apostoli, & Apostolici Scriptores sacri.

Extendi etiam potest nomen ad alios Prædicatores, & Prælatos vel insignes sanctitate *a*. *Qui benè præsunt, duplici honore digni sunt*, à Deo autem etiam peculiari modo in vitæ ac remunerationis libro describuntur, & suo tempore narrabuntur atq; recensebuntur. Augustinus factos Principes notat Apostolos in Ecclesia, qui erant prius piscatores, aut publicani: alios item de sæculo conversos Principes ad urbem Romam venientes, non iviſſe ad templum Imperatoris, sed ad memoriam piscatoris: magnam hanc rem esse, magnum gaudium magnam lætitiam, postea venisse & Oratores, sed venturos non fuisse, nisi præcederent piscatores: deinde, *abjecta, infirma, ignobilia mundi Deum elegisse* b, *& suscitasse de terra inopem, de stercore erexisse pauperem, ut collocaret eos cum Principibus populi sui* c, *& constitueret principes super omnem terram* d, *& nimis confortaret principatum eorum* e. Non placet mihi Jacobus Jansonius, *scripturas populorum* esse vulgarium Prophetarum, ut Amos, Oseæ, & similium: *Principum* autem eorum, qui inter eos principem locum tenerent, qualis David, Salomon, Esaias. Satis impropriè Prophetas minùs excellentes, vocat *Populos*: nec si populares vocaret, id ei libenter concederem. Postremo, *Principes* pro Prophetis cantorum Agellius poni putat. Sequenti versu id expendemus. Hic duo disputari possent, quare nihil scribere voluerit Deus, & scripturæ quanta utilitas, præsertim sacræ. Non difficilis responsio, nec nunc est afferenda, ne diutius morer,

a 1. Tim. 5. 17.

b 1. Cor. 1. 27

c Ps. 112. 7. 8

d Ps. 44. 17.

e Ps. 138. 17

Improbata expositio.

Vers. 7.) Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Sensus loci.

LAudat ad extremum, repetita ad ipsam apostrophe, Sionem civitatem, quod licèt civium ejus futura multitudo tanta sit, nullâ tamen discordia, nulla discrepantia, nulla quasi dissonantia, tumultusve inconditus, nulla querimonia, lis, rixa, contentio, nulla mestitia, angor, molestia, sed una habitantium lætissima consociatio, festivissimaq; consuetudo, qualis præ nimio gaudio celebrantium inter se convivia, & choros ducentium, & agitantium tripudia. Hoc quidem spirituale gaudium civibus Ecclesiæ, qui sint tales, non numero solum, sed merito, continget in hac etiam vita, velut proximus post charitatem, *Spiritus Sancti fructus* f, at multò magis absque ulla comparatione hinc ad futuræ statim vitæ, patriamq; translatis cœlestem. Civitas Jerusalem, ejusq; templum, de quibus primò videtur, ac simpliciore sensu Propheta in Psalmo loqui, harum aliarum rerum sunt typus, vel etiam Christi, & corporis ipsius, in quo & tuti, & læti sumus, atque sub ejusdem quasi umbra laudes ei alacriter concinimus. Translationes ex Hebræo alios pariunt explicatus, de quibus mox videro. Ad B. quoque Virginem transfert Ecclesia sententiam istam ita canens, *Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te Sancta Dei genitrix*.

f Gal. 5. 22.

Sicut lætantium omnium habitatio est in te.) Hieron. & *cantores quasi in choris, omnes fontes mei in te*. Sed in editione Fabri & Victorii, *& cantabunt quasi in choris, omnes fertes mei in te*; apud Trevetum, *fontes*. Ubi sine dubio error est legere, *fortes*, sicut Psalmo 41. *g fontem* pro *fortem*. Hebræa enim vox de qua paullo post, nullo modo *fortem* significat, quod notavit etiam idem Trevetus, & postea Titelmanus. Alii, *& cantores, ut tibicines*, vel, *choraules*, vel, *choream ducentes*, vel, *tripudiantes*, vel, *canentes in tibiis*, vel, *parturientes*, vel, *mulieres*, vel, *viscera, omnes fontes mei in te*, vel, *scaturigines*, vel, *modulationes*, vel, *aspectus*, seu, *conjectus oculorum*, sed, *cogitationes ac studia, & contemplationes, & providentia*. Chald. *& dicant cantica in choris, omnes species laudis super sacrificia dicuntur in medio tui*. Aut ex versione Nebiensis, *& dicent cantum cum choris, omnes species laudis super sacrificia dicentur in medio tui*. Explicat Hieron. Trevetus legens, *fortes*, quod populus cantabit quasi in choris, ideſt, communiter & jucundè, sicut quod cantatur à choro, & hoc est, quod cantabunt veluti canticum in Dei prolatum persona; *omnes fortes mei in te*, ideſt, omnes viri, quos ego fortes facio, sunt in te, ò Sion: ego dotavi te, ò Sion, multitudine virorum fortiũ. Admonet nihilominus etiam, ut dixi, secundùm peritos, Hebræum vocabulum non significare *fortes*, sed *fontes*, & esse sensum, omnes fontes mei in te, hoc est, origines omnium bonorum, quæ sunt à me, sunt in te: de omnibus bonis, quę facio hominibus, principalis copia est in te. Quasi diceret: *Ego vena aquarum vivantium, fonsque vivus* h, à me *omne datum optimum, & omne donum perfectum* i. Vel, possunt esse verba ipsiusmet Sion, & Ecclesiæ gratulantis, & gratias agentis Deo. Hebræa sunt hæc, adscribendo huic versui id quod in priore legebamus, *& principum*, ושׂרי כחללים בל מעוני בך *vesciarim chechololim col mahhanai bach*. Ubi, quo antea notavi, prima vox, cui præfigitur littera servilis (ב) *vau*, nota conjunctionis cum sceva, nunc notata puncto in dextro cornu, *cantores* propriè significat, *eosque qui cantant*, vel, *cantantes, qui sunt cantantes*, aut, *erunt cantantes, cantabunt*; quo ultimo modo transtulit Hieron. apud eos, quos retuli. In altera voce primam litteram servilem item cum sceva legit idem Doctor (ב) *beth*, nempè ב *be*, quoniam exposuit per præpositionem *in*: jam verò est *che* indicans, *sicut, quasi, tamquam*: deniq; similitudinem. Quod sequitur חללים *cholelim* pro *tibicinibus*, & aliis idẽ significantibus, multi sumunt; licèt non proferant aliud exemplum. *Tibiam* חליל *chalil* significat, & מחול *machol chorum certum instrumenti musici genus*, seu, *canentium aut instrumentopulsantium cœtum. Choros* Hieron. reddidisse hoc loco dixi, & in quodam scholio Græco recitatur χοροὺς ἀδόντες *& canentes chori*, nempè canentium cœtus. Radix est חלל *chalal*, sed & à חול *chol* possunt חוללים *cholelim* in conjugatione piel exponi, *saltantes*, seu, *tripudiantes*. atq; etiam *parturientes*, aut, *parturire facientes* quam ultimam noti, nem vidimus Psal. 28. *k Vox Domini præparantis cervos* יחולל *jecholel* in futuro. Alienior est à vulgata nostra translatione, & à ceteris omnibus hæc postrema acceptio, quam solus, quod sciam, sequitur Cajetanus, tametsi non abhorreant sensus à præcedentibus in toto ferè Psalmo, de propagandis civibus Sion, ideſt, Ecclesiæ. Huc referens nomen præcedentis versus, sed interpretans *Principes*, quemadmodum editio nostra vulgata, & sententiam totam sic transferens, *& Principes sicut parturientes*, videlicet *erunt*, explicat quod principes Ecclesiæ, Apostoli, & alii similes, tanta erunt sanctitate præditi, ut quod de seipso scripsit Paulus *l*, alios parturiant, *donec formetur in eis Christus*.

g vers. 2.

h Jerem. 2. 13 cap. 17. 13. i Jacob. 1. 17.

k vers. 3.

l Galat. 4. 19

Propiùs accedit aliorum interpretatio ad sensum editionis nostræ, ut *parturientes* pro mulieribus, quarum est parturire, accipiendo, sit sensus, quod cantores sicut mulieres, ideſt, tam viri, quam mulieres, laudent civitatem Sion, & Ecclesiam, aut adeò suaviter, quam solent mulieres. Plures ex Hebræo convertunt, *sicut tibicines*, aut quid tale, declarantque tam facilè inveniendos in Sion, seu in Jerusalem, & in Ecclesia præcones divinarum laudum, quam in aliis regionibus reperiuntur tibicines, quos חוללים *cholelim* vocatos volunt, quasi prophanos, & publicis atq; profanis lætitiis servientes; quia est etiam חלל *chalal* profanari. Concordat ista plurium Hebraizantium explanatio cum translatione nostra, *sicut lætantium* quemadmodum, & quod ex Paraphraste retuli de dicentibus Cantica, vel cantum in choris, aut cum choris. Nam *lætantes* omnia ista comprehendunt, & εὐφραινόμενοι, quos etiam vocare possis *epulantes*, prout alibi * transfert interpres Latinus. Legit Augustinus *tamquam jucundatorum omnium*. Psalterium Romanum, Arnobius, Cassiodorus, *sicut lætantium omnium nostrum*. Gallicanum Psalterium, *sicut lætantibus omnibus nobis*. Aliud nomen quod facit difficultatem, est מעוני *mahhianai*, ante quod est בל *chol* significans *omnes*. Legerunt, qui *fontes* vertunt hoc modo à singulari מעין *mahhian*, quod extat in Psal. 113. *m*. *Qui convertit rupem in fontes aquarum*. Hebraicè cum paragogico redundante, & in singulari למעינו *lamahhiano*, & radix est עין *hhain oculus & fons*. Ut autem significat *oculum*, alii exponunt nomen hujus loci *aspectus, cogitationes*, & his synonyma, ita ut significare velit David, ut R. Kimhi docet, omnes aspectus spei suæ, cogitationes, studia collocata, sive in Deum, sive in civitatem Sionem. Hoc sibi volunt, qui *viscera* verti putant posse *n*, sed tunc esset מעים *mehhaim*. Idem est si

fontes

* Psal. 67.

m vers. 8.

n Blasius Vargas in Apoc. c. 9. Comment. 2. Sect. 4. n. 5.

fontes dicas, quasique venas ingenii, ita ut Poeta jubeat ita cani de Sione per apostrophen, sicut alii prophani poetæ carminibus se suis aliquem celebraturos profitentur. Eodemque spectat notio pro *modulationibus*, sed à themete ענה *hhanah*, quod inter alia multa significat *canere*; tametsi inde derivati nominis in hac significatione nullum reperiam exemplum, nisi facta nonnulla literarum permutabilium mutatione, dicas מענה *mahhaneh*, *responsionis* nomen, *reciprocum* quoque *carmen*, atque *modulationem* significare posse. Non sunt hæc tam violenta, & inepta, quam esse Genebrardus contendit. Melius, & aptius quod secundo loco nuper ex Treveto retuli. Nec spernendi, qui *fontes* pro perenni sumunt successione canentium laudes Dei ore, instrumentoque musico ex Levitico genere, & in Ecclesia, his ipsis modis, & per prædicationem *a*. Paraphrastes, quem citavi, visus est in fontibus fluentem veluti hymnum, carmenque intellexisse. Placet id maximè Agellio, & confirmat ex Esaia *b*, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in illa die, Confitemini Domino, &c.* ideſt, carmine perpetuo Deum de accepta salute laudabitis. Profert præterea ex Cantico Deboræ *c*, quod Hebraicè legitur מקול מחצצים בין משאבים *mikkol mechatsesim ben masabim*; Græcè vertitur in emendatis Bibliis ἀπὸ φωνῆς ἀναχρουομένων ἀνὰ μέσον ὑδρευομένων: quod in aliis est φωνὴ ἀναχρουομένων ἀνὰ μέσον εὐφραινομένων, ab Interprete nostro, *ubi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus*: Sed ad verbum Hebræa sic reddenda essent, *à voce dividentium inter haurientes*; Græca, *à voce præcinentium*, aut, *pulsantium instrumenta musica inter aquantes*, seu, *haurientes aquam*, quos alia versio Græca vocat εὐφραινομένους *lætantes*. Unde colligit, figuratè loquendo idem esse haurire, quod canere, ac idcircò nil mirum esse, si *fons*, ex quo haurit præcentor, dicatur carmen, quod repetunt haurientes: præcentores autem esse, qui paullò ante vocati sunt Principes, quemadmodum, & Psalmus 67. *d*, *Prævenerunt Principes conjuncti psallentibus*: tandem hos hìc dici similes lætantibus, ideſt, *vineam* recens *plantatam* primum vindemiantibus magno cum lusu, & lætitia *e*; & id maximè convenire templo Christiano, ad quod confluunt populi, & incipientibus principibus ac præpositis Ecclesiæ, resonare quoque illos in Dei laudes, illo vino ex Christi vita hausto, quod *lætificat cor hominis* f; atque carmen Eucharistiæ concrepare, *dum illud vitis genimen novum bibit in Regno Patris sui* g. Possemus id confirmare ex profanæ formulis poeseos, in qua musæ, nymphæ, lymphæ ab aquis, & fontibus denominatæ, carminibus præesse dicuntur, & de Homero Manilius cecinit *h*,

> —— *Cujus de gurgite vivo*
> *Omnis posteritas latices in carmina duxit.*
> *Amnemque in tenues ausa est deducere rivos,*
> *Unius fœcunda bonis.*

Sed negari non potest subtilem alioqui Agellii explanationem, non æque solidam esse. Nullus profectò umquam dixit haurire aquas de fontibus Salvatoris, esse carmine perpetuo DEUM laudare de accepta salute, sed ipsam haustionem omnes volunt ad aquam salutis pertinere; non autem ad fontem, venamve laudatorii carminis. Cantici quoque Deboræ sensus est etiam juxta lectionem Hebræam, & Græcam, post victoriam tantam populo allatam securitatem, libertatem, otia, ut ubique narrari possent justitiæ Domini, & clementia in sortes Israel, descendi ad portas, & obtinere principatus. Causſam autem fuisse, quia vox dividentium, seu jaculatorum strepitus, qui erat impedimento, cessavit, & quotquot egrediabantur ad auriendam aquam, quum liberrime id facerent, poterant Deum laudare, qui efferat, ut sine timore habitari posset in villis. Interpres hujus effectus causſam expressit, *ubi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus*. Postremò, lætantes de vindemiatoribus præcisè interpretari nulla subest causſa. At non dubito legisse LXX. non מעיני *mahhianai*, sed מעין *mahhon* sine (י) *jod* in fine, vel, silegerunt illud aliud nomen, ut nunc est, permutatum fuisse medium (י) *cholem* in (י) *jod*, & prætermisse eosdem interpretes affixum pronomen, quod indicat ultimum (י) & lectum מעין *mahhon*, quod absque controversia significat *domum*, *præaltam*, *munitam habitationem*, & aliquando propriè *Templum* i. Fortassis inde Galli mutati sunt vo-

a Agellius refert.

b cap. 12. 3.

c Judic. 5. 11.

d vers. 26.

e Deut. 20. 6

f Psal. 103. 15.

g Matth. 26. 29.

h 2. Astron.

i 2. Reg. 2. 29

Fons quomodo dicatur carmen.

per fontes quid intelligatur.

A cem *maison*, Hispani *meson*, (sed hi pro taberna, & domo peregrinorum) Itali *maggione*.

Ex dictis paullò quam putaram fusius, sed tamen forsitan quam quis existimet utilius, facilè percipitur, quam feliciter sententiam Interpretes LXX. expresserint. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. Nam ceteræ demum omnes ex Hebræo aut Chaldæo expositiones eodem collimant, ut doceant magnitudinem lætitiæ in civitate Sion, & præsertim in Templo. Quare particula sicut, ὡς כ *che*, non minuit, sed potius rei veritatem declarat, quemadmodum ab Hugone animadversum est, & ab Ayguano. Euthymius verò, & Nicephorus ajunt, ὡς idem valere, quod ὄντως *verè*, quod tamen non congruit dictæ Hebrææ particulæ כן *chen*, ut omnium, qui habitent ibi, qui non sunt omnes, sed multi, ut notat idem Euthymius (quamvis omnes, qui ibi, inquam, habitant) lætitia sit quanta maxima dici potest, & quantam qui lætantur maximè percipiunt, nec satis mente concipi aut explicari verbis queat. Quod si ad spirituale transferamus gaudium, præcipuè beatorum, verè id vocat Petrus *inenarrabile* k, & appellare possumus lætantium omnium lætitiam, ideſt, omnium cumulum lætitiarum, ut nullus ulla de causſa lætetur in hoc mundo, ut non magis beatus honesta lætitia, & divina. Quamvis nomen *omnium* hoc loco non arbitrer cum participio lætantium jungi debere, Hebraicè namque præponi deberet, non postponi, ut fit; sed significari, quod omnium habitatio erit sicut lætantium. Ibi habitatio vera, & firma, hìc incolatus, & peregrinatio. In peregrinatione ista conterimur, ait Augustinus, in habitatione peribit labor, & gemitus, transeunt Orationes, succedunt laudationes; non erit gemitus desiderantium, sed lætitia perfruentium; & totum negotium nostrum non erit nisi laudare Deum, & frui Deo; erimusque hoc uno beati otioso negotio; denique tamquam, inquit, seu, sicut jucundatorum, aut lætantium habitatio dicitur, quia talis ibi erit jucunditas, qualem hìc non novimus, *nec in cor hominis ascendit* l. Excurrit ille, ut solet, in commendationem patriæ cœlestis, & affectum piissimum erga eamdem. Creditus C Hieronymus notat in particula (*sicut*) quod in hoc sæculo non est certa, sed quasi lætitia, quia nec perfecta lætitia, ideoque in alio etiam Ps. *m* dici, *facti sumus sicut consolati*. Esaias *n* refert Deum dicentem: *Ecce ego creo Jerusalem exultationem, & populum ejus gaudium, exultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea ultra vox fletus, & vox clamoris*. Ipsamet civitas cœlestiis in abstracto gaudium, & exultatio est, immo Dominus ipse *gaudium* illius est, *in quod servi boni, & fideles intrant, & hoc gaudium nemo tollet ab eis* o; *quia illos nemo rapere potest de manu Domini sui* p. Rursum ipsemet Esaias *q*, *Consolabitur*, ait, *Dominus Sion, gaudium, & lætitia invenietur in ea, &c. Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus*. Interim lætantur, *gaudentque in Domino justi semper* r, *speque gaudentes sunt* s, *& secura mens, bonave conscientia, quasi juge convivium illis est* t, etiamsi lugeant, plorent, fleant, contristentur, *persecutionem patiantur* u, *donec abstergat Deus omnem lacrymam ab oculis eorum*, omnem auferendo luctum ac dolorem *x*. Gaudium nunc est ob remissionem peccatorum, cum Deo reconciliationem, regenerationem ac adoptionem in filios Dei, pacem conscientiæ, similitudinem cum Christo in tolerandis tribulationibus, spem æternæ vitæ.

De B. Virgine, quod in ea, & ad eam confugientium sit lætitia Hugo demonstrat, probatque testimonio Ecclesiæ cantantis, ut jam non semel retuli; *Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te S. Dei genetrix*, & quoniam illi melius quàm Judith *y*, convenit, ut cognomineturg *loria Jerusalem, lætitia Israel, honorificentia populi*. Quemadmodum Deus, ut paullo ante dixi, vocatur abstractè gaudium nostrum, quia *adimplet beatos lætitia cum vultu suo* z, & efficiens causſa est non objectiva tantum, ejusdem lætitiæ, gaudiique; ita quodammodo Deipara dici lætitia *, & gaudium nostrum potest, quia consequendæ nobis beatitudini merita ipsius, & interceſſio plurimum conferunt, & non exigua pars accidentariæ beatitudinis erit, oculis corporis illam cernere. In illa juxta translationes aliàs, licèt affirmare omnes gratiarum fontes fuisse, omnes item cogitationes Dei, quia quidquid cogitabat Deus, aut ad Deũ spectans, & relatum erat: ipsa etiam Dei viscera, quo-

k 1. Epist. 1. 8

l 1. Cor. 2. 9.

m Psal. 125.

n cap. 65. 18. 19.

o Matt. 25. 22. 23.

p Job. 16. 22.

q cap. 51. 3.

r 1. 31. 3. 12

s Psal. 31. 11.

Phil. 4. 4.

t Rom. 12. 12.

u Pro. 15. 15.

x Matt. 5. 4.

Joh. 16. 23. 2. Tim. 3. 11.

y Apoc. 7. 19.

z cap. 15. 10.

* Psal. 15. 10

Gaudii beatorum causſa est efficiens non objectiva tantũ Deus

niam unice amabat Deum, amabaturque ab ipso, & suis A viscéribus viscera Dei, hoc est, Filium illius continuit. Sed & Cantores quasi in choris de eadem possumus interpretari, continentes inter se virtutes omnes, ac nihil sibi ut in aliis contigit Sanctis, ab hostium timentes incursibus, sed quasi depositis armis, pæana cantantes in laudem Dei; quos in pacifica sua *Sulamite* pacificus item Salomon sponsus *choros castrorum se vidisse* cecinit *a*. a Cant. 7. 1.

PSALMUS
OCTOGESIMUS SEPTIMUS.

Canticum Psalmi.

1. Filiis Core, in finem, pro Mahelet ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

2. DOmine Deus salutis meæ: in die clamavi, & nocte coram te.
3. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:
4. Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.
5. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adjutorio.
6. Inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
7. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in umbra mortis.
8. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.
9. Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, & non egrediebar: 10. Oculi mei languerunt præ inopia.
Clamavi ad te, Domine, tota die; expandi ad te manus meas:
11. Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
12. Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?
13. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & justitia tua in terra oblivionis?
14. Et ego ad te, Domine, clamavi: & mane oratio mea præveniet te.
15. Ut quid Domine repellis orationem meam: avertis faciem tuam à me?
16. Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.
17. In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbaverunt me.
18. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
19. Elongasti à me amicum, & proximum: & notos meos à miseria.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

Sensus lect.

Titulus incognitus.

EGent in titulo declaratione, *pro Maheleth*, & *ad respondendum*, & *Eman Ezrahitæ*, quia de reliquis dictum aliàs. R. Kimhi fatetur incognitum esse titulum istum. Conandum nobis tamen quam verisimillima proferre. *Maheleth* scribunt alii absque aspiratione *Maeleth*, quomodo & Græci μαελὲθ, sed Hebraicè est מחלת *Machalath*. In Psalmi tamen 52. titulo, ubi est eadem vox Hebræa & Græca, Latina est *Maeleth*. Inde petenda, quæ huc spectant. Utrobique variant eodem ferè modo interpretationes. Conveniunt plures de Græcis, atque Hieronymus, ut significet *chorum*, vel *choream*, vel *tribudium*. Chorum quoque Latini alii exponunt Augustinus, Cassiodorus, Bruno uterque, Haymo, Hugo, & alii: sed legunt *Melech*. Remigius autem *Maeleth*, Rickelius *Maheleth*: & in textu ejus, qui notatur nomine Hieronymi Auctor commentarii, *Mahalath*, quæ terminatio propius accedit ad Hebræam. In Arnobio est *Maleth*, quod interpretatur *destituram*, sicut *Eman pauperem*. Agellius, qui Psalm. 52. corruptam sine dubio lectionem secutus fuerat *Amalech* & nihil eo loci dixerat, hìc *Maheleth* refert *infirmitatem* significare, vel quia populus in captivitate tamquam infirmus esset, & in isto Psalmo medici opem quæreret; vel quod animo, corpore cantoris ægrè esset, multaque sint hìc, quæ conveniant ægrotanti. Meminit aliarum opinionem de modulo cantilenæ inchoatæ à Maheleth, ad cujus instar Psalmus iste cani deberet; de instrumento musico sic appellato, quod interdum vocant LXX. *chorum* (id Genebrardus, quia significat *infirmitatem*, lugubribus accommodatum dicit, quæ ratio non valde congruit titulo Psalmi 52.) de choro, ut significat *cœtum ludentium*, aut, *canentium*. Placet judicium ipsius, ut sit ultima sententia melior, quia Symmachus vertit διὰ χορῶν, *per chorum*, vel δίχορον, *duplicis chori*. Aquila ἐπὶ χορείας, *super choream*; deinde, quoniam sequentia verba *ad respondendum*, indicant pertinentes, & succinentes, minimè probabilis translatio (*super hæreditatem*.) Lege dicta in titulo Psalmi 52. Jam verò, *ad respondendum*. præ quo Hieronymus vertit, *ad præcinendum*, alii, *ad canendum*, aut *laudandum*. Chaldaicè, *ad laudandum pro oratione*, *ad canendum pro intellectu bono* (hoc respondet nomini *intellectus*, quod habetur in titulo) significat alternis Choris cantandum Psalmum fuisse, eo modo, quo in historia Machabæorum * Jonatha inchoante respondisse ceteri scribuntur. Exponunt alii, ut R. Kimhi, Cajetanus, Felix, &c. לענות *lehhannoth*, *ad affligendum*, aut, *humiliandum*, aut *de afflictione*, aut, *super afflictionem*, nonnulli *b*, *ad migrandum*, vel, *mansuefaciendum*. Verbum ענה *hhanah* inter multas significationes, habet etiam istas, quas retulimus. Sed meritò præferenda est hìc illa, quam tradiderunt LXX. & Editio vulgata sequitur. Ezechias vim patiens petebat à Deo, *Responde pro me c*, in hoc Psalmo præparata est forma verborum, qua peccatis pressus dum à DEO vocatur, ipsi respondere valeat.

Varie opiniones de voce Maheleth.

* 1. Mach. 11. 2.

b Gal. lib. 6. cap. 2.

c Es. 38. 14.

Ultimo loco ponitur *Eman Ezrahitæ*, Græcè ἀιδὴ τῷ Γραιλὶ, *Æman Israelitæ*. In Psalterio Romano, & Gallicano *Eman Israelitæ*, & apud Lombardum citantur codices habentes αἰδὴμ τῷ ὀραιλίτῃ, quod quid sibi velit, ignoro. Latini quoque legunt *Eman Israelitæ*, præter eum, qui dicitur Hieronymus, Auctor commentarii, & Lyranum, & Remigium, qui *Heman Ezrahitæ*, quamvis in ipso commentario hìc *Israelitam* legat, & *Jezraelitam*, cujus ultimi nominis notionem ait esse, orientalis advena. Paraphrastes pro *Esrahita* ponit יציוא *jatsiva?* quod significat *indigenam*. Id contrarium est conjecturæ Euthymii, de qua meminimus, Heman cognominatum Israelitam ad differentiam ab alienigenis, qui vocarentur eodem nomine. Denique Rickelius refert aliquos legere *Jesraitam*. Tanta est unius nominis corruptio. Nomen primum Latinè etiam scriptum reperio, nunc aspiratè, nunc absque aspiratione. Recta scribendi ratio esset *Haman*, quia Hebr. est הימן *Heman*. Monet Euthym. alios legisse *Etham Israelitæ*, quod lego etiam in Bibliis editis Basi-

Basileæ, & Argentorati. Heman autem Israelitam vocari docet, atque post eum Nicephorus, non quod alii cantores non essent Israelitæ, sed quoniam alii fortassis alienigenæ nomine vocabantur eodem, vel tale illi, ut & Ethan, de quo mox, erat cognomen. *Ethan* in titulo Ps. sequentis cognominatur *Ezrahita*, & in historia Regum *a*, ubi laudatur à sapientia cum *Heman*, *& Calcol*, *& Dorda*, dicunturque omnes *filii Mahol*. In Paralipomenis *b*, iidem isti vocantur *Zara* adjecto *Zamri*, sed pro *Dorda Dara* nominatur דרע *Darahh*, pro דררע *Darhahh*, *& Pater Zara* זרה *Zerach*, unde patronymicum אזרחי *Ezrachi*, *Ezrahita*, vel, *Ezrachita*, ut scribunt aliqui aspirata vocabula Latinè, v. g. mihi, nihil, &c. quod communicari posset omnibus quinque filiis, quam vis, ut dixi, soli Ethan tribuatur in 3. Reg. citato, & in titulo Psal. seq. dicto autem loco Paralip. nulli, nec Ethan quidem. Quum verò in illo libro Regum, omisso Zamri, ceteri partem habuisse scribantur Mahol, videri posset eundem patrem nomine duplici appellatum. Genebrardus Heman illum sapientem Samuelis nepotem facit, & Principem cantorum *cum Asaph fratre* c, de eo autem negat hic esse sermonem, sed cum Lyrano de alio, qui Zare filii Juda, filius fuerit, aut alterius, qui floreret tempore exitus de Ægypto, à quo cognominetur Ezrahita, tamquam ducens à Zara originem, & hunc filiis Core, quos constat sub Moyse vixisse, dicare Psalm. Jam aliàs respondi filios Core in Psalmorum titulis, non qui Moysis viverent ætate, sed cantoribus à Davide constitutos, significare: quæ communior etiam hoc loco sententia est. Abulensis *d* existimat Heman & Ethan eosdem esse, qui laudantur à sapientia in historia Regum, *& constituti* scribuntur *præfecti cantorum* in Paralip. Sed in his libris nunc *Heman* appellatur *filius* e *Joel*, *filii Samuel*, Bedaque sentit hunc nostrum esse, qui filius est Joel; nunc videns Regis in sermonibus Dei *f*. Quomodo autem idem Heman filius dicatur Joel, filii Samuelis, qui simul filius Mahol & Zaræ, ille ipse, inquam, adeò sapiens, & præfectus cantorum, ut Abulensis quoque sentit *g*, non occurrit quid respondeam, quia licèt alicui tria interdum nomina sint, non tamen idem potest esse Samuel, & Juda; & multò minùs potest idem esse de Tribu Juda & Levi, nec præfecti cantorum erant ex alia Tribu quàm Levi. Cajetanus post alios Hebræos apud Lyranum, *Ezraitam* nomen patriæ *Ezrai*, vult esse, sicut *Anathotites* Jeremias cognominabatur. Vatablus & Sà, ante quos Græcum, quem credit Agellius, Eusebium, dicentem citat, id sibi traditum ab Hebræo quodam, quia Heman erat filius Ezræ. Alii quasi stirpem, & originem aliorum multorum quia זרח *Zarach oriri* est. Nomen loci tale in Judæa nullum reperio: nomen viri proprium Ezræ vel Esdræ scribitur עזרה *hhezrahh*, vel עזרא *hhezra* i. Hier. *k* per *Ethan* ait intelligi Abbraham, per *Eman* Moysen, per *Chalcol* Joseph, per *Darda* duodecim Tribus, per *Mahol* Jacob. Secutus in ea re est traditiones Hebræas, non semper peritas, quia etymologiæ horum vocabulorum, quas affert, non sunt omnes veræ, nec scriptio orthographica in Eman, quod scribi debuit Hæman, quod est Hebraicè הימן *Heman*, ut ante dixi; ac proinde non significat *fidelem*, qui deberet scribi, אמן *eman*. Produntur in Chronico Hebr. quod Seder Holam nominant *l*, hi Ægyptii fuisse sapientissimi, Hebræos Joseph. *m*, & ceteri faciunt, & plures asserunt Levitas atque Cantores fuisse & aliqui, ut Abulensis, Lyranus, Basilius *n*, Zanchius carminum peritos, ita ut qui Ps. gerant in titulo Ethan vel Idithun, qui putatur idem, & Heman, sicut etiam Asaph, ab his compositi credantur. Cantores illos admitto, & cantorum præfectos, compositorem omnium Psalmor. Davidem unum, quod alibi probavi, affirmo: qui fuerint illi, incompertum adhuc habeo, præsertim Heman. Certè idem non est nomen cum Aman, ut Avguanus credit. Agellium, qui volet, audiat, ὅτι εἰ μὲν ἐζραΐτην in dativo, denotare Ps. commendatum cuidam præfectò cantorum de stirpe Heman Ezrahitæ, non ipsimet Heman, eo pacto quo *Jojada Princeps ipsi Aaroni* dictus * est Hebraicè, quod interpres vertit *de stirpe Aaron*. Probabilis conjectura. Nil autem notavit de Græca lectione, quæ habet ἰσραηλίτην, cum se illam tueri profiteatur, imò legit *Ezrahita*. Tandem circa titulum volo te observare, Bedam Hier. tribuere, quæ quum non extent in illo, qui nunc sub illius nomine circumfertur, argumento est hunc non esse verùm Hier. quod sæpe admonui. Verba sunt hæc. Psalmus iste refertur ad fidem, & filiis Core præcinentibus, omnis in eandem vocem respondit Chorus Eman Israelit. sensu prudentiaque compositus. Nec tamen ita verùm locutum Hieronym. consenserim, quum & *Israelitam* dicat, pro *Ezrahita*, *Eman* legat, & interpretetur *fidelem*, cum sit *Heman*, ut antea docui, quod *fidelem* non significat.

De argumento Ps. admodum recepta opinio esse querulam hominis afflicti, & expostulatoriam orationem, quæ sic tota in hoc versetur, ut præter morem aliorum Psalmor. nullam adjiciat, ne in fine quidem consolationem. Sub typo graviorum calamitatum, quas David, vel à Saule passus est, vel Absalone, arque nomine describit *infirmitatis*, nisi & hanc sumi proprié simul velis, agitur de Passione Christi. Videntur Euthym. Niceph. Latini passim hanc ipsam Christi Passionem Ps. litteraliter etiam, ut materiam assignare: cui Passioni, ut ait Augustinus, alludens ad *Maheleth*, quod corruptè legit *Melech*, quatenus *chorum* sonat; & ad alia verba, *ad respondendum*, oporteat nos velut in charitatis choro concinentes, idest, imitantes respondere, juxta Petri *o* præceptum, & Joannis *p*. Ludit idem, & alii in etymologiis nominum, quas variè, nec omnino verè tradunt, applicantes tùm ad Christum, tùm ad nos. Basilius & Theodoret. ajunt Prophetiam quidem esse de calamitatibus Judæorum, ac de servitute Babylonica, quæ R. Salomonis etiam sententia est; atque Lyrani & Ayguani; verùm simul & de universæ naturæ humanæ post peccatum doloribus, & convenire hanc orationem illis, qui reliquis magis pii sunt. Præter Enarratores Marcellino scribens Athanasius, Passionem Christi tractari ait in Ps. isto, tùm ubi dicitur ex illius persona quæ loqui per totum Ps. inducitur, *super me confirmatus est furor tuus* q, &c. Recensetque præterea inter Ps. qui colloquia cum Deo, preces, obtecrationesque complectuntur. Nec dubium quin quilibet ad seipsum transferre Psalm. totum possit, quando patitur tribulationem. Concilium quidem Salegunstadiense habitum in Germania anno 1023. præcipit recitari cum 89. & 40. pro infirmis, & pro salute totius Ecclesiæ. Usurpat Ecclesia Ps. hunc tùm in Paraseeves, tùm in Sabbati Sancti matutinali Officio, tum etiam de dedicatione Ecclesiæ. Optima Synopsis totius Ps. quam tradit Beda, ut Christus deprecetur auxilium per similitudines varias, contemtum suum referens, quem à Judæis erat perpessurus: enumeret quæ sit passurus, asserens mortuos à medicis non esse suscitandos, ut Deo possint confiteri: neget misericordiam ejusdem edicere sepultos posse, aut perditos laudes illius personare, properea resurrectionem sibi celerrimam venire deprecetur. Non dubium, quin multò magis Christus deploret mortis suæ causam, peccata nostra, fidei jacturam, interitum pietatis, Religionis oblivionem, deformitatem damnumque malitiæ.

Vers. 2.) Domine Deus salutis meæ: in die clamavi, & nocte coram te.

Vers. 3.) Intret in conspectu tuo oratio mea, inclinavi aurem tuam ad precem meam.

DOminum, ac Deum suum David, Christus, quivis pius auctorem vocans propriæ salutis, cujusque virtus numquam illius saluti defuerit, & in quo spes omnis sita sit salutis suæ, ait se salutis ejusdem præsentia, & favore valde indigentem, ipsum, ipsamque continenter diu, ac noctu, quo tempore vacant, quiescunt, dormiunt alii, inclamare, atque majorem in modum efflagitare, ut suam sinat in ejus conspectum orationem venire, & attendat arrectis, inclinatis, facilibus, faventibus auribus ad contentionem supplicis vocis & orationis, quam fundit ex intimo cordis affectu. Duo ponit quibus persuadeat & exoret, quod ipsum facere Deum deceat auctorem salutis; quod ipse pro sua parte præstet, ut perseveranter dies, noctesque, & ardenter oret. Potuit Christus ut homo, quod notant Euth. ac Niceph. appellare Patrem Dominum, Deumque. Ait præterea Euthym. diem & noctem particulariter intelligi, qua Christus proditus est: orationem, & preces aut quas habuit pro discipulis *r*, aut quas protulit, quãdo petiit *transire à se calicem mortis* *s*. Eadem observantur verè à Latinis, & dies, noxque pro gemina, quã vocant fortuna prosperitatis & adversitatis, quemadmodum in Psalm. 41. t *In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus.*

Sensus loci.

Argument.

Allusio ad Maheleth.

o 1. Ep 2. 21. p 1. Ep. 3 16.

q *vers.* 2.

r Joa. 17. 1. s Mat. 26. 39

t *vers.* 9.

a 3. Reg. 4. 31.

b 1. Par. 2. 6.

c 1. Par. 6. 33 & 15. 17. c. 25. hic 5. 5. 12. c. 35. 15.

d in 3. Reg. 4 post q. 6. & in lib. c. 6. e 1. Paral. 6. 25. c. 15.

f cap. 25. 5.

g in 1. Paral. c 6. post q. 7.

Cantorum præfecti ex sola Tribu Levi erant.

h 1. Par. 4. 17 & 1. Esdr. 7. 1. & alibi. k in tradit. Hebr. in 3. Reg. 4.

l cap. 20. m 8. Antiq. cap. 2. n q. 86. in 3. Reg. ca. 4. & qu. 30. in 1. Paral. c. 25.

Omnium Psalmorum compositor David.

* 1. Paral. 12 27.

Observatio circa titulum.

4. *mor. c. 7. vers. 9.* Lege Gregorium *a*, & quæ ibi; Sic etiam in Ps. 21. *b* de Christo exponitur, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte*, &c. Et quod attinet ad statum illum duplicem, nemo Christo felicior, qui semper erat felix, Deo fruens; nemo calamitosior, qui *vir dolorum erat, & sciens infirmitatem* c: quam vox tituli nostri מחלת *machalah*, inter alia significat, & clamabat semper, tùm gratias agens ad Deum, *qui benefaciebat ei* d; tùm deprecans pro aliis. Quamvis autem clamore vocali exteriori non semper oraverit, credendum est, ait Rickelius, quod ab interiori clamore numquam cessavit: sed quemadmodum ardentissimè humani generis salutem optavit; sic indefinenter, ac affectuosissimè pro ea mentaliter Deum deprecabatur.

Domine Deus salutis meæ.) *Redemtionem* Chaldæus reddere solet pro *salute*. Hebræum primum nomen est יהוה *Jehovah*, maximè proprium & essentiale: alterum אלהים *elohim*, significans *judicem*, & per illud quidem etiam aliqui volunt benignitatem, & misericordiam significari, quæ maximè quoque proprium ejus attributum dicitur. In conferenda salute temperat Deus misericordiam justitia, & judicio, quamvis illa *super exaltat istud* e, hoc est, emineat, excellatque, utpote *super omnia opera Dei* f, & superior omnibus operibus ejus. Negat Agellius dici Dominum auxilii aut salutis nostræ, nomine videlicet illo יהוה *Jehovah* absoluto, & essentiali. At qui hoc ipsum nomen est Ps. 3. *g* quum dicitur, *Domini est salus*; in 26. *Dominus* h, *illuminatio mea, & salus mea*. Nec deerunt alia exempla. Quin & Hebrææ peritus linguæ Lyranus non alii dumtaxat, ait hìc appellari Dominum ratione generalis gubernationis, Deum ratione Creationis: Salutis, ratione liberationis de Ægypto, quæ recolatur nunc ex gratitudine, ut liberatio de captivitate Babylonica citiùs impetretur. Observat Hugo conditionem orationis, ut piè fiat, dum profitemur eum, quem oramus, Dominum ac Deum esse; ut salutem, salutive necessaria postulet, dum quòd sit Deus salutis: ut pro se quisque oret, dum additur (*salutis meæ*) ut perseveranter, dum, quod sequentia continent, fit in die ac nocte, ut pro his quæ Deo placeant, & quæ sint cœlestia, non merè terrena, ut humilis oratio sit, dum, quod adhuc infrà sequitur, petit, ut Deus inclinet aurem suam. Adjicit Lyranus in clamore servorem, in eo quod coram Deo, & oratur ut intret oratio in conspectu ejus, puram intentionem, ac devotionem: Rickelius attentionem.

In die clamavi, & nocte coram te.) Hier. *per diem clamavi, in nocte coram te*. Deest Hebraicè, & Græcè conjunctio. Diem, ut à nocte distinguitur, oportet sumere. Et quamvis pro tempore dies nonnumquam usurpetur, ut ibi *; *Ex die qua percussi omne primogenitum Ægypti*, quod nocte factum constat; Nihilominus nulla suadet ratio nunc sic exponere cum Vatablo, ut quo tempore de nocte clamet coram Domino, eo tempore intret in conspectum Domini oratio illius: In posteriore membro, *& nocte coram te*, repetendum est *clamavi*, vel supleri debet (fum, seu fui, aut provolvi, & prostravi me ad precandum.) Unde Appollinarius:

Η' μάπ@ βοάω, ἠ πάννυχ@ εἰς σὲ λιπᾶσα,
Diuturnus clamo, & omninocturnus ad te precibus.

Oratio die noctuque fieri quomodo possit, vel semper orari qua ratione valeat, aut debeat, aliàs disputatum est. De Christi oratione continua sufficit modo quod antea dixi ex Rickelio. Ad continuam verò Chrysologus *i* nos, & vigilem orationem, atque ad vigilias, de quibus eleganter differit, hortatur isto tum Christo exemplo *pernoctantis in oratione Dei*, *ut antè nos oratione liberaret, quam redimeret passione; tum Psalmi præsentis hoc testimonio. Prius quoque monui quid importet *clamare*, vel *orare coram Deo*. Idem est etiam quod alibi *k*, *effundere coram illo cor*, *& precem* l, *adorare coram ipso* m, denique *in conspectu ipsius*, ut statim subditur, *& genitum non esse ab eo absconditum* n.

Intret in conspectu tuo oratio mea.] Hieronymus, *ingrediatur ante te oratio mea*. In Illyrico Psalterio, *ut intret coram te oratio mea*, ita ut ideò clamaverit die ac nocte, ut intraret coram Deo oratio. Ingressus orationis in conspectu Dei, acceptatio ejus est, inquit Augustinus. Hoc sensu dixit David aliàs o, *Clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus*, & *Posuisti* p *lacrymas meas in conspectu tuo*: &, *Introeat* q *in conspectu tuo gemitus compeditorum*: &, *Intret* r *postulatio mea in conspectu tuo*. Non acceptationis dumtaxat desiderium ista formula indicat, Aset ut dignetur Deus aditum orationi permittere; ac tanto dignari honore, ut in suum admittat colloquium. Præterea innuit orationem valuti officio internuntii fungi pro nobis apud Deum. Denique ipsiusmet Dei opus esse gratia, ut ritè nuncupari, eique offerri oratio possit. Illud, *Qui me confitebitur*. legunt alii, *in me*, & explanat Chrysostomus *s*, quod non propria virtute, sed gratia superiore adjutus confitetur is qui confitetur, ut idcircò non item dicatur (*qui in me*) sed, qui me negaverit, quoniam qui negat, superioris patrocinio gratiæ privatus negat, suaque culpa privatur. Sic sanè orationi necessarius est *Spiritus precum* u, ut intrare mereatur in conspectu Dei, si nulla etiam proposita merces esset, idem Chrysostomus *x*, vel hoc ipsum gloriam docet esse, quod digni habeamur, qui Deum glorificemus; quem admodem qui Regum laudes decantant, celebrantque ii ob hoc tantummodo magnopere sibi placent, ut nullus inde alius fructus existat. Cassiodorus attendit in *intrandi* verbo illam rationem, quam attigi, de internuntio, dicens, quod magna est orationis sinceritissimæ virtus, ut verba veracia non in aures tenues dissipentur, sed quasi quædam persona ad conspectum Domini introire videantur, & opus mandatum agere, quo caro nostra non valet pervenire. Excommunicatur quodammodo, ut Hugo notat, oratio ab Ecclesia cœli, ejus, *Qui ad pauperis clamorem obturat aurem* *, & *Qui ne audiat legem, declinat aures, oratio ejus erit execrabilis* y. Honorarii Dei ministri Angeli deferunt, aut comitantur, *Et offerunt orationem Sanctorum* z, *& quum penetraverit, non discedet, donec Altissimus aspiciat* a. Gulielmus Parisiensis *b* longo sermone demonstrat orationem esse quasi nuntium ad Deum missum; sed Cassiodori citatam sententiam tribuit per errorem memoriæ, Augustino. Boni nuntii qualitates applicat orationi, agilitatem, qua celeriter ac rectà quò intendit, tendat, ut non coram eo, ad quem negotia perfert, spoliatus, ac nudus compareat: ut negotia ipsa probè intelligat; referat, tractet non solùm apud eum, cujus est ea expedire, sed apud illos etiam, qui gratia valent apud eumdem, amicitiaque: ut hoc ipsum munus suum diligenter, ac sedulò exequatur: ut non petat, quæ petenda non sunt; nec in petendo sit stultus: nec ab eo petat, qui petita concedere non valeat, quia *claudus cpedibus*, *& iniquitatem bibens*, *qui mittit verba per nuntium stultum*: ut noverit quos habeat contradictores, eisque rationem resistendi teneat, vel eos placandi: ut sibimetipsi non contradicat: ut non alienata mente, averlave facie loquatur: ut intelligibili, & clara proferat voce, quæ dicit.

Inclina aurem tuam ad precem meam.) Additur, *Domine*, in Psalt. Romano, & Gallicano, atque apud Cassiod. & in Bibliis Græcis emendatis κύριε, pro quo Apollinarius ponit ἄναξ *rex*. Satis hìc antea, & aliis in Psal. de hac formula dictum. Augustinus ait, quod inclinatio auris Dei misericors exauditio est: idemque repeti verbis istis, quod prioribus continebatur. Hier. *laudationem* vertit, alii *clamorem vociferationem*, *suspirium*. Hebræa vox רנה *rinnah*, ut memini aliàs dixisse, latius patet, omniaque complecti hæc potest, nec exactum semper servatur discrimen istius à præcedente תפלה *thephillah*, sicut nec inter προσευχὴν, δέησιν, quod aliquando etiam attigimus. In priori membro per *intrandi* verbum videtur nonnullis habitus, ac gestus quidam exterius orantis innui: in hoc per inclinationem auris; prolatio ipsa vocalis orationis *d*. Sed hæc leviora sunt, & quod precem Hugo singulariter positam observat, quoniam unum peti debeat, quod *necessarium* dixit Christus *e*, *& res una peti*, *& requiri*, sicut David se feciisse cecinit *f*.

Vers. 4.) Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit.

EXponit sive pro se, sive pro populo, aut aliquo de populo, sive pro Christo, continui clamoris, anxiæque, & sollicitæ orationis caussam, quia malis, calamitatibus, ægritudinibus, ærumnis, ad satietatem usque anima ipsius, tamquam amaris, & lethiferis cibis repleta sit, ac nihil propius fuerit, quam, ut vitâ terminans, inferno clauderetur, corpus quidem sepulchro, anima autem subterraneo, antequam patefieret cœlum Ascensu Christi, receptaculo; Mala, quibus repletum se Christũ dicere intelligere possumus, non solùm *opprobria*, *quibus saturandum* Sensus loci.

alter

c Isa. 52. 3.
d Ps. 56. 3.
e Jac. 2. 13.
f Ps. 144. 9.
g vers. vlt.
h vers. 1.
* Exod. 12. 17.
i vers. 24.
* Luc. 6. 12.
k Ps. 61. 9.
l Ps. 101. in titulo.
m Ps. 85. 9.
n Ps. 37. 10.
o Ps. 17. 7.
p Ps. 55. 9.
q Ps. 78. 11.
r Ps. 118. 100.
s Matt. 10. 32.
t hom. 35. in Matth.
u Zac. 12. 10.
x hom. 9. in Ep. ad Rom.
* Prov. 21. 13.
y cap. 28. 9.
z Tob. 12. 12.
Apoc. 5. 8.
a Eccl. 35. 21.
b de obed. divin. c. 38.
Boni nunt. qualitates orationi applicatæ.
c Pro. 26. 6.
d Agellius.
e Luc. 10. 42.
f Ps. 26. 4.

alter Propheta *a* prædixit cum ceteris tormentis penè innumerabilibus, maximisque; sed multò magis totius humani generis peccata, propter quæ, ac iis debitas pœnas, & ob offensam Dei, *adeo tristis fuit anima ipsius usque ad mortem* b, ut nonnisi morte terminanda videretur, ut Euthymius, & Nicephorus notant, & cum August. Latini fere omnes. Confirmat idem Augustinus Esaiæ *c* testimonio, dicentis, quod Christus *pro nobis debuit*, & dolorem istum, atque tristitiam peculiariter ait fuisse, quum ejus passio appropinquaret, & diceret *tristem esse animam suam* d, pro Judæis, qui se in illa immanissimo scelere fuerant obligaturi; postea verò in Cruce pro iisdem *Patrem orasse* e: simili charitatis affectu Paulum dixisse *f*, *Tristitiam sibi magnam fuisse*, & *continuum dolorem cordi suo pro fratribus suis secundùm carnem*. Rectè autem probat Magister ex hoc tum Psalmi loco, tùm interpretatione ejusdem quam dat Augustinus, tùm ex Esaia *g* scribente, quòd Christus *verè languores nostros tulit, & dolores portavit*, errare illos, qui asserunt solam similitudinem, & imaginem passionis, & doloris Christum hominem pertulisse, sed nullum omnino dolorem, vel passionem sensisse. Ipsam animam Augustinus compassam scribit carni, quia corporis dolor non potest esse sine anima. Dixi hac de re Ps. 21. & ad locum alium Augustini in ejusdem Commentario, qui dicto errori videtur favere, respondi, quod & idem facit Magister *h*. Ambrosius *i*, veritatem naturæ humanæ in eodem Christo hinc probat, quoniam anima malis repleta dicitur, non divinitas, quâ Doctor Aquinas *k* refert quoldam hæreticos sensisse tristatam secundùm se. Et potest præterea probari, fuisse esseque in Christo animam præter carnem, & verbum, animam, inquam, rationalem, non tolùm, quia rationi magis consentaneum est, unicam in quovis homine animam esse, sungentem officio rationalis, quum sit substantialiter talis, & sentientis, & vegetantis, quantum in se contineat gradus; sed quoniam dolor, & perceptio malorum erat in Christo quædam disconvenientiæ duplicentia in ipsomet appetitu rationali. Lege Angelicum Doctorem *l*, qui de hoc etiam loco nostro tractans, definit doloris passionem non pertinuisse ad rationem superiorem, respectu propriæ operationis, sed tantùm secundum quòd ratio ipsa est in essentia animæ, & sic anima ipsa corpori utitur.

Quia repleta est malis anima mea.) Verbum Hebræum שבעה *savehhah satiatam*, & *saturatam* significat. Sic alibi *repleri* dicitur *in bonis anima desiderium* m, *satiari anima inanis*, & *anima esuriens bonis* n, *anima afflicta*, ideſt, jejuna, *repleri* o, *despectione* p, aut *pinguedine* q, *satiari amaroribus* r. Sed hoc loco importat repletio vitium, quod ita quoque vocant Medici, & Græcè πλησμονὴν cum nausea, tædio, fastidio, *abominatione* s, sicut & quum Jeremias *t repletum se* lamentatur *amaritudine*, & *inebriatum absinthio*. Non est abominatus CHRISTUS passionem suam, propriè loquendo, nec tædio affectus, ut solent, qui cum convulsione quadam stomachi, & impetu ingestas ejiciunt escas. Nihilominus *tædere cœpisse* narratur *u*, quia revera passio tanta erat, quæ partem moveret inferiorem ad refutandum, & voluntatem ipsam secundùm rationes inferiores, ad negandum consensum. Potest quivis justus affirmare malis animam suam plenam, quia *dies x mali sunt*, & *cuncti dies hominis doloribus, & ærumnis pleni sunt*, *nec per noctem mente requiescit* y, & si de malis culpæ agimus, *in multis offendimus omnes* z, *etiam justus in die septies cadens* a, ideſt multoties.

Et vita mea inferno appropinquavit.) Isidorus *b appropinquabit*. Hieronymus, *ad infernum descendit*. Fulgentius *c*, *in infernum appropinquavit*. Alii reddunt, *sepulchrum*, ut etiam Sa, quod שאול *sceol*, ut sæpè docui, significat *simul cum subterraneo animarum receptaculo*, sed ᾅδης hunc locum dumtaxat, non item *sepulchrum*. Utramvis notionem sequaris parum refert; quia summum significatur vitæ discrimen, quod adducit ad mortem, inde ad sepulchrum, postremò ad locum illum subterraneum, quo ante Christi Ascensionem, descendebant omnes animæ. Basilius, Theodoret. Euthym. Nicephorus ᾅδης hic volunt τὸ πολλαπλοῦν τὸν θάνατον *infernum existimandum sumi pro morte*, sive pro periculo mortis. Apollinarius ᾅδης cognominat τὸ κατώτερον *infernum inferiorem*. Augustinus, quem ceteri sequi Latini solent, asserit idem esse *vitam inferno appropinquare*, atque *tristem animam esse usque ad mortem* d, quod idem Euthymius *e*, exponit sicut in morte. Alii-

Ater diceres, *appropinquare usque ad portas mortis* f, quod est adeò graviter laborare, ut nihil sit propius, quam mori. Id etiam sibi volebat David *g*, gratias agens quòd *eduxisset Deus ab inferno animam illius, & eum salvasset à descendentibus in lacum*. Præterea quum diceret Jonathæ *h*, *Uno tantum, ut ita dicam, gradu ego, morsque dividimur*, ideſt parum abfuit, quin interficerer à Saule patre tuo, vel caperer ab his, quos ille contra me miserat, jam quoque proximus eidem periculo sum. Hoc autem loco vita inferno appropinquans, ideſt, morti, sepulchro, animarum receptaculo, sumitur substantialiter vel pro anima, vel pro toto vivente, quemadmodum, & apud Jeremiam *i*, *Lapsa est in lacum vita mea*. Non placet expositio Tuccii *k*, qui reprehendens quoque ut solet, vulgatam translationem, pro verbo *appropinquandi* reddit *appellere*, aut, *pervenire*, ait sensum esse Christi loquentis; adeò sumere plenus malis, ac doloribus, ob mundi totius peccata, contumeliis etiam Judæorum, & suppliciis, ut nihilo dissimilis sim illis, qui ad infernum damnati sua flagitia luunt, ubi omnes sensus simul in perpetuum cruciantur. Infernum, ut est locus subterraneus, ceteri de receptaculo animarum a corporibus separatarum, accipiunt; cui se David appropinquare dicat, propter periculum mortis, ut exposui; non designando receptaculum; vel certè intelligendo de receptaculo justorum, in quod se sibi pene conscius descensurum sperabat. Neque verò aut ipse, aut Christus suos, quamvis acerbos dolores, cum doloribus compararet, inferni. Denique fallum est נגע *negahh* non etiam significare *appropinquare*, ut in Ecclesiaste *l*, & alibi. Videtur Isid. *m* hinc simul cum sequentibus verbis, colligere descensum Christi ad inferos. Sed veriorem sensum initio posui, cui consentaneæ vulgares vel poeticæ phrases, quibus qui vitæ abjecit spem, dicitur digito sepulchrum tangere, alterum in sepulchro pedem habere, digitis à morte remotis quatuor esse, cymbam Charontis conscendere. Hujusmodi paræmias de vicina morte, præsertim nautarum, attingit ex Homero, Arato, & aliis Petrus Victorius *n*. Describit Poeta Lyricus *o* rapientem mortales improvisam vim lethi, & quam penà *furiæ regna Proserpinæ*, ideſt, inferos videant aliquando, morti nempè proximi. Proximus mortalis videant aliquando, morti nempè proximi. Proximus qui pia meditatione *descendit in infernum vivens* p, ne mortuus descendat; *Vadit etiam in dimidio dierum suorum ad portas inferi* q. *Aperit sibi portas mortis*, & *ostia tenebrosa videt* r, *Vadit ad montem myrrhæ* s, ideſt ad cumulum, doloris, mortis, & inferni, de his seriò cogitans.

Vers. 5.) Æstimatus sum cum descendentibus in lacum factus sum sicut homo sine adjutorio.

Vers. 6.) Inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Vers. 7.) Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.

Sensus loci

ELeganti, & poetica hypotyposi pergit describere in summo luctu ærumnaque positum aut seipsum, aut populum, quempiamque de populo, aut Christum, prout antea facere cœperat. Ait se eo loco habitum ab hominibus, ac si jam inferendus foret in sepulchrum, quum conclamata salus ipsius esset, ac de ea omnes desperassent; præterea similem factum homini, qui sit omni pœnitus auxilio destitutus, & existens habitansque inter mortuos, liber existat à cunctis vitæ istius officiis, curis, operibus, rebus: ad hæc comparari posse cum his, qui plagis, & vulneribus contrucidati jacent in sepulchris, deinceps extra memoriam, & providentiam Dei, & ab ea prorsus rejecti, quam de viventibus gerit, nec in pristinam ab illo vitam ante generalem anastasim revocandi: tandem tantis eum adversarios malis affeciſſe, ut sibi videretur in profundum aliquem puteum conjectus, vel obscurissimum, teterrimumque carcerem, ac eo redactum extremarum calamitatum, ut nihil nisi mortem præ se ferrent, ipsiusque præsentiam, velut umbra corpus indicarent. De Christo, sicut Psalmum totum ita hæc aptè declarant Enarratores plurimi, & alii adhuc Patres, quamvis non omnes eodem pacto, ut postea docebo.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.) Idem valet *deputatus*, ut Augustinus, & *reputatus*, ut Hieron. legit, & *assimilatus*, ut hìc idem alibi: meritoque

a Thren. 3. 30
b Matth. 26. 38. cap. 53. 4. 5
c cap. 53. 4. 5 Errant qui asserunt Christum solam imaginem passionis & doloris pertulisse
d Mat. 26. 38.
e Luc. 23. 34
f Rom. 9. 2
g cap. 53. 4. 5
h supra. l. 3. de fide c. 3.
i in cap. 26 Matth.
k in cap. 26 Matth.
l 3. p. q. 46. a. 6. & 7. q. 27 de verit. ar. 8.
m Ps. 105. 5
n Ps. 106. 9.
o Es. 58. 10.
p Ps. 122. 4.
q Ps. 62. 6.
r Ezech. 23. 32. 28
s Ps. 106. 18
t Thren. 3. 15
u Marc. 14. 33
x Eph. 5. 16
y Eccl. 2. 23
z Jac. 3. 2
a Prov. 24. 16
b De nat. Dom. c. 50
c 3. ad Trasimund. c. 31
d Matt. 26. 38 ibi d.
e Ps. 106. 18
f Ps. 87. 4.
g Ps. 29. 4.
h 1. Reg. 2.
i Thren. 3. 18
k in Cant. annot. de oculis præmisso. 2. pag. 25. 26
l cap. 12. 8
m de nat. Dom. & c. c. 52.
n 29. var. lect. c. 18
o Hor. 2. can. ode 13
p Ps. 54. 16
q Es. 38. 10
r Job. 38. 17
s Cant. 4. 6.

Pagninum Richardus Cenomanus reprehendit transferentem activè, *reputavi me*, Descendere autem in lacum, idem Augustin. interpretatur, in miseriæ, vel Inferni profunditatem; Hier. in inferni: Euthym. & Nicephor. in sepulchri: Cassiod. in hujus, aut inferni: Basilius, & Theodoret. primum sequuntur, seu calamitates ineluctabiles, cujusmodi sunt eorum, qui collapsi in foveam, nequeunt emergere, indeve ascendere. Omnia vera; & *lacum miseriæ* cum hoc addito, alibi *c* vidimus, deque notione istius vocabuli egimus *d*. Hier.* autem causam cur lacus *infernum* significet, assignat, quoniam sicut lacus aquas ad se descendentes, sic infernus animas suscipit affinis; etiam Ps. 27. *e sententia, Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum*, & in 142. *f*. *Non avertas faciem tuam à me*, & [alioqui] *similis ero descendentibus in lacum.* Ad litteram æstimatio, reputatio, deputatio non falsam opinionem significat, sed statum adeò calamitosum, ut meritò talis de eo, qui in illa erat, concipi potuerit, scilicèt brevi moriturum, sepeliendum, descensurum ad inferos. Quamquam re ipsa verùm sit falsos esse sua opinione, qui sic mori putabant Christum, ut moriuntur ceteri homines; quemadmodum ab Augustin. & aliis rectè observatum est, ut scilicèt existimarent, eum non resurrecturum; immò, ut Hier. *g* docet; *reputarent inter peccatores, & iniquos*, quod etiam Esaias *h* vaticinatus est, qui ad infernum descendunt, illud nempè in quo luuntur pœnæ. Hoc modo dupliciter Christus ignominiosè mortem passus est, tùm quod crederetur, necessariò, & coactè illam pati, tùm quod ut eam violentè illatam commeritus, ac æterno simul supplicio dignus, & in damnatorum infernum detrudendus. Qua in te similes Christo sunt, *quorum insensati vitam æstimant insaniam, & finem sine honore* i, & à tyrannis trucidati sunt, ut nefarii, & sacrilegi. Alioqui potest laus hoc loco *animarum justarum subterraneum receptaculum* præcisè significare, *de quo* Zacharias *k vinctos à Christo* prædixit *educendos*. Et nescio an hunc evaserit perversa tùm voluntas, tùm opinio Judæorum, ut Christum vellent, aut existimarent de damnatorum numero esse. Non est creditu difficile, quod credit etiam Titelmanus. Quamvis affectorum supplicio, qui sint imbuti recta fide, & Religione, non minimam partem, non in verisimile sit, ipso illo temporali suppplicio æternum redimere, propter prioris vitæ pœnitentiam.

Factus sum sicut homo sine adjutorio.) Hier. *quasi homo invalidus*. Alii, *non est fortitudo*, supple (cui.) Egregia verò antithesis Hebr. גבר אין איל *cheghever en ejel* qui גבר *ghever* proprie dicitur à robore, & viribus, sicut Latinè vir ab iisdem viribus. Quo pacto judicatur eum, qui robore ac viribus valebat, his destitutum esse, & has illum defeciss̃e. Simul tamen etiam innuitur aliena ope, auxilioque corruisse, *nec fuisse qui adjuvaret, quum tribulatio proxima esset, & humiliato in laboribus corde, præsens esset infirmitas* l. Addunt Basilius, & Theodoret. carentiam curæ, providentiæ, gubernationis, nimirum, ut interpretor, tùm humanæ, tùm divinæ; ut nec Deus videretur amplius curare. Sic in Ps. 70 *m*, inimicos insidiantes vitæ suæ David refert dixisse, *Deus dereliquit eum; persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat*. Quod attinet ad Christum, sine adjutorio visus esse, quando *eo relicto omnes fugerunt* n, & Arnob. Augustin. Euthym. & alii observant, licèt *posset plusquam duodecim legiones impetrare à Patre* o, *qui posuerat adjutorium super ipsum potentem* p, *& quem habebat secum auxiliatorem* q, *adjutorem fortem* r, *bellatorem fortem* *; sed se permisit *potestati tenebrarum* s, & ut adversarii *in concessa sibi hora facerent ei quæcumque vellent* t, quando exprobrabatur eidem in Cruce, quod *qui salvos alios fecisset, seipsum non posset salvum facere, nec de Cruce descendere*, quantumvis videretur *in Deo confidere, seque filium Dei nominasset. & Regem Israel, & posse dixisset in triduo reædificare templum*, quando, ut addit Rickelius, consolationem omnem subtraxit, qua inferior pars animæ impleri, vel aliquid participare solebat beatitudinis à beatitudine superioris partis animæ. Hac de re plura Ps. 21. *x* ad ea verba, *Ut quid dereliquisti me?* Ubi refelli afferentes suspensam in Cruce fruitionem seu delectationem ex visione divina, & docui Angeli confortationem non censendam, ut adjutorium, sine quo hìc se Christus ait factum fuisse, non modò secundùm aliorum opinionem, sed etiam secundùm veritatem, & rem ipsam.

Nam edita tunc privilegia non attingebant Christum, quasi nonnullum ei auxilium, aut solatium adferrent, sed innocentiæ testimonia erant, partimque obduratos terrebant, partìm nonnullos ad conversionem disponebant. Præsentia *stantis ante Crucem Matris cum dilecto discipulo* y, non minuebat, sed augebat dolorem. Matrem existimabat Ambrosius z putasse se, & sua morte, publico muneri redemtionis mundi aliquid addituram; sed Jesum, qui non egeret adjutore ad omnium redemtionem, utpote qui hìc dixerit factum se sicut hominem sine adjutorio, suscepisse quidem matris affectum, sed non quæsivisse hominis auxilium. Non credidit pius, & doctus Pater putasse Mariam aliquid se posse addere, quasi egeret adjutorio Filius ad redemtionis munus; sed rem tamen eidem gratam, & Patri ejus facturam, si morienti Filio pro redemtione mundi, commoretur, & pro parte sua, quod postea de aliis Paulus *a* dixit, *adimpleret ea quæ deerant passionum* Filii sui. Rursum *b*, explicat Christum factum sine adjutorio, quia adjutorium caro habuit, divinitas non habuit: præterea, quia neque per nuntium, neque per legatum, sed ipse per se salvum fecit populum suum, & non potuit adjutorium sui corporis quærere lucifcitandi, qui alios suscitavit; quod qui fecerunt, non in sua virtute, sed in Christi nomine fecerunt rogando, & merendo, non imperando, & donando; rogasse aliquando Christum quasi filium hominis, imperasse quasi filium Dei. Repetit tertiò *c*, qui non eguit ajutore quum faceret mundum, non eguisse quum redimeret, non legatum, non nuntium, sed ipsummet salvum fecisse eum, per quem omnia, in quo creata omnia, in quo omnia constant, qui omnia in momento facit, & in novissima tuba mortuos suscitat. Huc referri potest, quod se Christus apud Esaiam *d*, *Torcular calcasse solùm* dicit, *nec de gentibus virum fuisse secum*. Cyrillus Jerosolymitanus *e*, observat quòd non hìc dicitur ἄνθρωπος ἀβοήθητος, *homo sine adjutorio*; sed ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, *quasi homo sine adjutorio*, quia crucifixus est non ex infirmitate, quasi id evadere non posset, sed voluntariè.

Tropologicè pii est hominis, ut descendere mente in infernum, quòd antè monuimus, sic animo secum reputare, ibi, & coram Deo judice nullius sperandum adjutorium, & auxilium. *Quid facietis*, ait idem Esaias *f*, *in die visitationis, & calamitatis de longe venientis, ad cujus confugietis auxilium?* Idem quoque pie vivens inter impios; ab iis aqua, igniq; interdicitur, odioq; omnibus est, ut infinitis doceri potest exemplis. Illustre Valeriani in Africa, qui quum esset annorum plus octoginta, extra civitatem singularis jussus est pelli, cumq; præceptum esset, ut nullus eum neq; in domo, neq; in agro dimitteret habitare, multo tempore in fratre publica nudo sub aere jacens, in confessione, & defensione Catholicæ veritatis cursum beatæ vitæ complevit *g*.

Inter mortuos liber.) Ordiuntur hinc Hebræi, & Hieron. novum versum. Ad litteram, quidquid sit de nexu se seu junctione, supplendo pro primo ego (*ego inter mortuos liber, factus sum homo sine adjutorio*) pro secundo verbum substantivum (*ego inter mortuos liber sum, sicut vulnerati*, &c.) Multiplex traditur sensus. Primò, inter mortuos liber ab Hebræis, & aliquot Hebraizantibus exponitur per hysterologiam, quasi dicat: ego qui essem inter mortuos liber, ideſt, liberatus, & solutus malis, factus sum sicut homo carens robore, meliusq; fuisset mihi, si essem mortuus; essem namq; liber ac expers malorum, quæ vivens tolero. Secundò, liber inter mortuos, est liber vita, vitæq; operibus, negotiis, rebus, sollicitudinibus, molestis, tentationibus, quibus abundat vita, quæ tentatio, ac *militia est*, *h* absq; vacatione, & induciis, qua fiqi à mundo, seu à vita, quæ in hoc mundo agitur, manumissus, omninoq; mortus, non tantum *inferno, & morti appropinquans*, ut dixerat versu 4. *Parvus, & magnus*, ait Job *i*, *ibi sunt*, nempe inter mortuos *& servus liber à domino suo*. Tertiò, Liber inter mortuos civiliter, non naturaliter, est ejectus ab hominum consortio, & societate viventium, ita ut nemo se illi adjungere audeat; quemadmodū contingit lepra morbove alio contagioso laborantibus. Etenim de Ozia Rege lepra percusso scribitur, quod *habitabat in domo liberа seorsum*, seu, *in separata*. Hebraicè החפשית בבית *beveth hachopscith* k, quam Lxx. retenta voce Hebræa dixerunt domum ἀχφσὼθ, & in emendatis Bibliis, sed remotius ab Hebræo vocabulo ἀφφυσὼθ, alii, teste Theodoreto κρύφιον; *occultam, & absconditam*, ut intus ac in thalamo degens à nemine videretur.

Est

a in Esa. c. 14
b hic & in c. 55. Esa.
c Ps. 39. 3.
d Ps. 7. 16.
* 10 Es. c. 14.
e vers. 8.
f vers. 7.
g in Es. cap. 53.
h c. 53. 14.
i Sap. 5. 4.
k c. 9. 21.
l Ps. 21. 12. Ps. 100. 42.
m v. 10. 11.
n Matt. 26. 56.
o vers. 53.
p Ps. 88. 20.
q Es. 59 7 9
r Ps. 70. 7.
* Jer. 20. 11.
s Luc. 22. 53.
t Matt. 17.
u ca. 27. 40. 41. 42. 43. Marc. 15. 29 30. 31. Luc. 23. 45.
x vers. 2.

a Coloss. 1. 24
b 3. de Fide cap. 3.
c de fide Resurrect.
d c. 63. 5.
e Catech. 15.
f cap. 10. 3.
g Rom. Martyrol. 15. Dec. Beda, Usuard. alii in martyr. Victor Uticen. lib. 1. de perſecut. Vandal.
h Job. 7. 2.
i cap. 5. 49.
k 4. Reg. 15. 5. Par. 26. 25

Joan. 15. 25. 76.
z in Luc. c. 23.

Est autem hoc loco חפשי *cophsci*, & idem volunt qui liberum sumunt pro derelicto, ac deserto, talis enim est quisquis eo modo quem nunc attulimus; in libera vivit domo. Quartò; liber sum inter mortuos adjutorio robore, viribus, perindè ac illi sunt iisdem liberi, ac privati. Quintò, Thargum Jerosolymitanum ex Arabico interpretatur חפשי *cophsci sepulchrum*, & sic liber inter mortuos esset idem, ac inter mortuos sepultos mortuus numeratus, aut meritò numerandus. Sextò, cum R. Jona ex Arabico explanando idem nomen Hebræum pro *parvo*, sensus erit, eo sum redactus miseriæ, ut ne inter mortuos quidem aliquo sim loco graduve, sed veluti minimus mortuorum. Genebrardus recitat omnes hos dicendi modos, quartò excepto. Placet Agellio tertius, secundus Jansenio; Titelmano id quod in tertio dicebatur de libero, ut desertum, ac derelictum significat, de quo tamquam de mortuo nemo cogitet, nemo juvare eum curet. Quintum, & sextum sensum non admitto, quia non retinent significationem nominis חפשי *chophsci* à nostris interpretibus receptam. Placent ex reliquis maximè secundus, & tertius: primum tamen etiam, quarumque probabiles censeo. Insinuat Basilius s. Theodoret. septimum sensum, ut asserat Propheta, quod quum nondum mortis servituti per obitum factus sit obnoxius; tamen seipsum mortuis connumeret; h. e. libens moriatur, ut præveniat moriendi necessitatem; propter magnitudinem, multitudinemque calamitatum. Illustrat hunc locum modus loquendi similis apud Apostolum a: *Quum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ*: hoc est, justitia destituti, carentesque.

a Rom. 6. 20.

Ceterum saltem secundùm Allegoriam de Christo, de quo contendunt aliqui, locum præsentem, & propter nunc præsertim, totum Ps. non allegoricè, sed litteraliter intelligi, affert Euthymius istas omnes expositiones, ut se dicat Christus liberum fuisse inter mortuos, quia insons, atque innocens accesserit ad eos, idest, ad mortem, quum ceteri omnes peccatum secum habeant, ut causam mortis, quia reliqui eo quod inviti moriantur, servi sint mortis, Christus libet; quoniam sponte, ac volens mortuus, utpote *habens potestatem ponendi animam suam, iterumque sumendi eam* b, & *oblatus, quia ipse voluit* c, quia descendens in infernum ad mortuos sive ad animas mortuorum, vinculis illius non est detentus, ut etiam Psalmo 15. *d* prædictum erat, sed cum auctoritate, atque cum dignitate descendit illuc, & ibidem conversatus est, & aliorum vincula dissolvit, quod vaticinatus est Zacharias *e*, quia tamquam Deus mortis subditus non erat, non solum, quia, ut dictum est, mortis causam non habebat, quæ erat peccatum, *quod servitutem affert* f, *& a quo Filius alios liberans, vere liberos facit* g. Reperies hæc eadem apud Enarratores, & perstringit simul omnia Augustinus; de confractis inferni claustris, & vinctorum ibi detentorum laxata catena, magis disertè meminerunt creditus Hieronymus, & Cassiodorus, aliique. Ex aliis Patribus Origenes *h*, asserit hunc de Christo manifestum locum esse, *animam suam ponente a se ipso* i, & confirmat ex prodigiis, quæ acciderunt in cruce, tum quod *clamans exspiravit* k: addi potest, quod inclinato capite, quasi mortem accerseret, ut notavit Athanasius *l*, aut alius. Theodoretus alibi *m*, qui solus CHRISTUS aut macula caruit (per se nimirum, aut sine id contrahendi necessitate, quam habuit ejus mater, licèt a contrahendo liberata fuerit, ut piè credit plurima Ecclesiæ pars) aliena scribit assumpsisse peccata, & inter mortuos liberum fuisse, tamquam qui martem injustè sit passus. Athanasius rursus *n* liberum inter mortuos intelligit, quia liberator eorum fuit ἐλεύθερος vocans ἐν νεκροῖς, καὶ νεκρῶν ἐλεύθερος ὤν. Cyrillus Jerosolymitanus *o*, ait, mortuo Christo *sepulchra aperta esse, mortuosque propter eum resurrexisse* p, quia erat inter mortuos liber, *& emisit ipsos vinctos de lacu non habente aquam* q; libertatem quoque in eo fuisse, quod non ex infirmitate, sed voluntariè sit passus. Cyrillus Alexandrinus *r* disputans de apopompæo, idest, hirco emissario, liberum inter mortuos Christum appellat, quia immunis erat a peccato, nec obnoxius nobiscum sententiæ mortis. Epiphanius *s* libertatem inter mortuos in eo ponit, ut qui inter hos in inferno superiore, hoc est, in hujus vitæ statu inter peccatores liber erat à peccato, in ipso non habere & infernus inferior imperium. Nicætas *t* liberum inter mortuos explicat a peccatis immunem. Videtur hinc

b Joan. 10. 17
c Es. 53. 7
d vers. 10.
e cap. 9. 11.
f Joan. 8. 34
g 32. 36.
h tom. 9. in Joan.
i Joan. 10. 17
k Marc. 15. 39.
l q. 75 ad Antioch.
m q. 9. in Numer.
n hom. de semente.
o Catech 13. & 14.
p Matt. 27. 52.
q Zach. 9. 11
r Epist. 39
s in ancorat.
t 3. thesaur. num. 14.

Fulgentius *u* probare in Christo liberum arbitrium fuisse, ac proinde animam rationalem. Simul autem ex eodem loco confirmat *x*, animam ejus a peccato liberam, pro nobis peccatoribus in infernum descendisse; solum vero esse *in quo princeps mundi hujus veniens, nihil invenit* y. Cyprianus z, aut alius Auctor de operibus Christi carnalibus, Ps. 15. *a* simul locum citans dicit inter mortuos liberum morti obnoxios perpetua libertate donavisse. Annotat etiam idem Cyprianus, aut Ruffinus *b*, evidentissimè de Christo in hoc loco scribi, dicique quod factus est sicut homo, non autem absolutè homo, quoniam sicut homo erat, quatenus etiam descenderat in infernum, sed inter mortuos liber erat, quia a morte teneri non poterat; & ideo in uno naturam humanæ fragilitatis, in alio divinæ potestatem majestatis ostendi. Hieronymus *c* declarat factum inter mortuos, idest, similem illis, descendendo ad inferos, sed liberum, quia carens peccatis, quæ habere creditus est, mori voluit ut descenderet ad infernum, & vinctos carcere liberaret. Gregorius *d*, quia *Omnis qui peccat, servus est peccati* e, liberum inter mortuos vocari voluit Christum, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis jugo nullo modo tenebatur, expleta autem passione, & morte totque argumentis suæ virtutis editis, infirmitatis nostræ vincula solvisse, ut is qui ad suscipiendam servi formam venerat, in ipsa servi forma ab inferni vinculis absolutis, ad cœlum etiam cum membris liber redire. Descendit sicut homo in infernum, inquit Isidorus *f*, sed solus inter mortuos liber fuit, quia mors illum tenere non potuit. Augustinus *g* negans nisi infidelem negare fuisse apud inferos Christum, causamque descensus reddens, ut solveret dolores inferni in iis, quos dignos ipsa liberatione judicaret, docet inter mortuos liberum nominari, quia in eo præpositus mortis non invenit aliquid quod supplicio deberetur. Idem in commentario istius Psalmi, & Doctor Angelicus *h* libertatem inter mortuos magis ad potestatem ipsum resuscitandi referunt, & quod per inclusionem sepulchri non potuit impediri, quin ab eo resurgendo, exiret, & carnem suam tamquam solutum a crucifixoribus suis templum, resuscitaret, quum vellet. Sunt etiam *i* qui inter mortuos liberum Christum accipiant, ut in monte Calvariæ innocens crucifixus est, quia mons ille a calvariis noxiorum ibi occisorum denominabatur.

u 1. ad Trasimund. c. 10.
x lib. 3. c. 31. & lib. de incarn. & grat. Christi c. 13.
y Joan. 14. 30
z Serm. de Pass. Christi.
a vers. 10.
b in Symbolum.
c in cap. 53. Esa.
d 30. mor. cap. 15. vel 30
e Joan. 8. 34.
f de Nativ. Dominini, &c. c. 51.
g Epist. 9.
h 3. p. q. 31. ar. 1. & opusc. 6. in Symbol. Libertas inter mortuos ad quid referatur.
i Vitalis Zuccolius] hom. 630 in Mar. Tropologicus sensus.

Sensu tropologico, justus, qui se se in inferni pœnarum exercet meditatione, & cogitat nullius ibi prodesse adjutorium posse, & de seipso diffidens, totum a Domino adjutorium sperat, ei tamen simul cooperantes, liber evadit inter mortuos tum quando vivit, tum in morte ipsa, nimirum culpa carens, & aliquando reatu quoque pœnæ, ut dicere diabolo cum Martino possit. Quid hìc agis cruenta bestia? nihil in me funestè reperies *k*: & cum Christo etiam: *Venit l princeps hujus mundi, & in me non invenit quidquam*. Inter vivos nemo liber, quia omnes obnoxii sunt tributo mortis: at peccator præterea *vivens mortuus est* m, servienque peccato, debet seipsum totum inferno. Sic fere Hugo. Simile quid Rickelius in genere ait de Christiano, cujus servitus summa libertas est, *nec accepit spiritum servitutis in timore, sed adoptionis filiorum* n, *nec filius est ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus liberavit* o. Elicit hinc Rickelii Patriarcha, Bruno, quum liberè, ac voluntariè passus sit Christus, instrui nos ad affectum patiendi.

k Sulpitius in vita.
l Jo. 14. 30.
m 1. Tim. 5. 6
n Rom. 8. 15
13
o Galat. 3. 31.
Apud Judæos βιαιοθανάτοις concedebatur sepultura.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. Hieronymus, *sicut interfecti dormientes in sepulchro*, Augustinus, *dormientes in sepulchro*, qui numerus singularis Græcè, & Hebraicè habetur. Pro vulneratis reddit Aquila ἀνῃρημένους, *sublatos*, seu *interfectos*. Hi sunt, quos violenta, & sanguinaria mors traxit subito ad sepulchrum. Hugo, & Cajetanus intelligunt a justitia pro criminibus suis interfectos, quos vocant *βιαιοθανάτους*: his enim etiam apud Judæos concedebantur sepultura, ut alibi docui *p*. *Dormiendi* quoque verbum monui *q* de mortuis dici, propter futuram resurrectionem *r*, non in Testamento tantum Novo, ut velle Chrysostomus alicui videtur, sed & in Vetere. Inde apud Nos κοιμητήρια *cœmeteria*, quasi dormitorium. Quamvis interdum apud profanos, ut apud Cretenses, Athenæo teste *s* diceretur de domo, in qua dormirent. Hebræum שכב *sciachau* significat præterea *cubare*, & *jacere*, nou solum *dormire*, & *mori*: refertque Basilius, Theodoretus, Euthymius vertisse Symmachum

p in Act. c. 8.
q in cap. 7.
r Hieron. in 1. Thess 4. Aug. Ep. 122
s lib. 4. c. 5.

machum *jacentes κείμενοι*, pro καθεύδοντας: In Psalterio Gallicano, *Dormientes in monumentis*; in Romano, & apud Cassiodorum, & Ambrosium *a*, *Dormientes in monumentis*. In Græcis item Bibliis emendatis interitur ἐρριμμένοι, & Apollinarius:

Οἷά περ οὐ πάμπαν ἀχνύμενοι περὶ τύμβους
Εὕδουσι
Quemadmodum vulnerati temere projecti, seu neglecti circa sepulchra
Dormiunt.

a in Ps 138. circa. 2.

Sæpe vulneratos pro interfectis usurpant scripturæ *b*. Quod autem projectos aliqui dicunt, & neglectos, indicat neglectum circa sepulturam, Esaias *c*, *interfectos projiciendos* ait, ideſt, ſummam ſubitaria ſepultura condendos, lapidum congerie congeſtove terræ agere. Allegoricè Auguſtinus, & alii explicant de vulnere, quod lancea inflictum eſt Chriſto, deque aliis vulneribus eidem illatis. Vulnus diræ lanceæ notat Hugo in hymno appellari, quia magna fuit crudelitas mortuum vulnerare, quum alioqui *dulces* vocentur *clavi*, & *dulce lignum*. Tropologicè vulnerati dormientes in ſepulchris B ſunt peccatis ſauciati, & in iiſdem obſtinati, vacanteſque ab operibus meritoriis, quorum typus in ſepulchro jacens Lazarus, quem etſi *Chriſtus ſuſcitavit*, *d*, tamen tales crebrò tradit Deus oblivioni, & de manu gratiæ ſuæ repellit, *peritque memoria eorum cum ſonitu* e, & *mortui ſepeliuntur* cum illo divite *in inferno* f, & interim *ſunt ſimiles ſepulchris dealbatis* g. Eumdem Hugo, & Grevæus *h* ſenſum ſequuntur, qui meminerunt de illis etiam vulneratis dormientibus in ſepulchris, quorum ſit Deus memor, qui nempe ſunt vulnerati charitate, dormientes, ne oculos ad illicitas concupiſcentias aperiant, ſepulti, ut abſcondant ab hominum laude opera ſua. Ambroſius *i*, vulneratos, & projectos in monumentis repelli à Deo ſcribit, nec eorum amplius meminiſſe, qui à mandatis Dei repelluntur, qui autem ab his repelluntur, repelli utique de manu Dei: neminem videri *de manu Dei eripi* k, quia qui privatur muneris ſuſcepti officio, vel gratia, non rapitur, non ejicitur.

Tropologia

b 1. Reg. 17. 52 Job. 24. 12 Ez. 21. 29. 1 c cap. 34.

Allegoria

d Joan. 11. 43 44.

e Pſ. 9. 7.

f Luc. 16. 23.

g Matt. 23. 27.

h Serm. 185.

i in Pſa. 118. oct. 1.

k Joan. 10. 11. 29.

Quorum non es memor amplius.) Vertunt aliqui, *adhuc*, ajuntque innui tempus reſurrectionis, quo Deus mortuorum memor erit, etiamſi nunc oblitus videatur *l*. Synonyma ſunt, *non meminiſti*, *non recordaris*, quæ ab aliis redduntur. Ad Deum dirigitur oratio, non ad tertiam perſonam, ut Campenſis expoſuit, nec ad ſecundam indefinitè. Ita quidem loqui ſolemus; ſed tùm antecedentia, tùm conſequentia planè demonſtrant cum Deo ſermonem eſſe: illud præcipuè verſu 8. *Super me confirmatus eſt furor tuus*, cum iis, quæ ibi, & in aliis verſibus ſequuntur. Quid ſit *non eſſe memorem*, *non meminiſſe*, *non recordari alicujus*, aut *aliquem oblivioni dari*, prioribus Pſalmis, dum formulæ ſimiles occurrerent, vel his oppoſitæ, docuimus. Videntur Latini hoc, & ſequens membrum referre ad illos, qui tam ſiniſtram opinionem de Chriſto habebant, ut nempè ille ac Deus talium obliviſcatur, & repellat de manu benevolæ providentiæ ſuæ. At ſenſus obvius exigit, ut pertineant hæc ad comparationem cum vulneratis dormientibus in ſepulchro, quibus Chriſtum ſimilem æſtimabant adverſarii ejus. Oblivio peſſima tropologicè loquendo, qua cujuſpiam *obliviſcitur ipſamet miſericordia*, quod Job nonnullis *m* imprecatur, quorum *uſq; ad inferos peccatum. Qui examinantur in ſermonum* [illegible] *Dei memoria, ejuſdem adveniente miſericordia ſanantur, & ſalvantur: ne in altam incidentes oblivionem, non poſſint Dei uti adjutorio n.* Quamquam quandoq; miſericordia ſit non exhibere miſericordiam, & videri tradere oblivioni aliquem, ne abutatur magis miſericordi memoria, juxtà illud, *Miſereamur impio, & non diſcet juſtitiam*, i. e. ſi miſerebimur, non diſcet, propterea non miſereamur. Quidam ſi libertate fruantur, mali, ſi ſerviant, boni ſunt, ut de nonnullis Aſiæ populis Ageſilaus dixit *o*. *Quando reſipiſcentia ex læſi longanimitate non ſubſequitur, ſeveritatem ladenti longe commodiorem*. Juſtinus *p*, aut ſi quis alius eſt, eſſe reſpondit, φιλανθρωπίαν τῆς μακροθυμίας τοῖς ἀδικουμένοις μᾶλλον ἢ ὠφελιμωτέραν.

l Galatinus lib. 1. c. 7. ex R. Jacobi.

m c. 24. 20.

n Sap. 16. 11.

o Pſ. 86. 10.

p Plutarch.

Et ipſi de manu tua repulſi ſunt.) Hier. *& qui manu tua abſciſſi ſunt*. Alii, *exciſi*, *ſeparati*, *amoti*. Alia Pſalt. & Auguſtinus, atque Caſſiodorus, *expulſi*, Felix vertit etiam, *ſententiati*, ideſt, per ſententiam deciſivam de Dei manu emiſſam damnati. Symmachus ὑπὸ χειρὸς σου ἐξεκόπησαν, *à manu tua exciſi ſunt*. Chaldaicè totus Averſus ſextus ita redditur, *Sicut impii, qui mortui ſunt, quique non reſipuerunt, ſient liberi à præceptis; ſicut interfecti gladio dormientes in domo ſepulchri, quorum non recordatus es amplius, ſed ipſi à facie majeſtatis tuæ ſeparati ſunt*, vel, *à facie divinitatis*. Campenſis explicat manum pro plaga, & de illa repulſos eos, qui jam extincti jacent in ſepulchris, ut non amplius affligantur, ſicut ipſe David adhuc vivens. Quidam Hebræi explicant ſignificari quod plagis, ac verberibus Dei pulſus ſit David ac exciſus ex hac vita.

Senſus ſimplicior eſt de ſepultis, quorum Deus dicatur memor amplius non eſſe, ac de illius manu repulſi, quia quum vita functi ſunt, extra illam ejus providentiam videntur eſſe, quæ illuſtrior apparet circa viventes; quum alioqui non deſit etiã erga cadavera, quia moriendo non pereunt, ſed mutanda ſunt in melius, *omneſque capilli capitis noſtri numerati ſunt* q. Agellio placent alii duo ſenſus, ut denotetur exciſio vitæ, perinde ac ſi Dei ipſius manu fila ipſius, ſeu ſtamina excila, detruncataque ſint *ſine vitæ ſpe*, ſicut Ezechias *r* quoque, & Job *ſ* de ſua ſunt vita locuti, & profani Auctores de Cloto Parca ſtamina vitæ noſtræ ducente: præterea ut manus Dei ſit ſpatium totum Templi, & repelli de hac manu, ſit prohiberi acceſſu ad Templum, quo pacto Ozias, *quia leproſus, ejectus* inde dicitur *t*. Hebraicè *exciſus*, Græcè ἀποσχισθεὶς, habebaturque hujuſmodi prohibitio pro more, ut idcircò Ezechias deploraret *non viſurum ſe Dominum Deum in terra viventium* u; & Jonas caneret *ſe abjectum à conſpectu oculorum Dei, rurſus tamen viſurum Templum ſanctum ejus* x. Habent hæc laudem ſubtilitatis nonnullam, & priori ſenſui fateor favere ἐξεκόπησαν Symmachi, & נגזרו *nigzeru*, & quod *perire* dicitur *ſpe*; *eorum, qui abſcinduntur* y, eodem vocabulo תקיה *thikuah ſpes* ac *filum* vocatur; poſteriori verſioni Paraphraſtis. Nihilominus multo verior, & communior, quam nominavi ſimpliciorem ſenſum. Conſtat *manum Dei fieri ſuper aliquem* z, *ſupponere Deum manum ſuam* a, *manum illius auxiliari* b, *aperire illum manum ſuam* c, *fieri manum ejus ut ſalvet* d, *ponere illam ſuper alium* e, *deducere aliquem ac tenere* f, *cor alicujus in manu Dei eſſe* g, *atque animas juſtorum* h, & alia hujuſmodi ſingularem Dei providentiam, curamque ſignificare, & commendare in manus Dei aliquid eſſe, illam optare, ac flagitare: quapropter è contrario *repelli*, *expelli*, *abſcondi*, *exſcindi* i, eſſe ipſius minora, & obſcutiora effecta experiri. Deindè translationis noſtræ potior habenda ratio, & Lxx. cum qua in Psalmis illa eadem ferè eſt, quamque Agellius in primis ſe tueri profitetur. At *repelle*, & ἀπόδιν nihil habent commune cum ſilorum, & ſtaminum præciſione. Denique, ut quid *vulneratos ac dormientes in ſepulchris* interpretetur de leproſis, atque prohibitis adire ad templum? Violenta ſunt hæc nonnihil, non ſolùm à trita aliorum ſententia abhorrentia. Nihil tamen præter hoc incommodi continent; quod certè doctis abundè ſufficit, quo minus conſentiant. Non eſt repulſus Chriſtus, ut ſui putabant interfectores de manu Dei, *ſed ſuſceptorem Deum habuit* *; *qui propter innocentiam ſuſcepit illum, & confirmavit in conſpectu ſuo in æternum* *, multoque minùs de manu Dei potuit repelli, quam ipſiſmet Chriſtus *oves, quas rapere, de illius manu neminem poſſe* affirmavit *, Latini, ut ante monui, repulſos de Dei manu, ideſt, de benigna cura interpretantur illos, qui Chriſto adverſabantur. Addit Remig. etiam de potentia quia permiſſi ſunt quæ vellent contra Chriſtum facere, ac ſi nullam ipſe, ac Deus potentiam ſuper eos haberet. At quem attuli, litteralior ſenſus eſt, quem ſequitur etiam Olympiod. *Poſuerunt me in lacu inferiori.*) Hier. *poſuiſti me in lacu noviſſimo*, & alibi *l*, *in lacum noviſſimum*. Alii, *detruſiſti me ad puteum infernum*, vel, *poſuiſti me in puteo inferiorum*. Hebræa ſunt תחתיות שתני בבור *ſciatthani bevor thachthiioth*. Sed legerunt Lxx. in plurali שתוני: quod autem alii faciunt Deo permittente, ipſimet Deo aliquando tribuitur, & בור *bor* ſignificat *foſſam exciſam ad aquas pluvias excipiendas*, ideſt, *ciſternam*, præterea per translationem, *carcerem*, & *ſepulchrum*; puteus aquæ ſcaturientis potius dicitur באר *beer*. Ultima vox pluralia valet *inferiora*, & *quæ ſubſunt*, & idcircò rectè vertit Hier. *lacum noviſſimum*, qui Græcè hìc vocatur καταώτατον *infimus*, ut notavit etiam Auguſtin. Figuratè denotant iſta ſummam calamitatem, quod profundum etiam ejus, aut barathrum dici ſolet, quo

q qu. 80. ad orthodox.

r Matt. 10. 30. Luc. 12. 7.

ſ Eſ. 38. 18.

t cap. 7. 6.

u 2. Par. 16. 20.

x Eſ. 38. 11.

y Jon. 2. 6.

z Exech. 30. a Pſ. 79. 18. b Pſ. 16. 24. c Pſ. 88. 22. d Pſ. 103. 28. Pſ. 144. 16. e Pſ. 118. 117 f Pſ. 138. 5. g verſ. 10. h Prov. 21. 1. i Sap. 3.

* Pſ. 3. 4. e Pſ. 40. 13.

* Joan. 10. 28 29.

k in Eccl. c. 8

l in Eſ. c. 14.

præ-

præcipitari videatur, qui tali obruitur calamitate. Id Basilius, Theod. Lyranus explicant de captivis in Babylone, ubi Sedechias conjectus est in carcerem, & idem de aliis credi potest; & Paraphrastes hoc loco nominat *captivitatem*, duo autem primi de omni natura humana post peccatum: Agellius de valde calamitoso, in similitudinem leprosi, quia hic separatus erat in loco depressione, velut in fovea. Euthymius, Nicephorus, Valentia, Chrysostomus *a*, Olimpiodorus *b*, Pintus *c*, Athanasius *d*, & qui creditur Auctor quæstionum ad Antiochum *e*, Nicetas *f*, de Christi sepultura, quam ipse etiam *eor terræ* appellaverit *g*, & Jeremias *h* cecinit *lapsam in lacum vitam, & super positum lapidem*. Augustinus, & Cassiodorus de profundissima ejusdem miseria, qua non sit profundior, quiq; alibi *i* nominatur *lacus miseriæ* *k*. Hugo de Cruce, quæ summa miseria erat; & lacus vocari potest, quatenus hic etiam vocatur *torcular* *l*, & hoc nomine crux, typumq; ejusdem fuisse *lacum* Danielis, *m*, & *cisternam* Josephi *n*, atq; *lacum* *o*; Haimo de profundo vitiorum, in quo versari crederent Christum persecutore ejus: (id Remigius quoque tradit, ac Bruno Carthusianus) vel de profundo inferni, in quod judicarent dignum illum, qui descenderet; Placuit Rickelio sensus hic. Is, quem appellant Hieronymum, de carcere latronum, aliisve peccatis obnoxiorum, in quem detrusus fuerit Christus: Cajetanus, de inferno, in quem re ipsa descenderit anima illius, & pœna quædam est, quum sit vilissimus locus; & legendo (posuisti) tribuatur Deo tamquam Auctori; quod si legas (*posuerunt*) fuerunt interfectores occasio, ut eo descenderet, quo animæ ceteræ descendebant, ut Placidus Parmensis docet. Origenes *p* favet nonnihil isti sententiæ de descensu Christi ad infimas partes terræ, seu ad inferos; & Hieronymus *q*, licet nihil exprimat de Christo, apertè tamen sentire videtur hoc loco *lacum novissimum*, ut ipse vertit, pro *profundis inferni*, qui animas suscipit, sicut lacus aquas ad se descendentes: præterea idem ille, qui quæstionum ad Antiochum Auctor fertur *r*, tametsi Christi non meminerit, & assignet damnatis locum istum infimum. Non facilè selegerim inter hos dicendi modos, & omnes libenter amplector, Videtur Ecclesia in Matutino Sabbathi Sancti, saltem ex accommodatione accipere præsentem locum de sepultura, vel inferno. Nonnihil obest sensui huic de sepultura sensus litteralis, quod lacus inferior, immò infimus κατώτατος non ita bene intelligitur de sepulchro; de anima, quod ipsamet descendit, non ponitur ab alio in inferno, nisi fortè poni dicatur, quia deducebant, & comitabantur Angeli animas Justorum, & dæmones damnatorum. Quod Cajetanus ait, pœnam quandam fuisse animæ Christi descendere in infernum, non propriè dicitur, ut docuit in Commentario Actuum Apostolorum *s*; licèt item eo modo videantur alii loqui, ut Angelicus Doctor *t*.

In tenebrosis.] Hieronymus, *in tenebris*, eodemq; pacto Cassiodorus, & Psalterium Romanum. Tenebræ conveniunt carceri, sepulchro, inferno, mœrentis statui etiam, atque in calamitate constituti. Vel, denotant, ut ait Turrecremata, tenebras oblivionis, in quibus existimetur derelictus Christus, ut eum nemo requireret, nemo curaret. De sepulchro hi, quos antea citavi explicant, præsertim Euthymius, Nicephorus, Valentia, tùm vero propter superpositum lapidem sepulchro Christi.

Et in umbra mortis.) Hieron. *& in profundo*. Alii, *in profundis*, vel, *in profundatibus*. Hebræum nomen cum littera servili, quæ prepositionem indicat בְּמִצֻלוֹת *bimtsoloth*. Sunt מִצֻלוֹת *metsoloth profunditates maris, & quarumlibet aquarum abyssi, voragines*. Occurrit jam in Psal. 67. *u* hoc idem nomen pluralis numeri, quamvis translatum singulariter *profundum maris*, sicut, & in 2. Esdræ *x*, & in Michæa *y*, & in Exodo. Singulare *z* est מְצוֹלָה *metsolah*, vel etiam מִצֹּלָה *metsulah*, quæ aliis locis eodem redduntur modo Latinè. Genebrardus existimat LXX. per Metathesin, litterarum transpositionem, quam vocant etiam Græci ἀνάγραμμα, vel ἀνάγραμματισμον, intervertisse מצלות in צלמות in quod mutatis punctis vocalibus, quorum inventio multo recentior est, efficit צַלְמָוֶת *tsalmaveth*, quo est *umbris mortis*. Joannes Reuclinus, antiquum apud Hebræos hujus usum figuræ docet: Eustachius *a* bis mentionem facit multis allatis exemplis Græcis, in quibus, ut ipse loquitur, est ὁμοίωσις ταυτὸ γραφόμενον, καὶ ταυτὸ λεγόμενον, *similitudo eodem modo scriptorum vocabulorum*, &, (ut ita dicam) *identificatorum*, secundùm elementa, & interdum συγγένειάτις ὥσπερ ἐν γράμμασιν, ἕτω καὶ ἐν νοήμασιν, *affinitas quædam, sicut in litteris, ita, & in sensibus*, ut ἄσλας, ἀτάλας, & alia non pauca. Interpres Lycophronis Tzetzes huic non primam istius rei inventionem, certè usum ipsum tribuit, hocque nomine charissimum Ptolomæo Philadelpho fuisse, quum nomen πτολεμαῖος vertisset ἀπὸ μέλιτος, & uxoris, cui nomen ἀροδίη, ἴον ἥρας, *à melle & unum quid, & singulare gratiæ*, seu *amoris*. Immò Gulielmus Blanchus Junior, qui tractatum de hoc argumento confecit, refert se legisse illum ab Hebræis anagrammatis rationem dedicisse. Artemiodorus quoq; facit de anagrammatis mentionem in opere de interpretatione somniorum, sed somnians proculdubio eam interpretationem plurimum conducere. In obitu doctissimi, & piissimi præceptoris nostri Benedicti Pererii hoc anno 1610. qui contigit ipso die festo Thomæ Aquinatis, quem propensius colebat, & in sortitione Sanctorum illi Martio mense obtigerat, evolvens nomen ejus studiosus artis dicendi de nostris adolescens, hoc repetit anagramma.

En periit in Urbis Deus, vel periet.

Illud certe periit decus, quod tanti viri per tot annos habitæ, rhetoricæ, philosophicæ, theologicæ, & de scriptura lectiones atque conciones summa approbatione, & commendatione, & adeò multæ ac probæ de Philosophia, divinisque litteris editæ lucubrationes, Urbi cumprimis tùm etiam orbi attulerant, quæ ipsæ res efficient, ut idem in Urbe ac orbe semper decus cum suavi recordatione perseveret. Malim cum Richardo Cenomano, & Agellio affirmare aliter quam nunc sit, hoc est צלמות legisse, quam hoc ex alio מצלות transmutatse. Quid autem sit umbra mortis, dixi alibi *b*. Falsum est, quod ait Lucretius Tyroboscus, voci Hebrææ, de qua modo egi, respondere in nostra translatione hæc omnia, *in tenebrosis*, et *in umbra mortis*; primis respondent, ut vidimus, בְּמַחֲשַׁכִּים *hemachaseiachim*. In Ps. 142. *c* locus affinis est: *Collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi*. Denique *umbram mortis* pro morte carnis accipere tropologicum est. Quemadmodum, et peccatum, quod justis falso imponunt, ubi philosophatur Hugo. Gregorius *d* autem præterea *morti umbram* explicat de oblivione mentis, et peccato, aut imitatione diaboli. His tribus modis ostendit Ayguanus conatos Judæos in umbra mortis ponere Christum. Sed Gregorius ait, solam passum Christum umbram mortis, ut mortem hæc dicit carnis, per eam autem veram mortem delinquentium delevisse.

---

vers. 8.) Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.

CAlamitates suas rejicit in Auctorem Deum, ut ipsius perseverante indignatione, et quodammodo corroborata, nova super aliam calamitas irruerit, ac in morem sævientium fluctuum, ipsum obruerint, et ipsi soli Deus iratus videri possit, totamque in eum iram effundisse, atque pluisquam unus ferre possit, oneratse, et oppressisse. Sic duplex comparatio tangitur ab oneribus, ponderibusque, nisi etiam dicas à valida impressione ictus, quæ esset diversa comparatio; atque à fluctuum irrumpentium in scopulum, rupem, saxum, navigantes. Ultimam similitudinem Jonas imitatus videtur dicens *e*; *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt*; et in Ps. 41. *f* præcessit, *Omnia excelsa tua*, idest, undæ, *& fluctus tui super me transierunt*. Secunda posita est prius Psal. 37. *g Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam*; et adhuc antea Job *h*; *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum*. Prima familiaris est Prophetis *onera* vocantibus malarum rerum prædictiones. De Christi passionibus, & tormentis, passim interpretantur; quæ Deus summa cum indignatione inflixerit, quia sustinuit ille omnium in se peccatorum personam; ita ut sic eadem illa omnis Dei fedata indignatio sit, & per modum præterlabentium aquarum effluxerit.

Super me confirmatus est furor tuus.) Alii, *sustentavit se, incubuit, appropinquavit mihi*. Simmach. ἐμοὶ ἐπέβρισεν ὀδυνόσα, *mihi*, vel, *in me aggravatus est furor*

tuus.

Anagrammatis usus cui tribuatur.

Sensus loci.

a hom. in ps. 50
b in Eccl. c. 12.
c in c. 3. Lamentat. diem. de sepult. c. qæst. 135.
d in Thess. no 19.
e Matth. 12. 40.
f Thren. 3. 53.
g ps. 39. 3.
h Marc 12. 28. Matth. 22. 33.
i Dan. 6. 7.
k Gen. 37. 20
l cap 49. 15.
Anima Christi se ipsa in infernum descendit.
m Num. 19. 20.
Joan.
n in Es. c. 14.
o quæst. 19.
In infernum descendere non propriè dicitur fuisse animæ Christi pœnam.
p in cap. 2. vers. 24.
q Ps. 9. 32. ar. 4. & epist. 8. in symbolum.
r vers. 28.
s Hic. 9. 22. t c. 7. 190 y c. 15. 5. z lib. de Cœlo
a in Iliad. 4 pag. 45. & 46 & in lib. 4to pag. 333.
u Ps. 68. 3. x cap. 9. 8. y cap. 7. 19. z Exod. 15. 5.
a Ps. 142. b Psal. 22. 4. Ps. 43. 20.
c vers. 3.
d 4. Moral. c. 29. vel 17
e Cap. 2. 4.
f vers. 8.
g vers. 8.
h Cap. 6. 4.

tuus. Legunt alii ex eodem, ut Collector notationum, in Sixtina Græca Biblia, ἐπέπηξας, *intulit*, aut *incubuit*, aut, *intrare fecit*. Recitat Joannes Drieschus, tacito tamen nomine, aliam lectionem ἐβαρύνθη, *gravatus est*. Niceph. τὸ ἐπενεύχθη positum ait ἀντὶ τοῦ ἐπεβάρησε, *aggravavit*, nempe te furor, &c. Id sibi quoq; vult apud Apollin. κότος βαρύδινος, *furor gravis*. Nescio cur Felix exponat *fulcivit manus tua*; nam de manu hic mentio nulla. Fortassis paraphrasticè voluit intelligi, quod manu sua Deus fulciviſſet iram suam, ut firmiùs ac validiùs feriret, sicut antea recitavi ex alio Psalmo *a*. *Confirmasti super me manum tuam*: & in eodem est *b*, *Inimici mei confirmati sunt super me*, & in 31. c *Die ac nocte gravata est super me manus tua*. E contrario dicitur Deum *aliquem confirmare sibi* d, & *confirmata super eum misericordia ejus* e: rursus idem Deus *firmare oculos suos*,* *item firmare manum* f: Legunt alia Psalteria, & Cassiod. *in me confirmata est ira tua*: August. *indignatio*. Faciens vero idem mentionem de legentibus *iram*, aut *furorem*, θυμὸν; ait se malle reddi *indignationem*, quia furor, sicut se Latinum habet eloquium, non solet, inquit, esse sanorum. Deniq; hoc à Christo dici secundùm opinionem eorum, *qui Dominum gloriæ non cognoscentes* g, putabant iram Dei super ipsum non solùm commotam, verum etiam confirmatam, quem usq; ad mortem crucis perducere potuissent, mortis genus execrabile, ac *maledictum* h. Adde *putatum Christum quasi leprosum ac percussum à Deo, & humiliatum* i. At ps. 6. ipsemet Augustin. prima verba sic recitat, *Domine ne in ira tua arguas me, nec in furore tuo corripias me*; quamvis in primis item 37. *indignationem* ponat pro *ira*. Relege illis locir notata. Nec ira quidem, vel indignatio, ut sonant apud nos, in Deo sunt; quum invulvant imperfectionem. Illos autem, qui tam iniquè senserunt de Christo, & ex quorum sententia loqui Chtistum August. docet furorem paullo magis etiam propriè, atque cum aliqua imperfectione Deo tribuisse, non est valde incredibile; certè laborandum non est, ut id in illis accusemus. Græci, ut præter Euthym. ac Niceph. etiam Athanas. κ, volunt, non ex aliorum, sed ex sua loqui Christum sententia, & significare omnem iram Dei adversus non conceptam se gestaviſſe, ac illam in se defixam fuisse, hocq; pacto postulasse *dari judicium divinum sibi regi*, * hoc est judicium mortis contra nos, quo hactenus constituerat, & dixisse *se qua non rapuisset, exsolvisse* l, & quemlibet nostrum dicere posse post Davidem, qui loquebatur in tempore futuro, *Dominus* m *retribuet pro me*. Euthym. dat exemplum ejus, qui plagam in puerum delatam in se suscipit, ad eumdem modum *nos livore Christi sanatos* n.

Et omnes fluctus tuos induxisti super me.) Hieronym. & *cunctis fluctibus tuis afflixisti me*. Alii, *omnibus nimbis tuis dejecisti me, cunctis fractionibus tuit vexasti me*: Prius dixi petitam similitudinem ab undis, procellis, fluctibus aquarum, de qua egi psal. 41. *o* quem etiam citavi, *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt*. Idem valet *fractionum* nomen, quo Cajetanus utitur, quia franguntur undæ præsertim ab obstaculis: præterea *elationum*, quas habent alia Psalteria Latina, & Cassiodorus. Proprie significat vox ἐμτωσμῶν, quæ hic est, *elationes*, & ita quoq; redditur psal. 92. *p Mirabiles elationes maris*; ac tam ibi quam *hic* משברים *misharim* rectè per *fractiones* explanantur. Sed fluctus tùm altè efferuntur, tùm franguntur ac eliduntur. Legit Augustinus, *suspensiones*, facta simul mentionem legentium *fluctus* aut *elationes*. Intelligit porrò per suspensiones omnes, quas induxit Deus omnia tormenta seu mala eveniſſe Christo, quæ impendebant. Videtur quoq; subinnuere in vocabulo *suspensionum* significari crucem, in qua suspensus est Christus. Diritas tormenti cum atrocibus circumstantiis, quę circa Christum fuerunt potest merito nomen dare multiplicis crucis. *Timendus nobis*, exemplo Job *q*, *Deus semper, quasi tumentes super nos fluctus, quia pondus ejus ferre non possumus, & sunt judicia ipsius abyssus multa* r, *& justitia sicut gurgites maris*. Hoc si fecerimus, *gradiemur super fluctus* tribulationum *s*, atq; cum Petro *t* & Christo mare calcabimus. Hic in fine est סלה *selah*, & διάψαλμα, quod alii vertunt, *semper*, minus ad rem, saltem præsentem, accommodare. Verùm de hoc dictum alibi.

Verſ. 9.) Longe feciſti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar.

Verſ. 10.) Oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die expandi ad te manus meas.

NEctenda horum tractatio, quæ alioqui magis separatim poterat fieri, quia Biblica versuum distinctio, quam sequimur, sic se habet. Pergit in ærumnarum suarum enumeratione ac deploratione, queriturq; apud Deum, quod non contentus ipsum omni opeatque consolatione sua destituere, ab eo etiam removerit atque alienaverit familiares ac intime notos maximèq; necessarios, qui propter acerbitatem, & horrorem malorum à Deo in illum emissorum, quasi lepra laboraret, aliove contagioso morbo, reputarent velut rem summopere abominandam, execrandam, fugiendam. Tot ac tantis illis extremis traditum malis, se subdit, ac ab iisdem adeo cinctum, & conclusum, ut nullam videre aut reperire sese expediendi aut evadendi viam posset; nec auxilii causa ad amicos adire: dolorem etiam tantum fuisse, lacrymasq; ex oculis tam largiter fluxisse, & inedia tanta confectum, ut plane languescerent, tabescerent, & debilitarentur, ut accidit ictericis; tùm vero, quia inops totius consilii, & auxilii esset. Quare ad unum Deum rediisse, clamoreq; continuo illum imploraſſe, atq; in cœlum orando formula illa quam sequentes continent versus, animi summa contentione, & affectu manus, & brachia supplicis ritu sustuliſſe, usq; ad lassitudinem. Quomodo hæc Christo aptentur, dicam postea; certè quatenus de illo exponuntur Patri suo hæc omnia tribuit, eo modo, quam priùs dixi, quoniam permisit, & ejus voluntate, hæc omnia gesta sunt, inquit Euthymius.

Longe feciſti notos meos à me.) Sic psalmo 37. *u Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt, & qui juxta me erant, de longe steterunt*. Consimilis in Job sententia *x*, *Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me: derelinquerunt me propinqui mei; & qui me noverunt, obliti sunt mei: inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum*. De Christo quoque scripsit Lucas *y*, quod *stabant noti ejus à longe*, Matth. *z* ac Marcus *a*, quod *discipuli omnes relicto eo fugerunt*. Restringunt Græci quandoq; γνώσον & γνωτὸν *ad consanguineum* seu *propinquum*, aut etiam *fratrem*. Latinum etiam *notum* pro amico, & charo dicunt. Lege psalmum 30. *b* & 54. *c*. Allegoriam illam de derelicto à discipulis Christo, tradunt Euthym. Niceph. Cyrillus Jerosolym. *d*; ex Latinis quoq; plures; quamvis etiam comprehendat Augustin. & alii nnnnulli quotquot noverant Christum, vel de facie, ex quibus plurimi erant improbi, & quos ipse vicissim noverat approbando; fugerunt autem saltem corde non credendo, sed mortis reum judicando. Remigius præcise de parentibus, hoc est, de gente Judæorum, unde originem ducebat, intelligit. Creditus Hieronymus etiam Angelos adjungit, qui nullum præbuerunt auxilium, licèt *duodecim eorum impetrare posset* e. Innuit præterea Irenæus *f* interpretationem de fuga discipulorum. Hos fidem a amisisse Cajetanus hìc notat, quod non facile concesserim; de Petro nullo modo; sed tantum peccasse circa fidei confessionem, & professionem. Tropologicè quadrat sententia justo in tribulatione posito, vel arctiùs vitæ institutum sectanti; deseritur enim confestim à notis, & amicis. Sed amandus Christus plus istis, qui prædixit quoq; quod *sui essent odio omnibus hominibus ac traderentur à parentibus, fratribus, amicis, propinquis à quibus ipsemet, ut separet, venerat* g. Prudenti quilq; judicio inter acerbiora computat mala, deseri ab amicis, ut sæpè docui, quod Christum ipsum etiam decuit experiri *tentatum per omnia* h *alia*. Habet sermonem hoc loco Grevæus *i* de discernendis, & comparandis amicis, & quo pacto amittantur, amicos intelligens potissimum Angelos. Dignus lectu sermo. Eumdem vero sensum de Angelis Euthymius quoq; sectatur, qui antequam peccemus, amicissimi atq; benevoli erant, & nos iis noti, post peccatum abominantur nos.

Posuerunt me abominationem sibi.) Hieron. *posuisti me abominationem eis*. Sic est Habraicè; & *abominationes* n plurali שתני תועבות למו *sciatthani thoveath lamo*. Sed mutatis punctis, quæ recentiora sunt, legi potest שתני

Sen us loci

a Psal. 37. 3.
b verſ. 20.
c verſ. 4.
d Pſ. 74. 16. 28.
e Pſ. 116. 2.
* Pſal. 31. 8.
f Pſ. 88. 14.

Furor non solet esse sanctorum.

g 1 Cor. 2. 8.

h Galat. 3. 13. Deut. 21. 23.
i Eſa. 53. 4.

k Hom. in hoc dictum: Omnia mihi tradita sunt &c. & & epiſt. ad Marcellinum.
* Pſal. 71. 2.
l pſal. 68. 6.
m pſal. 137. 8.

n Eſa. 63. 5.

o verſ. 3.

p verſ. 4.

q Cap. 31. 13

r Pſal. 34. 7.

s Job 9. 8.
t Matth. 14. 26. 29.

u verſ. 12.

x Cap. 19. 13. 14. 15.

y Cap. 23. 1. 49.
z c. 26. 56. 39.
a c. 14. 66.

b verſ. 14.
c verſ. 14.
d Cath. 45.

e Matt. 26. 33.
f lib. 4. c. 66. Apostoli de relinquentes Christũ non amiserunt fidem, sed tantum peccarunt circa fidei confessionem & professionem.
g Matth. 10. 35.
h Heb. 4. 15.
i Serm. 186.

שתני *sciattohuni*, & תועבת *thohhevath*. Judæi tempore passionis præsertim execrati, & abominati sunt Christum, variis accusantes modis, tùm de blasphemia & seditione, & sanguinem illius sibimetipsis imprecantes atque conspuentes eumdem, &, ut notat Cajetanus, deponentes de cruce, tamquam abominabilem, quod extendit etiam ad discipulos. Petrus quoq; *cum anathemate, detestatione & juramento negavit illum* a, quasi diris devovendo seipsum, si tale hominem nosset, ut Syra translatio exponit, sibi ipsi male precando, ac ipsammet Dei maledictione atq; ultionem celerem, acerbamque. Redundabat in execrationem & abominationem Christi ea qua se ipsum Petrus execrabatur & abominabatur. Nonnullis tamen etiam non omnino visum inverisimile, quod Christum Petrus sit execratus *b*. Ego id vereor vel suspicari immò cogitare. Non placet quum Ayguano, ad eumdem Petrum, aliosq; Apostolos accommodemus illam querimoniam *c*, *Abominati sunt me quondam consiliarii mei, & quem maximè diligebam, aversatus est me*. Hodieq; apud Judæos abominabile est Christi, atq; Christianorum nomen, ut Euthym. notat, nosq; demonstravimus in commentario Actuum Apostolorum. Abominationem multi accipiunt ipsam Crucem & convitia, insultationeq; in jam crucifixum. Ipsum Christum despectio propinquorum non terruit, ait Gregor.*

a Mat. 26. 74 Mar. 14. 71.

Inverisimile videtur nonnullis quod Christum Petrus sit execratus, b Hier. Mald. c Jer. 19. 9

Traditus sum, & non egrediebar.] Hieron. *clausum & non prodeuntem* nempe (posuisti me.) Alii, *carceratum, & non exibo*, vel, *conclusus sum, & non egreiar*, vel, *ita teneor, ut exire nequeam*, seu, *ut non videam quomodo explicem me*, vel, *in carcere inclusus sum, & non egrediar*. Quod Titelmanus explicat, tanta repletum esse confusione, ut clausus domi non sit ausus prodire in publicum. Basilius, Theodor. Diodorus, & qui etiam litteraliter agunt, volunt figuratè per traditionem; aut inclusionem in vincula, carcerem ve, indicari copiam calamitatum sic undique cingentium, ut nullum exitum permittant. Agellius latere dicit similitudinem cum leproso, qui seorsim habitans, videatur tamquam carcere includi, aut cum aliter languente, qui libere nequeat egredi. Chald. *clausum scilicet posuisti me in domo vinctorum, sive, carceris, ut non egrediatur*, aut, *& non prodeuntem*. Qui traditur capitalibus, inimici, haud procul abest à vinculis, carcere, morte, & quod post mortem supereſt, à sepulchro, nec ex his evadere naturaliter potest, certè non facilè. Sic de se adversarios suos existimasse Christus juxta sensum allegoricum ait, ut quū in eorum venisset potestatem traditus à Juda effugere non posset, quod multis modis docuit, tum sponte occurrendo satellitibus, tum eos uno verbo sternendo, tum potestatem iis, ut se caperent, faciendo, tum amputatam auriculam servo restituendo, tùm adeò variis argumentis Petrum retundendo, maximè quia *posset à Patre plusquam duodecim legiones Angelorum ad sui defensionem impetrare*; tùm summa innocentia & constantia respondendo, tum tot & tam illustria ipsamet cruce prodigia edendo.

Sensus allegoricus.

Plurium hæc istius interpretatio loci mystica de Christo, qui non sit egressus quum esset traditus, ideſt, non declinaverit supplicia, & mortem, nec descendere de cruce voluerit, quantumlibet, convitiando id importunè sui extorquere ab eo hostes conarentur, nec omnino aperte divinitatem suam declarare, ne si, ut gloriæ Rex cognosceretur, minime crucifigeretur. Traditur hic ipse sensus à Gregorio *d*, dum enarrat locum Job *e*, *Tacui, nec egressus sum ostium*. Ipse, inquit, tacuit, & ostium egressus non est, qui sub ipsa jam hora passionis, quum humanitatis infirma pateretur, divinitatis potentiam exercere noluit, &c. cum enim despiceretur, quia homo videbatur, egressus esset, si occultam majestatem suam ostentare voluisset, sed quia infirmitatem prodidit, potentiam abscondit, in eo quod persecutoribus suis incognitus mansit, ad eos minime exivit. Ayguanus non egressum Christum declarat, quia noluit traditorem prodere, & significat egredi idem, quod promere sermonem, ut apud Jerem. *f*, *Tu scis, quod egressum est de labiis meis in conspectu tuo rectum fuit*. Augustin. alium affert sensum, licet non tanti eum non faciat, quod foris essent discipulis Christi, quando ipse intus judicabatur. Quem vocant Hieron. exponit adhuc dupliciter, quod Christus traditus morti, non sit disjunctus à paterna divinitate, nec de sepulchro statim prodierit, ut dilatio resurrectionis veritatem ostenderet mortis: Probat Cajetanus hunc ultimum sensum de sepulchro, addens adhibitam ad illud custodiam, ut tamquam seductoris corpus *custodiretur, usque in diem tertium* g. Priorem innuit Ambrol. *h*, sic explanans, *Traditus sum, & non egrediebar*: ab eo utiq; non egrediebatur, cui dixit postea, „ *Exsurrexi i, adhuc sum tecum*. Videtur simul attingere sensum quintum, tractans psal. 45. *k* verba, *Deus in medio ejus non commovebitur*, ut non sit egressus ullius prolapsione, peccati, nec alicujus erroris offensione titubaverit, aut corporalis illecebræ nutaverit impulsu, non reliquerit animam ejus Dei gratia, seu ex illa non exciderit. Sextus est Auctoris Græci anonymi apud Agellium, quod clausus fuerit Christus in domo Archisynagogi. Nescio cur in istius domo, vel quando, ex quo tempore comprehensus est, vel in Annæ, vel in Caiphæ, vel in Pilati, vel in Herodis domo fuit. Si quis pro noxis carcer erat, in domo Pilati erat, & in eo conclusum Christum concedi posset. Utrumq; incertum, & nox tota in circumducendo, vexandoq; Christo transacta, non permisit illum, carcere teneri, multo minus in Herodiano, quem vocant in Stratopedo, hoc est in area, quæ Regiam Herodis undequaque ambiret *l*. Si Pilati extabat ætate Regis illa cum regeret in Judæam, & in ea Regia habitasse illum credendum sit, qui volet in dictum carcerem conjectum ad tempus Christum, per me licet. Sed illum ipsum carcerem esse, in quem postea Petrum Herodes Agrippa misit, Adrichomio *m* non assentior. Favet carceri in genere translatio Paraphr. & ita etiam sensit Genebrardus. Septimus Rickelii, Christum dum morti traditus est, non esse egressum, ideſt, transgressum voluntatem Patris, *quam etiam fieri velle* protestatus est, *non suam* n. Octavus Jansonii, non egressum Christum postquam traditus est; quoniam successit Judæ negotium traditionis. Pilato non successit conatus ac studium illum liberandi. Nonus Apollinarii, quod cogerent Christum etiam nolentem sequi, videlicet ad mortem, aliave supplicia vel calamitates. Non nominat Christum, & si de Christo velis interpretari, intelligas juxta opinionem aliorum, vel secundum contradictionem patris inferioris, quum planè constet ultro & sponte passum, nec obscuris id indiciis demonstrasse. Carmen Apollinarii hoc est,

Carcer Herodianus.

d 33. Moral. e 12. vel 17. f Cap. 31. 34. g Cap. 17. 16. h Mat. 27. in Ps. 45. i Ps. 138. 18. k vers. 6. l Josephus 2. de bell. Jud. c. 17. m in Theatro terræ sanct. in Jerusalem n. 136. p. 166 n Mat. 26. 38 &.

Ἀ τότε πῶς βιάσαιτο; οὐκ ἐθέλοντα μ' ἕπεσθαι,
Ah tunc quopacto cogebant etiam non volentem me sequi.

At sensus primus optimus. Multis vero modis traditum Christum Rickelius benè notat, *à Patre* o, *à seipso* p, *à Juda* q. Adde à mundo toto, à peccatis nostris à diabolo. Quæ omnia pluribus verbis ampliari possunt. Sed & egredi Christum intelligere possumus fuisse non regredi, verum quod semel aggressus esset, persequi, perficere, consummare, qui decimus sensus esset primo similis. Nam, ut Gregor. *r* observat, usurpans Abacuc *s*, *Exiit in salutem populi sui, ut salvos faceret Christos suos*, ideſt, ut eos efficeret Christos & Christianos; sic enim apud illum prophetam pluraliter Christos multi legunt, & Græci, & Latini, & Hebræi, qua de re consule Enarratores Riberam, Guevaram, Agellium, &c. Traditur & justus, juxta tropologiam, dæmoni ad tentandum; tyranno, ad occidendum; homini privo, ad persequendum; sed non egreditur, ait Rickelius, hæc fugiendo: verùm omnia æquanimiter patitur, sciens, quoniam copiosa est merces in cœlo. Hugo etiam observat justum tradi à Deo ad pœnas, nec egredi, Dei voluntati contradicendo; sed esse paratum ad flagella; & à seipso tradi animam, corpus, voluntatem, præsertim in ordine religioso; & non egredi, quum servat constanter animi propositum. In deteriorem partem sensus alius est, traditum non egredi, quum quod est in Threnis *t*, *circum ædificat adversarius*, præsertim diabolus, *adversum nos, & ut non egrediamur, aggravat compedem nostrum*, ut inquam, non egrediamur laborantes ignoratione nostri, ac Dei, & *abeamus post vestigia* u, quibus perducamur per investigationem ad notitiam utriusque, & ita oculi nostri, quod sequentia continent verba, langueant præ hac inopia.

o Rom. 8. 38 p Esa. 53. 9. q Luc. 22. 4 r 22. Moral. c. 1. vel 17. s Cap. 3. 13. t Cap. 3. 7 u Cant. 1. 8.

Oculi mei languerunt præ inopia.) Hieron. *oculus meus infirmatus est ab affictione*. Alii, *elanguit præ afflictione mea*, vel, *emarcuit præ dolore*, seu *afflictione*, vel, *fluxit*, seu *defluxit, defecit*, &c. Symmach. ὁ ὀφθαλμός μου ἐξέρρευσεν ἀπὸ τῆς κακώσεώς μου, *oculus meus effluxit præ afflictione*. Alia Latina Psalteria, & August. Arnob. Cassiodor. *oculi mei infirmati sunt præ*, aut ex Augustin. *ab inopia*.

Chald.

Chald. *oculus meus stillavit lacrymas ob calamitatem*, singularis numerus pro plurali est: ultimæ dictionis עיני *hhoni* non est (י) *jod* paragogicum pronomen primæ personæ, sed pertinet ad ipsammet formam nominis, estque paronomasia elegans inter עיני *hheni oculus meus*, & עני *hhoni*, quod significat *inopiam*, sive, *paupertatem & miseriam, afflictionem, oppressionem, dolorem*. Inde cognominatus est panis עוני *hhoni*, hoc est, doloris, carens fermento, & azymus, quem jubebatur Paschali tempore populus comedere; *quoniam in pavore egressus erat de Ægypto* a. Quod in medio est verbum דאב *dauu*, quod interdum exponit Hieron. *esurire* b, nomen autem דאבה *deavah egestatem* c & aliud דאבון *dauvon mœrorem* d, *consumentem*, significat dictum verbum *languere infirmari, angi curis, solicitum esse, discruciari, dolere*, præsertim de malo impendente, quandoq; etiam *defluere*, quod valet זוב *zuu*, vel זב *zau*. Sive litteraliter, sive de Christo mysticè locus hic accipiatur, multis modis explicari potest. Primus Basilii, ac Theodor. & Jansonii, cui favet versio allata Symm. & paraphr. Chaldæa, *oculos meos lacrymando præ dolore flere coactus, consumsi*. Secundus affinis est Euthymii, nominantis Christum, ut oculi ejus præ inopia lacrymarum, quas copiosissime funderat, deplorando Judæ casum, interitumq; Judæorum, languerint lacrymis evacuati. Tertium idem refert, amplectitur verò Niceph. de emaceratione corporis præ afflictione, quamvis ille vocat σώματος κακωσιν, καὶ ἕκτηξιν (sic enim lego, non ἕκτιξιν) *corporis malam affectionem & eliquationem, ac emacerationem*, sive curis, sive lacrymis illa fiat. Ad eumdem modum Job *e* ait, quod *sua facies intumuit à fletu, & palpebræ caligaverunt*, & in psal. 6. *f* David, quod *turbatus est à furore oculus suus*: & in 30. *g* *conturbatus in ira*: & in 37. *h* quod *corde conturbato, & derelicta virtute lumen oculorum non erat in ipso*. Rursum Job *i*, quod *caligavit ab indignatione*

Mœsta k *namque assiduo tabescunt lumina fletu*.

Et scripsit Plin. *l*, quod magna cogitatio obcæcat, adducto totus visu, & in morbo comitiali aperti nihil cernunt animo caligante. *Gustato melle illuminati oculi Jonathæ* propterea *sunt* m, quia jejunio languerant, ac spirituum vitalium defectu, totiusque corporis vires conciderant, *egestas* enim *& ardor conficit oculos* n. Id sibi etiam vult *attenuatio oculorum suspicientium in excelsum* o, & quem crebro noster David nominat *p*, *oculorum defectum*; Baruch autem *oculos deficientes* q, & adhuc ille *r exitus aquarum deducto ex oculis*. Relege dicta citatis psalmis.

Quarto adjici potest cum Rickelio, obvelatio oculorum Christi, atq; percussionis, præter lacrymas, & interiorem tristitiam, quæ in externis oculis apparere solet. Adde; præterea sputamenta sordida & crassa, quibus impurissimi nebulones conspurcaverunt vultum illum divinum, oculosq; item sanguinem defluentem ex cruentatione serti spinei, ita ut cernere non posset, nisi abstergeret oculos, & in cruce, nisi sanguinem exprimeret compressione ciliorum, quemadmodum sibi revelatum Brigida testatur. Quintum sensum Latini fere omnes assignant, ut oculi designent charos, velut oculos Apostolorum, qui præ inopia fidei languerit, *& qui divites erant in fide* t, ad ejus inopiam redacti fuerit, & suo etiam Christo, secundùm præsentiam corporalem perdiderint, quem nondum satis credebant resurrecturum, & quo carebant, velut subracto sibi cibo, lumine suo, inquit Augustin. atq; nec dum Spirum Sanctum acceperant, ait Cassiodor. in ea plenitudine videlicet, in qua promissus fuerat. Recepta est oculorum pro nobilioribus Ecclesiæ Doctoribus ac Præsulibus allegoria, qui sint ceu capitis Christi oculi, quos laudat liber Cantici Canticorum *u*, vocans oculos columbarum. Sic eo loco explanat Nyssenus *x* & Psellus *y*, item Ambrosius *z*, observans à Christo cognominatos *lucem mundi* a, accusansque illos, qui quum oculorum in corpore officium voluntarie appetierint, ut reliquum per eos corpus ducatum lucis haberet, quadam lippitudine & caligine vitiorum obtenebrati, nec seipsos luci idoneos præbent, & & aliis udimunt lumen, efficiuntq; ut quia *oculus nequam est in corpore*, quod est Ecclesia, *totum id corpus tenebrosus evadat* b. Quem quoq; istius similitudinis sequuntur alii *c* sensum. Et in Cantica *d* Rabbini, oculos de Prophetis interpretantur. Denique hieroglyphicè in sceptro fixus oculus Ægyptiis Princeps erat, & is, per quem quid ageretur, cognosceret Rex, Regis oculum alii *e*, appellabant. Hæc partim ex Ludovico Sotomajor mutuati sumus, à quo nostra æstimari ut ad nos perlatum est, non parvi facimus. Leo *f* Petrum & Paulum gratia Dei in tantum apicem inter omnes Ecclesiæ membra provectos asseverat, ut eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum.

Clamavi ad te Domine, tota die.) Hoc dixerat priùs vers. 2. *In die clamavi, & nocte coram te*, ita ut sit idem, tota die, quod pie ac nocte, & ad te, idem quod coram te. Sed ibi צעקתי *tsahhakthi* propriè est *clamavi*, hic autem קראתיך *kerathicha, vocavi*, vel, *invocavi te*, ut etiam vertit Hieron. Referunt alii postremas dictiones duas ad eam, quæ subditur, manum expansionem, quem admodum apud Esaiam *g* Deus ait *expandisse se manus suas tota die ad populum incredulum*. Potest tota dies pro omni sumi, ut sæpe alias.

Expandi ad te manus meas.) Sic psalm. 43 *h*, & 142. *i* quamvis in priore de expansione ad Deum alienum. Proxime admonui nonnullos, tota die, ex priore ad hoc membrum transferre. Non sunt repetenda, quæ alibi de hoc ritu dicta sunt. Lege Gretserum nostrum *k*. Simili phrasi extolli manus ad Templum vidimus ps. 27. *l* & in 76. m *Deum exquisitum manibus contra eum*. Augustin. clamorem ad Deum apertissimè ait intelligi de Christo quum penderet in ligno: expansionem ad eundem tota die (sic enim ista conjungit) negat propriè eodem modo posse sumi, quia non fuit in cruce tota die & nocte, neq; diei ut à nocte distinguitur, parte majore, neq; commodè dies pro parte accipitur, quamvis in fœminino genere Latinum *diei* nomen, non nisi *tempus* significet, quia adjectio alterius vocis, quum dicitur tota dies, impedit ne ita accipiatur; item negat exponi debere de oratione, ob eamdem causam, quoniam licet sæpiùs orasse legatur, & ante passionem, & sub die passionis, & ipsa cruce; non tamen id fecit tota die, sed per expansionem istam manum tota die factum, intelligi vult continuationem bonorum operum, à quorum numquam intentione cessavit. Sequuntur Augustin, Cassiod. Remig. Beda, Haimo, & alii, & Bruno Carthus. explicat dilatationem secundum bonas cordis affectiones. Græci, & Cajetan. explicant de oratione; de extensione in cruce, is qui gestat nomen Hieronym. Hugo etiam confirmans Esaiæ simili testimonio, quod paullo ante citavi, & Rickelius, qui totam diem pro magna parte diei parasceves interpretatur: præterea Cypr. *n*, sed cum clamore nectens totam diem, & legens (*exclamavi*) quod parum refert. Par difficultas est, ut tota die dicas clamasse Christum orando, vel in cruce stando, ut rectè Augustin. notavit: ac idcirco perinde est totam diem clamori adjungere, vel expansioni, sive hanc pro ritu orantis ubivis, aut quolibet alio tempore sumas, sive in cruce dumtaxat. Sed Augustin. objicerem Esaiam bis jam prolatum, quum scribit de Christo, quod *expandit tota die manus ad populum incredulum*; de Christo namq; Paulus *o* etiam eum locum intellexit, plurimique alii, quos Leo Castro *p* commemorat. Magis diserte exposuerunt de cruce, Origenes *q*, Hieron. Cypr. *r*, Auctor expositionis symboli Apostolici, sive idem sit Cypr. sive Ruffinus, sive Hieron. *s*, item Ambros. aliusve Auctor Commentarii Epistolæ ad Romanos *t*. Ad hæc Tertull. *u*, Novat. *x*, Justin. *y*, Cyrillus Jerosol. *z* Chrysost. *a*. Adjicit ipsummet Augustin. Salmeron *b* sed adhuc locum requiro. Negaret potius, eam interpretationem. Si admittatur, certè idem respondendum ad Esaiæ locum illum, & ad hunc nostrum, quo pacto tota die manus in cruce fuerint expansæ. Deinde responderem, quamvis ea distinctio diei in fœminino & masculino genere tradatur à Grammaticis, veraq; ut plurimum sit; nihilominus iisdem testibus Grammaticis, aliquando veram non esse, atque Latinæ linguæ peritos diem in fœminino pro temporis determinato spatio usurpare, ut cum scribit Plinius *c*, nescio, quod semen eadem die geminare, qua injectum est, Virgilius *d* vocat certam quamdam diem infandam. Cicero antiquiorem diem ascriptam litteris. Interpres eodem genere fœminino sæpe dixit *totam diem* quia se David clamare asseret *e*, *meditari justitiam, laudem Dei* f, *contristatum ingredi* g, & similia multa facere, quę sine dubio omni tempore facere non poterat, etiamsi læpe faceret, nec determinato tantum die. Idemque de alii est, de quibus eadem orationis formula loquitur *h*.

Quocirca nihil vetat hic quoq; totam diem accipere pro certa & determina, scilicet, ut Rickelius docebat, pro parasceve, in cujus magna satis parte dici possunt expansæ manus Christi fuisse, tùm quando aptabantur ad confixio

a Deut 16.3
b Jerem. 31. 12. 25.
c Job. 41. 13.
d Deut. 28. 65.
e cap. 16. 16.
f vers. 8.
g vers. 30.
h vers. 11.
i cap. 17. 7.
k Catullus ad Manlium.
l lib. 11. c. 37
m 1. Reg. 14. 27.
n Lev. 26. 16
o Esa. 38. 14.
p Ps. 68. 4. ps. 118. 82. 123.
q cap. 2. 18.
r Ps. 18. 136
f 1. revel. c. 10. l. 4. c. 70.
t Jacob. 2. 5.
Allegoria.
u Cap. 4. 1.
x Homil. 7.
y Ibidem.
z in ps. 118. ser. 15. l. de dig. n. sacer. c. 6.
a Matth. 5. 14.
b ibidem.
c Hilarius in Matth. Hieron. in Ezec. c. 15
d in Cap. 4.
e Aristoph. in Acharn.
f Ser. 1. de SS. Petr. & Paul.
g Cap. 65. 2.
h vers. 21.
i vers. 6.
k 4 de Cruce c. 35.
l vers. 2.
m vers. 3.
n Lib. 2. c. 22
o Rom. 10. 21.
p in Esa. 65
q in Ep. ad Rom. c. 10.
r in Esa. c. 5
s l. 2. a. c. 20.
t in cap. 10
u cont. Jud. c. 13.
x de Trinit. c. 9. & 22.
y Apolog. 2. pro Christianis & Dialog. cum Thryphone.
z Catech. 36
a Orat. in adorationem crucis media jejunior hebd.
b Tom. 13. disp. 34.
c lib. 13. c. 24
d Æneid. 11.
e Psal. 31. 3.
f Ps. 34. 28.
g Psal. 37. 7.
h ps. 36. 26. Ps. 37. 13. ps. 43. 6. 22. ps. 51. 4. ps. 55. 2 3. 6. ps. 71. ps. 73. 28. & alibi.

confixionem in cruce, tùm quandiu Christus in cruce vixit, tùm eo tempore, quo in eadem hæsit, antequam refigeretur ac deponeretur. Certè minimè sex horæ intercurrerunt, & cum summum diluculum, & prior etiam diei magis matura pars negotiis exterius minus impendi soleat, merito major censeri potest ejusdem diei pars, ita ut dies item tota nominetur. Longe minore tempore flagellatio duravit, quam crucifixio, tamen de illa intelligunt multi, quod est in Psal. 72. *a. Fui flagellatus tota die*, quamvis non exponat ibi sic August. Ayguanus affert exemplum, quod *cum Herode omnis turbata* scribitur *b*, quod *omnis Judæa & omnis regio circa Jordanem veniebat ad Joannem* c, in quibus, & similibus locutionibus, inquit ille, non obstante signo universali, accipitur totum pro parte, maximè ubi talis pars, pro qua accipitur, sit principalis illius totius, cujusmodi erat diei pars, in qua Christus expandit in cruce manus suas, utpote in qua Sol altior erat. Adde, ut dixi, horas multas. Denique propius accedit ad litteralem hæc expositio, quam expansio manum sumatur pro bonis operibus.

a *vers.* 14.

b Matth. 2. 3.

c Cap. 3. 5.

Totum aliquando sumitur pro parte.

Vers. 11.) Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Vers. 12.) Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Vers. 13.) Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & justitia tua in terra oblivionis?

Sensus loci.

HÆc summa clamoris, & adeò contentę, assiduæq; oratienis, cum externo illa suppliçis gestu manum expansarum, ut scilicet Deus, donec suppetit sibi vita superestq; opituletur, & suam illam mirificam potentiam, ac in credibilem bonitatem declaret, quoniam non videtur ita opportunum, vel etiam consuetum, ut hujusmodi effecta erga jam vita functos exerceantur, nec fieri potest, ut arte medica revocentur mortui ad vitam: revocare autem illos non solet Deus, ut ab iis apud vivos celebretur, sed neq; conditorum sepulchro quisquam deinceps hic prædicabit laudes Dei, aut commendabit, quum jam perierit & obierit, veritatem ipsius, quam servat in promissit: postremo, ubi omnia sunt tenebræ, ibi nec tempus, nec locus cognoscendi mirabilia Dei, neq; in regione mortuorum, qui & ab aliis hominibus, & à Deo ipso traditi sunt oblivioni, secundùm eam curã providentiamque quæ vivis convenit, & sunt præterea per se immemores ac ignari earum rerum, quæ hic à Deo geruntur, non, inquam, in eo loco notitia mirabilium operum Dei habetur, vel justitiæ illius, quam exhibet mortalibus, eos tuendo ab adversariis, in calamitatibus subveniendo, afficiendo beneficiis, præstando, quæ pollicitus fuerit. Ergo his de caussis deprecatur mortem; non tam sua ipsius caussa, vel ob privatam ullam rationem, seu commodum, quam, ut facultas detur Dei potentiam, veracitatem, bonitatem palam, & ubiq; apud mortales oratione, sonoq; vocis dilaudandi, & ex eorum animis errorem evellendi, quo propter calamitates, quibus aliquem premi nonnumquam vident, persuadent sibi, vel pœnas improbitatis illum luere, vel si sit justus, nullam in Deo de rebus humanis curam & providentiam esse. Totum hunc locum illustrare possunt, quæ disputata sunt ad verba ps. *6. d. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebimur tibi?* Cui sententia similis 113. ps. *e*, *Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes, qui descendunt in infernum, sed nos qui vivimus, benedicimus Domino*, item in 29. *f*. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Præterea in Ezechiæ Cantico *g*, *Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mor laudabit te: non expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam. Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.* Allegoriam hic quoque de Christo tradunt Euthym. Niceph. Latini ferè omnes, ut ille mortem deprecetur secundum infirmitatem humanę naturæ, sicut fecit in horto, vel precetur suam, omniumque nostrum resurrectionem corporalem; & nostram vivificationem spiritualem atq; beatificationem, propter quam mortuus est, rationem vero afferat, quia nequeat Deus rite cognosci & laudari, qui finis est omnium operum & mortis suæ, à damnatis & mortuis morte peccati, versantibusq; in tenebris, ac perditione damnationis æternæ. August. ait significari, quod solis prædestinatis

d *vers.* 6.

e *vers.* 17. 18.

f *vers.* 10.

g Ps. 38. 18. 19.

Allegoria.

Finis omnium operum quis.

Ad salutem, non autem omnibus hominibus, nec ipsis, inter quos facta sunt Christi bona opera, profuerunt. Hoc verum est de finali, ut ita diem, utilitate, quoniam reprobris multa provenerunt ex Christi redemtione beneficia, nec paucis illorum gratiæ copia magna. Cajet. docet hic significare hac oratione Christum, quod nisi resurgeret, impossibile esset adimpleri à discipulis officium faciendi miracula, & prædicandi, ut cognoscatur & laudetur Deus ab habentibus fidem & gratiam.

Numquid mortuis facies mirabilia.) Nomen פלא *pele* numeri singularis Cajet. vertit *separatum*, scilicet à communi usu operum naturæ. Chald. פרישן *perisian* pluraliter, quasi dicas *divisa & separata*. Collectivè sumitur vox Hebræa pro *multis mirabilibus & miraculis* h. Sensus est, mirabilia opera, seu miracula edi solere viventibus, qui percipere possint, intelligere, iis uti, gratias agere. Intelligere autem videtur peculiariter suscitationem ex mortuis, quasi se jam, ut prius innuit, inter mortuos computaret jam desperata valetudine, aut propter extremum periculum, rogaretq; differret Deus auxilium tamdiu, ac post interitum; quia tunc licet posset vitam restituere, non tamen id facere soleret, sed raro admodum id faceret. Sic ps. 46. *i Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?* quod alii absq; interrogatione reddunt: *Qui dormivit, non addet, ut resurgat*. Et Job *k*, *Homo quum mortuus fuerit, & nudatus, atq; consumtus, ubi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluvius vacuè factus aresçat, sic homo quum dormierit non resurget donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec consurget de somno suo.* Maximè semper mirabilis ac incredibilis philosophis visa est resurrectio, seu à vitæ privatione ad habitum ejusdem, sive ad recuperationem reditus, & mirabile fuit justorum mortuorum animas de limbo liberari, ac nonnullos fortassis etiam cum corporibus in cœlo cum Christo conscendere. At longem rabilior ac divinior animæ peccatricis ad spiritualis vitæ gratiam restauratio, ut plus sit justificare, quam resuscitare, ut nonnulli quandoq; Patres dicunt. Video tamen Latinos, cum August. mortuos pro reprobis & obstinatis hìc accipere, qui seipsos excusant, & postquam diu peccaverint, caussantur, ac præ se ferunt spem emendationis, cum tamen curari possint pertinacia proprii morbi, & obstinatione inveteratæ malitiæ. Legitur Christus tres mortuos suscitasse, in quibus tripliçem statum peccatorum post August. *l*, spectat Greg. *m* quartum sulcitatum non fuisse, quum idem Christus dixit *n*, *Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos*, ut ultimus sit eorum, qui præter nequitiæ consuetudinem adulantium, qui & ipsi mortui sunt, lignis laudantur. Idem August. *o* majus non dubitat opus appellare ex impio justum facere, quam cœlum & terram, & quæcumq; cernuntur in cœlo & terra, creare: certè si æqualis est utrumq; potentiæ, illud majoris esse misericordię. Aliâ tropologiâ Hugo explicat de jam damnatis, qui obsolutè mortui dicendi sunt, morte nimirum secunda, immo tertia, videlicet per corporis mortem, per vitam gratiæ ac beatitudinis amissam, & quarta resurgentes morituri sunt morte quum cruciabũtur etiam in corpore; nec enim ulla circa illos jam & deinceps misericordiæ mirabilia exercebuntur, nisi quatenus puniuntur citra condignum.

h *exod.* 15. 11. *Psal.* 76. 12. 5. *ps.* 88. 6.

i *vers.* 5.

k *cap.* 10 30. 11. 12.

Philosophis semper visa est mirabilis ac incredibilis resurrectio.

l *Ser.* 44. *de verb. Domini.*

m *Mor.* c. 10.

n *Luc.* 9. 60.

o *Tract.* 72. *in Joan.*

Tropologica explicatio.

Aut medici suscitabunt.] Hieron. *aut gigantes resurgent.* Alii *aut exsangues*, seu *mortui*. August. monet translationes ex Hebræo, quæ *gigantes* habent, sed præferendam nostram, quæ est LXX. quorum auctoritas tanta sit, ut non immerito propter mirabilem consonantiam divino spiritu interpretati credantur; rationem vero diversitatis esse vocis similitudinem, qua in Hebręa lingua gigantes, & medici penè eodem modo sonant, & exiguat differentia distinguuntur: & dictos Interpretes non errore, sed potius occasione, quo modo isto loco accipiendi essent gigantes, significare voluisse; nam aut eos, qui superbè per artem sapientiæ suę promitterent salutem animarum aut etiam, qui spirituali robore in Ecclesia excellant, & per fidele ministerium opitulentur salutis; sed mortuos eo sensu, quo prius est dictum, excitare non possunt, sed viventes curare, quamvis nimirum aliquo modo etiam vero mortui sint, scilicet ob privationem gratiæ, & reatum damnationis æternæ. Sed omisso interim sensu mystico, & sive legamus, *suscitabunt*, sive cum Psalterio Romano, & cum Cassiod. *resuscitabunt*, sive cum August. *exsuscitabunt*, expendamus Hebræa אם רפאים יקומו *im rephaim jakumu*. Prima vox significat, *si*: nec tamen malè redditur, *aut*. Ultima est verbum in kal, significans

surgent,

surgent, vel, *resurgent*. Quæ significatio cohæret rectè cum notione secundæ vocis pro mortuis: sed & pro gigantibus, quemadmodum explicat Trevetus, quod si Deus alios communiter suscitaret, ut laudarent ipsum, suscitasset etiam gigantes, quos olim diluvio perdiderat, qui nempe tanti fiebant apud alios homines: quod tamen minime fecit. Anonymus Græcus ab Agellio citatus *gigantes* etiam legens exposuit, numquid gigantibus θεομάχοις Dei hostibus, qui ex impietate non resipiscunt, & pro quibus nemo precatur, erit resurrectio ad confitendum tibi, sumit μετάνοιαν *pœnitentiam* ac *resipiscentiam* figuratè per resurrectionem.

Videri possunt legisse LXX. in hiphil activa conjugatione יקומו *jakumu*. Aggellius ita sentit. Genebrardus ait etiam in kal habere id verbum significationem activam; sicut & שב *schaw* significat tùm *rediit*, tùm *redire fecit*, seu *reduxit*. Vellem exemplum de verbo nostro protulisset: nondum reperi. Gigantibus utcumq; posset congruere sententiat, numquid gigantes suscitabunt, non hi, qui jam sunt, seipsos mortui, sed illi, qui nunc sunt, quoslibet mortuos, quasi qui alia possunt, hoc credantur etiam posse; vel gigantes figuratè dicantur eximia quadam scientia medicinæ præditi, ut valeant mortuos ipsos ad vitam revocare, non solum moribundos mortiq; proximos. Nomen adeò multa significans est רפאים *rephaim* secundo loco hìc positum, nempe *gigantes* ac *robustos mortuos*, & *manes*, sive, *in infernum conversos mortuos*, quæ Paraphr. vocat, hoc loco, corpora pulveri tradita, vel consumta in pulvere, deniq; *medicos*. Thema est aut רפא *rapha* per (א) *alephmederi*, aut רפה *raphah* per (ה) *he*, *lene esse*, seu, *remissum*, *negligens*, *otiosum*, & *desinere*, *cessare*, &c. Permutabiles sunt litteræ (א) *aleph* sunt רפאים *rephaim mœstici* à רפא *rapha*, etiam per (א) *aleph*. Unde notum Angeli nomen *Raphael*, cujus notio, *medicina Dei*. Ab alia radice verbi רפה *raphah* per (ה) *he*, sed inserendo (א) *aleph* pro (ח) *he*, oriuntur aliæ significationes, ut sint *gigantes*; licèt alicubi *a* numero singulari רפה *raphah* cum (ה) *he* habeat eamdem significationem, quatenus ad eorum conspectu præ metu languescant alii: vel mortui, in quibus vis naturæ, ac robur elanguit, aut quidam volunt; qui propter improbitatem, qua, ut plurimum notati sunt, morte, ac manibus digni haberentur. Possent etiam à medicina denominari, quod sint maximè sani & robusti, & quia possunt mederi aliorum calamitatibus, velut infirmitatibus, robore illo, ac potentia, qua præpollent. Lege postea Pinedam nostrum *b* copiosè de hoc nomine disputantem, maximeq; probabile censentem, deductam appellationem à nomine proprio cujusdam gigantis *Acapha*. Pro *inferis ipsis*, *& inferno* vertunt aliquando *c* LXX. & noster Interpres. Hier. in Esaiam *d*, ubi vocantur ad Interprete *gigantes* e, qui Hebraicè רפאים *rephaim*, docet, si legamus רופאים *rophaim* significari *medicos*. Eodem loco antea *f*, quod legimus, *morientes non vivant*, *gigantes non resurgant*, quod LXX. vertunt, οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι, *mortui autem vitam non videant*, *neq; medici suscitent*; Aquila & Symmach. eodem Hieron. teste, reddunt pro medicis *gigantes*. Putat Genebrard. voluisse LXX. ἰατροὺς *medicos* transferre, ut tolli videretur futura per humanam vim & artem vel medicorum vel magnorum; quamvis isti visi sint nonnumquam mortuos suscitare, sed apparenter tantum: aut si revera, Deo per suam virtutem per se concurrente, & ut aliqui de Samuele sentiunt, si ejus anima, quam *evocavit Pythonissa* g, rediit propriè ad corpus suum, illud informativè, ut dicunt, animando.

Non disputabo nunc de Pythonissa ista, & aliis magicam artem exercentibus. Horum & similium collegit hoc loco exempla Bocchius, & ante illum Delrius noster in suis Magicis *h*, atque consarcinator theatri vitæ humanæ *i*. Sed proprius ad rem faciunt fabulosæ licet, suscitationes opera medicorum factæ, vel herbarum, & medicamentorum. Celebrantur in eo genere Glaucus draconis herba revivificens *k*, & alius nescio qua herba alia *l*: Hercules odore conturnicis incensæ *m*: Hippol. suscitatus ad Æsculapio *n*, quidam ab Asclepiade *o*: Enarchus à medicis *p* aliis. Magna etiam laus herbarum Pœoniarum, quas merito Hieron. *q* fabulosas nominat, nullaq; ratione comparandas cum rore, quem appellat Esaias *r*, *rorem lucis*, seu *luminum*, aut matutinum, aut viridium herbarum & olerum, quæ sic nominantur, quod rore virescant, recreentur, vivant, prodeant in lucem, splendeant quodammodo. Constat morbos quosdam esse, quos vocant ἀφάνους, ut apoplecticorum, syderatorum, attonitorum, qui læso cerebro, quod nervorum communium principium est, sensu motuq; defecti, jacent velut exanimes, & pro mortuis habentur. Eumdem effectum operatur κάρος *capitis* percussio quædam, λυποθυμία, vel συγκοπὴ *deliquium animi*, quod subtilis Doctor laborans pro mortuo sepultus interiisse feritur: item in fœmina matricis strangulatio, & icterica passio. Artis medicæ peritus afferens in tempore remedium, facile à rudibus existimari poterit vitam mortuis restituere. Et comitiali morbo pœoniam collo appensam mederi ajunt, variaq; alias res lethiferis morbis, ac jam fermè desperatis. Non credo Vallesio *f* pio alioquin eruditoque medico, quem Regum narrat historia *t*, *puerum mortuorum ab Elisæo suscitatum*, revera penitus mortuum non fuisse; sed lictum animo, atq; syncope correptum; curatum autem naturaliter fomento caloris Prophetæ, quum *incubuit super illum*, *oſque posuit super os ejus*, *oculos super oculos*, *manus super manus*. Fatetur contrariam magis communem & veriorem sententiam. Sed nollem ullo modo dubitasset, aut probabilem aliam opinionem indicasset; multò minus per Ecclesiam id sibi dicere licere scripsisset; & voluissem, qui alia in ipsum censura digna judicaverant *u*, hoc observassent, notassent, censuissent. Nec sufficit respondere mortuum eo more, quo solemus de omnibus apoplecticis & cataleptici loqui, & de his, qui sensu ac motu jacent quasi exanimes. Hoc est elevare istius, & similium vim miraculorum, quod permitti non debet. Nostra propemodum ætate accepimus in Hispania medicum recepisse se vitæ restituturum, si quis ei fontibus traderetur vulneribus extinctus; sed merito à fidei quæsitoribus rejectam hujusmodi fatuam petitionem, sponsionemve; quæ maximè difficilem in religione nostra resurrectionis articulum in dubium revocare posse videretur. Quantum sit inter vera nostra discrimen, & falsa miratula, quæ Gentiles à suis facta commemorant, longo, doctoq; sermone demonstrat Michael Medina *x*, differens etiam de allatis exemplis, falsò apud eosdem suscitatorum, deq; vario illo mortuorum, quos dixi, genere, quibus qui detinentur, mortui habentur, & de quibus Ætius *y*, Celsus *z*, Mediciq; alii. Præterea probat nulla naturæ vi, aut temperamenti, seu complexionis bonitate, aut potentia facultatis imaginatricis, aut astrorum scientiam effici miracula posse, nec his modis à Christo, sed virtute divina dumtaxat effecta. Qui ex putri materia formari hominem posse inscientissime senserunt, & à me alibi *a* notati sunt, non dubitarent asserere, si non eomdem hominem numero, ei certè similium ex simili materia excitari. Lege adversus adeo fœdum errorem Pererium nostrum *b*, & Fonsecam *c*. Tropologia de medicis prius satis indicata est. Legi potest Hugo, distinguens bonos medicos *Patrem* d, *Christum* e, (quidam Græci ludunt in Ἰησοῦς, quasi esset ab ἰάσομαι *medeor*, & ipse ἰατρὸς *medicus*) *Spiritum Sanctum* f, *Angelum* g (Raphael *medicina Dei* sonat) *Evangelistam* h (quia Lucas arte medicus erat) *Theologum* i, *zelatorem animarum* k, *Confessarium* l, *consolatores malos* m, *diabolum* n, *magum* o, *adulatorem* p, *doctorem*, *qui non facit*, *quod decet* q. Affert vero etiam Petrus Berchorius *r* non spernendus Auctor distinctionem spiritualis medicinæ, in inclusivam & mordicativam; attractivam & aggregativam: solutivam & liquefactivam: expulsivam & vacuativam: & consumtivam & macerativam: resumtivam & impinguativam: lenitivam & demulsivam: absterſivam & corrosivam. Idemmet adhuc unum medicum vocat Christum redemtorem alium legum scrutatorem, seu Prædicatorem, tertium dignum præceptorem, sive Prælatum, quartum defraudatore, quintum consolatorem, in arte completum, in modo discretum, in actu discretum, in verbo facetum. Hæc ille pluribus: nec deessent adhuc plura. Deniq; Deus ipse profitetur *s*, *Ego Dominus sanator tuus*. Negat Origenes *t* ullam à Deo magis esse scientiam, quam sanitatis. De Deo autem, ut spiritualis medicus est, legatur August. de vera & falsa pœnitentia, Cap. 5.

Et confitebuntur tibi.) Addita est conjunctio *etiam* ab Hieron. quæ non est in Hebræo. Chald. *ut confiteantur tibi*. Mortuos intelligit, si ex mortuis suscitentur, ut passim omnes exponunt, non medicos, ut unus, quod sciam. Agellius, quasi gratias hi medici agerent Deo, quia tantam illorum medicamentis vim tribuisset. Nescio an si

rem

Vallesii opinio improbata.

f de sacr. philosoph. c. 35.

t lib. 4. c. 9.

u Joh. Manardi Brasichell.

x 2. de reſur. in Deum ſid. c. 7.

y Serm. 2. c. 2. serm. 4. c. 6.

z lib. 2. c. 7. l. 4. c. 2.

a in Eccl. c. 20. Notatus error.

b 8. de princip. rerum nat. cap. 16.

c in l. 7. metaphic. 7. 4. 1.

d Job. 5. 18. Exod. 15. 26.

e Matt. 9. 12.

f Jerem. 8. 22.

g Job. 11. 8. Coloſſ. 4. 14.

i Eſa. 3. 7.

k Jer. 8. 22.

l Eccl. 38. 11.

m Eſa. 47. 12.

n Sap. 1. 14. Diſtinctio medicinæ ſpiritualis.

o Cap. 17. 8.

p Gen. 50. 7.

q Luc. 4. 23.

r in diction. morali verb. Medicus.

ſ Exod. 15. 26.

t Hom. 24. in Num. & in Eſ. 37.

1. Reg. 28. 22. 13. 14.

h lib. 2. q. 29. ſect. 2.

i Volum. 2. l. 7. pag. 5. 64. & ſeq.

k Clearchus l. 7. vitar. Natalis Comes myth. hiſt. cap. 5.

l Plin. l. 25. c. 2.

m Ath. l. 9. cap. 15.

n Pauſan. in Corinth. Vir. 7 Æneid.

o Sabel. l. 10. c. 10. ex Plin. l. 7. c. 32.

p Plut. opuſ. de anima.

q in Eſ. c. 29. l. cap. 25. 19.

rem tantam præstare medici possent, maximè si Christiani non esset, Deo potius quam propriæ peritiæ illam tribuerent. Confessionem quoq; vult externam voce, ac sermone publico fieri solitam Propheta noster hìc significare: nam Spiritus beati in altero sæculo Deum sine intermissione laudant: laudaturi etiam illi pronuntiatis laudationibus, qui sua corpora recuperabunt. Apollinarius cantores nominat.

Ἢ ῥ'ἄτοι ἰατῆρες ἀναστήσουσιν ἀοιδούς,
Aut sane medici suscitabunt cantores.

Confessionem de peccatis accommodatitiè Hugo declarat. Ambr. *a*, quasi legisset *suscitabis me, & confitebor tibi*, de resurrectione usurpat. Hic in fine est סלה *selah*, sed διάψαλμα non extat, quamvis recenseatur à Beda in Catalogo diapsalmatum. Quid valeat, dixisse semel sufficiat.

a *de fid. resurrect.*

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam? Hieron. *numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua*: Pro passivo verbo, quod nunc habetur cum littera servili (ה) *he* היספר *haisuppar* legerunt LXX. in activa conjugatione היספר *haiispor*. Vel clariùs expresserunt activè, quod passivè legerant, supplendo pronomen. Nec etiam si animas, seu manes, genio ve, Gentilitio more, hoc est, & fabuloso, & falso constringas corporum sepulchris, aut circum ea vagari, & errare cogas, narrant Dei misericordiam, aliave laudes, sonora, & vocali laude, ut ante dixi, de qua nunc sermo est. De sepulchro tropologicè aliàs egimus.

Et veritatem tuam in perditione? Hieron. passivè, ut antea, *& veritas tua*, &c. Pro *perditione* est אבדון *avadon*. Chald. *domus perditionis* בות אובד נא *beth ovedana*, Græcè ἀπώλεια, quam exponit Apollin. ὀλωλότα χῶρον, *perditum locum* ideſt, in quo perditi versantur, nempe huic mundo, seu vitæ perditi, sive mortui, qui est aut sepulchrum pro cadavere, de quo exponunt Euthym. & Niceph. quia corrumpat inclusum cadaver, aut pro anima subterraneum receptaculum, qui appellatur infernus, de quo Cajet. non præcisè etiam damnati; quamvis de istis non semel *perditioni* vocabulum usurpetur *b*, & inde quoq; *filius perditionis* Judas denominetur *c*, & Antichristus *d*, & malus quidam dæmon appellatus Græcè ἀπολλύων, Latinè *exterminans*. Jungitur vero præterea nonnumquam perditio cum morte *f*, vel cum inferno *g*, vel cum judicio *h*. Nihil obstat perditionem sumere pro interitu, ac synonymicè cum morte, ut significetur non esse tunc, qui memor sit Dei, sic ps. *6. l* declaravimus, & quo *mors non laudabit eum* k *neq; mortui laudabunt* l. Sepulchrum quoq; Augustin. & alii exponunt, sed tropolog. ut animæ mortuæ, videlicet per peccatum, corpus sit sepulchrum. Inter vocabula septem, quibus infernum Hebræi vocant, numeranturq; à R. Jehosua filio Levi apud Galatinum *m*, unum est ראבון *avadon*, de quo egimus.

b Job. 21. 30. Tobiæ 4. 14. Matth 7. 13. Act. 8. 20. Philip. 1. 28. 1. Tim. 6. 9. Heb. 10. 39. 2. Pet. 3. 1. 3. 7. 16.
c Jea. 16. 12.
d 2. Th. 2. 3.
e Apoc. 9. 1.
f Job 28. 22.
g Prov. 15. 11 c. 17. 20. Job. 26. 6.
h 1. Pet. 3. 7
i vers. 6.
Tropologia
k Es. 38. 18. Ipsi. 113. 17.
Septem vocabulis infernum vocant Hebr. m lib. 6 c. 7.
n Job 10. 22.
o Matt. 8. 12 v. 22. 13. c. 25 30.

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? Paraphrastes tenebras gehennæ declarat. Euth. & Niceph: sepulturam. Utrumq; placet, etsi κατ' ἐξοχὴν gehenna, sive infernus, locus sit tenebrarum, atq; *terra miseriarum*, *& tenebrarum*; & quidem, ut Christus loquitur *o*, *exteriorum*. Nomina autem Hebræa, quibus respondent tenebræ, atq; mirabilia, in forma singulari collectivam significationem habent. Reciprocè quoq; dixit Vates non cognosci in tenebris mirabilia Dei, eo modo quo prius dixerat, non esse, qui confiteatur, & narret, ut quemadmodum non erit, qui corporali voce illud exequatur: sic nec qui corporeis auribus audiat, & cognoscat.

Et justitia tua in terra oblivionis.) Hier. *in terra, quæ oblivioni tradita est*. Alii, *desolationis, desolata, vastata, deserta*. Augustin. *in terra oblita*, quod activè sumere se indicat, quum explicat, quamvis tropologicè, de peccatore, qui Deum oblitus est, *dicit que in corde* p, *non est Deus*. In Gallic. seu Ambrosiano Psalt. *in terra obliterata*: sed fortassis mendum est in Breviariis Ecclesiæ Ambrosianæ, quia Faber ex Gallic. recitat eo modo, quo nos habemus: ex vetere, sicut legit Augustinus, Terram siccitatis, & desolationis Paraphrastes explicat. Vox Hebræa נשיה *nesciah* significat *oblivionem*: sed si legas נשוה *nisiah* erit participium, quod legisse LXX. non dubito, cum transtulerint ἐπιλελησμένη *in terra oblivioni tradita*, ut Hieronymus pluribus verbis convertit, ad tollendam æquivocationem participii, *oblita*, ne activè sumeretur. Mavult Jansenius activè sumi *terram oblivionis*, in qua qui sunt, obliviscantur, & idcircò non possit haberi nova cognitio. Propendendum semper magis ad editionem vulgatam. Terra hæc oblivionis, oblivioni tradita, vel sepulchrum, vel infernus damnatorum est, quod quodvis subterraneum animarum receptaculum. Ubivis horum locorum sit aliquis, dicitur desinere memoria viventium, ac ipsiusmet Dei de illis, ad eum modum, quem dixi versu 6. ad illa verba, *sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius*. Videlicèt quod attinet ad Deum, secundùm providentiam illam, curamque, quam de mortalibus gerit. Eodem pacto dicitur in Psal. 30. q *Oblivioni datus sum tamquam mortuus à corde*: & in Ecclesiaste r, *quod mortui nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem; quia oblivioni tradita est memoria eorum*. Veteres Λήθην *Lethen* Deam finxerunt, & lethæum inferni fluvium, quem transmeantes in descensu ad infernum, ac Lethes domum, priorum rerum perdant memoriam. Undam miseris gratam lethes cecinit Seneca *s*, propter oblivionem præcedentium miseriarum. At damnati multò acerbiores experiuntur, & illarum observatur in animo memoria, quantum conferre ad majus tormentum valeat. Neq; putandum per Elysios prius campos transituras, postmodum pota lethæa aqua, deliciarum in his perceptarum obliturus. Recordabuntur profectò earum, quas in hac vita intemperantes perceperunt, ut eo crucientur magis, & pœniteat, sed sine fructu, non pœnituisse. Meritò Delrius *t* noster *campum oblivionis* τὸ λήθης πεδίον apud Aristophanem, cum hoc quærit, τίς εἰς τὸ λήθης πεδίον; exponit non de vehementer obliviosis, vel de rebus commentitiis, ac frivolis, quæ nusquam sint, ut Erasmus contendit in Adagiis: sed ab inferis ad nos huc rediisse neminem, qui narraret quæ illic geruntur. Lege Lethes descriptionem apud eumdem illum Tragic. *u*, & apud Heroic. *x*. Meminit quoq; Lethæi campi apud inferos Plato *y*, cum fluvio Amelita. Ob aliam rationem vocare possit terram oblivionis, in qua insepultus quis jaceat, & computrescat, vel aliter consumatur sine sepulchro. Revocant namq; sepulchra, & mausolæa vivis in memoriam nomina, gestaque mortuorum. Hinc illæ minæ Dei *z*, *Dabo*; *te in manus hominum insipientium, & fabricantium, ignieris tibus, quinis tuus erit in medio terræ* (tale apud Job *a*, *Terra ne operias sanguinem meum*) *oblivioni traderis*. A memoria quidem, ac monitione sepulchra nominantur μνημεῖα, καὶ μνήματα, & monimenta, seu monumenta; sed forsitan potius, quo præeuntes per viam, secundùm quam olim illa erant, admoneant mortui, & se fuisse, & illos esse mortales, ut scribit Varro *b*: & Cicero *c*, nomine ipso admoneri se dicebat ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. Ut autem res nostras, quæ hìc geruntur, mortui præcipuè Sancti norint, & hi propterea non frustra invocentur à nobis, disputatum aliàs est, disputantq; qui de Sanctorum scribunt invocatione adversus Hæreticos, & August. in libro potissimum de cura pro mortuis *d*.

p *Psal.* 13. 1.

q *vers.* 13. Eccl. 9. 5.

r Eccl. 9. 5.

s *in Hippol. act.* 5.

t *to.* 1. *adag. in* Ico.

u *in Elect. furente act.* 3.
u 6. Æneid.
y 10. *de Rep.*

z Ezech. 32. 31. ult.
a c. 16. 18.

Juxta Tropologiam, terra oblivionis homo terrenus est dictus אנוש *enos*, quod nomen significat *oblivio sum*, ut miretur alibi *e* David quid *sit homo oblivio sus* אנוש *enos*, *quod Deus memor sit ejus, & qui abiens post amatores suos Dei oblitus est* f. Equidem ipse me, meique similes libenter admoneo, ut scribentes, & edentes de perpetua vita potius, quam memoria cogitemus, nimiumq; meminerimus nostra post mortem non opuscula (quibus fortassis propagare nomen studemus) sed opera pensanda *quæ nos sequuntur sola* g. Sic prior longe ante me suo scribebat Sidonius *h* Consentio. Similis Prosperi *i*, admonitio, à nobis in die Judicii non verba quærenda, sed opera; & Sulpitii *k*, hominis officium esse perennem potius vitam, quam perennem memoriam quærere.

Tropologia

Μνῆμα. Juxta viam olim erant monumenta.

b 3. *de lin. lat.*
c *ad Cæsa.* d *c.* 15.

e *ps.* 8. 5.

f Os. 2. 13.
g Ap. 14. 13
h 8. *Epist. in* 4.
i *lib.* 1. *de vita contempl. c.* 17.
k *prolog. dial.*

Vers. 14.) Et ego ad te Domine clamavi: & mane oratio mea præveniet te.

JAm tertio repetit se clamasse ad Deum, & nunc intelligit clamando se illa dixisse, quæ proximè præcesserunt: addit vero præter id quod ante etiam dixerat tota die nocteq; clamavisse, de summo mane peculiariter ante omnia alia semper prævenire, ac præoccupare velle Deum oratione priusquam Solem suum oriri faciat mundo: orationis assiduitatem diligentiamq; hæc denotant, quod, inquam, mane, & ante omnia alia hoc orandi negotium susceperit. Auctor libri Sapientiæ *l*, *oportere* scribit *prævenire*

Sensus loci.

l c. 16. 28.

venire solem ad benedictionem Dei, & ad ortum lucis eum adorare. Noster autem David sæpius repetit hoc se fecisse, tùm proioribus psalmi *a*, tùm sequentibus *b*. Quę in illis aliis psalmis jam dicta sunt, repeti non debent; sed hinc inde peti. Ad mores apte Hugo adnotat mane plura bona facta; ut *Legem datam* c, *& mannam* d, *hostes devictos* e, *Ægyptios submersos* f, *aviculas*, quæ dici queant *astra matutina*, *Deum laudare* g, *abscondi foras* h, *noctem fugere* i. Trita quoq; Tropologia, ut mane designet gratiæ tempus, & primam nostram ætatem. Per allegoriam plures de Latinis hæc verba Ecclesiæ applicant; quæ velut chorus respondeat orationi priori Christi, & eos maxime comprehendat, quibus illius passio tractata hic toto psalmo, sit utilis: nec sint de numero spiritualiter mortuorum, sepulturum, jacentium in perditione, tenebris, terra oblivionis. Euthym. ac Niceph. contextum psalmi totum referunt ad Christum, quod magis probo. Idem sentiens Athan. *k* velut istam esse orationem Christi mortui pro sua resurrectione. Cyrillus item Jerosol. *l* indicari τὸν καιρὸν τῆς ὥρας *tempus horæ illius*. Explicat item is, quem appellant Hieron. hoc loco, quia matutina Christum resurrectione Pater clarificabit. Arnob. præterea, quia videbunt resurgentem, quem viderant tota die in cruce expandisse manus suas. Non videtur post mortem orasse pro sua resurrectione, quia jam desierat tempus orandi pro se. Sed fortassis Athanas. orationem sumit pro effectu ipsius, aut pro quodam voto, & expectatione, quam habebat anima separata Christi de sua resurrectione, quam adhuc superstes meruerat, & impetraverat.

Et ego ad te Domine clamavi.) Hieronym. *ego autem*. Alii, *at ego*, aut quid simile. Vim tamen Latini faciunt, & emphasin, ut [*& ego*] innuat illum qui passioni Christi capiens fructum, dicat, se etiam fuisse *filium iræ* m, sicut fuerunt alii, qui sua culpa illum non perceperunt, & ad Deum, non alium ullum clamasse, quoniam nullus medicorum suscitat; & qui clamat *& invocat*, *credit* n, suscitatus à Dei misericordia, per cujus præventionem fit ei mane post tenebras infidelitatis: vicissim vero sic præventus prævenit etiam ipse futurum judicium. Credo potius (*& ego*, καγὼ אנני *vnani*) si quam vim habent, hanc habere, ut seipsum clamavisse, & clamaturum, & oraturum, ac laudaturum Deum profiteatur, atq; cogniturum mirabilia, misericordiam, veritatem, justitiam ipsius, quod negaverat fieri posse à mortuis, &c. Sic Ezech. præfatus quod *infernus non confiteretur Deo, neque mors laudaret eum, neq; expectarent, qui descendunt in lacum, veritatem ipsius*, subjecit o, *Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie*. Innuit Apollin. hunc sensum.

Τοὔνεκα σὲ ζώων μεθέπω, κἠγίασσο μ' ἀρωγὸν,
Itaq; (vel ideo) *te vivens quæro, & precor adjutorem*.

Arbit or Athan. p lapsu aliquo memoriæ citavisse hunc locum isto modo, ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ κύριε, *ego autem oratione mea ad te Domine*, nam citat simul membrum sequens. Pro hoc nostro κάγω πρὸς σὲ κύριον ἐκέκραξα, Symmach. transtulit ἐμὲ δὲ πρὸς σε κύριε ἤοι μωγή, *meus autem ad te Domine ploratus*. Posset pro verbo שועתי *sciuvahhithi*, legi nomen cum pronomine affixo שועתי *sciavuhhathi*, *clamor meus*, nempe implorans opem, invocans auxilium, quali est in *pullis corvorum invocantibus* q *Deum*, quorum clamorem gemebundum indicat onomatopœicè verbum Græcum hujus loci ἐκέκραξα: *Mœrem* quoq; ac *fletum*, Basilius, aut Theodor. interpretatur, secutus, ut credo, Symmachi lectionem, quamvis de illo non meminerint.

Et mane oratio mea præveniet te.) Sic alii omnes. Mane autem πρωὶ בקר *boKer* figuratè pro citissimo quoque tempore, sive pro eo quod est ταχέως, *cito*, *ocyus*, *quam primum*, &c. sumunt Euthym. & Niceph. sicq; non ipsi alibi sumi docuimus alia. Propria tamen acceptio à ceteris passim recepta, prepositio satis congruit, eratq; matutina oratio, sacrificium inter solemniora totius diei. Iidem illi Græci ajunt in verbo προφθάσει præpositionem abundare, sensumq; esse oratio mea φθάσει πρὸς σὲ, *ad te veniet*, quia impedimento non possunt esse peccata. Placet retineri cum proprio usu ac vi præpositionem: & ut significaretur quod oratio perveniret ad Deum, dici debuisset προσφθάσει σὲ non προφθάσει. Deniq; Hebræum verbum cum pronomine affixo est תקדמך *theKaddemecha*. In Athanasio *r* fortassis mendum est προφθάσεις pro προφθάσει μὲ. Interpres tamen reddidit optativè, *præveniat*. Jansonius exponit, ad orandum te, tempus, matutinum præveni, quia nulla, inquit, oratio ipsum Deum præveni, qui semper vigilat ad audiendum, nec ulla est bona oratio, quam Spiritus Domini non prævenerit. Hoc probat ex Bernard. in Tractatu de diligendo Deum. Ibi ille alloquens Deum, ait, sed enim in hoc est mirum, quod nemo te quærere valet, nisi qui prius invenerit. Vis igitur inveniri, ut quæraris, quæri, ut inveniaris? Potes quidem quæri, & inveniri, non tamen perveniri. Nam & si dicimus; *Mane oratio mea præveniet te*, non dubium tamen quod tepida sit omnis oratio, quam non prævenerit inspiratio. Verba psalmi nostri, *Mane oratio mea præveniet te*, non possunt profectò sensum alium gignere, propter pronomen (*te*) quam quod ipsum Deum oratio præveniat, non autem quod præveniat matutinum tempus, & ante illud fiat. Concedi quoq; debet quod omnem orationem, & actum bonum, ut aliquo modo meritorius, prævenit Deus gratia sua, saltem mediatè. Nihilominus verum etiam est, quod aliqua oratio, aliusve actus bonus, & meritorius potest dici Deum prævenire, quatenus ei reddit Deus incrementum gratiæ, aut aliquid aliud per modum præmii, ac deniq; ipsum præmium beatitudinis. Postremo expositio Jansonii recedit à communi ceterorum expositione, quibus negotium non fecit, quod oratione principium ducatur ceterorum operum nostrorum, vel, ut dum vivimus, oratione præveniamus judicium divinum, vel quandoq; aliquam ultionem, & calamitatem nobis ab eodem ingruentem: vel de Christo, ut dicat se oratione prævenire velle hoc idem judicium, & ultionem Dei contra homines: vel de eodem, ut orationi impetret, prævenire mane Deum, idest, mane resurgere, ac veluti impedire; *Ne det Sanctum suum videre corruptionem, nec derelinquat animam in inferno* s. Lege quæ dixi ps. 58. 1 tractans illa verba, *Misericordia tua præveniet me*. Observat Ayguan. *præveniri* hominem à Deo, ut præter modò citatum locum, etiam *in benedictionibus*, u *Deum* ab homine tùm hìc, tùm ubi dicitur, *prævenien-dum esse in confessione*, seu *præoccupandum* x, ab homine hominem, ut *in honore deferendo* y.

Nulla oratio ipsum Deum prævenit, sed Spiritus Domini omnem orationem bonam, secundum Jansonium.

Vers. 15.) Ut quid Domine repellis orationem meam: avertem faciem tuam à me?

QUum toties dixerit se clamavisse, ac tam diligenter, & assiduè in orationem intentum fuisse, diferri tamen diutius id quod adeo enixe postulaverit, videret, conqueritur non admissam orationem illam suam, & negatum, immò ablatum Dei benignum aspectu, solitumque ipsius favorem. Similes querelæ aliorum, ut Job z, *Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet: vociferabor, & non est, qui judicet*, & Abacuc a, *Usquequo Domine clamabo, & non exaudies?* & nostri David, vel potius Christi b, *Deus, Deus meus respice in me, quare dereliquisti?* &c. *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte*, &c. Relege quæ ibi dixi. Summam hic Rickelius colligit, Christi, orationem non exauditam, seu repulsam, non quæ ex deliberata ejus ratitione, ac rationali voluntate processit, quoniam de hac intelligens dicebat Patri c, *Sciebam quoniam semper me audis*: Sed quam secundum affectum, seu sensitivum appetitum effudit, ut quum oravit, *Si fieri posset, transire calicem à se* d: de quo etiam Arnob. & Hieron. quo vocant, declarant. Similiter consolationis divinæ præsentiam, velutiq; faciem, & solitæ pietatis affectum subtractum naturæ passibili ejusdem in cruce, cum clamavit *se derelictum* e: numquam tamen faciem Dei, quæ est ipsemet Deus, in cujus visione consistit beatitudo, ab anima illius aversam, sed indesinenter eam aspexisse visione beata, etiam tempore passionis. Hoc ultimum contra nonnullos asserentes tantisper interim suspensum saltem gaudium intrinsecus proveniens in parte superiori ex ea visione, alibi refellimus in hoc ipso opere. Docet idem Auctor cujusvis justi orationem interdum videri penitus rejici, aliquando differri, ut & consolationis auram tempore tribulationis, quasi videatur aversus Deus. Atque de hoc etiam actum non semel. Non *amovet Deus* absolutè *orationem servi sui* f, nec ita *irascitur super illum* g, ut non aliqua ratione exaudiat; sed aliquo modo semper illa *in sinu ipsius convertitur* h. Hugo repelli orationem demonstrat seram, falsam, execrabilem, sordidam, cruentam, inutilem, bre-

Sensus loci.

---

a *Psal.* 5. 4. 5. *Psal.* 54. 18. *Psal.* 58. 17. *Psal.* 62. 2. 7.
b *Psal.* 91. 3. *Psal.* 118. 147. 148. Mane plura bona facta sunt.
c *Exod.* 19. 16 d c. 16. 12, 13 et *Rev.* 11. 10 Tropologia
e *Exod.* 14. 24.
f *Exod.* 14. 24.
g *Job.* 38. 7.
h *Psal.* 103. 22.
i *Rom.* 13. 12
k *hom. de semente.*
l *Catech.*
m *Eph.* 2. 3.
n *Rom.* 10. 9 14. 14.
o *Es.* 38. 18. 19.
p *Hom. de semente.*
q *Psal.* 146. 9.
Κράζειν.
r *Hom. de semente.*
s *Psal.* 15. 10. t *vers.* 11.
u *Psal.* 20. 4.
x *Psal.* 94. 2.
y *Rom.* 12. 10
z *cap.* 19. 7.
a *cap.* 1. 2.
b *Psal.* 21. 1. 3.
Quæ oratio Christi dicatur non exaudita.
c *Jo.* 11. 42.
d *Matt.* 26 39.
e *eo* 27. 46.
f *Psal.* 65. 20.
g *Psal.* 89. 5.
h *Psal.* 54. 15

breviorem, quam par sit, aliis carentem eleemosynæ, & jejunii, quæ fiat pro indigno, quæ frivola sit, quæ indevota, ut ardentiùs petatur, quod differtur. Declarat ultimam causam August. & post eum Cassiod. aliique eleganti similitudine ignis, qui flatu repercussus, inflammatur ardentiùs, & vivaciùs, ut Cassiodorus loquitur, animatur.

Ut quid Domine repellis orationem meam? Hieronym. *quare Domine abjicis animam meam?* Alii, *derelinquis, negligis, oblivisceris animam meam?* In Complutensibus, Regiis, aliisque Bibliis Græcis est nomen *animæ* ψυχῆς Aquila etiam vertit εἰς τί κύριε ἀπώσῃ ψυχήν μου *ad quid Domine expelles animam meam?* Symmach. ἵνα τί κύριε ἀπορρίπτεις τὴν ψυχήν μου; *Quare Domine abjicis animam meam?* Ita præterea in Psalterio Gallicano, seu Ambrosiano, & in Illyrico, atque apud Euthymium. Quæ lectio consentanea est textui Hebræo, in quo est נכשׁ *nephes*, sicut & in Chaldeo. Sed orationem emendati libri Græci habent προσευχήν, atque Theodotio: Psalterium præterea Æthiopicum, & Arabicum, & textus Theodoreti; paraphrasis Apollinari εὐχωλήν.

Τί περὶ εὐχωλὴν ἀγανόφρονα τηλόθι πέμπεις ϛ
Quare mihi precem mitem longè mittis? B

Supplendum censuerunt Lxx. orantem animam, seu, animæ orationem, si *animam* transtulerunt. Vel per נכשׁ *nephes* intelligi voluerunt flatum, & halitum, aut affectum, desiderium, appetitum, concupiscentiam, voluntatem animum, anhelationem, seu aspirationem, quibus ipsamet oratio satis innuitur. Sed & animum alicujus tollere, phrasi non dissimili, est differre, suspensum tenere, ad vota, interrogata, postulata non respondere. Sic Judæi Christo *a*, *Quousque animam nostram tollis?* αἴρεις. Denique repellere animam est à pace, ac salute consequenda rejicere, vel morari, quam cupit maxime, calamitati ejusdem non prospicere, orantem spernere, avertere faciem, quod hìc proximè subditur, minimè curare, indignari etiam, ac indignum censere, ut exaudiatur.

a Jos. 10.24

Avertis faciem tuam à me.) Hæc dicendi formula occurrit antea sæpius. Gestus hic est indignantis, ac abominantis. Minatur Deus *dorsum se, & non faciem ostensurũ in die perditionis iniquorũ* b; *adeo quoq; mundi oculi ejus, ut non videant malum* c, *scilicet approbando, & favendo.*

b Jer. 18, 17
c Abac. 1, 13

Vers. 16.) Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

sensus loci. EXaggerat rationem expostulationis præcedentis, ut quam justè conqueri videatur de repulsa, quod scil. à prima ætate in ærumnis fere semper sit versatus, laboribusq; multis exercitus. Si autem paullulum, & ad breve tempus recreatus, ac vectus fuerit in aliquem fortunę melioris gradum à Deo suaque illa laboriosa honesta industria, mox iterum in priorem reciderit conditionem, & afflictionem, atq; ad tantam pervenerit animi conturbationem, ut præ consilii, & auxilii inopia, propemodum desperandum sibi esse videri potuerit. Si de Davide ipso sit sermo, in pastoritio molestissimo labore transegit adolescentiam; deinde usque ad annum ætatis trigesimum nunquam fere conquievit, ob Saulis persecutiones, tametsi honores ab eo consecutus, & aliquando in gratia habitus: tandem rex factus, continuis bellis implicitus fuit, & gravissimis laboribus fractus. Basil., & Theod. explicant tùm de Judæis, tùm de humano genere universo, juventutem illorum esse ab exitu de Ægypto; aliorum omnium, postquam extra paradisum ejecti sunt primi parentes: intermedii temporis vitam in utriusq; calamitosam fuisse: Judæos post honores, & facultates, quas consecuti fuerant, in servitutem incidisse: humanam naturam bona gratiæ, quæ in paradiso acceperat, cum majora concupivisset, amisisse.

Allegoria. Communior expositio est, saltem secundùm allegoriam, de Christo, qui ab incunabilis ipsis pauperrimus fuit, ac summos labores expertus, utpote *reclinatus in præsepio, nec deinceps habens ubi caput reclinaret*, solum vertere adnum trigesimus: postea etiam mendicato, alienave beneficentia: denique post vitæ totius ærumnas, sævissimis, ac fœdissimis tormentis affectus, quamvis exaltat ut quoq; miraculis, & doctrina fuerit; nisi exaltationem de cruce Amalis interpretari, in qua humiliatus conviciis est, ex ea depositus, in sepulchro humiliatus. Hoc modo Latini, præterque illos, Euthymius, & Nicephorus.

Alteram allegoriam tradit Augustin. Cassiod. & alii de Ecclesia juxta etiam illud ex psal. 128. *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea.* Crescit persecutionibus, ait Cassiodorus, pressura temporum sublevatur, humilitate semper extollitur, cujus longior ætas non est debilis lassitudo, sed matura perfectio: unusquisque fidelium exaltatur priùs, quando res humanas tumido corde cogitat, postea humiliatur, quum pervenit per Dei gratiam ad confessionem. (Augustinus dicit aliquibus majorem ipsam exaltationem cedere in majorem humilitatem) postremo confunditur, vel conturbatur, quando quæ malè gesserat, pœnitentiæ professione damnat.

Pauper sum ego.) In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, *egens*; in Gallicano seu Ambrosiano, *egenus*, licet Faber legat *pauper*; in vetere, & apud Augustinum *inops*. Synonyma omnia, ut sæpe vidimus. Græcum πτωχὸς. Hebræum עני *hhoni*. Pauper erat David, quum paucas pasceret oves patris inquit Trevetus. De Christi paupertate cuiusmodi fuerit, & quanta, & an mendicato tantum vixerit, vel aliquid interdum possederit, magna olim altercatione disputatum est, nosque ipsi quid videretur, alias peruimus. Utriusque paupertatis modum sectatum constat. Spiritualis paupertas non illa spiritus, quæ virtus est sed inopia gratiæ, ac virtutum, fugienda: quisque tamen simul, quanta vis gratia, & virtutibus præditus, profiteri se pauperem debet, quia nihil hæ ad immensas opes Dei, & aliorum, & nullus pauperior, quam qui quod habet, ab alio non tantum accepit, sed immeritus accepit, & ab ejus pendet nutu, atque conservatione, tanto majore, quanto id quod habet majus est. Docuimus præterea alibi, pauperem apud Hebræos appellari non opibus privatum dumtaxat, sed quomodoliber calamitosum, & ærumnosum, etiamsi aliunde opes illi non desint. Interpretantur hoc loco alii *afflictum*, aut *afflictione anhelum, & anxium.* Optima ratio proponitur Deo, *Quoniam exaudit pauperes Dominus* d: *est refugium eorum* e: *nec oblivisceitur eorum* f: *oculi ejus in eos respiciunt* g; *hi derelicti sunt ei* h; *desiderium ipsum eorum exaudit*; *& præparationem cordis eorum* i; *propter gemitum illorum exsurgit* K: *non despicit deprecationem eorum* l: *sollicitus illorum* m, *salus illius suscipit eos* n: *adjuvat ipsos de inopia* o: *facit vindictam eorum* p; *parcit* q, *iis*. Instituit etiam senior juniorem Tobiam suum, *ne averteret faciem ab ullo paupere* r.

Paupertas spiritus non fugienda.

Pauper apud Hebræos quis appelletur.

d Psal. 68. 34.
e psal. 9, 10.
f v. 13. 19.
g v. 88.
h v. 34.
i v. 17.
k psal. 11. 6.
l psal. 21. 25.
m psal. 39. 18.
n psal. 68. 30.
o psal. 106. 41
psal. 139. 13
P Psal. 71. 13.
q ibid.
r Tob. 4. 9.

Et in laboribus à juventute mea.) Hieronym. *& ærumnosus ab adolescentia mea.* Alii *deficiens, moribundus, moriens, obiens, animam efflans, lenta confectus morte, expirans, fatiscens, vitam trahens potius, quam ducens, lente, ac sensim tabescens, animam agens agonizant, pœnæ mortuos à puero, ab adolescentia mea, à juventute mea*, vel, *à stupefactione*, aut, *à furore*, quia נוע *goveahh* illa omnia priora significat posteriora נער *nohhar*, præsertim, *ætatem minorem, stupefactionem, & furorem*, ut accedunt ad *excussionis* significationem, vel, *rugitus*, vel, *concussionis*, vel *afflictionis*. Sensus esset quod David, aut Christus, aut alius, morto, seu moribundo, languidove similis jam inde à primis annis fuerit præ multitudine multorum laborum, & quadam veluti rabie calamitatum, quę quodammodo vires obstupefecerint. Hac de caussa Christum, qui non excessit ætatis ann. 34. Judæos annum 50. fere perveniisse, nonnulli judicavisse existimant; quod multis esset laboribus debilitatus, factusque, ac jam senex esse videretur. Ob similem rationem David, qui solum vixit annis 70., scribitur *senuisse, ac ætatis dies plurimos habuisse* s. Agellius credit pro ונוע *vegoveahh*, legisse, ויגיע *jghiah laborans*, & confirmat simili phrasi Jacob dicentis t. *Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus* ענוי ואה יגיע פסו *bhoni veeth jeghtahh chappai*. Hac ratione duplex (ו) *vau* esset mutatum in duplex (י) *jod*, & præterea conjunctio addita, quæ per primum (ו) *vau* quum sceva denotatur. Malim nihil mutare, nec substituere, quod facit Tuccius, ponens loco πτωχὸς in priore membro, ἀλιβόμενος, pro ἐν κόποις aliud vocabulum ἐκπνέων, *expirans*, ita enim dicere voluisse existimo, non ἐκπνευσε, quod nihil valet. Quicquid alii dicant, rectè à LXX. declaratur duabus dictionibus ἐν κοποις: est enim κόπος *lassitudo, ac fatigatio ex labore, non ipse tantum labor, vexatio, molesta*. Illud aliud, quod auctor idem subdit, indicare Prophetam

s 3. Reg. 1. 1
t Gen. 31. 42

tam exercitationem in honestis laboribus, quibus honorem, opesq; comparaverit sibi, propterea minus displicet, & quia re ipsa de illo verum est, deque Christo multo magis, & quia favet Apollinarius.

Ἐξ ἥβης πτωχὸς τε καὶ ἐν καμάτοις μεμηλώς,

A juventute pauperque, & in laboribus diligens, vel accuratus.

Quis enumerat, aut æstimet labores Christi? (de quo cum emphasi proferendum Hugo monet pronomen *Ego*) curamq; & diligentiam, & amorem in iis tolerandis, verbi gratia, quando *fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē*, a *servire eum fecimus in peccatis nostris præbuimus ei laborem in iniquitatibus nostris*, & *laboravit anima ejus* b; & *laboravit clamans ad rauce dinem usq;* c; oravit, jejunavit, servivit parentibus, esurivit, sitivit, peragravit loca multa, prædicavit, passus tandem, & mortuus dirissima morte, ac tormentis. Observat Hugo hæc de causa sic incipere hymnum, qui recitatur tempore passionis, narrare passionem Christi: *Vagit infans inter arcta conditus præsepia.* Arnobius exaltationem adscribit cruci, humiliationem coram judice fuisse, confusionem (legit enim *confusus*) in morte. Exaltatus etiam fuit, ut notavit RicKelius, quum *quæsitus à populo, ut faceret eum regem* d, quum *omnia bene feciſſe* prædicatus ob tot tantaq; miracula e; quum exceptus in die palmarum adeo honorificè f, sed paullo post appetitus ad mortem, & infinitis calumniis, tormentisq; humiliatus, & afflictus, & conturbatus sympathia quadam voluntaria. Sed & *homo nascitur ad laborem, sicut avis ad volatum* g (quæ volans absq; ullo fere labore, alienis fruitur laboribus, & volatu effugit incommoda, quod non potest homo, & hic ea debet alacritate labores perferre, qua volatilia, & ad hominem circumvolant undiq; mala, tamquam aves) ita ut qui *in labore hominum non sunt* h, hac indigni appellatione censeri possint, & *non legitimè certantes expectare coronam non debeant* i, *nec manducare, qui non laborant*, seu *operantur, nec vesci* K *pane qui sudori parcit*. *Sicut* l *mercenarii dies nostri*, & m, *operarii sumus expectantes decenarium diurni laboris*, & n *militiæ* stipendium redditur, *quæ est vita nostra*, vel etiam tentatio, *quam* o *qui vicerit, manna recipiet*. Lege, quæso te, Gregorii p enarrationem moralem in cap. 7 Jobi, de laboribus mercenarii. *Ora* quoq; mecum *Dominum messis, ut mittat operarius in messem suam* q, sed inconfusibiles, ἀνυπασχίντους, qui nec rubore retardentur, nec habeant unde meritò propter desidiam in opere, præter causas alias, erubescant. Consule etiam Hugonem digredientem in nepotes, & consanguineos Pontificum, & Cardinalium, quos negat dicere posse versum istum, *Pauper sum ego*, &c. Sed in eos quadrare, quod scripsit Jerem. r *de Moab fertili ab adolescentia sua, & requiescente in fæcibus suis*. Potiore jure transferri hoc potest in laicos, & in Ecclesiasticorum illorum numero negari non debet nonnullos in mediis opibus affectu pauperes, ac liberales esse, in honoribus sic exaltatos, ut simul sint humiles, atque conturbati circa curam & solicitudinem de aliis, cui vacant, non valentes, ut vellent, sibi, ac Deo magis vacare. Naturali quadam maledicendi libidine, ac diaboli nonnumquam instinctu traducitur Ecclesiasticorum natio & maledictis proscinditur. Vitia tamen etiam horum interdum indicare prudenter, amicè, reverenter expedit, quod Hugonem notavit religiosissimum Cardinalem aliquando facere.

Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.) Hier. *portavit furorem tuum, & conturbatus sum*. Alii, *portavi terrores tuos, animi dubius sum, suspenso animo*, seu *attonito, hesitans*, nimirum ne deficiam. Vel *ne forte*, nempè quotidie, ac semper dices, ne forte peream, aut ne sit hoc, Vel (*multo tempore*) scil. humiliatus sum multo tempore. Vel (*affixus est*,) videl. timor tuus super me, quasi tremens, ac tantum non desperans Chald. *Sustinui timorem tui, omnes super me, aut timorem tuum onerosum*. Text. Heb. hìc est נשתי אמיך אפונה *nasathi emecha aphunah*. Primum verbum a נשא *nasa* legerunt Lxx; in passiva cōjugatione niphal נשאתי *nissethi elevatus sum, exaltatus, excelsus factus*. Secundùm vocabulum Agell. ut nunc est, scribens cum (י) *jod* post (א) *aleph* אימך *emecha terrores tuos*, ait sic positum pro אמוך *immach*. idq; legisse Lxx. & significare *extenuatum, pauperem factum, humiliatum*, à themate מכך *machach*, & videl. in futuro conjugationis niphal, quod tamen est, non אמך *immaah* per *chirlih*, ed אמך *emmach* per ·· *segol*. Hoc probabile, priusque à Genebrar. notatum, licèt non benè scriptum, אימיך *emecha*: quia eodem *humiliandi* passivo verbo Interpres vertit alibi *sistud* idem Hebr. tum in niphal, tùm præterea in hophal *t*, & Kal *u*. Tuccius *x*, interpretans primum verbum Hebræum per Græcum, quod addit de suo ὑπενεγκα & Latinum *sustinui*, secundùm declarat per πολλοὺς σε, *populos tuos*. At legere tunc non debuit אמיך *emecha*, ut Latinis etiam literis facit, sed אמיך *ammecha*, quia hoc significat *populos tuos*, non autem illud, Tertius modus esset, si legeremus cum (י) *jod* איכיך *emecha*, tunc esset *terrores tui*, quia איכים *emim* hoc significat, & supplendum esset aliquid (terrores tui oppresserunt me) quod tandem rectè exponitur his verbis, *humiliatus sum*. Quod de Christo explanat idem Tuccius, tulisse populos, & gentem insipientem, non credentem, & contradicentem, eaque de caussa gravissimis animi angoribus, & corporis doloribus discruciatum, verum est; sed non ad rem, & ex singulari ipsius legendi ratione, quam nimis sæpe usurpat, parum æquus editioni vulgatæ, profectum. Ultima in hoc textu vox est אפונה *aphunah*. Qui vertunt, *ne forte*, derivant, à פן *pen* ex radice פון *pun*, quod idem valet, & inde אפונה *aphunah*. Qui, *omni tempore*, vel *multo*, dicunt Arabicè tempus vocari אפאן *ippan*: qui *hæsitabo*, seu *dubitabo*, &c. ab eadem illa radice פון *pun* & פן *pen*, quasi verbum ex ea formatum sit cujus futurum cum ח *he* paragogico אפונה *aphunah*: qui affixus est; nescio unde deducant, nec debeo divinare, curosiusve scrutari. Nec hìc Tuccius contentus fuit aliquem priorem sectari, exposuit enim ἐξπορηθην, & *rotantem*; ut Christus dicat se ab ineunte ætate huc & illuc rotando sustinuisse populos, ac tolerasse; vel quod Ecclesia sponsa, quum inde ab Abel varias oras partesque terrarum circumiens, portansque populos incredulos, leves, inconstantes, ejusmodi pœnas suffert, cujusmodi qui letho intereunt. Est quidem אפן *ophan rota*, sed non video quo pacto ex ea conficiatur verbum, nec ullum dabit exemplum Tuccius. Conjiciam & ipso in cumulum conjecturam meam, nec si quis rejiciat, multum laborabo. Fortassis legerunt Lxx. futurum אפנה *ephneh* quod à פנה *panah*, significat *videbo, respiciam, declinabo*, seu *convertam* nempe oculos, quod cum addito dicunt כהוכה *choh vachoh*, y *huc & illuc*. Hoc facit qui est, *conturbatus*, & ut alii multi verlunt, qui *dubius hæsitans, animo suspenso*, denique *sibi timens*. Nec refert omitti (ו) *vau* sciure K, quia sine punctis vocalibus olim scribebatur, ut sæpe admonui. Eamdem istam hæsitationem, dubitationem, conturbationem indicat alia Latina verbo Psalterii Romani, & Gallicani (quamvis Faber in isto communem lectionem ponat) arq; Arnobii, & Cassiodori, quæ habet *confusus*. Græcum verbum est ἐξπορηθην, quod Euthymius, & Nicephorus explicent esse ἄπορον βοηθείας, *destitutum auxilio*, sicque de Christo sensisse Judæos, quum insultabant ei z, *Sine, videamus an veniat Elias, liberans eum*. Apollinarius idem indicat de impotentia, versumque totum sic enarrat;

ὑψόθεν αὖ χθαμαλός, γενόμην καὶ ἀμηχανος ἔργοις,

Ex alto rursum humilis factus sum, & impotens operibus.

DVis verbi Græci est, significare ad summas angustias redactum, & idcirco prorsus hæsitantem, & æstuantem, quove se vertat nescientem, & ingenti rerum necessariarum, consiliiq; inopia oppressum. Transtulit aliquando Interpres noster *tædere*, ὥστε ἐξαπορῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, *ita ut tæderet nos etiam vivere*: vel, ut alii declarant, *ita ut prorsus penderemus animi etiam quod attinet ad vitam, omnino perplexi ac inopes consilii essemus, qua ratione vitæ periculū evadere possemus*. Alio loco, ubi legimus Græcè ἀπορεμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, vertit retinendo primum verbum, & Latinum faciendo *b*, *Aporiamur, sed non destituimur*, quod aliter exponitur, *Egentes, non etiam succumbentes egestati, valde, & ad languorem usque, ac virium defectum debilitati*. Lege Budæum *c*. Sed claudamus tandem locum istum Bernardi *d* sententia de humilitate differentis. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris dignè humiliari, quantum vel de falsis datum est indignè exaltari? Illam mihi vocem propheticam assumerem, *Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus*. Profecto boni viri est, dum ab alio exaltatur, humiliari in corde suo, & coram Deo; atq; conturbari, & ægre ferre. Christus non propriè humiliatus fuit ab alio, sicut exaltatus, sed ipsemet *humiliavit semetipsum* e. Nemo nostrū ita dicere potest, quod *exaltatus sit etiā humiliatus*, ideſt, prius exal-

a Jo. 4. 6. Es. 43. 24.
b Es. 53. 11.
c ps. 68. 4.
d Jos. 6. 15.
e Mar. 7. 37
f Luc. 19. 35. & seq.
g Iob. 5. 7.
h ps. 72. 5.
i 2 Tim 2. 5.
k Gen. 3. 19.
l Iob. 7. 1.
m Mat. 20. 2
n Iob 7. 1.
o Apo. 2. 17.
p 8 mor. c. 15. & seq. vel c. 3. & seqq.
q Luc. 10. 2.
r c. 48. 11.
t Eccl. 10. 18
t Iob. 24. 24.
u ps. 105. 43.
x in Cant. annot. vinet. pag. 20.
y Exod. 3. 14
z 2. Cor. 1. 8.
a Philip.
b c. 4. 8.
c in Comm. ling. Græca. pag. 329.
d Epist. 87. Christus non ab alio humiliatus, sed ipsemet se humiliavit.

exaltatus quam ipse se humiliaverit, aut humiliari se ab alio pateretur. Prior semper in nobis humiliationis ante exaltationem caussæ, & *contritionem præcedit superbia a*. Sed præterea verum est nonnullos de Ecclesia, quod Hugo notavit qui Ecclesiasticis opibus exaltati, timent iis privari, humiliari sæpe, ac servos fieri principum, atq; Tyrannorum, nec audere istis resistere, ac eos reprehendere.

a 1 Cor. 16. 8.

Vers. 17.] In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbaverunt me.

Vers. 18.) Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul.

Sensus loci. REjicit in Deum caussam paupertatis, & afflictionis adeo continuæ, de qua prius dixit, laboris, humiliationis, conturbationis, sive confusionis, aut anxiæ, sollicitęq; dubitationis, & hęsitationis inter tot discrimina, quod signa manifesta irę suę ac furoris adversùs ipsum ediderit, gravibusq; impendentium aliorum malorum terroribus conturbaverit, quibus perinde circumdatus, ac penè obrutus assidue, simulq; & confertim pluribus concurrentibus, fuerit, ut solent aquæ in illas collapsum penitus cooperire.

Allegoria. Allegoriam Christi hoc loco, ut hactenus in psalmo toto, omnes fere agnoscunt, tùm in sua ipsius persona loquentis, tum in persona mystici corporis sui, qui sunt præsertim justi, & variis tribulationibus exercentur, atq; concutiuntur metu non tantum aliarum in hac vita ingruentium, sed præsertim futuræ quoque damnationis.

In me transierunt iræ tuæ.) Hieronym. *per me transierunt iræ tuæ*. Alii, *furores tui*. Latina alia Psalteria Gallicanum, & Romanum, atq; Gassiod. & Greg. *b pertransierunt*. *Iræ*, vel *furores* חרונים *charonim* & ὀργαὶ sunt mala pœnæ, quæ videntur ab irato Deo irrogari, quia solent qui irascuntur, alios malis afficere. Refert Euthym. Origenem iras, terroresq; de dæmonibus interpretatum, quia semper hominibus irati sunt, ac terrorem incutiunt, sed non nisi vel jussi, vel permissi à Deo: Christum hìc dicere passionis tempore invasum se ab illis, & ut hominem conturbatum. Familiare Poetis est usurpare ultrices deas, & σεμνὰς nocte & Acheronte genitas; item diras, pœnas, Eumenidas, per antiphrasim implacabiles, Epimenidas, Erinnyas, malos genios, seu ἀλάστορας, furias, famulas Ditis, Alecto, Tisiphonem, Megæram; Parcas etiam, quod minimè parcant, Clotho, Lachesin, Atropon. Concedo Angelos malos, sive cacodæmonas, quibus Deus utitur ad puniendum quoslibet, vel ad exercendum etiam justos, posse iras illius nominari, ac terrores. Quod autem dicantur dæmones Christum conturbavisse, ut sit verum, intellige, fecisse quod erat in se, ut eum conturbarent, quamvis irrito conatu, quia solus *turbavit seipsum* c, nulla præterea intrinseca caussa. *Transeundi* verbo non significatur nisi tropologicè, ut ego August. & alios locutos non dubito, quod iræ Dei non maneant in justis, sed in reprobis. In istis quoque hoc tempore sæpe transeunt, quamvis maneant postea in æternum; quod Christus loquens de infideli dixit, *Manere iram Dei super eum* d. *Transire* est irrumpere magno impetu quemadmodum solent procellæ, aquarumq; undæ, de quibus paullo post. Quo item sensu in alio psalmo e dicebat Prophetа noster; *Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt*; quasi diceret, trajecerunt, & pervaserunt, vulgo, *hanno trapassato, passato da banda à banda, trafitto*, quod valere potest חבר *hhavar*, & διέρχεσθαι.

b 7. Mor. c. 3

c Ioan. 12. 33.

d Jo. 3. 36.

e Ps. 41. 8.

Et terrores tui conturbaverunt me.) Hieronym., *oppresserunt me*. Alii, *succiderunt me*, vel, *perdiderunt*. Sunt φοβερισμὸς non *terrores*, sed, ut ita dicam, *terrificationes*, *ac terrorum immissiones*. Nomen Hebræum cum affixo בעותיך *bihhuthecha* significans *terrores*, & *exagitationes*, descendit à verbo בעת *bahhath*, *turbare*, *terrere*, *exagitare*, *malo*, vel, *metu exercere*. Pro eo verbo reddunt quandoque f Lxx. σροβεῖν, nonnumquam g ἐκθαμβῆσαι, interdum καταπλήσσειν. Significat primum omissis aliis, quorum notior significatio, *circumagere*, & *circumrotare in morem rapidi verticis*, *& vertiginis*, *qualis in aquis apparet*, ita ut videatur & hoc loco eadem innui comparatio cum illa, quam citavimus ex alio psalmo h. *Omnia excelsa tua*, *& fluctus tui super me transierunt*.

Φοβερισμός.

f Job. 9. 34. c. 13. 21. c. 13. 24.

g Ps. 33. 7.

h Ps. 41. 8.

Præter figuratam acceptionem terrorem, & irarum, pro dæmonibus, quam Euthym. ex Origene reruliſſe dixi: alius auctor Græcus, quem putat Agell. Eusеb. interpretatus est κατάρας ἐννόμῳ *maledicta*, & *execrationes in lege positas*. Ita transtulit etiam hic aliquem interpretem: non ideo sequitur, quod ut ipse sic existimans argumentatur, idem illud verbum בעת *bihheth* ita redditum sit Job i, verbo *maledicendi*; *Maledicant ei, qui maledicant diei*. Nec id, inquam, sequitur, nec loco citato est העת *bihheth*, sed נקב *mikkeu*. In genere terrores de quibuscumque sunt malis, maximè vero, ut prius dicebam, & Euthymius quoque observat, damnationis æternæ; Hæ sunt *sagittæ Domini*, *quas in se* Job k, asserebat *esse*, *quarum indignatio ebibisset spiritum suum*: hi *terrores Domini* בעותו *bihhuthe*, *quos* affirmabat *militare contra se*. l. Ac si apertè dixisset, inquit Gregorius m, percussus, quidem de præsentibus doleo: sed hoc in dolore fit gravius, quia & in pœna positos, adhuc supplicia æterna pertimesco. Et paullo post ante: Interni, ait, quippe judicis postquam iræ pertranseunt, etiam terrores conturbant (quum facit in pertransitu, sicut alias facere monui) quia jam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna damnatione formidamus. Nihilominus terrores conturbantes possunt sumi de terribilibus malis jam præsentibus, quæ simul formidinem ingerant, ne umquam finiantur. Nam Theodoretus explicat, ac Basil. de horrendissimis supplicijs. Et eumdem sensum habere possunt verba Job n, *Undique terrebunt eum formidines*. Aliquando etiam pro terrore transfert Interpres *exagitare* o, vel *stupefacere* p. Quamquam ipsemet per se terror ac timor suum secum affert supplicium, exagitationem, stuporem. Trevetus refert nonnullorum explanationem de David, quando conspiciens Angelum percutientem, tanto terrore percussus est, ut idcirco naturalis ei color imminueretur, & nec opertus quidem vestibus, calescere posset.

k c. 6. 4.

l Ibidem.

m 7. mor. c. 3

n c. 18. 11. 01. Reg. 16. 14

o Esa. 21. 4.

p Esa. 21. 4.

Circumdederunt me sicut aqua tota die) Similitudine ex aquis circumdantibus utitur Psaltes frequenter, ut antea vidimus q, quia non ex una tantum parte, sed undiq; circumdat quos comprehendunt; propter fluxam naturam, ut Euthym. annotat. Idem est de *fluxibus* r, *torrente* s, *aqua absorbente* t, *& intollerabili*, u atq; *liberatione de aquis multis* x, ut præteream aliarum scripturarum similia testimonia. Detorqueri circumdatio ista aquarum potest: secundum tropologiam ab Hugone traditam, ut munire, ac defendere tribulationes censeantur, esseq; pro *muro à dextris*, *& à sinistris* y. Præterea, innuatur importunitas inimicorum, atq; tentationum, quæ *sicut aquæ intrant*, *subeuntq; interiora nostra* z, & penetrans omnes latentes rimas, & una post aliam continuo, ac perpetuo quodam fluxu succedit, irruitq; tamquam *abyssus abyssum invocans* a. Propter sævitiam adversariorum circumdatum se consequitur Christus *à tauris*, *vitulis*, *canibus* b.

q ps. 17. 17. ps. 32. 6. ps. 65 12. ps. 68. 2. 15. 16.

r ps. 41. 8.

s ps. 123. 4.

t ibid.

u ibid.

x ps. 144. 7.

y Exo. 14. 22

z ps. 108. 18.

a ps. 41. 8.

b ps. 21. 13. 17

Circumdederunt me simul.) Hieron. *vallaverunt me pariter*. Alii, *cinxerunt*, *irruerunt*, *circuierunt*, *circuire fecerunt*, *in orbem transierunt*, *obsiderunt*. Non solum tota die, sed simul multis se malis, malorumq; circumdatum & obseptum terroribus ait. Non fuit in Christo *sanitas à planta pedis ad verticem* c: videturq; *furorem suum Deus in eum colligisse*, *& comminans ei infremuisse spiritu*, *conscidisse illum vulnere super vulnus*, *irruisse in eum*, *quasi gigas* d; ita ut à facie Dei turbaretur, & considerans eum timore sollicitaretur. Ecclesiæ, atque justo cuilibet eadem suo convenerunt modo, propter multiplicem persecutionem, ac tentationem: ut videatur interdum suffocari, vel mergi, sicut navis, quive navigat, cum aquis obruitur. Timere sibi quisque debet. Petri navicula quamlibet agitetur, concutiatur, periclitetur, perire non potest.

c Esa. 1. 6.

d Iob 16. 9.

Vers. 19.) Elongasti à me amicum, & proximum: & notos meos à miseria.

Sensus loci. INter mala tam multa, calamitatesq: quibus circumdatum se adeo deploravit, maximi videtur feciſſe quod prius jam dictum c repetit, ac in extremo psal. ponit: ut procul abire fecerit Deus à se omnem amicum, proximum, notum, familiarem, qualibet necessitudine conjunctum; nec ullum ab iis in summa miseria consolationis capere lenimentum, & mitigationem permiserit. Tanta erat miseria, ut nemo commiseretur, & quod est in alio psalmo d, *Non esset qui contristaretur*, *consolantem quæres non invenire*: sed cuncti sese subducerent, aut etiã absconderent,

c v. 9.

f ps. 68. 21.

derent, quasi ita se suum crederent tueri statum posse, ac salutem, si nimirum congressum ipsius, conspectumque vitarent; & quam longissimè ab eo recederent, aut ne si quidem vellent, possent auxiliari. *Circumspexi*, ait apud Esajam *a* Christus, de quo est continua hujus psalmi allegoria, & *non erat auxiliator*: & ad discipulos *b*, *Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solum relinquatis*. Dixi etiam eadem de re superius in hoc ipso psalmo *c*. Revera id evenit quod Sapiens observavit, ut *proximo etiam suo pauper sit odiosus, & humilis quum ceciderit, expellatur etiam à notis* e. Tritissimus hic de ficta falsaque amicitia locus;

Nam rara fides, ubi jam melior
Fortuna ruit.

Item:

Nomen g *amicitiæ, si quatenus expedit, hæret,*
Calculum in tabula mobile ducit opus.
Quum fortuna manet, vultum servatis amici,
Quum cecidit, turpi virtutis ora fuga.

Præterea:

Οὔτις τὴν φιλίαν σπουδάζει
Φωτὶ παύροις ἐν πόνῳ πιστὴ βροτῶν
Καμάτῳ μεταλαμβάνειν.

Lege Aristotelem *i*, Isocratem K, Ovidium, Salisberiensem *l*. Non huc exempla advocanda contraria eorum, qui amicos comitabantur in exilium, de quibus Maximus *m* Tyrius, Svetonius *n*, Seneca *o*, Martialis *p*, vel etiam pro altero alter mori paratus erat, & volebat, quorum notatissima paria, Pylades, & Orestes, Theseus, & Pyrithous, Agamemnon, & Menelaus, Castor, & Pollux, Amphinomus, & Anapias Siculi fratres, Damon, & Pythias, Nisus, & Euryalus, Alexander & Ephæstion, Achilles, & Pattoclus, Epaminondas, & Pelopidas, &c. Hyginum *q*, inter alios consule. Exemplis sacris, præter David, & Jonathæ, abundat præsertim Ecclesia, ut sit satis Tertull. *r* referre, scribentem, solitos cum admiratione, exprobratione, infamatione Gentile de Christianis dictitare; Vide ut invicem se diligant, & ut pro alterutro mori sint parati. Promeruit suis Christus vim tantam charitatis, quam tantopere quoq; commendavit sub mortem *s*, sua morte, sed etiam nominatim quod in tormentis, & adversissima passionis fortuna, omni amicorum destitui solatio, auxilioque voluit.

Elongasti à me amicum, & proximum.) Hieronym. *Longe feci sti à me amicum & sodalem*. Alii, *Amantem, & socium*. In emendatis Græcis omissum est nomen secundum πλησίον, notaturque in scholio abfuisse in tetraselido apud Lxx. & Theodotionem. In textu Theodoreti Latino extat utrumque. Euthymius præterea declarat ut per πλησίον, intelligantur, qui una vivebant cum Christo Apollinarius exprimit distinctè γείτονα & πιστὸν ἑταῖρον, *vicinum, & fidelem socium*. Denique duæ sunt voces Hebrææ אהב *oheu* & רע *reahh*. Secundum Tuccius *t*, exponit nomine *pastoris*, & ποιμένος. Porrecto fine caussa, ne quid majus dicam in editionis vulgatæ fere perpetuum Aristarchum.

Et notos meos à miseria.) Hieronym. absque particula conjungente, *notos meos abstulisti*. Alii, *in tenebris*, seu *obscuritate*, nempe esse, ac delitescere fecisti. Vel, *noti mei in tenebris*, nimirum sunt, seu delitescunt, nec prodeunt, ut opitulentur. Vel, *notos meos obscurans*, scil. fuisti, hoc est, obscurasti, & in obscuritate habitare fecisti. Vel, repetendo præcedens verbum, *elongasti notos meos à tenebris*, seu *obscuritate*, idest, præ obscuritate, quæ est in me, ita ut obscuritas ac tenebræ miseriam significent. Vel, *noti meæ tenebræ*, hoc est, facti sunt tenebræ mihi, ipsi se in tenebris abdiderunt, nec ille me, nec illos video. Vel, *notis meæ tenebræ*, seu *obscuritas*, vid. sum, notis. Quæ est elegans antithesis: Paraphrastes eam explanavit (& in conspectu notorum meorum obscurus sum) vel (& fui notis meis obscurus, ipse in conspectu eorum) hoc est, quamvis optimè me nossent, & me ante oculos haberent, perinde se mecum gerebant, ac si me penitus ignorarent. Tuccius *u* notos in tenebris legi contendens, asserit hoc esse vaticinium prodendi à Juda Christi de nocte, ac deserendi à reliquis suis discipulis, quum comprehenderetur. Eumdem suppeditat versio nostra sensum, ac illustriorem quoq; reddit nomen σκληρωσίας & *miseriæ*. Nã omnium linguis figurato sermone tenebræ calamitates, ærumnas, miserias designant, vulgusque Italiæ *obscurum* usurpat pro misero, ærumnoso, calamitoso. Discrepat iam tot translationum gignit ultimum vocabulũ Hebræum מחשך *machsciach*. Hoc scriptum cum his punctis in dextro cornu litteræ (ש) *scin*, significat *tenebras*, & est nomen integrum cum littera (מ) *mem*, formatrice nominis, à radice חשך *chasciach*: sed ab ista eadem potest esse aliud nomen simplicius חשך *choscbech* idem significans cum littera (מ) *mem*, & præpositione מן *min*, & scriberetur חשך *mechoscech à tenebris*. Tertio si in (ש) latere sinistro sit punctum, quo lenius monemur proferre (מ) *sin*, à themate חשך *chasach*, *retinere, cohibere, prohibere*, erit participium conjugationis piel מחשך *mechasscch, retineas, cohibens, prohibens*. Secundo modo sensus est, elongasti notos meos, à tenebris, ideſt, à miseria per tenebras, ut dixi, significata: præpositio autem *à*, seu Hebræa מן *min*, valet *præ*, aut *propter*, ut, *Genua x mea infirmata sunt à jejunio: Turbatus est à furore oculus meus y: supplantata à sanguine z: cadent in gladio à furore linguæ a suæ: justificatus ab illo b: mirabilis facta est scientia tua ex me c, &c.* Et hic *elongare notos à miseria*, est, eo quod tanta esse miseria, ut nec valerent, nec saltem vellent eam sublevare. Unde Apollinarius.

Οὐδὲ ἀφ' ἁλὸς ἄλλος παρὴ γορος ἦλθε θυραῖος
Neque aliquis oppresso consolator venit externus.

Externus, ideſt, de foris, & quasi à porta veniens, quamvis non sit ex ignotis, sed notis, qui sic nominantur hoc loco. Primo modo simili sensu significatur, quod qui noti prius erant, evaserunt ignoti, obscuri, tecti veluti tenebræ ipsæ, hoc est, in tenebris delitescentes. Ultimus modus indicat Deum prohibentem, cohibentem, retinentem, continentem notos, sicut & *elongavisse* dictus est *amicum & proximum*, nec juvent calamitatibus penè oppressum,

Propiùs ad translationem nostram accedit secundus sensus, juxta quem, atq; citatum Apollinarium, elongatos notos à miseria interpretari possumus, non tantum præ, aut propter illius magnitudinem, sed etiam ab ipsamet miseria, ne eam vel conspicere dignarentur, aut ad eam accedere, ut eam sublevarent. Præterea posset addi quarta lectio, scribendo (ש) *scin*, & legendo participium מחשך *mechasscech obscurans*. Unde sensus novus existeret, indicatus à Tigelmano; Notos meos, Deus, obscurans & obtenebrans fuisti obscurasti ac obtenebrasti, ut scilicet confusos, obscuros, ignobiles redderet, quum illis videretur confusio esse, atq; dedecus & opprobrium, quod ego tantis afficeret malis & ignominia, & puderet illos mei. Hoc ipsum clarius ver. 9. jam dixerat. Longe *fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi*. Sed quid opus est per adeo multa vagari, & à translatione nostra divertere? Nec verum est מהשך *mascbiach* hoc modo expressũ significare *à tenebris*, vel, *præ tenebris*, ut Tyroboscus ponit. Supplendum concedo cum Aben Ezra et Genebr. Sed tunc, ut aliquoties monui, per *tenebras* miseriam rectè intelligimus. Quintum tradit sensum Janson. quod elongaverit Deus notos Christi à miseria, hoc est, ne fierent participes ejusdem miseriæ cum ipso, quando in horto cõprehensus est, sed juberet auctoritate divina Christus, ut qui se comprehendebant *finerent illos abire* d, protegens suamet captivitate, alios à captivitate, qui *omnes relicto eo fugerunt* e. Facilis est tropologia, de quibus vis justis, quos ut Hugo notat, relinquunt, immo et persequuntur etiam amici, proximi, noti quum conspiciunt in translatione constitutos, et quasi *à Deo ipso derelictos* f. Aliam paullo duriorem subjicit, ut elongare dicatur Deus amicos, proximos, notos à miseria nostra, ne nos ipsi afficiant miseria, circumdet et obsideant in morem aquæ, sicut priore versu dicebatur, cum sint *inimici hominis domestici ejus* g.

a c. 63. 5.
b Joa. 15. 32.
c v. 5.
d Pro. 14. 20.
e Eccl. 13. 25.
f Seneca.
g Terentius.
h Tiad. in Nemeo.
i 9. ad Fide.
k in panegyr.
l 10. Trist. & 6. de Pont.
m 3. Polyc. c. 7.
n serm.
o de illust. grammat. c. 7.
p 6. de ben. c. 25.
q 7. Epig. in 93.
r c. 257. Apolo. c. 19.
s Jo. 13. 34. 35.
t in fin. annot. Patrit. præmisso 3. pag. 249.
u supra.
x psl. 108. 24.
y Psl. 6. 8.
z Oseæ 6. 9.
a Cap. 7. 16.
b Luc. 18. 14.
c Psl. 138. 6.
d Joan. 18. 8.
e Matt. 26. 56.
f Psl. 70. 11.
g Mat. 7. 8. Mat. 10. 39.

PSALMUS
OCTOGESIMUS OCTAVUS.

1 Intellectus Ethan Ezrahitæ.

2 Misericordias Domini in æternum cantabo.
In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

3 Quo-

3 Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædi-A ficabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.
4 Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo: 5. Usque in ætetnum præparabo semen tuum.
Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.
6 Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum.
7 Quoniam quis in nubibus, æquabitur Domino: similis erit Deo in filiis Dei?
8 Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum: magnus & teribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.
9 Domine Deus virtutum quis similis tibi potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
10 Tu dominaris potestati maris: motum autemB fluctuum ejus tu mitigas.
11 Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
12 Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti: 13. Aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: 14. Tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exultetur dextera tua:
15 Justitia & judicium præparatio sedis tuæ.
Misericordia & veritas præcedent faciem tuam:
16 Beatus populus, qui scit jubilationem.
Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.
17 Et in nomine tuo exultabunt tota die: & in justitia tua exultabuntur.
18 Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in be-C neplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
19 Quia Domini est assumtio nostra: & sancti Israel regis nostri.
20 Tunc locutus es in visione Sanctis tui, & dixisti: Posui adjutorium in potente: & exaltavi electum de plebe mea.
21 Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.
22 Manus enim mea auxiliabatur ei: & brachium meum confortabit eum.
23 Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.
24 Et concidam à facie ipsius inimicos ejus: & odientes eum in fugam convertam.
25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso:D & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.
26 Et ponam in mari manum ejus: & in fluminibus dexteram ejus.
27 Ipse invocabit me: Pater meus es tu: Deus meus, & suceptor salutis meæ.
28 Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.
29 In æternum servabo illi misericordiam meam; & testamentum fidele ipsi.
30 Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: & thronum ejus sicut dies cœli.
31 Si autem dereliquerint filii ejus legem meam: & in judiciis meis non ambulaverint:
32 Si justitias meas profanaverint: & mandata mea non custodierint:
33 Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.
34 Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.
35 Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.
36 Semel juravi in sancto meo, si David mentiar: 37. Semen ejus in æternum manebit.
38 Et thronus ejus sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.
39 Tu vero repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.
40 Evertisti testamentum servi tui: profanasti in terra Sanctuarium ejus
41 Destruxisti omnes sepes ejus: posuisti firmamentum ejus formidinem.
42 Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
43 Exaltasti dexteram deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos ejus.
44 Avertisti adjutorium gladii ejus: & non es auxiliatus ei in bello.
45 Destruxisti eum ab emundatione: & sedem ejus in terram collisisti.
46 Minorasti dies temporis ejus: perfundisti eum confusione.
47 Usquequo Domine avertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?
48 Memorare, quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?
49 Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi.
50 Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut jurasti David in virtute tua?
51 Memor est, Domine, opprobrii servorum tuorum, (quod continui in sinu meo) multarum gentium.
52 Quod exprobraverunt inimici tui Domine, quod exprobaverunt commutationem Christi tui.
53 Benedictus Dominus in ætercum: fiat, fiat.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Intellectus Ethan Ezrahitæ.

DE primo tituli vocabulo *intellectus* συνέσεως משכיל *maschil* dictum pridem in aliis psalmis: in proximè præcedenti de *Etham Ezrahita* Ibi meminibus Hebraicæ traditionis, quod *Ethan* significet patriarcham Abraham. Dicunt Hebræi esse cognomen illius, denotans eum de Oriente venisse, hoc est de Chaldæa in Palæstinam, quasi dicas Orientalem, idque sibi velle Esaiam *a*; *Quis suscitavit ab Oriente justum?* ab eodem autem compositum psalmum istum. Paraphrastes posuit hunc titulum (*Intellectus bonus dictus per manum Abrahæ, qui venit de Oriente.*) Falsum est, quod sumunt: & quod inferunt, non sequitur quum constituerimus psalmorum omnium auctorem Davidem; quamvis aliorum in psalmorum titulis nomina. Unus hic decantorum præfectis est, undecumque cognominetur Ezrahita. Illæ causæ, quas attingit Agellius communes cum *Heman*, qui est in titulo prioris psalmi, quod essent veluti stipites, & origines cantorum: vel indigenæ, seu ἄυτοχθονες Jerusalem, & in ea nati, quum plures aliunde Levitæ advenirent; non valde congruunt; nec minus prior causa convenit

a *Cap.* 41. 2.

Hebræorum opinio falsa de auctore hujus psalmi.

Asaph ex familia Gersonitarum, quam *Ethan* huic nostro, qui ex Meraritarum, & *Heman*, qui ex Caathitarum. Sed repete, quæ dixi psalmo præcedente. Probabile vero etiam esse docui in 38. *Idithun*, qui extat in illius titulo, & 61. ac 76. eumdem esse cum *Ethan*. Cetrum quemadmodum titulo præcedentis Græcè extat τῷ ἰσραηλίτῃ, & aliqui Latini legebant *Israelitæ*, & aliis modis, ita hic accidit. Notatur in scholio lectio habens τῷ ζαραίτῃ. De etymo Ethan non laboro. Plures *robustum* interpretantur: Arnob. contraria notione *humiliatum* Galatinus *a* *& fortem*, seu *robustum*, *& venturum*, *& indigenam*, *& illustrativum*, *& Orientalem*: Felix *& robustum*, *& futurum*: præterea in litteris Hebræis אית *Ethan* observat, quod (א) *aleph* importat id, quod totum nomen Tetragrammaton: (י) *jod* est prima littera ipsius nominis: (ת) *thau* significat *crucem* (נ) *nun filium*, quasi laudem Christi, Redemtoris. Olent ista Cabalam.

Etymologia nominis Ethan.

a *l.6. c.12*

Felicis observatio in litteris Hebræis Eth.

Argumentum psalmi ad litteram videtur mixtum ex rebus, quæ pertinent tum ad Davidem ipsum, tum ad populum, quem prævidet captivum futurum in Babylone, tùm ad prædictionem ac postulationem venturi Christi, qui dictæ captivitati, & aliis malis remedium afferat; multo autem magis illis, quæ toti humano generi, propter peccatum, communia erant, quibus ut mederi Deus dignetur per eumdem Christum, veteres Dei misericordiæ atque de Christo eodem pollicitationes in medium afferuntur, ac de perpetuitate Davidici regni, quatenus regni Christi spiritualis & divinioris typus erat. Conveniunt cuncti fere in hoc argumento, etiam Hebræi, Lyrano teste, qui promissionem de regni Davidici stabilitate complendam volunt sub Messia, quem adhuc frustra expectant. Quamquam testis est R. Aben Ezra neminem se ex suis inveniisse, qui psalmum istum juxta inchoatum sensum de gratiarum actionibus continuando, decenter exposuerit, quum subjici videatur contradictio, quod irritum fecerit Deus pactum suum. Refert etiam valde sapienti cuidam, ac pio in Hispania Rabino, visum psalmum istum durissimum, propterea quod gravissimas adversùs Deum contumelias contineret, ita ut nec legere, nec si ab alio legeretur, audire posset. Quid mirum? adhuc velamen in oculis Hebræorum est; neque ambulant in lumine vultus DEI, hoc est, Christi. Propriore Catholicorum de vero Christo sententia, citat Agellius Diodorum. Ex eo, & aliis Græcis Euth. ut solet, ac ex isto Niceph. Blemmida pro suo quoque more, mutuatus, idem dicit. Basilius vel Theodoretus addit causam tam ampli promissi, quod fecit Deus Davidi de spiritali templo, hominum salute, immortali regno, fuisse, quod ille adeò liberaliter, pieque promisisset Deo ædificationem templi, quum videret falsos Deos templis honorari, arcam Dei solam honorem destitui. Aug. in opere de Civitate Dei, aliquot capitibus *b*, declarat hunc psalmum de Christo. Euseb. *c* contendit nulli prorsus alii, nisi Salvatori Domino nostro accommodari posse. Simul præterea valet hic psalmus adversus Ecclesiæ calamitates, ut memor misericordiæ, ac promissorum, Deus rebus ejus afflictis opituletur. Itaque inculcantur hìc velut argumenta ex dictis promissis, ex magnitudine calamitarum, ex cognitione peccatorum propriorum, quę nisi vel impediant vel retardent, non dubitet, quin demitigetur Dei ira; clementia verò atq; misericordia succurrat. Discrepat Arnob. ab aliis, quod velit historiam, idest, sensum litteralem psalmi declarari de tempore illo, quo numeratus est populus à Davide, propterea q; *tantus ex illo numerus interfectus* d: Mysticè de Christo, per quem misericordia & veritas mundo advenit, cum tot editione miraculorum, ut demum ab omnibus adoraretur. Auctor libri de temporibus, qui dicitur à nonnullis Philo, editum vult psalmum istum in actionem gratiarum; quando *Evilmerodach Rex Assyriorum* sive *Babylonis*, *habuit in honore regem Joachin è carcere eductum* e. Quidquid afferatur juxta litteralem sensum, transferri ad mysticum de Christo potest, debetque. Hilar. in Comment. ps. 138 asserit minimè ambiguum esse, quod totus hic ps. ad personam Domini sit referendus, quia ea omnia in eo sint, quæ & divinitati ipsius propria sunt, & à naturæ nostræ infirmitate dissentiunt. Athanasius *f* inter psalmos τοὺς ἐν διηγήμασι λεγομένους *in narratione dictos*, seu *in narrando occupatos*, recenset istum: item iis adnumerat, qui continent preces contra adversarios, eosque, qui circundent animas nostras: vel beneficiorum divinorum memoriam in patres nostros, quando erant in Ægypto, & in solitudine, ut consideres, quam sit bonus Deus, & quam ingrati mortales. Adhibet Ecclesia ad officium de Natali Domini, & de transfiguratione.

b *lib.12. c.9. 10.11.12.*

c *4. de dem. c.30. l.7 c.8.*

d *2.Reg. 24. 2. & seq.*

e *4.Reg.ult. 27. & seq.*

f *adMarcellinum.*

Vers. 2.) Misericordias Domini in æternum cantabo. In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

MEritò Rickelius dulcissimum hoc planè exordium vocat, & omni mundana, carnali, & vana voluptate vehementer suavius. De Domino agens, ait sibi propositum esse multiplices illius recensere misericordias, quas omni prius ille sæculo exhibuit, easque carminibus celebrare duraturis in perpetuum, & apud non solum suę ætatis homines, verum etiam apud posteros, quamdiu hic stabit mundus. Tùm, converso statim ad Deum ipsum sermone, ait velle se ipsius veritatem, seu veracitatem atque fidelitatem in servandis promissis prædicare summis laudibus, & scripto, & verbo, ita ut exaudiant & intelligant, si fieri potest, nati natorum, & qui nascentur ab illis. Videamus nunc singula.

Sensus loci.

Misericordias Domini.) Græcè τὰ ἐλέη σου κύριε, *misericordias tuas, Domine*: quo pacto etiam habet Theodotio, & alia Latina Psalteria omnia: & Augustinus, Cassiodorus, Gregorius *g*, & Psalterium Illyricum. Fortassis voluerunt sententiam totam dirigi Deum. At editio nostra convenit Hebræo textui, eamque sequitur Symmachus & Aquila, nisi quod in singulari habet hic ἔλεος, denique Hieronymus in sua versione. Memini me aliàs Bernardi sermonem recitasse, in quo disputat de septem misericordiis. In promtu est, eumque Ayguanus etiam hoc loco transcribit, & ante illum Hugo; post omnes Greveus *h*, qui adaptat iisdem totidem panes, quibus Christus aliquot *millia saturavit* i; Tantum censet Bernardus hoc onus, quo Deus onerat religiosum præcipuè virum miserationibus suis, concludit & obruit beneficiis suis; ut onus aliud sentire non debeat, nec posse sentire videatur, sed deficere in eorum consideratione. Non est opus monere essentialem unam in Deo misericordiam esse; plures dici secundùm effecta. In quo tamen loquendi modo Theologi discrimen ponunt, ut ideas absolutè plures in Deo esse dicere non dubitent; quod non ita faciunt de aliis attributis. Nam in abstracto unum attributum dicitur de alio, ut quod misericordia sit justitia, &c. non vero quod idea hominis sit idea leonis, &c. Ratio est, quoniam idearum distinctio sumitur ex respectibus diversis, qui formaliter ad illarum rationem spectant: misericordiarum ex objectis materialibus, idest, ex miseriis & variis effectis. Hæc autem effecta tam multa sunt, quam beneficia; & hæc non solùm quot sub misericordiis septem à Bernardo enumeratis comprehenduntur, sed quantus est numerus beneficiorum, qui iniri nequit, & miseriarum, quæ omnem numerum superant. Nam exempli caussa, naturæ miseria est, ut ratiocinatur idem Hugo, quod *facti simus ex nihilo* k; fluamus, alteremur, *nec in eodem umquam statu permaneamus* l: corrumpamur, *nec in misertis subsistamus* m. Miseria culpæ est *annihilare* n, *spoliare*, o, *cremare post mortem* p, *angere verme conscientiæ* q, *vulnerare* r, *obstare misericordię Dei* s. Miseria pœnę est *sollicitudinis* t, *laboris* u, *morborum* x, *damnorum* y, in rebus amicis vita; *carnis* z, *mundi* a, *peccati venialis* b, *gehennæ* c. Miseria ignorantiæ, quod *ignoremus egressum & introitum* d *nostrum*, *finem* e, *meritum* f. Adversus istas, & plures alias miserias, quantum longe confici Ilias potest, misericordiæ multæ necessariæ sunt.

g 4. Mor. c. 31. vel 42.

h *Serm.* 135.

i *Marc.* 8. 8.

Distinctio idearũ sumitur ex diversis respectibus ad illarum rationẽ spectantibus.

Naturæ miseria.

k *Eccl.* 41. 24

l *Job.* 14. 1. 2.

m *Ps* 139 11

Culpæ miseriæ.

n *Ex.* 28. 19.

o *Eccl.* 10. 40

p *Eccl.* 17. 31

q *Jer.* 3. 19.

Pœnæ miseria.

r *Ecc.* 27. 22.

s *Jer.* 5. 25.

t *Eccl.* 40. 1. 2. 4. 7.

Ignorantiæ miseria.

u *Iob.* 5. 7.

x *Ec.* 40. 4. 5

y *ibid.*

z *Rom.* 7. 18

23. *Cor.* 7. 33 34

a *Rom.* 7 15

b *Mat.* 25. 41

c 2. *Reg.* 2. 7

d *Eccl.* 12.

e *ib. v.* 1.

In æternum cantabo.] Aquila sine propositione posuit εἰς τὸν adverbialiter. Hebraicè quoque deest propositio, & posset עולם *bholam* reddi, *mundo*, hicque sensus effici; misericordias Domini mundo cantabo, & universitati omnium hominum, immò & creaturarum, ut provocem ad unà mecum laudandum Dominum adeo benignũ & beneficium. Nullum habeo istius approbatorem sensus me priorem. Communis aptius cohæret cum sequentibus. Cantum æternum intelligit quantum in se esse possit, ut indesinenter eum usurpet, quoad vita suppetet ψαλμῳδῶ ut Apollin. interpretatur: & per *cantum* cantica et hymnos, quos redigat gratias pro receptis misericordiis, bene-

beneficiisque *Miserationum Domini recordabor*, ait Esaias a *laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem miserationum suarum.* Existimet quisque injungi sibi, *Vade in domum tuam, & annuntia illis quanta tibi Domus fecerit, & misertus sit tui.* & exemplo dæmoniaci à Christo liberati, prædicemus in Decapoli, hoc est, in orbe toto, *quanta ille fecit nobis* b. Imitemur & nostrum Prophetam qui dicebat c; *Venite, audite, & narrabo, omnes, que timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Proponit quæstionem Gregorius d, si nulla in cœlo peccati sui homo memoria tangitur, ereptum se undè gratulatur? aut quomodo largitori gratia refert de venias, quam accepit, si interveniente oblivione transactæ nequitiæ, pœnæ se esse debitorem nescit? aut quomodo misericordias Domini in æternum cantabit, qui se fuisse miserum ignorat? &, si miseriæ transactæ non meminit, unde largitori misericordiæ laudes reddit? & quomodo electorum meas perfecta esse in beatitudine poterit, si hanc inter gaudia memoria rui reatus tangit? aut quomodo perfectæ lucis claresci gloria, quam reducta ad animum obrumbrat culpa? Respondet fore in illa beatitudine culpæ memoriam, non quæ mentem polluat, sed quæ nos arctiùs lætitiæ astringat, ut dum doloris sui animus sine dolore reminiscetur, & debitorem se medico verius intelligat, & eo magis acceptam salutem diligat, quo molestiæ meminit, quam evasit: denique in æternum laudes misericordi largitori nostro nos relaturos, & nequaquam miseria conscientiæ gravandos: quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respiciemus, & numquam erit, quod corda laudantium de transactis iniquitatibus polluat, & semper erit, quod hęc ad laudem liberatoris accendat. Affert exemplum hujus ipsius temporis, in quo sępe tristium lęti reminiscimur, verbi gratia, cum sumus incolumes, præteritorum dolorum, ut quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amemus, prærerea in luce positi sine ulla cordis caligine animo tenebras videmus, ut, etsi obscurum sit, quod mente cernimus, de judicio hoc sit luminis, non de passione cæcitatis. Ante Gregorium Augustinus e eidem difficultati satisfecerat, docens in æternorum indeficienti jucunditate gaudiorum oblituros nos culparum & pœnarum, nec tamen liberationis nostræ, ne simus ingrati: futuram quantam ad scientiam rationalem, memoriam præteritorum malorum; nullam vero quantum ad experientis sensus: si nos fuisse miseros nescire mus, non posse, quod hic dicitur, misericordias in æternum cantare: quo cantico in gloriam gratiæ Christi, cujus sanguine liberati sumus, nihil futurum profectu illi jucundius beatorum civitati.

In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.) In aliis Psalteriis, & apud Cassiodorum, *in generatione & progenie pronuntiabo.* Verti poterat, *generationi, & generationi* לדור ודור *ledor vador*, ideſt, omni posteritati, seu posteris omnibus, non solùm hominibus ætatis suæ. Sive hoc dicas, sive quod ipse se annuntiaturum dicat in generationem, & generationem, hoc est, uti proximè dixerat, in æternum, seu semper ac indesinenter. Sensus est, id facturum per sua carmina, quorum sit semper in mundo futurus usus. Vel. si loquentem faciamus Ecclesiam, saltem mysticè, quod hæc per suos numquam cessabit ab ista annuntiatione & decentatione veritatis, atque misericordiarum Dei. Videtur Apollinaris intellexisse Davidem, quasi diceret se annuntiaturum vera, & vera cantaturum?

Ἐκ γενεῆς γενεὴν δὲ μάκαρ μιμερτέα μέλψω
Ex generatione in generationem, Beate, vira canam.

Sed *vera tua* dicere voluit, seu, *veritatem tuam*, τὴν ἀλήθειάν σου אמונתך *emunatheca*. Hæc est ipsius Dei veritas, ideſt veracitas, fidelitasque dictorum ac promissorum, ut ea servet & præstet, ut fœdera, pacta, juramenta compleat. *Misericordias David fideles* appellavit Esaias *f* ἐφειλόμενα, τὰ δίκαια, *sancta David fidelia* Quem locum citat quoque Paulus *g*. Quasi horum observatio ad ipsiusmet Dei sanctitatem, pietatem, religionem quodammodo pertineat. Lege Commentarium nostrum in Actus Apostolorum, ubi citavi translationem Syriacam, quæ reddit, *beneficentiam fidelem*, & Tertullianum *h*, qui *religiosa & fidelia*: denique ὅσια significare etiam ea, quæ sunt τὰ ὀφειλόμενα, τὰ πιστὰ, *debita & justa*; quia *omne promissum*, juxta paremiam, *debitum*; & *seipsum negare Deum non po-*

a Cap. 63. 7.
b Marc. 5. 19. 20.
c Psal. 65. 16.
Gregorius quæst. 10. d 4. Mor. c. 31 vel 42.
Memoria culpæ in æternæ beatitudine fidelis arctius lætitiæ adstringit.
e 12. de civ. cap 30.
Sensus mysticus.
f Cap. 55. 3.
g Act. 13. 34.
h 3. cont. Marcion. cap. 20. ὅσια.
Omne promissum debitum.

Lorini in Psalm. Tom. III.

teſt. i. Hoc post ea K juramentum sanctum, ratum, fidele, firmum, immutabile insinuatur: *semel juravi in sancto meo si David mentiar, &c.*

i 2. Tim. 2. 19
k vers. 36.

Posset præterea *veritas* accipi pro justitia, judiciove. Sic alibi *l* ait David, *misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.* Quæ duo tam sæpe in psalmis, ut vidimus, & in aliis divinis libris copulantur. De justitia Hugo, Ayguanus, RicKelius hoc loco declarant. Sed plures dictu prius modo, etiam hi tres. Justitiam quoque, non misericordiam solam perpetuò annuntiabunt beati jam securi, ac sine ullo metu. Hic *annuntiatur* ut plurimum *mane misericordia & veritas per noctem* m; illa in prosperis, hæc in adversis, ut ista ex justitia nobis provenire cognoscamus, priora ex gratia: præcedit item in remissione peccatorum misericordia, tùm sequitur vetitas in impletione promissorum. Respicit quoque magis propriè misericordia Gentiles, veritas, justitiaque Judæos, ut alibi docuimus, & Glossa hìc notat, quia Christus minister fuit circumcisionis, hoc est, Judæorum, propter veritatem Dei circa promissa: *Gentes autem super misericordia honoraverunt Deum* n. Ceterum de quovis nostrum exponi potest, ut recte RicKelius notabit, quod in generationem & generationem annnuntiabit veritatem Dei, & misericordia ejus in æternum cantabit: tùm quia bene ac pie vivendo imitatores reiinquit, qui & ipsi ea ratione celebrare censeantur Deum: tùm quia à generatione viæ, viatorum Sanctorum inchoat, ut in generatione beatorum, sive comprehensorum id continuet atque perficiat; *Habitantes enim in domo Domini in sæcula sæculorum laudabunt eum* o. Cassiodor. & Hugo generationem duplicem attribuunt Patribus utriusque Testamenti, vel Judæis & Gentilibus: vel præsentibus & futuris: vel gratiæ baptismalis, Ecclesiæque militantis & gloriæ, seu Ecclesiæ triumphantis, ut illa sit generatio, *quærentium Dominum* p, hæc *tenentium*. Invitat Sapientia, cujus est *memoria in generationes sæculorum, ut à generationibus ipsius impleantur* q.

l Psal. sect. 1.
m Psal. 91. 3.
n Rom. 15. 9.
o Psal. 85. 5. Duplex generatio Patribus tribus attributa.
p Psal. 23. 6.
q Eccl. 24. 20

In toto etiam versiculo multo indicantur ethica documenta, quæ attigit idem Hugo, *Misericordiarum* vocabulum gratitudinem innuit: *Domini*, humilem professionem servilis conditionis: *in æternum*, perseverantiam: *cantabo*, hilaritatem: *in generationem & generationem*, ea, quæ jam notata sunt: *annuntiabo*, procurationem alienæ salutis: *veritatem*, ut non inanis philosophia & figmenta prophana proponantur; sed Christus in primis, qui *veritas est* r, ac orthodoxa omnia: *in ore meo*, ut non perfunctoriè & obiter, nec intra cor tantùm contineamus laudes Dei ac prædicationem veritatis præ inani metu, nec sola scriptione ac tractatibus contenti simus, nec ut per alios dumtaxat, & non ipsimet per nos ipsos, si ratio id officii exigit, hoc præstemus.

r Joh. 14. 6.

Vers. 3.) Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cęlis, præparabitur veritas tua in eis.

Senſus loci.

DEddit Deo causam quare decreverit, & misericordias & veritatem ipsius sive veracitatem aut justitiam, quam ex obligatione proprii promissi servat summis semper laudibus, ac ubiq; & apud omnes efferre, quoniam ipsemet Deus decrevit, atq; pollicitus est fore, ut sua illa multiplex misericordia, veritasq; stabiliatur perpetuò, & incrementum capiat ad similitudinem ædificii, quod affabre, summaq; arte, & solidissime atq; immobiliter constituitur, quales cœli sunt *qui tamquam æra fusi*, sempiternam vel certè maximè firmam super omnes res alias, quas cernimus, obtinent consistentiam, & minimè corruptibilem subsistentiam. Videtur David litteraliter intelligere illas, quas prius dixi ab Esaia *t* nominatas *misericordia fideles*, hoc est, liberales promissiones sibi factas *de prolis propagatione ac regni perpetua in sua prole successione* u, quam *ædificandi* verbum innuit, ut postea dicemus. Mysticè referuntur hæc ac pactum, fœdus, testamentum novum, quod in cœlis, hoc est, per cęlos, qui solent Apostolos & Apostolicos viros designare, sanxit Deus & Christus evulgavit, per quem tamquam per causam principalem, *gratia & veritas facta est* x.

s Jobæ 37. 18.
t Esa. 55. 3.
u 2. Reg. 7. 12 & seq
Sensus mysticus.
x Johan. 1. 17

Quoniam dixisti.) Hieronym. in Bibliis Regiis, *quia dixi*: sed in editione Victorii ac Treveti, ac in exemplari Frobenii, ut etiam testatur Richard. Cenom. *quia dixisti.*

Demto ultimo puncto chirikgadol, quod nunc est, atque suppositio cametz, erit pro prima persona, secunda, videlicet si leges אמרת *amartha* pro אמרתי *amarthi*. In prima persona inducitur statim loquens Deus, quasi dicat inquit Trevetus; ideò annuntiare te, o Propheta, promittis laudem meam, quia dixi, quod misericordia, quam faciam, erit sempiterna. In secunda persona propterea se velle annuntiare dicit Propheta, quia Deus id dixit, quod ille est annuntiaturus, ac veluti excipit, quæ dictavit, & à se jam decreta esse manifestavit; ita ut os, in quo veritatem annuntiet, sit instrumentum Dei, sicut & alibi *a* comparavit *linguam suam cum calamo scribæ velociter scribentis*, atq; dicta excipientis, aut cum calamo, quem scribæ manus moveret. Usurpatur *dicendi* verbum pro eo, quod est, *constituere, decernere, jubere, affirmare, revelare promittere*, ut plurimis exemplis ostendi potest. Ideò annuntiabo, ait August. ideò dico, quoniam dixisti: securus homo dico, quoniam tu Deus dixisti: quia etsi ego in verbo meo fluctuarem, verbo tuo confirmarer. Dixit Deus revelando, & *loquendo multifariam, multisq; modis in prophetis, & novissimè in Filio suo* b, carnam assumere id, quod ab æterno constituerat & decreverat de redemtione humani generis. Quanto potior dicentis auctoritas Dei, ut credas, dicas, facias, quæ credenda, dicenda, facienda dicit, proponit, edicit, quam illius, cujus apud discipulos sufficiebat αὐτὸς ἔφα? Novam arrogant am illam cognominat Nazianz. *c*: & Juliano objicit *d*, dicenti nostram esse infantiam & barbariem, nec quidquam aliud sapientię nostræ, quam, credere: nec enim hoc irrisurpos Pythagoræos, quibus ἄυτος ἔφα, dogmatum omnium primum erat, & maximum, aureisque (alludit ad opusculum Pythagoræ, cui titulus, *aurea carmina*) imo plumbeis carminibus præstabilius. Plato etiam nemini de suis legibus permittebat negotium insumere, volens curiosiùs perpendere, sed ingenuè accepere: & impurissimus Mahometes de suis erroribus haberi disputationem penitus cavit. *Testimonia* fidei nostræ *credibilia sunt nimis* e, ut, si error esset, aut fallemur, quod fieri non potest, falsos nos à Deo ipso, & deceptos ipsimet Deo, quemadmodum scripsit Riccardus *f* S. Victoris, respondere possemus. Hoc pacto non præjudicata Doctoris opinio, sed doctrinæ ratio, hoc est, credibilitatis, ponderata, & benè stabilita, de Doctore, qui est Deus ipse, opinio, quod, inquam, sit Deus ipse, qui docet, ac fidem exigit, facit ut absque cunctatione, vel hæsitatione credamus, & quia *credimus*, *fidenter loquamur* g, & annuntiemus. Sed hanc annuntiationem Hugo pro predicatione sumens, observat nec se quemquam ingerere ad prædicandum, donec mittat eum Deus; quive vices Dei gerunt, debere: nec si quis mittatur, recusare: quoniam conquerebatur Deus decurrentibus, *qui non mittebantur* h, & Paulus *i* quærebat; *Quomodo prædicare possint non missi?* Amos *k* autem interrogabat, quum *Dominus Deus locutus esset, quis non prophetaret?* De se autem intelligebat, quod quamvis hactenus propheta non fuisset, sed pastor, non posset non audire mittentis Dei vocem, vel detrectare munus prophetandi injunctum sibi. Vim similem habet *eructatio verbi*, quadam quasi vi ac necessitate facta *l*, & ut ante dixi, simili*tudo de lingua cum calamo*, quem alius movet *m*.

In æternum misericordia ædificabitur in cęlis.) Hieron. *sempiterna misericordia ædificabitur*. Tum alia, quæ sequuntur hoc modo, *cœlos fundabis, veritas tua in eis*, Cajetan. *mundus gratia ædificabitur, cœlos firmabis*; & exponit de creatione mundi cœlorumque. At minus profectò propriè creatio deputatur gratiæ; quamvis verum sit nullam gratiam præcessisse, quibus deberetur futurum quoq; tempus minus apte ad hoc significandum usurpatur. Paraphrastes transfert, *mundus misericordia ædificatus est*, vel, *ædificabitur*. Alii ex Hebræo nectunt ac distinguunt ut nos nos. In Latinis aliis Psalteriis, & apud Aug. atq; Cassiod. sic distinguitur, *in æternum misericordia ædificabitur: in cęlis præparabitur veritas tua*, omissis duabus dictionibus (*in eis.*) Quomodocumq; legas aut distinguas, sensus est, quod misericordia Dei permanebit instar ædificii optimè constructi, & quod, quamdiu durabunt cœli, quos Deus solidissimè stabilivit, veritas ejusdem perdurabit in illis, ideſt, sicut illi tanta duratione, quanta illi: imo etiamsi transirent cum terra, quod non fiet, sed naturæ stabilis ordo perseverabit cum modo, quia *ordinatione Dei perseverat dies, omniaq; serviunt ei* n, ipse tamen, & *Dei verba non præterirent* o. Vel, *in æternum misericordiam ædificari in cęlis*, est omnino ratam, fixam, immobilem esse, & ibi semel, tamquam in senatu divino promissam & decretam, omnino complendam; sicut *Apostolicam in terris sententiam ligatoriam & solutoriam, in cęlis comprobandam* promisit Christus *p*. Dignæ sunt æterno cantico, quod primo David promisit versu æternæ misericordiæ. *Ædificandi* verbum & οἰκοδομεῖσθαι, & נכנת *niunah* exponit Euth. *fieri*; Theodor. ac Basil. *augeri*. Symmach. *stabiliri*: Apollinar. *fabrefieri* γίνεσθαι, ἀυξη: θῆσεσθαι ἑδρασθῆσεσθαι, τεκταίνεσθαι. Hebræum verbum significat *ædificari, durare, propagari, stabiliri*. *Obstertricibus Ægyptiis ædificasse domos* Deus dicitur: * & *Rachel ac Lia domum Israel* q, quoniam ex his progeniti sunt octo Patriarchæ: illæ aggregatæ populo, amplam in eo familiam & locupletem propagaverunt: Eodem sensu dicebat Jacob; *Tempus est, ne faciam mihi domum*, seu *providebam domui meæ* r: & quodam ex prioribus psalmis (Vates noster, quod quosdam *Deus destrueret, & non ædificaret*. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam* t; si ædificaverit, *portæ inferni prævalebunt adversus eam* u. Respondet largissima ista, firmissima q; promissio Dei promissioni, voto q; quod susceperat David de templo construendo. Non superatur Deus liberalitate, sed infinitis partibus vincit semper decernens etiam *calici aquæ frigidę mercedem* x. Non repetam cœlorum pro Apostolis à me prius indicatam allegoriam. De ea dixi pluribus ps. 18. Nec institutam modo comparationem nostræ, quæ *quasi nubes matutina est, & quasi ros mane pertransiens* y, cum divina æterna misericordia. Alibi quoq; declaravi vim comparationis ex ædificio & domo, ut de Ecclesia dicitur, nec non de quodlibet justo. Apta multorum ad id opus coagmentatio, & quidem in cęlis facta, insinuat Deum in cęlesti sua, & supernaturali misericordia præordinavisse ac disposuisse totam divisionem, seriem, gradum, mensuram omnium eorum, quæ sunt Ecclesiæ, atq; cujusvis saluti necessaria, non ex prævisis nostris meritis (licèt ad ea etiam efficienda pertineat mediorum secundum providentiam & prædestinationem suavis & infallibilis dispositio) sed ex beneplacito & gratia divina Hieron. z disputans adversus gratiæ adversarios Pelagianos videtur sic locum præsentem interpretari. *In æternum*, ait, *misericordia ædificatur*: nullum enim tempus est, quo non ędificetur misericordia in singulis quibusque Sanctorum, & iis, qui de peccatis transeunt ad virtutes. Ubi *in æternum* non tantum pro decreto æterno sumit, sed pro tempore perpetuo, quo Deus juxta illud decretum, gratiam omnibus impertit. Sed quod attinet ad prædestinatos, usque ad fastigium seu culmen ædificatio Dei pervenit, *nec abscindit Deus misericordiam* a, quod creditus Hieron. in hoc nostro psalmo dicit *semper sublimari, & numquam destrui*. Rectè autem sic appellatur misericordia, tamquam proprium opus architecti Dei à quo *alienum & peregrinum videtur vindicantis ac punientis justitiæ* b; *nec ex corde suo humiliat, abjicitve filios hominum* c. E contrario fabricam, si ita vocare licet, punitionis nostræ diruit, quam nos ipsi nobis erigimus: quod indicant sequentia, *præparabitur veritas tua in eis*, ideſt, promoto misericordiæ ædificio, vel ipse ad puniendum præparationes diruentur. Sic quidem Viegas noster *d*. Ædificium præterea pro cœlis ipsis accipi potest, & *in iis misericordiam ędificari* est ruinas quodammodo illorum ex causa apostatarum angelorum, impleri, ut Rickelio placet, atque ita, quod in aliis præcessit psalmis, *in cœlis misericordiam esse* e, & *usque ad illos magnificari* f. Hic tunsionibus & pressuris expoliuntur lapides, ut suis ibi coaptentur locis, & *benigne faciente Deo in bona voluntate sua ædificentur muri Jerusalem* g. Euthymius, ejusque abbreviator Nicephorus misericordiam istam æternam nobis, non Davidi jamolim mortuo, factam, affirmant, esseque Christum ipsum: corpus autem illius ædificium vocari, quia ineffabiliter ex purissimis B. Virginis sanguinibus compactum est: domusque illa est, *quam dicitur sapientia sibi ædificasse* h. *Hic est thronus gratiæ* i, *propitiatorium ex auro purissimo, templum pacis, æternæque misericordiæ, civitas refugii*. Denique Christus, qui *misericordiæ* vocabulo intelligitur, ædificatur etiam in cœlo potest intelligi, quatenus ibi fixam sedem obtinuit post ascensionem. Verum est misericordia seu per illam ædificari in cœlis, & per eleemosynam *fieri amicos, qui nos recipiant in æterna tabernacula* K: quemadmodum, & *clementia thronus Regis roboratur* l. At non est hoc loco misericordia ablativi casus, ut Hugo, tamen non, ut credo, revera quod ita putet esse,

a Psal. 44. 2.
b Hebr. 1. 2.
c Orat. 1. ad Eunomianos.
d Orat. 1. contra Julianum.
e 1. de legibus.
f Psal. 92. 5.
g Psal. 115. 1.
h Jer. 23. 21.
i Rom. 10. 15.
k Cap. 3. 8.
l Psal. 44. 2.
m Ibidem.
n Psal. 118. 91.
o Matt. 24. 35.
p Matt. 16. 19. c. 18. 18.
q Exod. 1. 21. Euth. 4. 11.
r Gen. 30. 30. s Psal. 27. 5.
t Psal. 126. u Matt. 16. 18.
x Matt. 10. 42.
y Osee 6. 5.
z 1. adversus Pelagianos.
a Psal 76. 9.
b Esa. 28. 21. c Thren. 3. 33.
d in Apoc. c. 4. comment. 1. sect. 2.
e Psal. 35. 6. f Psal. 56. 11.
g Ps. 50. 20.
h Prov. 9. 1. i Hebr. 9. 16.
k Luc. 16. 9. l Prov. 20 28.

esse, sed ut ad dictum sensum accommodet, affirmat. Quod equidem nolim ut quisquam imitetur.

Præparabitur veritas tua in eis.) Hieronymus pro verbo *præparabitur*, ut antea retuli, legit, *fundabis*, jungens cum cœlis, *fundabis cœlos*; tum seorsim ponit, *veritas tua in eis*. Alia Psalteria, ut etiam dixi, atque Cassiodorus & Augustinus legunt *in cœlis præparabitur veritas tua*, omittendo *(in eis)* quæ neque Græcè extant, & omitti potuerunt sine jactura sensus, quamvis sit Hebraicè בהמו *bahem*. Pro תכין *thachin* activæ vocis legerunt LXX. in voce passiva שכון *thicchon*. Observant autem Euthymius & Nicephorus Hebræis *præparare*, esse idem, quod stabilire, ac ita Symmachum hic reddere, ἑτοιμον, & *præparatum*, pro ἑδραῖον, *firmum*: Christum autem esse *veritatem*, ut se ipse nominavit *a*: præparatumque, idest, stabilitum in cœlis, quum, ut est in alio Psalmo *b*, *sedit à dextris Patris*. Basilius ac Theodoretus idem de Sammacho admonent, & interpretari videntur sententiæ totius verba futuri temporis pro imperativis: quasi memor promissorum atque misericordiarum promissarium David, exigatur ut eas præstet, ac opere ipso verborum suorum veritatem confirmet.

a Joan. 14. 6. b Psal. 109. 1.

Dixi prius de allegoria cœlorum pro Apostolis, in quibus præparata sit veritas, & per eos prædicata. Convenire id Angelis quoque potest, per quos, teste Dionysio, ad homines veritas pervenit. Indicavi præterea tropologiam de veritate pro justitia punitiva, quod vel ejus præparationes, quas ipsi peccando facimus, diruat Deus, perpetuum verò misericordiæ construat ædificium. Possunt etiam præparationes Deo tribui, ut videant solummodo designare ac declinare, non autem serio fabricare à fundamentis ad tectum usque. Sed obstat, quod *præparandi* verbum, ut dixi nunc, & Psalmo 25. c significat *fundare*, *stabilire*, *perficere*; sic enim dicitur Orbis terrarum super maria fundatus, & super flumina præparatus, & *cœli* ipsi dicuntur *præparati* d, *montes* e *habitaculum Dei* f; & hic postea pollicetur Deus se in æternum præparaturum semen David: & Esaias *g* prædicit, quod *erit præparatus mons domus Domini in vertice montium*. Quæ omnia, & his similia, non significant solam propriè dictam præparationem, idest, dispositionem aut designationem, sed fixam ac firmam constitutionem. Refert Galatinus *h*, ex midras thehillim, expositionem loci hujus de reparanda per Messiam Angelorum ruina, ita ut mundus quidem ædificetur misericordia, cœli reparentur, vel rectificentur, vel aptentur, vel instaurentur, ceu thronus Dei.

c vers. 2. d prov. 8. 27 e Psal. 64. 7. f Psal. 32. 14 g Cap. 2. 2. h lib. 6. c. 12.

Vers. 4.) Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo.

Vers. 5.) Usque in æternum præparabo semen tuum; & ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.

Sensus loci.

ADhuc Dei sunt verba ista, quibus dixisse dicitur, quod fœdus olim pepigit cum electis, charisque suis amicis, & servis Abraham, Isaac, Jacob, & cum posteris eorum: præterea, quod per semetipsum juravit, atque irrevocabiliter promisit Davidi servo etiam suo dilecto, & secundùm cor suum, fore ut ipsius semen perpetuo stabiliret, nec umquam sineret posteritatem ejus interire: sedem vero, seu regale solium, cum eadem seminis perpetuitate faceret esse perpetuum. Transferunt hæc omnes fere ad Novum Testamentum, ejusque, & Ecclesiæ perpetuitatem: & hanc esse *sedem*, *quam filio suo dandam* Gabriel Mariæ pollicitus est nomine Dei, & *ut regnaret in domo Jacob in æternum, nec regni ejus esse finis* i. Promissio facta Davidi habetur in historia Regum K, & Paralipomenis *l*, in qua sine dubio sub typo illius, & Salomonis, sive promissionis de Salomone, & templo, & perpetuitate regni, Christus & ipsius Ecclesia potissimùm intelliguntur, quoniam jam diu cessavit Davidis, Salomonis, & posterorum utriusque secundum carnem imperium, ac fortasis etiam familia tota descendens de David, quam penitus excindere conatum Trajanum scribit Eusebius *m* Hegesippo, quum edictum ea de re jam tulisset Domitianus *n*, eaque de causa, & quod Christianus esset, Simeonem Jerosolymitanum Episcopum jussum crucifigi, quia fama erat ex genere David nasciturum Regem, qui cunctis Gentibus imperaret.

i Luc. 1. 33. k Lib. 27. 19 & seq. l Lib. 1. 17. 10 & seq. m 3. hist. c. 2 n Idem Euseb. in Chr.

Disposui testamentum.) Hieronymus *percussi fœdus* Alii, *pepigi*, *feri*, *incidi*, *excidi*, *fodi*. Eadem prorsus phrasis in Psalmo 82. *o* & 104. *p* De vocabulo *testamenti* διαθήκης, ברית *berith*, egimus alibi. Paronomasia quædam est in Hebræis כרת ברית *charattha berith*, sed major in Græcis διαθέμην διαθήκην. Verbum autem Hebræum כרת *charab*, vel כרת *charab* secundùm notiones, quas dixi, veterem indicat ritum dissecandi victimam in fœdere sanciendo; & Homerus etiam dixit ὅρκια πιστὰ τεμεῖν, *fœdera fidelia scindere*. De hoc ritu mentio est in Scriptura *q*: tritumque illud Virgilii *r*,

Stabant, & cæsa jungebant fœdera porca.

Idem *s*.

——puraque in veste sacerdos
Setiferæ fœtum suis, intentamque bidentem
Attulit.

Ennius *t* etiam,

Accipe, daque fidem, fœdusque feri bene firmum.

Rites fœderis ferendis apud Veteres.

q Gen. 15. 9. & seq. Jer. 34. 18. r Æneid. 8. Æneid. 12. 11. Annal. apud Macr. lib. 6. c. 2.

t lib. 6. de Civ. cap. 14.

Pro diris videtur ea dissectio fuisse in fœdifragos, ut ita dividerentur. Sic sentit August. *u*, & Cyrillus *x* Alexandrinus. Addebant qu dem Gentiles in sua formula *si sciens fallo, ita me feriat Jupiter, qui plus potest potletque.*) Tale illud etiam in libris Regum *y*, quum *Saul assumens utrumque bovem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus ejus*. Hujusmodi quoque factum fuit Levitæ quando *cadaver uxoris cum ossibus suis in duodecim partes, ac frusta concidens, misit in omnes Tribus Israel* z. Similem vim inesse putant qu dem dicti verbi, quum contrahentes dextras invicem datas in quopiam fœdere, ut id ratum significent, percutiendo, veluti discindunt. Plura Brissonius in formulis *a* ex Livio *b*; ex Polybio *c*, autem de imprecatione, ut ita quis decideret, quemadmodum lapis, quem dimittebat is, qui fœdus inibat, manu; denique alios ex aliis refert modos. Legendus Alexander ab Alexandro *d* cum Tiraquello, qui Suetonium citat in Claudio *e*. Loquens Hebraicè Christus, dicensque *dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum*, non hujus loci verbo כרת *charath* usus est, quod istam vim non habet, quamvis Latinum & Græcum διατίθημι rectè serviat eidem sententiæ. Ut propterea non satis aptè illum aliqui locum cum præsenti comparent, ut Hugo. Eadem de causa non satis bene Ric Kelius interpretatur de vetere Testamento, quoniam esset dispositio ad novum. De novi Testamenti institutione ac firmitate ceteri hanc sententiam accipiunt, quamvis ut de illo facta promissio de patribus veteris, & hoc istius typus extitit. Possent quæ de cæsis bestiis ab Abraham fœdus cum Deo feriente mysticè differuntur, & ad mores hoc transferri: lege Pererium *g*.

neqn. Julian. Imprecationis formula apud Ethnicos. x lib. 1. 11. 7. y Jud. 19. 23.

z lib 4 p. 339

a lib. 1. 9. 39. b lib. 3. c lib. 5. cap. 3

d Cap. 25. e Luc. 22. 29.

gin c. 15. Genes disp. 5.

Electis meis.) Hieron., *cum electo meo*, & ita nunc est numero singulari. Hebraicè לבחירי *liuchiri*. Collectivè unus multos designat. Unum præcipuè Davidem, ad literam intelligi nonnulli volunt, aut cum illo etiam Salomonem: præterea quoque Nathan. Si & hic comprehendatur, electo latius patebit, ut electi dicantur, qui Deo chari. Sin autem de elactione ad regnum sit sermo, sicut David *præ suis* h, ita Salomon item *præ fratribus suis electus fuit in Regem* i. De sua David electione in Ps 77. K *& elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, de post fetantes accepit eum, &c.* & Michol exprobranti respondit, *à Domino se electum potius, quam patrem ipsius* l; & tanti beneficii magnitudinem agnoscens dixit *m*; *Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atque munitum.* Alii electos ajunt esse Patriarchas, quibus de Christo, novoque Testamento promissiones factæ sunt, ac universum populum Judæum. Sic Paulus nominat *promissiones Patrum* n; & *Judæorum promissa* o, qui & *Deum* dicuntur *elegisse*, vicissimque *ab ipso electi* p.

h 1. Reg. 16. 6. & seqq. i lib. 3. c. 11. & seq. k vers. 70. l 2. Reg. 6. 11. m Cap. 23. 5. n Rom. 15. 8. o Cap. 9. 4. p Deut. 26. 17. 18.

Mysticè sumuntur *electi* hìc, aut pro *Apostolis* peculiariter *à Christo electis* q, aut simul pro viris Apostolicis & doctoribus, prædicatoribusque; aut propriæ prædestinatis, qui distinguitur à vocatis *r*; aut pro omnibus fidelib., qui quandoque nominantur electi, quatenus differunt ab iis, qui non amplectuntur fidem, quamvis non omnes illi sint de numero prædestinatorum. De hac varia electorum acceptione dixi alibi Paraphrasis Chaldæa designat hìc nomen *Abrahæ*. Idem cognomen tribuitur Jacob *s*, Aaron *t*, Moysi, quamvis nomine *Jacob* & *Israel* totus populus sæpe ac-

q Joa. 15. 6. r Matt. 20. 36 s Ps. 104. 6. ps. 134. 4. t Ps. 104. 26.

pe accipiatur. Constat cum Abraham peculiariter pactum
a Ps.104.23 ac testamentum à Deo initum, ac promissiones factas *a*:
& Paulus scribit, quod *Abrahæ dictæ sunt promissiones,*
b Gen. 18. 2. & seq. c. 15. 12. l. 17. 1. & seq. c. 18. 18. c. 22. 16. & seq. & semini ejus* b.

Juravi David sermo meo.) Qui præcedens membrum de
c Gal. 3. 16. Davide interpretantur, ajunt, hoc esse synonymum illi. In
d verſ. 11. Ps. 131. *c* fit mentio de juramento Dei ad David, *juravit*
e Gen. 22. 16 *Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam.* Titelmanus, quoniam non legitur expressum Dei juramentum ad David, sed ad Abraham *d* vult *juramentum* hic sumi pro firma, & irrevocabili promissione, quæ non minus certa est, quam si multiplici juramento confirmaretur. Occurrunt jam priores isti difficultati Euthymius & Nicephorus; videlicet, quod ὁ ὅρκος βέβαιον τὸ ἐπαγγελίας λόγοι, *juramentum firmitatem promissionis declarat*. Idem repetit Euthymius de citatis verbis Psalmi 131. & ibidem pro pacto promisso constantissimo Basilius, Theodoretus, & alii explicant. Euthymius rationem assignat, quoniam juramentum in Deo antiqui constantem illius promissionem esse intelligebant, quum apud nos nihil aliud etiam
B sit, quam confirmatio. Idipsum videtur de Ps. 109. *e* docere
e verſ. 4. Augustinus *juravit Dominus, & non pœnitebit eum*; nempe
f verſ. 11. de immutabili promisso. In 94. *f* etiam Psal. *juravi* scribitur Deus; ubi explicant aliqui de simplici, sed firma asseveratione. Basilius *g* denique canonem illum tradit poni
g Homil. in Ps. 14 *juramentum* in Scriptura; interdum pro simplici, sed firh Tract. at. in passio & crucem Domini, missimo promisso. Athanasius *h* id ex professo probat; quia propriè non jurat quis, nisi per alium: Deus autem non habet alium, per quem juret. Inde autem nititur ostendere, abuti ratione, qui se jurare dicant exemplo Dei, quasi Deus revera juraverit. Sed quo pacto jurare liceat, quod videtur negare, & cur id Patres negent aliquando, dixi Psalmo 14. Petrus in quodam sermone *i* citat juramentum
Act. 2. 30. Dei ad David ex Psal. 121. de quo modo memini. Eo loco differui quo pacto jurare dicatur DEUS, & Paulum *K*
k Hebr. 6. 15. protuli scribentem, quod *volens Deus ostendere pollicitationem hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum*: & Philonem respondentem, negantibus decere id Deum, coargui hac ratione à Script. quæ narrat illum juravisse infirmitatem nostram; ut convictos nos consoi verſ. 23, letur. Dixit præterea ibidem, & Ps. 14. *l* quatenus nobis fas
C sit jurare. Cassiod. idcirco hic monet minus, id licere, id est, adeo frequenter, ac sine gravi caussa, quia non est in potestate nostra, quæ pollicemur, efficere: Deum justissimè jurare, cum jure suo promittit omnia: jurare enim esse, quasi jure orare, id est, loqui. *Servi Dei* epithetum honorificum esse, alias ostendi, sæpeque Davidi tribuitur *m*.

m Ps. 77. 70. Ps. 121. 5. 15. Ps. 121. 10. Psal. 142. 2. Psal. 142. 10. & alibi. *Usque in æternum præparabo semen tuum.)* Hieron., *stabiliam*; est אכין *achin* idem verbum, pro quo idem Hieron. versu 3. posuerat verbum *fundandi*. Non convenit exactè, ac propriè Salomoni, aut posteris hæc promissio, sed Christo, ut omnes Catholici observant, quibus quum in eo etiam Hebræi conveniunt, quod de suo Messia interpretentur, quem frustra tamen expectant, quum verus jam advenerit, ejusque spirituale semen perseveret, ac perseveraturum sit semper cum regno, de quo sequenti membro. Cæsaris regnum adhuc durat in Cęsaribus, inquit Cajetanus, sed non semen: & Saulis semen duravit, sed non regnum: utrumque hìc promissum in Messia ex semine Davidis Rege æterno adimpletum est. Infra versu 36. &
D 37. reperitur eadem jurata promissio de semine in æternum mansuro, atque de throno seu de sede, id est de regno. Præter alia item ejusdem promissionis hactenus prolata
n c. 9. 7. testimonia, illustria sunt in Esaia *n*, & Jeremia *o*. *Super so-*
o c. 33. 21. *lium David*, ait prior, *& super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & justitia, à modo, & usque in sempiternum*. Posterioris verba sunt, *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non sit dies, & nox in tempore suo (ordinatione* quippe Dei *perseverat dies* p, & videtur sumta comparatio ex
pps. 118. 91. hoc ipso nostro Psalmo q, *ubi throni permansio similis futuri* dicitur *Soli, ac Lunæ) pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filiis, qui regnet in*
r c. 33. 10. *throno ejus*. Rursus Esaias *r* de hoc semine perpetuo: *Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longævum*. Jerem. quoq; nomine Davidis designans Christum,
Ie. 30. 9. *non dominabuntur*, ait, *Jacob amplius alieni, sed servient Domino Deo suo, & David Regi suo, quem suscitabo eis*. Adhæc Osæas *t*, *post hæc revertentur filii Israel, & quærent Dominum Deum suum, & David Regem suum*. Ezechiel *u*
t c. 3. denique pollicetur *suscitandum super oves Dei pastorem,*
u c. 34. 23. 24. c. 37. 24. 25. 26. *& Principem unum servum ipsius David in perpetuum*: & quod percutiet *illis Deus fœdus pacis, pactumque sempiternum, & fundabit illos, & multiplicabit & dabit sanctificationem suam in medio eorum in perpetuum*. Galatinus x
x lib. 3. c. 2. testimoniis Rabinorum demonstrat Messiam nominibus *David*; & *Salomonis* etiam multoties appellari. Profert ea Scripturarum quoque loca, quæ ipse protuli: quibus adde ex Amos *y*, quem citat Jacobus in Actibus Apostolorum *z*: *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod*
y c. 9. 11. z c. 15. 16. *cecidit, & reædificabo aperturas murorum ejus*.

Mysticus David est vir justus, manu fortis, Deo dilectus, aspectu desiderabilis, multoque magis bonis moribus, ac virtutibus: semen illius æternum: bona opera, & exempla, ut quum eo *perseveret bona hæredibus* a, & perveniat ipse ad *incorruptibilem, & immarcescibilem*
a Eccl. 44. *conservationem in cœlis* b.
b 1. Pet. 1. 4. *Et ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam.)* Hieronymus, *thronum*, qui *thronus* infra *c* ponitur,
c verſ. 30. 3. & synonymum nomen est cum sede, ut Psalmo 44. *d* vidimus, ubi pro sede alii *thronum* dicunt, Paraphrastes exd verſ. 7. primit sedem regni. Parum refert legere *in generationem*, vel, *in generatione, & generationem*, vel, *in sæculum sæculi*, vel, *in genecatione, & progenie*. Tot modis variant alia Psalteria, & nonnulli Patres, quod accidit etiam in pluribus Psalmis aliquando, & repetere tædet. Dixi sedem, thronumve esse regnum Christi perpetuum, de quo multoties egimus. Est etiam ejusdem confessus ad dexteram Patris, postremo anima cujusque justi, quæ dicitur *sedes sapientiæ*. *Ecce vir oriens nomen ejus*, inquit Zacharias *e*, cc. 12. 13. &c. *& ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo*. Ipsemet de seipso Christus ait: *Ego* f *vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus*. Ad sessionem vero f Apoc. 3. 21. spiritualem Cassiodorus accommodat, quod super primos illos discipulos *dispertitæ sederunt linguæ igneæ* g. Deig Act. 2. 3. para quoque dici *sedes* potest, ac *ferculum*, seu *thronus*, & h Can. 5. 14. *solium eburneum* h. Ædificatur in generationem, & ge- 3. Reg. 10. 18. 2. Par. 9. 17. nerationem à Deo per gratiam hic ei concessam, & gloriam in cœlo: ab hominibus irem, quia *beatam illam dicunt omnes generationes* i: eique altaria, templaque exi Luc. 1. 41. citantur. Hìc in fine est סלה *selah*, & διαψαλμα, quod in catalogo suo Beda ponit: sed omittitur in Græco textu Bibliorum Complutensium, Regiorum, & aliorum. Qui vertunt, *semper*, argumentantur ex regni perpetuitate de Christo intelligi hunc Psalmum.

Verſ. 6.) Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum.

Sensus loci. LOquitur nunc Prophetæ stupefactus, & gratias agens ob tantam adeò magnorum Dei promissorum constantiam, quæ jam tamquam impleta, præsentiaque contuetur. Cœlos ipsos ait à Deo mirabiliter conditos, & per quos mundus hic totus inferior constantia summa gubernatur, testificari, semperque testificatur opera ipsius mirifica: ejusdem præterea in perficiendis promissis fidelitatem notam facturos in Sanctorum illius cœtu, id est, Angelorum, qui feruntur cœlos movere, ac per motum eorumdem res has inferiores administrare, & cum aliorum corporum, tum cœlestium optime noverunt. Intelligit etiam simul homines sanctos ex opificio pulcherrimo, & firmissimo cęlorum intellecturos Dei attributa illa, ut sit *mirabilis in operibus suis, & fidelis, ac sanctus K*, atque de iis ipsum laudaturos tum beatos in cęlo, tum k Ps. 67. 36. similes beatis secundùm sanctitatem in terra eos, qui fungentur Prædicatorum, doctorumque officio: præsertim vero, quod adeo mirabili ratione decretum illud humanæ redemtionis compleverit. Qui saltem sensus mysticus est, sed receptissimus, ut & quod cęli Apostolos, Apostolicosque designent. Ceterum de cęlis mentio, quorum natura excitat maximam apud mortales admirationem, ob efficaciam, pulchritudinem, æquabilitatem motus, magnitudinem, perpetuitatem, facit ut persuadeamus nobis Deo deesse facultatem, & potentiam non posse, in efficiendo, ac præstando, quod semel promiserit. Ut idcirco etiam inferius magis distinctè inter divinæ potentiæ opera cęli denuo exprimantur *l*. Itaque quod l verſ. 10. se initio Psalmi facturum dixit, at cantaret Dei misericordias, & veritatem annuntiaret, id quoque facturos affirmat cęlos, id est, orbes ipsos cęlestes, Angelos, sanctos homines, qui Dei sunt beneficia experti. Præterea quia dixerat quod testamentum Deus disponere se velle confirmaverat, atque tam magnifica promissa

missa præstare, nunc se certum esse asserit fore, ut Dei miracula, quæ editurus est, cœli celebrent, & præstationem dictorum promissorum. Usurpat frequenter Ecclesia Paschali tempore versiculum istum in missa de Apostolis, vel martyribus,

Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine.) Hebraicè singulariter, *mirabile tuum* פלאך *pilacha*, & est nomen יהוה *Jeovah* maximè proprium Dei. Galatinus *a* existimans hæc verba Dei esse alloquentes sub nomine David Christum, de quo ipse typicus David sub suomet nomine prius retulerat dixisse, *juravi David servo meo*, colligit Deum esse, quoniam appelletur nomine illo proprio Dei. Ceteri omnes asserunt loqui Deo Davidem, non Deum Davidi, seu Christo sub Davidis nomine. Cœlos pro Angelis, vel hominibus cœlestia sapientibus, & conversationem in cœlis habentibus, & per eam supra alios sublimioribus, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus exponunt, ferèque Latini omnes. Paraphrastes exprimit Angelos cœlorum, utens voce Græca, qua & nos Latini utimur אנגלי *Angele*, in regimine. Quamvis in textu Nebiensis sint soli *cœli*. Psalmo 18. *cœli enarrare gloriam Dei* canuntur: Gloria vero, & mirabilia Dei opera spectantur maximè in misericordia ejusdem, atque gratia, quam vocat Apostolus *b gloriam gratiæ*; & cujus minimè reddi potest naturalis caussa, unde oritur admiratio, nempe cum effectus ignoramus cogniti caussam. Maximi laudatores horum Dei operum mirabilium, atque gratiæ cœlites sunt propiores primæ caussæ secundum intimam notitiam, & visionem ipsius. Hunc idem Paulus *c* nominat *Sion montem & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam*; & *Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis*. Laudantur ibi à beatis cum mirabilibus misericordiæ operibus opera quoque veritatis, sive justitiæ, qua redduntur unicuique promeritis, vel præmia, vel supplicia. Dicunt illi Deo, *magna* d, *& mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ Rex sanctorum*. Angeli præterea confitentur, superiores quidem inferioribus quædam communicando, & eos illuminando: illi autem, qui mittuntur ad nos, nos docendo, ut RicKelius notat ex Dionysio, & communi sententia. Docuimus dicto Psalmo 18. Prædicatoribus convenire proprietates cœlorum: ut sublimes à terra sint, virtutum veluti stellis, & gratiarum luminibus ornati, honorati Deo habitatore, perfectionis quodam orbe, & orbiculari motu circumdati. Istis prædicanda mirabilia, non ridicula, inquit Hugo, Dei, non sua, veritas non figmenta propria, quasi *egeat Deus mendacia illorum* e, in Ecclesia Sanctorum, non clam, & in latebris hæreticorum. Denique deducere quemlibet cognitio mirabilium Dei operum debet in ipsius Dei laudationem, glorificationem, confessionem. Peculiari quadam ratione debetur laudatio, glorificatio, confessio illi pani, qui ab admiratione manna cognominatur; & quia de cœlo datur, cœlestis, & quia idem gustatur ab Angelis, Angelorum etiam panis appellatur: & quia in eo Christus est, veritatis in eo complementum fit, quando se promisit *nobiscum futurum usque ad consummationem sæculi* f. Notavit hoc Ayguanus: Tandem cuncta redemtionis nostræ mysteria, & requiruntur intelligantur, credanturque homines cœlestes, & de cœlis ipsis acceperunt testimonium. Nam nova nato Christo apparuit stella: natum Angeli evangelizaverunt: super baptizato cœli aperti sunt, & vox Patris audita: quando expiravit in Cruce, Sol obscuratus est: cum resurrexit, Angelus descendit de cœlo, concutiens terram & lapidem monumenti revolvens: cum ascendit, descenderunt, qui viros Galilæos consolarentur. Sic Valentia. *Qui de terra est, de terra loquitur* g. Idcirco Jeremias *h* invitans ad audiendum terrenos homines, repetit ter, *terra, terra, terra audi sermonem Domini*.

Etenim.) Hieronymus, & alia Psalteria Latina cum Augustino, Cassiodoroque, habent, &, ac monet Euthymius abundare particulam γάρ, *enim*. Occurrit jam prius non semel, *etenim*, ἢ γάρ, pro אף *aph*, significans *etiam*, augensque sententiam, & posuit Theodotio ἢ γε ut Basilius ac Theodoretus testantur. In emendatis Bibliis extat solum ἢ, ut etiam apud Apollinarium. Atqui particula &, eamdem non raro vim habet, quam *etiam*. Non est hic *enim* obelo confodiendum, ut Faber præcipit. Constat præterea *enim*, & *etenim* nonnumquam non reddere rationem, sed continuare orationem, ut apud M.T. *i* attendite enim diligenter; etenim rem totam breviter cognoscite.

Veritatem tuam.) Theodotio πίστιν, *fidem*, idest, fidelitatem & veracitatem: Quamquam, præsertim sensu mystico, pro universa doctrina fidei posset sumi tum fides, tum veritas. Juxta priorem expositionem sunt eæ, quas dudum ante dixi ex Esaia *k*, *misericordiæ David fideles*. Τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστὰ, *sancta David fidelia*, idest, firma & robusta, ut *fidelis manens DEUS, in quo non est iniquitas* l, *negare seipsum non possit* m; quoniam hoc esset deficere, ut cuidam Mago hinc argumentandi aliquid non posse, Dionysius respondit *n*, quod etiam docet Augustinus *o*. Idem vero Dionysius *p* firmissimum scribit, & immutabile fundamentum divinarum promissionum, quia Deus est prima, verèque subsistens veritas, cui fides nostra innititur, quam Paulus *q* ὑποστασιν definit. Tenemus fidelissimum debitorem Deum, quod attinet ad primam notionem fidei hìc allatam; quia tenemus misericordissimum promissorem, ut ait Augustinus *r*: atque ut Paulus *s*, ad nonet, *Scit, quod quæcumque promisit, potens est & facere*:

In Ecclesia Sanctorum.) Sic Psalmo 149. *t* Laus Dei dicitur *esse in Ecclesia Sanctorum*: & Christus in 21. *u* promittit quod per seipsum, perque suos *in medio Ecclesiæ laudaret eum*: & quod *apud ipsum laus esset sua in Ecclesia magna, votaque redderet in conspectu timentium illum x*: item in 25. *y* David quod in *Ecclesiis benediceret*: & in 34. *z* quod *confiteretur in Ecclesia magna, & in populo gravi laudaret*, i.e copioso; & in 39. *a* quod *annuntiavisset justitiam in Ecclesia magna*; & in 110. *b* quod *confiteretur in consilio justorum, & congregatione*; & in 67. *c* hortatur alios ut *in Ecclesiis benedicent Deo*. Ex his, & similibus aliis locis perspicitur nomen *Ecclesiæ*, quamvis jam ex usu communi distinguatur à Synagoga, & sumatur pro cœtu orthodoxorum, seu Catholicorum, & fidelium, ut aliàs docuimus, indifferens esse, ita ut aliquando *d* cum addito appelletur *Ecclesia malignantium*; & nonnumquam de cœtu Gentilium *e* dicatur. *Sanctorum* cognomen attribuitur cunctis, qui de Ecclesia sunt, quæ vocatur sancta. Possunt, & Angeli, quemadmodum, & per *cœlos*, intelligi: sicque de illis Zachariam *f* interpretantur; *& veniet Dominus Deus meus, omnesque Sancti ejus cum eo*. Tametsi cum Angelis homines etiam ad judicium cum Deo venturos à Propheta significari, Ecclesia ipsa significet; quum locum sic usurpans accipiat, cui similis in Epistola Judæ *g*, ex libro Enoch: *Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis facere judicium contra omnes*; *& arguere omnes impios*. Nihilominus ipsi mer Sancti judicandi sunt, nec alii, quam Sancti tamquam *oves statuentur ad judicis dexteram* h. Eusebius *i* Sanctos, de quibus citatus Zacharias scribit, ait esse vel Angelos, vel homines: quamvis declaret de primo adventu, & de *Angelis, qui Christo ministraverunt* post jejunium *k*. A Sanctis exigit David ut diligant *l*, & timeant *m* Dominum, & ei psallant *n*, & benedicant *o*, & exultent *p*: asserit præterea quod glorificatur in concilio Sanctorum *q*: & quo *bonum est in conspectu Sanctorum Dei confiteri illi, & expectare nomen sanctum ejus* *: quod *loquitur in visione Sanctis suis* r: quod *custodit animas eorum* s: quod *pretiosa est in conspectu ejus mors illorum* t: quod *exultatione exultabunt* u: *& in gloria* x. Apollinarius præsentem hunc locum nostrum imperativè interpretatur;

Καὶ σὰ ἀληθείς σου ἁγίοις ἁγιάσῃ μελέσθω;

Et tua veritas Sanctorum tabernaculis curæ sit.

Habent futuri temporis verba hunc usum, vel optativi modi, ut sæpius vidimus. Iidem cœli, idest cœlestes, qui Sancti, quos quidam etiam ἁγίους dici putant quasi *sine terra*, ἀνευρὶς γῆς. Certè ut *non est laus Dei speciosa in ore peccatoris* y, *nec aptè enarrat justitias Dei* z; sic nulli aptiores auditores sermonum de laudibus Dei, quam Sancti: nam *vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit* a, sed evadunt hujusmodi *sermones eis in canticum, & carmen musicum* b: nec ex cognitione, quam habent de mirabilibus Dei operibus, *ipsum glorificant, aut gratias agunt* c.

Vers. 7.) Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei?

PRobat merito futurum, ut cœli mirabilia Domini confiteantur, & veritatem in Ecclesia Sanctorum, idest, Sancti, sive Angeli, sive homines inter seipsos, ac in suomet

Sensus loci.

---

a lib. 3. c. 23.
b Ephes. 1. 6.
c Heb. 12. 22. 25.
d Apoc. 15. 3.
e Job. 13. 7.
f Matt. 28. 20.
g Joan. 3. 31.
h Cap. 22. 29.
i vers. 4.
k Cap. 55. 3
l Deut. 32. 4
m 1. Tim. c. 11.
n de div. no. cap. 8. 1
o 2. de Symb. ad catechum. 5. de civ. c. 10
p isp. c. 7. 1. p.
q Hebr. 11. 1.
r in psal. 32. conc. 1.
s Rom. 4. 21.
t vers. 3.
u vers. 23.
x vers. 26.
y vers. 12.
z vers. 16.
a vers. 19.
b vers. 1.
c vers. 27.
d psal. 25. 5.
e Act. 19. 32. 39. 40.
f c. 14. 5.
g vers. 14.
h Matth. 25
i 33. q. 16. de demonst. c. 18. & lib. 10. cap. 7.
k Mat. 4. 15.
l psal. 30. 14.
m psal. 33. 10.
n psal. 29. 5.
o psal. 144. 10.
p psal. 131. 9.
q psal. 88. 8.
* psal. 51. v. ult.
r psal. 88. 20.
s psal. 56. 10.
t psal. 111. 5.
u psal. 131.
x psal. 149. 5.
Αγιος.
y Eccl. 15. 9
z psal. 19. 16.
a psal. 91. 7.
b Ezech. 33. 32.
c Rom. 1. 21.

met cœtu: quia non est non solum in terra, sed in cœlis ipsis, in quibus Angeli; & hominum beati spiritus de corporibus egressi habitant, & quò tendunt alii justorum hominum adhuc in corporibus detenti, qui potentia, & mirabilium operum patratione compari Domino valeat: nullus etiam quantavis polleat dignitate, & sanctitate inter utrosque, qui absolutum *filii Dei* nomen consequi possit, & *Dei* dici *filius* simpliciter queat. Multò minus quos stulti, ac superstitiosi Gentiles, divinitatis vero titulo, errantes, insigniebant. Nam per participationem tribui nomen *Dei* aliis tum Angelis, tum nominibus, vocarique *filios Dei* posse vidimus ps. 81. *a* Possumus etiam dicere non hic ætiologiam superiorum esse, sed initium confessionis sive laudationis, quam priore versu Deo in mirabilium ipsius laudem dixerat oblaturos. Similis huic occurrit prius aliquot in psalmis *b* sententia, & in isto reperitur iterum *c*. Enaratores locum istum de Christo interpretantur secundùm divinitatem, ut sit solus Patris Dei Filius ὁμοούσιος, *consubstantialis*; ita ut omnium mirabilium, quæ confessuros cœlos dictum est, nempe Prædicatores, Apostolos, & Apostolicos viros, maximè mirabile sit opus Incarnationis, in quo verus ille, ac unicus Dei Filius homo fieri sit dignatus: de cujus divinitate plura in psalmi sequentibus versibus continentur. Utitur eodem hoc loco Cyrillus Alexandrinus *d*, ut probet summam antiquitatem Verbi, seu coæternitatem, & consubstantialitatem. Idem facit Athanasius *e*, ostendens nihil obstare, quod *facti dicamur ad imaginem, & similitudinem Dei*, quo minus ille solus sit imago vera, & genuinus Patris sui filius. Videtur hoc transscripsisse idem Cyrillus *f*, & Justus Orgelitanus *g*, qui ait, sicut malus est luter lingua sylvarum, ita Christum fructus sui dulcedine, refectioneque electos incomparabili decore præcedere. Est apud Isidorum *h* simile argumentum, tametsi mysticè, quod est in historia Regum i, *usque ad tres viros fortes* ibi commemoratos *non perveniisse Abisai*, explicat de Sanctis, qui licet virtutum sublimitate proficiant, tamen usque ad excellentiam divinæ Trinitatis nequaquam attingant: quia *est qui æquetur Domino, autqui similis sit Deo in filiis Dei?* Et hoc mutuatus videtur Drogo K. Idem Cyrillus * infert veraciter hic Prophetam clamare in spiritu, fulgentissimæ Sanctorum multitudini Christum præesse: nubes enim intellectuales Prophetas esse, qui omnes Christo crediderunt, nullo modo ipsi exæquari contendentes, quum non ignorarent Moysen, qui præter ceteros à Deo cognitus fuerat, primas ei partes concessisse: filios autem Dei, qui adventus Christi tempore rutilarunt, non fore omnino similes, nec hoc sibi attributuros, sed mensuram suam non ignoraturos, audientes Baptistam, *Quo non surexit major inter natos mulierum* *, dicentem quod *posterior Christo sit*: denique id sibi velle alterum Joannem *m* scribentem, quod *vidimus gloriam, quam Unigenitiâ Patre*, hujusmodi scilicet, qualem Unigenito Dei Patris Filio, non iis, qui ad fraternitatem ejus vocati sunt, quorum est primogenitus, convenire omnes faterentur. Accipit *nubes* tropologicè pro Prophetis: alii etiam pro Apostolis: & Ambrobus *n* præterea nubem levem vocat Mariam, *super quam* vaticinatus est Esaias *o Dominum ascensurum, & ingressum in Ægyptum*.

Quoniam.) Dixi vel ætiologicè sumi posse, vel exegetice, hoc est, vel tamquam redditionem causæ, vel tamquam expositionem, & expressionem, confectionis cœlorum, de quibus dictum fuerat versu præcedente.

Quis in nubibus æquabitur Domino?) Vertunt alii *æthera*, aut *cœlos* pro שחק, *schachak* Redditur *cœlum* postea in hoc Psalmo *p*, & in Job *q*. Quamvis etiam verum sit *cœlos* pro nubibus, vel aere accipi. Symmachus exposuit τὶς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθήσει τῷ Κυρίῳ, *Qui enim in æthere opponet se Domino*. Euthymius refert alios reddidisse *in alto*, aut, *in locis cœlestibus*: Si *cœlos* propriè sumas, erit sensus, nec Angelum, aliumve spiritum, nec sidus ullum cum Deo comparari posse, sed confiteri omnem vim, & excellentiam ipsis provenire ab illo. Si *nubes*, quæ in iis fiunt meteorologicæ impressiones, excitatæ quandoque etiam ab Angelis, magnam mortalibus ad mirationem, & horrorem concitant, ut psalmo 17. vidimus, & idcirco non sine causa in ejusmodi comparatione divinæ majestatis, ac potentiæ cum rebus creatis, de nubibus fieri mentio potuit. Lyranus, & Ayguanus declarat de *nubibus, quæ præcesserunt populum in deserto*; & de *illa, quæ operuit montem Sinai quando lex data est*. Hugo qui per aliquot sequentes versus ait recenseri laudes Dei, vult primam esse à potestate tonandi: secundam ab expressa similitudine Patris, tertiam à fama: reliquas à magnitudine, à terrore, à largitate, à potentia, ab ampla potestate. Quod attinet ad tonandi, & fulgurandi facultatem, Zoroaster, Numa, Tullus Hostilius elicere fulgura, tonitruaque conati sunt: sed nemo *habet brachium sicut Deus, aut voce simili tonat* t, de qua de re egimus Psalmo 17. *u*.

Communior expositio est, ut cœli per *nubes* intelligantur, aut mysticè dicantur iidem Sancti, maximè Apostoli, & imitatores eorum tùm nubes, tùm cœli, ut aliàs ostendimus, propter harum rerum proprietates, quæ illis analogicè conveniunt secundùm rationem præstantiorem. Spectat Rickelius hoc loco in nubibus, quod à Sole illustratæ illuminant: quod pluendo irrigant, & fecundant: quod sublimes à terra existunt; ad eumdem verò modum Apostolos, & alios Prædicatores illuminatos à Christo, ceteris lumen communicare: verbo gratiæ perfundere: per contemplationem, & vitæ perfectionem altos esse. Nullus æquari Sanctus Christo potest, vel ad gratiæ gradum, licèt physicè sit finitus, pervenire: nec *justificari comparatus illi* x, *& inconspectu ejus* y; quamvis imitari omnes possint, & debeant, atque sic denominari filii Dei, fratres Christi.

Similis erit Deo in filiis Dei.) Habent alia Psalteria, & Justus Orgelitanus z particulam (*aut*) & Cassiodorus: Augustinus autem (*&:*) Græcè καὶ τὶς, *& quis*: in utroque membro nomen Κυρίῳ, *Domino*, ut & apud Augustinum, & vetus Psalterium: & in textu Hebræo bis est יהוה *Jehovah*. Hucusque protenditur interrogatio. Quare non est satis aptus, quem tradit Hugo, sensus, ut præcedens membrum per interrogationem neget æqualitatem cum Deo, præsens absolutè, ac sine interrogatione affirmet similes nos esse posse. Diximus de hac similitudine aliàs, quæ nobis potest convenire, & Angelis, quos Paraphrastes exprimit. Angelis ea convenit appellatio magis peculiariter, propter naturam omnino spiritualem, & quoniam si nobiscum comparentur, eorum origo, & creatio à Deo solo est, quum homines ab hominibus generentur. Nihilominus possent per *nubes* in priore membro, idest, per *cœlos*, intelligi Angeli, quorum ibi propria habitatio est: per *filios Dei* homines sancti degentes in hac vita. Nullus omnino æquare, aut similis Deo potest esse ad eum modum, quo ille jactabat *se Altissimo, similem futurum* a. Nomen Dei hoc loco Hebraicè est אלים plurale *elim*, designans tres personas, ut quidam volunt, licet LXX. singulariter expoſuerint, ad virandam suspicionem πολυθείας, *plurium deorum*. Argumentatur hinc Nicætas *b* dari naturalem filium Dei, quia plures filii Dei dici non possunt, nisi per adoptionem: ubicumque autem naturale non præcesserit, fieri non potest, ut adoptivum subsequatur.

Vers. 8.) Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum: magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.

Sensus loci.

QUum distantia infinita sit inter Deum, Christumque, & quoslibet Sanctos alios, Angelos, hominesque, quamvis excellentes, & divinitatis cujusdam participes: repetit rectè à talibus, quos appellaverat *cœlos*, *nubes*, *filios Dei*, *Sanctos*, quod nomen adhuc iterat, & in eorum *consilio*, seu *concilio*, quam priùs dixerat Ecclesiam glorificari Deum, vel ipsummet seipsum apud illos declarare majestatem, atque potentiam suam, ita ut glorificationis, confessionis, laudationis ipsis materiam abundè suppeditet, & ab omnibus, qui eum circumstant, prædicetur, ac celebretur, ut magnus, & planè eximius, & quem vereri omnes, atque venerari debeant. Cujus rei edunt de primis Angelorum ordinibus exemplum illi, *qui alis sese obvelant, dum absque cessatione sanctum Deum decantant* c: & apud mortales hi, qui pro virili sua laudibus, & prædicationi divinæ sedulo, ac reverenter vacant.

Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum.) Hieron., *Deus inclytus in arcano Sanctorum nimio*. Id Trevetus exponit de laude, quam dant Deo Angeli, & nomen valde secreta est, utpote, in qua contineantur arcana illa verba, quæ non liceat homini loqui, audita sunt autem à Paulo *in raptu* d. Alii, *Deus terribilis in congregatione Sanctorum multa*, ideſt, quem valde metuunt Sancti, reverentur, evehunt supra se, omnesque creaturas, majore honore prosequuntur absque ulla comparatione, quam illas,

a vers. 8.
b ps. 34. 10. ps 48. 6. psal. 7. 19. ps 82. ps. 85. 8.
c vers. 9.
d de fide ad Theodos. orat. 4. cont. Arr. & epist. ad Africanos.
e 3. Thesaur. c. 1.
f in Cant.
g in Cant.
h in 2. Reg. c. 6.
i 2. Reg. 23. 18. 19.
k Serm. de pass. Dom. * lib. 1. in Joann. c. 21. & lib. 9. c. 40. & 7. thesaur. c. 4.
l Matt. 11. 12. m Joan. 1. 18. c. 1. 14.
n de instit. virg. c. 9.
o Esa. 19. 1.
p vers. 38.
q c. 37. 18.
Meteorologicæ impressiones ab Angelis quandoque excitatæ.
Exod. 13. 21. c. 19. 9. c. 20. 1.
t Job. 40. 4. u vers. 15.
x Jer. 9. 23. y Ps. 142. 2.
z in Caus.
a Esa. 14. 14.
b 2. thesaur. c. 4.
c Esa. 6. 3. Apoc. 4. 8.
d 2. Cor. 12. 4.

illas, & seipsos. Vel, Deus gloriam suam, majestatem, potentiam, divinitatem præcipuè declarat in consilio, cœtu, Ecclesia, congregatione Sanctorum tùm Angelorum, tùm hominum. Vel, Deus roboratus, hoc est cognitu difficilis, & ut habetur in alio Psalmo *a*, *Mirabilis scientia ejus ex me*, ideſt, supra vires meas, *confortata est, & non potero ad eam*. Chaldaicè, *Deus fortis in secreto Sanctorum, sedens super thronum gloriæ suæ*. In vetere Psalterio, & apud Augustinum, *Deus glorificandus*. Græcè ἐνδοξαζόμενος, *glorificatus*, aut qui glorificatur. In textu Hebræo prima vox est אל *el* cujus plurale erat in extremo priore versu, sed ibi singulariter conversa: & unum est de Dei nominibus *fortem* significans, ut sæpe vidimus. Secunda est נערץ *nahharats*, participium passivum verbi niphal à ערץ *hharas*, quod significat *terreri*, ita ut sonet *timendum, à quo alii timeant*: & bene cohæret cum אל *el*, ideſt, cum *forti*, nam & idem verbum valet *roborare*, ac fortificare. Tertia סוד *sod* occurrit antea non semel pro *secreto*, & *consilio*, conditio, & laus est, ut sit secretum: prætereaque usurpatur pro *cœtu plurium, qui junguntur in uno secreto consilio*, qui cœtus, & congregatio nominatur Latinè tùm *consilium*, tùm *concilium*, ut Psalmo 1. *b* docuimus; quemadmodum, & βουλη, quam Basilius seu Theodoretus σύλλογον cœtum, & *conventum* declarant: denique locus ipse congregationis eodem modo appellatur. Quare nihil refert quod in Romano Psalterio, & in vetere legatur, *in concilio*. In Psalmo 110. *c* *consilium justorum*, cui, & *congregatio* adjungitur, vocatur iisdem nominibus סוד *sod*, & βουλη. Qui *consilium Sanctorum* de Angelis explicant, ex iis aliqui, ut Ayguanus, glorificationem Dei interpretantur, quum legem dedit ministerio ipsorum; quam Stephanus *d*, *dispositionem*, vocavit, quasi super ea consilium cum iisdem habuisset, quæ dicitur item ipsa consilium, quia per eam consultum est saluti hominum: & in qua danda declarata est gloria Dei, quamque magnus, & terribilis esset. Nam *auditis tunc tonitruis, visisque fulguribus, ac densissima nube, quæ montem operuit, populus timuit, qui erat in circuitu infra montem* e. Hoc longe illustrius accidit, quando lex Evangelica promulgari cœpit in Pentecoste, ac deinceps. Etenim *factus est in Pentecoste de cœlo sonus tamquam spiritus vehementis, & apparuerunt dispertitæ linguæ, sicut ignis; seditque supra singulos*, qui erant de sancta illa Ecclesia simul congregata *f*: postea *conversi multi* g: *edita plura miracula* h: & qui in circuitu erant Dei, hoc est, extra veram religionem ad eam traducti sunt, eversis etiam idolis: ac tandem agnitus, & prædicatus est Deus, atque Christus, velut magnus, terribilis, laudabilis nimis in civitate Ecclesiæ, & apud unumquemque Sanctum, qui præ se fert, ac palàm pronuntiat omnem à Deo, & gratia Christi sanctitatem esse, necesse, qui adæquari ei, aut esse similis exactè possit, quod optimum sane consilium, ut pro *sententia* sumitur, dici potest: nempe, ut ait Glossa Interlinearis, credere in eum, & in eo gloriari, quia, inquam, nullus ei adæquari, & similis potest esse: & dant consilium aliis, ut eumdem Deum glorificent. Quia Deus magnus, dignus est gloria, inquit Hugo: quia terribilis, vindex in eos, qui furantur ipsi gloriam, *reddensque ignobiles* i, *& gloriam eorum in ignominiam commutans* k.

Per accommodationem usurpari potest illud à quolibet Sancto, *Consilium* l *meum justificationes tuæ*, ut nempè quicquid in me justitiæ est, tibi Deo adscribam. De Paracleto is, quem vocant Hieronymum, explanat, qui adorandus esset in congregatione Apostolorum, & æqualis Patri, ac Filio prædicandus. Huic quidem personæ dona gratiæ attribuuntur, sed non video quorsum spectet ea expositio. Stolidi Judæi Deum consilia inire, atque consultare cum Angelis de mundi administratione credunt: Quum dixit, *faciamus hominem* m, aliqui quasi cum Angelis hoc suum consilium communicantem faciunt. Certè hic loquendi modus commendat nobis utilitatem, atque necessitatem capiendi ab aliis consilii, quum qui *magni consilii Angelus est*, nec ullius eget consilio, adhibere tamen alios in consilium videatur. *Habitare se* dicit *in consilio* n; & *viginti quatuor illi Seniores* ex Apocalypsi *o*, veluti senatum, & consiliarios illius efficiunt. *Saulus ubi multa consilia* p. Periit Cæsar, Nero, Hieronymus Siciliæ Rex, qui consilio non utebantur, sed oderant etiam consilium, Senatumque *q*.

Magnus & terribilis.) Ultimum vocabulum Hieron. ut antea retuli, accepit pro epitheto *arcam Sanctorum* A *animi*, sive, *multi*, & *magni* (Pineda *r* tamen tribuit ei vertisse, *horrendus*: LXX. & alii tamquam attributum Dei. Est רבה *rabbah* fortassis cum paragoge litteræ (ה) *he* quæ alioqui genus indicat femininum, pro רב *rau*, vel *rab, multus*, & *magnus*: prætereà *honorabilis, incipiens reputatus existimatus ob multiplicem dignitatem, quæ pollet*, tum verò si sit doctrina, unde magister, ac doctor sic appellatur, & cum pronomine, aut paragoge litteræ (י) *jod* רבי *rabbi*. Idem Hieronymus *s* Suniæ, ac Fretelæ scribens, videtur legisse pro *terribilis*, aliud nomen *horrendus*, & φοβερον explicat significare *terribilem, timendum, formidandum*: *horrendum* verò eamdem habere vim, non uti vulgus existimat idem esse, quod *despiciendum*, & *squalidum*. Probat exemplis Virgilianis. *Terribilem* reddidit in translatione ex Hebræo, ut jam dixi, quemadmodum & cæteræ habent editiones, vel alia Psalteria Latina, & Cassiodorus, *mittendus*.

Super omnes, qui in circuitu ejus sunt.) Hieronymus, *in cunctis, qui circa eum sunt*; sic enim recitant Faber, B Victorius, Trevetus, ita ut mendum videatur in Bibliis Regiis, & Complutensibus, in quibus extat (*quæ*) quod non ad personas pertinet, sed ad res, Trevetus vero etiam exponit de Angelis assistentibus Dei ministerio, ac tùm nominatim quum traderet legem, ut jam prius dictum est. Hæc expositio satis communis est. Viditque Joannes *t*, *in circuitu throni*. Paraphrastes expressit de Angelis vim præpositionis על *hhal*, ut intelligamus Deum magnum, timendumque plusquam omnes Angelos, qui assistunt circa eum. Vetus Psalterium, & Augustinus legunt, *in omnes*, hoc est, vel erga omnes, vel plusquam omnes. In Illyrico Psalterio, *super omnes circumdantes eum*. Extendunt ad homines sanctos plurimi illos, qui dicunt hìc *esse in circuitu Dei*. Idem Augustinus eam expositionem, cujus antea memini ex Ayguano, tradit de infidelibus, qui non prope, ac juxta, & quasi cum Deo censeantur esse, sed in circuitu, sicut videlicet impios generaliter canitur alibi *u*, *in circuitu ambulare*. Ad litteram quidem Hugo rectè eo, qui *in circuitu Dei sunt*, videtur intelligere Gentes circa terram promissionis, in qua Deus peculiariter censebatur C habitare, & quibus sese magnum, ac terribilem solebat per prodigia multa ostendere, & cœlestia auxilia in populi sui defensionem. Sancti porro, & Angeli, & homines dicuntur *esse in circuitu Dei*, non quod infinitum, immensum, nullo circumscriptibilem spatio claudant, ac definiant; sed quoniam sic ad eum undique confluunt, eique serviunt, & assistunt, ut RicKelius notat, ac si intra se, vel in medio includerent: præterea, quia ipse omnia penetrat, magisque omnibus quodammodo intimus est, quam illa sibi ipsis, & quam essentialia suo toti, quod ex id constat: juxta illud cujusdam Poetæ, quem citat Paulus *x*: *Non longe est ab unoquoque nostrum; in ipso enim vivimus, & movemur, & sumus*: ita ut dicendus potius, in medio eorum Deus, quam res in medio illius. Unde, & in alio Psalmo *y* canitur *Deum esse in circuitu populi sui*, & sæpe reperitur tùm de Deo, tùm de Christo, quod esset in medio. Proprio quodam modo ex hominibus sunt in circuitu Dei, ut docet Hugo, Clerici, & Prælati, qui & *appropinquantes Deo* nominantur *z*, aut accedentes *a*. Propiores sunt, qui virtutibus, & imitatione sese quam simillimos Deo reddunt, D sive Christo, & dono gratiæ, ut Cassiodorus loquitur, proximantur; & ut creditus Hieronymus, qui per innocentiam vitæ Deo appropinquare meruerunt. Euthymius ponens ex Maximo, illum dici circumdatum, qui coram, retro ad dexteram, atque ad sinistram aliquos quasi in circulo habet; ait retro Deum esse eos, qui per virtutem illam, quæ pertinet ad actiones, eum sequuntur: ad sinistram, qui naturalem philosophiam dirigunt ad spiritualia, qui dicuntur *in sinistra sapientiæ, divitiæ, & gloriæ esse*, ad dexteram, qui immaterialium, atque invisibilium rerum cognitionem ab omni sensibili, atque carnali phantasmate puram, ac mundam susceperunt; quoniam *in dextera sapientiæ sunt anni vita*, coram Deo, qui ob immensum divinæ pulchritudinis amorem digni effecti sunt, ut perpetuo Dei fruantur conspectu, facie ad faciem illum intuentes, & quodammodo ipsi pariter effecti dii.

Vers.

a Psal. 138. 2.

b Vers. 1. Βουλὴ.

c Vers. 1.

d Act. 7. 33.

e Exod. 19. 16

f Act. 2. 1. & seq. g c. 2. 41. & 4. 4.

h c. 3. 8. & 5. 12. & seq. & 9. 42.

i 1. Reg. 2. 10

k Osea 4. 7.

l Psal. 118. 24.

Stolliditas Judæorum credentium Deum inire consilia cum Angelis refutatur.

m Gen. 1. 26.

n Prov. 8. 12.

o c. 14. 3.

p Prov. 11. 14

q Sueton. & Lactant. lib. 4 de fals. relig. c. 3. Euseb. lib. 8 hist. c. 25 & num. 1.

Quomodo dicantur Sancti esse in circuitu Dei. a

r Pineda in Job. 1. 6.

s epist. 135.

t Apoc. 7. 11.

u Psal. 11. 9.

x Act. 7. 27.

y Psal. 124. 2.

z Lev. 10. 3.

a Exod. 19. 22.

*Vers.*9.) Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Sensus loci. IPsummet Deum convenit, & compellat oratione sua, quasi testem citans prolatæ de eo sententiæ, non esse, qui vel in cœlo, vel in terra æquari ei possit, & exactè similis esse. Vocat Dominum cunctorum exercituum sive in cœlo, sive in terra, sive etiam in inferno; ut propterea nemo attingere perfectam ipsius valeat similitudinem, quum par in eo sit cum potentia rides, ac justitia inseparabiliter adhærens, omnique veluti ex parte illum circumdans, quia undique in cunctis operibus, atque in tota rerum universitate conspiciuntur. Hæ duæ multoties repetitæ conditiones necessariæ sunt ad promissa servanda, de quibus agitur toto Psalmo, videlicet potentia, veritasque. Eas asserit Deo veluti ad manum esse, promtas, paratas, tamquam *assistrices* a, cultrices, ministras, ut quum primum annuerit, exequantur ipsius voluntatem. Postea *b* dicet *præcessurus Dei faciem, misericordiam, & veritatem*: ut nempe ad opus exeat veritas, seu compleatur, quod promissum est, comite, ac exequente potentia: misericordia impellente: quia *subest Deo posse* Ipse *à magnitudine speciei creaturæ possit cognoscibiliter* a Sap.13.5. b Rom.1.20. Allegoria. c Marci ult. v. ult.

a Sap.9.4. b vers.15.

c Sap.12.18. *valuerit* c, & ut Basilius, vel Theodoretus ait, δύναμιν ἐχει σύμμετρον τῇ βουλήσει *potestatem habet simul concurrentem cum voluntate*, & ἀληθῆ πάντα, καὶ βέβαια παρ' αὐτῷ, *vera omnia, & firma apud ipsum*.

Domine Deus virtutum.) Hieronymus, *exercituum*; significant exercitus צבאות *tsevaoth* sive *sabaoth*, & δυνάμεις, ut crebro monuimus. Vocat Appollinarius ἡγεμόνα σθένεων, *Ducem ac Principem roborum, atque fortitudinum*. Accommodatitius Cassiodori sensus est, virtutum Dominum Deum esse, quia Sancti ditantur virtutibus non denominantur, & illis rebus imperat, quibus, eo præstante, præclari sunt. Loquitur eodem pacto Haimo, Hugo, Pampolitanus. Sunt virtutes hoc loco id, quod dixi, non autem habitus morales honesti, aliive, quibus moraliter boni efficiamur. Verum est, quod Hugo admonet omnium virtuosorum, ut ipse loquitur, unum ac eumdem Deum esse: vitiosorum vero plures, ut *ventrem* gulosorum *d*, avarorum *mammonam*, & sic de aliis, quorum non difficilis inductio, sed id elicitur ex minimè vera, propriaque nominis *virtutum* notione.

d Phili.3.19. c Mar.6.24.

Quis similis tibi? Dictum hoc ait Euthymius à David-C de, quæ sæpius inculcavit hic, & aliis locis eamdem sententiam, non ut interrogaret, sed veluti obstupescendo, ut nos hoc pacto Dei incomparabilitatem doceret.

Potens es Domine.) Hieron. *fortissime*. Hebræum hujus loci nomen יה *jah* est id, quod componit decantatum halelujah, de quo nomine dixi Ps.67. videri nonnulli designare peculiariter velut *abbreviatum verbum* f, ac Deum; qui Deus pleniore nomine vocatur יהוה *Jehovah*. Lege Lindani commentatiunculam *de halelujah*. Ipsum Dei posse, esse est, quia per se ipsum potest secundum esse infinitum suum, & *dominatur in virtute sua in æternum* g: quia quod vult potest, *subestque ei, quum voluerit posse* h: *quia non est apud eum impossibile omne verbum* i: & omnem tollere miseriam, *Omniumque misereri potest, quoniam omnia potest* k, ita ut nec ulli impediri valeat alterius iniquitate: quia nihil adeo eximium absolutè producere potest, quin adhuc perfectius possit, saltem in eodem genere; nec umquam fit *manus ejus invalida* l, *deficit ve-* m: quia potentiam rerum aliarum non impedit, quam etiam ipse communicavit eis, & *potentes non objici*; *quum* & *ipse sit potens* n, *nullius egens*, nullius obscuratus, aut impeditus potentia, nulli invidens: quoniam nulla re careret, quam habeant alii; infinitas habet, quibus ceteri carent, immo data opera, *Hominem condens ad imaginem & similitudinem suam, ut præesset piscibus, bestiis, universæ* terræ o; & ut etiam Plato *p* scripsit: ac post illum Plutarchus *q*, vacuus omni invidia voluit omnia sibi quam maximè fieri similia. Consule hoc loco Rickelium.

f Es.10. 22. g Ps.65.7. h Cap.12.18 i Luc.1.37. k Sap.11.24. l Nu.11.23. m Es.40.28. n Job.36.5. o Gen.1. 26. p in Timæo. q de fato, & provid.

Et veritas tuam in circuitu tuo.) Ad verbum *circuitus tui sunt* סביבותיך *sevivotheha*. Promissi præstationem auxilii, quod Sanctis Deus fecerat, vocat veritatem: & circuitus vel eos, qui sunt in circuitibus, seu in circuitu ipsius eosdem Sanctos, qui veluti corona cingunt, & quasi ornant Deum ipsum. Allusio potest esse, ut aliàs dixi, ad collocationem Hebræorum castrorum circa tabernaculum in medio fixum; ita ut idcirco etiam Deus in medio illorum habitare diceretur. Nicephorus hac dicendi formula sentit indicari numquam abesse à Deo veritatem in promissis faciendis, & complendis. Explicat Euthymius

Allusio loci ad castra Hebræorũ.

lut vestis omni ex parte circumdet, ipseque sit semper verax, quod ait Cassiodorus veritatem individuè illi inesse. Simili ratione per *tridem in circuitu sedis* r, seu sedentis, nec non *super caput Angeli fortis* s, intelligitur ab Ansberto circumdans, & ambiens Christum misericordia. Esaias t *fidem* nominat *cinctorium renum ejus*: & David noster *circumdandum Dei veritate, tamquam scuto*, promittit, *qui in ejus habitet adjutorio* u. Et Job, *Justitia indutum se* scribit, & *vestiviſſe se sicut vestimento, & diademate, judicio suo* x. De hoc ipso loco, & similibus egimus in commentario libri Sapientiæ y, ubi ducitur ab armis similitudo: hìc vero Apollinarius eam agnoscit;

r Apoc.4.3 s c.10.1. t c.11.5. u Ps.90.1.5. x Job.29.14. y in c.5.18.19

Αὐτὸς ἀληθεί ᾗ κεκορυθμένος ἄλκυμαρ' ἕξεις
Ipse veritate armatus, fortia facis.

Extendi potest cum RicKelio ad omnia opera Dei ista sententia, quæ sint ceu lineæ ductæ ad circumferentiam ex ipso centro Deo, *Qui veritatem*, sive, *sapientiam suam effuderit super illa, & super omnem cacnem* z, &

z Eccl.1.10

a Sap.13.5. b Rom.1.20. Allegoria. c Marci ult. v. ult.

videri a, *& per ea, quæ facta sunt, conspici invisibilia ipsius* b. Plures persequuntur allegoriam de prædicatione veritatis euangelicæ per urbem, mundique circuitum, & ubique, Domino, qui *potens* proximè appellatus est, cooperante, & sermonem confirmante, *sequentibus signis* c; & ut in circuitu Christi esse intelligantur, pro quibus rogabat Patrem, ut *ubi erat, & ipsi essent cum ipso* d, hìc per imitationem, in cœlo per beatitudinem. Hugonis tropologia est, ubi Deus habitat per gratiam, ibi apparere veritatem vitæ bonæ ad exemplum: *Dormire sub umbra*, Tropologia *& in secreto calami* diabolum e, ideſt, in corde hypocritæ, qui interius vacuus est, exterius niter, *amans in angulis platearum stando orare ut videatur* f, *quum corruat in iis veritas* g. Remigius interpretatur quod circuit semper veritas Deum, quia illam habet à seipso, ceteri ab eo. Confert cum illo alio dicendi modo *h*, *Oratio mea in sinum meum convertetur*. Jansonius, quod cogitatio Dei per adimpletionem eorum, quæ cogitarat, veritas facta est in circuitu ipsius, quia in illis, quos ad conspectum suum perduxit, implevit omnia, quæ de ipsis cogitavecrat, & prædestinaverat.

d Joa.17.24 e Job.40.16. f Matt.6.5. g Es.59.14. h Ps.34.2.

---

*Vers.*10.) Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

DEi potentiam aliquot exemplis illustrat, & confirmat. Primum est ex imperio non modo in universam terram, sed & super tumorem, fastum, sævitiam maris, & quod insurgentes, ac furentes undas, procellas, fluctusque ipsius compescit statim quum ei placet, quod nulli Regi ac Tyranno concessum est. Hoc universè de omni mari, dum de rubro verum est, in quo mersus Pharao est, cujus fieri mentio videtur sequenti versu. Exaggeratur alibi sæpe hæc Dei in compescendo mari potentia *i*, & quum Christus imperavit mari, & ventis, de quo Arnobius, Cassiodorus, Haimo interpretantur hunc locum, nec non Theophilus Alexandrinus *k*, & Auctor Operis imperfecti *l* citans ex Ps.76. *m viderunt aquæ Deus*, &c. & Cyrillus Alexandrinus *n*; Homines mirati ex clamaverunt, ac timore perculsi; *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei* e? Apud Esaiam *p*, ait Deus: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus ejus: Dominus exercituum nomen meum*: & apud Jeremiam *q*, *stultos absque corde*, vel, *cum incredulo, & exasperante, cum oculis non videntes, neque audientes cum auribus* vocat, *qui non timeant ipsum, nec à facie illius doleant, quum posuerit arenam terminum maris, ita ut commoveantur, & intumescant fluctus, nec transire valeant*. Delectat me quod non semel recitavi, Canuti regis Anglorum exemplum: qui assentationis procellam procella maris in se admissa compescuit. Nominat eum animi caussa secundùm Oceani littus ambulantem Regem, Regum longè omnium potentissimum miles, qui hominibus, qui mari, qui terræ latè imperitaret: tum ille sese vestem exuens, ac super ea conglobata proximè aquam sedens, quum sese ex alto æstus incitasset: *Unda*, ait, *tibi jubeo, ut ne pedes meos tangas*: postea madefactus, negavit se priore illo titulo dignum, præ-

Sensus loci.

i Job.38.8. pſ.94.4. pſ.135.15. Pro.8.29 Jer.5.22. & alibi. k epiſt.62. Pa. ſchali. l hom.22. m vers.17. n de fide ad Reginas. o Mat.8.27. Marci 4.40 Luc.8.25. p c.51.15. q c.5.21.22. 26 Canuti Anglorum Regis vox superba.

prætereaque quemvis mortalium, uno excepto Christo: tandem ubi Vintoniam pervenisset, detractam de capite coronam crucifixo templi SS. Petri, Paulique imposuit, numquam deinceps ejusmodi usus insigni *a*. E contrario Antiochi describitur superbia, quod *sibi videretur fluctibus maris impetrare* b; & mira væsania Cyrus, ac Xerses, intolerandoque fasto Gyndem fluvium siccare, pontibus Hellespontum Xerses trajicere conatus est; cumque id non succederet, verbera infligi, compedes injici, stigmata inuri jussit *c*. Stultorum Regum æstus cum Horatio *d* rectè appellaveris.

Valde trita de fluctibus persecutionum adversùs Ecclesiam, & fidelęs allegoria, ut *non sinat eos tentari Deus supra id quod possunt* e, nec eas omnino tollat, sed mitiget, ac moderetur, ut quum merito tolerari queant, *consolans in omni tribulatione* f, *ac noscens pios de tentatione eripere* g, quum expedire judicat. Huc quoque facit, quod Job scribit *h*, *Ingredi Deum super fluctum maris*, ut exponitur à Gregorio *i*: quod *Christus ipse pedibus id calcavit*: quod *visus* à Joanne *ponere pedem suum dextrum super mare*, B *sinistrum super terram*; quasi magis enitescat in mari potentia ipsius: quod Sapiens *l* scripsit, *In sermone Dei siluisse ventum, & cogitatione placavisse abyssum*: quod habetur Psal. 76. *m*, *aquas viso Domino timuisse, & abyssos turbatos esse*, & 106. *n* quod quum *dixit, stetit spiritus procellæ, & siluerunt fluctus*. Vitam securam, ac sine ullæ fortunæ incursionibus mare mortuum rectè Demetrius appellat apud Senecam, *o* non tranquillitatem, sed malitiam: & Nazianzenus *p* constantem in tribulationibus cum rupe comparat, quam frustra quatiunt fluctus: inconstantem cum levissimis corpusculis, quæ nullo negotio abripiuntur, & distrahuntur. Cyrillus Alexandrinus *q*, Alexandrinis, à quibus aberat, scribens de felici sua navigatione, appulsuque ad Rhodiorum civitatem: quod lenibus, ac placidissimis ventis usi essent, atque sine metu, & periculo magnum, & amplum æquor trajecissent, gratias refert à se actas Deo verbis istis: *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum ejus tu mitigas*.

Tu dominaris potestati maris.) Hieron., *superbiæ*, alibi *r*, *fortitudini*. Alii, *elationi*, *fastui*, *vastitati*, est גאות *ghcuth quævis elevatio, elatio, exaltatio, excellentia, eminentia, sublimitas, tumor, magnitudo, magnificentia, superbia*. Emphasin notat Hugo in pronomine *(tu)* contra Gentiles, qui marinos θαλασσίους, ἢ ἰναλίους, ἢ αἰχιάλους colebant deos, Neptunum, Nereum, Oceanum, Glaucum, Tritonem, Protheum, Phorcum, Salaciam, sive Amphitriten, Nereides, & alios, de quibus Mythologi, & Lilius Gyraldus *f*, atque Augustinus *t*.

Motum autem fluctuum ejus tu mitigas.) Hieronym. *elationes gurgitum ejus tu comprimis*. Alibi *u*, *& commotionem fluctuum ejus tu mitigas*, item *x*, *& motum fluctuum ejus tu comprimis*. Alii, *dum attollunt se fluctus ejus, tu compescis eos*, vel, *& elevante*, nempe mari, *undas suas, tu comprimis eas*. Hebræum verbum תשכהם *thesciabbechem* futuri temporis pro præsenti sumitur, quatenus denotat id fore, quod fuit, & factum est, soletque à Deo fieri. Et quia optativè, aut imperativè sumi potest, ita etiam vertit Apollinarius.

Κύματα μειλίσσων ἐνίλοις, ὅτε κυρτὰ χορύσσει,

Fluctus mitigans auferas, quando incurvi concitantur.

Mitigare καταπραύνειν שכת *sciabbeach* non significant *castigari fluctus*, & *ad mediocritatem redigi*, sed *tolli*, & *auferri*, ut modo Apollinarium audivimus jungentem ἀνελεῖν τῷ μειλίσσειν, nisi fluctus pro fluxibus capias, quia naturaliter fluunt aquæ. Quare, quamvis prius indicata tropologia vera sit de moderatione tribulationum, tamen *mitigandi* verbo non aptè nititur. Nam & alibi *y* dicitur *mitigari omnis Dei ira*: quamvis aliis verbis אסף *asaph* καταπαύειν. Atqui navigari absque periculo, etiam quum mare tranquillum est, nequit: & mitigatio est, ne nimii insurgant fluctus, undæ, procellæ.

Vers. 11.) Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Sensus loci.

ALiud argumentum divinæ potentiæ valde celebre, multotiesque decantatum in omni Scriptura: quod superbum illum, meritoque cum æstuanti comparandum mari, in quo mersus est, & de quo facta proximè mentio est, Ægypti Regem Pharaonem, tanta Deus facilitate dejecerit, atque in profundum projecerit, ac si res ipsi fuisset facum vulnerato aliquo cunctis viribus destituto, quique suopte nutu levissimè impulsus, vel attractus tamquam exanime cadaver concidat: præterea quod reliquos, qui cum Pharaone magno numero erant, & deinceps alios populi, ac proinde Dei, in cujus tutela erat, adversarios, hostesque (Amalechitas nominat Lyranus) potenti brachio subverterit. Videtur Esaias *z*, de hac ipsa re agens, hunc imitatus locum; *Consurge, consurge; induere fortitudinem brachium Domini, consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?* Ante utrumque Job *a* eumdem usurpavit loquendi modum; *in fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia ejus percussit superbum*. Ubi fortitudo, seu potentia Dei commendatur in congregandis maribus, sive mitigandis, ac sedandis, ut priore hic versu dictum est. Per *superbum* autem potest intelligi diabolus, qui ciere tempestates solet, ut ideo forsitan Christus *comminatus vento fuerit & eum increpaverit, ac tempestatem, & dixerit mari, tace, obmutesce* b, & scribantur in Apocalypsi *c Angeli quatuor stetisse super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare*: quos dæmones fuisse, ibidem sentit Strabo, Ansbertus, Haymo, Primasius, prætereaque, quos eodem citat loco Ribera, Hieronymus *d*, Augustinus *e*, Clemens Romanus *f*, docentes illorum opera repetere Deum pœnas de hominibus, quas *immissiones per Angelos malos* vocari vidimus Ps. 77. *g* Qua de re Delrius in Magicis *h*, *Superbus* item quivis importunus tyrannus in genere hic, & apud Job designari potest: item grandior illa bellua marina, quam cetum vocant: præterea ipsummet mare: postremo Pharao; quos noster Pineda *i* dicendi modos bene persequitur. Ad rem nostram facit maximè Pharao, ut adjuncti hic statim ei alii inimici persuadent: quamvis ipsummet mare *superbum* nominetur, *ejusque percuti à Deo fluctus* dicatur *K* longe aliter, quam à stolido Xerse, de quo nuper memini: & *cetus vulnerari* censeatur à Deo, quando vi tempestatis allisus ad littus, in arida emoritur: & quia quolibet fragore, sonitu, clamore territus in ima se recipit: & quoniam piscículo duce, destitutus, ob incumbentem in oculos carneam molem, excæcatur, facileque ad scopulos, & littora offendit: ut idem Pineda observavit. De Pharaonis demersione, ac totius exercitus, egimus aliàs in hoc ipso opere satis diligenter, atque in librum Sapientiæ.

Mysticè obvium est interpretari cum omnibus tùm Græcis, tùm Latinis de Rege super filios superbiæ diabolo, quem putatus Hieronym. crucis clavis ait fauciatum, & abstractis ab eo spoliis humiliatum, ut qui elatus fuerat supra id, quod poterat, humiliaretur suo vitio intra illud, quod per naturam non erat. Augustinus & Cassiodorus humiliatum dicunt, quia perdidit, quod tenebat: vulneratum in corde, ubi superbiebat. Vulnus indicat casus ille de cœlo, quem Christus *l* & Esaias *m* memorant. Inimici brachio virtutis Dei, h. e. virtute Christi filii Dei, dispersi, vel sunt inferiores dæmones: vel Judæi per orbem post excidium Jerosolymorum dissipati, ut Cassiodoro, Haimoni, (qui per *brachium* exponit Christum) Brunoni utrique, Hugoni, placet: vel quilibet alii Ecclesiæ persecutores. Attingunt adhuc Augustinus & Remigius. Bruno Carthusianus alium sensum, ut per humiliationem Christi, & vulnera superbia nostra humiliaretur, & nos amore ejusdem sauciati cederemus ei: dispergeremur vero etiam, atque separaremur ab erroribus, & efficeremur Dei cultores, amicique, aliis, qui nolint obsequi, rejectis damnatis, & quasi *Domino flante pereuntibus* n. Hugo lascivientem, insolescentem, superbientem interpretatur contra spiritum carnem, quæ humilietur atque vulneretur, ac desideria illius dissipentur. Vulnerum Christi consideratio confert ad hoc plurimum; sed & Pauli *o*, Benedicti, Francisci, aliorumque multorum exemplo inflictæ ultro plagæ ac tormenta, ut *livor vulneris abstergat mala* p; *malitia horæ oblivionem faciat luxuriæ maximæ* q, *virga disciplinæ fuget stultitiam* r.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.) Hieron. *contrivisti*, דכית *dichitha*, vel, *fregisti, contudisti*. Allusio potest esse ad fluctus paullo ante nominatos דכי *dochi* enim *fluctum* significat *s* à conterendo. *Humiliandi* verbo sæpius redditum legimus *t*. Vulneratus חלל *chala* τραυματίας denotat *interemtum violentè*, ut gladio, aliove telo; sic humiliatio, seu contusio superbi tamquam vulnerati, erit interfectio per contusionem, contritionem, comminutionem facta. Quare nullam vim fecerim in *vulneratione*, quasi

---

a Polyd. Vir. lib. 7. hist. Anglor. sub finem. b 2. Machab. 9. 8.
c Herod. lib. 1. 5. 7. d lib. 1. ep. 2.
e 1. Cor. 10. 13. f 2. Cor. 1. 4. g 1. Pet. 2. 9.
h c. 9. 8. i Moral. c. 9 & seq.
k Marc. 6. 48
l Eccl. 43. 25.
m vers. 17.
n vers. 25. Vita secura mare mortuum à Demetrio appellata.
o epist. 67. p orat. 27. q epist. 32.
r In transl. epist. 2. Paulini Alex. & in Esa. 51
s de diis Gen. Syntag. 5.
t 4. de civit. c. 20.
u in Esa. 51.
x de translat. epistola 2. Paschæ Theophili Alex.
y Ps. 54. 5.
z c. 51. 9.
a c. 26. 32.
b Marc. 4. 39 Luc. 1. 24.
c c. 7. 1.
d in Ezech. c. 10. & in Es. c. 13.
e 5. contra Julian.
f 4. recognit.
g vers. 49.
h lib. 2.
i in Job. 26. 12.
k Zach. 10. 11
l Luc. 10. 18
m cap. 14. 19
n Job. 40.
o 1 Cor. 9. 27
p Prov. 20. 10
q Eccl. 11. 24
r Prov. 22. 16
s Ps. 92. 3. t Psal. 50. 10 sec. Hebr. ps. 37. 9. ps. 41. 20. ps. 50. 10. 19.

Mystica expositio.

quasi diabolus non penitus extinctus, mortuisque fuerit, ut notavit Hugo & Ayguanus, nec in particula similitudinis, eo quod non propriè vulneratus, ut plures alii monuerunt. Sine dubio *vulneratio* impropriè dicitur de diabolo; tamen figuratè dici etiam potest *diabolus interfectus*, ut de eo loquitur Esaias *a* sub typo alieno, hoc est, Pharaone Ægyptio, quia רהב *rahab* pro Ægypto vertunt aliqui, & eam significare docui Ps. 86. *b* appellat *vulneratum & projectum de sepulchro*, & nominans *cadaver* ejus. Quin & Paulus *c*, *interfectas inimicitias à Christo*, scribit *in semetipso*. Denique particula similitudinis sæpe non minuit, sed exprimit potius. *Humiliationem* vero ut sonat accipiendo, & de diabolo interpretando; Rupertus *d* conferens hunc cum Pharaone molliore respondente Moysi & Aaroni ita loquitur. Nam sicut superbus quantumvis ante percussionem stet rigidus, sub ictu tamen vulneris à tumore descendit, verba deponit, cervicem demittit; sic superbiæ rex diabolus, quantumlibet antea, ut fortis armatus confidenter locutus sit, ubi tamen *fortiorem sensit; arma deposuit, spolia reddidit* e, & mollia non ex pietate, sed præ dolore locutus est, *(quid tibi, & nobis Jesu Nazarenæ? venisti perdere nos, scio quis sis, sanctus Dei)* & adhuc in extremo judicio molliora cum omni corpore suo locuturus ipse caput iniquorum. Augustinus usurpat in confessionibus *g* hanc sententiam de se ipso. *Humiliasti*, ait ipse, *tamquam vulneratum superbum*, & tumore meo separabat abs te: & nimis inflata facies claudebat oculos meos. Loquitur de superbo studio suo in perquirenda mali natura. Dixi antea humilitate Christum sua ad humilitatem superbum provocare, ac simul amorem conciliare, corque eo vulnerare vulnere amoris proprii, qui tot admisit etiam in corpore proprio vulnera. Mirabilis pugnæ ratio fuit hæc, & adversus patrem filiorum superbiæ diabolum. Prudens ac follens stratagema: quam Job *h prudentiam* vocat *Dei*, quæ hunc percusserit superbum. Declarat id fusè Greg. *i* de victoria, quam retulit ex suo tentatore Christus, ut dum ille ad tentandum istum solutus est, ab homine possidendo religaretur. Tamen subditur hoc loco, quod *in brachio virtutis dispersit inimicos*: videlicet filios superbiæ, quos, & *dispersos* cecinit Virgo *k*; quoniam *cornua in manibus* crucifixi Christi, *ibiq; abscondita fortitudo ejus* l, *& fecit ibi ille potentiam in brachio* m, *atque salvavit sibi dextera, & brachio sancto suo* n. Magnam denique Bruno Carthusianus emphasin notat in toties hìc repetito pronomine (*tu*) quod adhuc postea inculcatur, aut possessivum, ad differentiam ab aliis, quod ea faciat, quæ nullus alius, ea ipsi conveniant, quæ nulli alii. Satis aptè Baronius *o* accommodat ad Lambertum Tervannensem Pseudoepiscopum, qui post adeo multa crimina, tantamque pervicaciam in Gregorium VII. ad ejusdem demum opem confugit, postquam ei Tervannenses linguam detraxerant, dextræque articulos abstraxerant, nec Pseudopapiam, qui juxta urbem residebat, & cujus hactenus partes sectatus fuerat, curavit.

In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.) Hieron. *in brachio fortitudinis tui.* בזרוע עזך *bizroahh hhuzecha*, quod paullo post dicitur *brachium cum potentia*: & verti potest utroque modo, sed melius *in brachio virtutis, fortitudinis, roboris*, &c. In Gallicano, Romanoque Psalterio, & apud Arnobium & Cassiodorum, *in virtute brachii tui*. Pro *brachio virtutis* Apollinarius solum κράτος, *robur*, posuit; & constat maximas in eo homini vires esse; ut idcirco toties id usurpent Scripturæ ad eas exprimendas. Mysticè pro filio Dei sumitur *brachium*, sicut *digitus* pro Spiritu S. ut aliàs monui, & Cassiodorus, Haimo, Beda, nunc notant: & paullo ante hoc loco dixi pro cruce sumi posse, ut cum creditu Hieronymo, Hugo vult. *Inimici* tùm dæmones, tùm Judæi, tùm persecutores alii sunt: omnia etiam, quæ divinæ resistunt amicitiæ; omnes *amatores mundi*, qui consequenter sunt *inimici Dei* p. Litteraliter Ægyptii cum suo Pharaone, per littora maris, ut Cajetanus bene observat, post mortem dispersi.

Brachium pro viribus quare po natur toties in scripturis.

Mystica expositio,

Vers. 12.) Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti.

Vers. 13.) Aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.

Sensus loci.

CResci oratio in demonstranda, probandaque potentia Dei, & quidem cum eadem apostrophe ad ipsum, quasi optimè conscium vera esse, quæ pronuntientur. Defert ergo Deo rerum omnium dominium, cœli & terræ, & quæ in eis sunt; quoniam illa ipse condiderit, conservet, in sua habeat potestate. Nominat etiam Aquilonem, & mare ei oppositum, sive Austrum, quæ terræ latitudinem describunt; montes item Thabor & Hermon, velut in Judæa, alterum versus Occidentem, alterus versus Orientem, quæ longitudo terræ dicitur, & quia cultiores & celebriores in ea regione habebantur. Omnium istarum terræ partium distinctè conditorem Deum nominat; & ab illis montibus peculiariter solitum laudari asserit, & laudandum, quoniam sua mole, elegantia, feracitate atque illustrioribus quibusdam prodigiis editis à Deo ibi in gratiam Hebræi populi, provocabant, & provocare poterant homines ad id faciendum: & qui habitabant in ipsis, tùm præterea designati per eos habitatores Occidentis eadem Dei laudes celebraturi erant, respõdentes tacitæ cuidam, mutęque inanimatarum rerum exultationi adversus conditorem suum. *Cœlos*, Apostolos, Prædicatoresque alios: *terram*, quæ excepit verbum Dei: *Aquilonem*, diabolum: *mare*, sæculi potestates; *Thabor*, Gentiles: *Hermon*, Judæos, & variis aliis modis mysticè declarant. Sed præstat sigillatim de his agere cum litterali explanatione.

Aquilone & Austro latitudo terræ describitur. Thabor, & Hermon longitudo.

Tui sunt cœli, & tua est terra.) Quasi dicat, mira videri non debent, quæ dicta sunt de dominio Dei in mare, ac fluctus ejus, deque humiliato superbo, & dispensis potenter inimicis, hoc est, diabolo, & Judæis, aliisque persecutoribus, quia Dominus universorum est: non aquarum dumtaxat, quarum præcessit mentio, sed reliquarum quoque mundi partium; de cœlis dæmone; ejicere potuit: in terra homines improbos castigare. Præterea curæ Deo esse intelliguntur secundùm tropologiam superiora & inferiora: deditique vitæ contemplativæ & activæ, ut Glossa, & Hugo observant: item tam subditi, quàm Prælati ac Principes, ut Ayguanus. Ipsemet Deus affirmavit *suum esse Orbem terræ, & plenitudinem ejus* q, *se cœlum & terram implere* r: *cœlum sedem suam, terram scabellum esse* s. David noster simili oratione allocutus est Deum Psal. 73. *t* post enumerata mirifica opera illius, ac multoties repetito pronomine (*tu*) *u*. *Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & Solem. Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver, tu plasmasti ea.* Tunc suos ostendisse cœlos Christum ait Arnobius, quum cęcis lumen cælorum dedit: suam terram, quum sepultos mortuos jussit eam reddere.

q Ps. 59. 12
r Jerem. 23. 24
s Esa. 66. 1
t vers. 16. & 17.
u vers. 13. & 15.

Orbem terræ, & plenitudinem ejus tu fundasti.) Lege Ps. 23. ubi canitur *Domini terram esse & plenitudinem ejus, Orbem terrarum, & universos, qui habitant in eo. Plenitudinem* Sanctorum Hugo mysticè sumit *funeatorum & radicatorum in charitate* x, creditus Hieron. eam *plenitudinem* sanctitatis, quæ præparata est electis *in terra viventium*. In *Orbe* attendit Bruno Carthusianus perfectionem virtutis, quam definiunt æqualitatem vitæ, rationi undique convenientis: quia ratio, inquit, debet esse quasi medium ad cujus dispositionem omnes vitæ partes, tamquam circuli à suo centro, æqualiter & mensurate deducantur. Non suppeditant hujusmodi sensum vel orbicularem figuram תכל *thevel* & οἰκουμένη, ut Psal. 18. *y*, admonui; ubi similem n scio quam aliam ex Ambrosio circa *Orbis* idem vocabulum tropologiam recitabam.

x Ephes. 3. 17

Perfectio virtutis quomodo definiatur.

y vers. 5.

Aquilonem, & mare tu creasti.) Theodoretus ac Basilius monet à Theodotione pro *mari* positum Austrum *νότον*. Aquila reddidit δεξιὰν, *dexteram*. Hieron. *Aquilonem & dexterum*. Trevetus per *dexterum* exponit Orientem, quia respiciens, inquit, ad Aquilonem, habet dexteram ad Orientem: Oriens verò dextera pars mundi est: has autem partes nominari, quia in illis habitabant Gentes Hebræis infestę, ab Occidente enim fuisse dumtaxat mare magnũ, & ab austru desertum: dictas etiam illas creatas, ut innuerentur habitatores earum esse in Dei potestate. Alii vertunt, *Aquilonem & Meridiem*, quod versis ad Orientem, sit Meridies ad dexteram. Paraphrastes *desertum Aquilonis, habitatoresque Austri*. Lindanus putat Occidentem per *mare* intelligi oportere hoc loco. Cosmographi sic describunt Orbem, ut anteriorem partem appellent Orientem, Occidentem posteriorem, dexteram Meridiem, sinistram Septemtrionem, seu Aquilonem. Dicunt etiam in dextera plaga seu Australi & Meridionali esse marium diffusionem, locumque in Psal. 106. *z*, enumerantur quatuor plagæ hoc modo *à Solis ortu & occasu, ab Aquilone & mari*. Et in Genesi *a*, *ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem*. Alibi videtur *mari* Occidens denotari, Psal. 138. *b Si sumsero pennas meas diluculo* (diluculi vel auroræ) *& habitavero in extremis maris*: & in

Marium diffusio in elaga meridionali.

z vers. 3.

a Cap. 13. 14

b vers. 4.

Deu-

a *Cap.* 14. 10 & *seq.*
b *vers.* 4.
c *Ephes.* 2. 6
d *Lib.* 2. *in Exod c.* 18.
e *Luc.* 11. 22
f *Luc.* 4. 34
g *Lib.* 7. *c.* 7.
h *Cap.* 26. 3 117. *Moral. c.* 25. & 16. *vel cap.* 18.
k *Luc* 1. 51
l *Abbac.* 3. 4
m *Luc* 1. 51
n *Psal.* 47. 1
o *Tom.* 11. *annal.* 1082 *pag.* 570.
p *Jacob.* 4. 4.

Deuteronomio *a* : *mare & Meridiem possidebit*, nempe *Nephtali*. Causa est, quod attinet ad terram sanctam, quoniam occidentem illius partem claudit mare magnum; & idcirco pro Occidente, quum de hac terra verba fiunt, accipitur. Idipsum indicatur in libro Josue *b*, *usque ad mare magnum contra Solis occasum erit terminus vester*. Idemmet mare magnum sic dictum, quia cæteris terræ promissionis maribus majus & spatiosius sit. Hieron. *c* docet pro toto Occidente poni, nempe quoniã, ut modo dixi, Palæstinę regio ita sita est, ut hoc mare habeat in Occidentali plaga, & Occidentale totum latus ejus aliuat. Is autem, qui gerit nomen Hieronymi, Auctor commentarii *in* psalmos, explanans citatum 106. vult, ibi *mare* Occidentem significare, bisque hanc eamdem plagam nominari; & ubicumque mare audimus in Scriptura secundùm climata, semper intelligendum Occidentem: *Aquilonem* appellari etiam alio nomine *dextrum* Pseudonymus profectò Hieron. vel hinc esse convincitur, quod verus in versione istius nostri Psalmi oppositam Aquiloni partem transtulit vocabulo *dexteri*: & in alio illo psalmo, nemo est, qui non de Meridie *mare* interpretetur. Citat Euthy. Hesychium docente nomine *maris* persæpe Occasum significari. Posse per *mare* universè affirmari Occidentem designari, propter vulgarem illam ac stolidam sententiam, quod Sol occidens mergi videatur marinis aquis. Sed antithesis loci hujus inter Aquilonem & mare, sicut & in citato Ps. 106. facit, ut hoc pro meridionali plaga sumi debeat, quæ etiam, ut dixi dextera nominatur, non respectu solius Palæstinæ, sed absolutè. In libro Job *d* cum *Oriente & Occidente sinistra* & *dextra* pars nominantur; vel primæ duæ aliis vocabulis, *ante* & *retro* קדם *kedem* & אחות *achor*: aliæ autem שמאול *semol* & ימין *jamin*. Hoc loco nostro scribitur ימין *jamin*, pro quo *dextrum* translatum ab Hieron. retuli. Legerunt Lxx. fortassis cum daghes in מ *mem*, & cum נ *nun* finali, pro ם *mem* finali, ut alias fit ימין *jammin* pluraliter, licèt singulari numero transferendum censuerint. Cajetanus videns fortassis difficultatem, quod *mare* nunc Meridiem significet, nunc Occidentem, aliam excogitavit expositionem, secutus versionem, *Aquilonem & dexterum tu creasti*, ut *dexterum* sit primum mobile ac super cœlum, cujus motus incipit à dextera parte: *Aquilo* reliqua corpora cœlestia, quorum incipit motus versus Septemtrionem, id est, ab ariete, versus taurum, unde est via septentrionalis: hoc autem pacto Davidem probavisse *terram Dei esse* in priore versu; in isto *cœlos*, quia hos *creavit*, illa *cum plenitudine sua fundavit*. Non recedendum ab editione vulgata, quæ habet mare, valdeque durum est *Aquilonis & Septentrionis* nomine cœlestia corpora præter primũ: hoc per *dextrum* intelligere. Itaque placet *mare* hìc Meridiem significare, quamvis aliquando sumi possit pro Occidente, quoniam distinctè opponitur Aquiloni, seu parti septentrionali. Quod si velis omnes mundi plagas hoc loco esse, dicas per *Thabor* & *Hermon* innui alias duas, quoniam Thabor comparatus cum Hermon, est ei orientalis, & iste consequenter occidentalis illi. Ita quidem Lyranus citans R. Salom., potuitque addere R. Kimhi, qui citat Aben-Ezra, Vatablus, Titelm., Tiobolcus, Jansenius, Genebrardus, Peregrinus Herus, Flaminius Bochius, & alius poeta non malus, licèt non Orthodoxus, qui cecinit:

Aquilo tibi servit, & Auster,
Thabor & occiduum, qui condit vertice solem,
Quique rubet radiis Hermon tepefactus Eois,
Lætitia exultant.

Consentit Agellius, tametsi Græcum citet Auctorem, qui mari Occidentẽ assignet; monti Thabor Orientem, monti Hermon νότον, id est, Notum ventum, sive Austrum & Meridiem. Cur autem nominatim *Aquilonem & mare* dicatur Deus, *creasse*, rationem reddit Euthy., occidentalẽ oram per *mare* accipiens, quoniam hęc ora, & aquilonaris, sive septemtrionali, tenebrosæ sunt, hybernalesque, & frigidæ, & futurum erat, ut aliqui ea ratione illarum Creatorem esse dæmonem dicerent: voluit autem Spiritus S. hunc errorẽ antea eradicare. Nescio in eo errore qui fuerint, sicut nec quid velit Hugo, dicens confutari Marcionem, quum dicitur (*tui sunt cœli*) Manichæos, quum (*tua est terra*) Donatistas, quum *orbem terrarum* dicitur *fundasse* Christus: Catharos, quum *plenitudinem ejus*: Meteoricos, quum *Aquilonem crasse*: Aristotelicos, quum *mare*. Hoc etiam loco non Occidentem, sed Meridiem significari docuimus per *mare*. Puto synonyme poni *creare* & *fundare*, nec esse, quod quæramus, cur *orbem* Deus *fundasse*, *Aquilonem* & *mare* dicatur *creasse*. Scribit Job *e*, quod *fecit Deus interiora Austri, & extendit Aquilonem super vacuum*, quamvis aerem ibi quidã *f* per *Aquilonem* interpretentur.

Sensu mystico quemadmodum *cœli*, ut dictum est, Apostoli & Apostolici viri sunt, *terra*, populi, & *plenitudo ejus*, universitas Ecclesiæ: sic ex mundi plagis, ut Valentia philosophatur, *Oriens* est Apostolorum tempus: *Occidens*, Antichristi; *Aquilo*, hæretici, falsique, ac frigidi Christiani; *mare*, *meridiesve*, persecutiones, & juxta editionem ex Hebræo, *dextrum*, seu *meridionale*, sunt Catholici, bonique Christiani: *sinistrum*, hæretici, & mali Christiani, quos creat etiam Deus, quatenus permittit, alios per gratiam. Sed quem dicunt Hieronymum, attribuit *Aquilonem* Antichristo Augustinus & Cassiodorus diabolo *mare* persecutionibus aliis. Hugo & Rickelius in *Aquilone* diabolum, in *mari* superbos homines accipiunt, aut suggestionem diaboli, & motus ex corruptione nostra insurgentes. Glossa terrorem gehennæ, & amaritudinem pœnitentiæ pœnitentibus immissam. Remigius desperatissimos in charitate frigidos, & eos qui sunt, inquit, amarificantes seipsos. Proprius accedit ad sensum litteralem, ut indicentur potentissimi Hebræorum adversarii ad Aquilonem Assyrii ad Austrum Ægyptii. Theodoretus ac Basilius hæc notant.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.) Hieronymus, *nomen tuum laudabunt*, quod Aquila αἰνέσουσιν: Symmachus εὐφημήσουσιν, *benedient*. Paraphrastes, *Thabor ab Occidente & Hermon ab Oriente in nomine tuo laudes dicunt*. Contentanea est hæc interpretatio sententiæ ipsius a nobis traditæ, quod istis montibus duæ mundi plagæ designentur, sicut aliæ per Aquilonem, & mare. Celebres erant hi montes apud Hebræos, quia in Thabor nuntiata est victoria *Barac de Sisara* *g*: Hermon Jordanis loco, ubi transierunt Hebræi sicco pede, propinquis erat; unde non longè baptizatus Christus, & in eodem Naim locata dicitur, ubi viduæ filium suscitavit, in eodem quoque loco panes multiplicasse. De Hermon actum est Ps. 41 *h* quum de Hermoniim, Thabor, vocatus aliter Itabyrius, aut Tabyrius, sive Itaburius & Taburius atque Taborus, aut Mastoim, mons est in medio Galilææ campo pulcherrimus, exactè rotundus (ideo aliqui per litteram (ט) *theth* scribentes תכור *tavor* sic ajunt dictum quasi umbilicum) in altum consurgens triginta stadiis, & in vertice viginti sex secundùm planitiem patens: cœli temperie saluberrimus, undique vineis, oliviis, variis arbustis, herbis, floribus arboribusque fructiferis consitus; temperque viridis ac suavibus fragrans odoribus; perpetuo rore uvidus: venatione jucundus; amœnusque concentu avium, Domini demum transfiguratione, cui meritò destinatus videtur, percelebris, ac excitato postea in honorem Petri, Joannis templo ab Helena, deinde monasteriis duobus sub Moysis, & Eliæ nomine, quasi *tria* essent pro Petri voto, *tabernacula*. Sic ex aliis Adrichomius in theatro terræ sanctæ; tametsi Josephus *i* asserat planitiem in vertice viginti tantum stadiorum esse; Hegesippus *k* viginti trium: Legendus Hieronymus *l*.

Ceterum Damascenus *m* hunc locum de Hermon ac Thabor usurpat pro Christi Baptismo atque transfiguratione: Hermon quidem exultasse quum audivit in Baptismo appellari Christum Filium Dei, & columbam symbolum Spiritus sancti vidit, apertosque cœlos. Tabor autem quando similem vocem Patris percepit, & Christi gloriam, cum circumstantibus Moyse & Elia. Idem habet hoc loco Valentia. In commentario Petri *n* plura dixi, & auctores citavi asserentes in eo monte transfigurationem factam ex antiquioribus præter Damascenum, Cyrillum *o* quoque Jerosolymitanum, Philonem Carpathium *p*, Bedam *q*, Hieron. *r*, quum tamen Maldonatus noster quis mons sit, in quo Christus transfiguratus fuerit, satis antiquum & gravem auctorem, qui dixerit, neget se scire. Sed indicatum Commentarium nostrum si legeris, cognosces multa præsenti loco satis opportuna. Adde de Ecclesia in eodem monte Domino, Moysi, Elię consecrata, deque monasterio, & quod mons ille vocaretur Agemons, quasi, ἅγιος mons, id est, *sanctus*, testimonium Vvalpurgæ in hodeporico, seu vita Ovilibaldi, qui floruerunt anno circiter 740. Ex etymologia varia utriusque montis, varios eliciunt Enarratores mysticos sensus. Nam per Hermon ut *anathema* significat, Gentes idololatras a vero Deo, quasi anathematizatas: per Thabor, *ut lumen veniens*, Judæos lumine legis, veritatis, gratiæ perfusos, & utrum-

a Cap. 32. 26
b Cap. 2. 4.
c Quæst. Hebr. in Gen. c. 13. & in Ezec. c. 16
Palæstina regionis situs.
Vulgatis sententia de locis occasus explicatur.
d Cap. 23. 8. 9.
Cajetani expositio.
Ratio Euthymii cur Deus dicatur Aquilonem & mare creasse.
e Cap. 9. 9.
f Pineda refert.
Sensus mysticus.
g Judic. 4. 14 & seq.
h vers. 7.
i 4. de bello Jud. c. 2.
k lib. 4. cc. 4. 1 in Oseæ. c. 5. & de lois Hebr.
m Oratione de Transfigur.
n in 2. ep. 2. 28.
o Catech. 12
p in Cant.
q de locu sanctæ ap. 17.
r Epist. 27
Hermon & Thabor etymologia.

utrumque populum in Christi nomine tandem exultatum indicari volunt *a*: vel, quod venire debeat lumen ab eo, *qui illuminat omnem hominem* b, & suos Prædicatores fac t *lumen mundi*, & sic fieret anathema diabi *d*. Vel, quod quum vetere Testamento, in quo lumen erat, novum Testamentum, in quo peccata anathematizari jubentur, exultaret, simulque propter adventum luminis Evangelici *e*. Vel, quod per exercitum tentationum quidam erant illuminandi, aliqui veluti anathematizandi, hoc est, separandi à mœrore in æterna tristitia per victoriam reportatam ex vitiis *f*: vel, quod tùm juvenes, quorum lumen scientiæ & gloriæ adhuc venit, & imperfectum est; tùm senes, qui separationi & mœrori proximi sunt, exultarent in nomine Domini, operibusque salutis *g*: vel luminosi sapientia, & hilares in operibus bonis, a quibus accedia, tristitiaque separatur *h*: vel, quod & qui sublimem montem, cujusmodi Thabor erat, perfectionis conscenderunt, & qui ad modicum, qualis Hermon *i*, justitiæ pertigerunt, id quod habent, ascribent Deo, sive Christo, gratiæque ipsius *k*: vel, quod futurus esset in Eccl. usus Eucharistiæ (in qua fit quædam transfiguratio Christi, & nostra, & est veniens ad nos lumen) & præterea excommunicationis seu anathematis *l*, Hermon esse Calvarium, paremve illius, qui sentit, in eo exultationem, potentiam, brachium, firmatam manum Christi, & exaltatam dexteram philosophatur *m*. Repugnat omnis topographia, ut ex dictis psalmo 41. constat de Hermon. Arnobius citra etymologiam, explicat exultationem istorum montium de habitatoribus eorum, quum viderent infirmos suos sanari, paralyticos curari, leprosos mundari, mortuos suscitari à Christo.

a Remigius, Haimo 5. 2° Hugo, Dionys. Carth.
b Johan 1. 9.
c Matt 5. 14
d Augustinus Gassiodorus Beda, Bruno, Aiguanus.
e Hieronymus.
f Hugo.
g idem.
h Idem.
i Ps 41. 7.
k Jansonius.
l Grevæus Ser. 188.
m Oser. tom. 3. sermon. de transfigur.

Vers. 14.) Tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

Sensus loci. VEl Thabor & Hermon in Dei nomine exaltantium per prosopopœjam verba sunt ista, vel habitantium in ipsis, vel Prophetæ, qui tot egregiorum operum, & facinorum ejusdem Dei, ipsimet Deo dicat non aliam cautam esse, quàm robur, ac vim potentiæ illius, seu potens brachium, desiderum verò votumque eidem suum exponat, ut hæc ejus omnipotentia, quæ secundum se eadem, & immutabilis semper consistit, valida & efficacia id sui ipsius, & populi tui, totiusque generis humani gratiam, atque beneficium effecta contra inimicos exerceat & manifestet. Mysticus de Christo & Ecclesia, fidelibusque sensus perspicuus est. Sectio versuum alia est in usu Ecclesiastico communi, licèt istam sequatur Hieronymi, & aliorum translatio ex Hebræo, ac præterea Psalterium Gallicanum, seu Ambrosianum.

Tuum brachium cum potentia.) Hieron., *cum fortitudine.* Alii, *tibi est brachium, &c.* idest, habes brachium ter robustissimum, & omnipotentia prædictum, vires tuæ, ac fortitudo cum ea, qua volueris efficacia, prevalebunt, inquit, quem vocant Hieronymum. Notare nos jubet Agellius non sic dici Dei esse *brachium cum potentia*, quasi velit exponere Propheta brachium Dei potens esse: sed quod nulli alii sit brachium potens, nisi Deo: quia Græcè non est ἰδδς βραχίων μετα δυναστείας sed σὸς βραχίων μετα δυναστείας, ita ut subjectum sit *brachium*, & de brachio dicatur, *tuum*, tamquam prædicatum, hoc est, *Tuum est illud brachium cum potentia, potens brachium est tuum; potentia brachii est tua.* Equidem nec agnosco discrimen, nec video quid referat: & expositores Græci explicant proprium Deo esse, ut quum virtute faciat omnia; quod potentia, & δύναμις, qua utitur Aquila, Dei & Christi efficacissima sit, quam & Paulus *n*, *Dei veritatem* nominat δύναμις. Colligit Cassiodorus ex hac dicendi formula, Deo & Christo ipsum esse, idem esse, quod posse; nec aliquando potentiam ejus tepescere, qui omnia facit, quæ vult: quasi dicatur, at ait Remigius, potentia tua est potens potentia (videlicet per se, à se, essentialiter) quia in æternum mansura: aliorum verò infirma, quia ad tempus mansura (nempe quoniam est participata & accidentaria.) Expositio est Haimonis & Brunonis, quod Thabor & Hermon brachium Dei tum potentia pronuntiabunt, idest, Dei filium esse cum potentia. Aliàs monui nomen *brachii*, mysticè dici de filio Dei. Hugo ait, quod exultabunt in nomine Domini, qui fuerint brachium ipsius cum potentia, hoc est boni, ac fortes operarii, & non quorum lingua cum potentia, brachium vero aridum, ut nec *digito velint movere onera gravia & importabilia, quæ alligant, & imponunt in humeros hominum o*. Valentia declarat *brachium cum potentia*, humanitatem Christi cũ divinitate ad edenda miracula; quo potest illud referri Mariæ *p*: *fecit potentiam in brachio suo*, idest, junxit divinitatem humanitati. Jansonius tres personas considerat, Patrem, ad quem termo dirigatur, Filium per *brachium*, Spiritum, S. per *potentiam* sive *virtutem*, quę nonnũquã isti personę attribuitur.

n 1. Cor. 14. 24.
o Matt. 23. 4
p Luc. 1. 51.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.) Hieronymus, *roboretur manus tua, &c.* Alii, *robustissima est manus tua*, vel, *fortissima & altissima*, seu, *potentissima dextera tua*. Symmachus ἀήττητος χὴρσε, ὑψωθήτω ἡ δξιά σε, *invincibilis manus tua, excelsa dextera tua*. Hieronymus alibi *q*, Augustinus, & vetus Psalterium, *confirmetur manus tua*. Verba sunt futuri temporis תעון *thahhoz* & תרום *tharum*, & possent activè reddi *formabis & exaltabis*, vel in imperativo, cui futura serviunt, *firma & exalta*. Paraphastes manus roborationem refert ad redimendum populum, exaltationem dexteræ ad ædificationem domus Sanctuarii. Græci spectant in priore punitionem inimicorum, in posteriore liberationem populi, ita ut *manus* denotet operationem, efficaciamve, *dextera* beneficii, protectionis. Ayguanus explicat, ut Deus hostes persequatur ac debellet, & hæc *justitia, judiciumque sit* (quod continetur sequenti versu) *præparatio sedis* Dei, hoc est, firmæ habitationis pro area; id autem factum quando devictis hostibus à Jolue, locus arcæ stabilis fuit in Silo. Hoc prior indicaverat Lyranus. Genebrardus ait significari Deum utraque manu pollere, nec aliud ferè alii volunt; Trevetus & Agellius, ut sinistra Deus propellat hostes, percutiat dextera; Rickelius ut sinistra famulis auxilietur, eosque prævalere hostibus faciat, & benignitas liberaliter communicet dona gratiæ, & virtutum. Existimare *manus* nomine, ut fiat ferè quoties jungitur ei dextera in separato membro, sinistram intelligi: *firmari* autem ad comprehendendum adversarium, firmiterque retinendum, non vero ad propellendum: & *exaltari dexteram* ad fortius cædendum & percutiendum. *Dextera* etiam *firmari* dicitur, sed quando sinistra occupata est *in tenendo arcu*, unde jacienda est fortiter sagitta *r*. Illustrari locus hic nostet potest eo, qui est in Ps. 20. *s Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt*, idest, comprehendat illos, atque constringat sinistra ne effugiant, & ita constrictos dextera verberet, feriat, occidat. Utraque manu quidem cædere quis alium potest, maximè ambidexter, & hic eum citans locum Rickelius putat sinistra leviorem, dextera, graviorem punitionem designari; sed firmitudo sinistræ cum exaltatione dexteræ hoc magis innuit, quod dixit. Satis vero longæ, amplæque sunt Dei manus, ut rectè possimus intelligere altera illum simul plures comprehendere, altera percutere.

q Psal. 67. 29
r Prov. 25. 6
s Thren. 3. 65. Vers. 9.

Mystice indicat Augustinus peti, ut confirmetur manus sinistra, *ad quam statuentur in judicio reprobi*, & exaltetur dextera, *ad quam electi* t, ut illa illos puniat, ista istos amplexetur; illa illos deprimat, ista istos exaltet. Cassiodorus & Hugo, ut operatio firmetur in superbos, quatenus inclinati tribulationibus, celerrimè ad conversionis studia perducantur: exaltetur dextera, ut clarificetur numerus prædestinatorum, qui est ad dexteram collocandus. Haimo & Beda, ut manus operationis Dei in conversione malorum adfirmetur, & eos in eadem fide, justitiaque corroboret: dextera potentioris operationis in justificationis perfectione exaltetur, usque ad cælum illos perducendo. Remigius, ut hic manus, & potestas Dei consolidetur super Thabor & Hermon, idest, conservos ad Deum, ut in ejus nomine exultent: dextera verò tandem exaltetur, ut separet bonos à malis, & qui nunc mitis, ac veluti firmus & immotus est, tunc sit contra malos terribilis, manumque præsertim dexteram exerat. Hierony. reputatus, ut Christus opera suæ potentiæ demonstret in mundo, & sic exaltetur dextera majestatis ejus, aut Eccl. in Gentibus acquisita. Bruno Carthusianus, ut firmiter & assiduè operetur in conversis virtutum perfectionem; & exaltetur, crescat, multiplicetur gratia benignitatis, quæ dictam perfectionem efficiat. Hugo, ut *confirmet Deus, quod operatus est in nobis u*, confirmetque nos in bonis operibus; hæc vero fiant purà intentione, & ob spem æternæ remunerationis, quam *dextera* designat *x*. Idem, ut vires Deus det nobis condonandi

t Matth. 25. 33. 34.
u Psal. 67. 29
x Prov. 25. 6

mala,

mala, conferendi aliis beneficia, idque cum exaltatione, A ne per vanam gloriam hæc fiant. Hieron. explanans Esaiam *a* interpretatur, peti, ut omnes credant in Christum, qui Dei est brachium & fortitudo; vel, ut, quos dederit Pater, confirmet ac salvet. Recitat ex editione Lxx. ᾗ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔλπιοῦσι; *& in brachium meum gentes sperabunt*, quod Latinè habemus in nostra *b*, *& brachio meo populos judicabunt*. Profert etiam ex Psalmo 97. *c Salvavit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus*: & Christum perditos *salvasse sibi, ut nullus periret de his, quos ei Pater dederat* d: animas autem Sanctorum in persecutionibus mundi istius firma in Deum fide solidari: & hos ipsos Sanctos vocari posse brachia Christi, sicut ipse brachium, ita ut brachia ejus judicatura dicantur, quia judicabit ipse in illis, sive per illos. Alli accommodant ad transfigurationem Christi in Thabor, & crucifixionem in Calvario: ac in hoc quidem etiam brachium fuisse cū potentia, & firmatam manum, dexeramque exaltatam, cum *ibi abscondita fortitudo* sicut erat *e*, ut tese tamen exereret. Imo sicut numquam arca fortitudinem ac majestatē suam tantopere declaravit, quam quum *capta est* f, ita nec alibi Christus suam magis, quam quando crucifixus. B

a in cap. 51.

c Psal. 97. 1

d Psal. 17. 51

e Habac. 3. 4

f 1 Reg. 5 101.

Vers. 15. Justitia & judicium præparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.

Sensus locu. SIve asserendo, sive optando dicitur esse, aut optatur ut sint, quæ constat esse, quia nempe, quod sint placet, cum potentia summa Dei, de qua prius dictum est, (ne si sola sit, videatur tyrannis) æquitas & justitia: his enim solium Dei maximè instrui, ornari, stabiliri, ut scilicèt potentia tanta nihil agere valet, nisi æquitati ac justitiæ consentaneum. Idem asserit de misericordia & fide, seu fidelitate ac veritate: has duas virtutes præire quodammodo semper in omni opere, negotioque divino, & præoculis Dei versari, sibique illas ipsum proponere, quidquid agere decernat. Repetit libenter, & inculcat de istis mentionem, de quibus hoc ipso in Psalmo jam aliquoties dixerat. Nam maximam parit fiduciam adversus hostes, C & in quavis calamitate aut necessitate, si tibi persuadeas, esse qui possit, sciat, velit succurrere, & justè ab omni injuria vindicare, & quod se facturum polliceatur, sine dubio fideliter præstet. Item esse, qui quum sit omnipotens: habeat: justitiam, qua sit pronus ad agendum, quod jus postulat judicium, quo idipsum exequatur: misericordiam, ut bene facere alteri velit etiā citra debitū, veritatem, qua hoc ipsum efficaciter præstet, quā vocare possis *veritatem salutis* g. Ad hæc in Deo esse non tantū justum & rectum & rigidum, quod appellant τὸ ἀκριβές, ἢ τὸ ἀκριβοδίκαιον; sed etiam benignius, quod vocant τὸ ἐπιεικές: præterea misericordiā circa indebita, veritatem in retributione meritorum. Denique justitiam, ut reddantur justis præmia, judicium, ut supplicia noxiis: sed ita, ut per misericordiam ultra debita præmia, per veritatem citra debita supplicia, reddatur. Hac veluti effigie, picturaque repræsentat nobis Deum David tamquam in throno, solio, tribunali sedentem Regem, judicemque stipatū istis adeò nobilibus assessoribus, apparitoribus, prodromis, satellitibus. Imitatus Patrem Filius *misericordia, & veritate custodiri Regem* scripsit: *& roborari elementia thronum ejus* h: & in *throno*, seu *solio eburneo*, quem excitavit *i*, hæc ipse virtutes notari symbolicè possunt, ut hoc loco indicat Hugo. In eo præter *ebur, aurum erat, & leonum duorum imagines juxta totidem sedilis manus*, sive *brachiola*, cum *duodecim leunculis super sex gradibus hinc & hinc; & summitas throni rotunda in parte posteriori, & aureum scabellum*.

f Psal. 68. 14

g Psal. 39. 11. & 84. 12

h Prov. 20 28

i 2. Reg. 10 18. & seq. 2 Paralip. 9 17 & seq.

Rupertus *k*, *grandem thronum* explicat grandē judicium universale: *ebur*, quia ex puritate constabit justitiæ, quia venter, in quo conceptus est, caruit calore libidinis, quemadmodum dicitur elephas castissimus esse: *aurum*, quoniā aurea divinitatis justitia revelabitur: *seu gradus*, totidem ait esse à Christo proferendas de operibus misericordiæ sententias *l*: *Duos leones juxta duas manus*, quia utrobique omnis iniquus cōdemnandus sit, & à dextris justus vix salvandus: per *duodecim leunculos super sex gradus* designari duodecim Apostolos judicaturos super condignas utriusque manus retributiones: sicut hoc ultimum operum Salomonis fuit, ita post judicium nullum aliud Christi opus futurum. Paullo aliter Eucher. *m*, Angelomus, & alii. Hugo, quem dixi, hoc loco explicat: quod sedile charitatis tenent duo leones justitiæ ac judicii, sive etiam veritatis, dum quis indignatur contra peccatum, punitque: consideratione autem, & timore judicii etiam benefacta discutit, examinatque, nihil reperiens, quod non deceat sedem Dei, hoc est, charitatem: duas manus esse misericordiæ in dimittendo injurias, & præstando beneficia. De Christo prædixit Esaias *n*: *Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo David judicans & quærens judicium, & velociter reddens, quod justum est*. Alios mysticos sensus affert idem in Commentario historiæ Regum de anima cujuslibet justi, & de B. Virgine. Sed non faciunt ad institutum. De re autem, quæ continetur præsenti sententia, egimus prius in hoc opere non semel.

i 3. Reg. 10. 18. & seq. 2 Paralip. 9. 17. & seq.

k in lib. Reg. lib. 3. c. ult.

l Mat. 25. 35 & seq.

m in lib. Reg. l. 3. c. 33

Justitia & judicium præparatio sedis tuæ.) Hieron., *firmamentum throni tui*. Alii, *basis solii tui*, aut, *locus, paratus solio tuo*, aut, *habitaculum ejus*. Chald., *habitatio sedis gloriæ tuæ*. Arcam innuit; de qua Cajetanus expressè, dicens, quia fixam sedem obtinere debeat in Jerusalem, prius oportuisse jus dicere, & justitiam exercere in idolatras locorum illorum. Hoc prior jam docuerat Lyranus. Sicut de *præparandi* verbo antea monuimus vers. 3. significare idem, quod *fundare, constituere, stabilire*, ita de *præparationis* nomine sentiendum: ut enim ibi est כון *chun*, & ἑτοιμάζεσθαι, sic hoc loco ab iisdem radicibus מכון *machon* & ἑτοιμασία. Sed pro *habitaculo* potius esset מקום *makom*. Testis Euthymius Aquilam transtulisse *basin*, Symmachum, *stabilitatem*. Apollinarius expositi simpliciter, quod hæ virtutes circumdent Dei sedem;

n Cap. 16. 5.

Ἑτοιμάζεσθαι.

Εὐθεῖαν καὶ δικαίαν πᾶσι περιέστησαν ἕδραν,
Justitia & judicium tuam circumdat sedem.

In *præparationis* nomine pro præcedente dispositione, non est quidem vis secundùm litterā; permitti tamen potest recepta sive allegoria, sive tropologia, quod Christus paratus est, ac dignus judicare & regere per has virtutes, seu quod in judicio generali præsertim apparebit sedes Dei talibus quasi ornamentis instructa: & quod per justam conversationem, & rectum judicium sui ipsius disponitur quilibet, ut Deus in eo, tamquam in throno sedeat, moretur, conquiescat hìc, & postea in æterna beatitudine. Beda in judicio generali futurum judicium dicit pro damnatis: justitiam pro bonis. Vix differt inter ista, ut aliàs docuimus, & paullo etiam ante attigimus. Justitia item à judicio quid distet, dictum alibi. Sæpè prima spectatur in aliis bene faciendo, secunda, ut nulli noceatur. Vel, referuntur ad pœnitentem, & nominatim ut sedem paret Deo ad Eucharistiam sumendam.

Tropologia.

In Judicio generali judicium erit pro damnatis justitia pro bonis.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.] In Psalterio Romano, & apud Martinum Papam I. o, *præibunt ante faciem tuam*, in Gallicano, *prævenient ante faciem tuam*, apud Cassiodorum, *præibunt faciem tuam*, apud Augustinum, & in Psalterio vetere, *præibunt faciem tuam*. Hebr. & Græcè est futurum tempus, & Græcè cum præpositione πρὸ προσώπου. Idem semper sensus. Perspicua ex dictis sententia, nyticèque declarari solet, quod ante judicium generale, & faciem iratam Dei, seu Christi, præcedet misericordia ejusdem, qua dimittantur peccata, & veritas, qua solvantur promissa: vel præcedet faciei divinæ claram visionem ex parte nostra harum virtutum exercitium, de quo dictum prius, præsertim ex Hugone. Euthymius, ait, quod nemo pervenit ad cognitionem Dei, nisi sit prius misericordiam consecutus, & in dogmatum veritate versatus. Rickelius, quod non est Deus alicui per contemplationem sinceram, nisi antea per misericordiam dimittat peccata, gratiamque concedat: tunc verò, sicut promisit, seipsum, per fidem formatam ostenderes. Indicat Hieronymi titulo insignitus super talibus præditum virtutibus Dei inspectionem converti, hoc est, favorem. Idem adhuc Euthymius observat, quod attinet ad judicium, cum veritate collocari misericordiam, quoniam non posset aliquis redargutionum Dei veritatem sustinere, nisi cum veritate ipsius commixta esset misericordia. Quod non est præcedere ante ipsum judicium, sed in ipso judicio veluti anteambulonum fungi officio. *Faciem* pro ira sumi docet hoc etiam loco Trevetus, testimonio Rabinorum, & locum profert ex Levitico *p*, ubi minatur Deus *positurum se faciem suam contra cultorem Moloch*. De hac notione dixi aliàs, itemque pro favore divino, & clara ejusdem visione, & similibus aliis.

In Concilio Lateranensi sexto a.

p Cap. 20. 2.

Paulo durior expositio Ayguani, ut *facies Dei* populum Hebræum denotet, in quo *notus erat Deus* a. Non adeo displicet, ut in *præcedenti* verbo alluſio contineatur ad Angelum, quem promiſerat Deus præceſſurum ante populum ſuum, ut *introduceret in terram Chananæorum* b. Sed veriorem ſenſum initio poſui. Martinus Papa I. quem antea citavi, uſurpat locum hunc totum in Concilio Lateranenſi, ut probet, cauſſas, & querimonias Eccl. dijudicari debere ac diſcuti, citatis & auditis iis, qui deferuntur, ut confeſſor & cooperator ſit in ejus modi judicio Deus, Auguſt. *c* inducit diabolum in ipſo judicio repoſcentem tradi ſibi reum, ſic alloqui Chriſtum, æquiſſime judex, judica; juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ: judica meum eſſe, qui tuus eſſe noluit, meus eſt, mecum damnandus eſt.

a *Pſal.* 75.

b *Exod.* 23. *Concion. ad Caſuch.*

c 4. *tom.* 6.

Verſ. 16.) Beatus populus, qui ſcit jubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.

Verſ. 17.) Et in nomine tuo exultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur.

ſeſtus loci, d *verſ.* 13.

ALiquando ante *d* dixerat de Thabor & Hermon, hoc eſt, de habitatoribus eorum, ac totius terræ promiſſæ & myſticè de univerſa Eccl., fore ut exultarent in nomine Domini, atque in attributis potentiæ, miſericordiæ, juſtitiæ, veritatis ejuſdem: quia proximè meminerat quaſi de apparitoribus faciem Dei præcedentibus miſericordia & veritate, veluti præſentem cernens ob ſpei firmitatem, quam promiſerat Deus miſericordiam, & verax ac fidelis complementū illius; nunc repetit cum epiphonemate felicem eſſe illum populum, qui cognoſcens dicta attributa novit etiam in iis delectari, & cum exultatione ac jubilo, inffabilique ac triumphali gaudio. Deum de ipſis laudare, & promiſſa jam perſoluta videre: ipſumque Chriſtum coram intueri, pulſo jubilantem hoſte, jubilique ac triumphalis epinicii materiam ſuis ſuppeditantem, vel de tanti Regis auguratione, non ſolum de victoria. Qui tales fuerint, proſperè in omnibus acturos, Dei eos comitante ſemper benignitate, atque favore, & in lumine notitiæ voluntatis divinæ, ut eam adimpleant, ambulaturos: propterea-que aſſiduè in Dei nomine magnopere gaviſuros, ſeu in ipſius memoria & efficacia, quodque cognominentur Dei populus, ſed & inimicis ſuperiores evaſuros, ac animo erecto futuros, atque in ſublimem ſtatum evehendos per juſtitiam Dei, quam ſibi perſuadeant res ipſorum curare, & injurias vindicare. Poſſet præterea litteraliter hic exponi locus de jubilo in inſtauratione templi à reditu ex captivitate Babylonica, cujus jubili, ſeu lætæ acclamationis, cantuſque in hymnis, confeſſione, laude propter fundatū templum, Exdræ hiſtoria mentionem facit. Sed pluſquā templum id materiale, Chriſti redivivum corpus templum, jubiloque dignum longè majore, cum victoria illa tam eximia, quam retulit: & hoc nomine populus Chriſtianus ingenti perfuſus lætitia celebrat Chriſtum regem, victoremque ſummis laudibus, & divino ſacrificio incruento, jubilatque inſultando adverſus hoſtes devictos. Citat Euſebium Agellius hoc poſtremum de loco iſto docentem, deque ſacrificio quod nominat τὴν ἀληθῆ θυσίαν τὴν ἄναιμον καὶ λογικήν, *verum ſacrificium incruentem, & rationale*. Magis univerſe interpretatur Euthymius, beatos eſſe, qui noverint victoriæ laudes atque hymnos ei canere, qui diabolum ſuperavit: vel (quod Nicephorus ex eo decerpſit,) qui adverſus inimicos inviſibiles, dum eos vincunt, ſciunt jubilare. Tales in lumine vel Chriſti, vel legis ambulaturos: in Dei & Chriſti nomine exultaturos, aut id ſermone uſurpando, quum etiam ſolum *meminiſſe deleſtet* f; aut cognomen ab eo accipiendo: in *juſtitia* exaltandos, qu Chriſtus eſt, ut Apoſtolus g eum vocat, & exaltavit fideles, abſtrahens per Evangelium à terrenis, atque in cœlum evehens. Latinorū eadem fere expoſitio.

Beatus populus, qui ſcit jubilationem,) Hieron., *qui novit jubilum*, Auguſtinus, *ſciens jubilationem*, Caſſiodorus, *qui intelligit*. Chaldaicè, *qui novit complacere Creatori ſuo, cum jubilo*. Sed ultimas duas dictiones non habet textus Nebienſis. Videtur autem Paraphraſtes jubili cauſſam innuere, quum quis Deo placet. Alii oriri volunt ex magnitudine beneficiorum Dei, ut eximium illud gaudium, quod ſentiri intus poteſt, ſed exprimi nequit verbis, verumA rum geſtibus quibusdam, & motibus externis, extorqueat. Quid ſit jublatio jubilusve ἀλαλαγμὸς, תְּרוּעָה *teruccahh*, latis alibi declaratum eſt. Græci hoc loco repetunt eſſe ὕμνον ἐπινίκιον, *victorialem hymnum*. R. Rimhi docet alludi ad clangorem buccinę, quo ſignum datur victoriæ, quaſi beatus dicatur, qui hunc poſſit audire. Unde illud *h*. *Dominus Deus ejus cum eo eſt, & clangor victoriæ Regis in illo*, quaſi dicat, inexpugnabilem eſſe populum, qui ſecum vehat victoriam. Auguſtinus, & ſectatores gaudium ajunt eſſe, quod capi nequit, aut in quo quis non capit ſe, cui verba non ſufficiunt, nec lingua idonea eſt ad explicandum; ut ideò ſciri dicatur, non dici. Idem Gregorius *i* quoque docet; & quod cum vix ad hoc contemplandum, quod ultra ſenſum eſt, ſufficiat conſcientia ſentientis, non poſſit ad hoc exprimendum ſufficere lingua exprimentis. Origenes *k* docet ἀλαλαγμὸν neque *jubilum*, neque *ululatum* propriè ſignificare, ſed *vocem qua bellitempore choortantur ſeſe milites ad prælium*. Tamen hoc loco eſſe *jubilum*; & nunc vocari *populum beatum*, non qu a operetur juſtitiam, aut ſciat myſteria, cœlive ac terræ rationem: item alibi dici unum aliquem *beatum propter timorem* l, interdum plures *m*, hic univerſum populum: & proterea per *jubilationem* indicari quendam concordiæ, & unanimitatis affectū, cujuſmodi erat initio in univerſitate diſcipulorum, quando vocem elevantibus, terræ, motus factus eſt, ac veluti *corruerunt muri Jerichuntini ſonitu tubarum*, hoc eſt, omnia terrena deſtructa, & mundus ſubverſus. Hæc videri poteſt cauſſa, cur *viſa Magi ſtella gaviſi* narrentur *gaudio magno valdè*, nil autem de gaudio eorundem, referatur, cum quæſitum diu *puerum invenerunt & adoraverunt* n. Et hoc prorſus ineffabile, nec exprimi verbis poterat. Explicat verò Auguſt., ejuſmodi lætitię copiā percipi ex eo, quod quis quidquid habeat, acceptum Deo ferat, & ab ipſo accepiſſe cognoſcat ac præ ſe ferat. Addit Caſſiodorus, ut laudes has Dei non ſolum ore cantet, ſed lumine mentis intelligat, nempè Scripturas ſanctas Catholicis regulis perſcrutando, dicta Patrum ſalutari dogmate comprehendendo, totumque ad pietatem rectæ fidei trahendo, nec Hæreticorum pravitatibus acquieſcendo. Comparat nomine dictus Hieron. jubilationem iſtam ſpiritualem, per quam mundi nequitiæ collidan-C tur, cum illa, qua ſub Joſue *Jericho corruit* o, mundi figuram tenens. Haimo in *ſciendi* verbo videtur obſervare, ut hinc laudem tribuat quis Deo, hinc rationabili obſequio ſerviat eidem. Rickelius experientiam per *ſcientiam* intelligit: effici autem jubilationem ac ineffabilem mentis exhilarationem in Deo, ex contemplatione divinæ bonitatis in ſe, illius beatitudini congaudendo: vel ex contemplatione beneficiorum divinorum: id eſſe dulce, acingens præambulum felicitatis futuræ, quum ſic jubilans, ſeipſum non capit præ gaudio, ſtillant per oculos lacrymæ dulces, miraturque animus, quod Deus tantam ſibi gratiam præſtare dignetur. In hac vita *gaudium in ſpe** operatur aliquando jubilum, & *videtur* quodammodo *facies Dei in jubilo*: * ſed in futura quum *intrabitur in gaudium Domini* p, eritque *lætitia ſuper capita* q, id-eſt, eminens penitus & excedens omnem captum intelligentiæ naturalis, *nec in cor hominis* nunc *aſcendens* r, atque, ut Petrus *ſloquitur*, *inenarrabilis*. Plurimi profecto ſcire refert, quo pacto, & quatenus tibi ſit jubilandum & lætandū & diſcernere quis riſus error debeat reputari; quod gaudium *fruſtra deceptum* t, decipientque; ne *vaſit* poſtea *iis, qui nunc rident*, & *habent conſolationem* u, ſuam D aut *lætantur quum male fecerint exultantque in rebus peſſimis* x. Quantus, & quam ridendus error, ſimulachrum Riſui erexiſſe? Feciſſe id Lycurgū teſtis Plutarchus *y*; citans Soſibium. Pauſaniam quoque Lylius, refert de Hypatenſibus Theſſalis tradidiſſe, quod huic Deo quotannis, quem γέλωτος Θεὸν appellabant, rem divinam in ſumma lætitia faciebant. Ipſemet verus Deus gaudium noſtrum, qui *ad intrandum in gaudium* ſuum invitat *z*: ſolum verum *gaudium*, quod *in Spiritu ſancto* a, & *charitatis fructus* primus *b*. Inter decem ſacrificiorum Deo gratorum genera Chryſoſtomo *c* recenſet ſeptimum ἀλαλαγμὸν, qui ſit victorialis in bello poſt victoriam applaulus, diverſus ἀπὸ τοῦ ὀλολυγμοῦ, qui clamor in genere, Priore ait Propheta eos, qui conſpecturi erant Chriſti victoriam, hymnum vociferantes adverſus hoſtes, beatos hic appellare: noſque poſteaquam Servator victoriam tulit, devictis omnibus inimicis, dicens, *confidite* d, *ego vici mundum*, hymnum nunc offerentes victori perficere jubilationem, quam Propheta *beatam* vocat. Citat etiam ex Pſ. 26.

f *Pſal.* 76. 4]

g 1 *Cor.* 1. 30

Cir-

k *Homil.* 6. *in Joſue.*

i 24. *Moral.* 55.

l *Pſal.* 111. 1

m *Matth.* 5. 3. *& ſeq.*

n *Matt.* 2. 1

o *Joſ.* 6. 1111.

p *Matth.* 25. 21. 23

q *Iſa.* 51. 11.

r 1 *Cor.* 2. 9 & 15. *Epiſt.* 1. 8

t *Eccleſ.* 2. 2

u *Luc.* 6. 124.

x *Prov.* 2. 14.

y *in Lycurg.*

z *de iis Gen. ſymv.* gm 1.

a *Matth.* 25. 21. 23.

b *Rom.* 14. 17

c *Gal.* 5. 22 Decem fuerunt ſacrificiorum genera DEO grata.

d *Hom. in Pſ.* 95.

e *Joan.* 16. 33

a, *Circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vocifera-tionis* ἀλαλαγμοῦ תרועה *theruhha h.* Excitari quæstio hìc posset, num gratiæ motus experimento deprehendi valeant, quoniam dicitur *populus sciens jubilationem*, ut hæc pro gaudio ingenti spirituali sumitur, etiam in hac vita. Planè constat inter Theologos non cadere dona gratiæ sub experimentum naturæ, nec haberi naturaliter, sineque revelatione eorumdem præsentia certitudinem posse. Pluribus de ista re alibi disputatum est.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt.) Addit Paraphrastes, *& justificabuntur in judicio.* Certè, quemadmodum, *qui male agit, odit lucem, & in tenebris ambulat* b, sic è contrario in lumine incedit, & coram Deo; cui placent opera bona, sese que in iis exerce. Non subterfugit oculos Dei, nec se abscondit, sicut *primi parentes* c tutus progreditur, ac Deo duce, fautoreque. Hæc omnia *lumine vultus divini* significari sæpe vidimus. Simpliciter autem *ambulare in lumine*, est dirigi ab illo. Unde Apollinarius beatum exponit populum eorum;

Τῶν ἥνοι σεφέγγος ἀγήραον ἡγεμονεύσει.
Quos utique tuum lumen æternum reget.

Jubilationem sciens, experiensque, & gaudio exultans, clarius, remotis perturbationibus, percipit lumen divinũ, & ambulat alacrius, immò *currit in via mandatorum Dei*, quum is *dilatat cor ipsius* d. Peculiariter hoc lumen pro gratia sumitur, & pro Christo (ut Ethymius notat) ipsius Auctore qui se *lucem mundi* nominavit, *quique ipsum sequatur* affirmavit *non ambulaturum in tenebris, sed habiturum lumen vitæ* e; est verò etiam vultus Patris, ut notat Haimo, expressaque imago & similitudo illius. Illuminationem Spiritus sancti Hieron. putatus interpretatur. Hugo utrumque. Rickelius lumen naturale & supernaturalo. Congruit etymon vocabuli *Thabor*, de quo prius, ideſt, *veniens lumen*. Nisi, ait Augustinus, in lumine vultus Dei ambules (& nimirum *in abscondito faciei illius* f, quæ sic illuminat, ut protegat) vento superbiæ lucerna extinguetur. Posset præterea, ut innuit Remigius, *ambulatio* non tam significare hìc *motum*, quo tendamus ad rem absentem, quam oblectationem, quam capit quis interdum ambulando, quamvis nihil aliud sibi comparandum proponat. Sic verò etiam Itali ab ambulatione denominant quamlibet voluptatem (*spasso.*) *Vere sunt beati*, ait ille, *qui sciunt jubilare, quia ipsi ambulabunt*, ideſt, delectabuntur *in lumine vultus tui*, tua nempè cognitione illuminati. Hoc est *egredi*, & *pascua invenire* g Apud Zachariam *h*, quod habemus *in nomine ejus, ambulant*, vertunt Lxx. κχυχησονται, *gloriabuntur*. Nisi dicas ibi legisse יתהללו *ithhallelu*, & non ut nunc extat, יתהלכו *ithhalechu*: quo pacto dici posset de præsenti loco, nempe lectum pro יהללון *jehallelun* יהלכון *jehalechun*, ut modo legitur. Interpretatur Cassiodorus *ambulare*, vivere, sed in præsenti tempore quia tempus istud vitæ nostræ quadam commeatione peragitur: *in lumine* autem *vultus Dei ambulare* (quod etiam dicit Hugo) esse in contemplatione sanctissimæ Trinitatis jugiter quoad licet, hìc perseverare. Bruno Carthusianus progressionem, ac profectum observat in *ambulandi* verbo, ut magis, & magis promoveamur in lumine cognitionis divinæ. Rickelius ut de lumine naturali, quod *est lumen vultus Dei signatum super nos* i, judicium sequendo rationis, ad supernaturale, quod offert Deus, ut de bono in melius, de virtutem in virtutem, de via in patriam, de consideratione ad opera bona procedamus: subdit admonitionem Christi *K*: *Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant*. Item, ut caveamus viam impiorum, *quæ est quasi lubricum, & in tenebris impelluntur; & corruunt* l.

Denique Hugo multipliciter distinguit lumen bonum pro oculo, pro Deo essentialiter; pro eodem notionaliter, ut lumen de lumine dicitur, pro homine, pro B. Virgine, pro Angelis, pro Ecclesia, pro Apostolis, pro Prædicatoribus, pro prædicatione, pro cunctis fidelibus, pro cognitione rationis, pro fide, pro charitate, pro cruce, pro verbo Dei, pro fama, pro gloria æterna, præterea malum pro prosperitate, infamia, scientia sæculari, superbo doctore, favore populari, hypocrisi. De hac, aut simili distinctione Petrus Berchorius. Omitto quærere de necessitate luminis supernaturalis, & quid quum solo naturali cognosci possit. Bernardi *m* attende monitionem, alium esse, qui ambulet in lumine vultus

Asui, sollicitus facere suam voluntatem, & beneplacitum cordis sui considerans: alium, qui in lumine vultus humani, in eo semper intentus, quid hominibus placeat, quid mundus judicet: in lumine vultus Dei ambulare, qui solùm cogitat quomodo Dei faciat voluntatẽ, & toto corde contendit placere ei: & nunc quidem in ejus nomine exultare, nec ei esse scandalum: demum etiã in justitia exultaturũ, quando exuens infirmitates suas, & intrans potentias Domini, memorabitur justitiæ solius, ut eam tunc teneat sine labore, quam tunc sequi laborat. Cyrillus Alexandrinus *n* hinc argumentatur Christum esse lucem veram, atque subsistantialem; per gratiam ipsius alios consequi lucem. *alib. 1. in Jo. c. 8.*

Et in nomine tuo exultabunt tota die.) Videlicet quod cognominentur à Deo, sive à Christo, ut præter Euthymium, Cyrillus ab Agellio citatus docet; & Procopius *o*, item, quod gloria non ipsis detur, *sed nomini illius* p: nec sciens populus jubilationem in alia re gaudebit, exultabit, jubilabit, quam non solum in memorando, sed in pronuntiando etiam nomine ipsius: non aliud spectabit in summa lætitia sua, immò & in principio ejus, quam ut gratè *meminerit* q *nominis divini*, ac Deum semper meditetur, loquaturque, cum sapientia *conviват* semper *. Verbum Dei habet velut individuum comitem, qui ei se ubique præbet affabilem *r*. Id Hugo ad Prędicatorem applicat, atque ad Theologum, qui debeat ambulare, ac proficere secundùm lumen, & doctrinam Evangelii in bonis operibus: *exultare in nomine Domini*, ut non quærat gloriam propriam, sed Domini *tota die*, ideſt, perseveranter usque ad mortem, & *in doctrinis glorificet* s *Deum*: *exaltari* (quod subditur postea) *in justitia* bonæ vitæ re ipsa apud se, nomine, famaque apud alios: fateri *gloriam virtutis* totius, esse Dei; *in beneplacito* ejusdem, si contingat evehi ad Episcopalem dignitatem, quæ cornibus mitræ utitur: & secundùm *assumtionem*, seu vocationem ipsius id fieri debere; ipsius, inquam, Domini, cui serviat: *Sancti*, ut sanctè vivat Israel, ut contemplationi vacet; *Regis nostri*, ut de contemplatione ad militiam actionis, seu ministerium regiminis descendat. *o in c. 41 Es p ps. 11. 31. sec. Hebr.* *q ps. 136. 6.* ** Sap. 8. 9.* *r Serm. 42 in Cant.* *s Es. 24. 15.*

Et in justitia tua exaltabuntur.) Non dubito improbare lectionem Rickelii, *in virtute tua*, & Bernardi *t*, (qui tamen etiam sequitur editionem nostram alibi *u*) atque aliorum, *exultabunt*. Repugnat Hebræo, Græcoque textui. Sensus verò est, quod non solùm in sectanda justitia tua, justitiæque, ac omnis virtutis implendis operibus exaltari se credent, & sibi honori ducent, & revera tùm à seipso exaltabuntur, tùm ab hominibus; verum etiam arbitrabuntur nulla meliùs, ac veriùs ratione exaltari posse, sese que laudabiles reddere, quam si exaltent te, atque laudibus efferant, & *non suam statuant justitiam*, sed tuæ *sint subjecti* x, eamque tibi acceptam ferant. Vel hac demum re gloriabuntur, & animis erunt excelsis, quod se sciant Deum habere justum, atque misericordem, qui arceat mala, bona largiatur, propellat injurias, beneficia conferat. Totus hìc locus allegoricè Apostolis applicatur ab Ayguano, quod lumine divino illustrandi essent, quod in Christi nomine exultaturi tota die flagella tolerando, aliaque tormenta, & injurias, ac mortem ipsam: quod in justitia exaltandi, quia futuri judices mundi. Tropologia Hugonis acuta est, ut *ambulare*, sit corporis ex se pigritantis: *exultare*, animæ jucunditatem capientis: *exaltari* utriusque regnantis. Præterea, ut *lumen* ad animæ partem rationalem referatur; *nomen* ad irascibilem: *justitia* ad concupiscibilem. Sit satis indicavisse: exactè dijudicando, sapor fortassis evanescat. *In justitia* denique homines non modo Euthymius hoc loco, verùm etiam Athanasius *y*, explicat in Christo, per que Christum, qui *factus est nobis à Deo sapientia, & justitia, & sanctificatio* z. Improbatæ lectiones *t* Serm. quo modo voluntas nostra divina voluntati tripliciter subjici debeat. *u serm. de S. Victor.* *x Rom. 10.* Tropolog. *y Orat. 2. cont. Arian.* *z 1. Cor. 1. 9.*

Vers. 18.) Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Vers. 19.) Quia Domini est assumtio nostra; & sancti Israel regis nostri.

RAtio est quare populus tãta sit lętitia, jubiloque perfundendus, ac adeò multa beneficia, tamq; singularẽ Dei favorem experturus, quoniã certus est pendere se totum ab ipso, quicquid habeat, habereve possit, inde proficisci, nulla re gloriari tamquam propria posse Deo deberi laudem, Sensus loci.

l Jer. 23. 12. Luminis boni & mali distinctio.

m Sermone quo modo voluntas nostra divinæ voluntati tripliciter subjici debeat.

laudem, & gloriam omnis boni, facultatis, virtutis: quantumcumque capiat robur, potentia, dignitas, illius incrementum, quævis de hostibus victoria, libertasque obtineatur, ex ejusdem liberali benevolentia, & mero beneplacito voluntatis provenire: denique ab ipso uno esse defensionem, atque protectionem, qui sanctè coli voluit à populo Israelitico, & singulari quadam ratione, cum suo sit jure omnium, Rex illius haberi, & esse, ac proinde majorem erga illum curam, providentiamque declarare. Facilis allegoria de Christo, qui virtus Patris, nostra etiam factus est, deque Incarnatione ex Patris beneplacito, per quam humana natura assumta est, atque etiam auxilia gratiæ nobis communicata; cui, & Auctori ipsius, merita non debentur. Possent hæc etiam omnia exegeticè, ac narrativè sumi, non ætiologicè, & causaliter, ut nempe populus, de quo dictum priùs, ista cogniturus, atque prædicaturus dicatur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es.) Modò dixi, *quoniam*, vel causæ usum hìc habere, vel solius expressionis, supplendo, quod populus cogniturus ista sit, vel prædicaturus. Occurrerunt similia non pauca exempla. Pro *gloria ex* Græco καύχημα reddi potuit *gloriatio*, etsi Apollinarius ἴσχυος interpretetur: *fortitudinem* Hieron. vertit, quæ δύναμις dicitur, & ab eodem Apollinario ἀλκή, *robus*. Id valet עוז *hoz*. Sed aliud nomen תפארת *thiphereth* significat quoque *decorem, splendorem, ornamentum, magnificentiam*. Ideò exaltabuntur, ait Haimo, quoniam tibi, non sibi, virtutem suam attribuunt: & te, non se, reputant gloriosum: attendunt se esse virtuosos non à se, sed à te: & ideo non in se, sed in te gloriabuntur, inquit Remigius: bruno Carthusianus non de virtute tantùm in Deo gloriaturi, sed etiam de illuminatione, de innocentia, de justitia. Idem plures alii docent, & Beda, quod nos sumus ignominia infirmitatis nostræ: dicere quoque potuit vitii, seu peccati, ignorantiæ, & erroris. Non significat virtus hoc loco præcisè habitum bonum mortalem: sed vim, & facultatem, sub quo comprehendi etiam posset dictus habitus, Hoc pacto Paulus *a*, affirmabat *omnia se posse in eo, qui confortabat*, & omnem *sufficientiam à Deo esse* b: & reprehendebat *gloriantem, quasi non accepisset ab illo* c; David autem nostrum appellabat Deum *gloriam* suam *d*; negabatque speraturum se *in arcu*, vel *gladio*, *sed in dextera, brachio, illuminatione vultus Dei, quoniam complacuisset sibi in eis* e: & rogabat, ac ipse *nobis, sed nomini suo daret gloriam* f. Non erat hoc verendum, ne daret Deus alteri gloriam, quam sibi, qui se negat apud Esaiam g *daturum*, sed quod maximè gratum est Deo, etiamsi aliter fieri non possit quin ita sit, & fiat, petitur aliquando ut sit, & fiat, ut hac ipsa ratione quam sit nobis quoque gratum, ut ita sit, & fiat, declaretur: & quod ad gloriã attinet, protestatio est, nos non nostram, sed quæ ipsius est velle, ac quærere; & veluti ipsummet Deum urgemus, ut nostri rationem habeat, vel demeriturum, quæ multa sunt, vel meritorum, quæ nulla, sed gloriæ suæ, quæ periclitatur apud hostes, non tam nostros quam suos, nisi succurrat, vel concedat quod petimus. Bernardus primi de S. Victore sermonis argumentum sumpsit ex hac sententia. Illius ait gloriam non tam ad gloriam, quam ad virtutem provocare rectos corde: perversi animi esse antè quærere gloriam, quam exercere virtutem, gloriandum non esse, nisi in gloria eorum, quibus Propheta hoc loco congratulatur; pulchrè non eorum, sed virtutis, eorum gloriam commendans: virtutem namque esse gradum ad pulchritudinem, quam illa non parturivit. Prosper *h*, istis iisdem verbis nos ad humilitatem hortatur, cui virtus, & gloria Dei est, quia David ea cecinit de Sanctis, & alibi pissimè confitetur *Dominum* in iis *esse laudandum* i, & *mirabilem*, quoniam *ipse dat virtutem, & fortitudinem plebi suæ* k. Tametsi verò, ut nuper monui, virtus non præcisè hic mortalem, studiosumque habitum significet, vel actum illius, ut citati videntur Patres accepisse; nihilominus, quia vim, & facultatem significari quidlibet operandi, licuit iis eo modo argumentari. Immò verò de Græcis Cyrillus Alexandrinus l, usurpat eumdem locum pro iis, quia qua valent, εὐσθένειαν, *fortitudinem* Christo ut largitori ascribunt, & *se in eo omnia posse* cum Paulo *m* profitentur. Id habet explanans illud cantici Abacuc *n*; *Deus Dominus fortitudo mea*. Alibi *o*, verò etiam comparat præsentem sententiam cum illa formula, quam Apostoli adhibebant in edendis miraculis, ut se in nomine Jesu Christi edere significarent, quum optimè, inquit, & pulcherrimè intelligerent quis virtutis suæ dator, & perfectus esset.

Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.) Hieronymus, *& in voluntate tua elevabis cornu nostrum*. Alii, *& in voluntate exaltantur cornua nostra*, Chaldæus interpretatus est *honorem*, non sine vel errore lectionis, vel al. Jusione ad Hebr. קרננו *karnenu*, cui affine Chald. יקרנא *jekarana*, quod etiam affinitatem habet cum Hebræo alio יקר *jeKar*, quod significat *honorem*, & *gloriam*, & quidquid habetur in pretio. De vocalibus εὐδοκία רצון *ratson*, *beneplacitum*, & quid sit *exaltari cornu*, jam aliàs diximus. Machabæi non solùm victoriam concedere Gentibus nolebant, sed nec signum umbramve: quod Scriptura dicit *non dedisse cornu peccatori* p: reprehenduntur autem ab eadem q illi, qui *dederunt regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti*, τὸν ἕτερας, καὶ τὴν δόξαν. Apollinarius imperativè, seu optativè, ac in tertia persona, & de iis, qui fidant Deo interpretatur;

Non dare cornu peccatori, quid significet. p 1. Mach. 2. 48. q Eccl. 49. 7

Σοὶ τ' ἐπιθαρσαλέοι σφέτερον κέρας ὑψώσειαν,
Tibi fidentes suum cornu attollant.

B Euthymius volens beneplacitũ Patris esse de Incarnatione, hisque, quæ pertinent ad eamdem, notat Davidem hic seipsum Christianis conjungere, quia ex suo semine Christus erat nasciturus: vel hæc verba, ut ex Christianorum persona esse, cujus *justitia manet in sæculum sæculi, cornu exaltatur in gloria* r, illius exaltatur cornu, qui sciens jubilationem, *confessionem* Dei celebrat *super cœlum, & terram* s, agnoscitque illum tamquam *cornu salutis* t, qui liberaverit *humilitatem* ipsius, idest, humiliter de seipso sententiam animam suam, *à cornibus unicorniũm* u. hoc est, singulariter se erigentium, nimiaque elatione surgentium, ut consortes non ferant, soli faciendum putent, quod libuerit, auctori gratiæ gratias non habeant. Dixi etiam priùs de mystico sensu aliquid.

r Ps. 111. 9. s Ps. 148. 14. t Ps. 17. 3. u Ps. 21. 22.

Quoniam Domini est assumtio nostra.) Hieronymus, *à Domino protectio*. Alii, *à Domino*, vel, *Domini clypeus*. Item in secunda persona, *tu Domine clypeus*, aut *scutum nostrum ei*. In Illyrico Psalterio, *Domini est propugnaculum*. Omittit Psalterium Romanum, & vetus, Augustinus quoque, & Cassiodorus (*nostra*) nec est in textu Græco: habet autem Aug. (*susceptio*.) Hebraicè ל יהוה קגננו *la jehovah maghinnenu*: quod verti præterea potest in dativo, *Domino scutum, clypeus ve noster* (nempe supplendo præpositionem) ab illo est: vel, *Domino tribui debet*, seu, *adscribi*. Item *Domini est*, quia ipsius, nec alterius cujusquam, protegere, atque defendere; quod valet scutum, & clypeus propriè significatus per מגן *maghen*, quemadmodum ἡ ἀντίληψις ut fere alias observavimus, & Latinè *assumtio*, ac *susceptio*. Cum eadem littera seevili, ac nomine ל יהוה *la jehovah* in fine psalmi tertii habetur, *Domini est salus*: ubi transtulit Hieronymus *Domino*, quod lamentatur Jeremias x *Prophetas populo suo vidisse assumtiones falsas*, λήμματα משחות *masboth*, Hugo, Bonaventura, Thomas explicant, quia prædicabant assumendum, & protegendum à Deo. Favet id proposito: sed vox Hebræa propriè dicitur de oneribus, sive de onerosis, molestisque vaticinationibus. Multa de his vocabulis Delrius noster y, in quo placet, quod ait λήμμα pro dono, & munere bellè convenire cum comminatione supplicii, supplicioque ipso, quia quum intentatur à Deo, Dei beneficium declarat. At locus hic noster ejusmodi caret vocabulis. Monui tantùm, ne quis, quia Latinum est idem, fallatur. Vim profecto faciunt in Latino nomine *assumtionis*, qui *Domini assumtionem* esse interpretantur, ut Latini faciunt multi, quod Dominus Christus, qui est idem Sanctus Israelis, Rexque noster assumserit naturam nostram. Alia quidem nomina ferrent hunc sensum, nempè משא *massa*, & λήμμα, non autem מגן *maggben*, & ἀναίλημψις. Idem affirmo de tropologia Hugonis, quosi sit Christus assumtio nostra, hoc est, propositus nobis, ut eum assumamus in exemplum: vel, ut hoc usurpate possit, qui non *assumit sibi honorem, sed à Deo vocatur tamquam Aaron* z. Idem est de Alberto *a*, spiritualem nostram ascensionem fieri per manum Dei; atque ita dici de Christo, quod *trasfigurandus duxit discipulos in montem excelsum* b Nec profecto melius exponit Jansonius de *assumtione vitæ ex mortuis* c, sive è statu peccati, & reatu, præcipitioque mortis secundæà Deo facta, & à Christo Rege nostro: cujus *justi*; ut scribit Esaias *d*, *dextera susceppit nos*; & ipse *magnus in medio nostri Sanctus Israel* e per

x Thren. 2. 14

y *Ibidem, sed adhuc magis lib.* 4. *disqu. magic. c.* 1. *q.* 2. *sect.* 2.

λήμμα.

Tropolog.

z Hebr. 5. 4. a *in Luc. c.* 7

b Mat. 17. 1. c Rom. 11. 15

d c. 41. 10. e c. 12. 6.

a Phil 4. 13. b 2. Cor. 3. 5. c 1 Cor. 4. 7. d Ps. 3. 4. e Ps. 43. 4. f ps. 113. 3. 10. sec. Hebr. g c 42. 8. c. 48. 11.

Virus est ad gloriam gradus.

h *Epist. ad Demetr. & contra collat. c.* 36.

i Ps. 148. 1.

k Ps. 67. 36.

l *in Abac. c.* 3. *num* 61.

m Phil 4. 13

n c. 3. 1. 9.

o c. 3. 1. 9. n 6. *de Trin.*

suam Incarnationem, & sanctificationem nostram. Non item placet Ayguanus *assumtione* significari liberationem de servitute Ægyptiaca, & assumtionem ad statum libertatis, possidendamque terram S. Id Lyranum quoque dixisse optime in Hebræa lingua versatum, minor. *Susceptionem* Augustinus accipit pro erectione à casu, vel præservatione ne cadamus, simulque pro susceptione humanæ naturæ. Potiùs interpretaret cum Agathio Guidacerio figuratè, vel mysticè retenta propria notione vocum, Christum ipsum, qui est scutum, & protectio nostra, esse a Domino, ideſt, à Patre, qui eum nobis misit, ac decit, & à Sancto Israel Rege nostro, hoc est, ab eodem Patre, cui conveniunt epitheta illa. Denique *assumtio* nostra significat defensionem, protectionem, adjutorium, auxilium nostrum, idque, ut canit alibi *a* David, *esse à Domino*. Vocat Apollinarius ἔρυσιν ἀρωγῆς, *munimentum auxilii*.

a Ps. 90. 2.

Et Sancti Israel Regis nostri.) Hieron. *& à Sancto Israel Rege nostro*. Nempè assumtio nostra est Domini, & est Sancti Israel Regis nostri; quia idem est Dominus, & Sanctus Israel, sive Israelis: Rexque noster, utpote, quod Rex Hebræis non fuerit ante Saulem, sed Deus immediate, & peculiariter tamen etiam postea sub regibus regeret, atque ipsemet Rex David *regem* illum nominaret *b*. Vel non tantùm assumtio nostra est Domini, sed præterea assumtio regis nostri est Domini, qui Dominus est idem Sanctus Israel: nempè ut Dominus non tantùm tueatur, ac defendat, & protegat nos, sed etiam regem nostrum, ne sinat electi à se regis familiam extingui, quousque ex ea Messiam exhibeat, Vertunt alii ex Hebræo, *& Sancti Isral Rex noster*, eodem sensu. Sed quid opus est Agellium suspicari vertisse Lxx. in nominativo βασιλεὺς, & Hebraizantibus favere, tametsi Hieron. etiam, ut dixi, vertat in obliquo. Recipio illum sensum de Christo rege nostro, quem vel eumdem faciamus cum Domino, vel dicamus Dominum Patrem esse, cujus fuit Regem nobis Christum dare, qui esset assumtio, seu scutum nostrum: ita ut nemo tantum promereri munus quiverit, & ille suimet objectu corporis nos tutaretur, telaque à nobis depellendo, exciperet in seipso. Id profectò boni regis est, populum, & subditos etiam cum vitæ periculo defendere. Epitheta *Sancti Israel* occurrerunt priùs duobus locis *c*: ex quibus repete, quæ huc faciunt. De Tropologia dictum paullo ante satis.

b Ps. 5. 3. Ps. 43. 5. Ps. 44. 2. Ps. 67. 25. Ps. 73. 12. Ps. 23. 4. Psalm. 144.

c Ps. 70. 22. Ps. 77. 41.

Vers. 20.) Tunc locutus in visione Sanctis tuis, & dixisti: Posui adjutorium in Potente: & exaltavi electum de plebe mea.

Sensus loci.

VAria permutatio personarum turbat non attentos. Interposuerat præcedente versu sermonem, qui dirigebatur ad Deum, hunc modo repetit, & redit ad promissionem ejusdem, quam inchoaverat. Facit hic, sicut ibi, ipsum loquentem, ut postea inde à 39. versu exponat querimoniam, quasi non videatur Deus promissioni stetisse. Sed & ex proximè dictis captans occasionem, quum pronuntiavit *Domini assumtionem nostram, & regis esse*, videlicet, ut regem constitueret, atque protegeret, sicut exposuimus, ait, sic olim hac de re locutum Deum, ac respondisse Prophetis suis Samueli, Nathan, Gad, quum libuit populum suum in magis peculiarem protectionem suam assumere. Ut populum istum meum protegerem validius, & facilius proveherem, contuli vires, roburque addidi viro cuidã, immò reddidi illum fortem, ac potentem, & de media plebe separatum, atque selectum evexi ad regiam dignitatem. Davidem innui volunt, cujus mox nomen exprimitur, qui tunc potens erat cum ursum, leonemque adolescens occidebat, & super quo positum sit adjutorium à Deo, quando interfecit Goliath: exaltatus autem de plebe, quia vacabat pascendis ovibus. Allegoriam promissionum de Christo factarum à Deo per Prophetas, Enarratores cuncti hoc loco interpretantur.

Tunc.) Tempore quodam certo, sed non expresso, inquit Euthymius. Vel, quando assumsisti nos, regemque nostrum. Vel, quando disposuisti testamentum electis tuis. Denique *tunc*, ideſt, olim, Græcè πάλαι, ut Græcum quendam Auctorum exponere Agellius refert, bene confirmans verbis alterius Psalmi *d*, *Parata sedes tua Deus ex tunc*: Quod alii cum Paraphraste declarant à principio mundi conditi, ante quod continebat se interius, non residebat exterius.

d Ps. 92. 2.

Locutus es in visione.) Hieronymus, *per visionem*; quomodo Symmachus δι' ὁράσεως. Alia Psalteria Latina, & Augustinus *e*, atque Cassiodorus, *in aspectu*. Euthymius, ac Nicephorus exponunt ἐναργῶς, *manifeste*, quoniam ὅρασις ἐναργεστέρα πάντων αἰσθήσεων, *visus manifestior omnibus sensibus*; ita ut ad cognitionem quoque aliorum transferatur, ut quum scribitur *f*, *vidisse populum voces*: & populus jubetur *nos oblivisci verborum, quæ viderant ipsius oculi* g. Confunduntur quoque nonnumquam visio, & verbum, ut quando dicitur *visio audita*, & *verbum visum*, vel *ostensum*. Sic Esaias *h verbum se vidisse* scribit: & præfatus de visione *i*, invitat *Cœcum, terramque, ut audiant k*. Loquitur Amos *l*, eodem pacto, nempè *se verba vidisse*: Abdias *m* nominans *visionem*, ait *se auditum audivisse*: Micheas *n*, *verbum sibi factum se vidisse*: item Ezechiel *o*, & Zacharias *p*. Est visio ὅρασις, aut ὅραμα רואה *roeh*, vel חזון *chazon*, id quod revelatum à Deo mentis oculis à Propheta videtur, sicut verbum, quod interius auditur, Deo etiam ibi loquente. A visione *videntem* cognominatum illum, qui erat Propheta, testis primus Regum liber *q*. Unde merito solet Hieronymus *r* Montani confutare deliramentũ, Prophetas ventura dixisse in extasi, & cordis amentia, nihil eorum, quæ dicebant intelligentes. Restricte *visio* genus Prophetiæ est objectis in vigilia quibusdã imaginibus ante oculos, ut quæ Daniel *descrita in pariete nomina vidio*: aut interius clausit etiam oculis, ut plerisque Prophetarum, ac ipsimet Danieli. Nam somnum est, quum per quidem movetur quis visis ad cognoscendum futura: sermo, sive verbum, quando nihil occurit visibile, sed auditur dumtaxat, præsertim interius, quod prænuntiatur. Hæc tria genera distinctè numerantur in libro Numer. *t*: à Jeremia somnium, & verbum, comprehensa sub hoc, videlicet, *visione*. Quod si comparentur inter se, sermoni, ac verbo primus: medius visioni, somnio locus infimus dabitur, ita tamen ut in eo, seu per id loquatur Deus, ut illustret. Sed genericè dicitur quoque *visionis* vocabulum, ut prius indicavi, de qualibet prophetia, quemadmodum, & de quovis Propheta, nomen *videntis*, propter certitudinem rerum quas prædicit Propheta, & ob lumen divinum, quo illustratur, & in Propheta spectatur in primis, teste Augustino *u*. Exempli causſa, licet nullam Abdias neque interiorem imaginem, neq; exteriorem vidisse se scripserit, indidit suę tamen vaticinationi *visionis* appellationem. Nec Samuel Naihan, Gad, qui peculiariter hic indicari videntur, vidisse quid memorantur, tametsi primus, & alter Videns appellatus tradatur, & id sit commune cuivis Prophetæ nomen. In Paralipomenis *x*, appellatur Samuel *Videns*, Nathan *Propheta*, Gad iterum *Videns*; ubi sunt Hebræa tria nomina ראה נביא *navi* חוזה *chozeh*. Ludovicus Legionensis *y* doctus, ac eloquens vir, juxta vim Hebrai. ex vocis חזון *chazon*, quasi dicas prævisionem, anticipatam visionem, atque prospicientiam diu post venturæ rei, *visionis* titulo inscriptas vaticinationes illas potissimum docet, in quibus de Christo est sermo, sive rebus, quæ ad illum, aut ad ejus Ecclesiam pertinent; quoniam id tempus longius distabat ætate Prophetarum, soletque *novissimum* appellari *z*: & Paulus *a* ait, quod veteres illi *longe aspiciebant, & salutabant illas promissiones*: & Balaam dicebat *b*; *videbo illum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope*; *orietur stella ex Jacob*. Congruit id præsenti loco, in quo spectant maximè Christum Ecclesiamque ipsius promissiones descriptæ. Sed latius patere visionem planè constat. Egimus hac de re tota in Commentario Actuum Apostolorum *c*.

e hic, & 17. de Civit. c. 6

f Exod. 10. 18

g Deut. 4. 9.

h cap. 21. 1.

i cap. 1. 1.

k vers. 2.

l vers. 1.

m vers. 1.

n cap. 1. 1.

o c. 1. 3.

p c. 1. 1.

ὅραμα.

q c. 9. 9. Deliramentum Montani ab Hieronymo confutatum.

r in c. 1. Ef. & prolog. in Nahum & Abac. & alibi.

s Dan. 5. 5.

t cap. 12. 6.

u 12. de Gen. ad lit. lit. c. 9.

x lib. 1. 29.

y in Abdiam.

z Hebr. 1. 2. 1. Joan. 2. 18. Gen. 47. 1. a Hebr. 2. 13 b Num. 24. 17

c in c. 2. 17.

Sanctis tuis.) Hebræum nomen cum affixo חסידיך *chasidecha* in singulari, significat, *Sancto tuo*. Græci legunt υἱοῖς σου, *filiis tuis*: & alia Latina Psalteria, atque Augustinus *d*, & Cassiodorus, & Illyricum Psalterium, Hieronymus *e* autem notavit nostram translationem, sive Græcam, quam recitavi, Hebræo consentaneam textui, omniũ esse: solam VI. editionem interpretatam, *Prophetis tuis*, sensum magis, quam verba exprimendo: solumque reperisse se *ἐν κοινῇ*, ideſt, *in communi*, pro *Sanctis, filios*. Meminit Agellius Auctorem Græcum dicere ab aliis interpretibus huc modo etiam conversum. Credo potius Hieronymo, ut idcirco necesse quoque sit corruptum textum Lxx. quo, qui extant Græci, sunt usi, ex quibus Apollinarius παῖδα: aliter vocat: & alii sic appellatos Prophetas, quod chari Deo essent propter virtutem. Anonymus Græcus ab Agellio citatus, plures pro uno Nathan poni putat, unique illi revelatam

d hic, & 17. de Civit. c. 9

e Epist. 135.

visionem de David. De uno Nathan disertè narratur: aliis tamen præterea Deum revelasse, ut Samueli qui unxit illum, & Gad, vix dubitari potest; & Euthymius de multis affirmat: Basilius, ac Theodoret. indefinitè de Prophetis: R. Kimhi, & Campensis de uno Samuele. De isto,* , & de Nathan *a*, extat in historia Regum testimonium: eosque hic innui placet Lyrano, Ayguano, Treveto: Rickelius adjicit Gad. Hebraicè quidem nunc videtur singulari numero Sanctus unus designari, quia deest in fine nota pluralis littera (י) *jod* Sed sine punctis, in regimine nominis, potuit legi pluraliter. Legunt etiam aliqui expressim cum (י) *jod* חסריו *chasidecha*. Quadrat proposito sententia Amos *b*; *Non facit Dominus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos Prophetas*. Prophetarum epithetum est, ut cognominetur Sancti. Sic eos Joannis pater appellat in suo cantico *c*, & in Epistola posteriore *d* Petrus, & in una ex concionibus suis *e*, in quorum locorum Commentario, quæ dixi sufficiant, & quo pacto vicissim quivis Sanctus *Propheta* nomine appellaretur.

Et dixisti: Posui adjutorium in potente.) Hieron, *super robustum*. Alii exponendo præteritum per futurum, *Auxilium*, seu *robur suppeditabo heroi*, vel, *qui alioqui fortis, & robustus est*. In aliis Psalteriis Latinis, & apud Augustinum *f*, Cassiodorum, Ambrosium *g*, *Posui adjutorium super potentem* Addit Paraphrastes, *per manu ejus, qui valet in jugo*. *Positum*, seu *ponendum auxilium in potente*, aut *super potentem est*, vel super eum, qui prius talis esset, vel super eum, qui ea positione talis fieret. David, de quo locus hìc litteraliter exponitur, antequam in legem jungeretur, corpore validus erat, ut Lyranus, Rickelius, Trevetus, Ayguanus, Cajetanus notant: favet nominis *David* etymon, unum pro manu forti: sed simul cum regia unctione, virtus tantæ conveniens dignitati adjecta est, ut populum optimè regeret. Utrumque verum; secundum melius. In quo ipso sensu quod sequitur accipi debet, Deum illum exaltasse, non qui jam esset electus, sed quem elegit, ut exaltaret. Sic autem etiam allegoricè Christum intelligere oportet potentem, & electum, quia talem fecit Deus ac elegit ut esset talis, auxilioque munivit, & ornavit multiplicis gratiæ suæ, non solùm infinito dono hypostasis divinæ, quam communicavit ipsius humanitati. *Portat omnia* Christus *verbo virtutis sua* h. Ambrosius *i* hinc, & aliis ex locis probat omnipotentiam Christi, respondetque objectioni *k*, *Si possibile est, transfer à me calicem hunc*, id ex affectu, & fragilitate carnis dixisse. Simul tamen docet *l*, ab eodem Christo dictum, quod *esset factum sine adjutorio* m *tamquam Deus*, adjutorium hic dici positum super eum, propter carnem, sive naturam humanam. Quamquam quatenus cum essentia omnipotentiam accepit Filius à Patre, posset exponi, quod Pater *posuit adjutorium super potentem* (id est, communicavit ei adjutorium potens, sive omnipotentiam.

Moraliter, & accommodatitiè usurpat Ecclesia sententiam istam in officio divino de confessoribus pontificibus, quos Deus vigere potentia fecit, ac elegit velut *adjutores* suos *n*, utque essent *potentes in opere, & sermone* o, idque *ad ædificationem, non ad destructionem* p. Caveant hunc abusum, qui præsunt, ne *cum austeritate, & potentia imperent* q; nec *dominentur, ac potestatem exerceant* more principum ethnicorum *r*, tum vero *in cleris* (ut meminerint q; quod *potentes potenter tormenta patientur* t. Alia præterea Tropologia est, quod quum Deus defert officium, confert etiam id præstandi, ac exequendi beneficium, & adjutorium ponit hoc modo in potente, ut cui potestatem dat, det etiam vires ad exercendum. Possunt, ut vulgò dicimus, officium dare homines, non possunt discretionem. Magna negotia magnis adjutoribus egent: raroque eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam suam utuntur *u*. Hominum primo creatum à Deo *adjutorium* est *simile ipsi* x: & observatum, quod grandioribus ac robustioribus rebus parva, & exigua quædam Deus adminicula necessaria esse voluit, veluti ad comprimendam superbiam. Postremò ponere Deus in potente censetur adjutorium, non in impotente, infirmo, imbelli, ad eum modum, quo Christus *habenti dandum* dixit, *ut abundet; ab eo, qui non habet*, vel videtur, vel putat se habere, *auferendum* y: nempe quoniam rectè utenti collatis muneribus, majora Deus accumulat; abutenti, demit, quæ contulit; ille namque meretur, hic indignus est, & dum habet, perinde est ac si non haberet, imò satius esset, ac minus malum, si non haberet.

Et exaltavi electum.) Abest conjunctio ab Hebræo quoque textu. Pro *electo* Hebraicè בחור *bachur*; Chaldæus dixit *juvenem* עולם *hhulem*: & vertit etiam *adolescentem*. Campensis, & Arias, *lectum juvenem*. Reddi solet idem non alibi z, eodem modo, idest, *juvenis, & adolescentulus*. In Psalmo 77. *a*, dem significant electi. Vocatur sic juvenis, quoniam ad omne opus, remque ac præsertim ad bellum, eligitur tamquam aptior, potiùs quam senex, & grandioris ætatis. Talis David quum primùm designatus unctusque Rex est à Samuele, *parvulus, rufus, pulcher aspectu decoraq; facie* b; quum autem iniit regnum, annorum triginta. CHRISTUS eadem ætate prædicare regnum cœlorum cœpit, *Electus millibus* c, *& electus Dei, in quo sibi complacuit anima ipsius* d, *speciosus præ filiis hominum*, e primus electorum, primogenitus prædestinatorum, quos Deus *elegit in ipso ante mundi constitutionem* f, quem vocare possis *electorem* non modò *discipulorum* g, sed & aliorum. Igitur electum David exaltavisse dicitur Deus, quoniam elegit, ut exaltaret, aut eligens exaltavit. Unde Apollinarius:

Ἐκλαῦ παναέιρσεν ἐλωικόσμιτ βοῦκοις,
De populo optimum eligens (quum elegissem) *ornavi sedibus*.

Paraphrastes pro *electo juvenem* interpretans, pro *exaltandi* verbo usurpat verbum *secernendi* אפרשת *aphrescetih secrevi*: quasi exaltare sit extrahere foras, & in altum, & tamquam ex sinu, vel urna nomen: quod sorte fit quidem apud homines in electionibus; à Deo per ipsammet electionem: quia *qui temperat sortes* h, *nihil facit sorte*. Recepta nihilominus expositio est de exaltatione secundum altiorem gradum honoris, dignitatis, potentiæ. Exaltationem Euthymius in Christo agnoscit secundum hypostasin divinam. Aliam præterea ponit Paulus *i*.

De plebe mea.) Hieronymus, Psalterium vetus, & Augustinus *k*, *de populo*. Nec est Hebraicè pronomen, tametsi vim in eo alioqui constituant: ut & *in plebe*, quasi denotetur electus David ex plebeis, idest ex humilibus, & infimæ sortis. Regiæ Tribus erat, sed de *post fœtantes* acceptum secernit *l*: & hoc ipsum ei nomine Domini renuntiavit Nathan *m*: & iterum David compellans populum suum nomine *fratrum*, dixit quod *ipsum Dominus Deus Israel elegisset de universa domo patris sui*: & quod *de Juda quidem elegit Principes: de domo autem Juda, domum patris suis: & de filiis patris sui, placuit ei ut ipsus eligerit Regum super cunctum Israel* n. Si quis historia releget, comperiet multo maximam partem summorum ordinis utriusque Principum à terra suscitatam *deque stercore erectam* o, idest ex abjectissima conditione: quod non incommodè aliqui etiam interpretatur nominatim de sterquilinio Job, de Davidis caula, de præsepio Mariæ. Nec verò desiderantur ætatis nostræ in summis hierarchis exempla. Principes constitutos à se super omnem terram, *Elegit Christus pauperes* p, qualis erit ipsemet, *Nec habens ubi reclinaret caput* q, ut de cetera ejus paupertate nunc plura non dicam. & parentes, neque necessariis ad vivendum copiis, inquit Basilius *r*, satis instructi, ita ut verisimile sit, eos solitos fuisse in assiduis corporis laboribus versari, & hoc ratione quotidianum sibi victum quæritare.

Vers. 21.) Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxit eum,

UTrumque deinceps ostendit Deus, & opitulatum se potenti, seu heroi, quem constituit, coique contulit potentiam ipsam, & à se illum diligenter electum. Nunc hoc prætertim docet, quasi post priorem diligentē investigationem repererit, & dignum repertum, imò factum, qui secundum cor suum esset, populo suo præfecerit Regali oleo rite consecratum. Ter unctus David est, *in domo paterna à Samuele adductus puer* s, post mortem Saulis *in Hebron super Tribum Juda* t; *super totum Israel*, ibidem *c* Relege quæ dixi ad titulum Psalmi 26. deque mystica triplici unctione Christi, de quo hìc etiam locus mysticè intelligitur (tametsi de solo David Euthymius usque ad 25. versum inclusivè velit exponi:) de cujus item spirituali oleo egimus Psalmo 44. *x*.

Inveni David servum meum.) Augustinus ad Dulcitium de octo quæstionibus in 5. cui ultimo respondet loco, legit,

Sensus loci Triplex Davidis unctio.

* 1. Reg. 16. 2. & seq. a lib 27. 4. & seq.

b c. 3. 7.

c Luc. 1. 70 d c 1 21. e Act. 3. 21.

f hic, & 17. de Civit c. 9 g 2. de fide c. 3.

h Hebr. 1. 3 i 12. de fide c. 3.

k Matt. 26. 39 l sup. lib. 3. c. 3. m Ps. 87. 5.

n 1 Cor. 3. 9 o Luc 24. 19 p 2. Cor. 10. 8 q Ezech. 34 4 r Matt. 20. 29 s 1. Pet. 5. 3. t Sap. 6. 7 Tropologia.

u Vellejus lib. 2. x Gen. 2. 18.

y Matth. 13 12. c. 25. 29 Luc. 8 18

z Deut. 32. 25 Ezech. 9. 6 Esa. 23. 4. Jerem. 31. 13 Joel. 2. 28 Amos 2. 11. & alibi. a vers. 21 b 1 Reg. 16. 11, 12 c Cant. 5. 10 d Esa. 42. 1 e Ps. 44. 3. f Eph. 1. 4. g Joan. 6. 70 c. 13. 18. c. 15 16. 19. Luc. 9 13

h Prov. 16. 33

i Phil. 2. 7

k hic & 17 de Civ. c. 9

l Ps. 77. 70

m 2. Reg. 7.8

n 1. Paral. 28. 4 o Ps. 112. 7.

p Jacob 2. 5 q Mat. 8. 20 r constit. monast. c. 5

s 1. Reg. 16. 13 t 2. Reg. 2 u cap. 5. 3

x vers. 1.

git, *inveni David secundum cor meum*. Verti potuit, *comparavi*, ut Campensis fecit; vel cum Aria, *nactus sum*.

Sum David nactus famulum probatum.

Significat etiam ista מצא *matsa*, tamen multo, sæpius reperire vel casu, vel studio, & opportunè. Rickelius *inventionem* declarat per considerationem: Trevetus per magnam approbationem, qualis inter nos solet sequi, cum gratulantes affirmamus nos inveniſſe illam rem, quâ quærebamus inter diversas. Tali formula Christus usus est in parabolis *ovis inventæ*, atque *drachmæ*; multo gestiens majore lætitia de restituta nobis salute, quam ille sacrificator hecatombes exclamans τὸ εὕρηκα. Dicebam olim in commentario Actuum Apostolor. *a*; quod ibi Paulus, ut ex Dei referebat sermones: *inveni Davidem filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*, videri hinc transcriptum, & præterea ex Regum *b* historia. Eo loco dixit Sauli jam reprobato: *quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum, & præcepit ei Dominus, ut esset Rex super populum suum*. Quem quæsivit, invenit, ideſt, acquisivit, ut ibidem Gloſſa exponit. Non quasi ubi sit nesciens, inquit, sed per hominem more hominum loquitur; quia & sic loquendo, nos quærit. Non solum enim Deo Patri, sed ipsi quoque unigenito, qui *venit quærere, quod perierat* c, sic jam non eramus, ut *in ipso essemus electi ante mundi constitutionem* d. Quæsivit ergo sibi, dixit, suum habuit. Unde in Latina lingua hoc verbum accipit præpositionem, & acquirit, dicitur. Sine præpositione etiam *quærere*, intelligitur, acquirere: ex quo lucra vocantur quæstus. Hoc modo Gloſſa. *Quærere* declarat Rickelius decernere: Hugo placere sibi, & oblectari, quod contingit re, quæ quærebatur, inventa. Adde referendo ad electionem, significari factam consultò, prudenter, certo judicio, & ut innuit Bruno Carthusianus, quia præsciebat Deus fore David. servum in omnibus obedientem (eo modo, quem dicto commentario notavi) in nullo resistentem. Talis debet re, ac Princeps esse, servus, & cultor Dei, Maxima laus sic à Deo inveniri, quem nihil fugit, & falli non potest. Quærebat Cynicus accensa in meridie laterna, medieque in foro hominem, virumque bonum, & sapientem: consultus Apollo vix reperit unũ. Philippi Apostoli privilegium nidetur, quod *eum Christus inveniſse* dicatur, & ita vocasse *e*, quum Petrum non ipse immediatè, sed per Andream vocasset *f*, & hunc Jo. Baptista *g*, ut idcirco discipulorum omnino primus appellari possit, quia credi debet vocanti ad sequendum obsecutum esse. *Quærit diabolus circuiens ut leo, quem devoret h*; quærit Christus bonus pastor, *quem salvet i*. Oremus ut is *errantes quærat*, sed nos inveniri sinamus, non *abscondamur* k aut *pulsanti* aditum *l* denegemus; *si quærimus, quæramus* idque *dum inveniri potest* m. Hic loquendi modus innuit gratiam prævenientem, secundùm quam *invenitur Deus à non quærentibus*, quærit autem, ut ab invento, ac prævento, inveniatur, ideſt, ut ipsius vocationi consentiatur. Ipsemet Christus, cujus typus David, & rui ipsomet Davidis nomine cognominatur, & servus Dei, quod hinc etiam confirmat Ambrosius *n*, ut pridem dixi, potest inventus dici; quoniam secundum humanam naturam non prævenit Deus, ut Dei Filius fieret, quidquid sit de illa quæstione scholastica, potuerint ne fieri, ut caderet Incarnatio sub meritũ illius. Nam etiam tunc opus esset gratiæ prævenientis dono. Posset figurata inveniendi, quærendique significatio hic adhuc explicari cum Hugone, quod quasi quæsitus à Deo Christus fuerit in sanctis Patribus, Regibus, Prophetis: & cum Cassiodoro, quod *totus desiderabilis* o *esset*, *desideratus gentibus* p, *desiderium collium æternorum* q, tam diu, adeoque anxiè à sponsa quæsitus, *quæ inventum sic tenuit, strinxitque, ut non dimitteret* r.

Oleo sancto meo unxi eum.) Nescio cur collector notationum in Bibliis Sixtinis ex editione Lxx. asserat in vulsiod. *in Oleo sancto meo*; sicut etiam habent Latini codices Complutenses, & Regii, ac Græci iidem ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου & in textu Hebræo est etiam præpositio בשמן קדשי *beseemen Kodsci*, *in Oleo sancto meo*, aut *sanctitatis meæ*. Nullum legi Auctorem Græcum, qui non legat hoc loco Oleum: Tamen in dicta editione Græca Sixtina extat ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ *in misericordia sanctæ*, sine pronomine: quo etiam pacto Hieronymum alicubi *r* legisse miror, quum opitimè sciret שמן *semen*, *Oleum*, *unguentumve* significare, non verò *misericordiam*, nisi figuratè. Alioqui facilis fuit ob affinitatem permutatio nominum ἔλεος, & ἔλαιον. In responsorio secundo secundi nocturni Dominicæ tertiæ post Pentecosten habetur, *& tulit me de ovibus patris mei, & unxit me unctione misericordiæ suæ*. Unxisse se Deus dicit, quoniam ungi jussit, ut *per quem Reges ceteri regnant* u, per hujus immediatum præceptum deferretur Davidi regnum. Oleum quoque suum vocat, quia ipsemet instituit id in regis inauguratione adhiberi. Unum quæri potest, cur Oleum, quo Dav. unctus est, sanctum appelletur? & an in nomen debeatur illi, quo ter est unctus? Omitto nunc namque mysticum unctionis Christi Oleum, *de* quo monui me aliàs disputaviſſe, simul docens, quandonam hic primum ritus cœperit, ut Reges ungerentur, non soli Sacerdotes, verùm etiam Prophetæ. Oleum sanctum cum isto epitheto describit liber Exodi x compositum ex *prima, electaque myrrha, casia, cinnamomo, calamo, oleo olivarum*; Præscribit autem *eo ungit tabernaculum, & arcam mensaque cum vasis suis, candelabrum, & utensilia ejus, altaria thymiamatis, & holocausti, & universam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet; Aaron* præterea, *& filios ejus*: vetat postremò *carnem cujusquam alterius ungi ex eo, & juxta compositionem ejus aliud fieri, quia sanctificatum, & sanctum est ita, ut quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminetur de populo suo*. Arbitratur Genebrard. dispensatum Samuelis, & Prophetarum illius sæculi consilio, cum regibus familiæ Davidicæ, in Christi Domini ex ea orituri gratiam, cum spiritualis, & divinæ unctionis illa exterior typus fuit, & cujus tum illi, tum postea etiam Reges omnes, cognoscerent se vicarios, & ministros esse. Recitat preterea Cabalam, seu traditionem extitisse, ut dicto oleo David etiam ungeretur, & illius posteritas, non autem alii Reges: atq, ita *ut Salomonem ungeret, accepisse Sadoch ex oleo unctionis*, quod *in tabernaculo* conservabatur *y*.

Deinde refert ex eadem traditione unctionem factam forma χῖ Græcorum, seu crucis decussatę. Sed excipi à R. Salomone Reges, qui ungerentur in modum coronæ, non peiore modo, quia non ungebantur, ut eorum majestas esset sacra, qualis Pontificum, sed Politica, seu civilis, humana, prophana. Adhæc meminit in Thalmud tractatu kerithoth, hoc est, de exscisionibus, durasse illud Oleum sanctum, & citra diminutionem sufficisse Pontificibus & Regibus inaugurandis per annos nongentos, usque ad captivitatem Babylonicam, quemadmodum ab hoc usq; tempus jam inde à S. Remigio, & Clodovæo Rege Christiano Primo *z* chrisma divinitus missũ Francorum Regibus inungendis Remis perseverat, ut ipsemet vidi anno 1590. Denique Saulem alio oleo unctum à Samuele ex tempore non per M ysen olim consecrato: post captivitatem Babylonicam Pontifices alio oleo renovato juxta compositionem, & ritum Moysis. Videtur in eadem sententia Joa: Bochius esse hoc loco: & insinuat Euthymius, scribens Oleum sanctum nunc appellari, ut significetur illius confectione n divinitus traditam, & mysteriis refertam esse. Ita diserte sentit Abulensis *a*, interpretans dictam prohibitionem, ne quis etiam Pontifex, aut Rex extra consecrationem seu unctionem, qua ungebatur in Pontificem, vel Regem, id oleum usurparet, eove carnem suam ungeret. Nec Saulem quidem excipit: & nõ restringit ad Reges Davidicæ familiæ. Imò confirmat opinionem ex unctione Saulis *b*, & Davidis *c*, quam fecit idem Samuel. Concordat Lyranus *d*, dicens excipi Sacerdotes, & Reges, quia quantum ad officium sunt supra homines, medii inter populum, & Deum. Dionysius *e* Carthusianus eodem accedit, & Ystella *f*, qui tamen explicans in dicta prohibitione, ut non detur alieno ex illo oleo, ideſt, ei qui non sit Sacerdos, quod Cajet. prior dixerat, & Oleaster, non satis videtur sibi constare. Isidorus *g*, ideo Reges Christos cognominatos, ait, quia eodem chrismate, quo Sacerdotes, ungerentur, ut ideo *nefas esset illos tangere h*. Tandem ex recentioribus tuetur istam sententiam Pineda *i* noster, & Barradius *k* eamdem satis indicat, recitans, quæ dicta sunt ex Genebrardo. Altera opinio est Abulensis *l*, qui utrinque versans controversiam, huc demum recidit, ut affirmet aliquando communi nonnumquam oleo sacro Reges unctos esse, & communi quidem Saulem, Davidem, saltem primis duabus vicibus *m*, Azaelem *n*, Jehu *o*: sancto, seu sacro, & Pontificio Salomonem, quoniam scriptum *p*, *sumsisse Sadoch Sacerdotem cornu olei de tabernaculo*. Interdum *q* dubitat, an si non prima vice, altera, vel tertia unctus Oleo sancto sit

Luc. 13. 48

1 inc. 13. 21

b l. 1. 13. 14

c Luc. 19. 10

d Eph. 1. 4.

Philippi Apostoli privilegiũ.

e Joa. 1. 48.

f vers. 41.

g vers. 40.

h 1. Pet. 5. 8.

i Luc. 15. 10. c. 19. 8.

k Gen. 3. 8.

l Ap. 3. 20.

m Esa. 21. 12 & 55. 6.

n Es. 65. 1.

o 5. de fide c. 2. & ep. 8. edit. Rom.

p Cant. 5. 16

q Agg. 2. 8.

r Gen. 49. 26.

s Cant. 4.

t hic, & 27 in cit. c. 9.

Acare, non verò *misericordiam*, nisi figuratè. Alioqui facilis fuit ob affinitatem permutatio nominum ἔλεος, & ἔλαιον. In responsorio secundo secundi nocturni Dominicæ tertiæ post Pentecosten habetur, *& tulit me de ovibus patris mei, & unxit me unctione misericordiæ suæ*. Unxisse se Deus dicit, quoniam ungi jussit, ut *per quem Reges ceteri regnant* u, per hujus immediatum præceptum deferretur Davidi regnum. Oleum quoque suum vocat, quia ipsemet instituit id in regis inauguratione adhiberi. Unum quæri potest, cur Oleum, quo Dav. unctus est, sanctum appelletur? & an in nomen debeatur illi, quo ter est unctus? Omitto nunc namque mysticum unctionis Christi Oleum, *de* quo monui me aliàs disputaviſſe, simul docens, quandonam hic primum ritus cœperit, ut Reges ungerentur, non soli Sacerdotes, verùm etiam Prophetæ. Oleum sanctum cum isto epitheto describit liber Exodi x compositum ex *prima, electaque myrrha, casia, cinnamomo, calamo, oleo olivarum*; Præscribit autem *eo ungit tabernaculum, & arcam mensaque cum vasis suis, candelabrum, & utensilia ejus, altaria thymiamatis, & holocausti, & universam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet; Aaron* præterea, *& filios ejus*: vetat postremò *carnem cujusquam alterius ungi ex eo, & juxta compositionem ejus aliud fieri, quia sanctificatum, & sanctum est ita, ut quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminetur de populo suo*. Arbitratur Genebrard. dispensatum Samuelis, & Prophetarum illius sæculi consilio, cum regibus familiæ Davidicæ, in Christi Domini ex ea orituri gratiam, cum spiritualis, & divinæ unctionis illa exterior typus fuit, & cujus tum illi, tum postea etiam Reges omnes, cognoscerent se vicarios, & ministros esse. Recitat preterea Cabalam, seu traditionem extitisse, ut dicto oleo David etiam ungeretur, & illius posteritas, non autem alii Reges: atq, ita *ut Salomonem ungeret, accepisse Sadoch ex oleo unctionis*, quod *in tabernaculo* conservabatur *y*.

Deinde refert ex eadem traditione unctionem factam forma χῖ Græcorum, seu crucis decussatę. Sed excipi à R. Salomone Reges, qui ungerentur in modum coronæ, non peiore modo, quia non ungebantur, ut eorum majestas esset sacra, qualis Pontificum, sed Politica, seu civilis, humana, prophana. Adhæc meminit in Thalmud tractatu kerithoth, hoc est, de exscisionibus, durasse illud Oleum sanctum, & citra diminutionem sufficisse Pontificibus & Regibus inaugurandis per annos nongentos, usque ad captivitatem Babylonicam, quemadmodum ab hoc usq; tempus jam inde à S. Remigio, & Clodovæo Rege Christiano Primo *z* chrisma divinitus missũ Francorum Regibus inungendis Remis perseverat, ut ipsemet vidi anno 1590. Denique Saulem alio oleo unctum à Samuele ex tempore non per M ysen olim consecrato: post captivitatem Babylonicam Pontifices alio oleo renovato juxta compositionem, & ritum Moysis. Videtur in eadem sententia Joa: Bochius esse hoc loco: & insinuat Euthymius, scribens Oleum sanctum nunc appellari, ut significetur illius confectione n divinitus traditam, & mysteriis refertam esse. Ita diserte sentit Abulensis *a*, interpretans dictam prohibitionem, ne quis etiam Pontifex, aut Rex extra consecrationem seu unctionem, qua ungebatur in Pontificem, vel Regem, id oleum usurparet, eove carnem suam ungeret. Nec Saulem quidem excipit: & nõ restringit ad Reges Davidicæ familiæ. Imò confirmat opinionem ex unctione Saulis *b*, & Davidis *c*, quam fecit idem Samuel. Concordat Lyranus *d*, dicens excipi Sacerdotes, & Reges, quia quantum ad officium sunt supra homines, medii inter populum, & Deum. Dionysius *e* Carthusianus eodem accedit, & Ystella *f*, qui tamen explicans in dicta prohibitione, ut non detur alieno ex illo oleo, ideſt, ei qui non sit Sacerdos, quod Cajet. prior dixerat, & Oleaster, non satis videtur sibi constare. Isidorus *g*, ideo Reges Christos cognominatos, ait, quia eodem chrismate, quo Sacerdotes, ungerentur, ut ideo *nefas esset illos tangere h*. Tandem ex recentioribus tuetur istam sententiam Pineda *i* noster, & Barradius *k* eamdem satis indicat, recitans, quæ dicta sunt ex Genebrardo. Altera opinio est Abulensis *l*, qui utrinque versans controversiam, huc demum recidit, ut affirmet aliquando communi nonnumquam oleo sacro Reges unctos esse, & communi quidem Saulem, Davidem, saltem primis duabus vicibus *m*, Azaelem *n*, Jehu *o*: sancto, seu sacro, & Pontificio Salomonem, quoniam scriptum *p*, *sumsisse Sadoch Sacerdotem cornu olei de tabernaculo*. Interdum *q* dubitat, an si non prima vice, altera, vel tertia unctus Oleo sancto sit

u in Es. 55.

Prov. 8.

x c. 30. 22 & seq.

y 3. Reg. 1. 39.

z Almonius lib. 1. de gestis Francorum c. 16. Hincmarus in vita Remigii.

a in Exod. c. 30. quæst. 9. 25.

b 2. Reg. 10. 1

c 1. Reg. 16. 11.

d in Ex. c. 20

e ibid. & in 1. Reg. 10.

f in in Ex. c. 30.

g 2. offic. c. 23

h ps. 104. 15. i 2. de Salo. c. 6.

k concor. Evangel. to. 2. lib. 1. c. 41.

l in 1. Reg. c. 20. q. 1. c. 14. q. 2.

m 1. Reg. 16. l. 2. 4.

n l. 3. 19.

o lib. 4. 9.

p lib. 3. 1.

q in lib. 1. R. c. 16.

sit David, ut sic verum intelligatur esse, quod hic habetur, Oleo sancto unctum esse; & de secunda nunc negat *a*, nunc affirmat *b*; sed si erat sanctum secunda vice, compositum tunc fuisse, non ex tabernaculo sumtum; voluisse autem Deum, ut in sua coronatione ungerentur Reges, quemadmodum Sacerdotes. Docet adhuc *c*, adhibitum Oleum sanctum in unctione Regis, quæ fieret cum solemnitate cujus exemplum affert etiam in Joas *d*; si quando sine ista fieret, fuisse commune.

Postremo, quod ad rem parum facit *e*, existimat probabile non solùm ter Davidem unctum, sed etiam Salomonem, & Saulem bis: & quidem hunc semen secreto. Davidem primùm item secreto, deinde *super Tribum Juda*, tandem *super omnes*: Salomonem prima vice in discordia quum esset antea unctus Adonias; iterum eadem jam sedata, seu ut melius exponeretur. Tertiam sententiam extremam, quæ negat Oleo Pontificio Reges unctos, prius indicavi esse Olaestri, & Cajetani, preterea Ystellę estque item Lipomani, favetque non Aug. *f*, qui quamvis dicat eo oleo res alias sacras inunctas, tangendo populum quodammodo sanctificatum, tamen inter homines, qui eo ungerentur, Sacerdotes tantùm ponit. Quartam insinuat Theodoretus *g*; ut unctiones nil aliud sint, quam electiones. Ita quidem de duabus posterioribus Davidis asserit, de prima, quam Samuel fecit, visus concedere fuisse per olei Realem effusionem. Illum Basilius Zanchius *h* transcripsit, nomine tacito.

Existimo unctionem, ac oleum propriè, materialiterque sumi oportere, propter perspicuum Scripturæ loquendi modum, tametsi non ignorem, quod & alias monui, *ungi Regem* in parabola de arboribus, plantisque in libro Judicum *i*, accipi pro eligi, quia nondum erat unctio in usu. Propendeo etiam magis in sententiam tertiam o) adeò præcisam legem, quam recitavi ne quis Oleo sancto, quod erat Sacerdotis, præter Sacerdotem, ungeretur. Nam quod Salomon scribatur *unctus Oleo de tabernaculo* k, & Joas l, *in ipso templo*, rectè intelligi potest, etiamsi non fuerit hujusmodi oleum, sed summũ, si aliud certo aliquo ritu sanctificatum, quod inde peteretur, aut si inde sumendi facultas non suppeteret, à Sacerdote consecraretur, ita ut hic appelletur propterea sanctũ, & Reges ab eo uncti, cognominari valeant sancti. Ubi notari velim, non debuisse Josephi interpretem Gelenium, oleum, quo ille inunctum Davidem narrat à Samuele *m*, sacrum, cognominare, quoniam Græcè ἅγιον dumtaxat habetur, absque epitheto. Traditionibus Rabinicis, & Thalmudicis parvam habendam fidem concedunt Catholici: privilegium, aut dispensatio in re adeo gravi facile credi non debet: ratio ipsa non parum suadet, quæ petitur ex discrimine, quo etiam ea in re decebat constitui inter laicam & sacram dignitatem, sive magistratum: sicut hoc tempore in Catholicos non eadem ungendi ratio, nec in eadem corporis parte, quia sæculari Princeps ungitur in brachio, sive humero, vel armo: Ecclesiast. in capite *n*, & chrismate Pontifex, seu Episcopus; Rex oleo, ut sciatur, ait Bernard. Cardin. Edvensis *o*, quod Episcopus est Vicarius capitis nostri, idest, Jesu Christi; & ut ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem: Quod ad hoc vero attinet, videtur in Vetere Testamento eadem unctionis ratio fuisse, videlicet super caput per modum effusionis, ut Abulensis *p* in dicat, quamvis referat *q*, etiam ex R. Salomone, duxisse Sacerdotem intinctum digitum per frontem Regis ab aure ad aurem, quod Lyranus *r*, ait ex eodem, in fronte inter palpebras per modum coronæ: Sacerdotes autem, ut prius quoque memini, unctos fuisse in vertice, secundùm crucis decussatæ figuram.

Non est difficile olei proprietates ad eas, quę in Principe desiderantur, applicare: præcipuæ sunt, ut cum aliis virtutibus, tum præsertim emineat misericordia, cujus oleum symbolum est, atque se, ut Esaias *s* loquitur, meminerit *medicum* subditorum esse. Persa Rex antequam iniret sceptrum regni, gustabat terebinthum, & caricas, lactisque poculum bibebat *t*, quæ res valent, vel ad medicandum, vel ad leniendum, vel ad oblectandum. Romanus Censor auspicatus prima nocte magistratum certa quadam ceremonia, ubi illuxisset, myrrha, unguentisque unguebatur *u*. Vestigium id nonullum erat unctionis, de qua egimus hactenus, quod aliqui tamen nullum dixerunt esse in aliorum Regum profanorum solemnibus. De Christianorum Regum unctione, lege Joannem Azotiũ nostrum *x*. Cui verò non importunum videatur, de unctionis sacræ vario genere discere hic possit. Mihi quidem non vacat. Extant Petri Simonis Iprensis Episcopi exhortationis duodecim de hoc argumento. Scripsit prior eo Claudius Espencæus in posterioris Epistolæ ad Timotheum cap. 2. tractatum, & digressionem: illi præterea, qui rem sacramentariam persequuntur.

Vers. 22.) Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

CAusam quare talem Regem delegerit, rituque tali consecraverit, ait, fuisse, ut, quod * etiam antea dixerat, *petenti manu, & brachio suo forti corroboraret*, atq; sic populum, quem ipsi committeret regendum, adversus inimicos defendere ille valeret, cunctisque prævalere. Ducitur similitudo à quopiã forti, ac robusto, qui deb liorem injecta sublevet manu, & comprehensum confirmet, nec sinat vacillare, aut trepidare: sed *suscipiat eum dextera sua y; manum supponat ne cadat, vel collidatur* z; *fiat ut salvet* a; *emittatur de alto, ut liberet* b; *confortet manus dissolutas, & genua debilia roboret* c; *non retrahat manum ab auxilio* d; denique *manus ipsius sit cum illo* e. Explicant mysticè de Christo, quem ab omni lapsu prohibuerit unitum humanitati ejus Verbum divinum. Adhærebat humanitati Christi Verbum, adhæretque, aut vice potius versa, huic illa tamquam brachium, & manus. Humanitas quidem respectu Verbi manus, & brachium dici potest, velut instrumentum conjunctum: Verbum autem Patet appellare istis hominibus, quatenus per illud, licet non tamquam per instrumentum, sed sibi maximè conjunctum, idest, consubstantiale, fecitque. Tandem apud Zachariam *f* rectè appellat Pater Christum *virum cohærentem sibi*. Ostendimus aliàs hoc idem, cur Patris brachium, vel manus filius nominetur, digiti Spiritui S. attribuantur. Sed Ayguanus hoc loco assignat Christo, ut de ipso manus dicatur, digitos; pollicem potestatis puniendi; indicem, quia per eum in judicio Pater ostendit omnium merita: medium, longanimitatis, longæque misericordiæ: annularem, amoris, propter quem pro nobis mori dignatus est. auricularem, humilitatis. Belle convenit Davidis etymon, manu fortem esse, tum illi ipsi tamquam typo, cum Christo prototypo; & quemadmodum ille bestias laniavit: Goliath stravit, & obtruncavit; Philistæos fudit: Saulem cum ipsius exercitu evasit; mortuo Saule quotidie proficiebat, & robustior efficiebatur, ita longa, & læva Christo pugna cum diabolo, & satellitibus, angelisque illius fuit, est, erit, *donec ponantur scabellum pedum* ejus. Caussa est, *quoniam unxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute* g, sicut ex quo David primus unctus est, *directus est spiritus Domini in illo à die illo & deinceps* h. Christi potentia, & fortitudo, in cruce latuit: indeque sese exeruit, ut *aut faciem ejus iret mors*, & *diabolus egrederetur* i: *in eo, quod passus est ipse, & tentatus, potens est & ils, qui tentantur, auxiliari* k, ut & ipsi *quum infirmantur, tunc potentes sint* l. Hilarius *m* hoc loco toto ait Patris ad filium suum sermonem esse, & quidem secundum corpoream nativitatem.

Manus enim mea auxiliabitur ei.) Hierony. *cum quo manus mea firma erit*. Prima dictio אשר *ascer* potest significare *nam, ideò* &c. Verbum תכון *thiccon* futuri temporis significat *firmabit & stabiliet*, nimirum se, vel passive *firmabitur & stabilietur* עמו *hhimmo cum eo*, vel ut alibi *n* vertitur, *dirigetur*; *dirigi* autem, *stabiliri, firmari manum cum aliquo*, est ipsi imponi, ac veluti adhæret, ad juvandum, auxiliandum, protegendum, numquam destituere auxilio, nec, ut antea dicebamus ex libro Josue, *retrahere manum ab auxilio*, ἀνασύρειν, *non dissolvere*, aut *relaxare, non lente, dissolute, remisse, manibus dissolutis, juvare*. Quare posset hoc membrum referri ad protectionem à malis, ut sequens ad beneficiorum collationem. Manus alicujus quum aliquo dicitur esse, quum juvat, vel instruit, ut *manus Joab cum Thecuite*: contra, vel super aliquem, quando nocet, ut *Ismaelis contra omnes, omniumque contra ipsum* o, & *Dei super populum* p idest, contra.

Et brachium meum confortabit eum.) Hierony. in præteritu, ut & præcedens membrũ, *roboravit*: quam vis utrobique sint futuri temporis verba ibi תכון *thiccon* ut vidimus, hic תאמצ *theammets*. In Psalterio Gallicano, ut recitat Faber, *confirmabit*, & notatur ea lectio in textu Cassiod. quamvis in Ambrosiano breviario, quod videtur uti

Psal-

a in c. 10. 1. 1 Reg. 9. 6.
b in 2. Reg. 9. 6.
c in 3. Reg. c. 1. 9 37.
d in 4. Reg. c. 11 post init.
e in 1. Par. 29. 9. 18. 19. 20.
* in catena Hebr. c. 89. 9. 35. in Ex.
f in 2. Reg. 9 15.
g q. in 3. lib. Reg. q. 56.
h Judic. 9.
i 2 Reg. 1. 39
k 4. Reg. 11. 12.
l 6. antiqe c. 9. vel. 10. Sæcularis unctio & Ecclesiastica quomodo fiant.
m c. unico § Unde in veteri tit. de sacra unctione. Vide etiam Clem. 3. de jurejur. &c. Venerabilem de electione Bertrandus Cat. Eduen. tract. de orig & usu Jurisd. q. 4.
n tract. de orig. & usu Jurisd.
o in 1. Reg. 10. q. 1. & 2
p in 3. Reg. 1.
q ibid.
Oleum { misericordiæ. symbolum.
r cap. 3. 7.
s Plutar. in Artaxerxe. Brisso de regno Persar. p. 8. & 9.
t Varro 5. de ling. Latina.
u Tom. 2 inst. moral. lib. 6. c. 5. q. 1. 2. 3. & lib. 21. c. 5. q. 2.
Sensus loci
* vers 9. 11
y Psl. 22. 9.
z psl. 36. 24.
a psl. 118. 173.
b psl. 143. 7.
c psl. 15. 3.
d Jos. 10. 6.
e Luc. 1. 66
Mystica explicatio.
fc. 12. 7.
g act. 10. 38.
h 1. Reg. 16.
i Abac. 25.
k Heb. 2. 18.
l 2. Corinth 13. 10.
m in psl. 15. 8
n psl. 140. 2. psl. 118. 5
o 2. Reg. 14. 19.
p Gen. 16. 12.
1. Reg. 12. 15

Psalterio Gallicano, legatur, *confortabit*. *Fidelis Deus*, *qui confirmat nos, & custodit à malo* a; *& modicum passos præterea perficit, solidatque* b, *ut similes Angelo Domini, nec benedictione, nec maledictione moveamur* c, *& bellantes adversum nos non prævalebunt* d. Id sequentia magis exprimunt; & simile argumentum occurrit jam antea non rarò.

a 2. *Thess.* 3 b 1 *Pet.* 5. 10 c 2. *Reg.* 14 17. d *Jer.* 1. 19.

Vers. 23.) Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non opponet nocere ei.

Vers. 24.) Et concidam à facie ipsius inimicos ejus: & odientes eumin fugam convertam.

Sensus loci.

HIc effectus manus auxiliantis, brachiique confortantis ut nihil ullus inimicus valeat contra sic protectum & corroboratum, nullum quisquam nocumentũ quamlibet sceleratus, & viribus ad nocendum instructus, inferre possit: quia eximius ille auxiliator, ac potentissimus protector comminuet copias inimicorum, & fugabit dissipabitque omnes hostes, & qui odio prosequuntur eũ, qui in tutela ipsius est. Hoc promiserat Dav. nomine Dei Nathan e, populoque, cui præerat ille. *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius, nec addent filii iniquitatis, ut affligant eum, sicut prius, ex die qua constitui judices super populum meum Israel, & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis*. Contra David, nec Saul, nec Absalon, & Achitophel, nec Seba, nec alius prævalere potuit. Ex vi Hebraici textus interpretantur alii fore ut nemo sit, qui redigat populum in angustias pecuniarias, qui molestet fœnore, vel tributo, qui cogat sub usuris petere, & quum non sit solvendo, de possessione depellat, vel in servitutem abducat: præterea qui sævè tractet omniq; inhumanitatis genere vexet, postquam dolos, ac fraudes adhibuerit. Volunt alludi ad promissum Dei f *fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum*. Nimis mihi videtur angusta, restrictaque expositio; licet à vocabulis Hebræis, & Græcis etiam non aliena, ut postea dicam.

c 2. *Reg.* 7. 10. 11. e

f *Deut.* 15. 6

Nimis angusta expositio.

Quod ad mysticum sensum spectat, constat nihil profecisse quicquid adversus Christum diabolus, tentando, & quos is in eum instigavit, armavitque. Judas, Judæiq; *ex patre diabolo*, conati sunt, *& portas inferi non prævalituras adversus* Eccl. ipsius g: *& neminem rapere posse de manibus illius oves ipsius* h; *& nihil nocere posse bonis æmulatoribus* i; *& diligentibus legem ejus nullum esse scandalum* k, *sed omnia cooperari in bonum* l, licèt aliquando succumbant. Victus est diabolus tentator Christi, & Christus morte mortem vicit, resurgens invitis custodibus sepulchri, ascendens in cœlum, regnans ubique. Fidelibus noceri potest in corpore non in anima, & nocumentum illud cedit iis in laudem, præmiumque. Nihil refert cujus contra ipsos *manus pugnet, si sint juxta Deum positi* m, *& sit pro illis Deus* n, potest quilibet confidenter dicere g, quis est adversarius meus? accedat ad me: quis contradicet mihi? stemus simul, & Deo; *non* p *timebo mala quoniam tu mecum es*. Origenes, quem citat Agellius, sic exposuit hunc locum: nos quando peccamus, inimicos nostros juvare, Christum tuos in nulla re juvisse: Satanæ, Jud.æique inutile consilium fuisse contra illum, & irritum conatum. quia revixit tertio die,

g Matt. 16. 18. h Jo. 10. 28. i 1. Pet. 3. 13 k *ps.* 118. 165.

m *Job.* 17. 30

n *Rom.* 8. 32.

o *Es.* 50. 3. p *ps.* 22. 4. q *Job.* 14. 30

Ητησθατὰν ϛ̓υχον, υχλ̓υολὲ σας τὸν ἄδυ.
Calcans mortem, & spolians infernum.

Adde *nil in eo Principem mundi habuisse* q. quia omnino expers peccati erat.

Nihil proficiet inimicus in eo.) Vetus Psalterium, & August. *non proficiet*. Hebraicè quoque, & Græcè sola negatio habetur. Hieron. *non decipiet inimicus eum*. Alii, *non opprimet, non superabit, non afferet calumniam, non exiget ab eo fœnus*, vel tributum, *non poterit esse violentus, non elevabitur*, Hebræum ישיא *jasci* à נשא *nascia* in hiphil השא *hassce* significat *seducere*, & *illudere* r: præterea *desolare*, ac *destruere* s, item *efferre* t, seu *elevari*, Quamvis posset etiam thema esse שאה *sciaah* pro *desolandi* significatione. Ab alio verbo נשא *nascia*h, existit significati o *fœnerandi* & *exigendi*. Sed tunc in ישיא *jassiei* esset (א) *aleph* pro (ה) *he*, quæ litteræ sæpe permutantur, sicut & משא *mascia*, ab eadem radice reperitur pro usura, & mutuo, idem quod משה *massech*. Nihil proficere in alio ὠφελῆσαι est aut nihil ex eo lucri reportare sive per direptionem, sive alio modo: aut nullo cum damno afficere pohe, quantumvis conetur, & id in lucro ponat, etiamsi nullum aliud emolumentum inde capturum se, speret; aut non habere unde lætari possit ex alterius malo. Sic Apollinarius.

r Jer. 4. 10 c. 49. 16. *Abd. vers.* 7. s *Es.* 17. 36. t *Abd. v.* 3.

Οὔποτε δυσμενέσσι γενήσεται ὄγος ἐπ' αὐτῷ
Numquam inimicis erit voluptas in ipso.

Aliis in Psalmis occurrit jam aliquoties hoc desiderium Davidis, ne fineret Deus inimicos ipsius lætari malo, & insultare. Apud Jerem. u, *non fœneravi nec fœneravit mihi quisquam* habetur Græcè ἐκ ὠφελησα ἐτε ὠφελησεν με οὐδεις. Hebraicè לא נשיתי ולא נשו בי *lo nascithi velo nasciuvi*. Theodor. tamen ibi declarat, quod se Proph. frustra quæraturedit um in lucem, quia nulli profuerit, nec ab aliis emolumentum sit adeptus. Constat vero etiam *fœnerari* Latinè idem esse posse, quod prodesse, & proficere, ita ut proficere in aliquo, & fœnerari, idem valeat, nempe nihil emolumenti colligere. Verbi autem ὠφελῆσαι usum pro eo quod est *usuram*, & *fœnus*, vel *tributum exigere* numquam legi. Quare illa expositio præsentis loci de non exigendo fœnore, quamvis multorum recentium, qui consectantur Hebræa, tum vero Genebrardi, & Agellii, & per *cessationem exactoris*, atque *usurarum* posset intelligi cessatio cujusvis mali, ut ps. 71. x vidimus, mihi non placet quia translationem nostram restringit; atque proficiendi modum, & Patres universe accipiunt. Legit alicubi y Hieron. *nihil proderit inimicus in eo*. Explicat vero, tractans illud Micheæ z: *Et erit iste pax: Assyrius quum venerit in terram nostram, & quando calcaverit in domibus nostris*, quod in justo, ut in Paulo, cujus profert exemplum, nihil proderit inimicus diabolus, neq; tribulationes, ideſt, non eripient illi pacem, non hoc quasi lucrum reportabunt, ut de mentis tranquillitate dimoveant, sed implebitur pace, etiamsi impleatur contumeliis. Inimicus absolutè *diabolum* significat. Hic, & quascumque nocendi adhibeat artes proficere in justo non possunt, ut id consequantur, quod intendunt. Sed potius ad profectum illius cedunt. Licet malum suggerat diabolus justo, non proficit ut eliciat delectationem, multo minus pervenit ad consummationem consensus.

u *Os.* 15. 10.

Ω' φελῆν

x *vers.* 14.

y in *Mich.* c. 5

z c. 5. 5.

Et filius iniquitatis.) Usitatum Hebræis ita circum loqui iniquum, sicut hominem per filium hominis, perditũ per filium perditionis, diffidentes, seu inobedientes, per filios diffidentiæ, morti obnoxium, per filium mortis, ad sponsum pertinentem, per filium sponsi, per filium etiam olei, oleum, per filium unius anni, hominem unius anni, per filios taurorum, tauros, per filium areæ, aream, Jerusalem, Sion, Babylonem, per filios Jerusalem, Sion, Babylonis, per filios pauperum, pauperes, per filios dilectionis, filios dilectos, item per filios doloris, dexteræ, &c. sicque de aliis, ut notat etiam Euthymius, & nos ipsi alibi. *Filios iniquitatis* pluraliter Oseas *a* usurpat. Non est filius iniquitatis hoc loco solus calumniator, & fraudator, quive fraudibus, & dolis malis alios, maximè debitores, opprimit, sed quisquis quacumque ratione quoslibet afficit injuria. Nam latius patet ἀνομία & עולה *hhaviah*, sicut & עול *hhavval*, qui ἄνομον & *iniquum* significat *b*: etiamsi hæ voces Hebrææ non raro *fraudem* importent. Ad litteram Saul & inimicus, & filius iniquitatis accipi potest cum aliis persecutoribus: peculiari nihilominus modo Lyranus, & Ayguanus satis D apte in primo Saulem, in altero Absalonem designatum satis apto observant; Absalon namque filius iniquus, & pessimus optimi patris fuit; quocirca quamvis David inimicos fortiores pertulerit, & diabolo instigante peccaverit, non ideirco litteralis ille sensus negandus est, ut præ se fert Cassiodorus, & omnino ita Pintus sentire videtur e; sed tantum mysticus de Christo præferendus. Idem vero Cassiodorus filium istum iniquitatis, diabolum, & Judam interpretatur, qui nullum peccatum, quod justè accusare possent, invenerunt in Christo. Hugo addit, quamvis occidendo nocere visi sint, non apposuisse ut nocerent, quoniam resurgens jam non moritur. Non obstat nomen *filii*, quominus de diabolo dici possit qui *pater mendacii* d, ac omnis iniquitatis est. Nam quomodo appellatur homo e, & idcirco appellari etiam potest filius hominis, ut quod paullo ante dixi, utrumque significat idem, & ea ratione Adam ipse posset vocari filius hominis, quia homo: ita filius iniquitatis intelligendus esset dici diabolus, quoniam iniquus. De Juda indicat preterea Hieronymus f, Sed vereor ne lapsu memoriæ dixerit g hoc loco Hebraicè haberi *filium Belial*: est namque ut dixi בן עולת *ben hhaulah*. Judæo popu-

Hebræorum circumlocutiones.

a c. 10 7.

Δ ουκα b *pso.* 4.

cb *Dauc.* 2

c *Matt.* 13. 28.

d *Job.* 8. 44.

e *in Es.* c. 57

g in c. 27.

populo, qui persecutus est Christum. Rickelius idem cognomen applicat, quia Christus illos dixit ex patre diabolo esse, qui fuerat *homicida ab initio* a, & eum hac in re imitabantur, quod vellent Christum interficere. Cyril. b Alexandr. præsentem de Judæis interpretatus locum: sæpe illos insidias Christo struxisse, ac mortem machinatos; Christum tamen præter voluntatem pati quidquam non potuisse. Idem est apud Procopium c Judæos, ac Judam præsertim tractavit Christus tamquam filios: diabolus magis peculiariter *inimici* vocabulo denotatur, ut Ayguanus notavit. Judam legimus appellatū *filium perditionis* d, sicut & Antichrist. e, qui etiam *homo peccati* f dictus est. Nec hic quidem etiam nocebit Christo, & electis ejus. Sed qui de illo exponat istius loci sententiam non reperi.

a Jo. 8.44
b lib. 5. in Es c. 32.
c Es. c. 32
d Joh. 17 12
e 2. Thes. 2. 3
f ibid.

Non apponet nocere ei.) Hierony. *non affliget eum*, quòd ἐκακώσει αὐτὸν Symmachus; Theodotio ὑκακωσει. Item g, *non apponet ut affligat eum*; & alias b, eo modo, quo extat in editione vulgata. In psalterio Gallicano, quod recitat Faber, *non apponet nocere eum*; in breviario Ambrosiano, *non adjiciet nocere ei*, apud Hilarium i, *non adjicier nocere eum*; in Romano Psalterio, *non nocebit ei*; apud Cassiodor. *non nocebit eum*. Hebraice nihil est, cui respondeat *addendi* verbum, & ωροσθησει. Commodi tamen sunt sensus, quos ex eo verbo à nonnullis elici monui. Hugo de diabolo declarans, meminit opinionis, quod cum aliquis sanctus vir vicit diabolum tentantem de aliquo peccato, numquam postea habet idem diabolus potestatem tentandi eum, vel etiam alium de alio peccato. Non potest dubitari, quin unus, ac idem diabolus triplici eumdem Christum tentatione tentaverit: id enim historia Evangelica diserte tradit k, tùm vero cum non ante quam consumata omni tentatione, recessisse meminit, quamquam verbis illis expelleretur, *Vade Satana &c.* & observant Nazianz. l, & Chrisost. m tentando lassatum non esse. Deinde, unus etiam de pluribus peccatis diabolus Evam tentavit, quot nimirum in uno ejus facto distingui possunt, nec minus unus cujusque singularis hominis peculiaris insidiator sedulus circa damna multa, credendus est esse, quā sit custos, tutelarisq; in procuratione bonorū multorum, etiamsi Eckius n illud videatur differi.

g in Es. 57
h in c. 27.
i in ps. 138.

Tripl ici tentatione rentatus fuit Christus.

k Matt. 4 3 Marc. 1. 13. Luc. 4. 1

l ora de hap.
m hom. 13. in Matth. & ho. 5. ex diverf. in eumdem.

n hom. ult. in evang. de tent. Christi.

Equidem facile concesserim nonnullos dæmones velut præsides certorum vitiorum, magis proprie de iis tentare, ut de superbia Luciferum; Mammon de avaritia; de luxuria Asmodæum; de ira Abaddon, de gula, & beneficio Beelzebub; de invidia Levithan; de acedia Beelphegor. Leendi Origenes o. Hierony. p, Chrysost. q, Lyr. r, Lombard. f, Alber. t, Hugo u, Vitriac. x (hi duo multa dæmonum nomina declarant, & variis attribuunt vitiis, præterea bestiarum) item Cassianus y, Antonius de Padua z: & qui de *septem dæmoniis in Magdalena* a differunt: tum Enarratores, Euthymius maxime, Theophylactus, Beda, Albertus, Hugo, tùm etiam Ambrosius b, Gregorius c, Bernard. d: ad hæc Maximus apud Anastasium e Nicenum, Cæsarius Arelatensis f, qui docent quot quis diversas habet peccatorum forma tot intra se dæmones habere. Favet quod genus certum dæmoniorum negavit Christus *ejici nisi per orationem*: & *jejunium* g: atque quod in Litania petimus *à spiritu fornicationis liberari*.

o hom. 15. in Josue.
p Matt. c. 6
q ibid.
r ibid.
s 2. d. 5.
t in Luc. c. 8
u ibid.
x ser. in evang. Dom. 2. quadrag.
y collat. 7. c. 17.
z ser. in ev. Dom. 1. quadrag.
a Luc. 8. 2
b de Salom. c. 5.
c hom. 33. in evang.
d ser. in id signum, &c.
e q. 31. in scrip.
f hom. 23.
g Mat. 17 20
h 2. d. 6. q. 2. ar. 5.
i 1. p. q. 114. ar. 5.
k c. 4. 13
l hom. 20.
m in Luc. c. 4.
n hom. 24. ad pop.
o 3. Mor. c. 22.
p 28. Mor.
q serm. 12.
r hom. 17.
s 2. Cor. 12. 7
t Matt. 12. 45
u ibid. v. 24.
x ibid.
y Luc. 4. 15.

Ceterum de eo, quod ex Hugone in commentario præsentis loci antea retuli, nihil definiri potest, ut recte, admonet Doctor Angelicus h, docens probabilius videri i posse dæmonem semel ab uno superatum, tentare alium, non eumdem, si tamen hoc intelligatur usque ad aliquod tempus, quemadmodum scribit Lucas r, quod *consummata omni tentatione, diabolus recessit à Christo usque ad tempus*. Cujus rei rationem reddit tum auctor operis *imperfecti* ex divina clementia, quæ non finit ut ille tentet quādiu vult, sed consulit infirmitati humanæ: tum Ambr. m ex astutia diaboli, qui instare formidat, quia frequentius refugit triumphari, quod ipsum lego apud Chrysost. n, & Gregorium o. Alioquin idem Greg. p, ait quanto magis nos rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendere: & Chrysologus q, quum sit nequam, fieri tamen nequiorem provocatum. Similis sententia Macarii r, senioris. Paulus certe ter Dominum rogavit, ut à se discederet *angelus Satanæ colaphizans* s: & immundus spiritus pullus, *cum aliis septem nequioribus reversus est* ad eumdem t, & ab hac importunitate, qualem in musca sepius recurrente experimur, diabolum cognominatum *Beelzebub* u, i. e. Deum muscæ, Hieronymus x notavit, & à Christo *recessisse diabolus* dicitur tantum ad *tempus* y, ut jam non sem. Amel monui. Deniq; vix tantam quis de diabolo aliquo victoriam in hac militia, ideſt, in vita, quæ nil aliud est, quā militia, & in qua semper militandum, reportat, ut se aliquando victurum desperet: & raro compressa penitus in aliquo vitia sunt, domitæque perfectè passiones, & virtutum habitus contrarii perfecti acquisiti, & amissa pronitas peccandi mala, quod requirit Thom. z, ne diabolus redeat: sed vivit, aliqua semper scintilla fomitis, nec deesse occasiones peccandi possunt; quas vafer & malevolus adversarius elabi non sinit sibi: fuit, ac esse etiam potest non nemo, qui multis potius victoriis adversus aliquod vitium tandem post plurimos quoque annos, turpiter, & infeliciter succumbat ruatque. Hæc Aquinatis opinio longe melior, & simpliciter affirmaverim cum Alense a, pugnans integrari ab eodem dæmone contra eumdem, ac de eodem peccati genere, ita ut ps. nostri verba (*filius iniquitatis non apponet nocere ei*) etiamsi de diabolo sumatur, non illum habeant sensum, quod non repetat certamen, sed quamvis multoties pugnet, nihil efficiat, sed victus recedat, & saltem, quod attinet ad electos, æterno damno illos non afficiat, nec æternæ mortis vulnus infligat, i. e. quod ante corporis mortem curetur, si forte inflictum fuerit. Magister sententiarum Lombard. B b hac de re disputat, hi etiam, qui commentariis explanant Evangelia, cum describunt Christi tentationes, ex quibus accuratior Abulensis c recitans preter eam, quam sequimur sententiam, & ipse alias tres, quod victus semel diabolus unus, nec victorem, nec alium omnino amplius tentet, tam de alio, quam de peccato eodem: quod neuter de eodem: quod non idem de eodem, si perfecte vicerit. Referte sane non parum cujusvis nostrum victoria di diabolis, ut minus deinceps non cuivis dumtaxat particulari, qui vincit, sed aliis etiam nocere valeant: & quodammodo interempti, neminem impugnare audeant, ut Origenes d loquitur; sed, ut scribit Jacobus e, *fugiant si eis resistatur; & conteganter*, ut optat Paulus f, *sub pedibus nostris, per Jesum Christum, qui dat victoriam* g, ideſt, vincendi facultatem: cujus rei experimentum profert cum eodem Origene h Cassianus i. Verum si quoties vincitur aliquis dæmon, toties tamquam insami victo in duello, duellum repetendi potestas inhiberetur, quod argumentum aliter sentiendum ponit Alensis k, nescio an sufficeret ad tentandum dæmonem quanta quanta multitudo est, & eadem lege obligandos angelos bonos illi causari possent, ne liceret clientibus opem ferre, si isti semel victi fuissent, dum ipsi pro iis resistebant.

b 2. d. 6.
c in Matt. c. 4. q. 69.
d hom. 15. in Josue.
e cap. 47.
f Rom. 16. 20.
g 1. Cor. 15. 57
h supra
i Coll. 7. cap. 23
k supra.

Quocirca nihil aliud Patres, quam quod dixi, puto voluisse; nec ita ut iis Albertus l tribuit, Joa: Suarez m (hic saniorem Doctorum vocat sententiam) Eckius n, absolute sensisse, ubi dæmon fractum videt conatum unum suum tentationem ve circa aliquid, illico tentare de vitio alio, nec amplius de eodem eumdem, vel alium. Unicuiq; vero homini suum esse oppugnatorem dæmonem, sicut est custos Angelus, Deo illum permittente, qui hunc assignat, opinio satis probabilis est. Cui favet quem Paulus *o datum* scribit *sibi Angelum Satanæ*. Ita quoque sentit Origenes p, Nyssenus b, Magister sententiarum r, cum suis: immo & Empedocles apud Plutarcum s sensit geminum dæmonem unicuique constitui à die nativitatis. Uberius eodem de argumento tractavi, quum exponerem historiam de tentationibus Christi. Strictim hic potiora retuli

l in Matth. c. 4.
m ibid. tr. 2.
n hom. 4. in Dom. quadrag.
o 2. Cor. 12. 7
p 3. periarc. c. 2.
q de vita Mosis.
r 2. d. 11.

Et concidam à facie ipsius inimicos ejus.) Hierony. *sed concidam ante faciem ejus hostis illius*. Particula, *ve*, quemadmodum etiam Latina (&) & Græca (ϗ) habet quandoque vim adversativæ, quæ nunc bene expressa est, propter anthitheſim cū priore versu. Videtur autem melius reddi (*à facie*) quam) *ante faciem*) quia præpositio *in* מפני *mippanau* illud valet: quamvis ad sensum parvi referat utralibet translatio. *Concidere* idem hic est, quod contundere, concutere, conterere: Hebraice כתת *cathath* Græce συγκόπτειν. Apollinarius explicat *occidere*, & quidem ipsissimet manibus eorum, qui experientur inimicos.

D

Δερκομένῳ παλάμῃσι νέ ἐσσυμένως ἐναρίξω
Cernenti s manibus suos inimicos occidam,

Nicephorus idem ait esse, τὸ συγκόχω, quod ἀνελῶ, & τὸ ἀσθωροσώπως, quod ἀπέναντι: *inimicos* autem, *& odientes* tum dæmones, tum Judæos: mystico nimirum sensu de Christo. Utrumq; concilæ, ac attritæ: quorum typus præcessit in Saul, Absalone & variis populis quibus cum Dav. conflixit, eosque devicit. Et quidem cum Dav. Philistæos percussit, dixit t, *divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ: Ammonitæ vero fugerunt* u.

f opusc. de tranquill. animi.
t 2. Reg. 5. 20
u c. 10. 12. 18 19

Meri-

Merito concidi notat Hugo diabolum, quia multum dili-
gitconcisionem, & schisma, sicut è contrario *non est di-*
1 Cor. 14. 33. *visionis & dissensionis Deus, sed pacis, & concordiæ* a sicut &
qui sectantur eum. *Videte canes*, ait Paulus *b*, *videte malos*
b Phil. 3. 2. *operarios, videte concisionem* κατατομὴν i. e. *circumcisionem*,
eosque, qui ad eam compellere volentes ex Gentibus fi-
deles, concidebant, & evertebant doctrinam Evangelii,
vel eorumdem internecionem; quibus etiam conturbato-
ribus imprecabatur *abscissionem* c non unius tantum cor-
c Gal. 5. 10. poris particulæ, sed simpliciter totius pudendi membri,
vel certe ab aliorum consortio, ne seditionem, schisma-
queinter illos facerent. *Dominus justus concidet cervices*
d Psal. 128. 4. *peccatorum* d, præsertim in judicio; in valle Josaphat:
quæ vocatur *vallis concisionis*, quando eos, *qui noluerunt*
e Joel. 3. 14. Christum *regnare super se*, Christus *adduci* jubebit, *& in-*
f Luc. 19. 27. *terfici ante se* f, morte videlicèt secunda secundùm cor-
pus cum anima, concisi, ac separati ab electis, ita tor-
queantur in omni corporis parte, non solùm in anima,
ac si viderentur membratim concidi, & intercidi. Hiero-
ny. putatus accipit de Judæis à Christo ipso sæpè con-
fusis, & ac si gladiis consciss esset discedentibus à con-
spectu ejus. Idem Hugo tropologicè declarat Davidis
inimicos, Saulem, cæcos, claudosque Philistæos, Am-
monitas. Id ferri potest, non ita commode, ut *concisio* su-
matur in bonam partem: & *à facie*, quum Deus, vel Chri-
stus benigne respexerit, & ut *concidi* à verbo cædo deri-
vetur, ita ut concisi sint, qui à malo cadunt proposito.
Ne pudeat hæc doctos, hisque audire similia in concionibus; moneo lectores subinde, ne usurpent si quando eo
munere fungentur, vel ne si in aliis legerint, vel ab aliis
audierint, connivendo ignorantiam foveant.

Et odientes eum in fugam convertam.) Hieronymus, *&*
qui eum oderunt, percutiam. Alii, *peste percutiam*, vel *per-*
dam. Est Hebraicè נגף *eggoph* à נגך *negaph*, quod significat *percutere*, & *cadere usque ad mortem*: aliquando *citra*
illam: preterea *impetu impellere, ita ut quos impingat*. No-
men deductum נגך *negheph plagam* denotat, *stragem*, *ca-*
dem. Itaque *in fugam convertere*, vel ut est in Psalterio ve-
tere, apudque Augustinum g, *fugare*, *& eos*, *qui oderunt*
g hic & 17. de civ. c. 9. *eum*, *fugabo*, est ita persequi, ut corruant, nec evadere
h Osee 9. 17. valeant. Accidit id Judæis, quos *abjecit Dominus Deus*,
i Matt. 52. 41. *quia non audierunt vocem ejus*, *& sunt vagi in nationibus*
k Apoc. 6. 16. h. Confinget damnatis ne à judice *discedere* jubeantur *in*
ignem æternum i. optabunt *montibus*, *& petris obrui*, *ab-*
scondique à facie sedentis super thronum, *& ab ira agni* k.
Appollinarius ad ignominiam fugæ fortassis respiciens,
exposui hoc modo.

τροπωσῆς ἀδας Ἁμαρτωλοὺς ἐλεγχέας ἐξανατρέψω.
Et ipsum odientes vituperandos declarabo.

Verbum, quo hic utuntur Lxx. τροπόομαι, valet non so-
lum *in fugam vertere*, *fugare*, *fundere*, sed etiam, ut do-
cent Hesychius, & Suidas νικᾶσαι, ὑποτάσσει; πλῆττειν,
vincere subigere, *percutere*, Euthymius quidem hoc loco
interpretatur *superare*. Satis prius attigi mysticum sen-
sum de profligandis hostibus Dei, atque fidelium, & om-
nibus reprobis. *Per unam viam veniunt contra* Ecclesiam:
l Deut. 28. m Psal. 67. sed eam Deo protegente, *per septem fugiunt* l, ac demum
fugiunt à facie illius, *qui oderunt eum ipso exurgente*, *& dis-*
sipante m. Quem vocant Hieronymum interpretatur de
dæmonibus à Christo sæpè ejectis,

Vers. 25.) Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso,
& in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Sensus loci. NE dubitet de tam prolixo promisso David futurum,
ut nihil inferre damni queant hostes, sed fundantur
ac sternantur, inducit Deum de sua tùm veritate, hoc est,
veracitate, atque fidelitate in præstandis promissis, vel
etiam justitia in arcendis injuriis; tùm de misericordia, &
benignitate, memoriam facientem, ita ut his duabus fre-
tus rebus, quæ toties repetuntur, dubitare non possit, quin
si divinum colat numen, & nomen invocet, utrumque il-
lud obtineat, & superior de hostibus evadens, in culmi-
ne stet Regiæ dignitatis, atque potentiæ: aut id ipsemet
Deus faciat, ut dicta illa ipsius attributa, nomenque, &
gloria, magis, ac magis innotescat, & celebretur. Posset
etiam exponi de Davide Deum dicere, quod cum illo
fuerit veritas, & misericordia, quia implevit, quæ pro-
n 2. Reg. 19. miserat Miphiboseth etiamsi quum promitteret, *Siba*
mentius ei esset n, & ignovit sæpius inimicis, quos habe-
bat in potestate. Fuit item veritas, quia ipsi promissa fer-

Avavit Deus: misericordia, quoniam peccata condonavit.
De misericordia, & veritate dictum satis sæpè. *Suas* Deus allegoricè nominare intelligitur, & cum Christo esse affirmare, ut innuatur hunc ei esse consubstantialem: *cornu* quoque *exaltatio* innuit potestatem Christi ejusdem, quam etiam communicavit Ecclesiæ, cum robore animi, seu fortitudine; & ille quidquid fecit, in nomine Patris fecit, quatenus id manifestare intendit. Tropologicè virtutum illarum duarum adeo crebra mentio monet nos, ut notat Augustinus, reddere Deo debere, delenti peccata nostra, misericordiam, qua miserorum miseremur; & implenti promissa, veritatem, ne inique judicemus: atque ut non simul vel in misericordia laxi, vel in veritate nimis rigidi, sed *misericordia*, *& veritas* *obvient sibi* o. Tropologia

o Psal. 84. 11.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso.) Addit Hieronymus (*erit*) & pro (*&*) habet (*autem*.) Nicephorus ex Græcis, non tantum Latini, explicat significari ipsammet Dei veritatem, atque misericordiam inesse Christo, Filio nempè consubstantiali. Omnia, inquit Patri Chri-
p Joh. 17. 16. stus p *mea*, *tua sunt*, *& tua*, *mea*, & Jo. Evangelista q *ple-*
q c. 11. 4. *num gratia* vocat, *& veritatis*, per quam gratia, & veri-
tas facta sit r. Sensus etiam potest esse à Redemtore Chri-
r vers. 19. sto simul *completam fuisse cum misericordia veritatem*, idest justitiam, & utrique virtuti satisfactum, ita ut *obviarent*
sibi seseque oscularentur, prout pl. 84. vidimus. Adhæc ve-
ritas Dei erat cum Christo, quoniam, ut notat Rickelius
omnia, quæ de ipso prædixit per Prophetas, in eo implevit
& verax viam Dei in veritate docebat s: & est omnium ju-
s Mat. 10. 19. t. Mat. 14. stus, ac infallibilis judex. Item Dei misericordia erat cum
Christo, quoniam per solã misericordia Dei natura Chri-
sti humana assũta est à verbo Dei, & ab omni culpa præ-
servata, omniumq; divinorum charismatum gratia adim-
pleta, & gratiam, ac misericordiam sibi impensam Chri-
stus paratus est nobis communicare. Præterea veritas quũ
Christo spectatur in doctrina misericordia in beneficiis,
quæ conferebat, quando *miserebatur* super *esurientes* t *tur-*
bas; super *viduam*, *cujus unicus filius efferebatur* u; super
u Luc. 7. 12. servum simplicem, *qui debebat decem millia talenta* x; su-
x Mat. 18. 24. 27. per *cæcos clamantes* y; super eum, quem *legio* invaserat z.
y c. 20. 10. 34. z Mar. 59. & *seq.* a Luc. 10. 33. b c. 5. 20. c c. 7. 47. d Joh 8. 11. e Mat. 9. 13. f c. 18. 12. g Thil. 2. 5. 10. h 2. cont. Eun. i 9 ix Joh. c. 10. l. 10. c. 9 l. 11. c. 22. k Mat. ult. 18. & 2 Rupertus Hugo: Lyr. in 1. Reg. 10. super eum, qui *incidit in latrones* a; super illos, quibus
cremisit peccata, ut *paralyticos* b, *Magdalenam* c, *adulteram*
d; ita ut *misericordiam se velle* diceret, *& non sacrificium*
e, & ut dimitteremus peccantibus in nos *septuagesies sep-*
ties f, idest, infinities. Cuivis, sed prælato potissimum,
necessacia cum veritate misericordia. Id autem monen-
tem audivimus Augustinum Appellat in Pastorali Gre-
gorius pietatem matris cum disciplina patris.

Et in nomine ejus exaltabitur cornu ejus. (Sic in versu 18
& in nomine tuo exaltabitur cornu nostrum. Hic autem, si-
cut & ibi, Caldæus pro *cornu gloriam*, seu *decus* posuit, ut
eo loco monui, ubi præterea, quemadmodum alibi non
semel, quid *exaltatio cornu* sit, expositum est. In Christo
quidem est *nomen super omne nomen* g, ut cognoscatur tam-
quam verus Deus: sic enim Basilius *h*, & Cyr. *i* explicant
omnis item *potestas ei data in cælo*, *& in terra* k: quæ pote-
stas præsertim spiritualis est, ut etiam cornu eminet, &
carne nudatũ est, & animali pro armis. Vulgo alia causa
traditur, quod cornu oleum ad ungendos Reges contine-
retur. Quæ res fortassis monebat etiam regiæ dignitati, at-
que item sacerdotali, & prophetali quoniam istorum or-
dinum homines ungebantur, pastoritium munus cognatũ
esse, Quamquam communior opinio est, neq; cornu na-
tivum fuisse, neque lenticulam, qua Samuel usus narratur
in ungendo Saule, ex fictili materia, sed utrumq; vel au-
reum, vel argenteum & unum, ac idem vas duplici illo
nomine appellatum, & quidem cornu à forma, cujus mo-
di est in gutture curvo. Licèt autem aliqui l fictilem ve-
lint lenticulam fuisse adhibitam in unctione Saulis, quasi
præsagam fragilis, infirmi, brevis regni: tamen Aug. m ni-
hil minus in ea, quam in Davidis agnoscit unctione: cui
etiam David sæpiùs tantum exibuerit honorem: nec du-
bitat Isidorus n asserere Saulem in eo, quod unctus, ima-
ginem Christi portasse, atque adeo Christi nuncupatio-
nem obtinuisse. Eodem nomine *lentila* vocatur vas olei,
non solùm quo Saul *unctus est* o, sed etiam quo Jhu p.
Latinum quidem vocabulum à lentis figura derivatum
videtur, sed materiam certam nullam importat: sicuti
nec פך *pach*, nec isti simile φακος, saltem secundùm so-
num vocis, quum *lentis legumen* prima actione significet,
non autem Hebræum nomen. Tuetur istam ipsam sen-
tentiam de materia vasi, quam dixi, Abulensis q, & no-
ster

l 1. de bapt. cont. Donat. c. 13. & refer tur 1. q. 1. ca. sacramenta
m in 1. Reg. c. 5.
n 2. Reg. 10.
o 1. Reg. 10. p 4. Reg 9. 1
q in Reg. 10

ſter Pineda *a*. Sed parum apta prioris Auctoris etymologia, ut à liniendo dicta ſit lenticula. Nec ſatis congruit leguminis figura, unde lenticula, cum cornu recurvo. Ut idcirco minimè cogamur lenticulæ, & cornu figuram eamdem aſſerere, quatenus olearia vaſa erant, ut uterq; Auctor ſentire ſe indicat, ſed vaſorum diſtinctorum diſtinctas figuras per cornu, & lenticulam ſignificari. Abulenſis quoque interdum *b* immemor ſui, *cornu* vocat vas corneum: niſi corneum dicas figuram denotare, non materiam, quod minus proprium eſt. Lecythus, quo Abulenſis ait idem ſignificari, olearium quoque vas eſt, ſed ventre protuberante, oreque anguſtiore.

a 2. de Sal. lom. c. 6. etymologia lenticulæ re jecta.

b in 2. Reg. 10. 9. 1.

Verſ. 26.) Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.

Senſus loci.

EXplicat magis exaltationem cornu, hoc eſt, ditionis, regni, poteſtatis videlicèt, ut uſque ad mare Occidentale, & verſus Orientem, uſque ad flumina Meſopotamiæ proferatur imperium Davidis: qui dominatus eſt Tyriis, ac Sydoniis accolentibus mare, Regibus Syriæ trans fluvium, qui tributa pendebant, ut de *Thou c Rege Emath* ſcribitur; & aliquo modo de Salomone illud intelligitur ex pſ. 71. *d dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum*, ut ibidem, vidimus. Græcus Auctor, quem citat Agellius interpretatur Occidentalem regionem *mare*, per *flumina*, Meſopotamiam, ſive Orientem: Baſilius, Theod. Euthymius, Nicephorus *mari* inſulas *fluminibus* continentem indicari. Eſt autem figurata oratio, ut manus poſita dicatur nempè læva, & dextera in aliqua regione, aut brachia extenſa, ad ſignificandam ampliſſimam poteſtatem, ac luti comphenſionem: quæ in Salomone non quidem fuit cum abſoluto imperii exercitio; habuit ille tamen ex multis provinciis uſum rerum multarum, atque munera, & earum regibus auctoritate quadam, & ſapientia anteibat, perinde ac ſi in ſua ditione, jureque forent.

c 2. Reg. 8. 9. 10.

d verſ. 8.

At exactè, proprièq; nemo non intelligit, quam convenit iſtud abſolutum dominium Chriſto, de quo etiam ſolo contendit Euthymius, & alii exponi poſſe. Hujus *Regis juſti, & Salvatoris, pauperis, & aſcendentis ſuper pullum* C *aſinæ, & loquentis pacem. Gentibus*, Zacharias *e* poteſtatem deſcribit *à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad fines terræ*. Magis adhuc myſticè Caſſiod. cum aliis, per *mare* univerſas Gentes explanat ad Chriſtum converſas; per *flumina*, vel Jordanem, vel etiam ceteras aquas, quas Chriſtus baptiſmo conſecravit. Notatus Hieronymus appellatione *manum in mari poſitam* oſtenſionem operũ Chriſti in mundo, *dexteram in fluminibus* poteſtatem ejusdem interpretatur ſuper principatus, & poteſtates mundi. Remigius idem inſinuat Aug. de converſione Gentium: & eorum, qui velut flumina, cupidi prolabuntur in amaritudinem hujus ſæculi. Hugo de mundo toto, ſive de hominibus, & de his ipſis, qui mare fluminum diffluunt, & labuntur in mortem. Bruno Carthuſianus, & Haimo de pauperibus, & de principibus, quorum, inquit, cura decurrit in ſubditam plebem, ad modum fluminum in mare decurrentium. Beda de Gentilibus in ſterilitate ſua amaricantibus, & de illis etiam, qui per cupiditatem magis, magiſque influunt, in amaricantes fluctus ſæculi, ſicut flumina in mare: Rickelius de populis circa *mare*, atque de *inſulis*, juxta vaticinium etiam Eſaiæ *f*: Janſonius de hominibus habitantibus in inviis, ad quos niſi per mare, & flumina, non acceditur; immò, & in ipſomet mari, fluminibuſque futuram Chriſti manum, quia navigantibus in media navigatione affuit operatio gratiæ. ſicut iis, quos reddidit Paulus *animæquiores* g,

e c. 9. 10.

f c. 42. 4. 10. c. 66. 19.

g Act. 27. 36

Et ponam in mari manum ejus.) Chaldaicè, *& ſtatuam in regionibus maris imperium ejus. Manum* ſumere videtur Paraphraſtes abſolutè pro potentia abſque comparatione inter ſiniſtram, & dextram, quia nomen *manus* non exprimit, & per *dexteram* robur dexterę interpretatur. Et quidem cum validior, & nobilior ſit dextera tribuendum potius ei mare fuiſſe videtur, quam flumina. Idcirco Græci quos antea retuli, per *flumina* intelligebant continentem terram, in qua flumina perfluunt: quam Baſilii interpres *Epirum* minus rectè vertit, quaſi provinciæ nomine proprio, quum ἤπειρος non hanc tantum ſignificet, ſed *terram continentem*, quæ opponitur νήσῳ. Hoc modo dominium terræ majus; quamvis aqua ſecundùm ordinem elementarem ſit major, bene tribuitur dexteræ: Quamvis Vatablus nulla habita ratione diſtinctionis ſiniſtræ, & dexteræ, propter majorem quantitatem aquæ, quam terræ, & potentia, imperioque in mare, & flumina, velit per argumentum a minori, colligi multo magis in terram, Videtur Appellinarius innuere alium ſenſum, retinendo vim diſtinctionis inter manus, quaſi ſiniſtra comprehendatur mare, & dextera attollatur ad comprehendum flumina, quæ quum tendant deſcendendo in mare altiora ſunt, quam illud aliquo modo.

Ἐν χερὶ μὲν σ' οὐ σώσει δ' ἀπρυγέτοιο θαλάσσης,
Καὶ ὀρθὸν ὑπὲρ ὠκεανῶν καθύπερθεν ἀνάξει,
Manum quidem ipſi ponam per indomitum mare,
Et ipſi dextera fluvios ſuper evehet ſe.

Dominii actus eſt rem apprehendere manu vel pedem ponere, unde quidam poſſeſſionem derivant velut pedum poſitione (potius à poſſe) ut alibi docuimus *h*. Angelus ex Apocalyſi *i*, qui Chriſtum referebat, *viſus eſt pedem dextrum ponere ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*; ut ſignificetur puniendos eos etiam, qui magis latent, ac remotiores ſunt, quos *mare* deſignat (*& in mari longe* k) B& ad quod requiritur major fortitudo, quæ dextro ineſt pedi: & major difficultas belli ſolet eſſe in mari, quam in terra; & magis procelloſum, ac inquietum eſt mare: & quum ſit altior aqua, per dexter commodiùs in ea ponitur, & in terra ſiniſter. Denique juxta paræmiam, *longa regum, & manus, & pedes*.

Dominii actus manu apprehendere vel pedem ponere.

h in pſ. 59. 10 i c. 10. 2. k pſ. 66. 6.

Si myſtica ſectemur præter prius indicatam allegoriã, Hugo tropologicè declarat beneficio Dei fieri, ut manus ſiniſtra debilior ſit in mari, hoc eſt, ad ſæcularia opera, quæ conſiſtunt in motu, & amaritudine: dextera fortior in fluminibus, ideſt, ad ſpiritualia, in quibus ineſt dulcedo, & lenis, ac pacificus motus. Unde apud Eſaiam *l* Deus, *Utinam attendiſſet mandata mea, facta fuiſſet, ſicut flumen pax tua*. Transfert hanc ipſam tropologiam Phil. Grevæus Pariſienſis *m* Cancellarius ad clauſtrales ſpirituales dexteram habentes, non in mari ſæcularis converſationis, ſed in fluminibus regularis obſervantiæ. Tã mare, quam flumen alveo continetur, & illud litore quoque coercetur, ut propterea denotet clauſtralem vitam. Sed ſæcularem deſignat *mare*, quia, qui eo vivit modo, caret dulcibus aquis ſapientiæ, *quam negat mare eſſe in ſe*, *n* devoratur velut Jonas *o* à ceto grandi moleſtarum occupationũ, nec *ſapientia* rectè *ſcribitur* niſi *in tempore vacuitatis, ſed qui minoratur actu, illam percipiet p*: & Sapiens ipſe *difficile noverat viam navis in mari q*. Non nauſeat, ſed delectatur adminiſtratione temporalium, ob aſſuetudinem, & uſum; quibus illud quadrat *r*: *dulcedo illius vermis*: & *ſ eſſe ſub fontibus delicias putans*; & à contrario *t*: *anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo*, quod erat manna; *rebellis eſt diſciplinæ, nec recipit eam u*, ſicut mare litori reſiſtit, ubi *confringere* cogitur *tumentes fluctus x*. At vero ſpirituali tranquillius eſt à tempeſtate marina, *abſcondens ſe à vento, & celans ſe ab illa y*, arctam viam tenet anguſtamque *z*: rapidus eſt, ac velox in curſu ſuo, atque tamquam *ſtella in hoc manens, & in ordine ſuo, pugnat adverſus Siſaram a*, hoc eſt, diabolum, mundum, carnem: calcabilem ſe præbet, & ſubjectum alius, ut mari flumen aſcendẽti, *cum omnibus pacem habens, non ſe defendens, dans locum iræ b*; admittit quaſi conſtructionem pontis *humerum ſubjiciens, & portans diſciplinam, & non acediatus in vinculis ejus c*: obediens pontifici, quem à ponte faciendo dictum volunt; (melius à poſſe) & cuivis prælato: non deſcendit ad mare, niſi curſu conſummato, quia non evehitur, aut potius deſcendit ad regendi munus, donec fuerit perfectus. Hæc tranſcripta paucis mutatis, ea Grevæo.

Senſus myſticus.

l c. 48. 18.

m ſer. 185.

n Job. 28. 14.

o Jon. 2. 1.

p Eccl. 38. 25.

q Prov. 30. 19.

r Job. 24. 30

ſ c. 30. 7.

t Num. 21. 5

u Jer. 7. 28.

x Job. 38. 11.

y Iſa. 32. 2.

z Matt. 7. 14

a Jud. 5. 20.

b Rom. 12. 19

c Eccl. 6. 26

Pontificis etymologia

Verſ. 27.) Invocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ.

Verſ. 28.) Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ regibus terræ.

Verſ. 29.) In æternum ſervabo illi miſericordiam meam, & teſtamentum meum fidele ipſi.

Verſ. 30.) Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cœli,

DEinceps quidem de Chriſto magis perſpicuè videtur ſermo eſſe, creduntque alii non niſi de illo intelligi hunc locum totum poſſe; nihilominus poteſt de

Senſus loci.

Da-

David etiam typo Christi exponi, & ita facere confert ad veritatem melius de Christo percipiendam. Addit hoc igitur loco Deus ad priora promissa, fore in Davide fiduciam tantam, ut Deum invocando audeat familiariter suum patrem appellare, suum Deum, suæ defensorem salutis: se autem ipsum vicissim adeo benevole, ac paterne tractaturum illum, ut inter plures alios filios tùm suos per adoptionem, tùm patris naturalis Isai, primogenitum constituat, licet natu minimus esset, conferendo ei munus primogenituræ, immò & principatum inter omnes fratres, supraque populũ totum, & superiorem efficiendo cunctis regibus terræ: hanc verò liberalem, beneficamq; misericordiam adversus illum semper conservaturum, & quod semel promisit, fideliter impleturum; factum preterea, ut in ævum propagetur posteritas illius, & sit solium ejus tam diuturnum, quam erunt dies cœli.

Hoc, inquam, sensu aliquo modo Dav. convenit locus iste, cujus posteritas, & regnum diu stetit; quod autem diu stat, interdum dicitur durare in æternum, aut in sæculũ sæculi: qui etiam dicendi modi usurpantur de duratione hujus mundi, quæ tandem tamen finietur; & hujusmodi promissio de adeo longa duratione, sicut & aliæ similes, involvunt conditionem, nisi stet per eos, quibus fit, seseq; per sua peccata indignos illa reddant: denique compleri tales promissiones censentur, si non in se, in suo figurato, & significato, quemadmodum lex, ac testamentum vetus cui annexa legitur similis promissio, in lege, ac testamento novo complementum accepit. Ad hoc attendentes nostri, & ad magis exactam proprietatem verborum, sententiæque, fere de solo Christo declarant, & Judæos vehementer hoc testimonio præmunt. Nam nusquam, inquiunt legitur, quod patrem suum Deum Dav. appellaverit, quod passim Christus *a* fecit, nominans Deum, quatenus homo erat, Patrem, prout etiam Deus eidem consubstantialis: Paulus eumdem vocat *primogenitum omnis creaturæ* b *in multis fratribus* c, & absolute *d* Dav. omnibus regibus sublimior non fuit, qui unitum imperavit provinciæ: Christo homini atque pro aliis, quorum caput erat, & mediator, & pro quibus Patrem rogavit Deus misericordiam servavit semper, servabitque testamentũ, ac promissio facta Davidi in Christo, qui de semine ipsius fuit, fideliter servata est: semen verbi divini dilatum à Christo, & populus fidelium perseverat in sæculũ sæculi: thronus, & regnum ejus, quod est Eccl. usque ad consummationem sæculi, cum in Jechonia, & Sedechia in captivitatem Babylonicam abductis finem habuerit regnum David quadringentos circiter annos: post captivitatem vero Zorobabel non Rex, sed Dux fuerit. Ratiocinatur ad hunc Euthymius modum, qui magno judicio, brevitate, perspicuitate, Græcorum solet sententias colligere, quamvis eorum nomina reticendo. Ipsum affectatur Nicephorus abbreviator, Basilius, ut Theodoret. id antea tradiderant, negando, quæ hic habentur sub Davide, vel Salomone affectum mortita esse: ac idcirco cæcos Judæos affirmando, quod eum, qui ex Dav. secundùm carnem ortus est, adorare nolunt, qui & terræ, & maris imperium, &c. & ut promissionem Dei mendacem vocare coganțur, ut hanc de Christo accipere. Utuntur eodem argumento, præter Enarratores, etiam alii, ut Cyr. Jerosolymitanus, *e*, qui occurrit objicienti non sedisse Christum super ligneam sedem Davidis, quod nec scribæ, & Pharisæi *super Cathedram Moysis*, ut Christus *f* tamen dixit, ut sicut ista doctrinę potestatem significat, sic illa regiam dignitatem, nimirum spiritualiter sumtam. Affirmat etiam hæc ad hominem referre πάσης ἀναγωγῆς συνῆς ἀγαθοπρεποῦς πλέον, *omni ignorantione plenum, ac mixtum esse*. Procopius *g* idem facit, ostendens ipso vocabulo *David* sicut & *Judæ* *h* appellari Christum in scripturis. Eusebius *i* acrius insistit, quia Salomon regnavit annis dumtaxat quadraginta: qui successerunt, non totis quingentis. Et quamvis quis concederet usque ad Judaicæ gentis obsidionem, qua Romani illos expugnaverunt, nihil hoc esse ad æternitatem regni, quæ hoc loco prædicitur: tantis obstrictum criminibus Salomonem ausurum non fuisse appellare nomine patri sui Deum, nec Deum nomine primo geniti sui illum. Cypr. inter testimonia contra Judæos *k*, ut convincat Christum esse primogenitum Dei, profert istud ex præsenti ps. Damascenus *l* Deum docet invocatum à Christo, salutique susceptorem appellatum, & primogenitum, ut homo erat, ab eodem nominatum, Patrem ut est ejus Filius, quique ante sæcula, atque ante omnem essentiam, à Patre effulserit. Aug. in opere de civitate Dei *m* per multa capi-

Deum nusquam legitur David appellasse patrem.
a Matt. 11. 25. 16. 27. c. 25. 13. c. 16. 17. 27. c. 18. 10. 9. 35. c. 20. 23. c. 26. 29. 42. 53. Luc. 23. 34. 46. c. 24. 49. Joh. 2. 16. c. 3. 35. c. 4. at. 23. c. 5. 17 & 9. 20 21. & seq. & c. 6. & 8. 8. 10. sæpe c. 11. 41. c. 12. sæpe c. 13 8. 3. 5. 14. & 15. & 16. & 18. sæpe c. 18 11. c. 20. 17. & 1.
b Coloss. 1. 15 c Rom. 8. 26. d Hebr. 1. 6.

Vim facit magnam in his, quæ hic, & sequentibus versibus dicuntur, ut demonstret ad Christum pertinere. De eodem Christo explicant Ambrosius *n*, & Hieronymus *o*, Galatinus *p* vero etiam citat Rabinos hunc totum locum interpretantes de Cristo.

Ipse vocabit me.) Legunt multi minus correcte, *invocavit*. Verti potuit absque compositione, *vocabit me*, sicut ab Appollinario κεκλήσεται. Sæpius קרא *kara* reddit Interpres, *invocare*, ut orationem importat. Solus pro nobis Christus digne potuit Patrem suum invocare, ut demonstrat Gregorius *q*.

n in psal. 17. ex edit. Roma. o in Esa. c. 53 p lib. 3. c. 25.

Pater meus es tu,) Sic à Christo vocatum Patrem antea dixi, ut vicissim ipse illum ita nominavit *r*. Non legitur quidem diserte, quod patrem appellaverit suum Deũ David; tamen quũ asseruerit *patrem esse orphanorum s*: & Deus *genuisse* dicatur *populum t*, quem & *filium* nominavit *u*: & peculiariter promiserit se Salomoni *fore in Patrem & illum ipsi in filium x*, non video quid obstet asserere, quod negari Græci videntur, ita de Deo nonnumquam David. locutum, & alios etiam. Ecclesiast. Auctor orat nominando *Dominum patrem, & Deum vitæ suæ y*. Et is, qui Sapientiæ librum *z* scripsit, *tua*, inquit *Pater providentia cuncta gubernat a*, &, *tamquam Pater monens probasti*: refert etiam *b* justo hanc objectam veluti criminationem, quod *gloriaretur patrem se habere Deum*: unde innuitur sic de Deo loqui solitum justum. Procul dubio licet Deus pro sua benignitate illo modo loqueretur, non audebat populus ille adeo læpe ac libere patrem vicissim compellare. Differebatur id in tempus gratiæ, in quo, quia *reddit spiritus testimonium spiritui nostro quod filii Dei sumus c*. Facit; intus ut *clamemus Abba, Pater d*; & ita orare Christus docuit *e*, præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati audemus dicere, *Pater noster*. Sed ut nuper cum nonnullis Patribus ratiocinabar, non esset filiatio per adoptionem nisi esset per naturam, & nobis conceditur appellare Deum Patrem, ait Athan. *f*, quia filius ejus genuinus habitavit in nobis. Iam filiationem naturalem, & omnino absolutam judicari volunt hoc loco, qui eum de Christo, prout Deus erat, interpretantur; & vere negent scripturæ locum extare, in quo perspicue memoretur appellatus Deus pater à Dav. Nam ex eo quod ps. 2. *e* ait, etiam explicando loqui de ipso; *Dominus dixit ad me, filius meus es tu*: non sequitur quod appellaverit illum quoque patrem; multo minus ex quod se vocaverit *filium ancillæ* Dei, quod est nihilominus Aygnani Argumentum. Argumentatur Rickelius quoniam Eliu præsumtuolus, ut ipse illum vocat, Deo dixerit, *Pater mi h*. Liceret potiore ratione argumentari ex Bithynis, quos refert Arrianus *i*, in montium cacuminibus Jovem Pappam salutasse; præterea ex Scytis, quos Herodotus *k* prodit Pappæum cognominasse, tandem ex cunctis Gentibus, quę primũ Deorum, patrem appellitabant, & ab eis Jupiter quasi juvans pater dicebatur. Dicere fortassis voluit Deus affecturum se singulari sua, & paterna benevolentia, atque providentia ergą Davidem, & populum, quem ipsius committebat curæ, ut merito possent id cognoscere; & prædicare, ac Deo ipsi gratias agere, & siqua se occasio eum precandi offerret, magna fiducia esse, atq; suave illud etiam patris nomen usurpare. Trevet. hoc innuit: Cajet. quod vocare potuerit Deum Patrem propter alia beneficia, tum quia regiæ originis: Deũ autem, quem accepit ipsum esse susceptorem, seu fortitudinem salutis, quia salvatus est, ac liberatus à multis periculis. De filiatione per gratiam adoptionis, actum satis aliàs.

r Matt. 3. 17 s Psal. 67. 6. t Deut. 32. 26 u Exod. 4. 22. 32. 23. Esaiæ 2. Osee 11. Mal. 1. 6. x 3. Reg. 7. 14. y c. 23. 1. z c. 14. 3. a c. 11. 11. b c. 2. 10.

Deus meus.) Interpretando de Christo, sic loquitur, & invocat respecto alterius, cum enim nemo, ut scribit Cyrillus *l* Alexandr. dicatur sui ipsius Deus, & ut dicatur, sitq; aliquis Deus, vel Dominus alicujus, requiratur suppositorum pluralitas, ut Aquinas *m* docet, non sic oportet de altero illum eo modo loquutum: quod fecit tùm in ipsa cruce, quasi se conquerens *derelictum n*, tùm post resurrectionem, admonens *ascensurum se ad Patrem suum, nostrumque, & ad Deum suum, & nostrum o*: etsi cautè non se ita comprehendit nobiscum, ut diceret Patrem nostrũ, & Deum nostrum, sed meum, & vestrum: quia diverso modo poterat suum Deum, Patremq; quam nos nostrum appellare, ut Ambr. *p* notat; & patrem quidem etiam ut homo, quia nullum, ut talis, habuit hominem. Quamvis autem ut plurimum quum legitur Christus Deum suum vocare, soleat intelligi secundùm humanitatem sic loqui, qui recte distinguere nosset, posset asserere id quoq; verũ esse secundùm divinitatem, quatenus diceret Deus meus,

l in Mel-pomene. m epist. 10. n s. p. q. 20. a. 2. ad 1. o Matt. 27 46. p Jo. 10. 17, 3 de virginibus.

nihil

f Car. 7. & 12.
f Matt. 24. 2
g in Gen. 49
h Gen. 49. 8
i 7. de de. monst. c. 3.
k l. 2. c. 1.
l Or. 4. de transfigu. in l. 17 c. 9. 18. 11. 12.

nihil aliud est, quam quod ipse, qui est Deus, sit Deus de Deo, ut habetur in symbolo Niceno, & accepit deitatem ab alio, qui est Deus, & Pater ipsius. Quo item pacto idē Christus dicebat *suam doctrinam non esse suam* a, & simul tamen, quod *omnia, quæ Patris sunt, sua etiam erant*, & vicissim *quæ sua* b, *illius*. Igitur Ayguani ratio vera non est, ut oppositum probet, nimirum quod vocare aliquem Deum suum denotet, ut ipse loquitur majoritatem illius supra se ipsum. Aliquando quidpiam additur, quod aperte restringat formulam istam ad humanitatem, ut *Deus* c *meus, Deus meus ut quid dereliquisti me*? Et hoc loco fortassis ad sequentia respectum habuerunt (*& susceptor salutis meæ,*) qui illa (*Deus meus*) ratione humanitatis interpretati sunt.

a Jo. 7. 16.
b c. 17. 10.
Ayguani ratio improbata.
c Matt. 27. 46. *ps.* 21. 2.

Et susceptor salutis meæ. Hierony., *fortitudo*, Alii, *rupes*, vel, *petra*, idest, firma, stabilis, inconcussa salus mea, insuperabile auxilium meum. Est צר *tsur petra, rupes, saxum ingens, arx, munitio*, unum quoq; de nominibus Dei, quod sæpius antea occurrit: ἀντιλήπτωρ, *susceptor, adjutor, auxiliator*. Pro *salute* Paraph. *redemtionem* ponit, ut alias sæpe. Intelligitur Christus ut homo loqui de sua resurrectione, & ascensione, sicut etiam ps. 3. *& tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum*. Sed non fecerim cū Hug. vim in *suscipiendi* latino verbo, quasi rursum capere sit. Nec etiam susceptorem vocat Christus Deum perinde ac si dicat c, *omnia mea abs te sunt*, ut Rickelius voluit: hoc enim potiùs indicat Christum susceptorem, idest, qui susceperit, atque receperit. Præterea susceptorem non arbitror dicere, ut Haimoni placet, quia sub humanitate. Verbum univerit, & per hoc extiterit caussa salutis suæ, nempè immunitatis à peccato, resurrectionis, ac totius justitiæ. Accommodatitiè simul, ac tropologicè idem Hugo docet officium sacerdotum, ac Prælatorum propriè esse invocare, ut etiam est apud Joelem f & Paulum g: sed ut id rectè præstent debere posse Patrem vocare Deum quod peculiariter possunt pacifici, quos Christus dixit vocandos filios Dei: cultores Dei, Deum suum vocare: flagellatos susceptorem, quoniam *flagellat Deus omnem filium, quem recipit h*: atq; in hoc esse salutem animæ, videlicet, ut ait Sapiens i, *in sanctitate & justitia*.

d *vers.* 4.
c *Jeh.* 17. 10
f *c.* 2. 17.
g *Hebr.* 5. 1. *& seq.*
h *Heb.* 12. 6.
i *Bet.* 30. 15.

Et ego primogenitum ponam illum.) Hierony. pro (*&*) redit (*autem*) quemadmodum antea versu 25. Paraphrastes (*sed*) לחוד *lechod*. Hebraicè אף *aph* significat *etiam*. Exprimit idem Paraphrastes, *sed ego primogenitum regum domus Judæ ponam eum*. Fuit David primus Rex ea domo, sive Tribu: & ut prius dixi, ex fratribus minimus, prælatus est ac veluti primogenituræ jus obtinuit: & primogenitorum est succedere in regno. Posset etiā cum Treveto explicari de populo, quem Deus appellavit *filium primogenitum* k, atque ut talem potioribus donis, muneribusque tractavit. Sed melius omnia litterali sensu exponuntur de Davide, quia videtur sermo esse tamquam de una persona, & postea Dav. ipse nominatur, initumq; cum illo pactum. De Salomone quoque interpretantur nonnulli, qui positus fuerit primogenitus, non natus, ideſt, tamquam primogenitus, quū nō esset primogenitus, in regno successit. Christus *primogenitus* Mariæ vocatur l, & *omnis creaturæ* m: & *mortuorum* n, seu *ex mortuis* o, atque *in multis fratribus* p, & *Dei* q: ultimo autem modo, vel secundùm naturam humanam, vel secundùm divinam; Mariæ ut homo: & Dei primogenitus quatenus Deus, ita est Christus, ut sit unigenitus absq; comparatione ad alios posteriores. Unicus Deo naturalis, & consubstantialis esse filius potest: Maria plures non habuit, quia Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum permansit: & primognitus præterea filius ejus Christus erat, quatenus ante eum nemo alius genitus ex illa. Cyr. Alexand. r ait, quod unum, & solum peperit Maria filium suum primogenitum, quum non peperit secundùm post illum, sed permanserit Virgo. At, quod subdit, nominatum primogenitum, quia societatem naturæ habuit nobiscum, & fratres, non sufficit: quia respectu Mariæ sic vocatur. Epiphanius s, ut declinet argumentum negantium Mariam fuisse Virginem post partum, propterea quod *peperisse* scribatur *filium suum primogenitum* t, quia ubi non est secundogenitus, nec primogenitus potest esse, negat appellari primogenitum Mariæ, sed Dei, quoniam Evangelistæ non dicunt, quod peperit filium primogenitum suum, sed filium suum primogenitum, ideſt, filium quidem suum, sed qui esset primogenitus Dei. Hebraicè scripsit Matt. neque Græcè discrimen illud consistit: Melius respondit Hierony. Heluidio, primogenitum dici Mariam peperisse, ut etiam ex Cyr. proxime dicebamus, quod antea illum genuerit, non quod alium post ipsum, & hunc esse Scripturæ usum ut unigeniti dicantur etiam primogeniti. Erat populus *Israel primogenitus Dei* u, quū alium non haberet, qui appellari posset filius, ideſt, culto Dei: *primogenita percussa in Ægipto* x comprehendebant quoque unigenita, ex quibus nonnulla fuisse ambigi nequit: quæ *offerebantur Deo*, secundùm legem y, non ita erant omnia primogenita, ut haberent post se alia gentia: *dolor* item *in morte primogeniti* z major est si sit idem unigenitus: denique Christus ut Deus appellatur, ut etiam dixi, *primogenitus* a, quem constat unigenitum esse hoc modo; & ita expresse sentit Oecumenius in commentario epistolæ ad Hebræos b: quamvis eum alii locum de Christo homine interpretentur. Alter certe ex Ecclesiastico c locus clario videtur, in quo sub nomine *Sapientiæ* Christus appellatur *primogenitus ante omnem creaturam*. Hoc autem loco Cassiodorus primogenitum vocari vult, quia est *alpha & omega*; *novissimus*, & *primus*: initium, & finis: princeps, & origo Dav. Voluerunt Evangelistæ *primogeniti* nomine exprimere, quod non solum Virgo conceperat, sed Virgo quoq; pepererat eum, qui quam solus in conceptione clausam vulvam reperat, solus in nativitate aperuerit, ideſt, ita vere natus Belset, ac si aperuisset: qui revera non aperuit, sed ea clausa prodiit. Hæc ipsa præterea loquendi ratio innuebat ex nascendi etiam ordine intelligi eum, qui nascebatur, sanctum, ac dicatum Domino esse, qui præceperat sibi *sancta, dicataque esse primogenita* d. Plures hoc loco sumunt *primogeniti* nomen de Christo secundùm naturam humanam, & cum habitudine ad alios, ad eum modum, quo Paulum retulimus vocasse *primogenitum creaturæ, in fratribus, ex mortuis*, quia erat eximius, præcipuus, maxime electus, caput omnium fidelium, & primus resurrexit ad immortalitatem. Ad hoc non est necessaria differentia inter unigenitum, & primogenitum, quam Basil. vel Theodor. affert, ut ex dictis liquet: ita ut unigenitus respectu Dei, primogenitus dicatur creaturarum respectu. Placet magis *ponendi* verbo id indicari, ut notavit Agell. quia secundùm naturam divinam non est positus Christus, sed per comparationem ad alios, qui non natura, sed θέσει, positioneque sunt filii, & hoc ipsum consequuntur θέσει *positione*, interjectu, meritis illius, qui mediator est inter ipsos, & Deum. Verum quia mediatoris ratio requirit ut sit idem simul Deus, & homo, primogenitum poni Christum est naturæ humanæ ipsius divinā Filii unigeniti naturā conjungi & eumdem Christum posse invocare Deū patrem suum, non tantum ut est unigenitus consubstantialis, sed etiam ut homo & primogenitus, propter gratiā unionis, quia unicam habet filiationem, quum ex patre homine non sit natus, ob quam etiam ut homo filius est Dei, quo modo nullus alius, quantumvis justus, & per adoptionem filius Dei, & frater Christi. Quare adversus Judæos probabiliter argumentatur Cassiod. valetque ratio magis contra nonnullos Hæreticos hinc elici, credere non debere Filium, qui Patrem invocet, & Patrem, qui appellet Filium, videlicet distinctas, & consubstantiales personas. Sed nec primogenituræ dignitas illa, ut primatum, & gratiam capitis denotat, data esset Christo homini, seu naturæ humanæ ipsius, nisi cum hac natura conjuncta fuisset divina idemque fuisset Deus, qui homo. Denique positus est primogenitus, quatenus declaratus est filius Dei esse is qui homo erat, & sic *obtinuit nomen super omne nomen* e, ut innuit Arnob. Hanc reciprocationem expressit quoque de typico Salomone Deus f, *ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*, quod etiam citat de Christo Paulus. Moraliter *primogenitum ponit* Deus in hoc mundo, inquit Hugo, quem sanctificat sibi, & cui reservat hæreditatem futuræ vitæ, non dat *portationem substantiæ*, quam exegit filius prodigus g. *Primogenitus Ægypti occiditur* h, ideſt, peccator: *Israelita redimitur* i, hoc est, pœnitens: *Levita sanctificatur* k, nempe innocens.

k Exo. 4. 22.
l Mat. 1. 25. Luc. 2. 7.
m Coloss. 1. 15.
n Apoc. 1. 5.
o Coloss. 1. 18.
p Rom 8. 29.
q Heb. 1. 6. Eccl. 24. 5.
r *de recta fide.*
s *hær.* 78.
t Mat. 1. 25. Luc. 27.
u Exo. 4. 12.
x c. 12. 29.
y c. 13. 2. c. 22. 29.
z Zach. 12. 10.
a Heb. 1. 6.
b Eccl. [24. 5.
in c. 1.
c c. 24. 5.
d Exod. 12. 2.
e Phil. 2. 9.
f 2. Reg. 7. 14.
g Luc. 15. 32.
h Exo. 11. 56. 12. 11. 29.
i Exod. 13. 15.
k Num. 3. 12. 41.

Excelsum præ Regibus terræ.) Hierony. omissa præpositione, *regibus terræ* quo pacto etiam Aquilam transtulisse testis Basil. vel Theodor. qui etiam ὑψιστον vocavit, hoc est *altissimum*: & Cyprianus l legit *altissimum apud reges terræ*. Hebraicè non est præpositio, (sed littera serviens casui למילכי *lemache*. Chaldaicè מלכיכלעל *bhal chol malche super omnes*. In Psalterio vetere, & apud August. m; *apud reges*; quam vim habere phrasis Græca hujus loci παρὰ τοῖς βασιλεῦσι quod Appollinarius cum præpositione μετὰ in dativo quoque declarat. Significat hoc pacto μετὰ *inter*; & idem valet esse inter reges apud

l l. 3. c. 12.
m *hic, & 17 deciv.* c. 9.

reges

Reges excelsum, quod præ illis: & illis, quod apud, ac inter illos, & eorum sive confessione, sive comparatione. Davidi, & Salomoni aliquando, sed maximè Christo id convenit, ut dixi. Huc alludit fortassis illa Ecclesiæ antiphona in primis vesperis Nativitatis Domini; *magnificatus est Rex pacificus super omnes Reges universa terra*: aut simul ad alia scripta de Salomone, qui typus erat Christi *a magnificatus est Salomon super omnes Reges terra divitiis, & gloria, omnesq; Reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde ejus, & deferebant ei munera*, &c. Notat verò Agellius quod nomen *excelsi, & altissimi*, & Hebræum עליון *hhelion* numquam reperitur in scriptura communicatum ulli homini, vel Angelo, sed soli Deo. Inter propria nomina Dei decem hoc numerat Hier. *b*; & idcircò urget dictus Auctor Judæos non posse accipi locum istum de Salomone; sed quod Christus Deus positurus esset עליון *hhelion*, qua facturus erat ut idem esset Deus, & homo: quam Paulus *c exaltationem* vocat cum collatione *nominis super omne nomen*. Argumenti minuitur vis, non solum quod alia nonnulla de decem illis Dei nominibus communicantur hominibus aliquando, ut sæpenumero vidimus, sed quia Judæorum gentem promisit Deus *facturum se cunctis gentibus excelsiorem d*: Hebraicè isto ipso nomine עליון *hhelion*, de quo agimus, de una quidem aliqua particulari persona dictum non reperio. Sed si de integra gente dicitur, quid obstat de singulis dici? si *filii excelsi* dici omnes possunt *e*, cur non ipsi etiam excelsi? Majorem vim habet comparatio cum regibus terræ: majorq; adhuc esset, si pro מלאכי *malche* legeremus מלאכין *malache*, quod posterius vocabulum, significat *Angelos*. Sed hoc mihi non permitto, quod sibi idem Agellius: & si de Angelis loqui David voluisset, sicut alibi paullo minus ab iis minoratum canens Christum, videlicet secundum conditionem humanæ naturæ illos non restrinxerat ad Angelos terræ, qui nempè terram, & orbem administrant, ita nec hìc restringere debuisset: ad regum Regem Christum venerabundi accurrerunt Reges *Magi*, f *Regem facere* Judæi voluerunt *g*: Regie in Jerusalem exceptus est, *Rexque* salutatus *veniens in nomine Domini h*, & *Rex Israel i*: postea Evangelio prædicato cuncti tandem Reges terræ excelsiorem se illum crediderunt. Martyres nostri, ait Augustinus, quorum natalitia celebramus, sanguinem suum propter hæc credita, & nondum visa fuderunt. Quantò fortiores non esse debemus, videndo per quod illi crediderunt: Excelsum enim apud Reges terræ illi nondum viderant Christum, adhuc *Principes conveniebant in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus k*. Nondum impletum erat quod in psalmo sequitur *l*: *& nunc Reges intelligite, erudimini omnes, qui judicatis terram*. Jam ergo factus est Christus excelsus apud Reges terræ. Hucusque ille. De Christo eodem vaticinatus est Esaias *m*: *Ecce intelliget servus meus: exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valdè*, &c. *n Iste asperget gentes multas* (sanguine suo, atq; baptismi doctrina) *& super ipsum continebunt Reges os suum*, qui prius contra Religionem Christianam leges sævissimas promulgabant, ut ait Augustinus, *o* ita ut ne hiscere quidem audeant de sua potestate in conspectu ejus. Rursus scribit idem Propheta *p*, *ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Rege, eorum ministrabunt tibi*. Excelsus Christus est præ omnibus fidelibus, qui dici *Reges* possunt *q*, quia *regalis r legis* est Auctor, & ea gratia, ut Augustinus *s* docet, fit ab initio fidei suæ homo quicumq; Christianus, qua gratia homo ille ab initio factus est Christus: de ipso spiritu hìc renatus, de quo ille natus: eodem spiritu fit nobis remissio peccatorum, quo factum est, ut nullum haberet ille peccatum. Denique *unctus à Deo est Rex præ participibus t suis*, Regia dignitate per ejusdem merita honoratis.

In æternum servabo illi misericordiam meam.) Hieron. *custodiam*. Docui quo pacto convenire possit Davidi, & Salomodi custodia ista, conservatio, adimpletio misericordiæ, benignitatis, favoris Dei in æternum; nam & verbis Dei Nathan dixit Davidi *u*, *stabiliam thronum Regni ejus usque in sempiternum*, sine dubio maximè propriè hujusmodi pollicitatio accipitur de Christo, quem David, ac Salomon quum Regno suo præfigurabant. Misericordiam, qua *Verbum caro factum est*, in æternum servat Deus, quia quod semel Verbum assumsit, non dimittet: misericordiam item, qua largitur peccatorum remissionem, & munera gratiæ, quia sunt ἀμεταμέλητα *sine pœnitentia x*, & nisi per nos stet, durant semper, ac perducunt in vitã æternam: præterea illam, qua pœnitentes expectat, & omnibus offert gratiam, quamdiu degunt in hac via, & vita. Dicitur vero hujusmodi misericordia servari Christo quia confertur aliis propter illum. Jubemur *esse misericordes, sicut & Pater noster misericors est y*, nempè in æternum, & semper, *ne sic misericordia nostra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens z*, idest, brevis, ac temporanea.

Et testamentum meum fidele ipsi.) Hier. *& pactum meum fidele erit ei*. Quid testamentum si διαθηκην, בריח *berith*, dictum alias. Hoc testamentum fidele sunt, quas Esaias *a* vocat *misericordias David fideles*, aliter *b*, *sancta David fidelia* Jeremias *c* Deo dixit, *multa est fides tua* & Samuel de eodem, quod *triumphator in Israel pœnitudine non flectitur, nec agit pœnitentiam ut homo d*; & iterum noster vates, *e*, *fidelis Deus in omnibus verbis suis f*, *fidelis est*, *& absque ulla iniquitate*. Emphasim habet pronomen, si referatur ad Christum, quoniam in gratiam Christi collata sunt nobis omnia munera gratiæ. Dixit Christus necessarium fuisse, *ut implerentur scripturæ*, quæ de ipso erant: *g*, & Paulus *h* ait, *debuisse Christum per omnia fratribus similari* (per incarnationem, quam idem vocat *apprehensionem seminis Abrahæ* i) *ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi*. Ubi misericordiæ; atque fidelitatis mentio fit, sicut hoc loco. Fideli Deo fideles nos oportet esse, ac *fidelia ejus mandata k* fideliter custodire, *fidem* ei *servare l*.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus. Hieron. *in perpetuum*; quod refert Euthymius de Symmacho; Chald. *filios ejus*. In Psalterio Romano, quod recitat Faber, *sedem ejus*: quia in illo, quo utitur basilica S. Petri est (*semen ejus*) & ita legit Arnobius. Sed videtur error in ea lectione, quia semen tantum significat זרע *zerahh*, & σπέρμα. Semen autem significat Christum ipsum ex semine David, qui *manet in æternum m*; vel filios, & prolem spiritualem, seu Ecclesiam, quæ perdurat etiam semper. Utrumq; sensum habet locus Esaiæ *n*, *si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum*, idest, Christus posteros suos fideles; aut legendo cum LXX. *si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longævum*, idest si volueritis agere pœnitentiam, ut ibi exponit Hier. & pro peccatis vestris offerre *sacrificium placens Deo, spiritum contribulatum o*, videbit anima vestra semen longi temporis, ipsum Dominum Salvatorem. Ita verò etiam ibidem explicat hunc nostrum locum de Christo. Quod sit Christus de semine David, efficitur ex hoc loco: sed quo modo probetur ex genealogia, quam contexit Matthæus usq; ad Joseph, disputat hìc Ayguanus. Lege enarratores Matthæi. Colligitur verò hinc etiam Ecclesiam visibilem non posse deficere, etiamsi sint in ea boni, & mali, ut posteà dicetur. *Multiplicabitur*, ait idem propheta *p*, *ejus imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & super Regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & justitia, a modo, & usq; in sempiternum*. Judæis objicientibus Dominum nostrum non fuisse verum Messiam, quod filios non procrearit, nec post se reliquerit, respondet Galatinus *q* ex R. Akiba, discipulos dici semen ejus, à quo docentur: & ex eo Bereschit rabba, illos, qui sunt alteri similes; & quod filii Hillel vocati sunt discipuli ipsius, & qui ab alio nutriuntur, aut educantur, & instituuntur: postremo docuisse, ut quemadmodum Christus non descendit de semine corporali, sic haberet semen non corporale, sed spirituale. Tropologicè *semen ponitur in sæculum sæculi*, quum quis operatur fructum in viam æternam: ita ut *pietas ejus non desinit, & quum tali semine ipsorum perseveret bona hæreditas r*.

Et thronum ejus sicut dies cœli.) Chald. *juxta dies, quibus steterint cœli*, vel *sicut dies firmitatis cœlorum*. Legit Ambrosius *s sedem*. Posteà ponitur similis comparatio cum Sole, Lunaque, sicut & in psalmo 71. quia res hæ semper duraturæ censentur, nec vulgus alias novit magis perpetuas. Unde Apollinarius,

κηδρίνοσαι γλῶες, ὁ σοὺς ῥητοῦ ἥματα μίμνει.

Et thronus gloriosus, quantum cœli dies manent: Distinctio inter dies terræ, & cœli, quam ponit Augustinus mystica potius est, ut nempè terræ sint, qui succedentibus urgentur, & præcedentes excluduntur: cœli semper præsentes, quemadmodum, *& anni non deficientes ejus*, *qui semper idem est t*. Nam *ordinatione Dei perseverant dies u*, cœli dies est: nec in cœlo propriè dies est, quidquid Cajetanus dicere videatur, eo quod ibi non sit ũbra terræ. *Dies* dici possunt *cœli* figuratè pro durationè perpetua cœlorũ

Allusio loci in antiphona Nativitatis.

2 Paral. 9. 22. 23. 24. 30 Reg. 10. 23. 24. 25.

b cap. 136.

c Philip. 2.

d Deut. 26.

e Psal. 81. 8.

f Matt. 2. 2. g Joan. 6. 15. h Luc. 19. 38

i Joan. 12. 13

k Psal. 2. 2. l vers. 10.

m c. 52. 13.

n vers. 15.

o l. de consens. evang. c. 3. 1.

p c. 60. 10.

q 1. Petr. 2. 9. Apoc. 5. 10.

r Jacob. 1. 18. s de prædest. sanct. c. 15.

t Psal. 44. 8.

u 2. Reg. 7. 13.

x Rom. 11. 29

a Eccl. 44. 11.

b Actuum 13. 34.

c Thr. 3. 23.

d 1. Reg. 15. 29.

e Psal. 144. 13.

f Deut. 32. 4.

g Matt. 26. 54.

h Luc. 24. 27. Heb. 2. 17.

i vers. 16.

k Psal. 118. 80 l 1. Tim. 4. 7

m Isaiæ 53. 24.

n c. 53. 10.

o Psal. 50. 19.

p c. 9. 7.

q l. 5. c. 23.

r Eccl. 44. 11.

s in Psal. 117.

t Distinctio diei cœli, & terræ.

t Psal. 101. 28.

u Psal. 118. 90.

perindè ac si fingeremus distinctionem dierum ex cursu motuq; cœlorum, quum tamen motus post judicium nullus futurus sit. Ambros. *a* mystico etiam sensu *diem cœli*, quasi legisset hìc in singulari, quum sit plurali numerò יָמִים *iamim* & ἡμέραι, explicat Christum esse, & illum, de quo habetur in alio psalmo *b*, *dies diei eructat verbum*, quoniã ipse est, inquit, dies Filius, cui Pater dies, divinitatis suæ eructat arcanum; ipse dies, de quo ait Propheta,* *& ambulavimus in lumine Domini*: & sicut diem cœli nox omninò non sequitur, ita & Christi justitiam peccatorum tenebræ non sequuntur, semper enim dies cœli splendet, lucet, & fulget, neq; aliqua potest obscuritate concludi; ita lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vult idem Pater de Christo intelligi diem quam canit *c* David *factum à Domino*. & illam, quam *præcedente nocte* Apostolus *d appropinquasse* scribit, ita ut deinceps non sequatur nox.

Ad litteram significatur perpetuitas throni, seu Regni Davidis eo modo, quem dixi, & Christi; quatenus ille hujus typus erat, & ut pactum, ac testamentum Dei cum illo tamdiu duret, quamdiu durabit mundus, in quo est perpetua dierum vicissitudo, ex cœli motu oriens. *Si enim*, inquit Dominus per Jerem. *e*, *irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius, qui regnet in throno ejus, & Levitæ, & sacerdotes ministri mei.* Hoc est pactum, de quo in Genesi *f*; *cunctis diebus terræ nox, & dies non requiescent*. Talis forma de sacerdotio Aaronis in libro Ecclesiastici *g*; *factum est illi in testamentum æternum*, & *semini ejus sicut dies cœli*: Est Christus Rex, sacerdosq; perpetuus, licet non secundum ordinem Aaron, sed Melchisedec. Item in Deuter. *h* de terra promissionis dicitur, quod *juravit Dominus, ut daret quamdiu cœlum imminet terræ*. Græcè eo modo ferè, quo hìc, καθὼς ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τῆς γῆς, *sicut dies cœli super terram*: quod Hebræa quoq; valent בִּימֵי הַשָּׁמַיִם עַל הָאָרֶץ *chime hasciamaim hhal haarets*. Ubi magis exprimitur de diebus propriè dictis, qui sunt super terram. Ex quo non infertur tamen cessantibus illis diebus, & motu cœlorum, fore ut non amplius immineant hi terræ, quasi destruendi hinc ac terra, sed quod non imminebunt eo modo, quo nunc. Possumus hinc verò colligere thronum Christi, & regimen in Ecclesia, Ecclesiamq; ipsam visibilem esse, ut & ex comparatione, quæ postea sequitur cum Sole, & Luna. Item moraliter loquendo, quanto debeat lumine splendescere is, qui sedet in throno tum politico, tum præsertim Ecclesiastico, quem Christus *lucem* vocat *mundi i*. Thronus Christi flammæ ignis *k de illo procedunt fulgura, sunt q; ante illum septem lampades ardentes* l, *& iris in circuitu ejus* m; procedit etiam inde *fluvius aquæ vivæ splendidus tamquam crystallus* n. Petrum Alexandrinum constat sedere in Pontificali throno noluisse, sed in scabello, quum diceret se cum plerumq; throno illi approximare vellet, vidisse quamdam in eo divinam sedere virtutem fulgore luminis radiantem, & inter gaudium, & pavorem suspensum agnovisse se tantæ sessionis prorsus indignum, & nisi scandali seminarium populo inferre timuisset, haud quidem ipsi scabello sedere ausurũ fuisse *o*.

a supra.
b psl.118.3.
* *Esa.* 2. 5.
c psl. 117. 24.
d 1. *Reg.* 13. 22
e Jer. 33. 20. 21
f c. 8. 22.
g c. 45. 19.
h c. 11. 21.
i Mat. 5. 14.
k Dan. 7. 9.
l Apoc. 4. 5.
m *vers.* 3.
n c. 22. 1.
o *Acta Petri Alexan. apud Bar. to.* 3. *annal.*

Vers. 31.) Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint.

Vers. 32.) Si justitias meas profanaverint, & mandata mea non custodierint.

Vers. 33.) Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Sensus loci. POterat in dubium revocari, an homines, quibus, vel de quibus facta promissio est à Deo tam asseveranter, pactumq; ac testamentum adeo sanctè initum, possent impunè quidlibet agere, atq; pro arbitratu vivere, nulla de lege, & vario præceptorum ipsius genere habita ratione, quod certò sibi persuaderent fidelem Deum in promissis futurum; vel utrum Deus ipse quæ promisisset, ob hujusmodi prævaricatores, impleturus non esset; si non tamquam mutatus, quia per se mutari, *& negare seipsum non potest*, certè, quia hujusmodi promissio non absoluta, sed conditionata dumtaxat fuisset. Respondet posteriori quæstionis membro sequentibus versibus, in istis priori. Est autem responsio ad prius membrum, non impunè laturos, qui legem prævaricabuntur, & violabunt, & non A servabunt: sed se *in eos animadversurum*, licet non more severi judicis penitus abjiciendo, atque perdendo; verum tamquam bonum, ac pium patrem verberibus afficiendo, ut ad se redeant, & resipiscant; supersit verò illud semen quod se *positurum* prædixerat *in saculum sæculi*, & qui sedeat in throno David, quamdiu dies, & mundus jurabunt. Hæc allegoricè de electis potissimum declarantur, atq; de Ecclesia ut nempè ista propter aliquorum peccata non desinat, nec illi, si quando peccent, pereant, & Deus misericordiam quoq; suam promissam puniendo exhibeat. Videtur David memor promissi olim sibi facti, hoc nunc repetere. *Qui* (scilicet filius tuus *p*) *si iniquè aliquid gesserit; arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum* B *misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amovi à facie mea*. Sed posterior pars istius promissi pertinet ad sequentes versus. Non potest *incredulitas nonnullorum fidem Dei evacuare* (id est fidelitatem in promissis) quia *Deus est verax* quamvis *omnis homo mendax* q, & *iniquitas* aliorum *commendat justitiam Dei* r, & *veritas illius in mendacio illorum abundat in gloriam ipsius* s. Etenim promissio Dei potissimum de venturo Christo, non pendebat ex conditione meritorum, & operum legis, ut velle Judæi videbantur, ex his, qui Christiani fiebant aliqui, contra illos, qui ex Gentilibus insolescebat. Unde facta est promissio prima expressa post lapsum Adæ t; itè impio Regi Achaz *u*. Omninò *fidelis qui repromisit x*, quidquid agant homines, si non credunt, ille fidelis permanet; *negare seipsum non potest y*. Ex quo deducunt etiam aliqui, non cecidisse sub meritum eorum, qui antea vixerunt, Incarnationem Christi. Dici potest promissa illius absoluta, non hypothetica esse, absoluta inquam, respectu rei promissæ, ac filiorum Dei secundum spiritum, quamvis ratione sobolis carnalis, esset hypothetica. Idem judicium de alio psalmo *z*: *si custodierint filii tui testamentum meum*, &c. & *filii eorum usq; in saculum sedebunt super sedem tuam*. Erat promissio conditionalis respectu filiorum Davidis secundum cernem; cathegorica, & absoluta, respectu Christi, prolisq; spiritualis ejusdem, ibi namq; August. docet, quod etiamsi non custodirent testamentum Dei promissionem non periturum, sed complendam in credentibus, qui sint filii David non stirpe, sed verò cultu Dei & fide. Præterea sequitur, intra Ecclesiam posse quum bonis malos permixtos esse, virga, & verberibus dignos. Deniq; quod peccatoribus Deus remittere non vult peccata absq; castigatione: quam si piè tolerent, vadet ad remissionem, ut Concilium Trid. *a* docet: si autem de semetipsis vindictam sumendo, hanc Dei visitationem pervenerint, valituram scribit Tertull. *b* ad hoc ut vindictam Dei evadant. In quantum tibi non peperceris, inquit, in tantum tibi Deus, crede, parcet. Qua de re Aug. *c* etiam lege, & Bernardum *d*.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam.) Addita est particula (*autem*) quę nec est Hebraicè, nec Græcè, neq; in Psalterio Latino vetere, & Romano: neq; apud Cassiodorum, August. Cypran. *e*. *Filios* pluraliter dicit hoc loco David, quum unus tantũ, nempè Salomon, in citato alio ex historia Regnum expressus esset. Sed videlicet intelligebantur ibi etiam alii posteri. Plura quoq; hìc recitantur à Davide, qui probè memoria tenebat oraculum divinum, quam ab historiæ scriptore. Ibi est, *si iniquè aliquid gesserit*, hoc loco mentio fit de derelictione legis, de judiciis, in quibus non ambuletur, de justis iis, quæ profanentur, de mandatis, quæ non custodiantur. Quæ quamvis possit inculcatio centeri, ut Hugoni placet, seu exaggeratio & ejusdem rei variis verbis repetitio, tamen distinguí solent, ut alibi docuimus. Lex comprehendit omnia, quæ fieri, vel caveri jubentur; præcipuè decalogum. Familiaris est phrasis hæc Scripturis, ut *derelinqui* dicatur *lex Dei*, vel *Dei mandata*, *& via recta*, & *judicia*, & *testamentum*; & peccatores *derelinquentes legem*: cognominentur *f*, quod aliter est *derelinquere Deum ipsum g*, vel *timorem ipsius h*. Videtur *derelictio* importare neglectum, & contemtum, non tantum per incuriam, quam vocant ἀκουσίαν, quum piget, vel tædet legem servare, sed præterea per apostasiam. Nihilominus appellantur filii Dei, qui legem ejus derelinquunt, vel etiam apostatant à Deo, nõ solum creatione, sed etiam prædestinatione, si, sint de numero prædestinatorum, & redituri ad cor, ad legem, ad Deum. Quater dicitur hoc loco, *si peccaverint*: quoniam non habet in electis locum comminatio *super i tribus scelleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum*.

Et in judiciis meis non ambulaverint.) Judicia, vel quæ judi-

p 2. *Reg.* 7. 14. 15.
q *Rom.* 3. 3.
r *vers.* 5.
s *vers.* 7.
t *Gen.* 3. 15.
u *Esa.* 7. 14. & *seq.*
x *Heb.* 10. 23.
y 2. *Tim.* 2. 13.
z *psl.* 131. 12.
a *sess.* 14. *c.* 3.
b *de pœn. c.* 9
c *ep.* 54.
d *ser.* 55. *in Cant.*
e *l.* 2. *c.* 1. & *ep.* 8. & *ser. de lapsis.*
f *psl.* 118. 53. 87. *Pr.* 4. 2. *c.* 28. 4. *Eccl.* 2. 28. 4. *Eccl.* 2. 15. *c.* 41. *Esa.* 58 2. *Jer.* 9. 13. *Dan.* 11. 30. 1. *Mach* 1. 5.
g *sapissimè præcipuè Jer.* 2. 13. *Deut.* 32. 15. 15.
h *Job* 6. 14.
i *Amos* 1. 13.

judicialia propriè dicuntur, præcepta significant, vel quę-libet moralia, quatenus Dei sententiam demonstrant, docentq; tùm de bonis, quæ observatores consecuturi sunt, tùm de malis, quæ transgressores: vel omnia, quæ Deus justa, & observanda judicat. Hugonis distinctio non est exacta, ut *derelinquere legem* referatur ad cogitationes malas, *in judiciis non ambulare*, ad malum consensum, *justitias profanare*, ad mala verba; *mandata non custodire*, ad mala opera. Vel primum, vel lex suscipiatur in bonis operibus; tertium, ut sancta intentione fiant; quartum, ut custodiantur mandata Evangelica etiam minima. Placet ut *ambulandi* verbo tropologicè innuatur progressus, ac profectus, quod alias quoque notatum est.

Hugonis distinctio parum exacta

Si justitias meas profanaverint.) Psalterium vetus, & Romanum, atq; Augustinus & Cyprianus ante citatus *justificationes*, τὰ δικαιώματα & חקות *chukkoth*, *& profanandi* verbum denotant sermonem esse de ceremoniis quas Hieron. exprimit, sive de ceremonialibus præceptis, ac statutis, quorum, inquit Cajetanus, non est ratio, nisi quia sic instituta sunt. Latius quævis præcepta hoc nomine dicuntur, ut docent quod justum est, quod injustum prohibent: & qui secundùm virtutem vivit, justum esse declarant. Moneo caveas parum aptam etymologiam, profanandi à fano, quam tradit Ayguanus; nec eam peritorum auribus ingeras, sed nec imperitorum, ne fiant imperitiores. A Fauno, vel fando profanum peritiores derivant; & est etiam qui fanum scribens, ἀπὸ τοῦ φαρὸς quod apertum in eo daretur responsum.

Pani etymologia.

Et mandata mea non custodierint.) Hieron. *præcepta*, Cyprianus *a*, *præcepta non observaverint*. Sunt ἐντολαὶ & מצוות *mitsuoth* singulæ præceptiones, quæ domini, ac Regis in morem quidpiam particulatim imperant: quæ dici quoq; possunt moralia præcepta: David sub mortem filio Salomoni commendavit *custodiam ceremoniarum Domini præceptorum, judiciorum* b, *sicut erat in lege Moysi* c, ubi Regi aliquando futuro id injungitur. Nicetas *d* Choniata refellit hoc testimonio Valentinum, & Gnosticos, qui ajebant solùm decalogum à Deo datum, ceterorum autem scriptorum alia Moysis, alia seniorum populi esse. Nam per *testamentum*, & alia, quæ hìc exprimuntur, universa lex, inquit, intelligitur, quam quidem Deus ut propriam traditionem vindicat.

a l. 3. c. epist. 8. ser. de lapsis.

b 3. Reg. 2. 3. c Deut. 17. 19

d 4. thesau. c. 5.

Visitabo in virga iniquitates eorum.) Hieron. *scelera*, Cyprianus *facinora*. In Bibliis Regiis, qui transfert paraphrasim Chaldæam, non satis aptè reddit per *Tribum* nomen שבט *sevet*: etsi enim eam quoq; significet, tamen significatio *virgæ*, quam Nebiensis expressit, magis ad rem facit. In historia Regum *e* est de filio Davidis, qui *si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum*, quod Augustinus *f* legit, *in tactibus*, exponens plagas correptionis. Hoc loco ante (*visitabo*) Hebr. est particula ו *ve* &, quam explicant per *tunc*: *Visitandi* verbum in utramq; partem, & ad consolandum, & ad puniendum occurrit antea in hoc opere non semel. *Punitionem in virga* sumunt hìc omnes ad correctionem, & ad consolationem demum, quam *virgam, & baculum* afferre David *g* alibi cecinit. Qui *extra disciplinam* istam est, exhæredatur *h*: nec pii filii Corinthii fuissent, si Paulo dicenti *i quid vultis? in virga veniam ad vos?* respondissent, si cum virga venturus es, noli venire. Deniq; urget egregiè Aug. Peccator filius dedignatur flagellari, quum sine peccato videat unicum flagellatum? Cyprianus *k* citans hunc locum, virgas, ait, & flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus. Rogemus de intimo corde, & de tota mente, misericordiam Dei, quia & ipse addidit dicens: *misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Vocat etiam *l* istam censurâ pariter, & clementiam DEI comminantis simul, atq; parcentis: puniętis ut corrigat, & quum correxit, reservâtis. Præterea monet *m* hìc ante prædici, & prænunciari, & præmoneri censuram divinam. Grandem Hier. *n* docet offensam esse, postquam peccaveris, iram Domini non mereri: Deum visitare, idest, punire peccatores, ut veluti cauterio, & amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careant, sicut scribitur hoc loco. Deus valdè iratus populo, ait per Oseam *o*: *non visitabo super filias vestras quum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, quum adulteraverint.* Quo loco præter citatum Hieron. Cyrillus * idem notat, quod modo dixi. Velle etiam videtur *visitandi* verbum, tametsi de pœnis quoq; dicatur, includere punientis Dei benevolentiam, & volentis honorare, atq; diligere, quos ita visitare, ut συμμέτρως moderatè, leniterq; increpitos,

e l. 2. 7. 14

f 17. de civ. c. 9.

g Ps. 22. 4

h Heb. 12. 8. i 1. Cor. 4. 21

k epist. 2.

l epist. 52.

m serm. de lapsis. n in c. 4. Oseæ & in 8 Abd. Heb. & in c. 22. Esa. 6. Gen. & in 6 Oc. 4. 14.

* t. 11. 49

ad salutaria denuò impellas. Citat trita illa Sapientis *p* Pauli; *q* testimonia, quod *filios, & delictos corripiat, ac flagellet Dominus*; cui simile in Apocalypsi *r* Addit à quibus est in majorem modum Deus offensus, eos neutiquam aspicere, sed tantum dicere; *non [s] novi vos*, & illos non visitare, non curare, non converti ad ipsos, eos vilipendere. Adjice sententiam Dei in Amos *t* *Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ, ideo visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Item ex Ezechiele *u*; *& requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius*, &c. Deniq; præfationem scriptoris historiæ Machabæorum, quam habet priusquam istorum narret martyrium *x*. Sed existimo, *visitare* ut punire significat, aliquando usurpari pro excidio, & vastitate etiam ablq; futura correctione sic visitatorum, & punitorũ ut quum Ezechiel *y* ait *appropinquasse visitationes urbis*: & alibi aliquoties. Certè quod ait Esaias *z*, *fore ut visitet Dominus supermilitiam cęli in excesso*, non potest accipi secundum correptionem remedii, quæ non cadit in Angelos malos; quamvis id ibi Hier. relinquat sub dubio: ubi etiã

p d Pr. 3. 12

q Heb. 12. 8

r c. 3. 19

s Matt. 7. 23

t cap. 3. 2

u c. 16. 42

x l. 2. c. 13

y c. 8. 2

z c. 24. 21

Correptio remedii non cadit in Angelos malos.

B notat idioma scripturarum, ut *visitare* sit quasi ægrotantem, & ferro, & cauteriis egentem tractare. Verum non fit ista semper tractatio ad remedium, & comparatio cum ęgrotante habere locum potest in damnato, quatenus non moriens, ægrotanti similis est, ac languenti; & languor ipse peccatum ipsius est, aliter dictum secunda mors, propter quod peccatum visitatur, idest, punitur, sed non ad remedium. De re ipsa sat memini egisse me aliàs non semel in isto opere, velimq; Originem *a* de eadem legas, dum disserit quo pacto Deus *zelotes* dicatur *b*. Præterea dum Jerem. enarrat *c*, profert allata jam loca Ezech. *d*, & Oseæ *e*; præterea Jeremiæ *f*, apud quem Deus ait, *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te*; quod de dolore, & flagello declarat. Solari licet hac sententia quemvis in tribulatione constitutum, tum qui violenta sit morte obiturus. *Nec* C *enim consurgit duplex tribulatio*; quod LXX. explicant, quod *non vindicabit bis Deus in idipsum in tribulatione*. Basilius *h* appellat Dei virgam admodum instructivam, & erudientem, quæq; non obliqua, sed recta inferat judicia. Augustinus *i* jungens locum nostrum loco simili in libris Regum *K*, significari dicit plagas à Deo ordinari ad correptionem. Bachiarius *l* præsentem sententiam nominat scientiam divini canonis, quæ desperantem adducat ad salutis litus: & loqui Davidem de Domini nostri Jesu Christi filiis, quos Ecclesiastici fontis uterus, & secreti, ac perplexi vulva mysterii parturivit, quos natos crucis cuna suscepit, Evangelii mammilla lactavit. Auctor *m* operis imperfecti scribit, prolato hoc loco, quod offensus ab homine Deus non ideo irascitur, quia contemnatur, sed quia sic homo perdit animam suam: non quod doleat de injuria sua, sed de perditione sua: quod non castigat ut injuriam vindicet, sed ut corrigat ad salutem. Quod cum moderatione intelligendum est, quoniam certum est pluris æstimari offensam, & injuriam, & contemtum Dei à D Deo etiam ipso, immò ab illo potius, quam ab alio, quum ipse se quantus est, solus æstimet. Voluit Auctor ille dicere non egere hac vindicta Deum, ut seipsum ulciscatur, sibiq; satisfiat: & in suppliciis, ac tribulationibus præsentis vitæ curare potissimum salutem nostram. Ambros. *n* Novatianum illum errorem de non recipiendo pœnitente confutat istius testimonii argumento: quoniam hìc etiam non custodientibus mandata sua veniam Deus non negat. Quomodo autem quidam de Adam locum præsentem interpretaretur, quod nimirum esset virga, in qua DEUS visitaret iniquitates nostras, lege Ayguanum.

a *hom.* 8. *in Exod.*

b *Exod.* 20. c. 34. 14

d *hom.* 2. e c. 10. 44

f c. 6. 8.

g *Nahum* 1.

h *hom.* 11. *in ps.* 44.

i 17. *de civ.* c. 9.

k *lib.* 2. 7.

l *epist. de recipiendis lapsis.*

m *hom.* 18.

n l. *de pœnit.* c. 12. Novatianus error de non recipiendo pœnitente confutatus.

Et in verberibus peccata eorum.) Hieron. *& in plagis iniquitates eorum.* Vetus Psalterium, & Augustinus. *& in flagellis delicta eorum.* Cyprianus sępius citatus eodem pacto: Hieron. vero idem aliquando *o*, *in flagellis iniquitates eorum*: nonnumquam *p*, *in flagellis peccata eorum* interdum *q*, ut extat hìc in editione nostra. Quod moneo, ut intelligamus esse synonyma, in quibus quandoq; nimis anxiè discrimen inquiritur. Non stata, & certa differentia est virgæ, & verberum, flagellorum, plagarum: non peccatorum delictorum, iniquitatum, facinorum, scelerum. Non est virga severior, senior verberum castigatio, vel vice versa, etiamsi durior sit virga, flagella flexibiliora, ut ex vimine, loris, funibus. Non indicat virga sævos illos homines, quorum Deus opera utitur ad puniendum, & appellat *virgas furoris sui r*: verba, & μάστιγας mala, quæ per se Deus, aut non hominis ministerio infligit, ut mortes charorum, pestilentiæ, morbi, charitas annonæ, &c.

o in Es. c. 24 p in c. 32 Es. & in Mich. c. 5 q in c. 15. Es. & in Oseæ c. 4

r Esa. 17. 9

Vers.34.) Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.

Vers.35.) Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Sensus loci

ALtera hic responsi pars est ad alteram partem quæstionis, de qua prius meminimus, an propter improbitatem hominum destituturus esset Deus ab amplissimo suo promisso, quod fecerat de Regno Davidis, ipsiusque prole, ac de Ecclesia, & Christo sub istis typis. Summa est categoricum, & omninò ratum esse promissum, ut nulla ratione periclitatura sit ejus veritas, firmitas, certitudo, nec quid imminuendum de oblata liberalissima misericordia; quamvis interveniant nonnullorum demerita, & debitis ea pœnis puniantur, ut proximè dictum est. Videntur autem ἀνθιδέτως opponi *non dispergere misericordiam à David, & semine ipsius*, seu à Christo & Ecclesia; *non nocere in veritate; non profanare testamentum, non esse irrita, quæ procedunt de labiis* Dei; his, quæ antea commemorata sunt de *derelinquentibus legem* Dei, de *non ambulantibus in judiciis* illius, de *profanantibus justitias*, de *non custodientibus mandata*; ut nimirum isti non impediant ea, quæ constituit Deus, ipse contraria quodammodo faciat conantibus quod in illis est, ea impedire. Non eget sententia longiore declaratione; solum nonnulla subnotanda.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.) Hieron. *non auferam ab eo.* Alii, *non dissolvam*, vel *non amovebo*, vel, *non interrumpam*. Ubi non est vis in Latino *dispergendi* verbo, quasi sit misericordiam collatam, aut conferendam alicui, in alios transferre, & quodammodo dispergere. Idem est quod penitus auferre. Legit Cyprianus *a*, Ambros. *b*, alio loco Hieron. *c*, *ab eis*; & ita reperio in Psalterio Ecclesiæ Ambrosianæ, quod putatur esse Gallicanum, quamvis in illo, quod recitat Faber extet, *ab eo*, & idem Hieron. *d* alibi etiam sequatur lectionem nostram. August. *e*, & alii, Latini præsertim, vim constituunt in singulari numero, ut intelligamus Christum sub typo Davidis, cui scilicet Christo talia promissa sunt, & *unctus est oleo lætitiæ Dei præ participibus suis*. Meminit idem August. alterius lectionis, & est tamen etiam in Bibliis Complutensibus, Reg. item *ab eis ἀπ' αὐτῶν* atq; Euthymium, Nicephorum, Apollinarium. Quamvis autem sit minus correcta lectio, utpotè cum Hebraicè legatur מֵעִמּוֹ *mehhimmo*, itaq; Basilius, seu Theodoretus legat, explicans de David, & sic restitutum est in Sixtina editione LXX. nihilominus monet idem August. nihil ab re habere codices, qui illud habent, quia misericordia non erat Christo necessaria, qui non peccavit, sed membris ejus. Confirmat August. *f*, quoniam in historia Regum, *g*, ubi eadem ferè sententia est, *iniquitas ejus* singulariter dicitur, nempè Salomonis, & Christi sub typo illius quum hic antea numero plurali *filii* nominarentur ut intelligeremus de Christo dici quodam modo, quod de ejus corpore dicitur, nimirum etiam peccata. Quod potest adhuc illustrari verbis Psalmi 21. *h* ubi Christus vocat *verba delictorum suorum*, ideſt, membrorum, quorum fuscepe at in se luenda peccata, ac delicta. Hoc etiam Cyprianus *i* innuit, scribens ita dici, quia ipsis in Christo dabit Deus remissionem peccatorum. Fieri potest ut LXX si pluraliter transtulerint, aut alii, qui id fecerunt, quod singulari dicebatur numero, collectivè dici sint interpretati. August. quidem alio adhuc loco *k*, sic intellexit, vel certè per accommodationem usurpavit, hoc pacto alloquens Deum, commendando misericordiam ipsius. Unde de temetipso per quemdam servum tuum dixisti: *l*, *miserationes ejus super omnia opera ejus*, & quasi de singulo loquentem, de universo populo tuo te dixisse confidimus: *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*: nullum enim spernis, neminem abjicis, neminem perhorrescis, nisi qui fortè amens te exhorruerit. Omnibus Ambros. *m*, à Deo promitti misericordiam infert ex hoc loco, quia *castigat omnem filium, quem recipit* n, *quem vero castigat, morti non tradit* o. Auctoris historiæ Machabæorum *p*, sententia similis, quod *numquam Deus à populo suo misericordiam suam amovet: corripiens vero in adversis, illum non derelinquit*. Ex hujus autem Psalmi nostri loco, & historiæ Regum prius citato, cui nnster affinis est, & ex aliis argumentis, Ayguanus definitè pronunciat Salomonis salutem. Quæstionem istam non indiligenter tractavimus præfatione commentarii in Ecclesiasten, propendentes in hanc benigniorem sententiam.

Ayguani pronunciatio definita de Salomonis salute.

Neque nocebo in veritate mea.) Hieron. *nec mentiar in veritate mea.* Alii, *nec mentiar in veritatem meam*, ideſt, contra veritatem meam], non fallam fidem meam, non falsificabo, aut fallam reddam veritatem meam, non faciam contra fidem datam. Quidam quoq; vertunt *non decipiam in veritate mea*, sed sensu eodem, non autem quod indicetur non decepturum Davidem, & quasi innuatur decipi nonnumquam aliquem à divina justitia, videlicet permittendo, ut quum quis ex habitu, & malitia peccat q, Aquila ὦ ψεύσομαι, *non mentiar*: Symmachus παραβήσομαι, *non transgrediar*. Talis utcumq; apud profanos illa formula; *r si sciens fallo*; *s id ego si fallo*. In vetere Psalterio *neq; nocebo eos in veritate mea*. August. (*eis.*) Qui promissis non stat, nocet plurimum pendenti à spe promissorum & qui punit prout exigit justitia, quam veritas quoq; significat, nocumentum, & damnum grave infert. Ob id nostra lectio utrumq; spirans sensum, digna est, inquit Richardus Cenomanus, & Hebeææ consona. Si pro אשקר *asciakker*, esset cuncto in sinistro cornu litteræ (ש) אשקר *asakker* denotaret *malitiam, quam nictantes oculis, ac malevoli indicant*. Placeat magis nihil mutare, & in Richardi judicio conquiescere. Græcè οὐδ' ἠδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, ubi est triplex negatio, sicut versu sequenti, quod explanat Euthymius, nullam injuriam inferam ipsi David: hoc autem faciam propter veritatem meam, & quia sum verax: Apollinarius, *in ipsamet veritate nihil injustum faciam*, οὐδ' ἐπ' ἀληθείᾳ ἄδικόν τι πρᾶξαι τελέσω.

Sed hoc tandem refertur in Davidem, ne scilicet si non compleret Deus promissa, videretur Deus aut illum, aut etiam suammet veritatem, ac seipsum lædere; si etiam, quod Cænomanus dicebat juxta veritatis aliam notionem, severius puniret, ita ut propterea id quod promisit, non præstaret. Rickelius, quem videtur sequi Jacobus Janionius, vult juramenti formulam esse, *in veritate mea*, ut se Deus non nociturum, ac læsurum promissionē suam, seu nihil commissurum contra illam, & fidelitatem, ac veritatem suam, jurando per ipsammet veritatem suam: quasi dicat, ait Rickelius, tam veraciter non inferam perpetuum nocumentum ipsi David, quam veraciter verus sum. Quum Deus hic loquatur, non intelligit nisi veritatem increatam: aliquid autem per hujusmodi veritatem affirmare, jurare est. Quod si quidpiam asserens in veritate, de illa intelligas, quæ sit in re, de qua loqueris, sive in mente tua, propriè non juras. Hujusmodi videtur illud apud profanos *jurare ex animi sui sententia* t. Dixi alibi u, de modo isto jurandi, *in veritate*. Videtur Jeremias x priore locutus modo, propriè; juraſſe quando dixit: *in veritate misit me Dominus ad vos*. Veneration em veritas meretur, nec lædi ullo debet modo, sive vel levissimè noceri. *Nec jota patitur* Christus, *apicemve de lege præterire, donec omnia fiant* y, *& omnia vult impleri, quæ de se scripta sunt* z: & vetat *à nobis unum de mandatis minimis solvi* a, tamq; nos longè *à mendacio*, ut etiam *ottosè loqui* non permittat b. Quid illis erit super quorum *impietatem, & injustitiam revelabitur ira Dei, qui veritatem illius in injustitia detinent & commutant veritatem in mendacium* c: ut malint falso, quam vero Deo servire: vel si retineant veri Dei cognitionem, ac fidem, moribus contradicant, & *factis negent* d: vel veritatis notitia abutantur: vel hanc aliis quum possent, & deberent non communicent; vel qui offerenti se veritati resistant, aut non attendant, idq; quoniam injustitiæ omniq; peccato addicti sunt. Lege commentarium Toleti in epistolam ad Romanos e. Delicata res, admodumq; pellucida veritas, cui nullo negotio noceatur. Sed fidei veritati nullum ejusmodi nocumentum afferri potest, quo perdi posset ex parte, non in toto. Numquam perditur nisi in toto, sive tota. Ut non satis intelligam quo pacto Hugo perdi posse hoc loco dicat, vel in toto, vel in parte.

Neq; profanabo testamentum meum.) Hier. *non violabo pactum meum.* Videtur, ut prius monui, hoc antitheton versus 32. *si justitias meas profanaverint*. Testamenti namq; ratio, & pacti celebratur certa cæremonia: justitiæ autem significant cæremonialia præcepta, ut etiam dixi. Testamentum, pactum, juramentum non solum à Deo factum, sed etiam ab homine, sanctum, sacrum, inviolabile debet esse: vocaturq; aliquando sacramentum, utpote actus religiosus. De hoc egi alibi, & quam sanctè tum nuncupari, tum servari debeat juramentum, & standum promissis honestis, præsertim si sint jurata. Applicari locus potest ad sacras litteras, ne quis eas profanet, sed *profanas*

a *epist.* 52
b 1. *de pan.* c. 12.
c *in Esa.* c. 22
d *in Osea* c. 9. & *in Mich.* c. 5
e *hic*, & 17. *de civ.* c. 8
f 17. *de civ.* c. 9.
g *l.* 2, 7
h *vers.* 2.
i *ep.* 52.
k *med.* c. 2.
l *Psal.* 144. 9
m 1 *de pan.* c. 12.
n *Heb.* 12. 6.
o *Psal.* 117. 18
p 1. 2. 6. 16.
q *Phil. Diet. Bo. concio. in* 1. *de Dom.* 6. *post pent.*
r *Plin. in Panegyr.*
s *Plaut. Amph. 5 ruc. act.* 3. *sc.* 2.
Seusus loci
t *Brissonius formulis lib.* 8. *pag.* 812.
u *in assum* c. 10. 34.
x c. 26. 15.
y *Mat.* 5. 18
z *Luc.* 24. 44
a *Mat.* 5. 19
b c. 12. 36
c *Rom.* 1. 18
d *Tit.* 1. 16.
e *in* c. 1. *ad Rom.* 33.

nas; devites vocum novitates, & oppositiones falsi nominis
2. Tim. 6. 20 *scientiæ a:* item ad vitæ religiosæ institutum, quam sa-
crati Deo profitentur, & ad quos *misit* Deus *mandatum*
b Malac. 2. 1 *ut esset pactum cum* Levi, *pactum vitæ, & pacis, b* ut hone-
stè vivant, & alios DEO reconcilient.

Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.) Hier. *& quod egressum est de labiis meis non mutabo.* Alii, *egressum labiorum meorum non mutabo*, ideſt, ſermonem ſpro-
latum, & id quod ſum verbis pollicitus, non retracta-
bo; quod ore locutus ſum, opere præſtabo; ſimplex enun-
ciatio mea mihi promiſi, & juramenti loco eſt; nihil
apud me diſtat à dicto factum, ſed dictum factum eſt:
quod futurum dico, ita prorſus erit: ratum eſt quid-
quid pronuncio; *verbum ſemel egreſſum de ore meo non*
revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui c.
c Eſa. 55. 11. Myſticè *labia Dei* ſunt Prophetæ comparati cum *vit-*
Myſtica expoſitio. *ta coccinea d*, propter munditiam, manſuetudinem,
d Cant. 4. 3. modeſtiam, charitatem: vel teſtamentum duplex. Ca-
ve ne in vacuum gratiam, & verbum Dei recipias, nec
irritum facias pactum ejus. Cautus etiam eſto in ſer-
mone; ne protuliſſe pœniteat, & irritum velis quod
e Pſ. 65. 13. protuleris: enim volet irrevocabile verbum. *Diligenter*
vero redde vota, quæ diſtrinxerunt labia tua e.

Verſ. 36.) Semel juravi in ſancto meo, ſi David men-
tiar.

Verſ. 37.) Semen ejus in æternum manebit.

Verſ. 38.) Et thronus ejus ſicut Sol in conſpectu meo, &
ſicut Luna perfecta in æternum: & teſtis in cœ-
lo fidelis.

Senſus loci. HOc eſt inviolabile teſtamentum Dei, verbaq; jure-
jurando confirmata, de quo etiam prius memine-
rat verſu 4. quod per ſuammet ſanctitatem, atque *per ſe-*
metipſum, quia majorem ſe non habet f, nuncupavit fore ut
f Gen. 6. 13. nullo modo Davidem falleret, ſed prout pollicitus erat,
ſemen ejus ſemper propagatum duraret: regnum quoq;
ipſius tam eſſet diuturnum, latè patens, illuſtre, quam eſt
in conſpectu ſuo Sol, & Luna præſertim cùm plenè reſ-
plendet, una cum ceteris aſtris in cœlo conſtitutus; quæ
omnia in teſtimonium advocet indubitati hujus, omni-
noq; fixi, ac firmi promiſſi: & ſi non ſufficiunt, ipſemet
omni acceptione major juratus teſtis, hoc ipſum ſanctè
confirmet, ita ut nemo diffidere, aut dubitare ulla ra-
tione debeat. Senſus de Chriſto myſticus, ac de Eccleſia
perſpicuus ex dictis eſt. Sed in ſingularum partium enu-
cleatione occurrent nonnulla, quæ obſerventur.

g verſ. 12. *Semel juravi.*) Sic pſalmo 61. g *Semel locutus eſt Deus.*
Significat ſufficere ſemel juraviſſe, & locutum eſſe; perin-
deq; eſſe, ac ſi ſæpiùs id feciſſet, quod ſæpiùs homines fa-
ciunt Hominum conſuetudo, ait Caſſiodorus, eſt frequen-
ter jurare, ut eis poſſit aliquis credere: Deus ſemel jurat,
quia nulla varietate temporis immutatur. Vulgaris phra-
ſis firmiter aſſeverantis, *te lo dico ò giuro una volta per tutte.* Deus autem quomodo juret, aliàs docuimus. Fallun-
tur, qui hac formula jurandi, quæ ſequitur, ſemel tantum
h c. 4. 3. uſum Deum volunt: repetitur enim in Amos h.

In ſancto meo.) Chald. *in nomine ſancto meo*: ſecundus
ſenſus *per ſanctitatem meam*. Utroq; autem ſenſu ſignifi-
i Gen. 22. 16. Heb. 6. 13. catur pluſquam ſi *juraviſſe ſe diceret per ſemetipſum* i: ſi-
quidem indicat ſe habere fontem ſanctitatis, & veritatis
ut neceſſe ſit magnum pondus habere juramentum ſuum.
k Luc. 1. 72. l Pſ. 104. 42. m Pſ. 131. 11. Hoc pacto teſtamentum *ſanctum* dicitur k, & *verbum* l, &
ita idem eſſet, ac jurare veritatem, ut in alio Pſalmo m
juraviſſe ſibi Deum David canit. Eodem recidit jurare in
diſpoſitione ſua ſancta, ut ſit impoſſibile quod diſpoſuerit
non contingere, ut Bruno Carthuſianus loquitur. Tertio
poteſt ſignificare juramentum per ſanctuarium, in quo
peculiariter habitabat. Quarto *per cœlum*, ſicut in Deute-
n c. 32. 40. ronomio n; *levabo in cœlum manum meam, & dicam, vivo*
ego in æternum. Quinto in ſancto ſervo ſuo Abraham, &
conſequenter in poſteris, ex quibus naſciturus erat Chri-
o verſ. 11. ſtus. Sexto peculiariter in David, cui *factum* de Chriſto
juramentum, teſtis ipſe in Pſalmo 131. o Septimo in ſecre-
to meo, quod eſſet idem, ac apud meipſum, & per meip-
ſum, non per aliud extra me, nec apud *majorem, & me ſu-*
p Heb. 6. 13. q Eſa. 62. 8. r Pſ. 85. 2. *periorem* p. Octavo in Chriſto homine, ſicut quum dicitur
juraviſſe in dextra ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ q; &
Chriſtus dixit, *cuſtodi* r *animam meam, quoniam ſanctus*
ſum. Ultimus ſenſus eſt crediti Hieronymi, qui vocat
hominem dominicum; præterea Remigii exponentis in

A Sancto ſanctorum conſtituendo, ideſt, ut conſtitueretur:
item Haimonis, qui declarat in filio meo, per quem ſan-
ctificatur omne humanum genus: ad hæc Euſebii f, qui f 9. de de-
monſtr. c. 6.
conſiderat illum ut Verbum, & Filium Dei: præterea
Caſſiodori, & Hugonis: ſeptimus ejuſdem Hugonis, &
Gloſſæ interlinearis, quæ ſecretum interpretatur, unde
Prophetæ biberunt, ideſt, immediatam revelationem
Dei: ſextus, & quintus Ayguani. Minus probabiles vi-
dentur quintus, ſextus, ſeptimus, octavus: paullo magis
tertius, & quartus. Nam jurare in aliquo, explicare ut
ſit jurare illi, duriùs eſt, videlicet vel Abrahamo, vel Da-
vidi. Quod attinet ad Chriſtum, quamvis jurare in eo,
exponi poſſet, per eum, ſicut in pſalmo 62. t *laudabuntur* t verſ. 12.
omnes, qui jurant in eo, & alibi u, ac idem eſt, *jurare in no-* u Eſa. 65. 16.
mine Domini x; & Deus ipſe nunc dicitur *jurare per ſemet-* x c. 65. 16.
ipſum y, nunc *in ſemetipſo* z, vel *in nomine ſuo* a, vel *in dex-* c. 48. 1. Jer.
tra ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ, ut paullo ante retu- 12. 16.
li, & *in anima ſua* b: & *hoc ipſum*, nempè jurare per fi- y Gen. 21. 16.
& alibi.
lium ſuum, Cyrillus c doceat idem eſſe, ac per ſeipſum, z Eſa. 45. 23.
propter τὸ ἐμούσιον, & quia dici ſolet manus, brachium, Jer. 22. 5.
a Jer. 44. 26.
B potentia Patris; nihilominùs, quoniam juramenti ma- b Amos 6. 8.
teria Chriſtus eſt, vel ipſamet is, cui fit, non ſatis aptè in- c li. 6. in Gen.
telligitur, quod juraverit Deus in ſancto ſuo, ideſt per
Chriſtum. Optimi videntur primus, & ſecundus, qui, fe-
rè coincidunt; & ſecundus præcipuè communior eſt e-
tiam apud nos, qui alios ſenſus tradiderunt. Felices nos
exclamat Tertullianus d, pro quibus jurare vult Deus, d de pan. c. 3.
docet quoq; ſe per ſemetipſum jurare, ut vel ei juranti cre- e 2. contra
Marcio. c. 26
das alium Deum omninò non eſſe. Ex quo ſanè argumen-
tari licet, ſi quando per Filium jurat, declarare illum ſibi
æqualem eſſe. Eadem vis ideſt *juramento* ejuſdem *in ſan-*
cto ſuo, ſive *per ſanctitatem* ſuam, ut hæc ſignificat ſan-
ctam, ſacram, firmam, ratam, immobilem veritatem, fi-
delitatem. Deus & quum loquitur, inquit Ambroſius f f de Abel &
Cain. c. 11.
diſputans cur Deus juret, nimirum propter nos, non pro-
C pter ſe fidelis eſt, cujus ſermo ſacramentum eſt. Non enim
propter ſacramentum fidelis Deus, ſed propter Deum e-
tiam ſacramentum fidele eſt. Hieron. in commentario g in c. 4.
Amos g explanans quod Propheta h ſcribit *juraviſſe Do-* h cap. 4. 2.
minum Deum in ſancto ſuo, recitat præcipuos ex allatis ex-
poſitionibus, vel in ſemetipſo, vel in Filio ſuo, vel in
templo, vel in omni, qui ſanctus eſt, & templum Dei ap-
pellatur. Ibis Symmachus, Theodoreto teſte, vertit κατὰ
τὴν ἁγιωσύνην αὐτου *per ſanctitatem* ſuam, quod κατὰ τῶν
ἁγίων, *per ſanctos*: aut *ſancta ſua*. Sic præterea *jurare*
in altari, vel *in dono quod eſt ſuper illud* i, idem valet, i Matt. 23. 18.
quod per altare, & donum. At de hac re ſatis.

Si David mentiar.) Hieron. *ne David mentiar.* Trans-
lator, Paraphraſtæ in Regiis Bibliis, & Nebienſis red-
diderunt, *nequaquam*: ſed iſte legit ב *be in*, quod vide-
ri poſſet ſignificare *non*; in alio autem textu eſt בא *im*,
eo modo, quo in Hebræo. Apollinarius negativè quo-
que declarat, & juramentum Davidi factum.

D ὤμοσα Δαυὶδ ᾧ, καὶ ψεύσομαι ψαλμοὺς.
Juravi Davidi ſtabilia non mentior juramenta.

Monent præterea Euthymius, & Nicephorus τὸ εἰ, eſſe
ἀντὶ τοῦ ὅ, *ſi* pro *non*: & ille hoc veteris ſcripturæ idioma,
ut juramentis dictio hæc ponatur loco negativæ. Exem-
plum affert ex Pſalmo 131. k *ſicut juravit Domino, votum* k verſ. 2. 3.
vovit Deo Jacob: ſi introiero in tabernaculum domus meæ,
ſi aſcendero in lectum ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis meis
&c. Addi poteſt ex 49. l *juravi in ira mea, ſi introibunt in* l verſ. 11. &
requiem meam: item ex hiſtoria Regum m, *vivit Domi-* Heb. 4. 3.
nus (quæ in juramenti formula eſt) *ſi ceciderit capillus de* m lib. 1. 1. 45
capite ejus in terram; hoc eſt, nihil ei accidet mali. Ex
Amos n, *juravit Dominus in ſuperbiam Jacob, ſi oblitus fuero* n cap. 8. 7.
uſqui in finem omnia opera eorum: ex Eſaia o, *ſi dimitteretur* o c. 22. 14.
iniquitas hæc vobis donec moriamini: ex Jeremia: * *ſi* * c. 38. 16.
occidero te, & ſi tradidero te, in manus virorum iſtorum, qui
quærunt animam tuam: rurſus ex libris Regum p, *juret mi-* p lib. 3. 1. 20.
hi Rex Salomon hodie, quod non interficiat ſervum ſuum gla- q cap. 2. 8.
dio: Hebraicè (*ſi interficiet*) & q *juravi ei per Dominum di-*
cens, non te interficiam gladio: Hebraicè (*ſi te interficiam.*)
Sed & in novo teſtamento Marcus r refert aſſeverando r c. 8. 12.
dixiſſe, *amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum*:
quod Matthæus ſ recitat negativè, *non dabitur ei*: ſ 15. 35.
Cajetanus ait cum interrogatione pronunciandum, ſi
David mentiar? & ſenſum eſſe dubitari non poſſe: nec
hypotheticum eſſe, quod aſſeritur. Vatablus includit imprecationem, ſi contingat mentiri, ut hoc fiat, vel

addatur ei: Genebrardus, ut habeatur mendacium ex humano usu tale juramentum Deo tribuit nihil mali possit imprecari sibi. Adam *a* Sasbout negat (*si*) pro (*non*) accipi; sed quædam taceri per aposiopesim sive reticentiam, ut non sim Deus. Refellit ultimum Auctorem Ribera *b* noster, docens & benè, non semper esse dictam aposiopesim. Sed ego dubito, in verba Dei in Malachia *c*: *offer illud duci, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam*, habeant sensum juramenti, sed fortassis sensus est, offer, & experire an placeat: experieris enim, quod non placebit; quod rectè intelligatur abiq; juramẽto. Non utitur Deus execratorio juramento propriè, ut alias *d* dixi, seu imprecatorio; quamvis scribat Chrysostomus *e* ipsum quamvis benignissimum, cõtra seipsum jurare. Apud Etiam *f* videtur Deus eam formulam usurpare; *nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ absque habitatore: & g, si non ut putavi, ita non posuero te in solitudinem, & urbes inhabitabiles.* Videri posset huic similis illa, de qua prius memini Gentilium formula ex augurali disciplina, *si sciens fallo*. Adjice Horatianum illud *h*,

Se neque majorem feci ratione mala rem,

Et ex Terentio,

Ne me attingas sceleste, si Pol Glicerio non omnia hæc.

Et ex Ovidiu *i*,

Mentiar, obscurum nisi cum nox fecerit orbem.

Exprimuntur in scriptura imprecationes interdum *k* his verbis: *hæc faciat Dominus, & hæc addat*, nimirum certa quædam mala, quæ vulgò nota, non exprimuntur. Dum hęc scribo pervenit ad me posthumus Serarii nostri commentarius in Ruth, in quo nonnihil de hoc argumento *l*, Locus unus ex Geneſi *m* occurrit, quo videtur hic noster, atq; 35. versus verba illustrari, *neq; nocebo in veritate tua*. Dixit Abimelech, & Phicol Princeps exercitus ad Abraham: *Dominus tecum est in universis, quæ agis: jura ergo per Deum, ne noces mihi, & posteris meis, stirpiq; meæ*. Hebraicè extat אם תקור *im tis Kor, si mentieris*, ideſt, ne mentiaris, ne dolo, & fraude noceas: quod Græcè redditur sicut, & hic, μὴ ἀδικήσαι: agitur namq; de mendacio, quod in opere consistit. Tractat eum ē locũ aliter de nostris Delrius *n*, & perstringit disputationem huc usq; protractam.

Semen ejus in æternum manebit.) Hieron. *in sempiternum erit o*, alibi, *in sempiternum manebit*. Alii, *in sæculum erit*. Chald. *filii ejus in æternum erunt*. Hoc aliis antea *p* verbis dictum est, *ponam in sæculum sæculi* semen ejus: quod idem Doctor *q* confirmat sententia Gabrielis ad Mariam *r*, *dabit illi Dominus sedem David, &c.* De hac re prius satis. Hugo mysticè declarat, interpretans nomen *David* fortem manu, & aspectu desiderabilem; *Salomonem*, pacificum, ait promitti semper futuros aliquos per bonam vitam aspectu desiderabiles, ac in operatione fortes, & qui reconcilient Deo peccatores. Semper erunt Christiani, & *electos nemo rapiet de manu* boni Pastoris *s*; & Christus *manet in æternum t*: & non solum hic fructus ventris David *ponere super sedem ejus u*, verum etiam *filii ejus usq; in sæculum sæculi sedebunt super sedem illius x*, quæ in Ecclesia, in qua erunt semper, qui reguntur, & regant.

Et thronus ejus sicut Sol in conspectu meo.) In vetere Psalterio, & illo, quo Ecclesia Vaticana utitur, & in alio, quo Ambrosiana, & apud August. & Ambros. *y sedes* in Gallicano enim, quod recitat Faber, *thronus* legitur, Chald. *thronus ejus lucidus*: sic esset descripto throni, solii, sedis, tribunalis, regiæ dignitatis, ut adeò splendesceret, ac illustris appareret, quam est Sol clarus in conspectu Dei, ideſt, maximè clarus. Nam tale quid, vel tale, dicitur in conspectu Dei, seu coram Deo, quod est maximè tale, & judicio Dei ut *robustus venator coram Deo z*, *peccatores coram Deo a*, *nequam in conspectu Domini b*, *magnus coram Domino c*, *civitas magna Deo d benedictus Abraham Deo excelso e*, lege Riberam *f*. Idem est, si thronum ipsum dicas esse in Dei conspectu sicut Solem, hoc est, judicari à Deo similem Soli quod est, perillustrem esse, quia res ita se habetur, ut à Deo judicatur, qui falli non potest. Nec abhorret, vim comparationis esse in perpetuitate, ut tantam thronus habeat in conspectu Dei, quantam Sol habet in ejusdem conspectu. Sed & in berescit Ketanna, ideſt, in expositione minore super Genesim scriptum refert Galatinus *g*, quod quemadmodum *die quarta creata sunt luminaria h*, sic quartus natus Judas filius Jacob *i*, ut innueretur quod hic scribitur de Messia, futurum thronum ejus sicut Solem, & Lunam, quum ille de Tribu Juda sit. Augustin. & alii Latini sedem Christi mysticè dicunt esse membra ipsius, quemadmodum caput nostrum portans membra corporis nostri, & fore ut *fulgeant sicut Sol in regno Patris* ipsius *k*, seu in conspectu illius, non in conspectu hominis, carnis, mortalium, animalium, ut idcircò similitudo Solis denotet perfectionem spiritualem, & in anima, quam perfectionem solus videt Deus, tùm ut consistit in gratia, tùm ut post hanc vitam etiam in gloria: præterea ut sint sicut Luna perfecta, quæ jam post plenilunium non deficiat; qua re designatur perfectio, ac immortalitas corporis *l*: & de hoc ipso articulo resurrectionis, qui semper adeò difficilis visus est, ac vehementer, pertinaciter, connixè, contentiosè impugnatus, testis sit in cœlo fidelis, ideſt, indubitata revelantis Dei auctoritas, & Christus ipse illic retinens cicatrices in corpore, ut hoc vulnus dubitationis sanet in hominum corde, & ipsummet corpus nostrum suo tempore resuscitatum; & idem Christus qui resuscitabit nos per virtutem suam. Hoc est regnum, quod appellat Daniel *n*, cœli, & sancto-

B rum. Deprehendit etiam in Sole Ayguanus dotes animæ beatæ, claram visionem in lumine dilectionis, unionem in bonitate, quia est planeta maximè benevolus, ut Astrologi loquuntur: perpetuitatem, quia incorruptibilis est: præterea dotes corporis, in lumine claritatem: in celeri motu agilitatem: in vi omni subeunda subtilitatem: impassibilitatem, quia non corrumpitur, & per immunda transiens non maculatur. Sed Hugo applicat locum totum ad Mariam, sicut *& thronum in columna nubis o*, & *thronum eburneum Salomonis p*, sive *ferculum de lignis Libani q*, fusiùs agens de throno eburneo: comparatam docet cum Sole, ob calorem gloriæ in anima, & splendorem gloriæ in corpore: cum Luna, propter frigiditatem virginitatis, humiditatem humilitatis perpetuæ: testem esse in cœlo fidelem, quoniam ibi orat pro nobis, testificans,

C quod pro illis Deus factus est homo: quia thronus est, continere judicem, quem timet peccator: quia Sol, producere calorem pœnitenti de terrenis curis exire cupienti; quia Luna, nocti adversitatum, & ignorantiæ subvenire; quia testis, patrocinari causæ nostræ adversus spiritus immundos, importuna desideria, pericula mortis: orandum Deum, *ne solis gloria sua sua recordetur, nec irritum faciat fœdus suum nobiscum r*: & ut illa tamquam *Judas testis descendat cum Deo, & cum sanctis fidelibus s* in auxilium nostrum. Liceret item nominare *thronum gratiæ* Dei, & Christi, ad quem qui accedit, *consequitur misericordiam, & gratiam invenit in auxilio opportuno t*. Convenit eidem descriptio *throni saphirini*, quem vidit Ezechiel *u*, qui est lapis maximè splendidus aerii coloris. *Mulier* hæc *est amicta Sole, x*, & est thronus sicut Sol, quia numquam caruit lumine rationis, ideſt, usu ejus etiam intra matris uterum. Philippus Grevæus *y* integro sermone demonstrat quo pacto comparetur cum throno, Sole, Luna. Bonaventura *z* omnia quæ hic dicuntur ad eamdem accommodat, docetque cœli natura, & proprietas quomodo illi conveniant. Canit etiam Ecclesia de illa celsitudinem throni processisse. Ambrosius *a* sedem consPectu Dei ficut Solem, & ut Lunam perfectam in æternum manentem, interpretatur secundùm allegoriam de Ecclesiæ perfectione, vel de claræ (ideſt magis explicitæ) fidei plenitudine.

Et sicut Luna perfecta in æternum.) Hieron, absq; con-D junctione, *sicut Luna stabilietur in sempiternum*. Chald. *sicut Luna firmata ad signum æternum*, ideſt, ut *sit in signa, & tempora*, quæ durabunt cum mundo; quemadmodum de illa, & de Sole scriptum est in Geneſi *b*. Hebræum verbum יכון *icchon* significat *stabilietur*, seu *firmabitur*, & non est epithetum Lunæ, sed indicat tamen illius stabilitatem, quodque sicut illa stabilis est, sic erit thronus David. Intellexerunt LXX. quod quemadmodum Luna perficitur cum est plena, ita thronus erit illustris. Unde Apollinarius,

Τοῖος ἐὼν οἵη περ ἔην πλήθουσα σελήνη.

Talis existens, qualis est plena Luna.

Euthymius etiam, & Nicephorus explicant de Luna quum est παντέλειος καὶ ὁλοφωτος, quasi tunc sic maximè κατηρτισμένη *perfecta, firmata, adaptata*. Sed quia Lumen Lunæ valdè variatur, ut idcircò Augustinus, & alii jungentes illas dictiones (*in æternum*) spiritualiter, ut dixi, exponant, malim afferri ex ea similitudinem non præcisè, nec tam etiam propter lumen, quàm propter perennem illius ac rerum motum. Sic verò Psalmo 71. *c* allata comparatio est ex utroque

astro

a *in ep. ad Heb. c. 3.*
b *in Amos 6*
c *8. num. 21. Deus non utitur juramento imprecatorio.*
d *in adfinem 2. 35.*
e *serm. de pseudo proph. qui est in fine tom. 3. Ephr.*
f *cap. 5. 9.*
g *c. 14. 34.*
h *lib. 2. Sat 6*
i *2. Metam.*
k *Ruth. 1. 17 1. Regum 3. 17. c. 14. 44. c. 20. 13 c. 25. 22 lib. 2. 3. 9. 35. c 19. 13. lib. 3. 2 23. c. 19 2 c. 20. 10 lib. 4. 6. 31.*
l *in c. 1. 9. 24*
m *c. 21. 22 c. 3*
n *ibi in Gen.*
o *in Esa. c. 53*
p *versſ. 30.*
q *in Esa c. 53*
r *Luc. 1. 32.*
mystica expositio,
s *Joh. 10. 28, t c. 12. 34.*
u *psſ. 131. 11.*
x *versſ. 12.*
y *lib. de paschalis celebr. ration.*
z *Gen. 10. 9.*
a *c. 13. 13.*
b *c. 38. 7.*
c *Luc. 1. 15.*
d *Jonæ 3. 2.*
Sec. Heb. & lux & Chal. coram Domino.
e *Gen. 14. 19.*
Chald. coram Deo excelso.
f *in Jonæ c. 3. num. 2. & seq.*
g *lib. 3. c. 25.*
h *Gen. 1. 14.*
i *2931.*
Mystica explanatio,
k *Joh. 6. 39.*
l *ibidem Augustin. epiſt. 59. c. 6.*
m *c. 2. 24.*
n *Eccl. 24. 7. & 3 Reg. 10. 18. 2. Paral. 9. 17.*
o *Cant. 3 9.*
p *Jer. 14. 21. & Oſeæ 11. 12.*
q *Hebr. 2. 16. & c. 1. 10*
r *Apoc. 12.*
s *serm. 150.*
t *in speculo Mariæ lect. 8. & de Eccl. hab. p. 4. c. ult.*
u *lib. de paſc. celebrat. ratione.*
x *versſ. 5. 27.*

astra Solis, ac Lunæ, quum ageretur etiam de regno Salomonis, aut potius Christi. Sunt etiam *a*, qui statum Ecclesiæ denotare velint, quæ semper firma sit, licèt variis obnoxia mutationibus. Sic verò R. Kimhi de regno David explicat.

a Titelmanus.

Et testis in cœlo fidelis.) Ego testis sum tam fidelis, & certus, quam quæ dixi astra constantem statum habent, ut exponunt Trevetus, Rickelius, Euthymius, Nicephorus, Theodoretus, Titelmanus. Quo spectat exaggeratio Christi *b*, *cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*, hoc est, etiamsi transirent, & perirent illa corpora, quod non fiet. Job *c suum in cœlo testem Deum esse dixit, & conscium in excelsis.* Idem volunt, qui Christum ipsum testem interpretantur, ut antea dixi. Deus ipse *testem se, ac judicem* nominat *d*. Vel in cœlo testis est fidelis tum Sol, tum Luna, ut placet Vatablo, & Flaminio de Luna, Clario, & aliis de ambobus, quorum veluti testimonium clarum, & apertum, & indubitatum affertur, ob *pactum* perpetuum, quod fecit Deus *cum die, cui Sol, & cum nocte, cui præest Luna e*, ut pridem recitavi ex Jeremia *f* & planetam utrumq; dicat, Deus esse in conspectu suo ἐνώπιον *contra*, & è *regione*, quasi videant, & prodere, ac testificari possint, an id, quod promittitur, impleatur. Articulus masculinus cum nomine ὁ μάρτυς, & participium generis ejusdem, quo utitur in sua translatione Symmachus, διαμαρτυράμενος, vel διαμαρτυρόμενος, *qui testificatus est*, vel *testificatur*, non potest referri ad Lunam. Ut idcircò prima expositio melior sit. Nam tertius, qui à Genebrardo affertur sensus de iride, quam *posuit Deus in testimonium, signumq; reconciliationis g*, licèt à recentioribus recipiatur *h*, præsertim qui dicunt, scribuntve ad populum, nulli tamen ex Enarratoribus aliis video placuisse. Nam, ut omittam iridem non esse in cœlo, licèt pro nube, vel aere cœlum dicatur non raro: & quamvis duratura sit iris usq; ad finem mundi, hoc est, ut aliqua semper fiat, posita naturali caussa ipsius: præterea etiamsi ad pulchritudinem throni David, seu Salomonis, ac potius Christi, conferre possit, quum iridis pulchritudo prædicetur ab Auctore Ecclesiastici *i*, dicaturq; in Apocalypsi *k iris in circuitu sedis Christi visa, & in capite ejus*: & apud Esaiam *l* aliud pactum Dei conferatur cum illo, cujus iris datum fuerat signum in Genesi *m*: tamen non videtur aptũ satis testimonium, & cum Sole, ac Luna conjungendum, quia nimis fluxa est ipsius natura: neque definiri potest, quo tempore arcus hic excitetur, seu quandonam concurrat materia ei necessaria; denique singularis est hæc expositio recedens à communiore de Deo, vel Christo.

b Matt. 24. 35

c c. 16. 19

d Jer. 29. 23

e Gen. 1. 16. f c. 33. 20. 25. 26

g Gen. 9. 13.

h Valeramus in exercitio feria 3. post Dom. 2. Quadr. Viegas in Apoc. c. 1. comm. 1. sect. 7. num. 5.

i c. 43. 12. & 50. 8.

k cap. 4. 3. 10. 1

l cap. 54. 9

m c. 9. 15 Non potest definiri quo tempore iris excitetur.

Quartus mysticus videtur sensus ab Augustino *n* traditus, ut Luna sumta pro Ecclesia dicatur testis in cœlo fidelis propter nuncios fidelissimos veritatis, quos ubiq; parit, Quintus accommodatitius *o* nec tamen valdè commodus de Joanne Apostolo, qui suum dicebat de Christo testimonium verum. Idem dici potest de quovis martyre, qui testem quoq; significat, præsertim de protomartyre Stephano. Sextus Hugonis, quia fideles salvati testimonium perhibebunt de Deo, quod verax est in promissis. Septimus ejusdem de Deipara, quia orat pro peccatoribus & testatur quod filius Dei pro eis factus est homo, pectus ostendit, & ubera. Proximè post Deum, litteraliter maximè vocatur fidelis testis in cœlo Christus, ut prius docui, quo ipso nomine appellat eum Joannes in Apocalypsi *p*, ac verum, ut Etaias *q* nominat, *amen*: quod idem valet, ipseq; toties inculcabat amen: & le dicebat in hoc natum & *venisse, ut testimonium perhiberet veritati r*: & quum *descendisset de cœlo, tamen in cœlo mansisse s*: iterum apud Esaiam *t* Deus, *ecce, ait, testem populis dedi eum*; & ipsemet Christus apud Jeremiam *u*: *ego sum judex, & testis*: de illo adhuc Paulus *x*, *qui testimonium reddit sub Pontio Pilato bonam confusionem. Pater testimonium perhibuit* Filio *y*, *& Spiritus sanctus z*. Peculiari ratione convenit filio testem esse, quia procedens per intellectum; *quod scit, videt, audit, loquitur ac testatur, a* factus homo, ut ipsa quoq; morte, quam vocant martyrium, confirmaret; deniq; maximè humilis, quærens non suam, sed Patris gloriam. Quod Pilato Christus ediderit testimonium constat, se Regem esse, sed *regnum suum non esse de hoc mundo; venisse se in hunc mundum, & in hoc natum, ut testimonium perhiberet veritati: illum non habiturum fuisse, potestatem adversum se ullam, nisi ea fuisset ipsi data desuper b*. Facta etiam comprobavit, hoc est, tormentis, & cruce. Non est difficile sub verbis, quæ Pilato respondit Christus, omnem aliam veritatem, quam sermonibus aliis testificatus est, comprehendere, ut de Patre, quod *ipse faceret in illo opera c*: quod *sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret d*: denique de omni *veritate e* necessaria; ita ut non solum *testis*, sed abstractè ipsummet *testimonium* appelletur apud Esaiam *f* ex editione LXX. μαρτυριον. Est igitur κατ' ἐξοχὴν Christus ὁ μάρτυρ ὁπιστὸς *martyr ille, fidelis ille g*, utque canit Ecclesia, *Rex gloriosus martyrum*. Lugdunenses quidem martyres, qui hoc illo nomine martyrum, vel scripto appellaret, increpabant, non solum quia solis convenire dicebat, qui post bonam confessionem, de hac vita discedere, & pergere meruissent ad Deum, sed quoniam sentiebant appellationem soli Christo deberi, soli fideli veritatis martyri, primogenito ex mortuis Auctori vitæ æternæ. Testes Eusebius *h*, & Nicephorus *i*. Quare Christo ut martyri non aureola, sicut nec ut Virgini, vel Doctori, sed multò excellentior dignitas convenit; quoniam aureolam Theologi dari statuunt iis, qui præcellant in heroica ex his virtutibus una, ad alterius imitationem, quo non alius excellentior, quam Christus cunctorum Dux, Rexq; martyrum, & militum, atq; præstantissimum omnis virtutis exemplar. Isidorus *k* Pelusiota existimat his verbis designari Domini nostri cum carne in cœlum ἀνάληψιν *assumtionem*, ascensumve, & quod caro sit futura sempiterna, utpotè ita Deo Verbo copulata, ut dein, eps nulla ratione divelli queat. In fine istius versus est סלה *selah*, & διάψαλμα, de cujus usu dictum alibi. Posset hìc monere, ut priusquam transeatur ad sequentia, quæ tantoperè distant à prioribus, in meditatione priorum diutiùs, & attentiùs hæreatur.

c c. 14. 10

d cap. 3. 6.

e c. 18. 37

f c. 54. 4.

g Apoc. 1. 5

h 5. hist. c. 3

i lib. 4. hist. c. 18

k lib. 1. epist. 172

Vers. 39.) Tu vero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.

Vers. 40.) Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra Sanctuarium ejus.

Vers. 41.) Destruxisti omnes sepes ejus, posuisti firmamentum ejus formidinem.

Sensus loci.

POst adeo prolixam, & magnificam promissorum Dei de Regno David, & Christi enarrationem, quia ipsummet Deus verbis propriis loquentem induxit convertit se nunc ad lamenta, & querimonias Propheta, ut videatur prorsus oblitus dictorum promissorum, & repulisse, contempsisse, longius à conspectu suo removisse Davidem, atq; Christum: abjecisse quoq; & veluti confregisse pactum, quod inierat cum illis: permisisse ut contaminaretur, pollueretur, prophanaretur sibi dicatus, & sanctificatus populus, ac ditio illius, regiumq; diadema, & locus ipse consecratus colluvione irrumpentium Gentium, & communione sordidorum vitiorum; præterea ut diruerentur omnia munimenta Regni, & protectio Dei; & ut destructis præsidiis, quæ in arcibus captis, aut complanatis consistebant, contremiscant fortissimi quoq; vel occisis, aut captis fortioribus hominibus, nihil supersit nisi pavor summus, ac trepidatio, nec tutos amplius esse liceat. Adversari promissis illis Davidi factis, & Christo sub ejusdem typo videbatur, quod Regno pepulisset ipsum Davidem filius Absalon, & Semei despexisset illum, quod adducendi posteri Reges, ac populi esset in captivitatem Babylonicam, quod tamdiu tardaret adventus Messiæ, quia Zorobabel non Rex, sed populi Dux fuit, quod Chaldæi templum essent profanaturi, & muros Jerusalem, aliarumq; urbium diruituri; quod ponendi omnes, etiam fortissimi quiq; in maledictionem, *& sibilum, & stuporem* omnibus Regnis terræ *l*, & veluti vallandi formidine ipsa, atq; *terroribus conturbandi* m, *& circumdandi*. Hæc ideò permissa omnia, post tantæ promissionis validissima firmamenta, ne putarentur, inquit Augustinus *n*, in Salomone completa, tamquam id speraretur, nec inveniretur. Sed & propterea Salomonem permissum errare, scribit Ambrosius *o*, tam graviter, ne errarent homines, & ad ipsum crederetur Manasse promissum. Idem pater *p* docet hoc loco Christum ipsum loqui, dicereque se repulsum pro nobis, & susceptisse opprobrium crucis: Hieron. *q* quoque asserit Christum loqui ex persona hominis, quem assumserat. Arbitror accommodatitium dumtaxat sensum: multò magis, quasi Pater alloquatur synagogam, reprehendens quod repulerit Christum, atque despexerit *r*. Quamquam de Christo sermonem esse ambigi non debeat, & de futura ejus passione, ut præterea contendit Eusebius *s*.

l Jer. 19. 8

m ps. 87. 17 Cur post promissionis validæ fundamenta tot mala acciderint Davidi, & populo Israelitico.

n 17. de civit. c. 10

o lib. 3. in Luc cap. 3

p in ps. 43.

q in Soph. cap. 3.

r Vitalis Zuccolius hom. 6. in Marcum.

s 4. de demo c. 20

a 2, de fide c. ult.

Tu verò repulisti.) Addit Ambrosius *a* (*Domine*) Habet emphasim, *tu verò*, nempè, ut August. notat, idem ipse, qui promisisti, &c. Chaldaicè, *deseruisti*; in Bibliis quidem Regiis. Nabiensis enim negat se versus istius Chaldæam interpretationem reperire potuisse: arbitrari autem misterio, & sacramento non carere. Quam dicta Biblia expresserunt non adeò magnum, præ se ferunt. Hebræum verbum זנחת *zanactha* reddunt alii, *dereliquisti*, *oblitus es*, *abominatus es*, *projecisti*, *elongasti*. Valde significans est ἀπώσω. Appollinarius explicat,

Ἀλλὰ σὺ παντοδαποισιν ἄναξ μεδέπαυς ἐλέγχοις.
Verum tu omnigenis, Rex persecutus es redargutionibus.

Istæ, ac similes in aliis Prophetis querimoniæ, non ut sonant, accipiendæ sunt; quum videantur blasphemiæ, arguentes Deum violati fœderis; sed ut explicant, inquit Cajetanus, motum rationis inferioris, considerantis naturam factorum, & non rationes divinas, quibus hæc fecit Deus. Affer exemplum Jeremiæ *b* quum dixit *seduxisti me Domine, & seductus sum.* Potuit ex eodem afferre disputationem, & expostulationem cum Deo *c*, cui similis Job *d* & Abacuc *e*, ut alias notavimus. Crebro de repulsione conquerentem audivimus David prioribus psalmis *f*. Repulsam Cassiodorus explicat de David, quando usus Nathan parabola est, ille autem seipsum damnavit: despicientiam, quando eum Absalon Regno ejecit: dilationem cum varias pati tribulationes permissus est, antequam Regnum recuperaret. Potest hunc totum locum Ecclesia, & quivis fidelis usurpare tempore tribulationis cum pro derelicto haberi videtur: ut illud Gedeonis, quum salutans eum Angelus dixisset: *Dominus tecum; obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? &c. nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madoan* g. *In spem contra spem credi* debet *Deo*, ut Abraham fecit *h*, *proficiscendo quum nesciret quo iret* i, *fidelem credere esse eum, qui repromisit*, exemplo Saræ, quæ se sciebat *sterilem* k: *arbitrari* cum eodem Abraham, quamvis occidatur spes posteritatis, *quia & à mortuis suscitari potens est Deus* l: *sperare etiamsi occiderit nos*, sicut sperat Job *m*. In patrandis miraculis exigebat Christus fidem, ac fiduciam, & Marthæ formidanti quadriduani, ac fœtentis conspectum fratris, respondit: *nonne dixi tibi, quia si credis, videbis gloriam Dei* n? Derelictum se Christus ipse conquestus est in cruce, sed eo sensu, quem dixi, declarans verba prima psalmi 21. Ut nihil inde adversus Christum nostrum Judæi habeant, quasi derelictum revera se significaverit. Respondet illis etiam Galatinus o Thalmudistarum, Rabinorumq; testimonio, in meliorem partem illum, & locum præsentem interpretantium. Eodem modo respondendum nobis ipsis de Deo interdum submurmurantibus, quum res nobis ex animi sententia non succedunt: vel infidelibus, qui eventu secundo, aut adverso metiuntur veritatem religionis. *Christum ipsum repelli, ac delinqui oportuit multaq; pati*, antequam intraret in gloriam suam *p*, & nos *ad punctum in modico derelictos in miserationibus magnis congregabit Deus Dominus redemtor noster: in momento indignationis abscondet faciem suam parumper à nobis, & in misericordia sempiterna miserebitur nostri q.*

b c. 20. 7. c c. 11. 12. 6. & seq. d c. 21. 6. e cap. 1. 13 f Psal. 42. 2. 56 43. 10. Psal. 54. 3. 12. Psal. 73. Psal. 87. 45

g Judic. 6. 12. 13 h Rom. 4. 18 i Heb. 11. 8 k vers. 11.

l vers. 19. m cap. 13. 15

n Joh. 11. 40

o lib. 8. c. 18

p Luc. 20. 40

q Esa. 54. 7. 8

Ex dispexisti.) Hier. *projecisti*. Alii *sprevisti*, *aversatus*, *repudiasti dominatus es*, *abjecisti*, *renuisti*. Omnia חמאם *thimas* significat futuri quidem temporis, sed præteritæ significationis, propter (ו) *va*, idest (ו) *vau* cum (.) *pathach*. Symmachus transtulit hoc, & verbum præcedentis ita:

Σὺ δὲ αὐτὸς ἀπεβάλου καὶ ἀπεδοκίμασας.
Tu verò ipse abjecisti, & reprobasti.

Hieron. in emendatione Psalterii ad Suniam, & Fretelam errorem monet fuisse legentium, *respexisti*, pro, *despexisti*, seu secundum disertissimum illius temporis interpretem, *nullificasti, annihilasti, annullasti, vilificasti*, & siqua, & inquit, alia possunt inveniri apud imperitos portenta verborum. Græcè est ἐξουδένωσας. In Psalterio breviarii Ambrosiani *spevisti nos*, in Romano, & apud Cassiodorum, *sprevisti*, in vetere, & apud August. *s*, *ad nihilum deduxisti*. Ambros. aliquando r jungens priori verbo, *tu verò repulisti pro nihilo us*; interdum *pro nihilo habuisti*. Respexit Deus regnum externum Davidis, & posterorum, tum etiam Davidem per Semei; præterea Salomonem ob peccata ipsius; ita ut non sit ipse semen illud, ac filius, de hoc hactenus fuit sermo, sed Christus, tametsi & hic à Judæis tractatus fuerit tamquam à Deo *despectus x*. Quis despexerint, modoq; despiciant? Parum refert ab homine despici: *quem Deus despicit, nemo corrigere potest*. y

y Eccl. 7. 14.

Distulisti Christum tuum.) Hieron. *iratus es adversus Christum tuum*. Alii, *accensus es ira cum Christo tuo, simultates exerces, eum illo, excanduisti contra illum, indignatus es*, &c. Hebræa עם משיחך התעברת *him meseicheh hithhabbartha*, transtulit etiam illo modo Symmachus ἐχολώθης πρὸς τὸν χριστόν σου, *iratus es adversus Christum tuum*. Verbum Hebræum significat *transire feci*, & *iratus es*: ac proindè differre Christum, est ex ira, in longum protrahere adventum ejus, aut præterire illum, neq; curare, ac veluti spernere ipsum, & preces vel merita ejus. Quibus modis videtur se Deus gessisse, irato similis. Egimus psalm. 77. z de verbo isto, ubi legimus, *hæreditatem suam sprevit*, quod Hieron. ibi reddidit, *distulit*. Apud Ambrosium uno loco *a* mendosè videtur legisse, *dispuluisti*, pro *distulisti*. Dilationem, quam Apollinarius vocat ἀνβολὴν & explicant LXX. per τὸ ἀναβαλέσθαι, sumunt passim de vera Messia, in cujus typum Saul, David, alii Reges dicti sunt Christi, quod vivente adhuc David natus non est, sed in longum post ejus mortem tempus dilatat ejus nativitas. Quo spectare dicunt verba Nathan referentis promissum Dei *b*, *quum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum, quod egredietur de utero tuo*. Ubi notant per *suscitandi* verbum, quod Messiam ex semine David non vir aliquis, sed Deus ipse in spiritu sancto suscitaturus erat ex Virgine; quia de consuetis conceptionibus dicitur quod frater debeat suscitare semen fratri suo. Isidorus *c* præterea observat, quod vivente David Salomon cœpit regnare. Postremò, quia hoc loco dicitur dilatus Christus. Mysticè ita est, sermonem esse de Christo verò, sed snb typo cujusvis Christi, hoc est, Regis ac Regni, quia ut Græci præcipuè docent, desiturum erat regnum, abductis in captivitatem Babylonicam Sedecia, & Jechonia, ita ut videretur promissum de regni perpetuitate non impleri, & differri, *c* esset auferre: vel certè longius valdè tempus dilatum adventum alterius Regis, post diutinam Regni interruptionem in familia David, quia Zorobabet, ut prius quoq; dixi, non Rex, sed Dux fuit. Putat August. quamvis tristia quædam David enumeret, in hoc tamen verbo reficere nos, & significare omninò manere, quod Deus promisit, quia Christum suum non abstulerit, sed distulerit. Tu verò quicumque expetis, & ardenter quidpiam petis, *si moram fecerit Deus expecta d*. Differt, quia hoc tibi magis confert: & si Christum suum adeò necessarium saluti hominum ac tantis votis tamdiu concupitum, distulit; miraris si tuo statim desiderio non respondeat, vel satisfaciat? Si *suomet filio non pepercit*, sed iratus est juxta notionem aliam Hebræi verbi, *tu iram Domini non portabis, cum peccaveris ei*: Utere nunc dilatione judicis *Dei dantis locum pœnitentiæ* f; *& dissimulantis peccata propter pœnitentiam* g, *& ad hanc te adducentis* h. Alieno Chrysorii malo dicce, qui moribundus inducias vel usque manè frustrà clamando flagitans, hinc evulsus periit *i*.

a 2, de fide c. ult.

b Psal. 88. 4. 5. 29. 30. 131. 11. c Psal. 131. 11. d Psal. 26. 14.

x Esa. 53. 3.

Evertisti testamentum servi tui.) Hieron. *attenuasti pactum servi tui*. Alii, *abjecisti, destruxisti, dissipasti, dissolvisti, recidisti, violasti, desolasti, irritum fecisti* נארת *neartha* in piel à ניר *nier* unde forsitan Gallis illud suum, *nier*, quod est negare, ac non præstare etiam datam fidem, & quidem aliquando cum nonnulla maledictione, & execratione. Hoc ultimo modo in Threnis k נאר מקרישו *nier mikdasio* redditur in translatione nostra, *maledixit sanctificationi suæ*: ab aliis, *perdidit, destruxit, cessare fecit, dereliquit, elongavit, projecit, odio, fastidioque contempsit, abolevit*, &c. Græcè ἀπιτίναξεν, *ejecit, excussit cum impetu, ac violenter*. In omnibus Latinis Psalteriis reperio, *avertisti*. Ita verò etiam interpretatur Cassiodorus, ut humanitatis more id sit dictum, nempè, in aliam partem transtulisti, & quod Judæis fuerat potissimum, ad utilitatem Gentium perveniret, ablato Judæis templo, sacerdote, sacrificio, regno, terra promissionis. Legit nihilominus, *evertisti*, Augustinus, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, qui explicat *destruere*. Hugo, qui eodem pacto interpretatur, licèt aliam quoque lectionem Ambrosius l; Hieronymus adhuc magis apertè, *subvertisti*. Alii etiam in textu habeant, *avertisti*, declarant ac si legissent, *evertisti*, ut Pampolitanus, Rickelius, &c. Hebræo verbo, de quo dixi, non repugnat, *avertisti*, & Chaldæum אשניהא *asnetha* hoc significat: tamen magis congruit *evertisti*, & id valet κατέστρεψας. Symmach. autem

e Esa. 24. 22 f Sap. 1. 14 g Rom. 14. h Greg. 4. dial. c. 38 i cap. 27.

k in Psal. 42. & 3. de fide cap. ult.

l in Soph. c. 3.

autem vertit εἰς κατάραν ἔθηκας, *in maledictionem edidisti*; quam docui quoque notionem unam esse ejusdem Hebr. verbi. Testamentum servi Dei Propheta intelligit, quod sibimet factum est, de Christo, vel ipsi etiam Christo, quē dici servum posse Ambr. *a* hinc probat, videlicet secundū carnem, & servi formam, si militudinem hominum, speciem hominis assumtam. De vetere testamento eversio, aut translato, & quod esset servi Dei, hoc est, Moysis, mystice, vel accommodatitie declaratur: quemadmodū post August. faciunt non pauci. Hugo etiam perinde ac si termo sit non cum Deo, sed Dei cum alio, exponit in illos, qui *testamentum pacis* b, & pacem, quam veluti testamento legavit Christus, *c* avertunt, pervertunt, evertunt ad lites sese, atque contentiones convertendo præ nimia habendi cupiditate. Transferri hoc etiam posset ad interversores testamentorum, & piorum legatorum: ad eos præterea qui majorum suorum præsertim legis, ac instituta tranmiserunt, voluntati, ac nomini, quod gerunt non respondent; ita ut non possit dici *hæreditas sancta nepotes eorum*, & quod *in testamentis stetit semen eorum* d.

a 3. *de fide c. ult.*

b Eccl. 45. 30

c Jo. 14. 27

d Eccl. 44. 12

Profanasti in terra Sanctuarium ejus. Hieron. *diadema ejus*, נזרו *nizro*: Chaldaicè כלילית *chelileh coronam ejus*, ideſt, reddidisti comtemtibilem coronam, seu diadema regni; & veluti projiciendo in terram exposuisti ad omnes contumelias, tamquam rem profanam; & quia regia persona propter inunctionem à Deo institutā, de qua dictum est prius habebatur sacra, & sancta; lædere, ac violare hanc personam, est quodammodo profanare. In pſ. 131. *e super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea*: dicitur Hebræo eodem nomine, quod hic habetur נזר *nezer*, & Græco ἁγίασμα, & exponitur ab Hieron. quoque diadema: Græcè præterea ab aliis τὸ κέρας, *cornu*, vel ἀφωρισμένον, *segregatio*, vel ἀφωρισμένον, *segregatum*: quem etiam Felix tam ibi, quam hic, vertit Nazaræum. Hoc loco pro (*sanctuarium*) extat in Psalt. Romano, & vetere, & quo utitur Ecclesia Ambrosiana, & apud August. Arnobium, Cassiodorum, Ambrosium *f* (*sanctitatem*) sanctificatio vel sanctitas, potest *diadema* & *coronam* significare eo modo quem dixi. Nomen idem נזר *nezor* in Paralipomenis *g* Latinè vertitur *diadema*, Græcè τὸ βασίλειον, *regium*, scilicet, insigne regium. Vel LXX. interpretati sunt *sanctitatem*, vel *sanctuarium* ἁγίασμα, vel *sanctificationem*, ut redditur adhuc in Threnis *h* eadem vox מקרש & ἁγίασμα loco diadematis seu coronæ, qui præcipuum ac pretiosissimum, pulcherrimum & illustrissimum decus, gloria, ornamentum, corona diadema erat apud populum, arca, atq; templum juxta illud ex alio psalmo *i*, *tradidit pulchritudinem eorum* (sive gloriam, ideſt, arcam) *in manus inimici*: Item *k*, *incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui*. Græci explanant de templo. Unde Apollinarius,

e vers. ult.

f 3. *de fide c. ult.*

g lib. 2. 23. 11

h cap. 2. 7.

i pſ. 77. 68

k pſ. 73. 7

Καὶ οἱ πᾶσι βέβηλον ἐπὶ χθονὶ δῆκας νηόν.
Et ipsi omnibus profanum in terra posuisti templum.

Qui *sanctitatem* legunt explicant de profanis post adventum Christi sacrificiis Judæorum, quatenus ab eo tempore nullius valoris sunt, nec magis quam profana; immò post sufficientem Evangelii promulgationem, sunt etiam execranda. Hugo declarat de templo eversio per Vespasianum Titumque. Arnobius de Christo qui quum ab inimicis suis tentus est, nimirum quando comprehenderunt in horto, profanata est in terra sanctitas ejus, quasi eum humi straverint, ut melius ligarent. Si Nazaræum accipiamus per illum qui apud Judæos religiosissimus erat, intelligentur sanctissimi quique permissu Dei ab hostibus læsi ac violati; & in Ecclesia, ut Hugo explicat, sancti, in quibus habitat Deus, habiti à mundo profani: aut Deo permittente, à Diabolo profanati per amorem terrenorum, præsertim clerici, qui sunt peculiariter Deo consecrati, & sanctificati. Cajetanus legens, *maculasti terram coronam ejus*, exponensque de regia Davidis, seu posterorum dignitate observat dixisse (*terram*) cohibendo linguam, ne dicere videretur quod maculavisset Deus coronam Messiæ, quæ futura erat cœlestis. At nomen *terræ* cum littera servili לארץ *laretz*, non indicat genitivum, nec afficit coronam, quasi significet coronam terræ seu terrenam; sed quod ad terram quasi projiciendo profanata sit: quod magis innuit Græca præpositio num accusativo, εἰς τὴν γῆν *in terram*.

Destruxisti omnes sepes ejus. Hieron. *dissipasti omnes maceras ejus*: Alii, *septa muros*; Chaldæus *castra* כרכוי *cherachoi*, Apollinarius pro φραγμὸς, ὕρκεα, *muros templi* Euthymius interpretatur: possunt & alii intelligi, arcesve, castra, munitiones, quas cum Cajetano possis appellare regni custodias, etiam macerias vinearum, ut sic magis exprimatur vastitas & desolatio; Idem Euthym. accipit de lege Moysis. Hugo custodiam angelorum, & sanctos alios, quibus Ecclesia veluti clauditur, atq; defenditur. Plura leges pſ. 79. *l ut quid destruxit maceriam ejus.* Mirum videri posset Angelos custodes comparatos cum sepibus, quæ conficiuntur ex spinis, & unumquemlibet custodiæ alicujus eorum commissum, dici *sicut lilium inter spinas* m: Hoc sepimentum lilium est in campo, & liberum ac patentem relinquit ei ab aere cæloque influxum; & arcet carpere volentes, aut conculcare & nonnihil utilis umbræ confert. Convenit præfatis quoq; sepis officium; *verba* namque *illorum stimuli* n & *arguere* debent, ac *increpare*, non solum *obsecrare* o: quod baculus indicat pastoralis, monens quemvis eorum.

l vers. 11.

m Can. 2. 2.

n Eccl. ult. o 2. Tim. 4. 2.

Attrahe, sustenta, stimula vaga, morbida, lenta,
Attrahe per primum, medio Rege, punge perimum.

Christo sepes illa spinarum perinde fuit, ac *arieti vepres* unde productus est ad victimam *p*. Grevæus *q* asperitate pœnitentiæ tamquam sepe, circumdari docet animam velut vineam, & ab ea prohiberi diabolo aditum, claudique sensus quinque; ubi autem non sit ea sepes, diripi possessionem & qui eam dissipet, morderi à colubro. Sed citatum adi locum.

p Gen. 22. 13

q ser. 186.

Posuisti firmamentum ejus formidinem.) Hieron. *posuisti munitiones ejus pavorem.* Paterius *r posuisti munitiones ejus in formidinem*, alii, *contritionem*, seu *confractionem*. Hoc est, fecisti ut propugnacula ejus (quæ Chaldæus vocat *oppida*; vel, *arees* פציהון *patsichoi*) contererentur, aut ut tutra ipsa milites formidarent, aut ut illis destructis in quibus tuto vivebatur, ingens corripuerit pavor: aut juxta Euthymium, Basilium, Theodoretum, ut circumdarentur formidine tamquam vallo: aut cum Nicephoro, ut ὁ πρωμαχοῦντες πολεμισταὶ, *primo pugnantes loco milites* essent δειλια, *formido*, ideſt, δειλοὶ *formidolosi*. Firmamentum fit formido istis modis per metunymiam vel est formidans, ideſt, efficiens formidinem, & in quo quis formidet præ infirmitate suarum, & copia virium alienarum: item quia succedit securitati, quam quis habebat dum illud staret, formido, postquam eversum est. Nomen Hebr. מחתה *mechittah* utrumque significat & *pavorem*, & *contritionem*, *confractionem*q; seu, *ruinam*, quemadmodum thema ejus חתת *cathath conterere* ac *frangere*, item *terreri*, *pavere*, *percelli*, quod etiam dicitur *frangi animo*, potestq; sensus esse, ruptis muris hostes ingressos, ac magno pavore obsessos compleviſe. Ayguanus affert hic etymon verbi *formido* à formon, quod idem sit atque calor, vel ignis, & quia calor naturalis est in sanguine, dicatur sanguis formon, vel formido. Formam quidem Festus ait calidam significare & exta deforma, vel potius formida, ideſt, calida; ædificium formidum, quod est calidum. Sed formidinem & formam in ea ratione quam dictus Auctor tradit, nolsque notare vult, nondum reperi: licet non solum forcipem à capienda forma, ideſt, calida re, sed à forvo derivent, quod etiam calidum sit. Nec quod ait Hugo satis solidum est: per *ponendi* verbum indicari, quam Dialectici vocant positionem, ideſt, propositionem, quæ exercitationis causſa conceditur & ad tempus, quia timor ille Apostolorum paullo post ablatus est, misso Spiritu sancto. Hauriuntur ista avide & liberius evulgantur: ego vero dedocendo utinam prosim. Minatur Deus prævaricatoribus legis *cor pavidum*, *deficientes oculos*, *animam consumtam*, *mœrore*, *& ut sit vita ipsorum pendens ante ipsos*, *ac timeant nocte & die*, *& non credant vitæ suæ*: *mane dicant*: *quis nobis det vesperum? & vespere*: *Quis nobis det mane? propter cordis formidinem*, *qua terreantur*, &c.

r lib. 1 in pſ. cap. 186.

Mysticè Christus fortissimus timuit, pavitque, ac eum læduit cum *mœstitia* t, & *agoniam* passus *u* est: *discipuli relicto eo fugerunt*, ac Petrus negavit, cum se ad mortem oppetendam paratos pro ipso affirmassent *x*. Interdum inter fideles qui videntur columnæ, contremiscunt, & de suamet salute dubitant, vel de fide ipsa: illa etiam in quibus homines confidunt, ut opes, amici, subditi, arma arces, quandoque convertuntur in causſam desperationis atque tepidationis. Denique firmamentum ponitur formido, inquit Hugo, quando Prælati qui debent subditos confirmare, sicut Petro injunctum est *y*, atque consolari, errent dumtaxat, torquentque; & *per gyrum dentium eorum formido*, *z*, ideſt, habeat omnia verba terribilia & nulla consolatoria. Addit de iisdem quod ponuntur formi-

s Deut. 28. 65. 66. 67. Sensus mysticus.

t Matt. 26. 37. 38. Marc. 14. 33

u Luc. 22. 43

x Matt. 26 33. 34. 35. 36 Marc. 14. 29 30. 31. 50. Luc. 22. 33. 34

y Luc. 22. 32

z Job. 41. 5

formido, ideſt, terriculum, & quod vulgo vocamus, *Spauentacchio* in cucumerario vel horto, à quo timent inirio aves, at quum deprehendunt nil moveri, ſenſim accedunt & comedunt fructus, & immittunt ſtercora, ſic enim evenire nonnullis, ut primum nonnihil timeantur à dæmonibus, tyrannis, ſubditis. Hinc Baruch *a* diſſuadens idololatriam, adhibet iſtam rationem, quia *ſicut in cucumerario formido nihil cuſtodit: ita Dii lignei, argenti, inaurati.* Iiſdem convenit expoſtulatio cum Sobna præpoſito templi: *Quid tu hic? aut quaſi quis hic* b? & alia cum alio; *O paſtor idolum* c. Paterius *d* ait poni munitiones in formidinem, quum humilem locum pro rectitudine mentis appetimus: ſed ad turbas atque ſtrepitus mundi vel coacti revertimur, & inter irruentia peccata deprehenſi, ipſam munitionem noſtram pertimeſcimus; quia de ſubtili omnipotentis Dei examine hoc quoque formidare incipimus, quod bene vixiſſe credebamus.

a c. ult. 69.

b Eſ. 22. 15.

c Zach. 11. 17.

d lib. in pſ. cap. 186.

Verſ. 42.) Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam, factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Senſus loci. QUod ipſimet Deo tribuitur per promiſſionem intelligi, vel ex hoc verſu percipitur, in quo dicũtur alii diripuiſſe Davidem, vel Salomonem, vel Chriſtum, ſeu regnum illorum, & Eccleſiam iſtius, ut contigit vineæ, quando jacet maceria diruta, ſepeq; deſtructa, quemadmodum etiam pſal. 79. dicitur, *ut quid deſtruxi maceriam ejus, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?* Ex quo, inquit, factum, ut ludibrio eſſet vicinis ſuis. Qua de re conqueſtus alias fuerat *e*, intelligens Ammonitas, Idumæos, Moabitas, & ſimiles in regionibus finitimis habitantes, qui ex calamitatibus maledicendi & opprobrãdi materiam captabant: & oblata occaſione diruptorũ mœnium, etiam alio properantes, ex diverticulo accurrebant ad direptionem, & prædam. Ex hiſtoria regum *f* conſtat *capto Juda, direptos omnes theſauros domus Domini, & domus regiæ:* præterea, *conciſa omnia vaſa aurea, quæ fecerat Salomon in templo, & aſportata*: deinde *Samaritanos irruiſſe, ut facerent prædas, & homicidia.* Transfert hoc Hugo ad Judæos jam per orbem diſperſos, quos reipſa omnes quum illos obvios habent, concutiunt & impellunt: præterea quoniam Principes diripiunt eas facultates quas illi per uſuras comparaverunt ſibi; & cuncti probris atq; injuriоſis verbis eos, afficiunt. Explicat item direptionem & opprobrium de detractione ac blaſphemiis, quas prætereuntes jactabant in Chriſtum crucifixum *g*.

e verſ. 13.

f Pſ. 30. 12. pſ. 43. 14. pſ. 73. 7.

g Matt. 27. 39. & ſeq.

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam.) Alii, *conculcaverunt;* quod Chaldæum participium רמסין *rameſin* ſignificat, quemadmodum Hebr. verbum למס *lamas*. Sed hujus loci שמה *ſciaſſuhu* cum affixo, valet *diripere* ac *prædari*; verum cum conculcatione, ut quidam volunt: quod tamen minimè neceſſarium: Latinum autem *diripere* eſſe variis modis rapere, ut ſolent milites, notat Ayguanus: verum etiam abſque neceſſitate.

Faſtus eſt opprobium vicinis ſuis.) Neque quod idem Auctor monet, exactè dicitur, eſſe opprobrium id quod circum circa & undiq; eſt vituperium. Factum Chriſtum Ambroſ. *h* dici quandoq; hinc probat ſecundùm humanitatem, quia quod ſit factus opprobrium, non poteſt referri ad divinitatem. Vicinis vero factum opprobrium monet, non civibus, non domeſticis, non adhærentibus: quoniam *qui adhæret Domine, unus ſpiritus eſt* i: qui vicinus eſt, non adhæret. Tandem ait *factum in opprobrium*, quia *crux* Domini *Judæis ſcandalum eſt, Græcis ſtultitia* k. Ad malum prælatum Hugo hæc applicat.

h 3. de fide c. 5.

i 1. Cor. 6. 17.

k 1. Cor. 1. 23

Verſ. 43.) Exaltaſti dexteram deprimentium eum, lætificaſti omnes inimicos ejus.

Verſ. 44.) Avertiſti adjutorium gladii ejus, & non es auxiliatus ei in bello.

Senſus loci. PErgit recenſere incommoda regni Davidis, ſeu Salomonis, ac poſterorum, ſubq; typo, illa quæ patitur Eccleſia: nempè ut Deus potentiam hoſtium conculcantium, ſuperiorem reddidiſſe videatur: & gaudio affeciſſe quotquot oderant, & nocere illi ſtudebant, quum ſcilicet conatus ipſis pro voto ſuccederent? præterea quod abſtulerit auxilium, quo juvare ſolebat gladium, arma, bellicam expeditionem ipſius: nec in bello; & conflictu opem conſuetam tulerit, ſed cedere, fugere, vinci ab adverſariis permiſerit. Habent hæc antitheſim cum ſuperius commemoratis promiſſis *l: manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*: item *m*, *& concidam à facie ipſius inimicos ejus, & odientes eum in fugam convertam.* Contra prorſus accidit; Nam fortiores reddidit hoſtes Deus, unde illi impotenter gloriati, nec Deo, ſed ſibimetipſis victoriam tribuentes, dicebant *n*, *manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia*: quod etiam indicat lętificatio hic adjecta. Patiuntur iſta nunc infelices Judæi, ut de ipſis exponunt plures, cujus rei præceſſerat quidam typus in Babylonica captivitate. Paſſioni etiã Chriſti eadẽ quadrãt, quum publicè irriſus eſt, ac inſultatum eſt ei.

l verſ. 22.

m verſ. 24.

n Deut. 32. 27

Exaltaſti dexteram deprimentium eum.) Hieron. *elevaſti dexteram hoſtium ejus.* In Pſalt. vetere, Romano, Ambroſiano, apudq; Auguſt., & Caſſiod. *inimicorum ejus*, ſunt צרים *ſarim* & θλίβοντες aut in emendatis libris, ἐχθροὺς, *qui tribulant, vexant*, redigunt in anguſtias ex odio & malevolentia. Exaltatio dexteræ denotat majorẽ potentiam, quia fortior ac validior ictus imprimitur, quando manus atq, brachium erigitur: præterea geſtum gloriantis, ſeſeq; efferentis, ac jactantis. Poſterioris notionis exemplum indica vi ex Deuteronomio *o*: Prioris plura ſunt etiam in pſalmis *p*: ubi & oratur *exaltari manum Dei ſuper aliquem*, ut juvet; & gratiæ aguntur, quod *jam exaltaverit. Datam* Pilato *deſuper poteſtatem in ſe* Chriſtus ipſe dixit *q*; nec ſine permiſſu Dei poteſt quis alteri nocere, vel evehi malus in magiſtratum, ſeu *fieri capite* r.

o c. 32. 27.

p Pſ. 10. 12. ſec. Hebr. pſ. 88. 14. pſ. 117. 16

q Iob 19. 11.

r Thren. 3. 35.

Lætificaſti omnes inimicos ejus.) *Audientes inimici malum ejus quem oderant, lętantur, quia fecit id Deus*: ſ multo magis ſi faciant ipſi, & ſe etiam per ſe id facere putent. Lętari proculdubio Judęi magnopere ſunt extincto Chriſto, quem reſurrectorũ tam cito non credebant: lætantur victores capta præda: dęmones ruina noſtra, inquam perſuaſo peccato nos præcipitant. Sæpe antea monuimus quantum victis acerbitatis ſit ex inſultatione vincentium & Bruno Carthuſ. obſervat à nonnullis perſecutoribus in loco interfectionis martyrũ, convivia ludoſq; celebratos.

s lib. verſ. 21

Advertiſti adjutorium gladii ejus.) Hieron. *robur gladii.* Alii, *etiam retudiſti aciem gladii ejus*, vel, *reverti feciſti*, vel *retorſiſti*. Chaldaicè, *ſiquidem vertiſti retrorſum gladium ejus acutum*, vel, *aciem gladii ejus*. Metaphoram Cajetanus docet eſſe ſumtam à retuſione aciei gladii inciſorii, quum torquetur acies, ac ſi eſſet ex plumbo, & ſic non poteſt incidere. Senſus communior eſt, negatum auxilium gladii, nec Deum auxiliatum in bello; quod fieret vel ſi deeſſent arma: vel ſi vires ac robur illa tractantibus: vel ſi reipſa retunderentur: & hebetarentur: vel ſi retorqueretur in ipſomet qui geſtarent: vel ſi tranferretur auxilium in adverſarios. Poteſt dici averſi ſimpliciter ut etiam auferri, quod non datur, etiamſi prius datum non eſſet: avertere etiam idem poteſt eſſe, quod in fugam vertere, quo pacto *fugerunt nocte de Jeruſalem adventantibus Chaldæis* t vel *avertere adjutorium gladii* eſt vertere in fugam illos, qui cum armis veniebant velut auxiliares. *Immiſiſſe* narratur Deus ſub Gedeone *gladium in omnibus caſtris adverſariorum, ut mutua ſe cæde truncarent* u, & *Ammonitæ, ac Moabitæ in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus* x: quod & de Gallis Pauſanias y prodidit, quum divinitus in eos panicus immiſſus metus eſſet. Multo certior quam hæc poſtrema narratio, Theodoſii junioris victoria, in qua tela retorquebantur in hoſtes z. Olim vero quum eſſent ſub Philiſthæis Hebræi armis deſtituti erant & ruſticorum ipſorum inſtrumentorum acies retuſæ *a*. Ceterum hic unus modus, quod dicitur Deus Auctor malorum, quum deſerit ac deſtruit auxilio, & ſic ſuccumbit quis, vinciturque. Quo pacto *ne eos inducat in tentationem* b orari Deum Auguſt. interpretatur, ne nos induci, deſerendo permittat. Hugo explicat de Chriſto dupliciter quia reſpuit adjutorium gladii, præcipiens Petro *mittere in vaginam* c: & quoniam tempore illo paſſionis non prævaluit verbum prædicationis, quod comparari ſolet cum *gladio* d, ſicut nec tunc illi auxiliatus eſt Deus in Cruce, in qua *ſe derelictum ab eo* conqueſtus eſt e. Addit de malo prælato, tropologiam in quo gladius utriuſque poteſtatis Eccleſiaſticæ, atque ſæcularis averſus eſt à fine ſuo, & ſine cauſſa *gladium portat* f. Immo *habet ſolum in labiis* g: & *ſimilis eſt idolo eum, aut ſceptrum geſtanti* h; vel herbæ, aut pennæ, * quæ à forma quam habet vocatur gladiolus. Arnobius prior tradiderat ſenſum de prohibito Petri gladio: & alios alii attingunt, & ex-

t 4 Reg. 11. 4

u Judic. 7. 28.

x 2. Paral. 20. 23.

y lib. 10.

z Ruff. l. 2. c. 2. 3. Soz. l. 7.

a 14. Niceph. lib. 12. c. 19. Socr. l. 6. c. 25. Aug. 5. de civit. cap. 26 Claud. de 3. Honorii conſulatu. Quomodo Deus dicatur Auctor malorum.

b 1. Reg. 11. 21

c Mat. 6 14.

d Joh. 18.

e Eph 6. 17.

f Matt. 27. 4 Tropologia

g Rom. 11. 4.

h Pſ. 58. 8.

* Baruc. 6. 5.

& extendunt adfideles, quibus aliquando non prodest ad-
a hom. 21 in Ezech. versus infideles gladius verbi Dei. Greg. *a* præterea sic explicat, quod cum Deus respicit doctorem nolle operari quæ dicit, in die belli adjutorii, ejus gladium avertit, quia in tentationum certamine non permittit ei esse in adjutorium doctrinæ verba, quæ dedit: & quamvis habeat gladium, non adjuvat Deus illum in bello, quia quū adversitas tentationis eruperit, verbi obliviscitur, quod dicebat.

Et non es auxiliatus ei in bello.) Hieron., *& non sublevasti eum in prælio.*) Alii, *non exaltasti*, seu, *erexisti*, *non reddisti stabilem*, seu, *fecisti ut non staret*, *& consisteret*; *non fecisti superiorem in bello*, sed permisisti ut succumberet, caderet, dejiceretur, sterneretur. Exponit Arnobius quod Christo Pater noluerit auxiliari, quum posset ei exhibere *plusquam duodecim legiones angelorum* * Hugo, quod in ipso conflictu crucis ac mortis derelictus fuerit. Videtur hoc præcedenti membro synonymum; & versus totus similis illis ex ps. 43. *b nunc autem repulisti & confudisti nos*, & non egredieris Deus in virtutibus nostris? Aleam quam vocant belli, atque victoriam esse fatentur omnes, & nos in hoc opere alicubi docuimus, ex
* Matt. 26. 53.
b vers. 10.
c Jud. 7. toto. 1. 17. 38. Ps. 17. 4. 6. 7. Deut. 20. 2. 1. Reg. 14. 6. Paral. 47. 24. cap. 25. 14. 15. Mach. 38. 1. cap. 4 8. 18. lib. 2. 8. 19. d 2. Par. 33. e 1. Reg. 517. 47.
B variis præcipuè scripturæ *c* sive testimoniis sive exemplis. *Dei est adjuvare & in fugam convertere d: non in hasta & gladio salvat, ipsius enim est bellum e: prout ipsi placet, dat dignis victoriam f: de cælo fortitudo est g: de cælo dimicatio h.* Id sibi Gentiles voluerunt, qui dubias martis incerti vocavere vices, & fortunam belli semper anciptiti in hoc loco *i*: videlicet quia ubi minus humana viget ratio visque, ibi Dei providentia, & potentia magis, cui nihil fortuitum, nihil ineluctabile.

f 2. Mach. 15. 21.
g Jud. 4. 15.
h cap. 5. 20.
i Seneca in Thebaide Act. 4. & alii Sensus loci.

Vers. 45.) Destruxisti eum ab emundatione, & sedem ejus in terram collisisti.

DEstructa, detracta, negata dicit ornamenta, & decora regia, splendorem, cultum, mundum, majestatem, dignitatem, amplitudinem, sedem item, solumq; ac thronum, de quo promiserat Deus fore ut *dies cœli, ut Solem, ut Lunam perfectam in æternum* k, dejectum ac everC sum. Potest etiam & melius in membro primo innui destructio templi, quo nullus mundior locus, & in quo perficiebatur mundatio per varium sacrificiorum genus, & ritum, cujusmodi erant aspersiones atque purificationes, antegredientes festorum celebrationem, & valebant ad eluenda aliquo modo peccata, & avertendas calamitates, & supplicia peccatis debita. Hoc ultimum Græcis placet. Ayguanus quoque, Lyranus, Rickelius, Cajetanus interpretantur de ceremoniis legis, & regia dignitate, quibus erant Hebræi privandi: Trevetus de cultu templi. Sed Apollinarius exponit destructionem bello factam, quo cuncta violantur, profanantur, contaminantur, una cum eversa regia sede.

k Vers. 30. 38.

ἀλλ' ἡμεν ἐ λομένοισι μάχης πεπλαγμένοισ ἔργοις
ἄ πῶς οἱ σοὶ θεσσὰ κατέρριπτεν ὑψόθεν ἑδρη,
Sed esse (fecisti) pernicioſis pugnæ ſedatum operibus.
Ah quo pacto ei lugubris prejicitur operibus ex alto ſedes.

Hugo complectitur hæc omnia, ut flagellis Judæus poD pulus emundatus non fuerit, sicut debebat, regnumq; ami
l Es. 53. 4. 5. serit: ut Christū ab emundatione, idest, propter emundationem nostrorum peccatorum Pater *percusserit* l, & destruxerit; nec ei regnum dederit in terra; ut non profuerit ad emendationem tribulatio, sed obfuerit improbo,
m Jer. 5. 3. quia *percussus non doluerit, attritus renuerit accipere disciplinam, & indurans faciem super petram noluerit reverti* m: thronus etiam collisus fuerit, ob compugnantiam inter Principes Ecclesiasticos & sæculares. Hieron. titulo notatus insinuat, quod Christus omnino in se mundus nostris peccatis vestimentum suæ carnis quodammodo inquinaverit, dum patiendo emundare illa voluit; sedes autem collisa fuerit, quando discipuli, in quibus habitabat & quiescebat, de obitu ejus turbati sunt. Bruno Carthusianus declarat quod nonnulli ex fidelibus permittentur destrui ac occidi, quia mundi & sancti erunt in fide, operibusque, ita ut impii ferre nequeant munditiam tantam: Vel quod ideo ab illis destruentur, quia reputabuntur immundi & prophani; itaut per eorum destructionem videantur expiari, & mundari loco in quibus interficientur; cetetum in terra dumtaxat erit ea destructio, hoc est, in corpore, non in anima, Exponit Agathius Guidacerius post Valentiam, quod interfecerunt Judæi Christum, velut immundum, pollutum, maledictum, contra legem agentem.

Destruxisti eum ab emundatione.) Hieron., *quiescere fecisti munditiam ejus*, quomodo etiam Symm. ἀπέπαυσας τὴν καθαριότητα, vel καταργησας αυτὴν. Alii *cessare fecisti splendorem ejus; extinxisti nitorem*, seu, *elegantiam ejus: delesti splendorē ejus: destruxisti ab splendore suo, obscurasti splendorem illius, cessasti ab ornando eo.* Melius est hoc membrū interpretari de templo, & cultu ejus, deq; sacrificiis atque ceremoniis, randem de sacerdotio, seu sacerdotali munere ac dignitate; non autē de regia, sed sequens membrum de ista, sub nomine *sedis*. Nam καθαρισμὸς magis id præ se fert, quam ornatum & pompam regiam seu mundum & elegantiam. Hebr. verbum השבת *hisbattha*, significat *quiescere fecisti*, unde trium nomen *sabbati*, in quo die vocabatur; מטהר *mithar autem est munditia*: nisi velis (מן) servire pro מן *min*, idest, *ab*, & nomen esse טוהר *tohar*, & cum affixo מטהרו *mithoaro*. Hoc probabilius est tum
B propter daghes in littera (ת) *teth*, tum præsertim ne quis dicat, infigi solum ad ornatum in integro nomine מתחר *mithoar*, ut sentit Pagninus, quoniam septuaginta expressere vim dictæ propositionis in Psalt. vetere, Romano Ambrosiano, & apud August. atq; Cassiodorum: *dissolvisti eum ab emundatione*, sicut & Græcè κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αυτὸ, ubi deest pronomen (*eum*) quum admodum & in Hebr. textu. Qui cessare aliquid facit quod esse debet in actu etiam secundo, ut dicunt, & id dissolvere, hoc est removere, & destruere censetur. Talis emundatio, quomodocumq; sumatur, ex his quos attulimus tùm litteraliter, tùm mysticè, ut scilicet ipsius cessatio sit ejusdem dissolutio & destructio: destrui autem & dissolvi dicatur aliquis ab ea, quando fit, ut ab eadem cesset seu vacet.

Et sedem ejus in terram collisisti.) Minus correcti codices habent) *in terra*) Græcè εἰς γὴν καταῤῥαξα, *in terram fregisti*. Hieron. vertit, *& thronum illius in terra detraxisti*, quamvis apud Trevetum sit *in terram*, quod innuit servilis littera dativi casus לארץ *laarets*. Idem Hieron. *n* alibi legit, *& thronum ejus in terram allisisti*; explicat vero
n in Jer. c. 14 myſticè omnem sanctum tunc allidi, atq; destrui, quando multitudine peccatorum offenderit Deum. Sensus alios prius attigimus de regno Judæorum, vel de sede regia, quæ Christo denegata est à Judæis, *nolentibus eum regnare super ipsos* o, *nec alium Regem, nisi Cæsarem habere volentibus* p. Collisio & confractio, & detractio innuit altitudinem sedis, throni, solii regii, & hoc vi dejectum, cumque ignominia. Potest utcumque in exemplum afferri *sella retrorsum cadens Heli, fractisque mortuus cervicibus* q. Deplorari his verbis quæque infelicem statum suum Ecclesiæ illæ possunt, quas vel Hæretici, vel Mahometani occupaverunt.

Explicatio mystica.

o Luc. 19. 14. 27.
p Joan. 19. 1
q 1. Reg. 4. 18

Vers. 46.) Minorasti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione.

COnqueritur denique non stari promissis de miseri- Sensus loci.
cordia æterna servanda, de semine ponendo in sæculum sæculi, quodq; maneret in æternum, de throni perpetuitate, in similitudinem dierum cœli & Solis, & Lunæ: sed imminutum valde spatium, ac durationem regni esse & videri, tùm seipsum qui hæc vaticinatus est, cuiq; facta sunt promissa, tùm populum, qui gaudebat hujusce modi vaticiniis, eaque expectabat, magna confusione perfusum, dum nec impleri vidit promissa, & è contrario expertus est cuncta demum in pejus recidisse. Vix ad quingentos annos, ut pridem antea retuli ex Eusebio r, Davidicæ stirpis pervenit regnum. Ultimorum etiam regum ætas, vitæque specium perexiguum fuit, nec diu regnarunt, Joachaz videlicet & Joachim tres dumtaxat menses: & hic duodeviginti solum natos annos regnare cepit. Confusione perfusus est Sedechias, cum erutis oculis in pristinum datus est, inquit Basilius, ac Theodoretus, & Jechonias etiam servivit. Idem autem Eusebius in commentario aptat ista omnia passioni Christi: ut ex Theodoreti commentario item Græco, quem mihi videre non licuit, recitat Agellius: Quamvis Theodoretus neget Eusebium servare potuisse seriem expositionis, & asserat infamiæ, ac blasphemiæ notam (credo de Arianismo) prorsus effugere nequivisse. Fecit id quoq; non Cyrillus

r 4. *de demonstr.* c. 20. l. 7. cap. 3.

tan-

tantum, & quem nominant Hieronymum, sed Arnobius præterea, & Augustinum in opere de civitate DEI, aliique, quos sæpè toto psalmo commemoravi. In ipso ætatis flore crucifixo CHRISTO, minorati & abbreviati sunt dies; & ipsum genus mortis in medio latronũ præter alias plures causas, magna eumdem confusione perfudit, ut iidem notant Arnobius, Hieronymusque, ut posteriores præteream. Facile est hoc ipsum detorquere ad impios *morientes in tempore non suo* b *sublatos ante tempus* c, *non dimidiantes dies suos* d, & quorum *anni breviantur* e, qua de re dictum satis aliàs *f*: & de confusione quoque Christi *g*, de brevitate autem ac velocitate illa vitæ, disertè Mazzarinus *h* noster.

Minorasti dies temporis ejus.) Hieron.. *abbreviasti dies adolescentiæ ejus*. Aquila νεότητος, *juventutum*: Symmachus νεότητός *juventutis*, aut *adolescentiæ*: Hebr. in plurali cum affixo עלמין *hhalumau*: quod esset singulare detracto (י) *jod* עלום *hhalumo*. Habent regna ætates suas, sicut homines; & significatur hoc loco, quod regnum in familia David veluti senuit, ac tandem defecit, antequam perveniret ad maturam conditionem: quemadmodum juvenis abripitur violenta morte, priusquã fiat maturus. In Psalt. Romano, & apud Cassiodorum, *dies temporum ejus*: in Psalterio vetere, & apud Augustin., *dies sedis ejus*: ita præterea extat in Æthiopico Psalterio: & in emendato Græco est, θρόνυς, pro χρόνυς, inter quæ facilis permutatio: Ita legisse Theodoretum, à quo nihil solet differre commentarius Basilio tributus, vel Euthymium, ut affirmat Agellius, equidem non reperio. Concedi de Hesychio potest, cujus idem verba recitat θρόνυς αὐτυ εἶπεν τὸν βασιλικὸν, *thronum ejus regium dixit*. Sed fortasse sola interpretatio sententiæ est, quod tradunt fere omnes, indicari brevitatem regni, quod ipsum regnum circumscribi solet nomine throni. Id nomen si quis contendat eadem de causa positum à LXX. non repugnabo. Apollinarius expressit;

Est etiam regnis ætas sua.

ἆ πῶς τοσον ὤλεσε μιν πνθαδ' ἰωβρίνθ ὥρη;
Ab quo pacto adeo periit brevi thronus hora,

Quid mirum si throni, hoc est, regni ætates sint, cum totius mundi dicantur esse, ac elegantissimè describantur à Cypriano *i*, Ambrosio *k*, Gregorio *l*, Origene *m*. Atqui translatio nostra Latina propius accedit ad editionem Hebræam. Nec fortassis castigatior Græca lectio, habens θρύπτυς, ut nec in psal. 131. *n* quæ habet θήραν, *prædam*, pro θήραν, *viduam*. *Temporis* vocabulo scripturæ significant felicem conditionem, aut liberam potestatem: ut, *cum accepero tempus, ego justitias judicabo*: &, *tempus meum nondum advenit*, tempus autem vestrum semper est paratum: Itaq; *minorasti dies temporis ejus*, est parum durare fecisti statum fœlicitatis, & quasi vigorem regni, qui censeri potest adolescentia, vel juventus illius.

Perfudisti eum confusione.) Hieronymus, *operuisti eum ignominia*. Alii (vestisti, operire fecisti) העטית *hehbethita*, de qua metaphora egimus alibi *q*, ubi sunt verba *induendi, operiendi, cooperiendi*. Græcè ad verbum, *effudisti contra eum confusionem*, κατέχεας αὐτυ αἰσχύνην quemadmodum apud alios *r*, καταχέειν, vel καταγεῦαι ἐλεγχυντον *effundere alicui proarium*. In fine est סלה *selah*, & διάψαλμα: licèt omittatur in textu Græco Bibliorum Complutensium, Regiorum, & aliorum. Id annumerat ideà ceteris in catalogo suo. Usui potest esse ad transitum ex flexibili querimonia in orationem non minus lugubrem, qua psalmum terminat.

Vers. 47.) Usquequo Domine avertis in finem exardescet sicut ignir ira tua.

Sensus loci.

POst deploratas, inquam, graves regni ac populi sui calamitates, quasi lata jam sententia damnationis, Deus conspectum & præsentiã subtraheret, sese q; absconderet, ne aut mala videret, aut supplicantes pro damnatis audiret, omnemq; favorem negaret; conqueritur acerbissimè, ac expostulat cum Deo, cur nullum finem faciat indignationi, & inflammatæ iræ suæ, omnia vastantis, & consumentis; quare non advertat ad supplicium supplicia, & pœnitentes non benignus, placatusq; aspiciat. Similima in ps. 78. / sententia; ut Euthym. quoq; monet; *Usquequo Domine irascetis in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?* Itaquè *avertere* interpretabimur de Deo ipso, seu facie ipsius, ut subaudit Augustinus, t, idest, favore, ut solent indignantes deflectere vultum; Chald. *Usquequo Domine auferes majestatem tuam in æternum*, seu, ut idem Augustinus docet, de misericordia Davidi promissa, vel de populo, quem Deus tamdiu avertisse dicatur, propter annorum septuaginta in Babylone captivitatem, sed multo magis propter istam, quam jam tãdiu patiuntur Judæi post crucifixionem Christi: nec ea liberabuntur, aut salvabuntur nisi *cum plenitudo gentium intraverit* u. Allegoria de persecutionibus Ecclesiæ aperta est. Tropologicè vox est pœnitentis, & ad patriam adspirãtis, inquit Hugo; qui doleat faciem Dei à se averti, secundùm misericordiam gratiamve, & gloriam; faciem verò suam à justitia, ut ad eam tamdiu non convertatur, & non converta t ipsum Deus.

Usquequo Domine avertis in finem?] Hieronymus, *absconderis*. Alii, *abscondes te in sæculum*, vel *perpetuo*, aut cum duplici interrogatione; *quousque tandem absconderis Domine? anne in perpetuum? in æterumne?* quasi dicat, Absit. Ita quidem Cajetanus, & Campensis, sed interrogationis nota rejicitur usque ad finem versus. Quocirca nec opus est cum eodem Cajetano (*in finem*) jungere sequenti membro nec satis aptè Ayguan. eadem dictiones continere responsum interpretatur, quo sibimet Propheta respondeat; *usquequo Domine avertis?* nempe Judæos? *in finem*, idest, quousque per fidem reducantur in finem, qui est Christus; ita ut interim (quod habetur sequenti membro, & idem Auctor ad responsionem pertinere vult, cum aliis, ut dicemus) *contra illos exardescat, sicut ignis ira* divina. Hoc, & sequenti membro de ira ista sermo est. Unde Apollinaius,

Locus ab Ayguano de Judæis expositus.

ἦπε μάκαρ, τὸ μέχρι κοτεωτάμενος χαλεπαίνοις,
πυρσὸν ἀναπτόμενον σθεναρὸν σέο θυμὸν ἀέζων.
Dic: Beate, quousque iratus succenseas:
Ignem accensum validam tuam tuam arguens?

in Psalterio Romano: *usquequo Domine irascetis in finem?* in vetere, *averteris*; de qua lectione meminit Augustinus *x*. In aliquibus codicibus, *avertes*, quibus favet futuri temporis membrum sequens, & istius Hebræum verbum futurum, תמתר *thissather*.

Exardescet sicut ignis ira tua?) Hieronymus, *succenditur quasi* ignis indignatio tua? quamvis futuri quoque temporis sit Hebræum verbum תבער *thiuhhar*. Augustinus, & alii quidam hoc absque interrogationis nota pronuntiant, & asserendo; ut sit veluti responsio ad præcedentem interrogationem, significeturque iram Dei desævituram in similitudinem ignis, qui donec supperit materia comburit; peccata namque populi Hebræi diu duratura. Ignis tribulatio incinerat reprobos, emollit pœnitentes: purificat proficientes: consolidat perfectos Subtrahe ligna peccatorum, & cessabit ignis ira Dei, sed de hac ignis comparatione aliàs plura.

Vers. 48.) Memorare quæ mea substantia, numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Vers. 49.) Quis est homo, qui vivet, & non vivebit mortem, eruet animam suam de manu inferi?

Sensus loci.

ARgumentatur minus videri dignum Deo tamdiu ac tantopere indignari, & desævire, atq; mortales consumere, tamquam combustibilem materiam, nec sinere ut pro adeo brevi vitæ, seu subbsistentiæ tempore, & pro tanta humanæ conditionis inconstantia, & fragilitate, liceat tantisper, & aliquantulum, interimq; dum vivunt, potiri benignitate ipsius, atq, clementiæ, quasi frustra cõditi sint omnes, aut ad solas perfruendas nati miserias: utpote quibus nihil profuisse videatur nasci, & vixisse, si mox mori debeant, & dum vivere conceditur miserè, ac ærumnosè vivere: nam nemo homo est, inquit, quantũlibet vegetus, sanus, robustus, & quantisvis præditus opibus atq; adminiculis, qui natus non moriatur aliquando, vel de mortis potestate liberare seipsum queat, vel necessitatem effugere tùm sepulchri, tùm descendendi in subterraneum locum, quo defunctorũ animæ ante Christi mortem descendebant. Valent ista, & ita sumuntur à plurimis ad illud humani generis desiderium de redemtione, sine quo frustra fuerit homines creatos esse, quum per peccatũ in adeo infelicem mortalitatis conditionem prolapsi sint,

a *lib.* 17. *c.* 9. *& seq.*

b Eccl. 7. 8.
c Iob 22. 16.
d Ps. 54. 24.
e Pr. 10. 27.
f *in* Eccl. *& in ps.* 38. *&* 34.
g *in ps.* 68.
h *in ps.* 50. *discursu* 3 *tit.* 1. *tit.* R. *& seq.*

i *Cont. Dem. &* Ir. *Luc. c.* 21. *& in lib. de bono mortis c.* 19. *&* 1 *hom. in* Evang. Temporis vocabulum in scripturis quid significet.

m *tr.* 28. *in Matt.*
n *vers.* 59.
o *ps.* 74. 3.
p Ioan. 7. 6.
q *ps.* 43. 16 *ps.* 68. 8 *ps.* 170. 25. *adde ps.* 141. 8.
r *Hom. Odyss.* ξ *&* *Iliad.* ψ

t 7. *de civit. c.* 11.

u Rom. 11. 25 Allegoria.

x 17. *de civ. c.* 11.

& non in mortis tantùm, sed etiam peccandi amplius quamdam necessitatem, & incurrendi æternam damnationem. Innuitur quoq; ardens illa voluntas, cupientium videre hunc redemtorem, & Christum Domini, ac verentium ne longiùs differretur, nec liceret tamdiu vivere, quum mortis quemque urgeat hinc abire necessitas, donec is adventaret. Aliter exponitur de Christo, ut sive Pater, sive etiam ipse Christus memor esse oretur substantiæ Davidis, quæ non differt à nostra, quod eam videlicet Filius Dei assumturus erat, & sic effecturus ne hominum universitas gratis, ac sine caussa videretur creata, sed finem sunm consequerentur per Christum, qui responderent gratiæ ipsius: Illum namque unum hominem futurum, qui vivendo sic videat sponte mortem, ut propria virtute liberet animam suam de inferno, & corpus de sepulchro, resurgendo, iterumque vivendo, quum *non moriatur, nec mors illi ultra dominetur* a; & idem resurrectionis beneficium communicet omnibus tempore suo, ac electis quidem ad beatam vitam. Sensus hic est Augustt. *b*, Arnobii, Hieron., & posteriorum Latinorum Enarratorum, præterea Ambrosii *c*. Hic facit hoc loco Christum ipsum loquentem in natura fragilitatis humanæ. Ubi etiam contendit adversus Arianos, nomen *substantia*, & οὐσίας vitari non debere, cum de Deo sermo est, quia & in sctipturis creberrimè ita sumitur, & ipsimet Ariani vocantes Dei filium ipsi ἑτερούσιον *alterius substantia*, negantesq; ὁμοούσιον *ejusdem substantiæ*, sive *consubstantialem*, fateri coguntur in Deo esse substantiam. Quamquam non credo οὐσίαν dici, ut ipse affirmat, quasi ἑστὼς ἀεὶ, *quod semper maneat*. Sic soli Deo propriè conveniret hoc nomen, & constat ἀτρεψίαν, quod est *esse*, dictam substantiam, quia hæc maximè est; accidens autem substantiæ ens est, sive per analogiam ad illam. Deniq; non est hoc loco οὐσία sed ὑπόστασις. Arnobius etiam inducit sic loqui Christum: memorare, Domine, quia ex Virgine me genuisti, & memor esto quæ sit mea substantia; quia cum omnes homines moriuntur in peccatis suis, ita ut nullus sit qui vivat, & non videat mortem, & penè nullus sit, qui eruat animam suam de manu inferi, (*conclusa sunt enim omnia in incredulitate, ut omnium miserearis* d) veniant misericordiæ tuæ Domine, &c. Hieron. explicat ex persona hominis dicentis, nullam esse vitæ substantiam, nisi in eũ quem prœstoletur reverti de tartaro, & eum non vanè, sed veraciter constituerit Deus homines in spe resurrectionis, multo magis filium suum debere resuscitare: nullum esse, qui evadat mortem, sed servet animam suam ab inferis: tamen Deum sub velamento carnis latere debuisse absconditum, quem mors & infernus non deberet retinere. Habet affinitatem id quod attingit Isidor. *e*, implorari misericordiam redemtionis ab homine, veniamq; quoniã ex lutea materia pondus traxerat infirmitatis, & pro infirma carnis conditione reditum mereri videbantur ad salutem, quæ caussa, quia deest Angelis Apostatis, veniam non habent. Citat ex aliis psalmis: *ipse scit* f (cognovit) *figmentum nostrum*; & *memento Domine, quod terra sumus, recordatus* g *est quoniam pulvis sumus*. Congruit proposito illud ex hymno, ut admonet etiam Hugo:

Memento salutis auctor,
Quod nostri quondam corporis
Ex illibata Virgine
Nascendo formam sumseris.

Nec incommodè nonnulli redigi volunt in memoriam Deo dignitatem hominis creati ad imaginem ipsius: propter quam rationem scribit Augustt. *h*, quod humana natura meretur Dei gratiam, quia imago ipsius est, hoc est, decuit ut ei subveniendo misereretur, quia peculiari ratione repræsentat Deum. Meminisse nos oportet tùm dignitatis, tùm vilitatis nostræ, ne quid indignum faciamus ne nimis efferamur. Primum nos admonet Ecclesia verbis Leonis in Christi natali; secundum feria IV. Cinerum; memorare, inquit hoc loco Beda, quam condignum sit illi, per quem ego subsisto; non enim decet tantùm caput parvum corpus habere. Orationi autem præsenti haud absimilis est ea, quæ est apud Esaiam *i*: *& nunc Domine pater noster es; verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos; ne irascaris Domine satis.*

Memorare quæ mea substantia.) Hieron., *memento mei de profundo*. Alii, *memento ego quid sim; quod tempus* vel, *ego quid, & quod tempus*, vel ita ut redundet, *ego, quod ut tempus*, nimirum vitæ meæ, idest, quantulum futurum sit, Aquam breve, & nihili ævum vitaq; mea, vel quod ego in mundo sim. Hebr. sunt זכור אני מה חלד *zechor ani meh chaled, recordare ego cujus substantiæ, aut, ævi*, seu, *temporis sim*, hoc est, quam exiguo victurus sim tempore, quam sit brevis ac fragilis vita, quam ex fragili & vili materia constem. Simil in 38. *k* psalmo phrasis: nisi quod est vocabulum Hebræum cum transpositione litterarum, *ut sciam quid desit mihi* מהחל אני *meh chadel ani*, quod alii reddunt, *quam mundanus ego*, nempe sim, seu *quamdiu victurus in hoc mundo; quam brevis ævi, temporisve, &c.* Repete ibidem dicta de חדל *chadel*, & חלד *cheled*, pro mundo, & spatio temporis. Voluit forsitan Hieron. per profundum intelligere infimum hunc orbis locum, sive terram, ex qua formatus est homo: & non legit מה *meh, quid* sed מין quod significat præpositionem *de*, & non אני *ani, ego*, sed אנא *anna, quæso, obsecro*, per modùm interjectionis quam tamen particulam utpote in verbo satis inclusam, omisit, & si conjiciendo pergas, poteris item suspicari esse participium זכר *zocher recordans* אני *ani ego*; scilicet memor ego sum, quid mundus, vel ætas, vitæve nostræ spatium sit, מה חלד *meh cheled*, nempe mundus quam fallax, ætas quam fluxa. Chaldaicè, *recordare quod creatas sum de pulvere*, Apollinarius.

μνῆσαι, παμβασιλεῦ, βρότειον αὖον ὅσον ἐτύχθη,
Recordare omnium rex, mortalis vita quanta est.

In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *memorare Domine, &c.* in Psalterio vetere, apudque Augustinum, *memento*, apud Ambrosium *l*, *memento Domine*. De nomine Latino *substantia* dixi prius cum eodẽ Doctore tribui Deo posse: nec tamen, ut ipse ponebat, esse hoc loco σοίαν sed ὑπόστασιν, de cujus etiam notionibus aliàs egi.

Numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?) Hieron. *alioquin quare frustra creasti omnes filios hominum* Alii, *cur frustra creaveris omnes filios hominum*; vel, *memento ne levi de caussa videaris creasse cunctos homines*. Chaldaicè, *quare ut aboleantur, super quam vanitatem creasti omnes filios Adam*: nempe super communem miseriam brevis vitæ. Videtur Genebrardus consentire, asserens Hebr. orationem affirmantem esse, petiq; à Deo, ut recordetur Deus, in quanta vanitate creaverit homines, & Hebræum בראת *baratha*, & Græcum ἔκτισας *creasti*, significat. Etsi autem particula מה possit abiq; interrogatione sumi, quam omisit editio Psalt. veteris, & Romani, atq; Augustt. & Cassiodor. *non enim vanè, &c.* & alia Psalteria nec non Cassiodorus, prætereaq; Psalt. Ambrosianum (licèt interroganter legat) nomen (*omnes*) tamen על מה *hhamah ad quid*, continet formam interrogationis; quamvis Cajet. aliter transtulerit, ut dixi. Alia exempla lege Psalmo 10. *m* secundùm Hebræos, & Esaiæ 1. *n propterea quid irritavit impius Deum?* & *super quo percutiam vos ultra?* Eadem etiam Græca particula potest esse verentis, *memorare quæ mea substantia, ne vane creaveris omnes filios hominum*. Parum refert quo accipiamus modo. Ad litterã docui sensum esse in hac querimonia, objici, nisi opituletur Deus actum esse, & si differat, tempestivum non fore jamjam morituris auxilium, sicq; videndum, Deum frustra creasse, si creatos non servet, neq; id conferat propter quod sunt creati, opificis namque esse opus suum tueri

Conferat ad hoc Esaiæ citatus locus, & similes, in quibus jure creationis flagitatur adjutorium DEI, & quod *manus ejus fecerint atq; plasmaverint nos*. Augustt. & Cassiodorus legentes absq; interrogatione, mystico sensu declarant non esse humanam naturam creatam, ut fineretur quasi vanum aliquid interire; & quamvis abierint omnes homines in vanitatem interitumq; quos non vanè Deus constituerat; tamen Deum ut retraheret ac mundaret à vanitate, graves corde, diligentes *o* eam, *mirificasse & admirabile, feciisse sanctum suum* Christum *p*, in quod est substantia nostra, cujus ut esset memor, orabatur paulò anté idem Deus. Græcus Auctor Agellius, explicat orari, ut Deus recordetur homines esse σφαῖρας πνεύματι, *versibiles secundùm naturam*, quum sint αὐτεξούσιοι, *sui juris, & arbitrii*: propterea timendum ipsis μήπως εἰς ἀσέβειαν ἐξωκείλωσι, *ne ipsi impietatem deferantur*. Sic ergo creari vanè seu constitui, vel est frustra, gratis, sine caussa, absq; consecutione finis: vel infirmè, misera sorte, infelici conditione. Hoc Genebrardus contendit: illud negat, quia nihil facit Deus frustra. Certum est, rectèque hoc loco Rickelius demonstrat: sed obstat interrogationis forma, cum communiore aliorum explanatione: & in

sua

Cur Christus naturam humanam erat assumturus.

a Rom. 6.

b hic & 17. decisf. c. 11. n. 3. de fide c. ult.

De voce οὐσίας. contra Arianos.

c Rom. 11. 32

d l. 1. sententiar. c. 10.

Psal. 102. 14.

f Psal. 102. 14.

g

h 4. contra Jul. c. 3. Natura humana Dei gratia meretur, quia ipsius imago est.

i c. 64. 8.

k vers. 5.

l 2. de fide c. ult.

m vers. 13.

n vers. 5.

o Psal. 4. 3. ibid.

p

sua turbulentum querimonia cum Deo agere perinde, ac si fruſtra illum quidpiam agere credere videatur non eſt inſolens in ſcriptura: Apoll. ματαίως exponit per ματαίως, quod ſignificat gratis, ac ſine cauſſa. Priùs monui hoc ex loco Iſidorum *a* colligere non angelos apoſtatas veniam reperiſſe, ſalutem, ſed homines ob naturę infirmitatem. Extat eadem in cauſſa apud alios, ut Greg. *b*, Bernardum *c*, Thomam *d*. Alia ratio eſt indicata verbis iſtis, ne tota ſpecies humana atoma periret, ac in vanum condita videretur, penitus ſine ſuo fruſtrata; quum non omnes angeli ceciderint, ſive ſpecie differãt omnes, ſive tantùm individuis, ſive partim uno, partim alio modo. Ang. *e* cauſſam iſtam aſſignat, placetq; Magiſtro *f*; ſed non Aquinati *g*, quia multæ ſpecies Angelorũ perierunt, quum arbitretur omnes omnino diſtingui ſpecie, quod fundamentum nec verum puto; nec, ſi verum eſſet, quidquam obſtaret; quia propter ſimilitudinem in natura cenſentur omnes Angeli conſtituere gradum unum, & ordinem rerum, non minus quam homines. Quod verò attinet ad damnatos tùm angelos tùm homines, non ſunt vanè conſtituti à Deo, non ſolum, quia data eſt cunctis gratia ſufficiens, & voluit omnes ſalvos fieri, voluntate antecedente, ſed etiam, quia *qui univerſa propter ſemetipſum operatus eſt, impios quoq; ad diem malum* h, juxta ordinem juſtitiæ ſuæ deſtinavit, eorumq; damnatio auget gloriam ejuſdẽ, & electorum; & *in eadem domo magna neceſſe eſt eſſe, non ſolum vaſa argentea, & aurea, & miſericordiæ gloriæ, ſeu in honorem, ſed lignea etiam, & fictilia, & ignominiæ, atque iræ & apta in interitum* i. Idem judicium eſto de permiſtione malorum cum bonis in hoc mundo, ac intra Eccleſiam ipſam. Ne putetis, ait Auguſtinus *k*, gratis malos eſſe in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur; aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur. Audiatur alia egregia Auguſt. *l* ejuſdem ſententia: ed vanè conſtituit Deus omnes filios hominum, quia & multos à vanitate liberat per mediatorem Jeſum, & quos liberandos non eſſe præſcivit, ad utilitatem liberandorum, & comparationem duarum inter ſe à contrario civitatum (Jeruſalem & Babylonis) non utique vanè in totius rationalis creaturæ pulcherrima atque juſtiſſima ordinatione conſtituit.

Quis eſt homo qui vivet & non videbit mortem.) Hieron. *quis eſt vir qui vivat, & non videat mortem*, & alibi *m* eodem modo, niſi quod legat (*homo*) In Pſalt. Ambroſiano, & in Romano, apud Fabrum, & in textu Caſſiodori, & alibi apud Auguſt. *n*, & Gregorium *o*, *qui vivit*, Chaldaicè, *angelum mortis*, quaſi præſit unus angelus mortis, & eum angelum videant quicumque moriuntur, aut ſinguli ſinguli morientes. Quidquid ſit de hoc, & an quivis moriens videat Angelum bonum & malum dixi alias *p*, experiri mortem Hebræos circumſcribere per ראות *reoth videre* illam ſeu *corruptionem* q, Græcos per γεύσασθαι *guſtare* r: & videri cauſſam poſſe, quod mors dici horrida & amara ſolet, quodque quum hi præſertim deficiunt ſenſus, illa immineat. Eſſe quæſtio hìc poſſet, an omnes omnino homines morituri ſint, etiam hi qui proximi erunt tempori generalis judicii, & quomodo intelligatur Chriſtus judicaturus non mortuos tantùm, ſed etiam vivos. Expedivimus eam quæſtionem alio loco *ſ*, definientes neminem liberum à morte futurum; & contrariam opinionem, licèt non hæreticam, vel temerariam, valdè tamen minùs probabilem eſſe. Legimus poſtea noſtri etiam Joannis *t* de Salas diſputationem de eadem, ubi plures citat Auctores ex iis qui noſtram ſequuntur. Enoch & Elias, aut ſi quis alius nondum mortuus, huc ad nos Antichriſti tempore veniet, ſine dubio morietur. Vocat Greg. *u ſcriptas contra nos* à Deo *amaritudines* x, quum ſemel dixit y *terra ſive pulvis es, & in terram* ſeu *in pulverem ibis* aut *reverteris*. Sententiam namque illam non mutari, ſicut quod ſcribimus manet, quod loquimur tranſit: & hanc etiam *terribilis Dei, & cui reſiſti non poſſit ira ex tunc* z, id eſt, quando peccanti in paradiſo homini iratus, ſemel de mortalitate carnis noſtræ ſententiam fixit, quæ nunc & uſque ad ultimum mori nullo modo valebit. Unus Chriſtus liber prorſus à moriendi debito fuit, & propter unionem hypoſtaticam, & propter viſionem beatificam, quam ſemper habuit in anima, & propter conceptionis ac nativitatis ſuæ modum, qui excludebat peccatum. Ceteri homines debuerunt mori: quod ſi qua occurrit cauſſa cur fortè non nulli non moriantur, ſatis eſt quod delegi mortis obnoxii dicantur. Quamquam reipſa morituros omnes multo certior, ut dixi, opinio eſt, atque A ſine ulla dubitatione tenenda. Auguſtinus *a* comparans Chriſtum nobiſcum ſecundùm mortem, & mortem diſtinguens corporalem & ſpiritualem, videlicet vel in peccato, vel in damnatione conſiſtentem; ſcribit ad hunc modum. Credo mortuum eſſe filium Dei, non ſecundùm pœnam injuſtitiæ, quam ex toto non habuit, ſed ſecundùm legem naturæ, quam pro humani generis redemtione ſuſcepit, illa morte de qua dicitur: *quis eſt homo qui vivit & non videbit mortem*? non illa de qua Eſaias dicit: *mortui autem vitam non timebunt* (quem locum non reperio) illa quæ ſecundùm naturam generalis eſt cunctis, non illa quæ ſpecialis eſt malis. Sic ille. De eodem autem Chriſto myſticum antea ſenſum attuli, ut non ſit ei ſimilis homo qui vivat vitam omnibus tribuendo, & glorioſam beatis, & non videat mortem, ideſt, non ab ea diu detineatur, & brevi ſuſcitatus jam non amplius moriatur & (quod ſequitur) *eruat animam ſuam de manu inferi*, quoniam ſolus iterum ſumſit animam ſuam, quam ſponte poſuerat. Moraliter admonemur iſta ſententia, ut nobis penitus perſuadeamus, eſſe nobis moriendum: quod ſi moriamur B in mortali peccato, in poteſtate noſtra nec ullius alterius præter Deum, qui hoc non faciet, futurum, ut inde animam noſtram eruamus. De moriendi neceſſitate, ſeu fato, ut vocant, nihil magis apud profanos Auctores ſtritum Plato *b* etiam vulgatum ſcribit inter fœminas ὅτι τὴν εἱμαρμένην ἀδ' ἀνεῖς ἐκφύγοι, *quod fatum ne quidem unus effugiet*: Illud autem ſtudioſè conſiderandum, committendo curam Deo de vitæ ſpatio, qua ratione tempus ad vivendum conceſſum quiſque ὡς ἀρίστα βιῶν, *quam optimè vivat*, nec deos ab iis quos maximè diligant, depellere mortem, poſſe; cecinit hoc de numine divino haud benè ſentiens Homerus *c*,

ἄλλῳτι θάνατον μεταδόμεναι καὶ δὲ θεοῖσιν
ᾧ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκεῖν ὁππότε κεν δή.
μοῖρ' ὀλοὴ καθίληται ταναήλεγὲος θανάτοιο.
At verò mortem communiter omnibus æquam
A dilecto homine neque dii deppellere poſſunt:
Quem funeſta dies fati jam urget acerbi.

—— *ibimus omnes*, inquit alius *d*,
Ibimus; immenſis urnam quatit Æacus umbris.

C *Eruet animam ſuam de manu inferi?*) Hieron., *ſalvans animam ſuam de manu inferi*: ſed alibi, *e*, *redimet de morte animam ſuam*. Alii ex Hebræo, *de manu ſepulchri*, vel *foveæ* Chaldaicè, *liberabit animam ſuam de manu ejus*, nempe Angeli mortis, *& non deſcendit in domum ſepulchri*. Omnes editiones Latinæ habent nomen *inferi*: Auguſt. *inferni*. In Pſalterio Ambroſiano eſt *eripiens*, in vetere, & apud Auguſtinum, *de manibus*, in Romano, & apud Caſſiodorum, *aut quis*. Textus Hebræus, Græcuſque non habet, *aut quis*, nec manus in plurali: nomen Hebræum שאול *ſeeol*, ut ſæpè monui, poteſt ſignificare, & *ſepulchrum*, & *ſubterraneum animarum locum*. ἅδης numquam pro ſepulchro, quod equidem ſciam; nec H. Stephanus, qui aſſerit, exemplum affert ullum: ſuſpectus autem eſt, quia malæ ſectæ Auctor, in qua negatur articulus de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos, atque exponitur ſepulchrum. Plures Græcorum hoc loco *manum inferi* explicant τῷ θανάτου καταχίσει, *vim* & velut *tyrannidem mortis*. Sic Oleas *f* etiam nominat *manum mortis*: & Ethnici quandoque *orci*, & *inferni*, & *mortis* vocabulo Plutonem, aut Jovem: Seneca *g* autem infernum tyrannum: & iterum ſcriptura *h* morti attribuit *regnum*, atque *dominium*, appellans item *inimicam*, & *inferorum regnum* i, ſive, *regiam*. Apollinaris indicat ſermonem eſſe de reditu ab inferis, cor loco animæ ſumens, cujus profecto animæ locus non eſt ſepulchrum.

τίς γροσὸς ἐς θανάτοιο βίην, ᾗ δεσμὸν ἀλύξει
ἐξάιδαπ φίλο καλὸν πειλη ἀγρεταν ἔρορ;
Quis mortalis, qui mortis, vim, & vinculum effugiet.
Ex inferno earum vocans mutabile (denuo congregatũ) *cor?*

Certè non pauci caruerunt ſepultura: & ritu quarumdam gentium negata eſt defunctis, de quibus Alexander ab Alex. *k*: non ergo de illa, ſeu de ſepulchro hìc eſt accipiendum quod dicitur, *quis eruet animam ſuam de manu inferi*? ut benè ratiocinatur Antonius Guevara *l*. Genebr. poſita vera expoſitione de ſubterraneo animarum loco, quum nondum prolata erat ſanctorũ, ideſt, *cœli via m*, refert Rabbenaki, & R. Joſeph Albo, locum præſentem explanaſſe de purgatorio, ut neceſſe eſſet venire in infernũ ad eradendum, & expurgandum inquinamenta tranſgreſſio-

a t *ſententt.* s. 10.
b 1. *mor.* c. 9.
c *ſerm* 1. *de advet.*
d 1. *p.* q. 64. *art.* 3.
e *Enchirid.* c. 29o
f 2. *d.* 21.
g 2. *a.* 7. q. 1. *art.* 2.
h Pr. 16, 4.
i 2. Tim. 20. 22. Rom. 9. 21. 22. 23.
k *in pſ.* 94.
l 17 *de civ. c.* 11.
m *epiſ.* 152.
n *cont. Felic.* c. ult.
o 11. *mor.* 8. 31. *vel* 14.
p *in Act.* 107
q Pſ. 15. 10. r *Mat.* 16. 28 *Luc.* 9. 27. *Joan.* 8. 52. *Hebr.* 2. 9.
ſ *in Act.* 10 68.
t 1 *qt.* 5. *art.* 5. *tract.* 11. *diſp.* 14. *ſect.* 5.
u 14. *mor.* c. 13. *vel* 14.
x *Job.* 29. 16.
y *Gen.* 3. 37.
z Pſ. 15 14.
a *contra Felic.* 1. *cap. ult.*
b *in Gorgia*
c *Odyſſ.* 2.
d *Stat. lib.* 2.
e *epiſt.* 152.
f c. 13. 34.
g *In Hyppol.* h *Rom.* 5. 14. 17. c. 6 19. i 1. *Cor.* 15. 26 *Sap.* 2. 24.
k l. 3. c. 2.
l *in Abac. col pag.* 101. m *Hebr.* 9.

De numine divino non benè ſenſit Homerus.

Manus infer quid denotet.

gressionum, quas qui fecerit, donec mundetur, & ascendat in locum quietis suæ. Jodocus Coccius *a* hoc testimonium pro purgatorio recitat cum aliis multis aliorum veterum Judæorum. In fine est סלה *Selach*, & διάψαλμα: quod nos prodest admonere, ut impensius meditemur miseram conditionem nostram.

a rom. 2. in 1. def. cath. l. 7. art. 5. p. 878. & seq. Locus pro assertione purgatorii

Vers. 50.) Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut juraſti David in veritate tua.

sensus lo. 1.

PRemit Deum promissis, fideq; data, cum juramento: sed simul ne summo agere jure videatur, & iratum magis irritare: nec negat violatam fidem: nec tam justitiam prætendit, quam misericordiam: ex qua videlicet Deus obligavit seipsum: & quamvis præstiturus non dubitetur, molesta sit tamen dilatio, *& dilata spes affligat animam*, & afflictam prorumpere cogat in quærimonias, ac veluti debitum exigere. Promissiones misericordiasve promissas antiquas vocat, quia ipsæ sub initium regni factæ fuerant: & quod attinet ad Christum de semine ipsius venturum Patriarchis; quin & ante sæcula sic determinatum à Deo fuerat, quas appellat Esaias *b* *cogitationes antiquas fideles*. Vel misericordias antiquas intelligit effecta vetera misericordiæ declarata erga populum, ut in Ægypto, alibique: & simul adjungit firmatas juramento sibi ipsi peculiariter promissiones tùm de regno Messiæ, præsertim quod spirituale debebat esse. Tam sæpè reperi veritatis testimonium, & misericordiarum fieri mentionem, quæ Psalmi etiam initio nominatæ sunt, observat Basilius ac Theodoretus, ut excitetur Deus, qui pollicitus est: & quia misericordia potissimum opus erat. Adde urgentem necessitatem ad id impulisse, quum proximè de naturæ fragili conditione, & quasi fruſtratione finis, flebiliter locutus fuisset, Augustinus docet Prophetam eorum in se personam transfigurare, qui longè postea futuri erant; quibus tempus quo scribebat, esse antiquum; quando regi David ista promissa sunt; scilicet Christianorum; qui quum paterentur persecutionem, eisq; exprobraretur à Gentibus Christi mors passioq; hoc, & id quod habetur versu sequenti usurparent. Sed alii præterea sensus allati commodi sunt; quamvis contextus requirere videatur, ut dicam, sermonem esse de promissis factis ipsi Davidi.

b ps. 25. 3.

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?) Legit Augustinus aliquando, *miserationes*. Usitata formula exprobrantibus infidelibus contra fideles, quum his deesse auxilium Dei videatur, ut ps. *c* aliquot jam prius vidimus, & repetitur ps. 113. *d* aliisque exemplis confirmavimus: & interdum dicebant *e*, *Ubi est verbum Domini?* & Dominus ipse vel de bonis vel de malis prophetis: *Patres f vestri ubi sunt? & Prophetæ numquid in sempiternum vivent?* Item ad Adam *g*, *Ubies*, ad Cain *h*, *Ubi est Abel frater tuus?* & Esaias *i* expostulando cum Deo: *Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se*. Usurpanda hæc eadem sententia nobis; quoties novæ nos aut renovatæ urgent miseriæ, ut dignetur Deus, quod alias fecit in similibus morbis vel nostris vel aliorum, similem applicare medicinam. Hugo tropologicè assignat exempla in Mose, Aod Gedeon quorum opera olim Deus misericordiæ populo suo effecta operatus est. Illæ misericordiæ antiquæ curari non debent quibus olim impertiebat Deus bona temporalia: sed quæri ante omnia debet regnum Dei, ejusq; justitia *k*. Non placet quod Ayguanus approbat, enunciative accipi orationem ac responderi priori quæstioni: *Quis est homo, &c. Ubi sunt misericordiæ tuæ? &c.* hoc est, in illo reperitur quod quærebatur nimirum in Christo, in quo sunt misericordiæ Dei, & per quem Deus illas operatus est: Christus ille solus est, qui vixit, & mortuus, tantisper paullo post revixit, nec deinceps vidit mortem, seseq; virtute propria de inferno, & de sepulchro liberavit. Coactus profectò sensus, nec ferendus nisi per quamdam accommodationem.

c ps. 43. 11. ps. 78. 10.
d vers. 3. secundum Hebr.
e Jer. 17. 15.
f Zach. 1. 5.
g Gen. 39.
h c. 4. 9.
i c. 63. 15.

Assignatio tropologica

k Matt. 6. 33

Ayguanium probata sententia.

Sicut juraſti David in veritate tua.) Hieron., Augustinus, Psalterium vetus, *quas*. Hebraicè suppleri debet aliquid ante verbum, *juraſti* נשבעת *nisbahatha*, nempe relativum pronomen, aut particula significans, *sicut*, quod utrumque valere potest אשר *ascer*. Pronomen Græcum, ὃ, refertur ad ἔλεόν, ideſt, *misericordias*. Legit forsitan Interpres Latinus pro, ὃ, ὡς: quemadmodum Ps. 94. *l* Græcè nunc est ὡς ὤμοσα, *sicut juravi*: quum tamen Latinè cantemus, *quibus*, quasi fuerit ᾧ. Jam priùs actum est de *juramento Dei*: & quid sit *jurare in sancto*, vel *in veritate*. Idem potest esse, ac *jurare veritatem*; quemadmodùm in alio *m* canitur Deum Davidi juraſſe, & non fruſtraturum eum: item quod juravit *n*, & non pœnitebit eum. Athanasius *o* probans propriè Deum non jurare, argumentatur hinc, quia non per veritatem jurat; sed quia quæ verax in suo sermone dicit, id hominibus ad fidem pro juramento est. Hortatur verò nos, ne juremus, quasi tali exemplo, & quod jurare propriè credamus Deum: sed ut talia dicamus, & faciamus, & tales non exhibeamus loquendo agendoq; ut apud auditorem jure jurando non indigeamus, & ex ie habeant verba nostra ἀληθείας τὴν μαρτυρίαν, *veritatis testimonium*: ea enim ratione plane imitaturos Deum. Chaldaicè quidem hoc loco pro, *juraſti*, est *pactus es*, vel *confirmaſti* קימתא *Kaijemeta*. Misericordiæ juratæ sunt eædem, ac apud alium Prophetam *p*, *fideles*: & hoc idem expressit adhuc alius *q* magis clarè sic scribens: *Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, quæ juraſti patribus nostris, à diebus antiquis*. Hæc deniq; sunt juramenta, quæ quum arcu suscitanda prædixit à Deo Propheta tertius *r*, qui tribubus ea locutus fuerat: tùm verò patri omnium Abraham, sicut Joannis pater cecinit *s* jurando; quod Maria loqui dixit *t* ad eumdem, & ad patres. In ps. 104. *u* dicitur memor Deus testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham, & juramenti sui ad Isaac, & statuisse illud Jacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum: attamen peculiariter misericordia dicitur facta Abrahæ patri gentium: veritas Jacob Auctori Tribuum, & populi Judæi, cujus sunt promissa *x*, & cujus Christus minister fuit, seu circumcisionis, quæ populum illum significat, ad confirmandas promissiones patrum *y*, quum gentes hospites essent testamentorum, nec promissionis spem haberet, utpote alienari à conversatione Israel *z*; ac proinde super misericordia honorare deberent Deum *a*. Igitur nunc rectè juncta est misericordiis veritas, ut comprehendantur cum Gentilibus Judæi in fructu promissi Messiæ.

l vers. ult.
m Ps. 131. 11
n Ps. 109. 4
Athanasii argumesatio.
o tr. de pas. & cruce Dom.
pEsaia 53. 3
q Mich. ult. 20.
r Abac. 3. 9.
s Luc. 1. 7.
t ibid. vers. 55.
u vers. 8. 9.
x Rom. 9. 4.
y c. 15. 8.
z Ephes. 2. 12
a Rom. 15. 4.

Vers. 51.) Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

Vers. 52.) Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui

SUggerit Deo, ut non solum periclitari non sinat fidem ac veritatem suam, si quæ promisit non præstet, sed accendere quoque declarat ad opprobrium multarum gentium, quod ipse concoquere apud se cogatur, ac velut portare in sinu, & dissimulare, quum non satis in promtu habeat qua ratione satisfacere illis queat importunius & acrius exprobrantibus. Hanc autem, ait esse talium exprobrationem, qui odiis intestinis Deum populumque illius prosequuntur; quod jam sit à Deo commutatus, & rejectus Christus ejus; & quod sententiam de mittendo Messia mutavit, vel etiam eum nequiverit mittere, regnumque perpetuare, ut pollicitus videbatur: aut quod non satis responderit meritis suis, nec retribuerit, ac rependerit debitam vicem (quamvis aliquando perciſſe dicatur nonnullis ex posteris ejus, propter ipsum) quia tandem Sedecias, & Jechonias regno pulsi sunt, stirpesque regia penitus excisa: aut quod perfidiæ Sedeciæ, quum contra fidem datam deseruit regem Chaldæorum, digna reddita merces fuerit, non sine risu & cachinno adversariorum; aut quod Judæi in captivitate fruſtra viderentur expectare Messiam, qui pretio dato quod ἀντάλλαγμα, & commutatio valet, ipsos inde redimeret, ac liberaret. Græci ferè, & Hebraizantes uno ex his modis interpretantur ad litteram, & ultimo Hieronymus Osorius nepos, atque Agellius. Aliqui tamen ex Rabbinis exponunt quoque de Christo, ut quem citat anonymum Genebrardus; ut scilicet juxta versionem unam ex Hebræo, quæ pro *commutatione* ponit *vestigia, gressus, talos*, exprobratio esset quod Christus esset tardigradus, loripes, claudus, cruribus fractis, læsis calcibus, pedibus enervatis, ut qui nondum veniſſet, vel venire posset; sed alios refert Galatinus *b*, explanantes de probris, quæ Messias passurus esset in vestigiis, seu talis, ideſt, in extremo vitæ suæ. Trevetus insistens in vestigiorum vocabulo,

sensus loci.

ἀντάλλαγμα. 1. Interpretatio loci.

Commutatio Christi quid.
b l. 8. c. 13.

bulo, explicat dictum cum irrisione ab hostibus qui captivos tenebant Judæos. Hæc est regia domus, hæc regia sedes, hic regius habitus, &c. quæ nempe sunt signa derelicta post captivitatem, regiæ dignitatis. Præter hos dicendi modos de Christo nostro explicant, præsertim Latini multis modis. Primus est Lyrani, & Ayguani, quod Christus atq; Catholici sustineant opprobria multa, quia per doctrinam Christi & Apostolorum reprobatur vita doctrinaq; Scribarum, & Pharisæorum, in quo erat, inquit quædam commutatio. Idem ferè dicit legendo, *vestigia*; quoniam hæc, ideſt, facta & verba Christi, fuerunt à Sacerdotibus & legis peritis reprobata. Catholici etiam eadem de causa ab iisdem, postea q; à Tyrannis, multa opprobria sustinuerunt, & tormenta. Id etiam habet. Rickelius. Centeri tamen hic potest secũdus sensus, quem prior tradidit Augustinus, & alii postea sunt secuti. Quo spectat, si vestigia Christi cum Nebiensi interpreteris discipulos, qui secuti sunt ipsius vestigia. Confirmat Augustinus testimonio Pauli *a*: & commutationem Christi accipit de morte tamen hanc revera fuisse commutationem quia postridiuum resurgens, non tam peremtus, quam commutatus censendus est à temporali vita ad æternam, à terra in cœlum, à Judæis ad Gentes: optandum, ut inimici Christi commutentur, quibus displicet ejus mutatio, quia mutari nolunt: neq; enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum *b*. Addit Cassiodorus commutationem Christi esse, quia veterem hominem in renovationis ac regenerationis gratiam vocavit, de tenebris peccatorum ad fidei lumen perduxit, mortali homini perennis vitæ gaudia præparavit. Is quem vocant Hieron. exprobatam à Judæis commutationem vult, quum se ab illis migraturum diceret ad Gentes, & reliquendam ipsis domum eorum desertam *c*. Haimo id quod Christus ac sui faciebant causa mutandorum hominum de mortalitate ad immortalitatem. Et exprobrabatur, quod Christus esset crucifixus, discipuli pannosi, abjecti, &c. Hugo affert figuram Davidis, quando immutavit faciem suam coram Achis *d*, & quod in passione Christi abscondita est fortitudo *e* ejus. Ayguanus attendit commutationem ad pœnitentiam & virtutes, & res suaves; eos autem qui in contrarium mutantur, experturos manuum commutationem Christi, ac Dei, ut ipsis imponatur sinistra, dextra illis *f*: quia Ephraim crescente, nempe in virtutibus, designat; Manasses oblivioſum & oblivisscentem Dei, ita ut in quibus non est bona commutatio, quia non timent Deũ extendat manum Deus in retribuendo *g*, hoc est, in castigando. Valentia Christi orationem ait esse pro sua resurrectione, ne alioqui exprobrarent sibi, discipulis, prophetis, si non resurrexisset. Referri huc potest ut accipiendo commutationem & ἀντάλλαγμα pro pretio, dicantur infideles exprobrare quod pretio Christi sanguinisq; ipsius non redemtos dicamus. In judicio redemti sumus, & reducti in *h* justitia commutativa Christi, absq; argento, & commutatione * cujusvis rei creatæ. Unde titulus psalmi 68. de passione Christi satis aptè intelligitur esse pro his qui commutabuntur. Sensus tertius innuitur ab Arnobio, quod Christus petat à Deo, ut sit memor Apostolos lucratores multarum gentium, quos in suo continuit sinu, multa passuros opprobria ab iis, qui alium Christum expectabunt, & illum qui passus est, abnegabunt. Isti sunt Judæi, qui quotidie maledicunt, & imprecantur Christianis, ut Hieron. *i* testatur; & similes maledictis pueris exprobrant Elisæo Deo salvatori nostro in calvario monte crucifixo, *Ascende k calve, ascende calve*, ut observat Augustinus *l*. Eusebius *m* ait Salvatoris nostri cruciatus, ac præcipuè mortem & crucem, quicumq; Christi doctrinam oppugnant, exprobrare nobis consueviſſe. Quarto alii explicant, quod infideles, qui acceperant contineri in scripturis prædictionem de venturo Messia, qui esset Deus factus homo, vel ita circumferri apud Judæos, quæ maxima profectò commutatio esset, irrisisse hujusmodi quasi metamorphosim, & ut etiam translatio quædam ex Hebræo habet, vestigia, & gressus adeò lentos ac tardos. Tale erat proverbium in terra Israel, de quo Ezechiel *u*; *In longum differentur dies, & peribit omnis visio, &c.* Visioquam hic videt, in dies multos, & in tempora longa prophetat. Quintus quem tradit Hugo tropologicus sensus est, opprobrium Ecclesiæ, & servorum Dei, esse vitam malam prælatorum & aliorum magistratuum, qui cognominari possunt Christi eo quod in pejus per vitia commutentur, obscurato veluti auro, mutato; colore *o* optimo, quem exigit eorum dignitas: sed contineri debere in sinu nostro, ne divulgetur hoc opprobrium, & infamentur personæ illæ.

Memor esto Domine opprobrii servorum tuorum) Vetus, & Romanum Psalterium, atq; Cassiodorus omittunt, *Domine*, quod tamen Hebraicè, & Græcè extat; licet etiam Apollinarius prætermiserit, qui sic explicat,

μηδὲ τῶν δμώων ἐσωλιτθεο μαμιθέντων.

Neque tuorum famulorum obliviscaris opprobratorum.

Memoria & memoratio, quo pacto de Deo dicatur, alias docui. Quod vero hic petitur, Beda dupliciter sumit, vel ut iidem exprobrantes idem opprobrium, dentur in opprobrium æternum pœnarum.

Quod continui in sinu meo multarum gentium. Hieron. *quia portavi in sinu meo omnes iniquitates populorum*. Quod Trevetus explicat, memor esto opprobrii, quod patiuntur servi tui ab his, qui eos captivaverunt, recordare, inquam ut vindices; quoniam ego patienter sustinui in corde meo omnes iniquitates populorum: vel, quia Hebraicè non est nomen significans iniquitates, sed tantùm *multos*, aut *multa*, רבים *rabbim*, quia ego sustinui multos, nempe opprobrantes populos, aut multa opprobria populorum, scilicet illorum, qui opprobria jactabant in captivos. Vertit quoq; Symm. ἀνὴβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μυ πολυπόλλων ἐθνῶν, *& portavi in sinu meo plurimarum gentium*. Hebr. sic habet שאתי בחיקי כל רבים *seethi vecheki chol rabbim*, ubi supplendum est aliquid sive, ut Hieronymus, *quia*, sive ut alii, *quod*, videlicet opprobrium. Verbum primum à נשא *nasa* significat *portare*, quod eleganter Latinè redditum est, *continere in sinu*. Sensus autem est, vel tulisse patienter intus in animo; vel etiam ægrè, ut curam quæ animum exederet plurimumque discruciaret, quia opprobrium alienum reputabat suum, ideſt, quod servis Dei inferebatur. Sensus loci.

Ἀγνιπάρθ ait Apollinarius, ἡμετέρῳ φερόμην κακὰ νείκεα κόλπῳ.

Quorum antea nostro ferebam multa convitia sinu.

Vel in secreto rem apud se continuisse, nec palam proloqui ausum & resistere, sicut postea contigit post persecutiones: vel animo prævidisse, vel gavisum esse, quod in gloriam convertendum esset: vel perpetuo ea de re cogitasse, quomodo posset tùm precibus eam amoliri: tùm exprobrantibus aliqua ratione satisfacere. Arnobius explicat contentos Apostolos in sinu Christi, pro quibus ipse nunc oret: dici autem multarum gentium non opprobrium, sed eosdem Apostolos, nempe hos lucratores earum. Cassiodorus putat eosdem censeri servos Dei, & multas gentes, opprobriumq; servorum, seu istis illarum, esse idipsum quod sit gentibus multis illatum, nempe conversis, idq; ab inimicis tùm Judæis, tùm aliis, qui nolebant converti. Hieron. indicat idem, videlicet de congregatis in una domo credulitatis, ut ipse loquitur. Beda, & Remigius de illis, qui quasi de sinu Christi nascituri erant, & ipse illis passurus opprobrium; per illos qui de hoc sinu non exirent, tamquam manus immunda, sed ut manus in sinum reducta *p*, quia in eadem fide cum ipso permansura. Ultimas dictiones Hebræas exponere possumus, *omnium multorum*, nempe opprobrium à multis omnibus; aut omne, scilicet opprobrium multorum, ideſt, quod objiciebant multi. Chaldaicè *sustinui in sinu meo cuncta opprobria multorum populorum*. Haimo rectè declarat nostram translationem; *memor esto opprobrii quod sustinet servi tui*, & est à multis gentibus illatum servis tuis: *id autem ego in anima mea continui*. Beda etiam explicat, *memor esto servorum tuorum*, ut tolerantium gentium, ut inferentium: sed continere in sinu idem & alii exponunt de patientia: & quod opprobria illa putaret sibi fore utilia. De hac dicendi formula quod valeat habere seu continere aliquid in sinu suo, diximus in aliis Psalmis *q*. Conferre nonnihil possunt huc illæ paræmiæ, *in sinu manum habere*, *in sinu gaudere*.

Quod exprobraverunt inimici tui Domini) Quod exprobraverunt, Hieron. bis, *quibus*, nempe, *servis tuis*. Trevetus explicat, *quibus exprobrationibus, vel opprobriis*. Melior sensus primus, quia in textu Hieron. præcessit tantùm numero singulari nomen *opprobrii*, potiùs dicerem, *quibus iniquitatibus*, quia hoc nomen plurale ab eodem Hieron. positum est. Sed quod primo loco dixi, aptius est Replicatio autem verbi, *exprobraverunt*, affectum doloris intensi denotat in Propheta, eoq; in cujus persona etiam loquitur, ut monent Græci: propterea exaggerationem sceleris exprobrantium, ut Cassiodorus, & alii.

Com-

a. Interpretatio.

a 1. Cor. 4. 7.

b Psal. 54. 19.

c Luc. 13. 35.

d 1. Reg. 21. 13

e Abac. 3. 4.

f Gen. 48. 14.

g Psal. 54. 21.

h Esa. 52. 3. * c. 51. Tituli psal. 68. intellectus.

3. Interpretatio.

i in Esa. 52.

K 4. Reg. 1. 13 14. cont. Faustum c. 15 m 4. de mons. c. 20.

4. Interpretatio.

Proverbium in terra Israel. u c. 12. 14.

5. Interpretatio.

o Thren. 4. 1.

p Exod. 4. 6.

Haimonis vera declaratio.

q Psal. 34. 13. Psal. 73. 11. Psal. 78. 11. Paræmiæ.

Sensus melior.

Auctoris, opinio.

Commutationem Christi tui,) Hieronymus, *vestigia*, ut & Symmachus, ac Theodotio, τάχυν, nimirum nimis tarda, nimisque serum adventum ejus: aut *reliquias everst regni*: aut *doctrinam, vitam, opera Christi*, aut, ut Basilius seu Theodoretus docet, *Regis qui præcesserunt Christum*: & commutatio dici possunt, quia ab iis descendit secundum carnem, atque in regnando veluti eum adumbraverunt. Quod ultimum fortasse voluit Apollinarius, appellans εἰκόνα.

οἱ ἐφαυλισαν χριστοῦ, καὶ εἰκόνα ἐλωβήσαντο,

Qui utique tui Christi etiam imaginem cavillabantur

Aut peculiariter *Jechoniam*, & *Sedechiam*, qui loco Davidis regnaverunt, ut Euthymius, ac Nicephorus volunt. At de his, & similibus expositionibus, antea egimus. Diximus præterea commutationem & ἀνταλλαγμα propriè significare, *pretium*, *reive cum re permutationem*, quæ vocatur *commercium*, eratque in usu ante pecuniam, cujus notionis alia plura sunt exempla *a*: sed in psal. 54. non est illis commutatio, alium sensum habet, ut ibi docuimus. Redditur interdum quoque *reconciliatio b*: quæ significatio convenit etiam Christo nostro, quem quia talem Christiani credunt ac prædicant, quemadmodum & velut pretium suum, infideles exprobraverunt, & irriserunt. Noe scribitur *c* in tempore iracundiæ factus ἀνταλλαγμα *reconciliatio*, quod magis clarè diceretur κατάλλαγμα, quoniam juxta vim prioris nominis, innocentia sua tamquam pretio quodam, obtinuit à Deo, ut genus humanum non penitus exscuderetur, & velut redemit illud ab interitu: & post diluvium impetravit oblatione sacrificii, ut non amplius per idem periret orbis totus. Quæ quam longè melius conveniant Christo, nemo non videt.

Commutationis verbi propria significatio. *a Jos. 28. 15. Psal. 43. 13. Esa. 55. 1. Matt. 16. 26. Matt. 8. 37. b Eccl. 44. 17.* Noe reconciliatio factus. *c ibid.*

Vers. 53.) Benedictus Dominus in æternum; fiat, fiat.

Epilogus.

ISti clausulæ similis in Psal. 40. & partim etiam in 67. & 71. sed in 40. & 71. geminatur *fiat, fiat*, in quibus Psalmis terminari volunt psalmorum libros duos, hic autem tertium, & in eos quartum, ut aliàs admonuimus: De hoc quidquid sit, Cassiodorus hic videtur negare. Sic psalmum istum concludit Propheta post lugubrem longiorem sermonem, sese totum committens Deo, ac in eum projiciens, ut qui tandem eumque rerum status sit, certum se esse, significet, atque hoc nomine laudet & benedicat Dominum, & ut idem omnes faciant etiam atque etiam percupiat: fore ut is quæ semel promisit omnino adimpleat quamvis tardare nonnihil videatur, & molesta interim sit mora. Idem votum, laus, benedictio congruit fidelibus, qui exprobrationes illas adversus Christum, de quibus paullo antè egimus, audiunt, & propter illas longè acerbius discruciantur, quam propter quælibet probra tormentave, quæ ipsimet experiantur in seipsis. Antequam quoque Christus advenisset, veteres illi solabantur se spe adventus illius: quamvis in longum nimis pertrahi videretur. Simul de illo promisso laudabant Deum, & quam certi de eodem essent, quantoque desiderio expeterent, iteratione asseverantis optantisque particulæ declarabant. Existimat putatus Hieronymus hanc esse benedictionem, atque gratiarum actionem directam ad Christum, quum rediit ex inferis, quum se præbuit discipulis, cum Ecclesiæ vota & pia desideria restituit dicens *d*, *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*: quæ nimirum vera fuit illius commutatio, quam non intelligentes exprobrant in sola consistentes ignominia crucis. Sic mors, cruxque Christi nec scandalum, nec stultitia, nec maledictio est, sed pax, sapientia, benedictio, salus, omne bonum, Judæo primum & Græco, hic, & in sæcula sæculorum ad obtinendum quoque ambas stolas beatitudinis, tum in anima, tum in corpore. Adversariorum exprobratio & maledictio temporalis est, inquit Augustinus; benedictio autem Domini in æternum, & ad confirmandam benedictionem, ne quis timeat, fiat, fiat. Ista subscriptio est cantionis Domini. Ait etiam *e*, quod ista benedictio satis congruit universo populo Dei ad cœlestem Jerusalem pertinenti, sive in illis qui latebant in Testamento veteri antequam revelaretur novum; sive in his qui jam testamento novo revelato manifestè pertinere cernuntur ad Christum. Item quod benedictio Domini in semine David, non ad aliquod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in æternum speranda est, in qua certissima spe dicitur, fiat, fiat: quia illius spei est confirmatio verbi hujus iteratio.

d Matt. ult. 20.

e 17. de civ. c. 14.

Benedictus Dominus in æternum.) Hieronymus, *in sempiternum*. Chaldaicè, *benedictum nomen Domini in sæculo isto, nec non in sæculo venturo*, & in textu Nebiensis, *benedictum nomen Dei in mundo isto, amen, & amen*: in Psalterio vetere apud Fabrum *benedictionem autem Domini in æternum*, videlicet dicimus, vel dicemus, cum, ut priore versu erat, inimici exprobraverint. Sensus idem lectionis quam alibi *f* usurpat Augustinus, *benedictio Domini in æternum*, nempe dicatur, &c. Alias docui quomodo benedicatur Deus à nobis, benedicat ille nos, homo hominem. Distinctionem affert Hugo benedictionis in eam, quæ est collationis, nimirum alicujus beneficii; approbationis, laudis, consecrationis, sanctificationis. Addit Ayguanus benedicere, esse etiam bene vivere, quum exemplo boni operis inducuntur alii ad bene vivendum: Explicat item *g* benedici Deum observantia mandatorum ejus, patientia, fide, gratiarum actione, reverentia, charitate in proximum. Occurrerunt hæc & his affinia hactenus non semel.

Sensus loci. *f supra.*

Distinctio benedictionis ab Hugone Ab Aiguano.

g in psal. 23. num. 301.

Fiat, fiat.) Hieronymus *amen, & amen*: sicut Hebraicè אמן אמן *amen, ve amen*. Prius retuli Nebiensem recitare ex Chaldæo textu quædam alia, quibus iteratum amen bis addatur. Græcè duplex est γένοιτο γένοιτο. Ex Aquila refert Theodoretus πεπισωμένος καὶ πεπευμένος, *verus es*, sive *certus*, & *valde verax*. Ita quidem collector notationum in Sixtinam editionem LXX. refert: & sic Latinè apud Theodoretum lego. Sed cum idem Collector in fine Psal. 40. & 71. observaverit Aquilam adverbialiter transtulisse πεπισευπένως πεπισωμενως, aut utrovis modo utrumque simul, ideſt, *fideliter, fideliter*, vel *vere, vere*; &c. & ita omnino sit, non aliter arbitror hic Theodoretum retulisse. Opportuna hoc loco, si uspiam alibi, tanta asseveratio; cum toties in Psalmo toto querimonia quædam posita sit de non servatis Dei promissis. Alias rationes replicati verbi attigi. Accedat illa Euthymii, *ut fiat, fiat semper voluntas Dei*, quoniam ad ea semper dirigitur, quæ nobis magis conducunt. Igitur Hebræorum opinio falsa est, versiculum hunc totum addi solere, fini librorum à Grammaticis ipsorum, sive scriptoribus: item alia, quæ asserit de scriba, quod ei Deus in describendo libro auxiliatus esset, ut cum Latini addunt in fine Laus Deo, aut quid simile: Præterea quæ sentit cantoris fuisse verba, qui viderit per spiritum, populi sui reditum de captivitate, salutemque Messiæ, brev. venturi. Ipsemet Psalmi auctor pronunciavit istum versum; qui sicut à laude orsus est Dei, misericordiarumque illius, ut liberius effunderet suas querimonias; ita claudit Dei laude: ac si protestetur se conquestum quidem fuisse, non tamen quod vellet obstrepere divinæ sapientiæ ac veritati: aut quod minus bene sentiret de attributis istis: quocirca velle apertè sensum suum in fine promere, qui est, ut per optet Deum, benedictum nunc, & semper & in sæcula, quamvis duriùs ipsum tractet, & affligat: nec humano judicio, quod sæpe fallitur, videatur tam æquus, aut in præstando quod promiserit, fidelis, & exactus. De *Amen* alibi satis diligenter disserui. Nunc verò libet in fine adeo prolixi & obscuri Psalmi gratias agere misericordiæ Dei, vel potius gratias dicere gratiæ illius, quia agere possumus vel dicere, non dare, nec reddere, nec referre possumus Deo, ut ait Augustinus.

Hebræorum opinio rejecta.

PSALMUS

OCTOGESIMUS NONUS.

1 Oratio Moysi hominis Dei.

D Omine, refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

2 Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

3 Ne avertas hominem in humilitatem: & dixisti: Convertimini filii hominum.

4 Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, qui præteriit.

Et custodia in nocte, 5 quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6 Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.

7 Quia defecimus in ira tua & in furore tuo turbati sumus.

8 Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

9 Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: 10 dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.

11 Quis novit potestatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam 12 dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.

13 Convertere Domine usquequo? & deprecabilis esto super servos tuos:

14 Repleti sumus mane misericordia tua: & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

15 Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.

16 Respice in servos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

17 Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Oratio Moysi hominis Dei.

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Titulus hujus Psalmi ex Paraphraste.

TITULI forma, Moysis excepto nomine, in Ps. 16. eadem est, & in 85. in quibus Davidis exprimitur nomen, denique in 101. ubi dicitur, *Oratio pauperis*. In prioribus autem ratio reddita à nobis cur *orationis* vox assignetur certis Psalmis. De *Moyse* cur hic, & aliis locis *a* appelletur *homo Dei*, seu *vir Dei*, ut legit Hieron. *b*, docui explanans Petrum *c*, *qui Prophetas*, vocat *sanctos Dei homines*; quem admodum Paraphrastes in isto titulo, *Moysem Prophetam* nominat, *Oratio qua oravit Moses Propheta Domini quando peccavit populus domus Israel in deserto* Augustinus cognominationis causam dat, quia Propheta erat novi Test. & minister veteris: Euthymius *d*, quoniam iste Psalmus illis congruat qui per baptismi lavacrum seu aquam affecti sunt homines Dei, cum etymologia Mosis importet de aqua eductum. Cassiodorus utramque causam conjungit, & præterea, quod etiam habet Haimo & alii, ut intelligesemus diversum esse ab aliis qui dicerentur eodem nomine Mosis. Sed quod *hominem Dei* distinguit Cassiodorus postque illum Remigius, & Bruno Carthusianus à servo, nec hominem alicujus appellari vult, nisi qui sit liber, & amicus ejus, in eodem Petri commentario docui non esse verum, & satis indicavi in titulo Ps. 35. non differre à servo, sive famulo, atque sic & vulgo nos usurpare hominem nostrum pro famulo servoque nostro, & ita in utroque jure homines pro vasallis nominari. Constat eundem *Mosem* vocatum *Dei servum e*. Quamvis autem scribatur Deus loquutus ad eundem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum *f*, non sequitur, ut Cassiodorus tamen argumentatur, non eidem optime convenire servi vocabulum salva familiari etiam amicitia. Negabat Christus deinceps dicturum se discipulos servos, sed amicos *g*; nihilominus approbavit appellantes ipsum magistrum & dominum *h*, ipsique Apostoli passim se in suis Epistolis nomine servorum indigitant. Neque discrimen à Hieron. B*i* allatum inter *hominem Dei*, & *virum Dei*, *necessarium*, aut perpetuum videtur, sicut nec ipse valde contendit. Ex nomine proprio Mosis infert præsentis illum Psalmi auctorem esse, Hieron. *k* in separato commentario quod inclusit epistola, etiam decem sequentium. Quam sententiam sequuntur Rabbini, ut Salomon, quia sunt ἄνευ ὀνόματος, ajuntque aliqui alios ad alias tribus, hunc ad Ruben spectare. Apollinarii sententia eadem saltem quod hujusmodi orationem Moses funderit, ὃς πάρος, ait, ἐυχωλήνατ' ἄιαχεν: *qui antea procem hanc resonuit*. De isto & de illis qui gerunt nomen proprium diversum à Davide monui in præfatione *l*, Hilarium nonnullosque alios sentire ab aliis compositos, quorum nomine insigniuntur; necessariam tamen rationem non videri: probaliusque sentire, qui omnium eundem auctorem Davidem affirmant, qui sane numero sunt plures, quidquid hoc loco Ayguanus contradicat. Nominatim certe hic admonent, non Mosis sed Davidis esse Psal. istum Augustinus, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, Hieron. Hugo Richelius, Euthym. *m*, Valentia, Cajetanus, & fere omnes recentiores: immò & C Hieronym. *n* quodam loco proferens ex hoc psalmo testimonium appellat Davidem. Athanas. item, qui in synopsi videtur contrariæ sententiæ, in oratione secunda contra Arian. hunc tamquam Davidis Psal. citat. Sed & titulus, ut in plurimis, ac emendatioribus codicibus scribitur, nonnihil favet, nempe in dativo ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ, *homini Dei*: quasi significetur non Mosis esse psalmum, sed illi tribui, ac in ejus persona edi, canique. Quamvis idem quandoque occurrerit in titulis gerentibus nomen David in eodem dandi casu. Ut propterea non sit argumentum omnino concludens. Notat Hieronym. *o* in plerisque codicibus titulum fuisse psalmi istius, *Psalmus David*: in Hebraico autem non sic haberi. Faber Paulum Hebræum refellit docentem quod Moses in titulo positus, fuerit unus aliquis Propheta diversus à legislatore, quia in hoc Psalmo *p* ætas hominum septuagenario, & octogenario annorum definitur numero, idest, simul 150. Non simul sed seorsim sumi debent hi numeri, & potuisset legislator Moses vaticinari etiam de futuro ejusmodi ætatis spatio. Agellius meminit alterius opinionis, ut Moses intelligatur pro posteris suis, sive pro nepotibus. Ceterum idcirco D Moses legislator nominatur, ut pars major enarratorum tradit, quia vigebat fama Mosem ea quæ in hoc psalmo describuntur orare consuevisse: vel id revelatum fuit Davidi à Spiritu sancto, ut indicat Arnobius, qui tanti hanc legislatoris orationem faciebat. Athanasius quidem Marcellino scribit, si scire concupiscat quomodo Moses oraverit, habere hunc Psalmum.

Hinc de argumento cognosci potest. Nam bonus populi pædagogus Moses illum pueriliter addictum amori, studioque terrenarum rerum videns, contendebat oratione hujusmodi à Deo impetrare, ut ab ea vanitate traduceret, converteretque ad solidum amorem bonorum æternorum. Petebat etiam, orans pro peccatis ejusdem, præsertim in deserto commissis, ut indicat recitatus ex Paraphraste titulus, liberationem ab ærumnis præsentis brevis, ac fragilis vitæ. Utque quemadmodum Deus indignationis exempla edidit, sic dignaretur potentiæ ac benignitatis indicia ostendere, atque demum de redemtione, ac redemtoris adventu exhilarare, & efficere, ut omnium opera dirigerētur in viam pacis æternæ. Describitur item hic humani generis

miſe-

a 1. Para. 23. 14. lib. 2. 20. 16. Deut. 33 1 Joſ. 14. 16.

b hic & ep. 139.

c 2. Ep. 1. 21. Moſes quare Prophe-ta vocatus.

d præf. in pſ.

Homo Dei, quid.

Refutata nonnullo-rum ab Au-ctore di-ſtinctio. Moſes ſer-vus Dei no-minatus.

e num 12. 7. & alibi.

f Exod. 33. 11

g Joh. 15. 15.

h cap 13. 13.

i epiſt. 139. Diſcrimen inter homi-nes Dei, & virum Dei, ab Hierony-mo, Auctor hujus Pſal-mi Moſes eſt, ex illa-tione Hie-ronymi.

k epiſt. 139.

l cap. 2.

Auctorem Davidem eſſe magis affirmatur, m præf. in pſal.

n epiſt. 34. ad Juſtinia-num.

o Epiſt. 139.

p vers. 10.

Moſes Le-giſlator quare vo-catus.

Argumenti explanatio.

miſeria, quæ ex peccato orta eſt, quam Moyſes hiſtoriam primus narraverat; ſic quem credunt Hieronymum ratiocinatur, & alii nonnulli, & præterea de vita æterna agitur cujus typus terra per Moyſem promiſſam, inquit Hugo. Non ita præcisè arbitror pro iis compoſitum qui captivi apud Babylonem tenerentur, ut præferunt Baſilius ac Theodoretus. Neque credo Euſebio voces Judæorum hic fingi, qui jam expulſi, & à Deo rejecti, redituri ſint in finè ſæculi, & Chriſtum agnituri. Quare oratio nem appellari Pſalmum iſtum docet Haimo, & alii, quia quod continet vel oratio eſt pro noſtra redemtione, vel cauſſæ in eo ſunt, quare pro hominibus ſit orandum. Addit Haimo præter dictas antea cauſſas, idcirco Moyſem hoc loco hominem nominari, quia per defectum humanum, qui deſcribitur in Pſalmo, & communis eſt cum omni homine, oſtenditur natura hominis: appponi autem nomen Dei, ut intelligatur contra dictum defectum liberator Deus, tam Moyſis quam aliorum filiorum Dei. Bruno Carthuſianus hanc orationem ait eſſe ad Deum filium qui homo futurus erat, & Moyſi aſſignari, qui pollebat auctoritate ſupra omnes apud Judæos, ita ut hinc illi convinci poſſent, ſicut eos convicit Chriſtus dicendo *a*, *ſi crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi, de me enim ille ſcripſit*. Hac de cauſſa idem Athanaſius recenſet Pſalmum iſtum inter illos, tum qui in narrando occupantur, tum qui in precibus, votiſque. Nyſſenus *b* poſita ſectione Pſalmorum in libros quinque ait hic unde quartus inchoat hominem jam Dei eſſe, & cum Deo firmo nexu copulatum, ac perfectum, quique non lege egeat, ſed ut Moyſes alter, ſit aliorum legislator, contemtor dignitatis regiæ, conſortio fruens Dei ſeorſim ab hominibus, & aliis tot decorus ornamentis, quæ de Moyſe recenſet, orationem fundere pro aliis, & ipſi divino quodam modo benefacere. In Concilio Salegunſtadienſi Pſalmus iſte quum 87. & 40. Aſſignatur pro infirmis, & pro ſalute totius Eccleſiæ decantandus: Utitur eo Eccleſia non tantum ad laudes feriæ v. per annum, ſed etiam in feria v. Cœnæ Domini. Aſſerit Hieronymus *c* difficillimum eſſe.

Hic Pſalmus quare oratio inſcriptio.

Alia ratio, tur Moyſes hoc loco Homo nominetur.

Orationem hanc ad Deum filium, uti hominem futurum directâ & Moyſi aſſignatam, aſſerit Bruno Carthuſ.

a Joan. 5. 46.

b tract. 1. in pſ. 6. 7.

c epiſt. 139.

Domine refugium, &c.) Ut flectat Deum ad miſericordiam merito ſumit initium, ut Græcus anonymus notavit, quem refert Agellius, ex iis quæ ille ſæpenumero benigne fecit, tùm Pharaonis tempore, tùm Joſue, aliorumque Judicum, tùm poſtea tempore Babylonicæ captivitatis. Innuit etiam ſub Moyſis perſona, quam loquentem, & orantem inducere videtur, beneficia illa, quæ ipſimet peculiariter collata ſunt, ut Caſſiodorus obſervat, quemadmodum quando extractus ex aquis, quando decertavit cum Pharaone, & Magis, quando tranſmiſit populum per mare rubrum, quando evaſit murmur, ſeditionemque populi frequentem, &c. Extendunt Theodoretus, Baſilius, Rickelius, ad generalia tot mundo beneficia, ut creationis, & providentiæ; hunc autem optimum impetrandi modum eſſe, gratum exiſtere de præteritis: ſic enim habenti dari, hoc eſt, grato, ab eo qui non habet, ideſt, ab ingrato auferri *d*. Hugo præterea captari hoc, ac ſequenti verſu benevolentiam annotat à potentia, quum Dominus appellatur: à benignitate, quum dicitur factus refugium à generatione in generationem: ab æternitate, quum quod eſſe, ſeu fuiſſe, & eſſe perſeverare jam inde priuſquam fierent montes aut formaretur terra & orbis à ſæculo, & uſque in ſæculum. Eodem pertinet Hieronymi ratio, quod narraturus triſtitia, & genus deploraturus humanum à laudibus Dei incipit, ut quidquid poſtea, homini accidit adverſorum, non Creatoris duritia, ſed ejus qui creatus eſt, culpa accidiſſe videatur.

d Mat. 25. 29.

Domine refugium factus es nobis.) Hieron. *e*, *Domine habitaculum tu factus es nobis*, & notat מעון *macchon* magis habitationem, quam refugium ſonare. Potuit verti *domus refugii*, & qui vitant cœli aliaſque externas injurias in habitaculum refugiunt, ſeſeque recipiunt. Levior conjectura Agellii, quod Moyſes ipſe Pſalmum iſtum ediderit quia legitur in Deuter. *g* utens eadem Hebræa voce dixiſſe, *habitaculum ejus ſurſum*: quemadmodum, & quoniam verſu 13. ſit ſimilis ab eodem uſurpata ſententia: *Convertere Domine uſquequo, & deprecabilis eſto ſuper ſervum tuum* h. *Judicabit Dominus populum ſuum, & in ſervis ſuis deprecabitur*, ideſt, deprecabilis erit. Significat Propheta quocumque veluti circumferantur, peregrinentur, vagentur, fore ipſis habitationem, & diverſorum in Deo, per continuas ætates, ſicut olim tamdiu fuerat majoribus eorum peregrinantibus per deſertum. Quo pacto conveniat Deo refugii appellatio, & ratio, docuimus jampridem in hoc ipſo opere; eſtque 45. Pſalmi principium iſtius principio ſimile.

e hic & ep. 139.

g cap. 33. 27.

h cap. 30. 36.

Diſtinguit ſuo more ſecundùm tropologiam Hugo genera refugiorum bonorum, & malorum. Mala ait eſſe tum exempla, tum conſilia: quærenda bona pœnitenti fugienti à peccato: proficienti, à tentationibus; perfecto à curis & ſtrepitu mundi; hæc eſſe in Deo; qui ſe habet ut civitas, turris, dux exercitus, mater, domus, medicus, navis, magiſter, columbarium, altare, & Eccleſia. Sed Hieronymi tropologia elegantior; qui ſuſtinet tempeſtatem, vel petræ, vel tecti quærere refugium: quem hoſtis perſequitur, ad muros Urbium confugere: teſſum viatorem; tam Sole, quàm pulvere, umbræ quærere ſolatium: ſi ſæviſſima beſtia hominis ſanguinem ſitiat, cupere, & niti utcumque poſſit, præſens vitare diſcrimen, ita & hominem à principio conditionis ſuæ Deo uti adjutore; & cùm illius ſit gratiæ quod crebrus eſt, illiuſque miſericordiæ quod ſubſiſtit, & vivit, nihil boni operis agere poſſe abſque eo qui ita conceſſit liberum arbitrium, ut ſuam per ſingula opera gratiam non negaret, ne libertas arbitrii redundaret ad injuriam conditoris, & ad ejus contumaciam, qui ideo liber conditus eſt, ut abſque Deo nihil eſſe ſe noverit. Egregia ſimul hæredè gratiæ neceſſitate doctrina ſalva arbitrii libertate. Sed quum affirmat nihil boni operis agere hominem poſſe abſque Deo, ſi de gratia propriè dicta intelligit, de bono loquitur opere in ordine, ut dicunt, proportionato, ideſt, ad vitam æternam, & quod ſit aliquo modo in ordine ſupernaturali, quoniam ad leviora quædam opera bona moralia merè naturalia ſufficere generalem concurſum longè communior eſt opinio ſcholaſticorum. Qua de re in Theologicis noſtris aliàs. Videtur is qui in commentariis nomen gerit Hieronymi, verum tranſcripſiſſe, ac perſtrinxiſſe Hieronymum; docens nos in æſtu iſtius ſæculi, & dum nos beſtia, qui nempè diabolus eſt, & hoſtes alii perſequuntur, ſubtus alas Dei refugere. Attendit Niſſenus *i* in vocabulo *refugit*, ut de Deo dicitur infirmitatem naturæ noſtræ, & Prophetam optare ut Deus qui eſt immutabilis, ei qui hinc inde oberrat, fiat in omni generatione refugium, ſalutis tuendæ gratia. Caſſiodorus conſiderat in pronomine plurali, *Dominus refugium factus es nobis*, non de ſolo Moyſem ſive in illius perſonam Davidem loqui, aut de aliquo alio uno, ſed de univerſali Eccleſia, idque indicari ſequentibus verbis, *à generatione in generationem*. Ambroſius cùm interpretatur prima verba Pſ. 45. *Deus noſter refugium*, &c. affert etiam hæc noſtra, & exponit factum, *Deum refugium nobis credentibus, non incredulis nobis quærentibus, non refugientibus veritatem*: Illum hoc poſſe dicere, qui in ſolius Dei præſidio, ſuæ conſtituit ſpem ſalutis. Præterea *k* monet, quum factus dicitur Deus refugium in ſalutem *l*, aut quid ſimile non pertinet ad creationem, ſed reſpectu noſtri, ac effectus, quem operatur in nobis hoc intelligi. Id etiam notat Hugo, nempè non oſtendi his dicendi formulis aliquam mutationem circa Deum, ſed circa nos. Thomas *m* item Aquinas hoc ipſum docet, ſicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore, non ſunt in Deo, niſi ſecundum rationem, ita nec fieri, nec factum eſſe dici de Deo, niſi ſecundum rationem, nulla mutatione circa ipſum exiſtente, ſicut id inquit, *Domine refugium factus es nobis*.

Refugiorũ bonorum, & malorum diſtinctio quæ, ex Hugone.

Hieronymi tropologia elegantior.

i tract. 1. in pſ. 1. cap. 7.

k 3. de fide cap. 7.

l pſ. 117. 24.

m in p. q. 23. a. 7. ad 2.

Auguſtinus *n* optimè hoc declarat, & refugium noſtrũ Deum relativè dici, quia ad nos refertur, & tunc refugium noſtrum fit, quum ad eum refugimus: & non in Dei natura, ſed in nobis fieri mutationem, qui antequam ad eum refugeremus deteriores eramus, ad eum refugiendo meliores. Chryſologus *o* de Chriſti diſſerens fuga in Ægyptum, orationem convertit ad ipſum hiſce verbis: *Et ubi eſt illud: Domine refugium factus es nobis? & Deus noſter refugium, & virtus, ſi refugium fugit, ſi timet virtus, ſi præſidium migrat, quæ vita? quæ ſpes? quæ ſecuritas? quod munimen?* Poſtremo Ayguanus conſiderat modos, quibus Chriſtus dicatur pro nobis factus, videlicet ſimilis nobis homo, prolixius orans in agonia, obediens uſque ad mortem. Clemens VII. uſus eſt his verbis: (*Domine refugium factus es nobis*,) pro Symbolo *p* fortaſſis orans in ſummis periculis, quando bis in S. Angeli arcem ſe recepit.

n 5. de Trin. cap. 16.

o ſerm. 25.

Clemens VII. his verbis Domine refugium factus es nobis pro ſymboio uſus eſt.

A generatione in generationem.) Hier. *q*, & Pſalterium Gallicanum, & Auguſtinus, *in generatione, & generatione*. Romanus & Ambroſianum Pſalt., quod ſæpiùs idem videtur, cum Gallicano, & Caſſiodorus *à generatione, & progenie*, vetus Pſalterium, *in generationem & generationem*. Paulo aliter hæc recitantur à Collectore notationum in Sixtina Biblia editionis LXX. refertq; is Hieronymum

p Ciacconius. q hic & pſ. 139. & in Eſ. c. 55.

r epiſt. 139.

illi tribuere, *(in omni generatione,)* quum apud ipsum non legam, *omni*, & omnes codices qui extant habeant ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Parvi momenti discrimen est, sæpiusque aliis in Psalmis præcedentibus occurrit eadem phrasis, & Hebraicè דור ודור *hedor vador* exposuimus quoque aliàs quid sibi velit, & quid valeat nomen generationis, & sumta pro tempore vitæ humanæ, quot constet annis, Suidas *a* recenset opiniones de septem & de triginta: & quod attinet ad posteriorem propterea Nestorem appellatum τριτογερονταvel τριγέροντα quasi ter senem, quod annos ter triginta vixisset idest, nonaginta. At Cicero *b* & Athenæus *c* trecentos ei tribuunt, nimirum sumendo generationem pro centum annis. Mysticè hoc loco, ut & in aliis generationem & generationem sumunt pro ea quod est naturæ usque ad Noe, ea quæ legis ab hoc post quem non multo post Abraham & Moyses, usque ad Christum, pro ea quæ gratiæ, à Christo ad finem usque, & prima cepisse dicatur, secunda profeciſſe, tertia perfeciſſe. Item pro præsenti, & futura: pro Judæis, & Gentilibus: pro malis, & bonis seu vitio, & virtute: pro statu naturæ conditæ, & lapsæ. Litteralis sensus est de omni tempore, & duratione; seu de cunctis sub omni duratione hominibus. Symmachus vertit ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ, *in unaquaque generatione*.

a Verbo γενεὰ, Noster, τριτογερον ταvel τριγέροντα quare nominatus.
b *de finect. c lib. 10.*
Sensus mysticus.
Litteralis sensus.

Vers. 2.) Priusquam montes fierent; aut formaretur terra, & orbis: à sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

NE quum factum Deũ refugium dixisset suspicaretur quis non æternum sed temporaneum, & ut nemo miraretur à generatione in generatione factum refugium nobis, hoc est, ex quo cœperunt homines esse, ac deinceps, quia denique acturus erat de brevitate ac fragilitate vitæ, & ætatis nostræ, donec ante omnem creaturam extitisse, atque simpliciter æternum esse anteque omne tempus imaginarium, & creationem, mundi quemadmodum ejusdem immensitas Dei declarari solet; dicendo ipsum esse extra, suprave ultimum cœlum. Extensionem æternitatis à patre ante, ut dicunt, indicat membrum primum, secundum vero eam quæ est à patre post. Meminit de *montibus* tamquam firmioribus columnis, qui & *antiqui* vocantur *d*, ut & *colles æterni e*: de terra quia corpus humanum ex illa formatum est, de cujus agendum vita, paullò post de orbe demum habitabili. Quare montes pro cœlestibus, cetera; pro terrenis accipere, ut multi faciunt, non videtur necessarium ad litteralem sensum, ut nec pro Angelis, & hominibus. Refellitur hinc fatuitas factos, & genitos in tempore colentium Deos. Plutarchus *f* in Stoicis hoc notavit, laudavit *g* verò Platonem *h*, quod definiret id quod semper est, nec habet ortum esse Deum πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦτε κόσμε, καὶ ἁλλων γεννητῶν ἀγεννητον καὶ ἀιδιον, *patrem, & factorem mundi aliarumque rerum genitarum ingenitum, & invisibilem*: præterea δημιεργον, ἀρχηγον, γενέθορα: *Gubernatorem, Principem, genitorem universi*.

d Deu. 33.15.
e Gen. 49.26. Deut. 33.15.
Montes quomodo accipiendi
Nonnullorum sententia refutata
f opusc. contra Stoicos.
g sympos. lib. 3.
h in Timæo.

Abusus alia ex parte hoc eodem loco videtur Origenes, quem tacito nomine Hieron. *i* reprehendit pravè distinguens textum, *Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem. Priusquam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum: A sæculo usque in sæculum tu es Deus*. Ita verò edisserebant hujus erroris auctores, quod animæ fuerint antequam homo in sexti diei numero conderetur, si Dominus antequam montes firmarentur, & fingeretur terra, orbisque terrarum refugium fuit hominum corpora formarentur. Explicat autem posita meliore distinctione, ut non refugium nostrum fuerit Deus ante conditionem mundi, qui nec dum eramus, sed quod Deus ab æterno, usque in æternum sit semper Deus. Sixtus Senensis citat ex libro primo commentariorum Origenis in Epistolam ad Ephesios, qui non extat in operibus editis, ubi tum hoc testimonio confirmabat dictum errorem, tum Epistolæ ad Ephesios *l*, quum scribit Apostolus, quod elegit nos ante mundi constitutionem. Refellit idem Sixtus *m* diligenter Origenem: & Hieronymus explanans Epistolam ad Ephesios: isque qui hoc loco Hieronymi nomen gerit, licet Origenem hi duo non nominent.

Error Origenis refellitur.
i Epist. 139.
klib. 6. Bibl. annot. 286.
l cap. 1. 4.
m lib. 5. ann. not. 385.

Priusquam montes fierent.) Hieron. *n*, nascerentur; tribuit vero LXX. *firmarentur*, hoc nescio quo jure, quoniam codices omnes habent γενηθῆναι, vel γεννηθῆναι. Quidam Græcus quem Eusebium Agellius putat φυσικῶ hoc dici docet, *priusquam montes gignerentur, vel, pararentur*, Exposition loci.
n hic & 27. 139.

A πρὸ τοῦ ὀρη γενηθῆναι ἢ τετχθῆναι, quoniam non simul ut extitit terra, montes una exiterunt cum illa, sed veluti nati post partum ad magnitudinem excreverunt: ac ut Physiologi quidam existimant adhuc augentur, petræque in dies majores evadunt, Subdit verò quia genitam quoque, ac natam terram, & orbem alii volunt, secuti vim Hebraici textus, dici posse terram ipsam ex alio ortam elemento *o*: & hoc sibi velle quod fuisse scribitur initio, terra ἀόρατος καὶ ἀκατάλητος, *invisibilis, & incomprehensibilis*, quasi liquentis naturæ utero gestaretur, & concipperetur, nascereturque autem, quum dictum est à Deo *o*, *Congregentur aquæ sub cœlo in congregationem unam, & appareat arida*: tunc enim Dei voluntate, formatam, & pactam, tamquam subito editam quasi de luce prodiisse. Qui per montes accipi volunt cœlos, & Angelos, per cetera homines, & res sublunares, notant fieri de primis deci, formari de secundis, quia hominis primi corpus formatum est de limo terræ. Non habet locum hæc distinctio in textu Hebræo, ubi sunt duo verba significantia parturitionem, seu nativitatem ילידו *justa du*, & מחולל *thecolel*. Paraphrastes exposuit erigi montes, & creari terram. Tandem Græca γενηθῆναι & πτασθῆναι, his affinia non raro confunduntur tamquam synonyma. De montium origine aliàs disputavi, & lapidum nonnullum incrementum concedo per juxta positionem, ut vocant, non per vitalem adgenerationem, & augmentationem ab intrinseco principio, ut est in verè viventibus. Similis comparatio ad explicandam æternæ sapientiæ generationem; *Nec dum montes p gravi mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, &c.*

o Gen. 1. 9.
Lapidum nonnullum incrementa ab Auctore concessum.
p Prover. 8. 25. & 26.

Confirmat utroque ex loco Ambrosius *q* æternitatem filii Dei, sive Christi. Athanasius *r* vero in istis dicendi modis monet cavendum Arianismum, ne imaginemur de filio Dei quod aliquando fuerit quando non erat, seu quod imaginari possimus tempus reale. Arnobius existimat prævisas à Davide anathemabiles, ut ipse loquitur, hæreses, filium Dei, qui refugium factus est nobis in Christo, non fuisse priusquam mundus fieret, & firmaretur terra, & orbis. Ad omnes Hugo sumit montes factos illos qui de pauperibus fiunt magni, & potentes, sicut lapillus ille apud Danielem *s* evasit in montem: formatam terram; eos qui formantur, ut sint vasa Domini in honorem: quossdam esse arenæ similes ineptos ad omnem hujusmodi uplationem, & æternis vacant, quæ sine carent, sicut dicta figura nullo clauditur: oportere omnes qui pertinent ad indicatos ordines bonos agnoscere in Deo refugiũ suum, & demisse de se sentire, scientes, quod priusquam essent, erat Deus, non egens eorum opera, vel mentis. Hieronymus *t* affert tropologiam, quod antequam animæ nostræ sublimia dogmata firmarentur, & terra corporis nostri fingeretur, Deus semper nobis refugium fuit, & habitavit animam nostram veluti terram habitabilem. Ait etiam juxta versionem, quæ montibus nativitatem, terræ partutes, Dei semper misericordia procreari.

q Prover. 8. 25. & 26. Æternitas filii Dei confirmata.
p 3. de fide cap. 4.
r or. 2. cont. Aria.
Expositio moralis ab Hugone.
s cap. 2. 35.
Tropologia Hieronymi
t Epist. 139.

Aut formaretur terra,) Prius retuli vetere Hieronymum, *& parturientur terra*, quod valet מחולל *vetecholel*, & interpretari quod reddunt Lxx. καὶ πλασθῆναι, *& fingeretur*, tamen videri synonyma verba verbo membri præcedentis. Apollinaris sic explicat utrumque.

πρὶν ἕδρας ὀρέων, πρὶν καὶ χθονὸς ἕρτα δεμεθλαι,
Ante sedes montium, ante etiam terræ firmamentum fieri.

Admonet tandem Euthymius, & Nicephorus esse hic ταυθολογίαν, quæ conferat ad τὸ τέγεθος, ad granditatem quamdam & fastum orationis. Parum refert quod legamus, (*aut*,) pro (*&*) quam tamen etiam conjunctionem habet vetus Psalterium, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus.

Tautologia Euthymio, & Nicephoro esse videtur.

Et orbis.) Eodem puncto Hieron., licet in Epistola ad Cyprianum addat *(orbis terrarum)* August., *orbis terræ*, sicut & vetus Psalterium: in Romano & apud Cassiodorum, atque Ambr. *u* omisso nomine *terræ* in priore membro, *aut formaretur orbis terræ*. Si Trevetus attendisset ad notionem תבל *thevel*, & ἀναθυμίασις, & quod Hieronymus citata epistola adjecit, *(terrarum)* non esset interpretatus *cœlum*, qui *orbis* hoc loco dicitur. Nec memini Latinum nomen *orbis* absolutè positum pro *cœlo sumtum*. Significant Hebræum, Græcumque nomen, & Latinum, *orbis*, terram habitabilem. Paraphrastes expressit

o 3. de fide cap. 4.

pressit יתבי הבל *jathbe thevel habitatores orbis*. Red
2 Gen. 41. 54. c. 47. 13. & alibi. dit *orbem* aliquando *a* Interpres pro *terris*, & *terra* ארצות *artsoth*, & ארץ.

A sæculo, & usque in sæculum tu es Deus.) Hieron. eodem legens modo respondet Suniæ, & Fretelæ *b*, quamb Epist. 135. vis in ejusdem Codicibus non esse θεός, tamen esse debere quoniam erat אל *el*. Prætermiserunt nomen (*Deus*) Psalterium vetus, & Romanum: item Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, legerunt LXX. pro אל *el*, טל *al*, quod negationem significat, quæ versu sequenti exprimitur. In Latina Basilii translatione puto malè poni nomen, *Deus*, Apollinarius carmini fortassis servivit βασιλέα exprimendo, non quod loco Dei esse voluerit.

Ait Augustinus quod convenientius diceretur *ab æterno in æternum*; quia non à sæculo Deus, qui est ante sæcula: aut usque in sęculum, cujus est finis, quum sit ille sine fine; sed ex ambiguo verbo Græco sit plerumque in Scripturis ut vel sæculum pro æterno, vel æternum pro sæculo ponat Latinus Interpres. Docet præterea, quod optimè B non dicit, *à sæculo tu fuisti, & usque in sæculum tu eris*; sed præsentis significationis verbum posuit, insinuans Dei substantiam omni modo, incommutabilem, ubi non est, c Exod. 3. 14. fuit & erit, sed tantummodo *est*, juxta illud: *Ego c sum qui* d Isa. 10. 28. *sum, & qui est, misit me ad vos*: & *d mutabis ea, & non mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Scripturas constat ut se ad captum nostrum attemperent, per longissimam durationem, qualis quæ ab initio mundi, æternitatem solere significare. Sic idem valet dicere *à sæculo usque in sæculum tu es*, & e, *à sæculo tu es*, & f *ab initio*, e Ps. 92. 2. f Mich. 5. 2. g Apoc. 3. c. 27. *diebusque æternitatis*, & g *ab origine mundi*, & h *à constitutione ejusdem*: quod alibi dicitur, *ante* i *sæcula, antequam* h Mat. 25. 34 i Prov. 8. 26. *quidquam Deus faceret, ab æterno*, &c. Cassiodorus diserte de singulis personis explicat hunc locum *k*: Chrysostomus de patre: Eusebius *l* de filio. Absolutè de Deo intelligitur, ac proinde etiam de personis omnibus. Rectè vero Chrysostomus *m* admonet, ne audientes, (*usque in sæculum*) terminum putemus illum indicari, sed conveniencc Eccl. 24. 14. Sensus absolutus hujus loci. k hom. 3. in Jean. & Ps. 109. l apud Agellium. m hom. 5. in Matth. tia Deo intelligere nos oportere, sæpeque Scripturam usurpando tales particulas, (*donec, usque*, &c.) non includere tempus aliquod definitum. Ambrosius *n* quoque obn 2. de fide c. 4. servat, Scripturæ morem esse, ut æternitatem Dei modis C istis significet, & quum ante, priusve dicitur, in infinitum retro sine aliqua definitione porrigatur. Quod tempus autem melius innuat æternitatem præsens, præteritum, futurum, dixi Ps. 2. *o* ad illa verba, *Ego hodie genui te*, ubi simul jungitur præsenti præteritum. Huc pertinent, quod o vers. 7. p Joan 8. 58. attinet Christum, illa ipsius verba *p*, *Antequam Abraham fieret ego sum*: & de Deo apud Esaiam *q*: *Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram,* q c. 44. 24. r 4. Thess. 4. Sæculum quomodo accipiendū, ex Niceta Choniata. *& nullus mecum*. Nicetas Choniata *r* contra Valentinum docet, sæculum non esse nomen substantiæ, sed intervalli, quod tempus indicat; alias immensi, quum de Deo enunciatur; alias contra, quum de mundi fabrica; vel de humana vita. Producit pro prima notione, hunc locum, pro ultima, ex versu 8. hujus ejusdem Psalmi, *sæculum nostrum in illuminatione vultus tui*; pro secunda, ex Matthæi Evangelio postremis verbis; *vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*.

Vers. 3.) Ne avertas hominem in humilitatem, & dixisti: D Convertimini filii hominum.

PRæfatus Deum refugium cunctis esse, nec deesse umquam posse, quia ipse semper est, ac in æter um, comparans vero cum ista divina æternitate brevis vitæ nostræ calamitatem, precatur ne sinat humanum genus in eam descendere vilitatem, abjectionem, afflictionem, ut perpetuò jacent in morte, cujus pronuncia vit sententiam, post- Gen. 3. 19. quam primus parens peccavit dicens *s*; *In sudore vultus tui vescēris pane, donec revertaris in terram, de qua sumtus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*. Sic Jansenius. Vel orat ne Deus cito redigat in pulverem mortis, sed spatium det pœnitentiæ, atque conversionis quemadmodum ipsemet promisit, ac invitavit etiam, vel ne patiatur hominem suppliciter veniam flagitantem recedere humiliatum, confusumque, ac sua spe frustratum, & à suo benigno vultu rejectam unde pendet salus (Hugo hoc satis indicat.) Quum ipsemet placere sibi significaverit, omninoque velle, ut converterentur homines. Vel quando fixa stat mortis, ac in pulverem redeundi convertendique, divina sententia, interim saltem, dum vitæ tantillum durat spatium, dignetur ærumnosum per se, adeoque brevis ævi hominem, non adeo humiliare, affligere, quod alibi dicitur humiliare in terra vitam *t*, ita ut more graviorem, & molestiorem hic vitam vivat. Tradit tres poste- t Psal. 142. 7. riores sensus Agellius, qui in idem ferè recidunt, & re ipsa jam allati erant à Basilio atque Theodoreto; qui præterea volunt Judæos deprecari à se humiliationem captivitatis. Indicant idem Euthymius, & Nicephorus, atque Eusebius, quem citat Agellius, tametsi conversionem interpretentur de pœnitentia, non de reversione in pulverem, ut illi alii: & ne penitus frangantur exscindi, sed admittantur ad pœnitentiam. Quintò ad mysticum propius Sensus Mysticus. accedit sensus Augustini, & aliorum Latinorum; ne permittat Deus nos ab amore divino averti, & æternorum, ad vilem temporalium amorem, quod ipsum ille maximè cavet, exigitque, præcipiens ut convertamur ad eum; ita ut petat Propheta id quod jussit Deus, ut precem petentis exaudiat, & adjuvet volentis fidem. Revocari eodem possunt Alcuinus, Arnobius, Remigius exponentes ne Deus hominem, qui priùs erat superbus, & nunc humilis est, avertat ac despiciat; utpote qui cor contritum, & humiliatum despicere non soleat. Sextus Nysseni *u* affinis u tract. 1. in Psal. c. 7. est, ut quod natura Deus est, hoc homini communicet, nempe ut labi nescius manum præbeat vacillanti, & non deturbet illum ex ea in qua ipse Deus versatur altitudine εἰς τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ταπείνωσιν, *in humiliationem, utilitatemque ex peccato proficiscentem*. Postea inquit Nyssenus, vocis Domini sui quasi administer effectus *Propheta*, adfert plenam humanitate sententiam, & dixisti: *Convertimini filii hominum*: ut scilicet unde exciderint, revertantur. Subdit hinc effici quod ἐν τῇ προαιρέσει, idest, *in hominum est electione*, τὸ ἐν αὐτοῖς μένειν κατ' ἐξουσίαν ἀβλαβῶς, εἴτε τὸ ἀγαθὸν, εἴτε τοὐναντίον, *ut in iis moneant secundum facultatem dictæ electionis arbitriive liberi, quæ volunt, sive sit quid bonum, sive malum*. Permittit Deus aliquando lapsum in quædam peccata, verbi gratia luxuriæ ad vitandum majus superbiæ, aut aliud. Sed optabilius est omnino non sic averti in hujusmodi humiliationem; ac penitus non peccare, sed si ea humiliatio contingat, audiendus erit Deus adhortans ad conversionem.

Ad eumdem modum Hieron. *x*, juxta translationem x Epist. 3. 5 LXX. explicat orari Deū ut non humiliat peccato perpetuo hominem, quem tanto dignarus est honore imaginis, ac similitudinis, nec non filiationis suæ, quum promiserit pœnitentiam. Juxta versionem ex Hebræo textu, in quo est affirmativa oratio, *convertes hominē*, &c. sensus septimus est: Tu à sęculo, & in sæculum es Deus, sive fortis אל *el*, in eadem semper fortitudine, ac robore perseverans non sicut homo, qui nonnihil quidem fortis, & robustus est in adolescentia juvenili, virili, constanti ætate: Sed quū processerit ætate, avertit, & convertit eum Deus in contrariam imbecillitatem, ita ut (quod continent quæ sequuntur) non excedat ferè septuagesimum vel octogesimum ætatis annum, qui recenti olim sæculo penè millesimū attingebat, cùm ad extremum vitæ pervenerit, dicat, vel repetat quodammodo veterem moderator ævi sententiam; *Convertimini, & revertimini filii hominum in pulverem unde sumti estis*. Placet Treveto, qui Hieron. sequitur versionem. Videri potest etiam octavò cum Vatablo ducta similitudo ab eo, qui per gyrum versans aut rotam agitans quidpiam comminuit, & ad se colligit, quasi diceret David: Tum circumgyrando hominem, comminuis, & reducis usq; ad rem minutissimam, qualis est pulvis, & jubes redire in suū nativum pulverem. Nonò idem Vatablus explicat, licèt hominem convertas in minutissimū pulverem, tamen postea jussu tuo eumdem resuscitaturus es. Decimò apud Genebrardum; Reducis hominem in pulverem, & deinde dicis: Revertimini, ut genus humanum prole perpetuetur. Undecimò sic declarat Hier. *y*: O Deus hominis conditor y Epist. 139. habitatio, & refugium jam inde ab initio: convertes eum usq; ad contritionem per mortem, ut cōfringi solet vas, tamen eidem loqueris quotidie per Proph., ut conversus, ac pœnitens recuperet immortalitatem. Duodecimò secundū Treveti explanatio improbata. eamdem translationem ex Hebræo: Avertes, & convertes hominem in humilitatem, idest, inflictis humiliabis plagis, ac tantum non dicere videberis eidem afflicto, & infirmo, nec non aliis ejus edoctis malo: convertimini, idest, respicite, & per pœnitentiam redite. Adhuc persistendo in eadem translatione ex Hebræo, possent ii sensus, qui secundùm nostram allati sunt, huc retorqueri. Sed non arbitror satis litterale, quod Trevetus in versione Hieronymi, *convertisti hominem usque ad contritionem*, explanat

de dolore, ac pœnitentia pro peccatis; & illud, *revertimini filii Adam*, ut ad bona opera revertantur à sceleribus suis. Genebrardus docet, quod affirmanter enunciatur in textu Hebræo, eamdem sententiam reddere in editione nostra, quæ negat, sumendo particulam, &, adversativè, pro, *tamen*, hoc pacto: Avertes seu avertis, & vertis, verteſve hominem ad tenuitatem, tamen dicis, Convertimini filii hominum: ideſt, ne ita eum tractes, si vis ut convertatur; si eo ipsum redegeris, & malis obrueris, non videtur adjecturus mentem ad pœnitentiam, ut ipse nihilominus jubes, & præcipis. Affert exemplum simile: quia in Michæa *a* habetur, *Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel*: Matthæus *b* verò sic eumdem citat, *Nequaquam minima es in Principibus Juda: ex te enim exiet Dux*, &c. Nam ibi suppletur, *& tamen: & tamen mihi egredietur*, &c. Unde fit, ut negando dixerit Evangelista, *nequaquam minima es*, quia si minima esset, non egrederetur tantus Dux, & eo ipso quod egreditur, quæ videbatur aliàs minima, censetur jam talis non esse. Tot hunc locum explanandi sese mutuo juvant, & redigi ad pauciores possunt magis litterales, cujusmodi præsertim primi quatuor, servata editione nostra, & proprietate vocabulorum, de qua adhuc agemus.

a cap. 5. 2.

b cap. 2. 6.

Ne avertas hominem in humilitatem.) Hieron. in Bibliis Regiis, & in translatione apud Victorium, & Fabrum, *convertens hominem usque ad contritionem*: apud Trevetum, *convertisti*: in Ep. ejusdem 139. *convertes*: quæ ultima lectio consentanea est Hebræo verbo תשב *thasceu*. Alii pro tempore sumentes tempus, *convertis*, in præsenti, pro futuro reddi præteritum potuit, & præsentis etiam, quatenus id facere Deus dicitur, quod facturus est: sed lectio mendosa videtur tribuens Hieron. participium; quamvis non variaret sensus, quia omne tempus jungi potest participio, convertens es, eris, fuisti. Propriè תשב *thasceu* significat *reverti facies*, hoc est, *reduces*, & *rediges*: nomen אנוש *enos*, hominem denotat ærumnosum, & calamitosum; ultima vox דכא *daccha*, potest esse tum nomen *contritio*, tum verbum, & cum עד *hhad* significare *donec sit contritus*, aut priore modo, *usque ad contritionem*: nec umquam propriè significat humilitatem, ut virtus est, sicut nec in Ps. 33. *c* quum dicuntur humiles spiritu salvandi, quos Hieron. appellat confractos spiritu. Hoc loco Paraphrastes ita vertit, *rediges hominem propter peccatum ejus usque ad mortem*: antea dixi unde sit factum, ut translatio LXX. habeat negationem, nempe quia pro אל *el* ex præcedente versu, quod est nomen Dei, & ibi ab illis omissum est, legerunt לא *al*, quæ est particula negans.

c vers. 3. 9.

Et dixisti. Hieron. *& dicens*, apud Trevetum, *& dicis*, in Epist. 139. ejusdem, *& dices*, וחמר *vathomer* propter ו *va*, *ideſt*, ו *vau* cum *pathah* vertit significationem futuri in præteriti. Cassiodorus vult particulam, &, esse pro, *quia*, ut propterea oretur Deus ne avertat hominem in humilitatem, quia dixit id quod sequitur. Dixit autem hoc Deus, *convertimini filii hominum*, si de conversione seu reversione in pulverem intelligimus in Genesi *d*: si de conversione pœnitentiæ in Ezechiele *e* quidem & Osæa *f*, quos citat Hieron. *g*, sed quum multo post Davidem fuerint, non hos ille significare voluit. Hieronymus *h* iterum omnium sanctorum eloquio dictum declarat: & per Prophetas, quod etiam ait Haimo indefinitè, vel idem Haimo per hunc ipsum qui hìc hoc affirmat, quod Nissenus *i* videtur quoque sentire: Rickelius per homines & Angelos: Bruno Carthusianus cuivis per interiorem dictionem sine strepitu verborum. Potest insinuatum censeri de pœnitentia monitum, quando Deus ex Adam quærivit ubi *k* esset; ex Cain ubi frater ejus *l* Abel: deinde etiam, quando tamdiu ante diluvium jussit construi arcam à Noe justitiæ præcone *m*: postea quum alia edidit exempla vindictæ in peccatores: denique; erant in lege sacrificia pro peccatis. Angelus item ille pœnitentiam indixit qui compulit populũ ad fletum tantum, ut loco ubi flevit nomen inditum fuerit, locus flentium, sive lacrymarum *n*.

d c. 3. 19.
e c. 18. 28.
f c. 14. 2
g Ep. 119. & hoc loco.
h Epist. 139
i Tr. 1 in ps. c. 7.
k Gen. 3. 9.
l c. 4. 9.
m Gen. 6. 14. 2. Pet. 2. 5.
n Jud. 3. 1. & seq.

Convertimini filii hominum.) Hieronymus, *revertimini filii Adam*. Paronomasia est in verbis Hebræis, & Græcis quum præcedente membro תשב *thasceu* & שובו *sciuuu*, ἀποστράψατε, & ἐπιστράψατε: nomen autem סרא *adam*, est appellativum, & collectivè sumtum homines multos significat, sicut aliis in locis non semel. Potest nihilominus allusio esse ad Adamum primum parentem, qui & ad conversionem in pulverem damnatus est, & invitatus ad conversionem pœnitentiæ, ceteri ad utrumque tamquam

Allusio ad membrum præcedens. Adam nominis significatio.

Aposteri ejus. Aptum concioni primæ in Quadragesimæ thema suppeditat hic versiculus totus, quoniam in initio Quadragesimæ cineres imponuntur capitibus nostris, monemurque redigendos nos esse in pulverem, & ut convertamur ad Dominum in toto corde nostro, dissimulantem peccata hominum propter pœnitentiam, & omnino sperare jubemur fore ut non avertat, ac rejiciat Deus nos in hanc humilitatem sponte dejectos, & patienter tolerantes sententiam necessariæ resolutionis in pulverem, quia præcepit ut convertamur, tùm per istam meditationem, tùm per alia media ad veram pœnitentiam, proposita pœnitentibus venia, & gratia.

Vers. 4.) Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ præteriit.
Et custodia in nocte.
Vers. 5.) Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

EX comparatione æternitatis divinæ cum vita humana, quæ admodum brevis est, ac penè nihil, flectere nititur Deum ad misericordiam, ne tam citò convertat hominem, redigatque in pulvere, juxta jam latam contra ipsum sententiam, satis per se humiles, & abjectos homines esse, nec oportere ut illos Deus magis conterat, & humilitate afficiat. Sumit autem annos mille, quos hactenus nulli datum est vivere: & hos ait apud Deum, cumque illius æternitate collatos esse tamquam diem hesternam quæ jam præteriit, & ejus ne punctum quidem supereſt: immo velut vigiliam unam noctis, quæ tribus dumtaxat constat horis, tandem quicumque, ac quotcumque quis annos vivat, inter eas res computari quæ nihili æstimantur, penitus non sunt, somniant homines esse, sive inquam dies illi boni, ac læti fuerint, sive mali, & difficilis, qui quum nocturna vigilia conferantur, cui vita nostra, quæ nihil nisi militia est *o*.

Sensus loci.

o Job. 7. 1.

Putat Hieronymus *p* Prophetam deprecando affirmare non videri sibi longum esse quod promittit Deus, scilicet salutem post tempora multa, quia æternitati comparata, brevis est omnium temporum longitudo: Cajetanus monstrare non fuisse severam DEI justitiam, qua propter peccatum animadvertit in homines in hac vita, si conferatur ista cum æternitate. Sed sensus primus communior, & facilior, quamvis Petrus *q* adhibuerit hoc testimonium ut probaret quod non tradat Dominus promissionem suam. Jam verò priùs Job *r* simili usus fuerat ratione, qua humanæ vitæ brevitatem causabatur, simul usurpans aliquas ex similitudinibus, quæ hìc paullo post subjiciuntur. In Petri commentario citantis hunc locum dixi quæ huc transferri possunt, maximè adversus opinionem de mundi duratione per sex annorum sola millia, quam hìc quoque confutat Augustinus: & in qua præter eò citatos locos Isidorum *s* etiam reperio. Non decet eadem transcribi, sed nova afferri.

p Epist. 139.
q 2. Pet. 3. 8. 9.
r c. 7. 6. & seq. c. 15. c. 20. 30. c. 14. 1. & seq.
De mundi duratione confutata opinio.
s de vocat. gent. c. 15.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna quæ præteriit.) Sensum Petrus *t* retulit hoc modo, quia unus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus: legit Isidorus, *tamquam dies una*, Hieronymus, *in oculis tuis*. Præter allata in commentario Petri, Eusebius explanat de Judæis abjectis, & expulsis, qui rogent non penitus exscindi à Deo qui gentes etiam vocet; se quum potuerint priùs exiguo tempore jam defloruisse, tempus illud annorum mille fuisse, quoniam à templo Salomonico, usque ad Babylonicam obsidionem anni abierunt quadringenti triginta duo. Jesus & Zorobabel Darii anno secundo, desolatum excitarunt; inde ad 15. Tiberii annum fluxerunt anni 548. steterunt postea Judæi per annos 40. tuncque perierunt sub Vespasiano, & Tito: qui omnes sunt anni mille, & viginti supra mille, sed viginti in majore illo numero non computantur. Hoc ex Eusebio recitat Agellius, quam verò addit ex Diodoro tropologiam, eadem totidem verbis est Nysseni *x*, & à me in illo Petri commentario recitata. Floruit eodem tempore uterque. Philippus Solitarius *y* confutat abutentes hoc loco, pro ea quam dixi sententia de mundo duraturo per sex annorum millia, docetque millenarium à viris doctis pro tempore indefinito accipi. Putat verò ibidem conceptum, seu natum Christum ab orbe condito an. 5500. quum tamen in martyrologio Romano natus dicatur an. 5099. Sed de hoc modò non disputo. Quod explanans Petrum dicebam scholasticos,

t 2. ep. 3. 8.
u de vocat. gent. c. 15.
x tr. 12. in ps. c. 7.
y 3. dioptr. c. 8.
Millenarius pro tempore indefinito acceptus.

sticos, ac Petrum etiam Damiani scribentem Desiderio hinc elicere omnia Deo præsentia esse, ac modo quodam coexistere in ejus æternitate, hancque illis vicissim: lego etiam apud Ambrosium *b*, qui ratiocinatur si omne sæculi tempus una dies est Domino, eadem mirabilia quæ Patribus operatus est, operatum & nobis esse: ita ut ipsimet vidisse dici possimus mirabilia illa sicut majores nostri, pari quum illis stupore suspexisse, & gustavisse, propterea eamdem in nobis esse debere fidem, & devotionem. In Paraphrasi neminem dixi ætatis attigisse millesimum annum. Nam longævissimus Mathusala vixit nongentis sexaginta novem annis *c*, si ratione illius ævi ad sexagesimum annum producenda infantia æquipollenter esset, Adam vita quæ scribitur nongentorum triginta, æquari posset annis aliorum 9,0. ut Pererius, ac Delrius ratiocinantur, immò pervenisse ad millesimum annum, & supra longius, si, quod verisimile est, creatum dicamus non ut adolescentem, sed jam ut juvenem virumve. Plinium, & Strabonem referre ponè montes Riphæos, ultraque Aquilonem gentem vocabulo Hyperboreorum annoso ævo vivere; idest, annis mille, Rodiginus* scribit. Sed Plinius *d* longiores ætates licet hac breviores, non dubitat inter fabulosas res computare, vel inscitiæ temporum deputare, quia alii annum æstate determinabant, alterum hyeme: quidam trimestri: aliqui lunæ senio. In Strabone *e* illud reperi, apud Plinium *f* tantum annosum ævum. De annis autem illis tam multis quorum fit in divinis literis mentio tale quid suspicari, & ambigere an breviores nostratibus essent, omnino non licet, ut Pererius *g* noster demonstrat. Facit ad tropologiam adhuc quod idem Ambrosius *h* docet, idcirco una die diversis horis conduci operarios *i*, quia mille anni in oculis Domini sicut dies hesterna quæ præterlit, & hora in nocte; & quum septem descripti sunt dies creationis, uno tamen omnia facta complexum esse scripturam sacrum: tamquam hac de caussa, quum dies totum sit mundi tempus, habere utrique etiam in sæculis horas suas, aut ipsa sæcula horas esse.

Augustinus hoc loco, & alii colligunt contemtum temporalium omnium atque oblivionem eorum quæ retro sunt *k*, & ad ea, quæ ante sunt extensionem, hoc est, appetitionem æternorum. Vita nostra hodie nominatur inter *l* nos, idest, unus dies, ita ut ephemeri cognominari possimus, vel hemerobii, vel monomeri animalculis una die tantum viventibus *m* similes. Cicero *n* quum de hujusmodi meminisset bestiolis, subdit: Confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qua illæ bestiolæ, reperietur. Contemnamus igitur omnes ineptias (nugas alicubi vocat, nugarum, & vanitates vanitatum Augustinus *o*) quod enim levius huic levitati nomen imponam? totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia, & in omni virtute ponamus. Auctor Ecclesiastici *p* scribit numerum dierum hominum ut multum centum annorum quasi guttam aquæ maris deputari, & sicut calculum arenæ, sic exiguos annos esse in die ævi: & propter hoc patientem Deum esse in illis, & effundere super eos misericordiam suam. Quæ de caussa hic Prophetam nostrum, & Job imploravisse prius dicebam Dei misericordiam, videlicet ob tantam vitæ præsentis brevitatem.

Usurpavit eamdem comparationem Simonides apud Plutarchum *q* mille ac decem annorum millium cum æternitate, esseque instar illius, ut punctum temporis, immò potius ut puncti brevissimam particulam. Hæc meditatio confert, ut longius vitæ spatium non expectemus; ut ad æterna inhiemus: ut momentaneam, & brevem censeamus quantamcumque tribulationem: ut nihili æstimemus quibus æternitatem promeremur: ut solam æternam damnationem serio formidemus: ut omnia quæ transeunt contemnamus. Reproborum esse Gregorius *r* docet erga dies vitæ præsentis tanto amore constringi, ut sic semper hic appetant vivere, quatenus si valeant, vivendi cursum desiderent numquam finire; quia cogitare ventura despiciunt, spem totam in rebus transeuntibus ponunt, habere nulla nisi quæ præterierunt, concupiscunt: quumque nimis transeuntia cogitant, & mansura nullatenus sperant, sic cæcitate insensibili cordis oculum claudi, ut æternæ luci nullatenus intendat. Legenda etiam quæ apud eumdem sequuntur. *Punctum* est & *modicum*, *in quo derelinquimur* aliquando à Deo, sed *in miserationibus magnis congregat nos: in momento indignationis abscondit faciem parumper* à nobis *sed in misericordia sempiterna miseretur* s, *momentaneo*, & *levi tribulationis præsentis* respondet *supra modum in sublimitate futuræ vitæ, æternum gloriæ pondus* t. Augustinus gravitatem ignis purgatorii demonstrans argumentatur ex hoc loco nescire nos utrum diebus, an mensibus, an fortè etiam annis per illum simus transituri. Et quidem compensari longior potest mora intensione tormenti, ita ut qui sub mundi fine purgabuntur compenset gravitate brevitatem. Sed infinitæ rei finem hic imponamus. Cavendos moneo Judæos, quum pressi certis locis divinarum litterarū, in quibus breve ac novissimum tempus, vel horam quoque adventui Messiæ assignant, huc recurrunt, ut quantumlibet spatium ad æternitatem comparatum censeri, ac dici perbreve valeat. Nisi aliud obstaret, effugere sic possent, at quædam simul adjiciuntur, quibus præcisè describitur quantitas, & spatium durationis, & nominatim Danielis hebdomadæ nullum effugium habent. Item quando pollicetur Deus post modicum tempus Messiam venturum *u*, non refert id tempus ad æternitatem suam, sed humano, consuetoque hominibus expectantibus Messiam more loquitur; hominum autem opinione bis circiter mille annorum summa non potest appellari modica. Ille quem memorat Irenæus *x* quorumdam sensus, olet allegoriam, quod dictum est Adamo *y* in quacumque die comederis, morieris, re ipsa eveniisse, quia post lapsum non explevit annum millesimum. Placuit etiam Justino *z*. Rectius Augustinus *a* ait percurrenti Scripturas visum iri heri pene Adam illum de Paradiso lapsum esse: & si quis toto illo tempore viveret ex quo ille inde dimissus est, visurum vitam non fuisse diurnam, quæ sic avolavit.

Et custodiam nocte.) In Psalt. Romano, & Ambrosiano, apudque Cassiodorum & Arnobium additur, *& sicut*, ab Augustino, & à vetere Psalterio, *& sicut vigilia*, a Hieron., *& vigilia*: ab Ambrosio *b*, *& hora*. Videtur Apollinarius de die intellexisse, cujus mentio facta membro priore, ut scilicet ille ipse sit qui servivit vigiliæ nocturnæ. Nihil refert sive idem, sive alius sit. Custodia verò, aut vigilia in nocte, pars ejusdem in duodecim divisæ horas inæquales, ut & dies erat, quanta est, quia solebant in exercitu per vices constitui custodiæ, militesve custodes, qui vigilarent, agerentque excubias trium horarum spatio. Non obibant Judæi vigilias, & custodias illas ex vetere aliorum ad eos more permanente, ut scripsit tamen Magister *e* historiæ Scholasticæ, quo in utroque solstitio Solem venerantes; talesque pastorum illorum fuisse vigilias, quas custodivisse narrat Lucas super gregem suum qua nocte natus est Christus in solstitio. Propter fures aut bestias vigilabant Pastores, quod milites faciebant propter hostes. Auget orationem Psaltes diminutionem temporis, & quidem nocturni. Brevior enim videri nox solet, quam dies, citiusque præterfluere, quia qui dormiunt, inquit Euthymius, temporis lapsum non agnoscunt: ob tenebras quoq; minus percipitur, & laborantibus videtur longius tempus, quam cessantibus ab opere. Revocat in dubium Agellius post Titelmanum an essent quatuor, vel ternæ tantum vigiliæ. Atqui Matthæus *d*, & Marcus *e* meminit de quarta, & Hieron. *f* docet stationes, vigiliasque militares in terna horarum spatia divisas. Id legere etiam est apud Suidam *g*, Livium, *h*, Modestum *i*, Vegetium *k*, Polybium cum Lipsio *l*, Plinium *m*, qui quartam Castrensem exprimit Censorinum *n*. Consule præterea Alexandum ab Alexandro cum Tiraquello *o*. & nostros Valtrinum *p*, ac Delrium *q* præterea Baronium tom. 1. *r* annalium an. 34. & Jansenium *.

De Græcis opinio est triferiam tantum divisisse. Cecinit enim Homerus *,

ἄλλοτε δ' ἐν τριχὰ νυκτὸς ἴσην μετὰ δ' ἕκτα βεβήκει.

Vocat quatuor illas partes vesperium, conticinium, seu noctem intempestam, gallicinium, & luciferum. Ad tropologiam spectat annos hominum in tam sollicita custodia rerum terrenarum transigi, ut sollicitudo hæc faciat eos noctes ducere insomnes, quam tamen accuratam solicitudinem impendant ut indicare membrum sequens videtur) rebus quæ merito pro nihilo habendæ sint, cum substantia humana tamquam nihilum sit ante Deum *f*, & homo ipse secundum conditionem sui corporis, magnę obnoxius mutabilitati, ut sequenti habetur versu. Cajetani expositio est, quam tradit, ut litteralem & ex eodem transcripsisse Placidum Parmensem puto, atque Jansonium. Litteralem sensum non esse sequentia docebunt.

Quę pro nihilo habentur, eorũ anni erunt.) Hieron. *percutiente te eos ut somniũ erũt.* In Treveti textu non est particula

a l. 6 epist. n. 17.
b Ser. 3. de Epiph.
Millesimũ annum nemo unquã attigit. est.
c Gen. 5. 27.
d l. 16. c. 22. d l. 7. c. 48.
e l. 5. f l. 4. c. 12.
g l. 17. Gen. disp. de longitudine vitæ priscorum hominum.
h l. 7. in Luc. c. 15.
i Matt. 20. c. 2 3 4 5. 6. Dies mundi tempus est.
k Phil. 3. 13. 24.
Vita nostra hodie appellata.
l Hebr. 3. 13. m Arist. l. de hist. animal. c. 9. l. 5. c. 19. Plin. l. 11. c. 37. Aelian. l. 4. anim. c. 43. Cicero Tusc. n supra. o & Consol. c. 11.
p c. 48. p. 9.
q de consol.
r 8. moral. c. 1. vers. 12.
s Es. 54. 8.
t 2 Cor. 4. 17.
u ser. 43. de sanct.
x Aggæi 2. 7. 8.
y l. 5. c. 23.
z Gen. 2. 17.
a in Tryph.
b con. 1. in Ps. 36.
c in Luc. c. 13
d hist. Er. c. 9. Vigiliarum partes quot
e c. 14. 25.
f c. 6. 48.
g verbo προφυλακή.
h l. 36.
i l. de voca. res milit.
k l. 3. c. 9.
l 5. de milit. Rom dial. 9
m l. 10. c. 21.
n de die natali. c. 13.
o l. 4. de re milit. c. 6.
p in Tread. Senec. actu. 3. & in Trit. actu 4. in chorum.
q to. 1. ann. anno 34.
r concord. Evang.
s Odyss. ξ.
Tropolog.
t Ps. 38. 9.

cula similitudinis, nec in Hebræo, nec in Epistolari commentario, Heronymi: tamen idem Trevetus supplet exponens hic significari quanta sit fragilitas humanæ naturæ ad resistendum iræ divinæ, & quod cum percusserit Deus homines disperibunt. Recitat aliam versionem, *fluctuasti eos, somnia erunt, ideſt, deleſti eos quasi per fluctus; vel, impetiviſti eos, hoc eſt, impetu ferebaris in eos, aut impetuoſe, & quaſi turbine, tempeſtate, fluctu deleſti eos, & idcirco ſicut ſomnia erunt.* Similem translationem reperio in recentioribus Hebraizantibus, *inundas, ſeu inundaſti, aut inundabis, rapis, rapieſve, aut rapuiſti eos, ut impetus aquarum ut ſomnus ſunt, eruntve*, hoc est, facis velut impetu quodam ruere eos, instar nimbi diffluere: tamquam immissa inundatione subitò rapis eos de mundo, veluti que somnium traduntur oblivioni: te illos dissipante somnus fiunt: jubes annos hominum properare velocissimè, ita ut priusquam sese colligere valeant, & cogitare quid sibi acciderit in vita, sentiant illos velut somnium quoddam elapsos. Pro *inundatione* Paraphrastes, *mortem* posuit, *etsi non convertantur, nduces in eos mortem, quæ erit illis ſicut ſomni*: vel, *tamquam dormientes erunt.*

Comparantur juxta istas translationes hominum anni cum aquæ fluxu, seu bulla, quæ inde existit, unde adagium, *Homo bulla*, & Osæas *a Regem* vocat *ſpumam*, & Somnio; quod Interpres exposuit ex iis rebus esse, quæ pro nihilo habentur, & nihili æstimantur propter nimiam fugacitatem; & sequenti versu ponitur similitudo ex herba. Videtur autem Nebiensis velle hic indicari quod vita hominum post inundationem, seu diluvium, si conferatur cum vita hominum, qui fuerunt ante illud, jure dici possit somnium. Textus Hebræus loci hujus sic habet זרמתם שינה יהיו *zeramtham ſcenah jehju.* Ubi primum vocabulum est verbum cum affixo, ut nunc legitur, & significat *inundaſti eos*, à themate זרם *zerem* inundatio subita, & fluxio cum impetu, rapidus imber, cataracta, &c. Posset etiam esse nomen cum affixo legendo זרמתם *zirmatham*, à זרמה *zirmah* ejusdem notionis cum זרם *zerem*. Secundum nomen est שינה *ſenah*, quod à ישן *jaſcian* dormivit, somnum, & somnium valet, & habetur in Psal. 75. *b* ubi dicuntur dormivisse somnium viri divitiarum.

Si legas שנה *ſcianah*, erit annus, & collectivè pro annis multis accipiendo sensus erit: Inundasti eos, anni eorumdem erunt nempe ut inundatio, vel ut somnus. Item inundatio eorum erit, & ut somnus erunt. Hieronymus ad Cyprianum explanat juxta translationem ex Hebræo: multum conversioni nostræ conferre, & saluti, quod omnis vita mortalium, quasi somnium, ita veloci morte contracta est; secundùm LXX. omne quod in sæculo longum videtur apud Deum breve esse; dies enim & annos quibus humana vita contracta est, si comparentur æternitati reputandos pro nihilo. Græca editio LXX. hæc est, τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν ἐγένοντο, *Nulificamina*, ut loquar Tertullianicè, *ipsorum amiserunt*, ideſt, habebuntur, ut nihil. Id citatos antea Diodorus, & Nyssenus explicant longè diverso modo, quod peccata quæ à peccatore nihili fiunt, & extenuantur, Deus respicit velut longissimam quamdam annorum multitudinem, & oculo suo singillatim judicat. Aliter Apollinarius:

μεμπτὰ σφίσιν ἔργα γενήσεται εἰς ἐνιαυτούς,
Vituperabilia ipſi opera fient in annos,

Quasi dicerent, non solum breves, ac pauci erunt dies, anni quæ hominum, sed etiam mali, hoc est in vitiis, & peccatis transigentur, nisi videlicet Deus sit refugium, & gratiæ suæ auxilio adversùs pronitatem istam ad malum, & peccatum adjuvet. Euthymius, ac ejus abbreviator Nicephorus non ἔτῳ *annos*, sed ἔτι *adhuc*, legentes (ut in quibusdam quoque Bibliis legi) explicant quum dictum sit annos humanæ vitæ exiguos esse, quamvis ad mille protenderetur, nunc dicere, se tamen adhuc magis ac magis hujusmodi annorum spatia contemturum, nihilque facturum, quum ad Divinam æternitatem nihil prorsus sint. Itaque volunt hunc esse sensum; Contemtus eorum mille annorum adhuc erunt apud me, hoc est, etiam atque etiam à me magis contemnentur. Eusebius apud Agellium τὰ ἐξουδενώματα (quam vocem apud Auctores profanos non reperio) contemtus, aut annihilamenta annorum eorum exponit de Judæis, ut scilicet in annos, diutiusque addicat illos ærumnis Deus, & ut propter illatam Christo mortem, quem negaverunt, anni eorum in maximo contemti sint, & conculcentur tùm à Dæmoniis, tùm ab hominibus. Idem omnino indicant Basilius, ac Theodoretus. Suspicatur Agellius lectum à LXX. זהמתם *zihamtham*, non reperitur nisi verbum in piel זהם *ziham* in Job *c*, & significat abominari, nauseare, fastidire, reputare ut sordes, & excrementa vel ex cibis, vel ex corpore egesta. Nomen inde nullum extat. Quare sensus esset: Abominatus es eos, fastidivisti, cum stomacho, & nausea ejecisti tamquam res turpes, & stomachum facientes. *c* c. 33. 20.

Tunc vero quæ sequuntur, *anni erunt*, sic exponentur: quia sic illos tractasti, anni eorum erunt, ut res illæ abominabiles; & hujusmodi ut ob afflictionem dicant qui in iis degent *d* non mihi placent: sed nec aliis valde placere possunt propter incommoda senectutis. Secundùm translationem nostram omne vitæ spatium, quantum est, censetur ut nihil, idcirco Job *e* parci petebat sibi, quia nihil essent dies ejus הבל *bevel* vanitas; unde qui parum vixit, Abel nominatus est. Deficiunt in vanitate dies, & anni cum festinatione *f*, sed improborum anni magis peculiariter pro nihilo habentur, ut Grevæus *g* demonstrat, qui pro nihilo dantur, ideſt, pro peccato; quia non redeunt, neque colliguntur ex iis fructus; quia otiosè consumuntur. Ostendit præterea, quanti fieri tempus debeat, quoniam bestiæ ipsæ id æstimant: quia nunc nostrum est nobisque à Deo datum postea irrecuperabile: quoniam res adeò rara, ut duo simul momenta possideri nequeant; quia reddenda de illo ratio severe. Substantia omnis nostra tamquam nihilum ante Deum *h*, omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inanis reputatæ sunt ei *i*, quanto magis anni qui effluunt? *d* Eccl. 12. 1. *e* c. 7. 16. *f* Pſ. 77. 33. *g* ſer. 192. Tempus quanti faciendum ſit *h* Pſ. 38. 6. Iſa. 30. 17. *i* Pſ. 38. 6.

Verſ. 6.) Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vesperè decidat, induret, & arescat.

HÆc est alia elegans, valdeque trita brevis humanæ vitæ cum herba comparatio, & videtur Propheta inducere veluti loquentem, ac decernentem Deum ut sit homo similis herbæ mox virenti, mox arescenti. Manè herba, cum exoriente solet prodit, quodammodo proficit, permutatur, transit ad perfectionem quasi staturam, & dum in ea flos exstitit, videtur aliquid esse: sed ejusdem solis nimio per diem adusta æstu, decidit vesperè ab illo suo virore, ac demum humore destituta exarescit. Ad eumdem modum homo in ipso vitæ principio, tamquam è tenebris noctis productus in lucem continuo profectu ocyus transitum facit ad justam corporis mensuram, florens, vigensque; at ubi vesper adventarit extremæ vel vitæ vel senectæ, decidet ab eo vigore, atque naturali ex haustus humore, indurescet, & arescet; consumente nimirum humorem illum, aut senectute, aut morte. Puer viridis videtur, succique plenus; pubescens florere; deinde durari laboribus: tandem exhausto humore jam in senio siccari, & ad interitum pervenire. Pueritia similis est matutino tempori, juventus meridiano, senium vespertino, sed ad homines diversos accommodari similitudo potest, atque ad finem vitæ illorum. Nonnulli ipso manè vegeto adhuc corpore moriuntur, & exarescunt; quum vix dum sol exortus incaluit; alii decidunt ad vesperum defectis in senectute viribus, & ceu diurno æstu siccatis, & arefactis. Ephemeron herbam ejusdem nominis cum animalculo de quo prius memini. Dioscorides *K* cum Matthiolo nominat duplicem, alteram quæ uno die interimat; alteram quæ uno die flores amittat. Pertinet eodem solstitialis herba, de qua Poetæ: Sensus loci. Brevitas vitæ humanæ cum herba elegans comparatio. *k* l. 4. c. 10. & l. 64. c. 51.

Quaſi l ſolſtitialis herba pauliſper fui,
Repente exortus ſum, repentino occidi. *l* Plaut. in Pſeudolo.

Item:

Oſtentatus m,
Raptuſque ſimul
Solſtitialis
Velut herba ſolet.
Rhetor Alethi. *m* Auſonius in profeſſoribus carm. 6.

Legendi de eadem Rodiginus *n*, Turbenus *o*, Venetus *p*; facit ad rem adhuc magis Jonæ hedera, quæ sub una nocte nacta est, & sub una nocte periit *q*. Quum Euseb. Athanas. ad Judæos hunc locum accommodant, ut manè intelligatur iis fuisse, cum, Deo favente, res ipsorum floruerunt, ac prosperè successerunt; vesperè, quando post, propterque Christum *n* l. 29. c. 4. *o* l. 24. c. 38. *p* in Auſonium. *q* Jonæ 4. 10.

stum ab illis crucifixum ab ope divina, magisque peculiari providentia rejecti sunt. Athanasius, qui recipit etiam distinctionem adolescentiæ instar herbæ tenellæ germinantis, ætatis integræ, ac florentis, denique senectutis decidentis, & aridæ, manè attendit in legis traditione, herbæ nomine legalem religionem interpretatur postea siccandam. Concordant Basilius, Theodoretus, Euthymius, qui meminit quoque de prosperitate Judæorum per mille annos; sequitur vero etiam sensum illum de ætatibus hominis qui communior est, & à Nysseno *a* quoque traditur. Gregorius *b* Papa inter mysticas herbæ notiones primam ponit pro virore gloriæ temporalis, hicque denotari quod in prosperitate hujus sæculi temporalis gloriæ decus velociter arescit. Omnium optimè Hieronymus ad Cyprianum *c* expressit hunc sensum de vita humana quæ in similitudine florum, atque fœni eodem penè tempore siccatur, atque deperit. Sicut mane virens herba, inquit, & suis floribus vernans delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fœnum quod conterendum est, vertitur, ita omnis species hominum vernat in parvulis, floret in juvenibus, viget in perfectæ ætatis viris, & repente dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, & extremo fine, quod hic dicitur vespere, ideſt, senectute, vix moveri potest, ita ut non cognoscatur quis prior fuerit, sed pene in alium commutetur. Quid loquimur de infantiæ temporibus usque ad extremam, & decrepitam senectutem: quum hoc & languor faciat, & inediæ mœror, ut vultus prius pulcherrimus fœminarum ad tantam transeat fœditatem, ut amor in odio commutetur? Affert etiam Esaiam *d*, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni: fœnum aruit, & flos decidit.* Transit vita nostra cum primum incipit, sed tum præcipuè cum florescit, sicut cujusdam plantæ. Plinius *e* florem celeriter canescentem nominat, & abeuntem. Cecinit David *f* se sicut fœnum aruisse, Deum in æternum permanere. Fœnum tectorum præsertim priusquam evellatur exarescit, nec de eo implere manum potest qui metit, sinumve qui manipulos colligit *g*, quia licet omnes, maximè qui eminent inter homines isti corruptioni obnoxii sunt, ac minus plerumque ad usum idonei, quam humiliores. A manipulis fœneis, quos vexillorum, quæ fortè tunc deerant, erexit loco, Romulus potitus deinde victoria, milites deinceps manipularii denominati sunt *h*, & aliis alia placet ratio, & in cornu gerens bestia fœnum pugnam designabat. Hæc videlicet ad vincendum vitia confert cogitatio nos fœnum esse, quemadmodum superius de meditatione diceba mus, nos in cinerem redigendos. Hominis imbecillitatem describens Job *i*, vitæque brevitatem ejusdem, dixit, quasi florem egredi, & conteri.

Mirabar, ait ille, *celerem fugitivæ ætate rapinam k*,
Edum nascuntur, consennuisse rosas.
Quod aliter alius:
Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum,
Quas pubescentes juncta senecta premit.

Et Homerus hominum generationem cum generatione comparat foliorum;

οἵηπερ φύλλων, τόιη δὲ καὶ ἀνδρῶν.

Esaias *l* vę imprecatur coronę superbię, & flori decidenti, & gloriæ exultationis. Non potest videri nimis longus de vitæ brevitate sermo, & nos in hoc opere de illa non semel egimus, nec non in aliis florum detractatio vindemię similis est utroque marcendo, decidunt, inquit Plutarch. *m* nisi tempestive demantur. Id accidit in hac degentibus vitæ, in qua tamen stulti mortales delectantur hortis Adonidæ, in quibus nihil serebatur ad fructum, sed ad voluptatem, utque Adonidem ipsum referret in primo ætatis flore præreptum, vel hortis mulierum, quos alebant & curabant in testis, nec aliud nisi futilia, caduca, ad octo tantum dies vernantia, ut ex Platone idem Plutarchus *n* memorat, continebant. Bernardus *o* dum disputat de Nazareth quo incarnationis annunciator Angelus missus est *p* floremque interpretatur, ait, quoddam semen divinæ de ea cogitationis videri fuisse alloquutiones, & promissiones factas cœlitus ad patres: floruisse hoc semen in mirabilibus quæ ostensa sunt in exitu Israel de Ægyto, in figuris, & ænigmatibus per totum inter in deserto usque in terram promissionis, & deinceps in visionibus, & vaticiniis prophetarum, in ordinatione quoque regni ac Sacerdotii usque ad Christum: Christum hujus seminis, & horum florum fructum esse, quem David *q* cecinit dedisse terram nostram, dante benignitatem Deo, & pollicitum Deum fore ut poneret de fructu ventris Davidis super sedem ejus *r*: prodeunte fructu florem decidisse, quia veritate apparente in carne, figura pertransit, quem transitum nomen indicat Galilææ, in qua Nazareth erat: hoc sibi etiam velle quæ hic dicuntur: vespere namque plenitudinis temporum succrevisse dictum fructum, & flores decidisse, ac aruisse, prout etiam scripsit Esaias *s* quod fœnum aruit, & flos decidit, verbum autem Domini manet in æternum: quum omnis caro fœnum dicitur *t*, intelligi populum carnalem Judæorum, qui ab omni spiritus pinguedine vacuus siccæ litteræ adhæsit, & gloriatio quam habebat in lege, non remansit; periit regnum, Sacerdotium, Prophetæ, templum, magnalia alia. Loquitur hic doctor, ut solet, per accommodationem, quoniam flos cui succedit fructus non decidit, vel perit, sed transit potius, & convertitur in fructum, & hoc loco sermo fit de herba, floribusque qui transire non debent in alium fructum, sed in suamet florum natura consistere. Joannes Vitalis *u* refert florem matutinum ad juventutis delicias; transitum, quia in eodem statu homo non permanet: casum in vespera, mortem in extrema ætate, induratum postea cadaver, & arefactum quum resolvitur in pulveres, vel mane in pœnitentia, transitum cum transit quis de malo in pejus, & ardore tentationum, sicut herba siccatur. Hugo hoc loco exemplum producit divitis epulonis; qui floruit primum in mundo, sed transiit, & recepit bona in vita sua: postremò induruit, & aruit in inferno, ubi guttam aquæ flagitabat, dum flammis cruciaretur *x*; sed parum aptè auctor hìc juxta linguæ suæ Gallicæ idioma, qua pati dicitur, *endurer*, indurare sumit Latinè in eadem notione, ut pati tormenta significet. De divite scribens avaro, aut opibus abutente Jacobus *y* ait quod sicut flos fœni transibit; exortum enim Solem cum ardore arefacturum fœnum, & florem ejus decasurum, & decorem vultus ejus depericturum, itaque futurum, ut ille in itineribus suis marcescat. Utitur Petrus eadem comparatione *z*, & Auctor Ecclesiastici *a*, & Esaias *b*. Sed Ecclesiasticus propius ad rem accedit. Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium frondens in arbore viridi: alia generatur, & alia dejiciuntur sic generatio carnis, *** & sanguinis alia finitur, & alia nascitur.

Mane sicut herba transeat.) Hieron. *mane quasi herba pertransiens*, nempè jungendo cum priore versu prout ab eodem redditur, *percutiente te eos, ut somnium erunt mane quasi herba pertransiens*, videlicet erunt, ita ut in sequentibus verbis exponatur quomodo herba pertranseat, ut notavit rectè Trevetus. Alii, *mane sicut herba, seu fœnum vires accipit, roboratur, succrescit, aliquid esse apparet*, vel mutabitur, seu mutatur. Hebræa verba sunt futuri temporis hic, & membro sequenti præter secundùm sequentis membri, quod tamen habet significationem futuri, etiamsi sit in præterito. Textus integer istius membri est hìc בבקר כחציר יחלף *babboker chechatsir jachloph*. Nomen חציר *chatsir* vertitur sepæ *herba*, & *fœnum*, aliquando *porrus*: verbum חלף *chalaph*, *transire, roborare, succidere, mutare* quolibet mutationis modo, tùm in bonum tùm in malum. Inde unum de nominibus mundi חלף *chaloph*, Dut in libro Proverbiorum *d* exponunt, pro eo quod legimus *filios qui transeunt*, quasi dicas transitum: transit enim mundus, & concupiscentia ejus, ac prætetit figura illius *f*, & in mundo transeunt homines, mutantur, numquam in eodem statu permanent, succiduntur, moriuntur, &c. Paraphrastes exposuit, *& in mundo venturo sicut herba, quæ exciditur, permutabuntur*, vel, *& ad mundum venturum sicut herba quæ siccatur transibunt*. Verba futuri temporis Hebræa, Græcis, ac Latinis in optandi modo reddita sunt, quæ vim etiam habent imperantis: qua ratione tamquam urgens imperium divinum, velutique præcipitans ad transitum, mutationem mortem innueretur. Possemus præterea interpretari, *manè ac si herba transiret*, &c. *eorum anni erunt, sicut ea quæ pro nihilo habentur*. Est autem חלך herba virens gramen & generaliter quævis herba, folium, fœnum: quamvis Athan. videatur pro ea sumere, quæ folia emittit: & nondum in caulem erigitur.

Mane floreat, & transeat.) Hieron. *mane floruit, & abiit: alii, mane floret, & vires accipit, seu crescit*, vel, *mane florescet, & discedet, seu abiit*, vel, *mane virebit, & aliquo usque succrescere videbitur*. Est idem verbum חלך *chalaph* hic quod priore versu: & explicatur magis in isto, & sequenti mem-

a tr. 1. in Ps. cap. 7.
b lib. 29. moral. cap. 19. vel 18.
c Epist. 139.
d Is. 40. 6.
e l. 20. c. 23.
f Psal. 101. 12
g Ps. 128. 7.
Manipulorum fœneorum usus, pro vexillis. Unde milites manipulárii dicti.
h Plutarch. in Rom. fol. 293.
i Vid. Serv. Fest. Æneid. 11.
i cap. 14. 2.
k Virg. epig.
l cap. 28. 8.
m Eccl. 9. 10 Sap. 2. 3. & alibi & 2. Petr. 3. 8.
n 3. Symp. q. 1 Horti Adonidis.
o Opusc. de sex alis numeris. Vindic. Pser. 1. super missus est.
p Is. 11. 1.
q Luc. 1. 26.
r Ps. 54. 23.
s Ps. 141. 18. *t* cap. 40. 9.
u Ibid.
x In speculo moralis script. fol. 320.
y Luc. 16. 24
z 2. c. 1. 10. 11. *a* 2. ep. 1. 24. *b* c. 14. 18. 19.
* cap. 40. 6.
Similitudo ab herbis sumpta.
c num. 11. 5
d Prov. 31. 8
e 1. Joan. 2. 17.
f 1. Cor. 7. 31.

membro quo pacto transeat herba. Apollinarius videtur velle sermonem esse de tempore ipso, quod florere, transire, decidere, indurescere dicatur, utnempè tota hæc metaphora de hominis annis, & ætatibus sit.

πρὼϊ νεότης παρελεύσεται οἷα περᾶνδες
νῆας ἀνθήσασα, καὶ ἀνθήσασα παρέλθοι
ἑσπερίη αὖθι πεσοῦσα κάρφος τὸ πτερόεν :

Aurora matutina præteribit flos
Aurora floreat, & florens prætereat
Vespera rursum cadat, siccetur que lapidescens.

Πρωΐ. At Græca τὸ πρόϊ, & τὸ ἑσπέρας, adverbia sunt, denotantque res sub his temporis differentiis existentes, nempè hominem ad eum modum, quem diximus, ut scilicet comparatur cum herba. In Psalterio vetere & Romano atque
ἑσπέρας. apud Augustinum & Cassiodorum, *pertranseat*.

Vespere decidat, induret, & arescat, Hieron. *ad vesperum conteretur, atque siccabitur*: alii, *vesperi exciditur, & siccatur*, vel, *ad vesperam succidetur, & arescet*. Para-
Explanatio versus ex Paraphraste phrastes versum totum sic explanat: *Similes sunt operationes eorum herbæ, quæ mane florebit, atque crescet, vesperi autem excisa siccatur propter æstum.* In vetere Psalterio, & Augustin. *indurescat*. Ex amena Galli poetæ camena, libet hic pauca recitare ad explanationem totius sententiæ.

Tu le fais decouler comme l'eau d'un ravage,
Ils ne sont rien qu'un somme, il croist comme l'herbage
Aussi tost ertranchè.
Au matin il fleurit riche en couler diverse,
Le soir n'est pas venu, que foible il se renverse;
On le fauche à l'instant, & devient tout sechè

a in Alexiphar. versu 70. Quod antea de Ephemero attigi, Scholiastes Nicandri *a*, videtur iisdem fere verbis declarare, quibus hic utuntur LXX. scribit enim mane ἀναδίδόσθαι dari, sive *nasci*; meridie τελεῖσθαι *perfici*: vesperi ἀναίνεσθαι *arefieri*. Eodem
b 2. Georg. spectat quod vesperi demeti fœnum soleat *b*.

Nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor,

c Ter. 2. adag. 123. Lege Delrii adagialia *c*.

Vers. 7.) Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

Vis similitudinis. COlligit vim similitudinis, eamque se idcirco usurpavisse significat, quoniam quo pacto herbam, fœnumve dixit postquam efloruit, perveniisse demum ad aridi tatem, ita contigit infelicibus, ac ærumnosis hominibus cum dicta re comparatis, ut defæviente in ipsos ira Dei, consumerentur, & quia ipse quantum esset offensus, illa ratione declaravit, iidem calamitosissimi homines maximo horrore contremuerunt, totique conturbati sunt. Loquitur autem ad emphasim in prima persona numeri mul titudinis de universo genere humano, quod ab illa defecit corporis incolumitate, & longævitate, in qua primi parentes conditi sunt, & per aliquot sæcula posteri etiam fuerunt præsertim ante diluvium: præterea valde perturbantur omnes, pace perdita, ordineque interioris hominis, unde tot existunt mala tum peccatorum, tum etiam ægritudinum, & aliorum incommodorum. Denique moriendi necessitas, & horribilis ejus expectatio, cum damnationis æternæ metu. Horum causa, posito ejusdem primi parentis peccato, fuit inflammatio quædam indignationis divinæ similis æstui, ventoque urenti, qui herbam, seu fœnum adurit, exsecat, arefacit, evanescere in auras difflando facit. Allusio. Attribuunt quidam ista Judæis in captivitate præsertim, in qua nunc sunt, degentibus. Basilius ac Theodoretus docent, & his & omnibus convenire: quoniam humana natura, prævaricationis pœnas luens, omnis generis suppliciis involvitur, & Judæi propter malitiam suam animi libertate ceciderunt. Intelligere autem videntur de Babylonica captivitate; sed in præsenti multo longiori, & acerbiori longè magis hæc locum habent, ut prædixi. Alludi simul potest ad tantam illam populi internecionem in deserto propter crebras murmurationes, idololatriam, rempore Mosis, cujus nomen Psalmi titulus gerit. Cassiodorus putat innui à Mose furorem illum, quem pro Judaica murmuratione sustinuit *d*, *cerno quod populus iste dura cervice sit, dimitte me ut irascatur furor meus contra eum, & deleam eos.* d Exod 29

Quia defecimus in ira tua.] Hieron. *consumti enim sumus in furore tuo*: hoc alibi *e*, *defecerunt in vanitate dies eorum, defecit f in dolore vita mea & anni mei in gemitibus*; ego *g defect in increpationibus: auferes h spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur: anima i eorum in ipsis defecit k: in deficiendo ex me spiritum meum: defecit l spiritus meus*: Sed hoc loco exaggeratur accessus iræ divinæ, quæ non sinat experientiam capere qualiumcumque voluptatum quas quomodocunq; suppeditat hæc vita per se alioqui adeò brevis, & ærumnosa. Defectum istum multi de diminuto vitę spatio, quod non longè olim in aliquibus abfuit à mille annis, interpretantur: de quo & prius dictum, & dicetur adhuc postea. Mentis defectum addunt alii. Gregorius *m* utrumq; amplectitur explicans quo pacto homo numquam in eodem statu permaneat *n* ab infantia ad pueritiam, à pueritia ad adolescentiam, ab adolescentia ad juventutem, à juventute ad senectutem, à senectute transiens ad mortem, incursu vitæ præsentis ipsis suis augmentis ad detrimenta impulsus & inde semper deficiens, unde se proficere in spatium vitę credit, &c. Quam mutabilitatem non solum, inquit, exterius, sed interius quoque homo patitur dum ad meliora opera exurgere conatur. Ait id indicasse Christum quum contendere jussit intrare, per angustam portam *o*, quia nisi mentis contentio ferveat, unda mundi non vincitur, per quam animo semper ad ima revocatur. De vocabulis iræ, & furoris ὀργῆς, ac θυμοῦ אף *aph*, atque *aph* חמה *chamah* egimus alibi aliquoties. Explicat Nyssenus *p* vitam hominis, velut vento quodam, & furoris immissione turbatam, & exagitatam ὑπὸ τοῦ ἀνέμου τῆς θυμοῦ προσβολῆς χειμαζομένην. Deficiendi verbum, & ἐκλιπεῖν respondent Hebræo חלה *chalah*, quod significat *finiri*, *consumi*, *desinere*.

Expositio. d Exod 29. e Ps. 76. 4. f Psal. 30. 11. g Ps. 38. 11. h Ps. 103. 29. i Ps. 105. 5. k Ps. 141. 4. l Ps. 142. 6. m 11. moral. cap. 16. & seq. n Job 14. o Luc. 13. 24. p De vit. in Ps. 67. q Ps. 77. 33. r Epist. 139. s Gen. 2. 1. t Virg. 3. Georg. u Aen. 10.

Et in furore tuo turbati sumus.) Hieron. *& in dignatione tua conturbati sumus*; ita etiam in vetere Psalterio apudque Augustin. & Cassiodorum, in Romano Psalterio, *& in furore tuo conturbati sumus*, habet נבהל *niuhal*, subito terrore perculi, & præcipitari præ vehementia timoris. Unde בהלה *behalah festinatio*, in alio Psalmo *q*, cujus paullo antè meminimus: *& defecerunt in vanitate dies eorum & anni eorum cum festinatione*, בבחלה *habbehalah* Hieron. *& consumsit in vanitate dies eorum & annos eorum velociter*. Testatur vero ad Cyprianum *r* transtulisse hoc loco Symmachum, & Aquilam, *acceleravimus*, eoque verbo brevitatem vitæ humanæ significari, per iram, & furorem; perseverantiam sententiæ DEI cui omnes homines subjacemus *terra ses, & interram ibis*. *s* Illustrat significatam accelerandi verbo quo dicti utuntur interpretes, brevitatem vitæ testimonio poetæ:

Sed t fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Item *u*,

Rhebe diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus.

Solet etiam vi febrium agitatis, & ad mortem festinantibus crebro cor pulsu palpitare. Sed febrium loco ipsamet mortalitas est, celerique cursu fluens ætas, ac vita.

Vers. 8.) Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Causæ iræ divinæ quid. CAusam iræ, furorisque divini tam severe punientis rejicit in peccata nostra, quę Deus ad vindicandum præ oculis mentis suæ constituerit; & quod apertè, & distinctè in luce vultus sui consideraverit omnem præteritæ vitæ nostræ cursum, quidve hactenus egerimus, dixerimus, cogitaverimus; aut nunc etiam cogitamus, dicamus, agamus, quamvis nos ipsi ista vel non advertamus, vel penitus ignoremus, vel ab aliorum notitia quantum in nobis est, subducamus. Eusebius, quique de Judæis explicant psalmum, postquam Christum rejecerunt, volunt has esse voces illorum, quum propterea rejecti sunt, quasi dicerent; Non dissimulasti iniquitates nostras, quum ipsi illas in capita nostra accersivissemus *x*, sanguis ejus super nos & super filios nostros. Quo pacto sæculum esset omnis proles, propago, posteritas, generatio, genus Judæorum; ac ut ita dicam, mundus eorum. x Matt. 27. 25.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.) Hieron. coram

a Amos 5.18 b Osee 7.2. Psal.168. *coram te*: sic apud alios Prophetas *a*, *cognovi multa scelera vestra, & fortia peccata vestra*; & *b adinventiones eorum coram facie mea factæ sunt*, & plurimis aliis locis dicuntur omnes viæ nostræ in conspectu Dei *c*, & omnia aperta illi ac nuda *d* esse. Ponere Deum iniquitates nostras in conspectu suo, est non avertere faciem ab eis. Sed advertere, ut animad vertat in eum, qui aversus est, neq; convertitur. Quia porro iniquitates sunt quædam obliquitates, & perversitates, & deviationes à recto, ponere censetur eas Deus in conspectu suo, & quasi è regione, quum veluti dirigit, ac defigit in eas obturum, ut non effugiant notitiam ipsius, nec dissimulentur ab eo, sed assiduè reprehendat, corrigat, puniat. Hoc dum facit Deus, arguit, & statuit contra faciem, nolens esse similis peccatori peccata non considerantì, *f* ut è contrario dum ea ille cognoscit, & contra se semper habet *g*, Deus ab iisdem avertit faciem *h*, ut paullo ante dicebam, & beatum illum reddit remittendo iniquitates, peccataque tegendo *i*. Confert, quæ dicuntur hic cum illis quæ Ps. 168. K *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, & peccatum matris ejus non deleatur.* Imitatur Judices Deus, inquit Cajetan. qui quando puniturì fturi crimen, ponunt illud ante examen suum, & quod erat occultum deducunt in lucem judicii. Putat hìc ad litteram insinuari peccatum primorum parentum quod posuit Deus coram se quemadmodum scripsit Moses *l* in Psal. titulo positus. *Si enim occultatur homo in abscondito, & ego non videbo eum?* dicit Dominus *m*. *Videns iniquitatem nonne considerat* n, ideſt, non dissimulat, nisi ad tempus propter pœnitentiam *o*, sed ob oculos ponens, diligenter attendit. Postremo sicut dirigit Deus in conspectu ejus *p*; introit in conspectu ejus clamor *q*, & intrat oratio nostra *r* & gemitus *s*, & lacrymas ipse ponit in conspectu suo *t*, quando hæc vel facit vel exaudit, ita ponit iniquitates nostras in conspectu suo, cùm illas punit ac velut adversarios, & antagonistas opponit sibi: quod Job *u* dicebat, expostulando cum Deo, *quare posuisti me contrarium tibi?* in quem vid. intentè sagittas jacias, & ponas me quasi signum ad sagittam *x*. Exercet se quodammodo, ac delectatur Deus hujuscemodi jaculatione, maximè verò quum justos jaculis tribulationum impetit, qui fixi, ac firmi excipiunt ictus, nec latum declinant unguem. Insinuat utcumq; hanc Apostolus justorum in scopi similitudinem adversus Dei jaculationes constantiam scribens Thessalonicensibus *y*; nemo moveatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus; sicut nimirum & Christus positus in signum cui contradicatur *z*, & ponere solet Deus tribulationes in dorso suorum *a*. Nyssenus *b* dissimilem valde, ac penè oppositum tradit hujus sensum, non decere ut Deus humanam malitiam sibi δεῖγμα faciat, ideſt, *spectaculum*, nec involato illi vultui apparere debere ævum, seu seculum nostrum peccati, & flagitiis ἐμμολυνθέντα inquinatum. Supplet autem πῶς ἐστι, *ut quid*, seu *quare*, & sic orationem clariorem fore dicit; decet te pulchra habere ante oculos: iniquitas verò indigna est, quæ à te aspiciatur: tales igitur effice homines, ut tuo iutuiti sint digni.

f Jer. 32.34 g Job 11.11 h Sap. 12.19 p Psal. 5. 9. q Psal 9.20. r Psal. 17.7. i Psal. 87. 3. t Psal. 79. 13. u Psal. 55. 9. x c. 7. 20. y Thess. 3. 3. Job 16.13 z 1. Thes. 3. 2. a Luc. 2. 34 b Psal. 65. 11. Sensus dissimilii Nis.

Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.) Hieron. *negligentias nostras in luce vultus tui*, & apud Cyprianum eodem pacto nisi quod ponit, *in illuminatione*. Testatur autem eadem Epistola Symmach. quoq; *negligentias* reddidisse, V. editionem *adolescentiam*: Aquilam παροράσεις, *errores*, & *ignorantias*: videri Lxx. *sæculum* transtulisse, quod in sæculo, & in vitæ hujus tempore vitia committantur, deniq; sensum esse, quod nihil Deũ nostrorum lateat peccatorum, sed tenebræ non obscurentur ab eo, & sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus sit *d*, scrutetur corda, & renes *e*, videat in corde, homo tantum in facie, *f* non mutuetur lumen aliunde nec per specierum receptionem ab objectis prodeuntium, sed sibimetipsi lux clarissima sit. Vertunt alii ex Hebræo, *occultum*, seu *abscondonem*, vel *occulta*, & *abscondita nostra*, scil. peccata, quæ nos occultamus, & abscondimus, vel ea occulta, à quibus in alio Psal. *g* mundari David petit, sunt verò apud Deum Sole ipso meridiano clariora. Nam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes *h*: si adolescentiam, juventutemq; recipimus, peccata juventutis intelligemus, quæ in alio item psalmo *i* deprecatur Propheta ne meminerit Deus: si errores, ignorantiasque, illas ignorantias de quibus idem ibid. flagitat. Cajetanus ad litteram sentit indicari sicut in membro præcedente, quas objecit Deus primis parentibus iniquitates K, ita eorumdem abdicationē à Deo *l*. Latius puto extendendum sententiam; & per sæculum accipi debere, vel decursum temporum, ac totius ætatis, & vitæ hominis cujuslibet; vel omnem seriem actionum illius, vel peculiariter, quatenus malè sæculum sonat, ut & mundus, pro sæcularib. & mundanis, illas quas quia malæ sunt, atq; consentaneæ mundo & sæculo mundanas, & sæculares appellant. Nyssenus ut paullo antè retuli, αἰῶνα τοῦ ἐμμολυνθέντος τὴν ἁμαρτίαις ἡμῶν, *sæculum inquinatum peccatis nostris*. Vetat Paulus *m* nos conformari huic sæculo, vocat Diabolum Deum hujus sæculi *n* præsens, sæculum nequam *o*, sæculum mundi hujus habitatores qui ambulant in delictis, & peccatis *p*. Postremo sæcularia desideria *q* Apollinarius interpretatur vitam.

ζωὴ ἡμῶν πεπλήρωται νεφέλης ἐποπτῆς,
Vita nostra est tui lumen vultus.

k Ps. 14. 7. l Gen. 3. 11. & seq. m vers. 8. 10 Per sæculũ quod intelligendũ sit. n Rom. 12. 2. o 2. Cor. 4. 4 p Gal. 1. 4. q Eph. 21. 2.

Id est, objicitur lumini cognitionis tuæ: vel est quædam veluti irradiatio seu participatio æterni luminis tui: vel qnasi umbra comparata ad lucem inaccessibilem tuam. Nomen Hebræum cum affixo est עלמנו *hhalumenu*, & si subintelligatur י *jod* נ *nun*, erit pluralis numerus. In statu absoluto עלם *hhalum* significat ætatem succi plenam, firmam, integram, inde à pueritia usque ad juventutem. Psalm. præcedente *r*, *minoratì dies temporis ejus*, transfert Hieron. *adolescentiæ*: & in plurali, *ossa plena adolescentiæ ejus* עלומיו *hhalamau* apud Job * intelliguntur plena vitiis adolescentiæ, sive adolescentiarum. Hoc loco Paraphrast. exponit, *iniquitates juventutis nostræ*. Idem tradit R. Moses, R. autem Kimhi iniquitates occultas, vel errores qui sunt occulti ab hominibus. Oritur hæc expositio ex notione nominis ejusdem pro *occulto*, cui similis in psalmo 43. *s* sententia de Deo, ipse enim novit abscondita cordis תעלמות לב *thabhalumoth leu*, εἰς κρύφια τῆς καρδίας, Hieronym. *cogitationes*. Videtur legisse Lxx. עולם *hholam*, quod quandoq; scribitur sine *vau*, *holem*, per id vero vocabulum non modo significatur æternitas, aut longum tempus, ut Latinum, *olim*, sed etiam mundus, sicut per αἰὼν etiam, & *sæculum*, neq; tam, vel certè non tantum machina mundi, verum prætereà ratio agendi in mundo, ac nominatim mala, unde mundani, & sæculares denominantur, ut prius dixi. Deniq; usurpari pro brevi tempore quantum est humanæ vitæ, Theodoretus *t* docet. Verisimilius est accipi hìc *sæculum* pro duratione, & ætate nostra, cum iis omnibus, quæ intra illam continentur, tum pro peccatis, quæ aut secundum se magis occulta sunt, aut quia eo quod olim, & prætéritis retro sæculis, seu temporibus patrata sunt, evanuerunt, vixque in notitia nostra existunt: debentque sedulo recogitari *u*, aut quoniam ingenium adolescentum est occultare peccata. Sed quia præterit duratio, & minus per se videtur idonea ut edat contra nos in judicio testimonium, quasi jam oblita; propterea dicitur positurus Deus, & constituturus hanc veluti oblivionis caliginem in illuminatione vultus sui, quemadmodum Paulus *x* ait, quod idem Deus illuminabit abscondita tenebrarum manifestando consilia cordium. Illuminatione divina opus est, & quidem magna ut adolescentes sua prodant peccata: ipsemet Deus illa suimet vultus illuminatione ponere debet. *Via viri in adolescentia cognitu perdifficilis* y. Prudenter Mitio senex filium ne se quæ faceret, celaret, assuefaciebat *z*. Postremo alii clanculum Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia. Ea ne me celet consuefeci filium. Nam qui mentiri, aut fallere insueverit patrem, aut audebit; tanto magis audebit ceteros. Potest etiam tacitè ad commiserationem Deum provocare, quod exigat pœnas de peccatis æternis præteritis, & adolescentiæ, quasi peccatis istis, ut Job *a* quærebatur, consumere velit, aut meminisse delicta juventutis, & ignorantias *b*, quum tamen veniam mereantur, vel temperamentum pœnæ, ut Tiraquel. *c* accuratè demonstrat post M.T. *d* Lactantium *e*, Senecam *f*, & alios. Tandem licet Chistiano, qui sæculo renunciat, ac longè potiore jure, religioso, qui sæculari vitæ, etiam non per se malæ, hoc usurpare, Deoque dicere, Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui, dum dictum divini sequens luminis, pro magno habet beneficio, sæculo, & vitæ sæculari nuncium remisisse, & in conspectu Dei perpendit, quantum distet à lumine increato, & quo pacto nondum planè curis & negotiis explicitus sæcularibus: studet vero ut filius lucis ambulare *g* de tenebris translatus in adeo admirabile lumen *h*.

r Tit. 2. 12. s Ps. 40. 4 t v. 20. u In Ez. c. 26 Sæculum quomodo hic accipi debet. x Esa. 38. 19 y 1. Cor. 4. 1. z Prov. 29. 15 a Teren. in cap. 13. 26 b Ps. 24. 7. c Ps. 24. 7. d tract. de penit. temp. c. 11. & 13. e pro Cælio. f de ira Dei c. 22. g 3. de ira h Eph. 5. 9 1. Pet. 2. 9

Vers. 9.

d Hebr. 4. 13. Ponere Deũ iniquitates nostras in conspectu suo quid. e Ps. 50. 11. f Ps. 48. 21. g Ps. 50. 5. h ibid. i Ps. 31. 1 k 2. 1.

h Ps. 18. 13. Oculi Domini Sole multo plus lucidiores. i Eccl. 23. 28

Vers. 9.) Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.

Sensus loci.

PRobat ita esse quod proximè dicebat, positas à Deo iniquitates in conspectu ipsius, & de omni præteritæ vitæ cursu, serieque cognovisse, ac dijudicasse ad puniendum, quia, ut septimo jam quoq; versu dixerat, defecimus in ira illius, & dies in multiplici, magnaq; miseria consumuntur, videl. inquam, propter iniquitates, & peccata nostra, quibus Deus offensus est. Dies autem nostros ocyus abire, consumiq; ostendit ex eo, quod omnes illi, totumq; spacium vitæ nostræ simile censetur telæ, quam contexit evisceranda, & exenterando seipsam aranea, estque adeo fragilis, ut levissimo tactu dirumpatur.

a *tract. 1. in psal. 6. 7.*

Explanat Nyssenus *a* vim comparationis hoc pacto: Ut enim tela aranea apparet quidem quoad connexa fuerit: at si quis manum admoverit, derepente contactu digitorum dilabens evanescit; sic & humana vita supervacaneis, & non consistentibus studiis, tamquam aeris quibusdam filis, semper implicata, contexit sibi, non subsistentem telam; quam si quis firma cogitatione apprehendat, effugit contactum vana sedulitas, inque nimium recidit. Omnia enim, quibus in hac vita mortalium curæ distinentur, inanis quædam opinio est, nihilque subsistens ὑπαιςχαλὰ χύπόςασις: opinio est honor, dignitas, generis claritudo, superbia, elatio, divitiæ, & his similia, quibus vitæ hujus aranei inhiant eave meditantur ἐμελετῶσι.

Vitæ hominum cum aranea elegans comparatio.

Qui nomine circumfertur Hieron. in commentario idem satis commodè declarat. Quomodo aranea, quæ mittit fila, & huc illucque discurrit, possessiones quærimus: divitias apparamus: procreamus filios: laboramus: in regna sustollimur, & omnia facimus, & non intelligimus, quia araneæ telam teximus. Cassiodorus attendit araneæ debilitatem, ac tenuitatem & quod ad escam sibi procurandam quædam retia dolosè contexit: sic annos eorum qui sceleratis operibus dediti sunt, inanibus, & subdolis machinationibus occupari, nec tam operari, quam sub ancipiti meditatione vivere. Haimo spectat præterea evisceronem, viscerumque consumtionem, ideſt, animæ atque corporis perditionem; & hoc sibi velle apud auctorem Ecclesiastici *b* in vita projicere intima sua. Addit Remigius araneam in suamet tela sepè interfici, eodemq; modo qui terrena sibi comparavit bona, iisdem irretiri, & ad mortem trahi. Facilius certè aranea post confectam telam comprehenditur, necaturque, vel in ipsamet tela, vel ex ea tamquam ex ædificio ejecta. In 38. *c* psalmo erat sententia similis, *Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam ejus*. Job *d* fiduciam inanem cum tela cõfert aranearum. Esaias *e* opera inutilia operantes, telas araneæ texere scribit. Habet affinitatem ducta ex textrina comparatio, quam usurpavit idem Job *f*, *Dies mei velocius transierunt, quam à textente tela succiditur, & consumti sunt absq; ulla spe*: & Ezechias *g*, *Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me*. His quæ Psalmo 38. dixi satis copiosè de aranea, nec retexi frustra debent, adde adagia, *Aranea fingit, velut aranea, & aranearum telam texere*, & quæ scribit in moralibus Gregorius *h* differens de hypocritis. Quod in Job *i* legimus, *ædificavit sicut tinea domum suam* Lxx. jungentes *tineæ araneam* dixerunt, ἀπήβηδ οἶκος ἀντὲ ὡσπερ σῆπτες, ᾧ ὡσπερ ἀράχνη εὐασὶ domus ejus sicut tineæ: & sicut aranea, seu tela araneæ. Domitianum inter initia principatus narrat Suetonius quotidie secretum sibi horarium sumere solitum fuisse; nec quidquam amplius, quam muscas captare, ac stilo præcauto configere. Diceres ut araneam meditarum telamq; muscis texuisse capiendis. Ceterum Eusebius hæc ejectis applicat ad Christi necem Judæis, ut & indicatum Esaiæ *k* locum, ova aspidum ruperunt, & telam araneæ texuerunt: Judæorum principes blasphemiæ venenum effudisse in Christum, olim texuisse Judæos tunicam summo Sacerdoti, stolasque sanctas, nunc omnem doctrinæ telam contexione divinarum Scripturarum, perinde atque araneam texere; in suis illis meditationum telis conteri, atq; deuteroseon, sive traditionum: confiteri etiam vitam suam brevem esse, paucorumque dierum; ut qui futurum desperent. Congruunt eadem Hæreticis suo modo, & ita Hieron. *l* exponit; Greveus *m* uno sermone ostendit araneæ telis esse similes tùm curiosos, tum cupidos. Acumen habet ac pietatem.

ε v. 12.
d c. 8. 14.
e c. 59. 56.
f cap. 7. 6.
g Es. 38. 12.
h l. 8. c. 25. vel 20.
i c. 27. 18. Adagia.
Domitianus quotidie secretũ sibi horarium sumere solitus.
k c. 59. 5. 6.
l epist. 139. m ser. 193.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.) Hieronym. sequenti versui seu membro assignans ultimum verbum, vertit, *omnes enim dies nostri transierunt furore tuo*: alii, *quoniam omnes dies nostri transierunt propter iram tuam*, vel, *te irato universi dies nostri collabuntur, seu recedunt*, vertuntur, &c. Chald. *consumsimus dies vitæ nostræ, tamquam vaporem oris in hyeme*. Repete dicta versu 7. qui continet eamdem fere sententiam. Brevitatem dierum nostrorum, ac velocitatem Job *n* majorem facit quam cursoris: dicuntur quoq; quasi umbra super terram, nullaq; eorum mora *o*, primi verbi Hebræi יָמַד *pauu* vis est, ac si diceres, dies nostri convertunt se alio, velutique vale dixerunt; quod allata nunc velocis cursoris innuit similitudo. Defectum in spacio ad vivendum dato, quod imminutum est post diluvium, plures declarant, sicut & sequentem versum, sed mavult Augustinus interpretari sensu spiritali; ut postea dicemus. Tali sensu significatur etiam quod multi deficiunt cum iratus corripit eos Deus neque corriguntur, percussi non dolent, attriti renuunt accipere disciplinam *p*, iram Domini non portant scientes se peccavisse ei *q*. Tamen adhuc plures deficiunt misericordia, non discentes inde facere justitiam *r*: & multi bonitate Principum, & honore, qui in eos collatus est abutuntur in superbia *s*. Sed & quidam defectus bonus ex ira Dei nonnumquam sequitur in aliquibus, qui scil. meliores flagellis efficiuntur, qualis Saulus qui dejectus obtulit se promtum ad voluntatem Dei *t*. Notavit hæc Hugo, afferens præterea distinctionem defectus secundum animam in scientia, jucunditate, compassione, studio, pœnitentia, justitia, gloria: secundum corpus in vita, decore, robore, sensibus, sanitate, cibis; secundum possessiones in domibus, sepulchris, stipendiis, pecoribus, fructibus terræ: sit satis indicasse.

n c. 9. 25.
o 1. Par. 29. 14.
p Jerem. 5. q Mich. 7. 9
r Es. 26. 10
s Esth. 16. 2.
t Act. 9. 6.

Meditabuntur verbum quomodo sumendum.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.) Activè tantum sumi debet hoc verbum, non passivè, ut sit idem quod *æstimabuntur*, seu *reputabuntur*, quo Rickelius, & Valentia exponunt modo dumtaxat, & optionem dant Haimo Hugo, Ayguanus, Genebr. quia ἐμελέτων solius est activæ vocis. Difficultatem fecit forsitan his qui passivam vocem sumunt, quod non intelligerent quo pacto meditationis actio dicatur de annis. Annis meditatio tribuitur, quatenus homines, quibus vivunt annis, diebusque in continua versantur meditatione, & sollicitudine rerum ut plurimum inanium ac inutilium, viscera suamet consumendo in morem araneæ, ut antea satis declaratum est. Quemadmodum dies dici eructare dicitur verbum, noxque nocti indicare scientiam *u*, juxtaq; parœmiam *dies posterior, prioris discipulus*, sic anni meditatio tribui potest per metonymiam pro anima hominequc curis anxio, multaque continenter inania voluntati. Apollinarius solam exposuit similitudinem cum aranea, vel potius vicinum quod sit aranea similis annis nostris, omissa vi verbi μελετᾶν, nisi voluit id dici meditari; sicut aliquid, quod veluti curat ei simile esse.

u ps. 18. 3. Dies posterior prioris discipulus.

ἡμετέρας ἐτέσσι παναίκελός ἐστιν ἀράχνης,
Nostris annis persimilis est araneus.

Euthymius, Niceph. ac Chrysost. quem citat Lindanus, volunt quidem μελετᾶν ἀντὶ μελετᾶσθαι hoc loco poni, & idem esse quod λογίζεσθαι æstimari ac *reputari* ut de Latinis nonnullis retuli. Sed nec ea necessaria notatio est, nec arbitror alio exemplo confirmari posse, nec μελεταν, & μελετᾶσθαι reputare, ac *reputari* significant, quod equidem observare potuerim. Glossa interlinearis meminit alterius Latinæ translationis, quæ habet, *meditabantur*, hujus temporis propriè est ἐμελέτων. In eo etiam tempore Cassiodori commentarius explicat, dictumq; meditabantur, non operabantur, ut ostenderetur eos sine aliqua utilitate transisse, qui sub nullo fructu bonorum, sed sub ancipiti meditatione vixerunt. Rationem futuri Bruno Carthusian. reddit, ut innuatur perseverantia meditationis, graviusq; quid notatum verbo *meditandi*, quam si positum esset *operandi*, verbum; pejus enim esse meditando operari malè, quam temerariè; Nihil est quod vires magis exhauriat, quam meditatio, quam rectè possis evisceronem nominare, qualis in aranea telam tenente *Frequens meditatio*, inquit Ecclesiastes *x*, *carnis afflictio est*. Translatio Hieronymi & aliorum ex Hebræo discrepat, *consumsimus*, inquit Hieron. *annos nostros quasi sermonem loquens*. Alii, *tamquam sermonem, instar locutionis, cantici, meditationis*, vel *finivimus annos nostros dicto citius*. *Volat* autem *irrevocabile verbũ, nescit q; vox missa reverti*.

Μελετᾶν.

Pejus est meditando operari malè, quam temerariè.

x c. 12. 12.

Sic

Sic sunt Hebræa חלינו שנינו כמו הגה *chillinu scianenu chemo hegheb*. Ubi ultima vox nomen est, posset autem punctis mutatis esse participium הוגה *hoghe* ab הגה *hagah*, de quo alias egimus. Opinatur Agellius lectum à Lxx כמהגיה *chemahghih sicut meditans*, idest, anni nostri tamquam si meditans essem, seu si meditarer, nempe anni nostri evanuerunt, ut vox evanescit simul ac prolata est, præsertim si submisse, & missando, nec relicto sono vehementiore; vel sumendo τὰ ἔτη, consumsimus annos nostros: quasi meditando, ac leniter vocem emittendo; vel anni nostri veluti meditabantur, hoc est, tamquam sonus exiguus vocis dissolvebantur. Suspicatur præterea legisse interpretes eosdem הגב *hagab* quod *locustam* significat. Dicere debuit הגוב *haggob*, vel הגב *haggeb*. Denique *meditandi* verbum non satis convenire in araneam, quia meditari usurpatur dumtaxat in scriptura pro prolatione vocis præsertim exigua, ut cum dicit Ezechias *a*, *metitabor*, *ut columba* & Elaias *b meditantes columbas* cognominat. Genebrardus Græcè legit in præsenti μελετῶνται *meditantur*. Deinde תנת *hegheb araneam* usu veteri putat significare, quasi meditabundum animal, & malitiosum. Tunc supplevissent Lxx. propter dictum nomen הגה *hegheb* ab הגה *hagah* quod *meditari* significat, verbum *meditandi* μελετᾷν, ut inquam exprimerent magis notionem, ac rationem illam nominis pro aranea. Hoc probabilius duco; nec ideo tamen mutarem ἐμελέτων in μελετῶνται, cum perinde constet sensus. Opinio Agelli plura requirit, & ponit הגה *hagah* accipi solum pro emissione vocis; cum plurimis exemplis ostendi posset sumi pro meditatione cordis, mentisve; immò hanc esse primariam significationem: aranea vero texendo telam videtur meditate id facere & μετὰ συνεχῆς ταλαιπωρίας, *cum continua molestia*. Tandem qui minus hoc probat, dicat quod insinuat S. Hieron. *c*, & magis clare tradit Hieronymus Osorius nepos, & videntur consentire Ricardus Cenomanus, & Jansenius, transferre voluisse Lxx. pro sermone loquentis meditationem araneæ; quoniam quomodo loquentis sermo prætervolat, ita & opus araneæ incassum texitur, & obscurior fortassis erat Græcis similitudo ex הגה *hegheb*, ut motum animi denotat, qui ad loquendum sic impellit, ut intra labia verba omnino pereant.

a Isa. 38. 14. *b* Ezech. 7. 16.

c epist. 139.

Vers. 10.) Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.

Sensus loci. Brevitatis vitæ hominum notatio.

VItæ brevitatem, & fragilitatem, sive annorum quos quum araneæ tela comparavit, demonstrat, supputando spatium, ac numerum eorumdem, quantus esse maximus magis ordinarie solet. Tam breves ait esse annorum nostrorum dies, ut sint solum secundum consuetum naturæ cursum, & in bona valetudine septuaginta anni in ipsis; si autem solito plures in illis qui validioris, robustioris, melioris, sanioris complexionis extiterint, ut summum fere perveniant ad octoginta. Dicit etiam quod nihilominus in tantillo isto tempore, quod absolute censeri potest breve, maxime autem si comparetur ad æternitatem, cujus respectu mille annos dictum est prius esse ut diem hesternam, quæ præteriit, & vigiliam nocturnam, & omnes annos quotquot sint pro nihilo, plurima pars ejus plena est laboribus, angoribus, doloribus, quos vocabat Jacob *d dies paucos & malos*, vel vult id quod ultra dictum terminum octoginta annorum in robustioribus, & septuaginta in aliis supereſt, transigi afflictione, & dolore. Postremo affirmat provenire adeo magnam istam vitæ brevitatem, & in ipsa brevitate afflictionem, quoniam Dei mansueta castigatio venit super nos, & ab ea corripimur, propter delicta nostra, ut si sapimus, intelligamus & caveamus venturam aliam longe acerbiorem, & diuturniorem pœnam, tum in præsenti, tum potissimum in futura vita, quod impii de se dixerunt, omnibus convenit hominibus, *exiguum, & cum tædio esse tempus vitæ nostræ* *e*. Alios postea sensus ex varia vocabulorum interpretatione natos attingemus.

d Gen. 39. 29.

e Sap. 2. 1.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.) Satis fuerat dixisse, *in diebus annorũ nostrorum septuaginta anni*, nempe sunt: occurrunt exemplа idiotismi hujus alia ut, *Deus f in cœlo sedes ejus, & cujus participatio ejus in idipsum g*, ideſt, cujus participatio; & Dei in cælo sedes Exponi quoque posset, *in ipsis*, ideſt in nobis ipsis, ut explicat Ric. Kelius, vel in ipsis annis. Refert Hieron. *h* Symmachum significantius transtulisse ὁλόκληροι, *universi*, *toti integri* aut ὁλοκλήρου, integre, omnino, exacte; quasi videlicet legerit non בחם *bahem*, sed בחם *betham*, non *in ipsis*, sed *in perfectione*, vel *integritate*. Vertit autem idem Hieron. *dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis*; quam lectionem Haimo refert; sequitur autem Remigius, Hugo, Bruno Carthus. Thomas Aquinas *i*, Psalterium Romanum, & Gallicanum. Chaldaicè *dies annorum nostrorum in mundo hoc septuaginta anni robustiorum*, vel *fortitudinis*. Terminum hunc vitæ humanæ ordinarium, & ad quem qui longævi censentur, fere perveniunt, non habita ratione magis priscorum, longeque ante Davidis ætatem hominum, de quibus dixi vers. 4. quum *de mille annis*, præfixit etiam Herodotus *k*, perfectissimum autem spatium annorum octoginta *l*. Idem sensit de septuaginta Solon apud Laertium *m*, Philonem *n*. Censorinum *o*. Clement. Alexandrinum *p*. Ait autem Censorinus Staseam Peripateticum addidisse duas hebdomadas, ex quibus videlicet perficiantur anni octoginta quatuor, ut si quis hunc terminum transilierit, perinde fecerit, ac stadiodromi, quadrigæque quum procurrunt extra finem. Citat præterea Varronem. Propter pauciores nonnullos, Jurisconsulti *q* definiunt centum annis ætatem hominis: imo & auctor Ecclesiastici *r*, scribens quod *centum numerus dierum hominum ut multum anni*. Inde sæculum dictum vult Varro *s*, & Artemidorus *t*, à tene spatium centum annorum, quod longissimum spatium senescendorum hominum id habeatur. Quamquam Hieron. *u* referat opinionem sæculum dici de septuaginta annis, quod humanæ tempus ætatis hic dicitur esse. Trebellius *x* Pollio prodit doctissimos mathematicorum assignasse summam ætatē 120. annorum, solumq; Moysem 125. vixisse, & cùm quereretur, quod juvenis interiret, responsum ei, *neminem plus esse victurum*. De eodem spatio 120. annorum Tacitus *y* Apri refert sententiam. Consentit Josephus *z* totque vixisse Moysem annos *a*; & sunt qui hanc metā annorum colligant ex illis Geneſis verbis *b*; *eruntque dies hominis centum, & viginti annorum*. Atqui melior hujus loci sententia est, non de termino vitæ hominum postea nascitorum, quum plures eum sint prætergressi, sed hominum pessimorum illius sæculi Noe, quos Deus delere diluvio decreverat, & iis hoc pœnitentæ spatium indulgebat. Nihil definiri certo potest, nisi quod cum mundo ipso consenescunt citius homines, viribusque deficiunt, pro varia tamē cœli, seu climatis, Soli, seu regionis, educationis, victus, complexionis, studiorum, exercitiorumve differentia.

f psal. 102. 2.

g psal. 21. 5.

h epist. 135.

i 2. d. 32. q. 1. art. 3. ad 4 & q. 4. de malo q. 8. ad 21.

k lib. 1.

l lib. 3.

m lib. 3 de mundi episicio.

n de opific. cit.

o de die natali c. 14.

p 6. Strom. c. 8. Peripatetici Philosophi duæ hebdomades. Jurisconsulti ætatem hominis centum annis definiunt.

q D. de usufruct. lug. si usus fruct. & C. de sacro. sanct. Eccles. ut inter & Novell. 9.

r c. 18. 8.

s c. 5. de lug. Latin.

t lib. 2. c. 75.

u in Ezech. c. 26.

x in Claudio & dialogo de oratoribus.

y 21. antiq. c. 7.

a Deut. ult.

b c. 6. 3.

Illud receptum apud medicos & Physicos teste Macrobio *c*, nonnullam singulis annorum septenariis notabilem in hominis corpore, ac valetudine mutationem contingere: quod etiam in Solonis extat elegia *d* crisimque in septenario esse; etsi denarius perfectus numerus jungatur ei, fectum censeri humanæ spatium vitæ, post quod homo vacuus ab omni officio, ut Macrobius loquitur, soli sapientiæ, & studio vacet, & omnem usum sui in suadendo habeat, aliorum munerum vacatione reverendus. Disputat Joannes Franciscus Mirandulanus *e* de causa producendæ vitæ ad longam & brevem vitam. Pererius *f* septem causas dat cur tam longam homines vitam agerent ante diluvium, bonitatem constitutionis, sobrietatem, præstantiam alimentorum, benigniores defluxus, & aspectus cœlorum, ut propagaretur genus humanum, ut adinvenirentur longa experientia artes Thomam Aquinatem Ric. Kelius refert sensisse ex divina potius virtute, ac miraculo provenisse, quam ex causa naturali, quia David *septuagenarius senuisse* scribitur, *habuisseque ætatis plurimos annos, neque calefieri potuisse* *g*, *Berzellai* quoque *octogenarius* appellatur *valde senex* *h*. Quominus res ascribitur miraculo, probabilior sententia mihi videtur. *i* Quo tempore vivebat Moses, qui loquens hic inducitur, aut etiam quo David ad annos septuaginta perveniebant homines non velut ad metam, sed tanto tempore, multi vivebant cum corporis vigore, ac valetudine, usu sensuum, & membrorum commodo, sine vitæ tedio. Ratio persuadet procedente tempore, reddi magis effectum hominis ævum, & breve, quemadmodum, & rerum cæterarum inferiorum collabascunt vires. Sic in Esdra licet Apocrypho *k*, dicuntur *deinceps nasci minores statura homines quasi jam senescentes, & fortitudine*

Physicorum sententia demutatione contingente in corpore hominis.

c 1. in somn. Scipio c. 6.

d Apud Philonem & Censorinum sup. Clem. Alex. supra.

e in de Exam. vanit. doctr. gent. c. 16.

f lib. 7. in Genes.

g 3. Reg. 1. 1.

h 2. Reg. 19. 32.

i 2. d. 32. q. 1. 2. 3. ad 4. & q. 4. de malo art. 2. ad 11.

k lib. 4. 5. 52 & sequentibus.

titudine juventutis carentes. Igitur sermo nunc est de termino vitæ secundum magis communem cursum hominum, quum Moses, vel etiam David vivebat, & de spatio, in quo (ut ait Hieronymus *a*) delectabilis est vita mortalium. Subtilis nonnullorum *b* observatio; in medio annorum Christum innotuisse, ac notum fecisse *c*, quia triginta tres natus annos, & paullo plus, mortuus est, qui numerus fere dimidiata pars est septuagenarii. Ezechiam ejusdem ætatis fuisse quum gemens caneret, *ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, propterea quòd in pace* ideſt, in talis ætatis flore *sensisse amaritudinem amarissimam d*: Davidem quoque dum totidem annorum esset, deque termino septuaginta annorum cogitaret, ad quem etiam pervenit, orasse *ne revocaret eum Deus in dimidio dierum suorum e*. Divinant qui sic de Davide, & Ezechia loquuntur. Nam etsi David vixit annis septuaginta, unde sciri potest quum scriberet citatum Psalmum, exacte ad dimidium ætatis perveniſſe? De Ezechia certum est vixisse dumtaxat annis 54. quia *erat vigintiquinque annorum cùm regnare cœpit, & viginti novem regnavit f*, & Hebræi tradunt cùm ægrotavit fuisse triginta novem annorum, quæ est dimidia pars 78. annorum. Locus Abacuc non de annis ætatis Christi, sed de tempore præstituto intra quod venire atque incarnari debebat intelligitur, præterquam quod additis ad triginta tres annos aliis totidem cum senis mensibus, essent solum sexaginta sex anni, & menses sex. Si cui persuaserit Decherius *g* noster, exactè annos 35. Christum complexisse à conceptione, à nativitate 34. cum tribus mensibus, comperiet in medio annorum notas illum fecisse vias vitæ, quia posita ea sententia, resurrexit ad immortalem vitam completis 35. annis postquam conceptus est. Obstat, præter id quod ante dixi de sensu Abacuc, quoniam non solent ætatis anni computari à conceptione sed à nativitate; nec dicimus dies annorum nostrorum, nisi quos jam editi in lucem extra matris ventrem viximus. Idem sentio de Jeremia *h*, non illud de Christi ætate voluisse, dicendo; in medio dierum suorum derelinquet eas. Nec si id concessero, satis forsan alicui probabilis alia conjectura videatur, partem reliquam totidem annorum 35. prædicationi Pauli sui Christum reservasse, ut adimpleret quæ deerant passionum pro corpore illius, quod est Ecclesia *i*. Non nego à citato proditum Macrobio, quinta annorum hebdomade compleri omne virium quantæ unicuique inesse possunt. Lex etiam Poppea & Julia, Solonque apud Philonem antea memoratum, matrimonio præscribebat ætatem perfectam, ideſt, juxta Platonem, quinque annorum supra triginta. Sed & Augustinus *k* resurrecturos nos scribens in mensura ætatis plenitudinis Christi *l*, subdit circa totidem annos definivisse sæculi hujus doctissimos homines juventutem. Legatur noster quoque de hac ætate Azor. *m*.

Illud longe melius ad declarandum spatium humanæ vitæ in statu vigoris, & quamdiu homo suus est, suique roboris, & mentis, ut hoc loco Euthymius, Nicephorusque indicant (quasi hoc importet pronomen possessivum *dies annorum nostrorum*) præter Latinos non paucos, ex quibus accuratius id Titelmanus ostendit, illud inquam accommodatius multo, ut hunc annorum septuaginta terminum intelligamus, quod extat in Esaia *n*, *in oblivione eris ò Tyre septuaginta annis* (quot captivitas Judæorum, quam Tyrus iis exprobrabat, duravit in Babylone) *sicut dies regis unius*. Ubi Græce additur εἰ χρόνος ἀνθρώπου, *si tempus hominis*, ideſt, ut ibidem observavit Cyrillus Alexandrinus citans psalmum nostrum, quantum est ævum hominis. Notant vero etiam Hebræi eodem loco, quod eam ætatem non soleant reges excedere, & aliqui per unum regem interpretantur Davidem, qui tot annis vixit exactè: quidam Nabuchodonosorem cum filiis, quorum imperium tamdiu duravit. De mystico sensu numeri septuagesimi postea simul cum octogesimo.

Si autem in potentatibus, octoginta anni. Hieron. *o*, *si autem multum*. Alii, *si in fortitudinibus sit*, seu, *in viribus majoribus*, nempe natura nostra, vivaciores, & validiores simus, si in robusticitatibus, ut loquitur Felix, & Titelmanus: si, ut ait Bruno Carthusianus, in potentatis, & plenariis muneribus sanitatis: & RicKelius, si in fortibus, & bene complexionatis hominibus, inveniantur octoginta anni; & Haimo, ac Hugo in aliqua virtute, & fortitudine corporis: & Remigius, si stet robur usque ad octoginta annos. Symmachum refert Hieronymus *p* vertisse, *si autem contra opinionem* παραδόξως, ideſt, si multum, seu plurimum excrescant anni, præter solidum, & ita ut admirentur homines, non excederent fere numerum octoginta. Apollinarius exponit ἑως' πλέον, *ad plus*.

ἢν δ' ἔτεα ζέσωμεν ἐπὶ πλέον ὀγδήκοντα,
Si vero annos vivamus ad plus octoginta.

Propriè גבורות *bigneroth* significat *in fortitudinibus, viribus, multo robore.* Græca vero ἐν δυνασείαις, Euthymius & Nicephorus declarant ἐν βια ζῆν καὶ καταδυναστευεσθαι ὑπογήρως, *in violentia vivere, atque sub senectutis dominio, ac veluti tyrannide esse*. Qui sensus est oppositus communi, de illo qui ad octogesimum perveniat annum vegetus, & robustus. Non debent sumi potentatus & δυνασείαι pro dominiis, regnis, principatibus, vel pro illis qui hæc habent, præsertim cum tyrannide. Nam licèt in Psalm. 19. *q* sic accipi possint potentatus δυνασείαι גבורות *ghevuroth* tamen multo verior expositio est de viribus & forti brachio Dei) *in potentatibus salus dexteræ ejus*) & præterea magis rarum est, ut qui potentia pollent præcipuè tyrannica, tamdiu vivant, ut historiæ, & experientia docet: auctor etiam ecclesiastici *r*, qui scribit, saltem ut est in Latina editione (in Græca enim non est) *omnis potentatus* *Bbrevis vita*, hoc est à Deo, ut quæ ibidem habentur demonstrant, tamquam à medico, & curatore Reipublicæ tollitur improbus Rex de medio, qui velut pestilens morbus illam gravat, & opprimit. Ipsimet Euthymius, & Nicephorus dicti psalmi locum explanant, ut sit salus dexteræ Dei ἐν δυνασείαις, ideſt, ἐν δυνάμεσι καὶ ἰσχυρᾷ *in viribus & fortis, ac valida*, in abundantia quadam, & excessu potentiæ. Præsentis vero locum Psalmi nostri Elias *s* eo modo exposuit, nempe, in potentatibus ἐν δυνασείαις ideſt, ἐν βιᾳ, *in violentia*. Differit idem de integro loco isto: & quomodo Nazianzenus, quem scholiis interpretatur, humanæ vitæ mensuram definiverit annis quadraginta quinque; scilicet juxta Platonis de novem ætatibus opinionem; nam est infans ab ortu ad quatuor annos: puer inde ad decem: adolescens ab his ad viginti quinque: florens à viginti quinque ad triginta quinque: constans hinc ad quadraginta quinque: crudus senex ab istis ad quinquaginta quinque: senex ex hoc termino ad sexaginta quinque: deinceps decrepitus. Et quia quadragesimo quinto anno perficitur, ac postea deficere incipimus, propterea Nazianzenum tempus istud humanæ naturæ vitam esse definivisse; quod spatium patet ipsius fermè centenarius, & ideo excedens terminos hos Davidicos, vixerat in sacerdotio. Quidquid sit de hac sententia, recipi non debet, ut monui nimis violenta expositio δυνασειῶν pro *violentia*. Tropologia mera, immo accommodatitia tantum expositio, potentatus hic sumere pro dignitatibus, honoribus, principatibus. Ita Hugo, sed moraliter loquitur, ut & August. aliique secundùm allegoriam, de qua postea. Existimant nonnulli *t*, in hac tractatione de brevitate humanæ vitæ quatenus petita comparatio prius est ex aranea, cùm anni numerantur non tantum septuaginta, sed etiam octoginta, in iis qui robore corporis polleant; alludi ad illam speciem araneæ, quæ ita telam texit, ut octoginta circulis, aut sectionibus constet, in quatuor quasi circularibus sectionibus; quarum quælibet alias contineat viginti minores; quod si fila plura construat, neatve, incommodam prædæ telam esse, quod illa ob majorem spatii amplitudinem, & araneæ laborem in discurrendo ex telæ centro, latebrisque, facilius avoleat. Araneæ telam hanc possis indigetare, ut vocant, animi conceptionem; & fila octoginta præcisè in araneæ tela nondum deprehendi, nec scio quis deprehenderit. Legenda quæ de initio, ac progressu senectutis eruditè differuntur à Gabriele Palæoto in opere de bono senectutis *u*. Placet mihi, ut illi, Galeni *x* distinctio senum ὠμογερόντων *crudæ viridisque senectæ*, seu δυναμένων ἔτι πράττειν τὰ πολιτικά, *qui adhuc obire civilia possunt negotia*: deinde τῶν μέσην ἡλικίαν ἐχόντων τῷ γήρατος, *qui mediam ætatem habent senectutis*; tandem τῶν κατὰ τὴν ἡλικίαν ταύτην πεμπέλων, *qui secundùm hanc ætatem prope sunt, ut infunebrem pompam mittantur*, quos Latini, *capulares* vocant & aliter Græci τυμβογέροντας, βαθυγήρως & ἐγατογήρως.

Ceterùm, quia multi, & intra septuaginta annos gerunt infirmissimam ærumnosissimamq; senectutem, & sæpe ultra octoginta annos senes mirabiliter vigere probati sunt; Augustin. eumque alii secuti spiritale aliquid in his numeris malunt perscrutari: tum etiam quia non videtur major ira Dei super homines hujus tēporis esse, quia multo brevius vivunt, quam vixerunt antiqui, qui etiam iram Dei provocaverunt usque ad diluvium, quo perierunt.

Igi-

a ep. 139.
b Petr. de Valder in exercit. fer. 4. Dom 4 quadr.
c Abac. 3. 2.
d Esa. 38. 10
e psl. 101. 25.
f 4 Reg. 18. 2. 2. Par. 29. 1.
g de anno ortus & mor. Christi in Panopl. sect. 7. n. 29. & to. 2. lib. 1 disp. 12. quæst. 4.
h cap 17. 11.
i Zoioss. 124.
k 22. de civ. cap. 15.
l Eph. 4. 13.
m 3. 2. lib. 1. n. 14.
n c. 23. 15. Judæorum captivitas in Babylone septuaginta fuit annorum.
o hic; & ip. 89. & is qui putatur idie, hic in com.
p Epist. 139.
q vers. 7.
r c. 10. 11.
s in ora. 19. Nazian. n. 41.
t Pineda in Job c. 27. 18.
u 1. p. Triplex senum à Galeno tradita distinctio.
x lib. de sanit. tuenda cap. 12.

Potentatus hic quomodo accipiatur.

Tropologia

Quid per telam araneæ intelligendum.

Augustinus observata aliquid spiritale in his numeris.

Igitur observant ex 70. & 80. conflari 150. conficiuntur ex 7. & 8. ex quibus 7. insinuant vetus testamentum propter sabbati observationem; octo novum, propter Domini resurrectionem: hinc esse in templo 15. gradus; in psalmis 15. cantica graduum; totidem cubitis summos montes aquam diluvii superavisse: in ipsis, ideſt in temporalibus rebus, dies annorum nostrorum, esse 70. quia temporalia promitti videntur in vetere testamento, in potentatibus, ideſt, in æternis 80. quod novum in spe sit renovationis, & resurrectionis in æternum, & habere ceperimus revera potentiam, quando Christus apparuit: amplius eorum laborem esse, & dolorem, quoniam quisquis hanc fidem transgreditur, ampliusque aliquid quærit, labores invenit, & dolores, vel, licet in novo testamento constituti simus, quod octogenarius significat numerus, amplius habet hæc vita nostra laborem, & dolorem, dum *in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemtionem corporis nostri* a. Putatus Hieron. adhibet ex Ecclesiaste b, *da partem septem, & da partem octo*: & octo beatitudines c; gradus 15. templi d; *Latomorum* in constructione templi Salomonici *septuaginta millia, & eorum qui portabant, octoginta millia* e, hoc est, Patriarchas cum Prophetis, & Evangelicam, Apostolicamque prædicationem. Addit Remigius in septuagenario annorum captivitatis Babylonicæ typum luctus, ac mœroris nostri in hac vita, & in reditu ad patriam, qui accidit post id spatium, migrationem nostram in cœlum. Sed quod asserit ideo minus diu nunc vivi, quam vis eandem pœnam commeruerint omnes, in primo parente; quia vetustiores illi non adeo dediti fuerunt terrenis, sicut nos sumus, non videtur verum absolute; imo ac toto genere minus dediti sunt terrenis hi qui ad Ecclesiam pertinent, quam qui aut in lege naturæ vixerunt, aut in scripta. Bruno Charthusianus annos qui meditantur in 70. anni, interpretatur illos homines, qui meditantur de necessariis ad vitam temporalem: alios qui in 80. & sunt in potentatibus, eos qui virtutibus, & operibus bonis, quæ ad æternam perducere possunt, versantur circa meditationem, curamque rerum æternarum: si quis quid ultra res has appetat immodicè, nihil nisi laborem ac dolorem experturum. Clemens Alexandrinus *f* persequens mysteria numeri septenarii, videtur attigisse, quod in octogenario numero designetur beatitudo, & regnum. Subdit namque hoc prolato statim loco, si autem in potentatibus octoginta anni ἐὰν δ' ἡμᾶς βασιλεύειν, *id autem fuerit nos regnare*; vel sit autem ut regnemus, utinam regnemus, &c. Verus Hieronymus *g* ea perstringit quæ alius ille nomine illius notatus. Sed quid hoc ait ad præsentem locum, cui sufficit simplex, & pura explanatio, quæ non doctrinæ gloriam in multiplicatione sermonum, sed legentis debet intelligentiam quærere, si mihi crederem, parerem isti consilio, sed quod operis principio monui, cogor improbitati alienæ hisce rebus aggerandis inservire. Lege Bongum de mysterio numeri 150.

Et amplius eorum labor & dolor.) Hieron. *& quod amplius est labor, & dolor*, & alibi *h*, *& quidquid superest, labor, & dolor est*. In editione codicum Regiorum, & Complutensium, & in Romano Psalterio, apudque Cassiodorum, & plurimum eorum, Alii, *& fortitudo eorum perversitas, & iniquitas*, vel, *& superbia*, seu, *fastus excellentia, robur, vigor felicitas, eorum labor, & iniquitas*. Chaldaicè, *at multiplicatio eorum, labor, falsitas, peccatoribus*. Hebræa sunt ורכהם עמל ואון *verahbam hhamal vaaven*: Græca καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. Admittit dictas notiones הרכ *rahab*, & alia duo nomina, illas quoque, quas posuimus: fierique potest ut per metathesim sumtum sit primum pro הרכ *harab*. Primus sensus est, ut id quod in omni dicta ætate annorum septuaginta vel octoginta amplius est, hoc est, melius, & perfectius, & quantumvis iis vivens annis, feliciter sibi vivere videatur, propterea que insolescat, nihilominus labore, dolore, molestia, ærumna, calamitate, perversitate etiam, ac iniquitate permixtum sit. Et sit *universa vanitas omnis homo vivens* i, id in omni vita sua, denique sit labor, & nihil. Illo modo Jacob affirmabat *dies peregrinationis, ac vitæ suæ* 130. *annorum parvos & malos, qui non pervenissent usque ad dies patrum suorum quibus peregrinati erant* k, & alius in apocrypho libro vocabat modicos, & malos annos nostros *l*. Exponit hoc modo Vatablus, meminitque Jansenius, Genebrardus, & multi alii, Agelliusque consentiens, Græcum citat auctorem, qui neget sensum, de senio, quod supra octoginta excurrit annos, sed quod major pars illorum, vel septuaginta, quibus quis vivat, sit

a Rom. 8. 23. b cap. 11. 2. c Matt. 5. 3. & seq. d Ezech 40. 22. 26. e 3 Reg. 5. 15

Septuagenarius captivitatis Babylonicæ annus typus est luctus, & mœroris vestri in hac vita.

In 70. annis meditantes sunt qui de temporalibus cogitant in 80. qui versantur circa meditationem rerum æternarum.

f 6. Stroma. c. 8.

g epist. 139.

h epist. 34

i Psal. 38.

k Gen. 47. 9

l 4. Esd. 4 & 5. 4.

Ipsi labor, & dolor. Hoc ipsum lego in Nysseno *m* ἐχει τὸ ὑπερ μετρον τετο ζῶνται ὁ βιος ἐπιπονος, ἀλλ' ὁτι τῆς ὧτω βραχειας ζωῆς ἐν κόπῳ τὸ πλεῖον ἐστι καὶ πόνῳ, *non quia supra mensuram, hæc viventi vitæ fit laboriosa, sed quoniam adeo brevis vita, quod potissimum est, in labore & dolore consumitur*. Subdit inductionem in infantia, juventute, media inter has ætate senectutem ipsam canicie, & rugis copiam, & abundantiam laboris διαφερόντως egregie testari. Eadem Chrysostomi *n* sententia, qui hinc probat nullius vitam inveniri posse, cujus non sint multa plura tristia, ac difficilia, quam læta & jucunda, nec alium hujus esse sensum loci, quam verborum Jacob *o* quibus parvos, & malos asserüit dies suos. Græcissimum autem notant Bruno Carthusianus, & Genebrardus, ut *amplius eorum* dicatur, pro *amplius eis*.

m Tract. 3 in psal. 1

n 5. de prov.

o Gen. 47. 9.

Alter sensus proprius Campensis, & Clarii, *amplus eorum*, nempe hominum, ideſt, qui præcipui sunt inter illos, & tamquam flos ipse hujus tam raræ ætatis, molestiis, & laboriosis miseriis plenos abire velocissime, honores quoque si quos tunc nanciscanturs. Tertius veterum Latinorum, id quod supereſt supra numerum annorum octoginta tranſigi cum labore & dolore; vel (qui posset videri diversus sensus, ad hunc tamen revocandus) robur hoc tantum, superbiam qua macrobius, seu longævus effertur, seque propterea beatum prædicat, recidere demum in laborem, dolorem, in morbum & infirmitatem, quæ est socia senectutis, inquit Hieron. *p*, confirmans celebri testimonio ex Ecclesiaste *q* in quo humanæ vitæ, & maxime senectutis miseriæ comprehenduntur; & nostrum in id commentarium consulere potes, & quæ tum hoc psalmi loco dicuntur ab Ayguano, tum à Gabriele Paleoto in opere de bono senectutis: tum à Seneca *r* quadam epistola, ubi cum Virgilio tristem vocat senectutem, insanabilemque morbum, sicut appellavit Philosophum *s* τὴν ἀνυ νόσον, γῆρας ἀτηκτον, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικὴν *morbum quidem adventitiam senectutem, senectutem vero morbum naturalem*. Ætna gravius onus nominavit Cicero *t* post Euripidem *u* & Syra anus apud Plautum *x* tantum hoc oneris quod ferret annos dixit esse octoginta quatuor. Recte Hieron. *y* Julianum consolans super amissis pignoribus ætatis exiguę intra viginti dies, exclamabat post allatum præsentem locum; Felix, & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat servientem, quem extrema dies Salvaturi invenerit militantem. Nec vero dubium quin brevioris vitæ causſa sint peccata, tum quia minus sibi peccatores cavent à noxiis naturalibus causis, tum quia provocant in se homicidarum odia: tum quia Deus ipse, qui *longævam honorantibus parentes promisit* z *vitam*, citius eripit, *nec finit dimidiare dies* a, *nec virilem ætatem excedere* b; & Jonam sustulit anno circiter 38. ætatis *c* quæ erat fere dimidia pars annorum 80. Quadrat proposito, quod narrat B. Bernardinus *d* de latrone suspenso, qui cum esset duodeviginti tantum annorum, continuo crevit, incanuitque barba, & capillus; & immutata facies tamquam fere nonagenarii, eo quod ut edoctus divinitus in Catalonia episcopus exposuit, si parentibus obtemperans abstinuisset à crimine, ad id ætatis tempus venturus esset. Antonium magnum narrat Athanasius *e* inter alia salutis monita hoc inculcasse, ac in primis commendasse, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cum humanæ vitæ spatia æternitati comparata brevissima sint, ac parva: in præsenti hac vita æqualia esse pro rerum commutatione commercia, nec majora recipere ab emente qui vendit, promissionem autem vitæ sempiternæ vili pretio comparari; scriptum enim esse dies vitæ nostræ septuaginta annos esse, &c. quando octoginta aut centum, aut multos annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturos in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis sæculorum regna tribuenda.

p epist. 139.

q cap. 12. 2.

r epist. 108.

s 4. de genes. anim. lium.

t de senectute.

u in Hercule furente.

x in Mercat. scena 10

y epist 38

z Exod. 20. 11 Eph. 6 3

a Psal. 54. 24

b 1. Reg. 2 33

c 2. Par. 11. 1

d p. 2. dom. 2. quadrag. ser. 17. ar. 3 c. 1.

e in vita.

Quoniam supervenit mansuetudo & corripiemur.) Monet August. in quibusdam codicibus legi *erudiemur* tamen revocari ad eamdem mansuetudinem Hieronymus, *quoniam transivimus cito, & avolavimus*. sic est in ep. 139. & apud Trevetum Fabrumque: mendose autem in Regiis Bibliis, *quoniam transibimus cito, & advolabimus*, & in Psalterio quod edidit Victorius, *quoniam transibimus cito, & avolabimus*; alii, *quoniam recedit cito & avolamus*, vel, *resecatur*, nempe superbia illa, seu fastus, aut eobur &c. de quo in priore membro, vel, *quoniam est qui resecet*, scilicet, hæc ipsa, vel annos, & vitam, tamquam una de Pacis, *& avolamus*, seu *avolabimus, velut avis præciso*

ci so filo, quo alligata retinebatur, vel, *quoniam declinavit celeriter id omne quod dictum est, & avolabimus*, vel, *quoniam volans cito est vita nostra, & volavimus*, aut, *volabimus*, vel, *quoniam tonsio velox, & evolabimus*, seu *tondens es tu ò Deus ac resecans*. Chaldaicè *quoniam transierunt velociter, & volant in pulverem*; sic sunt Hebræa וגעפה כיגז חיש *chigazchis vannahhuphah*: hæc exponit Aquila διεπελασεν ἀνὴρ, καὶ ἐπετάσθη *quoniam præteriit*, vel, *appropinquavit vir*, nimirum ad vitæ terminum, *& avolavit*. Videtur legisse אש *is* nomen *viri* non חש *chis*. Symmachus, τμηθέντες γαρ ἀφνω ἐκπεταμύμεθα *succisi enim*, videlicet sumus, seu *succidimur repente & avolamus*. Vulgata editio apud Hieronymum, *quoniam transivimus celeriter, &*
a *epist.* 139 *dissolvimur*, videlicet ut explicat Hieronymus *a* ad herbæ, floris que virentis similitudinem, quæ longè ante posita est in hoc psalmo *b*, dum vespere siccatur, arescit, succiditur. Theodotio consentit cum Lxx. nisi quod non habet ἐφ' ἡμᾶς, *super nos*, quod etiam superfluum esse ait
b *vers.* 6.
c *epist.* 135. Hieronymus *c*, qui præterea *d* testatur à VI. editione posiram *mansuetudinem*, miraturque quid sibi voluerint sic
d *Ep.* 139. transferentes ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ' ἡμᾶς καὶ παιδευθησο μεθα. Ricardus Cenomanus ita conciliat interpretationem Lxx. cum textu Hebræo: גז *gaz*, vel גז *ghex* à גזז *gazaz totondit*, significet *vellus*, per quod symbolicè ob molliciem Lxx. intellexerint mansuetudinem; deinde חיש
Symbolicè per vellus Lxx. intellexerunt mansuetudinem. *chis* significet *festinavit*, hoc est, mansuetudo festinavit, citoque venit, seu supervenit: postremo נעפה *nebhhuphah*, à עוף *bhoph*, *avolavit*, *illustravit*, *corruscavit*, avolabimus nempe, animo ad meliora, illustrabimus animum cogitatione rerum meliorum, corruscabimus intelligentia,
e *Es.* 28. 19. & *vexatio dabit intellectum e*, & labor, ac dolor supra vitæ annos octoginta, vel etiam per totum illud spatium, quod est breve, ex divino illo vellere mansuetudinis provenit, ne diutius patiamur incommoda fractæ, devexæ, decrepitæ senectutis, quæ ipsa per se morbus est. Unde
f *Ps.* 70. 10 Psalles alibi *f* orabat *usque in senectam, & senium non derelinqui, quum deficeret virtus*. Hæc sic à me declarata conciliatio satis commoda videtur, & aptum sensum reddere, qui multis placet. Nec discrepat is quem assignat Hie-
g *epist.* 139. ronymus *g*, quod post 70. annos, & 80. quum venerit Domini mansuetudo, & dies nobis mortis ingruerit, non judicabimur juxta meritum, sed juxta clementiam, & quæ putatur correctio esse, eruditio est & doctrina. Sed quod Genebrardus ait, Lxx. per *corrigi* intellexisse rapi celeriter ex hac vita, non intelligo, quo pacto verum esse possit. Latinum quidem verbum *corripiemur*, significare id potest, nullo modo Græcum παιδευθησόμεθα; legisse Lxx. περα-
h Agellius dubitat. σθησομεθα nimis suspicacis hominis est dubitare *h*. Hieronymus, & alii qui *recedendi* reddiderunt verbum, aut simile respectum habuerunt ad גז *guz*, at חיש *chis* à חשה
i. dem. *cheseiah sinuit* quod hoc item loco aliqui *i* opinantur esse, nusquam extare memini, Græci enarratores, & Nyssenus
k tract. 1. in Psalm. c. 7. *k* nectentes hæc verba sequenti versiculo, volunt brevitatem, & ærumnas vitæ censeri, non tam castigationem, quam mansuetudinem propter gravitatem multitudinemque delictorum nostrorum, quibus longe majora, & diuturniora supplicia debentur: quod si modica illa castigatio tantum nobis præbuit sensum, non esse qui nosse valeat, quantæ sunt, qualesque iræ Dei vires adversus eos, qui converti, & erudiri nolint, idcirco orandum Deum, ut ejusmodi utens mansuetudine, moderataque castigatione, nobis dexteram suam notam faciat, & illos qui tali proficiunt eruditione, ut imitemur. Visus mihi postea
l in Abac. cap. pr. pag. 48. & 49. hunc attigisse sensum Antonius Guevara *l*, Eusebius, quem citat Agellius, idem ferè sentit, quia vilis exiguaque vita est, nec scimus quid nobis erit, Deum orari ut mansuete corripiat, ejusque mansuetudo nobis superveniat: & ne simus expertes disciplinæ Christi, qui est Patris dextera & ut ab æterno nos summæ iræ Dei supplicio liberet, quum supplicium hinc mansuetudine temporum
Quomodo mors vocetur mansuetudo. tantopere corripuerit. Quin ipsa quoque mors vocari potest mansuetudo, quatenus à Deo mansuetudo nobis inflicta ut peccatis, & miseriis præsentis vitæ terminum imponeret, reservando correptionem in futurum tempus peccatorum, vel reatuum in quibus decesserimus. Illud
m lib. 3. c. 17 & de bono mortis c. 7. mortis bonum Irenæus *m*, Ambrosius *n*, alii demonstrant. Est mansuetudo præterea pœna ipsa tribulatioque immissa, vel permissa à Deo, quia domat nos, & mansuetos reddit, sicque corripit, ac erudit. Eodem spectat, quòd ut observant hoc loco Hugo, & Ayguanus, in corripiente
o *Ps.* 104. 5. p Gal. 6. 1. mansuetudo requiritur, *ut corripiat justus in misericordia o & spiritualis in spiritu lenitatis p*, & *ipsamet virga, baculusque consoletur q*, nec *in draconem serpentemque ver-*
q *Psal.* 22. 4 *tatur*, qui pavorem incutiat ipsimet corripienti *r*. Agel-
r Exod. 7. 9. 11. lius, anteque ipsum Hieronymus, & Osorius junior per
Per man. suetudi. nem quid intelligant nonnulli. mansuetudinem volunt nos intelligere non virtutem moralem, sed corporis curvi, ac senilis debilitatem, cum vocis imbecillitate, quæ attingenti septuagesimum, aut octogesimum annum, advolat derepente, facitque ut cadentibus viribus defluat senex, ac veluti animam efflet, nec spiritus illos habeat, quibus ad fortia, & magna aggrediendum urgeatur. Videtur eadem Valentiæ mens, quia declarat supervenire infirmitates, & dolores, quæ corripiant, prosternant, dejiciant hominem. Addit idem Agellius mansuetudinem quoque morum, vitiis, & ira deferveſcentibus, quod Philo contingere dicit nona annorum hebdomade ακτὰ δὲ τὴν ἐνάτην ἐυπειήκεια καὶ πραότης τῶν παθῶν ἐστὶ πέον ἡμερωθέντων, *secundùm nonam annorum hebdomadem facilitas, & mansuetudo, passionibus magis mansuefactis*. Ego *mansuetudinem* accipio cum
Communis expositio. communi expositione, non alterius, quam Dei, velut metonymicè sumatur pro castigatione, qua ut efrænes equi domemur, & mansuefiamus, quemadmodum notat
B Bruno; magnaque nimis mihi catachresis videtur *mansuetudinem* interpretari pro corporis infirmitate; cujus acceptionis nullum arbitror afferri exemplum posse, nam etsi psalmo 131. in quo legimus *memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus* Hieronymus, & alii transferant *afflictionis*, nullus qui nomen *mansuetudinis* & πραότητος retinet, aliter explicat quam de virtute: & dictionem Hebræam quamvis cum punctis mutatis significare utrumque possit, maluerunt Lxx. exponere de virtute. Sed neque *corripere* idem est quod prosternere, ac dejicere. Denique optimam censeo expositionem quam cum Ricardo attuli.

Vers. 11.) Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam.

Vers. 12.) Dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.

Sensus loci. QUia priore versu divinam clementiam commendavit circa vitæ præsentis tum brevitatem, tum ærumnis, ut hinc erudiremur, & pejora diuturnioraq; discere-
C mus vitare futuræ mala; docet iræ divinæ vim, & acerbitatem circa illa æstimare satis, animoque à nobis non posse, & quantum oportet ea pertineri. Idcirco petit à Deo ut per temporalem istam castigationem concedat bene percipere quanta sit dictæ iræ Dei futuræ vis, potentia, efficacitas, & per cœlestem sapientiam probe cor erudiri, atque ex præsenti vindicta futuram perpendendo niti eam effugere: Vel quum meminisset Deum esse mansuetum, & in mansuetudine corripere, quasi corrigens sententiam exclamat acriorem iram illius esse, adeoque formidabilem, ut præ metus magnitudine animum obstupefacientis, nemo valeat considerare quæ ab eo gerantur irato; nullus sit qui reputare possit iræ Dei magnitudinem, ac tantum timere illum, quanta ipsa est, sicque ipsum reyereri ut debet, nullus queat cavere, ac tueri se à potestate iræ Dei, tantumque ipsum timere, ut sit satis ad eam à se depellendam. Vel quæritur præ timore Dei, hoc est propter timorem Dei, & ut quisque illum plus timet, ac veneratur majorem experiri ejusdem iram in hoc
D tam nunc etiam fieri magis ac magis hujusmodi vim potentis & misericordis simul iræ, & vindictæ Dei, & communicari notitiam atque familiaritatem eorum, qui tali notitia præditi, eruditique profecerunt in melius ejusdem iræ castigatione, ac tanto religiosius Deum coluerunt. Vel præter generalem illam humani generis calamitatem brevis, ac ærumnosi ævi deplorat sui, aut alterius sæculi crebras miserias à vehementius irato Deo profectas, cum timorem sui, ac venerationem extorquere vellet, tam insigniter exercendo ineffabilem potentiam suam: orat vero, ut alia ex parte dignetur, malitque vim benignæ suæ dexteræ manifestare, quantumque valeat in opitulando, & consolando. Denique mysticè saltem
Mysticus sensus. implorat notitiam, & adventum Christi, qui *vir dexteræ Dei est* f, per quem cognoscant homines *quæ sit supereminens magnitudo virtutis ipsius* t, & ne privet populum suum sapientibus hominibus, qui doceant, moderentur, consolentur in tam multis tribulationibus: quales Apostoli, Evangelistæ, doctores, alii; ac demum stat tuendo in die Judicii ad dexteram filii sui, ut Euthy-
f *Psal.* 41. 4 t *Eph.* 1. 19.

thymius exponit, Eusebiusq; favet citatus versus locum reliquis Græcis enarratoribus, & partim cum Latinis. Hebræis autem, & Hebraizantes aliter dispungendo, alia incedunt via, ut postea dicemus. Distinguit Ayguanus magis secundum sensus mysticum sex beneficia; quæ hinc ad finem usque psalmi postulentur, & sunt in testamento novo impleta, videlicet notitiam de potestate iræ Dei, de dexteræ Dei, ac hominis unitate, præterea pro peccatis indulgentiæ pietatem, gloriæ æternæ claritatem: in adversis patientiæ firmitatem, in agendis dirigentis gratiæ veritatem. Valentia petitiones agnoscit illis respondentes quas narratur in exodo *a* Moyses petivisse, eidemq; Deus promisisse, ut ipsemet Deus in proprio veniret persona, ut toti humano generi misereretur, ut gloriam conferret, ut concederet directionem, per gratiæ doctrinæq; Evangelicæ splendorem.

Enumeratio beneficiorum quę hic petuntur.

a *cap.* 33. 13.

Quis novit potestatem iræ tuæ.] Hieron. *quis novit fortitudinem iræ tuæ*. Græcè LXX. ponunt in præsenti γινώσκει, *noscit*, οἶδεν, *novit*; & pro κράτος habet ἰσχύν, pro ὀργῆς nomen θυμοῦ. Sed hæc nihil de sensu nutant: & יועך *jodeahh* participium jungi potest cuivis tempori. Paraph. explicat, *quis est ille, qui sciet avertere fortitudinem iræ tuæ*. Nyssen. *b* nos ob naturæ imbecillitatem non capere iræ magnitudinem, quam contra nos concitat peccatum, quum tamen indigeamus τῷ παιδευθῆναι, *corrigi, & correctione*. Varia sunt iræ divinæ effecta, modi, rationes, interdumque non irascendo irascitur magis, & irascendo magis miseretur, parcit, ut demonstrat Augustin. circa vanam, & seductoriam felicitatem impiorum, utq; grandis Dei ira sit peccatores non punire, flagellum pertineat ad misericordiam: & qui mitissimis animalibus agno, columbaq; delectatur Deus, vel Christus, quum irascitur vehementius, illorum dicitur animalium *iram suscipere* c. Legendus Greg. *d*. Tum etiam quomodo iram Prælati, exemplo Dei, deboant attemperare *e*. Extremam illam Christi in judicio iræ plenam vocem, qua reprobos damnabit, æstimare poterit nemo, nec ferre, sed montibus & collibus dicent, ne illam audire, & experiri cogantur, ut *cadant super ipsos, eosq; operiant* f, *abscondiq;* cupient *donec pertranseat furor ejus* g. *Dei iræ nemo resistere potest, & sub eo curvabuntur, qui portant orbem* h: *columnæ cœli contremiscent, & pavebunt ad nutum ejus* i: *vox diei Domini amara, ad quam tribulabitur fortis* K: *magnus dies Domini, & terribilis, valde, & quis sustinebit eum* l? Si jam passurus, & judicandus quum respondi mitissima responsione armatis persecutoribus, *ego sum*, protinus *eos in terram stravit* m, quid facturus est, inquit Gregor. *n*, quum judicaturus venerit? quod est illud judicium quod immortalis exerit qui in una voce non potuit ferri moriturus? qui ejus iram toleret, cujus & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? *quum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudines illius intueri* o? Aliquorum nunc incipit pœna, ut in futura vita perduret: aliorum jam differtur, ut maneat postea semper: quorumdam hic inchoatur, ut desinat in alio sæculo. Durior nonnihil expositio Hugonis; non esse qui noverit potestatem iræ Dei, quia præsit ei quasi major, *superq; omnia opera ipsius* p. Nec arbitror loqui Davidem de numeratione populi, ut Arnob. tamen asserit, ita ut neget hic sciviisse se irasci Deum eo quod populum numerarit.

b *tr. 1. in Ps. cap.* 1.

Gravis est ira Dei peccatores non punire.

c *Jer.* 25. 38. *Apoc.* 1. 16.

d *l. Mor. c.* 11. *vel* 13. *in el.* 23. *c.* 3.

e *Jer.* 10. 8.

f *Oseæ* 10. 8. *Luc.* 23. 30.

g *Job.* 14. 13.

h *Job.* 9. 13. 16, 26. 11.

k *Soph.* 1. 14.

l *Joel.* 2. 11.

m *Joan.* 18. 6.

n 17. *Mor. c.* ult.

o *Job.* 26. 14.

Durior Hugonis expositio hujus loci.

p *Ps.* 144. 9.

Et præ timore tuo iram tuam dinumerare?] In emendatis Græcis est καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου τοῦ σοῦ, *& præ timore iræ tuæ*, ἐξαριθμήσασθαι, *dinumerare* τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, *potestatem iræ tuæ*, vel ipsummet θυμόν, *iram*. Ubi Latinus Interpres *iræ* nomen bis posuit, quamvis diversa sint Hebr. & Gr. Arab. item & Æthiopicum Psalt. legunt *præ timore iræ tuæ*. Rejecto ultimo verbo in sequens membrum Hieron. transfert alia hoc pacto *& secundum timorem tuum indignationem tuam*? nempè quis novit? nam damna quæ nobis provenire ab alio queunt, scimus, quæ terminantur in interfectione corporis; sola fide docet, *perdi quoq; posse & corpus, & animam in gehennam* q, pluſq; potest, ac ultra condignum etiam in inferno, punire Dei ira, ut hoc loco notat Cajet. Alii non supplendo verbum *noscendi*, & reddendo in casu recto, *& ut timor tuus, ira tua*, ideſt quantum quis te timet, tanta indignatio tua, quæ causa est, ut nosse iram tuam, seu modum ejus nullus possit; quoniam videtur at rocior tua ira esse in illum qui te timet magis, ac religiosior est: Aut quisq; te timet, ita ei innotescit ira tua, & apprehenditur ab ea: qui non timet, stupidus est, quantumvis multis affligatur modis.

q *Matth.* 10 28.

Juxta translationem nostram sensus est, non esse qui possit dinumerare iram Dei, ejusq; mira & plurima effecta, vel præ timore, quia impedit vehementia timoris ne quis liberè id possit, velut percussus, ac stupefactus quod maximè contingit in denumeratione, atq; æstimatione supplicium æternorum, quę servata proportione, non magis *in cor hominis ascendere* queunt, quam *quæ præparavit Deus diligentibus se* r. Nam sicut præmia Domini plenissime nequeunt intelligi, ita, inquit Cassiod. nec vindictæ mensura prævalet apprehendi. Exponunt Euth. & Niceph. non posse vim, ac robur iræ illius cognosci, quia valdè terribilis, ac timendus est; quos Apoll. vocat *tetricos pavores iræ* ἀμειδέα δείματα θυμοῦ. Habent hoc loco (*præ*) & (ἀπὸ) vim similitudinis, quemadmodum &[כ] *che*: quam habet quoq; מן *min*, de qua quum hic non extet, non adeò necessaria videbatur annotatio Genebrardi quæ ingenerat sulpicionem, quod sit in textu. De aliis expositionib; dictum satis prius videtur: Chaldæa hæc est cum præcedente membro, *quis est ille qui sciet avertere fortitudinem iræ tuæ, nisi justi qui timent, sedantes furorem tuum?* hoc pacto Hebræa ut nunc sunt תך עכותך ויראה *ucheirathecha hheurathecha, & secundum timorem tuum* (quo timeris) *iræ tuæ*; efficerent istum sensum non ineptum, prout timeris, iraſceris, & is bene novit, quantum tua possit ira, qui timet te, sicque timendo te declinat, & avertit iram tuam; ille è contrario qui parum timet, non æstimat, neq; cavet, sed invitus, ac improvisus experitur & aliquando penitus obstupescit, interdum respicit, seroque sapit malo edoctus suo, vel prout exigit timor tuus qui timearis à nobis, sic iraſceris quasi dicas *f*, *Si ego Dominus, ubi est timor meus?*

r Es. 64. 4.

Sicut præmia beatorum nequeunt intelligi, ita nec supplicia damnatorum.

f *Malach.* 1. 6.

Dexteram tuam sic notam fac.) Vix occurrit aliud notandum circa hæc, ut per se in editione nostra sunt, præter ea quæ prius diximus, quid valeat dextera, quam notam fieri petit Propheta, nempe vel Christum, vel potentiam iræ, vel potentiam benignitatis, vel ut liceat locari ad dexteram Judicis, & similia. In Psalt. Romano, & apud Cass. legitur, *dexteram tuam Domine notam fac nobis*, & meminit Augustin. quoldam codices habuisse, *dexteram tuam notam fac mihi*: nostram vero lectionem magis consentaneam esse textui Græco. Quamvis in Regiis, Complutensibus, & aliis Bibliis extet pronomen μοὶ *mihi*, quod in emendatis Latinis non est. In particula (*sic*) latet emphasis, ut ea nimirum notitia sic tribuatur quomodo expedit nobis, & per lumen, donumq; supernaturale, quia haberi naturaliter non potest, vel concipi, ut per hujusmodi notitiam dirigamur, aut sic in dicta prius mansuetudine, modicaq; correctione directi, ad felicitatis dexteram perveniamus, ut innuunt Euthym. & Niceph. ut intelligamus quid nobis quærendum, fugiendumve sit, quod Ayguanus docet, ut instruamur per similitudines, & symbola sacramentorum, nec non per imitationem Christi qui est dextera Patris, inquit Hugo, & Remigius: ut sicut iram Deus, contulit, ita dexteram suam, ideſt filium suum (quæ Haymonis explanatio est) notum faciat, quem fide, & dilectione recipiamus, ut quod Augustin. videtur, in Christo discant fideles ea magis ab eo poscere, & sperare præmia fidei quæ non apparent in veteri testamento, sed revelantur in novo. Ex Hebræo reddit Hieron. *ut numerentur dies nostri, sic ostende*. Alii, *ut numeremus dies nostros, sic scire fac nos*, ideſt, sic fac scire nos, ut numeremus dies nostros, & intelligamus quam sit breve spatium vitæ; ac ita scito (quod est in membro sequenti) *adducamus in cor sapientiam*, reddamur sapientiores, cautiores, circumspectiores, nam quisquis vitæ reputat brevitatem, cor applicat ad sapientiam, se colligit, non errat in aliarum amore rerum. Unam respicit cœlestem patriam, unam quærit, & colit Deum, præteriens *prætereuntem figuram mundi* t, transiens *transeuntem mundum & concupiscentiam ejus* u. Vel sic scire nos fac, ejusmodiq; tribue scientiam, nempè secundùm timorem Dei, ut dies nostros numeremus, expendamus, libremus, secundùm eumdem timorem Dei: unde fiat, ut scientiam habeamus congruentem timori, ac iræ Dei, & æstimemus quantum possit ira ipsius, tandemque demus operam, ut cor imbuatur sapientia, notitiamque divinorum, per quam cor ad bene operandum dirigatur, nec contenti simus sola theorica, & contemplativa scientia; vel doce nos numerare dies nostros sic, ideſt, sic ut sunt revera breves, &c. Vel tempus vitæ nostræ indica, ut possimus corde sapienti tuo nos judicio præparare, quum nosse non queamus quamdiu

t 1. *ad Cor.* 7 31.

u 1. *Joan.* 2. 6. 17.

Quid hominem maximè deciat.

ira tua ex qua timor nascitur nobis perseveret, nisi te docente. Nihil tam decipit humanum genus inquit Hier. *quam dum ignorant spatia vitæ suæ, longiorem sibi sæculi hujus possessionem repromittunt. Unde & illud egregie dictum est; nullum tam senem esse, & decrepitæ ætatis, ut non se adhuc uno vel anno vivere suspicetur: *epist. 139.

& tempento a mortis tua, & non peccabis. Alia idem subdit, & nos alio psalmo: *b notum fac mihi Dominem finem meum, & numerum dierum meorum,* &c. Vel ostende quis dierum sit numerus, & quamdiu simus expectaturi, donec veniat Propheta ille in lege promissus, in cujus corde sapientia est, ut eam nobis communicet. Chald. *ad numerandos dies nostros qui diriget, ut scire faciat? certè Prophetæ cujus cor construit sapientiam*, vel *solus Propheta, cujus cor abundat sapientia*. Legitur nunc Hebr. ימינו כן הורע *limnoth, jammenu chen hodahh*, sed primum verbum junxerunt præcedenti membro interpretes Lxx. pro ימינו *jamenu dies nostros*, legerunt ימינך *jemineca dexteram tuam*, quæ mutatio perfacilis fuit veritatis tantum punctis, & loco (ו) *vau* exprimendo (ך) *chaph* finale. Si etiam, ut monet Hieron. *c*, scribatur hoc id nomen extrema littera (ן) *nun* ימין *jamin dexteram* significabit in singulari: Si per (ם) finalem ימים *jamim dies* pluraliter & יום *jom diem* singulariter. Editionem nostram quum Hebr. videtur Theod. conjunxisse, Basiliusve: declarantes dicatur, Obsecro ut tui beneficii compos sim, & ut dona tuæ dexteræ enumerare possim; atq; [quod sequentia continent] à tua gratia eruditos imitari queam, quia alios ad tuam cognitionem deducunt. Meminit Hieron. *d* Aquilam, Symmach. Quintam editionem vertisse, *dies nostros sic ostende, ut veniamus corde sapienti*, & ex nimio affectu erga textum Hebræum pro ut etiam tunc extabat, asseruit errorem perspicuum esse, quod pro diebus *dexteram* Lxx. dixerint. Is quem nominant Hieron. in commentario explicat flagitari manifestationem Christi; ne Deus tamdiu hanc suam dexteram contrahat, vel avertat in sinum suum *e*, sed *mittat eam de alto f*. Tum adversus Arium observat non dici *dexteram tuam fac*, quia Deus sine dextera sua numquam fuit, sed ut quæ semper fuit, & in sinu Dei fuit, notam faciat, & ut quoniam permanentem in Deitate sua nosse non possumus, assumat hominem, & sic intelligamus eum.

a Eccl. 7. 40.
b ps. 38. 8.
c epist. 138.
d ibidem.
e ps. 73. 11.
f ps. 143. 7.

Et eruditos corde in sapientia.] Hieron. *& veniemus corde sapienti*. Alii, *& adducemus*, seu *venire faciemus cor sapientia* seu *ad sapientiam*. Paraphr. ut antea retuli, *certè Propheta aut solus, cujus cor construis sapientiam, aut abundat sapientia, diriget nos ut scire faciat numerum dierum*. Dixi etiam nonnullos exponere de desiderio adventus Prophetæ qui esset Christus. Juvare potest suspicionem Moyses in titulo psal. qui de hoc Propheta divinum promissum protulit *g*: & quod idem vocabulum præsentis loci נביא *navi* non solum possit esse verbum à themate בוב *bo* vel בא *ba veniemus*, aut potius *afferemus*, *venire faciemus aducemus*; Est enim hiphil non autem נבוא *navo* in kal quo pacto legit fortassis Hieron. sed etiam nomen significans Prophetam à נבא *navo*; etsi quidam curiosius ab illo verbo derivent, quod sit *rem venturam pronuntiare*. R. David intelligit de Elia ante Christum venturo. Admonet Hieron. *h* alios transtulisse, *compeditos*, pro *eruditos*, verbi ambiguitate deceptos, quoniam si dicas πεπεδημένους *compeditos*: sin autem πεπεδευμένους *eruditos* significat. Quum autem, *compeditos*, legat & exponat is, qui gerit nomen Hieron. in commentario de compedibus sapientiæ in Prophetis non valentibus sine Christo, & præferat alteri lectioni, quis dubitet immerito appellari Hieron.? Idem quod verus Hieron. notavit etiam August. verbum Græcum, una syllaba paullum differre, ita ut utrovis dicto modo reddi potuerit, juxta quem quoque declarat de compedibus, & aureis vinculis sapientiæ, quibus alligati sunt *i*, sunt etiam eruditi, & ea eruditi, vicissim alligati; ita ut à via Dei non exorbitent, nec fiant ab illo fugitivi. Deniq; quodlibet horum legatur, salvam esse sententiam veritatis: tales vero sic notos factos in novo testamento, ut contemnerent, & se iis privati paterentur, quæ magna putant promissa in veteri testamento, qui carnaliter judicant. Legitur item *compeditos* in vetere Psalt. & ab Arnobio *impeditos*, sed & Euth. ac Niceph. legunt πεπεδημένους. Credi potest Lxx. per נבי׳א *navi*, ut *Propheta* est, aut si pluraliter legerunt in regimine נביאי *nevie*, intelexisse quoscumque *eruditos corde* à Deo נביא *navi* aut נביאי לבב *nevie levau*: veros θεοδιδάκτους *doctiles Dei* seu *doctos a Deo* k, & propeterea beatos, quia *eruditi sunt à Domino* l. Auctor operis *m* imperfecti hunc locum accepit de Apostolis, fuisseq; Prophetas, sapientes, scribas, quos Christus mittere se dixit *n*, quia Prophetico spiritu erant repleti, *eruditi corde in sapientia*, scribæ etiam corde, quia de thesauris suis nova, & vetera proferebant. Denique *Propheta* sumitur pro viro probo sapiente, familiariter cum Deo versante, ut quum eo nomine vocatur Abraham *o*, Josue *p* & à vulgo Christus *q*, qua de re alias dixi. Sensus hujus loci antea satis exposui, optare Prophetam notas sibi fieri tales, qui vera, & divina sapientia præstent, in primis circa mortis meditationem, brevitatem vitæ, æternitatem, adventum Christi duplicem. Apollinarius aliter; ut oratio de notificanda dextera iis quibus in præcordiis sapientia sit.

g Dant. 18. 3. 5.
h epist. 139. πεπεδημένον & πεπαιδευμένον.
i Eccl. 6. 3.
k Es 54. 13. 13. Jo. 6. 45.

l ps 93. m hom. 38. in Matth. n Matth. 23. 34.
o Gen. 12. 7.
p Eccl. 45. 11.
q Matth. 21. 11. Luc. 7. 16.

δεξιτερὴν ἐρέτιμον ἄναξ σφίσιν ὦδ' ἀναφαίνοις
ὅσσοις ἀθανάτη σοφίη πραπίδεσσι μέμηλε.
Dexteram honoratam Rex ipsis sic ostende
Quibus immortalis sapientia præcordiis cura est,

Sensus loci.

Hoc pacto in textu nostro γνώριτον regeret duos accusativos, sicut Lat. *doceo*, & particula κατ' significaret præsertim; *dexteram tuam sic notam fac*: seu *doceas, præsertim eruditos corde in sapientia*. Vel *notam fac in sapientia, illis qui sunt eruditi corde*. Tamen reliqui declarant peti, ut noti fiant cum dextera etiam illi qui sunt *eruditi corde in sapientia*. Magna ut etiam antea notavi, sapientia eruditioq; ex meditatione mortis, quam philosophiæ veteres definitionem assignabant. Quum Saul noluisse Deus respondere, neq; per somnium, neq; per Ephod, respondit tandem per animam defuncti *r*, quia responsum mortui mortisve plus habet sæpè momenti, quam quodvis aliud, magisq; cor erudit, & sapiens reddit. Somnia videntur multis alia responsa, nec rationales irrationales curant: dextera potens mortem inferens, vel minas quum innotescit, *eruditos corde facit in sapientia*.

Eruditio magna ex meditatione mortis, r 1. Reg. 28. 15.

Transferri locus hic potest ad sermonem de proponenda nobis ad imitandum Christi, qui dextera Patris est, vita, & aliorum, qui sanctorum scientia sapientiave prædicti fuerunt, ac proprius eumdem sunt Christum imitati.

Sensus accommodatitius.

Vers. 13.) Convertere Domine, usquequo? & deprecabilis esto super servos tuos.

JAm proximè flagitaverat notitiam divinæ in irascendo potentiæ potissimum, ut æterna respicit supplicia, & sapere exemplo illorum qui se erudiri sinunt, & morigeros reddunt monitis, castigationiq; temporali, tunc poscit gratiæ opem ad hoc ipsum, & ut benignum vultum tuum convertere dignetur Deus, nec tam diu, irato similis, avertere illum à servis suis velit, seseq; ipsi inexorabilem reddere: & ut quemadmodum sub psal. principium *s* dum oraretur, *ne averteret hominem in humilitatem*, respondisse mox inductus est, *ut converterentur filii hominum*: sic modo ipse convertat se ipsum ad eos, qui castigatione eruditi sese ad illum convertunt, pœnitentiam agunt, scienteiq; vite brevitatem, sapienti ad eum corde cupiunt pervenire, atq; ut eorumdem deprecationem non refutet, aut dedignetur, sed facilem ac promtum exhibeat ad exaudiendum; nec permittat amplius confusos ab expectatione *s* spes; sua, abiecta, & dejecta facie humiq; defixa hærere. Oratio hæc potest esse totius humani generis adventum Redemtoris exoptantis, ac nominatim Judæorum, ut Eusebio placet repulsorum atque repudiatorum à Deo post quam Christum negaverunt, & occiderunt. Moylem namq; vult Euseb. psal. isto Judæos ad conversionem extremo mundi tempore futuram hortari, hancq; ipsi orandi formulam proponere, præsentibus verbis contentam. habet affinitatem ista oratio cum ea sententia, quæ est in Moysis cantico *t*, *Judicabis Dominus populum suum, & in servis suis miserebitur*, & *esto u placabilis super nequitia populi tui*. Quod ultimum Cassiodor. citans, ait consuetudinem sanctam virum sanctum hic operari, seu servare. Converti eadem orandi ratio cuilibet gravem tribulationem patienti, circumq; gratiæ auxilium deprecanti. Eam usurpat Ecclesia in solemni prece ad laudes feriales officii, quo tempore jejunatur, & sensus potest esse, ut Deus ob preces fidelium suorum dignetur exorari pro conversione, & salute aliorum peccatorum.

Sensus loci.

s vers. 5.

Oratio hæc toti generi humano utilis præsertim Judæis ut placet Eusebio.

t Deut. 32. 36.
u Exod. 32. 22.

Hæc oratio convenit cuilibet tribulationem gravem patienti. Quo tempore hanc orationem usurpet Ecclesia.

Convertere Domine, usquequo? Hieronymus, *revertere Domine usquequo*, confert *x* cum alio psalmo *y*, *usquequo Domine oblivisceris me in finem?* Qui enim, ait, in angustia constitutus, est, ferum ei videtur Dei auxilium, & propterea impensius de precatur, ut cito Deum adjuto-

x epist. 139.
y ps. 12. a.

adjutorem sentiat, & nequaquam iratum judicem, sed placatum, qui propter peccata longe recesserat; & dimiserat ambulare secundum voluntatem, & cogitationes nostras. Quæstioni, *usquequo convertatur Deus*, responderi possit quasi verbis ejus per accommodationem *a non vertar donec deficiant*, scilicet à suis peccatis, & *b*, *revertimini ad me, & ego revertar ad vos*: & similibus aliis modis, qui jam prius non semel occurrerunt. Paraph. hoc pacto exposuit; *convertere inquam à malo quod locutus es facere populo tuo*. Eamdem interrogationem importat in Psalterio vetere, *quousq;* & apud Augustin. qui citatum etiam 12. affert psalmum, aitq; esse hoc verbum orantis justitiæ non indignantis patentiæ. In Psalterio Romano, & eo quo utitur Ecclesia Mediolanensis, atq; apud Arnob. & Cassiodor. habetur, *aliquantulum*, & meminit Haimo, Hugo, Rickelius, Valentia; exponitq; Cass. ut Deus justitiam suam aliqua lenitate temperet, magis enim nobis expedire aliquo stimulo tribulationi affigit, ut sæpe commoniti, salubberrima conversione valeamus peccatorum veniam promereri. Explicant quidem Remigius & Haimo affirmanter, *usquequo*, ut convertatur Deus, quousq; opus est conversioni nostræ, & ut peccata dimittat: & Bruno Carthusianus, usque ac in quantum placeat Deo, ut saltem deprecabilis sit super servos suos, si converti non vult quantum ad perdendos: Et Rickelius donec ad ultimum finem pertingamus. Sed ambigi non debet *usquequo* ut & *quousq;* atq; ἕως πότε & עד מתי *hhad mathai*, interrogationem involvere. *Convertere Domine; usquequo?* nempè *hoc erit?* quandiu differes convertit? quanto tempore aversus eris. Monet Euth. expresse, ut quum interrogatione legamus. Sic vero Apollinarius,

a Psal. 17. 18.
b Osee 14. 2.

πὰ υεο χωό μενος, τι νοὺν βαύ μηνιν ἀ ἐξεις.
Desine iratus, ideſt, *irasci; quid animum graviter iracundum auges?*

Quidquid si autem de aliis Hebræa non habent alium usum. Nyssen. ait, quod ἕως πότε significat, τὸ ἐσπισπεῦσαι τὴν χάριν *ut acceleretur gratia*, & ut Dominus sit, μηδὲν πρὸς τὴν χάριν ἀναβαλόμενος; *nihil ad gratiam differens*, nullam moram, & dilationem in ea danda interponens.

Et deprecabilis esto super servos tuos.) Hieron. *& exorabilis esto*; In Romano Psalt. *& deprecare*, passivè sumendo, quod non adeò est in usu, sed qui ait, *deprecabilis esto*, ut August. notat, vitavit ambiguum, quia deprecari commune verbum est, nam & ille *deprecatur*, qui deprecationem fundit, & ille cui funditur: dicimus enim *deprecor te*, & *deprecor à te*. Similem dixi ante Cantici Moysis *c* phrasim esse, *in servis suis miserebitur*, quod ex eodem cantico recitabant Machabæi pueri una cum matre invicem se hortantes mori fortiter. *Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declaravit Moyses, & in servis suis consolabitur* d, hoc loco est παρακληθήτι ἐσπὶ τοῖς δόλοις σε in illo cantico ἐσπὶ τοῖς δόλοις αὐτε παρακληθήσεται ibidem Hebr. על עבדיו יתנחם *hhal hhavadau ithnacham*? hìc vero התנחם על עבדך *hinnaahem hhal haavadecha*. Hoc loco Hyllen. *e* παρακληθῆναι idem esse quod καταλλαγῆναι ἀσθαι *reconciliari & placari*. Apollin. ὑποείκειν *indulgere* Nicephor. δυσωπητὸς δῆναι *exorari, flecti, persuaderi*; ita ut pudeat quodammodo non concedere, vereatq; quis de negare. Sic exauditus Christus dicitur pro sua reverentia *f*, quia Pater ipsum reverebatur. Græcum verbum παρακαλεῖν & παρακαλεῖσθαι, Hermogenes *g* docet κατὰ ἀκυολαν secundum improprietatem sicut & ἐρωτᾶν usurpari pro βέεσθαι, ideſt, *orare, precari*, &c. Vix occurret aliud exemplum extra biblia, & præter hunc locum, & aliud ex cantico Moysis, reperies in actibus Apostolorum *h* Verbum Hebr. non ita propriè pertinet ad orationem, sed ad consolationem vel pœnitentiam, vel gratiam, & misericordiam; ut sit sensus; consolare. consolationem accipe, & oblectare super servos tuos, & de illis & de tua erga ipsos liberalitate, atq; reconciliatione cum iisdem, pœniteat te, ut Paraphr. innuit, malorum, quæ decrevisti facere servis tuis; placare & miserere, & redi cum iis in gratiam, vicissimque recipe ipsos in tuam. *Spiritus gratiæ*, & *precum* apud Zach. *i* חן *chen* & תחנונים *thachannuim* conjunguntur πνεῦμα χάριτος καὶ ὀικτιρμῶ. *Spiritus gratiæ, & misericordiæ*. Sed in hoc psal. & in Cantico Moysis aliud est thema nempè נחם *nacham* significans *consolari* & *pœnitere*. Utrumque facit, qui se

c Deu. 32. 36.
d 2. Macha. 7. l. 6.
e Tr. 1. *in* ps. cap. 7. Explicatio verbi παρακληθῆναι & παρακαλεῖν.
f ad Hebr. 5. 7.
g περὶ μεθόδου δεινότητος. hc. 48. 14.
Sensus litteralis.
i Matth. 12.

sinit exorari, in qua notione Latinus interpres accepit verbum Græcum de quo legimus. *Inexorabilis est Deus iniq; agentibus, & iracundiam provocantibus eum* K, qui voluntate sunt obstirmata in malo, cujusmodi sceleſtus Antioch. *l* qui orabat Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus; talesq; peccatores Deus non exaudit *m*.

k Thr. 3. 42. 2. Mach. 5 13.
m Jos. 6. 3.

Vers. 14.) Repleti sumus manè misericordia tua, & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris. *Vers.* 15.) Lætati sumus pro diebus quibus non humiliasti, annis, quibus vidimus mala.

TAmquam jam sit conversus Deus, ac exorabilem sese præbuerit, immò & exoratum, gratulatur illuxisse veluti solem misericordiæ, atq; benignitatis, diu multumq; desideratum, ut peccatorum, & miseriarum tenebras discuteret; & loco mœstitiæ præcedentis, ac ærumnarum tot annis toleraturum, succederet jugis, ac suavis delectatio, exultatioq; tum in hac vita, ob gratiam, & gaudium in Spiritu Sancto, atque in spe; tum in alia, ubi gaudium de re jam perfectè possessa nemo in æternum tollet à beatis. Quidam Hebr. de Messia quoque, sed suo interpretantur modo: Euseb. de Judæis in fine convertendis, justitiæ solæ illuminandis, lætitia spirituali replendis: Lyranus de iisdem quando summersit Deus Ægyptios in vigilia matutina ,, & illi decantaverunt liberati laudes Deo. Rabini hoc loco in *Midras theillim*, de iisdem adhuc priùs afflictis per Babyl. Græcum, Romanos, ita ut dies læti futuri sint sub Messia, & quidem duo, hoc est, duo millia annorum, quoniam ut priùs vidimus *n*, mille anni apud Deum sicut dies una meminit Galatinus *o*.

Sensus loci.
Variorum interpretationes hujus loci.
n vers. 4. *o* l. 1. c. 8.

Repleti sumus mane misericordia tua.) Hieron. *impleti nos matutina misericordia tua*. In bibliis Regis, *matutino*, etiamsi illa alia lectio extet in epistola 139. & editione Fabri, Victorii, ac Treveti. Alii, *satia nos mane misericordia tua*, ideſt, cito, שבענו בבקר חסדך *sabbehhenu vabboker chasdecha*, Chald. *satura nos in mundo, qui similis est matutino, benignitate tua*. Idem Hebr. verbum punctis mutatis potest esse præteritum primæ personæ plurali שבענו *savahhnu*. Basilius, Theodor. Euthym. monent præteritum tempus hìc pro imperativo, & in sequentibus verbis pro futuro positum esse, eo quo Aquilam, & ceteros modo vertisse, quo etiam retulimus feciſse Hieron. ἐμπλησον ἡμᾶς τῇ πρωΐᾳ ἐλέες σε, *imple nos in matutino misericordia tua*, vel *misericordia tua*. Niceph. vult dicta verba præteriti temporis esse, ἀντὶ εὐκτικῶν pro optativo. Quidam pro conjunctivo ad hunc modum; *quum repleti erimus misericordia tua, confestim exultavimus*, &c. Confirmat duplici exemplo Agellius ex Exodo *p*, *si levaveris cultrum super eo*, quod Hebr. est *elevasti*: Et ex proverbiis *q*, *vidisti hominem velocem ad loquendum*: Græcè ἐὰν ἴδῃς, *si videris*. Nec desunt alia exempla. Non videtur valde ad rem comparatio illa Paraphr. mundi cum matutino. Potius mane ac matutinum tempus pro lumine gratiæ, vel resurrectionis, & gloriæ sumitur. Denique pro commutatione τῶν συλφορῶν *calamitatum*, ut Basilius, ac Theodor. notant, quum aliquin etiam significare idem possit, quod *cito, statim*, & similia, & alias docuimus. Observat Hieron. *r* in cunctis pene loci hanc habere Lxx. consuetudinem, ut quod apud Hebræos in futurum ponitur, hoc illi quasi jam factum, & præteritum referant de resurrectionis autem spe, ac æternæ vitæ præmiis deprecationem hoc loco esse, quæ dicatur matutina misericordia; quam & vigesimi primi psalmi titulus sonat, qui propriè ad mysterium Domini, & ad resurrectionem ejus pertinens, inscribitur, *Pro assumtione matutina*. Probat præterea in verbis præteriti temporis non significari dictam jam misericordiam obtentam; quia paullo post sub precandi forma iidem LXX. expresserunt; *respice in servos tuos*, &c. Sed totum quod postulat ideo deprecari, ut mereantur dictam misericordiam matutinam, quam quum fuerint assecuti, laudent Deum, & lætentur in cunctis diebus vitæ suæ. Repletur in bonis domus Dei desiderium *s*, dumtaxat in beatitudine, soli quibus apparet gloria satiatur *t* & adimplentur lætitia quum vultu Dei ibi replet Deus spiritu intelligentiæ *u* fortitudine spiritus *x*. Mysticè Hugo adhuc explicat repletam mane misericordia Ecclesiam, & ordines religiosos, quum primum ceperunt, tamquam juxta menses illos pristinos, dieiq; duos *y* Jobmemorat:

Comparatio Paraphrastis mundi cum matutino, non videtur ad rem.
p c. 29. 25.
q c. 29. 20.
r Epist. 139. LXX. *in cunctis pene locis id quod apud Hebræos in futurum ponitur ut præteritum referre solent.*
s ps. 102. ps. 64.
t ps. 16. 25.
u Eccl. 39. 8.
x Mach. 3. 8.
Variæ explicationes.
y c. 29. 27.

repleri unumquemq; mane misericordia, qui primam accipit gratiam, quę pura misericordia est, daturq; velut stella matutina *a*: postremo qui à pueritia, & adolescentia vocantur ad portandum jugum *b* Domini in religione, Applicat Rickelius etiam ad missionem Spirit. S. mane factam, ideſt, ante horam tertiam *c*, Cassiod. explanat de lucida contemplatione qua Davidi prævidit adventum Christi, qui vocatur *Dei misericordia*: Greg. *d*, de pœnitente, qui percussus à Deo lætus redit, & qui velut in nocte pœnitentiæ luctum exceperat, mane, ideſt, divinæ dignationis apparente claritate, se repletum misericordia congaudet, atq; delectatur pro diebus in quibus fuerat humiliatus. Frequentat in feriali officio ad laudes Ecclesia quotidie hunc versiculum (*repleti sumus mane misericordia tua, exultavimus, & lætati sumus*.)

a *Apoc.* 2. 28
b *Thr.* 3. 27. Ad missionem Spiritus Sancti mane factam applicatio.
c *Actum* 2. 15.
d *in* 3. *Reg.* 16. *l.* 30.

Varia lectio. *Et exultavimus & delectati sumus*.) Nihil refert quod omittant aliqui primam conjunctionem. Hieron. in futuro [*& laudabimus, & lætabimur*.] Jam monui de permutatione temporum. In Psalt. vetere, apudq; August. secundo loco, (*& jucundati sumus*.) Habet etiam Aquila, & ceteri eo modo quo Hieron. καὶ αὐν ἐσομεν τὸ εὐ φρανθησόμεθα. Græca, quibus utuntur Lxx. τὸ ἠγαλλιασά μεθα, τὸ εὐ φράνθημεν, Hebræa נרננה *nerannenah* & נשמחה *nismechah*: quæ sæpe synonyma sunt, quamvis distinguant aliqui de lætitia externa, & interna, corporis & animi secundùm appetitum sensitivum, & intellectivum, seu partem inferiorem, & superiorem.

B

Omnibus diebus nostris.) Hebr. Græcè; & apud quosdam latinè quoq; extat præpositio (*in*) sed officit potiùs elegantię latinæ. *Dies nostros*, aut intelligit præsentis, aut futuræ vitæ; & hujus quidem præsertim, accipiendo præteriti temporis verba pro futuri. De sempiternis, ac beatis explicant Remig. Bruno, Hugo, quia in æternitate, ait Hugo erunt dies continui, & nostri, qui hic istoq; tempore non sunt nostri, sed solicitudine, & curarum: & quia inquit Bruno, utiles nobis, & necessarii. Si autem sumamus *dies* hujus temporis, Rickel. interpretatur exultationem, lætitiamq; *omnibus diebus*, ideſt certis horis eo modo, quo præcipit Apostolus *e* semper gaudere, in omnibus gratias agere *f*, cantare, & psallere Domino in cordibus, *g* ut scilicet tam in adversis quam in prosperis gaudeamus.

e *Phil.* 4. 4.
f *Thess.* 5. 18.
g *Coloss.* 3. 16.
Ephes. 5. 18.

Varia lectio. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti*.) Hieron. (*Lætifica nos pro diebus quibus afflixisti nos*.) Hic etiam legerunt Lxx. שמחתנו *samachnu*, in kal, quod est præteritum primæ personæ pluralis; quum nunc legatur in Piel in imperativo, & cum affixo primæ personæ numeri ejusdem שמחנו *sammachenu*, quod Symmach. & alii verterunt εὐ φρανον lætifica. *Pro diebus*, idem est, ac *secundùm dies, juxta dies, pro ratione dierum, pro magnitudine malorum, quæ diebus prioribus & annis experti sumus*. Malos illos dies, annosve, quibus visa sunt mala quiq; propterea mali putsunt dici, quia laboriosi, calamitosi, periculosi, mystico saltem sensu intelligere licet, cum multis enarratoribus, & Nyss. *h*, quibus immersi jacebamus in peccatorum, ac ignorantiæ tenebris. Non exigua lætitiæ, ac felicitatis pars priores reminisci labores calamitatesque quum ad meliorem preveneris fortunam, unde ille.

Sensus mysticus.
h *Tract. in psal.* 7.
Virg. 4. Æn.

—— *forsan, & hæc olim meminisse juvabit &c.*
Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Omnino *i*: *quod fuit, durum pati,*
Meminisse dulce est.

i Seneca in Hercule fœnte act. 3.
k Adagium.
l Adagium. & Cicero. 2. de finibus.
m Cic. Philip. 3.
n Cic. 2. lib. 17. epist. 5.
o Macrob. l.

Jucundi acti labores k. *Jucunda laborum, malorumq; præteritorum memoria* l: *Jucundiorem facit libertatem servitutis recordatio* m: *Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem* n. *Pericula præterita, vel ærumnas penitus absolutas qui evasit, ut referat, gratissimè provocantur* o.

κὰι μέγα γὰρ τέκμὰι ἀλγεῖ τέρπεσθαι ἀν ἥρ
μνησαμενος, ὅστις πολὰ πάθος κὰι πολλὰ ἐόργει
Magnopere est jucunda viro renovata dolorum
Mentio, qui permulta tulit, permultaque gessit.

p Eurip. apud Macrob.

Denique *p*,

ὡς ἡδύ τι σωθέντα μεμν ῆσθαι πόνων
Quam jucundum quid servatum meminisse laborum.

q in Seneca. r in Virg. s lib. 7. t epist. 79. u Odyss. 15. & 11. Hect.

Notata sunt ista priùs à nostris Delrio *q*, & Pontano *r*; & citat prior etiam Xenophontem *s*, & epistolam Senecæ *t*, Guellii commentarium in Vigilium, in quo proferuntur alia ex Homero *u*, Aristotele *z*, Euripide: Sed ante omnes collegerat eadem Adagiographus, addideratque Horantium qui Horatius non est.

—— *Gaudent ubi vertice raso*
Garrula securi narrare pericula nauta.

A Nostra nobis, ideſt, sacra suppetunt affatim. Hujus est modi, quod canitur in alio psalmo *y secundùm multitudinem dolorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*. Scenopegiæ festum lætissimè agitabatur octo totis diebus in memoriam quadraginta annorum peregrinationis, quum nulla domo, nullo uti firmo habitaculo licuit: Simul monebat quam festivè, veteris reslati, quantaq; hoc nomine laudes Deo, gratiasq; referrent *z*. Idipsum exhibent nobis dicati sanctis sacri dies: in quibus meminisse jubemur, quo pacto in paucis vexati in multis sint jam bene dispositi *a*. Hoc lætitiæ genere nemo umquam lætatur (ait Bernardus *b* citans hunc locum) qui numquam non lætatur: Opportunè post tristitiam gaudium subit, post laborem quies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed ei magis qui timuit: jucunda omnibus lux, sed evadenti de potestate tenebrarum jucundior: transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Nabuchodonosor sibi ipsi redditus laudabat, magnificabat, glorificabat regem cœli, etiam quia gradientes in superbia poterat humiliare, *c*, sicut reipsa illum humiliaverat ad bestiarum abjiciens conditionem *d*. Tobias benedicebat Dominum, quia castigaverat eum, & salvaverat *e*. Deus qui inducit mala, ipse rursum adducit sempiternam jucunditatem cum salute *f*. Non solum lætatur justus postquam desiit tribulatio, succesitq; consolatio, sed omne gaudium existimat quum in ea versatur *g*; Si nondum id assecutus es, postula sapientiam à Deo *h*, ut quid in tribulatione lateat vel utiq; quid sibi velint obscuriores, quibus tibi scribit Deus charactere, percipias. Utilitates tribulationes Greveus *i* hic persequitur numero duodecim, istis comprehensas versibus.

y *psal.* 63. 11. Scenopegiæ festum agitabatur octo diebus in memoriam quadraginta annorum peregrinationis.
z *Aquinas*, 2 q 102. *art.* 1. *Orig. hom.* 23 *in Num. & alii*.
a In diebus festis Sanctorum meminisse jubemur quo pacto in paucis vexati in multis jam bene sint dispositi.
a *Sap.* 5.
b *ser.* 68. *in cant.*
c *Dan.* 4. 34.
d *ibid. v.* 9.
e *Tob.* 11. 17
f *Baru.* 3. 29.
g *Jacob.* 1. 2.
h *ibid. v.* 5.
i *ser.* 194. Tribularionis utilitates duodecim.

Furgat, & extinguit, securat, signat amorem,
Pignorat, exsultat, solatur, vulnera sanat,
Excitat, ac animat, docet, & capitis similem dat.

Plures nos *k* alibi attulimus. Hugo attribuit locum totum viro religioso qui lætetur sua sub alterius voluntate humiliatione, & subjectione. Præterea experientia, atque perpessione inediæ, paupertatis, laborum.

k *in* 1. *Dem. Quadr.* Applicatio loci ad virum religiosum.

Annis quibus vidimus mala.] Addit Hieron. (&) sub C audiendum quoq; (*pro*) & pro *annis quibus vidimus mala*. Hebr. in singulari רעה *rahhah* malum *Dies annorum*, antea *l* vocaverat: nunc, *dies, & annos*; quod videtur valere ad exaggerationem multarum, magnarum, longarum calamitatum, quæ quum abierint, augeant gaudium præsens. *Videre* autem *mala*, idem esse quod *experiri*; Et quam vim habeat ejusmodi phrasis, aliàs dictum est quum occurrit. Verum est quod Hieron. monet *m*, sumi *mala* pro *afflictione*, & *angustiis*. Quod addit *videre mala*, minus esse quam *sustinere*, quum differerem de eadem dicendi formula, oppositum doci plus esse *videre*, quam *sustinere*, vel *quovis modo sentire*.

Varia lectio.
l *vers.* 10.
m *epist.* 198.

Vers. 16.) Respice in servos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

D *Vers.* 17.) Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

QUia ob spem futuræ lætitiæ lætatos jam dixerat, qui versabantur in acerbis calamitatibus, nunc in extremo petit psalmo, ut interim dignetur calamitosos servos suos benigno vultu respicere, atq; favorem declarare, vel hoc nomine, quod ipsius sint servi, opificiumq; manuum ejus, ut se præbeat posteris ipsorum ducem, vel certè rationem habeat meritorum, quæ præcesserunt in majoribus; atq; mirabilium operum, quæ in eorum gratiam patravit olim; & simili ratione illorum filios nepotesq; directione prosequatur; ut cuncta sapienter, & feliciter agant, atq; ad finem desideratum pertingant, Inculcat etiam, ut Dei manifestetur magnifici super ipsos favoris divini splendor, ac tanto lumine affulgente nihil geratur instituto, voluntate, directione divina, indignum: ut benè, aptè, rectè, feliciter omnia cedant, & ad veram demum beatitudinem perducant.

Sensus loci.

Respice in servos tuos, & in opera tua.] Hieron. (*appareat apud servos tuos, opus tuum*) Alii [*conspiciatur in servis tuis*

Varia lectio

vis tuis opus tuum,] egregium nempe, ac insigne, vel simile perfectę liberationis ab Ægypto usq; ad ingressum in terram promissionis: Vel à captivitate Babylonis, usq; ad reditum in eamdem terram: Vel à statu servitutis peccati in statum libertatis filiorum Dei. Deniq; opus proprium Dei misereri & parcere potius, quam affligere ac punire. Cajetanus hoc eximium opus interpretatur esse Messiam. Chald. (*manifesta fiant servis tuis operationes signorum tuorum.*) Sic sunt Hebræa אל עבריך פסלך יראה *jeraeh el hhavadechapahholecha*: Ubi *opus* est numeri singularis. Si *sed* inferatur, erit numerus pluralis, & poterit constare versio Lxx. ac nostra legendo in Kal non יראה *irech*, in futuro tertiæ personæ: זראה *urech*, & *respice* in imperativo cum ו *vau* servili nota conjunctionis præfixo; quæ etiam conjunctio Græcè expressa est, καὶ ἴδε, Et in Latino Psalterio vetere, & Ambrosiano, atq; apud August. (*& respice.*) Videntur præterea suppleviſse LXX. conjunctionem aliam ante *opus* aut *opera*. Psalterium autem Romanum, & Cassiod. addunt (*Domine.*) Ecclesia usurpans hos versiculos in feriali officio, ad primam, *post pretiosa* &c. petens diem totum piè traduci per gratiam dirigentis Domini hoc nomen apponit paullo aliter (*respice in servos tuos Domine*, &c.) Nimis coactum quod ait Hugo, *respice*, ideſt, *retro aspice*; Vel utrum te sequatur à tergo, vel utrum sint gibbosi, Lyranus, quem refert, nec refellit. Ayguanus explicat locum hunc totum de tabernaculi constructione, Moysemq; hoc orantem induci, ut Deus eos respiciat, qui ad hoc opus conferre munera volebant, & dirigat etiam opifices, ut rectè id perficiant, ex quibus erat Beteleel *a*. Omni opere autem completo quum benedixisse Moyses dicitur *b*; putant Hebræi *c* usum hac ipsa formula, quę his duobus versibus continentur. Notavit id hoc loco Genebrardus. Valentia credit alludi ad eam orationem Moysis, qua ut posset educere populum, petiit ostendi sibi faciem Dei, ut ipse respiceret eumdem populum; & ut nisi ipsemet Deus præcederet, non educeret illos de loco illo *d*. Rabini quos recitat Eugubinus intrepretati sunt opus ישעת *jesuhhah salutis*, sic canimus in hymno, *Hoc opus nostra salutis*, &c. Jonathas quoque Chald. vertit: *opera signi tui*; Quæ possunt de Christi operibus accipi.

Variæ loci hujus interpretatione.

a Exod. 31. 36. 37. 36. & 39.
b cap. 39. 43
c R. Salomon ibid.
d Exod. 33. 13. 14. 15.

Et dirige filios eorum.) Hieron. (*& gloria tua super filios eorum.*) Alii *decor*, vel, *magnificentia*, vel *pulchritudo*, ideſt, appareat, & manifestetur filiis, ac posteris majestas, & amplitudo insignium operum quibus olim liberasti populum: Messiam, Cajetanus ait hìc dici *decorem*, seu *splendorem*, & figuram substantiæ Dei. Lyranus vult peti dirigi filios eorum qui præsunt conficiendo tabernaculo. Mutatis punctis legerunt Lxx. הדריך *hadrech* in hiphil à דרך *darach*: alii nomen cum affixo הדריך *hadarecha*. Retinendo, ut par est, *dirigendi* verbum, ter ponitur, petiturq; ut dirigat Deus *filios*, *opera*, *opus*; Quia res maximi momenti est hęc requirens adventum Christi, per quem sint prava indirecta *e*, qui sine iniquitate solus per se cucurrit, & direxit *f* & opera pręcursoris dirigi prącepit *viam Domini*, *rectasque fieri semitas ejus* g.

e Esa. 40. 4.
f ps. 58. 5.
g Matt. 3. 3.

Variorum lectio & explicatio.

Et sit splendor Domini nostri super nos.) Hieron. (*decor*) Alii *suavitas*, *jucunditas*, *dulcedo.*) Et Cajet. dulcedinem Dei aut Messiæ ad perfectionem affectus, ut sit appetibilis: *Gloriam*, vel *decorem*, & *pulchritudinem* in prio re membro ad perfectionem intellectus. Lyranus, & Ayguanus explanant de Deitate dante responsa in tabernaculo sive propitiatorio *h*, scilicet per *urim*, & *thumim* illuminationes, & perfectiones, de quibus aliàs, Basil. ac Theodor. ut reversis de captivitate Babyl. restituatur pristinus Reipublicæ splendor: simul ut homines luce divinæ cognitionis illustres, ac spectabiles reddantur Chal. (*sit dulcedo Paradisi deliciarum à conspectu Domini Dei nostri super nos*,) est נעם *nohham pulchritudo*, & *voluptas*, seu *delectatio*, *splendor*: Et λαμπρότης, excellens quædam, & maximè delectabilis pulchritudo, quasi præsentia divini luminis, numinisq; ex adventu Christi, ex collatione gratiæ ex insigni favore cum quadam quasi vultus hilaritate. Quo pacto sæpius oratur Deus illuminare, ac illustrare vultum faciemve super nos. Promisit Deus implere splendoribus animam justi, præcipuè misericordiis *i*, quæ appellatur etiam *lux miserationum Dei* k, alludendo ad præduces populi columnas in deserto *l*. Per Christum ait Arnobius directus est omnis tenor disciplinæ, emendata lex, correcta perversitas æquitas adimpleta.

h Exod. 35. 7
λαμπρότης.
i Esa. 58. 11.
k Eccl. 36. 21.
l Exod. 13. 21.

Ambros. *m* explanans orationem David *n*, *vivifica me secundum verbum tuum*, jubet nos moraliter illud imitari, quod Joan. de verbo scribit *o* (*omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*,) non cęlum faciendo, aut terram, aut mare, sed ut omnia per verbum faciamus, nihil sine verbo: omnia cum ratione, nihil sine ratione: quia non sumus irrationabiles, sed rationales. Hæc est lux adducens & deducens *p*. Deniq; splendor hìc expetitus ejusmodi gratiam designat, quæ vitæ, ac operibus καταρτύσει conferat, ut scribit Nyssen. *q*, ideſt, *puritatem*, *munditiamq;* Cassiod. de signo crucis nobis imprimendo explicat. Athan. *r* de Christo ipso, qui est splendor gloriæ Dei *s* nobis manifestando. Philo Carpathius *t* de eodem, qui fuscos nos peccatis lumine dealbarit suo: legit fortassis in cantico, non παρέβλεψε μοι ὁ ἥλιος *aspexit me Sol*, ut nunc legimus, sed περιέβλεψε *circumspexit*. Ayguan. de splendore ortus Christi, in quo Reges ambulaverunt *u* ex Oriente ad illum venientes *x*.

m in ps. 11. ser. 14.
n ps. 118. 18.
o c. 1. 2.
q ps. 42. 3.
q tr. 1. in ps. cap. 7.
r or. 2. contr. Aria.
s Heb. 13.
t in cant. 1.
u c. 1. 6.
x Esa. 60. 3. Matth. 21.

Et opera manuum nostrarum dirige super nos.) Hier. (*& opus manuum nostrarum confirma super nos*: vel *fac stabile.*) Alii, (*perfice*, *institue.*) Cajet. qui priora declaverat de perfectione intellectus & voluntatis: hoc ait spectare ad executionem operis, ut hoc dirigatur super nos, ideſt, supra facultatem naturæ; quum nostrorum credere, sperare, diligere, operari ad super naturalia tendit bona; Deinde ut opus nostrum, de quo in sequenti membro, ideſt, quod naturæ viribus operamur, dirigat etiã Deus, quoniam ob inbecillitatem naturæ ortam ex peccato, egemus Dei directione. Vera doctrina, sed parum in contextu fundata. Nam in utroq; membro Heb. est singulari numeri nomen מעשה *mahhasech*, sicut etiam Hieron. & alii ex eodem idiomate reddunt. Deinde cujusvis numeri sit *operum*, vel *operis* vocabulum, non est ratio cur attribuatur uni *operi*, seu *operibus* ratio supernaturalitatis, & non alii, aliisve. Idem ait de Lyrano, & Ayguano non esse causam, cur unum referatur ad constructionem tabernaculi, alterum ad sacrificia manibus offerenda Sacerdotum. Sed & quod (*super nos*) indicet ordinem supernaturalem, quamvis & hoc alii dicant; gratis dicitur. Immo non pauci cum Aug. declarant plura primum opera nominata; deinde unum, ut plura in charitatis radice uniantur, & sic fiant unum. In genere hìc puto comprehendenda opera omnia, ut ad bonum finem recta, & rectè dirigantur; ad quod gratiam Dei necessariam esse, nec sufficere potestatem faciendi bona vel mala colligit Hieron. *y*; ut nimirum Deus illa dirigat, faciatq; esse perpetua, ipseque confirmet quidquid in sanctis videtur boni. Includit hujusmodi directio, auxilium gratiæ præoperantis, & cooperantis (quomodo Prosper *z* loquitur) quæ liberum non impedit arbitrium, sed movet juvatque.

Vera Doctrina.
Epist. 139.
y ep. ad August.

Sex petitiones seu orationes in his versiculis continentur.

Ceterum in his versiculis qui quotidie recitantur ad primam, ut dixi, observat Hugo per quamdam accommodationem seu petitiones, vel orationes contineri, pro diversis gradibus Ecclesiæ: primo pro prælatis, & prædicatoribus, qui sunt specialiter servi Domini, ministri, & dispensatores mysteriorum *a*, quum dicitur (*respice in servos tuos.*) Secundo pro pace, concordia, charitate in Ecclesia conservanda (*& in opera tua:*) Tertio pro subditis clericis (*& dirige filios eorum:*) Quarto pro regibus (*& sit splendor Domini Dei nostri super nos.*) Ut non mundi tantum, quem jam habent sed Dei quoq; splendorem habeant: Quinto pro laboratoribus Ecclesiæ (*& opera manuum nostrarum dirige.*) Quia sunt manus Ecclesiæ, vel pugnando, vel agricolando; adde vel alia opificia, operave artium execrendo, & dirigendi sunt super nos à Deo, qui est superior director, & Auctor. Sexto pro contemplativis, (*opus manuum nostrarum dirige.*) opus unicum, illud nempe quod necessarium Christus dixit *b*; manuum vero spiritualium, quæ nobis ædificant in cœlo dum recipientes à nobis elemosynas, orant pro nobis. Valentia verbo *respiciendi* putat in genere peti gratiam pro servis Dei Apostolis, discipulisque, qui dicantur opera ejus, quia peculiariter vocati, & consequenter pro filiis eorum, vel per *opera* significari gratiam miraculorum, & alias gratias data, cum gratia ordinis, & jurisdictionis: per *splendorem* gratiam gratum facientem: per *directionem operum*, eam quæ versetur circa opera charitatis erga proximos: per *directionem operis*, illud quod erga Deum: vel per priora illa quæ vocantur *opera misericordiæ* corporalia; per *opus*, spiritualia. Refert Euthymius opinionem per *opus* in singulari honoris caussa, & quia fit maximè gratum Deo intelligi opus eleemosynę: vel

a Luc. 1. 10.
b Esa. 26. 12.

contemplationem, *Omnia opera nostra operatur in nobis Dominus*, præsertim, quæ vocantur *gratiæ opera*, quæ ipsius sunt potius, quam nostra, quia *operatur in nobis velle, & perficere* a: & tamen nostra, quia libere à nobis facta, ut Rickelius notat; & quia ut Basilius, ac Theodoretus, nostrorum est justitiæ emolumentum; quum Deus cooperetur quidem sed fructum metat, qui seminat, ille nulla re opus habeat, hominum autem felicitate gaudeat.

a Phil. 2. 13. Opera quæ in nobis operantur quare nostra dicantur.

Et opus manuum nostrarum dirige.) Hieron. (*confirma*) De re dictum satis, & quod Hebraicè *opus* numeri singularis est utrobique: quamvis Chaldaicè, in utroque membro sit pluralis. In Romano Psalterio & Æthiopico desiderantur hæc omnia verba; & omittuntur à Cassiodoro. Augustinus monet, quod usque ad verba præcedentis membri, multi codices psalmum istum habebant, sed in nonnullis lecta hæc alia; diligentes autem & illis prænotasse stellam, quam asteriscum vocant, quo significari solerent ea, quæ in Hebræo, vel alii interpretibus Græcis reperiuntur; in septuaginta vero interpretatione non sunt. Quod attinet ad Enarratores Græcos, Apollinarius, Basilius, Theodoretus videntur non legisse, legerunt autem Nyssenus b, Euthymius, Nicephorus. In Vaticano Græco codice prætermissa sunt; in vetustioribus Latinis asteriscо, Augustinus dixit, nota. Quod suspicatur Agellius putasse LXX. in Hebreo repetita hæc verba, ut illi solent in fine librorum ultimam sententiam repetere, non satis æquidem intelligo. Nam quid LXX. repetierint in fine librorum, non expressum in textu Hebræo, non dum deprehendi.

b Tr. in ps. 91.

PSALMUS NONAGESIMUS.

Laus Cantici David.

QUi habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

2 Dicet Domino: susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

3 Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

4 Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis ejus sperabis:

5 Scuto circumdabit te veritas ejus; non timebis à timore nocturno.

6 A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.

7 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tui: ad te autem non appropinquabit.

8 Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

9 Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum.

10 Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

11 Quoniam Angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

12 In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

13 Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

14 Quoniam in me speravit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

15 Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

16 Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Titulus, & Argumentum.

Laus Cantici David.

IN psalmi 75. titulo laus sive laudes & canticum conjunguntur, ubi declaravimus quæ sit laus cantici. Agellius memoriæ lapsu psal. cantici in omnibus, tum latinis, tum Græcis codicibus extare dixit, quum sit ᾄσμα ᾠδῆς τοῦ Δαυὶδ *laus cantici David*, seu *Davidi*. Additur in bibliis Regiis, & Complutensibus, aliisque Græcè ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις. *Sine titulo apud Hebræos*. Monet hoc ipsum Basilius, Theodoretus, Euthymius, quod scilicet careat psalmus iste titulo. Anonymus autem Græcus ab Agellio citatus recipi vult præsentem inscriptionem à LXX. positam, qui διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας *per mutuum consensum*, nempè in transferenda scriptura declarant se habuisse Spiritus Sancti χορηγίαν *ductum & subministrationem*. Apollinarjus etiam videtur titulum recipere. Titulus ps.

ᾄσον ἀγαθὸν εἶδος μέγας Δαυὶδος ἐμέλψε.
Laudem nobilem magnus David cecinit.

Ubi præterea illum satis perspicuè psalmi Auctorem facit: quam sæpè significavi de omnibus psal. mihi videri probabiliorem sententiam: in præcedente autem psal. rejeci, qui dicerent illum, hunc que cum sequentibus ad centesimum usq; numero undecim, qui nullum gerunt in titulo nomen Auctoris, à Moyse ideò editos, quod quicumq; ve inceps psal. disponuntur absq; nomine, ad eum pertinere censendi sint, cujus nomine præcedens notatur. Fallit regula ut alibi demonstravi, & ex ipsismet Hebr. qui eam tradunt, aliqui, ps. 94. Auctorem Adamum affirmant, etiamsi careat Auctoris nomine. Paraph. quam. vis textum secutus Hebr. titulum prætermiserit, in vers. 2. Davidem ipsum nominatim loquentem inducit. Sed relege præterea quæ universe dicta sunt in præfatione de psal. anapigraphis, ac sine titulo. Illa ratio psal. nostro convenit, ut qui titulum non habent, maximè commune contineant, & pertinens ad omnes, argumentum, vel in iis Deus ipse magis intelligatur loqui. Regula Hebræorum de psalmis anepigraphis rejicitur.

Argumentum est, eum qui speret in Domino, ac omnem in eo fiduciam collocet, ab omni tutum malo fore, vel ab illo liberandum: quod ipsiusmet Dei verbis, atq; pollicitatione Psaltes confirmat. Si te, inquit Athanas. Marcellino, ceteroq; confirmare studeas ad pietatem: & quod spes in Deum ponenda sit, & intrepidum animum reddat laudabis Deum recitatione nonagesimi ps. Tam aptè describitur in hoc ps. Dei sui cura, tamquam volucris pullos fovent is, velutque militis clypeo protegentis: metum omnem die noctuq; & quovis periculi genus abigentis; adversarios hinc, & hinc numero magno prosternentis. Angelicam attribuentis militiam, quæ ne pedibus quidem permittant offensionem; animos adeo magno communicantis, ut non vereantur aspides, basiliscos leones, dracones conculcare; suammet pollicentis in omni tribulatione præsentiam, exaudit ionem, liberationem, triumphum, æternam vitam, visionem beatificam: hæc inquam habent omnia vim tanta ad ingenerandam adversus Deum, firmandamq; fiduciam ut non imperitus divinarum litterarum Tentator locum non repererit magis idoneum, quo Christum in præsumtionis barathrum præcipitaret. Nec tamen, quod Eusеb. c asserit verum est, ad litteram de Christo psal. esse. In eo spes propriè non fuit, simpliciter quoad primarium & per se objectum ipsius, quod est Deus, à quo experitur & expectatur beatitudo, quique speratur sub ea ratione, sed tantum, quantum ad alia bona minora, ut gloriam corporis, exaltationem nomini sui; & perfecta præditus scientia, gratia, beatitudine ipsa, nullo eguit contra tentationes, vel tribulationes adminiculo. Usus est diabolus abuti testimonio hujusce psal. quem idcirco Augustinus audiri à nobis, recteque intelligi vult, ut possimus instrui & resistere tentationi, ut illius tentatio, quæ ipsi necessaria non erat, nostra doctrina sit: & Cass. dæmonibus pia confidentia semper opponere, ut à nobis potiùs inde vincantur, unde contra Creatorem suum dolose aliqua dicere tentaverunt: & Bernardus d inde confringi arma maligni, unde tentationis occasionem sumens, usurpare sibi præsumsit, Sed quod propriè intelligatur psalmus de jejunio, tentationeq; Christi, & hæc Prophe- Argumentum. Diabolus hujus psal. testimonio abusus est ut creatorem suum dolose tentaret. b 9. de dem. c. 7. d prol. in in ser. super hunc psal. mum.

Propheta prævideri, sicut quem vocant Hieron. ait, non facilè credo. Nec ratio Cajet. me movet, soli Messiæ convenire custodiam Angelorum de qua vers. 11. solumq; Christum non offendisse pedem ad lapidem, ideſt, non incurrisse in casum quasi fortuitum culpæ ac pœnæ, quum peccatum nullum habuerit, nec non volens malum ullum sit passus. Item quod solus habitarit, & habitet in abdito excelsi, secundum jugem quietem personalem. Dicuntur ista mysticè, non litteraliter, ut tui ostendetur locis R. Moyses *a* Ægyptius docet in hoc psalmo agi de providentia, cura, adjutorio, protectione Dei in cunctis quæ eveniunt corpori, tùm ab aliis caussis naturalibus, tùm à pravis hominibus, tùm à seipso & à natura sua, Frequentat psalmum istum Ecclesia, & quo die recolit Christi tentationes in Missa; & versiculos ex eodem nonnullos quadragesimali tempore, quo Cassian. *b* refert monachos maximè impugnari à diabolo: & præterea totum quotidie in officio completorii. Meminit Basil. *c* & appellat Hieron. *d* orationem nocturni temporis, vultq; ille, hora etiam sexta recitari adversus dæmonium meridianum. Rick. notat merito psal. istum in Completorio recitari contra insidias noctis, tentationesq; multiplices dæmonis: eumq; vere mirabili suavitate exundare. Mitto quæ de nonagenarii mysteria, & disputat Petrus Bong. in opere, quo numerorum tractat mysteria, & Jacobus Naclant in prima quindecim lectionum quas eddidit Italico idiomate super hoc psal. Parum probabilis est Hebr. opinio, cujus meminit Trevet. & Valentia, esse sermomone & de reditu populi ex captivitate Babylon. duce Esdra, cujus etymon est, ut adjutorem significet, adjutoriumve, de quo mentio fit primis psalmi verbis. Nec melior sententia, quæ Lyr. placuit, agi de beneficiis divinis erga populum, postquam ex Ægypto eductus est. Refert Valentia opinionem aliam aliorum Hæbr., ut sit aut pars prioris hic psalm. aut sic necessario nexus, ut incipiat recitari ab ultimo illius versu, & hic exhortatio contineatur humani generis, ad Christum, de cujus adventu, & beneficiis jam actum erat.

Christianus Druthmarus *e* ait totum istum psalmum de Ezechia Rege scriptum esse, deq; illa defensione, quam ei Deus omnipotens fecit adversus Sennacherib Regem Assyriorum; & posse de unoquoq; electo accipi, quia autem diabolus purum hominem credebat Christum, ei proposuisse. Extant Bernardi septemdecim sermones in hunc psalmum; præter lectiones quindecim quas dixi recentis Auctoris Jacobi Naclanti, & nos annos fere viginti de hoc eodem disseruimus ad populum in templo nostro Mediolanensi.

Hic psalm. de jejunio & tentatione Christi proprie intelligi non facile creditur.

a lib. 3. dubio cap. 52. Quo tempore hunc psalmum frequentaret Ecclesia.

b coll. 21. c. 26.

c Reg. 37. ex fusio. d epist. ad Paulum & Eustoch. de virt. psal.

Hebræorum & aliorum opiniones minus probabiles recitantur.

e in cap. 4. Matth. vel in 6. secundum supput. ipsius.

Vers. 1.) Qui habitat in adjutorio Altissimi in protectione Dei cœli commorabitur.

Sensus loci.

HAud obscura sententia, qua describitur firmiter ispem locans ac requiescens in adjutorio Altissimi, talem namq; tuto inter vitæ præsentis pericula versaturum, & pro secura mansione, habitaculo, arce, habiturum protectionem Dei, qui cœlum peculiari quodam modo incolere dicitur, nullo non in loco existens, ex raq; locum omnem quam potest infinitè imaginatio nostra vagari, eo quod emineat potentia super cunctos, quotquot dicuntur vel finguntur dii, & omnem vim creatam in immensum exuperat, nec minus, immò absque ulla comparatione, longe magis, suos, celet, ambiat, tegat, protegat, quam vastissimus cœli globus alia intra se suumq; complexum comprehendat.

Qui habitat in adjutorio Altissimi.) Hieron. *in abscondito excelsi*. Alii, *qui sedet*, vel *sedens in secreto, occulto, penetrali*. De nomine *Altissimi*, seu *excelsi* עליון *hhelion*, dictum alias, quod Hebr. est unum de decem nominibus Dei, teste Hieron. *f*. Quum lucifer *Altissimo similis* esse voluisset *g*, *restitit Michael* h, inde nomen invenit, quasi dicas *quis sicut Deus*? ut insinuat Bernar. *i*, eo modo quo cognominatur Africani, Asiatici, & Extolli volentes qui præcelsam moliebantur turrim, *disturbati* k *sunt*: Antichr. *extolletur supra omne id quod dicitur Deus* l: *superbia odientis Deum ascendit semper* m: Deo soli erigitur proprie Altare, tamquam qui fere solus altus sit: eidem uni sacrificium offertur, quod ab ascensione quoque vocant, עולה *hholuh*; æmulator honoris divini diabolus, perq; rapinam esse æqualis Deo vero cupiens, incelsis cœli voluit etiam apud Hebr. quæ quod everterint Josias, Josaphat, Ezechias, valde commendantur: *in* beatorum

f epist. 136. g Es. 14. 14. h Apoc. 12. 7 i cap. 2. in Es. cap. 6. k Gen. 11. 7. 9 l 2. Thess. 2. 4 m ps. 73. 23. Deo soli erigitur altare propriè quia solus altus.

Lorini in Psal. Tom. III.

n ps. 149. 7. o Es. 6. 2. q cap. 38. 14.

Agunture sunt exultationes Dei n, & ipsemet *Seraphim obvelant faciem* o, quasi *attenuari sentiant oculos aspiciens in excelsum* Deum *p*, invitant iidem beati, quiq; hic de Deo judicant, alios quoscumq; homines, & Angelos, & creaturas, ut *Deum magnificent, exultent, super exaltent* q: Maria sentiens *obumbratam se virtute Altissimi* r: prorupit voces *magnificandi Deum* s: Omnia infra Deum jubent nos conscendere altius Auctorem suum ut Augustin. quodam notat *t* loco, non hærere vel consistere in cujusquam amore, aut veneratione præter illum: idem est summum bonum & Altissimus Deum, idem esse altissimum ac infinitum, immensum, æternum, independentem, infra quem cetera: denotatur eodem nomine *incomprehensibilitas Dei, & altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* u, *nobisq; non altum sapiendum* x, *nec altiora quærenda* y: quæ in creaturis altiora denominanda ab Altissimo Deo *montes Dei, cedri Dei* z, &c. domicilium beatorum altum est, ac inter nos in alto collocantur qui eminent dignitate: ex corporibus perfectissimus simul Altissimum est: perfectissima ignitus substantia omnium altissima, quam solet Dionys. *a* vocare *super ens, super bonum, super sapientem*, & quo altius cœlum, plus in hæc influit inferiora, ut proinde oportuerit hunc inferiorem mundum superioribus lationibus contiguum esse *b*: alta sunt plurima, quia constituuntur in alto, quum per se humilia sint: *Deus cœlum & terram implet* c, *vidit* q; *illum* Esaias *d super solum excelsum, & elevatum*, sed ita ut *ea quæ sub ipso erant, replerent templum*, quæ est universitas rerum. Sedet Deus super thronos, *quia excelso excelsior* e, dominaturq; *excelsus in regno hominum, cui voluerit dans illud, & humillimum hominem constituens* f, *& super Cherubim* g, quoniam vincit omnem scientiam & intelligentiam creatam, *Ergo humiliemur sub potenti manu Dei, ut nos exaltet* h, cavemus *ne in superbiam elati in judicium incidamus diaboli* i, *quem vidit* Christus *sicut fulgur de cœlo cadentem* k, *& Rex est super omnes filios superbiæ* l, Christus vero idem in die judicii elevabitur solus, *& incurvabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum* m. Deum non attingit elatus, ait Aug. *n*, nec machinamentis, vel scalis sublimati sublimen contingimus, sed humilitate. Evertamus in nobis excelsa cuncta, & altaria, quibus aliud colimus, quam Deum. *Qui placet sibi in turbis nationum* o, *& delectatur sedibus & sceptris* p, titulisq; sublimibus, & dici *Altus & altitudo*, reputet secum & satanam, quod prius verbis Christi retuli, de cœlo cecidisse, quodq; tollantur in altum sæpe multi, ut lapsu ruant graviore, & quod summos feriunt fulgura montes; & quod infelix suspendiarius ex summa scala dejicitur. Deinde, quo quisq; altior, & propior Deo, communicare cum eodem, & ab infirmis magis abstrahi debere: tunc etiam in subjectos plus influere, ut tamquam *montes & colles suscipiat populo pacem justitiamq*; q: postremo, ut accidit proceris & in edito locatis rebus, magis conspicuum & expositum alienis judiciis esse, nec nisi eximiè magna virtus ejusdem sit, deprehendi & commendari posse. Omnes quidem, sed qui pro munere altiora tractant, sursum habere corda debent, menteſq; ad cœlestia erigere.

n ps. 149. 7. o *Esa. 6. 2.* q *cap. 38. 14.* q *psal. 33. 4. Dan. 3. 52.* r *Luc. 1. 35.* s *vers. 46.* t *confess.* u *Rom. 11. 33* x *vers. 20.* y *Eccl. 3. 22.* Ex corporibus perfectissimum altissimum est. *a de div. nu.* b *Arist. lib. 1. meteo.* c *Jer. 23. 24.* d *Esa. 6. 1.* e *Eccl. 5. 7.* f *Dan. 14.* g *ps. 17. 11. 2.* h *1. Pet. 5. 6. 1 1. Tim. 3. 6.* k *Luc. 10. 18.* l *Job 41. 25.* m *Es. 2. 17.* n *in ps. 74.* o *Sap. 6. 3.* p *vers. 22.*

Ceterum, ut Dei proponeretur cura providentiaq; de suis, aptius excogitari epithetum non potuit, quamvis flagitarent Prophetæ *disrumpi inclinari cœlos ut ille descenderet* r. Altitudo tanta induxit nonnullos credere. Deum *super cardines cœli ambulantem, nostra non considerare* s, atqui ex ea quasi specula omnia ὁθεὸς θεᾶται *contemplatur*: laborem & dolorem considerat, ut *pauperi qui derelictus est ei*, consulat, *sitque orphano adjutor* t, & cuivis afflictæ personæ. Mentio præterea facit altitudinis, ut æstimemus miseriæ profunditatem, ut assurgamus animo & desiderio ad eam arcem, unde adjutorium expectamus, ut humilius de nobis sentiamus: *oratio enim humilitantis se penetrat nubes* u, ut sublimius de Deo, potentiaq; & brachio excelso ipsius, ut securiores reddamur: *prospicit enim de excelso Sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspicit, ut audiat gemitus* x, & *exurgat in auxilium* y, ut magno affectus clamore clamemus ad Deum altissimum z. Etsi vero *Altissimi* vocabulam, notioque toti commune Trinitati est, primæ personæ peculiariter attribuitur, quia prima origo est aliarum, & hac ratione, si fas ita loqui, magis alta. Unde ex ore Altissimi prodisse sapientia dicitur *a* & Angelus, ac diabolus Christum appellabant *Altissimi filium* b, & Zacharias filium suum *Prophetam Altissimi* c. Item secundæ, secundum incarnationem, de Christo enim canit Ecclesia, *tu solus Altissimus*, quia humilianti semetipsum

r *Esa. 64. 1.* s *Job 22. 14.* t *ps. 9. 34.* u *Eccl. 31. 21* x *ps. 101. 21.* y *ps. 11. 6.* z *ps. 56.* a *Eccl. 24. 5.* b *Luc. 1. 32.* c *c. 1. 56.*

Quo quis altior eo plus in subjectos influere debet.

psum debetur exaltatio *a*. Ita de Christo scripturas loqui Cassiod. *b* notat, ad convincendam specialiter superbiam Judæorum, qui sic abjectum esse credidérunt, ut eum crucifigere non paverent: simul etiam convictos hoc nominat Arianos, quoniam qui *altissimus* est in Deitate sua non potest habere majorem, adde nec proprie altiorem. Jam *adjutorium altissimi* latius patet, illud maximè tutum de quo noster David *e*, *judicia tua adjuvabunt me*, ut etiam innuit hoc Euthym. Et Christus adjutorio usus est contra diaboli tentationes: nempè oraculis divinarum litterarum *d*. Hoc est justum adjutorium à Domino, qui salvos facit rectos corde *e*, & confert hominibus, ut sint recti corde: immò sine illo nihil valet quis facere, quod ad vitam conducat æternam, cum nec Angeli, teste Basil. *f*, *Gloria in excelsis Deo*, *g* sicut nec nos *dominum Jesum*, nisi in Spir. S. Sed latet id nos adjutorium sæpe, ut idcirco rectè nominetur hoc loco סתר *sether*, *absconditum*, *occultum*, *secretum*: quamvis insinuet simul rationem protectionis divinæ per modum tegumenti, aut alarum: allusione sumta sive à volucribus, sive etiam à tabernaculo, in cujus abscondito aliàs cecinit vates absconderе Deum *h* nonnullos, vel *in abscondito faciei suæ* i, quæ ibidem singulari quadam ratione versabatur. Non dubito quin Christus habitaverit, seu sederit & conquieverit semper (valet enim hæc omnia ישב *jasciau* & Latina illa synonyme accipiunt) quantum ad naturam humanam in hoc adjutorio arcano & secreto divinæ p r one, ac divinitatis, quæ vicissim dicitur habitare in Christo corporaliter *k*, & propter quam mutuam inhabitationem appellatur verè Deus *absconditus* l, Euseb. *m*, tamen, Cajet. & Valentiæ nego hunc esse litteralem sensum sive Chald. faveat translatio, sive non *qui posuit majestatem suam in secreto Altissimo*, aut *cujus habitat majestas*, &c. Alii namq; vertunt, *qui collocat mansionem suam*, &c. ut nec hujusmodi est, quem putatus tradit Hieron. de illo qui habet in Christo adjutore, quasi in Eldra, qui Christi typus erat, & κατ' ἀντυμον significat *adjutorem*. Non extat hic nomen עזרא *hhezra*, sed סתר *sether* ut dixi. Nec magis litteralis expositio de eodem Christi, qui ut præsentem accipere locum Remigius videtur, ac Beda, firmus habitavit, hesitq; in adjutorio Patris, quum tentaretur, nec ulla umquam in re ab illius recessit voluntate. Ad quemlibet justum pertinet hæc ratio, qui totus affixus est petræ adjutorii, hoc est, Deo, seu Christo, & ducitur à Raphaele, qui idem Azariam appellabat se, quæ nomina, significant medicinam, & auxilium Dei. *Pax tali homini, & pax adjutor bus ejus, quem adjuvat Dominus* n. Huc faciunt dicta psal. 69. o de sententia illa, quam Cassian. tam exactè tractat; *Deus in adjutorium meum intende*, &c. Nec eam dumtaxat Ecclesia tam frequenter ac libenter usurpat, sed præterea similem, *adjutorium nostrum in nomine Domini*, &c. bis ad primam, semel ad Completorium & Missam: item alia in fine omnium horarum: *divinum auxilium maneat semper nobiscum*. Placet ista in Dei adjutorio habitatio Ecclesiæ, ac tantum non dicit *p*, *quis mihi tribuat in adjutorium, ut desiderium meum audiat omnipotens?* Habitat *in adjutorio Dei, quasi in tabernaculo ipsius in sæcula, & protegitur in velamento alarum ejusdem* q, cujus semper ad illam oculi, ut inde sit ei auxilium. Non habitat perfectè, qui caussis secundis naturalibus negat necessarium concursum primæ, ut Durandus: non Pelaginus ingratus gratiæ Dei, negansq; illius necessitatem: non qui vel præsumit, vel desperat, vel ociatur, non cooperans, & non respondens gratiæ Dei; Bernard. *r* distinguit, non sperare illum qui non ponit Deum *adjutorium suum* s: Desperare obrutum *à pusillanimitate spiritus ac tempestate* t. Frustra sperare peccantem in spe: Primum habitare in meritis suis, secundum in pœnis, tertium in vitiis, stultam esse, ac periculosam habitationem primam: secundam auxiam; immundam tertiam. Nec vero etiam adeo prorsus perfectè sperat. qui conqueritur apud Deum, ut Moyses *u*, Martha *x*, Francisc. *y*, & similes, imponi gravius onus, decliq; alium hominem, qui juvet: Non qui auxilium inimicorum Dei advocat, & fallorum numinum, ut Ochosias *z*, & Amaz. *a*. Nec enim una Deus & Dagon habitare possunt *b*, non qui solum in extremis periculis implorat opem Dei, aut rebus tantum adversis, immemor in prosperis: non qui *tamquam hospes & advena*, *Nec civis & domesticus Dei* c, *nescit nomen ejus* d: propterea non sperat ut oportet. Jubet Christus orantem *intrare in cubiculum*, *Pater videt in abscondito* e. Ibi cubiculum hoc, ubi videt Deus quærentem non publicum, secretum: qui Asse hanc amplissimam recipit domum tamquam habitator, aptus variis usibus ac tempestatibus annis partes probe tenet, nec non opportunitatem adjutorii divini, ut dant injuriæ ullæ, non pluviæ laqueorum ignis, sulphudem Deus ipse & habitetur, & habitet. Nemo familiaquam *spiritu* ac *voluntate pauperis* i, qui se in paupertate profitetur habitare, *quoniam elegit eam* k, qui & *orphano est adjutor* l; *pupillumq; & viduam suscipit* m, quibus & potestatem quoq; fecit alios recipiendi *in æterna tabernacula* n. Videtur postremo *habitatio in adjutorio Altissimi*; præsentis necessitatem vitæ indicare: in beata, quamvis requiratur visioni & lumini gloriæ respondens auxilium, & adjutorium; non erit opus propriè protectione, quia nihil erit à quo fugiatur, nihil quod noceat, nihil quod vires debilitet, nec amplius *juvabit spiritus infirmitatem* o, sed firmabitur in beatis, & non flectetur *p*. Interim justi, licet videatur in terra, inquit Hieron. *q*: tamen conversatio eorum in cœlis est *r*, & fruuntur habitatione altissimi. Hugo Card. *adjutorium Altissimi* appellat B. Virginem, in qua Christus habitavit. Alludere potuit ad Evam, quæ dicta est *Ada Adjutorium* s. Affert præterea modos, quibus Deus adjuvat in bello, virtutem hostium minuendo: impetum eorum flagellis impediendo: vim ad impugnandum dando: audaciam impetendi tribuendo: longanimitate in pugna largiendo: arma subministrando: coadjutores præbendo: agilitatem dando: faciendo despicere mundum: et seipsum ponendo in latitudinem, pugnando pro nobis, & in nobis: erigendo cadentes, deducendo in bello.

In protectione Dei cœli commorabitur.) Hieron. *in umbraculo omnipotentis commorabitur*, sive quidem in Bibliis Regiis, in editione namq; Victorii, Fabri, Treveti habetur nomen *Domini*. Paraphr. vocat *umbram nubium gloriæ omnipotentis*. Videri potest hoc membrum priori synonymum, esseq; Hebr. ibi absconditum idem quod hic *umbra* צל *tsel* & ישב *joseeu*, quod יתלונן *ithloned*, quod per præsens alii vertunt, licet propriè significet *pernoctare*. Bern. t enim concedit posse utroq; membro idem importari, & posterius expositionem esse præcedenti: Vel addere, ut non solùm adjutorium ad operandum bonum, sed protectionem quoq; ad liberandum à malo doceat quærendam. Illud primùm placet etiam R. Aben-Ezra & Eug. ita ut pendeat oratio usq; ad sequentem versum: sitque supplenda conjunctio: *qui habitat in adjutorio Altissimi*, & in protectio Dei cœli commorabitus seu *commorator*. *Dicet Domino*, &c. Parum id refert, quæri potius potest cur Lxx. transtulerint ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, *in protectione cœli*; quum sit Hebr. בצל שדי *be sel sciddaai*, nec umquam, id nomen quod alibi toties occurrit, eo modo transtulerint. Si locus conjecturæ datur, fortassis legerint שימם *sciamaim*, & per *cœlos*, seu *cœlum* intellexerint *Deum cœli*, ut quum dicit scriptura *clamare in cœlum* u, *peccare in cœlum* Hieron. *y*, שדי *sciaddai* ait ab Aquila exponi ἀλκιμον: se autem exponere *robustum*, & *sufficientem ad omnia perpetranda*: quod alii *victorem*, *invictumq;*, *cujus resisti potentiæ non possit*: quidam etiam *uberrimum*, *copiosum*, *abundantem*, *nullius egentem*, *cunctos suis veluti uberibus nutricantem*: aliqui *vastatorem*, *confractorem*, *contritorem*. Notio est vel à שדד *sciadad vastare*, *potenter ac fortiter perdere*. Nam quasi vastitas à Domino vel à potente venit *z* שד משדי *sciod misisciaddai*, vel à שד *sciad*, ut est *uber* seu *mamma*: quo modo precabatur Jacob *a* ut *Deus adjutor & omnipotens* שדי *sciaddai benediceret benedictionibus cœli & abyssi*, & *uberum* שדים *sciadaim cœli*, videlicèt pluentis, terræq; fructificantis, Deus ipse dicebat *b*, *ego Deus omnipotens* אל שדי *el sciaddai*, *crescе & multiplicare Isaac*, item mittens Jacob peregre, *Deus* c, *omnipotens benedicat tibi*, & *crescere te faciat atque multiplicet* שׁל שד *el sciaddai*, vel à שׁ *sce*, *qui*, & די *daisufficientia & abundantia*, & à quo omnis sufficientia nostra *d*, estque αὐτάρκης *sibi ipsi sufficiens*, *bonorum nostrorum non egens*, propterea que Dominus ac Deus noster *e*. Quæ rectior sit derivatio, haud multum curo, forsanq; si attendamus ad daghes, quo notatur שדי *sciaddai*, thema potius erit שדד *sciaddad*: Si ad ultimam literam י *jod*, erit à שׁ *sce*, & די *dai*: cui tamen obstat, quod שׁ *sce*, non ingreditur compositionem nominis. Minus probabilis etymologia à שד *sciad* pro *ubere*, vel *mamma*, quia terminatio in י *jod*, quod si extra radicem, vix est

a *Phil.2.9.*
b *in psal.65.*
e *psl.118.137.*
d *Matt.4.10*
e *psl.7.11.*
f *de Spirit. S. cap. 16.*
g *Luc. 2.14.*
h *1.cor.12.3.*
i *psl 26.5.*
k *psl. 30.31.*
l *Col. 2.9.*
m *Esa. 45.15*
n *6.de dem. c.7.*
Vetus sensus.
o *1 Reg.4.1.*
p *1.paral.12 28.*
q *vers. 2.*
r *Job. 31.35.*
In dei adjutorio habitat cujus oculi ad illum semper conversi.
s *psl. 69.5.*
t *serm. 1.*
u *psl 51.9.*
x *psl. 54.9.*
y *Exod.4.10.*
z *Luc.10.40*
a *in vita.*
b *4.Reg.1.2. & seq.*
c *1. para.25 7. & seq.*
d *1. Reg. 5. 30*
e *Eph.2.19.*
f *psl. 9.1.*
g *Matt.6.6.*
h *psl. 120.6.*
i *psl.10.6.*
k *cant.8.13.*
In Dei adjutorio perfectissime habitat spiritu ac voluntate pauper.
l *Matth.5.3*
m *psl. 131.4.*
n *psl.9.34.*
o *psl. 145.9.*
p *Luc.16.9.*
Habitatio in adjutorio altissimi vitæ præsentis necessitatem indicat.
q *Rom.1.26.*
r *Eccl.11.3.*
s *in Esa.26.*
B. Virgo adjutorium altissimi dictum.
Lectionis ratio varia.
t *Phil.3.20.*
Opiniones variæ de voce sciaddai.
u *Gen.2.18.*
x *serm.1.*
y *1.Mach.4. 10.6.9.46.*
z *Luc.15.18.*
a *ep.136.*
Notio nominis.
b *Es.13.6. Joel.1.15.*
c *Gen.49.25. & c.35.11. & c.28.3.*
d *2.cor.3.5.*
e *psl.15.2.*
Minus probabilis etymologia.

aliorum quam nominum appellativorum, ut עברי *hhiuri Hebraus*, Nisi fingas י *jod* in שרי *sciaddai* innuere nomen proprium Dei יהוה *jehovah*, cujus littera prima est י *jod*, quem despiciendo impii, contemtim apellant שרי *sciaddai* apud *a* Job (ubi noster Pineda de hoc vocabulo accuratè disserit) dicentes, *qui est Omnipotens, ut serviamus ei; & quid nobis prodest si oraverimus illum?* quasi nec facere bene, nec male possit *b*. Sub hujus pii protectione commorantur, & pernoctant, ac in tribulationum nocte tenebrisve lucem ab eo expetunt, expectantque benegnitatis & beneficentiæ, qui perdere possit hostes, omnesque molestias infringere, bona vero cuncta largiri affatim, nihil quasi egens ab ullo exigens. Galatinus *c* probat hoc nomen Christo convenire, ideoque Deum, quia Job *d* scripsit, *spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis* שרי *sciaddai vivificavit me*: quia nec Spiritus Sanctus animam habet, sed solus Dei Filius, quàm sibi in Christo univit, & solus ad humanum genus redimendum atque salvandum satis est. Exponit verò etiam hunc locum, quod *habitans erit in velamento*, ideſt, in sacratissimo corpore suo Altissimus Dei filius *in umbra*, hoc est in B. Virginis utero, *saddai*, ideſt ille, qui solus pro humano genere satisfacere sufficit, *hospitabitur*, hoc est, novem tantùm mensibus commorabitur. Sed infirma profectò ratio ex Job, & loci hujus expositio dumtaxat mystica, vel accommodatitia; *spiraculum apud* Job non *animam* significat, sed *inspirationem* Hebraicè נשמה *neschamah*, quæ Dei dicitur; quia illam dat. Juxta translationem nostram, observavi aliàs *Deum Cœli* scripturas *e* usurpare potissimum, quum incidit occasio illû opponendi Gentilium diis: *Omnes hi damonia, Dominus autem Cœlos fecit* f. Adjice, quod iidem præcipuos Deos magnosque autumabant cœlestes esse ac ipsis cœlis, & stellis divinitatem impertiebant: quin & θέον, quasi Θέοντα quidam dici volebant, ideſt, *currentem*: deniq; cœlos & astra in nos ipsos fatali necessitate influere. Eædem præterea causſæ, quas quare *Altissimus* cognominetur hoc loco *Deus*, attulimus, quadrant in cognomen *Dei Cœli*. Ipsius dominium sic Euthymius maximè declarari docet: qui si *Cœli Dominus est*, clarum est, inquit, quod & terræ & ceterorum omnium. Nihil eorum quæ sub cœlo sunt timere potest, ait Bernardus *h*, quisquis protectionem *Dei Cœli* habere meruerit: in protectionem autem nunc nos esse Dei habitantis in cœlo, non in præsentia, in qua sunt Angeli: & quia ibi Deus manifestet seipsum, vix videri esse in terris; eaque de causſa præcepisse Christum, ut orantes dicamus *: *Pater noster qui es in cœlis*. Rationem aliam dat Beda, quia facit Deus homines cœlos, ideſt cœlestes: nec videlicèt adjutorium ac protectionem Dei requirendam, nisi quatenus confert ad cœlestem beatitudinem. Tandem naturæ ipsius instinctu, testis Tertullianus, nos in cœlum sublatis oculis opem in calamitate implorare. Amplectitur *protectionis* vocabulum quidquid pertinet ad munus ejus, quem vulgo *Protectorem* nominamus, multoque Deus præstat plura, quem legimus patris, matris, fratris, sponsi, amici, medici, pastoris, doctrinis, Regis, & hujusmodi aliis curam atque providentiam denotantibus nominibus, appellatum: ut sit supervacaneum adversus providentiæ divinæ negatores hic agere, quod propriis operibus Chrysost. Theodoret. Salvian. & alii faciunt. Sed cûr *protectioni* & umbræ Deus cœli conjungitur: non enim qui umbram quærit, commoratur sub corpore luminoso. Idem responderi potest quod de *virtute Altissimi obumbrante* i, nihil enim ibi *umbra* imperfectionis sonat, sed potius accommodationem & attemperationem quandam virtutis ad id quod oportet, & decet. Innuit etiam *commoratio in umbraculo*, illud ipsum quod antea *habitatio in abscondito*: *ut Deus obumbret super caput nostrum in die belli* k: *in die malorum protegat in abscondito tabernaculi* l, *abscondat in abscondito faciei sua à conturbatione hominum* m. Protegit Deus *in umbra*, quia sæpè nec sic protectus protegi se scit; nec alius: is præsertim qui vexat. Qui Ps. 82. *n* dicuntur [*Sancti*) *cogitaverunt adversus Sanctos suos*, Hebraicè vocantur *absconditi*, servit hoc humilitati nostræ, *quia nescimus odio ne, an amore digni simus* o, & *necdum apparet quid erimus* p, ac proinde nec de quoquam temere judicare possumus: facit umbra, ne *nimium* justi velimus esse *q* solæ justitiæ illuminati: securos reddit sub umbraculo Dei, *de cujus manu potest rapere* r, suosque custodit velut charissimum thesaurum, ibique sacrum asylum constitutum est, & quam vocant [salvam guardiam, salvum Conductum, franchigiam) *Vita nostra abscondita est in Deo* s, qui absconditus ipse *t*, ac πάλκρυφος, revelata tandem facie videbitur, quum quæ absconditè & promisit diligentibus *u* reddet. Sub hac protectione post Christum, nullus magis commoratus, quam ipsius mater, verè absconditа, quia עלמה quod est nomen Virginis *x*, & *obumbrata*, ut dixi, quod ad humilitatem Bernard. *y* refert, & pallio sponsi simul ac filii tecta *z*, & ab omni peccato ac fomite protecta, & summo honore affecta. Licèt nobis cum Bonaventura in Psalt. Mariæ dicere: *qui habitat in adjutorio Matris Dei in protectione ipsius commorabitur*, & cum Ecclesia ipſammet sit precari: *Sub tuum præsidium confugimus*. Christus peculiari ratione magis, quam Pater, & Spiritus Sanctus adjutor & protector noster est; quia compate potest, similia nobis passus, & susceptor noster, ideſt, naturæ nostræ. Super omnem gloriam est hujusmodi protectio *a*, sive gloriam pro arca veteres lumas, & quavis re gloriosa veteris Testamenti, qua divina præstat protectio, sive pro rebus quæ maximè fiunt apud homines, sive pro destinatis ad gloriam, qui soli *commorantur*, ideſt, perseverant *in Dei protectione*. Orandus Pater, ut protector salvationum Christi sui sit *b* ne frustra sint: itaq; protector noster sit, ut non moveamur amplius *c*. *Va terræ cymbalo alarum* d, quod Aquila transfert, *Umbræ*; quia umbram habet, non veritatem protectio humana: & hederam Jonæ (qua coronabantur Bacchi sacra celebrantes *e*) vermis arrosit *f*, ita ut quæ præcedentis æstum diei tolleraverat, mane, quo vigent magis plantæ, exaruerit.

Vers. 2.) Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

QUisquis talis fuerit, ut habitet in adjutorio Altissimi, atque in protectione Dei cœli commoretur, dicet ad Altissimum, Deumque ac Dominum: tu defensor meus: tu ad quem in omnibus malis meis, & necessitatibus confugere volo: tu mihi semper Deus unicè colendus, à quo totus pendeam, in quo spem omnem constituam. Mysticè convenit Christo appellare susceptorem Deum, quia ipse Christus secundùm humanitatem susceptus est à Filio: & Pater, ac omnes personæ eumdem, tùm in resurrectione susceperunt, tùm humanitatem variis gratiæ donis ornarunt, Latini ferè sic præsentem accipiunt locum, quemadmodum similem Ps. 3. *g* de quo ibi egimus: *tu autem Domine, susceptor meus es*: & *h*, *ego dormivi, & somnum cepi, & exurrexi, quia Dominus susceptit me*. Diximus quoque non semel, spes in Christum qua ratione ceciderit; & refellimus Calvinianam blasphemiam, de ejusdem desperatione Ps. præsertim 21. *i* ad ea verba: *Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* Referunt Coclæus *k*, & Surius *l* Apostatæ cujusdam similem blasphemiam, debitam luit Calvinus pœnam, ut desperans moreretur.

Dicet Domino.] Hier. *dicens Domino*. Alii, *dicam de Domino*, ideſt, ausim polliceri, & persuadere mihi de illo quia est spes mea, arx, & Deus meus, in quo spero, id quod versu sequenti continetur. Chald. (*dixit David, dicam Domino*) legimus nunc אמר *omar* in futuro dicam: Hier. legit אומר *omer*, participium, quod jungi potest variis temporibus, & personis *dicens sum*, vel *ero*: seu *dico* aut *dicam*, *dicens est*, vel *erit*, seu *dicit*, nisi dicas lectum à LXX. יאמר *jomar* in tertia persona. Importat hoc dicendi verbum, cuicumque demum personæ tribuatur, deliberatum & quem vocant reflexum mentis actum, quique ob firmitatem propositi ac vehementem meditationem, foras etiam vi quadam prorumpat, ut nonnullis contingit, qui soli sermocinantur, & verba proferunt. Gratiarum actionem agnoscit hìc Bernardus *m*. Eadem formula alibi examinata est. Simillima sententia Ps. 41. *n* *apud me oratio Deo vitæ meæ*: *dicam Deo, susceptor meus es*.

Susceptor meus es tu.) Hier. omisso pronomine secundæ personæ, quod non est in textu Hebr. nec in Psalt. Romano, apudq; Cassiodor. *spes mea*. Monet vero etiam *o* quamvis Græcè non sit, *es*, nec Hebraicè, *hoc*, & *tu*, recte ob εὐφωνίαν & verborum consequentiam addita esse, significat cum affixo מחסי *machsi spem in alio tamquam in tabulo*, ac *tecto, receptaculo, hospitio*, &c. à חסה *chasah*, quod valet *sperare*, ac *fidere*, & præterea *tegere, hospitari*, & similia. Id aliàs docuimus, & quid sit ἀναλύπτωρ. Si qua vis est in Latinu vocabulo *susceptoris*, præter hìc

paullò

---

a cap. 21. 15.

b Soph. 1. 12. Pii in protectione omnipotentis commorantur, Galatinus. probat hoc nomen Christo convenire.

c l. 3. c. 13.

d c. 31. 7.

Ratio Galatini infirma.

e in lib. Judith. Esther. Tobi. Esdræ Mach. Dan. Jonæ.

f Ps. 95. 5.

g Pla. in Cr. & refert Th. sole Gra. assert.

Ratio Euthymii cur dicatur. Deus cœli.

h serm. 1.

* Matt. 6. 9.

Alia ratio Bedæ.

Cur umbræ & protectioni jungatur Deus

i Luc. 1. 35.

k Ps. 139. 8.

l Es. 26. 5.

m Ps. 30. 21.

n verſ. 4.

o Eccl. 9. 1.

p 1. Joh. 2. 3.

q Ecc. 31. 20.

r Joh. 10. 28.

s Coloſſ. 3. 3.

t Esa. 45. 15.

u Esa. 64. 7. Sub protectione Dei cœli post Christum maximè commorata est B. Virg.

x c. 7. 14.

y serm. 4. in Ps. 90.

z Ruth. 3. 9. Christus peculiari ratione magis adjutor noster, quâ Pater & Spiritus Sanct.

a Esa. 4. 2.

b Ps. 27. 2.

c Ps. 61.

d cap. 16. 1.

e 2. Mach. 6. 7.

f Jon. 4. 57.

g verſ. 41.

h verſ. 6.

i verſ. 2.

k in actis Luthers. anno 1527.

l comment. rerum sui temp. anno 1527.

Lectionis ratio.

m serm. 2.

n verſ. 10.

Lectionis ratio.

o 2. Ep. 135.

Quare Christus susceptor noster dicatur.

paullo antè dicta: & alibi, *Deus Christusque* dici *susceptor noster* potest, quia rerum nostrarum in se curam suscepit, ut propterea fortitudinē nostram ad ipsum custodire debeamus, *quia susceptor noster est a* quia ut Chrysost. *b* (nisi potius Auctor Latinus) loquitur, securitatem dat perpetuitatis, suscipiendo à nobis opera misericordiæ, pietatis, eleemosynæ, hospitalitatis, orationis, confessionis. Sicut susceptores suscipientes à provincialibus fiscalia, dant securitates domino, & qui à conductionibus pensiones accipiunt, emittunt pyctacia securitatum: quia Christus caussam nostram suscepit ad defendendum, ut ait Remigius *c*: quia libenter admittit supplices quasi libellos nostros, exauditque orationem, & eam suscipit *d*: quia ut solet medicus, inquit Augustus. *e*, ægrotum quem curandum suscipit, suscepturn tuum nominare, ita sanat DEUS & JESUS (Ἰησοῦς per allusionem quasi ἰᾶν & ἰατρὸς, *medens medicusque* f) omnes infirmitates nostras *g*, seque ipse medicum vocat *h*, quia ut idem doctor *i* addit, assumit & suscipit loco parentum: adjice quos patrinos, & susceptores appellant: quia suscipit in morte spiritum nostrum, sicut Stephanus orabat *k*, & constitutus est à Domino Michael super omnes animas suscipiendas. Utinam suscipiamur in bonum, ne calumnientur nobis superbi *l*: & ne impulsi evertamur, ita ut cadamus, sed suscipiat nos dominus fortitudo, lausque nostra, *factus nobis in salutem* m. Possunt omnia dicere, ait Bernardus *n*, *Creator meus es tu*; possunt etiam animalia dicere *Pastor meus es tu*: possunt omnes homines dicere *Redemtor meus es tu*. At verò *susceptor meus es tu*, is tantum dicere potest, qui *habitat in adjutorio Altissimi*.

a *Psal.* 58. 10.
b *homil. in hunc Psal.*
c *in Psal.*
d *Psal.* 6. 10.
e *in Psal.* 45.
f *sic aliqui Græci Patres*
g Mat. 9. 12.
h *supra Psal.* 26. 10.
i *Act.* 7. 59.
k *Psalm.* 118 § 22.
l Psal. 117. 14.
m *serm.* 2.
n *in Psal.* 9.

Lectionis ratio varia.

Et refugium meum.) Hier. *fortitudo. Alii, arx, munimentum, propugnaculum, securitas.* Chald. *arx fortitudinis.* Occurrunt sæpius hæ voces, *refugium*, καταφυγὴ, מצורה *metsudah*. Dominus ait Beda *o*, refugium, & receptaculum est, quo defenditur, & recipitur, ille, qui prius per primum traducem peccati in Regionem longinquam fugerat: & locus refugii factus est Adamo, inquit Augustus. *p*, qui primo erat metus fugæ ipsius. Non profuit vago & profugo Cain, quam primus condidit civitas *q*; non ei refugii civitas fuit *r*, aut asyli. *In circuitu impii ambulant* s: & quocumque confugiant extra Deum, id ipse fugit: & non ponentes Deum adjutorem suum, ridentur *t*: *vanaque est salus hominis* u: & *in die visitationis calamitatisque de longe venientis, non erit ad cujus confugiant auxilium* x. *Quomodo si fugit vir à facie leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua superparietem, & mordeat eum colubere: Malum & amarum relinquere Deum* y: non est ad quem etatur, nisi qui *verba vitæ æternæ habet* z, alii namque vel mortis habent, vel vitæ solùm temporalis: ibi refugium, ubi virtus: *a* ista carens, quocumque fugias te, talem te trahis post te, & cruciaste, ait Augustus. *b*, quem velim legas cum Basilio *c*. Sed eodem de refugio disputatum aliàs, nec erit difficile volenti digredi in leges asyli, civitatis refugii, immunitatis templorum: præterea in varia refugii genera ut sontis, vel petræ pro cervo & erinaceo, portus pro Navi, vallis pro milite similiumque aliarum rerum, & ad mores transferendo, conferre cum Deo, ut ei refugii appellatio tribuitur. Atqui dicat aliquis, *habitationi in adjutorio Altissimi commorationi in protectione Dei cœli; susceptioni ejusdem*, seu *ut quis ab illo sit susceptus* non congruit nomen refugii, significans locum extra quem quis constitutus sit, & quia tutus non est, ad eum refugit. Occurrere videtur Bernardus *d*. Quamdiu adhuc in adjutorio quis habitat, non in regno frequenter opus habere fugere, & interdum cadere. Ipsa tentatio & tribulatio censetur quodammodo Deum ipsum etiam à justo removere, itaut conquerens dicat exemplo Antonii, *Domine ubi eras* e? & nostri David. *f Domine ne elongaveris auxilium tuum à me*: & *g*, *eripe me de inimicis meis, ad te confugi*: & certior fieri debeat; quod secum Deus est in tribulatione *h*. Vicissim justus propter eamdem caussam, suspicatur se vel omnino, vel ex parte à Deo recessisse. Tunc autem seipsum colligens, & multiplicatis infirmitatibus accelerans *i*, majore quodam conatu repetit vel magis adhæret in suo refugio, idest, in Deo, in quo repetit auxilium, consolationem, securitatem quanta hic haberi potest. Denique ipsamet habitatio, & commoratio in hac vita per modum refugii dumtaxat est.

Loci explanatio.

o *in Psal.* 69.
p *cap.* 4.
q *Jos.* 21. 34.
r *Psal.* 11. 9.
s *Psal.* 2, 4.
t Psal. 59. 13.
u *Esa.* 10. 3.
x *Amos* 5, 19
y *Jer.* 2. 19.
z *Joh.* 6. 69.
a *Tsal.* 45. 2.
b *ibi & ser.* 4. *de ver. Dom ca. ult.*
c *homil. in Psal.* 4.

Objectioni occurritur,

d *serm.* 2.

Deus meus.) Notatu digna pronominis possessivi crebra repetitio, *susceptor meus, refugium meum, Deus meus*, ut omittam per accomodationem, primum attribui possit Filio, qui naturam suscepit humanam, secundùm Spiritui Sancto, qui peculiariter Auctor habetur gratiæ misericordiæque, tertium Patri, qui est deitatis origo, & principium. Pertinuisse forsan diceres ad charitatem majorem usurpare *susceptorem, refugium, Deum nostrum*, non *meum* privato quasi nomine: ea namq; etiam de caussa voluisse Christum, ut orans diceret k *Pater noster*; non *Pater mi*. Primum, quamvis ita orare docuerit Christus, non vetuit ut quis pro singulari quodam affectu, illum etiam alium usurpet modum adeò frequentatum in Ps. & aliis divinis litteris. Deinde, voluit forsitan discrimen ponere inter seipsum filium naturalem, & consubstantialem, & alios per solam adoptionem. Nam aliquoties *Patersuum* nominavit, numquam se nobiscum conjungens, *nostrum* dixit: Immo pronunciavit se ascendere ad *Patrem suum*, & *Deum suum*, quem separatim ac distinctè vocavit *Patrem* & *Deum nostrum* utens possessivo pronomine secundæ personæ *l*. Quum quis Deum appellat *suum* facit ex eo affectu, quo etiam naturaliter aliam rem aliqui communem, *suam* & *suam totam* dicit: quam impensius amat, & qua maximè delectatur. Oritur id prætetea ex divino beneficio, & amore quo quemque ita diligit, curat, redimit, ac si unus tantùm esset. Sic *super custodiam meam stat*, sicut si omnium oblitus esset, mihique soli intendere, vellet, inquit Augustus. *m*; Ambrosius *n* item observat dici traditum pro nobis à Patre omnium Christum *o*, quod ita omnes diligat, ut dilectissimum sibi filium pro singulis traderet. Chrisost. *p* Paulum scripsisse *q* dicit de Filio Dei, *qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me*, non tantùm ut solent inflammati desiderio Dei Prophetæ sic loqui, considerando infirmitatem suam ineffabilem Dei sollicitudinem, quibus malis liberet, quæ bona largiatur; sed etiam, quoniam par sit: ut quisque nostrum non minùs gratias agat Christo, quàm si ob ipsum solùm advenisset: neque enim recusaturum fuisse vel ob unum, tantam exhibere dispensationem: quia singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Ait etiam Chrysost.* unius animæ salutem tanti esse, ut ob hanc Filius Dei fieret homo, tantaque pateretur. Quo pertinent Christi ad Carpum responsum, de quo Dionysius ad Demophylum, se pro salute hominum denuo pati paratum. Quod animi Christi promtitudinem declarat, qua, si Deus vellet, iterum pateretur. Ex quo non sequitur incarnandum fuisse ac passurum fuisse pro peccato unius solius hominis: immò probabilius est id non futurum propter alia peccata, nisi originale fuisset. Lege Vasquez nostrum *r*. Bernardus /hoc loco proponit eamdem quæstionem cur non dixerit Propheta, Deus noster. Respondet, quia in Creatione, in Redemtione cæterisque communibus beneficiis est Deus omnium: sed in tentationibus suis tamquam proprium eum habent singuli electorum: sic enim paratum esse suscipere cadentem, & eripere fugientem, ut videri possit, relictis omnibus aliis, ei soli operam dare: propterea expedire omni animæ, Deum semper attendere, tamquam proprium non modo adjutorem; sed etiam inspectorem: negligentem fieri non posse, qui intuentem se Deum numquam definit intueri, quasi proprium illum habere videri, qui sic eum super se videt intentum, ut omnia interiora ejus, & exteriora omni hora considerare non cesset; omnesque non solùm actus sed etiãipsos subtilissimos animæ motus perscrutetur, atque judicet. Ad eximium illum affectum Christi Redemtoris, morique iterum parati arbitror Thomam respexisse, quum dignatus aspectu illius, ac tractatione plagarum ejus, ita ut unius ipsius caussa is appareret, exclamavit, *Dominus meus*, & *Deus* t *meus*, simulq; respondens amori tacite offerebat seipsum eidem mortuis pro Christo. Ne Christus quidem ipse Deum suum appellavit, nisi primum in Cruce *u*, deinde post Resurrectionem, quia nulla re melius profitetur quis Deum suum, quam si à quo esse accepit & essentialiter pendet, pro eodem mori ac in nihilum redigi sit paratus, & in vitæ novitate ambulare *x*, non jam sibi, sed Deo, & ei qui pro ipso mortuus est *y*. Magis est quisque Dei, quam suus, propterea magis eum amare *z* debet quam se, & obedire voci ejus, quia ipse est vita illius, *Beatus cujus Dominus Deus ejus* a; quia nihil Deo ditius, & qui dona quærit, si Deum habet, habet donatorem, inquit Augustus. *b*. Levita Francisc. *Deum suum*, & omnia solebat religiosissimè usurpare: hoc Levitici ordinis omnes ac Deo dicati magis usurpare quam alii possunt, quorum *Deus pars hæreditatis & calicis* c. Denique

l Joh. 20, 17.
k Mat. 6. 9. Solvitur quæstio.
m *soliloq.* c. 14.
n 1. *de Jacob.* cap. 6.
o Observatio Chrysost.
o *Rom.* 8. 32.
p *in Epi. ad Gal.* c. 2.
q *Gal.* 320.
* *hom.* 3. *in Actus.*
r 3. *p. disp.* 1. Eadem quæstio à Bernardo proponitur & solvitur.
s *serm.* 2.
t Job. 20. 21.
u Matt. 27. 46.
x *Rom.* 6. 4.
y 2. *Cor.* 5. 15
z *Deut.* 6. 5.
a Psal. 143. 15.
b *in Psal.* 45.
c Psal 15. 5.

Motetur quis cur non dixerit Propheta Deus noster potius quã Deus meus

nique quidquid alii dicant beatitudinemve in aliis rebus constituant, *beatus populus, cujus Dominus Deus ejus**. Allexit me sententiæ suavitas detinuitque, cum hoc ipsum argumentum, non uno prius loco, ac non dissimili fortassis ratione tractaverim. Nullus finis, si quibus modis *noster sit Deus*, docere velim, ordine quem dixi essentiali, communicatione ejusdem naturæ per Incarnationem, in qua sic nostræ conjunxit suam, ut similis nobis homo fieret: consortio divinæ per gratiam; pretio & meritis infinitis Christi; corporis & sanguinis ejusdem perceptione, quasique conversione in substantiam nostram, beatifica unione, quæ similes Deo reddit. Quis non discrutietur, dieſque noctesque lacrymetur, si ei dici jure possit; *Ubi est a Deus tuus?* quis non acerbius ploret, quam ille quem objurgabant plorantem, hi qui sustulerant Deos ipsius *b*. Magna scientia ejus qui potest verè pronunciare: *ecce c cognovi quoniam Deus meus es*. Magna dignitas, potentia, dominium, habere Deum suum qui voluntatem faciat ejus cujus est *d*, *obediatque voci hominis* e. Sed hæc conditio, ut possessus possideat te Deus, & sicut Deus tibi se, tu etiam te Deo tradas: pete ut te *doceat facere voluntatem suam qui Deus tuus est* f.

* *Psf.143.15.*

a *Psf.41.4.*

b *Jud.18.23. 34.*

c *Psf.55.10.*

d *Psf.144.19.*

e *Jos.10. 14.*

f *Psal 142.*

Spei proprietas confirmare ad modum anchoræ.

Sperabo in eum.) Hier. *confidam in eo*, spei proprium confirmare ad similitudinem anchoræ firmæ ac tutæ *g*: immò habitationis, commorationis, refugii, seu arcis. Vacillavit Petrus in mari cum diffidit *h*. Futuri temporis verbum Bernard. *i* observat innuere hoc esse votum, propositum, intentionem cordis Prophetæ, repositam esse hanc spem in sinu ejus *k*, & in hac perseveraturum nec peccaturum in spe, quia scriptum sit, quod *maledictus est, qui peccat in spe*. Ubi autem id extet, nondum reperi. Putat Hieronymi non placet ratio, quod quamdiu peccamus, non speramus, sed si desierimus peccare. Peccator etiam sperat, licèt non spe viva, quidquid sit an simul quum actu aliquo peccati, possit spei actum elicere, quod non videtur adeò difficile.

g *Heb.9.19.*

h *Matt. 14. 31.*

i *Serm. 2.*

k *Job. 14.26*

Ratio putati Hieronymi minus placet.

Vers.3.) Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

Sensus loci.

MErito se sperare in Deum velle confirmat, quoniam plane certus sit, perindè ac si jam factum esset, fore ut ipsum liberet, ne illorum capiatur insidiis, qui quærunt perdere animam ejus; velut aucupes aves irretire student, ac ne incidat in quippiam toleratu asperum, molestum, noxium, sive verbum sit, sive factum, res opus. Applicatur hoc & Christo, cum sequentibus ab Eusebio *l*, aliisque, & cuivis justo, qui dæmonum, & aliorum adversariorum, tentationum, tribulationum laqueis Dei ope liberetur, quum vel verberibus aliisque malefactis, & damnis impetitur, vel verborum probris, irrisionibus, calumniis, lacessitur, & proscinditur. Sed speciatim, ac seorsim agendum de singulis.

l 9. *de demonst. c. 7.*

Lectionis ratio.

Quoniam ipse liberavit me.) Hier. *m*, & Ambrosius *n* *liberabit te*. Ita etiam extat Hebraicè יְצִילֵךְ *jatsileca*, & Græcè ῥύσεται σε. Translationem nostram sequitur Ptalt. Arabicum, & Æthiopicum, Eusebius *o* quoque, & Apollinar, & alicubi Hier. *p* utens alio verbo, *eruit me*, sed in futuro Arnob. Cassiod. & Gregorius *q* legit *liberabit*, sicut vetus Psalt. & Augustinus, *eruet*. Aliqui præterea cum Gallicano Psalter. versum inchoant à prioribus ultimis verbis, *sperabo in eum, quoniam ipse liberavit me*. Tunc verò, *quoniam*, assertivè sumi potest, seu exegeticè, non causaliter, ac ætiologicè; nempe pro, *quia*, sed pro *quod*, posset tamen etiam retenta distinctione כִּי *chi*, idem valere quod *certè*.

m *hic & in Esa. c. 23.*

n *in Psf. 118. serm 14.*

o *9. de dem. cap. 71.*

p *in Esa. ca. 23.*

q *6. Mor. ca. 25 vel 19.*

De laqueo venantium.) Vetus Psalt. & August. *de muscipula*. Ambrosius *r*, *de laqueo venatorum*. Alii ex Hebr. numeri singularis יָקוּשׁ *jakus*, *de laqueo venatoris*, seu *venantis*, vel *tendentis offendicula*, vel *de laqueo tenso*; vel *de laqueo*, supple, *quem quis extendet*, seu *extenderit*, vel *de laqueo, offendiculi*, ut nomen à יֶקֶשׁ collectivè translatum est pro pluribus: ut verbum, esset à קוּשׁ, quod tamen in usu non est. Nomen præsertim dicitur de aucupe: sed tamen etiam de quolibet venatore, qui hoc loco Græcè θηρευτὴς vocatur, à qualibet fera capienda: Chald. *de laqueo & offendicula*, nulla facta mentione *venatoris*, qui tamen subintelligitur. Sed in textu Nebiensis, *quoniam ipse liberabit te Salomonem filium meum de laqueo, & de morte* &c. Allegoricè Hugo exponit liberatum Christum à Judæis, crebro conatis capere illum in sermone. Sumi semper in malam partem *venatorem* in scriptura putatus putat hoc loco Hier. nec ullum sanctum in ea reperiri. Sed peccatores, ut Nemrod, & Esau: addi potuit Lamech, & Ismael, & quos Ezechiel *s*, intelligens tyrannos, nominat *venatores*: Piscatores autem Sanctos invenirri, scilicèt Apostolos. Idem de *venatoribus* affirmat Hier. aliquam personam. Alioqui non solùm *t piscatores*, sed etiam *venatores* missurum se Deus promisit *u*, sive utrosque accipias de hostibus Judæorum, sive in meliorem partem, cum pluribus, quos Castro noster, quibus adjice Basilium *x*, citat, de Apostolis & Apostolicis viris, quos oportet capere *demolitrices vineæ vulpeculas* y, & *singularem ferum qui depascitur eam* z, denique *omne fera genus, occidere, mactare, manducare* a. Minatur item Deus, *extensurum se rite super Sedeciam Regem, & sagena capturum* b: Comparaturque Nabuchodonosor piscatori c. *Venatores*, quos memorat, scriptura, dæmonas & alios impios adumbraverunt. Dicitur namque Lamech Cainum occidisse, & alium adolescentem: Ismael, & Esau fratres suos persequebantur: Nemrod tyrannidem primus occupavit, creditur que Dux ædificantium turrim Babel. Vocant eum divinæ litteræ *d robustum venatorem coram Domino*, aut *contra Dominum*, ut legit Augustin. *e*, quod potest significare τὸ ἐναντίον, quod Deum ipsum contemneret, vel ficte adoraret illum: vel melius, quia revera talis, ac judicio etiam divino, quod non fallitur erat. *Venationem* verò illius idem August. non de feris, sed de terrigonis animalibus, hoc est, hominibus interpretatur, quorum esset ille deceptor, oppressor, extinctor. Rectè *venator* appellatur diabolus, *quia ab initio homicida* f, hominem irretivit, & suffocavit. *Venator* ad labores duratur: oblectationis potius, quam emoluenti causa prædam persequitur: prædam quærit in animalibus quæ minimè sunt cicures, sunt que extra nostram potestatem, & delicatiores carnes habent. Ad eumdè modum *circuit diabolus quarens quem devoret* g, non ut devoret, sed ut perdat; nullam capit utilitatem, aut etiam propriè loquendo, consolationem; & quum sit spiritus, labores nostris similes non sentit, quamvis conatum adhibeat, & nonnullum accidentarium reportet tormentum: *cibus ejus electus* h, ut exemplum docet Andreæ Fundani Episcopi *i*, & ita explanant Hier. *k*, & Gregorius *l*. Complorabat Anselmus ad spectaculum pueri, filo avem ligatam tenentis, diabolum ea in re considerant, qui animas hominum constringeret *m*: Simili consideratione jocatur diabolus, inquit, cum hominibus multis, quos irretitos suis laqueis pro sua voluntate in diversa vitiorum impedimenta pertrahit &c. Bernardus *n* hunc locum exponens, ait se in hoc magna sui ipsius pietate, compungi, & valde misereri animæ suæ, quod evaserimus bestiæ, comparatique simus jumentis insipientibus *o* & tales, quibus venandis laquei præparentur. *Venatores* diabolos appellat, quorum non ignorabat Ap. cogitationes *p* & μεθόδους: disertè laqueos eorum nominabat *q*. Laquei sunt quælibet occasio, quam diligenter ipsi observant & captant ex cujusque propensione, ut Ephrem *r* demonstrat, ex habendi potissimum cupiditate, quæ Judam strangulavit, ut notat Ambros. ex libidine, ex carne, ex operibus ipsis bonis; ex omni creatura, quæ pedibus insipientium facta muscipula est *r*, qua de re Gregorius *u*. Ipsimet ethnici non sine vinculis & compedibus Cupidinem, Plutonem, & similes Deos repræsentarunt. *Meretrix amarior morte, laqueus venatorum est, & sagena cor ejus, & vincula manus illius* x. Captum & vulneratum se sponsus dixit in uno crine sponsæ y. Gullielm. autem Parisiens. z docet incubos dæmonas mulieribus pulchros habentibus crines magis infestos esse, vehementiusque in eadem libidine inardescere; aut quia in cultu, ornatu, tinctura illæ cura nimia intendunt; aut quia dicta pulchritudine inflammare spectantes in suam libidinem conari consueverunt: aut quia in eis insolenter gloriantur: aut ut hac Dei permissione ab ea re desinant, timentes viros inflammare, & illaqueare, quum dæmonas instigare ac provocare videantur. Subdit exemplum de muliere, quæ post mortem visa sic pectere caput, & ornare accuratè, ut solebat vivens, responderit ea in re intollerabilem se cruciatum pati, quodque pectem ipse immensitate ponderis gravabat ea m, & deprimebat intollerabiliter. Quodlibet malum exemplum laqueus & rete est, maximè illorum, qui pollent dignitate, cujusmodi Sacerdotes, Reges, Principes, Religiosi, qui ut Oseas *a* conqueritur, *laqueus fiunt speculationi*, hoc est, aut his qui speculantur eos *b* aut jeum ipsi aliorum speculatores ex officio sint, & sicut rete expansum super Thabor (ubi transfiguratus Christus coram Moyse, Elia, præcipuis Apostol.) ut observant

r *in Psf. 118. serm. 14. 8 9*

Hugo allegorice exponit de Christo.

Venator in scriptura capitur in malam partem piscator in bonam.

s *c. 32.30.*

t *in Micha. cap. 5*

u *Jer 16.16.*

x *hom. in* Attende tibi

y *Cant. 2.15.*

z *Psf. 79.14.*

a *Abd. 10. 13*

b *Ezech. 12. 13. c. 17. 20. c. 32. 3.*

c *Abac. 1. 14.*

d *Gen. 10. 9.*

e *16. de civ. c. 3. & 4.*

f *Joh. 8.44.*

Diaboli cum venatore collatio.

g *1. Pet. 5. 8.*

h *Abac. 1. 16.*

i *Gregor. 3. dia cap. 7.*

k *in Ezech. cap. 19.*

l *42. Moral. cap 10.*

Similitudo qua utitur Anselmus.

m *in vita & l. de simil. c. cap. 188. & 189*

n *serm. 3.*

o *Psf. 18. 13.*

p *2. Cor 2 11*

Laquei qui sint.

q *1 Tim 6 9 2. Ep. 2. 26.*

r *ser. de pass. & perturb. animi.*

s *in Psal. 118 serm. 14.*

t *Sap. 14.*

u *2. Mor c. 16. vel 38.*

x *Eccl. 7. 27.*

Incubi dæmones mulieribus pulchros crines habentibus maximè infesti.

y *Cant. 4 9.*

z *1 p. de univerſo p. 3. c. 25.*

a *c. 5. 12.*

b *c. 17. 12.*

apud

apud Matthæum Hier. ac Theophylactos, præterea Cyrillus Alexandrin. in Joannem *a*, Micheas *b* idcircò scribit, *quod virfratrem suum venatur* quia *periit sanctus de terra & rectus in hominibus non est*: pravam quoque doctrinam ostendi Ps. 10. pluviam laqueorum esse, ac Irenæus *d* hæreticos venatoribus aptè comparat. Denique vidit cum animi sui magno dolore Antonius laqueis mundum plenum; posse verò ex his se humilem excitare, quod etiã tradit Ephrem *e*. Noli exorbitare, nec *de mandatis divinis errare* f, sed in via qui Christus est, consiste, quia *juxta iter scandalum ponitur* g, non in ipso, ubi *nec stulti errare possunt* h, excita in te strepitum gehennæ, ut evadas laqueos, inquit Augustin. *i*, in avis morem quam quivis avolare rumor facit; oculos intentos habe, alasque expeditas, quia *frustra jacitur rete ante oculos pennatorum* k, ut præter Bernardum hoc loco, monet Chrysost. *l*, Thales impegit humi, fixos in cœlo habens oculos; non impingent si non elatis, sed humilibus in Deum oculis intenderis, qui *evellet de laqueo pedes tuos* m. Cavè ne vel unguicula constringaris pravæ doctrinæ, vel malæ vitæ unius mortalis peccati, ut præcipit idem Chrysost. *n*, si fortè incideris in laqueum, ora ut evellat Deus *o*, vociferare, & implora hominum opem & fidem, qui noverunt cogitationes & μεθόδους diaboli *p*, ut ante dixi; *in medio laqueorum ambulanti* q, immò hærenti. Nulla utilitas alas concutere, ait idem Pater *r*, naturalis solius ratiocinationis, si nempè circa laqueos ipsos fiat, & agitet se mens super illos, maxime, qui viscosunt illiti libidinis. Jubet nos Ambrosius *s* meminisse aves nos esse, assumtos in naturam volandi, & in quandam aquilæ renovatos juventutem *t*: in terram dejici non debere, qui jam cœlum petebamus; nulla vehementiora vel gratiora, quam vincula charitatis, quibus qui Deo ligatus est, solutus est mundo. De qualitatibus venatoris Hugo differit applicans diabolo.

Ars, cornu, virus, equus, arcus, pallida vestis,
Decipula, laqueus, ratia, tela, canes.

Extat & Græcei eadem de re sermo *u*; & nos hinc inde nonnulla diximus quæ pertinent eodem. Jacob. Naclantus *x* annotat diabolum sub tyrannis usum venando canibus; sub hæreticis retis; laqueo quoties illicit concupiscentia carnis, & oculorũ, atque superbia vitæ *y*; prima capi nos veluti per pedes, secunda per manus, tertia per caput.

Et à verbo aspero.] Hier. omissa conjunctione quæ Hebr. deest, *de morte insidiarum*. Alii, *à peste pravitatum* seu *confractionum*, seu *fallaciarum*, vel *ab excidio exitiorum*, seu *exitiali*: vel *à peste pessima*, seu *qualibet pestilente*. Chaldaicè *de motu atque tumultu, aut insidiis*. Symmach. λόγου παραχώδη dixit λόγου ἐπηρείας *verbum & sermonem, violenti insultus, contumeliæ, injuriæ*; quia perturbant animam contumeliæ, inquit Euthym. Nicephor. Basilius, Theodoretus: duoque ultimi exemplum affignant in Joiacpho, & Susanna, quos Deus liberavit à calumniatoribus. Aquila interpretatur λόγου ἐσπιβυλὴς *insidiosum*. Apollinarius explicat *verbum quum tumultu prolatum quo timor incutiatur*.

μύθου τ' ἀσαθέος παραχῆς περιπεπτωτος
Et à verbo instabilis tumultus trepido.

Ambrosius *z* Symmachum interpretatur, ut sit λόγος ἐπηρείας *verbum irritationis*: & meminit alios interpretari, *perturbationis*. Simul docet quod laqueus adversarii est *sermo noster*; nec ipse minus adversarius est nobis: quoniam loquimur plerumque quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos vulneret: explorans nostra arma, & acuens sua tela: ut si emiserimus verbum indecorum, laqueum suum stringat. Hier. *a* exponit *verbum asperum* idem esse quod *turbulentum*, nempè juxtà vim Græci vocabuli παραχωδὴς, proprieque hæreticorum significare *doctrinam*. Eædem litteræ רבר quum punctis istis דבר *davar*, *verbum* significant, quum aliis רבר *dever*, *pestem* seu *mortem*. Primo modo legerunt LXX. Aliud nomen הרוה in plurali, valet *contritiones pravitates, infortunia, insidias, qualibet mala, iniquitates*. Sic laqueus priore membro erit *tentatio* seu *tribulatio* per facta; *verbum asperum*, per verba. Aspera verba proferentes, & convitia, atque calumnias, rectè juxta vim phrasis Hebrææ, ut nunc est, pestes, ac labes exitiales nominantur; sicut Ps. primo *cathedra pestilentiæ* dicitur Hebr. *illusorum & irrisorum*. Gregorius *b* liberari nos à verbo aspero docet, quando irrisionum probra, despiciendo superamus, & irrisiones detrahentium calcamus, quæ bonis nostris itineribus adversantur: sicut *liberari de laqueo venantium*, quia venantes nihil aliud quam carnes quærunt, quãdo insidias carnalium vincimus. Hoc A Augustinus accipit de improperiis, quæ fiunt per Paganos Christianis; vel per malos Christianos bonis, & justis, quod bene exaggerat, proponens exemplum Christi, qui audivit, *dæmonium habes*, & alia ejusmodi convitia. Plenæ sunt nostrorum Apologiæ criminibus, & injuriis, quæ olim in Christianos à Paganis & Judæis congregabantur, extantque tùm in historiis Ecclesiasticis, tùm in ordinum Religiosos, & pios maledicta. Fiunt tales homines in Satan, ut David appellavit Abisai, quum ipsum provocabat ad vindictam Semei *c*: & Christus eodem aspero vocabulo nominavit Petrum, comminans ei quod impedire niteretur ab ipso, Crucem ut rem indignam *d*. Redimi flagitabat David à calumniis hominum, ut custodiret Dei mandata *e*, quia, ut ait Hilarius, domesticæ præsertim calumniæ, scandala gravissimum tolent fidei excidium afferre. Cassiod. explicat de verbo quod contra divinas regulas, tamquam lætiferum poculum propinatur. Bruno Carthusianus de occulta suggestione; Hugo, de convitiis Judæorum contra Christum: Bernardus *f* de iisdem Judæis, dicentibus, *tolle, tolle, Crucifige eum*: quod Christus verbum B sustinuerit, ut nos liberaret à *verbo aspero* gehennæ, *affer, asfer, percute, dilacera, cito interfice, velociter spolia detrahe; tollatur impius ne videat gloriam Dei*. Confirmat exemplo venatorum, exultantium capta bestia, & clamantium *tolle, tolle, infige verubus, infer prunis, & male bullientibus impone lebetibus*. Amplificari potest omnis hæc prosopæia etiam priusquam capiatur bestia, dum se venatores comparant, provocantque ad capiendum, & impetu facto vociferationibus nemora complentes, vel campos irruunt. Addit durum sermonem, asperrimumque illud Christi ad damnatos verbum *g*, *discedite maledicti in ignem æternum*: qui dum viverent, durum arbitrabantur sermonem de pœnitentia. Nam quibus nunc durus non est, *ab auditione mala non timebit* h. Indicat, quem credunt esse Hier. *verbum asperum esse*, si quibusdam fluctibus concutimur. Durus carnifex, tormentumque asperum, *conscientia mala*; singulare beneficium, quum auditui pœnitentis datur gaudium & lætitia *i*: diciturque illi *k*, *salus tua ego sum*; *remittuntur tibi peccata tua*, *vade in pace* l. Liberatum *de laqueo venantium*, hoc est, de peccato, liberat Deus, de verbo C aspero sententiæ pronunciatæ contra peccatores.

Vers. 4.) Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pœnnis ejus sperabis.

PRonomen secundæ personæ, ac verbum, sicut & alia similia, usque ad versum octavum, favent lectioni præcedentis versus, quæ pronomen exprimit ejusdem personæ, *liberavit te*, *&c.* Sed personarum facilis mutatio fit. Quare, retento pronomine primæ personæ in priore versu, sensus esset: ò tu quisquis ea dixisti quæ sunt hactenus dicta, certus esto, quod sicut ea promisisti tibi, evenient tibi. Etenim Deus, à quo te adjuvari, protegi, tuscipi gloriaris, in eoque refugium tuum ac spem esse, ita ut à periculis tum factorum, tum verborum liberet te, teipsum pullum gallina expansis cooperiet potentiæ, & providentiæ suæ alis, tuque sub hac protectione tutus & securus, in spe bona deges. Alludo videtur ad Moysis Canticum *m*; *Expandit alas suas, & assumsit eum, atque portavit in humeris suis.* Basilius, Theodoret. Euthym. Niceph. ductam volunt similitudinem ἀπὸ τῶ προμάχου *à propugnatore*, seu qui primus in bello, prælio, acie, & pugna consistit, & scapulis, quæ sunt retro contegit. Obstat nonnihil proprietas dictionis Hebrææ, de qua paullò post, & quia versu sequente comparatio alia ponitur ex Armigero, qui scuto prætento alium protegit. Unde aliàs docui honoratiorem locum habitum ad sinistram quatenus qui ad dexterum latus stabat, latronis, & protegentis fungebatur officio. Vulgo quoque dicitur, *far spalla*. Hoc est *obumbrare super caput in die belli* n, non tantùm à sagittis, & gladiis, sed à solaris etiam impetus molestia, inquit Euthym. *o*. Creditus Hieron. applicat ad Christum exaltandum in Cruce, manibusque homines protecturum, ad quas respicientes si à serpente morsi sint, sanentur *p*. Huc facere posset visus Francisco Crucifixus cum aliis: & disputari de satisfactione Christi gravique pondere peccatorum nostrorum, quòd scapulis & humeris portavit, & luit. Arnobius ait pennas esse Angelos Custodes: Cassiod. scapulas operationes mirabiliũ, quibus velut humeris virtus divina monstretur: pennas monita Prophetar. (adde aliorum divinorum scriptorum) quæ si pura mente recipiantur, fideles animas ad cœlos usque perducant. Haimo in scapulis attendit

---

Augustinus hunc locũ accipit de improperiis paganorum in Christianos.

Honoratior habitus est locus ad sinistrã quã ad dexteram

Lectionis ratio.

Sensus loci.

Variorum explanationes.

a 1 Reg. 17. 18.
d Matt. 16. 23. 33. Marc. 8. 32.
e Psalm. 118. 134. Explicationes Cassiodori, Brunonis Carthusiani, Hugonis, Bernardi, f Serm. 3. Bernardus suam explicationem exemplo venatorum confirmat.
g Matt. 25. 41.
h Ps. 111. 7.
i Ps. 50. 10.
k Ps. 68. 30.
l Luc. 7. 50.
m Deut. 32. 11.
n Ps. 139. 8.
o ibid
p num. 21.

a 12 c. 26. b c. 7. 2.
c vers. 7. Hæretici venatoribus comparantur ab Irenæo.
d l. 2. c. 19.
e de rec. vivum rat. c. 9
f Ps. 118. 110
g Ps. 139. 6.
h Ps. 35. 8.
i in Ps. 123.
k Prov. 1. 17.
l hom. 15. ad popu.
m Ps. 24. 15.
n hom. 6. in 2. ad Tim.
o Ps. 24. 15.
p 2. Cor. 2. 11
q Eccl. 9. 20
r hom. 15. ad popu.
s in Ps. 118. ser. 14.
t Ps. 102. 5. Qualitates venatoris,
u serm. 95. Annotatio Naclanti,
x lect. 4.
y 1. Jo. 2. 16. Lectionis ratio, & explanatio textus.
z 1. offic. c. 9.
a in Esa. c. 29.
b 6. Mor. c. 15. vel 19. Expositio Gregorii.

tondit potentiam Dei, quia in alis avis hæc pars fortior est: in alis misericordiam, vel præcepta, quibus in cœlum subvehimur: Bernardus *a* considerat ab iconfionem meritorum in hac vita, ad humilitatis custodiam, quod maximè fieri dicit in claustris, ubi piè vivens plus attendit quę desunt sibi, quam quæ obtinuisse videtur, *& oblitus quæ retrò sunt, extendit se ad anteriora*: item protectionem divinam, obumbrationemve super caput in die belli, tamquā adversus incursum accipitris, & fomentum caloris materni, ne foris vagantes moriamur, refrigescente charitate. *Sic ferebatur initio spiritus Domini super aquas* c, Hebraicè *incubabat & fovebat more volucris & gallinæ*.

Scapulis suis obumbrabit tibi.) Hier. & Arnob. & Gallic. Psalt. Fabri, præterea Gregor. *d* addunt præpositionem, *in scapulis*, &c. quæ etiam extat in textu Hebræo, Græco, Chald. & in hoc vocatur *umbram jactatis*. August. legit, *inter scapulos*, &c. Sunt τὸ μεταφρενον τῶν ὤμων ait Græc. anonymus, *ἐν ᾧ πτέρυγες κρεμαννύνται τὸ μεταξὺ τῶν ὤμων locus in quo pennæ tenentur, quod inter jectus est humeris*. Latius nomen patet; nec minùs de aliis, quam de avibus usurpatur, quamvis haud ita præcisè constet quæ pars sit in dorso. Interscapilium quoque Medici Latini usurpant, sive partem dorsi ad septum transversum sitam, sive mediam inter dorsum lumbosque, qua renes adjacent, &c. Hebræa vox אבר *ever pennam & alam* significat: *posteriora dorsi* redditur in plurali Psalm. 67, *e* Trita *alæ militaris* apud Latinos acceptio: nescio an æque apud Græcos; apud Heb. nulla, quod equidem viderim. Quam prius attuli causam, cur minus placeret Duci similitudinem hoc loco, ut Græci sentiebant ἀπὸ τῆς φρομάχης, *ab eo qui stat, pugnatque primus in acie*, & ut diversæ sint similitudines à venatione, ab ave rapaci, & sequenti versu à prælio. Aversis scapulis humerisve protegens Deus & Christus innuere potest, præter ea, quæ dicta sunt, tùm in hac vita videri tantùm posse posteriora Dei, sicut Agar *f*, & Moysem *g* legimus vidisse: tùm exempla præcedentis nos Dei, Christique qui præcipit etiam ut iublato Cruce ipsum sequeremur præeuntem *h*; sequi ac imitari debere. Exaggerat optimè August. hoc & aliis locis *i*, comparationem ex Gallina pullos fovente, ac defendente, quam Christus ipse usurpavit. Nosque nonnihil aliàs de eadem diximus: ut & de figurata oratione, secundùm quam Deo humana, & aliorum animalium membra tribuuntur, quæ ipsi propriè inesse hæretici Anthropomorphitæ, & simpliciores ac rudiores alioqui pii & Religiosi existimaverunt. Lege Cassianum *k*, & Gregorium *l*, formulas etiam Eucherii & August. alteriusve tractatum de essentia deitatis. Gregorius autem refellens Anthropomorphitas, rationem reddit istius formulæ, quod sicut in scapulis onera portamus, ita quòd nos Deus tolleret, atque eo ipso quo tolerat, servet, obūbrare nobis in scapulis dici: ac si diceret peccatori homini, & post peccatum veniam deprecanti: ea pietate Dominus te protegit, qua te pietate toleravit. Obumbrat enim in scapulis suis, quia dum portat, defendit. Qui advocare voluerit similitudinem ex aquila, aliisve volucribus, & alis earum non incommodè id faciat, Nobis aliò evolandum.

Et sub pennis ejus sperabis.) Hier. *sub alis*. Chald. *sub umbra gloriæ ejus securus consistes*. Pro brachiis & manibus alæ quandoque sumuntur, ut ex Ps. 62. m *in velamento alarum tuarum sperabunt*, & in 7. n *si est iniquitas in manibus meis*, Hebraicè *in alis*. Huc revocari potest Malach. *o* locus, *sanitas in pennis ejus*; quod ad radios solares pertinet, quibus quodammodo volat per orbem, & Dei, Christique providentiæ convenit, & brachiis in Cruce expansis. Suismet portat nos Christus pennis, ita ut citò, & expeditè volemus, & onus legis leve *p* ducamus; sententiam lib. 1. Paralip. *q*; *Quumque adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes*, explicant Hebr. quorum Lyranus *r* meminit nec refellit: ita quòd arca portabat seipsam, ideſt, divina virtute sic portabatur, ut portantes Levitæ nullum pondus sentirent, quum esset ex ligno solidissimo, & vestita laminis, alioque instrumento constaret, pro illo autem miraculo ab iis fieret ea oblatio. Id meritò quidem refutat Abulensis *s*, & illud aliud figmentum, quod in transitu Jordanis volavit arca super aquas, & ipsosmet Sacerdotes, qui portare volebant, portavit. Sed hinc licèt utcumque argumentari, quanto verius lex ipsa Evangelica nobis alas addat, quamvis requirat veluti Cherub, Ezechielis *t* sub alis manus, ideſt, cooperationem nostram, & cum contemplatione, actionem. Adjumentum autem Dei in arca portanda fuisse dicit, quod sineret Deus liberè portari, nec ullum inferret nocumentum, sicut accidit quum prima vice portaretur, & eam tangens Oza mortuus *u* est. Denique ostendit non fuisse arcam per se magni oneris, & ponderis. *u* 2. Reg. 6. 7

Vers. 5.) Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno.

Vers. 6.) A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.

ALia similitudine scuti vel militis alium scuto undique circumdantis, munientis, protegentis, Dei cura, protectionemque demonstrat erga illum qui speret in ipsum. Pro scuto autem ait esse veritatem seu veracitatem, quæ sperantem numquam fallat. Unde fiat, ut in ille nihil eorum timeat, quæ noctu timorem possunt incutere: non jactam de die sagittam; non quemvis, qui in tenebris occultaque & callidè negotium exhibere studeat; non dæmonem ipsum, dæmonive similem quemlibet adversarium, qui vim clara luce conetur inferre. Denique securum fore significat ab omni malo, tùm occulto, tùm aperto, quod inimicus intentare possit sive homo, sive etiam dæmon, tum quòd humano consilio prævideri caverique possit, tùm quod non possit, tùm quod veluti casu contingat, tùm quod studio fraudeque aliena, Sanctus Franciscus in expositione orationis Dominicæ ait, quum oramus *non induci in tentationem*, petere ne in occultam, sive manifestam, ne in subitam, vel importunam. Multis modis declarantur hæ tentationes ac tribulationes, quos postea seorsim attingemus. Sed conveniunt in hoc omnes, quod partim occultæ sint, partim apertæ. Primum verò membrum comprehendat leviores, citoque transeuntes; alterum magis graves & diuturnas. Allegoriam de Christo, qui veritas est *x*, orta de terra *y*: seu de ipsius Incarnatione, tradit Hugo. Tropologiam assignat Bernardus *z*, de timore molestiarum corporis; de sagitta volante in die, propter vanam gloriam; de negotio perambulante in tenebris, ob ambitionem, de dæmonio meridiano, ut est iniquitas sub imagine virtutum palliata. Verùm, ut monui, magis distinctè de his differi debet. Transcribunt Bernardum Hugo, & Ayg. præterea Joannes Vitalis in speculo verbo Religio, & Tentatio. Quidam *a* referunt narrare Cassianum veterum anachoretarum interpretationem, ut liber à timore nocturno sit, quando *b* Michol Davidem noctu liberavit ne comprehenderetur à Saulis militibus: à sagitta volante in die, quum evasit lanceæ ictum, quam in eum Saul vibraverat *c*: à negotio perambulante in tenebris, quum pernicioſa consilia Achitophel, Doeg & similium eluſit: à dæmonio meridiano, quando meridie concupit Bethsabea à quo postea peccato mundatus est. Sed Cassiani locum adhuc non reperi.

Sensus loci.

Allegoriæ. *x* Joan. 1. 14. *y* Ps. 84. 12. Tropologiæ *z* serm. 6.

a Mazzar in Ps. 50. dissent. 3. lit. l *b* 1. Reg. 19. 12. 13.

c c. 18. 10.

Scuto circumdabit te veritas ejus.] Hæc priori versui nectuntur à multis, ob similitudinem protectionis cum *scapulis & pennis*. Hier. *scutum & protectio veritas ejus*. Alii, *scuto & protectione, veritate sua*, nempe *proteget*, vel *veritas, & fides ejus clypeus, & umbo tuus erit*, ideſt, nullum scutum, clypeus, umbo præstare cuiquam hoc poterit, quod ipse sua fideli cura præstabit. Hebr. וסחרה אמתו צנה *tsinnach vesochera amittho*. Primum nomen jam occurrit Ps. 5. *d* quod Hebr. putant significare majorem clypeum, qui totum ferè hominem tegat, cingat, velutique coronet, ut est in dicto Ps. *Parmam* Latini quoque nominant, magnitudine, & rotunda figura securitati magis idoneam: de qua re Turnebus *e*, & Manutius *f*. Secundò volunt denotari scutum rotundum vulgò *rotella*. Fortassis LXX. legerunt יסחרה *isçorah*, cum *he* paragogico, vel יסחרה *jesachereh*, ita ut non sit nomen, sed verbum significans *circuire* & *circumdare*. Eodem Ps. nonnulla de scuto dicta faciunt ad rem præsentem. *Circumdatione veritatis instar scuti*, Bernardus *g* innuere ait, nos tentationibus circumdatos esse, quibus nos *fidelis Deus non patiatur tentari supra id quod possumus* h, sed gratia sua nos adjuvet, ac protegat; & ad similitudinem scuti, quod in parte superiore amplum latumque, ut caput & humeros custodiat, in inferiore strictius est, aut minus est, & quia graciliores tibiæ sunt, nec adeò facile, vel periculosè vulnerantur, faciat ut circa carnem minùs solliciti simus, circa spiritum amplius, latius, abundantius occupemur. Tali forma, hoc est scuti, cor humanum est.

Ratio electionis variæ.

d vers. 13.

e l. 11. c. 27. *f* 3. de quæstionibus per Epist. q. 16.

g serm. 5.

h 1. Cor. 10. 11.

Cordis humani forma scuti figuræ comparatur.

Latum

Latum supernè, ex inferiore parte angustum, ut quum dilatatione ad superiora, cœlestia, divina, spiritualia tendamus. *Vita nostra est militia* *, & *universa vanitas omnis homo vivens* *, opus idcirco est veritatis circumdantis scuto, adversus antagonistam *mendacii patrem* a, qui mendacio primo fefellit parentes, quemadmodum & ipse *in veritate non steterat* b, læseratque peculiari quadam ratione personam secundam, cui veritas attribuitur, & quam idcirco ut propriam vindicaret injuriam decuit incarnari & manifestari *plenum gratiæ & veritatis* c, atque *testimonium perhiberi veritati* d. Ipse ait Chrysost. *e* protegit & circumdat, ut undique nos paratos inveniat & clausos, ut omnes aditus sensus nostri scuto veritatis tegantur. Qui *diligunt vanitatem, gravi corde sunt* f; deorsum conversa cordis ampliore parte, *vanendo mendacium spem suam, mendacioque protecti* g. Scuto isto veritatis scripturarum retudit Christus tela tentatoris *h*; & convincebat Judæos vi veritatis; quam quum ipsis diceret, credere deberent *i*. Hoc fidei scuto *omnia tela nequissimi ignea possumus extinguere* k. *Christus veritas est* l, & *in circuitu ejus illa est* m: *Induere Christum* n ut circumderis scuto veritatis: spera in eo *ut misericordia illius circumdet* o *te, coronetque te misericordia & miserationibus* p *qui est in circuitu populi sui* q continentis se intra circumferentiam sphæramque divinæ providentiæ, & charitatis. Qui prætulit veritatem Regi, mulieri, vino, laudem ac præmium retulit; & populi sui liberationem impetravit *r*: quoniam verè liberi, quos liberat veritas *s*: *Refulgente Sole in clypeum aureum* veritatis, *resplendent montes sicut lampades ignis* t, & inimicorum oculos percellit. *Omnis* u *sermo Dei ignitis clypeus est sperantibus in se.* Veritas quandoque quum justitia confunditur, & æquitate: *scutum autem inexpugnabile æquitas est* x. Oratio præterea scutum est *y*; nempè cultus Dei verus, qui tales, quærit, qui *in spiritu, & veritate adorent eum* z; bona item voluntas *a* prodiens in opus, unde reddimur tuti ac securi. Ex turre & collo sponsæ, idest, charitatis, *clypeis mille pendent* b, hoc est, opera bona, in quæ tamquam ex collo vis dimanat & forma meriti, velut spiritus vitalis. Hæc fuit Moysis postrema oratio *c*: *beatus es tu Israel, quis similis tui populo, qui salvaris in Domino: scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ; negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.* Habent, & hi, sicut Leviathan, *scuta fusilia, compactique sunt squamis se prementibus* d, quoniam ut ait Gregorius *e*, per obstinationem duri sunt, nec ulla veritatis sagitta penetrantur, scuto superbæ defensionis eam excipiendo: & *scutum cordis accipiunt laborem Domini* f, passionem illius despiciendo, tandem Dei *veritatem in justitia detinendo* g. Qui continentur intra *civitatem veritatis* & pertinent ad Ecclesiam, quæ *columna est ac firmamentum veritatis* i; spiritu veritatis agi, regique debent *k*. Melior hic Myrtili clypeo fortissimi, ac strenuissimi militis, qui eo armorum genere pugnare solitus, eodem submersa Navi innixus, in tutum portum delatus est. De illo scuto sic Julius Leonides.

Myrtili clypeus.

εἰ μὲν νῦ κινδύνους ἔφυγον δύο μύρτιλος ὅπλῳ
τὸν μὲν ἀρίστευσας, τὸν δ' ἐσπίνυξα μένων·
ἀργεστὴς δ' ἔδυσε νεὼς τρόπιν, ἀσπὶς δ' ἔχον
σωθεὶς κεκρυμένην ὕδασι καὶ πολέμῳ.

Unis pericula duo effugi (ego) Myrtilus armis,
Unum quidem fortissime dimicando, alterum vero
natando
Argestes (ventus) quando subjit navis carinam scutum
habui.
Servatus destinatum, aquis, & pugna.

Carmine Latino Alciatus *l* reddidit, ad hunc modum

Bina pericla unis effugi sedulus [Myrtilus] armis
Cum premererque solo, cum premererque salo.
Incolumem ex acie clypeus præstitit: idem
Naufragum apprehensus littera ad usque tulit.

Alias translationes ponit Claudius Minos *m*. Nonnihil affinitatis habet militare stratagema, ut scutis compressis excitaretur veluti testudo, ad fortiter resistendum, ita ut per eam ingredi carri possent. Aponius *n* præsentem Psal. locum interpretatur, ut Christus, qui veritas est, scuto sinuæ defensionis per Crucem circumdet: quæ vice sit mille clypeorum, per quam armaturam totus mundus redemtus sit, cum qua martyres expugnaverint Reges, Principes, dæmonum legiones. Rectè sic martyres expugnavisse, dicuntur, quia id patiendo fecerunt, scuto autem defendimus nos potius, quam offendimus; dumque scutum ictus excupiendo prohibet à nobis, patitur quodammodo ne Apatiamur; quod est passam carnem, nec martyrum animam periclitaretur. Etsi non me latet genus fuisse clypei hastati, qui umbonem haberet cum cuspide, ut vehementiores avertere hostium ictus posset, eosque impellere, atque sternere. Arnobius corpori Christi, & sanguini, præterea chrismati rationem scuti tribuit, eoque non tum defendi, tum coronari,

Non timebis à timore nocturno.) Trita phrasis *timere à timore*, vel *timore*, vel *timorem*, pro re timenda & formidanda, aut ut significetur vehementia timoris. Chald. *à timore dæmonium, qui ambulant in nocte*, sic timor noctis designaret dæmonas. Quod minus mirum ducet, qui absolutè positum *timoris* nomen meminerit pro *Deo* in Genes. *o*, & opinionem fuisse, quod *Primus in orbe timor Deos fecit*, ac θεὸν dictum, quasi ἀπὸ τοῦ δείσης *à timore*, ut alias monuimus. Dixi paullò ante Bern. exponere *timorem nocturnum*, quum quis veretur molestias corporis, & hoc timore à Dei retardatur servitute: nam nox tribulationem designat: indicat quoque ignorantiam, & *scuto veritatis* destitutos esse, qui eo timore corripiantur, & qui *accedentes ad servitutem Dei non stant in timore* p; idest, non sunt constantes, ipsummet *timorem non timentes* q. Bene dicitur, ait Bernard. non timendum à timore nocturno, & non dicitur à nocte, quia non ipsa afflictio tentatio est, sed magis timor ipsius. Huc spectat quem Aug. nominat *timorem persecutionis ex ignorantia*, & quum quis cedit, ac negat, & quas appellat Chrysost. *r* damnificationes, detractiones, vituperationes. Secundò qui dicitur Hier. & Cassiod. explicant de errore, vel hæresi, non timere autem, qui habet *scutum veritatis*, qui scilicèt retinet fidem, quam non amittit, nisi contumax, & suo malens, quam Ecclesiæ stare judicio. Tertio Valentia in hoc, & sequentibus, agnoscit quosdam, quasi gradus peccati, ut *timor nocturnus* sit cogitatio mala: *negotium perambulans in tenebris*, quasique in crepusculo propositum malum: *sagitta volans per diem*, actus ipso: *incursus* seu *ruina cum dæmonio meridiano*, animi obstinatio, ut jam lucem palàm peccare non pudeat, nec famæ timeatur jactura. Aliter distinguit, repetendo *laqueum venantium*, & *verbum asperum*, pro quovis peccato, & persecutione: ut sit *nocturnus timor* peccatum ex ignorantia, *sagitta per diem volans*, luxuria: *negotium perambulans in tenebris avaritia* (Pluto enim inferni habitus Deus) *dæmonium meridianum superbia*, qua videri vult superbus ab omnibus. Per hæc etiam omnia Chrysost. *s* dicit iniquitatem designari. Quarto *timor nocturnus*, una quom *negotio perambulante in tenebris*, ut Euthym. docet, indicat, fures, incendiarios, insidiatores, qui tali potissimum tempore grassantur, & incautos adoriuntur. Quinto Rickelius, Eugubinus, Genebrard. R. Aben-Ezra. R. Kimhi intelligũt de timore, quo solent aliqui nocturno tempore concuti sive naturali imbecillitate propriæ imaginationis, sive somniorum tristium ac turpium etiam objectu, sive terriculamentis de industria excitatis. Vocantur hæc *phantasmata, terricula, terriculamenta, lemures: empusæ, species; umbræ, larvæ, spectra, manes, simulachra, dæmones nocturni* t. Ipsamet nox, ac tenebræ horribiles sunt præsertim iter agentibus. Unde *u* ille

Ac velut ignota captus regione viarum
Noctivagum qui carpit iter, non aure quiescit,
Non oculis, nectisque metu niger auget utrumque
Campus, & occurrens umbris majoribus arbor.

Et alius *x*,

——*sylvisque per avia cæsis*
Ablati, furtim multo cum vulnere solos
Per noctem metantur agros, sonus omnis, & aura
Exterrent, pennaque levi commota volucris.

Job *y* facit mentionem terroris, per somnia, & horroris, per visiones. Existimarunt etiam discipuli Christi ipso noctu in mari ambulante, phantasma se videre *z*. In libro *a* Sapientiæ de horribilibus visis in Ægyptios immissis diximus, quæ ibi personæ tristes nominantur, & monstra; præterea pavor, perturbatio, perculsio, subitaneus, & insperatus timor, defectus, &c. Armat nos Deus gladiis, & *ad bella doctissimos*, reddit, vultque, ut *uniuscujusque ensis super fœmur sit propter timores nocturnos* b, quos Paraphrast. *nocivos* vocat *spiritus*, & *dæmonas nocte ambulantes*; & ut non tristes incedamus quum affligit nos inimicus nocturnus, *lucem emitti* petamus, *& veritatem, quæ deducant, & adducant* c, quoniam *si Dominus illuminatio nostra fuerit & salus, nullum timebimus* d. Idcircò dicebamus initio, hunc Ps. tempore Completorii frequentari adversus nocturna pericula, & terricula, quando etiam flagitat Ecclesiæ *hostem comprimi, procul recedere somnia, & noctium phantas-*

* Job. 7.1.
* Ps. 38.6.
a Joan. 8.44.
b ibid.
c Joa. 1.14.
d Joa. 18.37.
e in hom. in Joan.
f Ps. 4.3.
g Esa. 28.15.
h Matth. 4. 4. 7.
i Jac 2.25.
k Eph. 6. 16.
l Joan. 14. 6.
m Ps. 90. 7.
n Rom 13 14
o Ps. 31. 10.
p Ps. 102.4.
q Ps 124.2.
r 3. Esd. 3.4.
s Joan. 8.32.
t Mach. 6.29
u Pro. 30.5.
x Sap. 5 20.
y c. 18 21.
z Joan 4.24.
a Ps 53.13.
b Cant. 4.4.
c Deute. 33. 29.
d Job. 41.6.
e 33. Mor. c. 24. vel 30.
f Thre. 3.65.
g Rom. 1.18.
h Zach. 8.3.
i 1. Tim. 3.15
k Joa. 14.17.
l Emb. 161.
m ibid.
n l. 6. in Can.
Expositiones mysticæ
Scutu magis defendit quã offendit.
o Gen. 31.42. Bernardi expositio.
p Eccl. 2.1.
q Marc. 4.41
Cur timendum dicitur à timore nocturno, & non à nocte.
r hom. in Ps. 90.
Quosdam gradus peccati hic agnoscit Valentia.
Altera distinctio ejusdem Valentiæ.
s in Ps. 118. Tumor nocturnus & negotium in tenebris perambulans indicant fures.
t Cass. Coll. 7. c. 32.
u Vale Flac. lib. 2.
x Silius Italicus.
y c. 7. 14.
z Mat. 14. 26 a c. 17. 3. & seq.
b Cant. 3.8.
c Ps. 42. 3.
d Ps. 26. 1.

phantasmata, item *ne gravis somnus irruat*, *nec hostis nos furripiat*, *nec caro illi consentiens nos Deo reos statuat*. Extat eadem de re Prudentii hymnus *.

Hæc cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem, *locumque cordis*
Crucis figura signet.

Subdit hujus consignationis utilitatem, adversus portenta somniorum & præstigias. Deplorat in se Aug. *a* fœda somnia, & super eadem re Nebridio respondet *b*. Spernenda sunt, si præbita culpabiliter causa non est. Audiendæ, ut admonet Hier. *c*, Prophet. voces, somniis non esse credendum, quia *nec adulterium somnii ducit ad Tartarum, nec martyrii somniata corona in cœlum levat*. Et de se tamen idē *d* scribit, quod somnians existimabat interesse se choræis puellarum Romanarum, quum procul in mediis Ægypti solitudinibus æstuaret. Respondsum quoque legi Petro Cælestino valde super hujusmodi re anxio ne idcircò abstineret à sacrificio, quemadmodum bestiæ insidens homo, quæ sunt hominis facere pergit, etiamsi illa naturæ necessitati satisfaciat. Clamemus ad Dominum *e ubi es qui fecisti me, qui dedisti carmina in nocte?* Græcè φιλακὰς νυκτερινὰς *custodias nocturnas*, ideſt, ut explicat Origenes, Angelor. excubias, adversus belluas, latrones, hostes. Vigiliæ olim institutæ in monimentum futuri ex improviso judicii, nocturno tempore. Quo tempore Angelus percussit Ægyptios *f*: Gedeon terrefecit Madianitas *g*. Piorum sæpe pia etiam somnia & quum *dormiunt*, *non timent*: *quiescunt*, *& suavis est somnus eorum*, *nec pavent repentino terrore* h.

A sagitta volante in die.) Hier. Psalter. Romanum, & vetus, Aug. etiam, & Cassiod. *per diem*, Chald. *à sagitta Angeli mortis*, *quam emittit interdiu*. Subitum, sed apertum periculum significatur, vel illata quoque martyribus cita mors, absque diuturnitate tormentorum, ut Aug. placet, qui de his explicat *dæmonium meridianum*. Exemplo sit Clemens Ancyranus cum Agathangelo, per totos viginti & octo tortus annos, de quo Niceph. *i*; ut Athanasii omittam adeò longam persecutionem, quia martyrio vitam non terminavit. Bernard. *k* vanam gloriam, vocat sagittam leviter volantem, leviter penetrantem, sed non leve infligentem vulnus, sed citò interficientem, cui *scutum veritatis* opponi debeat tamquam contrarium tantæ vitæ: Satanam vidit Christus *sicut fulgur eam sagittam de cœlo cadentem*. *l* Idem Pater, *in timore nocturno* notans persecutiones, *in sagitta volante* hæreticos notat inflatos spiritu carnis suæ; inanis, & volatilis gloriæ cupidos, volentes sibi facere nomen: *in negotio perambulante in tenebris*, malos Christianos, quæ sua sunt quærentes etiam viros Ecclesiasticos: *in dæmonio meridiano* Antichristum, transfigurantem se in Angelum lucis. Demta hac ultima tentatione, quam diabolus dedecere videbat Christum, & illius perspectam in aliis prudentiam, tres alias, quibus eum tentavit declaratis prius membris tribus applicat: *Timoris nocturni*, ut panes faceret: *Sagittæ volantis*, ut sese præcipitaret: *Negotii perambulantis in tenebris*, ut regna mundi appeteret. Glossa, & Ayguan. aliter interpretantur de Christo; nempè non *timuisse à timore nocturno*, quando ab adulatoribus laudabatur: à *sagitta volante in die*, quando improperabant Crucifixo. Hugo non timuisse comprehensores, quibus occurrit nocte Passionis: non *sagittam voluntatem in die*, remotas damnationis causas accersentium facto mane: non *negotium perambulans in tenebris*, testum malitiosè ab excæcatis subornatorum, & conciliatæ inter Herodem, & Pilatum amicitiæ, ad quos ultro citroque missus est: non *incursum & dæmonium meridianum*, prætextu ferventis erga legem animi clamantium ut crucifigeretur. *Sagittam volantem* Cajetanus refert, ad furiosum clamorem poscentium, ut crucifigeretur Christus, cum præcipiti expeditione Pilati. Secundùm Tropolog. Anonymus Græcus apud Agellium, *timorem* quidem *nocturnum* accipit pro peccatis, quæ per corporis voluptates admittuntur, & maxima ex parte de nocte fiunt; *Sagittam* verò *volantem in die*, pro criminibus cupiditatis, & avaritiæ, quibus diurnum tempus magis idoneum: *negotium perambulans in tenebris*, pro peccato per ignorantiam, & errorem: *dæmonium meridianum*, pro illo, quod est ex incuria, & negligentia: *incursu*, seu *symtomate laborare*, cujus animus voluptati succumbit. Minus placet ad litteram sumere *timorem nocturnum* pro frigore, *sagittam in die volantem* pro calore, tametsi gelidus dicatur timor tremore; & Sol in æstu radios seu sagittas vibret. Et illud adhuc nimis angustum, omnia hìc tempora innui; *timore nocturno* Anoctem, qua consternamur ad res subitas improvisasque: *sagitta volante in die* Solis ortum & lucis: *negotio perambulante*, *in tenebris*, vesperam, quum jam terris caligo incubat: *incursu & dæmonio meridiano*, ipsummet meridianum tempus. Non sunt denique, vel descriptiones, vel nomina dæmonum, saltem omnia, quæ membris istis continentur, quasi *dæmon*, ut sagitta volare significetur, *negotium* facessat, & molestiam velperi: meridie vehementissimum inurat dolorem.

A negotio perambulante in tenebris.) Hier. *à peste in tenebris ambulante*: Alii, *ab excidio*, vel *vastatione*, *qua in caligine*, seu *in obscuro ambulat grassatur*, *invadit*. Chald. *à morte*, seu *mortalitate*. Est Hebr. nomen דבר *dever*, sicut v. 3. ubi exponitur λογος & *verbum*; Quia nemque quum aliis punctis lectum est דבר *davar*, & in regimine דבר *devar* significans *verbum*, quod nomen *verbi* λόγου. דבר *davar* sæpe sumitur pro re, & nomen negotii idem valere potest, quod *rei*. Propterea sicut ibi *verbum asperum* accipi posset *pro re aspera*, ita hìc *verbum* & *negotium perambulans in tenebris*, *in obscuro*, *in caligine* significat quid simile *timori nocturno*, ideſt aliquid ultra timorem, & rem timendam, scilicet, quæ in facto ipso, & reali, ut dicunt, nocumento consistat. Aliqui putant nomen generale *rei* דבר *davar*, punctis, distinguendi, causa, mutatis, ut sit דבר *dever*, horrendæ pestis plagæ significandæ attributum, sicut, fit apud Germanos. Itali etiam dicunt, addentes epithetum (mali) *mal negotio*, *mala facenda &c.* pro re qualibet mala. Latina quoque vox *negotii* usurpātur, pro quovis opere, item pro labore, & molestia, similes habet usus πρᾶγμα, ita ut *per ambulans negotium in tenebris* sit quod quis alteri per insidias exhibet, quæ lis præterea intentata dici potest, & contentio, Græcè δίκη; quam LXX. reddiderunt in Osea *m* τῷ ἡ δίκη σου θάνατε, ubi est *mors*, *lis*, *causa*, *contentio tua*? quod legimus. *Ero mors tua*, *ò mors*; & apud Paulum *n*; *ubi est mors victoria tua?* quasi legisset interpres pro δίκη nomen νίκη, ut tamen in textu Græco Pauli sit τὸ κέντρον *stimulus*; sensus tamen semper idem. *Ubi est mors* νίκη, *dica*, *caussave tua*, qua contendebas in judicio Dei contra homines, quasi superior? ubi sententia, ut omnes morentur; ubi vis, ut omnes perderes? ubi pœna, qua cunctos mulctares? ubi *victoria*, quam reportaturam te credebas? ubi κέντρον *stimolus*, quod adversarios urgebas, & configere volebas? Hebr. אהי דבריך *echidevarecha*, *ubi verba tua?* quid habes, quod objicias, aut in singulari ablato *Jod*, *verbum tuum* aut si esset à דבר *dever*, *ubi est ò mors*, *mors*, *excidium*, *vastatio*, *pestis*, *plaga tua*? Denique si prima vox אהי *ehi*, significet non tantum, *ubi*, sed *ero*; erit sensus, *ero mortes tua*, vel *mors tua*. Lege Riberam *o*. Dixi prius de mysticis sensibus, & quod attinet ad Christum, Cajet. post Haymon. *pestem ambulantem in obscuro*, accipit de machinatione mortis in Concilio Pontificum, executioni mandata sub prætextu læsæ majestatis. Hugo, ut antea retuli, de amicitia inter Pilatum & Herodem. Tropologicè Bernard. interpretatur ambitionem: Bruno Carthus. Hæreticor. fraudulentiam, & studiosè elaboratam sententiam: Hier. *p* sagittam quidem per diem *volitare*, per Hæretic. in sanctarum intelligentia scripturarum: *negotium vero in tenebris*, *& nocte per ambulare* per philosoph. qui per obscuritatem sermonū involvere cupiunt veritatem. Chrysost. contrahentium negotia cum mendacio, quam negotiationem David, quia nesciret, profitebamur *se introire velle in potentias Domini* q. Aug. diuturniores persecutiones; Penultimo sensui bene convenit nomen πράγματος; dicebantur enim *pragmatici*, qui dicturis in foro argumenta de lege, ac jure subministrabant *r*, nec malè quadrat in falsæ doctrinæ Auctores Hæreticos, philosoph. alios. *Perambulandi* verbum, sive simplex *ambulandi*, & *eundi* innuit rationem jaculi penetrantis, ut quum dicuntur *fulgura ire* *s*, *sagitta transire* *t*, *& ire* *u*: Armat nos cum Paulo. *x* Hier. *y* adversus hujusmodi jacula, & sagittas ardentes, *lorica justitia*; cui simile de quo prius actum est *scutum veritatis*, quæ justitiam etiam non raro significat.

Ab incursu, *& dæmonio meridiano*.) Hier. *à morsu insanientis meridie*, quo modo prius Aquila ἀπὸ δήγματος δαιμονίζοντος μεσημβρίας. Symmac. autem vertit συγκύρημα δαιμονιώδες *incursum dæmoniacum*. Refert Richard. Cenomanus aliam lectionem Hier. *à morsu insidiantis*. Alii, *à peste*, *seu lue*, *exterminio*, *exitiali morbo*, *agritudine repentina*, *noxa vastante meridie*, vel, ab incisione, quæ diruet meridie, Chald. *à caterva dæmonum*, *qui grassantur meridie*, *vel nocent*. In Psalt. Romano, & vetere, & quo utitur Mediolanens. Ecclesia, apudque Aug. Arnob. Cassiod. *à ruina*. He-

br.

---

* l. καθῆ μερ.

a to. confess. c. 30. Fœda somnia spernenda, si culpabiliter præbita causa non est.

b Ep. 119. c. 1. con Ruffinum.

c Ep. 22.

d Ep. 22.

e Job. 35. 10.

f Exo. 12. 23. Jud. 8. 5.

g Jud. 7. 21. 1 Reg. 3. 24. 25

Clemens Ancyranus & Agathangel. per 28. annos tormenta sustinuerunt.

i l. 7. c. 14.

k serm. 6.

Expositiones mysticè

l Luc. 10. 18

Tropologia

m c. 13. 14.

n 1 Co. 15. 55.

o in Osea c. 13. Sensus mysticus.

p 2. cont. Epist. Parmen.

q Ps. 76. 16.

r Cicer. l. de orat. & 2. ad Atti Ep. 20. Quint. l. 12.

s Job. 38. 32.

t Ps. 76. 18.

u Ab. 3. 11.

x Eph. 6. 13.

y ibidem.

br. מקטב שוד צהרים *mikketeu jasciud tsaharaim*. Thalmudici, & R. Salomon cum Paraphraste, jam citato, interpretatur de dæmone pessimo, qui audeat, etiam meridie, & aperta luce, palam, & publicè sævire, quum alii noctu potius, ac in tenebris, occultè, & insidiosè noceant. Putat R. Salomon esse dæmonium *Meriri*, cognominatum קטב *keteu*, ab excisione, & quem citat Delrius *a* noster, R. Jarrius, idem sentit, placetque Lyrano, qui ait sicut erant Angell deputati ad protectionem populi, de quibus postea *b*; ita promissos à Deo dæmones ad eum tentandum, ut tamen boni protegerentur, & liberarentur. Sed plures explicant de morbo pestilente, & ex aeris corruptione qui veluti mordeat, subito exscindat, & perimat. Trevetus interpretatur de serpentibus, & bestiis aliis, quę fervore meridiani æstus concitatæ desæviunt mordendo. Idem nomen Hebr. est in pridem citato Oseæ *c* loco, *& ero morsus tuus inferne*; Ubi Symmach. reddit ἀπαντημα *occursum*, Theodotio, & V. Editio, *plagam & conclusionem*. Putatus Hier. in comm. Ps. per *incursum*, ut Græcè hìc dicitur σύμπτωμα, exponit *ventum*, quando aliquid novi evenit, quod non speratur, aut quando simul multi cadunt. Quod attinet ad dæmonium meridianum, ait, licèt opinio sit multorum esse dæmones meridianos, videri sibi frivolam, sed eo tempore dæmonium habere potestatem in nos, & ingredi in nos, quando peccamus, sive mane, sive vespere, sive nocte. Græci Enarratores non respuunt dictam sententiam: verisimile autem esse, aliquos post cibum & saturitatem, velut ad paratam prædam, insidiosè currere, ut divina gubernatione destitutos servituti subjiciant. Acediæ, aut luxuriæ dæmonem Euthym. refert quosdam intellexisse, qui ventre ingravescente vehementius insurgat, & in animas hominum grassetur, id ipsum Nicet. *d* Nazian. scholiastes tradit ex aliorum opinione, quod sit acediæ & languoris, aut abscœnarum cogitationum, aut libidinis dæmon, qui meridiano maximè tempore insidietur, ingravescente ob copiam ciborum ventre. Favent initio dicta, maximè ex Bas. *e*, de recitando hora sexta, quæ est meridiano, Ps. Nilus *f* abbas acediæ quoque spiritum, dæmonemque hìc significari vult quem acrem, ac imprimis gravem nominat, & semper monachis infestum, & præsertìm circa meridiem insidias struere, ut propterea meridianus appelletur. Describit eumdem pluribus. Et potest spectare, quod nuper dicebam, ex veterum monach. sententia, à dæmonio meridiano persuasum Davidi adulterium ipso meridiano tempore. Delr. quem non ita diu antea citavi, existimat *incursum & dæmonium*, idiotismo Heb. idem esse quod *incursum dæmonii*, hoc est, vehementiam, acrem, apertam, importunam infestationem, per modum ruinæ, excidii, exterminii, devastationis, morsus, interitus commorentium & simul ruentium, seu cadentium, idque σύμπτωμα sibi velle; docet deinde vocari meridianum dæmonium tum à loco, quia crederentur plures dæmones in deserto versari, quod Hebr. est *ad meridiem*, quasi dicas *dæmonium deserti*, quale Orig. *g*, citans hunc ipsum locum, asserit esse id quod sub venti forma de meridie venientis, diruit domum Job, & liberos oppressit *h*, tum à tempore, idest, à meridie, in qua vehementius tenet, vel etiam corpora vexet, quod præter Ecclesiasticos aliquos Auctores ex memoratis à me, confirmat Theocriti *i* testimonio de Pane, & quia comportum est ex historiis visa clara die spectra prius quam pestilentiæ, aliave hujusmodi mala consequerentur *k*. Tandem profert scholiastem Aristophanis *l*, qui δαιμόνιον μεσήμβρινον confundit cum *Empusa*, quamvis hæc latius pareat. Scribit quoque Lyl. Gyrald. legisse se, qui putarent dæmonium merid. Empusam esse, terriculamentum nempe muliebre, deque isto Davidè hic loqui. Agell. sententia est, σύμπτωμα non hìc significare *fortuitum casum*, sed morbi genus acutissimo dolore, ac morsu stimulàtis, quasi ὀπισθότονον ἀνίατον, *opisthotonus immedicabilis*, quum spina dorsi retrotenditur, eoque laborans morbo prorsus inflecti nequit, sed subinde acutos dolores, & quosdam quasi morsus, aut stimulos patitur. Confirmat ex Prov. *m*, ubi quod Lat. legimus, *& bonis amici consiliis anima dulcoretur*. Græc. extat καταῤῥύγνυται δὲ ὑπὸ συμπτωμάτων ψυχὴ *disrumpitur autem ab accidentibus anima*, sive à calamitatibus, & incursibus, vulgo, *incontri*, quasi legerint LXX. non מעצת *mehhatsath*, vel plural. עצות *hhatsoth*, sed מעצב *mehhetseu*, collectivè sumendo singulare עצב *hhetseu*, quod significat *dolorem, tristitiam, laborem, fatigationem anxietatem*. Ait præterea hunc videri stimulum carnis, quem Paul. *n* *Angelum Satanæ* vocat, & à quo se colaphizatum scribit, idest crebro

a 2. *disquisi.* q. 27. *sect.* 2.

b *vers.* 11.

c *ep.* 13. 14.

d *in orat.* 40 *de bapt.*

e Reg. 37. *ex fusis.*

f *de octo vitiosis cogitat.* *de acedia.*

Dæmon monachis semper infestus & præsertim circa meridiem.

g *in Job. c.* 1. 19.

h *Job.* 1. 19.

i *idill.* 1.

k *ide. Deir. in Oedipum Seneca vers.* 172. 174.

l *in Ranis.*

m *c.* 27. 9.

n 2. *Corinth.* 12. 7.

Aquasi incursu, & dolore vexatum. Denique non distinguit *incursum à dæmonio meridiano* aut vult illum ab isto effici, *meridianum* verò dici, ab apertè, & cum libero impetu deprædando, ac insultando, ad eum modum quo Jer. *o* *vastatorem meridie*, & Sophon. *p* *ejectionem in meridie*, non timere, quem protegat Deus *umbra sua in meridie* *q*. Mea sententia est, *incursum esse dæmonii meridiani* seu ab hoc præcisè factum. Sic maxima pars Auctorum sentit & persuadet conjunctio, *ab incursu & dæmonio meridiano* quæ sejunctas res differentes conjungit, & durum est interpretari, *ab incursu & dæmonio meridiano* ideſt, ab *incursu dæmonii meridiani*. Deinde *incursum* δύμπτωμα קטב *keteu* non existimo restringi debere ad *acutum morbum*, sed cõprehendere quamlibet *arumnam acerbam*, quæ subito incurrat apertè vehementer, ita ut *meridianum* commune Epithetum sit *incursui & dæmonio*: Nam *Keteu* monui respectu quoque Inferni *r* dici, *ero morsus tuus inferne*, exponique ab aliis interpretibus, vel *occursum*, vel *plagam*. Licèt autem σύμπτωμα medicis, *sit in morbo accessio*, tamen in genere significat idem ferè quod τὸ συμβεβηκὸς, ideſt, *id quod accidit*, & *casum*, videturque absolutè sumi posse in malam partem, sicut & vulgaribus linguis multis ita sumitur *casus*, ipsumque nomen Lat. *à cadendo*, idem valet quod *ruina*, quam hìc alios legere notavi pro *incursu*. Dicunt etiam Lat. *incursum & incursionem* pro *impetu hostili*, quæ notio non est aliena à proposito, ut denotentur tutum esse qui speret in Domino, ab hostium impetu, & quod habetur sequenti membro, à dæmonio etiam merid. cunctisque dæmoniorum legionibus. Ad hæc probabile duco, lectum à LXX. non ut nunc extat ישוד *jasciud*, quasi per metathesim id acceperint, pro ושיד *vesced*, ut existimat Genebr. sed quod facilius est, & consentit Agell. hoc ipso modo ושוד *vesced*, litteræ namque י *jod*, & ו *vau* sola ferè differunt protractione & contractione ut intenti constat. Significat ישוד *jasciud*, ut est verbum *vastabit* posito ו *surek*, pro ו *vau cholem* à שרר *scindad vastavit, diripuit, prædatus est*, &c. sed ablato ו *ve* ex ושיד *vesced*, quo pacto legisse arbitror LXX. שיד vel fine י *jod* שד *sced*, nomen dæmonis est, vel à mamma שד *scad* cum qua quidam dæmon apparet, lamiæ similis impurus, & fornicationis, vel à dicto verbo, quia *vastator est*. Extat *s* alibi notionis hujus exempla, ubi etiam est idem nomen Græc. & Lat. *dæmonii*, de quo paullò post. Diversis de caussis idem ferè nomen DEO tribuitur, & dæmoni: vidimus enim initio Ps. appellatum *Deum* שדי *sciaddai*. Fur ille, immò prædo truculentior non venit, nisi ut furetur, diripiat, mactet, perdat *t*. Deo ipsi honorem aufert, non honorans eum, & ne ab aliis ei honor deferatur, sed sibi, procurans, gratia spolians nos, & naturæ bonis, quantum ei licet. Jam vero nomen δαιμόνιον & Latinum factum *dæmonium*, diminutione à δαίμων, qui Latinè quoque dicitur *dæmon*, ex usu scripturarum, ut Aug. *u* annotat, & Catholicorom Auctorum, numquam de bono Angelo dicitur, sed semper de maligno spiritu; immò Paganos ipsos testatur etiam litteratos & doctos, non audere in laude vel servis suis dicere, *dæmones habetis*, quum sciant non aliter accipi quã si maledicere vellent. Tandem rationem nominis esse à scientia, nempè ἀπὸ τοῦ δαῆναι, quia sine charitate inflantem scientiam habent *x*, tamque inflati ea sunt, ac tam superbi, ut honores divinos, ac Religionis servitutem (λατρείαν) quam vero Deo deberi sciunt, sibi satagant exhiberi, & quantum possunt, & apud quos possunt. Nescitis ait Tertull. *y* genios *dæmonas* dici, & inde diminutiva voce *dæmonia*? & Gentiles testatur *z* *dæmonium* vocasse hominem, aut immunditia, aut malitia, aut insolentia, aut quacumque macula, quam nos dæmoniis deputamus, aut ad necessitatem odii opportunam; Præter magis receptam illam notionem, quæ Platonis *a* est, ac Hesiodi & Socratis, quos laudat, ut sit δαίμων, quasi δαίμων, vel δαήμων, sciens. Possidonius *b* derivat ἀπὸ τοῦ δαίειν *urere*, vel *dividere*, quod & Macrob. *c* habet Eusebius *d* παρὰ τὸ δειμαίνω *exterreo*: Eugubin. *e* ab Hebr. quod ante dixi vocabulo pluraliter sumto שדים *scedaim*, ita ut rejecta prima syllaba supersit *daini*, & cum diphthongo proferendo, δαίμων *dæmon*. Quadrant proposito etymologiæ, prima ut ideo *meridianus* dicatur *dæmon*, quod profiteatur scientiæ lumen, seque transfiguret in Angelum lucis *f*, secunda & tertia, quia urit, divisit, seu vastat: quarta, quia terrefacit: quintæ autem rationes pridem allatæ, quum de nomine Dei, שדי *sciaddai*, sed non reperio שדים *scedaim*, verùm dumtaxat שדים *scedim*, & à שדי *sciadai* non est usu plurale שדיים *sciadaiim*. Denique sensus litteralis est, quod in

o *cap.* 15. 8. p *c.* 2. 4. q *Esa.* 16. 3.

r *Os.* 13. 14.

s Notio nominis jasciud.

t *Joan.* 10. 10. Notiones nominum δαιμόνιον & δαίμων

u 9. *de civit. c.* 19. & 20. Dæmon semper de maligno spiritu dicitur.

x 1. *Cor.* 8. 1.

y *Apolog. c.* 22.

z *lib. de test. anim. c.* 3.

a *in Cratyle.*

b *lib. de hero. & Dæ.*

c *lib. Satur. c.* 24.

d 4. *de præp. cap.* 3.

e 8. *de peren. philo. c.* 19.

f 2. *Cor.* 11. 14.

Sensus litteralis.

in Domino sperans, liberabitur ab apertissimo etiam adversario, & fortissimo, quamvis sit, vel videatur esse *daemonium meridianum*, ideſt, apertissimè præservidèq; ſeviens, sicut Sol æstuat medio die: unde *meridies*, quasi *medi dies*, non ἀπὸ τοῦ μέρους: ut ineptè deducit is qui dicitur Chryſo. auctor homiliæ. Hic autem loquendi modus ponit communem veramque ſententiam, quod exiſtimant dæmones, & eorum genera varia, variæ nocendi, ac tentandi artes, & quasi diſtincta officia, quod eorum utatur DEUS opera ad puniendum, quibus de rebus alias egi. De ſenſibus myſticis dictum prius videtur ſatis. Quod placet multis, de ſpiritu fornicationis, præter cauſsam, quoniã meridiano tempore hujus vitii fomes magis abundat, vigetque; addi poteſt, quod illos ipſos apoſtates luxuria facit, qui habentur ſapientes *a*, & copioſiore ſapientiæ lumine prædititi: ita ut filii quoque *b* Dei, hoc eſt, non quidem angeli, ut nonnullis placuit, ſed pii & cultores Dei homines, flamma iſta corripiantur. Et notatu dignum quod nullus, ex immundis ſpiritibus nomen retinuit *Seraphim*, tametſi ex eo ordine aliqui cum Lucifero ceciderint, ſed aliquando tribuatur appellatio *Cherub* c, quia remanſit in illis inanis abſque charitate, ſcientia, & qui de ſcientia inflantur homines, non rarò libidinis flamma incendi permittuntur, & ignis vitalis charitatis jacturam facere. Paſcitur in meridie ſponſus *d*, Abraham *e* Joſeph *f*, eodem tempore convivantur, ideſt, ut in pſalmi noſtri ſcribit commentario putatus Hieron. in ſcientia perfecta, in bonis operibus, in claro lumine: transformari diabolum in angelum lucis, *g* notat idem, ſimulando ſe habere lucem, & meridiem, quando hæretici quaſi myſteria aliqua promittunt, regna cœlorum, continentiam, jejunia, ſanctitatem, renunciationem ſæculi. Curandum, ne ignoremus aſtutias iſtas *h*, & ne qui apertum horret malum, falſo bono ſupplantetur. Mariam Bernardus *i* turbatam putat ad Angeli ſalutationem *k*, quod ſuſpicaretur dolum. Joſue non prius Angelum amicum ſuſcepiſſe, quam eſſe amicum noviſſet, ac ſuum, non adverſariorum *l*, tamquam qui expertus eſſet *dæmonii meridiani* verſutias: Apoſtolos prætendiſſe hujuſce *dæmonii* ſuſpicionem, quando quarta vigilia videntes Dominum ambulantem ſupra mare, putabant phantaſmata eſſe, donec reſponderet ille: *ego ſum, nolite timere* m, & falſi ſuſpicionem ab eis depelleret, verum ſe manifeſtando meridiem. Ex dictis verſu toto colligit Hugo S. Victoris *n* modos quatuor tentationum levis, & occultæ, levis & manifeſtæ, gravis & occultæ, gravis, & manifeſtæ: primam eſſe *timorem nocturnum*; ſecundam *ſagittam volantem in die*; tertiam *negotium perambulans in tenebris*; quartam *incurſum & dæmonium meridianum*. Docet præterea *o* his generibus tentationum tangi eum qui convertitur ad Dominum: nempe deterrore vitæ, auſteritate, diſciplinæ, de inani gloria, de hypocriſi, de dæmonũ illuſionibus. Richard. *p* ex eodem Pariſienſi S. Victoris monaſterio cognominatus, diſtinguit ſeptem tentationũ genera, importunæ, dubiæ, ſubitæ, occultæ, violentæ, fraudulentæ, perplexæ. Primam innui vult priore verſu, quum dicitur *ſcuto circumdabitur veritatem DEI*: ſecundam, per *timorem nocturnum*: tertiam, *per ſagittam volantem in die*: quartam, *per negotium perambulans in tenebris*: quintã, per *incurſum*: ſextam, *per dæmonium meridianum*: ſeptimam, per *caſum à latere, & à dextris*, ut in ea parte ſint vitia carnalia, in iſta ſpiritualia. Verùm legendi auctores hi per ocium: ac poſterior præſertim; qui etiam addit quod prima tentatio, quando dominari incipit, facit hominem ægrotum: ſecunda claudum: tertia lunaticum: quarta cœcum: quinta paralyticum: ſexta dæmoniacum: ſeptima mortuum jam putridum.

Euſebius *q* pſalmum totum de Chriſto interpretans, quum tentatus eſt in deſerto *r*, quod Bernard. quoque approbare dixi; ait *verbum aſperum* fuiſſe, totam orationem tentatoris: Chriſtum non cum iſto tantùm omnium dæmonum principe tunc dimicaſſe, verùm etiam cum reliquis omnibus, *quas beſtias* Marc. *t* intelligat ſcribens cum illis fuiſſe in deſerto, & noſter David *u* poſtea *aſpidem, baſiliſcum, leonem, draconem*: propter hanc in deſerto illius commemorationem, cognitum deinde à dæmonibus dicẽtibus, *x quid nobis, & tibi Jeſu Fili Dei?* Præterea in hoc pſalmo fieri mentionem de dæmonibus, qui noctu illum invadebunt, quum dicitur *y*, (*non timebis à timore nocturno*) de iis, qui per diem oppugnabant *z*. (*à ſagitta volante in die*) *a*, de nocturnis, (*à negotio perambulante in tenebris*) de diurnis (*ab incurſu, & dæmonio meridiano* b.) At veriſimile eſt a ſolo Lucifero palam, & in aſſumpto corpore tentatum Chriſtũ: alii forſitã inviſibiliter, comitati ſunt Luciferũ; nec tamen Dominum tentaverunt, qua de *c* re aliàs.

Verſ. 7.) Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.

Verſ. 8.) Verumtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis.

Senſus loci

DEſcriptis prius variis periculis, magis nunc aperte illud exprimit, quod eſt à bello, & conflictu, fuerat vero etiam aliquo modo adumbratum, per ea quæ dicta ſunt. Dicit, ergo, ſi cum hoſtibus dimicet, manuſque conſerat, is qui, ut par eſt, ſperat in Domino, inſignem victoriam reportaturum: ita ut corruant à latere ſiniſtro ipſius mille, decem millia à dextro, atque hinc inde permulti, ipſe autem nullo incommodo afficiatur: ſed tutus ac lętus ſuiſmet oculis cernat de hoſtibus impiis, Deo protegente & adjuvante, commeritas repetitas pœnas; non *timeat ſed ſtet, videat magnalia Dei, pugnanteque Deo pro illo, taceat* d. Poteſt etiam hoc accipi, non de hoſtibus propriis, ſed aliorum, ut quamvis aut videat, aut auditione accipiat alios auxilio Dei nudatos, ſuorum adverſariorum telis poſſim occumbere, nullum ipſe tale capiat nocumentum. Item *cadere*, ſumendo ut ſit idem quod *impetum facere & irruere*, ſenſus eſſet, quamvis cingant in Deo ſperantis utrumque latus hoſtes, vel incurſionem, & impreſſionem facere nitantur, fruſtra id fore, conatuque irrito redituros, nec auſuros cominus certare cum eo, pro quo Deum ipſum ſtare conſpiciant. Poſtremo, ſi *cadere* interpreteris, *caſtrametari, tentoria fingere, habitare*, exponens etiam chiliadem, & myriadem de angelis, qui ſperantem in Domino circumvallantes, ac lacus ejus utrumque ambiẽtes, non ſinant, ut ullum dæmonii meridiani ſatellitumq; illius, ac quorumvis adverſariorum telum ad ipſum pertingat. Nam *currus DEI decem millibus multiplex, millia latantium* e: & *cum Deo ſanctorum millia* f. Allegoriam de Chriſto, & de quolibet juſto tropologiam traditam hactenus perſequi, difficile non eſt: in ſeparata autem verborum enarratione, quod notatu magis dignum erit afferetur.

Cadent à latere tuo mille.) Paraphaſtes præmittit iſta (*recordaberis nominis ſancti, & cadent, &c.*) Verba Hebraicè, & Græcè ſunt ſingularis numeri, ſicut &, nomina collectiva, tùm hìc, tùm ſequenti membro אלף *eleph*, & רבבה *revavah*, χιλιὰς, & μυριάς. Dixi antea *cadendi* verbum, ſignificare poſſe cum impetu *ruere*. Id Agellius notavit, & probavit ex Joſue *g* quum dicitur, *& irruerunt ſuper eos*, ויפלו בהם *vaiidhlu bahem* καὶ ἐπέπεσαν ἀυτοῖς. Sic *cadere, irruere, à latere*: & *cadere à latere*, eſſet *cadere & irruere in alium*, ſive *ad latus ejus*: Eadem ratio eſt circa ultimam expoſitionem, quam tradit etiam Agellius, quia *cadere à latere* intelligeretur eſſe idem ac *ad latus*, & *ibi caſtra figere*. Probat ex Geneſi, quum quod promiſſum fuerat de Iſmaele, fore ut *è regione fratrum ſuorum figeret tabernacula h*, impletum ſcribitur, quia *coram fratribus ſuis obiit i*. Græcè κατῴκησεν *habitavit*, Hebraicè נפל *naphal, cecidit*: Chaldaicè שרא *ſcera, habitavit*; nempe poſtquam habitavit, obiit. Denique *latus*, de ſiniſtro intelligitur, ſicut *manus k*, quum *dexterum latus*, aut *manus* opponitur; & in genere, ubi communi ſpeciale nomen ſubditur, ſolet quod eſt deterius ſignificari.

Quocirca nihil ego myſterii puto ineſſe in eo quod *ſiniſtrum latus*, non apertè nominetur; ut Arnob. tamen & Hieroy. ſeu qui eorum gerunt nomina, obſervaverunt, quaſi ſit indignum, quod poſterior ait, ut juſto tribuatur ſiniſtra, & ſignificetur in illo eſſe duas dexteras, & ſimilem eſſe Aod ambidextro *l*, & *ſi percutiatur in dextera maxilla, præbere & alteram* m, quæ *altera* vocatur, non *ſiniſtra*. Indignum eſt hoc vero Hierony. & jubetur juſtus *faciens eleemoſynam dextera, cavere ne id ſciat ſiniſtra* n. Nec ſatis intelligo, quid alius velit, appellando *ſiniſtrum* liberum arbitrium, *dexteram* gratiam Dei, videturque libero arbitrio concedere, ut credat, & ſic gratiam conſequatur, quod ſemi-Pelagianum eſt. Idem dico de Euſebio *o*, qui ne quid adverſi ſuſpicaremur in Chriſto, de quo pſal. declarat, ait *ſiniſtri* nomen omiſsum. Maximè placet Cajetanus, non opponens *latus dextro*, ſed per *latus* in quo cadant, explicans cadere, qui ad latus ſtabant, & converſabantur. Paraphraſtes expreſſit *ſiniſtrum latus*, & Apol-

a Eccl. 19. 2
b Gen. 6. 2.
c Ezech. 9. 3. & 28. 14.
d Cant. 1. 7
e Gen. 18. 8
f c. 43. 25
Diabolus in angelum lucis transformatur, quando hæretici myſteria promittũt.
g 2. Cor. 11. 14
h cap. 2. 11
i ſer. 33. in cant.
k Luc. 1. 29.
l Joſue 5. 13
m Marc. 6. 50
n ſer. 89. in 1. Dominica Quadrag.
Quatuor modi tentationum.
o Erud. theo. ex miſcell. 2. lib. 2. cap. 64
p annot. in hunc pſalm.
Septem tentationũ genera diſtinguit Richardus.
q 9. de dæmon. c. 7
r Mat. 4. 50
ſ ſer. 6.
t cap. 1. 13
u verſ. 13.
x Marc. 2. 24
y verſ. 5.
z verſ. 5.
a verſ. 6.
b verſ. 6.
c in Evang. Dom. 1. Anaareg.
d Exod. 4. 13
e pſ. 67. 18
Allegoria.
f Deut. 33. 2
Tropologia.
g cap. 11. 7
h cap. 6. 12
i cap. 25. 18
k pſ. 73. 11
Arnobii & putati Hieronym. opiniones ut ineptæ rejiciantur.
l Jud. 3. 21
m Mat. 5. 39
n cap. 6. 3
o 9. de dæmonſtr. c. 1.

expressit *sinistrum latus*, & Apollinarius λαιὸν πλάγιον *lævam manum*. Græcum nomen τὸ κλίτος, non significat præcisè *latus animalis*, sed quamlibet *devexitatem*, & *declivitatem*, *devergentiam*, *inclinationem*, ut & nomen κλιτος aliquando: nec alias memini usurpatum de animali, sed de cœlo, monte, regione. Symmachus, & Aquila verterunt ἐκπρεπεῖς à latere: Ex *transverso cadentes sagittas* Euthymius exponit: Basilius, & Theodoretus *corruentes hostes*, ut sub Gedeone, Jonatha, Elilæo, Ezechia Josaphat, addique possunt Ecclesiasticæ historiæ permultæ sub Constantino, Theodosi, & aliis.

Celebris historia de gestante in prælio labarum. *a Euseb. 2. de vita Constantini c. 9*

Quod attinet verò *ad sagittas*, celebris historia de illo, qui labarum in prælio gestans non lædebatur à frequentibus telis, sed hæc intra exiguum illum, & angustum hastilis ambitum ita provolabant, ut in eo fixa hærescerent *a*. Assimile quiddam evenisse tradunt *b* in bello contra Mauros, cùm qui præferebat Roderico Præsuli Toletano crucem, perque hostium cuneos semel & secundo circumferebat, evasit incolumis, tametsi telis omnibus peteretur multæque sagittæ crucis hastili confixæ essent. A *parte* seu *latere sinistro* mille, hoc est, pauciores cadunt; *à dextro decem millia*, ideſt, plures (ponuntur enim numeri definiti pro indefinitis,) præsertim si *cadere* intelligantur hostes, veluti manu ejus, quem protegit Deus: quia validior dextra, quam sinistra: alioqui non est certa ulla ratio, quare pauciores attribuantur sinistro lateri, dextro plures, si *casum* intelligamus ex pestilentia, vel alio morbo. Samson fortissimus, *asini mandibula occidit mille Philistæos c*, Samgar ex iisdem *sexcentos*, *vomere d*: Eleazar *octingentos impetu uno e*: Abisai *hasta trecentos f*; ut externa omittam, & profana exempla. Mystico sensu Euthymius, *à parte sinistra sagittas mille*, vult esse apertæ; & manifesta passionum jacula: *decem millia à dextra*; occultat quum autem sciat inimicus, quod multi pravas suggestiones non suscipiunt, astutia uti à bonis operibus incipiendo, sed tandem desinendo in malum. Videtur id clarius expositum à Diodoro, quem recitat Agellius. Assignat *sinistrum latus* τῷ πρακτικῷ *homini, ad actionem attendenti*, seu πολιτικῷ, *qui moribus componendis vacat*, & magis versatur in praxi: dextrũ τῷ γνωστικῷ, *qui scientiæ studet, & contemplationi*, seu πνευματικῷ *spirituali, atque contemplativo*: plures perversos spiritu huic generi hominum insidiari, quam illi: utrumque sit armaturam Dei induat, omnes vincere. Id ipsum Bernard. *g* innuit, scribens longè acrius impugnari spirituales viros, quam carnales, seu minus perfectos. Nominatus Hieron. dicit plures dextræ insidiari, ibique majorem pugnam esse, & tamen, ut prius retuli, negat, in justo esse dextra, ac sinistram, sed solum dextram, seu duas dextras. Eusebius *h* explicat plures dæmonas Christi stipasse latus dexterum, quod valentius est, quam sinistrum quando illum in deserto tentabant. Valentia refert *mille in sinistro latere cadentes*, ad Judæos à Christo superandos, atque reprobandos, sinistreque deputandos, in judicio: decem millia in dextro, ad Gentiles, quorum cadant adeo multi per conversionem idololatriæ, & alia peccata, & ad electorum dextram collocandos. Cajet. *casum ad utrumque latus*, de Judæis interpretatur, qui veniente Christo non cum armis offensivis, sed cum prædicatione veritatis, caturi essent in crimen infidelitatis. Sed per *mille in latere*, ait significari istantes ad latus Christi; & convertantes cum ipso, numero magno: per *decem millia à dextris*, eosdem Judæos post Christi ejusdem resurrectionem, (quia status immortalis appellatur *dextera Christi*) quoniam major illorum numerus tunc in infidelitatem cecidit, quã ante, quum sunt per orbem dispersi: Tanti mali Christum causſam non fuisse, qui etiam dixit *eos excusationem non habere de peccato suo* i, ut idcirco dicatur hic quod *cadent*, & non quod *percutiet eos*, quod *oculis considerabit*, non quod *erit causſa casus ipsorum*.

Clemens *k* Romanus testatur Apost. hunc locum interpretatos de Gentilium conversione. August. *l*, Cassiodorus, Beda, Remig., Hugo, Haimo, & alii dirigi sermonem volunt ad Christum, & quosdam *casuros à latere ipsius*, id est, à potestate judiciaria, quam se præsumunt habituros velut collaterales (quomodo Pontifex, aut Imperator mittere aliquem à latere dicitur) plures à dextris, qui præsumant etiam se in judicio sessuros ad dextram cum electis: nullum autem appropinquaturum ad Christum, quia præsumtio excludit eos à pœnitentia. Ayguanus declarat, *a latere sinistro* Christi, qui sint reprobi *cadere*, id est, vinci, mille dæmones, quia non ita sæpè, aut adeo multos illi vincunt; *à dextris*, hoc est, à prædestinatis, Adecem millia, quoniam hi pluries, plurescque superant dæmones. Bruno Carthusianus spem justo iniici ait, per securitatem divinæ protectionis, quod mille hostes interiores, seu tentationes contingentes *à latere sinistro* adversitatis, *cadent*, ac devincentur oratione sua, *& decem millia à dextris* prosperitatis, in qua major suboriri numerus tentationum solet. Rickelius, & Ludolph. ex eodem ordine idem dicunt (dæmones nominando.) Præterea Bernard. *m* alio quodam loco, sed in hoc *n* attendit *in latere utroque* felicitatem terrenam, & cœlestem: dæmones autem vehementius insidiari *lateri dextero* cœlestis, & bonis animæ, pro quorum conservatione sinistrum tundendum debeat exponi, sicut corpus exponendum, serpentis exemplo, pro capite. Dicit præterea *casuros mille à sinistris*, videri potius homines, quam dæmones; quia homines non nisi propter temporalia bona nobis adversantur, quæ vel invideant haberi à religiosis, vel doleant se non habere: dæmones verò propter spiritualia, superna, æterna, ne illuc de pulvere suscitati accedant, unde ipsi in gloria conditi, (ideſt, in proxima dispositione ad gloriam) irreparabiliter ceciderunt. Invehitur deinde in illos potissimum religiosos, qui majorem de pertinentibus ad sinistram suscipiant curam, quam ad dextram, & *obliviscuntur dexteræ atque Jerusalem o*, hoc est, beatitudinis, non verentes ne in judicio sinistram quum *hœdis p* tenere cogantur: Addit Christum latus sibi dextrum fodi passum, quod non nisi de dextera propinare vellet: non nisi in dextera locum parare refugii: Vulnus id excipere post mortem voluisse, ut moneret nos quamdiu vivimus, in hujus semper lateris custodia vigilandum; mortuamq; censeri animam, quæ pernicioſa intensibilitate dissimulet in dextra sibi vulnus infligi. Observat præterea Cor nostrum in sinistra positum, quod affectio ejus prona sit semper, & proclivis in terram, ut idcirco hortaretur nescio quis levari cor cum manibus ad Deum *q*, ut à sinistro latere erigetur ad dextrum. Illud item notat, militiam sæcularem in sinistro tantum latere clypeum portare; at qui militat Deo, non debere se implicare negotiis sæcularibus *r*, hoc est, scucum applicare non tam dextræ, quam sinistræ. Ad hæc monet tegendum latus utrumq; ac veritatis, circumdandum scuto, *armisque justitiæ, à dextris, & à sinistris s; providendo bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus t*. Concludit tandem tempus futurum, quando nec dæmonum, nec hominum agmina stabunt contra nos; non solum non instabunt, & nos læti securique transmisso hoc mari, videbimus Ægyptios istos mortuos, *& Domino cantabimus u*. Hæc summa pii & acuti sermones, in quo quod de *lateris dextri* vulnere ait in Christo, expedimus in commentario Psalmi 21. Adversa, vel etiã temporalia Saul præfigurabat, *persequiens* tantum *mille*; David *x* prospera, vel æterna qui *percussit decem millia*. Hieronymus *y* illum casum inimicorum nostrorum & perfectam de illo lætitiam futuram scribit, cum *Princeps hujus mundi veniens non invenerit in nobis quicquam**: Interim solari nos debere, *quod sint plures pro nobis, quam contra nos z*. Jacobus Naclantus, *a* victoriam quæ hic habetur de inimicis, vult esse *casum mille à sinistris*: quæ in alia vita in qua omnes subjugabuntur, *decem millia à dextris*. Bernardus *b* videtur *mille* de hominibus de dæmonibus *decem millia* accipere, ac utroique tandem casuros post judicium in gehennam. Hugo detorquet ad Prælatum malum tropologiam, & ad consiliarios illius, qui sunt ejus latera *dextrum*, qui tractant de spiritualibus, *sinistrum*, qui de temporalibus: damnandos utrosque dantes mala consilia, plures qui de spiritualibus, quoniam difficiliora sunt, & plures repetit malus prælatus quibus committat spiritualia sine delectu, curamque animarum; pauciores, quibus temporalia, circa quorum custodiam majorem delectum habet: multo magis prælatum ipsum casurum in mortem æternam. Procopius *c* ait Ezechiam post insignem illam hostium stragem, angeli opera editam, existimasse esse se illum, qui expectabatur, & creditum fuisse de se præsentem locum intelligendum, nisi tanta spe propter morbum excidisse se, neque sibi jam; sed Christum uni psalmum convenire animadvertisset, qui flagellum tabernaculo ejus non appropinquaturum esse moneret.

Et decem millia à dextris tuis.) August., *dena millia*, singularis numeri sunt μυριάς, & רְבָבָה *revavah*, ut prius monui: Chaldæũ רִבְבָתָא *rivevatha* pluralis, nomen *dexterarum* etiam in numero multitudinis, Græcè ἐκ δεξιῶν, sed aliis linguis in singulari. Una cuique dextera tantum est, sicut

m ser. 2. in ramis palmæ.
n ser. 7.
o Ps. 136. 5
p Mat. 25. 32
q Thren. 3. 41
r 2. Tim. 2
s 2. Cor. 5. 7
t cap. 8 21
u Exod. 15. 1 21
x 1. Reg. 18. 7
y Epist. 22
z Joan. 14. 30
** 4. Reg. 6. 16*
a Lect. 10
b Serm. 8.
c in Esa. 40

Dæmones in proxima dispositione ad gloriam conditi sunt.

Cor nostrum in sinistra positum est, eo quod affectio ejus prona sit in terram.

Tropologia.

d Jud. 15. 15
e cap. 3. 31
f 2. Reg. 23. 8
f vers. 18.
Sensus mysticus.
g serm. 7.
h 9 de dem. c. 7
i Joan. 15. 22
k 5. constit. c. 14.
l hic, & in ps. 68

sicut sinistra; tamen non raro eidem tribuuntur, ex communi loquendi modo Græcorum, quos imitantur Latini, *dextra, & sinistra* in scripturis sacris *a*, nam in profanis auctoribus id non observavi. Fortassis *dextras partes, & sinistras* hæc phrasis innuit, non præcisè manum, vel brachium: Sic Apulejus *b* dextera corporis validiora scribit, & idcirco dextræ auris crebriores tinnitus, signum esse morbi penitus adacti, eoque minus spei ad sanitatem relinqui, quum & ipsa dextera ægritudini accumbunt.

Ad te autem non appropinquabit.) In Psalterio Romano, *tibi autem non appropinquabit*, quo pacto recitatur etiam in missa Dominicæ primæ Quadragesimæ; & est apud auctorem homiliæ tributæ Chrysostomo: qui propterea non hic, sed Latinus auctor est; quum Græcè sit πρὸς σε, *ad te*. In Psalterio, quo utitur Ecclesia Mediolanensis, *ad te autem non approximabunt*, in plurali numero. Chaldaicè eodem numero, & addendo, *ut noceant*. Quod numero unius dicitur, significat nullum ex tot hostibus ausurum dimicare. Vel ad nomina Hebræa, & Græca quæ dixi numeri singularis esse, aptè junctum est singulare verbum, quemadmodum in hoc eodem versu, *cadent à latere tuo mille*, &c. erat πεσεῖται, & יפל *ippol* in eodem numero singulari. Alibi docui *appropinquandi* verbo interdum significari non simplicem appropinguationem solùm, sed cum impetu, & incursione. Hoc aliquando ex Hebræo verbo קרב *Karau* dicitur נשׁי *nagasci* autem est *simpliciter accedere*: quæ etiam notio proposito magis quadrat, ut ne accessuri quidem hos intelligantur, non solum non impressionem facturi, vel nocituri. De morbis alii accipiunt. Non semper à communibus calamitatibus justi liberantur, sed iisdem quoque involvuntur. Liberat Deus quum expedit. Sunt interim quoque inter nos Jebusæi: in alia vita cessabit pugna, & magnum chaos faciet, ut appropinquare non possint adversarii. Catena ligati sunt dæmones, solis nocent, qui in eorum se rictum projiciunt. Hugo ut suæ tropologiæ de malo prælato serviat legit cum interrogatione, *ad te autem non appropinquabit?* quasi dicat, omnino ad te mors æterna *appropinquabit*. Rickelius de tentationibus Christi explicans, attingit quæstionem illam, an victi dæmones redeant ad tentandum, magisque inclinat ad tempus dumtaxat recedere: Dictum aliàs de hac re,

Verumtamen oculis tuis considerabis.) Hieronymus, *videbis*. Alii, *aspicies, spectabis* nempè, vel mulctam impiorum, vel Deum pro te præliantem, teve de quapiam alia calamitate liberantem. Plus quid importat תביט *thabit* & κακῶσις, καὶ περιβόητευπένως, quam *videre*, latiusque commodè verbo *considerandi* reddidit interpres, ut sit, *cum diligenti animadversione, quasi oculorum mentis, non tantum corporis obtutu aliquid aspicere, lustrare, circumspicere considerare*, ac ut quidam volunt, etiam *cum voluptate*. Memini docuisse aliàs, facere ad cumulum victoriæ, posse suismet oculis victos & prostratos intueri. Minus aptum, ut sermonem dicamus esse ad Deum, ad illum est, qui sperat in Deo, sicut & hactenus, fuit; sic etiam Psal. 36. *c quum perierint peccatore. videbis*.

Et retributionem peccatorum videbis.) Hieronymus, & *ultionem impiorum cernes*. Alii, *reprehensionem, talionem, consumtionem, præmium*, idest, *debitum pœnam, & quasi stipendium*, Chaldæus exponit *consumtionem*, vel *perturbationem*. Est שלמה *scillumah retributio, restitutio, redditio*, & habet indifferentem usum, interdumque bonum. Ampla disputatio esse posset de hac *retributione peccatorum, atque persecutorum*. Compertissima res est. tùm in Judæis, tùm in Paganis, tùm in hæreticis, & schismaticis, tùm in aliis etiam Christianis malis. Judas Proditor, Herodes tres, Pilatus Caiphas, Hannas infelici exitu perierunt: Judæi patria pulsi, tyrannorum, & hæresiarcharum pars maxima violenta morte deleta. Eidem Spiritui sancto bonitas tribuitur, simul verò etiam quidam quasi furor, & vehementia, & irruisse, ac insiliisse scribitur in eos, quos destinabat populi sui hostium expugnatores, ut in Gedeonem *d*, Jephtem *e*, Samsonem *f*, Saulem *g*, idque præ se etiam tulit missus in Apost. sub ignis spiritusque, seu venti vehementis forma, Spiritus *h* sanctus. Rejicit Bernardus *i* considerationem, atque visionem retributionis peccatorum per oculos nostros, in tempus resurrectionis. Tunc ait visuros nos oculis nostris, quos nunc nostros non aliter possimus dicere, quam dici soleat onus nostrum, carcer noster. *Languent oculi nunc præ inopia k; Deficiunt dum sperant in Deum: * Ipsos nec levare audemus in cœlum l*; lacrymis multoties fluunt, ac crebris compunctionibus atteruntur: *deprædantur anima ** traduntur si sapimus in custodiam, & dominium Deo, qui nobis eos, & nos ipsos reddat nobis, immò se ipsum insuper det nobis: adhuc in iis si non regnat, habitat tamen, contraria lex & pœna peccati prævalet, quos tam sæpè somnus occupat, fumus turbat, exiguus pulvis lauciat, noxius humor obnubilat, dolor acerbus excruciat: (plurimas eorum Plinius ægritudines enumerat) nimius splendor obtenebrat, vel ipsa demum novissima mors excæcat, qui nunc *avertendi ne videant vanitatem mi* per quos *ut per feneſtras, intrat mors*.

Illud præterea perpendit, quod nos antea, non uno loco hoc planè peccatoribus grave tormentum futurum, & magnum quendam malorum cumulum, quod in judicio justi oculis considerent, & retributionem ipsorum videant. Forte enim, inquit, quodcumque solatium videretur eorum, quos tam malitiosè impugnaverint in tormentis suis, vel conscientiam latere, vel ipsos saltem declinare posse conspectus: subjicit, quod *sicut peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet*, n (quia prius benedicti vocabuntur in regnum, quam maledicti in caminum dejiciantur ignis æterni *o*: quo videlicet acrius doleant videntes quid amiserint) sic justi quoq; videbunt, & lætabuntur, considerantes, quid evaserint, ne ignari tanti periculi, ingrati aliquando liberatori posse fieri videantur, & visa retributione aliorum securi nec humanam deinceps, nec diabolicam vereantur malitiam, qui nimirum *cadentibus à latere suo mille* (hominibus) *& decem millibus* (dæmonibus) *à dextris suis*, non modo eos cadere viderint, sed & cadere in gehennam. Postremo docet, ex ista consideratione, ac visione consecuturos justos, ut ex comparatione deformitatis impiorum, eminentius glorioſiusque resplendeant; *& manus suas lavare videantur in sanguine illorum, lati* hoc modo de victoria *p*, & *ridentes in interitu eorum q*, ob pulcherrimum divinæ justitiæ ordinem.

Vers. 9.) Quoniam tu es Domine spes mea. Altissimum posuisti refugium tuum.

Vers. 10.) Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

HInc, ait Vates, tibi, ò quicumque tot divinæ adversus te curæ, ac providentiæ argumenta, & effecta experiris, tam magni origo boni, atque securitas tanta; quoniam ex firmo animi proposito dixisti Deo, *tu Domine spes mea*, in quo tota reclinata recumbit, à quo penitus pendeo, cui omnino innitor. Deinde cõvertens orationem Propheta ad eundem, qui fidit Deo: Et quia, inquit, constituisti tibi refugium in Altissimo, qui quum super omnes potentia emineat, eos, qui confugiunt ad se, velut in præcelsam aliquam sublatos arcem, tueri valet; propterea nihil est, quod ullo de damno, aut malo afficere possit, nulla plaga calamitasve, à quo domui, & familiæ tuæ metuere debeas. Si quis prima verba velit non pii viri cujuslibet esse, sed Christi: de eodem verò sequentia Prophetã intelligere, ac si diceret ei; Tu ò Christe *Altissimum posuisti refugium tuum*, idest, superiorem te, vel hoc membrum eodem pacto explanando, si præcedens interpretetur, tamquam David Christo diceret, *tu es spes mea*; caveat Arianismum, cui favere Eusebius *r* videtur. Neque Christus ut Deus Patrem *spem suam* nominat, neque illũ vocat *altissimum*, quasi superiorem se agnoscat. Utcumq; concedi potest is loquendi modus de Christo, & spes in eo fuisse secundùm naturam humanam. Sed melior expositio de justo quocumque etiamsi diabolus abusus fuerit hujus testimonio contra Christum. Anony. Græcus, quem citat Agellius, illam aliam Eusebii expositionem, licet nomine tacito, ait esse κακῶς, καὶ περιβόητευπένως opinantium *mala* ac *profane*, atque dicentium, quod Christus habuit perfugium, ipsum Altissimum, qui in cœlis est Patrem: hujus autem sententiæ Sat. illi fuisse occasionem, qui vafrè, quæ de nobis dicuntur in ps. personæ Salvatoris aptavit: Arianos ita sentiendo suum secutos Patrem Sat. mendacẽ: inde fieri, ut cũ nos in Christo spem habeamus, ad eum confugiamus, qui & ipse adjutorem habet, vocemusq; *salvatorem*, qui ab altero salvatur; quũ planè certũ sit filium esse ἴσον καὶ ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ πατρὶ *æqualem, & similem per omnia Patri*, figuram substantiæ, imaginem

a Ps. 15. 8. Ps. 108. 6. 31. Ps. 109. 1. 5. Prov. 4. 27. Ezech. 16. 46. Zach. 3. 1. c. 23.

b Apolog. 1. Dextera corporis validiora ex Apulejo

* Thren. 3. Oculorum imperfectiones.

m ps. 118. 37

* Jer. 9. 81. Magnum peccatoribus tormentum erit quod justi oculis videant retributionem ipsorum.

n ps. 111. 10. o Matt. 25. 35. & seq.

p ps. 57. 11.

q Prov. 1. 26

c vers. 34.

d Judic. 6. 34

e c. 11. 10.

f cap. 13. 25. g 1. Reg. 11. 6.

h Act. 2. 2.

i Serm. 8. Retributionem peccatorum per oculos nostros ante diem resurrectionis visuros nos negat Bernardus.

k ps. 87. 10.

* ps. 68. 14.

l Luc. 18. 13

Sensus loci

r 9. de Demonstr. c. 3

ginem, & splendorem gloriæ ipsius ὕψιστον καθάπερ ὁ πατὴρ *Altissimum, sicut & Pater est*. Hoc ultimum Ecclesia in hymno angelico cantat, & nos aliè probavimus.

Quoniam tu es Domine spes mea.) Substantivum verbum nec habetur Hebraicè, nec Græcè, rectè tamen suppletur. Quæ autem hic *spes mea* dicitur, & ἐλπὶς, & Symmacho apud Eusebium *a* ἀφοβία, Hebræo nomine eodem exprimitur מחסי *machsi* quod erat versu 2. & vertebatur susceptor, & ἀντιλήπτωρ. Objectum spei intelligit, causam, terminum, ut Dionysius notat. Præmonui auctorem psalmi loqui cum persona sperantis in Domino, ejusque verbis uti; posteà subscribendo ejusdem sententiæ, addere quæ sequuntur. Ita verò etiam sentit citatus ab Agellio Græcus Anonymus, Theodoret. Basil. Nicephor. ad orationis contextum deesse εἰ ὡς γὰρ dixisti enim; & hoc proprium esse Propheticæ scripturæ, præsertim Psalmorum. Alii exponunt: *quoniam tu Dominum*, *qui spes mea est, & est etiam altissimus, posuisti refugium tuum, propterea non accedet ad te malum, &c.* Sed coactius ideſt; Quidam, quia versu 2. Hebraicè est, *dicam*, volunt Prophetam continuare sermonem, quem interruperat. In textu Caldæo Nebiensis, est (*respondit Salomon, & sic dixit*) Meliores primi duo modi.

Altissimum posuisti refugium tuum.) Emendatiores Codices primam primi nominis majusculam litterã describunt, ut unum denotet de hominibus Dei, nec sit epithetũ tabernaculi, ut minus tamen linguæ Græcæ periti sentiunt, & pleriq; Latinorum enarratorum, cùm editio psalmorum nostra Latina immediate de Græca facta sit. Nam textus Græcus ita se habet τὸ ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου: ubi genera discrepant. Posset nihilominus עליון *hhelljon* jungi quum מעון *mahon* & significare *excelsum habitaculum refugii*, & in edito loco collocatam habitationem, ideſt, in Deo, qui altissimus est. Symmachus, ut refert Eusebius *b*, reddit ὕψιστον οἰκητήριον *altissimam habitationem*: & Aquila ὑψίστου οἰκητήριον. Quidam, ut Rickelius, volunt dirigi sermonem ad Deum, aiq; dici, quod ipse in se ipso altissimo, altissimum collocaverit refugii terminum, ut non quiescat homo, vel stet citra, vel infra ipsum, sed mentem erigat in bonitatis ejus contemplationem, sicque ad ipsius confugiat clementiam. Idem indicat Cajet. versionem sectans ex Hebræo, ac Trevetus translationem Hier. denique cuncti fere Hebraizantes: sed & Paraphrastes, *in habitaculi majestatis tuæ excelsam posuisti domum majestatis tuæ.* Mihi videtur loqui nunc Propheta quum eo qui sperat in Domino, & asserere quod *Altissimum* sumserit pro refugio, & *spem* in illo constituerit non tutam, & firmam; ad quem sensum non est necesse legere cum interrogatione, ut contendit Euthymius. Docui etiam prius Arianos abusos hoc loco, quum interpretarentur de Christo, tamquam qui ad Patrem confugeret *Altissimum, & se altiorem.* Si placet de Christo accipere secundùm humanitatem, dicemus cum Aug. & aliis, sermonem esse ad Christum, eique dici, quod resurgendo & ascendendo, docuit ad alta refugere, quæ sursum sunt sapere, & quærere, spem concipere resurgendi, & ascendendi quo pervenit Christus. Recte salutis spem Paulus *c* contuli cum galea. Sicut enim galea, inquit Chrysost. *d* conservat id, quod est præcipuum eorum, quæ sunt in nobis, nempè caput, amplectens, & undique tegens; ita etiam spes non finit rationem concidere, sed facit stare rectam, tamquam caput, nihil externum in ipsum sinens cadere; donec verò nihil decideritque ipsa prolabitur. Videtur spei præ ceteris virtutibus quodammodo altior locus convenire, quia ipsius est erigere animum nostrum, & appetitum trahere ad Altissimum. Eidem Apostol. *e* anchoræ similitudinem attribuit: sed cum firmitate incessus isti anchoræ dat, usq; ad interiora velaminis, & ibi vult figi, ubi vera sunt gaudia, & bona. Navis anchora in terra figitur contra fluctus aquæ: *anchora spei* in cœlo, & Altissimo Deo fixa, mentem solidat, ne concutiatur, inquit *f* Gregor. fluctibus tumultuum terrenorum. *Spem in Altissimo, & refugium* ponit, qui per se ac primariò quærit illum, & regnum, ac justitiam ejus *g*, Quod egregiè amplificat Bernard. *h*. Perpendit inter alia, quod bonus dicatur Dominus *sperantibus in eum*, animæ quærenti ipsum *i*: *sperantes* pluraliter expressus, quod hoc videatur commune multorum, *quarentem* vero singulariter, quod singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis, non modo nil sperare, nisi ab eo, & nil quærere, nisi eum. Vere magna altitudo est, ait creditus Chrysost. confugere ad Deũ homines, accedentes ad Deum cum corde alto, quod non est in terra depositum. Quidam accommdatitiè sumunt *altissimum hoc refugium* in cruce Christi adversus omnem tentationem, ac tribulationem, vel intenso accuratoque studio *certam faciendi vocationem & electionem per bona opera k*, lutq; altius dirigamus veluti sagittas actionum nostrarum: *robustum hac habitaculum, si in petra posuerimus nidum l*; *mons hic in quo salvandi sumus m*: *montana, quæ conscendere oportet, non occurrant hostes n*, in vallibus enim, & infimis periculà; qui autem in altum mentem figit, & *juxta Deum positus est* nullius contra se pugnantis manum timet *o*.

Non accedet ad te malum.) In Chaldæo textu Nebiensis, *respondit Auctor mundi, & sic locutus est*, Græcè in plurali προσλήψονται πρός σε κακά, quo item pacto habent alia Psalteria Latina, & August. atque Cassiodor. Aquila verò apud Eusebium *p* vertit πέτραχ δ ποιήσει traducentur. Symmachus κατισχύσει σε κακόν *non prævalebit contra te malum.* Alii, *non fortuitò vel casu cadet apud te malum, non temere veniet*, seu *accidet*, seu *causabitur, occurret*, vel *non impelletur, non occasionabitur*, ut ita dicam, *non contristabit*, aut *occasionem præbebit tristitiæ*. Hebræum verbum est numeri singularis תאנה *theunneh* in puhhal; quemadmodũ alibi *q* לא יאנה *lo jeunnmh*: *Non contristabit justum quicquid ei acciderit*. Quæ sententia nostræ similis est, ac expositio quoque quædam illius, prout reddita est Græcè & Latinè; ut licet accedat, & accidat justo malum, tamen minimè contristet, aut dejiciat animum ipsius, quum sit certus ecsurum in bonum; quũ è contrario, ut ibidem in Proverbiis dicitur, *impii repleantur malo*, non cùlcæ dumtaxat, sed etiam pœnæ, atque miseriæ, & per impatientiam erga mala, quæ contingunt, abusumque bonorum, quæ percipiunt, vertant cuncta in malum, ac se se curis, & molestiis exerucient. Denique justus illata sibi mala & flagella libenter tolerat, nec est ipsi, ut Apollinarius loquitur, κακῶν ξυνιέσαι ἀνάγκη *malorum concurens necessitas*, sed velut filii flagellantur à Deo, ad correctionem, probationem, satisfactionem, meritum. Non cedunt justi flagellis, neque cadunt cæsi. Et quidem flagellum super Ninive *r*; quæ significat pulchritudinem, ideſt, super justos: *multæ tribulationes justorum* t, & *flagellum patris super filium, quem recipit f*. Sed ad flagella durantur justi, ut murus aheneus, quia nil conſciunt sibi. Chrysost., ut quidem creditur, exponit *non accedere malum*, & *flagellum non appropinquare ad justum*, qualis Job, quia non cedit, nec à spe in Deum recedit, sed patientiam servat, quæ fructum habet præsentis vitæ, & futuræ. Ad Christum non *accessit malum* casu, necessariò, involuntariè, inquit Cajetanus, dum hic viveret, multo minus postquam resurrexit, & ascendit in æternum tabernaculum. *Non appropinquasse flagellum tabernaculo Christi*. Chrysost. *u* exponit quia corporis ejus nullum diabolici flagelli peccatum potuit proximare.

Propterea quoque testatum Salomonem *vestigia serpentis supra petram invenire non posse x*, quia serpens diabolus in Domino qui petra dictus est, quum ipsum tentavit, peccati vestigium non reliquit. Idem ferè jam prior dixerat Eusebius *y*, ac solo verbo expulsos ex hominibus dæmones à Christo, tantum abesse, ut *accedere*, vel *appropinquare* ad nocendum possent corpori ejus, quod nomine *tabernaculi* David *z* intellexit, canens *invenire se studuisse tabernaculum Deo Jacob*. Accedit eodem Procopius *a*. August. cum aliis Latinis, explicat etiam de Christo, non solum ad eum modum, quem nunc dixi; sed præterea, quia nihil passus est Christus pœna & flagello dignum, quum sint propria flagella peccatorũ, aut qui saltem aliquando tales fuerint, item quod *non accedet malum* cuipæ, videlicet saltem finalis, ad electa membra ejus, *nec flagellum appropinquabat b tabernaculo* corporis post resurrectionem. Jacobus Janssonius Deo hoc dici putans, valere dicit contra Manichæos, docentes nescio quam malam naturam in Dei bonam naturam incurrisse, & conflictu quum illa inito, multas ab ea partes captivas cæpisse, easque suæ malæ naturæ permiscuisse.

Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.) Hier. *& lepra*. Alii, *plaga, aut vulnus*, Chaldaicè, *plaga atque nocumentum non accedent ad tabernacula tua*. Aquila, & Symmachus apud Eusebium *c* vertunt ἁφὴν *tactum*, qui Hebraicè est נגע *negehh* significans *plagam* ut alibi *d* etiam redditur. aut *verber e*, aut *lepra f*. Usurpatur etiam ἁφὴ pro *ictu & percussione*, quæaliter πληγὴ vocatur. Pro nomine σκηνώματος ponit σκέπων *protectionem* Aquila, Symmachus σκηνὴν. Tebernaculum pro domo, & familia sumi potest, figuratè præterea pro corpore, in quo

a *Cor. de demonstr.* c. 7.

b *supra* c.

Spes salutis cum galea rectè confertur.

c 1. *Thess.* 5. 8.

d *homil.* 9.

e *Hebr.* c. 19. Anchoræ similitudo spei tribuitur.

f *homil.* 17. *in Ezech.*

g *Mat.* 6. 33

h *ser.* 9.

i *Thren.* 13.

k 2. *Petr.* 1. 10.

l *Num.* 24. 21

m *Gen.* 19. 17

n *Jos.* 2. 16.

o *Job.* 17. 5.

p *demonst.* c.

q *Prov.* 12. 21.

r *Nahum.* 3. 2.

s *Ps.* 33. 5.

t *Heb.* 12. 6.

u *hom.* 5. *ex variis* in *Matth.* & *hom. in Ps.* 13

x *Prov.* 30. 26.

y 9. *de demonst.* c. 11.

z *Ps.* 131. 35 7.

a *in Esa.* 40

b *Ps.* 90 7. 10

c 9. *de dem. monst.* c. 7.

d *Ps.* 38. 11.

e *Ps.* 88. 33.

f *Deut.* 19. 8

quo ut alias dixi, peregrinamur, militamus, laboramus. Universè significatur immunitas ab omni morbo, non à lepra sola: nec loquitur solum de populo in deserto, quũ in tribubus eorum non erat infirmus *a*, ut Treveto tamen placet. Ceterum præter dicta de tropologia, bis legitur Christus flagello usus quod confecerat de funiculis *b*, id-est, de peccatis, quibus peccatores, tamquam pecudes ligatur. *Beatum te si ad flagella paratus fueris c.* Heliodorus violator tabernaculi seu templi, ac direptor ærarii sacri, *ex utraque parte circumstantibus flagellatus juvenibus*, ideſt, Angelis, *verberatusque mutis plagis* d, regiâ quo missus fuerat retulit, *si quem haberet hostem, aut regni sui insidiatorem, illuc ut mitteret, recepturus flagellatum, si tamen is evaderet* e. Paulinus Nolanus, & Ambrosius visi flagello tyrannis, & hostibus minitantes. Sancti viri, quos in opere de disciplinis noster enumerat Gretserus, tabernaculis corporum suorum adhibuerunt flagella, piè in se ipsos crudeles, nec parcentes sibi, immo sic parcentes maximè, quemadmodum non parcendo parcit quis seminì, jactando illud, agricolæ manu, quia melius est illi, ait Bernardus *f*, multiplicari in agro, quam in horreo putrefieri.

a Ps. 104. 17. Tropolo. b Jean. 15

c Ps. 37. 18

d 2. Mach. 3. 26

e vers. 38.

f Serm. 10.

Vers. 11.) Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Vers. 12.) In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Sensus loci.

QUamvis Deus per se solus ad prohibenda mala omnia, & flagella plusquam abunde sufficiat, nihilominus utitur etiam administris angelis suis, iis injungens peculiarem de singulis curam, ut velut fidi comites, custodes, monitores, pædagogi, auxiliatores, præsto sint ad res singulas agendas, vel effugiendas: & suismet quasi manibus, tamquam carissimum quid gerant, ac præ oculis continuò habeant, ne in ullum imprudentes incurrant periculum, aut leviter offendantur, offendantve. De Christo non pauci explicant, à posteriori colligentes etiam ex eo quod protulerit hoc testimoniũ diabolus, tentans *g* illum, & quia finita tentatione angeli ministrarunt *h* ei. Multo post unus in agonia positum confortavit *i*, & plurium manibus honoris causſa, non quia egeret, sublatus est in cœlum; neque quod esset infirmior absolutè angelis (quamvis secundùm naturam paullo minor esset *k*) sicut non sunt meliora jumenta, quam homines; neq; cœlum, quam Deus, in quo sedere dicitur. Præterea præpeditam offensionem pedum ad lapidem Augustinus, Hugo, alii referunt ad Spiritus sancti missi donum, quo lapis legis, quæ videlicet in lapidibus scripta est, molleſceret, & solverentur homines ab illius timore per amorem ejusdẽ Spiritus sancti. In eadem sententia quod litteraliter agatur de Christo, videtur Irenæus *l*, & Ambr. *m*, preterea Cajetanus *n*, Salmeron *o*, Faber *p*, paullo fusius & acrius contra Hieronymum, Nebiensis *q*. Causſam Abulensis *r* affert inter alias, cur diabolus usurpaverit hoc testimonium in secunda, & non ullum aliud in prima, tertiaque tentatione, quia nullum suppetebat ei commodum pro aliis: imitari voluit Christum, occurrentem primæ tentationi per scripturam.

g Matt. 4. 3
h vers. 11.
i Luc. 22. 27

k Ps 8. 4.

l lib. 5. c. 21.
m in luc. c. 4
n hic & in Matt. 4.
o tom. 4.
p tract. 13.
q hoc loco.
r in Matt. c. 4. 933

Verum non agi de Christo in Psalmo isto, communior & melior opinio habet. Id contendit Origenes *f*, quoniam non eget auxilio Christus angelorum, quibus est major, & nisi juvet illos, offendent pedem suum: nec ab incursu, dæmonioque meridiano liberavit Christum Deus, sed sanctos. Cenique quod hic subditur, & à tentatore omissum est, convenit Christo *super aspidem & basiliscum ambulare, & conculcare leonem, & draconem*. Non scriptum est hoc, ait Theophylactus *s* propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico præsipio. Hilarius *t* docet scivisse diabolum promta ministeria esse angelorum filio Dei, & neque in lapidem posse offensionis incidere: taeuisse etiam quæ de semetipso conculcando hic subditur, voluisse autem quoquo modo obedientiam elicere tentato, & hinc referre gloriam. Consentiunt universalem sermonem esse, non præcisè de Christo Druthmarus *u*, qui exponit de Ezechia, Hierony. *y*, qui de viro quolibet sancto: Beda *z*, licet in commentario Psalmi de ministerio seu obsequio angelorum accipiat quum Augustinus. Auselmus *a*, Arnobius *b*, Chrysostomus *c*, Abulensis *d*, Haimo *e*, Aquinas *f*, Bernardus *g*, Cassianus *h*, Maldonatus *i*, Toletus *k* Barradius *l*, præterea Ignatius *m*, Jansenius *n*, Lucas Brugensi *e*, Beauxamis *p*, Cyrillus Alexandrinus *q*, Laurentius Justinianus *r*, Procopius *s*, Nazianzenus *t*, Rickelius *u*, & alii plurimi. Item Leo Castro ex instituto contra Erasmum in apologetico *x*, qui quod Hierony. hanc sequeretur sententiam, appellavit calumniatorem: affirmat etiam Ambr. si bene intelligatur, idem sentire, hi inquam omnes volunt loqui Psal. de viro quolibet sancto. Item quem vocant Hierony. hoc loco, qui retorquet in diabolum; quod si omnibus viis custodiabatur Dominus, poterat diabolo respondere, ab ipso etiam, ideſt, contra ipsum, se custodiri. Atqui Lucas *y* recitat dixisse diabolum, *in manibus portabunt te, ut conservent te*. Auctor *z* operis imperfecti quasi concilians uramque sententiam, scribit non de Christo dictum hoc dumtaxat, sed de omni homine justo, cujus ille personam susceptit, videlicet quod de omni viro justo dicitur, quasi à minori, potuit ad Christum diabolus transferre, quem etiam filium Dei vocatum sciebat, ut noster Maldonatus *a* argutè notat (facit id etiam Lucas Brugensis *b* nescio an post illum, vel quia incidunt in idem doctorum ingenia) illam præterea non spernens aliorum argutiam *c*, prætermissum à diabolo, *in omnibus viis tuis*, quia viæ sunt, per quas ire homo debet, non sese præcipitare, non temerè, sed prudenter agere. Toletus *d* item eamdem secutus opinionem, quæ negat litteralem de Christo sensum, citansque Nazianz. *e*, colligit forsan speraſſe diabolum Christum responsurum, id testimoniũ non esse de se pronunciatum, ex quo deprehenderet eum filium Dei: Ingenium hoc esse hæreticorum, ut scripturis abutantur isto exemplo diaboli admonet Origenes, Irenæus, Ambrosius, antea citati; præterea Vincentius Lyrinensis *f*, Augustinus *g*, Chrysostomus *h*, ut omittam collecta à me *i* alibi plura aliorum Patrum testimonia, loquentium absolutè de eodem abusu scripturarum. Hac in re Lyrinensis ait hæreticos tranfiguraſse se in Apost. Christi *k*, sicut videlicet *Satanas transfigurat se in angelum lucis l*, quotiescunque divinæ legis sententias proferunt, quibus male interpretatis, errores suos astruere conantur. Argumentatur etiam, quid hic faciet *diabolus*, miſellis hominibus, qui ipsum Dominum majestatis scripturarum testimoniis appetivit? Vocari potest *falsi criCmen*, & graviore dignum pœna, quam corruptoris monetæ, comparatque Demosthenes *m* ex sententia Solonis, legum corruptorem cum hoc flagitio: & eodem alludit, quam vocat Apost. *n adulterationem verbi Dei*. Demosthenem ipsum accusavit Æschines *o*, quod non integram legem sed ejus tantum attulisset partem. Sed & incivile dicitur, nisi tota lege perspecta, aliqua particula ejus propositа judicare, vel respondere *p*, ut sunt, inquit Cyprianus *q*, ab Eccl. sciſſi Hæretici, ita capituli unius sententiam, scindunt. Revocari huc quoque possent, qui divinis litteris utuntur indecorè ad profana; quos Tridentina *r* synodus graviter cohibet, & quorum à Deo graviter propter ea punitorum, duo Ioseph. *s* vera prodit exempla Theopompi, & Theodecti, & recens in quodam suo Hispano Garzia Sancio, Jacobus Simanchas *t*. Ceterum locus hic totus convincit Angelos nostri curam & custodiam gerere, si quis alius, ex multis *u*, adversus errorem Calvini *x*, qui ridet velut paganicam doctrinam, aitque per eam, Dei gratiam, malignè extenui diabolum hoc astu fiduciam nostram aliqua ex parte conari minuere; pugnare cum tota scriptura: falsum & profanum commentum esse. Si fidem consulas, ait Bernard. *y*, ea tibi angelicam probat præsentiam non deesse ad protectionem, & custodiam. Favet Concil. Florent. *z* citans Basil, præter quem plurimi in medium proferri possunt. Hoc ipsum non ignotum Gentilibus, sub *geniorum* vocabulo, demonstrant Eugubinus *a*, & Renatus Laurentius *b*. Unde illud Menandri apud Clement. Alexandrinum *c*.

ἀπαντι δαιπων ἀνδρὶ τῶ γενοπένῳ
ἀποντος ἐσι πυσαγος τε βίε.
Omni damon homini nato
Cujusvis est mystagogus vitæ.

Vel:

ἀπαντι δαίπων ἀγρὶ συπωαρατατ
ευδυς γενοπένω πυα γωγε τε βιε.
Cuique viro genius comes assistit
Statim ac gatus est, Dux vitæ.

c Basil. in Psal. 33. d Theodoret. in Psal. 90. e Nazianz. orat. 1. in Julian. f lib. 3. de Spir. sanct. c. 5. g lib. de Spir. sanct. c. 3. h hom. 3. de Lazaro. i Chrysost. hom. 8. in Matt. k Ambr. in Luc. l Irenæus lib. 4. c. 83. m Ambr. in Luc. 4. n Hieron. in Matt. 4. o Epiphan. hæres. 69. p Aug. de Civit. Dei lib. 10. c. 19. q Cyprian. epist. 73. r Hilar. in Matt. 4. s Basil. in Psal. 33. t Hieron. in Matt. 4. u Druthmar. in Matt. 4. x Calvin. in Matt. 4. y Bernard. serm. 12. in Psal. 90. z Concil. Florent. sess. 25. a Eugubin. lib. 1. de perenn. philos. c. 18. b Renat. Laurent. lib. 8. c. 3. & 22. c Clem. Alexandr. lib. 7. Strom.

Legendi etiam hoc loco Joa. Bochius, & Julius Sirenus *a*. Rationem Bernard. allignat, ne quidni cœlestibus vacet ab opera solecitudinis nostræ, quum Pater miserit nobis unigenitum suum, immittat spiritum suum, promittat vultum suum, præterea, quia non est contentus custodia tam parum tuta, tam parum utili, tam fragili, tam insufficienti, quæ in nobis est, ad custodiendum adeo pretiosum depositum, fructum crucis suæ pretium sanguinis sui. Quod & ante incarnationem verum etiam est, quia efficacia illius priusquam esset, vim semper, & in omnibus habuit. Concedunt omnes præesse unum aliquem angelum singulis materialium rerum formis, quidni singuli homines singulos habeant? quum constent anima immortali, & immortale sint aliquando corpus habituri, homoque sit earum rerum quasi finis secundùm Deum? Ut primum ergo editur quis in lucem, & à matris avellitur utero, intra quem quum est, quia tamquam res ad ipsam pertinet, eidem curatori subest, curatorem proprium obtinet (quasi *genium* dixerint, quod nobiscum veluti gignatur, & nascatur) qui officium faciat usque ad mortem, ac fortassis etiam donec electum, si tantisper detineatur in purgatorio, ad cœlum usque perduxerit. Tam sunt aliqui tamen perversi, ut sicut à Deo deseri, ita dici possint ab angelo, vel secundùm magis peculiarem curam, quemadmodum quum ante templi excidium auditæ sunt in eo voces, *migremus hinc b*. Quo spectat illud Jeremiæ *c*. *Curavimus Babylonem, & noluit curari: derelinquamus eam*. Interest etiam quodammodo sanctorum angelorum, ut custodiant, ad implendas ruinas, & sedes angelorum malorum. Quamquam nec ista de caussa creati sunt homines, utpote per se secundùm naturam non dependentes ab angelis; nec vulgare illud de sedibus angelorum implendis dictum, exactè verum est, ita ut omnino respondeat illorum numero, numerus hominum prædestinatorum. Reprobos etiam, & quoscunque homines angeli custodiunt: credique potest, etiam si oppositum præ se ferant nonnulli, ut Nyssenus *d*, & Procopius *e*. in ipso statu innocentiæ futuram fuisse custodiam eamdem, & antequam peccarent, Angelos custodes attributos Adamo, & Evæ, quod videatur ea res pertinere ad rectum ordinem universi, atque providentiæ divinæ; quemadmodum, & ut angeli etiam tunc mundum istum administrarent. Denique Hierony. *f* refert hoc ad humanæ naturæ dignitatem. Accedit quod juvisset angelica cura, ne dæmones, aliæve nocerent extrinsecæ caussæ: poterant quoque angeli prodesse, ut homines magis magisque in virtutibus, ac meritis proficerent. Hinc fit, ut custodem Christus angelum nullum propriè habuerit etiam ut homo, quia beatus erat, & caput angelorum, atq; ob unionem hypostaticam, non solum ob summam gratiam gloriamque nullus egebat protectione. Quare qui de Christo locum istum interpretantur, vel de honorario angelorum obsequio accipiunt, vel non ratione Christi secundùm se, sed secundùm illius membra, idest, alios homines. Confortatio angelica in Christo non fuit necessitatis, sed honoris, & laudis: diabolus tentavit solum exterius *g*, permittente ipsomet Christo, ut eum vinceret, & nos armaret; Fatendum est familiarius, frequentius, ut ita dicam, humilius versari, agereque nobiscum angelos post, quam ante incarnationem, ut innuitur in Apocalypsi *h*, quum adorari se angelus à Joanne non permisit. Hoc fortassis voluit Chrysostomus *i*, quum scripsit antea iratos, & infestos nobis angelos fuisse, & ad puniendum subinde missos; & congruentes numero gentium dumtaxat præfuisse: vel certè probis hominibus, qualis erat Jacob, nunc numero fidelium, & nobis bene placentes, seu reconciliatos, quippe qui etiam nato Christo decantaverint *gloriam in excelsis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis k*. Nec vera sententia, cujus Origenes *l* meminit, inchoari custodiam tantum in baptismo, quæ placet Primasio *m*: non item illa aliorum, differri usq; ad usum rationis. Incipit vel in nativitate, ut prius dixi, vel etiam in conceptione, in qua Tertull. *n* ait, quod aliqua potestas divinæ voluntatis ministra modulatur, quod & fortissima Machabæorum *o* mater non obscurè significavit, & eodem faciunt, quæ scribunt in Esdræ lib. 4. *p* licet apocrypho. Multa dixi de hoc effectu conceptionis, & quamdiu intra ventrem fœtus continetur, possent, ac deinde in nativitate, & deinceps usque ad mortem, quæ sunt omnes hominis viæ, in quibus custodia eget, sed longioris operæ idest, alibique attigimus *q* Legendus in soliloquiis *r* Augustinus, ubi scribit inter alia, quod angeli magna cura, & vigilanti studio adsunt nobis omnibus horis & locis succurrentes, & providentes necessitatibus nostris, & solliciti discurrentes inter nos & Dominum, ambulantes nobiscum, in omnibus viis nostris intrantes & exeuntes nobiscum. Non sunt quidem alligati Angeli custodes nostri loco in quo sumus; nec pluribus simul in locis quibuscumque; vel ubique possunt esse: *visique sunt ascendere, & descendere* f: & *ubicumque sint, vident faciem Patris* t, sicut latroni limbus erat paradisus *u*, ubi Deum vidit. Nihilominus dicuntur semper nobis adesse, si non præsentia substantialis certe aliquo providentiæ effectu, & quia quum volunt, & oportet, illico accurrunt; quemadmodum nutrix præsens infanti dicitur, quia licet eodem in cubiculo, vel domo absit, confestim quum opus est redit. Lege Bernardum *x*. & Gregor. *y*. Observat autem Bernard. *z*, id fidelibus suis providentiam voluisse divinam præstare, ut in ore ipsorum versiculi isti] Quadragesimali tempore versarentur, sumta occasione ex diabolo, qui eos usurpavit, ut in hoc quoque nequissimus ille servus, filiis serviat vel invitus: nihil tam molestum ei, nihil nobis esse posse tam jucundum, quam ut etiam malum ejus nobis cooperetur in bonum,

Quoniam angelis suis mandavit de te.) Hebraicè, Græcèque est in futuro tempore יצוה *jetsauveh*, ἐντελεῖται Tertullianus *a*, *super te*. Emphrasim habent omnia, & quod *angelis*, & quod *suis*, & quod *mandaverit Deus*, & quod *de te*, quod *substantiis adeo nobilibus*, quod quasi *intimis*, *& familiaribus ministris*, quod *adhibito præcepto*, quod *de te inferiore secundùm naturam*. Mira dignatio ait Bernardus *b*, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim quibus, de quo, quid mandavit? Tum subdit magnam debere hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam pro præsentia: benevolentia, custodia. Neque verò ex impositione præcepti sequitur, angelos id exequendo crescere in merito, vel in illius violatione peccare posse. In beatos non cadit meritum, nec etiam accessio ulla præmii essentialis, vel periculum demerendi, & beatitudinem perdendi; quamvis accidentale aliquod gaudium consequi possint, quod Christus ipse affirmavit *coram angelis esse super peccatore pœnitentiam agente c*. Origenis *d* error fuit, angelos posse peccare circa custodiam sibi commissam de hominibus. Quum autem dicitur, *angelis mandavit de te*, non est sensus, quod pluribus de uno particulari, ita ut quivis habeat plures custodes. *Omnes quidem sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis e*. Sed unus unius peculiarem gerit curam, nisi pro ratione dignitatis, & officii plures adhibendi censeantur. Tertullianus contra Praxeam argumentatur distinctionem personarum, quia diabolus ipse dixit, *si filius Dei es*, & hunc usurpavit locum, in quo mandans, diversus est ab eo, de quo mandat.

Ut custodiant te in omnibus viis tuis.) Monui prius, licet Matth. *f* non recitet verba ista, Lucam *g* referre, *ut conservent te*, quamvis vias non nominet. Distinguunt Hugo, & Grevesus *h* post Bernard. *i*, vias hominum, dæmonum, angelorum, Dei, hominum *necessitatem, & cupiditatem*; dæmonum *præsumtionem*, & *obstinationem*; angelorum *ascensum & descensum*: Dei *misericordiam & veritatem*. Percurri viæ nostræ non possunt, adeo multæ sunt, & comitum, ducumque angelorum nostrorum effecta pene innumera: tam ipse nobis ignota & obscura, quam ipsa angelorum substantia oculis corporis est invisa. Orandus Deus, ut non tam istos aperiat, quod olim impetravi pro puero suo, Giezi Elisæus *k*, & alius quem commemorat Antonius *l*, quam mentis, & fidei oculos, ut credamus *plures esse pro nobis quam contra nos m*, quodque *major est, qui in nobis est, quam qui in mundo n*. Fungitur eodem officio qui præest maximè religiosis: sic enim Josue desponsans Deus; *ecce* o, ait, *mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparavi: observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes*. Illustre Raphaelis exemplum, qui Tobiam duxit, & reduxit. In ipsa meta viarum, hoc est, in morte, fidi, carissimique fine dubio comitis, ac ducis charitas, & munus enituit, quum spiritus maligni tunc maximè obsidebant, ut scribit Gregor. *p*, & exemplis confirmat *q*. sicut & Beda *r*, & aliis ac Marc. sanctissimi viri exemplum notissimum est. Deportatas preterea in cœlum animas quemadmodum Laz. mendici *in sinum Abrahæ* *s*, ab angelis, plurimæ testantur historiæ; idq; orat pro moribundis Eccl. ut veniant obviam angeli, occurant, suscipiant animas, offe-

a 5 *de fato c.* 4. Angelus nostri curam & custodiam gerere ratione probatur. Custodia angelorum incipit a nativitate vel a conceptione, & durat usque ad mortem.

b *Joseph.* 7. *belli c.* 2. *Hier. in Matt* 27 *ep. ad Hier q.* 8. *epi ad Marcel. ut migret Beth. epist. ad Eustoch.* 22. *in Esa. c.* 52. *Chrysost. homil.* 62. *in Jo. Procop. in Esa. c.* 2. c *c.* 51. 9. Reprobos etiã angeli custodiunt.

d *l. de vita Mosis.*

e *in Ex. c.* 4. *in Mat. c.* 18. Quare Christus nullum angelum propriè custodem habuit etiam homo.

f *Mat.* 4. 7.

g *Mat.* 4. 7.

h *c.* 19. 10. *c.* 2. 9.

i *homil.* 4. *in epist. ad Col.*

k *Luc.* 2. 14

l *tract.* 5. *in Mat.*

m *in epist. ad Hebr. c.* 1.

n *de anima. c.* 37.

o 2. *Mach.* 7.

p *c.* 8. 8. *& seq.*

q *in ps.* 33. *& Actuum c.* 12.

r *c.* 27.

a *contr. Praxeam c.* 1.

b *serm.* 12.

In angelos & beatos non cadit meritum vel de meritum.

c *Luc.* 15. 10.

d *hom.* 13. *in Lucam.* Error Origenis, angelos posse peccare circa custodiã sibi commissam.

e *Heb.* 1. 14.

f *Gen.* 28. 12. *Joan.* 1 11.

g *Matt* 18. 10

h *Luc* 23. 53

i *serm.* 38. *in cant*

y 2. *Mor. c.* 2. *vel.* 3. *& hom* 34. *in Evang.*

z *serm.* 12. *in ps.* 90.

k 4. *Reg.* 6. 17.

l 2. *pbist. ii. c.* 9.

m 4. *Reg.* 16. n 1. *Joan.* 4.

o *Ex.* 23. 20

p *hom.* 39 *in Evang.*

q 4. *dialog. c.* 37 *& de angelis c.* 11. 14 26. 34. 47 *&c.*

r 3. *histor. Ang. c.* 19. *l.* 5 *c.* 14.

s *Luc.* 16. 22

offerant in conspectu Altissimi. Quæ Hebræis ipsis usitata precandi forma in funere *a*.

In manibus portabunt te.) Augustus & vetus Psalterium, & in Evangelio Matt. b, ac Lucæ c, *Tollent te*, Tertull. d, *mandavit Angelis suis super te, ut te manibus suis tollant*, apud Lucam e Syrus interpres *ulnas* exponit. Maldonatus *f* tamen *manuum* nomine allusum vult ad consuetudinem, qua quæ charissima nobis sunt, ne perdamus, neve quis furetur, in manibus gestamus. Sic ait Hispanos dicere (Italos addere potuit) *gestat illud supra palmas manuum suarum*, ideſt, valde amat, diligentissimèque custodit. Hoc non nego; sed arbitror præcipuam vim istius formulæ nunc esse, ad significandum gestationem iter facientis, quam exercet gestans melius compressis tenendo manibus, & intra ulnas, superve humeros imponendo, quam supra solas palmas. Denique *portare in manibus*, idem est, quod *manibus*, ut ignem *g*: quemadmodum *portare in humeris* & *humeris*, ac *super humeros*, non differunt, sicut etiam *in brachiis & brachiis*. Ad curam, & custodiam spectat *in manibus portare*, quod præ oculis esse velis, nam propterea dicebat Deus: *ecce* h *in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper*. Quàm necessarius pædagogus, immò bajulus, præsertim parvulo, inquit Bernardus *i*, &c. quam facilè transit, qui *illis portatur manibus*; quam suaviter, juxta vulgare Proverbiũ, natat, cujus alter sustinet mentum. *Manus* pro vi, & potentia sæpenumero ponuntur, vertitque Paraphrastes (*fortitudine sua portabunt te*) & *portandi* verbo importatur omnis administratio, & gubernatio, sic dicebat Deus *portaturum se, laturum, salvaturum populum, qui portatus fuerat ab utero suo, & gestatus à vulva sua* K: Moyses autem conquerebatur apud Deum, *non posse se solum sustinere populum, quia gravis erat ei, nec portare poterat pondus tantum in sinu; sicut portare solet nutrix infantulum, & deferre in terram promissam* l. Quivis magistratus *onus* cognominatur, *portarique*, seu *ferri* dicitur: sub quo, ut quisque rerũ prudentior æstimator est, esse magis detrectat, & sub imposito gemit, quod toties facit Gregorius. Meditantibus honores, blandiuntur, inquit Bernard. *m*, sed onera pensantibus, tædio sunt, atque formidini: multi non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores, si esse sentirent, & onera: gravari profecto metuerent. Propterea jure suo potest magistratus exigere cum Apostolo *n*, à subditis, ut se supportent, ut *ipsi cum gaudio illud faciant, & non gementes: quia hoc non expedit* o, quum scilicet soleat Deus refractarios vindicare, tunc maximè, quando magistratus solo gemitu inobedientiam vindicant. Origenes *p* ait *rapiendos, obviam Christo in nubibus in aera* q, ab angelis, qui penitus purgati, & leves effecti sint à delictis: portari, qui aliquibus adhuc reliquiis prægravantur. Verum si de anima justi separata placet hunc locum intelligere, quando portari dicitur ab Angelis in cœlum, ut prius dixi, oportet omni delicto liberam esse. Locus autem ille Pauli pertinet ad resurrectionem; nec raptus aliud importat, quam celeritatem resurrectionis & occursus ad judicem, non quod egeat quasi manibus angelorum. Quemadmodum nec anima separata requirit, ut migret in locum, vi extrinseca moventis, aut DEI, aut angeli; sed suamet motiva facultate, sive non differat ab intellectu, & voluntate, sive differat (qua in re par ferè ratio, quæ de angelo) & sive dum est in corpore homo, aliam potentiam motivam organicam habeat, sive non se ipsam potest movere; Alioqui Christus quum descendisse creditur ad inferos, non descendisset, nisi virtute extrinseca, vel angeli, vel DEI, vel divinitus communicata, quod minus recte dicitur. Legantur Conimbricenses *r* nostri.

Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.) In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *ne umquam*, in vetere, & quo Mediolanensis utitur Ecclesia, & apud Augustum *ne quando*, Tertull. *s*, *necubi ad lapidem pedem tuum offendas*. Aliter *ne impingas, ladas, illidas*, &c. Est autem Ὄπερ, & μήποτε *ne forte, ne, ut non, ut ne, nequando*, sed ad loci negationem, *necubi*, extendi, nullo possum exemplo demonstrare. Chaldaicè, *ne forte impingant cupiditate prava, simili lapidi pedes tui*. Offensio pedis ad lapidem figuratè denotat quodlibet periculum, quod quis incurrat: mysticè, si quis Christum, qui *t* petra est, lapisque angularis *u* ostendat peccando, si legi, ut pridem dixi, lapideæ nimium adhærendo lædatur, si mortale committat peccatum, quod obstruat patriæ cœlestis viam. Bernardus *x* quoque lapidem de diabolo in lapidibus quondam adoratum intelligit, & lapi-

Ades obtulit Domino y; egere autem nos manibus angelorum in egressu animæ de corpore, adversus tantum lapidem, qui & mox appellatur *aspis, basiliscus, leo, draco*. Olim *Cherubin viam ligni vitæ custodiebant* z, nunc iter nostrum custodient, ut ad arborem vitæ Christum perveniamus: *in via tenebrosa, & lubrica angelus malus persequitur a*: bonus lumen præfert, explanat & solida vitam tuetur adversus occursum malum, & Satanam, omniaque pericula, suismet manibus portans. Quum Christus *væ mundo* dixisset *à scandalis*, ut ea removerentur, subjecit mentionem de angelorum *b* custodia. Ab his credendus custoditus quum lapidaretur, & adobrueretur, Stephanus lapidibus *c*, ne offenderet. Denique *pax multa diligentibus legem Dei, & non est illis scandalum* d.

Vers. 13.) Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.

Sensus lorĩ.

DE custodia adversus pericula in genere proximè dictum est, vel quæ non tam opera conatuque cujusBpiam inferuntur, quam concursu quodam caussarum contingentium, & in quæ incurramus per imprudentiam. Nunc sermo est de illis periculis, quæ ab animalibus contingunt, & ab hominibus, qui feras moribus exprimant, & in prætereuntes grassentur. Si eveniat, inquit, ambulare te super venenatas, & sævas bestias istas, Dei & angelorum septus præsidio, non te lædent. Videberis, quod Job *e* dixit, seu apud eum Eliphaz, *Cum lapidibus regionum pactum habere, & videbuntur bestiæ terræ pacificæ esse tibi*. Quamquam ambulatio, & conculcatio plus innuit, nempè redigere sub potestatem; quemadmodum & ea, quam discipulis Christus dedit, *potestas calcandi supra serpentes, & scorpion*, & *super omnem virtutem inimici, ut nihil noceret* f *eis*, sed videlicet *conteretur Satanas sub pedibus eorum* g, per virtutem illius, qui juxta comminationem DEI, *h* conterere debebat illi caput, ideſt, per virtutem seminis mulieris, per virtutem seminis sui. De dæmonibus namque locus iste mystico saltem sensu passim sumitur, vel etiam de hominibus, qui belluas, ac dæCmonas imitantur: præterea vim non modo cicurandi feras, sed & morsus, ac venena sine noxa tolerandi quod non paucis evenit. *Leo* & *draco* robore præstant: *aspis* & *basiliscus* malitia, ut Basilius, ac Theodoretus notant. Videri quoque allusio potest ad desertum, per quod Hebræi transiverunt, *in quo erat serpens adurens, & scorpio, ac dipsas* i. Euthymius in enumeratis animalibus calumniam, invidiam, crudelitatem, indignationem observat, quæ justus vitia conculcet, minimèque ab iis lædatur. Anonymus Græcus, quem profert Agelius, explanat de illo, qui aures à DEI præceptis avertit, de venefico, qui veluti solo aspectu interimit; de raptore ac tyrannico homine; de hypocrita, & iracundo. Remigius, post Aug. ait in *basiliſco* diabolum designari, quasi dicas regalem, seu Regem totius malitiæ, & superbiæ: in *aspide* hæreticos, per quos veneno doctrinæ ille inficit: in *leone* apertè sævientes; in *dracone* occultè insidiantes. Cassiodorus eidem diabolo tribuit *aspidem*, quum occultè percutit: *basiliscum*, quum palam venena disseminat: *leonem*, quum perDsequitur innocentes: *draconem*, quum negligentes impia voracitate deglutit. Haimo docet super *aspidem* Christum ambulasse, quia nulla ejus occulta tentatione potuit impediri: super *basiliscum*, quia manifestè tentatus à diabolo in morte, nullo modo est superatus: ut *leonem* gessisse se diabolum, quia ausus est in Christum manum mittere, eumque morti dare: ut *draconem* superatum, dum morte sua ejus destruxit potentiam: primo modo tentationes occultas immittere nobis: secundo manifestè tentare: tertio violenter agere: quarto devorare, & incorporare sibi quoscumque potest. Bruno Carthusianus interpretatur de diabolo latenter mordente per suggestiones illicitas: de collectione pravè operantium, & exemplo fœtido pravæ operationis alios ad mortem male operari faciendo trahentium: de persecutoribus manifestè infastantibus: de hæreticis, qui falsis rationibus incautos ligant, & attrahunt; sicque demum devorant, sicut *draco* prius cauda ligat aliquod animal, & postea ligatũ devorat. Bernardus exponit esse varia genera vitiorũ, nempe obstinationem, quoniam *aspis* obturat aurem: invidiam, qui dici *oculus nequam* k potest; quia *basiliscus* in oculis venenum habet,

a lib. Machab. 2. b c. 5. 16. c c. 4. 11. d cont. prax. Aucmet. 1 c. 4. 16. f in Matth. 4.

z Matt. 4. 3. z Gen. 3. 24. a Psal. 34. 6. b Matt. 18. 10. c Actuum 7. 58. d Ps. 118. 165.

g Gen. 22. 6. h Isa. 49. 17. i Serm. 12. Proverbiũ.

k Isa. 46. 3. 4. l n. 11. 12. 14. m Epist. 42. n 1. Cor. 18. 1. o Heb. 13. 17. p hom. 5. in n. q 1. Thess. 4. 17.

r Statu de anima separata disp. 6. f Contr. Praxeam c. 1.

Mystica expositio.

t 1. Cor. 10. 4. u Isa. 28. Act. 4. 1 Petr. 2. x Serm. 13.

e cap. 5. 24. f Luc. 10. 19. g Rom. 16. 20. h Gen. 3. 15. Sensus mysticus.

i Deut. 8. 14.

k Matt. 20. 15.

habet, *& invidia diaboli mors intravit* a: inanem timorem, qui corporalis necessitatis occasione animum turbat, quia *leo* rugitu terret bestias: iram similem *draconi*, flatu igneo necantis, & bestias terræ, & volucres etiam cœli. Rickelius assignat *aspidi* invidiam: *basilisco* vanam gloriam: *legni* ferociam animi: *draconi* obstinationem. Hugo peccatum in Spiritum Sanctum convenire vult *aspidi*: quia venenum aspidum insanabile *b*: *basilisco* superbiam, quia Rex est diabolus super filios superbiæ *c*: *leoni* lævitiam: *draconi* dolum. Vel primæ feræ hæresim; secundæ manifestam persecutionem, quia vilu interficit: tertiæ persecutionis crudelitatem: quartæ, quæ flatu nocet, persecutionem falsorum fratrum. Vel primæ adulatorem dolosum, usurarum, & delectationem mundi: secundæ Antichristum & hypocritam, ac invidiam: tertiæ prælatum crudelem; quartæ luxuriosum quemcumque.

Ambrosius *d* applicat ad Christum, qui congressus fuit cum carne & sanguine, quando transferri calicem à se petebat, & nec fieri tamen quod ipse, se quod Pater *e* vellet: cui objecta divitiarum tentatio, quum omnia regna terræ ei inimicus offerret *f*; cui colluctatio adversus Principes mundi: & in ipsa passione certamen adversus tentato res, qui falsa testimonia deferebant *g*: adversus eos, qui dicebant *h*, *descendat nunc de cruce, & credimus ei*; quæ diabolus suggerebat: hoc quadripartitum certamen comprehendi ab Apostolo *i*, *quia non est nobis luctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principatus, & potestates, adversus mundi hujus rectores, tenebrarum, adversus spiritalia nequitiæ quæ sunt in cœlestibus*. Denique Christum ambulasse *super aspidem & basiliscum* in incarnatione: conculcasse *leonem & draconem* in passione, vel conculcaturum in traditione regni, quod *Patri tradet quum omnem evacuaverit principatum k*. Simile quid innuit Hieronymus *l*, tractans de quatuor cornibus, quæ vidit Zacharias *m*, à totidem fabris dejicienda, esse namque adversarios illos, quos modo enumeravimus ex Paulo, à Christo autem oppressos. Quod subdit de quatuor passionibus, tristitia, gaudio, metu, cupiditate, non incommode aptari posset animalibus præsentis loci. Antoninus *n* docet *aspidem* pertinere ad peccantes; *basiliscum*, ad proficientes in virtute; *leonem*, ad permanentes in bono: *draconem*, ad præsidentes: sive ad obstinationem: tùm ad vanam gloriam, & invidiam, de quibus etiam spirituales tentantur: deinde ad terrorem incussum: denique ad cupiditatem, vel iracundiam: his opponendas virtutes quibus conculcentur temperantiæ, justitiæ fortitudinis, prudentiæ. Tertullianus *o* asserit significari hoc loco potestatem Christi in feras, quam & suis communicavit *p*, & promissa est parvulis pueris apud Esaiam *q*: figuratè vero pretera sumi feras pro spiritualibus malitiæ. Confirmat item alio Esaiæ *r* testimonio, hujuscemodi potestatem tributam Christo, nec non Christianis *s*. Adde ex Osea *de percuttendo fœdere cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ*. Irenæi *t* mens eadem, ista hic nimirum haberi, quia illud quod erigeretur, & dilataretur adversus hominem peccatum quod frigidum reddebat eum (alludit ad frigidam *aspidis* venenatæ qualitatem) evacuaretur cum regnante morte (*basiliscus* quasi regulus dicitur) & conculcaretur ab eo in novissimis temporibus insiliens humano generi *leo*, hoc est, Antichristus: & *draconem* illum serpentem vetustum alligans, & subjiciens potestati hominis, qui fuerat victus, ad calcandam omnem ejus virtutem *u*.

Itaque peccatum, mortem, Antichristum, diabolum per animalia quatuor hic posita Irenæus denotari putat; quæ Isidorus *x* sic etiam enumerat disertè, nisi quod *aspidem* morti tribuit, peccato *basiliscum*. Idem prorsus lego in Eucherio *y*. Prætera Leo IX. *z* eadem ratione de Christi auctoritate in dæmonem usurpat hunc locum. Hoc ipsum ut certum ponit Macarius *a* senior, & Chrysostomus *b*, & Cyprianus *c*, ut & datam illam à Christo discipulis potestatem super serpentes, & scorpiones *d*. Addit Basilius *e* minimè accusandam hujuscemodi animalium creationem, tùm quia tamquam pueros, suo nos terrore coerceat plagisque, tùm quia ob communicatam potestatem, fidem nostram confirmant. Eadem de præsenti loco Cyr. Alexanerini *f* expositio. Eusebius *g* bestias illas quibuscum fuisse Christum in deserto scribit Marcus, ait esse quæ hic numerantur: dæmonas autem significare, in quos dederit ipse potestatem suis, ut eos calcarent, sub vocabulis *serpentum*, & *scorpionum h*. Venisse quoque cum satellibus, & ministris suis diabolum, quando tentavit Christum, confirmat Ruffinus *i*. Ut hoc verum sit, non videtur dubitandum, quin vera Christus cum bestiis fuerit, & in deserto, quod incolebatur à bestiis, ita ut ad ejus exprimendum horrorem, Marcus de industria mentionem de illis fecerit, quæ vocat etiam θηρία, idest, *feras ac venenatas bestias*. Id Euthymius notat, ac preterea voluisse Christum, ut disceremus, quod is qui tuetur animæ dignitatem, bestiis formidabilis est, quemadmodum ante inobedientiam homo omnibus dominabatur. Consentit in Marcum Beda; Theophylactus, Albertus, & alii. Omnino constat immutatam magnopere dæmonum potentiam à Christo esse, ut hinc idem Eusebius probat. Gigantes illos David noster stravit *k*. Fide nostra, verbo nostro, conversatione nostra, & operibus conteri possunt, ut si non conterantur, culpa nostra sit; qui permissa non utamur potestate, inquit Ambrosius *l*. De locustis vincere vult Deus illos Gigantes, ait Origenes *m*, de his qui sunt in terra, cœlestes superare nequitias: & Isidorus scribit, in oculis carnalium diabolum terribilem esse: in electorum oculis terrorem ejus vilem esse. Hi, & alii mystici sensus non obstant litterali licet figurato, de diabolo; vel etiam simplici, de veris bestiis: non ita ut Christus illas re ipsa calcarit, sed quia potestatem tribuit suis in illas. Adde de diabolo interpretatione homiliæ, quod sine virtute & gratia resisti Satanæ non possit, quæ tribuitur tùm basilio, tùm Chrysostomo. Quod autem alii notant, notavit quoque Nazianzenus, vafrè diabolum subticuisse verba ista, quando contra Christum abusus est, ipsum tentando, verbis prioris versus.

Super aspidem.) Sic etiam Hieronymus. Alii verò, *leonem grandævum*: aut cum Paraphraste *catulum leonis*; aut *pardum*, seu *leopardum* vertunt. In Psalmo 57. *n* pro *aspide* est פתן *pethen*, ubi reddit idem Hieronymus *regulum*, qui est idem cum *basilisco*, & hic etiam ponitur loco dicti nominis Hebræi: significare שחל *seachal* etiam *aspidem*, credi debet peritissimis interpretibus Lxx. & Hieron. quamvis nullo alio loco sic transferatur in scriptura, & maximè quum iterum postea nominetur *Leo*. Nebiensis quoque in sua traslatione *aspidam* reliquit, & Flaminius, Arias, Crucius, Bochius, Peregrinus Hetius, Bucanus etiam falsæ Auctor sectæ, & nonnulli æquè Pseudo christiani, quibus quum disceptat Gretserus *o* noster Vvitackerus, Gibrandus, Rullus, de *Aspide* dixi Ps. 13. *p*, & 57. *q*, ejus proprietates tropologicè declarat Hugo versu isto comprehensas.

Callida, surda, brevis, narcotica, picta, venenans.

Et basiliscum.) Vertunt aliqui, ut Cajetanus, & Felix, *aspidem*, quia פתן *pethan*, quod ira quoque alibi redditur *r*, nec umquam aliter. Sed ut prius dixi, credendum Lxx. & Hieron. & maxima preterea Hebraizantium pars eodem pacto hic interpretatur. Hoc tantum loco Latinus interpres usurpavit *basiliscum*; aliis in locis *regulum*, qui habet eamdem Latinè significationem, quam Græcum nomen latinitate donatam βασιλίσκος. Sed pro *regulo*, extat aliud nomen tùm Hebræum, tùm Græcum, ut צפעוני *tsiphhen* & κεράστης, vel cum eodem Hebræo Græcum ἀσπὶς *s*, aut cum simili צפע *tsephahh*: vel cum Græco ἀσπὶς aliud Hebræum שרף *saraph t*, vel cum *reguli* & βασιλίσκα vocibus, Hebræa אפעה *ephheh u*, quæ aliter interdum transfertur, ut *viperam* postremo, qui vocantur Latinè *serpentes reguli*, dicuntur Græcè ὄφεις δακνα τέκτες, *serpentes mortiferi*. Hebraicè נחשים פעגים *nechaschim tsiphhonim*. Contingit in vocabulis hujusmodi animalium, sicut & lapidum, similiumque aliarum rerum varietas. Sed existimandum rem eamdem diversis quandoque nominibus appellari. Quod attinet verò ad *basiliscum*, qui & *regulus*, quidquid sit de voce Hebræa, certum omnino animal denotat: quamvis quod non sit adeò certum, sicut de *aspide* in Ps. 57. *x* proditur, *quod non exaudit vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*; ita de *serpentibus regulis* à Jeremia *y* illis non esse incantationem, *Basiliscum*, seu regulum dici volunt, quasi *regem serpentem* & à quodam veluti diademate, idest, quoniam in capite acutissimo tres habeat eminentias, maculis subalbidis insignitas, ac ut Solinus *z* loquitur, alba sit qua si mitrula limeatus caput. Idem cum Plinio *a*. & alii magnitudine volunt constare non amplius duodecim digitorum, seu trium palmarum, aut semipedis; corpore flavo, è nigredine in cinerem vergente dum progreditur, corporis anteriorem partem in altum tollere, ac erectum ince-

a Matt. 20 15
b Sap 2.24
c Deut. 32. 33
d Ioh. 9 1. 25
e in ps. 1.
f Matt. 26. 2 39
g cap. 4. 8
h c. 27. 13
i vers. 42.
k Eph. 6. 12. 1 Cor. 15. 24
l in Zach. lo 1.
m cap. 1. 18 & seq.
n Ps. 57. tit. 3. c. 30. 1.
o p. 4. cont. Marc. c 24
p Luc. 10. 19 Marc. ul. 15
q cap 11 6
r cap. 27. 8 Os. c. 2. 18
s Ps. 33. 3. & 7
t Ps. 57. 5
u lib. 3. c. 38
x Luc. 10. 15
y in Gen. c. 5
z in Gen. c. 3
a epist. cont. Mich. Constant. & Leonem Acridanum epist. c. 4
b homil. 25.
c in ps. 7.
d ad Novatianum. Luc. 10. 19
e in Hexam. lege item hom. 8. in ps. 28
f in Zachar. c. ult.
g de demonst. c. 7
h Luc. 10. 19
i lib. 2. de bened. Patriar. in Orad.
k in Ps. 118 ser. 11. vers. 4
l hom. 7. in num.
m vers. 5.
n to. 1. op. Bellar. lib. 5 Hist. c. 200
o vers. 3.
p vers. 5.
q Ps. 57. 5 Esa. 11. 8 Deut. 32. 33 Job 20. 14. 16
r Prov. 23. 32
s Esa. 11. 8 * 14. 29
t cap. 30. 6
u c. 59. 5
x c. 30. 6 Job 20. 14
y vers. 5.
z c. 8. 17 Basiliscus seu regulus curita dictus?
a cap. 30. Basiliscide scriptio.

incedere, ut videatur propterea pedes habere: solo halitu A conculcari dicatur, Alexander porro III. post longam cum Friderico Imperatore altercationem, quum eum tamdem in gratiam receptum ad osculum pedem admisisset, pronunciavit hanc sententiam *super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem*: Friderico autem excipiente: *non tibi, sed Petro obsequium exhibeo*, respondit; *& mihi, & Petro*. n Alibi o vero etiam de ritu subditos calcandi actum est.

m v. 13. 14 Sententia ab Alexan. III. Friderico ad osculum pedum admittente pronunciata.

n *Gennadius Scholarius & Ciaconius ex eodem.*

o *Ps.* 17. 34.

Vers. 14.) Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Vers. 15.) Clamabit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Vers. 16.) Longitupine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Sensus loci.

UT major adeò magnificis promissis divinis fideles habeatur, Deum rursus loquentem inducit, & confirmantem ei, qui speravit in ipsum, fore ut ab omni malo ipsum liberet atque protegat, defendat, conservet, tueatur, foveat, & faveat; quoniam sperando, nosse se professus est nomen illius, & per nomen significatam, & importatam ejusdem majestatem, sapientiam, providentiam, bonitatem, potentiam, ac proinde coluit, & invocavit. Qui verò hoc ex animo serioque fecit, poll cetur nequaquam frustraturum, sed exauditurum, quoties ocasio sese offeret, nequaquam desertum in tempore tribulationis vel necessitatis; etiam si aliter æstiment homines, putentve ab ipso derelictum: quia tum maximè præstò erit, ut in tribulatione constantiam tribuat, ut consoletur, ut quum opportunum judicabit, eripiat, ut superiorem faciens omnibus affligentibus eum, insigni ornet dignitate: non rarò etiam in præsenti, omni autem, ac semper in vita futura, ut interdum longius hìc vivere concedat, salutem præbendo à cunctis hostibus, malisque: postea satitet æternitate sæculorum, perpetuam vitam largiendo, salutis beatæ C ac omnium bonorum participem faciendo, omnem deinceps mali metum periculumque removendo. Vel *salutare ostendendum intelligi potest* Christus Jesus, cujus cognitione ac visione felicitas contigati: in eo namque Maria exultavit *p*, Simeon *q* quoque. Christus autem ipse in hoc vitam æternam consistere affirmavit *r*. Ad CHRISTUM ipsum nonnulli non ita commode hæc transferunt, nisi ratione membrorum, seu mystici corporis: vel nisi *longitudinem dierum, & salutare sumas*, de beatitudine corporis, & fructu salutis in aliis quam meruit, cum exultatione nominis sui. Sic Hugo, Cajetanus, Ayguanus, qui quamdam spei rationem tribuunt Christo, secundùm ea quæ diximus.

p Luc. 1. 40.

q *cap.* 2. 2.

r Joan. 17. 3.

Quoniam in me speravit.) Hieron. *, mihi adhæsit*, Alii, *(me valde amavit*, seu *peramavit, complexus est me, arsit in me, complacuit sibi, me concupivit* seu *desideravit, deperit me*,) Chald., (*in verbo meo sibi complacuit*,) sed inversione Nebiensis, (*in verbo meo fuit voluntas mea*) & hoc videtur sibi velle ultima dictio Chal. אתרעי *itrecchhi*, Hebræa sunt ביחשק *bichaseiak*. Habet חשק *chasehiak* dictas omnes nationes, & verti solet *jungi* t, *conglutinari* t, *placere* u, *adamare*, x, *adhærere* y, & in pihel *vestire* z. Quod autem in Ezechiæ cantico legimus, *a, eruisti animam meam, ut non periret*, ex vi Hebræi verbi reddendum esset, *desideraſti, complexa ex amore, acceptasti animam meam* (subaudi eruere) *à fovea*, seu *interitu, adhæsisti anima mea, ut erueres à fovea & corruptione*. R. Moyses *b* Ægyptius explanas Paraphrasticè totum Psalmum, verbo isto significari docet, *nimis intensum amorem*, & quando oculi diligentis, & cor, & omnes cogitationes sunt intentæ in amicum adeo, quod nihil cogitat præter illum: hujus autem perfectionis Philosophos tradere minus capacem esse ætatem immaturam, nec in ea quemquam, propter fervorem mixturæ corporis, & malos mores facilè posse evadere חושק *choscer in Creatorem*: denique magnam esse differentiam inter hunc, & אוהב *oheu*: Mosem & Aaron dici mortuos *ex ore Domini*: hoc est, *osculo oris ejus, & ex amore intentissimo*, de quo osculo Salomon postea primis Cantici verbis; non verò Mariam, quia mulier erat. At *in ore Domini mori*, nihil illud est, *quam jubente Domino*, ut etiam interpres noster, & Lxx. exposuerunt *c*. Hoc loco

s *Basilisci et rotus.*

b *Luca lib. 9 Plin lib. 8 c. 21. Ælian. lib. 1. cap. 5 cum theriaci.*

* *lib. 6. c. 54. d Exerc. 246.*

* *1. de venenis c. 21. c. 31. histo à nato q. 1*

* *lib. de serpen.*

in theatio natura.

g *1. disquis. magic. c. 3 q. 4.*

h *in Jerem. num. 18. i colleq. 8 canic. dictum.*

k *lib. 25. de animal.*

l *12. etymol. cap. 4.*

Uræus inter serpentium genera habitus immortalis

m *2. de animal c. 5. & 7. lib. 300. 31. lib 8 cult.*

Symbolum hominis male affecti.

n *in Leone Papa IV.*

Tropologia

o *lib. 30. c. 25*

p *lib. de theriaca, & lib. 10. de simpl. medica, facult. cap. 2.*

Probatur virtutem esse in oculis justi.

q *lib. 5. c. 20.*

r *Summa de exempl. &c. lib. 5. c. 9*

s *in hierog. t in psal. 118. serm. 10.*

u *Ps. 118. 74.*

x *in Es. c. 14. y 33. moral. c. 17. vel. 38.*

y *in Esa. c. 3*

Exitialis sagitta quæ emittitur jactu oculorum mulieris.

a *cap. 3. 16*

* Basilisci qualitates

Anticristo applicantur. Ova gallinacea Druydæ sinu gestari præcipiebant.

b *4. cont. Marcion. cap. 24.*

c *ad Novatianum.*

d *cap. 9. 10. 11*

e *Judic. 14. 6*

f *1. Reg. 17 34. 36. 37.*

g *2. Reg. 29. 30.*

h *Dan. 6. 20. 22. c. 14. 39*

i *Herb. 11. 33.*

k *Act. 28. 3*

l *in Job c. 3 vers. 23. num. 9*

m *v. 13. 14*

n *Gennadius Scholarius & Ciaconius ex eodem.*

o *Ps. 17. 34.*

p *Luc. 1. 40.*

q *cap. 2. 2.*

r *Joan. 17. 3.*

s *Deut. 7. 7. cap 10. 15*

u *3. Reg. 9. 19*

x *Deut. 21. 11*

y *Gen. 24. 8*

z *Exo. 38. 28*

a *Esa. 38. 17.*

b *lib. 3. duct oris dubitorum c 51.*

c *num. 33. 3*

loco lectum ab istis חסה *chasah* non autem חשק *chaschi-ak*, non facilè credo Agellio. Voluerunt ἐλπίζειν interpretari, quia psalmus totus erat de spe, & hanc oportet, cum vehementi amore divino conjunctam fuisse, quæ meruerit liberationem.

Deut. 34. 5.

Liberabo eum.) Hebraicè, Græcèque additur, (ἐγὼ,) nec non à Hieronymo, & in Psalterio Gallicano, apudque Cassiodorum: in vetere Psalterio, & apud Augustinum, (*eruam*) Conjunctio idem valet, quod, (*etiam, ideo, sic, ergo, ceterum.*) Hinc meriti nostri confirmatur valor.

Protegam eum.) Hier. (*exsaltabo eum.*) Alii (*in loco inaccesso*, vel *alto ponam, corroborabo stabilem, & inconcussum reddam,*) Hebr. אשגבהו *asageguehu* à שגב *sagau exaltare, elevare*, unde משגב *misgau munitio arx, propugnaculun, refugium.* Ut rectè *protegere* translatum sit. Bernardus anotat liberatum protegi, & conservari, ne iterum eget liberari.

a *serm.* 15. Liberatus protegitur, ne iterum egeat liberari.

Quoniam cognovit nomen meum. Nomen pro Deo attributisque illius poni sæpe monui. Cognitio hæc non solum est Creatoris apprehensio, ut philosophatur citatus R. Moses *d*, verum etiam practica, & secundùm affectum est. Quamvis hunc affectum satis indicabit *sperandi* verbum, præsertim, ut Hebraicè dicebatur חשק *chascihack* paullo ante. Illos David sperare in Deum jubet, qui noverunt nomen ipsius *c*. Non novit hoc nomen ait Bernardus, * qui assumit in vanum *d*; qui dicit *Domine, Domine, & non facit, quæ dicit ipse* e, qui *eum nec honorat ut patrem nec ut Dominum timet* f; qui *ad vanitates, & insanias falsas respicit* g: sed qui *novit non esse aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* h: qui *quod invocatum est super nos* i desiderat, petitque, ut semper sanctificatur in nobis k. *Beatus vir, cujus nomen Domini spes ejus* l. Domini, inquam, *qui protector est sperantium in se* m; *protegens, liberans, transiens, salvans* n: primum, contra tentationem, secundum, à culpa, tertium, in pœna, quartum, in gloria. Refert Nebiensis hoc loco ex R. Jehosua, & R. Pinchas, quod orationem fundunt non Israelitæ, nec exaudiuntur, quia nesciunt nomen *hamephoras* sive *Tetragammaton*: futurum ut doceantur, sciatque populus hic illud *o* tunc autem orent, ac invocent, & exaudiantur, prout hic subditus. Galatinus *p* idem recitat. Non est hujusmodi nominis ignoratio vera causa cur non exaudiantur, sed quia ipsummet Deum nolunt cognoscere, & nomen JESU filii Dei, in cujus solo nomine oportet omnes salvos fieri.

b *Lib.* 3. *duct. dubiorum cap.* 51

c *Psalm.* 9. 11

* *serm.* 15.

d *Exod.* 20. 7

e *Matt.* 7. 21

f *Mala.* 1. 7

g *Psalm.* 39. 5.

h *Actuum.* 4 12.

i *Psalm.* 19. 8

k *Matth.* 6. 9

l *Psalm.* 39. 5

m *Psal.* 17. 3.

n *Esa.* 31. 5.

o *cap.* 52. 6

p *lib.* 2. c. 12

Clamavit ad me.) Hebraicè, ac Græcè in futuro; Hieronymus, (*invocabit*,) In Psalterio vetere, & Romano, atque apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, (*invocavit*, Chaldaicè) *orabit coram me.*)

Et ego exaudiam eum.) Deest pronomen in textu Hebr. & Græco, & in Psalterio Gallicaoo, & apud Hieron. Valet additum ad emphasim. Omnis quidem oratio Christi, & clamor semper exauditus est, tum secundùm utilitatē, tum secundùm votum: justorum verò saltem secundùm utilitatem, ut aliàs docuimus. In *clamore* etiam, quod hìc notat Bernardus *q*, notatum est: nempe *clamorem magnum* esse desiderium vehemens: è regione autem remissam intentionem: esse *vocem submissam*: nos in principio orationis moneri *Patrem in cœlis esse* r, ut vocem contendamus, & oratio penetret nubes, cœlosque. Vocat etiam hoc testamentum pacis, hoc pietatis fœdus, hoc pactum misericordiæ, & miserationis, hanc dulcem legem, quæ meritum exauditionis, in clamore constituit postulationis: merito non exaudiri, qui clamare dissimulat, aut omninò non postulans, aut trepidè postulans, & remissè. Tandem ait *s* fructum notitiæ nominis, esse clamorem orationis, fructum clamoris, & exauditionem Salvatoris. *Quomodo* t *enim invocabunt in quem non crediderunt?* Ostendimus alibi præterea, quam sit in exaudiendo paratus, promtus, facilis, liberalis Dēus.

q *serm.* 6

Matth. 6. 9

r *serm.* 14

t *Rom.* 10. 14

Cum ipso sum in tribulatione.) Hieron. (*ero*) Hebraicè non est verbum substantivum, sed pronomen אנכי *anochi* ego. *Non timet mala, quo quum Deus est* u, *neque cujusquam contra se manum pugnantem, stille ponat ipsum juxta se* x. Antonio, & Catharinæ Senensi, post diras vexationes dæmonum, & tentationes, de Christo scisitantibus, *ubi tunc erat*, respondit ipse ibidem fuisse se non spectatorem dumtaxat, sed & adjutorem. Affert etiam Hugo Dionyi exemplum, qui intrans in clibanum, dixerit; *& eris hìc mecum bone Jesu?* non dissimiliter videlicet ab eo juvene, qui visus comes trium in Babylonicam fornacem conjecturum, cujus species similis filio Dei *y*, quem fuisse Christum Tertullian. *z* ait. Meminit de clibano Dionysii Petrus de Natalibus *a*, Antoninus *b*, Vincentius *c* Bellovacensis, sed de verbis illis tacent. *Noli timere*, inquit Augustinus, *quando tribularis, ne quasi non sit tecum Deus. Fides sit tecum, & tecum est Deus in tribulatione.* Inde verò nos Bernardus *d* ait scire, quòd nobiscum sit Deus in tribulatione, quod in ipsa tribulatione nos sumus, quia nemo sustinet, subsistit, persistit sine eo: propterea omne gaudium existimare nos debere, quum in tribulationes varias inciderimus *e*, non modo quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* f sed *quoniam juxta est Dominus iis qui tribulato sunt* g *corde.*

A

z 4. *contr. Marcion. c.* 29 & 21. & *cont. Praxeo c.* 16.

a *lib.* 9. *c.* 42.

b 1. *p. hist. tit.* 6. *c.* 28.

c 2. *p. hist. lib.* 10. *c.* 7.

d *serm.* 16.

Christus ipse *vadit ad montem myrrhæ* h, hoc est, mortificationis nostræ, non tantùm, opitulando iis, qui mortificant sese, verùm etiam veluti mortificationem admittendo in se ipso, quatenus caput est, propter membrorum sympathiam *i*. Censetur *descende in foveam cum justo, nec in vinculis eum derelinquere* k: *quum ipso esse, & quum ipso laborare* l; *persecutionem pati quum eodem* m. Idem noster David in oratione ad Deum, dixit, quod *Deus ipse ivit, ut redimerit sibi populum, & gentem ex Ægypto, & Deum ejus* n, quasi DEUS idemmet particeps esset laborum, & captivitatis populi sui. Quamvis legant ibi aliqui *o*, *quem redemisti tibi ex Ægypto, & gente, & Deo ejus*: hunc autem *Deum* intelligant de Deo Ægypti, seu diis pluribus ut & *gentibus*, seu de gentibus, ac diis Chananæorum. Vel exponi posset, quòd Deus redimendo populum suum, se ipsum quodammodo redemerit, ut efficeretur liberè Deus ejus. Sic quidem in Paralipomenis *p* habetur, quod *posuit populum suum Israel usque in æternum, & ipse factus est Deus ejus. Noli timere Israel*, inquit Deus *meus es tu & ego tecum sum* q: *Et quum transieris per aquas, tecum ero* r: Christus præterea dicturus in judicio est, *se cum esurientibus esurisse, & cum alia patientibus compassum esse* s. Expendens id Origenes *t*, & Paulum proferens *infirmantibus* u, præsentem locum sic daclarat: *Cum ipso sum in tribulatione*, hoc est, contribulor ei: sicut enim qui meus est, in tribulatione mecum est, sic & ego in tribulatione cum eo sum. Quod legitur in Cantico *x* Canticorum, *sponsa perfecta*, Hebraicè vocatur תמתי *thammathi*: quod nomen Rabbini quidam, quos laudat Galatinus *y*, *gemellam* interpretantur, & sicut gemellis contingit, ut quum unius corpus sentit aliquid, alterius corpus illico turbetur, ac tumultuetur, ita in tribulatione nobiscum Deum compati.

B

C

h *Cant.* 4. 6

i 1. *Cor.* 12. 26

k *Sap.* 10. 13

l *cap.* 9. 10.

m *Actuum* 9. 16.

n 2. *Reg.* 7. 23.

o *Abulen. in q.* 11. & *Mal. codices Bibl. de quib. Bruno. in no. tatio.*

p *lib.* 1. 17. c. 22.

q *Esa.* 43. 5

r *ibid.*

s *Mat.* 25. 40

t *tract.* 34 *in Matt.*

u 2. *Cor.* 12. 29.

x *cap.* 6.

y *lib.* 3. *c.* 30 In Gemellis unius corpus alterius corperi compatitur si quid sentiat adv. ifi.

Quod Galatinus idem refert proprius ad mysterium incarnationis, quum *Deus per omnia nobis factus est similis, atque compatiens* z. Eodem spectat, quod affert *a* de Deo, qui quandoque nominatur in scriptura, non tantum *salvans*, sed etiam *salvatus* juxta vim phrasis Hebrææ, & Rabbinorū explanationem, sic item accipientium hujus loci testimonium. Rectè Bernardus *b*: *Cum ipso sum in tribulatione*, ait Deus, *& ego aliud interim requiram, quam tribulationem? Descendit, ut prope sit his qui tribulato sunt corde* c, ut nobiscum sit in tribulatione nostra, donec *rapiamur in nubibus obviam Christo in aere, & sic semper cum ipso simus* d. Bonum nobis tribulari, dummodo ipse sit nobiscum, quarum regnare sine ipso, epulari sine ipso, sine ipso gloriari: bonum in tribulatione magis amplecti ipsum, in camino habere secum, quàm esse sine ipso, vel in cœlo: *si Deus nobiscum, & pro nobis, quis contra nos* e? Ipsemet promisit Christus, *fore se nobiscum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi* f.

D

z *Heb.* 4. 15.

a *lib.* 6. *c.* 2

b *serm.* 17.

c *Ps* 33. 19.

d 1. *Thess.* 4 6.

e *Rom.* 8. 31.

f *Matt. ult.* 20

Sed quando differt auxiliari, videtur stare post parietē, respicere per fenestras, prospicere per cancellos *g*. Observat is, quem vocant Hieronymum in Psalmos *h*, antequam tentaretur Job, ei numquam locutum Deum, venisse postquam tentatus est, familiariter egisse quasi cum amico amicum. Tum subdit: Veniant plagæ, & omnia pœnarum genera, dum post plagas CHRISTUS adveniat. Philonis *i* verissima sententia, hominis adeo proprium esse sperare in Deum, (& sic videlicet habere illum secum in tribulatione, omnique necessitate, atque habitare in adjutorio, & commorari in protectione ipsius) ut extra naturam rationalem sit censendus, qui hoc non faciat. Rursum sponsus sponsæ dicit *k*; *veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni*: Hebraicè אתי *ithi mecum*, nempe, *veni*. Quasi dicat, invito te ad cubilia Leonum & montes pardorum *l*; sed ego viæ dux, defensor, protector, comes individuus tecum in tribulatione. *Respondit Deus Job de turbine* l. Quasi latens, sed præsens in tribulatione: quo modo *in rubo ardente* m. Moysi, id est, quum populus dilaceraretur arderetque spinis Ægyptiacæ captivitatis:

g *Cant.* 2. 9

h *in psal.* 66.

i *lib. quod deterius potiori insidiatur.* Hominis ita proprium sperare in Deum, ut extra naturam ratio. nalem censeatur qui id non facit.

k *Cant.* 4. 8.

l *Job.* 38. 1.

m *Exod.* 3.

Exemplum Dionysii clibanum intrantis

y *Dan.* 3. 92.

Davi-

Davidem *in tribulatione invocantem exaudivit ipse in abscondito tempestatis* a, absconditus nimirum in grandinante super eum tempestate: idem *diluvium inhabitare facit* b, (ex Hieron. *diluvium inhabitat*,) quia in ipsis est undis tribulationum. Qui diffidit, Deum amico similem facit, qui sit amicus secundùm tempus suum dumtaxat, idest, secundùm utilitatem propriam, & non permaneat, in die tribulationis: *socius mensæ, non permanens in die necessitatis* c, cum *omni tempore diligat, qui amicus est* (verus) & *frater in angustiis comprobetur* d.

Eripiam eum, & glorificabo eum.) Hieron. (*eruam*] vetus Psalterium, & August., addita conjunctione, (*& eximiam*,) quod quum sit etiam in homilia apud Chrysostomum, conjectura est non esse illius, sed Auctoris Latini, præter alias causas. In alio Psalmo e invitat Deus: *invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me*, (ubi sunt eadem planè Hebræa, Græcaque verba, quæ hoc loco.) Hæ debent esse vices, ut erutus & glorificatus a Deo glorifices Deum. Honori ducit sibi Deus gloriæque eripere suos. *Dominum exercituum qui sanctificat, experitur sibi eum in sanctificationem, pavor, & terror ejus* f. Bernardus g docet, clamori supplicis respondere consolationem divinam prioribus verbis indicat (*cum ipso sum in tribulatione*) liberationem & glorificationem, quam ista important: Christo post resurrectionem, hæc perfectè contigisse, (de quo exponunt etiã alii aliqui nobis liberationẽ non contingere plenã perfectamque ante diem sepulturæ, quum nihil habebit mundus: quod ultra vel corpori, vel animæ faciat: glorificationem in resurrectione: quando apparebimus cum Christo in gloria, *apparente Christo vita nostra* h: & convertetur anima in requiem tuam, quia Dominus benefacit ei, eripiens eam de morte, oculos à lacrymis, pedes à lapsu i.

Longitudine dierum replebo eum) Perinde est (*implebo*, aut *adimplebo*, aut *satiabo*, aut *saturabo*, aut *satiare faciam eum*:) אשביעהו *asbbiehu*. Longitudo dierum, est longævitas, quæ tanti olim fiebat, & à Deo promittebatur: anagogicè etiam æterna felix vita, quæ, & una dies est, inquit Euthym. & longitudo dierum, eo quod numquam cesset, & successiones non habeat. In primo sensu confirmant Basilius, ac Theod. exemplo Ezechiæ, qui ad spatium vitæ impetravit *adjici quindecim annos*; k & multum celebritatis ex Assyriorum interitu consecutus est: ita ut propterea illi etiam convenire priora illa videantur, (*eripiam eum, & glorificabo eum.*) Repleri, & saturari longitudine dierũ, est vivere usque ad satietatem, quamdiu velis, & quidem feliciter. Idem sibi vult *esse plenum dierum*, quod legimus de Abraham *l* Isaac *m*: David *n*, quamvis hi etiam ærumnosè aliquamdiu vixerint, nec David excesserit annos septuaginta: & *satietas* possit simul innuere *vivendi tædium*, ac *defectum*, cum quo, & primus mortuus narratur, qui significat quoque *mortis maturitatem*, quam vocant naturalem corporis resolutionem, atque etiam εὐθανασίαν, *facilem ac lenem mortem*, quam pro optatis Augustus consecutus est *o*: præterea πεπρυμένην καὶ ἀνυπαστον *fatalem*, aç *spontis suæ*: Denique secundùm tropologiam, plenitudo indicat cum externa felicitate saltem in extremo vitæ, actiones ex virtute in vita susceptas, ut *non fuerint menses vacui* p: *Nec opera non plena* q, non quasi sine linea, præterita dies *r*, non perdita absq; præstito beneficio *s*, vel certè benefaciendi voluntate, non *vacua oleo lampades* t, non quis *in statera appensus inventus minus habens* u. Recognosci possunt, quæ diximus, *de moriente in tempore non suo* x, & de non *dimidiante dies suos* y, & de *hac ipsa longitudine dierum eum vita* z. In beatitudine repletio, dicit complementum desiderii, sicut & *satietas apparente gloria Dei* a, *adimpletioque lætitia cum vultu illius* b, verum absque fastidio, quia ibi *adhu cesurit, ac sitit, qui Deum edit, bibitque* c, tamquam si gustus recens semper esset, & saporis jucunditas nova. In dextera Dei hæc longitudo dierum est, in sinistra illius divitiæ, & gloria *d*, quia quod attinet, ad tempus præsens pluris fit vita, quam opes & externa gloria; quod ad futurum, pluris quam dicunt æternam vitam, & essentialem beatitudinem, quam quæ dicitur accidentalis gloria, cum dotibus, & ornamentis corporis.

Non nobis sufficit, ait August., quidquid longum est in tempore, si habet finem: & ideo nec longum dicendum est, (*breves enim dies hominis* e, *pauci & f mali, quanti quan, ti tandem sint, & mille anni sicut dies hesterna, quæ præteriit* g,) & si avari sumus, vitæ æternæ avari esse debemus. Gratias vult agi Deo Bernardus *h, qui tam non modo fortiter, & suaviter disponit universa* i, quod *paucitas dierum præsentis vitæ finietur brevi* k, quorum *sufficit cuique malitia sua* l: jubet etiam *ne diem hominis desideremus* m. Notat idem de viris sanctis illud scribi, quod monui, seu de perfectis, *migrasse plenos dierum*, idest, virtutum, & gratiarum, tamquã de die in diem, & de claritate in claritatem trasformatos à Domini spiritu *n*: non repleri diebus istis, nisi qui exinaniverit penitus se ipsum, non passus in iis occupari, quibus novit se non posse repleri. *Qui odit avaritiam* (idest, exerna bona omnia *æstimans ut detrimentum ac stercora* o) *longi fient dies ejus*. * Hi *dies antiqui cogitandi, & anni æterni in mente habendi* p; *cunctis illis diebus Psalmos cantabimus in domo Domini* q; Et *in sæcula sæculorum laudabimus eum* r: Et *replebitur os nostrum laude ipsius, ut cantet gloriam ejus tota die* (multis æquivalente) *laudem ejus* s: *Quum repleti fuerimus in bonis domus ejus* t, repletum in bonis desiderium nostrum *u* repleti longitudine dierum. Negari tamen non debet, quamvis *pleni dierum* nominatim legantur, quos commemoravi Abraham, Isaac, Dav. tantum, viri omnes sancti, & perfecti, posse id etiã tribui nulla probitatis laude præstantibus, immò & improbis, quod videtur Pererius noster negare. Nam Jeremias *y* vaticinatur, quod *vir cum muliere capietur, senex cum pleno dierum*, quia cum ceteris avaritiæ studerent, & facerent dolum. Ibi Hieron. observa *senectutem*, non esse ætatem ultimam, sed eorum, *qui pleni sunt dierum*, quos nostro sermone, appellamus *depositos*, sive *decrepitos*. Quare tametsi Abraham, Isaac, Dav., sancti perfectique fuerint, litterali sensu *pleni dierum* nominati sunt, quia deposita, ac decrepita mortui ætate.

Et ostendam illi salutare meum,) Alii juxta Hebræum idiotismum, (*faciam illum videre in salutari, aut salute mea*,) idest, videre faciam salutem meam, exhibebo eam illi, efficiam, ut re ipsa experiatur, quibus modis soleam beare amicos meos, & quam nõ frustra habitaverit in adjutorio meo, in protectione sit commoratus mea, susceptorem me suum nominaverit, refugium, spem. Secundùm anagogen transfertur ostensio ita salutaris, ad communicationem visionis Dei, quam appellant Theologi *beatitudinem formalem*, sive actum quo attingitur intellectu Deus clare visus; Deus ipse objectum beatificum vocatur *salutare nostrum*, sive *salus*, quia synonymum *beatitudini* salus est: quia salutem qui meruit JESUS, inde quoque denominatus & homo, & DEUS est, ac in ejus visione, peculiari quadam, ratione, ut, inquam, DEI filius est pro nobis incarnatus, ratio beatitudinis in anima nostra, & maximè propinqua & essentialis consistit: accidentalis autem, & præterea visionis corporeæ, præcipuum objectum est.

De utraque beatitudine intelligi potest promissio illa Christi *x*, *qui diligit me, diligetur à Patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*. Ita quidem Augustinus *a*, de manifestatione, quæ fiet in gloria: quamvis alii aliter, de ea quam facturus erat post resurrectionem, vel per expressiorem doctrinam fidei. Eadem vis aliarum Christi sententiarum, quibus significat *hanc esse vitam æternã, ut cognoscamus Deum verum, & ab eo missum* b: *velle se, ut ubi ipse est, & sui cum ipso sint, ut videant claritatem ejus* c. Ad idem referri potest aliquoties repetitum vatis nostri votum *d*: *ostende faciem tuam*, (quæ filio attribui solet) *& salvi erimus*. Damascenus *e*, qui bona egerint, ait in vita æterna futuros cum Domino nostro JESU Christo, videntes ipsũ semper, & visos, & incessabili, quæ ab ipso est, lætitia perfruentes. Concilium quoque Francofordiense *f* scribit hoc modo. *Prædicamus cum Spiritu Sancto, Christum verum Deum, & unicum filium Dei, ut ad ejus beatissimam visionem perveuire mereamur, in quo vera beatitudo, & beata æternitas.* Scholasticè non agam, ut in præcisa probem Dei visione beatitudinem formalem consistere. Illud verum quod Nyssenus *g* docet, videre in usu Scripturæ, idem significare, quod habere, verbi gratia, *ut videas bona Jerusalem* h, & *tollatur* i *impius, ne videat gloriam Dei*. Augustinus hoc loco asserit, *salutare*, quod hic ostendendum promittitur, esse Christum ipsum facie ad faciem pro præmio magno omnium laborum nostrorum: quia quicquid laboras, ad hoc laboras, ut videas: totam mercedem nostram visionẽ esse, & ipsum magnum visum, hoc est, Dominum nostrum JESUM Christum. Hoc eum oremus: unum cum cœco *k*, *Domine ut videamus*; hanc unam rem petamus à Domino, hanc requiramus, ut *videamus voluntatem Domini* l, ut *intremus in gaudium Domini* m, intretque ipsum in nos, atque *similes ei efficiamur, videndo sicuti est* n. Quo modo hæc etiam de Christo dicantur, ut scilicèt ei *ostendantur salutare Dei*, jampridem monuimus, & Cajetanus interpretatur, ut effecta salutis videat in aliis, qui per ipsius merita illam con-

a Psal.30.8
b Psal.28.10
c Eccl.6.10
d Prov.13.17
e Psal.49.15
f Esa.8.13.14
g Serm. 16
h Col.3.4
i Psal.114.8
Anagogia.
k 4. Reg.20. 6. Esa.38.5.
l Gen.15.2
m c.35.29
n 1. Paral. 23.1.
o Sanctio. c. 99. Tropolog.
p Job.7.3.
q Apoc.3.2
r Apell. apud. Plin. lib.35.c.10
s Sueton. de Tit.
t Matt.25.3.
u Dan. 5.27
x Eccl.7.18
y Psal.54.24
z Ps. 20 5
a Psal.16.15
b Psal.15.11
c Eccl.24.29
d Prov.3.16
Nihil longum est quod habet finem.
e Job.14.15.
f Gen.47.9
g Psal.89.4.
h Serm.17
i Sap.8.1.
k Job.10.10. Matth.6.34
l Jer.17.16
Vita finietur brevi
Sensus.
Anagogo.
m 1. Cor.3.19
o Tbil.3.7.8
* Prov.28.16
p Esa.76.6
q Esa.38.20
r Psal.83.5
s Psal.70.8
t Psal.64.5
u Psal.102.
x in Gen.5.2 disp.7.
y c.6.11.12
z Joan.14 21
a ibid. tract. 75.
b Joan.17.3.
c vers.24.
d Psal.79.5 8. 15.20.
e lib.4.cap. ult.
f epist. ad Epist. Hisp.
g de beatit. orat.
Videre in usu scripturæ idem significat quod habere.
h Psal.127.5.
i Esa 26. secund. LXX
k Luc.18.41
l Psal.26.4.
m Matt.25 21. 23.
n 1. Joan.3.2

consequantur. Vertit namque, *& faciam videre ipsum in salute mea.*

PSALMUS OCTOGESIMUS PRIMUS.

Versic. 1.) Psalmus Cantici.

In die Sabbati,

1. BOnum est confiteri Domino: & psallere no-
2. mini tuo Altissime,
3. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.
4. In decachordo, Psalterio: cum cantico, in cithara.B
5. Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.
6. Quàm magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
7. Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.
8. Quum exorti fuerint peccatores sicut fœnum. & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem: Ut intereant in sæculum sæculi: 9. tu autem Altissimus in æternum Domine.
10. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.
11. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia uberi:
12. Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris C mea.
13. Justus, ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.
14. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.
15. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: & bene patientes erunt, 16. ut annuncient:

Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Argumentum Catholicorum.

Amane culpam ei remissam, tunc opera Domini; creaturarumque universitatem considerare cœpisse, & præ lætitia prorupisse in similia verba primis istius Psalmi: prævidisse præterea posteritatem usq; ad Messiam, & hujus regnũ exaltari sicut unicornem. Catholici, posito generali argumento, de gratiarum actione celebranda omnium cantorum vocibus, non unius tantum chori, ut idcirco desit nomen certi alicujus Principis cantorum, ut notat Euthmius. Item ut observat Cajetanus, (qui *Sabbatum* pro quovis festo sumit) de Dei laude, & annunciatione rerum divinarum ad populum festivo quolibet die; ad hæc ut laudetur in hoc Deus, quod sinat improbi felicitatem brevem esse, qui tandem intereat, justum aliquando affligi, qui postea recreetur, vigeatque Palmæ, cedroque similis; vel ad Christum nostrum referunt, vel ad Deum, cujus decantentur misericordia, potentia, justitia; tùm verò etiam agatur de judicio pœnis præmiis, quando ad similitudinem Sab., requies & vacatio erit ab omni cura præsentis vitæ, istiusque mundi: denique mentio fiat etiam de lege Evangelica, cujus censeatur status senectuti, & Sabbato similis; quia ultima lex est, atque homini conceditur quies ab alia lege, cum gratia, prosperitate, exaltatione; præterea persecutores Eccl. deprimantur, prout exigebat justitia DEI. Placent omnia, præter figmentum illud Hebræor. de Adamo, de quo consule, quæ dixi ad c. 10. *b* Sapientiæ, & quod Cajet. pro quovis festo *Sabbatum* hic sumit: quum quidam tituli aliorum Psalmor. distinctè primam Sabbati exprimant, vel secundam, vel quartam, ut ante monuimus. De triplici Sabbato Judaico, mentis, æternitatis differat hìc qui volet cum August. & aliis.

b *vers.* 1. & 2.

Eidem distinctioni addit Bonaventura Sabbatum, in quo Deus requievit, & nos dici quiescere, requiescere, conquiescere. Judæos ait August. vacare ad nugas, & in his quæ Deus prohibet exercere Sabbatum, vacationemque ipsius esse à bonis operibus nostrum: Sabbatum intus esse, & in corde, ut non vacemus membris tantum, tumultuetur vero conscientia. Ultimum Sabbatum appellat Esaia *c sabbatum ex sabbato*: & Apost. *d relictum populo Dei sabbatismum*. Connumerat Athanasius *e* hunc psal. iis qui sunt utiles ad edendam confessionem; & psallere volenti in sabbato eumdem proponit, scilicet, prout indicat ipsemet titulus. Eccl. quidem etiam usurpat præsentem psal. in feriali officio sabbati ad laudes: & olim in missa de communi Doctorum, & in secunda de simplici Confessore, & in propria Joannis Baptistæ recitabat eumdem integrum; si verum est particulam psalmi positam nunc in introitu missæ, indicare solitum recitari psalmum totum. Hugo quidem Cardinalis asserit cantari de Joanne Baptista, quia *mane*, ideſt, in utero matris annunciavit misericordiam Dei, sive Christum ipsum, *& veritatem per noctem*, hoc est, jam mortuus evangelizans in inferno ejusdem adventum.

Nostrum Sabbatum intus in corde est.

c *c.* ult. 23. d *Hebr.* 4. 9 e ad Marcellinum.

Tempus quo usurpatur hic psalmus ab Ecclesia.

Titulus, & Argumentum.

Versic. 1.) Psalmus Cantici.

In die Sabbati.

Titulus Psalmi.

HABEBANT etiam in titulo 47. 66. 67. 74. Pſ. primas duas voces, de quibus idcirco nihil est quod addatur amplius. In 23. titulo nominatur prima Sabbati: in 37. Sabbatum seu remuneratio de Sabbato: in 47. Secunda Sabbati: postea in 92. in die ante Sabbatum: in 93. quarta Sabbati. Ex dictis præsertim ad titulum 23. petenda quæ huc spectant. In quibusdam codicibus Græcis, & Latinis legitur *in diem εἰς τὴν ἡμέραν*: Chaldaicè, *laus & canticum, quod dixit homo primus pro die Sabbati*.

Sententia Rebinorum de argumento.

Ex quo tit. colligi potest Rabinorum sententia de argumento, ut sit creatio mundi, ac de illa vel Moyses agat, quem prioris, & aliquot sequentium Auctorem volunt esse, in quibus nomen proprium nullum exprimitur: vel David in persona Adami: cantari autem debuisse Psal. istum die Sabbati, qui dicatus erat memoriæ creationis, quoniam eo die *quievit DEUS ab omni opere, quod patrarat* a. Addit Rab. Kimhi, creatum Adamum die Veneris circa horam tertiam, peccasse hora undecima, hora duodecima condemnatum, pulsumque de paradiso reliquo die ac sequenti nocte mansisse in fletu, & planctu; die Sabbati

a *Gen.* 2. 2 Opinio R. Kimhi de creatione Adami.

Vers. 2.) Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime.

Vers. 3.) Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Vers. 4.) In decachordo, Psalterio, cum cantico, in cithara.

Sensus loci.

SEipsum, & alios excitat ad celebrandum Deum, ad prædicandum voce, ac instrumentum musico nomen ipsius, ad laudandam misericordiam, atque veritatem, seu veracitatem, & fidelitatem, à ratione boni, quæ in ea re inest; secundùm videlicet omnem rationem ejus, ideſt, utilis, jucundi, honesti; & *quia vere dignum* hoc est, *justum, æquum, salutare*, ut Ecclesiæ utar verbis. In eo autem negotio requirit assiduitatem, ut quolibet quidem tempore perficiatur, potissimum autem summo mane: deinde rursus tempore vespertino. Nomen etiam *sabbati*, quod est in titulo, innuit hujusmodi tempus huic muneri maximè idoneum, quando feriamur ab externis negotiis operibusque, & animo liberiore, ac magis interna, & intensa cura vacari laudibus, & sermonibus divinis potest. De aliis exponendi modis dicetur postea seorsim.

Bonum est confiteri Domino.) Posset suppleri, *tibi*, quia sequens oratio dirigitur ad Deũ. Quamvis autem Cassiodorus velit hæc veluti Ecclesiæ verba esse indefinitè loquentis, quę sequuntur dirigi ad Deum. Basil. ac Theodoretus utrumq; membrũ referunt ad orationem cum Deo.

Boni

Quibus modis confiteri quis possit peccata propria domino.

Boni nomen comprehendit omnem ejus rationem. In psalmo 146. *laudari Dominum* præcipit David, *quoniam bonus est psalmus, & ut Deo sit jucunda, decoraque laudatio.* Confitetur Domino quis peccata propria, vel attribuendo ei bona omnia; sibi vero Mala, quæ facit, non Deo, non diabolo, non fato, seu stellis, & necessitati: vel in genere laudando ipsum. Ultimus modus magis litteralis, secundus est Augustini, & aliorum: primum tradit creditus Hieronymus, & alii ac meminit Euthymius. Primum age pœnitentiam, ait Hieronymi nomine notatus, & lacrymis dele peccata, postea canta Domino. Quod subdit, *bonum est confiteri Domino*, non hominibus, sed Deo: illi confitere peccata, qui salvare potest, intellige quod hominibus divina potestate absolvendi carentibus confiteri nihil, aut parum juvat; quum tamen ad consequendam absolutionem voluerit Deus nos hominibus ad id ordinatis, & divina præditis auctoritate confiteri. Hugo *a* S. Victoris tractans hunc locum, affert distinctionem de confessione criminis, quam timor parit, & laudis, quam amor. Alcuinus *b* occurrit abutentibus hoc loco, ne confiteantur sacramentaliter; *bonum esse confiteri Domino*; sed bonum etiam hujus confessionis habere testem. Inter alia vero argumenta illud notatu dignum, quod talis forte, si Deum latere potuisset, sicut hominem, nec Deo plusquam homini, confiteri voluisset. Quartum confitendi modum Hugo Cardinalis addit, de quo scribit Apostolus *c*, *quod ore confessio fit ad salutem*, utilitates vero confessionis pœnitentialis quinque. Arnobius alludens ad titulum *de sabbato*, ait, quod eo die jacuit Dominus in sepulchro mortuus, & die dominico adoratus est inter Angelos vivus; potuit etiam dicere inter Apostolos. Idem Hugo à S. Victore applicat aliter ad Christum, ut bonum sit confiteri quoniam mitis, ac tua vis, utpote qui ad se venientes non repulerit peccatores, & semel gustatus fastidio non fuerit, infirmantibus compassus sit, imperfectis conformatus, cito veniam indulserit peccatrici, pœnam nullam indixerit, contentus dicere, *vade in pace* d; uti etiam loculis voluerit e. Videtur nonnulla ex eo auctore transcribere Bonaventura hoc loco.

Hominibus divina potestate carentibus confiteri nihil, aut parum juvat.

a annotat in Psc. 64.

b ep. 26. tom. 1. Henr. Cani Abutentibus hoc loco, ne confiteantur sacramentaliter, occurrit Alcuinus.

c Rom. 10. 10 Confessionis utilitates quinque.

Applicatio ad Christum.

d Luc. 7. 50. & Joan 12. 47. & 13. 29.

Et psallere nomini tuo Altissime.) In vetere Psalterio, & apud Augustinum, *tunc psalles nomini tuo Altissimi.* Occurrit eadem formula sæpius in aliis psalmis *f*; & de nomine *Altissimi* dictum satis priore psalmo. Qui vero psallitur propriè pulsando musicum instrumentum, Augustinus, & alii observant laudandum, & celebrandum Deum non ore tantum, sed etiam opere; idque sibi velle in 3. versu vocabula *instrumentorum*, Cum *cantici* nomine. Adjice cum iisdem, *psallere nomini Domini*, qui nomen ipsius, & gloriam quærit, non propriam: Deum quærere nomen illius, qui quærat nomen Dei, atque fixum habere apud se, & scriptum in cœlo *g*. Cardinalis Hugo *psallere* ad satisfactionem refert; *nomini* autem *Domini sic psallere*, qui ad gloriam Dei, & propter salutem quam *Jesu* nomen involvit, satisfacit, & confitetur.

f Psal. 7. 18. Psal. 9. 3. & 12. 6. Deus non solum ore; sed & opere laudandus est.

g Luc. 10. 20.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.) Hieron. *& fidem tuam in noctibus*, sed in textu Fabri, Victorii, Treveti, *in nocte*, quamvis Hebraicè sit plurale nomen לילות *leloth*. Si attendamus Hebræum verbum cum littera servili להגיד *lehaggid*, non magis verti debuit *ad annunciandum*, quam *annunciare*: quia in priore versu, *confiteri*, & *psallere*: ita etiam extant Hebraicè להודות *lehodoth* & לזמר *lezammer*. Sic sensus esset, bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime; annunciare manè misericordiam tuam, &c. & non afferretur tamquam causa, quare bonum sit confiteri, & psallere. Habet usus nonnullarum vulgarium linguarum, ut dicant *bonum esse ad faciendum*, pro eo quod est, *bonum esse facere* & Latini *difficile ad dicendum* dicunt, pro eo, quod est: *difficile esse dicere*. Jansenius legit ἀναγγεῖλαι, *ipsum annunciare*. Sed codices nullos vidi, in quibus non sit τῷ ἀναγγέλλειν *ad annunciandum*. De conjugatione misericordiæ & veritatis, crebro egimus, quidque sit veritas, aut veracitas, fidelitasve in promissis, aut justitia, aut scriptura, seu scriptura divina. *Mane* & *nox* extremæ diei partes diem designare totum possunt; tropologicè vero res prosperas, in quibus enituit Dei misericordia, & adversas, in quibus appareat justitia, ut pro utrisque laudetur Deus. Hoc modo fere Latini, & Richelius descendit ad spirituales, tùm consolationes, tùm desolationes, ne in illis efferamur, in istis deprimamur, & adulterinas consolationes desideremus. Basilius, Theodoretus, Nicephorus, interpretantur laudandam Dei benignitatem erga nos, veritatem contra eos, quos ob injustitiam punit. Euthymius bonum esse, ut matutino tempore meditemur atque asseramus, quod misericorditer liberati simus à nocturnis periculis, ut quod obruti terræ motu, non æstu extincti, non a quis necati, nec à feris, nec ab inimicis, non à dæmonibus victi: sub nocte vero annuntiare Dei veritatem, prædicando, & extollendo illius cognitionem, ac scientiam, quam nihil lacere potest; & quo tempore magis moveri solemus ad corporis voluptates, illo modo comprimi à vitiis, in memoriam nimirum revocando, quod nihil eum latere poterit, quod à nobis noctu gestum, aut etiam meditatum fuerit. Hugo Cardinalis confessum de peccatis, & pro illis satisfacientem annuntiare jubet misericordiam *mane* ut ascribat gratiæ Dei *mane* illud conversionis suæ; per *noctem* vero veritatem, ut merita quum gratia facta, & Dei promissa conferat inter se in morte. Bruno Carthusianus annunciationem non Deo, sed aliis fieri exponit, qui adhuc sunt idiotæ, putantque ob merita sua prosperitatem sibi à Deo dari, & injuste adversa pari: prius unumquemque decere Deo in se confiteri, & psallere, postea istud idem aliis, & exemplo, & verbis annunciare. Dici potest annunciari hoc ipsum confessione, & psalmo; quia potest hujusmodi doctrina contineri in psalmo, sicut Paulus *h* vult, ut *doceamus, & commoneamus nosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus nostris Deo.* Repete dicta in aliis locis *i*, *in die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus: In* k *matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus*, & alibi *l*, *auditam fac mihi mane misericordiam tuam.*

Sensus litteralis.

Tropologi.

h Col. 3. 16.

i Ps. 41. 9.

k Ps. 64. 7

l Ps 142. 8

In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara.) Hieron., *in decachordo. & psalterio, in cantico, & cithara*: Alii, *super decachordo, & super nebel*, seu *nablo super cantico*, seu *instrumento sonoro, quod vocant higgajon, in cithara*, vel *super decachordo, & super nablo, super modulatione, qua fiat in cithara*, vel, *super denario, & super viola, super meditatione in cithara*: Hebræa nomina sunt עשור *hhasor* & נבל *neuel*, & הגיון *higgajon* & כנור *chinnor*. Eadem jam aliis antea locis declarata sunt, & quidem *Psalterium decem chordarum* Psalmo 32. *m* vocatur נבל עשור *neuel hhasor* absque particula, & conjungente, Græcè ψαλτήριον δεκάχορδον: in 143. *n Psalterium decem chordum* etiam disjunctim ψαλτήριον δεκάχορδον & נבל עשור *neuel hhasor*. Hoc loco primo loco est Hebraicè עשור *hhasor* deinde cum conjunctione, hac præpositione ועל *vehhale* sequitur נבל *neuel*, quod arguit omnino diversa instrumenta: quando autem inversus ordo servatus, ac deinceps immediatè collocantur, indicio potest esse, quod sit unicum instrumentum, & quod נבל *neuel* tamquam generaliùs nomen restringatur per עשור *hhasor*, (tametsi aliqui mediam conjunctionem suppleant, distinctaque instrumenta esse contendant,) quia constet decem chordis: quum alioqui Psalterium si proprie accipiatur, nec נבל *neuel* dicatur, nec רשור *hhasor*, nec quomodolibet conjunctis duobus hisce vocabulis simul. De qua re lege, tum disputata in prælatione de Psalterio, tum in Psalmo 32. ubi præterea de mystico sensu istorum instrumentorum, quem repetunt hoc loco Enarratores *Cantant in Psalterio decachordo* non portant solum, qui operantur decalogum cum lætitia, & cum hilaritate faciunt bene; qui sola verba dicunt, quasi canticum solum habent, non citharam; qui operantur, & non loquuntur, quasi solam citharam habent, inquit Augustinus, & alii. Euthymius ex quinque sensibus corporis, & totidem potentiis animæ conficit *hoc decachordum*; fortassis intelligens internos duos sensus cum tribus facultatibus animæ rationalis. Clemens *o* Alexandrinus *Psalterium decachordum* pro unico sumens instrumento, docet per id Jesum designari, qui manifestatur elemento *decadis* hoc est, per literam Græcam *jota*, adde & per Hebræum י *jod*, & per notam Arithmeticam 1, adjecta privationis nota orbiculo signata: quam vocant *zero*, & per X, à Latinis, qua litteræ Græcæ χ *chi* figura, Justinus *p* crucis mysterium contineri ait, & apud Ægyptios dicitur eodem signo † tum venturæ spes salutis significata tum denarius numerus. Greveus *q* observat laudari à nobis Christum in Psalterio secundùm spiritus vivificationem, per amorem æternorum, quia habet sonum à parte superiore: ut hominem pro nobis passum in carnis mortificatione in cithara, quæ sonat ab inferiore. Præterea quod Christus decantavit nobis *in Psalterio decachordo* in sua ascensione, ut quasi decem chordæ fuerint decem dies, quibus jussi sunt *discipuli non discedere ab Jerosolymis, sed expectare promissio-*

m vers. 4.

n vers 9.

Explanationes mysticæ.

o 2. pædag. c. 4.

p Apol. 2.

q seq. 197

*nem Patrit*a ; tunc enim per eos dies corda illorum, tamquam chordas distentas fuisse, quum spiritum sanctum misit: editum sonum, *quoniam factus de cœlo sonus* b, *& locuti sunt Apostoli magnalia Dei* c, ac deinceps *exivit sonus eorum in omnem terram* d. Citharæ mysticam descritionem lege apud Hugonem Victorinum e. Alter Hugo Cardinalis *in Psalterio decachordo* carnis maceratione attendit, quia chorda de corio sit, & extenditur in ligno, ut sonet, decemque Paulus *f* enumerat, veluti hujusmodi chordas, *usque in hanc horam, & esurimus, &c. in cantico* eleemosynam, quæ fieri debet hilariter, quoniam hilarem datorem diligit Deus: orationem, & præcipue missæ officium, in qua repræsentatur Christi passio *in cithara*, quia querulum habet sonitum, & lignis ambit chorda. Rursum tria notat, quæ debeant esse in Prædicatore, in Joanne autem Baptista maximè fuerint, desiderium æternorum, prædicatio, carnis maceratio, quia *Psalterium* reddit sonum à parte superiore, *canticum* ore fit, *cithara* sonat ab inferiore parte. Joannes vero quatenus lucerna, quæ corio tenui constat, mortificatus fuisse intelligitur, quatenus ardens, habuisse desiderium æternorum, quatenus lucens, docuisse. B

a Act. 2. 3
b cap. 2. 2
c vers. 11
d Ps. 18. 5
e anno. in Ps. c. 5
f 1. Cor. 4. 12
Tria in prædicatore necessaria notat Hugo Cardinalis.

Vers. 5.) Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.

Sensus loci.

HOC *sabbatum*, & *sabbati* festiva vacatio ex rerum creatarum à Deo meditatione, atque contemplatione ingens oblectatio, & in ipsummet etiã quandoque corpus redundans lætitia, & exultatio: unde præterea fiat, ut erumpatur in laudes Dei, tũ voce, & cantico, tum harmonicis sonis, & instrumentis musicis, de quibus proxime facta mentio. Quin etiam creaturarum inter se concinnitas tanta, concentusque adeo aptus afficit animum incredibili voluptate, ita ut non cœli soli, quod sibi nonnulli re ipsa persuasisse videtur, sed loquendo figurate, universitas conditarum rerum suavem, & admirabilẽ auribus intelligentiæ modulationem submini strret, tamquam vel voces bene compositæ, vel fides apte pulsatæ. Id in libro Sapientiæ testimoniis confirmavimus; Adde quoque Ambrosium *h*. Dicto libro ait Sapiens *i*, *quod in se elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt*; De voluptate autem quam percipimus ex rerum etiã tantũ naturalium cognitione, pluribus egere nihil attinet. Consulantur qui differunt de beatitudine nostra secundùm naturalia tantum principia, vel de voluptate, sive delectatione, vel de sapientiæ, ac scientiæ, & litterarũ laudibus. Præfatur Philosophus in Metaphysica, *ab insito nobis appetitu sciendi*, & M. Cicero *tantum* scribit *innatum in omnibus cognitionis amorem, & scientiæ, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur*. Longa oratione, ratione, exemplorum inductione id comprobat; tum ex figmento Homerico de Syrenum cantibus; tum ex commento de beatorum insulis, ubi cura omni liberati nihil aliũ acturi sint, nisi ut omne tempus in quærendo, ac discendo in naturæ cognitione consumant. Legatur idem in Lucullo, Plutarchus contra Colotem lib. 1. Plinius secundus ad Maximum *k* Plutarchus dixit, *Ipsam veritatem cognoscere tam esse amabile, tam desiderabile, quam spirare, quam debere vitam scientiæ*: Plin. *Nihil tam latum, quod litteris latius, nihil tam triste, quod non per has minus triste*. Idem Aristoteles affirmat à natura parente, & auctore omnium miras excitari voluptates hominibus, qui intelligant etiam viliorum, ac minimarum rerum causas, atque ingenue philosophentur. Argumentatur vero, quoniam imagines ipsas rerum naturalium non sine delectatione propterea inspectamus, quod ingenium pictoris aut fictoris una contemplamur: multo magis delectatione nos affici earumdẽ rerum naturæ ingenio, miraque solentia constitutarum causas perspiciendo. Ingens illius gaudium fuit, qui cùm quod quærebat philosophando reperisset, exclamavi εὕρηκα, & hecatombam obtulit. Sed infelices philosophi, qui *Deum ex creaturarum cognitione non glorificaverunt* m, vel earum *specie delectati, Deos putaverunt, non reputantes his speciosiorem esse dominatorem earum* n. Non dissimilis abusus peccatorũ, qui voluptate deliniti creaturæ, negligunt Creatorem, utendis fruendo, fruendis utendo. Inter omnes facturas & opera Dei primatum tenet opus gratiæ multiplicis modi, de quo juxta mysticum saltem sensum, hic exponitur ab Aug. locus. Singularis opinio Agelii ad litteram vocari *factura Dei*, & *opera manuum* ejus, calum ac interium impiorum, qui pios opprimunt & horum erectionem, ac liberationem; inde capi eximiam voluptatẽ, prætereaq; gestire se gaudio, & lętum ac festum diem agere, Prophetam nunc significare. Posset ut cumque contexi sensus iste cum reliquo Ps. Sed ut moralem recipio, non tamquam litteralem, licet faveat etiam illi Augustinus.

nio, hunc locum litteraliter accipi de casu interitu impiorum.

Quia delectasti me Domine in factura tua.) Hieron. *quoniam lætificasti me Domine in opere tuo*, alii prulaliter, *in operibus tuis*, sed nunc non est יוד *Jod* nota illius numeri, sed in singulari פעלך *pah holecha*. Cald. *in operibus miraculorum tuorum*. Quamvis in textu Nebiensis exprimatur tantum, *in opere tuo*. Nomine *factura* utitur sequenti membro etiã Hieron.: & proprie videtur significare opus ex compositione; & arte factum, quam vocant Hilpani *hebura*, Itali, *fattura*, Galli *facon*, quamvis primi & secundi transferant ad hominem; qui aliena liberalitate, favore, opera sit honores, aut victum, aut quid tale consequutus. Plinius *o* primo usurpavit modo hanc vocem, itaque sumitur bis in sc. riptura *p*: semel nos ipsi appellamur *Dei factura* q πο'ημα, Syriace creatura ברית *baritha*. Subtiliter, ac piè, licet quod attinet ad vim dictionis parum referat, notat *Hugo*, non dici quod *factura* delectavit, sed *Deus in futura*; delectare malos *facturam ipsam*, bonos *Deum in factura*. Reprehendit præterea, qui nimis delectantur aspiciendis, audiendis, odorandis, gustandis, tangendis: item qui non in *facturis Dei*, sed *in suis*, sive in iis, quas excogitaverint, vel adinvenerint. *Quam desiderabilia omnia opera Dei, & tamquam scintilla quæ est, considerare*] r; Quidam codices ἕως σπινθῆρος *usque ad scintillam*. Juxta lectionem nostram sensus est, quod minimam tantum partem operum Dei cognoscimus: vel quod excitant in nobis cognitionem sui; & per illam accendere possunt lumen, & amorem Dei. Vir sanctus, juxta Etaiæ *s* consilium, *levat in excelsum oculos, & videt quis creavit hæc. Collatatur Deo ipsi in operibus illius t*, ex cujusvis rei quamlibet exiguæ consideratione assurgit in Dei contemplationem, & amorem, in eoque delectatur. Antonium, Anselmum, Franciscum, alios veteres, & Ignatium nostrum præstantes in hoc genere fuisse constat. Voluerunt assiduitate apud parum cordatos opera Dei naturalia, quæ per se non minorem deberent concitare admirationem, & delectationem. Sed majorem etiã quam quæ propterea quod eveniunt raro, in admiratione, & majore, quia nova voluptate afficere videntur. Ad monuit id aliquoties August. *u*, & ante ipsum Philo *x*, post utrumq; Gregorius *y*. Is autem, quem dicunt Hieron., hoc loco satis pia inductione per creaturas demonstrat, quam ex earum cognitione capere debeamus utilitatem.

o Lib. 34. c. 1
p Num. 6. 4
Osea 13. 2
q Eph. 2. 16
r Eccl. 42. 23.
Sensus litteralis.
s Is. 40. 26
Sanctus ex cujuliber rei consideratione assurgit in Dei contemplationum
t 10. de ci. vit. c. 12.
u tract. 14. in Joan. lib. de utilit. cred. c. 16. l. 50. hom. in 32.
x in vita Moysis. 13. mor. c. 6
y Ps. 142. 5

Et in operibus manuum tuarum exultabo.) Videtur legisse Remigius, *exercebor*, Hieron. absque conjunctione quæ nec in Hebræo textu est, *in factura manuum tuarum laudabo*. Universam totius mundi machinam Euth. per *facturam* significari vult, *per manuum opera*, particulares species cum magnitudine, pulchritudine, concinnitate, utilitate; vel omnia synonyma esse; Arnobius accipit de operibus quæ ex expansione Christi manuum in cruce consecuta sunt. Meditari volebat David, in omnibus operibus Dei, & in factis manuum ejus. *Exultandi* verbum Latinum & ἀγαλλιᾶσθαι Græcum important hilarem corporis motum gestumq; sed Hebręum רנן *ranam*, ut sępius vidimus, pertinet potius ad contentionem vocis per modum, verbi gratia, ovationis. Basilius ac Theodoretus explicant exultationem, ac veluti tripudium tantum, ut præ animi junditate, lingua relaxetur ad laudandum Deum.

Vers. 6.) Quam magnificata sunt opera tua Domine? nimis profundæ sunt cogitationes tuæ.

Sensus loci.

LÆtitia plenus, ac exultatione propter operum Dei meditationẽ, prorumpit in epiphonema, quo declarat omnino, ut initio dixerat, bonum esse confiteri, psallere, celebrare oratione, instrumentoq; musico Deum, quia, & propter delectationem inde perceptam capere se ipsũ non possit, & ob infinitam vim operum ipsius, & inscrutabilia consilia, quibus cuncta dispensat, & gubernat, & suppetat semper laudibus nostris materia, nec valeat quis pro dignitate ullo modo Deum laudare, quantumvis enitatur. Nolim restringere sententiam ad illa opera providentiæ, quibus impio sinat Deus cuncta ex voto succedere, utque justum per vim ac potentiam vexet. Complecti possumus omnia opera naturæ, & gratiæ, in quibus varia Dei attributa

buta manifestatur, præsertim magnificentiæ, quæ bonitatem cum potentia importat.

Quam magnificata sunt opera tua Domine i) Idem valet ac quam magna sunt. Magnificata vero opera intelliguntur in seipsis, atque à Deo, quamvis & abhominibus magnificari dicantur, cùm pro magnis, ut revera sunt, agnoscunt, prædicantque. Vocantur alibi *magna opera Domini* a, *terribilia* b, *mirabilia* c, iterum *magnificata* d, licet ibi sit רבו *rabbu* hic גדלי *gadelu magna simul, & mirabilia* e. In operibus differentia est secundùm magnitudinem, qualitatem, perfectionem; quamvis respectu Dei æqualia cuncta dici possint, quatenus æque ipsi facilia omnia, & in cujusque creatione infinita requiratur ejusdem potentia. Unde Nazianzenus cecinit, quod,

Quin etiam parvis eadem miracula lucent.

Hieron. quoque nomine appellatus Auctor commentarii hoc loco contra Marcionem & Manichæum docet, in singulis parvis rebus Dei elucere sapientiam, & bonitatem, sicque mirandum in formica Deum, ut in Elephante, sic in culice prædicandum, ut in Camelo: factum pulicem & cimicem à quibus morderemur, ut ostenderetur fragilitas nostra. De difficultate quam parit magnitudo dicendi de operibus Dei, Apollinarius declarat,

τίς νεν ἀνυμνήσειε τὴν μεγαλουχέα τέχνην;
τίν πινυτὴν μέλδειε περὶ πραπίδεσσι βαθείαν;
Quis laudaverit tuam magnificam artem?
Quis prudentiam cantaverit præcordiis profundam?

Similis exclamatio Pauli *ὦ altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. facit Deus magna, quia potens* g: *magnifice facit* h: *Considerans opera illius expavescit* i. Ecstasim patitur, qui sciendo proficit, deprehendens tandem se nihil scire cum Socrate, maximè de Deo. *Cuncta res difficiles, non potest eas homo explicare sermone* k: *Difficile invenimus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt invenimus cum labore, quæ autem in cœlo sunt quis investigabit* l? *Quum vix parvam stillam sermonum Dei audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri* m? Hæc ipsa causa exigit, ut tanto magis laudetur. *Confitebor enim tibi*, ait ille n *quia terribiliter magnificatus: faciens magna, & inscrutabilia & mirabilia absque numero* o.

Nimis profundæ factæ sunt cogitationes?) Hieron., *satis, &c.* Vertitur מאוד *meod* utrovis modo. *Prudentiam* Apoll. exponit, ut dixi πινυτὴν. Euthymius, & Niceph. per διαλογισμούς, βουλὰς, φρένας per *ratiocinationes*, seu *cogitationes*, *consilia*, & *sapientiam*. *Profunditas* idem est quod ὦ ἀνεξιχνίαστον *inscrutabilitas*: quæ Paulus p, *incomprehensibilia judicia, & investigabiles vias Dei* appellat, & *altitudinem divitiarum sapientiæ, & scientiæ illius* Job q, *Opera inscrutabilia*; iterum Paulus r *investigabiles divitias Christi. Revelat Deus profunda* s; Et *per spiritum concedit scrutari profunda Dei*, ipsemet proinde πάγκρυφος, & ἐν βυθῷ habitans; & *judicia ejus abyssus multa* u. Magnitudo operum Dei, & ratio eorum pendet à voluntate ejus; *magna namque sunt, sed exquisita in omnes voluntates ejus* * Quum sit ergo *inscrutabile cor hominis* x, quanto magis *scrutatoris cordium Dei* y? Appellatur in Zohar z *Deus pater noster, omnium rerum perfectio, & profunditas fluminum*? Vir testimonio Dei sapientissimus testatur *se cuncta tentavisse in sapientia: dixisse sapiens essem, & ipsam longius recessisse à se multo magis quam erat, & altam profunditatem illius esse, nec esse qui inveniat eam* a. Creditus Hieronym. in Psalmi commentario sic exponit Ecclesiastes; antequam cogitationem meam in opere ponerem, non videbam magnificentiam Dei dixi: debeo quærere rationes singularum causarum, & sapientiam, quam ante non inquirens ignorabam, postea quærere cœpi, quam invenire non poteram. Infertur hinc infinitas Dei, quoniam incomprehensibilitas consequitur entitatem, sicut & intelligibilitas, & oritur ex perfectione, quæ comprehendi nequit, nec intelligendo exhauriri. Et vero etiam videtur de fide comprehendi Deum non posse. Simile pro hac re testimonium in Jeremia *b. fortissime, magne potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu*; Ubi Hieronymus, quem non comprehendit cogitatio potest, inquit, sermo comprehendere? Item in Job c, *magnus Dominus vincens scientiam nostram*. Nec vero quia sequenti versu additur, quod *vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hac*, sequitur posse hominem quantovis lumine divino illustratū cogitationes Dei comprehendere. Potiùs sequitur, quod quilibet ad talem comprehensionem est insipiens, & ignarus, stultus, ac stolidus: vel quod fieri non potest, ut quis nisi planè amens persuadeat sibi posse se divinas cogitationes cōprendere. Adhuc Job d, seu Sophar sic argumentatur, *forsitan vestigia Dei comprehendes; & usque ad perfectum omnipotentem reperies? Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terra mensura ejus, & latior mari*. Non probant dumtaxat hæc loca non posse cognosci naturaliter cogitationes, & affectiones Dei, atque consilia, nisi *det ille sapientiam, & spiritum* e; cū *nemo consiliarius ejus sit* f, vel conscius arcanorum ejus; sed nec per ullum donum supernaturale posse comprehendi: illud enim nec Angeli naturaliter possunt etiam circa nostras hujusmodi actiones præsertim liberas. Denique *lucem inhabitat inaccessibilem* g, *Et posuit tenebras latibulum suum* h. *Supervalet glorificationi nostræ, & admirabilis adhuc semper magnificentia ejus, quantumvis exaltemus eum, major est omni laude; quantalibet repleamur virtute, ne laboremus* (aut satigemur) *non enim comprehendemus* i. Innoc. etiam Papa III. seu Concilium Later. sub eodem *k*, sic definit: *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quia unus solus est verus Deus æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis. Ignitur fatui sunt, qui Deum incomprehensibilem, sed comprehendentem cuncta, se arbitrentur latere posse, de quibus Esaias* l *cum comminatione*. *Va qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium; quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos, & quis novit nos? perversa est hac vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo non feciſti me; & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.*

Vers. 7.) Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.

Vers. 8.) Quum extorti fuerint peccatores, sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.
Ut intereant in sæculum sæculi.

Vers. 9.) Tu autem Altissimus in æternum Domine.

EJicit veluti è choro confitentium, psallentiū, instrumenta musica pulsantium, cantantium, annunciantium Dei laudem ob misericordiam, & veritatem, atque propter magnifica opera, & nimis profundans cogitationes ipsius homines insipientes divino spiritu destitutos, & qui sine judicio addicunt sese, cogitationem, & amorem suum rebus infimis, ac perituris, denique animales, qui nō percipiunt quæ Dei sunt, Tales negat cognoscere posse, ac intelligere quæ dicta sunt, nec vero etiā istud aliud, quod est summa dignum admiratione, & animadversione, multosque in errorem solet pertrahere. Nempè quod postquā improbi exiguo tempore velut herba, seu gramen, & fœnum germinaverint, ac efflоruerint, & eminere cęperint, futurū sit, ut pereant in æternum; Deus autem per se, semperque Altissimus, non per ortum, vel incrementa, immutabilis perseveret, proindeque justos, qui ab ipso pendent, licet nonnihil interim affligantur à dictis improbis, perpetuo florentes, ac prosperos reddere valeat. Petulantius nescio quispiam fœminam intuitus, & ab ea rephrensus, quum illud ex alio istius psal. versu responsisset; *delectasti me Domine in factura tua*; excipientem mox illam audivit; *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hac.* Acumine simili usa est, quo alium usum meminimus, constanter iniquo magistratui abjicienti extra rem, ac insolentias de se ipso *m ego dixi dii estis*, respondendo; *Vos autem sicut homines moriemini*. Bona ventura sapiens, & religiosus erat, etiā cū fixis convivans in Galliæ reginam oculis, Reginæ cœli contemplabatur divinam formam, pulchritudinemque.

Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hac.) Hieron., *non intelliget istud*, in Psalterio vetere ponitur, *imprudens*, primo loco, & in fine, *ea*, quo pacto legit etiam August. Cassiod. non differt ab editione nostra, nisi quod habet quoque, *ea*. In Psalterio Romano, & in illo quo utitur Mediolanensis Ecclesia, verba sunt præsentis temporis, sicut & apud Auctorem Speculi peccatoris n, nec non Auctorem operis imperfecti o, quem non licuit Græcè legere. Sive *hæc* sive *hoc*, aut *illud*, legas, (זאת *zoth* autem singularis numeri est) referri potest, aut ad prius dicta, aut ad ea quæ sequuntur, aut etiam ad utraque, sensus omnibus modis eodem. De utriusque Hugo explicat. In Psalmo 48. p *insipiens, & stultus peribunt* iisdem Hebræis nominibus dicitur ordine inverso כסיל וער *cheſil vahhahar*: Græca sunt ibi ἄφρων καὶ ἄνους; hic ἄφρων καὶ ἀσύνετος. De propria notione istorum, & differentia inter insipientem, ac stultum, relege, quæ ibi dixi, & quæ dictus Auctor

Sensus loci.

Acutum responsum puiæ fœminę

Differentia inter insipientem & stultum.

a ps.110.2
b ps.65.3
c ps.139.14
Eccl.11.4
d ps.103.24
e Apoc.15.3

in præcept. ad Virg.
In singulis rebus parvis elucet Dei sapientia.

f Rom.11.33
g Luc.1.49
h Esa.12.5
i Abac.3
et. LXX.

k Eccl.1.8

l Sap.9.16
m Job.16.14

n ps.138.14

o Job.5.9

p Rom.11.33
q c.5.9. c.37 8.

r Ephes.3.8
s Dan... 22
t 1. Cor. 2.10
u ps.35.7

x Jerem.17.9
y ps 7.10
z in Deut. 6 Audi Israel &c.

a Eccl. 7. 24

b c.3.2 19

c 36.26

d c.11. 78.9

e Sap.9.17
f Esa.40. 13

g 1.Tim. 16 6.
h ps.17.12

i Eccl.43 32.34
k c. firmiter de sum. Trin.

l c.29. 15.16

m ps.81.6

n c.8.tom.9 operum August.
o hom.31.

p vers. 11.

Auctor Speculi tradit. Cassiodorus insipientem, exempli A gratia, dicit esse philosophum, qui casu credat res geri; stultum qui nec divina cognoscat, nec ipsos sæculi actus intelligat, quique *brutus* cognominari soleat: Haimo primum vocat sapientem in sęculo, sed vera carentem sapientia; secundum, qui nec in Deo, nec in sæculo sit sapiens: Remigius illum, qui nescit sibi cavere in posterum, solam vitam temporalem existimando; istum, qui quum sit in summa miseria, putat se esse in maxima felicitate: Bruno Carthusianus infidelem, qui Deum non sapit, & falsum Christianum, qui quum Dei notitiam habeat, intelligere possit, quod mali justo Dei judicio interibunt; obstinatione tamen malitiæ suæ excœcatus non intelligit, vero & efficaci intellectu, quod interituri sint operantes perseveranter iniquitatem: Hugo, Judæum, & Gentilem quantum ad eos Gentiles, qui crucifixerunt Christum Judæorum instinctu; Arnobius de Judæo solo. Synonyma vocabula possunt esse, ac universè de quolibet accipi.

Quum exorti fuerint peccatores sicut fœnum.) In Psalterio Romano, & Ambrosiano & apud Cassiod. *quum exorientur*, in vetere, & Apud Augustinum, quum exoriuntur; omnia tempora fert infinitivus ἐν τῷ ἀνατεῖλαι. Hieron. *Germinaverunt impii quasi fœnum*. Non expressit litteram servilem ב *be*, בפרוח *biphroach*, Paraphrastes vim sententiæ totius ita declarat: *Quando germinant impii sicut herba, & florent omnes operarii falsitatis*, seu *germinabunt, & florebunt, tunc futurum est, quod destruat eos Deus usque in æternum*, hoc nempè vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit, nec etiam opera alia Dei magnifica, in quibus nihil ille aliud quærit, quam usum, & oblectationem, nihil de Dei curans cultu, nempè cogitationem referens ad id quod est futurum, ut pereat cum perituris rebus. De comparatione cum *fœno* dictum non semel. Non possum non suspicari errorem in textu Auctoris imperfecti *a*, ut Latinè legitur, Græci namque mihi copia textus non fuit, *cùm exurentur peccatores sicut fœnum*: Credo restituendam, *quum exorientur*, ut aliquos legere retuli. Vera tamen sententia peccatores exurendos, sicut fœnum, quemadmodum Christus docuit *b*. Sed & Aug. enarrans alium ps. *c*, & afferens præsentem psalmi nostri locum, scribit de improbis. *Sic quomodo virent, & sic quomodo florent, igni servantur, &c. Puto quia florent modo, quia exoriuntur sicut fœnum. Tu noli esse vir imprudens, & stultus, ut hæc attendendo intereas in sæculum sæculi. Isti florent in felicitate sæculi, pareunt in virtute Dei. Non enim quomodo florent, sic pereunt; florent enim ad tempus, pereunt in æternum: florent falsis bonis, pereunt veris tormentis*. Longe aliter per tropologiam Dorothæus Abbas *d*, & in meliorem quidem partem interpretatur. *Peccatores*, inquit, *qui ut fœnum oriuntur, sunt impuræ cogitationes; est enim debile quid & infirmum fœnum, nullam habens potentiam. Quum igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes, qui operantur iniquitatem, quæ sunt ipsa vita, ut & intereant in sæculum sæculi. Quum enim apparuerint vitia ante concertatores, & athletas, statim ab eis perimuntur, Contemplare mini consequentiam orationis, oriuntur primo cogitationes malæ; post apparent vitia; inde omnia intereunt. Hæc omnia ad athletas pertinent. Nos vero peccatum ad actum producentes, & semper vitia ipsa consummantes, neque nosse quimus, quando oriantur malæ cogitationes, neque quando appareant vitia, ut pugnemus adversus ea, sed adhuc in Ægypto inferiori subsistimus, lateritiam sub Pharaone exercentes*. Hæc ille omnia, quæ propter acumen, & pietatem, & novitatem, omittì non debuerunt.

Et apparuerunt omnes qui operantur iniquitatem.) Hieron., & *floruerunt*, quo etiã pacto Aquila & Symmachus ἐβλάστησαν. Alii *germinare*, seu *progerminare, vernare, flores emittere*, vertunt. Hoc valet futurum יציץ *jaisits su*: quod autem florent, sed ipsum ostentat, aperit, & apparet: atque præterea videtur apparendo, etiã illas res quibus apparet, prospicere. Unde in vetere Psalterio, & apud Aug. extat, *& prospexerint*. Hoc modo participium מציץ *metsits*, redditur *prospiciens per cancellos* e, quasi dicas *ostendens seipsum, extans, prominens, emicans*. Græca καὶ διέκυψαν πάντες significant, id quod recitavi ex Psalterio vetere, & ex Augustino. Hoc Augustinus declaravit de *insipiente*, & *stulto*, qui dicantur prospicere omnes illos, qui operantur iniquitatem, & eorũ prosperitatẽ instar florentis fœni. Nominativi tamen casus est πάντες, referturque ad eos qui operantur iniquitatem, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν Apollinarius hoc modo.

ἅτ' ἀδίκους θαλέθοντας ἐπεὶ ἴδεται ὑψόθι χῶρον
ὑψόθεν ὀπτεύοντας ἀθεσμοσάλυτος.
Quum iniquos florentes videbit sicut fœnum
Ex alto videns in justitia ministros.

Ubi τὸ διέκυψαν exponit per ὑψόθεν ἐποπτεύειν *ex alto videre*, quod Latinè dicitur *prospicere*: quo passio in ps. 101. f scribitur, quod *prospexerit Deus de excelso sancto suo*, ἐξέκυψεν, & Petrus g, *quod Angeli desiderant in Christum*, vel *Spiritum sanctum prospicere* παρακύψαι. At Nicephorus Blemmida docet τὸ διέκυψαν esse ἀντὶ ἐβλάστησαν, & ἔφυσαν *pullularunt*, seu *germinarunt*, quasi sit *postquam adoleverunt, vergere, ac inclinare in terram*, ut frugibus contingit. Euthymius vero volens redundare hìc particulam, καὶ, eosdemque *peccatores* appellari, *& operantes iniquitatem*, declarat, quod ἐν τῷ ἀνατεῖλαι quum exsurgerent peccatores, inclinati sunt, seu incurvati, & humiliati, quia illum florem, ac vigorem diu retinere nequiverunt, sed decidere. runt. Placet magis prior duplex Græci verbi explanatio: quæ coincidit etiam in unam, & proprius accedit ad vim Hebræi verbi, & ad Latinam editionem; & Basilius quoque ac Theodoretus interpretantur *promicare*, aut *eminere*. Communis notio τῷ διακύπτειν est *aspicere capite exerto*, vel *caput exerere per clathros, rimasve*, ut Budæus *h* docet. *Apparent improbi sicut palea super granum in area*, inquit Hutis; vel quum apparuerint cogitationes malæ: vel quum ago; sed quod addit de apparentia in modum phantasma in judicio: tropologiam continet non malam; sed non valde congruentem sensui litterali.

Ut intereant in sæculum sæculi.) Hieron., *ut conterantur usque in sempiternum*, Paraphrastes supplevit, *Tunc futurum est quod destruat eos Deus usque in æternum*. Hoc modo, *ut*, sumetur non causaliter, sed consecutivè, & ostensivè, seu arguitivè, ut loquuntur; secundùm ordinem, & vicissitudinem, non secundùm finem. Non cognoscit vir insipiens, nec stultus intelligit hanc improborum prosperitatem, damnationis eorumdem perpetuæ argumentum esse, & ad hoc videantur florere, ac vigere, ut in perpetuum excidantur. Hoc melius, quam quod Euthym. ait juxta dictam interpretationem verbi διέκυψαν, *inclinatos esse impios*, & à prima felicitate decidisse, ut punirentur in futuro sæculo: atque ruinam, & lapsum à præsenti felicitate sumsisse pro arrabone futuri supplicii. *Roborasti eum paullulum*, inquit Job, *i, ut in perpetuum transiret*: & *in diem* k *perditionis servatur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet*. Sapiens *l* item affirmat, *quod impium operatus est Dominus ad diem malum*: Amos *m quod separatur in diem malum*. Jer. *n*, *quod sanctificatur in die occisionis*. Minus malum, si solus manet improbos communis corruptibilibus interitus, post quem natura reditum non concedit. Post obitum diem præsentem, qui malus ipse est, ac horarum paucarum, dies pessimus termino carens consequitur, quia dum licuit, *noluerunt vitam, & dies videre bonos* o, unumve optimum, qui occasum nescit, nec noctem, nec tenebras.

Tu autem Altissimus in æternum Domine.) Chald. *tu autem excelsus, sublimisque in sæculo isto, Domine, quinimmò excelsus, & sublimis in sæculo venturo*, superiores omni re creata, minimè obnoxius interitui: in omnes res dominium, & potestatem exerces: cuncta velut ex specula intueris, tibique subdita habes, & pro arbitrio moderaris: sique sit opus, coerces: præ altitudine investigabilis es, & judicia tua inscrutabilia sunt: *quod hominibus altum est, abominatio est apud te* p: soli ab interitu liberi qui altissimo adhærent tibi, per humilitatem: florebunt hi tecum perpetuo, stabuntque: lædi non poteris à peccatoribus, & operantibus iniquitatem. Plura aliàs de *Altissimi* q nomine. Quamvis hoc loco non extet מרום *marom hhelion* de Dei decem nominibus unum, sed abstractum nomen *Altitudo, Celsitudo, Excellentia*, quod usurpantur quoque honoris caussa de hominibus. Non legi tamen alium locum in scriptura, ubi hoc modo redditur ista vox, nempè pro concreto nomine *Altissimi*, aut *Excelsi*, & ὑψίστου

Vers. 10.] Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Sensus loci

DEmonstrat altissimum Deum esse, summæque potentiæ, & confirmat interituros in sæculũ sæculi omnes qui operãtur iniquitatem, nec resipiscunt, idque velut insultans, ac triumphans, & de vindicta lætus adversus inimicos

a hom. 31

b Matt. 13 30

c in ps. 53 Explicatio Augustini.

d doctrina 33

Ttopolog. Dorothei.

e Cantico. 2 9.

f vers. 30

g 1. ep. 1. 12

Notio verbi διὰ κύπτειν.

h comment. ling. Græc. pag. 71.

i c. 14. 29

k c. 21. 30 Prov. 16. 4

l c. 6. 3

m c. 12. 3

n ps. 33. 13

o Luc. 16. 15

p in ps. 99

micos Dei,& Deo ipsi hoc nomine congratulans,asseve-A rat, *Ecce*,ait,*peribunt inimici tui Domine,ecce*,inquam,*peribunt*,qui antea florere videbantur,feliciterq;agere,ecce funditùs excidentur, & dissipabuntur, qui operibus iniquis suis, tuæq; violatione legis,& tuorum oppressione servorum,apertos se declaraverunt inimicos tuos,pluris æstimantes libidini,cupiditatique propriæ satisfacere quam tibi obedire,&amicitiam tuam alere,& conservare,non curantes *inimici tui constitui*, *ut mundi amici* a *essent*:malentes inimico capitalissimo tuo diabolo,quam tibi,obtemperare.*Vir insipiens non cognoscit,nec stultus intelligit hæc*:Ideirco inculcanda,& repetenda, iterumq; iterumq;monenda:& veritas maximi momenti annuncianda,& ingerenda: improbi altas egisse radices videntur sibi;& mutua confœderatione,atq;societate insuperabiles redditi;propterea intelligant oportet, se hac illac dispergendos, alteroſq; ab alteris tam longè disgregandos; quod accidit constructoribus Babel,ut colligere, ac instaurare copias nequeant,nec alteri alteris quid sit factũ sciant,deniq; variis afficiendos generibus suppliciorum, ac tamquam in fasciculo zizaniorum, colligendos, ut B flammis tradantur. Valet autem repetitio, ut Rickelius observat,ut intelligamus,& intelligentes expaveſcamus, quam horribile nimis sit esse inimicum Dei,immò quam sit horribile hoc ipsum audire. Bruno Carthusianus valere ait ad terrendos inimicos:Remigius &Haimo ut res eadem magis confirmetur,&ne res incredibilis videatur Hugo bis inimicos Dei vocat,qui contra naturam peccẽt, seu contra legem non solùm positivam, sed naturalem quoque, ut fornicarios,idolis servientes,adulteros, molles,masculorum concubitores,quos à regno Dei Paulus *b* excludit.Item quia de diversis generibus peccatorum affirmatur quod sint inimici Dei;de mundanis; quoniam *amicitia hujus mundi inimica est Deo* c:de superbis,quoniã *superbia eorum qui oderunt Deum ascendit semper* d,de avaris,quoniam *hostes justi accipientes munus* e, luxuriosi, & gulosi,quoniam *sunt inimici crucis Christi eorumq; Deus venter est* f: persecutores sanctorum, quoniam profitetur se Deus *inimicum inimicorum illorum* g,& *affligentibus spiritum sancti ejus convertitur eis in inimicum* h;idololatræ quoniam optabat Propheta,*dirumpi cœlos*, & *DEUM descendere*,*ut notum fieret nomen ejus inimicis ipsius*: denique quilibet peccatores,quoniam *quum inimici essemus reconciliati sumus Deo*.k.Ayguanus distinguit inimicos blandos adulatores,falsos consiliatores,rapidos detractores,malorũ correctores,sed his licèt inimici videãtur veros amicos esse:deq; primis tribus generibus hoc loco sermonẽ esse.

Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.) Omittit Hieron.*quoniam*, quum tamen extet כי *chi*, non tam causale, quam exegeticum, & assertivum.Nec in Romano Psalt.& Æthiopico,& in emendatis Bibliis Græcis, & apud enarratores Græcos Euthym. Nicephorum,Apoll. & apud Cassiodorum plusquam semel ponitur,*quoniam ecce inimici tui*,non sine jactura emphasis,& energia quam involvit repetitio,ut dixi.Bis exprimitur in aliquot Codicibus Græcis, ut Basileensibus, Argentoratorensibus, &c. & in textu Hebræo cum versione Hieron., aliorumq; Hebraizantium Paraph. verò ita etiam transfert, *quoniam ecce inimici tui prosperitate fruuntur in hoc sæculo Domine:quoniam ecce inimici tui dissipabuntur in sæculo venturo*,similis repetitio ad majorem D notationem,& exaggerationem satis frequens in psalmis. Expressior illa 67. *l viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei,regis mei*: Et *m rex virtutum dilecti, dilecti*.

Et dispergentur omnes,qui operantur iniquitatem.) Hieron.absq; conjunctione,quæ desideratur etiam Hebraicè *dissipabuntur*.Chald., *& separabuntur à congregatione justorum*,*&c.* Idem dicit Haimo,Remigius,Beda,Cassiodorus Bruno Carthusianus, sed de separatione à consortio salvandorum eo modo quo separandi sunt ab hœdis agni *n*. Hic alius modus dissipationis, & dispersionis præter eos, quos attigimus antea,Campensis,quia Hebr. יפנרו *ithparedu* actionem denotat in se ipsum explicat *dispergent se ipsos sceleribus suis*. Beda declarat de dissidio intestino, quum sibimet ipsis displicebunt,& contra se ipsos rixabũtur.Proponit creditus Hieron. dubitationem, *si peribunt*, quomodo *dispergentur*? qui enim semel perierit, dispergi non potest,debuitq; potius dici, *ecce dispergentur*,*& peribunt*. Respondet in bonam partem interpretans,esse sensum istum.Inimici tui,Domine,peribunt,quum omnia tibi subjecta fuerint,omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficietur amicus; hoc est,non peribit homo, sed peribit inimicus:qui inimicus fuit, amicus erit,& sic peribit inimicus denique dispersionem utilem esse improbis, quia consensus perniciosus; ita enim & ædificatoribus Babel dispersionem o profuisse. Planior sensus de *dispersione*, ut idem valet,quod *interitus*,& velut in partes dissectio. Si quis de æterna damnatione locum hunc accipiat, omnes qui operantur iniquitatem,ea induendos intelligit cum Beda,de iis qui perseverant in opere iniquitatis. *Istos operarios iniquitatis jubebit Dominus discedere à se* p, & *maledictos ire in ignem æternum* q *ruinæ impiorum erunt*,*& dispergentur à facie terræ* r,*disperdet eos Dominus*,*qui avertuntur de post tergum ejus*,*& illum non exquisierunt*, *nec investigaverunt de post tergum ejus*,*& illum non exquisierunt*,*nec investigaverunt eum* s. Cajetanus in *pereundi* verbo pœnã sensus attendit.damni autem in verbo *dispergendi*, seu *separandi*. Applicant Hugo,& Valentia ad eos,qui operati sunt insignem illam iniquitatem, ut Creatorem suum ad mortem persequerentur,dispersi verò sunt per Titum,& Vespasianum in universum mundum.Bis inimici Christo fuerunt,& in vita,& post mortem, sive benè ipsis faceret, sive reprehenderet, sive se hominem justum, sive probaret Christum ac verum Deum.

Vers. 11.) Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: senectus mea in misericordia uberi.

PErficit cœptam apostrophen cum Deo, aitque illi, quod inimici quidem ejus ac sui, *quoniã qui oderunt Deum*,*oderit*,*& super inimicos ejus tabescat*,*perfecto odio persequatur*,*& inimici facti sint sibi* t, *Peribunt*, *& dispergentur*,*qui operantur iniquitatem*; è contrario autem fiet, ut per divinam potentiam,atque beneficentiam, sua ipsius dignitas,& honor,potestas,robur exaltetur,& confirmetur,de se ipso loquens in reliquorum persona justorum, ad similitudinem *cornu unicornis*, quod cornu laudatissimum est à longitudine,& fortitudine.Præterea pollicetur sibi ob eodem Deo longævitatem, extremamq; senectutem cum copiosa misericordia ejusdem Dei,quæ tamquam oleum præpingue, ac salutiferum,reddat corpus, quod ex se alioqui vietum evaderet,exangue,ac sine succo esset, defloresceret,marcesceret,deficeret, exaresceret, magis succulentum,& vivifico quodam vigore reviviscẽs, florens,vigens, vegetum,viride,robustum,hilare,atq; jucundè ultimum illud vitæ tempus agat;vel opponit brevi,momentaneæq;impiorum felicitati cum *Fœno* comparatæ,quod vix efflorvit quum aruit,& decidit felicitatem suam,quæ virentis instar habeat arboris oleiferæ,oleaginaque materia constantis sive olea sit,sive pinus,sive laurus,sive quæ alia.Mysticè *unicornis cornu* Christus est, ut sæpè vidimus, quod prodeundum prædixit David *u* quia de carne natus,carnem excessit, carnales motus non habuit in cruce,cujus figuram habet illud cornu,ventilavit atque disjecit inimicos;deinde in gloria exaltatus, penitus disperdet, quum ad judicium venerit. Ecclesia item oleo Christi, gratiæque ipsius, in ipsamet senectute non senescit,sed viget venerabili quodam candore tamquam canitie illustrium meritorum prædita, ac demum suos oleo exultationis æternæ post extremum vitæ,tamquam lenio confectos impinguans.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.) Hieron. *quasi monocerotis*. Chaldaicè, *exaltasti autem quasi narirornis fortitudinem meam*.Qui sit μονόκερως ראם *reem unicornis*,quidquid differàt à *rhinocerote*,seu *naricorne*,docuimus alibi satis accuratè,& quo pacto mysticè sumi soleat in scriptura. Beda aliique post August. hoc loco attendunt in unicorni eum,qui mavult nunc *singulariter esse in spe* x,quam multipliciter in re,& vult esse intra unitatem Ecclesiæ cui corona debetur non schismati.Innuunt idem Basilius, ac Theodoretus per pietatis alumnos unum Deum adorantes.Dionysius Rickelius interpretatur dominium rationis cum gratia Dei, contra passionum,tentationum,persecutionum incursus;& post resurrectionem ut numquam adversus spiritum caro concupiscat.Hugo Cardinalis exponit de egregio prædicatore,qui priùs ferox persecutor erat, ut ex Saulo Paulus. Euthymius,& Nicephor.,& Latini multi de Christo in judicio potentiæ suæ cornu impios dejecturo explicant: Quidam *y* de futura gloria,quæ unica erit, nec ei extraneus immiscebitur, sicut hujus vitæ gloria in omni sua specie,graduq; tùm bonis, tùm malis communis est.

Senſu locis.

Unicornis cornu mysticè Christus est.

Mysticè explicationes.

Et senectus mea in misericordia uberi.) Hieron. *& senectus mea in oleo ulgri.* Alii, *conspergar oleo viridi*, seu *recenti*, *delibutus ero oleo fragranti, aut unguento pretiosissimo conspersi*, aut *miscui me, caputve oleo viridi*, vel *senium meum prae sucto virescet*, Cajetan. *mixtura mea in oleo recenti.* Chaldaicè *unxisti me oleo recenti olivae frondosae.* Hebr. sic se habent בליתי בשמן רענן *ballothi beseemen rahhanan*. A verbo בלל *balal confunde, e, & miscere esse potest*, verbum item primae personae בלותי *ballothi miscui*, seu *conspersi*, & vertendo praeteriti significationem in futuri, ut saepè solet, *miscebo, conspergam.* Oportet Cajet. ab eadem radice à suo Rabbino edoctum legi hoc loco nomen debere cum affixo בלותי *balluthi* seu hujuscemodi nomen non extat. Credi debet LXX. à themate בלה *veterascere* lectum בלתי *ballôth* in piel cum affixo primae personae, & usurpavisse verbum pro nomine, *veterascere meum*, idest, *vetustas*, sive *senectus mea.* Nam nullum tale nomen repetitur, nec quum daghes notari deberet. Reliqua duo vocabula Hebr. facilia sunt שמן *scemen* pro *oleo*, *unguento*, *pinguedine* tam naturali, quam condita, & רענן *rahhanan* pro *viridi*, seu *virente* a, & vertitur etiã *fructifer* b, *florens* c. Quare *oleum* hoc loco significatur *virens*, & *florens*, *quod est recens, aut nondum vetustate obsolevit, marcuitve, sed retinet quasi florem pinguedinis, quamvis non sit omnino recens frondentis olivae*, ut Paraphr. exponebant. In emendatis Graecis Bibliis est ἐν ἐλέῳ *in misericordia*: quum passim alia, necnon Enarratores Graeci, legant ἐν ἐλαίῳ *in oleo*. Symm. etiam vertit ὑπαμοίωσί, μου ὡς ἐλαία εὐθαλὴς, *vetustas mea, sicut oliva vigens*, aut *virens*, ita ut *olivam*, seu *oleae arborem* significati voluerint per *oleum*, diciq; similem arbori oleae *senectutem*, quemadmodum in alio ps. *d* dicitur, *quis sicut oliva fructifera* ἐλαία καρποφόρος זית רענן *zaithrahhanan*. Hoc modo *senectus viridis* diceretur non quam foveret, & exhilararet oleum, quae proprietas ei alibi *e* tribuitur, sed quae undecumque id esset, quum arboris oleae viriditate comparetur, quam vocant *viridem senectutem*. Priorem rationem sequuntur qui *oleum* retinet, quod tantum significat שמן *scemen*, nullo aut modo *oleam*, aliamve similem arborem. Apollinarii ecphrasis est,

ᾗ πολιὸν θαλέθοι περὶ πίονι γήρας ἐλαίῳ

Et cana floreat in pingui senectus oleo.

Scholion etiam, quo videntur uti Euthym., & Niceph. asserit quod secundùm LXX. voluit Propheta dicere οἷον ἐγὼ ἐλαιώσω μου τὴν θυμηδίαν *quasi oleo quodam impinguabor voluptate*, aut *vitam traducam in hilaritate, florebo, senectutemq; deponam*: Et *olivam fecundam imitabor*, inquit Basilius, ac Theodoretus juxta versionem Symm., & secundùm LXX. quasi *oliva*, sic animi jucunditate uberim florebo. Quo pacto indicant *oleum* sumi pro *olea*. Hanc significat ἔλαιον, *oleum* verò τὸ ἔλαιον. Sed *oleum* retineri debet, si Hebraeae editionis rationem habeamus, quia nomen Hebr. ut dixi, tantùm id significat, & non *arborem*. In vetere Psalt. & apud August. legitur in *misericordia pingui*, quod idem valet ac *uberi*. Videtur creditus Hieron. legisse, *in oleo uberi*, vel LXX. figurate *oleum* pro *misericordia* interpretati sunt: vel si revera posuerunt *oleum* ἔλαιον, Latinus interpres tamen aliquo codice repetit ἔλεον, & *misericordiam*, vertit, vel eamdem figuratam orationem agnovit, ut esset ἔλαιον, idest, *oleum*, pro ἔλεος, hoc est, *misericordia*. Nec admitti debet in eo lapsus ullus, quem concedit Varlenius. Typus misericordiae oleum est, vel parabola teste de decem virginibus *f*, ut plurimi exponunt. Misericordiae autem non vulgari deputat Propheta aetatem per se gravem, & malam, agere posse leviter, hilariter, fortiter deniq; *crudam, & viridem senectutem* g *traducere*, seu *floridam*, & vivacem, quam & εὐγηρίαν vocant, ac τῶν ὁμογηρόντων similem, qualis fuit Moysis *h*, & in novo testamento Antonii Or Abbatis *i*, Pauli Concordiensi *k*. Scitum porrò illud senis Pollionis Romuli centenario majoris responsum Augusto datum, quaerenti quanam maximè ratione vitam tamdiu produxisset, ac vigorem illum animi corporisque custodisset, *intus mulso, foris oleo*. Simile quid proditum de Democrito interrogato πῶς ἂν ἅπαντι τὸ μακραιῶνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι, *quomodo sine morbis & longaevi fierent homines* l. At coquo impensarum reddente rationem Epaminondas olei multitudinem tulit per moleste, non ob impendii magnitudinem, sed quod tantùm olei intra corpus recepisset *m*. Nescio an Auctor noster *oleum* nominans post *cornu*, alludere voluerit, praeter insigne dignitatis, ac potentiae, ad *corneum vas*, in quo condebatur oleum ad reges etiam inungendos *n*. *Misericordiam uberem senectuti concedendam* intelligit, ut eam aetatem feliciter transigat, nec in senecta, & senio, quumq; deficere solet virtus, derelinquatur à Deo *o*. *Rarus*, ait ille, *felix idemq; senex* p. Mysticè novissima in laetitia erunt, postquam transierint priores veluti aetates totius temporis, in quo patimur labores, aerumnas, vigilias, famem, sitim, scandala, pressuras, ut loquitur August. & ut ait Beda, postquam abierit rota quasi juventus praesentis vitae, quae quaedam innovatio est ad illam beatitudinem, ubi erimus tamquam senes reverendi, & honorandi, non ampliùs uberi despectus: nec misericordia secundùm se quia desinet spes eritq; veritas, & complementum promissionis atque misericordiae: capillus veluti albus, ut observat August., Cassiodorus, Remigius, absque nigredine perversorum morum: Vel *senectas* designet novissimum tempus legis Evangelicae, ut ait Glossa, in quo *uber*, & *copiosa misericordia est, oleumq; pingue* Christi. Eidem legi, nec non Ecclesiae convenit ratio *juventutis*, propter vigorem, fervoremque fidei, quae per dilectionem operatur, & *senectutis*, propter numerum temporum, quia venit Christus aetate sexta, ut docet idem August, *q*. Addit Aquinas *r* alacritatem juventutis, & senectutis gravitatem, quam in commentario quoque Bruno Carthusianus exprimit. Huc faciunt etiam bonae senum conditiones, quas ex Aristotele Ayguanus petitas, applicat Ecclesiae, praesertim quod remissas habeant concupiscentias, & in agendo non sint praecipites, ac nimii, sed moderati. Putatus Hieron. multa hoc loco differit de *oleo, uberive, ac pingui misericordia*, hoc loco agere senectutem nostrã, ut reficiatur, ac splendeat, ex Oliveti monte ascendisse Christum, quia nisi nobis, & lampadibus nostris oleum miserimus, non poterimus ascendere regna coelorum: debere *nos in domo Domini esse sicut olivas fructiferas* s; Et *sicut novellas olivarum in circuitu mensae illius* t: cavere autem *ne oleum peccatoris* ex valle, non ex monte, *impinguet caput nostrum* u: primi in scriptura nominatum *senem* Abraham *x*, aetate licèt minorem multis prioribus; quoniam *senectus* ipsius inuncta fuit *oleo uberi*, utpote quae etiam *bona* appellatur, & ipse *plenus dierum* y, quia omne tempus ipsius *dies* fuerũt & non *nox*: postremo simile quid scribi de Isaac, & Jacob quoniam qui simul servierunt Domino, rectè simul *senes Domini* nuncupantur. Vult etiam Hugo innui debere senes esse misericordes, ut quo minus viae, plus aliis dent, minus viatici sibi retineant z: ut tamquam in fine nundinarum, quantum possunt emant mercium, quas deferant secum: ut velocius navem, & felicius appellant ad portum: ut ex necessitate virtutem faciant; quum *nihil hinc valeant auferre sicut nihil intulerunt in hunc mundum* a; ut bene collocent, ac distribuant, *nec alienis relinquant divitias suas* b: ut isto quasi *sacculo eleemosynae* c, atq; viatico, pergant in regionem longinquam: ut in eadem sibi regione *amicos faciant de mammona iniquitatis* d.

Ad omnia alia, aetate sapimus rectius, ait Comicus e,
Solum hoc unum vitium affert senectus hominibus;
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.

Nonne in frigidis senibus; inquit August. *f avaritia ad acquirendum tanto ferventius inardescit, quanto citius relictura est, quod acquirit? mirabili sane dementia: graviori enim se sarcinis onerare festinat, quum jam pervenerit quo tendebat. Hanc rectè nominaveris cum epigrammatario aetatis illius chiragram*,

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit, hoc chiragra est.

Diogenes dicebat apud Laertium oportere ad amicos extendere μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις *non complicatis digitis*. Lege Gabrielem Paleotum g. Solum cavendum superest, ne in tropologia Bedae nomen *uberi* substantivè capias pro *mamma*, ut nec pro ubertate, atq; fecunditate. Adjectivum est, synonymum *copioso, fecundo, fertili, feraci, abundanti*; *pingui*, sicut & πίων & רענן *rahhanan*.

Vers. 12.) Et despexit oculus meus inimicos meos, & insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

DIxerat prius gaudio exultans, perituros Dei inimicos *ac dispergendos omnes operantes iniquitatem*: inseruerat mentionem de sua exaltatione in similitudinem *cornu unicornis*, deq; felici longo ævo, propter copiosam erga se misericordiam divinam, instar opimi unguenti; nunc redit ad eosdem inimicos Dei, appellans *suos* propter communionem, & concordiam cum voluntate Dei, & amorem studiumque ipsum colendi. Dicit autem quod jam vide-

Sensus loci.

Notio verbi ballothi.

a Osee 14. 9.
b Ps. 51. 10.
c Daniel 4. 1
d Ps. 51. 10.
e Ps. 103. 16.
f Matt. 25. 1 & seq.
g Virg. Aeneas Tacitus in Agricola.
h Deut. 34. 7
Scitum responsum Pollionis senis Augusto datum.
i Pallad. c. 9.
k Hier ep. 23
l Athen lib. 2. c. 15. Rhod. lib. 6. c. 6.
m Rhod. sup.
n 1. Reg. 16. 1 13. lib. 3. 1. 39
o Ps. 70. 18. Explicationes mysticè & tropologicæ.
Psen in Hercule Oetheo Act. 2.
q 1. retr. c. 25 3. p. q. 1. a. 5 ad 1.
Senum conditiones bonæ.
r 2. 2. q. 152. a. 4. ad 3.
s Ps. 51. 10.
t Ps. 127. 3.
u Ps. 140. 5.
x Gen. 24. 1.
y ibid.
z Cicero de senectute.
a 1. Tim. 6. 7
b Ps. 48. 11.
c Ecc. 29. 16.
d Luc. 16. 9
e Teren. in Hecyra Act. 5. scen. 3.
f serm. 246. de temp. Avaritia ad acquirendũ tanto fervẽtius inardescit, quanto citius relictura sit, quod acquirit.
g de bono senectut. p. 2. pag. 119. & seq.
d
e

videtur sibi videre oculo suo dictos inimicos ea pati qui commeruerunt, & quæ juremerito hostibus optare, quispiam possit suis; item de malignè insurgentibus contra se, atq; persequentibus nuncium per gratum audire, quæ ipsis mala justissimè contigerint, quamq; atrocè adversus illos tulerit sententiam Deus. Præsentium se hostium ultionem oculis spectaturum affirmat, absentiũ verò auribus accepturũ, ut non solùm de sui temporis improbis qui eum, & alios persequebantur justos loqui velit, sed etiam de futuris Ecclesiæ persecutoribus provideat, atq; prænuntiet.

Et despexit oculus meus inimicos meos.) Hieron. *& respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi.* Sed Trevetus legit, *despiciet*, alii supplentes aliquid, *& videbit oculus meus quod volo in hostibus meis*, seu *insidiãtibus mihi*, simili is planè phrasis ps. 53. *a super inimicos meos despexit oculus meus*, quamvis verba diversa sint: pro תבט *tabbeth* ראה *raathah*, & pro שורי *sciurat* אויבי *ojevai*, pro ἀπέβλεψεν autem ἐπέβλεψεν: quamvis in emendatis hîc quoq; sit ἐπέβλεψεν, pro quo Symmachus ac Theodotio ἐπόψεται in futuro, quod propter ratiocinationis certitudinem in præterito dici ab aliis notant Basilius, Theodoretus, Euthymius. Hoc loco alia Latina Psalteria, & August. atq; Cassiodorus habent, *respexit. Despicere*, aut *respicere in inimicis* cũ ista præpositione, quæ in textu Hebræo, & Græco est, significat *cum despicientia, contemtu, insultatione quadam videre in illis pœnas à vindicta divina profectas*, quem vocat Apoll. πολύωχθον ὀίστον *laboriosum fletum*. Adde despici præterea imprecationem prosperitatis à justis. Istam visionem accipiunt aliqui, ut Cassiodorus, in judicio, quando Christus irato vultu aspiciet constitutos ad sinistram. Generalis sententia comprehendit omnes, etiam præsentis temporis inimicos nostros, qui sunt inimici nostri, quia Dei. Hos despicere debemus, ut sunt tales, & *ad nihilum deduci debent in conspectu nostro maligni* b, *& super eos tabescere ac perfecto odio odisse* c, id est, maximo, & quatenus recta dictat ratio. Eorumdem quoq; non raro in hoc ipso tempore infelicem exitum justi suismet cernũt oculis, divinaq; judicia super illis celebrant, exosculantur, venerantur. Accommodat Hugo ad senectam proximè ante memoratam, ut propter uberem Dei misericordiam in ipso vitæ ultimo articulo, quum ingruet hostis diabolus, despiciatur à justo, sicut despexit eum Martinus, & alii Sancti, oculis videntes auxiliatorem Christum, aut alios Cœlites, tùm Angelos, tùm Homines. Præterea explicat de ocolo spirituali, qui larvas dæmonum, tentationum, vitiorum deprehendens, ac detegens, despicit.

Et insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.) Hieron., *& de his qui consurgunt adversum me malignantibus*, &c. Alii, *& in insurgentes adversus me malignantes*, & posset esse sensus, audient aures meæ, esse qui malignẽtur, sive malis afficiant, malèq; tractent illos, qui adversus me insurgunt. Prior simplicior est, quem ita Paraphrastes quum priore membro expressit, *& intuitus est oculus meus in interitum molestantium me insurgentes contra me ad male agendum audient aures meæ vocem confractionum eorum*. In Psalt. Romano, & Ambrosiano, & apud Cassiodorum, *& insurgentes in me malignantes audivit auris mea*; In vetere Psalt. apudq; August., *& in eis qui insurgunt in me malignantibus, audiet auris mea*, aliqua biblia editionis nostræ, cum mendo omittunt præpositionem, legendo, *& insurgentibus in me*, &c. ut idcirco aliqui Enarratorum subaudiant, *de*, vel *ab*, vel quid tale. Haimo legit, *ab insurgentibus*. Supplendum quid sit illud quod le auditurum dicit. Quidam putant esse quod sequitur, *justus ut palma florebit*, & quidem Jansonius innuit, quasi vocem istam divinitus allatam, auditurum se Propheta significet: Trevetus tamquam adversariorum ipsorum, non valentium, se continere, quin prorumpant in eam, considerantes justi prosperitatem. Bruno, eda, Remigius, & Haimo contentiunt, id, quod sequitur esse, quod audiendum dicitur, interna Dei inspiratione: Plures malum, & infaustum nuntium de calamitatibus improborum, quo lætetur justus ex justitiæ amore zeloq; & idem est de divina in eos fulminata sententia, quam aliqui cum Augustino de illa sumunt, quam Christus pronuntiabit: *Discedite* d *maledicti in ignem*, &c. *A qua auditione mala justus non timebit* e. Aliter Hugo de justo; qui audiens, non contradicat calumniis improborum: vel in agone dæmonibus adversantibus audiat; *intra* f *in gaudium Domini tui*: vel surda, quod ajunt, aure, quæ audit ab adversariis non exaudiat, sed negligat. Sed respue, sicut aliàs monui, parum aptam hîc ab Ayguano repetitam etymologiam, vocabuli *malignantis*, seu *maligni*, à *maligno igne*, & *benigni* à *bono*; diaboli esse *malum*; Christi *bonum*. Qui legunt, *insurgentes in me malignãtes audivit auris mea*, explicant de maledictis auditis, quæ proferrent hi, qui insurgebant, & malignabantur. Cassiodorus autem quod audientur hi ipsi in judicio ipsos damnantes; *Qui nobis* g *profuit superbia, aut qui divitiarum jactantia contulit nobis?* &c. At sensus editionis nostræ est, *ut audire insurgentibus malignantibus*, sit audire illos, quem admodum *despicere*, vel *respicere oculum in inimicis*, sicut verti Latinè potuit, sequendo editionem Hebræam, & Græcam, est *inimicos despicere*, seu *respicere*. Audire autem illos, subintelligi debet, audire quod in ærumnas inciderint, nuntioque tali lætari.

Πικρῆς δ' ἀκοὴν πεφροντίσμαι ἀκεσμί φασι

Acerbis autem hostium lætabor nuncii.

Emphasim habet ac πάθος *videre oculo, audire aure, videre* aut *respicere*, seu *despicere in inimicis, audire in insurgentibus*. Expressio instrumentorum sensus propriorum valet ad certitudinem, & quamdam etiam voluptatem; hanc quoque denotat præter idiotismum Hebræum quo *videre*, & *audire* cum præpositione, idem sæpe valet, atq; simpliciter in accusandi casu. Videtur Ephrem *h* observare eos qui ἐπαναστατοῦντα *insurgunt*, & *malitia excellunt*, solere quoque πονηρεύεσθαι *molestos aliis esse* ac *improbos*.

Vers. 13.) Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.

QUod de seipso dixerat, deq; divinis erga se beneficiis ut & ipsum Deus exaltaret, ac longam feliciter vivere vitam concederet, daret etiam inimicorum videre interitum, vel nuntios de illo accipere, nunc transfert ad quemlibet justum, cujus etiam prius in persona loquebatur. Igitur asserit, quod in universum omnes justi florebũt non more impiorum, sicut gramen, fœnum ve, cujus viror flosq; subito deperit, sed veluti palma vivacissima, semperq; virens, etiam hyeme, ac optimi, & suavissimi ferax fructus; præterea quemadmodum cedrus, quæ provenit in Libano, laudatissima robore, odore, altitudine, multiplicitate, ac latitudine ramorum, & incorruptibilitate insignis. Nã simili ratione justi divini favoris, gratiæq; fuco numquam destituti, & in prosperis, & in adversis eumdem quasi viroris, & constantiæ tenorem conservant, diu quoq; interdum prosperam hic degunt vitam, fructibus bonorum operum dulcissimis abundãt, & copia nonnumquam externorum bonorum, ne tunc quidem iis carentes, quum hinc abeunt, aut potiùs ceu in fœcundius transplãtantur solum, & viventium terram. *Florentis justi pulchritudo suaviasq;* palmæ compatatur: generis propagatio cedro, quæ bona plurimi faciebat rudis adhuc populus Hebræus. Frequentat Ecclesia versiculum istum non modo de martyre, sed & in horis canonicis, ac missa de confessore non Pontifice, quod & hodie, dum hæc scribo, nobis facere primum licuit per Paulum V. officio duplici de ordinis nostri parente Ignatio, Julii mensis die ultimo anni 1610. & externis potestas facta missam celebrandi de eodem in templo nostro; ubi venerandum illius corpus jacet. Ad Christum Arnobius accommodat, qui ad dexteram Patris sedens, victoribus ramos porrigit, de floribus suis coronam tribuens, & de fructibus perpetua refectione saginam impertiens. Hugo quia Christus floruit in resurrectione, *ut palma*, quæ radicem habet asperam inferius, innuens ejus passionem, & *multiplicatus est* in membris suis, quæ sunt in marcescibilia fidei virore, alta vitæ sanctitate, *in Libano* propter candorem baptismi, plantata in Ecclesia per fidem, & charitatem: in atriis particularium Ecclesiarum, & adhuc multiplicabuntur in Judæis & bene patientes erunt Apostoli, & alii, ut annuntient veritatem de Deo. Ambrosius *i* consentit, dicens rectè advenienti huic justo erecta vexilla justitiæ, & auctori suorum obsecutos titulos triumphorum, quando ineunti triumphum in Jerusalem, præcisi sunt palmarum rami *k*. Sed & de Messia Rabinos locum hunc declarantes Galatinus *l* recitat. Requirit celeberrimus hic locus, & geminæ pulcherrimæ arboris comparatio, ut seorsim diligentiùs expendatur, præcipuè quod attinet ad *palmam*, de *Cedro* namque aliàs actum est.

Justus ut palma florebit.) Unus Tertull. *m* legit, *velut phœnix*. falsus homonymia Græci nominis φοῖνιξ, quod & *phœnicem volucrem*, & *palmam* significat: *volucre* autem uti maluit ad illustrandum resurrectionis mysterium,

Etymologia benigna & maligni ab Ayguano assignata parum apta.

g *Sap.* 5. 8.

Sensus editionis vulgaris.

h *tom.* 1. *ser. de malitia pag.* 33.

Sensus loci.

Justi floretis pulchritudo & suavitas palmæ generis propagatio cedro compara.

Quo tempore frequentet Ecclesia hunc versiculum.

Sensus accommodatitius.

i *serm.* 24. *vel* 37.

k *Ioan.* 12. 13.

l *lib.* 3. *c.* 2.

m *de resurrectione carnis c.* 13

quod tractabat, *florebit* ait *sicut phœnix*, ideſt de morte, A de funere, uti credas, de ignibus quoq; ſubſtantiam corporis exigi poſſe; ſignificat ſolùm *palmam* תמר *thamar*. *Phœnicem* vocari כול *chol* in libro Job *a*, quum ſcribit *ſicut palma multiplicabo dies*, nonnulli exiſtimant. Itaque etiam Tertull. *b* legit, ſed *arenam* ea vox ſæpius valet *c*: LXX. vero pro *palma* omnino ſumſiſſe nomen φοίνικος convincit, quod ei præponunt στέλεχος *truncum*. Sunt in palmæ trunci cortice gradati pollices, quos quum faciũt ſingulis annis rami decidentes, gradibus annuis creſcere videtur. Inter aliqua de phœnice ave produntur, nec ſunt præſentis inſtituti, illud notabile, quod nidum in phœnice palma conficit, ac ſepulchrum. Unde Lactantius: *

Tum legit aerio ſublimem vertice palmam,
Vitaliq́ne thoro membra quieta locat.
Conſtruit illa ſibi, ſeu nidum, ſive ſepulchrum:
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.

Affine quod Plinius *d* refert, ut nimirum cum Phœnice ave, quæ putetur ex hujus palmæ argumento nomen accepiſſe, emori, & renaſci ex ſeipſa palmam: eratq; inquit, quum hæc ſcriberem, fertilis. Sed ave omiſſa Phœnice, de qua Ornithologi, maxime Ulyſſes *e* Aldrovandus, noſterque Pineda in Job *f*, Pererius *g*, palmæ qualitates multæ, ſunt. Centenaria profert fructum: in imo aſpera, gracilis & rugoſa eſt: in ſuperiore parte lata, plana, pulchra: radix ejus profunda eſt, amara, fructus dulciſſimus: folia gladio ſimilia: conjugio, & quaſi diſparitate gaudet ſexus, maris, & fœminæ: preſſa onere magis creſcit: quibuſdam quaſi radiis ornata diſtenditur: uvæ primo germinaverit folia, ea ſine ulla ſubſtitutionis ſucceſſione conſervat (ideò ἀειθαλὲς, ἢ ἐμπεδόφυλλον cognominata:) vitalem vim habet non in radicibus deboſſam, ſed in ſummo, quaſi cor, ſitam in ramorum medio, à quibus circumquaque ſtipatur ceu princeps à ſuis ſatellitibus: gaudet mutatione ſedis. Victoriæ ſymbolũ palma eſt, his de cauſſis præcipuè, quia non cedit ponderi, viretq; ſemper. Qua de re Plinius *h*, Gellius *i*, Ariſtoteles *k*, Plutarchus *l*, Gregorius *m*, qui expendit cur ſponſi comæ ſimiles dicantur elatis palmarum, Ambroſius *n*, Philo *o*, (celebrantur autem palmæ præſertim in Idumæa, Syria, Phœnicia, Judæa Cypro; in Judæa autem oppidis potiſſimùm Jericho, & Engaddi,) qui duo differunt de ſeptuaginta palmis in Elim *p*, & prior de palmis, quas offerebant Hebræi Chriſto Jeruſalem intranti *q*, velut mundi victori; item cur dicatur ſponſæ ſtatura ſimilis palmæ *r*. Hieron. *ſ* præterea quod Eſaias *t* ait *ſecundùm dies ligni vitæ dies populi*, de palma interpretatur, ut juxta præſentis quoq; loci teſtimonii, *juſtus ut palma floreat*, quotidie triumphans de adverſariis, & inſigne victoriæ præferens. Plura de natura, proprietatibus, utilitatibus (360. afferte Plutarchus refert ex Babyloniis, nihilque in ea non utile eſt,) generibus palmæ (qua Plinius aſſerit unde quingenta eſſe) cognoſces ex Dioſcoride, cum Scholiaſte Matthiolo *u*, & Joanne Ruellio *x*, Theophraſto *y*, Galeno *z*, uvæ pro tuo ingenio facilè ad mores transferas ut citati Patres faciunt, & Enarratores hujus loci præſertim Hugo. Item Pierius *a*, Bercorius *b*, Eucherius *c*, Greyæus *d*, & victoriæ inſigne demonſtrat fuiſſe Delrius noſter *e*, Pontanus *f*, & Cerda *g*. Præterea Petrus Faber *h*, Baronius *i*, Claudius Minos Alciati emblematum Scholiaſtes *k* Auctor adagiorum *l*, Joannes in Apocalypſi *m* palmas dat in manus pugilum Chriſti, qui victoriam reportaverunt: crebraque in Romano martyrologio de palma mentio, & in cœmeteriis Romanis ſubterranei martyrũ indicant ſepulchra palmæ inſculptæ, ut ipſemet obſervavi, ſicut columbæ virginitatis notæ ſunt. Exemplo poſſunt eſſe, præter profana, quæ ſcriſiuntur in hiſtoria Machabæorum *n*, & in Evangelio tamquam triumphales Chriſto oblatæ palmæ *o*, unde ottum nomen *Dominicæ Palmarum*: quod etiam confirmat Epiphanii oratio εἰς τὰ βαΐα, conſervataq; divinitus palma, unde præciſi Chriſto rami fuerant uſq; ad ætatem Cyrilli Jeroſolymitani, ut idemmet *p* teſtatur: & ritus coronandi Imperatricem Orientis cum ramo palmæ aureo quod βάϊον dicitur *q*. Faciunt eodem ſculptæ in templi Salomonici parietibus palmæ cum Cherubin *r*, quoniam in cœleſti templo victores replebuntur ſcientia, immo viſione Domini. Apponi hìc non incommodè poſſit emblema ex Alciato *ſ*.

Nititur in pondus palma, & conſurgit in arcum
Quo magis, & premitur, hoc magè tollit onus.

Fert & odoratas, bellaria dulcia, olandes,
Queis menſas inter primus habetur henos.
I, puer, & reptans ramis has collige: mentis
Qui conſtantis erit præmia digna feret.

Dicebat Agatha tyranno, niſi diligenter feceris corpus meum à carnificibus attrectari, non poterit anima mea in paradiſum cum palma ſuſtrare martyrii. Accedat palmata veſtis, ſeu toga, cui erat intexta palma, dabaturque triumphantibus, de qua, citatis aliis, noſter Raderus ad Martialem *r*.

Palmataque ducem, ſed cito redde togæ.

Et Sidonius *u*.

Poſt palmam palmata venit, Licèt Feſtus aliunde derivet. Vis comparationis maximè in palmæ florendi modo conſiſtit, cujus initia multis pollicum corticibus deformia, aſpera, hiſpida, intractabilia, truncus jam ferè integer nullo foliorum præditus ornatu; ſed floret tandẽ, fructificatq; ac in fine, & in cacumine multiplicabitur nimis Sic enim juſto contingit, ut quod Job *x* dicebat, *quamvis priora illius parva ſint* (adde moleſta) *noviſſima multiplicentur nimis*. Tardè proficit palmã, inquit Greg., & Eucherius, ſed diu in viriditate perſiſtit, quia Eccleſia, & quivis juſtus cum multis difficultatibus ad fidei, & perfectionis ſtatum venit; inferiùs eſt deſpectus ſuperiùs pulcher: in inferioribus, ac terrenis eſt debilis, fortis in cœleſtibus; contra quem accidat improbo, qui pro Deo nihil, pro levi lucro tolerat difficilia quæq; Sedeamus ſub palma crucis, ſicut Debora *y*, & cum ſponſa *aſcendamus in eã apprehendamus fructus ejus* *z*. Non ſimus contenti pictura palmarum, ideſt, operibus tantùm externis; ſed geſtemus palmas ſolidæ charitatis, ut admonet Gregorius *a*, ſeu palmas cælatas habeamus, non pictas dumtaxat, de quibus Ezechiel *b*. Niſſenus in vita Gregorii Thaumaturgi eum laudat prolato hoc teſtimonio: *Nam ſola hæc arbor*, inquit, *creſcentemque proceritatis incremento, nullum in latitudinem additamentum à tempore accipit: ſic etiam ille a prima germinatione floruit, electione vitæ inſtituti ſtatim perfectus exortus, & excelſis comatus frondibus*. Paulum primum eremitam juſtiſſimum virum floruiſſe ut palmã dubitari nequit, qui non modo, quod alii fecerunt anachoretæ, ut inter palmas morarentur, & palmarum veſci fructu delectabatur, utpote palmares, & victores; ſed de palmæ foliis contextam à ſe, & in ſportarum modum tunicam induebat longè palmata pretioſiorem toga, quam tanti Antonius fecit, ut nonniſi diebus ſolemnibus, & quaſi victorialibus Paſchæ, & Pentecoſtes eadem veſtitus *c* incederet.

Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Alii, *creſcet, diffundet ſeſe, eminebit frondeſcet*, ישנה *iſgheh*. De *Libano* & *cedro*, Libaniq; cedris actum latis alibi. Hæc arbor ob proceritatem *ardua* cognominatur *d* & δένδρον μέλαν, arbor magna; ab odore odorata *e*: imputribilis eſt, atque illius oleo inuncta materies immunis à carie, tineiſque *g*; ita ut eo illiti ſucco libri Numæ, quingentis triginta quinq; annis infoſſi perduraverint *h*; ex eodem igne arca fœderis confecta erat, templumque perornatum, ut & ſimulacra Deorum facta *i*. Hinc adagium, digna cedro; de his quæ digna ſunt immortalitate, poſteritatiq; conſecranda judicantur. Legendus adagiographus; & in Alexandrum Neapolitanum & Tiraquellus, atq; Pierius *l*, & Vitruvius *m*. Aponius *n* autem *cedri* & *palmæ* lucos tantæ ſcribit eſſe virtutis, ut diverſa corporum membra lanent, vermes ulcerum necent, à muſcarum aculeis perunctа corpora defendant, earum naturam ſemper creſcere, nec aliquando ſini ire; in ſenectã ſic multiplicari animus juſtorum, operum ſanctorum fructibus, & ſuccum ſermonis, vel conſolationis eorum ab aculeis dæmonum defendere; inflicta jam olim ſordidorum facinorum conſuetudinis vulnera ſanare, nequiſſimarum cogitationum vermes interimere. *Utinam Deus multiplicando gentem, magnificet lætitiam o; augeat qui ſalvi fiant quotidie in idipſum p, multiplicet incrementa frugum juſtitiæ ipſorum.*

Verſ. 14.) Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.

A Singulari numero tranſit ad pluralẽ, ſignificans de uno quum loqueretur juſto, de multis intellexiſſe. Ait verò juſtos cum nobilibus palmę cedri arboribus meritò

Sensus loci.

a *c.* 29. ℣. 18.
b *ſupra*
c *Deut.* 33. 19 *Pſ.* 38. 18. *Oſea* 1. 10. Phœnix nidum in phœnicæ palma conficit.
d *carm de Phœnice.*
d *lib.* 14. *c.* 4. *lib* 16. *c* 16. *lib* 16. *c.* 42. *lib.* 13 *c.* 5. Qualitates palmæ.
e *Ornithol. lib.* 12. *c* 27
f *in c.* 19. 25 *num* 15 & *ſeq & in c.* 29. 19. *num.* 4 & *ſeq.*
g *in Dan. l.* 4 Quare palma victoriæ ſymbolum.
h *lib.* 16. *c.* 42 *lib.* 22. *c.* 4.
i *lib.* 3. *c.* 6
k *ſ. c* 7 *prob.* 19. *ſympoſ. qu* 4. & *de qu. naturale. c.* 32
m *in Cant. c.* 5. & 10. *Mor. c* 10. & *hom.* 29. *in Ez. ch. n ſerm.* 24. *vol* 17. & 3. *hexa. c.* 13
p 2. *de vita Moyſis*
p *Ez.* 14. 27
q *Joan.* 12. 13
x *Cant.* 7. 7
ſ *in Eſ c.* 65
t *c.* 61. 22
u *lib.* 1 *c.* 123
x 1. *de nat. ſtirpium c.* 108
y 2. *de plant. c.* 8
z 8 *de ſimp. medica* & 2. *de aliment. facult.*
a *lib.* 50. *hiſtor. l.* & 60
b *in dictionar. Verbo Palma*
c *in formul. c.* 4
d *ſerm.* 198
e *In Seneca Agamemn. num.* 15
f *In* 5. *Æneid. col* 1306
g *in* 3. *Georg.*
h 2. *agoniſt. c* 25.
i *Janua litera* h. *in martyr.*
k *in* 36
l *in adagio, palmam ferre.*
m *c.* 14
n *lib.* 1 *c.* 33
o *Joan.* 12. 12 Undeortum nomen dominicæ palmarum.
p *Catech.* 10
q *Curopalata de offic. pala. pag.* 187
r 3. *Reg.* 6. 33
ſ *eſt.* 36

Palmata veſtis dabatur triumphantibus.
t *lib.* 7. *ep.* 2
u *in paneg. Major.* Palmæ cum juſto in loco. reuti modo collatio.
x *c.* 8. 7
y Judit *c.* 4. §
z *Cant.* 7. 8
a *hom.* 17. *in Ezech.*
b *c.* 40. 16. 6.
c *Hier. in Paulo erem.* Cedri qualitates. *Ovid. amor. eleg.* 14
e *Dioſc. l.* 1. *c.* 90
f *Virg. Geo.* 3
g *Plinius l.* 16. *c.* 39. 40
h *idem ib.* 13. *c.* 13
i *idem ib c* 5 Adagium digna cedro de his quæ immortalitate digna ſunt.
k *l.* 3. *c.* 2
l *lib.* 50 Collatio palmæ & cedri ſucci cum fructibus ſanctorum operũm
m *lib.* 2. *c.* 9
n *lib.* 3. *in Cain.*
o *Eſa.* 93
p *Act.* 2. 47
q 2. *Cor.* 9. 9

rito comparatos, qui non facilè sicut impii evellantur, sed in cœtu DEUM colentium, ac veluti intra templi atria ornent domum DEI, longam in floribus,& fructibus bonorum operum vitam proferentes,quibus DEUS ipse plurimùm celebretur, & honoretur præsertim in templo tamquam in solo pingui, & fœcundo; donec ex hac in meliori substantiæ non manu factâ domum transplantati, numquam deinceps dimoveantur, sed felici floreant virore per omnem æternitatem. Domum DEI frequentantes assiduè potissimùm Levitæ,& sacerdotes; & atria religiosus populus,videbantur ibi quodammodo plantari. Allegoricè Gentiles è sterili solo idololatriæ,ad pinguem Ecclesiæ agrum translati videntur,ubi vigent, ac florent,propter vitalem cœlestis gratiæ succum,& radicationem,atque fundationem in charitate *a*.Quod potissimùm prædestinatis convenit,quorum fixa, benè fundata, immobilis electio est, atq;ex hac militantis Ecclesiæ domo, in triumphantis atria immigrabunt. Allusio videri potest esse ad ornamenta templi, quæ non minore sui patre constabant, vel ex figuris palmarum pictarum, & celatarum,vel ex cedrina materia non pauca,& erant palmæ, aliæque arborum tanta expressæ subtilitate artis, ut agitari quodammodo crederentur ad aeris motum,copioso fructu veluti gravi onustæ pondere deprimi.Sic quondam Veneris ædem, & Floræ, ac Proserpinæ propter carum teneritudinem gentiles opere Corinthio gracilioribus floribus & foliis ornabant.

Allegoria. *a Eph.*3. 17.

Ceterum Hieronymus attingit quam dixi seu allegoriam, seu anagogiam; quæ Cassiodori etiam est, de prædestinatis contra Pelagianos *b*. Plantati in domo Domini justi sunt, inquit, in Ecclesia confirmati;sed hi non in præsentiarum, sed in futuro in atriis Domini florebunt, ubi est certa & secuta possessio.Sed alibi *c* absolutè interpretatur de habitatione intra Ecclesias saltem per pœnitentiam,si nimirum gratiæ post baptismum facta jactura sit.Hortus,quo delectatur sponsus,non est vilium olerum & herbarum; quem impius Achab facere sibi voluit ex vinea Naboth *d* justi;sed emissiones, seu plantas requirit malorum punicorum, cum pomorum fructibus *e*.

Allegoriam supradictâ attingit Hieronymus. *b lib.*2. *in Osee c.*12

d 3.*Reg.*3. 21. *e Cant.*4.13

Plantati in domo Domini.) Hieron. (transplantati) sic etiam Græcè aliqui μεταφυτευθέντας; quemadmodum, & psalmo primo *lignum transplantatum*,quidam legunt,pro *plantatum*. Innuit transplantatio mutationem ex malo in statum bonum; qualis gentilium ad Ecclesiam vocatorum:plantatio,quod cultor sit DEUS,& agricola,nos agricultura DEI *f*:licèt & ministerio utens hominis plãtantis,ut rigantis,ipse solus incrementum det,respectuq; ipsius alii nihil sint: *domus Domini* vel Ecclesia est præsentis temporis, ut plures accipiunt, vel templum, ut Basilius, ac Theodoretus: vel scripturæ, ut Euthymius: vel ordo religiosus, ut Hugo. *Omnis plantatio, quam non plantat Pater, eradicatur* g. Numero sunt nonnulli, non merito, intra Ecclesiam, nec habentes humorem exarescunt, & recedunt *h*; aut non tam plantati, quam exterius in morem pali, fixi; utpotè *non in charitate radicati, & fundati* i. Ideo de prædestinatis retuli priùs quorumdam expositionem. Vulgari phrasi sedulo alicubi manentem,vel frequentantem locum eumdem, in eo dicimus videri esse *plantatum*: & certum quasi medii genetis animal ζωόφυτον vocant, quod plantam fixione quadam, & inhæsione imittetur. Piorum est frequentare Ecclesias, ac nisi quid obstet, ibi plantari de vidua Anna Lucas scribit *k* convenit autem ex officio magis clericis & religiosis.

*f Ioan.*15.1. *1. Cor.*3. 9.

g Matt. 15. 13. *h Luc* 7 6.13 *i Eph.* 3. 17.

*k c.*2.37.

In atriis domus Dei nostri florebunt.) Hieron. ,*germinabunt*.Idem est Hebræum verbum,quod priore versu פרח *parach*: Græcum ibi simplex ἀνθεῖν, hic compositum ἐξανθεῖν. Atrium quoddam in templo erat laicorum, aliud Levitarum; Sacerdotes soli in intimam domum, seu templum admittebantur. Nec tamen raro idem valent *atria* quod *domus*, ac *templum DEI*. Pro aulis cœlestibus Euthymius accipit, vel pro mandatis divinis. Richelius pro cordibus, in quibus habitat Christus per fidem *l*; Hugo pro particularibus Ecclesiis. Priore modo Hieronymus *m*, Cassiodorus, Bruno, & alii, qui exponunt *florem*, & *fructum*, non præsentis, sed beatæ vitæ, & *atria* indicare initium quasi felicitas,quando in resurrectione gaudebunt, electi audita sententia illa; *Venite* n *benedicti*,&c. Quod de consummata felicitate etiã secundùm id quod ad corpus pertinet, intelligi potest, quoniam justorum animæ liberæ omni debito peccati, & pœnæ, consequuntur essentialem, quæ in DEI visione consistit. Is quem vocant Hieron. significat statum beatitudinis animarum,seu hominum vocari non *domum* sed *atria*, si comparetur cum Angelis, quia respectu eorum erimus sicut in *initio domus*, non *in domo*,& in perfectione: non erimus angeli, sed quasi angeli: nec hoc parum nobis videri debere,si *erimus sicut angeli* o. Idem docet Bruno Carthusianus, dicens, quod planrati hic per virtutem, & bona opera in domo DEI,quæ est Ecclesia, in futuro florebunt in æterna gloria existentes non *in domo DEI*, idest, in æqualitate angelorum,qui superna domus DEI sunt, sed in *atriis* illius domus DEI nostri,hoc est in affinitate,& minoritate angelorum,quæ per *atrium* designatur: quod quum sit domui vicinum,indignius tamen est, quam *domus*,& minus glorioſum. Quod est, inquit, dicere, sic florebunt, ut cœlicis spiritibus sint aliquatenus affines,non tamen usquequaq; similes,& æquales. Confirmat ex ea Christi sententia de Joanne *p*: *qui minus est in regno cœlorum, major est illo*, quod Hieron. de angelorum minimo dictum affirmat. Non est probabilis opinio:ut nec extrema quod minimus ex hominibus beatis æqualem gloriæ gradum quum angelorum aliquo sit habiturus. Nam ut nihil de Deipara dicatur, quam nefas est ambigere longissimo intervallo superare gloria omnium tùm hominum tùm angelorum gloriam,fortassis etiam, si horum utrorumque omnis gloria in unum cumulum conferatur: Apostolos, Joannem Baptistam,alios nonnullos magis insignes sanctos non pertingere, immò non etiam vincere gloriam aliquorum angelorum,nulla ratio suadet. Visum narrat Bonaventura *q* unam in cœlo præ ceteris digniorem sedem pretiosis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem, eique responsum illam unius de ruentibus fuisse, humili servatam Francisco, quam deinde alii Luciferi sedem, absque sufficienti ratione, dixerunt. Quamvis autem demus communicatam angelis initio gratiam juxta naturæ cujusq; differentiam, non magis, proportione servata, hæc obesse ratio debet, quidquid sit de veritate illius, quæ nihil facit contra excellentiam gratiæ matris DEI, neque idcirco requiritur, ut gratiæ gradus tanti fuerint, ad quos non deceret illos pervenire, qui hominibus dandi essent. Ex alia parte, non adeò conveniens videtur pueris æqualem gratiæ, gloriæq; gradum communicari quum aliquo angelorum, quum quilibet angelus meruerit sibi gloriam,& nonnullorum opinione differant omnes specie, & idcirco etiam gratia,gloriæque.Quod autem ex privilegio CHRISTI propter assumtionem naturæ humanæ, id concessum sit hominibus, nisi gravior accedat auctoritas, facilè affirmari non debet. Certè pueri cur disparem inter se gratiam, gloriamque habeant,sive qui nati in lege naturæ, sive qui in scripta, sive qui in evangelica,saltem,comparati inter se etiam in singulis istis statibus,nulla satis idonea ratio assignari posse videtur. Erunt omnes homines sicut angeli Dei, quod attinet ad substantiam conjugii, omnisq; actus venerei: de qua re agebat Christus cum Saducæis,& præterea secundùm immortalitatem.Verisimilis Maldonati sententia,quod in regno cœlorũ minor, Joanne Baptista esset major, ideſt, quod is qui ad legem Evangelicam pertineret, esset major, quam qui præcise ad veterem,ex vi scilicet illius legis. Comparabat namq; hæc inter se Christus. Si placet de vero cœlo & angelo interpretari (quod Hieron. tamen, ut ei Bruno tribuit, non facit,) qui solus quo tempore loquebatur Christus, in regno cœlorum, nempè in cœlo ipso beatus erat angelus minimus erat Joanne major,quia jam coronæ compos non in acie pugnans, tametsi æstimando gratiæ gradus, plures inesse possint hìc adhuc decertanti homini, quam qui sit gloriam adeptus,sive sit angelus;sive homo. Quocirca quod *plantati in domo Domini Ecclesiæ præsentis sancti in atriis domus Dei,ubi sedes beatorum florebunt*, debemus interpretari,sectando hunc anagogicum sensũ,quoniam ibi,hoc est,in ea domo,atriisq;quæ idẽ valent quod domus,& ejus amplitudinem,multisq; mansiones,& varios gloriæ gradus denotant, referunt suæ veluti agriculturæ, & laborum præteritorum fructum,quidquid sit de comparatione inter homines,&angelos,qui taman unam Ecclesiam componunt.Verùm hac de re dixi etiam alibi. Nec refert quod beatitudo quum floribus comparetur. Sunt hi *flores fructus honoris, & honestatis* q: & *florendi* verbum virorem,vigorem,sua vitatem, pulchritudinem, recentem semper prosperitatem importat: innuit etiam gaudium, fruitionem fructum ex præcedentibus quasi floribus meritorum. Hoc est germinare quasi lilium, e-

*o c.*22. 30. *Luc.* 20. 35. 36.

p Matt. 11. *Luc.* 7. 28.

*q in vita Franc.c.*6.

Cur pueri in cœlo disparem gratiam& gloriã habeant idonea afferri non potest ratio

Sensus anagogicus.

*l Ephes.*3.17 *m* 2.*cont. Pelag.*

n Matt. 25.

*q Eccl.*24.23

rumpere radicem ut Libani, *ire ramos, esse quasi oliva gloriam, odorem, ut Libani* a, quasi rosam plantatam super rivos aquarũ fructificare: *florere flores quasi lilium, dare odorem, frondere in gratiam* b. Deniq; quarumdam plantarum fructus non alius quã flos, & coronæ texuntur ex floribus.

a Osea 14.

b Eccl. 39. 19

Vers. 15.) Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, & benè patientes erunt,

Vers. 16.) Ut annuncient,
Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

Sensus loci.

NOn solùm pollicetur justis Propheta floridum prosperitatis in domo Domini, & in atriis ejus statum, ut celebrare ipsis templum hilariter, & festivè liceat, verùm etiam quod de seipso dixerat versu nono, ut ad viridem senectã perveniant feliciter percurrentes vitæ spatium, aut si contigerit in ætate juvenili vexari, tamen in ipsa extrema concedatur renovari *ut aquilæ juventute ipsorum* c, utque quamvis senes, vivido, ac valido præditi corpore, procreare liberos queant, quod tanti populus ille faciebat, ac in eodem corpore firmo, robusto, vegeto annunciare valeant, quem longè aberrent, qui propterea injustitiæ accusent Deum, ejusq; pronuncient judicia iniqua, dictitentq; vel minimè providum, vel in sua falli providentia, quod interdum animad vertant piis res malè cedere, è contrario improbis benè. Hoc inquam est, quod libera oratione sic à Deo benè habiti tractatiq; justi asseverabunt, non propterea confitentes, quia *benè illis facit Deus* d, sed pro veritate adversus tam pernicioſum errorem, quem refellit Deus ipse hac etiam ratione, quod ipse Deus sit rectus, justus absq; ulla iniquitate. Vulgaris applicatio ad Ecclesiam eo modo quem diximus versu nono, ut multa propagetur prole opera prædicatorum, qui summo animi, corporisq; vigore, & patientia summa benè affecti, ac dispositi secundùm corpus & animum, sed maximè secundùm animum suum id munus exequatur: & in se experti justitiam, & bonitatem Dei, tamquam ex abundantia cordis eam in alios eructent. Hugo, & alii *senectam* Ecclesiæ sumunt, quo plus illa longiùs procedat tempore versus mundi finem, ut numerus magis crescat fidelium potissimùm prædestinatorum, & reliquiæ Israel salvæ fiant. Quidam, ut Beda, *multiplicationem* interpretantur de multiplici fructu beatitudinis, ob duplicem stolam animæ, corporisq; ita ut ipsamet beatitudo nomine describatur *senecta uberis*, ut nono versu declaratum est. Consentit verò finis principio ubi dicebatur bonum esse confiteri, & psallere ad annunciandum misericordiam, & veritatem Dei.

c Ps. 102. 3.

d Ps. 48. 19.

Applicatio ad Ecclesiã

Adhuc multiplicabuntur.) Hieron. *fructificabunt*, Alii, *germinabunt, florescent &c.*) Idem verbum Latinum fuit versu 13. & Græcum πληθυνθήναι: sed Hebræum ibi פרה *parach*, sicut in versu 8. & 14. ubi Latinè *exoriri*, & *florere*, Græcè ἀνατεῖλαι & ἐξανθῆσαι, hìc autem נוב *nub germinare, fructificare, producere, propagare, augescere in morem herbæ, affluere opibus, deliciis &c.* Paraphrastes explicat, *adhuc veluti patres eorum procreabunt filios*. In translatione Theodotionis, & Symmachi apud Basilium, Theodoretum, Euthymium ἔτι καρποφορῆσαι *adhuc fructificabunt*: in Aquilæ ἔτι γεννηματίζοντες *adhuc germinantes* in V. editionis ἔτι γεννήσασι *adhuc germinabunt*. In emendatis Sixtinis ἔτι, est ἀθρόως, *tunc*, pro *adhuc*. Per *multiplicationem* prolificatio intelligitur, & corporalis, & spiritualis, hæc verò secundùm multos Ecclesiæ filios, aut secundùm cujusque justi multiplicationem operum bonorum, & meritorum.

In senecta uberi.) Juxta vim textus Hebræi, posterior dictio deberet esse nomen plurale jungendũ cum sequenti. & non epithetum *senecta*, sicuterat versu undecimo, *misericordia*, aut *olei* nomen רענן *rabbanam*. Hujus loci nomen est רשנים *descenim*, significans *pingues*, ut vertit etiam Hieron. post Aquilam, Symmachum, Theodotionem, qui ὠλοὶ: sed pro εὐγήρει, Aquila, ἐν πολιᾷ in canicie; Theodotio γηράντες *senescentes*, quod etiam Symmacho tribuit Basilius, & Theodoretus. Idem sensus: & jam priùs declaratum quid sit *senecta uber, pinguisve*, aut *in misericordia*, seu *in oleo uberi*, & *pingui*, Felix senectus ubertate, ac pinguedine meritorum prædita multisque bonorum ditata fructibus operum. Sed & ille felix senex, qui quod in priore non est assecutus ætate, contendit vel in postrema obtinere. Etiam undecima vocatis hora denarius redditur e, & fit interdum, ut graviter, strenuèq; collaborando, plus promereat brevi tempore senex, quã diuturno ignavus, lentusq; etiam penè à puero in opere Domini occupatus, Senum ætas, inquit Hieron. f, vicina morti, maturæq; sententiæ, magis timorem, & cultum suscipit Dei. Commodè dici de senibus potest g; *multiplicat & sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt*. Potest ut juventa senescere moribus, sic senectus virere operibus, inquit Ambrosius h. Sera licèt, non contumeliosa, quod Symmachus i tamen dixit, emendatio senectutis, nec umquam serò sapitur, ut Phrygibus objectum est. Pœnitentia promittit animæ tuæ, ait Basilius k, velut novi germinis renovationem, ut sine matre renascaris, senioque confectus juvenescas, repueraſcas, ad verum juventutis florem redeas. Quod Salomon scribit l, *adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea*, Salonius m Viennensis monet non hoc fieri posse negare ut inspirante divina gratia plurimi in senectute convertantur à vitiis, quæ habuerunt in adolescentia; sed frequentius contigere solere, ut mores quos homo discit in adolescentia, nos eos mutet in senectute.

e Matt. 20, 6, 4. Senum ætas vicina morti magis timorem & cultum Dei suscipit.

f in Joel. c. 1.

g Ps. 354

h lib. 3. epist. in ult. edit. Roman.

i refert. ad Imp. de veteribus ritibus circa Deos servandis.

k Orat. 4. de pœnit.

l Prov. 22. 6

m Ibid.

Et benè patientes erunt.) Hieron. & *frondentes erunt*, hoc valet רעננים *rabbanannim*, vel *virides florentes*, & similia, prout in alio versu dictum est, ubi erat epithetum *uberis*, aut *pinguis*. Symm. transtulit καὶ εὐθαλεῖς ἔσονται, & *benè germinantes erunt*, seu *benè floridi*. Videntur Græci de summis bonis interpretari, quibus afficientur justi in futura vita, ibiq; inter se laudes divinas concelebrabunt, quæ sequenti membro indicantur. Potest exponi de hac etiam vita, sicq; passim Latini explicant. *Benè pati* ad annunciandum, plures ex his de laboribus, atq; persecutionibus intelligent, quas libenter, & hilariter prædicatores passuri essent. Favet Gregor. n explicans simul de multiplicatione fidelium ex Judæis in *senecta uberi* Ecclesiæ, ut ita intelligatur Deus *benedictus novissimis ejus, magis quam principio*, sicut de Job scriptum est o: In *senecta uberi*, ait ille, prædicatores multiplicantur, quia quũ eorum vita differtur, semper ad melius fortitudo producitur, eisq; per augmentum temporum crescunt etiam lucra meritorum. *Benè autem patientes sunt*, ut annuncient, quia cœlestia prædicantes tanto robustius adversa tolerant, quanto & per tolerantiam suam animarum commoda locupleti us reportant. Prædixit hoc suis Christus, *mittens sicut agnos in medio luporum* p, & monens de pressura, & persecutionibus, utq; in patientia possiderent animas suas. Ex turri mystica *pendent clypei* q ad excipiendum, ad patiendum, non ad nocendum. *Palma & cedrus*, quarum præcessit mentio, symbola sunt bonę patientiæ, quia illa oneri non cedit, ista non corrumpitur. Augustſ. legens cum vetere Psalterio, *& tranquilli erunt*, de animi tranquillitate, ac veluti de sabbatismo, juxta titulum psalmi, & quiete, cum qua suffert quis res adversas, & admonet, vel respondet, quam sit rectus Dominus, & absq; ulla iniquitate, quum quis contrarium objicit, & blasphemat eo quod existimet in externis bonis consistere felicitatem, quique careant illa, improbos esse, aut Deum favere improbitati quod ea ipsis largiatur, & probos in ærumnis versari sinat, ac opprimi ab improbis. Propiùs ad litteralem sensũ, notionemq; Græci ἐυπαθοῦντες, & Hebr. etiam רעננים *rabbananim* accedere Rickelius videtur, exponens de passione perfectiva, & non destructiva, qua inquit, hilariter atq; feliciter patitur quis infusionem illustrationis divinæ: quia & secundùm Philosophum beneficiatus dicitur benè passus. Genebrardus benè affectos, & benè valẽtes explanat, nimirum corpore. Jansenius *bonæ dispositionis affectionis, complexionis, constitutionis, habitudinis, temperamenti corporei*, Titelmanus *affectos beneficiis*, ut è contrario ἐνεργετοῦντες *à benefaciendo*, dicuntur qui *beneficiis afficiunt alios*: Varlenius *commodo affectos, gaudentes, oblectatos, optima corporis dispositione præditos*, Auctor Græcus ab Agellio citatus εὐωπεῖν, ait esse item quod σφριγᾶν, ἠ ἀκμάζειν, *valentem esse, vigere, virere, turgere*; Hesychius quod τρυφᾶν, διαχεῖσθαι, ὑγιαίνειν *deliciari, hilariter vivere, sanum esse*, & ἐυπαθοῦντες, idem quod ἐυρωστοῦσι *sani corpore, benè affecti robusti*. Notatum id postea vidi à Lindano r, cui tamen concedere nolim *de patientia* nullam significationem esse. Apollinarius declarat per ἐυδιαθετεῖν *bona pati*. Non ita planè verus, aut litteralis *de patientia* sensus: etsi omnino verùm sit, doctori pernecessariam esse patientiam, præsertim

n 35. mor. c. 10. vel. 16.

o c. 24. 12.

p Matt. 10. 16.

q Cant. 4. 4. Palma & Cedrus Symbola sunt bonæ patientiæ.

r 3. de opt. gener. interpret. cap.

Evan-

PSALMUS
NONAGESIMUS SECUNDUS.

Laus Cantici ipsi David in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.

1 DOminus regnavit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.
2 Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.
3 Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem suam.
4 Elevaverunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.
5 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Titulus, & Argumentum.

Laus Cantici ipsi David in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.

EBraicè nullus titulus est, ut etiam Theodoretus, Basilius Euthymius, Nicephorus monent: & primi duo dicunt nec in hexaplo, nec apud Eusebium notari, quod sit psalmus sine inscriptione apud Hebræos: alii duo in emendatioribus exemplaribus juxta editionem LXX. non etiam alia, extare. Græcè nunc ultimo loco ponuntur, (*laus Cantici ipsi David, & εἰς τὴν ἡμέραν πρὸ τοῦ σαββάτου in diem*, quo modo etiam legit Augustinus. In Gallicano latino, *quando inhabitata est terra*, quod valet κατῳκισται. Sed *fundatam domum* dicunt, pro eo quod est *esse habitatam*, & contra. Non est terra fundata propriè die ante Sabbatum, seu feria sexta. Sed quatenus *fundari*, ut nunc dicebam, sicut & *ædificari*, est idem quod *habitari*, Nam feria sexta Adam, & Eva (quamvis Evæ aliqui, non adeò tamen probabiliter, formationem rejiciant in Sabbatum) conditi sunt & inhabitare terram cœperunt. Quocirca recurri non debet cum Cassiodoro, & aliis, ut per *terram* homo intelligatur de terra formatus. Miror Appollinarium asserere, quod die Sabbati carmen hoc David cecinit. Credi potest mendum in Rickelio, & Valentia, quum apud eos legitur, *in die Sabbati* Græcè προσάββατον est. In Æthiopico etiam Psalterio similis titulus est. Rectè idem Rickelius, nomine tacito, Lyranũ reprehendit, asserentem appositum hunc titulũ ab aliquo expositore secundùm suam voluntatem & imaginationem. Malè id sonare ait, firmiterq; credendum, titulos psalmorum secundùm Spiritus sancti inspirationem formatos esse, atq; psalmis præpositos, quoniam omnes sancti, catholiciq; doctores communiter approbant, & exponunt hos titulos. Igitur divina providentia factum, ne sine titulis prodirent ps. ut summæ auctoritatis vir ex ordine Lyrani, & ejus fortassis impulsus auctoritate, volebat. Nec dissimiliter de hujus psalmi titulo Jansenius loquitur, nixus Euthymii etiam auctoritate. Verùm hac de re plura in præfatione.

Titulus psalmi.

Ex titulo elicitur argumentum, videlicet Dei laus pro mundi creatione, ac etiam pro recreatione Die feriave sexta conditi primi parentes sunt, incarnatusque & passus Christus, ut multi credunt; & ab Augustino *x* innui videtur. Tametsi subductis calculis mathematicis, cum eadem feria deprehendatur: Christumq; arbitrentur periti Chronologię feria secunda incarnatum: die verò 25. Martii qua incarnatus est, non esse passum, sed suscitatum. Magnam venerationem in Ecclesia semper habuit feria sexta, quod carmine declaratur apud Durandum in Rationali *y* quidquid sit de veritate in eo contentorum.

Argumentũ

Salve festa dies, quæ vulnera nostra coercet,
Angelus est missus: est passus & in Cruce Christus.

x 4. *de Trin. c.* 5. *lib.* 8. *de Civ. c.* 54. *ser.* 18. *de Nativ. Dom.*

y lib. 7. *c.* 8.

Quæ doctori necessaria sunt: *a Actuum* 9. 10. *b* 2. *Tim.* 4. 2 *&* 1. *Tim.* 5. 17

d vers. 23.

e vers. 26.

f lib. 3. *ad Monimum c.* 5.

g Rom. 9.

h Ioan. 1.

i Deut. 32. 4. Mauritii constantia in filiorum jugulatione

k Theophyl. Simocatta lib. 8. *hist. Maur. cap.* 1. 11. *Item Cedrenus, Niceph. Theophanes, & alii cum Baron. tom.* 8. *anno* 602.

l supra.

m Mich. 7. 9.

n Apoc. 15. 3 *&c.* 19. 2.

o in Ps. 50.

p vers. 12. 13 14.

q vers. 12. 13 14.

r Serm. 24. *&* 80. *in cant.*

s Eccl. 7. 30.

t 2. *de pecca. mort. c.* 34.

u Scorp. *c.* 5.

Est Adam factus, & eodem tempore lapsus:
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense:
Offert Melchisedech: Isaac supponitur aris:
Est decollatus Christi Baptista beatus:
Est Petrus erectus, Jacobus sub Herode peremtus,
Corpora sanctorum cum Christo multa resurgunt:
Latro per Christum tam dulce suscepit Amen?

Cuncta non vacat ad examen adducere. Certè ipsa feria sexta qua Christus passus est, corpora Sanctorum resurrexisse non adeò probabile est: cum ille sit primitiæ dormientium. Etsi non me lateat exponi hoc à nonnullis de resurrectione ad vitam immortalem, ad quam nunc dicta corpora negant resurrexisset quo modo non disputo.

a e. de esu. &c.
b Jejunia de consecr. d. 3. c. hæc. 25. c 5. const. c. 18 de contra phyebicos c. 14.

De jejunio Sextæ feriæ extat decretum *a*. Vocat Epiphanius *b jejunium pro sabbati*. Meminit Clemens Romanus *c*, Tertullianus *d* (qui nova phrasi Parasceven *Sabbatum* vocat, videlicet respectu Dominicæ) & alii, quos Tertulliani citat Scholiastes Pamelius. Adde cum Cassiodoro, & aliis post August. mundi ætate sexta venisse Christum. Adhibet August. tropologiam, ut bonis vacemus operibus, antequam vacario concedatur beatitudinis: laborari quidem bene operando, sed magis malè ut nudum vestiendo, quam alium spoliando, nos fundari per fidem. Peculiariter autē commendatur divinæ potentiæ magnitudo, in eo quod separaverit Deus ab aquis terram & hanc immobilem conservet, & illius in mari mirabilē motum tribuat, & figuratè quod insigni aliqua victoria dejecerit hostes mari similes, fluminibusq; ut inde divinorum oraculorum certitudo declarata sit promissam præstando salutem: & consequenter incoli terra pacate cœperit. Sub hoc typo videtur agi de regno Christi, sub quo prius agitatus conquieverit orbis universus, frustraq; contra illum Regem gentes, ac populi ad fluminum atq; marium similitudinem, impetum fecerint, quia perpetuo stabit cum regia, seu cum regno suo. Describi porrò videtur potentia, & decor Christi, quæ sibi per mortem comparavit, vel Ecclesiæ contulit. Evasit ille immortalis, adeptus est omnem potestatem in cœlo, & in terra: acquisivit sedem in cœlo, judicandiq; dignitatem: Ecclesiam fundavit & propagavit cum sanctitate. Euthym. & Nicephorus propria quadam ratione *pro sabbatum* vocari volunt resurrectionem Christi, quasi præludium universalis, quæ *Sabbatum* dicitur, Rabini quoq; de suo Messia explanant ps. istum, quando pugnabit ut ipsi comminiscuntur contra Gog, & Magog & eos demum vincet. Adhan. Marcellino scribit, si modulari concupiscat τῇ παρασκευῇ *in parasceve*, hunc ei suppetere ps. 1. tunc enim domum Dei ædificatam, quamvis inimici conati essent impedire, atq; idcirco pro triumphali carmine dicta in eo tunc ps. canenda esse. Glossa notat cantari psalmum istum primo loco inter alios, qui pertinent ad laudes, quia Christi laudes, & laudis locos plenissimè, licèt brevibus verbis, continet. Addit Athanasius isto psal. & 95. 97. 98. exponi singula Christi in nos virtute passionis ejus collata beneficia.

Tropologia

Vers. 1.) Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.

Sensus loci.

DOminatorem omnium rerum Deum nominat, undique cinctum, ac veluti amictum ornatissima veste summæ tùm gloriæ, tùm fortitudinis: ait etiam promtu, & expeditum fuisse, more præcingentis vestimenta, vel gladio sese accingentis, sive ut facilè quidquid vellet faceret sive ut adversus hostes strenuè dimicaret, eosq; dejiceret. Documentum gloriæ ac potentiæ præclarum indicium profert, quod orbem cōdens ita firmiter stabilivit, ut metuendum non sit ne de loco suo umquā dimoveatur. Quod item accommodari potest ad tranquillatam, & pacatam suorū ditionem post adversarios debellatos, ita ut quemadmodum alibi Scriptura loquitur, *quieverit à præliis terra*. Sensu autem allegorico convenit id optimè paci, quam peperit Christus Ecclesiæ suæ, tùm internæ ac secundùm spiritum reconciliationis, tùm etiam externæ, quamvis non hic semper, sed in futuro sæculo duratura sit. Regnū Christi, ut homo erat, Græci docent hic indicari post resurrectionem ipsius innotuisse fidelibus, agnoscentibus simul deitatem ejusdem, cum videlicet quod ad regiam dignitatem hominis spectat, ipsemet à sua resurrectione dixerit sibi *data omnem potestatem in cœlo, & in terra* c. Tunc sima illi esset, etiam ut Deo: ideò, qui Deus erat simul non tur esse, ab eo tempore visum illum induisse, tandem dæmonum fraudem orbem fluctuantem, ac penè concussum in fidei petra fundasse, ac constabilisse, ita ut *portæ inferi deinceps non prævalerent* f. Cassiod in toto ps. demonstrativi generis locos laudis notat septem; à pulchritudine, à fortitudine, ab operibus, à potestate, à laudibus universitatis à verirate dictorum, à laude domus, quam decet æterna exultatione gaudere. Varios alios postea sēsus attingemus.

e Matt. ult. 18

f Matt. 16.

Dominus regnavit.) Idem initium ps. 96. & 98. Fortassis innui posse regnandi triplex modus in res necessitatē naturæ subjectas Deo, in resistentes voluntati, & se quod libenter obsequuntur. Nam hoc loco regnum declaratur circa fundationem orbis: ps. 96. ad exultationem in vitatur terra, & insulæ ad lætitiam: in 98. regnasse dicitur Deus etiamsi irascantur populi, & commoveatur terra. Nec erit difficilè alias conjugationes excogitare. *Domini* nomen, si propriè capiatur, propter habitudinem ad creaturas, quā implicat, Deo convenrre dumtaxat ex quo tempore verè dici potuit, quod *omnia servitute ei* g, hoc est, tùm primum quum cœpit habere sibi subjectas, & servas creaturas. At Hebr. nomen tetragrammaton ejusmodi relationem non dicit: & dici potest Deus, Christusq; ut Deus regnavisse ab æterno, quatenus cum plena beatitudine, & majestate semper seipso fruitus est: creatio autem nihil attulit commodi Deo, nec majestatis quidquam gloriæ vè super addidit. Nihilominus mundum creando, quem à munditia denominant, sicut κόσμον à pulchritudine, declaravit gloriam suam, majestatem, potentiam; quia creatura participatio quædam Dei est per modum vestigii aut similitudinis, & imaginis. Christus etiam quando agnitus est secundum divinitatem, censeri potest regna visse, decoremq; regium induisse, induisse fortitudinem, & præcinxisse se. Sic enim petebat *à Patre clarificari, claritate, quam habuerat apud ipsum antequam mundus fieret* h. Athanasius *i* interpretans hunc de Christo locum, ex eodem confirmat quæ de illo in aliis dicuntur, non omnia propheticè accipienda tamquam de futuro tempore, ut Ariani contendebant negantes semper fuisse. Si enim inquit, illud, *Filius meus es tu* k, ad futuras actiones pertinet, certum est etiam istud, *Verbo Domini cœli firmati sunt* l, ad futuram rerum configurationem pertinere. *Firmatos ergo Verbo Domini cœlos*, idem est, atq; quod *Verbum Domini firmavit illos*: siquidem in præsenti ps. primum scribitur *Dominus regnavit*, deinde subjungitur, *Firmavit orbem terræ, qui non commovebitur*. Theoph. *m* deitatis decorem interpretantur tamquā vestimentum super corruptionem corporis Christi; quem Esaias *n* nominat *formosum in stola sua, gradientem in multitudine virtutis suæ*. Regnum autem ad resurrectionis refert tempus, Nyssenus *o* prior hoc dixerat, & quod salutis dispensatio potenter facta sit per carnem crucemq; Epiphanius *p* docet ostendi verbis istis, *Dominus regnavit* &c. ingressum DEI Verbi à cœlestis in mundum, & quod *induit decorem*, hoc est, carnem ex Virgine natam; quia videbatur vilis videntibus incredulis; ipsi verò decor reputabatur, ut ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem, abolere eam quæ dominium habet peccati, hoc est, mortem, qua subversa omnem dispensationem salutis nostræ decore fecit, & corruptionē dissipavit, & maledictionem delevit, & chirographum contra nos, & pactum cum inferno dissolvit, & omnia ad salutem hominibus dispensavit. Observat etiam bis repeti *induendi*, verbum, ut significetur primum indumentum à Maria, iteratum verò indumentū à resurrectione ex mortuis, & per verbum *præcingendi*, majorem quamdam certitudinem denotari: quoniam quemadmodum, quia super lumbos præcinctus est, astringit ad illos indumentum, superfluam speciem firmans, & proprio corpori aduniens: sic propter adventum in carnem, induisse Christum primum *decorem*, deinde *fortitudinem*, ubi resurrexit, utpote quum non amplius flagellandus, aut crucifigendus, aut mortis dominium sit passurus *q*, jam immortalis, impassibilis, aliis præditus dotibus corporis glorioſi, quæ vocari potest præcinctio carnis in unionem deitatis, & spiritus in unionem corporis, secundum spiritualem nexum, atque indissolubilem. Sic ferè ex Epiphanio. Regnum Christi cœpit potissimum in resurrectione manifestari. Sed hoc

g Ps. 118. 91.

h Joan. 17. 5.

i Oratio 5. contra Ario.

k Ps. 2.

l Ps. 32. 6.

m in Luc. 22

n cap. 63. 1.

o Epist. contra Apol. phariſi 49.

p hæresi

Allegoricus sensus.

voluisse

voluisse illum, quando dixit *a*, *sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in Regno suo*, Cajetano non assentior. Non erat hoc adeo magnum, ut nonnulli dicerentur non morituri antè resurrectionem Christi cum omnibus quos alloquebatur concessum sit. Verior & communior de Christi transfiguratione, quæ futuri Regni imago erat. Bernardus *b* aptat Resurrectioni Christi hunc locum, & attulisse novum de illa decorem, & sereniorum lucem, carnis infirma tamquam nubila excutiendo, stolamq; induendo.

a Matt. 16. 28.

b ser. 33. in Cant.

Decorem indutus est.) Psalterium vetus, & Romanum, Arnobius, Augustus, Cassiodorus, quiq; postea citabuntur, Ambros. Greg. Bernard. Hieron. *gloria*, Alii, *splendore, celsitudine, magnificentia*, vel *vestivit se vestibus Regiis, quæque deceant Regem, regnat cum decore pompa, majestate, magnificentia, splendore, ampla, copiosaq; gloria*: hanc enim copiam sibi velle induendi, seu vestiendi, & synonyma verba, multis præcedentibus exemplis ostentum est; nomen autem גאות *gheuth*, omnia illa valet quę dixi: & aliquando *fastum, superbiam, tumorem, elationem*. Quod attinet ad Christum, docui Epiphanium exponere indumentum decoris de incarnatione: fortitudinis de resurrectione: alios enarratores Græcos primum de resurrectione, antequam reputabatur absq; decore, tunc verò etiam, & post Ascensionem, declarasse fortitudinem, ac potentiam suam. Arnobius ait quod regnavit & Regnum assumsit in Cruce, decorem induit in resurrectione; induit infirmitatem in virtute, & præcinxit se æternitatem, & firmā fecit terram in resurrectione: paratam sedem habuit in Ascensione: prædicasse illum flumina Scripturarum; super eumdem easdem scripturas; elevasse voces suas à vocibus aquarum multarum, idest, Gentium potentius clamantes tunc mirabilem factum Christum elationibus maris, idest, mundi hujus Regibus, & sublimibus, præterea in excelsis seu altis, quando cœlos ascendit: tunc etiam testimonia Dei credibilia facta nimis, quia dedit potestatem sanitatum aliorumq. miraculorum, & domus ejus, quam dicebant Pharisæi non posse suscipere sancta præcepta, suscepit legis veteris testamenta, & decent eam sancta sanctorum, ut ibi habitetur in sæcula sæculorum. Hæc paraphrasticè per mysterium, totius explanatio psalmi ex Arnobio. Ad hæc laudatur Christus à Regia dignitate pulchritudine, fortitudine, creatione orbis, æterna sede, testimoniis de ipso, domo sancta. Augustus. & imitatores ejus, *decorem* Christi fuisse dicunt ad eos, quibus placebat ipse, doctrinaq; ipsius, fortitudinem ad illos, quibus displicebat: Vestem ipsius esse, qui eum imitans; cum decore sit ad eos, quibus placeant bona opera ejus, cum fortitudine adversus detractores: sic Paulum scribere se Christi odorem fuisse, tum vitæ tum mortis *c*, *& armis usum justitiæ à dextris, & à sinistris d*, & paratum ad gloriam, & ignobilitatem, ut in ea decorus, in ista fortis esset, nihil habendo fortis, decorus omnia possidendo; atq; ita similis orbi terræ, qui non commovetur. Vult simili ratione Bernardus *e*, ut imitetur Eugenius Papa Deum, ut sit *fortis* in fide, *decorus* in gloria, *fortis* fiducia fidelis conscientiæ *decorus* splendore bonæ opinionis, & *ita vestiatur duplicibus f*. Æqualis Bernardo Arnoldo *g* Bonævallis Abbas hæc applicat spirituali ornamento Sacerdotis, tractans de vestibus veteris Sacerdotis. Ambr. *h*, quem transcripsit is, qui apud Augustum. Auctor dicitur libri de Spiritu, & anima *i*, extendit ad omnem hominem, cujus consistat similitudo cum Deo in virtutibus. Qui major, ait, honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? de quo legitur, *Dominus regnavit, decorem indutus est*, idest, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Rursum exponit *k*, *Christum super omnia decorum*, quod habebat donavisse, nempè induendo Ecclesiæ gratiam, quæ in illo lavacro deponens fœditatem omnium delictorum, splendore gratiæ cœlestis enituit. Deniq; *decorem* redemptionis vocat *l* humanæ, quem Christus induerit, assumserit, veniens in forma servi, & in hominis specie. Gregor. *m* explicat *decorem* velut vestem Christi Ecclesiam, quam exhibet ille sibi gloriosam *n*, idq; velle alium psalmum *o*, *confessionem, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento*: per vestimenta Christi, quæ candida ut nix facta sunt in transfiguratione, indicatum, quod in supernæ claritatis culmine Sancti omnes ei luce justitiæ fulgentes adhærebunt. Scribit idem Doctor *p* præterea quod *induit decor.m Dominus*, qui ad seipsum splendidas fidelium Amentes, quasi vestimenta conjunxit, & hoc etiam sibi velle verba Esaiæ *q*. *Vivit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris*. Duo genera Sanctorum Hugo per *decorem*, & *fortitudinem*, designari notat, Clericorum, & Religiosorum, qui cingulo continentiæ constringuntur. Ad hęc potest *Regnum cum decore*, & *fortitudine* de Christi Transfiguratione sumi, in qua sermo habitus de excessu, idest de passione, ac morte, indicat quanta fortitudine indutus, & præcinctus esset, Ipsemet passionis Christi dies vocari *dies Regni* potest, in quo creaturæ agnoverunt quantus esset decor ac fortitudo illius, & suo terra tremore; præ se quodammodo tulit illum esse conditorem suum, à quo firmata fuerat; astra verò per obscurationem ab eodem proficisci luminis decorem, seu pulchritudinem. Videtur autem etiam *decor* quo Christus ornatur, misericordia potissimū esse atq; fortitudinis eamdem rationem habere. *Ubi est zelus tuus*, inquit Esaias *r* & *fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum?* Scribitq; *s præparari in misericordia solium Dei, Fortitudo, & decor indumentum ejus est*, & *cum specie & pulchritudine prosperè procedit, & regnat u*. De hac rerum duarum decoris pulchritudinisve, & fortitudinis, ac roboris conjugatione dixi aliàs *x*, & profanos etiam Auctores pro *forti* pulchrum usurpare, quòd Roa noster *y* exemplis demonstrat, adhibitis quoq; sacris. Hugo *decorem* Christi spectat, quod immunis à peccato fuerit, & quod etiam secundum corpus *speciosus forma præ filiis hominum z*, cujus rei majus in transfiguratione documentum edidit. *fortitudinem*, quia solo verbo milites dejecit *a*, *præcinctum*, quoniam ex humilitate, quam in aliis etiam rebus declaravit, linteo se præcinxit ad lavandos discipulorum pedes *b*. Id Augustinus quoque notat, Cassiodorus, & alii, *venitque non ministrari, sed ministrare c*.

Explanatio paraphrastica per mysterium totius psalmi ex Arnobio.

q cap. 49. 18.

r c. 63. 15.

s c. 16. 15.

t pro. 31. 15.

u ps. 44. 5.

x ibid.

y 2. sing. c. 4. & 5.

z ps. 44. 3.

a Joan. 12. 26

b cap. 13. 4. 5

c Mat. 20. 28

Indutus est Dominus fortitudinem.) Alii, ut in priore membro, *induit*, aliqui primas duas voces, vel tres accipiunt, ut præcedentibus nexas, *Dominus regnavit, decorem indutus est Dominus*, ita ut contineat repetitionem: deinde absque conjunctione, qua caret etiam textus Hebræus, legatur, *fortitudinem præunxit se*, vel *indutus est Dominus fortitudinem, accinxit se*, De *fortitudine* dictum antea latis. *Indui fortitudine* usurpavit Esaias *d*, quemadmodum *Indui decore* tum alibi David *e*, tum Baruch *f*, addens *honorem*, quam formulam aliis præterea rebus convenire aliàs docui.

d cap. 51. 9. & c. 52. 1.

e ps. 103. 1. f c. 5. 1.

Et præcinxit se.) Psalterium vetus, & Augustus. *& præcinctus est*, Romanum, *& præcinxit se virtute*, Ambrosianum, *virtutem*, Hieron. *& accinctus est*, conjunctionem adjiciens, quæ ut monui, non extat Hebraicè. Videtur autem editio nostra melius exprimere ultimę conjugationis actionem significantis in seipsum, verbum התאזר *hithazzer*. Metaphoram à milite cincto, vel famulo, vel viatore; non semel antea vidimus, & expendimus, & an sit perpetuum discrimen, quod hìc etiam repetit Augustus. inter *cingere, accingere, & præcingere*. Cajetanus arbitratur indicari promtum Christum ad pugnam, etiam post resurrectionem, contra mundum insurgentem. Expertus est Saulus sibi repugnantem *g*: Stephanus pro se pugnantem *h*, & alii discipuli deinceps usq; ad hoc tempus. Per seipsum, & immediatè pugnavit potius ante resurrectionem, & de illo tempore plures interpretantur. Nazianzenus *i* indicari simul docet restrictam potentiæ copiam, & exuberantiam tamquam vestis ad talos usq; defluentis; quemadmodum dum Nicetas *k* explicat, ut & quum scribitur *amictus lumine, sicut vestimento l*: nec enim fieri posse, ut hujusce potentiæ luminisq; vim sustineamus. Id sibi quoq; vult humiliatio, & exinanitio *m* Christi, & velut Eliæ grandiorum coaptatio ad infantilia membra nostra *n*. Hujus nostri Regis zona aurea erat *o*, & Sacerdotis zona saphiri *p*, non opere plumario, quale veteris legis gestabat Sacerdos *q*. Vim Augustus. constituens in *præcingendi* latino verbo, quod sit *ante cingere*, præter humilitatis linteum, quo se Christus præcinxit *r*, interpretatur de patientia adversus apertos maledicos & in faciem nobis maledicentes. Negat esse fortem, qui convitio victus, pugno percutiat, quia *melior vincens iram, animumve suum, quam capiens civitatem s*. Deniq; monet in humilitate fortitudinem esse, nec superbos timendos; humiles tamquam petram esse, hanc deorsum videri, sed solidam, esse, superbos quasi fumum, qui quo altius ascendit, evanescit citius.

g Act. 9. 3. & seq.

h cap. 7. 55.

i Orat. 42. seu 2. de Pasc.

k ibid.

l ps. 103. 2. 3

m Phil. 3. 7. n 4. Reg. 4. 34

o Apoc. 1. 13

p Ezech. 10. secundum LXX.

q Exo. 28. 39

r Joan. 13. 4. Non est fortis qui convitio victus pugno percutit.

f Prov. 16. 1. Humilis tamquam petra est; superbus quasi fumus

Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.) Hieron. *insuper appendit orbem*, &c. Alii, *etiam, præterea*,

g 3 Cor. 2. 16 d cap. 6. 7.

e 4. de consid. c. 4. f Prov. 31. 21. g Tract. de septem verbo Domini sub finem.

h lib. de dignitate conditionis hum. c. 2.

i c. 35. tom. 3.

k de benedict. Patriar. c. 10.

l 1. off. 1. 45.

m 32. mor. c. 5. vel 7.

n Eph. 5. 27.

o ps. 103. 2.

p lib. 6. in 1. Reg. c. 1. 5.

stereæ, omnia hæc valet אף *aph*, vetus psalterium, & Augustin. *confirmavit*, Hebraicè futurum תכון *tiechon* est pro præterito, de quo verbo, & nomine חבל *thevel*, & de Græcis περιῶ ac ἐικουμένη dictum alias, & quod aliquis in orbiculari figura mysticè vim faciunt, ut nunc etiam Hugo & Ayguanus, quod aliarum linguarum vocibus non congruit. Postremo de terræ secundum se tota firmitate, atq; immobilitate: quamvis habitabilis magis propriè per nomen Græcum, & Hebræum significetur, & hominum confirmatio denotetur, ne vacillent inter tribulationes, & persecutiones. *Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælos, stabiliens terram* a. Hanc discipulis Ecclesiæq; Christus firmitatem communicavit, *ut non prævaleant portæ inferi* b, *non pluvia, flumina* (quæ paullo post hic nominantur) *venti* c *non possint resistere, & contra dicere omnes adversarii* d: *sit Ecclesia columna & firmamentum veritatis*; commoveri, subvertiq; aliqui possunt e; at non omnes nec Ecclesia; *firmum namque Dei fundamentum stat habens signaculum hoc, cognovit Dominus qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini* f. Origenes ab Agellio citatus firmitatem istam in unius cultu veri Dei consistere vult. Addunt alii pacem etiam politicam, quam lex Christi attulit quantum in se est, & pacato nasci mundo voluit. *Rex justus eriget terram* g. Paullo durior allegoria orbis terræ, ut de Christo ipso dicatur, quam tradit Ayguanus: tolerabilior alia de justis præsertim Apostolis, apostolicisq; & de Martyribus, de qua ut nunc monui, diximus alio loco. Mysticum sensum istum intendi per se in psalmo probant aliqui, quoniam in die ante Sabbatum non est firmatus orbis terræ. Firmatus dici potest, vel præparatus, directus, instructus, orbis habitabilis, quia eo die conditi sunt inhabitatores ipsius in qua totius operis pulcherrimi, & firmissimi consummatione constitit quanto decore, quantaq; fortitudine seu potentia Deus præcinctus esset. Mirabilem se in hoc etiam ostendit, quod orbiculari figura ad motum maximè apta, non solum cœlos mobiles, quiq; semper moventur, condidit; sed etiam terram immobilem, quæ *in æternum stat* h, nec movetur umquam, quamvis veluti in puncto tangere, atq; fundari *super nihilum* i videatur. Facilè mobiles nos Deo quod Spiritus sancti dona creduntur efficere, oportet esse, simulq; *firmos, constantes, stabiles, immobiles in opere Domini semper* k. *In fide fundatos*, ac fidelitate, *& stabiles ac immobiles à spe Evangelii* l, *Regnum immobiles suscipientes cum gratia, per quam serviamus placentes Deo, cum metu, & reverentia* m.

Allegoria. Sensus mysticus.

a Esa.44.24
b Mat.16.18
c cap.7.25.
d Luc.21 15. 1.Tim.3.15.
e 2.Ep.2.18.
f vers. 19.
g Prov.29.4
h Eccl.1.4
i Job 26.7.
k 1.Cor.15. 57.
l Col.1.22.
m Heb.12.28

Vers.2.) Parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es.

Sensus loci.

REgiam dignitatem descriptam, ac demonstratam priore versu per mundi creationem, qui erat effectus Regiæ potentiæ, atq; majestatis, ne quis novam aut ab heri, & nudius tertius cœpisse suspicetur, vel ad regnandi gubernandiq; munus Deum novum accessisse; vel usu ac experimento longi temporis ejus sibi scientiam acquisivisse: vel adventitium aliquod solium, ut alii solent Reges habuisse; ait dignitatem istam, & sedem antiquam esse, quam fuit creatio ipsa, ut ex eo tempore statim Regni solium, cumq; firmitate orbis firmatum sit; quemadmodum ei terra ab eo firmata *scabellum pedum*, *sic cœlum sedes fuerit* n, quæ perpetua manet. Immò docet ab æterno anteque mundi constitutionem Deum semper eumdem in seipso permansisse, non egentem creatione, vel creatura, ut novam ullam sibi perfectionem compararet. Quamquam tum sedes ad orbem terræ proximè prius commemoratum referri posset, quia Deus in ea, & his quæ constant ex ipsa, & in hominibus præsertim residet, præsidet, innotescit, ut Creator, Rector, Dominus: tum posset Deum à sæculo esse declarari, hoc est, ab initio mundi cognoscit, qui erat antea creaturis, quæ nondum existebant, incognitur. Communis expositio mystica de Regno Christi, vel judiciaria potestate, & ejusdem æternitate: item de prædestinatione electorum, qui sunt peculiares Dei sedes. Cassiodorus colligit deitatem Christi, qua coæternus regnans quum Patre nescit esse sub tempore. Rabinos quoq; Galatinus o refert hinc inferentes, fuisse, Messiam ante mundi creationem. Cyrillus autem Hierosolymitanus p ex isto eodem loco refellit eos, qui affirmabant post Crucem, & resurrectionem, & in cœlos ascensionem, tum primum cœpisse Christum ad dexteram

Expositio mystica.

n Esa.66.8.
o lib.3.c.15. Jud.12.c.3.
p Catech.14.

A Patris sedere. Non enim per successionem, inquit, habuit hanc sedem, sed ex quo est; autem semper gemitus, & assidet Patri. Vult etiam Filium fuisse, qui Esaiæ q apparuerit, scribenti, *vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & elevatum*. Nihilominùs verum etiam est, quod ejusdem ascensione profitemur, eidem convenit, ut sive Cyprianus, sive potius Ruffinus loquitur Symbolum explanans, secundum carnis assumtæ mysterium; quoniam incorporeæ naturæ convenienter ista absq; assumtione carnis aptantur, neq; sedis cœlestis profectum divina natura, sed humana conquirit. *Parata ergo à sæculo sedes est*, inquit, in qua sessurus erat is, *in cujus nomine omne genuflectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum* r.

q cap.6.1.
r Phil.2.10.

Parata sedes tua Deus ex tunc.) Hieron. *firmum solium tuum ex tunc. Parandi* verbum, seu *præparandi*, idemq; de participiis est, deque Græcis ἑτοιμάζειν, docuimus alibi s eamdem habere significationem, cum eo quod est *firmari, stabiliri, fundari, firmum, stabilitum, fundatum esse*. Sic etiam in ps.172 t dicitur Dominus *in cœlo paravisse* seu *sedem suam*, & in 32. u vocatur *præparatum habitaculum Dei*, & in 9. x canitur quod *paravit in judicio thronum suum*. Vetus Psalterium, & Augustin. legunt, *ex illo*, explicat verò Augustin. idem esse quod, *ex tunc*, aut *ex tempore*, sed tempus illud mysticè declarat diem ante Sabbatum, & mundi ætatem sextam, qua incarnatus est Dei filius. Possumus, *ex tunc*, interpretari non solum ex quo cœpit mundus, & à principio illius, aut à tempore incarnationis, aut passionis, aut ascensionis: verum etiam antequam fieret, & ab æterno, seu à sæculo, quod proximè subditur: ita ut, quod Euthymius monet, synonyma sint hæc duo membra. Sic quoque Apollinarius,

s ps.132.
t vers.19.
u vers.14.
x vers.8.

B

ἀφθιτε σεῖο δῶμος ἑτοιμότατος πέλει αἰεί,

C *O immortalis, tua verò sedes paratissima est semper,*

Eodem pacto, quem citavi Ruffinus explicabat *paratam Domini sedem à sæculo*. Alibi LXX. quod est Hebraicè מאז *meaz ex tunc* reddunt non, ἀπὸ τότε, sed πάλαι y, *olim*, & latinus Interpretes *aliquando* z, *à principio*. Fallitur autem Agellius, quum quod apud Esaiam est *à principio*, & ἀπ' ἀρχῆς ait Hebraicè, *ex tunc*, est enim etiam à principio, seu à capite ראש *merosch*. Dixi *sedem* sumi posse pro *cœlo, terra*, seu *mundo inferiore toto*, præterea pro *anima justi*, præsertim humilis, de qua Augustinus: item pro Ecclesia, pro dignitate Regia, & judiciaria Christi. Adde peculiariter pro *Cœlo empyreo*, ubi beati habitant, quorum caput Christus, ut si *benedictis Patris paratum sit Regnum à constitutione mundi* a, multò magis filio ipsius *sedes ista Christi* psal.44. b dicitur *in sæculum sæculi*. Plura nos ibi, & aliis psalmis. Ayguanus *sedem* quoq; de Cruce accipit, cui affixa pellis Christi, & fuit membris ejus ornata, ut ex ejus contemplatione vitaremus peccata: D quemadmodum contraria ratione Cambises iniqui judicis pellem affixit sedi. * *Ex tunc* aliqui exponunt quum peccavit Adam, ex eodem *tunc ira erat Dei* c, contra hominem, paravit filio suo Pater sedem istam crucis, lignum tunc notans, damna ligni ut solveret, & ut regnaret à ligno.

y Esa.41. & z Prov.8.22.
a Matt.25. 35.
b vers.7.
* Vale lib.6. c.2.
c Ps.75.8.

A sæculo tu es.) Hier. *ab æterno* Paraphrastes addit, *Deus*, adjectum est etiam substantivum verbum à LXX. & interprete nostro. Propria Deo æternitas, proprium ipsum esse à se, & per se, ita ut illius comparatione cuncta sint nihil, & interitui obnoxia, saltem illi, quem à suo Auctore Deo possunt, si velit, accipere. Quamvis verum sit esse quod rebus Deus dat, vera etiam nonnullarum ab interno principio incorruptio, & æternitas à *parte post*, ut schola loquitur, sive communicari quoq; potuerit à *parte ante*, sive non potuerit. Hilarius d quem citat Rickelius, quod *esse* non sit accidens Deo scribit, sed subsistens veritas, manens causa, naturalis proprietas. Hoc illud adeo tritum sibi vult à Deo ipso usurpatum, & ita passim intellectum *Ego e sum qui sum*. Et Paulus f de Jesu Christo affirmat, quod *est heri, & hodie, & ipse in sæcula*. & ipsemet Christus de se dixit, *Antequam* g *Abraham fieret ego sum*, & ut multi declarant in eodem isto sensu, *Principium, qui & loquor vobis* h. Videtur verò sic ratiocinari David, *cum tu sis ò Deus, & Christe, à sæculo*, sedes etiam solium tuum ab æterno est, & eadem semper majestate præditus fuisti, nec quicquam tibi denuò accessit secundum divinitatem.

d 7.de Trin.
e Exo.3.14.
f Heb.13.8.
g Joan.8.58.
h ibi.ver.25.

Vers.3.)

Vers. 3.) Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos.

Vers. 4.) A vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

Sensus loci.

QUia psalmum totum referre videtur Vates ad laudem Dei pro insigni concessa victoria, cui necessaria erat ejusdem Dei majestas, & potentia, quas ab orbis commendavit creatione, cum qua simul declaraverit ille se universalem judicem, vindicem, Regem, nunc sub undarum, fluctuum, procellarum figura describit insurgentes, perstrepentes, irruentes hostes magno impetu, & fragore confluentes, atq; conclamantes, quasi vicissent jam, & obruissent, ac oppressissent, quibus tamen Deus longè mirabilior, potentiorq; extiterit, utpotè in altis habitans, & supremam in omnia exercens potestatem, potensq; marinos istos fluctus, & vortices comprimere, ac hostium omnium quantamlibet oppugnationem nullo negotio dejicere, atque conterere. Vel si per laudes Dei continetur, non præcisè ob victoriam concessam, sed ob mundi gubernationem, & potentiam circa illam, sicut priùs dixit Propheta, quod orbem constituit immobilem sic modo docet quam mirabiliter commoverit è loco aquas in locum unum, quod non absq; ingenti sono factum est: ex quibus concludit in fine exhibendum Deo cultum honorabilem, quod adeò fide digna testimonia ediderit, tum in aliis rebus, tum in dictis duabus. Nam & ex secundo opere apud Jerem. exigit venerationem, ac timorem *a*. Philosophatur hoc loco ad commendandam Dei potentiam à contrariis aquæ terræq; naturis, ut hanc immobiliter stabiliverit, vocis prorsus expertem & soni, illam fluxam fecerit, & continuis motibus irrequietam circumvolvi, & undis collidi, ac agitari inter se cum fragore, tumultu, fremitu. Facilis allegoria de hostibus, & persecutionibus Ecclesiæ, ac de victoria per *Jesum Christum*. Sed & satis familiare scripturis *fluminum* vocabulo & *mundantium aquarum sonitu*, contumelionem, fluctus, designare persecutiones. Exempla præcedentibus in psalmis occurrerunt non pauca. Nec minus communis allegoria in bonam sumens partem flumina pro Apostolis, & Apostolicis viris, qui fluminibus pleni gratiæ *b* voces prædicationis editurî essent, & irrigaturi humanas animas: *mare* pro baptismo, & *voces aquarum ejus* pro invocatione *Trinitatis*: *elevationes* pro his qui dum baptizantur immerguntur, & post immersionem elevantur: quæ res admirationem concitat hominibus jucundam, dæmonibus formidandam. Quidam tamen in hac posteriore allegoria, *maris elationes* referunt ad persecutores. Seorsim de mystico sensu magis distinctè agetur.

a ps. 5. 22.

Allegoria. b Joan. 7. 38 Allegoria.

Elevaverant flumina Domine, elevaverunt flumina vocem suam, elevaverunt flumina fluctus suos.) Hieron. eodem modo; nisi quod usurpat, *levaverunt*, & ultimo loco, *gurgites*. In Psalterio Romano, & Ambrosiano, apudq; Augustin. Arnobium, Cassiod. Ambros. *c* non extat, *elevaverunt flumina fluctus suos*, & pro, *vocem*, est, *voces* quemadmodum & in Æthiopico Psalterio; in vetere Latino Psalterio, *elevaverunt flumina Domine*, *elevaverunt flumina vocem suam*, *elevaverunt flumina voces suas*. Alii pro ultimo membro, *elevaverunt flumina contritionem*, *aut illisionem*, *aut fractionem suam*, רכים *dochiam* à דכי *dochi* contritio; quo nomine fluctus appellatur, quia conterit, & illidit, & frangit. In codicibus Græcis plurali numero sunt *voces*, in membro secundo: tertium deest, monetq; Lombardus non esse in editione LXX. quod in aliis est in futuro, ἀρεῖσιν οἱ ποταμοὶ ἐπῆραν ἐπιρῤῥιψεις αὐτῶν, quo pacto legit etiam per futurum tempus Ambrosius *d*. Legunt id Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, exponuntq; ἐπιρῤῥιψεις *vias tritas semitas & sectiones alvei cujusdam instar formatas, quas flumina quum per terram feruntur, lambendo, ac terendo incidere solent, & formare*: significare autem quod qui post Apostolos venturi sunt Doctores, eas vias atq; easdem sequentur disciplinas, quibus usi sunt Apostoli. Vertit ultimo loco Aquila ἐπῆρθη ποταμῶν βαθη αὐτῶν, *elevatæ sunt fluminum profunditates ipsorum*. Videtur Apollin. omisisse dictum membrum ultimum, sic enim habet dumtaxat,

c vers. 3. hexam. e 3.

d in ps. 39.

πάντοθεν ἠχεῖ λαδοι ποταμοὶ βοόωσι ῥεῖθροις
ῥοΐζω κυμαλδετι λιλαιὸ μενοι κελαρύζειν.
Undique sonori fluvii clamant fluentis,
Fluctu undoso cupientes resonare.

Sed retenta, ut par est, translatione nostra, quæ cum Hebræo textu convenit, & cum pluribus Græcis enarratoribus, codicibusq; bibliorum Suidas interpretatur ἐπίτριδω idem esse quod τρίφη, & hoc loco significare τῶν ποταμῶν τὴν πορεία *fluminum transitum*. Quod accedit ad notionē priùs allatam ex Euthymio, & aliis. Verùm fluctus non tam significant *vias tritas, semitas sectiones*, quam *excitatas impetu, & elevatas, ac impulsas aquas*, & si dum id fit, ille alius effectus consequitur, & πορεία Suidæ propiùs huc accedit. Nam quum elevantur fluctus, tranſeunt, & franguntur: ἐπίτριψις autem propriè *fractio est*. Chaldæus Paraphrastes exponit, *elevaverunt flumina laudem coram Deo, elevaverunt flumina vocem suam in cantico, recipient flumina præmium laudum suarum*. In psalmo 97. e invitantur ad manu plaudendum flumina, sicut montes ad exultandum. At non video quid faciat ad rem præsentem hujusmodi prosopopœja, nisi secundùm allegoriam de Apostolis & Apostolicis prædicatoribus. Ambros. *f* extendit ad omnes fideles, qui sicut flumina, puro in Ecclesiam undiq; fonte decurrunt, & ex illo perenni, plenoq; fonte hauserunt, à quo fluit is, qui ait *g*: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Comparat cum fluminibus paradisi. Sequitur etiam alibi *h* alium sensum de prædicatoribus, qui elevant vocem suam à vocibus aquarum multarum spiritualium, quæ supra cœlos laudant Deum *i*. Placet magis alia de fluctibus persecutionum, quam sequuntur Græci, sicut priorem Latini, & Arnobius voces interpretatur scripturarum, quæ prædicant etiam Christum. Procopius tamen ex Græcis amplexus est Latinorum expositionem simul citatum alterius psalmi proferens locum, & opponens fideles infidelibus velut dulces fluminum aquas, salsis maris aquis. Ait præterea verbis istis denotari sanctos, qui discentium sitim levare conati sunt. Apostolorum namque voces ἐξκουσες fuisse, ad audiendum faciles. Meminit Rickelius opinionis, quod *flumina elevantia vocem*, sint Prædicatores; *quia contemptum fluctus elevant tamquam vocem inarticulatam, & irrationabilem*, esse persecutores; *à vocibus aquarum multarum*, ideſt, per verba multorum, qui tyrannorum edicta perducebant ad actum, ut ministri priorum. Quod repetitur ter *elevatio*, Genebrardus hic, & alibi, putat innui Trinitatis mysterium, non facilè credo scriptorem ad hoc respexisse, sed indicat repetitio magnitudinem soni fluctuum, quum Deus conturbat profundum maris *k*. Hugo quod quarto additur mentio *aquarum*, vult indicari quadruplicem Ecclesiæ persecutionem à tyrannis, hæreticis, domesticis inimicis, Antichristo: in primo tempore, Martyrum fuisse flumina, & voces doctrinarum per Apostolos, & Martyres: in secundo per Doctores August. Hieron. &c. in tertio, quod est nostrum, diu non fuisse *voces*, sed *fluctus*, qui ex ventu, & impetu suscitantur, atq; confusim sonant, ventum autem esse philosophiæ, vel inanis gloriæ, qui turbat aquam Theologiæ: quartum tempus jam instare, quia audiuntur *voces aquarum multarum*, ideſt, copia prædicatorum. Intelligit fortassis Prædicatores Ordinis sui Dominicani, & alios Franciscani, post cujus utriusque Ordinis institutionem non ita diu vivebat Hugo. Ayguanus *flumina vocem elevantia* Sacerdotibus Judæorum, & magistratibus Templi attribuit, negantibus Christi resurrectionem, & ascensionem, vetantibusque loqui, ac docere in nomine *Jesu*, & impetum facientibus in Stephanum, exclamando voce magna, *multa quæ fluctus elevant*, tyrannis, & gentilibus; quia *vox aquarum* solum terret, *fluctus* etiam necat, & sic Judæi paucos occiderunt, potiusque præceptis terruerunt, Gentiles verò interfecerunt plurimos, excitati *à vocibus aquarum multarum*, ideſt, à prædicationibus Apostolorum, & aliorum. Valentia distinguit *flumina* donorum Spiritus Sancti, quæ prædicantibus Apostolis elevaverunt vocem suam; *flumina* Sacramentorum: miraculorum donum contra persecutores Ecclesiæ: quibus mirabilior fuit Deus, illa edendo per Sanctos suos: veritatem testimoniorum doctrinæ, & legis Evangelicæ: puritatem sanctitatis. Quæ continentur in sequentibus psalmi partibus.

e vers. 8.

Allegoria, f 3. hex. c. 2.

g Joan. 7. 38.

h In ps. 39. & Ep. 19. edit. Roman.

i ps. 148. 4. Allegoria de fluctibus persecutionum, qua utuntur Græci aptior est.

k ps. 64. 8.

1 Act. 4. 27. c. 5. 40. in cap. 7. 56.

A vocibus aquarum multarum.) Legit Ambros. *n*, *à voce*. Novum versum hinc inchoant textus Hebræus, Chaldæus, Græcus, Hieron. etiam!, & Hebraizantes. Sensus autem efficitur ex his, & ex sequentibus verbis, quod præ vocibus, sive sonis magnis & horribilibus aquarum multarum concurrentium, seseq; collidentium existunt admirabiles, validissimæq; maris elationes, tumores, fluctus. Vel quod magis quam voces aquarum multarum, admirabiles sunt maris fluctus valdè, sed admirabilior in

n 3. Hex. c. 5. Sensus loci.

excel-

ex celso, sive cœlo, Dominus; hoc est, impressionibus aeris quale tonitru. Præpositio מן *à, ἀπὸ min* dictum usum habent vel significant *propter*, inde, *propter voces aquarum multarum*, sed ex hoc tamquam signo cognitum est quàti eiser fluctus elevati ex imis gurgitibus. Item propter istas voces, & sonum, quem aquæ edunt multæ mirè turbati, mirabiles sunt, & formidabiles elationes fluctusve ipsius at multò Deus in Altis habitans mirabilior, qui compescit, ac sedat. Deniq; hinc inferri potest quam sit in altis ipse metuendus. Necessaria hypallage non videtur, quam Trevetus notat, ut *à vocibus aquarum multarum* dicatur, ideſt, *ab aquis multarum vocum*. Explicat Apollinarius.

ἐξ ἀναειρομένων πολέων ὑδάτων ὀρυμαγδῶ.

Ab elevatarum multarum aquarum fremitu.

Mirabiles elationes maris.) Hier. *grandes fluctus maris*. Alii, *fortes fractiones*, aut *fluctus*, aut *nimbi maris*, אדירים משברי ים *addirim misbere jam*. Quas Hebræas voces alibi declaravimus: talemq; omninò vim, nempè à frangendo habet משברים *nisbarim*, qualem in versu 3. רכו *rochi*, & ἐπιτριψις, de quibus ibidem egimus, in vetere Psalterio, & apud Augst. *suspensuræ*, exponitq; Aug. *exaltationes*; quia quando iracitur mare, inquit, tuspenduntur fluctus. In psal. 41. *a Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt*. Nomen, *excelsa*, est idem Hebraicè, & Græcè, quod hoc loco משברים *nisbarim*, & μετεωρισμοὶ, atq; ibidem vetus Psalterium, & Augst. habent *suspensiones*. Admirationem prorsus habet maximam maris æstus atq; reciprocatio, quem *fluxum* ac *refluxum* vocant, varia quoq; agitatio, atq; fluctus ejusdem. Qua de re Meteorologicis nostris olim disseruimus; & consuli potest Aristoteles *b*, Auctor de elementorum proprietatibus fallo creditus Aristoteles, itemq; alter de mirabilibus auscultationibus; præterea Plutarchus *c*, Franciscus Picus Mirandulanus *d*, Joannes Picus *e*, Laurentius Corvinus *f*, Melag, Conimbricensis *h*, Contarenus *i*, Levinus *k*, Majolus *l*, Joannes Taisnieru. *m*, Felix Accorembonius *n*. Ex Patribus Basilius *o*, & Ambros. *p*, & qui dicitur esse Augst. Auctor operis de mirabilibus scripturæ *q*. Fama est Aristotelem in Euripi natura vique contemplanda, quum diu ac multum laborasset, quod est fretum ac perangustum mare inter Aulidem Bœotiæ portum, & Euboeam insulam, recurritq; septies unius diei, & noctis spatio, tædio demum affectum, illic diem objisse, ita ut inde proverbium fluxerit, *Aristoteles non habet Euripum*, *Euripus habet Aristotelem*. Narrat id Justinus Martyr *r*, appellans Euripum *Chalcidicum*, & Nazianzenus *s*, & Nonnus collector, ac expositor profanarum historiarum, quæ apud hunc sunt, addens in Euripum se præcipitando dixisse, *quoniam Aristoteles Euripum minimè cepit, Aristotelem Euripus habeat*. Colligit Bochius hoc loco ex Auctore libri de mirandis auditionibus, ex Thucydide *t*, Ammiano *u*, Bonfinio *x*, Cedreno, *y* mirabiles nonnullas maris restagnationes, seu exæstuationes. Plures ex aliis recitat Majolus *z*, maximè ex Plinio *a*, Procopo *b*, Beda *, Hieron. *c*, Nicephoro *d*, Krantsio *e*, Nauclero *f*, Tritemio *g*, Lango *h*, Neubrigense *i*, Theophane *k*, Paulo Diacono *l*, & aliis. Ratio reddi quæ satisfaciat vix potest inter adeò diversas, quæ traduntur. Magis recepta sententia refert causam in Lunam secundùm motum, quo circumferitur diurna conversione, una cum primo mobili. Illi favet maximè quotidianum experimentum; sed quod res nondum plenè comperta sit, fovet admirationem, quæ quum ignoratione conjuncta esse solet. Itaq; Auctor de mirabilibus scripturæ *m*, qui Lunæ plurimum tribuit, fatetur demum mentibus nostris occultum id esse, idcircò illi qui veram sapientiam cupit, ad æternum Regnum, ubi nulla est ignorantia festinare contendendum; & interim cum insigni gentium magistro dicendum *n*, *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus*. Dei declarati potentiam insigniter in mari non semel docui. Chrysostomus *o* ait, quod hac de causa Deus nec tranquillum, nec mite passus est, ut quum divino Imperio pugnaret natura, divinoq; justo semper vincente, esse DEI potestas prædicabilis. Etenim si fortè aqua pacata, ordinis concinnitatem, atq; moderationem naturæ aquæ pleriq; ascriberent; nunc verò conturbata, verberata, intrinsecùs protrusa, quum suis finibus excedere nequeat, DEI prædicat potestatem. Quod aptissimè Job *p*, ac Jeremias expresserunt. Gregorius *q* tractans alium locum Job *r*, *graditur super fluctus maris*, dicensq, quod tot in his fluctibus persecutionum Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula ostendit, confirmat loci præsentis testimonio, & ait, quod contra electorum vitam ad persecutionis undas, mundus se mirabiliter extulit; sed has supernorum conditor, sub elevata virtute prædicantium, mirabilius stravit; ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula, quam potestates terrenas quæ tumuerant per iram. Profert etiam citatum Jerem. *s*. Adde ex psal. 88. *t*. *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum ejus tu mitigas*: & quæ ibidem dixi. Hoc est, ut hic mox subditur, mirabilem esse, ac superiorem Dominum, qui ut ait Augst. ambulet super mare, prematq; fluctus & capita istorum fluctuum magnorum spumantium, efficiendo ut potestates, & Reges credant, ac subjugentur sibi. *Nam in sermone ejus*, ait Sapiens *u*, *siluit ventus, & cogitatione sua placavit abyssum, & plantavit in illa Dominus insulas*. Deniq; visus est à Joanne *x* *pedem dextrum habere super mare, sinistrum super terram*. In arbore navis Ecclesiæ undarum fluctibus, aut procellis sæpè vexatæ, ideſt, in Cruce Christus erigitur, in puppe Pater residet gubernator, proram Paracletus servat Spiritus, ideo numquam potest sustinere naufragium, inquit Ambrosius *y*, & si sæculum istud tamquam pelagus fortitur infestum, numquã alliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum.

Mirabilis in aliis Dominus.) Hieron. *grandis in excelso*. Alii, *fortis in excelso*: seu *fortis*, vel *terribilis à celsitudine*, Aquila, teste Basilio, ac Theodoreto, *maximus, in sublimi Dominus*, ideſt, potentiam habens nec lingua explicandam, nec mentem comprehendendam. In Psalterio vetere, ac Romano, & apud Augst. Arnobium, Cassiodorum, & apud citatos prius Ambros. Greg. *mirabilis in excelsis*. Hoc valent Græca ἐν ὑψηλοῖς, & Hebræa in singulari מרום *vammarom*. Paraphrastes *cælos* exprimit, *à vocibus aquarum multarum & laudibus fluctuum maris magni laudatus est in cælis superioribus Dominus*. Solent exponere quod *Dominus est mirabilis in altis*, ideſt, ipse qui habitat in altis, ut est in alio Psalmo *z*, sedens ad dexteram Patris, estque superior potestate omnibus: vel quod est mirabilis in altis operibus, signis, miraculis; item in sanctis suis, quibus favet, & quos juvat: vel quod *est mirabilis ac terribilis in altis*, nempè contra illos, qui *ambulant in magnis & in mirabilibus super se a* utpote *auferens spiritum Principum, & terribilis apud omnes Reges terræ b*: vel *mirabilis in altis* fluctibus, & elationibus maris comprimendis: vel *mirabilis in altis*, hoc est, in profundis elationibus, & fluctibus excitandis; non mirabilis dumtaxat in aquarum superficie; sed etiam in imo, & in fundo, ac in profundis abyssi, ita ut liceat *videri mirabilia ejus in profundo c*, & *fluctus ascendant usque ad cælos, & descendant usque ad abyssos d*, ac dicere quis possit.

e Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum?
Jam jam tacturos sydera summa putes,
Quantæ diducto subsidiunt æquore valles:
Jam jam tacturas tartara nigra putes.

Bruno Carthusianus vocat *altas, & profundas elevationes maris*. & in his comprimendis, quod alii multi dicunt *mirabilem Deum esse*. Fateor *altum* pro *profundo* latinè dici, ut etiam docet Augst. *f*, & nonnullos illud Abacuc *g*, *Altitudo manus suas levavit*, exponere de *altitudine maris* ubi est רום *rom*. Sed & plures aliter Prophetam illum, Hebræamq; declarant vocem, & hoc loco est מרום *marom*; quod nomen aliter quam pro *excelso, elevato, sublimi* sumtum pro reperitur; & ὑψηλὸν etiam pro *profundo* non accipitur. Itaq; probabiles sunt allati sensus, præter eum, qui *alta* explicat *profunda*. Alius non spernentibus à quibusdam recentioribus traditur sensus, *mirabilem Deum in altis esse*, ideſt, in impressionibus meteorologicis, non in terræ tantum fundatione, & in elementi aquæ fluctibus horrisonis; præsertim verò in terrificis tonitruis, & fulgoribus, quæ mortales adeo conturbant *h*. Expressit hoc Joannes Bochius carmine Latino, & Philippus Desportes gallico.

Turbida sed tantos non excitat unda fragores,
Nec sic æquoreæ strident Aquilone procellæ,
Detonat ac cælo Dominus fortissimus alto.

Item,

Mais Dieu, qui regne au firmament;
Tonne bien plus terriblement,
Que les flots de la mer profunde,
Et toutes les rages de l'onde.

Ad rem faceret collatio rei utriusq; tùm resonantium, ac mugientium undarum, tùm stridentium, frementiumq; tonitruorum, quam non difficilè apud Poetas reperire: constatq; ab hoc effectu potiùs, ac sæpiùs cognomina Jovi data

Hypallage Trevetti rejicitur.
a *vers.* 8.
b *Sect.* 23. *probl.*
c 3 *de placitis c.* 7.
d *l. de exam. vanit. c.* 12.
lib. de rerum præne. c. 4.
e 3 *cont. Astr. c.* 15.
Maris æstus admirationem habet maximam.
f *Georg. c.* 11.
g *lib.* 3 *c.* 1.
h *Tract.* 8. *in lib. meteor. c.* 4. *& seq.*
i *de elem.*
k *de occul. nat. mirac.*
l *dictum ca. vicesella.* 10.
de motu celerrim. pa. 46. *seu de flu. & ref. maris.*
m *annot. de eadem re post lib. de cœlo.*
n *bo.* 6. *Hex. c.* 7.
p *lib* 1 *c.* 7.
Euripi naturam Aristoteles per ferutari penitus non potuit.
q *para ad Gr.*
r *orat.* 1. *in Ju.*
s *lib.* 3.
t *lib.* 16.
De Aristotele adagium.
u *decad* 1. *l.* 1. *rerum Hung.*
x *in Anna.*
y *Collaq* 10.
z *li.* 2. *c.* 37.
li. 13. *c.* 25.
a *l.* 1. *de bell. Goth.*
* *In vita S. Cuthbe. c.* 17
b *in Hilario.*
c *l.* 10. *c.* 35.
l 14. *c.* 40. *l.* 17. *c.* 13.
d *l.* 5. *c.* 2. *Va. l.* 10 *c.* 36.
e *genes.* 41.
f *Chro. Hirs.*
g *Chr. Citez. anno* 1287.
h 3. *hist. Ang. c.* 1.
i *in Anna. anno* 722.
k *lib.* 11. *c.* 1.
De maris æstu magis recepta sententia.
l *apud Aug. c.* 3. *l.* 1. *c.* 7.
m 1 *Co.* 13. 9
n *in Cat. Job* 38.
o *c.* 38 10. 11
p *c.* 5. 22.
q 5. *Mor. c.* 5
r *cap.* 9. 1.
s *Chro.*

data multa non autem ab illo. Meritò antefert Delrius noster in commentario Senecæ *a*, descriptionem tempestatis, quam poeta *b* ille habet, aliorum descriptionibus poetarum. Tu ipse judica. Quod verò attinet ad *mirabiles elationes maris*, ut persecutiones designant, quod mirabilior sit Deus in iis comprimendis, testatur experientia, tum illud Cypriani *c*, scribentis hoc pacto. *Prosiliebat adversarius terrore violento, Christi castra perturbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est & quantum formidinis, & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit, & roboris: ut eum tanta in sæculo malitia & sævitia grassetur, à malis, & sævis velociùs recedatur.*

a 1. Agam. vers. 465.
b Act. 27.
c Epist. 57.

Vers. 5.) Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.

Scopus loci. POstquam dixit de DEI admirabili potentia circa terram, & aquam, simulq; videlicet quantoperè in coercendis hostibus, ac danda suis victoria enituerit, affirmat adeò luculentis documentis testatissimam feciste in præstandis promissis, & implendis oraculis de salute impertienda fidem suam, ut id omnibus persuasissimum sit, vel certè ambigi meritò à nemine valeat. Quapropter tùm infert maxima pietate, ac Religione, præsertim in templo, quæ domus Dei est, coli Deum debere: tum hunc ipsum orat, ut quemadmodum suam illam singularem providentiam, & potentiam declarare cepit, ita dignetur in posterum suemet ejusdem domus curam gerere, ac implere, quæ de illa promisit, ne ullus eam hostis umquam violet, polluat, profanet; sed sancta permaneat in perpetuũ, quia quum sit sanctus sanctam illius decet domum esse, sanctos, qui domui ministrant, eamve frequentant. Multò meliùs quadrant hæc in mysteria nostra, ut nimirum fideliter impletæ dicantur, & creditu dignissimæ vaticinationes de numquam desitura Dei sancta domo, sed perpetuò inhabitanda, quæ domus aut Ecclesia sit, aut Christi humanitas. Ecclesia cognominatur sancta, *& quum ipsa Christus usq; ad consummationem sæculi d*, fore se promisit; ab humanitate Christi Verbum separatum non est, nisi tantisper in triduo, interim tamen hinc junctum corpori, hinc animæ. Propter eamdem domum humanitatis sanctam, ex præsentia non solùm gratiæ creatæ, sed etiam, ac multò magis, ex increatæ, quod est Verbum, & ipsa sanctitas Verbi, decuit *Mariam*, ex qua fabricandum erat Christi corpus, omninò sanctam esse, nec ulla umquam peccati labe maculatam, ut inquam, corpus, & anima ipsius dignum filii Dei habitaculum effici mereretur, planè conveniens fuit eo modo Spiritu sancto cooperante, à Patre præparari.

d Matt. 28. ult.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.) In Psalterio Romano, *testimonia tua Domine*, Hier. *fidelia*. Alii, *probata firma, certa, vera, verificata, credita*. Valent hæc omnia tua נאמנו *neemnu*, tum ἐπιστωθησαν. In vetere Psalterio, & apud August. *credita*. Id sibi vult in Apollinario συλφράδεσθαι πίστει ἔχειν: *consonam, & unanimem fidem habere*, seu *continere*: nec expressit, *nimis*, aut *valdè*. Est autem σφόδρα. מאד *non nimis*, sed *valdè*. Quamvis autem reddat interpres latinus, *nimis*, non vult excessum, sed *abundantiam* significare: ut, *e Nimis exaltatus es super omnes Deos: Nimis f honorificati sunt amici tui Deus. Anima* g *mea cognoscit nimis. Propter* h *nimiam charitatem suam: Tu* i *mandasti mandata tua custodiri nimis*; & alibi sæpè. Boni quoq; alii latinæ linguæ Auctores sic usurpant *nimis*, & *nimiè*, *nimio*, *nimium* pro *valdè*. Significari dicunt Basilius ac Theodoretus, ne *minimam* quidem falsitatem in vaticinationibus considerari posse; sed accuratè omnia quæ cernuntur, prædicta esse. Etsi autem Hugo notet *credibilia* dici, non *credita*, quia multi non credunt, nihilominus alios vertere dixi, *credita*, & idem valet dicere *credita*, quod secundùm se talia quæ credantur ab iis, qui ratione ducuntur, idest, à credulitate, licèt non gratia, ut postea dicam, si agatur de divina fide. Hæc testimonia prius sunt commemorata opera Dei circa terram, & aquam: sic enim Christus provocavit ad opera sua, tamquam ad testimonia, ut iis crederent adversarii *k*: Et David cecinit, *quod cœli enarrant gloriam Dei, & opera ejus annunciant firmamentum l*, tamquam loquelis, sermonibus, sonis, verbis: & quamvis *taceant homines, lapides etiam ipsi clamant m*. Deinde testimonia sunt scripturis divinis contentæ promissiones de divina providentia, & cura in suis conservandis, & defendendis. Ad hæc testimonia comprehendunt omnem doctrinam divinam potissimum de mysteriis, & præceptis. Quomodo etiam alibi *n* vocatur *testimonium Dei fidele* עדות נאמנה *bheduth neemanah*, μαρτυρια πιστη, *sapientiam præstans parvulis*. Peculiariter sumunt quidam hujusmodi testimonia, & prædictiones in utrovis testamento de tribulationibus Ecclesiæ, simul cum firmitate victoriaq; ipsius, quas jam reipsa comprobatum sit esse verissimas, & fide dignissimas. Sic August. dicens *facta credita nimis ista testimonia*, quia magis quam *mirabiles fuerint suspensura*, seu *elationes maris*: qui namq; prædixit pressuram suis in mundo, dixit etiam ut *considerent, quia vicisset mundum o*. Testimonia doctrinæ, miraculorum, morum, patientiæ, & quotquot distingui solent notæ, seu signa Ecclesiæ facientia evidentiam, ut dicunt, credibilitatis, & idcircò *credibilia testimonia nimis*, extendi debent ad incarnationem Christi, œconomiam, sive dispensationem in carne, conversationem ipsius, ut loquitur Euthymius, deniq; ad cuncta religionis mysteria, & ad ea quæ testimonio divino nituntur, & credenda proponuntur. Verum est maximam facere fidem apud infideles, patientiam in tribulationibus, & persecutionibus, quas figuratæ designant elevantium se fluminum voces atq; fluctuum maris. Unde κατ' ἐξοχὴν vocatur μάρτυρ *testisq;* qui testatur moriendo *p*, & hoc testimonii genus urgent Tertull. *q*, & Cyprianus *r*, item Arias *s* noster, & Granata *t*. Præterea sanctitatem vitæ, qua decoratur, & ornatur domus Dei, quæ est Ecclesia, (nec non parum juvat decor, & ornatus exterior templorum, index internæ pietatis) pluiq; momenti habere quam miracula Chrysostomus *u* affirmat. Sed nihil fidei nostræ objicitur ab Ecclesia, quod non mereatur fidem, & *credibile nimis*, dici non possit. Jure igitur ipsissima veritas *x*, Christus, non in pectore tantùm gestans doctrinam & veritatem, sicut vetus Sacerdos *y*, exigebat sibi credi: quia *veritatem dicebat* Cæs; quia *de peccato argui non poterat a*: quia opera ipsa testimonium perhibebant *b*, quia Pater *c*, quia Spiritus sanctus *d*: non solùm Joannes Baptista *e*. *Cito credens levis est corde f*, non credens tantis persuasus testimoniis, inexcusabilis, & pervicax est: Laudabile non modo scripturas scrutari, ut Christus facere hortabatur *g*, & ita facientes commendabat Lucas *h*. Sed alias præterea rationes, quibus magis confirmeris in fide, ut Aquinas *i* docet, paratiorq; reddaris, ad reddendam rationem de ea quæ in te est fide, & spe *K*, nec in dubium revoces fidem in filium Dei, cujus testimonium habet in se is, qui credit *l*, nixus auctoritate ipsius, per Ecclesiam propositæ. *Tres præcipui testes in cœlo, Pater, Verbum, Spiritus sanctus; totidem in terra, Spiritus, aqua, sanguis m*, de quibus consule nostrum commentarium. *Videntes Judæi signa, quæ faciebat* Jesus, *dicentes q; cum admiratione, Christus quum venerit numquid plura signa faciet, quam qua hic facit n?* tamen *quum tanta signa faceret coram eis, non credebant in eum o*, sed consultabant quid facerent, *quia homo ille multa signa faciebat p*: ipse verò protestabatur excusationem eos non habere de peccato suo, *quia fecerat quæ nemo alius q*; non credebant quia nolebant, licèt gratia eis ad credendum sufficiens suppeteret, sine qua non sufficit quantavis evidentia credibilitatis externæ, atq; testimoniorum credibilium nimis, ut credere quis assensu fidei divinæ possit. Non potest fides omninò indubitata reddi, nisi mens adjuvetur divinitùs. Oppositus error Pelagianorum fuit, ut sæpè memini. Unit August. *r*, & Ticonii ante illos, ut idem *s* refert, scribens *t* & se ita aliquando sensisse; posteà etiam Cassiani, aliorumq; in Gallia, qui dicebantur reliquiæ Pelagianorum, ut constat ex Epistolis Hilarii, & Prosperi ad Aug. & ex ejusdem Prosperi libro contra Collatorem: Unus postremò hic erat ex erroribus Fausti Regiensis, ut videre est in ipsius libris de lib. arb. nempè posita prædicatione, atq; congruente persuasione miraculorum, alteriusve testimonii, quo res quæ credenda proponitur, efficiatur credibilis, possit quis eam rem absq; speciali divina illustratione credere. Vide Bellarm. *u* Plurimis id locis scripturæ confutatur, quæ idem citat, & anathema pronunciatur in Conc. Trid. *x* & Arausicano *y* contra dictam hæresim. Minùs præterea rectè loquitur Capreolus *z*, nec ad mentem sui Doctoris *a* consentanee, negans dari evidentiam de credibilitate fidei. Ea quæ subsunt fidei, ait ille Doctor, in generali considerata, scilicet sub communi ratione credibilis, sunt visa ab eo qui credit. Non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi. Non debet illud Richardi Victorini *b* præclarum de testimoniis

istis

e Psal. 85. 9.
f Psal. 138. 17.
g Ib. vers. 14.
h Eph. 2. 4.
i Psal. 118. 4.
k Joan. 10. 38.
l Psal. 18. 1.
m Luc. 19. 40.
n Psal. 77. 32.
o Joa. 16. 33.
p Aug. 10. de Civ. c. 12.
q Apol. sub finem.
r de Idolo. vanit. sub finem.
s de imitat. Christi. lib. 1. tract. 3. c. 23. usque ad 26.
t in Symb. par. 2. c. 37. usque ad 26.
u Orat. in Bab.
x Joan. 12. 6.
y Exod. 28, 29. 30.
z Joan. 8. 45.
a vers. 40.
b c. 5. 36. c. 10. 25.
c c. 10. 31. c. 8. 16. 17. 18.
d c. 15. 26.
e c. 1. 7. 8. 19.
f Eccl. 19. 4.
g Joan. 5. 39.
h Act. 17. 11.
i 2. 2. q. 2.
k 1. Pet. 3. 15.
l 5. Jo. 5. 10.
m ibid. vers. 7. 8.
n Joan. 7. 31.
o c. 12. 37.
p c. 11. 47.
q c. 15. 24.
r Ep. 106. 107. & alibi.
s 3. de doct. c. 53.
t de prædest. sanctorum c. 3. Error Fausti Regiensis.
u lib. 6. de gratia & lib. arbitr. c. 1. & seq.
x Sess. 6. Can. 3.
y Can. 5. & 7. Opinio Capreoli minus recta.
z 3. dist. 31. & 32. q. 1. unic. a. 2. ad 3. cont. 1. conclu. sub finem.
a 2. 2. q. 1. art. 4. ad 2.
b 1. de Trin. c. 2.

istis omitti testimonium. Scribit *ea, quæ revelata sunt nobis cœlitus tam multis, tàm magnis, tàm miris prodigiis confirmata, ut genus videatur esse dementiæ in his vel aliquantulùm dubitare.* Subdit deinde, *Utinam attenderent Judæi utinam animadverterent Pagani, quum quanta conscientiæ securitate pro hac parte ad divinum judicium poterimus accedere: nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus, Domine si arror est, à teipso decepti sumus? Nam ista in nobis tantis signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non ipsi per te fieri possunt.* Rickelius etiam hoc loco argumentatur, liquere fidem Ecclesiæ esse veram, atque divinam; alioqui Deum esse falsitatis confirmatorem, hominumque deceptorem: nec effugere posse negligentes tantam salutem in nos confirmatam, *contestante Deo signis, & portentis, & Spiritus sancti distributionibus* a.

a Heb. 2.4

Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.) Hier. habet, *domum tuam decet sanctitas, Domine, in longitudine.* Alii, *Domui tuæ decora est sanctitas, Domine, in longitudine dierum,* vel, *domum tuam ornat sanctitas.* vel, *domui tuæ pulchræ, sanctitas,* vel, *domui tuæ formosa sanctitas,* vel *domus tua habitatio sanctitatis,* vel *domui tuæ pulchruit sanctitas,* Chald. *domui sanctuarii tui pulchrè conveniunt* (nempè testimonia tua) *sancta sunt in longitudine dierum.* In Psalterio vetere, & apud Aug. atq; Cassiodorum, *domum tuam decet sanctificatio, Domine in longitudinem dierum,* quamvis extet in textu August. *in longitudine* casu auferendi, sicut & in editionis nostræ in codicibus minùs correctis, quum sit Græcè accusativus εἰς μακρὸν τὸν. In Romano Psalterio quod recitat Faber, *domum tuam decent sancta, Domine, in longitudine dierum,* & ita videtur Arnobius legisse; sed in eo, quo nunc utitur Basilica Vaticana, extat, *Domum tuam, Domine, decet sanctitudo in longitudine dierum.* Indicat Arnobius illum sensum, ut domum Dei, quæ est præsentis temporis Ecclesia deceant Sancta sanctorum, idest, deceat, ut electi habitantes in ea, deindè inhabitent Sancta sanctorum in sæcula sæculorum, hoc est, cœlestem beatitudinem, seu habitationem Sanctorum. Docui principio versus juxta communiorem sententiam, posito litterali sensu de conservanda sanctitate templi, cultusq; ipsius exponi vel de perpetua Christi sanctitate, vel Mariæ, vel Ecclesiæ, vel etiam corporis, quibus omnibus convenit appellatio *domus Dei,* vel *templi.* Addi potest Religio, & cultus externus templorum nostrorum, tamquam index, & incitamentum pietatis internè. Hunc quidem versiculum usurpat Ecclesia in officio de dedicatione: Hugo distinguit domum Dei, quæ sit homo secundum corpus, & animam; Ecclesia: Ordo Religiosus: Hospitale, sic enim Galli nominant, ut etiam notat Gulielmus Parisiensis *b*, scriptura: primæ tribuit castitatem, & charitatem: secundæ unitatem: tertiæ concordiam: quartæ pietatem: ultimæ veritatem. Observat Ayguanus in Clericis, qui reddere debent in domo Ecclesiæ testimonia fidei, non sufficere quod sint *sancti*, sicut alii, sed veluti *sanctitudo ipsa*. Discrimen tamen nullum videtur quod statuit inter *sanctiludinem*, & *sanctitatem*, quasi plus illa valeat, quam ista & sit ista ab illa. *Testimonia illa credibilia nimis*, de quibus actum est, persuadent, ut credamus dictam *sanctitatem* de Christo, Maria, Ecclesia, & dignum esse Christum ac Deum, quem colamus animæ templi; materialis sanctitate: hûc esse *decorem*, quo velit Dominus Rex, qui *decorem indutus* initio canebatur, indui, & ornari Ecclesiam suam, & filios suos, quibus ornatur, & induitur velut decoro vestimento. *Oportet*, ait Bernardus *c*, *hoc prolato loco, virum, qui ad ornamentum, & decorem assumitur domus, bonis ornatum moribus esse, & quamvis semper ipse sit intus bonum tamen testimonium habere & ab his qui foris sunt,* Verbis autem istis docet & sanctimoniæ decus, & indeficientis gratiæ exprimi perseverantiam. Agens præterea de dedicatione *d*, scribit dubitari non posse, quin sancta sit Domus Dei, quod *templum est sanctum, & mirabile in æquitate*, & *descendens de cœlo à Deo paratum, tamquam sponsa ornata viro suo f*: Quod ad animam cujusq; transfert, præsertim viri Religiosi. Universalis epithetum Ecclesiæ hoc est, ut dicatur *Sancta:* etiamsi admittat intra se non sanctos. Permansuram in Ecclesia sanctitatem istam colligit hinc August. & post eum Lanfrancus *g*; quodq; non hic, aut ibi tantùm sit domus hæc, sed tota per totum orbem terrarum. Deniq; non sufficit *credibilia testimonia* credere adhibenda *sanctitas*, eaq; *in longitudinem dierum*, idest, quum perseverantia, quæ nos perducat usq; ad æternitatem beatam, quam *longitudo* significat *dierum*, ut alibi docuimus. Nonnihil aliena, & longiùs petita expositio videtur Antonii de Guevara *h*, tellurem, & aquam fide digna esse testimonia, Dei incomparabilem decorem, & inexhausta potestatem ac fortitudinem testantia, clamãtiaq; manifestè mundanam hanc machinam domum Dei esse, ejusq; sanctitate decorari, & onorari, ab eaq; Regi sapientissimè, & vegetari, longævaq; firmitudine stabiliri, tam concordi discordia ferruminatam, (sic ille loquitur.) Alia expositio de Templo materiali Judæorum licèt defendi possit, & *longitudo dierum* de illa dici pro longioretempore, vel nisi obstarent peccata populi, vel de voto ac desiderio, quod habebat populus, ejusq; personam gerens David; vel quatenus typus erat Ecclesiæ; nihilominus multo felicius, & facilius quæ dicuntur hic locum habent in Ecclesia, aut in aliis, quæ cum ipsa conjuncta sunt; prout antea diximus. Argumentatur hinc Galatinus *i* contra Judæos pro CHRISTO nostro, ejusque Ecclesia, quia Templum jamdiu concidit; nec Dei spiritu instinctum Davidem verisimile est quod futurum non erat, optavisse. Eadem ratiocinatio Agellii in Comment.

Sensus loci.

Quo tempore hunc versiculum usurpet Ecclesia

b *de moribus c 6* Observatio Aihuani

c *ser. 46. in Cant.*

d *ser. 5. de dedic.*

e *Ps. 64. 6*

f *Apoc. 21. 2*

g *lib. de Euchar. sub fin.* Antonii expositio longius petita.

h *in Abac. c. 3.*

i *lib. 3. c. 25*

PSALMUS NONAGESIMUS SECUNDUS

Psalmus ipsi David. Quarta sabbati.

1 DEus ultionum Dominus: Deus ultionum libere egit.

2 Exaltare qui judicas terram: redde retributionem superbis.

3 Usquequo peccatores Domine: usquequo peccatores gloriabuntur:

4 Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur injustitiam?

5 Populum tuum Domine humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt.

6 Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

7 Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.

8 Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

9 Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

10 Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

11 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt?

12 Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.

13 Ut mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.

14 Quia non repellet Dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet.

15 Quoadusque justitia convertatur in judicium: & qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

16 Quis consurget mihi adversus malignãtes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

17 Nisi quia Dominus adjuvit me: paullo minus habitasset in inferno anima mea.

18 Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adjuvabat me.

19 Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

20 Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto.

21 Captabunt in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabunt.

22 Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adjutorium spei meæ,

23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Titulus, & Argumentum.

Psalmus ipsi David,

Quarta sabbati.

Titulus psalmi.



AM dictum satis alibi quod attinet ad Titulum, qui non extat Hebraicè, quartam Sabbati, ut etiam disertè Auctor Græcus monet ab Agellio citatus, eam diem indicare, qua recitari psalmus hic solebat, indeque cognoscit, ait idem, quanti fieret, eo quod singulis hebdomadibus diem sortitus est ἰδικ'ζουσαν, propriam & peculiarem. De consuetudine psalmum istum cantandi *quarta Sabbati* consentit Paulus Burgensis, & ex Græcis Euthymius, Nicephorus Blemmida, Appollinarius. Hic carmine rem ita declarat.

τετραδὲ σαββάτων γλυκερὸν Δαυΐδος ἄεισεν.
ἀμφ' ἐνενηκοστὸν ἡκὺ μέλος τρίτατον.
Quaternione Sabbatorum dulce David cecinit.
Circa nonagesimum suave carmen tertium.

Non placet Basilii, seu Theodoreti opinio, titulum istum nec ab iis, qui sunt initio interpretati editum esse, si de LXX. intelligant. Eusebius, præter causſam de cantato psalmo *quarta Sabbati*, addit significari etiam posse quartum mensem, in quo cœpit calamitas civitatis sanctæ bello petitæ à Babyloniis ut narrat Jeremias; At ineptè diceretur *quarta Sabbati*, annum intelligendo per *Sabbatum*. Rationem mysticam reddit is, quem appellant Hier. ex natura ipsa quaternarii; quoniam in hebdomada dies quarta hinc, & hinc tribus diebus cingitur, velut media: idem præterea numerus virtute denarius est, quoniam unum, duo tria, quatuor simul illum efficiunt; quatuor vero Evangelia in Decalogo computantur, ut quodcumq; dicitur in Decalogo, compleatur in Evangelio; nec dissentiat lex vetus ab Evangelica dignitate. Ex Ambrosio *a* videtur quisquis ille est, mutuatus. Tetradem omnibus numeris aptam vocat, & radicem, ac fundamentum decimæ hebdomadis quoq; medium: inscribi psalmum hunc *quarta Sabbati*, eo quod hic numerus medius sit priorum, & sequentium: qui hunc psalmum canit, velut aptis numeris vitam istius mundi transigere, quasi tetragonum, & stabilem, atq; perfectum: in quatuor libris plenum Evangelium, atq; perfectum esse: quatuor animalia mystica esse: mundi istius partes quatuor; ex quibus filii Ecclesiæ: decadem ex isto numero assurgere, quæ decas omnem numerum complectitur: (à δέκεσθαι δεκάδα derivant) quatuor esse ætates hominis, pueritiam, adolescentiam, juventutem, maturitatem. August. prolixius agentem, & inferentem disputationem adversus cultores astrorum, & reprehendentem etiam, aut minus certè probantem eos, qui à vocabulis Deorum denominant *dies Martis, Mercurii, &c.* posteriores Latini sequuntur; causſam tituli esse, quoniam feria quarta facta sunt luminaria Solis, & Lunæ, ut quemadmodum nihil offensa tumultibus rerum inferiorum constanter cursus suos servant; sic nihil commoveamur, impiorum felicitate, & afflictione piorum; nec propterea deflectamus à via mandatorum, & judiciorum Dei, sed in lege ipsius meditemur die ac nocte, illam custodientes, & perficientes, atq; *lucentes tamquam luminaria in mundo, verbum vitæ continentes b*, denique *ut lux mundi c*.

a de Abraham c. 9.

b Philip. 2. 15. 16.
c Mat. 5. 14.

Argumentum.

Ex mysticis istis causſis, quas, ob auctoritatem Patrum veneror, colligitur psalmi argumentum, in quo etiam omnes ferè nostri conveniunt; nempè, ut doceamur patientiam, constantiamq; in adversitatibus, expectando divinam ultionem de superbis, & impiis præsertim exteris tyrannis, ac iniquis etiam domesticis Regibus, & judicibus, quam Propheta partim prædicit, partim optat, & imprecatur: & non offendamur, si prosperè improbis, probis res infeliciter cædere quandoq; videamus; quasi casu cuncta, & sine providentia gererentur. Seipsum autem proferet etiam in exemplum, quod cumulatissimè Dei auxilio & consolatione, hostibus penitus excisis compensatam senserit pristinam tribulationem, atq; mœrorem. Applicant stolidi Rabbini ad populum Hebræum, in cujus persona petat David Messiæ adventum adversus Christianos, aliosq; à quibus in captivitate detinetur. Refelluntur à Valentia, & Lyrano. Sed huic non assentior, & Ayguano, compositum psalmum à Moyse contra errorē de providentia grassantem, suo, & coætanei Job tempore. Omnium Auctor Psalmorum David fuit, ut sæpè dixi. ANec placet opinio priùs indicata ab Eusebio, de captivitate Babylonica. Athanasius hortatur Marcellinum, ut recitet hunc psalmum, si *quarta Sabbati* canere concupiscat: tunc enim traditum Dominum, ultionem de morte sumere exorsum esse, deque ea fortiter triumphasse.

Vers. 1.) Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit.

Sensus loci.

ANtequam exponas querimoniam suam DEO de improbissimis persecutoribus, secum ipsemet loquens ponit, ut certum, ne vacillet circa providentiam, & justitiam ipsius, quod qui solus est verus Deus, potestate præditus ulciscendi suorum injurias, & ad quem unum pertinet vindicandi munus, quiq; reservavit id sibi *d*, semper hactenus libere, atq; confidenter se gessit in vindicando & ulciscendo; eamdemq; in posterum rationem servabit, ut nullius respiciat, seu accipiat personam, neminem vereatur, nulla cujuscquam qualicumq; moveatur conditione, de magnis æque ac parvis quum voluerit, & æquũ esse duxerit, pœnas ultrices repetat, atq; sic occulta etiam scelestorum crimina vel à superiore humana potestate impunita in lucem proferat, coarguat, convicat; exemplari, quod vocant, manifestoq; supplicio afficiat, nemo retardare, aut ullo modo avertere, aut impedire ictum vindictæ possit, si decreverit exercere. Christo ad judicium venturo accommodant aliqui sententiam. Habet autem energiam & emphasin, propter repetitionem, quod bis *ultionum* cognominetur *Dominus*, & propter verbum Hebr. Græcúq; quod explicatur per, *libere agere*, ut mox dicemus.

d *Deut.* 32. 41. *Heb.* 10 30 *Rom.* 12. 19.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum.) Hieron. *Domine* in vocativo. Hebraizantes eodẽ pacto, quia verbum quod sequitur interpretantur in Imperativo. In vetere testamento crebro *ultionum* vocatur *Deus*, sive *capiens ultionem, ulciscens, &c.* Vendicat sibi vindictam in Cantico, Moysis *e*: apud Esaiam *f* ait, *Ultionem capiam, & non resistet mihi homo*: apud Nahum *g*, *Deus æmulator, & ulciscens Dominus, & habens furorem, ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.* Hoc etiam veri signum Dei dedit Gedeon *h*; *Si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram ejus.* Deus laborare feciſſe se queritur illos, qui dicebãt (quod ferè diximus esse argumentum psalmi nostri) *omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent aut certè ubi est Deus judicii* i, ideſt, qui justè judicare dicitur, solet, debet. Refutatur hic error, & blasphemia in ps. 72. ubi docui justos etiam pulsatos eadem tentatione ut Job *k*, Abacuc *l*, Jeremiam *m*, & hanc Ezechiel *n* nominavit *iniquitatem domus Israel & Juda magnam nimis valde, quod diceret, dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.* Nota Ayguanus acutè homines in judicando non esse veros, ideſt, omnino absolutos planeq; perfectos Dominos, quia & supra se alium habent regem universæ terræ *o*, nec debent ex arbitrio, & voluntate propria, sed secundùm leges, ac jura judicare. *Non sinitur huic Domino animæ non reddere, quod debet*, inquit Aug. *p*, *sed si non reddit faciendo justitiam, reddet patiendo miseriam, nec est peccati dedecus sine decore vindictæ; quãvis in futurum judicium servetur ad manifestationem, atque acerrimum sensum miseriæ, quidquid nunc occultissimè vindicatur.* In lege vetere sevetitatis Deus, & ultionis dedit clariora, & plura signa, Din Maria *q*, Nadab, & Abiu *r*, Dathan, Core, & Abiron *s*, Achan, *t* Oza *u*, Ozia *x*; & aliis: & in nova, quæ non timoris ac servitutis est, sed gratiæ, ac misericordiæ, vocatur *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis* y: *& erant appropinquantes ad Jesum publicani, & peccatores* z: Nihilominus flagellum adhibuit Jesus *a*: & Petrus Ananiam & Saphiram verbo extinxit *b*. Maximè proprium est Deo misereri, & consolari, & iratus recordatur misericordiæ *c*, nec obliviscitur misereri *d*. Quin etiam dum vindicat, consolatur, quod affinitas duplicis verbi denotat נקם *nakam*, & נחם *naham* quã eleganter Esaias *e* expressit הויאנחם מריואנקמה מאויבי *hoi ennachem mitsarai veinnakemah meoievai Hen ego consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Ubi tamen *heu* non tam dolentis est, quam insultantis, & ex vindicta consolationem capientis. Sicut enim *justus lætatur videns vindictam* f, ita Deus ipse illam faciendo g. Permittenda Deo vindicta, & ejus arbitrio, ut ante dixi, quum eam ipse sibi arroget, ac vendicet. Scelerata sententia, quod quidem

h Sceleri modus debetur, ubi facias scelus,
Non ubi reponas.

e *Deut.* 32. 43 *Heb.* 1 0. 30. *Rom.* 12. 19
f c. 47. 3.
g c. 1. 2.
h *Jud.* 6. 31.
i *Mal.* 2. 19.
k c. 21. 7.
l c. 13. 4.
m c. 12. 1.
n c. 9 9.
o *Eccl.* 5 7.
p 3. *de lib. arb.* c. 15.
q *Num.* 12. 1.
r *Levit.* 10. 12.
s *Nu.* 16. *toto.*
t *Josue* 7. 1. & *seq.*
u 2. *Reg.* 6. 7.
x 2. *Par.* 26. 19
y 1. *Cor.* 1. 3.
z *Luc.* 15. 1.
a *Ioan.* 2. 15.
b *Act.* 5. 3. & *seq.*
c *Abac.* 3. 2.
d *Ps.* 76. 10.
e c. 1. 24.
f Ps 57. 11.
g *Deut.* 28. 63 *Deut.* 5. 13.
h *Seneca in Thyest. Act.* 5

Impia

Impia & hæc.

In Exip. in Jonc.

* τὴν δ' εὐσέβειαν εὐτυχοῦσι μετὰ κόλου.
τιμὴν ὅταν δὲ πολεμίους δρᾶσαι κακῶς.
θέλῃ τις, ἕδρας ἐμποδὼν κεῖ τι ἰόμος.
Pietatem colere prosperè agentes decet:
Sed quando quis hostes malo afficere cupit,
Huic nulla lex obstiterit.

Immò obstat lex Christi, obstat recta ratio, obstat Athenienſium ἀμνησία, obstat quod, ut ait Auguſt. qui quum vindicare ſe non poſſit, optat à Deo, immoderatè nimirum, vindictam, murmurans quod non vindicet blaſphemus eſt, atq; verendum eſt, ne ſi venerit, priorem ipſum inveniat, & ſeverius puniat hanc blaſphemiam, quam alterius minùs peccatum. Duobus fratribus ignem optantibus in inhoſpitales, reſpondit Chriſtus *neſcire cujus ſpiritus eſſent a*; nam *ſpirituales, ſpiritu præditi ſunt lenitatis b; non ſe defendunt, ſed locum dant iræ c.* Ultorem coluerunt Deum etiam Gentiles, ut Martem, quem & *biſultorem* nominaverunt, à gemina victoria *d*.

a Luc. 9. 55.
b Gal. 5. 1.
Deum ultorem Gentiles coluerunt.
c Rom. 12. 19.
d Giral. Syntag. 10. Ovid. Faſt. Dion. lib. 54.

Liberè egit.) Hier. in imperativo, *oſtendere*. Alii, *ſplendidum te exhibe, fac te conſpicuum, appare, affulge, prodi in lucem*. Quaſi quando diſſimulat, nec vindicat, videatur latere, obſcurus eſſe, non cognoſci, jacere in tenebris. Teſtatur Theodoretus, aut Baſilius, Aquilam, & alios exceptis LXX. vertiſſe ἐπιφανῆναι, *oſtendere*, vel *manifeſtare*. Poteſt הוֹתִיעַ *hophiahh* præteriti temporis eſſe in indicativo, & imperativi modi. Apollinarius expoſuit per optativum, ſed in tertia perſona.

ἔστι ἐρευτιόων βασιλεὺς ποινῆσι δικάζοι.
Nullum erubeſcens, Rex, pœnis diſceptet.

Idem illud Hebræum verbum redditur pſal. 79. *e manifeſtare*, & in 49. *f* cum alio *manifeſtè venire*, & in Deuteron. *g*, *apparuit*. In vetere Pſalterio, & apud Auguſt. *fidenter egit*, in pſalmo autem 11. *h* idem Græcum verbum παῤῥησιάζεσθαι noſter Interpres tranſtulit *fiducialiter agere*. Explicat Auguſt. de libera Chriſti Doctrina & reprehenſione; ita ut admirarentur turbæ *docentem, tamquam poteſtatem i, & non reſpicientem perſonas hominum k*. Qui in verbo non pepercit paſſurus, inquit, parcet in ſententia judicaturus? qui neminem timuit in humilitate, timebit quemquam in claritate? Peperit hæc ei libertas, & veritas, & fiducia odium, tormenta, mortem. Imitari debent qui præſunt, & exercent judicia, vindicantq; publicas, vel privatas aliorum injurias, *ultionum Dominum Deum*, ut liberè agant abſq; perſonarum acceptione, quæ toties cavetur in divinis litteris *l*: ut propter vitæ innocentiam argui meritò nequeat, neq; ſit qui dicere poſſit, *quid feciſti, vel ſtare valeat contra judicium ipſius m*, & reſiſtere; ut *non acquieſcat cujuſq; precibus nec ſuſcipiat pro redemtione dona plurima n*. Quod addit Hugo, *liberè agere*, idem eſſe *quod liberaliter*, & declarat de Deo expectante ad pœnitentiam *o*, & pœnitentibus dante veniam, non adeò accommodatum videtur, quia *liberè agere*, & παῤῥησιάζεσθαι non eſt *liberaliter ſe gerere*; aut *liberalem eſſe*. Summa libertate omnia Chriſtus egit, ſolus ſimpliciter *liber inter mortuos p*, noſq; vera *libertate liberans q*, utpotè *veritas à qua qui liberantur verè liberati ſunt*. *r* Auguſt. aut quis alius *ſ*, explicat Chriſtum *liber egiſſe*, qui *factus eſt ſicut homo ſine adjutorio inter mortuos liber*. *

fc. 33. 2.
g verſ. 16.
h citatt. 7. 28. 29.
i Lc. 22. 17.
k Lev. 19. 15. Deut. 1. 17. c. 16. 19. Job 34. 19. Sap. 6. 8. Eccl. 35. 16. Eſa 42. 2. Rom. 2. 11. Act. 10. 14. & alibi.
l Sap. 12. 12.
m Prov. 6. 33
n Rom. 2. 4.
o Pſ. 87. 5.
p Gal. 5. 1.
q Joan. 8. 32. 36.
r in append. ſer. 32.
* Pſ. 87. 5.

Verſ. 2.) Exaltare qui judicas terram, redde retributionem ſuperbis.

Senſus loci.

POſito illo certiſſimo fundamento, in Dei poteſtate eſſe vindicare, ac ulciſci quum voluerit, nihilq; poſſe impedire, quo minùs id liberè agat, expoſtulat cum eodem, flagitatq; quaſi cunctationem, & moram accuſans, ut exerat ſeſe, nec tacenti ampliùs, vel dormienti ſimilis, differat, diſſimulet, conniveat, parcat; ſed ſua utens libertate, & ſuperiore cunctis potentia, tamquam conſcendens tribunal, ſoliumve judiciarium, commeritam, debitamq; de ſuperbis, qui Deum ipſum ſpernunt, & de iniquis, qui alios lædunt & injuria afficiunt, ferat ſententiam, atq; juſtam rependat pœnam, nec ultra longiùs progredi permittat, ad peſſimum exemplum, & graviſſimum aliorum damnum; quin potiùs exaltantes ſeſe, ac extollentes, & ſuperbientes humiliet, dejiciat, deprimat. Negat Caſſiod. hæc eſſe imperativa verba, ideſt, imperantis modo prolata, ſed per ea oſtendi certi animi ſententiam, & deſiderantis devotionem. Satis uſitata formula non minùs profanis, quam divinis litteris, immò & ita paſſim ipſimet etiam cum Deo loquimur, quaſi videamur imperare, quod amemus valdè, & illi pergratum intelligimus. Transfertur hoc ad judicem Chriſtum, vel ad reſurgentem, & aſcendentem in cœlum, vel ad punientem Judæos, opera Romanorum. Litterali autem ſenſu non placet interpretatio de Ægyptiis, quorum Rex Pharao contemtim ſuperque interrogabat *quis eſt Dominus? neſcio Dominum s*.

s Exod. 5. 2. Iſa. c. 35.

Exaltare.) Hier. *elevare*, & alicubi *u* addit, *Domine*. Alii, *attollere, elevate, conſcende tribunal*. Idem alibi ſæpius *x* petit David, ut exaltetur Deus, vel dextera ejus, vel ipſe in virtute ſua, &c. quæ deſignant vel ex ſuperiore loco judicantem; vel foris ferientem; vel ſuam gloriam efferentem, ac manifeſtantem. Tantùm decet eminere aliorum judicem virtute, quantum poteſtate, ac dignitatis loco ſuperat: oportet velut è ſpecula, & loco ſuperiore cognoſcere de quibus judicat; debet extare, & excellere; non ſeſe ad ea demittere, & abjicere, quæ condemnat in aliis: neceſſe eſt, *ut honorificet miniſterium ſuum*; *y* nec ſe ſinat contemni *z*, ſed tueatur auctoritatem, ſicque vivat, ut nemo videri melior eo poſſit, nemo contemnere audeat. Hieronymus *a* exponit peti, ut Deus exaltet, ac elevet nos.

x Pſ. 7. 7. Pſ. 10. 12. ſec. Heb. Pſ. 27. 47. Pſ. 20. 14. Pſal. 6. 12. Pſ. 81. 14. Pſ. 107.
y Rom. 11. 1.
z 1. Tim. 4. 12. Tit. 2. 1.
a ſupra.

Qui judicas terram.) Qui terram habitant, vel habitaverunt, vel habitabunt, ſi de Chriſti agamus generali judicio, quamvis & ſuo modo judicabuntur Angeli, ut alibi docuimus. De Judice terræ, ſeu orbis terrarum, ſæpè hoc pacto pſalmi loquuntur *b*, tum propterea quod de hominibus præcipuè judicium univerſale erit; tum, quia nunc id agitur ut de judicandis hominibus mentio fiat; tum quia innuitur antitheſis, vel comparatio ad alios, *qui judicant terram c* Deo inferiores, quoniam *eſt Deus judicans eos in terra d*, & eumdem ſurgere David alio in pſalmo *e* rogat judicare terram. Expoſitio Hugonis longiùs petita, ut *judicare terram* ſit condemnare amatores bonorum terrenorum, & ſapientes terrena, quaſi non ſint judicandi, ſed judicaturi cœleſtes homines. Etiam iſti judicabuntur, quamvis non condemnabuntur. Conſentire nihilominus Hugoni Ayguanus videtur. Sed abhorret hoc à litterali ſenſu, & quiddam involvit non verum, ut jam dixi.

b Pſ. 9. 9. Pſ. 81. 8. Pſ. 95. 13. Pſ. 97. 9.
c Pſ. 2. 10.
d Pſ. 57. 12.
e Pſ 81. 8.
Expoſitio Hugonis longè petita rejicitur.

Redde retributionem ſuperbis.) Hier. *viciſſitudinem*. Nomen *ſuperborum* indicat retributionem, ac viciſſitudinem malam; quod etiam epithetum Paraphraſtes expreſſit. Egimus *f* alibi de nomine ἀνταποδοσος, vel ἀνταποδότου גְּמוּל *ghemul*, retributionis. Omninò ſimilis imprecatio in pſal. 27. *g* *Redde retributionem eorum ipſis*, nempè peccatoribus, & operantibus iniquitatem. Ceterum hoc loco *ſuperbi* vel comprehendunt omnes peccatores, quia *omnis peccati ſuperbia principium h*, & quivis peccator quatenùs Deo ſeipſum præfert, ſuperbus eſt, ut alias oſtendi ex oppoſita comparatione cum humilibus, ſive mānſuetis, ſcribitq; Proſper *i*, quod nullum peccatum fieri potuit poteſt, aut poterit ſine ipſa; ſiquidem nihil aliud omne peccatum, niſi Dei contemtus eſt, quo ejus præcepta calcantur; vel ſecundùm propriam notionem ſumuntur. *Superbi* ſoſent alios opprimere, non credunt, aut non patiuntur alium ſuperiorem. Hinc proindè perſpicitur magis Dei vindicātis oppreſſos juſtitias & opprimentes punientis potentia. Dicitur *retribuere abundanter facientibus ſuperbiam k*; & quum de judicio mentio fit, peculiariter ſuperventurum ſcribitur ſuperbis. *Dies Domini exercituum*, ait Eſaias *l*, *ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur, & ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles elevatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum*. Ayguanus tres cauſſas aſſignat, cur ſuperbiæ peccatum præ ceteris punitione dignum ſit, tamquam majus malum; quia eſt magis ſpirituale, & à ſpiritibus, maliſq; Angelis incepit: quia non parcit perſonæ, tempori, loco: quia difficilè cavetur, & curatur. Aliis ille, ac pluribus verbis iſta perſequitur. Appellat Paulus *m* ſuperbiam judicium diaboli, & quum cavet in Epiſcopo alia vitia, ut vinolentiæ, percuſſionis, &c. nullā rationem reddit, quia ſatis nota erant: quum verò ne creetur neophytus, ne inquit, *in ſuperbiam elatus, in judicium incidat diaboli*. Deniq; nulla eſt pagina ferè ſanctorum librorum, inquit Auguſt. *n*, in qua non ſonet, quod Deus ſuperbis reſiſtit; cui ſententiæ Baſilius *o* ſcribit, ſi quis fidem habeat, mederi poſſe ſuperbiæ ſuæ. Retributionis, ac viciſſitudinis exemplum egregium in Apocalypſi *p*. *Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis, & duplicate duplicia ſecundùm opera ejus; in poculo quo miſcuit, miſcete illi*

f Pſ. 18. 12. Pſal. 27. 4. Pſal. 90. 8.
g verſ. 4.
h Eccl. 10. 7.
i lib. 3. de vita contempt. c. 2.
Omne peccatum Dei contemptus
k Pſ. 30. 24
l c. 2. 12.
Tres cauſæ cur ſuperbiæ peccatum præ ceteris puniatur.
m 1. Tim. 3. 6
n 3. de doct. c. 23.
o Regu. 55. brev.
p c. 18. 6. 7.

te illi duplum, quantum glorificavit se, & in deliciis suis, tantum date illi tormentum, & luctum, quia in corde suo dicit, sedeo regina, &c.

Vers. 3.) Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur.

Vers. 4.) Effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur injustitiam.

Sensus loci. NImiam in puniendo tarditatem Dei conqueritur apud Deum ipsum, quod amplius ferenda non videatur nimia, ob impunitatem impiorum, licentia, insolentia, superbia, effrænis etiam adversus Deum ipsum blasphemia, & contra servos ejus obtrectandi procax audacia. Acrimoniam habet per modum zelantis, indignantis, dolentis, sciscitantis, cum Deo ipso colloquentis repetita oratio. Similis in nonnullis præcedentibus psalmis *a*, sententia, nec non Job *b*, Jeremia *c*, Abacuc *d*, Malachia *e*; & in 72. Psalmo accuratè querimonia ista exponitur de toleratis improbis, eorumque prosperitate. Talis erat etiam Pharisæorum conquestio, quod peccatores Christus reciperet, ut demonstrat parabola de filio frugi, & prodigo *f*, quemadmodum à Theophylacto *g* notatum est, qui etiam explicat quod prior querebatur sibi negatum hædum; significare justum dolore aliquando, quod non puniatur improbus, & sic ipse conquiescat velutique reficiatur, ita ut Eliæ Achab fuerit veluti hœdus, & Saul Davidi nostro, qui hunc deploret, *Usquequo peccatores*, &c. Quod Augustinus de nostro hoc loco ait, dici de illis aliis, & similibus potest, compati nobis ea Scripturarum loca, & spiritum Dei nobiscum quærere in ipsis, non quia nesciant, sed ideo nobiscum quærere, ut in illis inveniamus, quod nesciebamus: quomodo qui vult aliquem consolari, prius cum illo condolet, & sic reficit eum sermone consolatorio.

a *Ps.* 75. 10 *Ps.* 88 47. b c. 21. 7 c 12. 2. d c. 1. 13. e c. 3. 14. f *Luc.* 15. 1 31. & *seq.* g *ibid.* Justus aliquando dolet quod non puniatur improbus.

Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur?) Hieronymus, *usquequo impii, Domine, usquequo impii exaltabuntur?* Exprimit Paraphrastes querimoniam de prosperitate, *usquequo improbi prosperitate fruiti sunt, Domine, usquequo improbi sedebunt in tranquillitate?* Rectè monet Trevetus in translatione Hieronymi aut mendum esse, legique debere, *exultabunt*, aut, *exaltabuntur*, positum quia *exultantes*, corde exaltantur. Verbum Hebræum futuri temporis *jahbalozu*. Bis repeti peccatores Euthymius vult, quia & in Deum, & in proximum peccant. Hugo interpretatur de dæmonibus, quibus addi possunt homines. Exaggerationem, ut prius indicavi, repetitio importat, *usquequo*, diuturnitatem: cetera, quod peccatores de peccatis glorientur, eaque manifestent, & verbis, & factis. Ambrosius *h*, qui psalm. hujus argumentum simile facit argumento 72. interpretatur præsentem sententiam, quod qui habent hic umbram illem gloriam, ubi de sæculo excesserint, fructum consolationis habere non possint. Quasi ex affectu compassionis loquatur nunc David, quod peccatores inaniter glorientur. Rursus *i* tamen existimat induci à Davide hic loquentes quos superbia inflatos asserit; & ipse nihil affirmat tam superbum, quam quum qui sub peccato sunt, alios indignè ferant peccatores vivere, dicentes: *Usquequo peccatores*, &c. Melior prior Ambrosii sententia cum communi conveniens, ut ipsemet loquatur Propheta, vel quivis justus, cujus ille personam induat, ac ægrè ferat vivere peccatores, ac vigere tamdiu, & de sua gloriari impietate, atque exultare. *Nunc autem exultatis in superbiis vestris*, ait Jacobus *k*: omnis exultatio talis maligna est, nempè *lætari cum male feceris, & exultare in rebus pessimis*; prædicare peccatum suum, sicut Sodoma *l*; ac *fronte meretricia nolle erubescere* m. Hæc summa iniquitatis nota, cum nullus peccati pudor est, & sic peccatur, quod Cyprianus *n* deplorat suo factum tempore, scilicet apud Gentiles; quasi magis per ipsa peccata placeatur.

Sensus loci. h *in Ps.* 72. i *l. offic. c. 34* k c. 6. 16 l Prov. 1. 44 m Es. 3. 9 n Jer. 3. 3. *vet. Demetr.*

Effabuntur, & loquentur iniquitatem.) Hier. *fluent loquentes antiquum.* Alii, *effutient*, seu *ebullient*, *loquentur dura*, seu *superba*, nempè *verba*. idest, erumpent, ut loquantur verba fastuosa, & cum fastu, ut antiqui, qui ipsa sibi antiquitate auctoritatem, grandioreq; ætate. & usa longo rerum pepererunt, & esse severiores solent. Vel *loquentur*, ut Nebiensis exponit *inveteratam malitiam*, quasi repetentes illud Pharaonis, *quis est Dominus? nescio Dominum*, ut observat Trevetus Chaldaicè *effutient*, sive *affluent*, & *loquentur calumnias*, aut *iniqua*. Hebræa sunt ידרו עתק *jabbiu jedabberu hhatak.* Primum verbum declaratum est psalmo 77. *o loquar propositiones*, & in 18. *p Dies diei eructat verbum*, & in 58. *q Ecce ipsi loquentur in ore suo.* Vertitur præterea *eructandi* verbo in 118. *r* & in 144. *s* & alibi, proprieque significat *fundere verba ex ore velut ex vena, fonte, scatebra, & quasi ebulliendo, atque cum impetu effluendo*. Ergo hic denotatur sermo iniquorum prolatus cum affluentia, impetu, ebullitione, severitate, atrocitate, cum ampullis, bullisve, quæ in ebulliente existunt aqua. Vocavit Horatius *t ampullas* verba turgentia, tumida, inflata, & ampullari *u* similia loqui: eademque ratione M. T. *x* ἀπαυθάς usurpavit, & Plinius *y*, petita à vasculis metaphora, orificio angustiore, turgidiore ventre; vel à tumore, sine bulla, & alii ἀπαυψίζειν: etsi hoc ad exquisitam potius pertinere orationem velint. Adi Horatii bonum Interpretem Torrentium, item Turnebum *z*, & Calaneum *a*. Non inepte Bartholomæus Botta sic rem expressit carmine.

o *vers.* 2. p *vers.* 3. q *vers.* 8. r *vers.* 7. t *in Arte.* u *lib.* 1. *ep.* 2 x *lib.* 1. *ad Art. ep.* 12. y *lib.* 1. *ep* 3. z *lib.* 4. c. 5. *lib.* 36. c. 28 *in Plinium*

Quo Deus usque feres illorum grandia verba?
Os tumidum fastu sesquipedale sonat.

In Psalterio vetere, & apud August. legitur, *respondent*, in Romano, apudq; Cassiodorum, pronunciabant. Quasi loquentes iniquitatem improbi antiquam, malitiam, verba dura, & sæva videantur proferre effata, responsa, pronunciata, veteres, ac receptas sententias, scita veterum, rata decreta Nomen ultimum textus Hebræi עתק *hhataK* significat *vetus, durum, forte, tumidum.* Occurrit jam prius in Ps. 30. *b* & 74. *c* in ultimo, *Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.* Hieron. *in cervice veteri*, alii, *in cello duro*, *præfracto, pingui, in gutture quodammodo inflato*. In alio. *Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum iniquitatem.* Hieronym. *dura.* In Cantico Annæ *d*, quod legimus, *Recedunt vetera de ore vestro*, Græcè est μὴ ἐξέχθετω μεγαλορήμοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, *non egrediatur magniloquentia ex ore vestro* Cyprianus *e*, *Non procedat*, vel *extat magniloquentia.* Augustinus *magniloquium*, Hebraicè יצא עתק כפיפם *jetse hhuthak miepichē*, & supplenda est negatio אל *al*, ex præcedente illius loci membro. Chaldæus interpretatur ibidem, *blasphemias*. Alii, absque particula negante, *egrediatur*, ideſt, *cesset asperior sermo ex ore vestro*: vel cum illa particula, *neque egrediatur verbum arrogans de ore vestro*: denique *recedat*, ut Cajetanus exponit *fortitudo de ore vestro*, ne videlicet vos de illa jactetis, & illam venditetis.

b *vers.* 19 c *vers.* 6 d 1. *Reg.* 2. 3 e *li.* 3. c. 4 & *ad Novatia.*

Loquentur omnes qui operantur injustitiam.) Hier. *gerrient*, ad modum avium loquentes, *sine ratione*, inquit Trevetus. Alii *magnificabuntur*, vel, *jactabant se, extollent, prædicabunt, gloriabuntur.* Chald. *dicentes verba opprobrii.* Verbum יתאמרו *itthammeru* conjugationis ultimæ, quæ significat *reciprocam actionem ad seipsum*, rectè transfertur illis ultimis modis, quia qui se laudat, sponte ipse se excitat, atque, ut ita dicat, facit seipsum de se loqui, quod quia vanum, inane, & irrationabile est, bene etiam *garriendi* verbo declaratur, quoniam avis garriendo ipsa se provocat, velutique laudat, & gloriatur ac interdū contendit cantu cum alia Semel adhuc apud Esaiam *f* extat idem verbū in secunda persona, posito tamen י *jod* in medio pro א *aleph*, *in gloria eorum superbietis* נכבורם תאמרו *bichuodam thiammeru*, quod Vatablus exponit, *oblectabitis vos ipsos*: alii, *jactabitis vos*, *exaltabitis*, *magnificebitis.* Chald. תהפנכון *thithpannekn, lætabimini.* Græcè ἐν τῷ πλάτει τῷ αὐτῶν θαυμασθήσεσθε. *in divitiis eorum admirabimini*, seu *eritis admirabiles.* Interrogationi factæ, *Usquequo*, seu *quamdiu*, & *quo tandem perdurabit*, ac *pertingat peccatorū superbia*, & *iniquitas*, & *cur Deus bibere finat agere progredique*, multę reddi causſæ possent. Una infra *g* indicatur, *donec fodiatur eis fovea*, & *compleantur iniquitates eorum* h. Aliæ sunt, vel ad exercitium justorum; vel ut iis pœnitentiæ spatium, locusve concedatur; vel, ut si hoc aburantur, magis inexcusabiles fiant; vel, ut vis liberi arbitrii illorum magis perspiciatur; vel, ut bonitas & justitia Dei magis innotescant. Qua de re dictum non semel. Observat etiam Hugo ter *loquendi* verbum de peccatoribus dici (potuit & quater affirmare, addendo verbum *gloriandi*) semel *verbum* operandi; quoniam potentiores inquit sunt in lingua mali, quam in manu. Sic enim scripsit Esaias *i* de quodam, quod *superbia*, & *arrogantia ejus*, & *indignatio ejus, plusquam fortitudo ejus*: & Jerem. *k* induxit Deum dicentem, *Ego scio jactantiam ejus*, & *arrogantiam*, *eo quod non sit juxta eam virtus ejus*, *nec juxta quod poterat conata fit facere*: & Sapiens *l* ait, *quod omnes insipientes*, & *infelices supra modum animæ superbi sunt*, ideſt,

f 17. *de Civ.* c. 4. g c. 65. 6. h *ver.* 13. i *Gen.* 15. 16 k c. 16. 6. l c. 48. 30 m c. 15. 14.

dest, supra vires, plusque quam valeant. Sed apud Jere-A
z *in Jerem.* miam, qui de Moab agit, sicut & Esaias, R. Joseph Kimhi *a* exponit; *Ego novi impregnationem ejus*, videlicet ex incesto concubitu; quæ cogitatio valet, quemadmodum & similes defectus natalium, rerumve aliarum, ad comprimendam arrogantiam. Attingit Ayguanus quæstionem.
Peccatum prius commissum levius est, quam de commisso gloriari. Utrum gravius peccatum quod primo committitur, vel de commisso gloriari, respondetque hoc secundum; quia qui gloriatur, & lætatur quum simili mala voluntate ei, quam prius habuerat, novam delectationem, & gloriationem habet, hocque deterior præterea videtur; quod absente objecto, vel etiam fomite, quibus antea incitabatur, adhuc placet peccavisse; & ex malitia jam quodammodo peccat. Notat idem auctor præterea, nonnullos gloriari ipso peccandi proposito, sive expectatione, cujusmodi diverserat, excitans seipsum ad fruendum bona, quæ sibi comparaverat *b*, alios, dum peccant, de quibus sub numero unius in
b *Luc.* 12.19 alio Psalmo *c*, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in*
c *Ps.* 61.3 *iniquitate?* quosdam post peccatum, & *cùm male fecerit* d.
d *Prov.* 2.14 Tandem Basilius, vel Theodoretus, volunt non postulari B
hoc loco exitium istorum; sedne prævaleant, & ne habeant *ἄξιον λαν ἐφόδιον εἰς ἀδικίαν potestatem veluti viaticum, & instrumentum ad injustitiam*. Certè justus hoc esse contentus debet, nec lætatur videns vindictam; nisi quia sic visum Deo, nec melius malis remedium eat.

Vers. 5.) Populum tuum Domine humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt.

Vers. 6.) Viduam, & advenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.

Sensus loci. SUmma capita enumerat malorum, quæ superbi, peccatores, operatores injustitiæ cum summa superbia, & protervia perpetrarunt. Afflixerunt Dei populum, & quos ille sibi in peculium, peculiaremve delegit hæreditatem, variis injuriis, damnisque affecerunt: sævierunt etiam atque crudeles manus intulerunt personis omni humana destitutis ope, & quarum gerit ipse singularem curam, & geri ab aliis præcipit, viduis, peregrinis, orphanis, ut ostendi Ps. 67. *e* Itaque tacitè exigit à Deo, at suasmet, C
e *vers.* 6. ac proprias ulciscatur injurias: & qui dici *ultionum Deus*
f *Judic.* 6. 31 *g Esa.* 41.4 *Psal.* 78.10 *solet*, seipsum ulciscatur, ne quis illud usurpet *f*, *Si Deus est*, *vindicat se de eo qui suffodit aram ejus*, idest, qui attrivit cultores suos: & exprobret *g*, *ubi est Deus eorum?* Ad indignationem adversus hostes, ait Græcus auctor ab Agellio citatus, excitat Deum, dum dicit populum Dei esse, qui humiliatur, hæreditatem, quæ vexatur. Admonet item Deum officii sui, quod est, ut modo dixi, miseras depositasque personas potissimum tueri, atque vindicare.

Populum tuum Domine humiliaverunt.) Hieron. in futuro, *conterent*. Alii in præsenti *conterunt*, *opprimunt*, *commolunt*. Importat יד כאו *iedacchu contritionem*, & *comminutionem*. Tempus autem futurum denotat, verendum, ne quod jam factum est, adhuc fiat, pro inveterata nocendi consuetudine, & insita in Dei populum malevolentia. Humiliatio dejectionem sonat, & quod Apollinarius ait, *δαπέδφησον θέσθαι, solo æqualem ponere*, sive *solo adæquare, humi dejicere, subjicere, submittere, supponere*. Humilitatis virtutis tribulatio, tentatio, persecutio occasionem quidem dat, sed non est hic de virtute sermo, quidquid Ayguanus dicat. Juxta tropologiam, vel accommodationem, concedi potest sensus iste. Prioris generis est quod affert Hugo, conari dæmones, vel improbos etiam homines, impedire motus bonos, ut de Deo memoriam: *vexare hæreditatem Dei*, hoc est, turbare contemplationi deditos, &c. Applicat etiam eadem mala malis Sacerdotibus, & Prælatis. Tale quod est apud Græcum
h *serm.* 100 *h*, Dominum habere populum in nobis, secundùm rationem nostram, & motus rationales ordinatos, hæreditatem secundùm affectionem, & ordinatam in eo charitatem; populum enim constare rationabilibus; humiliari quando animus ad inferiora se dejicitur, per mundum, seu mundi prudentiam, per habendi cupiditatem, carnem, vel prudentiam carnis, per voluptatem: diabolum, per vanitatem, sive vanam gloriam: charitati convenire nomen *hæreditatis* ab hærendo, quia est de immobilibus; fides, &
i 1. *Cor.* 13. spes de mobilibus, quatenus evacuantur *i*: hanc hæreditatem vexari in justo, ut ei *vexatio det intellectum* k; sed non
k *Esa.* 28.19 l *Can.* 8.7 m *Rom.* 8 38.39. amitti, quoniam *non possunt eam extinguere aquæ multæ* l; nec justum quid *separare à charitate Christi* m.

Et hæreditatem tuam vexaverunt.) Hieronymus, *affligent*, significat *ἐκάκωσαν malis affecerunt*, & יענו *jehannu* in piel involvit *vehementem afflictionem*. Cur autem populus Hebræus appelletur hæreditas Dei, alias docuimus. Quæ appellatio multo magis convenit populo Christiano, *regenerato in hæreditatem incorruptibilem*, &c. *secundum misericordiam Christi magnam* n.
n 1. *Pet.* 3.4

Viduam.) Lege citatum Psalmum 67. *o* Per allegoriam Philo *o* nationem Judæorum similem ait pupillo, & viduæ, cui nullus fert opem nisi solus Deus: ceteras nationes juvare se in calamitatibus mutuis commerciis, Judæis ob diversitatem morum, & rituum neminem ferre opem. Animam cujusque justi præcipit Augustinus *q*, existimare se viduam, & desolatam, quamdiu peregrinatur à Domino, suamque viduitatem Deo defensori viduarum assidua, & impensissima commendare precatione. *Si in deliciis vivis, vivens mortuus es* r, *nomens habens quod vivas, quum mortuus sis* s. Intemperantis vivere mori esse, & contra, nec tam viventem dici, quam cadaver debere auctores quoque profani *t* scripserunt.
o *vers.* 6 Allegoria.
p *lib. de fugatione, sive de offic. Trine.*
q *Epist.* 121.
r 1. *Tim.* 5.5
s *Abuc.* 3.1 Intemperantis vivere est, mori.
t *Euripid. & Sophoci.*

Et advenam.) In textu Græco immutatur ordo, quia ponitur in hoc membro *τὸ ὀρφανον, & pupillum*. Theodotio pluraliter *ὀρφανὸς pupillos*, qui sunt in sequenti, in illo autem *τὸ προσήλυτον*, pro quo est hìc, *& advenam*, & cujus loco vetus Psalterium habet, ac August *proselytum*, cui facit synonyma *peregrinum, adventitium, advenam*. Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, item Bartholomæus Botta putant hoc loco sumi *proselytum*, pro eo, qui ex Gentili factus esset Judæus. Apollinarius vocat ξένους *peregrinos*. Agnosco illam notionem *proselyti*, de qua in Actuum *u* egi commentario, sed non ubique illam puto esse, ubi extat id nomen. Nam cum in Exodo *x* cavet Deus, *ne advenam contristem* προσήλυτον גר *gher* caussa redditur, *quia & ipsi Hebræi advenæ fuerunt* προσήλυτοι גרים *gherim in terra Ægypti*, quod profecto non significat alienæ religioni aggregatos. Est quidem verum quod Abulensis *y* docet latinitate donatum *proselyti* vocabulum non reperiri in libris Moysis, sed primum in Paralipomenon, Tobiæ, Ezechielis, & postea in novo Testamento, tamen in textu Græco legitur non apud citatum Exodi locum dumtaxat, sed in alio ejusdem libri z, *Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam ἐὰν δέ τις προσέλθῃ ἐνύμῖν προσήλυτος*; Item: *Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos, καὶ τῷ προσηλθότι προσηλύτῳ ἐνύμῖν*. In Levitico *a* vocantur προσήλυτοι προσηλυμένοι, *proselyti adjecti*. Deuter. *b* jubetur, ut *sive sit civis sive peregrinus*, προσήλυτοι audiatur, nec ulla sit in ea re *distantia*. Rursus eodem libro *c* scribitur, quod *facit Deus judicium pupillo, & viduæ, & amat peregrinum* גר *gher* προσήλυτον, *& dat ei victum, atque vestitum*. Item, *quod maledictus* d *est, qui pervertit judicium advenæ*, προσηλύτου, גר *gher*, *pupilli, & viduæ*. Quæritur præterea Deus apud Malachiam *e*, de illis, *qui humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt* גר *gher* προσήλυτο. Existimo in hoc loco Psalmi non agi de Gentili converso ad Judaismum, sed de quolibet *peregrino*, quem contingeret divertere per Judæorum regionem quacumque de caussa. Idem judicium de Ps. 145. *f* *Dominus custodit advenas* προσηλύτους גרים *gherim pupillum, & viduam suscipiet*, & ibidem legit Augustinus cum vetere Psalterio, *proselytos*. Hilarius *proselytum* in singulari, Apollinarius. νεήλυδα. Denique nulla caussa est, cur hìc sumatur *advena* προσηλύτῳ גר *gher*, aliter quam pro quovis *peregrino*, quoniam generalis querimonia est de injuriis illatis miserabili cuicumque personæ, nimirum, *viduæ, pupillo, ac peregrino* etiam. Ex Latinis unum Trevetum legi, qui sentiret cum Græcis. Lyranus exponit de Hebræis in Ægypto: ceteri universè de quolibet *peregrino*. De locis Deuteronomii eadem posset ratio esse, maximè de posteriore. De spirituali *peregrino* dixi explanans Petrum *g*, & Psalmum 38. *h*.
y *in Matt.* 25 *q.* 87.
z *c.* 12.48.49
a *c.* 17.8
b *c.* 1.18
c *c.* 10.16
d *c.* 27.19
e *c.* 3.5
f *vers.* 9
g *in* 1. *ep.* 2 11.
h *vers.* 15

Interfecerunt.) Non tantum vitam re ipsa eripiendo violenté, sed, ac fortasse potius, ut Hugo explicat, spoliando, & auferendo viduæ substantiam & pupillis, & peregrinis, unde vitam tolerabant; nam *panis egenorum vita pauperũ & qui defraudat illum homo sanguinis est; qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum, qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* i Adversus inhospitales egi aliis in commentariis meis, nec repetenda sunt eadem, licet id factitari videam à Sanctis Patribus, & Augustinus, quum quædam transcripsisset ex opere de Civitate *k* Dei in libro de cura pro mortuis *l* ad sepulturæ caussam rationemque pertinentia, pro-
i *Eccl.* 34.25
k *lib.* 1. *c.* 13
l *c.* 2. & 3.

propterea se fecisse dicit, quia facilius recenserit potuit, quam idipsum alio modo eloquendum fuerit; Ego tamen nisi me mea memoria fallat, repetitionibus abstinere soleo.

Et pupillos occiderunt.) Monui prius ordinem alium in textu Græco esse, & hos rejectos in præcedens membrum; legere etiam quosdam singulariter *pupillum*. De *pupillo* autem alibi egimus, quidem ab *orphano* differat, licet hoc *orphani* Græcum nomen hic habeatur.

Vers. 7.) Et dixerunt, non videbit Dominus nec intelliget Deus Jacob.

Sensus loci

ADmodo dictam iniquitatem adversus proximum, accessit contra Deum prava sententia blasphemaque oratio ut illum injustissime homines latere posse sibi persuaderent, & aliis quoque persuadere conarentur, ac propterea summa grassarentur licentia, quod crederent minime considerantur Deum crimina ipsorum, vel eorum rationem habiturum ut vindicet, puniatque. Dixerat Deus in *a* lege, se si qui *viduam, & pupillum læderent foreut illi,* B
a Exo.22. 23.24 *vociferarentur, & ipse audire clamorem eorum, & indignaretur furor ejus percuteretque illos gladio, & essent uxores eorum viduæ, & filii eorum pupilli:* hi autem *effantur* & *loquuntur iniquitatem, loquuntur operantes injustitiam,* nihil horum verum esse. Certe ita se gerunt ac si prorsus non crederent, & contradicerent, etiamsi alioqui profiteantur veram religionem. Irritatur acerrime Deus tali blasphemia. *Et erit in tempore illo,* inquit apud Sophoniam *b scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in faucibus suis fæces,* licet interpretari *colluvionem* aliorum peccatorum, ex qua tam putidus error exisit, *) qui dicunt in cordibus suis, non faciet bene Dominus, & non*
b c.1.12
c Lucret.l.1 *faciet male.* Quod aliter cecinit Poeta profanus *c*.

Ipsa suis pollens opibus, non indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Malachias inducit conquerentem *d* Deum, *Invaluerunt super me verba vestra, & dixistis quid locuti sumus contra*
d c.3.v.13. 14. 15 *te? Dixistis, vanus est qui servit Deo, & quod emolumentum quia custodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, si quidem ædificati sunt facientes iniquitatem,*
e vers. 5. *& tentaverunt Deum, & salvi sunt.* Ibidem *e*, vero antea comminatur, *Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & perjuris, & qui calumniantur mercedem*
f c.4. 7 *mercenarii, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me.* Eamdem adhuc prius quærimoniam *f* exposerat. *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis, in quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: omnis, qui facio malum, bonus est in conspectu Domini; & tales ei placent aut certe, ubi est Deus judicii?* Apertior
g c.22.13 14 adhuc illius impudentia, quam Job refert *g*. *Et dicis, Quid enim novit Deus? & quasi per caliginem judicat. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa cardines cæli per-*
h vers.11 *ambulat.* Dictum de re tota psalmo 72. h *Et dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso.*

Et dixerunt.) Dixi sæpe *dicendi* verbum usurpari, sive qui utatur sermone extremo, sive intus loquatur se- D
cum dumtaxat, sive submissa tantum voce, quam solus exaudiat. Apollinarius sic explanat.

καὶ ὅπιν ἐρανὴν ἀκοίλητον ἐμπάζονται,
τὰ γὰρ Ἰακώβου δόκεων θεὸν ἴδμεναι ὔβριν.
Neque vocem cœlestem regiam curabant
Non enim Jacobi, putabant Deum intelligere calumniã.

Euthymius etiam recte ennotat hæc tametsi ipso ore ac lingua non sæpe dicant, corde tamen persæpe intra se revelvere iniquos homines: neque enim tanta umquam ausuros, nihil hujusce modi sententiis vel cogitatione saltem subscriberent.

Non videbit Dominus.) Sic ille apud Job *i*, de quo memini, *quid enim novit Deus*: & in psal. 72. *k* Alii *Quomodo*
i c.22.13 k vers.11 *scit Deus, & si est scientia in excelso?* quasi remotior sit impedimento locus, & ὁ ἰσχυρὸς, quo nomine utuntur Lxx. in Job, idcirco sua fortitudine uti non valeat, quia cognitione infirmus est: nec sufficiat dominum esse, quod hic nomen extat, si desit notitia. Idcirco Samuelis mater jubens recedere vetera de ore impiorum μεγαλορρήμονα φύσιν, ut jam prius notavi, occurrit isti magniloquentiæ, atque sublimibus adversum Deum verbis, quia Deus אל *el, fortis, scientiarum Dominus*, ideest, fortis, ac potens in scientia, *& ipsi præparantur cogitationes*, hoc

Aest, novit opera omnia, cogitationesque hominum.

Nec intellige Deus Jacob.) Denominatio Dei à Jacob, auget blasphemiam, quia Dei circa istum Patriarcham providentia singularis extitit: Cujus etiam denominationes alias alibi causas reddidimus. *Perversa est hæc cogitatio,* inquit Esaias *l*, *quasi si lutum contra figulum cogitet,* di-
l c.29.10 m Eccl. 23. 25.26 centium, *quis videt nos?* Talis insania dicentis *m*; *quis me videt? quem vereor?* & senum, qui cùm evertissent sensum, & declinavissent oculos suos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum dixerunt, *nemo nos*
n Dan 13.19 20 o. Ezech.8. 12 *videt n*, & aliorum seniorum domus Israel dicentium, *non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram* o.

Vers. 8.) Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.

Sensus loci

ACris, vehemensque reprehensio, & admonitio salutaris, ut aliquando tandem redeant ad se vecordes, & omnium mortalium insipientissimi, ac stultissimi, adeoque fatuas de Deo exponant opiniones, & animum reflectant ad rationem, quæ crassissimi, pernicioisissimi, turpissimi eos erroris convincet, efficietque, ut insitam veram de Deo notionem à natura, quam vix est, qui habere non possit, concipiant; & se quod obliti videntur, homines esse, rationales cognoscant. Talis dicendi formula in Psalmo 2. *p* Deuteronomio *q*, Jeremia *r*, & Christus ipse aliquando *stultos* appellavit *s*.
p vers. 10. q c.32.5 r c.5.21 s Mat.24.17 Luc.11.40

Intelligite insipientes in populo.) Hieronymus, *stulti*, Felix, et Cajetanus, *bestiales*. Campensis, *bestiis non multo præstantiores*. Hebræum nomen בערים *bahharim*, significat *ardentes*, nimirum furore. Redditur etiam בעֵר *bahhar* in aliis psalmis, *ad nihilum redactus* t, & *iterum insipiens* u, significat vero בעיר *behhir animal, iumentum, pecus*. Sic etiam non ut poeta, sic bonus Christianus.
c.12. 20. c.24.25 t psf.72.22 u psf.91.7. psf.48.21

Gens ergo bruta penitus ignorantia,
Obsessa pectus, somnolentum discute
Animi veternum, & cogita tecum, &c.

In Psalterio vetere, ac Romano *(intelligite nunc qui in-* C
sipientes estis in populo.) Ita quoque Cassiodorus, Augustinus, Arnobius. Psalterium autem quo utitur Ecclesia Ambrosiana omittit, *qui estis*, legitque, *intelligite nunc*, &c. Alibi August. *x* pro, *nunc*, legit, *ergo*. Græcè συνέτε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ ubi δὴ cui nil respondet Hebraicè, significare *nunc* potest, et *ergo*. Synesis vero exigitur in imprudentibus, hoc est, vis bene judicativa de agibilibus juxta legem communem, cum scilicet ab ea recedendum est *y* Congruit huic loco ille alius ex Psal. 31. *z Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est intellectus*. Nam ibi est ὃς ἔχει σύνεσιν אין הבין *en havin* hic autem συνέτε, & בינו *binu*, Discrimen Hugonis, ut *intelligere* pertineat ad insipientiam, qua malè sentitur de Deo *sapere* ad stultitiã, quà postponuntur Deo creaturæ: vel prima ad intellectum secunda ad effectum, & quasi ad saporem intellectualem, quod Rickelius etiam dicit, in vocabulorum proprietate fundamentum non habet; Hieron. ut recitavi, priore loco ponit *stultos*. Distinguit Aygnanus insipientium genera quinque, ratione fatuitatis, & amentiæ, ratione iniquitatis, & malitiæ, ratione inhonestatis, & stultitiæ, ratione vilitatis, & immunditiæ, ratione incredulitatis, & perfidiæ: Singulorum explanationem lege apud illum. Postremo *insipientes in populo* non intelliguntur populares, aut vulgares, sive, ut Borta loquitur, turba vulgaris, aut, ut Arias, insana turba, stupidumq; vulgus, sed quotquot in populo complectente quoslibet, laborabant huiosmodi ignorantia, & stultitia, sicut cùm vocat Moyses *a populum, stul-*
x Ep.46. Synesis exigitur inim. prudentibus quum a lege com. muni recedendum est. y B.Th.2.2. q.48. a.ult. z vers 9. Insipientium genera quinque ab Aygnano assignata.
a Deut. 32. 6 *tum, & insipientem*, & Jerem. *b stultum, nec habentem cor*. Vel quia non videntur singuli ad tantam insipientiam, & stultitiam redacti, possunt intelligi qui sunt in populo omnium insipientissimi, stultissimiq; sicut *benedicta in mulie-*
b c.5.21 Luc.1.28 *ribus Maria dicta est*, quia mulierum omnium maximè benedicta, inter quas comparatio fiebat, non quod non etiam virorum cunctorum, si unus excipiatur CHRISTUS.

Et stulti aliquando sapite.) Hieron. *& insipientes aliquando discite*. Alii cum interrogatione, *& fatui quando intelligetis? prudentes eritis, sapietis?* Dictio מתי *mathai*, interrogationem includit. Sic debuisset esse מתי תבינו, non מתי תבינו, sed imperativa oratio congruit cum priore membro: & magis etiam urget, quam interrogativa, placuitq; magis Lxx. & ipsimet Hieronymo. Augustin. *c* porro ex hac imperatoria, seu hortatoria oratione argumentatur liberum in nobis arbitrium. *Nisi enim libero*, in-
c Epist.46.

quit, *arbitrio intelligemus, atque saperemus, non nobis præciperetur, dicente Scriptura, (Intelligite ergo, qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite) Eo ipso quippe quo præceptum, & imperatum est, ut intelligamus, atque sapiamus, obedientiam nostram requirit, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio.* Deinde, ut probet cum libero arbitrio gratiæ necessitatem, quod est argumentum epistolæ ad Valentinum, subdit. *Sed si posset hoc ipsum sine adjutorio gratiæ Dei fieri per liberum arbitrium, ut intelligeremus, atque saperemus, non diceretur Deo* a, *(Da mihi intellectum, ut discam mandata tua: (neque in Evangelio* b *scriptum esset. (Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas,) nec Jacobus* c *Apostolus diceret, (Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.)* Ceterum id cujus ignoratio reprehenditur hoc loco, licet multo citius, facilius, certius, evidentius, per gratiam cognosci possit, nihilominus lumine solo naturali notitia ejus comparari potest, quod scilicet habeat Deus providentiam, & quæ isti necessaria est, scientiam rerum humanarum. Quo magis merito acriusque reprehenduntur, qui nesciunt, & *insipientes* ac stulti nominantur, qua appellatione non adeo digni sunt, qui versantur in ignoratione rerum supernaturalium, etsi propterea quoque reprehensionem merentur, si sint res necessariæ saluti, quoniam si facerent quod in se est, & sufficienti gratiæ quæ ipsis offertur obedirent, hujusmodi cognitionem nanciscerentur. *Stultorum, quorum numerus infinitus* d, viginti genera enumerat Antoninus *e*, & formas stultitiæ magis universales tres. Auctor est in promtu.

a Psal. 118.125. b Luc. 24.45 c c.1.5.

d Eccl.1.15 e 1.p.tit.3.4. 35.55.2.

Vers.9.) Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?

Vers.10.) Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

Vers.11.) Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Sensus loci.

CArguit, convicitque insipientiam, & stultitiam negantium Dei providentiam, & scientiam rudi, sed efficaci argumento, & aculeata interrogatione. Qui namque fieri, ait, potest, ut Deus, qui hominum, & brutorum capitibus aures affixit, audiendique facultatem dedit, non exaudiat quæcumque insani homines inepte, falso, arroganter, blasphemè loquuntur? quomodo non perspiciet atque considerabit quæ geruntur ab impiis, ac iniquis hominibus qui oculus illis aptavit sub fronte, videndique vim concessit? qua ratione quidquam latere ipsum potest eorum quæ homines quanta vis sollertia agant, vel astutia; vel quo pacto effugere illius scientiam, & vindictam posse se quis putet, crimina patrando; quum ut constat longo plurimorum annorum experimento, in variis nationibus insignia feveræ justitiæ suæ vindicis exempla ediderit, cunctis autem hominibus quidquid sciunt, intelligunt, sapiunt, prudenter agitant, aut deliberant, per insitam intelligendi potentiam, ac per auxilia etiam alia communicaverit verè scientiarum dominus *f*? Infert denique novisse præterea optimè Dominum quam secundum se spectatæ cogitationes hominum vanæ sint futiles, invalidæ, inefficaces, nullius momenti sint, ejusdemque præterea modi res, quas cogitant, fingunt, comminiscuntur. Tot vetus admonet fuisse Rabinum nescio quem, qui Davidem objiceret dicere etiam debuisse se Deo *qui creavit os, non loquetur? qui creavit stomachum, non comedet?* & sic de aliis membris. Respondet, occurrere voluisse errori, quod singularia non cognoscuntur à Deo, quia sensui subjecta sunt, nec potuisse ignota esse Deo, quia ipse condidit organa, quibus immediatè res sensibiles ab animali percipiuntur, ideoque percipere debet modum ipsum, quo cognoscuntur, quemadmodum qui acum facie, suendi modum scire debet. Non est verendum ne vilescat hujusmodi cognitione divinus intellectus, ut quidam *g* velle Aristotelem *h* putant, & simpliciter ita illum sensisse tradunt, Clemens Alexandrinus *i*, Nyssenus, aut Nemesius *K*, Theodoretus *l*, Ambrosius *m*. Quo modo agere naturam propter finem, ut à suo dirigitur auctore, docuisset Aristoteles *n*, & nihil cum natura facere frustra *o*, & esse auctorem caussamque omnium *p*, & ea continere, ac movere voluntate sua *q*, & ei esse charissimum, qui contemplativam adjungat activè felicitati *r*; & bona malaque meritis distribuere *s*, & providentia divina ordinatam viri, & mulieris naturam ad societatem *t*, nisi particularem de singulis haberet scientiam? Denique objicit Empedocli, ut maximum incommodum, quod sit Deus insipiens, ac ignorans nonnullarum rerum *u*. Vindicant Aristotelem ab hujusmodi errore Aquinas *x*, Capreolus *y*, Massilius *z*, Suarez noster *a*, Valentia *b*, Molina *c*, alii; & indicat etiam R. Moses *d*. Rationibus id confirmare, & refellere contrarias, non est præsentis instituti.

f c.15.

g Arim. 1. d.35.q.1. Aristoteles arguitur erroris.

h 12. Meta. t. 51.

i 5. Strom.

k 8. Philos. c. 4.

l 6. de affect. Græc.

m 3. offic c. 23.

n 2. Physic. o 1. de cœlo c.13.

p 12. Meta. c.9. 1. de mundo c. 1. Ethic. c. 5. mag. moral. c. 8.

Qui plantavit aurem, non audiet?) Legit Ambrosius *e* in præsenti, *audit*, est ita & Græcè ἀκούει; quamvis Hebraicè in futuro sit יִשְׁמַע *ismahh*. Urget autem idem Pater loco isto asserentes quod prætereat Deum operis sui cura, & scientia. Potest opus suum, inquit, ignorare artifex? homo est, & in opere suo latentia deprehendit, & Deus opus suum nescit? altius ergo profundum in opere, quam in auctore? & fecit aliquid quod supra se esset, cujus meritum ignoraret auctor, cujus affectum nesciret arbiter? Rectè *plantandi* verbo usus est David, quod propriè significat נָטַע *natahh*, & φυτεύειν, quia eminent aures ut ea quæ plantantur, ac immotæ sunt in nobis, & excavatæ, atque veluti illis infixa vis audiendi, ut solent effossæ terræ infigi plantæ. Unde Aristoteles *f* docet audiendi auctoritatem vacuo tributam à veteribus, quoniam aer vacuum esse videtur, is autem est, qui audire facit, quum continuus unusque fuerit agitatus, & ineat sensui aer insitus, seu aditus est congenitus, connaturalis, consitus, complantatus aeri, ἀχοὴ συμφυὴς ἀέρι, quem vocat idem Philosophus ἐνεστηκὸς δομημένον, *inædificatum*, seu *intus ædificatum*. Huc potest spectare quod fodi dicuntur etiam in Ps. 39. *g* juxta vim Hebræi verbi. Denique *plantatio auris*, & *oculi fictio* denotant accuratam, & quasi elaboratam artem. Præterea non dixit David, *Qui plantavit aurem non habet aurem?* sed, *non audiet*, ne putares cum Anthropomorphitis, ut admonet creditus Hieron., constare corporeis membris Deum, *membra tulit*, inquit ille, *efficientias dedit*. Recitat locum totum ejusdem Augustinus *h*, ut nunc se habet; quod persuadet contextum opus partim ex commentariis Hieron., non vero quod totum sit Hieron. ut in præfatione ostendi, ac sæpius monui. Legatur præterea Gregor. *i*. Sed nec *audiendi* aut *videndi* propria notio convenit Deo, ut scilicet sensitivam cognitionem importat; verum alia perfectior, includens, demta imperfectione, quicquid est perfectionis in sensitiva. *Scientiam habet vocis K*, non audientiam, & *auris zeli audit omnia!*

e Eccl. 1. 15. f 2. de anima text. 88

g vers. 7. Anthropomorphitæ Deũ corporeis membris consita, re putabant.

h Epist. 112 ad Probam c. 2

i 14 mor. c. 2

k Sap. 1. 7 l 15. v. 15. 10

Audit qui finxit oculum non considerat.) Hieron. *non videbit?* Verba καταναοῆν, & *considerare* spectant ad intellectum. Hebræum autem יַבִּיט *iabbit* significat etiam *lustrare oculis*, & *circumspicere*. Non video cur Paraphrastes restringat *audire*, ad doctrinam & *videre* seu *perspicere*, ad legem. Fingi dicitur oculus quasi opere plastico, quia in illo figuræ ac formæ omnes figurantur, & formantur; & præterea, quoniam veluti torno, rota figuli arte in orbem circumductus, & circumactus construitur, tot constans circulis, quas vocant tunicas numerus septem, cum tribus humoribus. *Omnia, videt oculus Domini, & oculi ejus multo lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.* Quid si propterea Christus cæcum natum curavit impositio, quod finxerat ipse, oculis ejus luto *n* Est enim ea pars omnium aliarum præstantissima, ut Aquinas * philosophatur. Sic voluit etiam Christus, ut oculis intenti semper essent ad originem suam, totiusque corporis, ut insinuat Ambr. *o*. Ceterum simili argumento Sapiens *p* utitur, ut ex perfectione creaturarum colligat Dei perfectionem. Ad eumdem modum Deus argumentatur apud Esaiam *q*, *Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero?* Sic quoque ratiocinantur Theologi in Deo esse perfectiones omnes, vel eminenter, vel formaliter: & ex dicto Esaiæ loco probant generationem in Deo, seu processionem Filii à Patre per generationem. Habet acumen Hugonis tropologia, plantasse Christum in terra cordium humanorum: & quidam cordi binas quasi auriculas affixit, & affixit natura, aurem obedientiæ, volendo, ut cresceret, quemadmodum ad hoc plantantur arbores, ut crescant; ipsummet Christum plantatorem istius obedientiæ, audivisse, ideest, obediviſse *factum obedientem usque ad mortem* r; & *didicisse ex his, quæ passus est, obedientiam* s, debere etiam prælatum, quæ aliis præcipiat facere, cavendo eos, *qui dicunt, & non faciunt* t; & ne in eam incurrat reprehensionem *u*, *Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures; nonne audies?* Ait etiam

m Eccl. 23. 27. 28.

n Joan. 9

* ibidem.

o 3. de Sacr. c. 2.

p Sap. 13. 5. 9.

q c. 86. 9.

In Deo sunt omnes perfectiones vel eminenter, vel formanter. Tropologia

r Philip. 2. 8 s Heb. 5. 9. t Matt. 23. 3

u Esa. 42. 2

etiam oculum subditi fingi, hoc est, informari à prælato ad vigilias, ad lectionem, ad modestos contuitus transeuntium, ad declinandum aspectum, sed qui sic alium docet seipsum docere debere *a*. Confutationem porro Epicuri, ac Lucretii, qui fortuito orta omnia sentientes, negabant oculos ad videndum natos, aures ad audiendum, & sic de aliis, lege apud Lactantium *b*. Legatur etiam Franciscus Valiesius *c*.

Qui corripit gentes, non arguet?) Hieron., Augustin., vetus Psalt. *qui erudit*, alii, *castigat*, per *gentes* Campensis *gentiles, ethnicosve*, interpretatur. Puto universè de omnibus hominibus, ac indefinitè loqui. Correptionem Cajetanus consistere vult in Syntereſi, quæ quemvis arguit male operantem, & instigat ad bene operandum, tamquam insitus à natura habitus, hoc est, à Deo auctore naturæ: Præstat exponere quū aliis de vario modo castigandi nationes integras, ut diluvio *d*. igni *e*, submersione *f*, plagis aliis *g*. Revocari eodem potest eruditionis multiplex ratio tùm interna, tùm externa, cujus exigi Deus velut magister à discipulo, rationem tamquam commissi pensi, ut Augustin. docet, & indicat sequens membrum, *qui docet hominem scientiam*: Hugo hoc magisterium attribuit Spiritui sancto. Sed quod in *corripiendi* verbo attendit, non est ad rem, sicut ignis corripit tecta, sic ignem in Pentecoste corripuisse Gentes, relictis Judæis. Neque *corripere* id hoc loco significat, neq; tunc juxta illam notionem, correptæ sunt Gentes, sed multo post. Melius illud, quod idem Spiritus sanctus juxta prædictionem Christi *h*, *arguit mundū de peccato*, quod non vitavit, *de justitia*, quam non amovit, *de judicio*, quod non timuit. Quo pacto Deus arguit partim in ira, & in furore *i*, partim in æquitate *K*, ostendit hoc loco Ayguanus, nos alibi *l*. De lege scripta in cordibus, & cogitationibus accusantibus, meminit Apostolus *m*. Augustinus *n* etiam scribit, quod ex lege naturæ multa reprehendimus, multaque laudamus in moribus nostris. Quod attinet ad correptionem castigationis, Deus ipse in Jeremia *o* dicit, *Numquid super his non visitabo, & in gente hujuscemodi non ulciscetur (Deus enim ultionum Dominus est*, ut initio psalmi dictum est) *anima mea?*

Qui docet hominem scientiam.) Quippe *scientiarū Dominus p*, nihil ignorans, nec auro, vel argento beatus, tonitruisq; aut fulminibus potens, sed ἐπιστήμων καὶ φρονήσεως scientia, & intelligentia, ut ait Plutarchus *q*. Quomodo igitur nihil non sciens, non & hominum sciret mala, & argueret eadem? *Arguam te*, ait ille alibi *r*, *& statuam contra faciem tuam*. Posset hoc loco littera ה *he* in המלמד *bammelammed* interrogationis vim habere. *Omnis sapientia à Domino Deo est* s, *& qui indiget, ab eo postulare debet, qui dat omnibus affluenter; Ipse dat sapientiam sapientibus* u. Devotissime, ac demississime confitens Deo Augustin. *x* adscribit illi omnem liberalium artium, quam comparaverat, notitiam. Hinc probabiliter colligit Canus *z* doceri homines à Deo per naturale lumen de animæ humanæ immortalitate, quū sine hujuscemodi cognitione vix possit homo juxta naturæ rationem bene instituere vitam suam, sed necesse sit plurimos de justitia, & providentia Dei errores consequi, licentiamque vitiis amplissimam dari; parumque distare à brutis, super quę tamen doceri nos, ac erudiri à Deo Job y scribit. Sapiens *a* autem tradit quod viro & fœminæ *creavit scientiam spiritus; & dedit oculos; & aures*, de quibus paullo ante hic actum est, dicunturque à Philosopho *b* potissimi sensus ad scientias acquirendas. Rursus *c* ille idem ait quod *aurem audientem, & oculum videntem Dominus fecit utrimque*. Sciri posse aliqua per solum naturæ lumen ambigi non debet: cujus Deus auctor scientiæ non aliter censendus, quam ut aliorum naturæ munerum. Nihilominus usurpatur quandoque hic locus ad probandam gratiæ necessitatem pro notitia quid appetere, quid vitare debeamus. Sic hinc argumentatur Concilium Milevitanum *d*, & Africanum *e*, & Cœlestinus Papa *f*, vel potius ex eo quod Pelagiani concedebant de illa, infert necessarium esse, quod iidem negabant, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, valde enim impium esse credere, ad *scientiam quæ inflat*, nos habere gratiam Christi; ad eam, *quæ ædificat* g, non habere; quum sit utrumque donum Dei, quia sicut hìc scriptum est, quod *Deus docet hominem scientiam*, ita scripsit Joannes *h*, quod *charitas ex Deo est*.

Dominus scit cogitationes hominū, quoniam vanæ sunt.) Tertullianus *i*, *Domine scit cogitationes sapientum, quod sint supervacuæ*. Cyprian. *K*, *cognovit Dominus cogitationes sapientum, quia sunt stultæ*. Prosper *l*, *Dominus novit cogitationes sapientiū, quoniam vanæ sunt*. Pamellius *m* ait quod Tertull. Paraphrasten agit. Atqui duo alii jam citati sic quoque legunt *sapientes*, pro *hominibus*. Fortassis alius ante omnes eò modo interpretatus fuerat de *sapientibus*, & irrepsit postea in textum, quia significant per se tantum *homines* אדם *adam*, & ἄνθρωποι. Paulus *n* quidem citat hoc ipso modo, *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt*. Ad verbum vero sensus est, *quod sint hominum cogitationes vanitas* הבל *hevel*. *Universa vanitas omnis homo vivens* o, *vana loquatur* p, *& vanitatem* q, *quam diligit* r *& observat* s, *& de ea decipit* t, & *in eo detinetur sensus ejus* u, *& doctrina illius vanitas est* x, & *possidet eam* y, *& evanuit in cogitationibus suis* z, *& ambulat in vanitate sensus sui* a; denique quod sit vanus, quia *in eo non subest scientia Dei* b. Si quid scit quod non eum docuerit Deus, qualis error circa ejusdem scientiam, ac providentiam, de quo psalmus agit. Sed & in eo quod homines docet scientiam Deus, bene sequitur scire etiam hominum cogitationes, non tantum bonas, quorum per se auctor est per donum vel naturæ, vel gratiæ, sed malas quoque, quas sine ipsius concursu, & naturali potentia quam dedit, nemo elicere potest. Quia ea, quæ vana sunt deprehendit, ut hinc argumentatur Ambros. *c*, ea quæ facta sunt, nescit & ignorat quod ipse fecit? &c. non novit homo cogitationes Dei esse, qui vanas habet, inquit Augustin., nec suasmet, ait Cassiodorus, cùm probet tamen noscantur à Deo. Prosper *d* infert discipulos veritatis humanam gloriam fugere, & à temporalium amore desciscere, ut quę Dei sunt, sapiant, non quę hominum. Videlicet cogitationes vanas intelligit esse hominū, qui se sapientes æstiment, ea sapientia, quam se perditurum prædixit apud Esaiam *e* Deus. Cyprianus *f* quoque disputans de patientia, tamque in philosophis negans veram esse patientiam, quam non sit vera sapientia, confirmat ex hoc loco. *Sapientiam hujus mundi*, ait Paulus g *esse stultitiam apud Deum*, ideſt, ut notat Aquinas *h*, eam sapientiam, quæ principaliter mundo nititur, quoniam quę per res hujus mundi ad Deum attingit, non est sapientia mundi, sed sapientia Dei, *Deus enim revelavit, & invisibilia ipsius à creatura mundi* i *per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Nullus finis sit, si quis enumerate aggrediatur vanitatem cogitationum, & opinationum in hominibus circa res tùm scibiles, tùm agibiles. Sunt hujus generis collecta nonnulla à Francisco Aria nostro *K*. Augustin. *l* differens de vanitate philosophantium circa summum bonum, irrisit, ait, hos veritas per Prophetam dicentem, *Novit Dominus cogitationes hominum, quoniam vani sunt*, vel sicut hoc testimonium posuit Apost. Paulus, *Dominus novit cogitationes, sapientum, quoniam vanæ sunt*. Sequitur ex hoc loco præterea Deo uni perspecta esse cogitationes nostras, tam bonas, quàm malas; & si malas, multo magis quodammodo bonas, tum quia bonarum per se auctor est Deus cum homine; tū quia propter entitatem bonæ sunt magis cognoscibiles; tum quia malas homo solet magis intus continere, ac tegere. Quare invehitur nonnumquam Deus in eos, qui audere negare videntur, vel occultare peccatum suum ipsi. *Quomodo* m *dicis, non sū polluta, post Baalim non ambulavi? & quid niteris bonā ostendere viā tuam? ego* n *judicio contendam tecum, eo quod dixeris; non peccavi* Petrus etiam divino spiritu edoctus Ananiæ dixit o, *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto?* Sed hac de re dictum alias. Deinde qui cogitationes novit, proculdubio etiam sermones, & opera. *Non præterit illum*, inquit Sapiens p, *omnes cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo*. Interroganti lateretne dies homo male agens. Tales respondit ἀλλ' οὐδὲ διαλόμενον *& sed ne cogitans quidem* q Ayguanus sex res recenset ex divinis litteris, quarum notitia peculiariter Deo tribuitur, & sunt de illis, quæ ad nos pertinet, ideſt, superbiam, & ambitionem nostram, fragilitatem, & miseriam, asperitatem & pœnitentiam, cordis iniquitatem, & malitiam, humilitatem, & innocentiam, denique patientiam. Auctor operis de salutaribus documentis *r* admonet, magnam nobis curam de cogitationibus esse debere, quia Deo notæ sunt. Is quem putant Hieronym. laudatæ illi sententiæ.

Ocuras hominum, quantum est in rebus inane!

Prefert vetustiorem hanc nostri, ut ipse eū vocat rusticani Hebręi, & exemplis demonstrat, quam sint vanæ, ac in irritum abeuntes cogitationes hominum. Abutitur isto loco Calvinus: ut probet nullū verum morale posse a nobis cognosci sine speciali auxilio Dei. *Vanæ* dicuntur *cogitationes nostræ*, quæ sunt similes cogitationibus eorum, qui negant scientiam, & providentiam Dei, de quibus præsertim

a Rom. 1. 21

b lib. de opificio Dei & de sacra philosoph. c. 55

d Genes. 7. toto. & c. 19. 24

e Exo. 14. 9

f Exo. 14. 9

g c. 7. & 8. & 9. & 10

h Joan. 16. 8. 9

i psal. 6. 1

k Esa. 11. 4

l in psal. 6. & 37

m Rom. 2. 15

n 14. de Trin. c. 15

o c. 5.

p 1. Reg. 2. 3

q de Isine.

r psal. 49. 21

s Eccle. 1. 1

t Jacobi 1. 5.

u Dan. 2. 21

x 4. Conf. ea ult.

Homines à Deo per naturale lumen de animæ immortalitate docētur.

y 12. de lo. c. ult.

z c. 35. 11

a Eccle. 16. 5. 6

a 1. Metaph. c. 1

b Prov. 20. 12

Usurpatur hic locus ad probandam gratiæ necessitatem.

c Can. 4. de c. 79. cepist. ad episcopos Galliæ c. 10.

d 1. Cor. 8. 1

e 1. ep. 4. 7. 8

f 2. contra Marci c. 6.

g de bono patientiæ ad Demetr.

h in Tertul.

i in Tertul.

m 1. Cor. 3

n psal. 38. 6

o psal. 11. 3

p psal. 37. 13

psal. 143. 8

q psal. 4. 3

r psal 30. 7

s psal. 61. 10

t Eccl. 3. 26

u Jer. 10. 8

x c. 16. 19

y Rom. 1. 18

z Eph. 4. 17

a Sap 12. 1

b 1. offic c. 14

c ad Demet

d c. 29. 14

e de bono patientiæ.

f 1. Cor. 3. 19

g Ibi lect. 3.

h Rom. 1. 20

i de imitatione Christi, titulo 5. & 6. Hispanice, vel Italice.

k 19. de Civ. c 4

Deo uni perspectæ sunt cogitationes nostræ tam bonæ quam malæ.

l Jer. 2. 23

m vers. 35

n Act. 5. 3

o Ecc 42. 18

p Laer in vita & Val. Max. l. 7. c. 2

q c. 34. apud Aug. tom. 4

r Juvenal.

s 2. instit. c. 2. 5. 4. & seq.

Abutitur hoc loco Calvinus.

hoc loco est sermo. Deinde vanæ sunt quæcumque spectantur secundum solas naturæ vires, & sic non pertinent ad salutem, ut proinde mox subjungatur, *Beatus quem tu erudieris Domine*, &c. Non placet Jansonius, ut in ista sententia insit formula juramenti. Quamvis enim, quum quid affirmando dicis, *Deus scit*, jurare possit, ut docet Augustinus *a*, & exemplo potest esse illud Pauli *b*, *Deus, Pater Domini nostri* JESU CHRISTI, *qui est benedictus in sæcula, scit quod non mentior*; tamen ut hic esset juramentum, dicendum erat, *Deus scit quod cogitationes hominum vanæ sunt, prout ego affirmo*; & *scit me non mentiri*, aut quid simile; & in ea ipsa oratione debet esse intentio jurandi. Alioqui, si quis velit solum affirmare Deum scire id quod dicitur, non erit juramentum *c*. Denique nullus alius ita sensit de loco isto, & contextus indicat orationem totam esse simplicis enunciationis.

a Ser. 28. de verbis Apost.
b 2 Cor 11. 31
c Cajet. 2. 2 q. 80 a 6. Sot. 2. de just. q. 1. a Lessius 2. de just. c. 4: dubitat. 1. n. 4. & alii.

Vers. 12.) Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

Vers. 13.) Ut mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.

Sensus loci

QUum refutavisset insanas hominũ cogitationes, non tantum vanas, & falsas adversus Dei scientiam, & providentiam, quas ei illi etiam ignoras, vel curæ non esse sibi persuadebant, definit demum censeri beatum debere, quem suo Deus omniscius doctrina dignetur imbuere, atque in lege sua instituere. Nam hic ejusmodi doctrinæ scientiæque fructus optimus animi tranquillitas magna in mediis calamitatibus hujusce temporis, quo bonos opprimunt impii, usque dum istis impiis interitus adveniat, qui paullatim, quum liberè dominari videntur, minimeque advertunt, ipsis paratur, & struitur; interim solentur se boni, & sustentent eruditione divina, jugique legis Dei meditatione, certi quod pacate ferendo, cedent tandem omnia in bonum sibi, alii condignas dabunt scelerum suorum pœnas. Præterea, quum dixisset à Deo corripi, arguique gentes, ideſt, propter peccata puniri, contingat vero etiam bonos eruditi divinis castigationibus, potest esse sensum, quum iis bene agi, quos Deus ita exerceat pœnis, vel tribulationibus, ut det occasionem simul sese ad legem voluntatemque ipsius confirmandi, & lenius, atque tranquillius adversa tolerandi, ut sic evadant interitum, in quem improbi, per quos exercentur, præcipites ferantur, ruantque. *Sicut erudivit homo filium*, ait Moyses *d*, *sic Dominus Deus tuus erudivit te, ut custodias mandata Domini Dei tui.* Quæ de studio divinæ legis, & scripturarum dici possent, loco præsenti satis apte convenirent. Ambrosius *e* ex hoc loco demonstrat à Davide, qui fuerit antiquior philosophis, in cognitione divina, & bonis operibus, beatitudinem constitutam, & horum præmium esse fructum æternitatis. Augustinus *f* inter sermones de diversis, integrum super istis habuit, exponens de Evangelio, quod promittit æterna bona, quorum expectatione contemnitur prosperitas temporalis, quam habent multi mali, tolleratur autem adversitas, cui proponitur præmium tantum. Præterea monet quamvis ipse, & quivis homo loquatur, clamet, exponat, beatum esse, dum taxat, quem doceat Deus, loquatur in corde, ac intus, sitque animum φεοδίδακτον. Deinde ait malignos dies illos esse, quos mali faciunt homines, male vivendo, & in quibus quamdiu vivitur, habent justi etiam pugnam suam, vel contra carnem *g*; Adhæc docet mitigari qui hæc fert patienter, non irascens Deo, sed ei dicens, *bonum esse quod humiliet ipsum, ut discat justificationes ejus* h, & discat quærere, ac *videre dies bonos* postquam transierint *hi dies mali* k, quibus priores succedent illis hominibus, qui hic fuerint mali, & conati fuerint *in bonis ducere dies suos* l.

d Deut. 8. 5.
e 3 offic. c. 2
f Ser. m. 3.
Gal 5. 17
h Psal. 118. 71
i Psal. 33. 13
k Eph. 5. 17
l Eccl. 21. 23

Beatus homo quem tu erudieris Domine.) In multis codicibus Græcis deest pronomen, & in Psalt. Romano, ut id recitat Faber; Est enim in eo, quo utitur Ecclesia Vaticana; Hebraicè quoque non haberur, & fatetur Hier. *m* defuisse in textu Græco; sed apud Latinos propter εὐθωνίαν, ideſt, consonantiam, positum. Si enim dicamus, inquit, Beatus homo, *quem erudieris Domine*, compositionis elegantiam non habebit, sed quando dicitur *Domine*, & apostropha fit ad Dominum, nihil nocet sensui si ponitur, tu. In Sixtinis Bibliis additum est σὺ. Apud auctorem epistolæ ad amicum ægrotum *n* legitur, *quem tu emendaveris*. Idem verbum est hic Hebræum, & Græcum, quod versu decimo redditum est, verbo *corripiendi*, exponitque etiam Cyrillus Alexandrinus *o* de doctrina per castigationem divinam. Chrysostomus ex hoc dicendi modo colligit ad cultum Dei pertinere scientiam istam. Auctor operis *p* imperfecti infert utilem esse hanc eruditionem, ut purgemur à peccatorum sordibus, quæ nobis nonnullæ semper adhæreſcunt. Apollinarius ita exponit,

m Epist. 135
n apud Ed. Rom. tomo 9.
o lib. 10. in Joan. c. 19.
p hom. 3.

οβι& ὃς ῥᾳθυμήσῃ τοῦ παιδεύσασθαι δαμεὶς.

Beatus qui tuis à mandatis domitus fuerit.

Concilium *q* Milevitanum, & Cælestinus *r* Papa probant ex ista sententia scientiam de qua loquitur David, esse donum Dei. Quod non de revelatione solum prima intelligi debet, quæ facta est de rebus à solo Deo per se cognitis, & quæ naturaliter ab eodem solo cognosci poterant, quia sunt supernaturales; sed de interna cognitione, ac assensu qui elicitur, ut debet, non humana tantum fide, aliove modo naturali. Habet verbum Dei per quemcumque demum annuncietur, vim magnam, majorem quando ipsemet veluti ore proprio annunciat Deus, quo pacto Paulo *s* didicisse se gloriabatur, nempè non ab hominibus, sed à Christo ipso, & Samaritani *se non propter mulieris loquelam credere, sed quia audivissent, & vidissent, & scivissent ipsum verum Salvatorem mundi* t: & Christus beatos affirmabat oculos qui viderent quæ ipsi videbant, & audirent quæ audiebat *u*, dedit iisdem veluti loco suo magistrum Spiritum sanctum *x*. Sed nemo suæmet doctrinæ interne credere ita debet, vel potest, quæ de rebus divinis sit, ut nolit Ecclesiæ subjicere judicio, quum nec absque hujus auctoritate, & approbatione Augustinus Evangelio se crediturum scripserit. Magistra Ecclesia est post Christum, & Spiritum sanctum, quæ nos de illorum certos faciat magisterio, sine quo non sufficit doctrina istius, quæ non intus operatur, sed extrinsecus tantum. Optandum, & postulandum, ut impleamur agnitione voluntatis Dei in omni sapientia, & intellectu spirituali, *& ambulemus digne Deo per omnia, crescentes in scientia Dei* y, & ut *Pater gloriæ det nobis spiritum sapientiæ, ut sciamus quæ sit spes vocationis nostræ* z, ne *non intelligentes vapulemus* a, *& ignorantes ignoremur* b. Unum se magistrum nostrũ Christus esse dixit c. & apud Esaiam *Ego* d *Dominus Deus tuus*, inquit, *docens te utilia. Unctio do et* e, *erudit gratia* f. Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendũ, ad arguendum, & erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo ad omne bonum instructus: *docet Deus super jumenta terræ, & super volucres erudit nos* g, perque omnem creaturam, *erudit in portis manu* h flagelli sui, & *quasi juvenculũ indomitum* i, *eruditens instruit disciplina, ut avertat ab iis, quæ fecimus, & liberet nos à superbia* K. Hæc omnis & alia *eruditio sapientiam, & vitam tribuit* l, & *semita vitæ super virum eruditum, ut declinet ab inferno novissimo* m.

q Can. 5.
r c. 79.
s Gal. 1. 12
t Joan. 4. 42
u Luc. 10. 23
x Joan. 14. 16. 26
Nemo suæ doctrinæ internæ ita credere debet ut nolit eam Ecclesiæ judicio subjicere.
y Colos. 1. 10
z Ephes. 1. 18.
a Osea 4. 14
b 1. Cor. 14. 38
c Matt. 23. 8
d Esa. 48. 17
e 1 Sa. 2. 27
f Tit. 2. 12.
g Job. 35. 11
h Esa 48. 17
i Jer. 31. 18
k Job 33. 16
l Eccl. 7. 13
m Prov. 15. 24

Et de lege tua docueris eum.) Vetum Psalt. & August. *y* (*ex lege tua.*) Putant aliqui hac phrasi significari partem alicujus totius, ut quum dicitur etiam Deus *docere de viis suis* n, nec enim esse, qui omnes vias totamve intelligere viam possit *o*, quemadmodum quod in Cantico Canticorũ *p* legimus, *osculetur me osculo oris sui*, Hebr. est, *de osculo oris*, & exponunt, aliquo osculis. Merito Riberæ hoc non placet, sed idem esse dicere, *de lege*, & *de viis*, ac *legem*, & *vias*. Nam quod interpres reddit apud Esaiam *q*, *docebit nos vias suas*, vertit apud Michæam *r*, *de viis*, quum utrobique sit eadem præpositio Hebræa, nec non & Chaldæa, quod ultimum non attendit Ribera, sed consulens solam versionem Latinam, dixit etiam in textu Chaldæo deesse præpositionem. At LXX. verterunt in accusativo utroque in loco, absque præpositione. Denique boni auctores Latinæ linguæ usurpant docere *de aliquo*, quod est *docere aliquid*. Prepositio autem ἐκ, quæ hic est, & propriè est *ex* sumitur interdum pro *(de:)* constat vero Græcos pro διδάσκω σε τοῦτο dicere interdum περὶ τούτου. In Ps. 118. *f de lege tua miserere mei*, Vetus Psalt. & August. juxta textum Græcum legunt absque præpositione, *lege tua*, ideſt, secundum *legem tuam*: Hieron. *legem tuam dona mihi*, quod vulgo diceres, *fammi grazia della tua legge*, lege tua dignare me, legem tuam gratificare mihi, confer hoc beneficium, ut sim particeps legis tuæ, fac mihi grata sit. Lex comprehendit omnia mandata, & cunctas etiam Scripturas, & quidquid exigit à nobis Deus. Nec ad legem præcisam charitatis cum Hugone, nec ad legem patientiæ, cum Jansonio, restringenda est, quamvis posteriori faveat Bruno Carthusianus, Remigius, Beda. Fateor Dei legem, atq; Christi peculiariter esse charitatem, ut ipsemet Christus loquutus est *t*: & Cyprianus *u* Deum scribit sibi patientiæ legem præ-

n Psal. 50. 15.
o Vatab. in Michæam 4.
p 1. 1. 2.
q Esa. 2. 3 Mich. 4.
r 4. 2
s Psal. 118. 64
interdum sumitur pro (de)
t vers. 29.
u de bono patientiæ.

præscripsisse in administratione sæculi nostri, differendo vindictam impiorum, & variis eos beneficii afficiens, si fortè vel sero tandem convertantur, & vivant. Per patientiæ quoque observantiam vicit Christus hoc sæculum.

Ut mitiges ei à diebus malis.) Hieronymus, *ut quiescat à diebus afflictionis.* Alii, *ut quietem præstes ei à diebus malis*, seu *ut tranquillum illum reddas*, *ut tranquillitatem ei parias*, *ut securus sit à tempore periculoso.* Vetus Psalterium, Augustinus, *ut mitiges eum à diebus malignis.* Cassiodorus, *ut mitiges eum à diebus malis*, ideſt, ut mitem reddas, quietum, tranquillum, patientem, quum ingruent dies mali: sive quibus involvantur improbi, sive quibus bonos isti vexent. Pertinet πραΰνειν, ad animi tranquillitatem, mititatem, lenitatem quam *unctio a docens* conciliat, *& patientem scripturarum cum consolatione*, *& spe* b. Cajetanus vertens, *ad faciendum quiescere ipsum à diebus malis*, ait hunc esse afflictionis effectum, doctrinæque divinæ, ut conferatur quies perpetuæ futuræ vitæ, & paretur ei, quem docet hoc modo Deus *à diebus malis*, hoc est, à multis successivis afflictionibus, quibus castigatur in diebus præsentis ærumnosæ vitæ. R. Rabuena Ki videtur interpretari tribulationes hic toleratas caussam esse, cur multum temporis de cruciatu gehennæ remittatur, & ut finitis tormentis pro admissis sceleribus, omnes recti corde simul congregentur ad præmium suum. In quo item sensu accipit, quod est in versu 15. *Quoad usque iustitiæ convertatur in iudicium.* Quæ doctrina favet sententiæ Catholicæ de purgatorio. Basilius, ac Theodoretus referunt ad judicium æternaque supplicia, ut qui vel modicam correptionem in præsenti hac vita tolerat, mitius futurum tribunal sentiam. Apollinarius innuit alium sensum.

μείξιχα βαλέων κακὸν κακίης καιρὸν ἀλύξῃ.

Mitia consulens vitii ut tempus effugiat.

Hoc est, per meditationem, & persecutionem rerum ad mansuetudinem conducentium effugiat occasionem peccandi, quam scilicet res adversæ præbent, quæ accidunt viris probis, & secundæ quæ improbis. Propius hìc accedit sensus ad primum, qui maximè litteralis est.

Donec fodiatur peccatori fovea.) Hieron. (*donec fodiatur impio interitus* Alii, *lacus*) Est Hebraicè שחת *sciachath*, Græcè βόθρος, de quibus actum alibi. Donec inferatur peccator sepulchro, donec tandem incidat vel imprudens, ac nolens in interitum & præsentem, & æternum, donec incurrat in periculum, quod non putat, & aliis forsitan paravit. Quamdiu floret, ac triumphat peccator, foditur ei fovea, ipsaque prosperitas fovea est, quam peccatis, per quæ abutitur illa prosperitate magis ac magis patefacit sibi, & ampliarem, atque profundiorem reddit, donec impleat mensuram peccatorum suorum. *Fodere foveam alteri* c, vel *animæ alterius* d, vel *ante faciem eius* e, vel *fodere malum* f, est parare ac struere periculum, & interitum, & quidem diligentia magna, repetitisque actibus, ut solent qui terram fodiunt. Eadem vis passivi verbi, & quod impersonaliter dicitur *donec fodiatur peccatori fovea*, vel intelligitur quod à Deo fodiatur, aut quod ab ipsomet peccatore. Hic nimirum dum aggerat sibi thesauros, *thesaurizat sibi simul iram in die iræ*, *& revelationis iusti iudicii Dei* g, ac veluti aggerem effodit, ut in profundum facilius decidat. Videtur his verbis contineri ad præcedentem quæstionem *h usquequo peccatores*, &c. responsio, nempè donec *fodiatur peccatori fovea*, donec completæ fuerint iniquitates eorum, donec præstitura venerit dies, *ut abeant in locum suum* i, *tormentorum suorum* k, conditi fovea sepulchri secundùm corpus, secundùm animam fovea inferni, ut Rickelio placet. Hugo tropologicè considerat cor peccatoris confodi jaculis superbiæ, ligonibus avaritiæ, rostro porcino luxuriæ. Ponit etiam spiritualem processum sepulturæ ad similitudinem materialis. Quem, si cupis, lege, est ingeniosus, & satis ad populi captum accommodatus. Ayguanus autem simili sensus genere dicit hoc toto tempore præsenti fodi peccatori foveam vulnerum Christi, & erudiri afflictionibus, atque mitigari, seu humilem, & mitem effici, quamdiu Christus in suis vulneribus paratus est recipere peccatorem: post hanc vitam claudi fossas istas, quatenus non recipitur peccator ad pœnitentiam. Nam alioqui semper erunt apertæ plagæ vulnerum Christi, & videbunt in judicio peccatores in quem confixerunt *l*.

Vers. 14.) Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet.

Vers. 15.) Quoadusque justitia convertatur in judicium: & qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.

HOc est, quod hi, quos erudierit Dominus, & legem suam docuerit, inter alia, discent, ac intelligent, mitigati, mansuefacti, humiliati, patientes redditi per hujusmodi doctrinam, & eruditionem, quod sua cura populum suum versantem in tribulationibus non destituet, nec deseret eos, quos elegit in hæreditatem sibi, populum inquam, quem antea *m* dixit Vates ab improbis humiliatum; & hæreditatem vexatam ab iisdem, quum dicerent hæc illum non visurum, nec intellecturum *n*: durabit autem dicta Dei cura quamvis veluti tecta, & ignota quousque post aliquam dissimulationem, & permissionem tribulationum, procedat justitia, quæ latebat quodammodo, & lento incedebat gradu, ad judicandum pro populo, ac hæreditate, & ad impios condemnandum: quo demum fiet, ut divinæ justitiæ, judicioque propinqui sint; eaque proximè sequantur, approbent, amplexentur, aut id facere deprehendantur illi, qui sunt recto corde, cum è contrario improbi effectum illorum inviti experientes, odio habituri sint, aversaturi, execraturi. Potest hoc intelligi tum de tempore præsenti, in quo Deus edit quandoque justitiæ suæ effecta, tum præsertim in judicio, de quo qui sunt recti corde bene edocti venerantur illud, & justitiam divinam, etiamsi sæpius hìc non videant executionem illorum, sed expetant, & expectent. Sensus item est per se constans, nec à præcedente pendens versu, quod *quoad iustitia convertantur in judicium*, ita ut appareat rectum, ac justum esse, quod tantisper non videtur esse hujusmodi, dum prævalent adversus probos improbi, probi nihilominus recto corde præditi, rectique ac æqui rerum existimatores, & amantes non relinquunt justitiæ, ac omnis virtutis initam viam, sed tanto diligentiùs, alacriùs, ardentiùs in ea consistunt, atque prosequuntur, non fictè, sed sincerè, ac ex animo illi studentes, & eam colentes, hoc est, non solum quando emolumento est, verum etiam quando nihil colligi utilitatis ex ea videtur, sed incommodum potius damnatumq; reportari. Sed quum viderint justi justitiæ reddi, quod ei debetur, ac demum repeti improbis quum vero judicio justas pœnas, magis magisque in ejusdem amore justitiæ confirmabuntur, totoque corde quod rectum & integrum erga illam servaverunt, vehementius in ipsam incumbent. Tertio, quod flagella, quæ Deus infligit filiis eo usque prosunt, *quoad usque convertatur judicium ad justitiam*, ideſt, judicio correpti justi fiant, vel si jam erant, magis justi: post flagella vero & judicium, colligentur omnes recti, ut mercedem accipiant. Sic absque nomine Græcus auctor apud Agellium, qui mihi videtur Euthymius, & Nicephorus. Quarto, sumendo *iustitiæ* vocabulum, ut non raro sumitur pro *misericordia*, sive *clementia*, sic explanatur ab aliis hic locus. Quia redibit judicium ad clementiam, seu convertetur, pertinebitque ad assequendum fructum divinæ clementiæ quod nunc justi vexentur, & compensabitur per clementiam reveritas, fiet, ut evadant omnes recti corde, atque ex animo colant justitiam, Deumque. Quinto juxta sublimiorem allegoriæ, & anagoges sensum, iidem Græci explicant, quod custodiet populum suum Deus, & hæreditatem tribulationis tempore, quoad iudicium illud divinum federit; postea vero quam justitia, qui est Christus *o* ἀναστήσεται, inquit Nicephorus, *ipsa iustitia*, in eo federit, omnes recti corde propè illum stabunt, & iudicabunt. Cyrillus Alexandrinus *p* favet, explicans de descensu Salvatoris è cœlo, *iustitiam* esse Christum conversum ad iudicium, quia calcata morte ascendit ad Patrem in cœlum, sed revertetur ad iudicium, & cum illo *omnes recti corde*, ideſt, Sancti. Theodoreti, seu Basilii sexta explanatio, quod populi sui Judaici providentiam Deus habebit, quoad non negabunt *iustitiæ*, hoc est, Christi adventum; sequentur autem post ipsum hi, qui purum ab infidelitate perfidiaque cogerent, ut Petrus, & Andræas, qui vocati ad piscationem hominum, confestim sequuti sunt Christum. *q* Septimo ex Hugone, non deseret suos Christus, qui promisit se futurum cum illis *usque ad consummationem sæculi* r, ideſt, usque ad iudicium, (quamvis etiam postea in æternum) quando justitia, justorum, qui nunc persecutionem patiuntur, & injustè judicantur, atque

Sensus loci.

Sensus allegoricus.

a 1. Jo. 2. 27
b Aug. 15. 4
c Prov. 26. 27
Eccl. 10. 8.
Eccl. 28. 29.
d Jer. 18. 20
e Ps. 56. 7
Prov. 16. 27
f Rom. 2. 4.
Jacobi 5. 3.
g Rom. 2. 5.
h vers. 3
i Assum. 84.
k Luc. 16. 28
Tropolog.
l Hugo, & Ayguan. Apoc.
m vers. 5
n vers. 7
o 1. Cor. 1. 3.
p in Zach. 14. num. 105
q Mat. 3. 20 11.
r c. ult. 24.

condemnantur, convertetur in judicium, ita ut ipsimet judicum suorum injustorum justi judices fiant, eos vero censeri etiam hic revera justos, & juxta justitiam esse, ac vivere, qui recto sunt corde, subjicientes se divinæ voluntati etiam in adversis. Juvat istum sensum Augustinus *a*, explicans quadusque *convertatur justitia*, quam nunc habet infirmitas piorum, *in judicium*, hoc est, judicandi accipiat potestatem. Octavo Gregor. *b* docet *justitiam in judicium verti*, quia hi, qui nunc justè, atque irreprehensibiliter vivunt, tunc judicandi potentiam nanciscentur, eique *qui vicerit*, *dabit Christus secum sedere in throno suo* c. Nono Campensis, futurum, ut *justitia* conjungatur *judicio* & *ad justitiæ* normam restituat Deus *judicium*, efficiatq; ut judices quod justum est judicent; & hoc judicium, Deumve sequantur omnes qui recto sunt corde animoq; integro. Ultimo Genebrard. declarat non deserendum à Deo populum, quoad revertatur in hoc populo *ad judicium justitia*, & post justitiam sint *omnes recti corde*, hoc est, quamdiu qui de populo Dei censentur, justi erunt, & recti versabuntur juxta illam, quamdiu vigebit in ipsis justitia, & reducetur in opus, *justitiæ* namque opus est *judicium*. Ultimus cum penultimo, & tribus primis, optimus sensus, ex quibus integrari unus facile potest, ceteri pertinent ad mysterium.

a 13. de Trin. c. 15. 3

b 16. moral. c. 25. 26.

c Apoc. 3. 21.

Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem, suam non relinquet.) Sententia facilis, posset q; accipi, quia non ætiologicè, & ut caussa, sed exegeticè, seu enunciativè, & assertivè, ac si esset, *certè*, quod etiam significat כי *chi*. Idem repetitur ferè Psalmo sequenti *d*, & ab Apostolo *e*; *non repulit Dominus plebem suam quam præscivit*: & *non te deseram, neque derelinquam* f; cui affine illud in Josue *g*, *non dimittam, neque derelinquam te*: promisit Christus, ut ante dixi futurum cum suis *neque ad consummationem sæculi* h, jussitque ne *timeret pusillus grex, quia complacuisset Patri ejus dare illis regnum* i. Non restringerem tamen sententiam ad solos prædestinatos.

d ut recitatur.

e Ro. 11. 1. 2.

f Heb. 13. 5.

g c. 1. 5.

h Matt. ult. 20.

i Luc. 12. 32.

Quoadusque justitia convertatur in judicium.) Hieronymus, *quoniam usque ad justitiam revertetur judicium*. Alii, *nam tandem usque ad justitiam revertetur judicium*, ideſt, etiamsi differat Deus judicia sua, sinens affligi diutius suos, restituentur in locum suum justitia. & judicium, & faciet omnibus judicium ex æquitate. Hebræa sunt hæc כיעד צדק ישיב משפט *chibhad tsedeK jasciu mispat*. Ubi *metathesis* Genebrardus vult in primis duabus dictionibus esse, *pro* הד כי *bhad cei*. Penultimum verbum videntur legisse nun ישוב *jasciub* in kal, & in simplici activa significatione sed ישיב *jascib* in hiphil & transitivè, ut significat *revertì facere*, sive *restituere*, illi qui exponunt, ut Campensis, *donec restituat*, scilicet Deus, *justitiam ad judicium*. Quintæ auctores expositionis legerunt ישב *jesceu* sedebit, non à radice שוב *sciub*, sed a ישב *jasciab*. Juxta translationem nostram *converti* idem est quod *reverti*, & *reverti justitiam ad judicium*, est justitiam actum suum exercere, ac manifestare, z quo videbatur distare, ac remota esse. Potest id intelligi ex dictis ad ea verba Psalmi 22. *K animam meam convertit*, ideſt, *reduxit*, *redire fecit*, *restituit*, quasi recessisset prius & animi defectum, deliquiumve, & absentiam David passus esset. Sic anima quædam justitiæ judicium est, & otiosa virtus videtur mortua esse, sicut fidem non operantem vocat Jacobus *mortuam* l.

B

k vers. 5.

l c. 2. v. 26.

εἰως κρῖμα τεκθῆ δικαιοσύνη πάλιν ἐλθῆ.

Quousque judicium pariens justitia rursum venerit; inquit Apollinarius.

Et qui juxta illam, omnes qui recto sunt corde.) Multi codices habent interrogationem; & qui juxta illam; ut in sequentibus responsio contineatur, & ita maxima pars Latinorum Expositorum legit, ac interpretatur: præterea Cassiodorus, quamvis utatur alia lectione, ut mox dicam. Hieron., *& sequentur illud omnes recti corde*, videlicet *judicium*. Alii, *& post illam omnes recti corde*, ideſt, *post illam justitiam*, quæ ad judicium reversa est; supple *suspirant*, *sequuntur*, *currunt*. Vel *post illud* judicium. Vel in masculino genere, *post illum*, Deum sequuntur nempè quum viderint justitiæ ejus judicium. Hebræa vox ואחריו *veachario* habens affixum masculini generis, potest indicare alterum ex proximè præcedentibus, aut משפט *mispat judicium*, aut צדק *tsedeK justitiam*. Supleri quoque potest paullo remotius nomen *Domini*. Textus Græcus LXX. hic est, καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, *& deinceps post illam*, (vel κρίσιν *judicium*, vel δικαιοσύνην *justitiam* intelligere possumus) seu *qui juxta illam*, aut *sequentes*, sive *qui sequuntur eam sunt omnes illi, qui recto*

C

sunt corde. Aquila, & Theodotio veterunt καὶ ὀπίσω αὐτῆς vel αὐτην, *& post illam*, aut *illas*, videlicet *post judicium*, vel *hoc*, & *justitiam*, quæ duo, ut dixi, generis fœminini Græcè sunt. In Psalt. Romano, quam Cassiodorum, cum interrogatione, quam Cassiodorus jubet adhiberi, *& qui timent eum? omnes, qui recto sunt corde.* Participium ἐχόμενοι, cui articulus præfixus hoc loco non est, significat *deinceps positos*, sive *sequentes*, præterea *habentes*, postremo *tenentes*, non solum prout *tenere* aliquando est idem quod *habere*, ut vulgares etiam testantur linguæ, præsertim Hispanica, qua dicit quis *yo tengo*, ideſt, *habeo*, sed etiam ut est *firmiter quod habeas retinere*, vel etiam *prehendere, adhærere, conjunctum esse*, seu *proximum, proximè sequi, amplecti, capessere, aggredi*. Sed Hebrææ dictioni solum respondet notio ordinis, & *sequendi*, quæ optimè expressa est ab Interprete, *& qui juxta illam*, qui clarior videtur futurus fuisse, si omisisset pronomen relativum *qui*, hocque pacto posuisset, *& juxta illam omnes qui recto sunt corde*, ita ut pro subjecto sint, *recti corde*, pro prædicato, *juxta illam*. Ut nunc verò legimus opposita ratione declaratur, (*& qui juxta illã*, nempè sunt, *omnes ex iis sunt, qui recto sunt corde.*) *Qui ad Deum pertinent applicat Deus sibi tamquam sanctos, & quos elegerit, appropinquabunt ei* m. De *rectitudine cordis* Augustinus multa: nos alibi. Hic in fine est διάψαλμα licèt non extet סלה *selah* Hebraicè.

Teneo quo modo usur petur.

m Num. 15. 5.

Vers. 16.) Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

ZElo plenus David *pro Domino exercituum* n, atque pro conservatione servorum illius, accensus etiam amore justitiæ vindicis, prodeuntis in judicium, de qua proximè dixerat; præterea divina spe confirmatus, quasi dimicandum jam sibi esset cum improbis, advocat alios in societatem potius quam in auxilium, quod satis superque sciebat constitutum in Deo, ad illum fere modum, quo Moyses vehementer indignatus in Idololatras exclamavit, *Si quis est Domini, jungatur mihi, & ponat vir gladium super femur suum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum* o. Lyranus, & Ayguanus putant Moysen, cui Psalmum istum tribuunt, ad modo recitata verba hic alludere: Trevetus ad periculum, quod evasit, quum submergendus erat. Addit verò, si David loquitur, facere mentionem de periculis suis sub Saule. Docet Ayguanus dici posse Christum loqui, qui vicerit diabolum tentantem, & patientiam servaverit in persecutionibus Judæorom, alios vero ad sui imitationem invitet. Quasi nimirum diceret *p*, *quod me vidistis facere, facite*, sicut olim dixerat Gedeon, & Abimelech. Prioris qui dicitur Hieron. acceperat hæc ut Christi verba, ac si diceret, *quis est putat de sanctis, qui mecum resurget? propterea resurrexi ut alii mecum resurgerent.* Magis placet, ut generatim quivis justus loquens inducatur. Nec de futuro tamen judicio præcisè cum Cajetano, sed de tempore quoque præsenti exponendum puto. Nec displicet alter sensus, cui sequentia favent, ut ad magis exprimendam necessitatem dictæ conversionis, seu reversionis ac reditus *justitiæ ad judicium*, & ut quantopere indigeat auxilio *Domini ultimum*, significet, constituat se veluti solum inter plurimos hostes tamquam desperantem, & vociferantem, quis mihi tandem auxilio erit? quis adjuvabit? quis è tantis eripiet periculis? quis liberabit à tot, & adeo fortibus, acribus, ferocibus, iniquis adversariis? Ergo actum est, nisi præsto sit Deus, & opem opportunè ferat. Quod magis declarant sequentia. Sententia porro extendi potest ad hostes visibiles, & invisibiles, atque ad omnem vim, quam quis patiens imploret Deum ut respondeat *q*, & eam frangat. Insinuat vero isiterrogatio, & pronomen singulare, *quis*, quàm sit paucorum zelus ille justitiæ, honoris divini, salutis animarum, ut observat Hugo: item *quàm sit vana salus hominis* r, omneque humanum, sine divino præsidio, & subsidio, nec esse qui pugnet pro nobis, ita ut expugnare valeat, nisi Deus noster. Homilia sub Chrysostomi extat nomine super hoc, & sequenti versiculo *s*, in qua demonstratur orationis efficacia, & necessitas auxilii divini exemplis potissimum Patriarcharum. Jubet ad extremum auctor ille, ut hos quotidie usurpemus versiculos purgata & eliquata mente, jugi oratione, conquadratis moribus, trutinata consuetudine, ut *gratiam Dei non in vacuum suscipiamus* t, sed faciamus in eadem gratia fructum justitiæ, ob meritum vitæ perpetuæ.

Sensus loci.

n 3. Reg. 19. 10. 14.

o Exo. 32. 29

p Jud. 7. 17. c. 9. 48

q Esa. 38. 14

r Psl. 59. 13.

s tom. 1.

t 2. Cor. 6.

Quis

Quis consurget mihi adversus malignantes?) Hieron. *quis stabit pro me adversus malos*: Eodem pacto *Symmachus*, τίς ἀναστήσεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς κακοῦργους; Alii, *cum malis*, nempè pugnanti cum illis. In aliis Psalteriis Romano, & vetere, apudq; Augustum Cassiod. Arnob., *exurget*. Creditus Hieronym. in Comm. *quis resurget*, & hoc etiam valet ἀναστήσεται & יקום *jaKum*. Interrogatio autem innuit vel deesse qui consurget, stetq; vel desiderari, ut si qui consurgat, & stet: vel desperari quodammodo de auxilio humano, vel invitari qui auxilientur, sive quia necessitas premat, sive quod societas aliorum delectet. Sæpè hoc desiderium denotat ista formula *quis det*, *ut*, &c. seu *quis dabit*, vel *tribuat* a, & redditur quandoque b *utinam*. Eadem ratio si apponatur aliud verbum, ut, *Quis c revolvet nobis lapidem ad ostium monumenti?* Non est sensus, quem tradit Janssonius, *quis consurget mihi*, hoc est, quis me excitabit in istud prælium. Dicendum fuisset, quis excitabit me, eriget, statuet, confirmabit. *Quis consurget mihi*, idem est, atq; quis consurget ut me juvet, ut obsequatur, & gratificetur mihi. Quemadmodum apud Esaiam *d* Deus, *quem mittam, & quis ibit nobis?* Quamvis ibi additum volunt aliquid dativi casus pronomen per pleonasmum. Sed nostram utilitatem Deus pro singulari pietate propriam, ac suam ducit. Non displicet subintelligere cum Cajetano, *quis consurget mihi*, nempe *habenti rectum cor, & fiduciæ divinæ pleno*. Sed nimis anguste declarat de *judicio*, quasi dicat, quis stabit pro me tunc quum malignis, quando judicabuntur, non enim sufficio per me, nec merita propria sufficiunt.

Aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?) Hieronim. omisso, aut, *quis stabit pro me adversus operarios iniquitatis?* Ita quoq; Symmachus τίς ἐνίστεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς ἐργατας ἀδικίας. Alii, *quis statuet se pro me contra operarios iniquos? quis consistat mecum? quis se opponat? stabuere se* significat התיצב *hithiatseu*, & παρασταθω. Apollinarius utrumque membrum sic exponit.

τίς μ' ὀλοῶν τε ὑζειεν ἀναστήσας ὀλετῆρα.
τίς δήμε θωρήξας ἀνόμων ἐπὶ δῆριν ἐγείρη;

Quis mihi perniciosorum paraverit consurgens occisorẽ? Quis vero me armans injustorũ ad pugnam excitaverit? *Standi* verbum videtur militare, atq; de pugnante, seu cum armis consistente dici. Sic *stare pro animabus suis* e, est pro illis decertare: *stare contra aliquem* f, contra illum pugnare. *Sta, & præparate*, inquit Jeremias g, *quare computris fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subvertit eum* h. Paulus i *indui nos armaturam Dei* vult, ut *possimus stare adversus insidias diaboli, in omnibus, etiam perfectos stare, & stare succinctos lumbos in veritate*, &c. Auctores profani *pro aliquo stare*, aut *cum aliquo*, aut *ab aliquo*, usurpant, qui in acie consistat, & alium tueatur. Affert exempla Bochius hoc loco ex Terentio K, Virgilio *l*, Ovidio *m*, Cicerone *n*, Livio *o*; nec alia plura desunt. Importatur præterea verbo eodem constantia, & perseverantia. Non sufficit consurgere, & insurgere *adversus malignantes*; cùm ad opus pervenerint, resistendum fortiter, & constanter. Græci verbi συμπαρίσασθαι exemplum nondum reperi. Videtur eumdem usum habere cum συνίσασθαι, & ἐπισυνίσασθαι, quod est cum dativo, *stare à partibus alicujus, conspirare, coire, insurgere in alium alicujus gratia, sed quasi obsidendo, circumvallando*.

Vers. 17.) Nisi quia Dominus adjuvit me, paullo minus habitasset in inferno anima mea.

Vers. 18.) Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua Domine adjuvabat me.

Vers. 19.) Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Sensus loci.

OStendit in suamet persona, vel alterius induens personam, adversus hostium persecutionem nec fuisse, nec esse posse, qui ferat auxilium efficax, præter unum Deum: ac proinde respondet sibi ad quæstionem priore versu factam. Dicit enim ad eas se aliquando angustias redactum, ut nisi succurrisset Deus, moriendum sibi necessario, & ad sepulchrum, infernumque descendendum fuisse; & se cum nihil propius arbitrabatur esse, quam ut haberetur, ac rueret, expertum divinam misericordiam, quæ veluti manu injecta prehensum liberaret, atq; confirmaret: postremo blanditum consolationibus Deum suis sibi, matris in morem, & pro præcedentibus angoribus, laboribusque longè suaviorem à Deo recepisse cumulum consolationum. De periculis animæ, & remediis, atq; consolationibus spiritualibus declarantur hæc à multis, ut in partium singularum explanatione dicemus.

Nisi quia Dominus adjuvit me.) Hieronym. *nisi quia Dominus auxiliator meus*. Alii, ablato quia, *nisi Dominus auxilio fuisset mihi*: vel *auxiliũ*, seu *adjutorium mihi*. Hebraicè non extat, *quia*; sed tantum לולי *lule*, quod alibi p redditur absque particula illa causali. Propter indicativi modi vebum, *adjuvit*, additum est, *quia*, in Psalterio, quo utitur Ambrosiana Ecclesia, *nisi quia Dominus adjuvabat me*, in Romano *nisi quia Dominus adiuvasset*, vel *adiuvisset me*; apud Arnobium demto, quia, *nisi Dominus adiuvasset me*. Quæ ultima constructio clarior, & melior.

Paullo minus habitavisset in inferno anima mea.) Arn. *modico minus*. Cassian. *q*, *paullo minus habitaverat*. Alii, *secundum parum, propemodum, mox, brevi; silentium*, aut *in silentio*, seu *in excisione, interitu, morte, sepulchro, inferno habitasset anima mea*, idest, vel ego, licet secundùm partem, idest, animam, in inferno, secundùm corpus in sepulchro, vel anima, vel corpus jam dictis modis. Minus proprie *vita per animam* nunc accipitur, quia cùm pereat vita, penitus non censetur ullibi habitare. Anima secundum substantiam descendebat ante mortem Christi in infernum, nec *erat qui erueret eam de manu inferi* r: quare quod ait, *nisi Dominus adiuvisset*, nil proprius fuisse, quam ut habitaret in inferno anima sua, intelligit, quam ut citius ipse moreretur, & descenderet in infernum anima, ibique habitaret. Quamvis autem nomen דומה *dumah* juxta eas notiones, quas hic attigimus, & partim etiam diximus psl. 64. *s* ubi tamen est *dumiah*, congruere possit *sepulchro*, præstat interpretari de *subterraneo animarum receptaculo*, quod ᾅδης significat, numquam *sepulchrum*.

ἐμὸς πεπότητο συνέσιος ἄδιθυμος, ᾅδην,
Meus volasset concubernalis inferno animus:

Inquit Apollin. Inter *inferni* Hebræa nomina septem, quæ recitat Galatin. *t* ex Rabinis, hoc non ponit. Iterum per ᾅδην, & *infernum* transfertur in psl. 115. *u* secundum Hebræos; *neque omnes, qui descendunt in infernum*. (*Silentes*, ac *umbræ silentum*) apud Poetas *x* desygnant mortuos, & inferno detentos. Augustum adaptar, & Lyranus Aaroni, quem populus occidisset, nisi vitulum conflasset, & Moysen, qui contrivit eum, nisi Deus compressisset. *y* Ayguan. ad Moysen, qui etiam dixit *z*, *adhuc paulum, & lapidabunt me*: Trevetus ad populum Hebræum, qui parum abfuit quin extingueretur in Ægypto, quando masculi sunt interfecti. De Christo etiam explicat Ayguanus, quoniam anima ejus post mortem ad infernum descendit, sed ibi non habitavit, quoniam adjutorie Dei statim resuscitatus est, & dixit, *a*, *eripuisti animam meam ex inferno inferiori*. Moraliter hoc ususpare possunt qui peccandi gravia pericula beneficio Dei evaserunt, ac propterea damnatorum locum, & in quo peccator etiam dum hid vivit habitare censetur, sicut justus *conversationem habere in cœlis* b, & ad misericordiam quandam Dei pertinet, non quamprimum descendere in dictum tormentorum locum. Quamquam una ex parte satius esset reprobo citius in infernum descendere, si diu vivendo, peccata est accumulaturus: ex alia, melius differri descensum, si interim aliqua merita est habiturus, & gratiam recuperaturus, licet tamdem eam amittat.

Misericordia c *Domini, quia non sumus consumti, Fidelis* d *Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere*. Bernard. *e* explicat de inferno inferiori, ubi nulla confessio, unde nulli licet exire. Cassian. *f* ex hoc loco necessitatem gratiæ probat; sicut ex sequentibus duobus versibus. Liberi utique arbitrii pravitate se in inferno, inquit, habituturum fuisse, nisi Domini fuisset adjutorio, ac protectione salvatus. Probat hic idem locus noster donum perseverantiæ gratia speciali egere. Similis est inter alios in psl. 127. *Nisi Dominus ædificaverit domum*, &c. *Nisi Dominus custodierit civitatem*, &c Cajetanus in, *paulo minus*, aut *velus modicum*, considerat id exiguum, quod est in merito justi, quatenus liberum arbitrium spectatur maximam vero meriti rationem esse ex gratia.

Si dicebam motus est pes meus.) Idest, cùm dicerem, de me esse actũ, corruisse me, ruinam ante oculos meos esse. Vel cum plane nutans, ac vacillans animo, incertus consilii, de-

a Deut. 5. 29 Jab. 19. 23. 2. Reg. 18. 32 psl. 51. 7. psl. 54. 7. Cant. 8 Jer. 9. 1. 2. b Exod. 36. 3 & 6. 8.

Duo verbum militare & quomodo usurpetur.

c Ephes. 2. 11. 6. 1. 16. f Sap. 10 16. c. 113. g c. 46. 14. h vers. 15. i Eph. 6. 11. 15 k in Phorm. Actu 1. Scena 5. 18. & 12 An. m 1. Trist. Eleg. 2 n 4. de Finibus. o 6. de bel. Tunico & 7 de bel Asig.

p Gen. 43 10. Deut. 32 37. Jud. 14. 1

q Colla 3 c. 12

r psl. 88 49

s vers. 4

t lib. 6. c. 7. u vers. 17.

x Vir. 6. Æn. Ovid. 5 Fasto.

y Exod. 32 tote; z. c. 17. 4

a psl. 85. 13

b Phil. 3. 29

c Thr. 3. 12 d 1. Cor. 10 13

e ser. 2. de Assumpt. f Colla 3

Donum perseverantiæ gratia speciali eget.

Maxima meriti ratio ex gratia est.

desperans auxilium, fuga mihi consulendum existimarem. Sic Apollinarius.

ἐ γε γὰρ ὀκλάζοντι νόῳ προτέρῃ φύξιν ἐδέγμην.

Quando enim claudicanti animo ad fugam expectavi, vel fugam cepi.

Occurrit jam aliquoties *a* hæc dicendi formula ad pedum motu, & commotione, & lapsu, rursumq; postea in 120. *b*. Indicat nos in cursu versari, & in lucta, & in lubrico. Tale illud ex 117. *c* *Impulsus eversus sum*, alii, *versatus, ut caderem, & Dominus suscepit me*, ideſt, ait Cassianus, *d* ne penitus libero collabamur arbitrio, quum titubasse nos viderit, porrectione quodammodo manuum suarum sustentat, atque confirmat. *Et si dicebam motus est pes meus*, lubrica scil. arbitrii facultate, *misericordia tua Domine, adjuvabat me*: iterum mobilitati suæ Dei conjugit auxilium, quia ne moveretur pes fidei suæ, non industriæ propriæ fuisse, sed miser cordiæ Domini confitetur. Ayguan. *pedes* interpretatur discipulos Christi, vacillantes in passione ipsius, sed per Dei gratiam brevi postea confirmatos: sicut & Christus vacillantes Petri in mari pedes, ac fidem erexit *e*. Augustinus explicans de periculo peccandi, sicut alii plurimi perpendit in verbis illis, *si dicebam*; amari, à Deo confessionem, & confitendum nobis motum, ne plangamus ruinam, ut adjuvet Deus, ne in inferno sit anima nostra. Confirmat allato Petri exemplo, qui jussus ambulavit super mare, quumque titurbaret clamavit, pereo.

a Psal. 37. 17. & Psal. 55. 14. Psal. 65. 9. Psal. 72. 2.
b vers. 3.
c vers. 13.
d collat. 3. c. 23.
e Matth. 14. & seq.

Misericordia tua Domine adiuvabat me.) Hieron. *substentabat me*, quod propriè valet יסעדני *ishhadeni*, vertendo futurum in præteritum imperfectum; sicut, & in præteritum perfectum poterat. Filium Dei, ac proinde filium gratiæ Deus gratiaq; juvant magis colluctatione principis tenebrarum *f* (qui ut in visione corporea contingit ei, qui latens in obscuro, cernit eum, qui in luce est, nec ipse cernitur) quam Antæonem terra, ex qua natum fabulantur, in lucta contra Herculem, quoties ad eam prosternebatur, toties enim fortior resurgebat.

f Ephes. 6. 12.

g Lucan. 4. Phars.

g *telluſque viro luctante laborat.*

h Avenda in Ps. 118.

Parum apte declarant aliqui *h*; *Si dicebam motus est pes meus*. Si aliquo bono affectu movebar, *misericordia tua Domine adiuvabat me*, ideſt, præibat. *Adiuvare* non est *præire*, & *motio pedis* in malam partem accipitur.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.) Hieron. *in multitudine cogitationum mearum, quæ sunt in me intrinsecus, consolationes tuæ delectabant animam meam.* Alii, *pro magnitudine anxiarum cogitationum*, vel *axietatũ mearum intra me*. Psalter. verus, & Augustin. *exhortationes tuæ jucundaverunt*, quamvis alibi legit *consolationes*, quas utrasque significant παρακλήσεις. In libro secundo de Spiritu sancto, qui est Didymi, sed Latinè redditus cum aliis à Hieronymo, legitur, *lætificaverunt cor meum*, sive *dilexerunt animam meam*; ibique dicitur utroq; scriptum modo in diversis exemplaribus inveniri. Atqui nec Hebræum, nec Græcum verbum significare potest, *dilexerunt*. Nec etiam video cur attribuatur hic locus Christo, ut probetur eum esse paracletum, & consolatorem. In codice tamen Vaticano reperitur ηγάπησαν. Quomodo dicerentur ipse consolationes tamquam personæ, quædam afflictum delinire, & blandiri, benevolentiæ tenerioris signa edere. Interpretati sunt Lxx. *cogitationes anxia*, & *molestas* nomine ὠδίνων, pro quibus puto in textu Nicephori ὀικτιρμῶν nomen irrepsisse, habet enim in commentario ὀδύνας. Significant שרעפים *sarhhaphim cogitationes*, ut ita dicam, *ramosas*, ideſt, *perplexas*. Iterum dumtaxat reperitur in psal. 138. *k* Ubi Hieron. reddit etiam *cogitationes*; nostri *semitas*, & τριβὰς. Ramus in vertice arboris ventis agitatus designat dubiam, ancipitem, anxiam, perplexam cogitationem. Est ergo sensus, dum tacitus revolveret multa secum de propriis periculis, de sua innocentia, de iniquitate adversariorum, de prosperitate eorumdem, de justitia, scientia, providentia, clementia Dei, quid faceret, quid consilii caperet, quo pacto evaderet, ad quem confugerat, totque hinc inde agitaretur, & discruciaretur cogitationum compugnantia, DEUM in tempore affuisse, atque lætitiam suggessisse, conveniens, aptumque gaudii medicamentum attulisse. Imitatus videtur hunc locum Paulus *l*, *sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra*. Benedicit *m* etiam DEUM, quod consoletur in omni tribulatione. Tobias *n* ei dicit, quod *post tempestatem tranquillum facit, & post lacrimationẽ, & fletum, exultationem infundi* Ipsa pericula nostra inquit Augustinus, dulciorem nobis faciunt libertatem. Alibi *o* vero docet quod civitati DEI, & rebus prosperis consolatio, ut non frangatur adversis, & rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam providentiam procuratur, atque ita temperatur utrumque ab alterutro, in psalmo (hoc nostro) illam vocem non aliunde agnoscamus exortam; *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ jucundaverunt animam meam*. Affert illud præterea *p*, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*. Notat etiam hic dici, *secundum multitudinem dolorum in corde meo*, non, *in corpore meo*, quia perditi Christianorum mores, & Hæreticorum errores piè viventium corda cruciant, etiamsi non sæviatur in corpora ipsorum, quoniam per eas blasphematur Christianum, & Catholicum nomen, & propter Hæreticorum dissensiones multi volentes esse Christiani hæsitate coguntur. Sed hic ipse dolor, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores Christianorum malorum, sive falsorum, prodest dolentibus, quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire salutem aliorum. Denique magnæ consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quæ piorum animas tanta jucunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciaverunt. Hactenus ex Augustino, & nos in Apostolica historia de hujusmodi guaudio egimus. Moyses quidem, de quo exponi psalmum a nonnullis aliquoties monui, post vehementes dolores, de peccatis populi, consolationibus divinis lætificatus est, Christus post passionem glorioſior resurrexit, sed sententia extendenda latius ad quemlibet justum. Id facit etiam Gregorius *q*, explicans tropologicè, quo pacto addiderit Dominus omnia quęcumque fuerant Job duplicia *r*, *quia per pietatem benigni judicis*, inquit, *tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum. Minus autem tentat probatio, quam remuneratio consolatur, ut ex retributionis merito leve fuisse, quod toleravit, agnoscat, qui ex persecutionis pondere grave se aliquid tolerare judicabat. Unde afflictæ quoque Judææ dicitur s.* (*Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.*) *Aliquando vero juxta afflictionis pondus disponitur mensura consolationis*. Tunc prolato hoc loco subdit. *In ea enim mensura consolatum se in qua afflictus fuerat, judicat, qui lætificatum se secundum multitudinem dolorum clamat*. Sic ille Basilius *t* item negat amantis virtutem posse gaudium ulla interpolari tristitiæ nube, quamvis nonnihil acerbi casus oboriatur, eo quod tribulatio patientiam operatur, hæc probationem, ista spem, spes reddat gaudium veluti contubernalem animæ generoſę, & ad virtutem excolendam solicitæ. Origenes *u* docet videri Davidem loqui tantũ de commensuratione præsentis vitæ, immò & Paulum *x*, quum scribit quod *sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & consolatio nostra*: futuram vero gloriam longe superiorem esse, *quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad illam y & momentaneum, ac leve hujus tribulationis supra modum in sublimitatem æternum gloriæ pondus operabitur in nobis z*. Hieronymi nomen gerens hoc loco videtur spectare etiam in futura vita hujusmodi quandam mensuræ proportionem, ut respondeant tribulationibus præmia, vulneribus coronæ, uni lacrymæ, una consolatio, decem lacrymis totidem consolationes, quantus, & consolationum numerus. Cassianus *a* doloresque accipiens ex culpa natos, ita explicat dum de gratia, liberoque disputat arbitrio. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo*, qui libero utique mihi nascebantur arbitrio, *consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*, per tuam scilicet inspirationem venientes in cor meum, & referantes contemplationem futurorum bonorum, quæ pro tuo nomine laborantibus præparasti, non solum abstulerunt omnem anxietatem cordis mei, verum etiam summam lætitiam contulerunt. Vivi non potest absque aliqua dulcedine consolationis, nisique condimentum hoc labori addatur. Gignit inter alia hanc dulcedinem, inquit Philo *b* amantis honestatem zelus, amor, & desiderium. Ait etiam *dulcedinem laboris vocari* φιλοπονίαν. Jubet præterea, ne quis afflicti onem refugiat, nec putet fastas epulas vocari panem afflictionis, tamquam noxias ac non potius utiles. Item scribit *c* qui fugit laborem, fugere felicitatem. Basilius *d*, ait qui delectantur rosa iis non esse spinas molestas, unde illa prodit: audivisse etiam se, quod rosæ amatoribus natura minutas illas spinas quasi quędã amatoria illecta-

k vers. 23.

Sensus.

l 2 Cor. 1. 5 similis v. 3 4. & c. 3. 22.

m 2 Cor. 1. 3.

n Tob. 3. 22.

o lib. 18. de Civ. c. 51.

p Rom. 12. 12.

q 31. Moral. 8.

r Job 42. 6. Minus tentat Pro ratio quam remunerat. tio consolatur.

s Esa 54. 7.

t lib. 4. de grat. agend. Gaudium virtutem amantis non potest tristitia interpolari.

u in Ep. ad Rom. c. 8. & 2. Cor. 1. 5.

x 2. Cor. 1. 5.

y Rom. 8. 18.

z 2. Cor. 4. 17.

a Coll. 3. c. 14.

b de concupiscendo erud. c. 3. de vita Mosis. Et qui rosa delectatur spina non est molesta.

c Ep. 149. ad Licinium.

d Ep. 149 ad Licinium.

ad-

admittentibus, ad majus desiderium colligentes provocet. Ipsa conscientia benefacti dum vivis, non abscedit, & laboris lenimentum; ac fructus est, si quid per voluptatem nequiter feceris; voluptas cito abibit, nequiter factum semper manet, & animum tuum excruciat. Ut M. Cato quondam sententiose dixit, teste Gellio *a*. Denique proprium *lugentium* præmium Christus *consolationem* attribuit *b*, & tristitiam convertendam in *gaudium, quod nemo auferat c*, & *servum bonum, & fidelem*, qui nempe fideliter, si tenueq; serviendo laboraverit, invitat ut *intret in gaudium Domini d*: ad hoc etiam se missum dixit, ut *consolaretur lugentes e*; propterea & ipse misit Spiritum sanctum sub nomine *paracleti*, hoc est, consolatoris. *Deus noster idem Deus est misericordiarum, & totius consolationis consolans nos in omni tribulatione nostra f, convertens luctum in gaudium, consolans, & lætificans à dolore g, misericordiæ recordatus, cùm iratus fuerit h*, quumque *ostenderit tribulationes multas & malas, conversus vivificat, & de abyssis terræ reduxit i*, lugentes invitat *ad fugendum, & ut repleantur ab ubere consolationis k*. Dolendi nobis permultæ causæ, dolorumque multitudo magna, sed in promtu cuivis divina consolatio, ut Greveus demonstrat *l*. Dolet justus *prolongari incolatum m*, consolatur ob præsentiam Christi *nobiscum usque ad consummationem sæculi n*: dolet atque coarctatur, *cupiens dissolvi & esse cum Christo o*: Christus eum consolans ait *p*, *Ecce venio cito, & merces mea mecum*: dolet deesse compunctionem veluti *irriguam terram q*, promittitur ei *acqua super sitientem pluviaque super aridam r*: dolet ob *persecutiones s*: *gaudere* jubetur, & *exultare, quia merces multa est in cœlis t*, dolet quia *Satanas expetit eum, ut cribret u*; rogat Christus *ne deficiat fides x*; dolet de *lege carnis y*; sed *Spiritus sanctus obumbrat z*; dolet aliorum peccata, & damnationem *a*: eorundem conversio est *illi gaudium & gloria b*: dolet societate malorum *c*, veruntamen vetat Deus, *ne idcirco timeat d*: dolet quod *impiorum via prosperetur e, transibit gaudientes, cùm viderit non esse ipsos nec locum eorum f*. Quemlibet dolorem lenit consideratio æternorum suppliciorum, & præmiorum, divinorum beneficiorum, propriorum peccatorum, passionis Christi, aliorum exemplorum, tum qui pro Deo plura multo passi sunt, tum pro mundo, suisve cupiditatibus, divini amoris, providentiæ, justitiæ, potentiæ, quæ nil nisi quod esse nobis utile, ac sibi glorioſum possit, permittit.

a lib. 16. c. 1
b Matt. 5. 5
c Jo. 16. 22
d Matt. 25. 21. 23.
e Esa. 61. 2.
f 2. Cor. 1. 4
g Jer. 31. 13
h Abac. 3. 2
i Ps. 70. 20
k Esa. 66. 11
l Divina consolatio cuivis in promptu est.
m Ps. 119. 5
n Matt. ult. 20
o Phil. 1. 23
p Ap. ult. 20
q Jud. 1. 25
r Esa. 44. 5
s Matt. 5. 10
t ibi v. 11
u Luc. 22. 31
x ibi vers. 32
y Rom. 7. 23.
z Luc. 1. 35.
a Rom. 9. 2. 3
b 1. Th. 2. 19.
c Apoc. 2. 2
d Ezech. 2. 6.
e Jer. 12. 1
f Ps. 36. 36

Vers. 20.) Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?

Sensus loci.

HÆc ipsa in dolore una consolatio, & quidem maxima, cùm apud meipsum ita cogito. Fierine potest, ut quid tibi Deus commune sit cum solio, & potētia tyranni? credi potest similem te esse iniquo principi, qui prætextu legis vexare innocentes cogitat: igitur *onera tu gravia, & importabilia præceptorum aggeras g*? ut infelices affligas, & opprimas: Qui hoc in animum inducat crede e, aut leviter suspicari de te, ignorat quis sis, plane desipit, ac seipsum decipit, & alios, si quos in tam crassum errorem trahere conatur. *Justus es Domine, & rectum judicium tuum h, Judicium correctio sedis tuæ i, justitia firmatur solium tuum k: sedes super thronum, qui judicas justitiam l*, & *paravisti eam in judicio m, estque sicut Sol ac dies cœli n* propter splendorem veritatis & justitiæ, atque eadem de causa cōparatur cum sapphiro *o*, & flammis ignis. *p* Possent hæc etiam in mortem precantis accipi, seu objicientis Deo existimationem propriam, ac ne in discrimen venire justitia ipsius videatur, si improbis tantum faveat, eosque adeo sevire permittat. Favet lectio Græca, habens imperativum modum, ut dicemus. Aliqui putant sermonem esse ad impium, & iniquum in impietate, ac iniquitate tamquam in sede immorantem. Trevetus ad Pharaonem, qui fingebat *difficultatem in præcepto* dimittendi populum ut iret viam trium dierum ad sacrificandum *q*: Vel ad Saulem, qui *in præcepto* interficiendi omnes greges Amalech, cum Rege suo Agag *r*: Lyran. & Ayguanus ad exploratores terræ promissionis & alios, quos hi perterruerunt, ne obedirent *divino præcepto*, ut ingrederentur in illam terram *s*: Rickelius ad quemvis, qui nolit recedere ab iniquitate, cui fixus inhæret velut *in cathedra pestilentiæ t*, mendaciter prætexens, & confingens non posse se resipiscere, & Dei mandata servare, quod fusius Titelmanus declarat. Juxta priorem modum, qui communior est, nempe ut sit cum Deo sermo, alter nexus est, ut significet Propheta, nisi *multitudinem dolorū* habuisset, in quibus tamen Deus consolatus est, futurum fuisse, ut esset *sedes iniquitatis*, id est iniquus, & doctor iniquitatis, ac propterea non adhæret Deo, qui odit iniquitatem, & fingit *laborem in præcepto*, id est, vult ut præceptum, quo vetat iniquitatem cum labore, & dolore, cum cura, & diligentia servetur, & fingit, quatenus cuiq; distribuit, prout pati potest. Hoc modo magis diserte Bruno Charthusian. cæteri autem Latini satis indicant. Hugo *fingere laborem in præcepto* Deum interpretatur, tum quod velit obediri labori tamquam præcepto, quasi respiciat ad illud *u*, *in sudore vultus tui vescēris pane tuo*, quodque *homo natus est ad laborem x*: tum quod mobilem, ac tractabilem reddiderit per præceptum charitatis, non *imperans cum austeritate, & potentia y*. Gregor. z docet *dolorem*, seu *laborem in præcepto fingi* ei, qui à malis operibus, quasi præcepti vice per eum cohibetur. Bernardus *a* eo modo, quem secundo posuit loco Hugo; *fictum* scribit *in præcepto laborem*, quia *onus leve est, suave jugum b*, crux injuncta. Addit *c* hac ratione sub lingua Dei esse mel, & lac: omnino *fictum laborem* esse, ubi *non labor, sed requies invenitur d*. Adde ex Joanne *e*, hanc esse *charitatem Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non esse*, quod nos in ejus loci commentario uberius tractavimus: *qui sedet super talentum plumbi, quod est impietas f*, nil miram si *fingat laborem in præcepto*, & hoc onus esse, quod portari non valeat, putet, dicatq; *sedet in cathedra pestilentiæ, ac iniquitatis* is qui adhærescit isti tamquam sedi, & cui illa firmiter; docet vero figmenta, & falsa de Deo, & lege ipsius. Inter vocationes Apostolorum, Matthei vocatio mirabilior, & difficilior, quia *sedens in telonio* vocatus *g* est, ac tamquam ferrum de terra subla. tus, ut ait Gregor. *h*. Deprehendet vel tandem in Judicio impius *ambulasse se vias difficiles, ac lassatum fuisse in via iniquitatis*, deseruisse vias Dei secundùm se *duras quidem sed propter verba labiorum ipsius k* custoditu faciles. Isidori Pelusiotæ *l* singularis prorsus expositio videtur, animarum sanctarum hanc orationem esse pro cœlesti confessione dimicantium, supplicique clamore à Deo postulantium, ne in alium afferatur thronus iniquorum in conspectu illius; & adversus præceptum ejus κόπως exhibeat, id est *labores*: cujusmodi piis pueris Babylonius tyrannus erat *m*, aut sanctis martyribus pestiferi, & execrandi homines, Catque idolorum propugnatores. Euthym. & Nicephorus orari dicunt Christum, ne diabolus, in quo iniquitas confidet, aut regnat, adsit illi judicanti; sed prius mittatur in gehennam; ne quum adeo oderit hominem, illum accuset, inducendo ad violanda præcepta Christi, quod fingat esse difficilia, quæ alioqui sunt levia. Nicephorus adjicit, quod orantis more dicitur, prophetiæ quoque rationem habere. Aliter Genebrardus; numquid injuste judicabis nos, ô Deus, postquam ardua præcepta servavimus, te jubente, & illa condente, atq; constituente? Basil. & Theodor. num conjungetur tibi sedes violentiæ, qui *fingis laborem in præcepto*, juxta ve præceptum, non eris consors injuste judicantium, qui vero sententiam præceptis tuis contrariam ferunt, supplicium sibi quod inde nascitur, accersunt, addens tu *laborem præcepto*, id est violanti illud.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis.) Hieron. *numquid particeps erit tui thronus insidiarum?* Alii, *numquid sociabitur tibi thronus perversitatum: numquid tibi quicquam commune erit cum tribunali confractionum: an affixum tibi erit solium pravitatum: sociabiturne tibi sedes iniquitatum: ecquid tibi communionis cum solio* seu *potesta te iniqui, scelerati tyranni: ergo consociabitur tibi thronus iniquus*, id est, *sedens in throno*; *ut similis sis inique judicanti, vel imperanti, & dominanti?* Hebræum verbum est futuri temporis יהכרך *jechaverecha* & Græcum in emendatis codicibus, συμπροσεσαι, quamvis in multis aliis sit in imperativo συμπροσισω. Futuri temporis alio verbo utitur Aquila μεδέξει *particeps erit*, & Symmachus συναφθήσεδε *conjungetur*. Apollinarius reddit in imperativo, & deprecative, non imperative.

μή τοιδάκος ἄναξ ἀδεμίστιος ἐνφύδεν ἔσω.

Non tibi thronus ô Rex iniquus prope flet.

Euthymius etiam, Nicephoras, Pelusiota legunt in imperativo, ut dixi, interpretanturque per modum optantis, & deprecantis, cui servit etiam futurum tempus, de qua lectione meminit præterea Euthymius. Basil. ac Theodoretus legunt cum interrogatione, cujus est quoque nota Hebræa in היכרך *haichaverecha*: Græca vero particula μὴ utrovis modo proferri potest, cum, ac sine interrogatione. Pro *sede iniquitatis* Aquila reddit ἐπιβολῆς *insidiarum* Symmachus ἐπηρείας *injuriæ*. Omnia ista, & alia, quę prius dixi,

μὴ particula cum ac sine interrogatione proferri potest.

g Matt. 23. 4
h Ps. 118. 137.
i Ps. 96. 2
k Prov. 23. 3. c. 25. 5
l Ps. 9. 5
m vers. 8
n Ps. 88. 30. 37.
o Ezech. 1. 26
p Dan. 7. 9
q Exo. 3. 18
r 1. Reg. 15. 2. 9
s Num. 13. 32. 33
t Ps. 1. 1
u Gen. 3. 19
x Job. 5. 7
y Exod. 3. 12.
z 28. Moral. 13.
a Ser. in id Ecce nos reliquimus omnia.
b Matt. 11 ult.
c in sententiis.
d Mat. 11. ult.
e 1. Joan. 5. 3
f Zac. 5. 7. 8
g Matt. 9. 9
h 18. Mor. c. 16.
i Sap. 5. 7
k Ps. 16.
l Isidori Pelusiotæ singularis expositio. l. 1. ep. 82
m Da. 1. & seq.

dixi, significat pluralis numeri nomen הוות *hauuoth*. Retinenda nobis interrogatio, & præsens tempus, ita ut videatur Interpres noster legisse συμπρόσει. Ceterum simi-
a *vers.* 3. lis in centesimo psalmo aphrasis. *Non adhæsit mihi cor pravum*, ideſt, homo depravati, & perversi cordis, tali ego
b *vers.* 6. interdixi domo mea, familiaritate, societate, usu. Item in Psal. 5. *b Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Sedes iniquitatis* accipienda pro illo, qui in sede sedens iniquus est. Nec enim tam ipsa materialis sedes propriè adhæret sedenti, quam sedens sedi. Vel non alium significat à Deo diversum, sed iniquitatem exerceri solitum in sede ac throno: numquid adhæret tibi iniquitas, quam exercent nunc ut plurimum hi qui præsunt, ac præsident, & sedent, ut jus aliis dicant, & faciant? In psalmo 121. *c sedes sedentis in judicio sunt sedes*
c *vers.* 5. *constitutæ ad judicandum*, seu *ut in iis sedentes homines judicent*. Apud Ezechielem *d* quod promittere Deum legimus, fore ut salvos faciat Hebræos de universis sedibus, in
d *c.* 37. 23 quibus peccaverunt, Lxx. verterunt ἀποπαύσω τὴν ἀνομίαν, *ab omnibus iniquitatibus*, cùm sit Hebraicè, מוֹשְׁבֹתָם *mosevoth*. Quod nomen quia significat *habitationes*, sive *habitacula*, sicut non rarò Latina vox *sedium*, & non *sedes*
e *ibid.* Tropologia. *proprias judicum, principum, doctorum*, quæ aliter vocantur *throni, solia, tribunalia, subsellia, cathedra*; non satis commodè Pintus *e* eum locum illustravit per istum nostrum. Tropologia tamen adhuc recipi potest, ut *sedes iniquitatis* dicatur ille, quemadmodum & *cathedra pestilentiæ* f, qui in sua sedet iniquitate perseveranter ac obstinatè, adde etiam, ita ut alios pervertat & exemplo, & doctrina, si sedendi habenda ratio est.
f Psal. 1. 1

Qui fingis laborem in præcepto.) Hieron. *fingens*, &c. Alii, *formans iniquitatem pro jure*, vel *ex more*, & referunt ad *sedem iniquitatis*, hoc est, ad sedentem, & in sede judicantem inique, qui id faciat calliditate tanta, ut jure facere videri velit, & ex recepta consuetudine, & per prætextum, boni communis, cui consulat, legens condendo. Participium יצר *jotser*. & ὁπλάσσων referri potest ad θρόνον, & כסא *chisse*, tum præterea ad *Deum*. Ad *thronum* referunt omnes Hebræi ferè, Græciq; & Hebraizantes quamvis de Basilio, ac Theodoreto qui non differunt inter se, & unus auctor videtur, non satis liquet, quia translatio eorum diversa est, nec licuit Græcè legere. Apollinarius hoc modo.

ὃς τις (σθόνος) ῥιφδανῷ πτελέει δετπίσματι μόχθον
Qui (*th*onus) *rigido facit edicto laborem.*

In *fingendi* verbo, sive de Deo sumatur, sive de alio, non est figmentum suspicandum, sive simulatio, nec mollitia luti, etsi ferri utcumq; possint accomodatitiæ tropologiæ inde petitæ. *Fingere laborem* (pro quo legunt alia psalteria, Augustinus, Arnob. Cassiodor. Gregor. *g*, *dolorem*) *in præcepto*, ideſt, præcepta laboriosa, ardua, difficilia, vel prætextu præcepti, vel quasi ex consuetudine, *est ea formare, condere, fabricare*, quæ sunt etiam ex opificibus petitæ metaphoræ, aut *laborem*, seu *dolorem præcepto affingere, appingere, addere, adjungere, velleque*, ut alibi dicitur, seu *mandare, mandata custodiri nimis, metu proposito pœnæ*. Tyrannus hac in parte nimius est: *Deus iniquus non est, etiam*
g 18 Mar. c. 13.
h Rom. 3. 5 *quum infert iram* h, quia non est iniquum, vel tyrannicum velle ut sua serventur præcepta exactissimè, & in eorum observatione labor suscipiatur. *Nec justus parcit Deus, & judicium incipit à domo illius* i. *Fingere* Augustin. monet
Fingere quomodo usurpetur. i 1 Pet. 4. 16. idem esse, quod *facere, formare, plasmare*, eo modo, quo prius dicebatur *k*, *qui fingit oculum, non considerat*, ideſt, Din animam justi, quia nolunt decipere jam deceptos, sed
k *vers.* 9. plasmavit, fecit, non quasi fictum quid, & mendax significetur. Eumdem porro lege de brevitate laboris ad æternam requiem pie admodum differentem, licèt non faciat in *fingendi* notione vim, ut rem indicat non omnino veram, & diuturnam, Siliquam unam laboris vocat ad thesauros sempiternos, & requiem incredibilem. Isidorum antea retuli Pelusiotam interpretantem impios persecutores *fingere laborem in præcepto* non suo, sed Dei, quatenus contra præceptum illius persecutiones movent. Favent qui eam prepositionem reddunt in accusativo. Aquila ἐπὶ ἀκριβασμον, vel in genitivo eamdem vim habent. Symmachus κατὰ προτάματος, & Lxx. ἐπὶ πρόσαγμα. Alii exponunt, ut constat etiam ex dictis, vel Deum *in suo*, ut custodiatur, vel alios *in divino*, ne custodiatur, vel *in proprio*, ut non custodientes opprimantur, explicare. Paraphrastis à reliquis diversa expositio, repetendo interrogationis notam *figmentum pravitatis num stabit in statuto tuo?* Quamvis textus, & translatio Nebiensis non differat ab editione nostra.

Vers. 21.] Captabunt in animam justi, & sanguinem innocentem condemnabunt.

Sensus loci. DEscribit sedem iniquitatis, & iniqua judicia, sententias, præcepta dure, & severe condentes, in hunc videlicet finem id facere, ut animæ, sive vitæ justi, tamquam feræ, venatores & canes insidientur, illamque deprædentur, diripiant, lacerent, perdant, atque innocentes capitaliter damnent, & morti addicant. Hujuscemodi præcessit in Psal. 58. *l* sententia *cæperunt animam meam*,
l *vers.* 4. *irruerunt in me fortes*. Mista fraudi violentia, cum dolo conjuncta, clam, palamque processit iniquitas, laqueis, ac telis impetita innocentia; facultatibus, & vitæ insidiatum; pronunciata capitalis in innocentē sententia captionibus extorta, atque potentia. Pergit cum Euthymio Nicephor. de dæmonibus interpretari, qui si sinantur assistere Christo in judicio, dolose accusaturi sint justos de peccatis, quæ aut ignoranter, aut præter sententiam commiserint, & inflicturi pœnas immeritis. Cassiodor. Ayguanus, Remigius, Jansonius accommodant ad Christum sententiam istam, quam vult Cassiodor. legi cum execra-
B tione, qui vere innocens, atque immaculatus pro nostra redemptione sententiam injustę condemnationis excepit. Aliter Hugo, desiderare malos Prælatos opes, delicias, honores in animam justi, hoc est, contra animam Christi, qui dedit illam ad emenda ea, quæ ipsi ambiunt. Lyranus, & Ayguanus, futurum pro præterito accipiendo, explicant de Moyse, & Aaron, quando territus populus verbis exploratorum terræ promissionis, ac redire cogitans in Ægyptum, volebat lapidibus eos opprimere *m*. Sermo
m Num. 14. 10 generalis est, communisque cuivis justo, præcipue martyri.

Captabunt in animam justi.) Hieron. *copulabantur adversum animam justi*. Alii, *congregabunt exercitum contra animam justi, turmatim convenient, conglobabunt se; concursabunt, congregabuntur cumei militum, congregabunt satellites, pugnabunt*, vel *decident*, ideſt, *facient iniquum judicium, definient, decernent, determinabunt, decisionem faciens, ac determinationem*. Hebræum verbum יגודון *jagodu* à גדד *gadad* vel גוד *gud*, significat, *congregare, cogere exercitum, excursionem facere, irrumpere*, & similia, vel etiam *incidere*, & *lacerare*. Inde גדוד *ghedud, turam, globus militum, exercitus*, ut Psal. 17. C*n* vidimus, Græcum ῥυθεύσασι proprie valet *venabuntur*,
n *vers.* 39. seu *prædabuntur, laqueos*, & *venatorias plagas tendent, venationem instituent*, Apollinarius hoc modo.

ἀνέρος ἱμείροντο ὁσίου διὰ θυμὸν ὀλέσσας
Virtutem cupiebant sancti animum perdere.

Quare parum ad rem est Ayguani annotatio, *captare*, esse *frequenter capere*, quod Hebræi Mosem sæpe conati fuerint capere, & occidere. Nec quod Lyranus dicit, idem est atque *captivare*. Indicantur verbo Latino *captio*, & *insidiæ*, & ut Cassiodorus docet, *captiosa tractatio*, & *dolus*, quia vera causa criminis non invenitur: quemadmodum Psal. 58. *o Ecce ceperunt animam meam*, quod vertit
o *vers.* 5. Hieronymus, *insidiati sunt*; estque Hebraicè quidem ארבו *areuu*, Græcè autem ἐδήρευσαν. Forma frequentativum est *capto*, significatione non item. Facilis hoc nostro loco esse mutatio potuit, propter unius elementi in scribendo similitudinem יצורו *jatsudu*, quod propriè significat *venabuntur*, in יגודו *jagodu*. Quem vocant Hieronymum bene monet adversarios dæmonas captare
p Abac. 1. 16 justos, & *escæ eorum electæ p*, ut *si fieri possit*, ait Christus
q Matth. 24 *q*, *in errorem inducantur etiam electi*. 24

Et sanguinem innocentem condemnabunt.) Addit Paraphrastes, *morte*, vel *judicio mortis*. Nempe μαψιδίως, ut ait Apollinarius, & πόθεν *aliunde quærentes οἶτον ῥάπτειν*, *perniciem consuere*, ἀναιτίοις φάσκειν, *sanguine innocenti*; aut *etiam indicta causa*, & *per vim*. De innocentia Christi testimonium tulit Judas, Uxor Pilati, Pilatus, Herodes, Centurio, falsorum testium dissonantia, seu disconvenientia, tot miracula, & signa edita ipso passionis tēpore. Con-
Sanguis innocens per detractionem condemnari censetur. demnari quoque *sanguis innocens* censetur per detractionem, de qua Hugo: tendit, enim eousque, quod in se est, detractio, ut fama, & bonum nomen ipsa vita corporali sæpe præferendum, deleatur, & eadem interdum vita eripiatur. Clemens epistola prima ad Jacobum, aut quis alius, refert Apostolum Petrum homicidiorū genera tria distinxisse, & parilem pœnā eorum fore dixisse; sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita quoque detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestasse.

Similis

Similis Augustini *a* sententia, vel Isidori *b*, ut nemo peri-
torum, aut prudentium putet quod, minus sit periculum in
verbis lingua mentiendo, quam manibus sanguinem fun-
dendo. Chrysostomus *c* ait detrahere esse fraternas carnes
mordere, & comedere; ut etiam loquitur Paulus *d*. Sermo
est hic de cæde, seu de capitali damnatione innocentis,
quæ res gravissimè reprehenditur in Scriptura, & in Jure
civili *e*, ubi etiam habetur satius esse impunitum relinqui
facinus nocentis, quam innocentem condemnari *f*. Le-
ge Tiraquellum *g*.

a 21. q. 3 cap. Nemo. & apud Gratc.
b lib. 3 c. 59
c hom. 3. ad pop.
Non minus periculum in verbis lingua mentiendo quã in manibus sanguinem fundendo.
d Gal. 5. 15
e Deut. 27. 25. Jer. 19. 4. c. 22. 3
f lege Julia, ff. ad. D. ad legem Jul. peculand. & l. 2. C. de. 3. 39
g leg. adscriptum D. de pœnis.

Vers. 22.) Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adjutorium spei meæ.

SOlatur, & confirmat seipsum adversus fraudulentos, & apertos, ac sævos persecutores; quod sicut aliàs sæpe, sic deinceps reperturum se speret in Deo asylum, in quo tutus lateat, & conquiescat, auxilium quoque, ubi fiduciam omnem suam constituat. Hoc ipsum fere paullo ante dixerat. *Nisi quia Dominus adjuvit me paullo minus habitasset in inferno anima mea*, &c. Delectatur his dicendi formulis, easque crebro usurpat, ut Deum appellet *spem*, & *refugium*, ac *Deum auxilii sui*, & *auxilium*; atque *adjutorium dicat in eo esse*, vel *ab eo*, vel *in nomine ejus*. Refugimus ad aliquem aliquando, qui juvare non potest. Utrumque convenit Deo, ut ad eum refugi possit, & in eo adjutorium reperiri, nec frustra speret, vel confundatur, qui sperat. *Refugiũ* videtur pertinere ad malum vitandum, *adjutorium* ad bonum perficiendum. Lyranus, & Ayguanus intelligere Mosen volunt de gloria Domini quæ apparuit super tectum fœderis, quum vellet populus ipsum, & alios lapidare *h*. Alii de Christo, aut etiam de quolibet justo explicant. Qui modus ultimus melior.

h de pœnis cauſa 59. Septuag. loci. Num. 14. 10

Et factus est mihi Dominus in refugium.) Hieronym. *erit autem mihi*, &c. Sed permutantur facile tempora, ponunturque pro futuro præteritum, & vicissim. Alii, *factus est pro arce*, vel *in munimentum*, למשגב *lemisgau* εἰς καταφυγὴν, quod Apollinarius ἔχος explicat *sepimentum*, & *munimentum*. Dictum aliàs de istis vocabulis, & de forma illa, quum dicitur *Deus fieri refugium*, vel *in refugium*, vel quid tale.

Et Deus meus in adjutorium spei meæ.) Hieron. *quasi petra spei meæ*. Alia psalteria, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *in auxilium. Adjuvare spem*, ut rectè declarat RicKelius, est ad effectum illam perducere, itaut non frustretur, & *possit*, qui sperat, *omnia in eo, qui confortat ipsum i*. Hugo dupliciter juvari spem scribit, tum ut speremus, tum ut rem speratam obtineamus. Comparat preterea spem cum mola, sicque ait juvari timore admolendum, & ne luxurietur in præsumptionem *k*: item cum anchora *l*, & ita funiculis charitatis juvari ac retineri, flantibus feratur tentationum ventis: præterea stimulus verborum, si pigra *m* sit, & aliis sive pennis consolationum *n*. Quidam credens cum lacrymis petebat adjuvari incredulitatem *o* suam, intelligens de fidei perfectione; si qua deesset ad impetrandum; & *spiritus adjuvat infirmitatem nostram p*, & discipuli adaugeri sibi fidem flagitaverunt *q*. Sic *juvari spes* censetur, quum quis magis, & majora sperat. Hoc ultimum est Euthymii. Nicephorus autem explicat *adjutorium spei* idem esse, *quod sperantis*.

i Phil. 4. 13 Spei cum mola collatio.
k Sap. 17. 12.
l Hebr. 6. 19
m Eccl. 12. 11
n Esa. 40. 31
o Mar. 9. 23.
p Rom. 8. 26.
q Luc. 17. 5

Vers. 23.) Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

Sensus loci. HIc demum spei fructus, quod invocatus *ultionum Deus* contra persecutores impios ac superbos reddet retributionem eorum ipsis, atque propriam retorquebit iniquitatem, qua opprimere alios nitebantur, in ipsos, & evertet eos penitus, propter intolerabilem malitiam eorum, omnino, inquam, atque sine ulla dubitatione Dominus Deus noster eos evertet. Multis argumentis probata res hæc est, in Ægyptiis, Babyloniis, aliis hostibus Hebræi populi, quos Deus disperdidit, & evertit, & clarius nullum exemplum, quam in iisdem Hebræis, qui Christum crucifixerunt, posteaque in Ecclesiæ persecutoribus: tandemque certè improbi pœnas luent in judicio secundùm animam, & corpus, quod innuere potest exaggerata & asseverata repetitio. De exploratoribus, qui Hebræos deterruerunt ab ingressu terræ promissæ. Lyranus, & Ayguanus explicant, quoniam *mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini r*, & alii, quibus id persuasum est, in deserto ipso vitam terminaverunt *s*.

r Num. 14. 37.
s vers. 28 & seq.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum.) Hieron., *& restituet super eos iniquitatem suam.* In psalterio Romano, & vetere additur, (*Dominus*) *reddet illis Dominus*, & ponuntur pluraliter, *iniquitates*, in Romano, & in vetere, *secundùm opera eorum.* August. veteris psalterii lectionem sequitur. Est autem sensus: In caput eorum retorquebit, convertet, reducet, regeret quidquid mali tentabunt inferre. Vel pœnam iniquitati debitam infliget. *Iniquitas* enim, seu *peccatum* pro *pœna*, quæ debetur ipsi, ponitur quandoque, dicunturque peccata debita, quia debent pœnas justitiæ, & illi debentur à justitia pœnæ. Hoc aliter dicitur *retributio t*, *redditio vicis u*, *retributio vicissitudinis x*. Judicant hi, ac similes dicendi modi quantitatem pœnæ proportione respondentem quantitati culpæ.

t sup. vers. 2. u Thre. 3. 64. x Jer. 51. 6

Et in malitia eorum disperdet eos.) Psalterium vetus, & August. *& secundùm malitiam eorum*, ut per quæ peccant, per hæc & puniantur *y*, illis pereant artibus, quibus perdere justos volebant. Nulla proprie vis major in composito *disperdendi* verbo, quam in simplici *perdendi*, quod in translatione Hieron. usurpat; nam ירמיח *jatsmith*, & ἀφανιεῖ significant absolutè *succidet*, *interimet*, *evertet*, *exterminabit*, &c. Tamen Hugo, & Ayguanus in Latina compositione diversitatem pœnarum observant in possessionibus, carne, anima, & dissociationem improborum ab invicem: postremo quod ipsamet diversis modis perdit, rectam rationem pervertendo, humanam conversationem turbando, proprium auctorem puniendo.

y Sap. 12. 15.

Disperdet illos Dominus Deus noster.) In aliis psalteriis, & apud Augustinum, & Cassiodorum semel tantum legitur, *secundum malitiam*, vel *in malitia eorum disperdet illos Dominus Deus noster*, semel etiam dumtaxat Græcè id habetur, καὶ ἀποδωσει αὐτοῖς κύριος τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ κατὰτὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτὺς κύριος ὁ θεὸς, sed in emendatis non est κατὰ & additur ἡμῶν, quæ lectio consentit cum nostra Latina, & textu Hebræo. Hieronymus z ait in Hebræo, & in cunctis interpretibus positum κατὰ, & *in*. Si autem velimus legere, ut se legisse scripserant Sunia, & Fretela, *malitia eorum disperdet*, id quod in Lxx. sequitur in fine versiculi, *eos* & superfluum fore, & vitiosum.

z Epist. 135

PSALMUS NONAGESIMUS QUARTUS.

Laus Cantici ipsi David.

1 VEnite, exultemus Domino: jubilemus Deo salutari nostro:
2 Præoccupemus faciem ejus in confessione: & in psalmis jubilemus ei.
3 Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos,
4 Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus ejus formaverunt.
6 Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.
7 Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ ejus, & oves manus ejus.
8 Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra:
9 Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea.
10 Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.
11 Et isti non cognoverunt vias meas: & juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Titu-

Titulus, & Argumentum.

Laus Cantici ipsi David.

Titulus psalmi idem cum titulis priorum.

NIhil habet proprium hic titulus, quum in aliis etiam prioribus reperiatur. Addunt aliqui Codices Græci ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις quæ desunt in emendatis. Quod autem Hebraicè ne hoc quidem sit, & planè titulus omnino sit nullus, ejusdem auctoris esse, cujus nomen proprium in alio præcedente psalmo extet, nempe *Mosis*, docui prius non sequi; Auctor Græcus anonymus, quem citat Agellius, propterea sine titulo psalmum ait esse apud Hebræos, quoniam non habent Hebræi disciplinam psalmi eos ad Dominum vocantis, & denuo dicentis; *hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*: & Domino, quum jam adesset, & cum eis loqueretur, non auscultaverunt: ἐχθὲς, inquit, ἀνεπίγραφος παρ' αὐτῆς ὁ ψαλμὸς, ὡσανεὶ ἀπρόσδεκτος; *ergo sine titulo apud eos hic psalmus, quasi non acceptus.*

Quare hic psalmus sit sine titulo apud Hebræos.

Argumentum.

Argumentum indicat titulus, si quis alius maxime: continet enim psalmus laudes musico ritu in templo decantandas. Convocantur etiam in eo ad exultandum omnes, & allegoricè saltem, tum Judæi, tum Gentiles, ut dum tempus suppetit, convertantur ad Christum. Conflatur eadem ex utroque populo Ecclesia, & se David adjungit Christianis, qui maxima ex parte constant Gentilibus, ob eorum pietatem & fidem; atque Judæis, quoniam traxit ex illis originem, iisdemque optavit salutem. Communior hæc opinio Latinorum, & ex Græcis Euthymii. Restrictior Basilii, sive Theodoreti, præviſa tempora Josiæ pii regis, sub quo idola eversa, simulacrorum occisi sacerdotes: populus invitatus ad pœnitentiam, ut mala effugeret, quæ Olda Prophetissa comminata fuerat. Nec Hebræorum sententia vera, de qua Lyranus, Ayguanus, Valentia, à Mose psalmum editum, postquam mortui fuerant in deserto illi, qui egressi erant de Ægypto, à viginti annis & supra, Caleb excepto, & Josue *a*, ita ut mortuorum hìc inducantur filii ad laudem, & obedientiam Dei, ne & ipsi ab ingressu in promissionis terram impediantur. Cajetanus, postque illum Jansenius, mysticum putat sensum de invitatione ad æternam requiem procuratam à Christo, & ad adorandum ipsum, & cavendam mentis pertinaciam: nec aliud velle Paulum scribentem Hebræis *b*, etiamsi major Enarratorum pars hìc, & in epistolam ad Hebræos, & Nyssenus oratione tota in Pentecostem propendeat litteraliter de Christo psalmum esse. Trevetus, ac Titelmanus nec de Christo quidem meminerunt, ut alios omittam recentiores. Nobis videtur satis, si retineamus mysticum sensum; Nam Apostolus *c* ipse hoc præ se fert, aptans veterem historiam de occisis Hebræis pertinaciter ingredi nolentibus promissam terram, ad illos, qui nolint Christi participes fieri, & ingredi in meliorem requiem, seu sabbatismum. Testatur Athanasius *d* solitos Christianos κατ' ἀρχὰς τῶν εὐχῶν συγκαλεῖσθαι ἀλλήλους, ad principium precum invitantes invicem & adhortantes, clamare solitos verba præsentis psalmi. Idem referunt qui de officiis, ac ritibus divinis seu Ecclesiasticis tractant. Rursum Athanasius Marcellino scribit opportunum cum octogesimo psalmum esse cupienti festo die Dominico psallere, convocatis Dei famulis, & præterea secunda sabbati. Annumerat quoque inter adhortatorios, & præcipiendi argumentum continentes. In psal. 28. rationem attulimus, cur ad matutinum festi Epiphaniæ recitetur primo loco ille psalmus; hìc autem in tertio nocturno, quamvis in breviario Benedictinorum, Camaldulensium, Carthusianorum legerim notatum initio matutini cum suo Invitatorio hunc psalmum, & non in tertio nocturno; Tunc vero profertur psalmus præsens non ex translatione psalterii Romani, cujus alioqui frequens usus in Missarum introitibus, gradualibus, offertoriis, communionibus; sed ex Gallicani, quæ in ceteris psalmis frequentatur ab Ecclesia, secundùm quam quoque editionem extat in Bibliis hic ipse psalmus. Refert Amalarius *e* audivisse se Constantinopoli in Ecclesia sanctæ Sophiæ hunc psalmum in principio Missæ celebrari. Extat apud Chrysologum sermo 46. continens explanationem istius psalmi brevem, sed elegantem.

a Num. 14. 39

Mysticum esse sensum de invitatione ad æternam requiem quorumdam opinio.

b Heb. 3. & 4

Sensus mysticus. c c. 3. 12. & seq. c. 4. 1. & seq.

d ser. de Deipara.

Quo tempore usurpetur ab Eccle sia.

e lib. de ord. antiph. c. 21

A *Vers.* 1.) Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro.

Vers. 2.) Præoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei.

Sensus loci

INvitat Propheta quoslibet, ad celebrandum laudes Domini, cum externa gestientis corporis exultatione, vocisque jubilo, & carmine victoriali seu triumphali, quod animi lætitiam ingentem declaret, & quam sit memor animus atque gratus ob acceptam à Domino ab hostibus liberationem, & copiosam salutem, seu bona & beneficia permulta. Jubet autem id ante alia, maturè summo diluculo fieri, & quodammodo adiri faciem & conspectum ipsius, præsertim nempe in templo, ubi manifestabat sese peculiariter, colique religiosius volebat, ac psalm. decantari, quanta maxima fieri possit alacritate & hilaritate *Venite.*) Admitto Augustini, & aliorum Latinorum annotationem, hoc verbo insinuari, quod dissimiles, & quasi B dissiti moribus, invitantur ad similitudinem cum Deo in moribus, quod idem Augustinus doctè ac piè demonstrat; sed propriè hujusmodi verbum solet per modum interjectionis, aut adverbii hortantis, excitantis, vocantis, accersentis usurpari; quemadmodum hìc iterum paullo post *f* & in aliquot præcedentibus *g* psalmis, ubi semper Græcè est δεῦτε idem valens quod δεῦρο, φέρε, ἄγε - *eja, age, heus, ades dum*; Aliquando debet necessario exponi per verbum significans motum localem, ut *h*: *Venite post me*, &c.

f vers. 6.
g Ps. 33. 12 Ps. 45. 9. Ps. 65. 5. 16 Ps. 80. 5

Ayguanus ad ventui Christi ad nos humili ad curandas infirmitates corporis & animi *i*, ad perditos reducendos *k* ad vitam abundanter tribuendam *l*; ad tollendas ignorantiæ tenebras *m*, ait in nobis respondere debere accessum ad ipsum; ut videlicet accedamus tamquam ægri ad medicum *n*, *ut laborantes & onerati ad reficientem o*, ut *discipuli ad magistrum p*. Illius dumtaxat est verè & perfectè aliis dicere, *Venite*, qui obedivit voci dicenti sibi, *Veni q*. Dat Hugo monita decantantibus matutinale officium, cujus ab hoc psalmo ducitur initium, ut excutiant pigritiam, & Deum *laudent cum astris matutinis, jubilentque cum filiis Dei*: ut alacriter, ac exultanter id faciant, & C *introeant in conspectu Dei in exultatione*; *adstent mane illi*, *diluculo consurgant ad eum*: ut attente cantent Deo, & salutari ejus ad gloriam ipsius, & ex charitate *quia non est peccatoris enarrare laudes Dei x, nec est speciosa laus in ore peccatoris y*: ut *confessione* peccatorum *præoccupent faciem irati Dei*, & exemplo Jacob præmittant irato munera *z*, atq; *ne præoccupet mors a*, ut quemadmodum etiam initio Quadragesimæ canitur, emendemus in melius quod ignoranter peccavimus, ne subito præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentiæ, & invenire non possimus: ut adhibeant pro peccatis satisfactionem in psalmis bonorum operum secundùm eleemosynam, & jejunium; & in jubilatione quantum ad orationem. Deniq; applicat *præoccupationem, confessionem, psalmodiam, incipientibus, proficientibus pervenientibus* sive *perfectis*. Multiplex, *Venite*, distinguit alibi Ayguanus *b* voluptuosorum, malitiosorum, ambitiosorum, religiosorum.

h Mat. 9. 9
i Mat. 8. 17 Luc. 5. 15. 17
k Mat. 11. 28
l Joan. 10. 10
m c. 3. 19
n Ose. 6. 2
o Mat. 11. 28
p Esa. 2. 3
q Apoc. ult. 20
x Job. 38. 7
y Ps. 99. 2
z Ps. 5. 5
a Job 8. 5
x Ps. 49. 14
y Eccles. 15. 9
z Gen. 33. 5
a Sap. 4. 7

Exultemus Domino, Hieron. *laudemus Dominum*, Paraphrastes, & *laudes dicamus coram Domino*, est nomen יהוה *Jehovah* Tetragrammaton. De utroque vocabulo tum *Dei*, tum *exultandi*, quod est, רנן *ranan* & αγαλλιᾶσθαι dictum alias. *Exultare Domino* idem est, *quod in laudem ejus* aut *de ipso*, sive *propter ipsum*; ut ibi *c*; *servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*: & d, *exultate Deo adjutori nostro*. Unde Apollinarius.

b in 65. Ps. nu. 30. 37
c Ps. 2. 11
d Ps. 70. 2

δεῦτ' ἐπαγαλλόμενοι γηθήσομεν ἀλφὶ ἄνακτι
Venite exultantes lætemur de rege.

Invitat, ait Augustinus. *ad magnas epulas exultandi, non sæculo, sed Domino. Nisi enim esset in hoc sæculo exultatio mala, quæ distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere. Venite exultemus, sed breviter distinxit.* Quid est, *bonè exultare?* (*Domino exultatio.*) *Ergo exultatio mala est, exultare sæculo: Exultatio bona est, exultare Deo. Piè debes Domino exultare, si vis securus mundo insultare*. Sic ille, sunt qui exultent alieno malo, & *commotione* e, seu *ruina* f; atque *in rebus pessimis* g, *& malis* h & *exultantium in superbiis suis exultatio maligna est* i. Ille *exultat Domino*, inquit proprio in hunc locum sermone Chrysologus, qui verbo, actu, opere, non sibi, sed suo exultat auctori. Cui sola & tota lætitia semper est Deus.

e Ps. 12. 5
f Prov. 24. 17
g c. 2. 14.
h Ecc. 11. 16
i Jac. 4. 16

Jubilemus Deo salutari nostro.) Hieron. *petræ Jesu nostro*. Alii, *rupi*, seu *petræ*, aut *propugnatori salutis nostræ*, qui

quinimirum sit velut arx inaccessa hostibus,& auctor salutis,Chaldaicè, *coram fortissimo redemtianis nostræ*, vel *redemptore nostro*,Hæbrea nomina sunt צור *tsur* & ישע *jesciabh* de quibus alias dixi,& quid sit *jubilare*,quod repetit August. esse *gaudium verbis non posse explicari*. & tamen *voce testari,quod corde conceptum est, & verbis explicari non potest*. Militare,ac onomatopœicum est ἀλαλάζειν sed alibi dicta iterari non debent; Secundùm nomen favet opinioni,quod litteraliter in Psalmo agatur de J.C. qui etiã petra dicitur *a*, in qua Ecclesia primario & principaliter fundata est. Miratus sum in Isidoro *b* lectionem istius loci hoc modo, *Jubilemus Deo salutari Jesu patre nostro*;non solet *pater* vocari à nobis Christos,licet possit, ut alibi docui.Nulla hic mentio *patris* in textu Hebræo, aut Græco,& post *salutare* non ut exprimendum nomen *Jesu*,quum illud sit istius notio.Denique,*Patri*,dicere debuisset,sion,*Patre*,nisi mendũ fateamur.Non potest *exultationis* & *jubilationis* ratio major esse,quam quod talem habeamus Dominum, & Salvatorem. Exultavit ea de caussa spiritos Mariæ *c*,& Angeli nato Salvatore decantaverunt *d*,& Simeon eo viso,canens dimitti petiit *e*: & Abacuc *f* in eodem gavisurum se cecinit,& exultaturum.

Quid sit jubilare.

a 1 Cor.10.4
b tract. de 12 Dom.c.7

c Luc.1.47.
d c.2.13.
e vers. 29.
f c.3.18.
g hom. 10. in Evang.

Præoccupemus faciem ejus in confessione.) Gregorius *g*, & Chrysologus,*præveniamus*.Hieronym.*præveniamus vultum ejus in actione gratiarum*. Alii,*prodeamus in conspectu ejus cum laude:comparemus coram eo cum gratulatione:ante omnia hoc agamus,ut placido vultu respiciat nos*. Rectè Cajetanus notat,non innui quod præveniantur beneficia divina,sed ut antequam accusemur ingratitudinis, persolvamus laudes & gratias quam primum Deo; idem verbum Hebræum hujus loci alibi *h* vertitur *offerre*,quod fit occurrendo, & præcurrendo i Non potest simpliciter DEUS præveniri,ut alias monuimus;tamen aliqua ejusdem beneficia, jam ab ipso præventi, orando prævenire possumus. De confessione laudantis & gementis explicat Augustinus, atque confessione peccatorum, qua prævenitur sententia judicis, laudari DEUM. Arnobius, multique alii, ac Gregorius *i*, Arnobius *K*, Antonius *l* continent se in confessione peccatorum;ex Græcis quoq; hoc loco,Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, qui de præveniendo Christi judicio per pœnitentiam Inculcat eamdem istam sententiam Ephrem *m*. Aludicris revocat recitando integrum hunc locum, & ea quæ sequuntur,jubens ut audiatur David Propheta clamans,& exhortans,& festinando subjungens, ut præoccupemus, antequam solvatus celebritas, antequam aperte veniat Dominus,& nos ocio,atque desidia torpentes inveniat, antequam clamor ille fiat *n ecce sponsus venit*, ut præoccupemus, & curramus dum per tempus licet, antequam sellæ,ac throni constiteantur, antequam nos ab invicem segregemur:ut præoccupemus in confessione,in pœnitentia,in orationibus,in jejuniis,in lacrymis, in hospitalitatibus,priusquam Dominus manifeste veniat, & nos imparatos recipiat. Tractat Chrysost. *o* eodem sensu locum eundem.Chrysologus ait Deum peccatorum cognitorem, scrutatorem cordium,cogitationum conscium,futurorum præscium, præsentem semper, & ubique præveniendum non sensuum vicinitate. sed ingenii sagacitate, non velocitate pedum, sed provido confessionis obsequio, quum spes misericordiæ est,quum tempus est veniæ, quum pœnitentiæ locus:ut scilicet confiteamur patri, ne judicem sentiamus:prodamus quę fecimus pietati,ne severitati cogamur exsolvere quæ tacemus:dicamus indulgentię tempore delicta nostra,ne si tacemus,ad excipiendam sententiam defleamus. Et quid plura, fratres, inquit, non judicem, sed judicium nos hortatur Propheta clementissimum prævenire Caussas Ayguanus assignat præoccupatæ id est,celeris festinatæq; confessionis,quia tardatio, quum supperit opportunitas, aggravat peccatum: reddit animam debiliorem:exponit damnationis periculo. Disputat etiam de obligatione confitendi;an jure divino sit, ut reus peccari mortalis,quam primum potest confiteatur. Severiorem sequitur opinionem affirmantem. Placet benignior, quia neque contritionis præceptum statim obligat, & determinatio temporis ab Ecclesia facta, satis indicat, non requirere jus divinum ut statim confessio fiat. Denique affirmativum præceptum determinato tantum tempore obligat; At ratione periculi vitæ, seu articuli mortis:vel si sit medium necessarium ad superandam tentationem,occasionemq;peccandi,vel si quis Eucharistiam sit susceptorus, obligat confessionis præceptum. Plura Theologi. Accommodatus proposito locus Eccle.*p*. ante

Quid fit prævenire Deum.

h Mich.6.6.
i hom. 10. in Evang.
k 2. de pœn. c.7
l 1. p. tit. 9. c. 23. §. 2.
m tom. 1. ser. quod tudicris abstinendum sit & serm. de variis tor. inferni.
n Matt.25.6

o hom.14.in Matt.& ho. 46. ad pop. & hom.5.de pœnit.

Tardatio confessionis cum supperit opportunitas aggravat peccatum.

Jus divinum non requirit ut statim confessio fiat.

p c.17. 26. 27.

Amortem confitere: *à mortuo quasi nihil perit* confessio,*confiteberis vivens*: vivus & sanus confiteberis. Quamvis litteraliter sit sermo de confessione laudis,sicut & in Cantico Ezechiæ *q* ad quod alludi videtur & ps.6. *r* & in 113. *s* Greveus *t* docet præoccupari debere à sponsa sponsi adventum, idest, Christi ab anima, nec non ejusdem tamquam Domini, Magistri judicis; & quod *qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas* u; & ante judicium interrogant se ipsos, ut ante *Deum inveniant propitiationem* x. Sed inter *faciem* & *vultum* quod ponit discrimen, ut hic reprobis ostendatur: illa electis, nullum est; quia Hieronymus vertit hoc loco *vultum* t & *illuminatio vultus* in bonam partem accipitur,*faciei aversio* significat iræ ablationem: & Nazianzenus *y* hunc locum nostrum accipit de ira Dei; vel ut convertamus faciem Dei aversam in confessione, idest, in sacrificio laudis. Nomen תודה *thodah* quod hic habetur, Aquila reddere solet εὐχαριστίαν quod est nomen sacrificii novi testamenti, & Micheas *z* meminit de illo ut de re digna Deo.

q c.38.18.
r vers. 6.
s vers.17.se. cundum Heb.
t serm.102
u Eccl.2.20
x c.18.
Discrimen inter faciẽ & vultum reiicitur.
y or. de plaga grand.
z c.6.6.

Et in psalmis iubilemus ei.) Usitata psal. repetitio non otiosa, sed index lætitiæ;quoniam quidquid per gaudium dicitur, inquit Gregor. *a* Papa, sæpè replicatur;quod Nazianzenus *b* etiam notat cum Niceta Scholiaste. Antequam quid petamus à Deo, à laudibus incipimus, & non quasi famelici ad cibum, de cibo incipimus, ut Ambrosius *c* admonet. Habent & oratores sapientes, inquit Basilius *d*, hanc disciplinam, ut judicem sibi fautorem, & benevolum faciant auditorem; incipiendo à laudibus ejus. Ephrem *e* ut abstrahat à ludicris, urget hunc locum, in psalmis inquiens dicere Davidem, jubilandum, & non in rebus ludicris; in psalmis,& non in canticis dæmoniacis. Præterea quod sequitur; *venite adoremus, & procidamus ante Deum, atque ploremus*, perpendit; non autem dici, cymbalis ludamus, aut citharis, verum, ploremus in psal. & hymnis. Tum subjicit psalmi encomium; dæmonas enim propellere, telum esse in timoribus nocturnis;diurnorum requiem laborum; infantibus tutelam; senibus consolationem; mulieribus ornamentum decentissimum; festa collustrare; eum qui secundùm Deum est, dolorem procreare; ex lapido licet corde lacryma excitare; angelorum opus esse; cœlestis vitæ rationem, & institutum, spiritualem quemdam suffitum; mentem illuminare; in cœlum reducere, homines Deo familiares colloquio reddere; animam lætificare; otiosas collocutiones removere; risum exterminare; de judicio nos admonere; dissidentes reconciliare; ubi psalmus cum compunctione,ibi & cum Angelis suis Deum adesse;ubi adversarii cantica, ibi iram Dei & væ,remunerationem risus,&c. Pium porro Rickelii documentum, ut etiam cum soli sumus,dicamus. *Venite exultemus Domino*,&c. idest,ò omnes vires animę meę, tota substantia mea, omnia quæ intra me sunt, & præsertim,ò ratio,voluntas atq; memoria,*venite*; ita quod ratio divina consideret,voluntas eadem appetat,memoria autẽ stabiliatur in illis, exultemus concorditer Domino, &c.

a 5. Mor. c. 17.
b ora. 43. in novam Dom.
Antequam quid a Deo petimus, a laudibus incipiendũ est.
c 6. de Sacr. c. 5.
d de const. monast. c. 2.
e tom. 1. ser. quod ludicris rebus abstinendum sit.
Psalmi encomium.

D *Vers.* 3.) Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos,

HÆC est vel prima caussa,vel prima laudum Dei materia, quod excellat potentia, majestate, imperio cũctos,quos aut idololatrę Deus falso nominant coluntq; aut qui ob participationem & cõmunionem alicuius perfectionis divinę dicuntur dii sive in cœlo sive in terra *f*. Satis de Dei magnitudine actum alibi,& de diis quos profani vocabant *magnos*,& qua ratione appellatio hęc absq; errore communicetur angelis, hominibusve: Salomon *g* deliberans templum Deo construere, dixit: *domum quam ædificare cupiebat magnam esse,magnum enim Deum nostrũ esse super omnes deos*,nec esse,*qui possit prævalere,ut ædificet ei dignã domũ*, cum etiam *cęlum, & cęli cęlorum capere eum nequeant*: sed & tanto ante Jethro religione Gentilis quum audisset mirabilia in Ægypto patrata à Deo,dixit Mosi;*nũc cognovi,quia magnus Dominus super omnes Deos* h. De Christo interpretatur Euth. cui triumphatori,dicentiq; *confidite* i, *quia ego vici mundum*, & multa licet passus sit, Deus tamen est, atq; *dominus magnus, Rex regum, & dominus Dominantium* K, decantari debeat hoc epinicion,& hymni,ac psalm. Meretur laudem honoremque ipsa per se alicuius personæ dignitas eximia, etiam si

Sensus loci

f 1. Cor.8.5

g 2. Par. 2. 5.6.

h Ex. 18. c. 1.
i Joan.16.33
k Ap.19.16

nihil

nihil nos attingat, nec ab ea pendeamus: Domino nostro absoluto, quique nostra non egeat servitute, sicut accidit quibusvis dominis aliis, reddi servitus pro dignitate non potest. Hoc proprium Deo, Christoque nomen, ut *dominus* dicatur *a*; quod merito Augustus delatum sibi rejecit. Necesse esse concedere Tertullianus *b* disputat aliquem sublimiorem Deum, & mancipem quemdam divinitatis, denique magnum Deum; Augustinus *c* vero hinc probat nomen deorum falso ascribi Diis gentium, etiamsi Angelis sanctis, & hominibus justis commune Scripturæ faciant; Negat etiam ita propriè dici *Deum nostrum magnum super omnes deos*, vel *Deum deorum* d, quia sit Deus dæmoniorum, & magnus Rex super dæmonia: potius terribilem vocari posse respectu istorum, quum appellatur *terribilis super omnes deos* e, quia confestim subditur *f*, *quoniam omnes dii Gentium dæmonia*.

a Ps.82.19
b Apol.c.21
c 9.de civit. c. ult. Nomen Deorum falso adscriptum diis gentium.
d ps.89.2
e ps 95.4
f ibid. v.5

Quoniam Deus magnus Dominus.) In vetere Psalterio, apudque Augustinum, *magnus est dominus*, Hieronymus, *quoniam fortis & magnus dominus*, addidit (&) nomen autem אל *el* unum de decem propriis Dei, *fortem* exposuit, *fortitudinem* ergo seu *potentiam* indicat hoc nomen: quum autem dicitur *magnus*, Majestatem sicut imperium, quod *Rex* sequenti membro. Nam nomen *Dominus* Hebraicè est יהוה *Jehovah*, ac tamquam subjectum, de quo illa prædicantur, *Deus magnus*; ut & postea, regis vocabulum Chrysologus explanans de Christo, ait hic Dominici corporis aperiri Sacramentum: quia Deus etiam in nostro corpore *magnus dominus*.

B

Et Rex magnus super omnes Deos.) Opponitur יהוה *Jehovah* nomen incommutabile nominis אלהים *Elohim*, quod communicatum Angelis & hominibus. In Complutensibus, Regiis, & aliis Bibliis legitur Græcè ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν & Latinè *super omnem terram*. In textu Euthymii eadem lectio habetur, sed ex commentario ejusdem, aut aliorum non potest confirmari. Legit etiam Theodotio ἐπὶ πάντας τοὺς θεοὺς *super omnes deos*: Symmachus ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν, quod idem valet. Ex psalmo 46. *g* translatum videtur illud *Rex magnus super omnem terram*, ubi rursus appellatur, *rex omnis terræ* h. Dixi antea qui sint dii, super quos vocetur *Deus magnus*. Quamvis autem citatus ibi Augustinus, & hoc quoque loco, videatur negare dæmoniis, nihil vetat quo minus & illorum intelligatur rex; tùm quia gentes putant veros deos esse; tùm quia vel inviti subsunt dominio, & imperio Dei. Ut nomen regis honestius ac mitius est, respicitque politicè subjectos, non coacte, non convenit Deo ad dæmonas, & homines damnatos comparatio. Quandoque latius patet hoc nomen, ut cùm *Leviathan* nominatur *rex super filios superbiæ* i. Apollinarius Deum πάντων μακάρων βασιλεύτατον vocat *omnium beatorum regalissimum*, seu *maximè regem*. Quis non subsit regi tanto libenter, honorique ducat subesse illi, cui service regnare est? Tremunt ipsæmet Angelicæ potestates summa reverentia, horrent dæmones ejus imperia inviti exequentes, quid mortales non homunciones faciemus? qui velimus nolimus absolutæ voluntati Dei resistere non valemus; si sponte obtemperamus, facere ex necessitate virtutem possumus, & bene apud Deum mereri, qui præmiat liberas bonas voluntates, & virtutis opera spontanea muneratur.

g vers.3
h vers.1
Nomen regis non convenit Deo ad dæmones & homines damnatos comparato.
i Job.41.25

C

Vers.4.) Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt.

ANte ista verba extant alia in Psalterio vetere, ac Romano, & apud Augustinum, Arnobium, creditum Hieronymum, Cassiodorum, aliosque Latinos enarratores, & apud Gregorium *K* & canuntur in invitatorio, præterquam in Epiphania. Gulielmus Scepreus ait Græcè reperiri, & Agellius testatur de codice Vaticano Apollinarius tantum legi, qui optativè reddit.

ὅπου' ἀποθρίξεις φίλον καὶ ἐπιλέκλαδν.
Numquam abjiciat eorum & mitem populum.

Ricardus Cenomanus legisse se ait ὅτι δ' μὴ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Sed quod urget Augustinum referre citatum à Paulo *l* hunc locum, nil concludit; quoniam extant eadem prorsus verba in priore Psalmo *m*. Suspicatur idem Gulielmus in officio Ecclesiastico retineri aut claritatis caussa aut æqualitatis versus in choro canendi; & videri ex priore Psalmo *n* in istum translata, quod confirmat etiam Agellius. Fatetur præterea Genebrardus

k 30. Mor. c. 18. ver. 34
l Rom. 11.2
m vers.4
n vers.14

D

A huc irrepsisse: congruere tamen proposito, atque sententiam exaggerare; quum enim ceteræ tres ætiologiæ dumtaxat ostendant universam DEI providentiam in res alias, per hanc demonstrari quam peculiariter, magisque propriè gerit de populo suo. Hoc melius, quam quod Titelmanus, vocans particulam impertinentem, & ex abundanti interjectam. Repete dicta in præcedente psalmo quæ ad istam faciunt sententiam.

Quod ad positam autem in textu pertinet, reddit caussam, quare prius appellatus sit *Deus magnus & Rex*, quia scilicet latissimè patet potestas ipsius per universam terram, usque ad imas profundissimasque partes illius; & altissima montium loca hominibus inaccessa possidet, per quas res vulgari hominum judicio æstimatas, comprehendere licet ceteras etiam superiores montibus, quas rudes non tanti faciunt, quantum ad habitationem & usum. Sic nemo etiam effugere posse ditionem, potestatem, cognitionem DEI posse intelligitur ubicumque sese abdat, quo secumque recipiat; sive *ascendens in Cœlum*, sive *descendens in infernum* o. Mysticè declarat hoc de regno Christi, quo sibi comparavit Gentiles, & dignitate, potentia, sapientia, nec interim plebem suam Judæorum repulit, de qua mentio est alio membro secundùm lectionem aliquorum, de qua diximus.

Sensus loci.

o ps.138.8 Sensus mysticus.

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ.) Hier. *in cujus manu fundamenta terræ*, alii, *ima, investigationes, perveſtigationes, inquisitiones, explorationes, scrutationes, penetralia, interiora, inferiora, infima, profunditates, abstrusa*. Scholium vocat ἐξιχνιασμοὺς γῆς *investigationes terræ*: Symmachus τὰ κατώτατα γῆς *infima terræ*, *fines terræ*: aliis in psalmis *p* Græcè eodem modo πέρατα γῆς, vel ὀχθισμὸς dicuntur. Sed Hebræo nomine אכם *ephes*, vel קצה *Letsch*: hoc autem loco est מחקר *mechkar*, quod alibi non extat, estque idem quod חקר *cheKer*: *scrutatio*, *investigatio*, &c. quod vertitur etiam *finis* q, & *magnitudinis ejus non est finis*, ideſt, *inventio*, *investigatio*, &c. Sic appellantur infimæ partes terræ, quia sciri nequeunt, nisi post magnam perscrutationem, & inquisitionem. Putant etiã nonnulli per *investigationes*, aut *investigabilia* terræ, intelligi præcipuas quasdam mundi perfectiones. Verum antithesis cum altitudinibus montium, suadet sermonem esse de terræ partibus infimis, ut significetur Deum esse Dominum universæ terræ ab extremis eiusdem; deniq; *Domini terram esse cum plenitudine ipsius*. *In manu Dei esse fines terræ*, idem arbitror, cum communiore opinione Enarratorum, cumq. Chrysostomo *s*, idem esse quod in potestate ac veluti *pugno*, *aut digitis tribus Deum appendere molem terræ*, *& librare in pondere montes*, *& colles in statera* t *& sedere* seu *tenere* ut habetur Græcè, *gyrum terræ* κατέχειν γύρον τῆς γῆς: non quod manus habeat DEUS, ait Chrysostomus, sed ut discas, quod ipsius potentia omnibus providens ipsa est, quæ corpus terræ continet & portat. Idem fere Anastasius Nicenus *u* respondet ex Theodoreto, ad illos, qui propter hunc, & similes dicendi modos, argumentabantur proprie membra esse in DEO. Si *terræ fines* accipiamus profunditate ipsius, hanc, seu diametrum sentiunt mathematici continere tria millia & quingenta milliaria, alii sex millia septuaginta, sunt-que qui perveniant ad septem millia, & centum ac sexaginta, alii ad plura. Unde colligunt majorem terræ profunditatem esse quam aquæ, cum istius vix sit duorum triumve milliarium, ut nautæ injecta bolide deprehenderunt; Empedoclis autem rejicitur opinio, idcirco fixam hærere terram, & quiescere quasi radicibus infinitis firmatam, quod infinita sit profunditas ejus *x*. Eamdem laudem DEO trisuerunt pueri tres, benedicentes Dominum *ex throno regni sui intuentem abyssos* y, nimirum non modo aquarum, sed etiam terræ: & sive hujus, sive maris intelligat abyssum Sapiens, profundum abyssi dimetiri quemquam posse, exactè scilicet, videtur negare z: Id potest DEUS qui habet in manu, hoc est, in potestate, ac veluti in numerato, & in calculis digitorum. De sensu mystico dictum prius: quem & Chrysostomus *a* approbat interpretans *in manu DEI esse omnem hominem*. Nicetas *b* porro Chroniata colligit hinc quoque immensitatem DEI, magnumque explicat pro dispensatricis virtutis effectu; quibus etiam ex verbis ait illum omnibus in rebus incircumscriptum ostendi, ex cujus nimirum providentia omnia dependent. Quæ plurimum ac meliorum Theologorum sententia est, ex operatione inferentium immensitatum atq; præsentiam DEI in omni loco. Quamquam necessaria ratio aliis non videtur, nec vi

p Ps.18.5. ps. 41.28. ps. 45.10. ps. 47.11. ps. 58 14. ps. 60.3 ps 64.6. Ps. 66.8.
q ps. 144.4
r ps. 23.1
s hom. 9. ad pop.
t Es. 40.12. 22.
u qu. in ser. q. 20.
De mensura diametri terræ, divers mathematicorum opiniones.
x Arist. 2 de cœlo c. 72
y Dan. 3.55
z Ecc. 1.2
a in ps. 150.
b 2. Thessal. c. 26

solius

solius operationis immensitatem per se sequi; quia si fieri posset, inquiunt, ut certo loco DEUS definiretur; nihilominus concipi posset agere in distans, quum non sit agens corporeum, & de corporeo id etiam aliqui concedant. Hanc verò immensitatem Jovi profani quoque attribuerunt, asserentes.

— a *ire per omnes*

a Virg. 4. Geo. *Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.*

Item quod,

b Luc. lib. 9. *Estque* b *Dei sedes ubi terra, & pontus, & aer,*
Jupiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.

Postremò tritum est illud.

Jovis c *omnia plena.*

c Virg. 1. d in pheno. e hym. Saturn. f de myst. c. 29. g c. 23. 24. Quod Aratus *d*, Orpheus *e*, Jamblicus *f*, & alii frequentant: & Jeremias *g* inducit Deum dicentem: *cœlum & terram ego impleo*, qua de re nos etiam aliàs:

Et altitudinem montium ipsius sunt.] Hieron. *excelsa*, alii, *fortitudines, vires, cacumina, vertices, eminentias, elevationis*, significat תיעפות *thohhaphoth*, proprie lassitudines, & idcircò etiam altitudines, quas animalia scandendo, lassantur. In simili sensu Genebrardus alios duos exponit locos *h*, in quibus est idem nomen; quum dicitur fortitudo similis rhinocerotis, ideſt, cornu altissimum, & argentum indidem denominatur, quasi in quo quærendo homines defatigentur. Sed notio *elevationis* & *erectionis*, ut vim & copiam denotat, magis congruit illis & nostro loco: sic autem erit opposita primæ significationi thematis יעף *jahhaph*, quæ pertinet ad fatigationem quam qui habent, erigere se nequeunt, aut vires exerere: Notavit id quoque Pineda noster *i*. Supplent translatores verbum substantivum, quia Hebr. tantum extat & *fortitudines*, &c. *montium ipsi*. In Psalt. Romano, *ipse conspicit*, quo item pacto recitatur in officio Ecclesiastico. Putat Scepreus aptandi tantum chori, & cantus caussa factam mutationem, sine tamen periculo, vel mutatione sententiæ; nec quidquam impedire correctionem, ut Augustinus *k* de similibus monet, nisi consuetudinem cantantium. Exacta dimensio altitudinia montium DEO recte conceditur, quia non satis eam Geometriæ, vel optici assequuntur suis illis propositionibus, demonstrantibus, machinis, instrumentis. Et quidem aeream regionem qui terminant, quo extracti è terra, vel aqua exhalationum, & vaporum spiritus pervenire possunt, milliaria dumtaxat quinquaginta duo vel circiter ei assignant. Alii non includunt illis terminis aerem, sed ultra quam ascendere possint, exhalationes, negantque constare quanta sit profunditas illius. Montes infra supremam regionem aeris esse, ambigi non potest. Simon *l* Majolus narrat ex auctoribus non improbandis, aliquos mōtes altitudinis mille passuum quinquaginta. Olympum in Macedonia Augustus. *m* ait excedere totum istum aerem humidum ut nec aves eo pervolent, nec ibi diu vivere homines possint, nisi spongias humectatas narib. applicent, unde crassiorem, & consuetum spiritum ducant. Illum tamen montem Plutarchus *n* altum facit decem dumtaxat stadia, hoc est, mille ducentos quinquaginta passus: & in genere nec montes ullos altiores, nec esse maria profundiore. Celebres etiam antiquis Athos, Casius, Pelion, seu Pelios. De Alpium quorumdam verticibus, non breviore quinquaginta mille passuum spatio assurgentibus, Plinius *o*: qui videntur iidem cum Norvegis, ad quos negat Olaus *p* pertingi, nisi quatriduo. Teneriffam in fortunatis montem Leucarum Portugallensium quindecim altitudine, ideſt, milliariorum sexaginta, memorat Majolus. Sed bene monet, non esse metienda hujusmodi millia passuum diametro, verum vorticibus viarum. Sic verbi gratia, de Caffio Plinius *q* tradit, ambitum ejus ad cacumen novendecim mille passuum esse, altitudinem per directum quatuor: & Pelio post Dicæarchum, (de quo etiam Suidas,) attribuit *r* mille ducentos quinquaginta passus ratione perpendiculi. Cappadoces pro Deo montem coluerunt *s*: Græci præterea montem Jovis dicebant, quod res divina in supercilio montium fieret *t*. Hoc modo Sophocles *u* Oetem ζηνὸς ὔψιστον πάγον vocat. Crebra in divinis litteris mentio de *excelsis*, quæ propria erant idolatrarum. Herodotus *x* morem sacrificandi Jovi prodit in editissimis montium verticibus: & Melanthes propterea quemlibet montem cognominatum à Jove, quod consuessent veteres DEO, quia altissimus est, excelso in loco sacrificare. *DEUS noster*, *DEUS montium est*, ut Hebræor. dicebant hostes *y* sed non *montium* dumtaxat, verùm etiā *vallium*, universæque terræ, & cœli, & maris, & omnis creaturæ. Videtur existimare Athanasius *z*, Davidem in eremis, ac montibus hunc Psal. cum cithara pastorali decantasse: tum ut solitudinem suam mitigaret, tum ne ad dissolutas cautiones delaberetur, sicque modulationis fructum perciperat, ac pietatem adjuvaret. Fieri id potest, si de aliis loquamur Psalmis: in isto certè invitat alios ad concidendum. Nec quia de montibus meminit, in iis ceciniſſe consequens est. De mystica montium in hoc loco significatione, antea monui, Addi potest ex Gregorio *a*: *altitudines montium*, elationes esse superborum: has conspicere Deum dici, quando ab iniquitate sua in melius commutat: quia convertit eum quem conspicit: sic enim Petro contigisse, *quum conversus Dominus respexit illum* b, & scriptum esse quod c *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo*; præterea quod *montes* d *sicut cera fluxerunt à facie Domini*: Item apud Job *e* esse quod *circumspicit Deus montes pascuæ sua*, quia terrena tumentes altitudine Ecclesiæ suæ corpori conversos invisceraret, eosque à priori elatione commutans, in sua membra transformat: tandem *circumspiciendi* verbo significari, quod in Judæa incarnatus est Dominus, quæ posita in medio Gentium est: atque inde *circumspexit montes*, quia elatos hujus sæculi circumquaque positos, ex Gentilitatis universitate collegit. Bruno Carthusianus, ait *in manu Dei Regis magna, & operantis gratia ejus, esse fines terra*, ideſt, finientes in se terrenitatem: *altitudines montium* ipsius esse, hoc est, perfectos, quod inhabitando possidet, & eis dominatur. Hugo *in manu Dei & potestate omnes fines terra*, ideſt, facultates opesve, *& altitudines montium*, hoc est, honores, & dignitates: vel mortes, atque Sanctorum prærogativas, sive præmia beatorum.

a Ser. de semente. Mystica montium significatio. a 30. Moral. c. 18. vel 34.

b Luc. 22. 61 c Prov. 20. 8. d Ps. 96. 5. e 39. 12. 12.

Vers. 5.) Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus ejus formaverunt.

NON fines tantum terræ, & summi vertices, ac proinde media plenitudo, atque amplitudo illius in manu & potestate Dei est, verùm etiam fluida maris natura, non quia ejus potestatem acceperit ab alio, vel sibi comparaverit, sed quia condidit, juretque creationis pleno *dominatur potestati maris* f dominio: cujus quoque argumentum fuit, quod aquas initio tota terra dispersas unum collegit in locum, tuncque *apparuit arida* g terra, & suam veluti formam, prius quum sub aquis delitesceret, quodammodo deformis, accepit. Mystico sensu Aug. Cassiodorus, & alii denotari volunt mundi fluctus termino coerceri à Deo, ita ut proventum nobis faciant, *nec permittat nos Deus tentari supra id quod possumus* h: ab eodem præterea *formatam siccam* seu *aridam terram* humanæ mentis, quæ recipiat imbrem gratiæ atque fructificet, nec fluctus eam tentationum operiant. Bruno Carthus. ait pertinere ad possessionem Dei *mare*, ideſt, infideles Deum amaricantes, ut non liceat eis in sanctos sævire, nisi quantum ipse permittit, & eos fecit, ut sunt creaturæ: *formavisse* etiam *siccam*, ideſt, Ecclesiam, quæ sitiat doctrinam verbi Dei, & reddita sit formosa per gratiam, atque in virtutibus & bonis operibus, quæ prius in Adam erat deformata. Hugo *in mari* peccatores attendit, in *sicca* justos, à quibus aquæ deliciarum & divitiarum sequestratæ sunt. Refellit Aug. *i* hoc testimonio negantes factas à Deo aquas, quoniam nusquam scriptum sit; *dixit Deus fiant aquæ*. Objicit idem esset de terra, quum autem scriptum est k *in principio fecit Deus cœlum & terram*, comprehensam *terræ* nomine etiam *aquam*. Irenæus *l* docet describi dominatum, quem Deus exercet, ut sciant Christiani Deum, ad quem pietate colendum Christiani sese cohortantur hoc loco, non esse alium ab eo, qui *creavit cœlum & terram*, sicut Hæretici quidam senserunt.

Quoniam ipsius est mare.) Omittit Hieronymus ætiologicam particulam, (*cujus est mare*) quum tamen extet Hebraicè אשר לו הים *asher lo hallam*. Marinos, terrestres, cœlestes, subterranos Pagani fingebant Deos. Deo vero cunctorum dominium istorum nominatim dant scripturæ, atque Creationem *m*.

Et ipse fecit illud.] Hier. *ipse enim fecit illud*, usum ætiologiæ habet, aliquando (&) Optimum jus dominii in rem, illam fecisse. In Ps. *n* alio dicitur *Deus creasse mare*: Atque ita confunduntur verba nec in sua semper propria significatione exactè sumuntur.

Et siccam manus ejus formaverunt. Hieronymus (*plasmave-*

Sensus loci.

f Ps. 88. 10.

g Gen. 1. 9.

Sensus mysticus.

h 1. Cor. 10. 13.

i Refellitur opinio quorundam negantium aquas à Deo creatas esse 11. de civit. cap. 34.

k Hen. 1. 1. l lib. 3. c. 11.

m Ps. 145. 6. Jona. 1. 9.

n Ps. 88. 13.

a Exod. 19. 18. b Psal. 67. 9. c Psal. 103. 32. d Psal. 143. 5. e Psal. 104. 32. f Psal. 144. 5. g Psal. 18. 8. h Psal. 46. 3. i Psal. 29. 3. k 2. de doct. c. 13. Deus solus exactè montium altitudines dimeriti, & potest. l Canicula. Dierum colloquio 26. Olympus totum aerem humidum excedit. m 1. de gest. sanct. Manic. c. 15. & lib. de gen. ad lit. imperf. 2. 24. & 3. de gen. ad lit. cap. 2. n in Æmilio Montium altissimus vix excedit sexaginta milliaria. o l. 2. c. 65. p lib. 2. c. 2. q in 5. c. 22. x lib. 2. c. 65. s Max. Tyrius ser. 38. t Rhodig. lib. 2. c. 1. u in Trach. x in Clio. y 3. Reg. 20. 23. 28.

maverunt.) In Psalt. Romano, *& aridam fundaverunt manus ejus*, Cassiod. *& aridam manus ejus fundaverunt*, Chrysologus, *& aridam manus ejus formaverunt*. Vetus Psalt. *& aridam terram manus ejus finxerunt*, August. eodem modo, demto nomine, *terram*, Pro *sicca*, seu *arida*, est, יבשת *jabbescerh* & ξηρὰ; Hebr. nomen idem est ac יבשה *jabbasciah* quod in Genesi *a* habetur, & in Ps. 65. *b* ac reperitur illud in Exodo *c*, & utrumque substantivum est. Eadem de Græco nomine ratio, quod extat adhuc in Testamento Novo *d*, sicut & Latinum *arida*: prætereaque interdum similem habent usum τὸ ξηρὸν & *siccum*, ut, *in sicco e ludunt fuliçæ*. Ratio est, quia prædominatur siccitas in terra. Propter quã quoque causam vocant Θάλασσαν ὑγρὰν, *mare, omnemve aquam*, & Latine *frigidam* quia nimirum excellit in ea frigoris qualitas. Exempla Græca percenset Conradus *f* Rittershusius ex Oppiano, Apollonio, Callimacho. Apud Haggæum *g* seorsim numerantur *cælum, terra, mare, arida*, ubi Chaldæum nomen simile Hebr. Ps. nostri est יבשתא *jabbestha*, sed Hebræum חרבה *charavah* etiam *à siccitate*, verum cum *squalore ac infœcunditate*. Jam verò verbum *formæveruntt*, melius expressum ab aliis est, per *finxerunt*, quam per *fundaverunt*, non enim hoc, sed illa propriè significant ἔπλασαν & יצרו *jatseru*, quod Apollinarius exposuit per τεχνίτευσαν. Nihil admodum singulare notandum puto in ea phrasi, qua dicitur *Deus manibus quidpiam facere*, aut *plasmare*. Etenim usurpantur de *homine* h, *cœlis & terra* i; & alia vocantur *opera manuum Dei* k: Nihilominus quemadmodum figulus opus formet, seu fingit distinctæ rationis partibus constans, ita formata fictaque terra, præsertim ubi apparuit subductis aquis, arida dicitur: quoniam ad usum animalium in victu & habitatione, atq; ad proferendas res utiles, in campos, valles, montes, colles, & aliàs sub aquis partes discreta est. *Ipse Deus formans terram*, inquit Esaias *l*, *& faciens eam; ipse blastes ejus, non in vanum creavit eam, ut habitaretur formavit eam*, Græcè ὁ κτίσας αὐτὴν διὸ ἐκτίσεν αὐτὴν οἰκεῖσθαι, *ostendens terram, & faciens eam, ipse terminavit*, seu *distinxit eam*. *Habitare* autem Paraphrastes exponit multiplicari in terra filios hominum. Ubi sunt, ait Chrysologus, qui Deum de materia, & maxime de aqua mundum figurasse confingunt? Deus noster in cœlo, & in terra, non ut inventor, sed ut conditor materiæ, ex nihilo cuncta perfecit.

a 1 Sam. 9. 10.
b vers. 6.
c c. 4. 9.
d Matt. 23. 15. Hebr. 11. 29.
e Virg. 1. Geo.
f in Oppian.
g cap. 2. 7.
h Job. 10. 8. c. 14. 15. Psal. 49 7. Ps. 118. 73. Ps. 137. 8 i Ps. 8 4. Ps. 148. 2. Ps 101. 26.
k Ps. 8. 7. Ps.
l Ps. 90. 5. Ps. 143. 5. Isa. 45. 18.

Vers. 6.) Venite adoremus & procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.

Vers. 7.) Quia ipse est Dominus Deus noster, & nos populus Pascuæ ejus, & oves manus ejus.

Sensus loci.

INvitat non solum ad exultandum, jubilandum, confitendum, psallendum Domino propter allatas hactenus causas: sed simul ne toti in lætitiam effundamur, ad exultandum cum tremore, *& serviendum in tremore* m, aut proni veneremur tantum Dominum, atque coram Creatore nostro, & tam liberali benefactore, pro peccatis, quibus per summam ingratitudinem læsimus ipsum, *ploremus coram ipso*, quia ipse, inquam, est peculiariter *Dominus Deus noster*, qui elegit nos, ac nos illum vicissim, ut relictis diis Gentium, unus coleretur à nobis: idem verò nos singulari cura, tamquam populum suum pascit, atque veluti gregem pastor suamet manus providentiæ deducit, & dirigit. Invitati prius rudes, ait Cassiod. ad exultationem, ne adhuc trepidantibus imponeret, quod expascere potuissent: postquam verò Domini gloria, potentiaque narrata est, aptè confessio plorationis imposita est, quando instructus animus non potuisset respuere saluberrimam potionem. Evangelica prædicatio adhibuit utrumque *n*, *penitentiam agite*, *appropinquavit enim regnum cælorum*. Sæpe allicit Deus prius suaviter, quam exigat pœnitentiam. Necessarius dolor pro peccatis, ait Bernardus *o*, sed interpolandus lætiori recordatione divinæ benignitatis: ne forte præ tristitia induretur cor, & desperatione plus pereat. Misceri vult absynthio mel, ut salubris amaritudo salutem dare tunc possit, cum immixto temperata dulcore bibi poterit. Hortatur denique ad honorandum DEUM non ore dumtaxat, sed corporis quoque abjectione, & curvatione, nec non pœnitentia, & satisfactione externa: ut adoremus tamquam servi, procidamus ut ejus egentes auxilio, ploremus tamquam peccatores: nec nos umquam subtrahamus à tam diligentis, benignique pastoris cura. CHRISTUS hìc verissimus Dominus DEUS *& pastor noster bonus est* p, qui *perditam revexit humeris ovem* q, & *ingredientibus ac egredientibus Pascua dat*: unde quo illius officio egimus alibi Chrysologus, quoniam initio dixerat Propheta: *venite exultemus*, notat quod hìc secum fletus suorum nos desiderat fundere gaudiorum quia semper lacrymæ, sicut dolore magno ita producuntur, & gaudio, quæ utique interni pectoris exponunt; & testantur affectum. Subdit, velle, ut qui lapidibus prosternebamur, & lignis, vero tandem Deo cognito, adoremus, & procidamus, & repensemus lacrymis, atque continuo devotionis obsequio, quo diu, & longo tempore negleximus. Tandem plorare dicit nos, dum de præteritis pœnitet; gaudere de præsentibus, æstuare, & metuere de futuris.

m Psal. 2. 11.
n Matt. 3. 8. c. 4. 17.
o serm. 11 in Cant.
p Joan. 10. 11
q Luc. 15. 5.
r Joan. 10. 9.

Venite adoremus, & procidamus.) Hieronymus, *et curvemur*; alii, *venite prosternamur, et incurvemus nos: adoremus, et flectamus genua: adoremus et supplices efficiamur: curvemus nos, et genu flectamus*, sed primum verbum B נשתחוה *nisthachaveh* solet verti *adoremus*: significat enim *totius corporis prostrationem*, quæ reverentiæ causa fit, Græceque dicitur προσκυνεῖν. Alterum נכרעה *nichrahhah* magis dici solet *degenuum crurumve incurvatione*. Aliquando junguntur *procidere*, & *adorare*, sive *procidendo adorare* s. Ex usu Ecclesiæ *adorandi* verbum soli Deo & latriæ assignatur, quum alioqui de hominibus etiam dicatur, deque dulia. Lege Augustinum *t* & nostrum Vasquez *u*, & Fevardentium *x*, & quæ ipse dixi ad c. 8. *y* & 10. *z* Actuum: prærerea ad 7. a *de geniculationis* seu *genuflexionis in oratione ritu*. Origenes *b* ex traditione illum docet apud nos esse. Credi potest, ut omittam Tertullianum *c* & alios, hoc gestu distingui Christianos voluisse ab Ethnicis, qui stantes conversique ad Orientem adorabant, & circumacti Deos precabantur *d*. Cyrillus Alexandrinus *e* appellat *adorationem*, servitutis professionem, januam, viam, tributum spirituale, nec umquam Dei filium ante Incarnationem legi *adoravisse*. Apud Joannem *f* *nos adoramus quod scimus*. Videtur in nobis *genuum & corporis curvatio* indicare nos à Deo lapsos esse per peccatum, C & quum surgimus, nos per humanitatem ejus qui creavit nos, in cœlum revocari, sic philosophatur Basilius *g*. Adde eadem ratione, nos profiteri sine gratia vel ope Dei ad nihilum redigendos, & secundum naturam, & secundum gratiam. Quod & *procidentes Angeli in faciem* in Apocalypsi *h* præ se ferunt. In Psalt. vetere & apud Augustt. *& procidamus ei*, in Romano, *ante Deum*, apud Cassiodorum, & Chrysologum, *ante eum*, nisi forsan mendum sit pro, *Deum*. Chrysologus quidem utroque legit modo. In matutino Epiphaniæ prætermittitur sextus versus totus, & membrum primum septimi; fortassis quia die adeo solemni, læto, festivo, lacrymis parci Ecclesia vult. Deinde quoniam intercalariter canit, *Venite adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster*. Videtur Athanasius *i* legisse *procidamus ipsi Christo Regi nostro*, nisi dicas paraphrasticè addidisse χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Externis ritibus fovetur & augetur religio; quum hi namque motus corporis fieri nisi motu animi præcedente non possint, & iisdem rursus externis visibiliter factis, ille interior invisibilis, qui eos fecit augeatur, ut scribit Augustinus *k*. D *Et ploremus ante Dominum.*) In Psalterio Romano, & apud Bedam *l* (*coram Domino.*) Augustt. *m* observat quod ante Dominum hìc dicitur, Græcè esse ἐναντίον: hoc autem interdum significare, *contra*: & sic Nemrod dici *venatorem contra Dominum* n, quia contrarius Deo. At licèt esset talis; tamen legimus Latinè *coram Domino*: & *contra*, idem est interdum, ac *è regione*; ut, *ite in castellum quod contra vos est* o, & alii hoc loco reddunt ut dixi, *coram Domino*: tandem *robustus coram Domino*, est in oculis & judicio Dei, sicut *magnus coram Domino* p. Hier. *flectamus genua ante faciem Domini*, quo item pacto alii Hebraizantes: & quidam non ita propriè, *procumbamus*, aut *supplicemus*, quia נברכה *niurecha* à *genu* dicitur quod est ברך *berech*, & Latinè *genuflectere*, ac *geniculari*. Oportet alios interpretes legisse נבכה *niuchah* à בכה *bachah flere, lacrymari, plorare*. Nisi malis librarii errore Græcè positum non ἐκλάσωμεν, *genuflectamus*, aut *curvemus*, sed κλαύσωμεν, *ploremus*; quemadmodum in Historia Regum *q* quod legitur de uxore Phinees prægnante; *incurvavit se & peperit*, Græcè habetur ἐστένωσε *angusta est*, vel *flevit*: in emendatis codicibus ἔκλαυσε; sed Hebr. תכרע *thichrahh*, quod Latino verbo propriè

s Gen. 24. 52. Ruth. 2. 10. Dan. 3. 11. Matth. 2. 11. c. 18. 26. Act. c. 10. 25 t 10. *de civ.* cap. 1. u *de adorat. disp.* 1. c. 1. x in Rut. hil. cap. 2. y vers. 27. z vers. 25. a vers. 60. b hom. 5. in Num. c *ad Scapulam* & 3. *contra Marcie.* d Gyraldus *de Symbolis Pythagor.* e 2 in Joan. c. 92. f c. 9. 22. g *de Spiritu Sanct.* c 27. h c. 7. 11.

i Or. de Dei par.

k lib. de cura pro mort. cap. 5.

l in Luc. c. 2. *m* 16. de civ. cap. 3.

n Gen. 10. 9.

o Mat. 21. 2

p Luc. 1. 15.

q l. 1. 4. 19.

propriè redditum est: & Agell. eredit à Lxx. translatum ἐξήλασε. Richard. Cenomanus monuit de mutatione Hebræor. verborum; hocque demum Agellius merito mavult, quam rejicere *plorandi* verbum, quod ab omnibus etiam antiquissimis Græcis, ac Latinis Patribus agnoscitur. De *lacrymis* egi non semel prius, earumque utilitate. Paulin. *a* Magdalenæ propositis in exemplum lacrymis *b*; exhortemur nos, ait, invicem, certatimque dicamus, *venite adoremus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos*. Illi flentes, nostra gaudia seminabimus. Alludit ad alium Ps. *c*, in quo dicuntur *euntes flendo misisse semina sua, venientes reportasse cum exultatione manipulos*. Ambros. *d* deterrens à dilatione pœnitentiæ, inducit hanc ad omnes adhortionem David, qui filio sine pœnitentia mortuo graviter mœrebat, flebat, plorabat *e*. Urget hoc etiam Magdalenæ exemplum *f*, ut de te dicere justitia illa cœlestis inquit, possit; *lacrymis suis rigavit pedes meos*; & ideò fortasse non lavisse Christum pedes suos, ut eos lacrymis non lavemus. Beda *g* considerans oblationem columbarum pro Christo *h*, ait, quum ejusdem orationis compares quærimus, canendo cum Propheta; *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos*, columbas ad Altare portare. Citat idem ex eodem Auct. Amalarius *i*. Innuit hoc loco Aug. in *lacrymis* vim extinguendi peccata. *Ardes*, inquit, *forte conscientia delicti, lacrymis extingue flammam peccati. In Magdalena lacryma & flammum extinxerunt peccati, & ex flamma profluxerunt charitatis, diligens enim multum, attraxit veluti sursum vapores, & in lacrymas resolvit, ut imbribus accidit, quos primum suis Sol radiis excitavit, atque vaporariis, aut vasis liquorem continentibus, dum subjecto igne incalescunt, & guttas ex operculo demittunt*. Argumentatur Athanas. *k* contra Hæreticos, dicentes verba Prophetar. ex Sancti Spiritus persona pronunciari; & idcircò minorem esse Deo, quoniam in hoc Ps. habetur, [*Venite adoremus eum*] quasi Spiritu Sancto una quum hominibus adorante. Nam cur igitur est, inquit, quod hìc etiam dicit, (*ploremus coram Domino*?) Ergo ne etiam spiritum plorare affirmabis? Subjicit loca, in quibus inducitur Deus vocans seipsum *Deum & Dominum*, vel in quibus dicit Propheta, quod *spiritus locutus sit in ipso*, non *per ipsum*; item Paulum *l* citat scribentem, *quod locutus est Deum olim in Prophetis, novissime autem in Filio*.

Qui fecit nos.) Præter communem rationem cuivis homini ad imaginem Dei facto, & quod *opus manuum suarum Deus non despicit* m, sed solus reficit ipse qui fecit eum, qui ex se deficit, ut philosophatur Aug. & quod non parvæ fiduciæ sit ad factorem res facta: ut præterea notat Ambrosius *n*, & Gregorius *o*, videtur *faciendi* verbo aliud insinuari, ut subnotat Genebrardus, nempè *benefacere*, ac *singulari benevolentia, favore, liberalitate prosequi, ornare, decorare, insignire beneficiis*. Hoc pacto Samuel videri potest locutus, quando dixit *p*: *Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit Patres nostros de terra Ægypti*: Chald. *qui fecit fortitudines* sive *miracula per manus Moysis, & Aaron*; Vatablus, & alii, *qui reddidit eos clàros & nobiles*, sive *magnificavit eos, & docuit*. Prætera Deus apud Esaiam *q* ait, *& omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum*: Ubi quum crescat oratio plus videtur esse *favore*, quam *formare*, & *creare*. Suadet id quoque ibidem particula אף *aph etiam*, & trãslatio Chald. *& etiam feci eis miracula*. Simile quid aliqui observant in Cantico *r* Moysis: *numquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creavit te*? Quo loco si crescit etiam oratio, plus esset *creare*, quam *facere*. Postremò confirmari potest ex verbis Dei *s*: *behemeth quem feci tecum*, nempe studio, arte, cura quadam singulari: sive immanis bestia intelligatur, sive dæmonum Princeps, lata verbi עשה *hhasah, notio*: ac inter alia etiam significat *acquirere, docere, educare, dicare, &c.* Quibus modis Abraham scribitur, & Sarai *animas fecisse in Haran*, idest, instituisse in vera Religione, ac Deo dicasse, & illi acquisivisse. Est item עשה *hhasah aliquid ornate ac polite facere, perficere, præparare*: sic enim dicunt *facere pedes*, & *barbam* u, idest, ornare, ac polire, lavare, tondere, &c.

Quia ipse est Dominus Deus noster.) In translatione Hieronymi apudque Chrysologum, & alios nonnullos deest, *Dominus*, nec aliud est in textu Hebr. quam אלהינו *elohenu*: Deum autem, sive Dominum suum David, suo ac populi totius Hebr. nomine vocat, ea peculiari ratione, qua modo dixisse dicebam, quod *ipse fecisset eos*, quod & sequentia magis declarant: & nos non semel aliàs docuimus.

Et nos populus Pascuæ ejus, & oves manus ejus.) Sic quoque Hier. nisi quod ponit nomen, *grex*, alii, *pecus*, vel *ovis* in singulari, sed צאן *tson* collectivè sumitur pro *multis ovibus*, & *pro omni minuto grege*, ut alibi notatum est. In Psalt. vetere, ac apud Aug. est nomen plurale, *manuum*. Cassiod. *& nos populus ejus, & oves Pascuæ ejus*. Editio biblica nostra latina conformis est textui Hebr. & Græco. Monet August. dici hoc loco *populum Pascuæ Dei*, ut intelligatur quod populus oves sunt: *& oves manuum*, ut percipiatur quod has oves ipsemet fecit, sicut proximè ante dictum fuerat. Aliàs ejusdem formulæ causas reddit satis commodas Agellius; quia fidei & curæ Dei commissæ sunt istæ oves: quia in regionibus circumpositis templo, in quo tamquam medius inter oves pastor Deus morabatur, Hebræi habitabant, ad eum modum, quo *omnem manuum torrentis Jeboc* x, Hieronymus vertit *cuncta quæ adjacent*. Lxx. συγκυρεύσας *vicina*: quia sub ditione ac potestate sunt ipsius; quia *transeunt greges hi ad manum numerantis*, y beneque noti sunt ei & illorum curam gerit, *deducens velut ovem Joseph* z, quia suamet velut manu, ac per se pascit, & promisit *suscitaturum se servum suum David*, hoc est, Christum, *qui pascat ipsemet; sitque eis in Pastorem* a. Exponit Bruno Carthusianus, quoniam paverat Hebræos manna in deserto, & lege, ibique operatus erat, ut ovibus similes essent, non arantes, nec seminantes, & omnia necessaria habentes sicut oves; quibus sine aliquo labore omnia necessaria à pastore providentur. Id Haimo applicat ad spiritualia dona, & corpus sanguinemque Christi, & quia solius Dei, manu, idest, opere, & gratia possumus innocentiam, ac simplicitatem ovinam habere. Hugo *oves manus Dei* ait esse domesticas, & sub manu ejus nutritas, & manui ejus assoetas, quemadmodum Nathan parabolicè loquebatur de ove, *quam pauper nutrierat, & illa creverat apud eum cum filiis ejus, simul de pane ejus comedens, & de calice bibens, & in sinu illius dormiens, & erat ei sicut filia* b. Jansonius *manum* sumit pro cœtu & congregatione, in quam Deus colligat simul suos tamquam oves. Usurpatur præter *manus* pro auxilio, & consilio; ut *manus Joab* c; pro opere gravi, & laborioso, accurato, ut *manus Absalon* d. His quoque modis, & similibus aliis aptè appellari possumus *oves manus Dei*: *populus* autem quoque *Pascuæ* denotat non solùm quem pascat Deus, verum etiam à quo veluti pascatur ipse, ut Ayguanus notat. Gregorius *e* quidem à diabolo mundi peccatorem scribit: Dominum conversos invisceratè, de superborum humilitate satiata tamquam cibo suo *f*, quem jussit etiam discipulis operari *g*, pasci, cum bonis operibus nostris delectatur: hujus indicium rei fuisse convivium, quo Matthæus excepit Christum *h*. Ruminemus ergo, ait Bernardus *i*, tamquam munda animalia boni Pastoris, si quidem sumus *oves Pascuæ ejus*.

Vers. 8.) Hodie si vocem audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Vers. 9.) Sicut in irritatione secundum diem tentationis deserto; ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, & viderunt opera mea.

QUUM descripsisset maximum & optimum Deum, & populum ei subjectum appellavisset oves ab illo pastas & rectas eximia quadam benignitate, curaque: non contentus invitavisse in principio ad exultandum ipsi, & jubilandum, & confitendum: deinde etiam ad adorandum, & procidendum & plorandum ante illum, admonet, ut velut oves bonæ, quoties pastoris vocem audierint exaudiant etiam, & obediant, nec obdurato animo resistant, majorum secuti pessimum exemplum, qui Deum sua incredulitate, atque pertinacia ad iracundiam provocaverunt, atque tentaverunt, præsertim in deserto, tumque maxime, quum nil propius fuit quam ut reversis exploratoribus, lapidarent Moysem, Josue, & Caleb, licetque ignoverit tunc Deus, annuens precibus Moysis, tamen juravit nullum ex iis, qui contra se oblocuti essent, promissam terram intraturum, sed in Deserto ipso perituram *i*, & palam eonquestus est se tentarum ab illis jam per decem vices. Alia prius irritatio ac tentatio insignis fuerat in Raphidim, ob aquæ penuriam. Unde & loco nomen inditum, ut vocaretur *tentatio*, & *jurgium* k. Et ut majorem vim habeat admonitio, meliusque intelligatur quantopere tunc sit Deus indignatus, indicit Deum

Sensus loci.

Quare dicatur populus Pascuæ Dei & oves manuum.

a Epist. 4. b Luc. 7. 31.

c Ps. 125. 6.

d In de pœnit. c. ult.

e 2. Reg. 18. 33. f In Luc. c. 7.

g In c. 2. Luc. h Luc. 2.

i de ordine Antiphon. c. 1.

k de consubst. Filii & Spir. San.

l Hebr. 1. 1.

m Ps. 137. 8. Notio ver. bi facio.

n In Ps. 118. serm. 10. & 1 de interpell. cap. 6.

o 9. Mor. c. 35.

p 1. Reg. 12. 6

q c. 43. 7.

r Deut. 32. 6

s Job. 40. 10.

t Gen. 12. 5.

u 2. Reg. 19. 26. Hebraice v. 9.

x Deut. 2. 31

y Jer 35. 13.

z Ps. 79. 2.

a Ex. 34. 24.

b 2. Reg. 12. 3 Quomodo usurpetur manus.

c c. 14. 19.

d c. 18. 28.

e 33. Mor. c. 21. vel 17. li. 30. c. 18. vel 34.

f Joan. 4. 34.

g c. 6. 27.

h Luc. 5. 29.

i serm. 53. in Cant.

k Exo. 17. 7.

i num. 14. 23

ipsum conquerentem. Ibi enim *sæpe numero tentaverunt me patres vestri*, tunc periculum facere cupientes potentiæ meæ, ac veritatis ex diffidentia sua: nunc obmurmurantes adversùs mea verba; quum tamen experti essent ac propriis oculis vidissent mirabilia opera mea, quibus satis superque persuaderi potuerant ac debuerant: nihil ipsis umquam defuturam. Evidentissimè, ait creditus Hieron. hæc pandit Apostolus ad Hebr. *a*: nec aliam interponere præsumimus expositionem. Sed litteralis primus, licèt non principalis sensus ad Hebræor. reprehensionem pertinet etiam circa tempus Christi. Paulus dicta Epist. ad Hebr. c. 3. jam inde à principio laudat ex iis Christianos factos, hortans ut semper in sanctitate vocationis maneant, & stabiles in confessione Christi, scientes ad cœlestia se ab eo bona vocatos, nec amplius de lege ipsi cogitandum, vel Moyse, sed de Christo, qui ad ea bona vocavit. Tunc adhibet præsentem locum, ne sit aliquo ipsorum cor malum incredulitatis discedendi à Deo vivo, sed adhortentur se ipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur. Videtur autem tacitè repetere, quæ præcesserunt in Ps. & ad Christum applicare, nempe invitationem ad exultandum ei, & jubilandum salutari seu Salvatori, qui idem sit omnium rerum Creator, & pastor omnium. Præterea tribuens Spiritui Sancto (inde Didymus *b* probat eumdem Spiritum Sanctum locutum in sanctis utriusque testamenti,) sermonem istis versibus contentum, quod est commune toti Ps. & universæ Scripturæ Sacræ, videtur Patrem loquentem facere de Filio, ut vocem loquentis nemo spernat, nec recedat à fide Christi propter incidentes difficultates, aut persecutiones, etiam à contribulibus suis. Unde sequitur sensum à Paulo datum huic loco sive litteralem appelles, sive mysticum, esse efficacem ad argumentandum. Et probabile est esse litteralem, atque à Davide ipso intellectum, quum ipsimet contextui bene congruat. Euthym. in panoplia *c* cum Nazianzeno *d* quem citat, colligit Spiritum Sanctum Deum esse, quoniam Paulus asserit Spiritum Sanctum loqui: is autem qui loquitur, & tentatum se dicit, Deus Altissimus est. Quo argumento ajunt obstrui ora spirituum oppugnantium, & loquentium iniqua: quum apertè tum Apostolus, tum Propheta ex iis quæ dicta sunt, Spiritus prædicent divinitatem.

Hodie si vocem ejus audieritis.) In vetere Psalt. & apud Aug. *ergo hodie*. Hebræi, ac Hebraizantes nectunt hæc prioribus *venite adoremus*, &c. Idque hodie si vocem ejus audieritis, seu si auditis, & si placet vobis audire vocem pastoris vestri, quæ nimirum est sequens, *nolite obdurare corda vestra*, &c. Vel vos *oves Pascuæ ejus hodie si*, seu, *quo die vocem ejus audieritis*, *oves enim Dei vocem ejus audiunt* e. Vel sumendo, *si*, pro, *utinam*, *hodie utinam vocem ejus audiatis*, *& non obduretis corda vestra*, satius est ut ex his verbis inchoetur sententia, & Prophetæ verba dicantur: deinceps autem, persona mutata ex abrupto, ut non raro fit in Ps. & in aliis scripturis, vox intelligatur Dei, *nolite obdurare corda vestra*, &c. Vel inde, *ubi tentaverunt me*, &c. Ita ut continuetur oratio Proph. usque ad ista, quæ modo recitavi. Minus certe aptè dixeris, *Venite adoremus*, &c. & *nos oves Pascuæ ejus si audieritis*. Melius nectitur oratio, *hodie si vocem ejus audieritis* cum sequentibus, *nolite obdurare*, &c. Præterea simplicior particulæ, *si*, notio conditionalis retinenda. Quamvis אם *im* quandoque valeat idem quod אשר *ascer*: & sensus esse possit hoc die, seu tempore, quo audieritis, &c. Ad hæc, adverbium temporis, hodie pro præsenti tempore accipitur indeterminatè, ac pro *sæculo* & *spatio*, quo durat præsens vita, mundusve, vel Apostolo *f* ipso interprete, non solum Euthym. Niceph. Origene, aliisque Enarratoribus tam hujus loci, quam Apostolici. Admonet hoc etiam Clemens Alexandrinus *g* hunc totum tractans locum: & accommodans ad paræneſim Gentium, appellans minas, adhortationem, honorem, magnam gratiam promissionis, *si hodie vocem ejus audierimus*: Illud autem *hodie*, augeri in unoquoque ejus die, donec nominatur *hodie*: & esse imaginem æterni sæculi: & minarum finem accepisse ænigmaticè veteres Hebræor. errores, qui tandem fateri compellentur se non posse aliter esse salvos, quam si *Jesu*, seu *Josue*, qui nostri *Jesu* typus erat, dicant: hunc autem pro sua benignitate omnes invitare atque mittere paracletum. Eamdem sententiam videtur imitatus Ambrosius *h*: & ita explicat Christum *heri* fuisse in vetere lege, quæ promissionis erat, *& hodie* i, quando solutio est, ac per Jesum in requiem introductio, sive Aper resurrectionem ipsius, addita Ascensione, quia requies nostra in cœlo est, atque ipsemet *Jesus* requies nostra est, qui ait: *hodie* k *mecum eris in Paradiso*. Basilius denique in extrema ad Chilonem Epist. citans locum ex Epist. ad Hebr. docet quod *hodie* in solidum significat nostræ istius totius vitæ temporale curriculum. Nihil etiam obstat sumere, *hodie*, propriè, ne quis relicto præsenti, differat in posterum tempus pœnitentiam ac obedientiæ, ut anonymus Græcus ab Agellio citatus notat. Dicit enim quod novit diabolus difficile esse ut fidelis admittat auribus *discessionem à Deo* τὸ ἀποστῆναι θεοῦ, propterea niti quavis arte, ac fraude fallere, atque impetrare hodiernum diem, sibi, crastinum Deo: Deum è contrario reclamare, *hodie si vocem ejus audieritis*. Mutuatus id fuit quisque ille est, ex Basilio *l*, in quo eadem leguntur. *Ipsa res est quæ multos occidit*, inquit Aug. *m*, *quum dicunt*, cras; cras, *& subito ostium clauditur*. Remansit *foris cum voce corvina*, *quia non habuit gemitum columbinum*. *Cras*, *cras*, corvi vox, &c. Crastinum enim diem quis tibi promisit? Quum dicit, *hodie*, te convenit, ait Chrysologus: ad te loquitur quicumque homo es auditor: ne audita voce ejus, contemtus reatum, contumaciæ crimen incurras; quem non præcepta, quem non correxit exemplum. Nam ob hoc Judaic. duritiam longo sermone narravit, ut te Christiane faceret cautiorem: cui non quadraginta annis tantum conversatur, & cohabitat Deus; sed toto vitæ tempore paret, & militat ad salutem. Urget idem ex hoc ipso loco Fulgentius *n*, docens *obduratum vivere*, sive qui non convertitur, desperatus de indulgentia peccatorum suorum; sive qui sic misericordiam Dei sperat, ut usque in finem vitæ præsentis in suorum criminum perversitate permaneat. R. Levi quem recitat Galatinus *o*, simili quadam ratione de pœnitentia declarabat hunc locum, quod si filii Israel pœnitentiam egissent saltem uno die, statìm redemti essent, statimque eis venisset filius David, ideſt, Messias. Deducit vero Galatinus Messiam DEUM esse, quia prius in eodem Ps. vocatur *DEUS noster fecit nos*; ita ut sit consequens, quod DEUS, qui viam pœnitentiæ docturus erat (Christi autem prædicationis verba prima fuerunt *p*; *pœnitentiam agite*) esset Messias, sive Christus. Refert idem Galatinus *q* figmentum aliud nescio cujus Rabini, qui Messiam ipsum interrogans quando venturus esset, responsum acceperit, *hodie*, quumque idem Rabinus Eliæ dixisset videri sibi mentitum Messiam, respondisse Eliam, sub intelligendum fuisse, *si hodie vocem ejus audirent*.

Colligunt *r* alii non semper actu adesse gratiam prævenientem, sed certis temporibus, prout judicat Deus munera sua distribuenda: propterea nam exprimi, *hodie*, atque conditionem addi, *si audieritis*, quia non quotidie, nec sine intermissione sonat vox ejus, sed certo tempore nos visitat atque excitat. Quamquam scribat Bernard. *s* non esse laborandum, ut ad vocis divinæ perveniatur auditum; laborem potius esse aures obturare, ne laudiamus; vocem enim ipsam se offerre, se ingerere, nec pulsare interim cessare ad ostia singulorum: non esse tantum vocem virtutis, sed & radium lucis, ut annunciet pariter hominibus peccata eorum, & illuminet abscondita tenebrarum. Auditus externa impedimenta internis applicat Hugo nimiam distantiam, surditatem, somnum, animi ad alia diversionem, obturationem aurium, mortem, discessum seu fugam ab eo qui loquitur.

Nolite obdurare corda vestra.) Hier. *indurare*. Aliàs monui solere interpretem sententiæ, quâ quid vetatur addere verbum, *nolite*, etiam si nec extet Hebr. nec Græcè, nonnullos autem inde argumentari pro libero arbitrio. Eamdem indidem vim argumentum habet, etiamsi non apponatur id verbum; sufficitque prohibitio; quæ carentibus libero arbitrio, fieri propriè non potest. Sic observant Basil. ac Theodor. non esse dictum ne *obdurescite*, sed *ne obduretis*, ut doceatur eos ipsos hujusmodi cordis esse opifices. Facit hoc etiam argumentum Aug. *t* ex præsenti loco. Quum autem Pelagiani objiciebant Deum jussurum non fuisse quod sciret non posse ab homine fieri, respondet, *u* non ideo effici posse hominem facere sine gratia; sed ideo Deum jubere aliqua quæ non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus: ipsam enim fidem esse, quæ orando impetrat quod lex imperat. Aliud sequitur; Deum per se non esse causam obdurationis, aut peccati, indurando propriè corda hominum, & intus efficaciter operando, ut Calvinus, Beza, & Libertini pessimè docent. Frustra prohibet Deus, ne corda obduremus, si

vult

a c. 3. & seq. c. 4. 1. & seq.

b de Spiritu Sancto.

c p. 1. tit. 2. d or. 40 bap.

e Psal. 10. 16

f Heb. 3. 13. c. 4. 7.

g in par. an.

h l. Epist. 39. vet. edit.

i Heb. 13. 8.

k Luc 23. 43

l homil. 3. de exhor. ad bapt. & pœnit. in fer. 16. de verb. Dom. c. 11.

m de fide ad Petrum c. 3.

n lib. 1. c. 8.

o p Mat. 4. 17.

q lib. 4. c. 11. Rabini figmentum.

r Bellarm. 2. de gra. c. 6. Gratia prævenies nō semper ad est actu.

s de convers. ad Cler. c. 2.

t de gra. & l. arb. c. 15.

u cap. 16.

Fides orando impetrat quod lex imperat.

Quomodo dicatur Deus obdurare corda hominum. a Exo. 4. 21. c. 7. 3. Es. 63. 17. Rom. 9. 18

vult ea obdurari, & eadem ipsemet quasi manibus propriis, obdurat. Dicitur Deus obdurare, ac indurare *a*, quum non punit; quum negat uberiora auxilia; quum quidpiam boni facit vel confert, unde peccator occasionem captat peccandi: quum demonstrat quam sit quis durus; quum eludit peccatoris conatus, qui propterea deterior fit. At proprie formaliter, per se, directe, & in rigore Theolog. non debet dici Deus caussa indurationis, aut excæcationis. Nec enim producit pravam dispositionem voluntatis, quam includit induratio; vel immissionem erroris aut ignorantiæ, privando scientia debita, quod spectat intrinsecè ad excœcationem. *Deo hujus sæculi*, hoc est, Diabolo, convenit *excœcare mentes infidelium* b, tamquam caussæ morali malum suadenti, atque proponenti: ipsamet peccato is *malitia excæcat eum* c: Quatenus tribuitur Deo *excæcare* vel *obdurare* pœna est, non culpa: & potest hujusmodi pœna quum ad tempus tantum durat, in prædestinato etiam reperiri, cui tandem *auferat Deus cor lapideum, detque carneum* d. Tandem non omnis qui non convertitur, aut non cedit, censetur obduratus, vel excœcatus, sed cui pauca tantum præbentur auxilia, & negantur uberiora. Quisquis tamen obduratur, propria culpa obduratur: & idcircò hìc admonetur ut caveat obdurationem, nec umquam desperet. Quod vitium desperationis Chrysost. *e* ait ista sententia caveri & invitari homines ad pœnitentiam quovis tempore peragendam: Eodem pertinent hortationes, ut *aperiamus Deo pulsanti ad ostium cordis* f. Qui enim venit, & januam pulsat, ait Ambros. *g*, vult semper intrare, sed in nobis est, quod non semper ingrediatur, non maneat, &c. Et si possit intrare, non vult tamen importunus irruere, non vult invitos cogere. Rursum Aug. *h* liberum, inquit, hominis arbitrium pulsatur, ubi dicitur: *hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*, sed nisi posset Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per Prophetam Ezechielem *i*: *auferam ab eis cor lapideum & dabo eis carneum*. Bona & vera *ovis audit Pastorem* k, & obedit: sicut accidit Apost. quorum describitur vocatio. Perdicis pulli, tametsi ab aliam subrepti, ut primum exaudiunt matris vocem, accurrunt, matre quadam pietatis tuba prolem advocante, ut loquitur Ambrosius *l*, dicens ubi in Evangelio suam vocem Christus emisit, ad eum se potissimum contulisse, quos sub umbra alarum suarum ipse susceperit, & matri dedit Ecclesiæ nutriendos. *Ponunt aliqui cor suum ut adamantem, ne audiant legem, & verba quæ misit Dominus* m, obdurant & continent aures ut aspides *n*, *dura cervice, & incircumcisi cordibus & auribus Spiritui Sancto resistunt* o; nec malleo, nec igne, nec aqua, nec unguento molle fiunt duri, & quibus *nervus ferreus cervix, & frons ærea* p, atque *indurant facies suas supra petram, noluntque reverti* q. Declarantur hæc ab Hugone, ac possunt adhuc amplificari. De obduratione autem adhuc actum alibi.

b 2. Cor. 4. 4.

c Sap. 2. 21.

d Exech. 11. 19. c. 36. 26.

e hom. 28. in Ep. ad Rom. hom. 21. ad pl. Epist. 1 ad Theod. lapsi. sanit. 5. 12. Apoc. 3. 20. f in Ps. 118. serm. 12. g de gra. & Lib. c. 14.

i c. 11. 19.

k Jo. 10. 16. Perdicis pulli matr. vocē agnoscunt. l Hex. c. 3. & in Jer. c. 27.

m Zac. 7. 12. n Ps. 57. 5. & o Act. 7. 51.

p Es. 48. 4. q Jer. 5. 3.

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto.) Hier. *sicut in contradictione, sicut in die, &c.* Alii, *sicut in disceptatione*, seu *contentione, ac lite, sicut in die tentationis*: vel *sicut in jurgio, sicut in rebellione solitudine facta*. Quidam etiam exprimunt Hebr. nomina tamquam propria, *sicut in Meriba, sicut in die Massa in deserto*. Primi quidem nominis fit mentio in Exodo *r*, secundi autem in Numeris *s*: quamvis utrumque ponatur etiam in Exodo. Psalt. Romanum; & Cassiod. *sicut in exacerbatione*; Vetus, & Aug. *quemadmodum in illa amaricatione*. Aliquot exemplis docet Ribera *t* noster, *secundum diem, aut juxta diem*, idem esse ac, *sicut in die*. In Ps. 77. *u* dicuntur Hebræi *in iram excitasse Excelsum in inaquoso, tentavisse in cordibus suis: male locuti de Deo: multoties exacerbavisse eum in deserto, in iram concitavisse in inaquoso; tentavisse Deum, & sanctum Israel exacerbavisse: conversi in arcum pravum; in iram concitavisse Deum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum provocavisse*. Consule quæ ibi dicta sunt. Ad rem facit potissimum locus libri Numerorum; ibi enim narratur comminatio illa, non ingressuros murmuratores Hebr. in terram promissionis, eademque de re meminit Paulus in Epistola item ad Hebræos. Trevetus Hier. secutus editionem, *sicut in contradictione*, interpretatur quando facto vitulo dixerunt *x*, *hi sunt dii tui Israel, &c.* Ceteri alludi volunt ad Exodi citatum locum. Treveto non favent Hebræa vocabula, quæ hìc habentur מריבה *merivah* & מסה *massah*; & extare dixi in aliis locis Exodi, & Numerorum. Ambrosius, aut alius in commentario Epistolæ ad Hebræos, explicat de voluntate revertendi Ægyptum, post explo-

r c. 17. 27. s c. 14. 22.

t in Epist. ad Hebr. cap. 3. n. 10. & 11. u vers. 17. 18 39. 40. 41. 57. 58.

x Ex. 32. 4.

Aratam terram promissionis. *Irritatio, exacerbatio, amaricatio*, sicut & *concitatio iræ*, ac *provocatio*, vitia sunt populi quantum est ex se, exacerbantis Deum, amaricantis, concitantis, provocantis: non autem ulla in Deo perturbatio. *Deus Charitas est* y, charitas verò etiam ut creatum donum, non irritatur z, facitque ut is in quo est non irritetur. Irritaverunt quoque Moysem in castris, Aaron sanctum Domini. * Sed non puto *irritationem* hìc ad Moysem propriè spectare; *tentationem* ad Deum, quidquid velit Genebrardus, cum Aben-Ezra. Concedi potest petitionem aquarum procuratam litis, & contentionis studio, per invidiam & malevolentiam schismaticorum, non ob necessitatem; quia manna supplebat officium aquæ etiam pro pecore. Talem Genebrardus notat esse irritationem & contentionem petentium usum Calicis, quum totus Christus contineatur in alterutra specie. Circumstantias istius irritationis Hugo considerat in iis quæ hoc loco dicuntur; tempus, *secundum diem tentationis*; locum, *in deserto*, ubi magis timendus fuit Deus ob penuriam, infidelitatem, *ubi tentaverunt*, dicendo *a*, B *numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* ingratitudinem, *probaverunt & viderunt opera mea*, idest, tot prodigia in beneficium ipsorum edita; diuturnitatem, *quadraginta annis*; malitiam, *hi errant corde*; stultitiam, *non cognoverunt vias meas*.

y 1. Jo. 4. 16. z 1. Cor. 13. 5. * Ps. 105. 16.

Contentio petentium usum Calicis, cum petitio. aquarum in deserto confertur.

a Ps. 77. 19.

Ubi tentaverunt me patres vestri.) Reddunt alii אשר *ascer*, *quum*, aut, *quia*. Hinc ex abrupto incipit oratio Dei: quamvis aliqui principium ducant inde, *nolite obdurare, &c.* Athanasius verò *b*, & Nyssenus *c* dicunt hæc esse verba Spiritus Sancti, ac loquentem hìc induci, unde & divinitatem ejusdem confirmant; & Nyssenus ita etiam sensisse Paulum *d* vult; sed ibi solum scribit loqui Spiritum Sanctum, quod posset exponi eo modo, quo dicitur in omni Proph. & Scriptura divina loqui. Exemplo simili à parentibus sive majoribus petito utitur Paulus non in citata solum ad Hebr. Epistola, verum etiam in prima ad Corinth. *e*; præterea Christus *f* ipse, Moyses quoque nolentibus postea transire Jordan. exprobravit; C *nonne ita egerunt patres vestri, quando misi ad Cades Barne ad explorandam terram? &c. Et ecce vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Israel*. Postremo Steph. *vos h* inquit, *semper Spiritui Sancto resistitis, sicut patres vestri ita & vos*: & iterum Paulus *i* de iisdem scribit, quod *occiderunt Jesum, & Prophetas, & implent peccata sua semper*. Patres vestri erant, ait Aug. sed si non imitati fueritis, patres vestri non erant; tamen qui de his nati estis, patres vestri erant. Tum benè argumentatur, quum Gentes fassiæ patres suos mendacia voluisse, in quibus non est utilitas, ad verum Deum Israel *venerunt ub extremo k terra*, non debere Hebr. tot affectos à Deo suo beneficiis, illum deserere. Quæ ratio valet optime ad persuadendum Catholicis ut in fide cultuque Christi constanter perseverēt. Debet quisque ad imitādum sibi proborum exempla proponere. Nec si forte patres & majores improbi fuerunt, imitandi sunt; ne *simus sicuti illi generatio prava & exasperans l; visitat enim Deus peccata patrum in filios m* imitatores illorum. Enumerat Ayguanus quot quis tentet modis Deum, nimirum clementiam ipsius si negligenter, & absque devotione oret: patientiam, si perseveret in peccatis: justitiam, si optet injustè inferri vindictam: D potentiam, si quis in periculo constitutus, non plene de Deo confidat: sapientiam, si quis alios velit docere, absque studio & præmeditatione.

b de commu. essent. Patr. &c. c Ora. in Pen. d Hab. 3. 7.

e c. 10. 1. & se. f Matth. 23. 32. & seq. Luc. 13. 1. & seq. g num. 32. 8. 14. h Act. 7. 51. i 1. Thess. 2. 15. 16.

k Jer. 16. 19.

l Ps. 77. 8. m Exo. 20. 5 Quot modis tentet Deum.

Probaverunt.) Addit, *me*, textus Hebr. versio Hier. vetus Psalt. Aug. Cassiod. aliqui codices Græci. Omisit etiam pronomen Paulus *n*. Potuit facile intelligi ex proximo membro, per zeugma: vel quia metonymice sumitur pro operibus, quorum fit mentio statìm, prætermissum est; nec ponitur in emendatis Græcis bibliis. Duas illas rationes tradit Genebrard. Si probandi verbum referatur ad opera; non significabitur quod tentare in iis & experimentum Dei facere Hebr. voluerint; sed quod experimento ipso comprobaverint & viderint mirifica ejus opera, ut minime debuerint ipsum tentare, verùm ex iis fiduciam magnam in Deum concipere. *Tentare* censetur etiam qui solum scire conatur, & explorat: *probare*, qui capit re ipsa experimentum & deprehendit quod quærebat. Quandoque nihilominus confunduntur, & priore loco ponitur *probandi* verbum; ut *o*, *proba me Domine, & tenta me*. Ubi sunt δοκιμάζω & πειράζω בחן *bachan*, & נסה *nisseh*, quæ hìc ordine collocantur inverso.

n Heb. 3. 9.

Tentare & probare in quo differant.

o Ps. 25. 2.

a *in protrep.* Clemens Alexandrinus *a* aut legit, aut exponit *οὗ ἐπείρασαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐνδοκιμάσαι, tentaverunt me Patres vestri in probatione.* Hæc *probatio*, ut vocabulum Græcum, & Hebræum δοκιμάζω, & בחן *bachan*, indicant, est cujusmodi sit in argento, vel auro: & idem etiam Latinum *probo*, importat. Retinendo distinctionem, sensus erit, non solum exploraverunt, sed re factoque comprobarunt, & suo quidem malo, quantum potentia valerem, quoniam graviter in eos, ac sæpè animadverti, cunctosque in deserto stravi, prohibens ingressu in terram promissionis; quod in Psalmi fine dicitur.

Et viderunt opera mea.) Hier. in singulari, Erit plurale, si ex פעלי *pahheli* fiat פעלי *pahholai*. Chald. *etiam* vel *insuper viderunt opera mea*; aut *probaverunt me etiam videntes opera mea*, ideſt, non contenti opera mea multa & magna vidisse, aut quasi numquam vidissent, aut penitus obliti essent, tentare me ac probare voluerunt;

b Ps.77.11. c v.15.32. d v.42.43. *Oblitisunt*, ait alio in Psalmo *b* David, *benefactorum ejus, & mirabilium ejus, quæ ostendit eis: & c. non crediderunt in mirabilibus*; d, *non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis; sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.* Idipsum lamentatus

e Deut 32.15 18. 28.29. prius fuerat Moyses in Cantico *e*.

Etiam idem Ribera in Amos *k*. Augustinus per *quadraginta annos* designari vult omnem durationem hujus mundi: ideò Christum jejunasse quadraginta diebus; quadraginta diebus tentatum in eremo, (indicat singulis diebus tentatum, quod alibi disputavimus) quadraginta diebus fuisse cum discipulis post Resurrectionem.

k in Amos 5. & seq.

Offensus fui generationi illi.) Additum est pronomen perspicuitatis gratia. Hier. *displicuit mihi generatio illa.* Alii, *litigavi, seu lis fuit mihi cum generatione hac, rixatus sum, contendi, molestiam passus sum à generatione illa; cum tædio pertuli generationem illam, molestia, tædiove affectus sum; taduit me generationi illius.* Valet hæc omnia אקוט *akut*, à קוט *kut*, quod est etiam abominari, & dissecari præ molestia. In Psalt. Gallic. est, *offensus fui*, & apud Paulum *l*, *infensus fui*, Græcum verbum est προσώχθισα; quod aliqui verterunt ἐβδελυξάμην *abominatus sum*: Aquila, & Symmach. δυσηρεστήθην *mihi displicuit*: exponit verò Apollinar. ἔσυξα *odi*. Niceph. ἔπαχθῶς ἔχειν *intolerabiliter se circa alium habere*. Qui, *proximus fui*, legunt quod Romanum Psalt. & vetus facit, & Aug. prætereaque Bernar-

l Hebr.3.10. B dus *m*, Græcum προσώχθισαν acceperunt ut significat *impingere, appellere veluti ad ripam & litus*, quod ὀχθη significat, & eadem est ratio de προσώχθισα, ut aliqui codices habent à προσωχεῖν: longe tamen usitatior in bibliis prior acceptio, nec alia uspiam, præterquam in hoc Ps. reperitur. *Proximum esse*, erit hoc loco accipiendum in malam partem, scilicet ad assidue vindicandum, & ut vindex manus non amoveatur; quod aliter diceres, *urgere, instare, imminere, premere, impressionem facere; si non re & facto, verbis, & minis*, Explicat Clemens Alexandrinus *n* ἀπειλεῖν *minari*. Expositio autem prius dicta est Titelmani, Jansenii, Genebrardi, hoc loco, & Riberæ in Epist. ad Hebr. Confirmat ultimus tum ex *visitandi* verbo, quod & *bene & male facere*, seu *consolari & punire* significat; quia qui prodest, quique obest nobis, prope nos est: tum ex phrasi Prophetis familiari, quum imminens denunciatur supplicium; *Ecce ego*, ideſt; cito tecum ero. Tale illud in Apocalypsi *o*; *venio tibi*. Scepræus putat, qui reddidit, *proximus fui*, legisse προσώχθισα: vel existimasse proverbiali, & usitata, suo tempo-

m de conversio. ad Cler. cap.2.

n in protrep.

o cap.2.5.

C re, phrasi, significatum, per *proximum esse*, esse *offensum*, quemadmodum apud Job *p*, quod legitur *manus Domini tetigit me*, idem est, *atque quod propinqua*, seu *proxima fuit, puniens & premens*; valet enim נגע *nagahh* pertingere, *pervenire, appropinquare*; Quomodo & Italicè *venire, & andare addosso ad alcuno, o accostarlo*, est illum *premere*, atque *vexare*. Hispani dicunt *alcancar*, v.g. *alcancole el golpe*. Aug. *proximum fuisse* accipit in bonam partem, ut Deus se dicat præsentavisse in signis, & virtutibus. Bernardus *q* saltem per accommodationem, ut interna voce, vocatione, inspiratione. Richard. Cænomanus satis acutè advertit communiorem lectionem, quæ habet, *offensus*, aut *infensus fui*, dicere effectum exacerbationis, & iræ divinæ; in alia contineri caussam, ut idcircò exacerbatus, iratusque fuerit, ac infensus; quo-

p cap.19.21.

q de conversi. ad Cleric. cap.2.

Deus præcept. comparatur. niam non cessaverat in signis, mirabilibus & beneficiis inexhaustis sese præsentare populo illi per tot annos. Titelmanus comparat Deum cum præceptore, qui semper exhibet se proximum discipulo, illum observans, ut mox ubi deliquerit, castiget. Bartholomæus Botta utrum-

D que sensum videtur expressisse,

Unde quaterdenis toties offensus in annis:
Mirum quo pacto proximus adstiterim,
Et licet ista mihi generatio displicuisset,
Attamen in donis officiosus eram.

Crucius noster eosdem sensus complexus est, paullò aliter interpretans *proximum esse*, expectare cum mora & patientia, quod fecit Deus per annos quadraginta.

Hanc quaterdenos sobolem per annos
Lite certarem veluti, morabar.

Non est natio tam grandis, ait Moyses *r*, *qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Dominus Deus noster cunctis obsecrationibus nostris*. Colligi quoque posset Deum sic infensum nobis esse, & punire nos, ut simul sit *proximus*, ideſt, *propitius*. Quum dissimulat peccata, nec punit, videtur longius abesse; quando punit pœna temporali, præsentiam declarat misericordiæ suæ. Innuit hæc Aquinas *s*.

r Deut.4.7.

s in Epist. ad Hebr. c.3.

Et dixi.) Dixit Deus apud se, ac veluti jam victus impatientia, postquam pertulit generationem illam tamdiu, coactus est pronunciare. Bruno Carthusian. Haymo, Rickelius dixisse explicant per Moysem, & alios Prophetas, & Moysi per Angelum, qui nempe sustine-

ret

Vers. 10.) Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.

Vers. 11.) Et isti non cognoverunt vias meas; ut juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Sensus loci. PErgit Deus in querimonia sua, dicitque quoniam adeò frequenter ipsum Hebr. tentaverunt, tum vero in eo quod in ipsis portis terræ promissionis in valle Botri perterriti ab exploratoribus illius, diffiderant se possidere eam posse, deque reditu in Ægyptum inter se penitus decreverant: propterea tam pervicaci pravæque generationi illi graviter infensum fuisse, coegisseque spatio annorum quadraginta in deserto vagari, atque ibidem omnes quotquot increduli fuerant, variis prius ærumnis & plagis affectos mori. Nam dixi, inquit, nihil apud istos juvare innumera beneficia mea, quin semper in animi, cordisque persistant errore, obstinatione, insania: nec vias meas tum justitiæ, tum potentiæ, tum providentiæ, seu misericordiæ tot modis declaratas, percipere, & amplecti voluisse: sicut neque mandatorum meorum viam. Quocirca juramento confirmavi, valde commotus ira in ipsos, quod in terram illam quietissimam, & opulentissimam [ubi conquiesceret peregrinatio ipsorum, & ego ratione fixæ sedis, in qua constitueretur arca] quam iis paraveram, promiseram, nemo eorum ingrederetur.

Quadraginta annis.) Paulus citans hunc locum, jungit verba ista præcedentibus, *probaverunt, & viderunt opera mea quadraginta annis*, & subdit, *propter quod infensus fui, &c.* quo loco Ribera contendit ita legi, ac distingui debere. Citat Theodor. sive Basilium: & quod Euthymius utriusque distinctionis hoc loco mentionem faciat. Refert Agellius præterea ex anonymo Græco sic debere legi: nempe supplendo hìc pro sequenti membro, id quod est in Paulo, aut restituendo, διὸ, *propter quod*, sive *propterea*. Favet apertè Apollinarius,

ὅι μευ τεσσαράκοντ' ἐτέων ἔργα καὶ κῆν.
Qui mea quadraginta annis viderunt opega, & potentiam.
ἔνθεν ἐγω κείνην ὁλοὴν ἔσυξα γενεσθλὴν.
Inde ego illam pernicios am odi generationem.

t in panan. seu protrep. Ita præterea legit Clemens Alexandrinus *t*, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη, διὸ προσώχθισα, &c. Subdit Ribera, recte etiam posse legi, *quadraginta annis offensus fui, &c.* quia re vera tot annis Deus offensus fuit illi generationi, quo tempore interierunt in deserto qui tentaverant, & probaverant Deum, atque murmuraverant contra ipsum, nolentes ingredi promissam terram, sed in Ægyptum redire, pro nihilo habentes terram desiderabilem *g*. Apostolus item videtur veluti amplexus eamdem lectionem, dicens *h*; *quibus autem infensus est quadraginta annis, nonne illis, qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto? quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? & videmus, quia non potuerunt introire, propter incredulitatem*; Utraque lectio recipi potest, ac debet, nec discrimen habet magni momenti. De horum porrò quadraginta computatione annorum, egimus commentario actuum Apost. *i*, & quo pacto duo supra alii annumerentur: legendus

g num.14.28 29. & seq.c. 32.10. & seq. Deuter.1.34 & seq. Psal. 105. 24.

h Heb. 3.17. 12. 19.

i 13.17.36.

ret personam Dei. Exempli causa dixit Deus Moysi *a*, *cerno quod populus iste duræ cervicis sit*. Unde Botta.

Verum Ductori (Moysi sum contestatus; oberrant,
Hi cervicosi pectore, & ore malo.

Semper hi errant corde.) Hier. omisso *semper populus errans in corde est*. Alii, errantes תועי *thohhe* in plurali, addito הם *hem ipsi*, seu *hi*, quod abest etiam à textu Epist. ad Hebr. *b*, vel, *populus errantium corde isti*, quasi diceret, *gens absque consilio & sine prudentia est* c; res mihi, negotiumque non cum hominibus cordatis, rationeve præditis, sed cum væcoribus, & cum bestiis. Paraphrastes recitatus in Bibliis Regis, explicat, *populus est, quorum idola sunt in corde eorum*: textu enim Nabiensis non differt ab editione nostra. In Epist. ad Hebr. *semper*, quoque positum est, quamvis textu Hebr. illam non habeat; nec in eadem Epist. editio Syriaca, *populus iste errat corde*: Etsi autem quod additur, *semper*, jungi possit vel morbo, *dixi*, vel *errant*; plures posteriori jungunt; ut significetur populum illum semper in errore, ac stultitia versari. Participii præsentis vim esse, inquit Andreas Croquetius *d*, ut omne tempus comprehendat. Non est id semper verum, aut perpetuum. *Populus hic insipiens incitat nomen Domini* e; *generatio ista non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus ejus, & non erat rectum cum eo, f factum est illi cor incredulum, & exasperans, recesserunt, & abjerunt, & non dixerunt in corde suo; metuamus Dominum Deum nostrum* g. Tropologicum est quod ait Hugo, errari & peccari semper corde à reprobis non corpore, quia peccandi semper habent voluntatem, quamvis exequi quod volunt non valeant. Adhuc Sapientia clamitat in plateis, ait Bernardus *h*; *hi errant corde*: *redite Prævaricatores ad cor* i: hoc nempè initium loquendi Domino, & hoc verbum ad omnes qui convertuntur ad cor præcessisse videtur, & non modo revocans eos, sed reducens, & *statuens contra faciem suam* k. Præterea *l*, explanans illam sententiam *m*, *esto consentiens adversario tuo, dum es cum illo in via*, verbi consilium vocat, se adversarium protestantis, quod adverterat carnalibus desideriis nostris, dum dicit, *semper hi errant corde*.

Et ipsi non cognoverunt vias meas.) Alii, *ipsi vero*, vel & *ipsi*. Posset esse ratio, cur semper errarent corde, quia non cognoverunt vias Domini, hoc est, attenti non fuerunt ad legem, ad admonitiones, ad mirifica opera in ipsorum gratiam, ac salutem edita; quibus declarabantur simul attributa divinæ potentiæ, sapientiæ, justitiæ: bonitatis. Cognitionem verò, ut annotat Euthym. de mandatis præsertim Dei, quæ sunt nobis iter ad illum, non hìc eam dicit, quæ legendo paratur: aut meditando: sed illam, quæ per opera ipsa demonstratur. Dicunt, aut dicere videntur quidam Deo, *recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus* n: & quum *confiteantur se nosse Deum, factis negant*; o & *ingredi vias suas volunt* p; & nolunt *audire verbum post tergum monentis*; *hæc est via, ambulate in ea* q: & *delectantur in semitis impiorum, placetque ipsis malorum via* r; & *oderunt scientiam* s, *nolentes intelligere*; *ut bene agant* t: & *diligunt Deum in ore, lingua verò mentiuntur ei* u: & *labiis honorant eum, cor autem eorum longe est ab illo*. x

Ut juravi.) Hier. & *juravi*. Alii, *propterea, quia, tunc, quare, ergo* Hebr. vox אשר *ascer* admittit notiones istas, nec non similitudinis, *sicut*, &c. inseruit quoque pronomini, quod exprimitur in translatione Latina Psalt. Romani; & veteris, ab Aug. etiam, & Cassiod. Versio Latina Epist. ad Heb. c. 3. *y* & 4. *z* in codicibus emendatis habet, *sicut*, quod Agellius non vidit, aut non meminit, affirmans legi, *quibus*, & Faber ait mendum esse, & utrobique Græcè legitur ὡς, & Syriacum איך *aich* non autem ך *de*, ut Croquetius tamen asserit; quodque testatur Ribera se, quod Jansenius & Genebrardus ajunt apud Paulum legi οἷς, non reperisse, ipse etiam adhuc cum Fabro testor; Facilis transitus est particulæ ὡς in οἷς. Sed præstat codicum fidem, & Enarratorum sequendo, retinere ὡς. Id autem Euthym. & Nicephorus docent habere vim confirmandi, & serium, ac deliberatum juramentum significandi, ita ut ὡς valeat, *quam*, Verbi gratia, quum dicimus ὡς ἀληθῶς, *quam vere*, idest, *verissime*. Frequentior acceptio est pro similitudine, *sic juravi*; & אשר *ascer* quandoque usum eumdem habet, perinde atque כאשר *chaascer*. Hoc pacto sensus esset; [quemadmodum illi non cognoverunt meas vias sic ego juravi.) Nam & in Ps. 131. a *memento Domine David*: & *omnis mansuetudinis ejus*. Hier. vertit, *qui*, quum sit אשר *ascer*, & ὡς; idest, (Sicut

a Exod. 32. 9. Deut. 9. 13

b c. 3. 10. *c* Deut. 32. 28.

d in Epist. ad Hebr. c. 3

e Ps. 73. 18.

f Ps. 77. 8. 37

g Jere 5. 23. 24

Tropologia

h de conversio ad Clericos. cap. 2.

i Esa. 46. 8.

k Ps. 40. 11.

l serm. 83. in Cant.

m Mat. 5. 25

n Job. 21. 14.

o Tit. 1. 16.

p Act. 14. 16

q Esa. 30. 21

r Prov. 4. 14.

s c. 1. 22.

t Ps. 35. 4.

u Ps. 77. 36.

x Esa. 29. 13

y vers. 11.

z vers. 3.

a vers. 1.

A David juravit Domino se templum illi ædificaturum, sic tu memento ipsius.) Agellius explicat ὡς per, *ut*, quod non importat similitudinem, sed ætiologiam & caussalitatem; & ait hoc loco sumi consequenter ad indicandam convenientiam pœnæ, ad hunc modum. (Ipsi non cognoverunt vias meas, quas si nossent, ac, secuti essent, in requiem meam introissent: sed quia illas non norunt nec secuti sunt, factū est merito, ut irritatus jurarem in ira mea, &c.) Ribera probabilius censet, particulam, *ut*, sive, *sic*, & *sicut*, ornatus tantum caussa poni, & ad connectendum sequentia præcedentibus; & idcirco Hieron., ut retuli, reddidisse, & atque in Epistola ad Hebr. Syrum translatorem, *itaque*: in Psalmo item 55. *b* ubi legimus, *sicut sustinerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos*, ab eodem Hieronymo conversum; *plantas meas observabunt, expectantes animam meam*. Favet Apollinarius, nullam hìc habens rationem particulæ ὡς.

ὤμοσα μηνίσας κατὰ πάντων ἰδεῖσθαι.
Juravi iratus, non ipso requiram videre.

B Equidem non dubito clariorem orationem reddi per pronomen, *quibus*, idque rectè respõdere particule אשר *ascer* & Paulum *c* postea ratiocinando id exprexisse constat, cũ interrogatione; *quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt?* Quæ forsan occasio fuit minus perito librario superius eodem loco dum citaretur Psalmus, ponendi, *quibus*, quum sit, ut dixi ὡς; ibi, & non οἷς. Quamvis Ecclesia in officio divino retineat, *quibus*, quemadmodum & similia levioris momenti, citra ullam jacturam.

c Heb. 3. 12.

Deinde sumi debet in editione nostra particula, *ut*, non caussaliter, quamvis explicet Hugo, *propter quod*, sed similitudinarie, ut est idem quod *sicut*: eo namque modo transfertur in Epistola ad Hebræos; nec *sicut* usurpatur ad redditionem caussæ. Jam ex aliis probabilioribus expositionibus, magis probabilem postremam judico: quæ consentanea etiam est vulgaribus nostris linguis, in quibus ornandæ orationis, vel continuandæ caussa dicimus; & *cosi, yansi, & ainsi*. Quod si vis propria similitudinis retineatur, erit *ut* idem quod *sicut* aut *ita, ut* nempè *ita*, C *ut, sic, ut juraverim*.

Verum quia hoc pacto non apte jungitur *ut* cum indicativo, cum quo legimus *ut juravi*, præstat exponere juxtà ultimam sententiam *ut juravi*, idest, *& sic juravi*: vel *ita ut juraverim*. Erit porrò cum interrogatione aut epiphonematis nota legendum, si ὡς, &, *ut* accipiatur pro, *quam, ut*, seu *quam juravi*; hoc est, quam asseveranter & constanter?

Juramentum hoc narrator indicatis pridem locis *d*. *Vivo ego dicit Dominus; sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis; in solitudine hac jacebunt cadavera vestra: omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam levavi manum meam, ut habirare vos facerem*, &c. item *e*, *iratus juravit, dicens; si videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis & supra terram quam sub juramento pollicitus sum*, &c. Rursum *f*, *quumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus juravit, & ait; non videbit quispiam de hominibus generationis hujus pessimæ terram bonam, quam sub juramento pollicitus sum patribus vestris*, &c. *Nec miranda indignatio, in populum, quum mihi quoque iratus Dominus propter vos, dixerit; Nec tu ingredieris illuc*. Alibi docuimus quo pacto Deus juret.

d n. 14. 28. 29 30.

e c. 32. 10. 11.

f Deut. 1. 34. 35. 37.

D *In ira mea.*] Hier. *in furore meo*. Chald. *in vehementia furoris mei, iratus juravit Deus*, ut paullò ante retuli. Minus rectè Campensis exponit *jurare per iram*, Per semetipsum jurat Deus: & quamvis ira Dei eo modo quo est in ipso, de quo egimus alias, sit ipsemet Deus; tamen proprie nemo *jurare* dicitur *per iram*, sed *in ira*, hoc est, ira commotus. Jurat aliquando idem Deus placidus, & mitis, inquit Cassiod. ut Davidi *g*, & Abraham *h*, pollicens Messiam. Refert Galatinus *i* Rabenu Haccados ad Antonini consulis Romani petitionem sextam respondisse; ex Israel qui non crederent verbis Messiæ, fore ut Deus ira percitus, effunderet super eos illam, juraretque per sanctitatem suam eos non habituros salutem, nec in Paradiso cum illo mansuros, prout hìc habetur. Magnus terror, ait Augustinus, ab exultatione cœpimus, sed ad magnum timorem concluſit Ps. iste. Loqui Dominum magnum est, quanto magis jurare Deum; jurantem hominem debes timere, ne propter jurationem faciat quod contra voluntatem ejus est (exemplo fuit Herodes Joan-

g Ps. 88. 36.

h Gen. 22. 16

i lib. 9. c. 9.

Matt.14.7 interfector *a*) & Esau primogenita pollicitus *b*; & Saul filium occidere sub juramento volens *c*, quod exaggerat Chrys. *d* & Jephte *e* de quo idem *g* quanto magis Deum, qui nihil temere jurare potest? *Jurare Dominum* notat Ambrosius *g*, qui jurare vetuit, quia Sacramenti eum sui pœnitere non potest, & solus securus jurat, quia falli non potest, inquit August. *h*. Adde solum *iratum securè jurare*, quia non immodicè irascitur. Ut idcircò oportea statim præsertim juramento abstinere.

b *Ephræm. to. 2. serm. de morbo linguæ.*
c 1. *Reg.* 14. 24
d *hom.* 14. *ad pop.*
e *Jud.* 11. 27.
f *ibid.*
g *ser.* 14. *in Ps.* 118.
h *in Psa.* 88. *conc.* 1.

Si introibunt in requiem meam.) Hier. *si venient*, Paraphrastes addit, *in requiem sanctuarii mei*, Græcè est καπάπαυσις, & secundum alios ἀνάπαυσις, quod parum refert. Ostendimus Ps. 88. *i* particulam, *si* adhiberi juramentis præcipuè execratoriis & imprecatoriis, atque per aposiopesim sive reticentiam subintelligi, *si hoc accidet, sic vel sic mihi eveniat*. Quod valet ad exprimendam voluntatem, ne contingat quod quum juramento negatur futurum. Saltem constat eam particulam negationis usum habere. In Epist. ad Hebr. *k* interpres Syrus per negationem reddidit sententiam; & Paulus *l* ipse per eamdem explicavit; *quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt?* Requiem suam intelligit Deus terram promissam, & in ea templum; ubi & peregrinans populus tandem conquiesceret, & ipse qui terram populo paraverat, desinens etiam quodammodo peregrinari, in arca consisteret fixa in sede, & sabbato ac festo coleretur per otium à populo. In Ps. 13. *m* David provocans Deum, canit; *surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ*. Hebr. *fortitudinis tuæ*. Paulus accuratè persequitur anagogem de introitu in requiem & sabbatismum cœlestem citatis sæpius capitibus 3. & 4. Epist. ad Hebr. jubens timere, ne propter incredulitatem excludamur, & repudiatum Evangelium, adeoque bonum nuncium ac promissionem, quam præfigurabat promissa illa terra; adhortans etiam ut festinemus ingredi in eamdem requiem, multò meliorem requie sabbati, quod colebatur in memoriam peractæ creationis; & requie terræ promissæ, quoniam adhuc hodie alia requies promittitur verbis David in isto Ps. post tantum temporis, quo qui crediderunt, in dictam terram sunt ingressi. Affinitatem habet comminatio illa *n*; *Dico autem quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam*; Favet etiam nonnihil quod antea recitavimus ex Galatino de Rabenu Haccados. Valde tremendam sententiam istam vocat Gregorius *o*; intenta cordis aure percipiendam; ut tanto eam minus sentiamus in examine, quanto formidolosius nunc audimus in prædicatione. Reginæ Vasthi Ahasuerus Rex iratus est, regnoque privavit, quod ad illius intrare convivium renuisset *p*. Auctor operis imperfecti *q* *requiem* de qua hic agitur ait esse Christum ipsum, in quo quiescat & sabbatizet, otietur ab universo opere mundi, *non diligens illum, neque ea quæ in ipso sunt* r. Cyrillus Alexandrinus *s* illos qui Christi sermonem de sua comedenda carne, ac bibendo sanguine durum vocantes, abjerunt retro, etiam cum illo non ambulabant *t*, similes facit ipsis Hebr. quorum nunc mentio fit, ut quemadmodum quia ire quo vocabantur, noluerunt, redire meritò jussi sunt, sic discipuli illi, quoniam æternæ sibi vitæ propositam viam, qua in regnum cœlorum pervenire possent, incredulitate sua contempserunt, retrò abjerint, & ambulare cum Domino sua morositate recusaverint. Ad dictam requiem ipsemet Dux & via est, qui requies *Jesus* quem adumbravit Josue, introducens populum in requiem promissæ terræ, ut philosophantur ex analogia cum Josue, Clemens *u* Alexandr. *x*, Chrysost. *y*, Rupertus *z*, Origenes *a*, Aug. *b*, Theodoret. *c*, & alii. Dicat quilibet animæ suæ *d*; *convertere anima mea in requiem tuam*? & *e*, *hæc requies mea in sæculum sæculi*; & *f*, *in omnibus requiem quæsivi, sed quia non inveni, in hæreditate Domini morabor*, ac *redeat spiritus ad eum qui dedit illum*.

i *in Ps.* 88. *conc.* 1. *vers.* 36.
k *cap.* 3. 11. *& 4.* 3.
l *c.* 3. 18.
m *vers.* 8.
n *Luc.* 14. 24
o *hom.* 36. *in Evang.*
p *Esth.* 1. 11.
q *hom.* 1.
r 1. *Joa.* 2. 15.
s *lib.* 4 *in Jo. c.* 26.
t *Jo.* 6. 61. 67.
u *in protre.*
x *hom.* 2 3. *in Ep. ad Eph.*
y *l.* 1. *in nu.*
z 37 *& lib.* 1 *in Jos. c.* 1.
a *homil.* 1. *& 2. in Jos.*
b *serm.* 105. *de tempo.*
c *in Jos.* 1. 1.
d *Ps.* 114 7.
e *Ps.* 131. 14.
f *Eccl.* 24 11
Eccl. 11. 7. Sensus accommodatitius.

Jacobus de Valentia errorem populi Hebr. in deserto per annos quadraginta, quia noluit intrare in terram promissam, & natorum ex eo, qui Duce Josue, & Caleb sunt ingressi, satis aptè accommodat ad plurimos Judæos, qui credere Christo renuerunt, & per annos quadraginta expectati ad pœnitentiam, à Romano exercitu extincti, vel dissipati sunt, exultantem tum à terrena, tum à patria cœlesti. Ostendit præterea servatæ legis præmium fuisse per se terram promissam non fuisse; quoniam aliæ regiones ab idolatris habitatæ multò meliores erant: nec privasset Deus Mosen & Aaron viros justos, ingressu illius: & David sæpe declarat se longe excellentiorem desiderare; Salomon etiam censuit cuncta inferiora hæc bona esse vana: ex antiquis R. Moses Abenmaimon docuit Prophetas, & sapientes non desiderasse tempus Messiæ, ut dominarentur super orbem, neque ut haberent potestatem in gentibus, neque ad comedendum & bibendum, neque ad delitias & voluptates; sed ut vacarent in lege & sapientia, & fas esset habere vitam sæculi futuri; atque illo tempore reputandas divitias velut terram, & non forè occupationem in Israel, nisi ad sciendum Dominum: tuncque futuros sapientes magnos, qui sciant verba clausa, & obscura, & attingant scientiam sui Creatoris, ut dicitur apud Esaiam; h *quia tunc repleta erit terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes*. Plura idem Valentia in eamdem sententiam tractatu proprio contra Judæos *i*, demonstrans sub typo terræ Chanaam cœlestem beatitudinem per se promissam fuisse, & hunc esse finem legis, ac hominis spiritualis.

h *c.* 11. 9.
i *qu.* 3.

Videtur Deus ipse apud Jeremiam *K* argumentari ex comparatione minorum & majorum, hoc pacto: *invenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadit ad requiem suam Israel*: hoc est, ut explanant Paraphrastes Chaldæus, Lyranus, Rickelius, Vatablus, Clarius, & noster Castro: populus ille qui evaserat in deserto ex communi strage, invenit gratiam apud Deum, qui Dux præibat cum columna nubis & ignis, ut requiescere illum faceret in terra, quam patribus ejus promiserat, & non inveniet eamdem gratiam populus fidelis ductorem Dei filium Christum, qui introducat eum in terram viventium Ecclesiæ, æternæque felicitatis, in requiem æternitatis? Sic loquitur Auctor, licèt Apocryphus, libri quarti Esdræ *l*, ex quo Ecclesia usurpat nonnulla in officio divino. *Ego Esdras*, ait ille, *præceptum accepi à Domino in monte Oreb, ut irem ad Israel: ad quos quum venirem, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini* (sic hic supra, *nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione*, &c.) *Ideoque vobis dicogentes, quæ auditis, & intelligitis. Expectate Pastorem vestrum: requiem æternitatis dabit vobis*, [hinc illud opinor pro defunctis, ut & ex sequentibus, *requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis*) *quoniam in proximo est ille, qui in fine sæculi adveniet. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis, fugite umbram sæculi hujus* [bonorum & felicitatis temporalis) *accipite jucunditatem gloriæ vestræ* (hoc & aliqua ex his sequuntur usurpantur feria tertia Pentecostes in introitu Missæ.) *Ego testor palam Salvatorem meum Commendatum donum accipite, & jucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad cœlestia regna vocavit*, &c. Postremo vide apud Ayguanus distinctionem de triplici requie, justorum à labore culpæ; contemplativorum, à labore vitæ activæ: beatorum, à labore omnis miseriæ. Sessionem promittit Deus *in requie opulenta* m: & *morientibus in Domino, requiem à laboribus suis* n. Ceterum abruptè, cumque aposiopesi terminatus Psalmus innuit loquentis indignationem Dei contra peccatores, maximè incredulos, atque acerbitatem mali, quod iis ille comminatur.

K *Jer.* 31. 2.
l *Esd.* 2. 33. *& seq.*
Requies triplex.
m *Es.* 32. 18.
n *Apoc.* 14. 13

PSALMUS NONAGESIMUS QUINTUS.

Canticum ipsi David.

Quando domus ædificabantur post captivitatem.

1 CAntate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

2 Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus.

3 Annunciate inter Gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.

4 Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis super omnes deos.

5 Quoniam omnes dii Gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit.

6 Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

7 Afferte

7 Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem.
8 Afferte Domino gloriam nominis ejus.
Tollite hostias, & introite in atria ejus 9. adorate Dominum in atrio sancto ejus.
Commoveatur à facie ejus universa terra: 10. dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.
Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur, judicabit populos in æquitate.
11 Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: 12. gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.
13 Tunc exultabunt omnia ligna silvarum: 14. à facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.
Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Canticum ipsi David.

Quando domus ædificabatur post captivitatem.

Titulus Hamm.

ADdunt aliqui Græci ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, & Latini *sine titulo apud Hebræos*. Postponunt etiam quidam prima verba (*Canticum ipsi David*:) nonnulli habent τῷ Δαυὶδ *ipsius David*: alii ἅτος ᾠδὴς τῷ Δαυὶδ *laus cantici ipsi David*: deniq; in emendatis Græcis est ᾠκοδό μητα *ædificatium est*: in aliis ᾠκοδο μεῖτο, aut ᾠκοδό μητο *ædificabatur* in præteriro imperfecto, aut in plus quam perfecto. Basilio, seu Theodoreto minus assentior, neq; Davidem, neque qui primi Prophetiam hanc interpretati sunt, hunc titulum scripsisse, sed alium quempiam, qui mentem psalmi superficie tenus aspexerit, de illis, qui è Babylone redierunt, ac Templum reædificarunt. In Bibliis etiam correctis notatur post titulum, *locus* ex 1. Paralip. cap. 15. Ibi, sicut & in 2. Reg. cap. 6. narratur arcæ translatio, quam David fecit de domo Obededom, in tabernaculum domi suę constructum: prærerea in cap. 16. *a* ejusdem primi libri Paralipomenon recitatu, & cantatum totum istum psalmum scribitur post 104. *b* ab Asaph, & fratribus ejus, illo ipso die translatæ arcæ. Quia vero post captivitatem Babylonicam restaurato, prodit historia Esdræ *c*, Levitas filios Asaph in cymbalis stetisse, ut laudarent Deum per manum David reges Israel, & concinuisse in hymnis, & confessione Domino, *quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus*, quod est initium Ps. 104. quem cantatum diximus in translatione arcę facta à David, quum hoc nostro, verisimile est tunc quoq; ambos decantatos. Idem præterea factum in dedicatione Salomonici Templi significat secundus liber Paralip. *d*. Ita ut hi psalmi peculiariter simili argumento destinati. Sequitur vero etiam compositos esse à Davide, ut revera omnes ipsum composuisse probabilior opinio est, sæpiùs à nobis indicata, & in dicas psalmos per manus David appellari, quos ipse cantari præceperit, etiamsi non composuerit, quod non credo. Nec refert nonnullum discrimen inter Psalmum istum, ut hìc est, & ut Paralipomenis recitatur, sicut neq; quod attinet ad 104. & ad 17. quia, ut Ambulensis *f* notat, sæpe eadem res varios modo scribitur; ita ut credi possit Esdram Auctorem Paralipomenon alio modo inseruisse psalmos, quam sint in Psalterio, & reipsa David eos composuit; quamvis in sententia nihil discrepans contineatur. Lege quæ dixi ad psal. 17. Origenes ad Affricanum scribens, hoc inter alia exemplo docet, eadem iisdem pene verbis à diversi Prophetis scribi: Hinc præterea fit, non habere vim Lyrani argumentum, quod quum eo facit qui dicitur Hieron. nempè quia in principio psalmi vocatur *Canticum novum*, non pertinere ad ræidificationem Templi, quæ contigit ab ædificatione prima, omisso priore tempore, quo David scripsit psalmos annis 480. eo autem tempore non erat ullus David psalmus *canticum novum*, & tamen ejusdem psalmi cantati sunt. Nam ipsemet psalmus, qui præcipit cantari *canticum novum*, est *novum canticum*. Non etiam valet quod idem Lyranus subdit, in hoc psal. præcipi, *ut annuntietur inter Gentes gloria Dei* g; nec enim idcirco sequitur admissos Gentiles ad ræidificationem Templi, quum potiùs repulsi, dicantur *h*: quoniam hoc solum est invitare ad celebrandum nomen Dei per universum orbem; sicut sanè celebris etiam postea fuit fama reædificati Templi apud Gentiles, eoq; nonnulli ex iis religionis caussa, vel visendi studio ventitabant. Postremo ferri non debet, quod repetit, appositum titulum ab aliquo expositore secundùm imaginationem suam, litteram hujus psalmi ad ædificium Templi post reditum de Babylonica captivitate applicante.

a vers. 33. & seq.
b vers. 9. & seq.
c l. 1 3. 10, 11
d c. 7. 3. 6. Davidem omnes psalmos com. posuisse probabilior opinio.
e cap. 2. 1. Par. 16. 7. 16
g vers. 3.
h 1. Esd. 4. 3

Quod attinet ad argumentum, placet quod idem Auctor confutet R. Salomonem, & alios Judæos, de futuro alio Templo sub Messia interpretantes. Quum verò exponit de spirituali Ecclesię Templo, ex vivis fidelium lapidibus collocandis in ædifitio cœlestis Jerusalem, recipio ut mysticum sensum, latentem in litterali de materiali, sive tabernaculo, quod extruxit David, sive Templo, quod ædificavit Salomon, & alii post captivitatem restaurarunt. Id approbant passim veteres, qui potissimum de posteriori Templi ædificatione meminerunt. Basilius, & Theodor. adumbratam in ea dicunt salutem nostram, hicq; contineri vaticinationem duplicis adventus Christi, & salutis Gentibus exhitæ. Euth. atq; Niceph. agi præterea volunt anagogicè de assumtæ humanitatis habitaculo, in quo Dei Filius post captivitatem illam habitavit, quia diabolus olim hominem captivaverat. Chrysost. nulla mentione facta de figura, seu rypo, refert psal. totum ad Ecclesiam. Justinus prę-terea non dubitat in Apologia sua secunda ad Antonium Pium, psalm. hoc integro uti quum primo, & secundo, ut confirmet vaticinia de Christo; & iterum contra Tryphonem Judæum. Idem facit Eusseb. in demonstratione Evangelica *i* Latini æquè consentiunt circa spirituale ac mysticum templum, quod sumus K nos & ex nobis composita Ecclesia, quam Christus ædificat, liberando à diaboli captivitate, & mortis, & peccati; pro tanto autem beneficio ad laudes, & oblationes offerendas Deo cunctos hic homines, ac inanimas etiam naturas invitari, & ad celebrandam Christi omnipotentiam, & excellentiam in utroq; adventu. Explicat hunc titulum isto in egregiè August. etiam in opere de Civitate Dei *l*, differens de destructa idolatria, & ædificata vera religione per Christum & quam Hermes prænunciavit dolendo, prænunciatie nostrum Prophetam gaudendo, de medio tollendam idololatriam. Idem in sermone 20. de verbis Apostoli *m*, explicans eumdem titulum, scribit domum DEI cantando ædificari, credendo fundari, sperando erigi, diligendo perfici, in fine sæculi dedicari, prius latuisse sub captivitate dæmoniorum. Inter psalmos adhortatorios, & præceptivos Athanasius *n* hunc enumerat; cani autem debere, si per captivitatem excisa fit domus Dei, ac denuò ædificata, vel etiam si quis Domino cantare quomodolibet cupiat: denique in eodem cum 92. 97. 98. perspici singula CHRISTI in nos, virtute passionis ipsius, collata beneficia. Frequentat Ecclesia hunc psalmum in officio Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Trinitatis, de beata Maria, de sanctis mulieribus, de Dedicatione, de Inventione, & exaltatione Crucis, de Festo S. Michaelis.

Argumentum.

Sensus mysticus.

i lib. 6. c. 5
k 1. Cor. 3. epist. 6. 16; 16. c. 6. 19
l lib. 8. c. 24
m cap. 1.
n ad Marcellinum.

Vers. 1.) Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

Vers. 2.) Cantate Domino, & benedicite nomini ejus, annunciate de die in diem salutare ejus.

Vers. 3.) Annunciate inter Gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.

NOvo cantico, ideſt, eleganti, & eccellenti, insolito, & mirabili, jugi, & continuo, semper instaurando, & decantando, decantari vult Dominum, atque celebrari nomen ejus, non ab Hæbreis tantum, à quibus jam religiosè colebatur, sed ab habitatoribus etiam universæ terræ, qui verum suum Dominum, ac Deum agnoscere, colere, laudare debebant, & quos in agendo quotidianas, continuasque gratias pro eximio, ac novo beneficio, adjutores adhibere cupit, nimirùm pro salute ex inimicis per circuitum allata. Repetit verò desiderare se,

Sensus loci.

præ-

prædicari apud Gentes, & populos omnes majestatem Dei, & mirifica opera, quæ in gratiam cultorum suorum operari dignatus est, ut videlicet qui hæc intelligent, designant idola falsosq; colere Deos, seseq; ad veri Dei transferant religionem, atq; venerationem. Quis non videt quam belle ista conveniant Evangelicæ prædicationi, & prædicatoribus Evangelicis, jussis *prædicare Evangelium omni Creaturæ* a, & *docere omnes Gentes* b? In Paralipomenis *c*, ubi recitatur hic psalmus paullo brevius, ex duobus versibus conflatur unus hoc pacto. *Cantate Domino omnis terra, annunciate ex die in diem salutare ejus*. Ubi Abulensis *d* videtur sentire mutationem istam, & similes facta ab Esdra compositore librorum illorum.

a Marc. ult. 19.
b Matth. ult. 15.
c lib. 16. 23.
d q. 18. & post q. 25. in exposit. text.

Cantate Domino canticum novum.) Agellii Paraphrastes, *angeli excelsi* nimirum Dei excelsi, & utitur voce Græca Angelorum אנגלי מרומא *anghele memoræ*. Probabilius est dirigi sermonem ad omnem terram, quę statim nominatur, hoc est, ad habitatores terræ, vel ut sit distinctio inter hæc membra, ad Hebræos, De *cantico novo* prius occurrit mentio in psal. 33. *e* & 39. *f* Ad idem cantandum invitat etiam ps. 97. & 149. Esaias item *g*. Significat litteraliter ea quæ dixi in Paraph. eo fere modo; quo charitatis mandatum dici *novum* docuit commentario in primam Joannis Epistolam *h*. Enarratores hoc loco novitatem ædificii Ecclesiastici, & Evangelicæ legis indicari notant renovatione cujusq; hominis per baptismum *i*, veterisq; hominis depositionem *k*, cupiditate rejecta, recepta charitate *l*, & quia *novum fecit Dominus super terram* m in incarnatione. Euth. & Lyranus adjiciunt Canticum Angelicum in Christi novitate *n*. Chrysost. inductione facta per nonnulla Cantica veteris Testamenti, perpendere nos jubet, illa unius populi circumscripta, unoq; climate fuisse concluſa, extra quod nefas esset cantare, ut est in Ps. 136. *o* *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* canticum autem novum, novæq; legis per omnem terram incedere, quæ sub cœlo est, & ab universo decantari orbe, idq; sibi velle, quod hic subditur *Cantate Domino omnis terra*. Rickelius *novitatem cantici* spectat in doctrina Christi de perfectione, & ut cantaturus laudes Deo, id faciat per mantis devotionem, oris laudationem, reverentialem, verborum prolationem, operis executionem. Monet etiam *novitatem* consistere in recenti animi devotione, ita ut ex ferventi nostri Salvatoris amore, semper nova cantica secundùm proprii cordis illuminationem reperire studeamus, quo modo sæculi amatores nova carmina confingunt, & canunt de eo, seu de ea, quam carnaliter amant. Observat Hugo cantatum *canticum novum* à veteribus Patriarchis, quum desiderabant incarnationem; à nobis, qui ob exhibitam exultamus, Deumq; laudamus; & idcirco librum, cui principium est, *Osculetur me osculo oris sui*, & in quo desiderium illud exprimitur, appellari *Canticum canticorum*, ideſt, excellentissimum, quod per *novum* significari diximus.

e vers. 3.
f vers. 4.
g c. 42. 10.
h cap. 17.
i Tit. 3. 5.
k Eph. 4. 22.
l Joan. 13. 34.
m Jer. 31. 22.
n Luc. 2. 13. 14.
o vers. 4.

Addit idem triplici cantico secundùm *renovationem, quæ fit spiritu mentis nostræ* p, cantari Domino, Baptismi, quod est primum canticum Moysis post demersos Ægyptos *q*, Pœnitentiæ, quod est Judith *r*, cujus etymon est, *confitens*, aut *glorificans*, Gloriæ quod est Simeonis, & canitur in Completorio *s*. Non placet Deo, sed auferri imperat *t* tumultum carminum, & cantica lyræ ad voluptatem comparata, vel absque novitate vitæ, ac sine novo, atq; recenti spiritu prolata: hortatur autem Apostolus *u*, ut *repleti Spiritu Sancto loquamur nobismetipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantemus etiam, & psallamus in cordibus nostris Domino, gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum dilectionis Filii sui*. Maximus *x* Taurinensis *novum canticum* sumit de Deo incarnato de illæsa matris virginitate. Edidit Augustus *y* tractatum de *Cantico novo*, & de reditu ad cœlestem patriam, ac periculis. Novitatem vitæ ait esse *canticum novum*, seu *testamentum novum*, propter hominem novum, qui *expoliet veterem* z, sciens *vetera transisse*, *factaque omnia nova* a. Philippus Greveus *b* Cancellarius Academiæ Parisiensis *veteris hominis cantica* numerat, & explicat, quum cantat ex superbia, ex gula, vel luxuria; sicut aves garriunt tempore luxuriæ, & hinnit equus: præterea pro lucri acquisitione, pro pacis securitate, amicorum propinquitate filiorum multitudine: item propter potentiam, vel damnum alienum: deniq; ex propria malitia. *Cantica novi hominis* ait esse ex tribulatione; ex rebus secundis; verum ita ut cantet Domino, non sibi: ad hæc pro spe æternorum, ut gallina, inquit, quæ ovum fecit: rursum pro aliorum profectu; pro divinæ præsentiæ consolatione; pro fidelium multiplicatione; pro passionum carnalium extinctione. Tertull. *c* interpretans *canticum novum* ab innovatis per resurrectionem cantari, argumentatur eumdem ipsum, qui mortuus est, resuscitandum, nec fore transmigrationem Pythagoreorum. *Si non meminerim*, ait ille, *me esse, qui merui, quomodo gloriam Deo dicam? quomodo canam illi novum canticum, nesciens me esse, qui gratiam Deo debeam.* Ibi tamen quoddam cantabitur canticum novum propriè à quibusdam, non ab omnibus *d*, de quo aliàs. Irenæus *e* hinc quoq; confirmat eumdem utriusq; Testamenti Deum esse; qui & in Evangelio *f* Paterfamilias dicatur, proferens de thesauro suo nova, & vetera. Incidi postea in Julium Mazzarinum nostrum *g*, qui differens Italico sermone de hymni doxologici *Gloria Patri*, &c. antiquitate docet quum invitamur à Davide ad *canticum novum*, moneri missa vetera facere Hebræorum cantica; ut *litteram occidentem pro spiritu vivificante* h, cum quo Christus exposuit nonnulla perperam ab ipsis intellecta *i*: ut promissionem nudam bonorum temporalium pro centuplo, vita æterna, regno cœlorum: legem talionis *k*, odiumq; inimicorum pro amore illorum, & patientia, seu mansuetudine. Deinde, ut si cautavit Moyses propter submersos Ægyptios *l*; Anna, qui susceperat liberos *m*; David quoniam evaserat Saulem *n*; Ezech. ob propagatum vitæ spatium *o*, iterum Moyses *p* pro temporalibus beneficiis; nos cantemus nova, & magis divina de caussa, quia vicimus dæmonem, aliquos genuimus in Christo, liberati sumus à dominio peccati, erepti de inferno, spiritualibus bonis dicati. Tandem putat prædictam hoc Ps. & 97. & 149. *novitatem* dicti hymni doxologici; quum etiam in isto repetatur, *Cantate*, ter. Hanc repetitionem de Trinitatis mysterio notavit Euth. Hugo, Ayguanus, Cassiod. Haimo, Remigius.

p Eph. 4. 22.
q Exod. 15. 1
Triplici cantico secundum renovationem cantatur domino.
r cap. 16. 1.
s Luc. 2. 29.
t Amos 5. 23
u Eph. 5. 19. 20. Col. 3. 16
x hom. 5. de Nativ.
y tom. 9.
z Col. 3. 3. 9.
a 2. Cor. 5. 17
b serm. 203. in psal.
c de resurr. carnis c. 46.
d Apoc. 14. 3
e lib. 4. c. 21.
f Matth. 13. 32.
g tom. 4. disc. curs. 103. sum. & seq.
h 2. Cor. 3. 6.
i Matth. 5. 21. & seq.
k vers. 38.
l Exod. 15. 1.
m 1. Reg. 2. 2.
n ps. 17. 1.
o Es. 38. 10.
p Deut. 32.

Cantate Domino omnis terra.) Chald. *omnes justi terra*. Habitatores terræ plures interpretantur, nec non Nazianzenus, cum Scholiaste Niceta, quia nato Christo de quo agunt, post Angelos lætati sunt pastores, & *laudaverunt Deum* q. Quo refert locum præterea ejusdem Psal. nostri *r*, *Lætentur cœli, & exultet terra*. Quamvis ut idem Nicetas observat, possint hæc exponi de inanimatis elementis, ob incredibilem voluptatis magnitudinem, & lætitiam invitentur. Adde & ad laudandum Deum, ut sæpe alibi. August. *f* docet per *omnem terram* intelligi omnes homines, qui sunt in terra, eo modo locutionis, quo per id quod continet, id quod continetur significatur, sicut dicitur *totum forum* inde loquitur, quum homines loquantur, qui sunt in foro. Euth. *omnem terram* invitari dicit, quia venit Christus liberaturus omnem terram à dæmonum captivitate: se autem prorsus non videre, quo pacto hæc verba juxta historiam ædificationi Templi possint accommodari, quum aliæ gentes, præter Judæorum genus, ex hujuscemodi ædificatione nihil omnino juvarentur. Simili crediti Hieron. & Lyr. argumento jam prius responsum est. Prior collegit argumentum contra Novatianum, qui certis peccati pœnitentiam negabat. Optatus *t* urget Donatistas, qui in solo angulo orbis asserebant Ecclesiam esse, quoniam si Spiritus Sancti solum illud diceret, *Cantate Domino canticum novum*, possent dicere, qua ipsos solos hortatus est. *Sed ut ostenderet*, inquit, *quia non ad ipsos solos dictum est, sed & ad Ecclesiam, quæ tibiq; est secutus est dicens.* (*Cantate Domino omnis terra*, &c.) Tum concludit, recitatis aliis, quæ hic sequuntur, & ex aliorum psalmorum testimoniis, *Si apud vos tantummodo Ecclesiam dicitis, fraudatis aures Dei: igitur etiam vos ipsi laudate cum omnibus, aut quia noluisti esse cum omnibus, soli contescite*. Perstringit hoc idem Remig. dicens, non solum Judæa, non solum Aphrica, sed etiam *omnis terra*. Chrysost. legem restrictam scribit ad certum locum, & quasi thalamum; quoniam populus Judæus obnoxius erat periculo idolatriæ, propter imperfectionem; quemadmodum vir uxori, cujus timet pudicitiæ, locum circumscribit. Ecclesiam verò, & cultum, atque sacrificium per orbem diffusum, juxta Malach. *u* prædictionem. Subjicit distinctionem novem sacrificii generum in Ecclesiam, quem apud ipsum, si vis, leges, & à nobis alio loco declarata est.

q Luc. 2. 13.
r vers. 21.
f de contin. c. 11.
t 2. contra Parm.
u cap. 1. 11.

Cantate

Sensus mo. aliis.

Cantate Domino.) Præter Trinitatis mysterium, quod notari à nonnullis in hac triplici repetitione dixi. Hugo moraliter observat spectare ad denotanda tria novi Testamenti cantica, Mariæ, Zachariæ, Simeonis; quæ quotidie ab Ecclesia cantantur: deinde ob triplicem harmoniam vocis, ad conscientiam, ad vitam, ad famam; item contra acediosos, susurrantes horas; despicientes musicam. Adde ex Rickelio quod antea attigi, mentis devotionem oris laudationem, operis executionem. Ayguan. ostendit prædicatori bene convenire, ut *cantare* dicatur: possequetum de auditoribus queri, quod *non saltent dum ipsi canunt, nec plangant, dum lamentantur* a: tum auditores de ipsis, quia palpant eos, qui terrendi essent, & verbis cantando, tacent operibus. Citat Gregor. *b* galli exemplo utrumq; declarante, & confirmantem. Tu lege.

a Matth. 22. 36. 17.

b 50. Mor. cap. 7.

Et benedicite nomini ejus.] Addita est conjunctio [&] In Psalt. vetere, ac Romano, apudq; August. & Cassiod. *nomen ejus.* Quid sit *benedicere nomen Dei*, dictum Ps. 71. c Nomen *Jesu* Euthym. creditus Hieron. Glossa interlinearis, Ayguanus, & alii nomen commune interpretantur. Nota, inquit Remigius, quod tres personæ deitatis sunt in essentia unitatis, ideò quum dixisset illis tribus personis cantandum esse æqualiter, subjunxit, *benedicite nomini ejus.* Solum nomen Dei habemus, ait Haimo, nondum etiam rem, quod multum valet, non quia prolatum, sed quia creditum. Non sufficit cantare, nisi quoque benedicas: quidam enim cantant & maledicunt ut in carminibus Feicenninis, ait Hugo.

c vers. 17.

Annunciate.] Verbum Hebræum בשרו *basseru*, pro quo Græcum est εὐαγγελίζεσθε usurpant Hebræi in rebus lætis ferè tantùm, ut aliàs notavimus, & Maldonatus *d* noster observat. In vetere Psalt. & Romano, ac apud August. Cassiod. & Bedam *e*, *bene nunciate*. Id sonat dictum verbum Græcum, quod solent LXX. pro dicto Hebræo reddere; legit quodam loco August. *f*, *benedicite*. Apostrophem dirigi Euthym. Glossa, Hugo docent ad Apostolos, & illorum successores, ac prælatos.

d præfat. in Evang. c. 1. e Hom. 1. de Nativitate

f ser. 55. de diver.

De die in diem.] Legit alicubi August. *g*, & Beda *h*, & Hieron *i*, *diem ex die*, sic Græcè ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. In Paralipomenis K habetur, *ex die in diem*, Græcè ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν. Hebraicè יום ליום מיום אל יום *miiom el jom*: hic autem מיום ליום *miiom le jom*. Significat *quotidie*, ut explicat Rickelius; & *continuè*, ut Glossa interlinearis, & Lyran. ut Remig. *omni tempore*: ut Bruno, *frequenter*, *per singulos dies*: ut Haimo *assidue*: ut dictus Hieron. *hodie & cras* sino; idem nempe quod καθ' ἡμέραν, & *per singulos dies*. Quod in Esaia *l* legimus, *de die in diem*, extat Græcè sicut hoc loco, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Hebraicè autem יום יום *jom jom* & in Psal. 67. *m die quotidie*. Hebraicè dicitur etiam יום יום *jom jom*, Græcè autem ἡμέραν καθ' ἡμέραν, Mystice annunciare de die in diem Latini explicant de filio in patrem, & contra, vel de vetere Testamento in novum. Addit Remigius de virtute in virtutem: Bruno de una clara virtute & operatione in aliam clariorem; ne quum aliis prædicaveritis, reprobi efficiamini *n*. Primum variis locis tradit Augustin. *o* Maximus *p*, Beda *q*, Fulgentius *r* legens *Evangelizate diem ex die*. Item *s*, *bene nunciate diem de die*, præterea ex Græcis, Auctor operis imperfecti *t*.

g 8. de Civ. c. 24. h hom. 1. de Nativ. i in Es. c. 5. k Luc. 1. 16. 25.

l cap. 58. 20.

m vers. 20.

Mystica expositio.

n 1. Cor. 9. 27.

o q. 92. in Exod. ser. 55 de divers. p hom. 1. de Nativ. q hom. 1. de 2 respon. contra Ar. r ser. de Nat. 2 hom. 53. s Act. 4. 12. t in Tryph. y in Es. c. 5. z in 1. Paralip. 16.

Salutare ejus.] Chaldaicè *redemtionem ejus*. Admitto sensu de salutare per Jesum, in cujus nomine salus est; *nec aliud nomen datum nobis sub cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri* u: favetq; hujus loci Hebræa vox ישועה *Jesuahh*: & ita passim docent Enarratores; prætereaq; Justinus *x*, nominans τὸ σωτήριον μου ἡμῶν τὸ ταῦρος τῶ χριστῶ & Hieron. *y*. Abulensis *z* nomine *salutaris*, & *salutis* quodlibet bonum homini à Deo datum, & per quod liberatur ab aliquo malo, comprehendi vult, essequehic sensum, quod omnes laudare debeant Deum propter beneficia generalia, per quæ salvantur, & ea quotidie annunciare, ut omnes sciant, quod tota vita nostra, & omne bonum nostrum pendet à Deo.

u Act. 4. 12. x in Tryph. y in Es. c. 5. z in 1. Paralip. 16.

Annunciate inter Gentes gloriam ejus.] Hieron. *narrate in Gentibus*, quomodo etiam extat in Paralipomenis *a*, ubi idem Hebræum verbum, quod hic ספרו *sapperu*, sed Græcum ἐξηγεῖσθε, hoc loco autem ἀναγγείλατε. Superius autem erat εὐαγγελίζεσθε, & בשרו *basseru*, ut dixi. Quo fit ut synonymè sumantur verba: nec vis fieri semper valeat in propria significatione. Legit Optatus *b*, *pronunciare*, urgens, ut antea quoq; monui, Donatistas, *quia non dicit*, inquit, *in particula Aphrica, ubi vos estis, & qui omnes populos*, (*quod mox sequitur*) *dixit, neminem excepit. Et vos solos ab omnibus populi, de quibus hoc mandatum est separatos vos esse gratulamini, & vultis vos solos esse totum, qui omni toto non estis.* Hoc modo ille. Idem facit hoc loco August. negans illos gloriam Christi quærere, & annunciare, sed suam, qui in domo nolunt esse, quæ in Psalmi titulo notatur, idest in Ecclesia. *Gloriam* Euthym. Niceph. Hugo, ac Justinus *c* etiam de passione Christi, fuisse enim ipsi gloriosum, pro servorum suorum redemtione atq; salute tanta pati. De sua Christus loquens passione dixit *d*; *Venit hora ut clarificetur filius hominis*, & Paulus *e gloriari nolebat, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*. Accipiendo quoq; *gloriam* pro beatitudine, prædicatores Hugo reprehendit; qui inter Gentes, seu Paganos, si non fide, certe moribus, prædicant solum tormenta, pœnas, minas, quæ terrent; non gloriam, quæ allicit, volentes Deo acquirere servos, non amicos. Monet etiam, ut prædicent non seipsos, & gloriam propriam, vel mundi, sed Dei, sicque *in doctrinis glorificent Dei* f.

c in Tryph.

d Jo. 12. 23. e Galat. ult. 14.

In omnibus populis mirabilia ejus.) Sic Psal. 97. *g Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit*: & in Psal. 9. h *Narrabo omnia mirabilia tua*; & sæpe *mirabilis, mirabiliumq; patrator* appellatur Deus. Sed opere incarnationis nihil mirabilius, cum Christi doctrina, vita, miraculis. Est Hugonis tropologicum monitum adversus eos, qui celebribus prædicare gestiunt in locis, unde laudem & famam colligant, non ad suas plebes, & subditos in oscurioribus habitantes.

f Es. 24. 15. g vers. 1. h vers. 2.

Monitio tropologica

Vers. 4.) Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes Deos.

Loriam Dei, & mirabilia & salutare canticis, laudibus, prædicatione digna confirmat, quia magnus est in potentia, sapientia, justitia, bonitate, & quovis alio modo, quem quis animo queat apprehendere, atq; infinito quodam intervallo superat queat quantamlibet cujuscumque laudationem: sed & talis est, quem supra cunctos, qui dicuntur dii, & à suis timentur cultoribus, in summa omnes habeant veneratione, ac timore. Denique infra dignitatem, & meritum hujus Dei optimi atq; maximi asserit linguas esse laudantium, nec illi quemquam sive qui verè, sed per participationem, seu qui falsò, & superstitiosè, dicatur Deus, comparandum esse, sed omnibus formidandum & verendum, falsos verò etiam Deos, qui sunt Angeli Apostatæ, de quibus, per se intelligit, ut sequentia docent, re factoq; ipsos contremiscere. Exponendo de Christo, potest videri occupatio, ne quis incredibile putet quod de ipsius gloria, & mirabilibus annunciandis, atque de salutari decantando tam exaggeratè inculcatum est. Nam qui homo est ac *parvulus natus, idem est admirabilis, Deusq; fortis, habens imperium super humerum suum* i, *facit magna, quia potens* K, *laudandus est, quia bonus* l; *digne eum invenire non possumus, & enarrari non potest* m: *Multa de eo dicentes deficiunt* in verbis, *consummatio enim sermonum ipse est in omnibus: omnipotens super omnia opera sua; terribilis, & magnus vehementer, & mirabilis potentia: quantumcumq; quis glorificet illum, supervalet adhuc, & admirabilis est magnificentia: quantumvis benedicat quis eum, & exultet quantum potest, major est omni laude: etiamsi repleatur quis virtute, non est quod laboret, quia non comprehendet: quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum, sicuti est ab initio, multa abscondita sunt majora his, paucaq; vidimus operum ejus.* Hoc ex Ecclesiastico *n*, paucis mutatis.

Sensus loci.

i Isai. 9. 6. k Luc. 1. 51. l ps. 134. 3. m Job. 37. 23.

n c. 43. 29. & seq.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis.) Hæc ipsa sunt prima verba Psal. 47. quo redi, si placet. Potest porrò, *quoniam*, hìc sequentibus, versibus accipi continuativè, & exegeticè, non causaliter, ut sit sensus: (annunciate quod magnus Dominus, & laudabilis nimis, & terribilis super omnes deos; & quod omnes dii Gentium dæmonia.) *Nolite contemnere parvum*, ait August. *tam multa passum: parvus factus est, quia parvi eratis: intelligatur magnus, & in illo magni eritis. Quid dictura est lingua parva ad laudandum magnum?* Dicendo *nimis* (*valde*, significat מאד *meod*, & σφόδρα, ut aliàs monui) emisit vocem, & dedit cogitationi quod sapiat, tamquam dicens: Quod sonare non possum, tu cogita, & quum cogita veris, parum erit. Quod cogitatio nullius explicat, lingua alicujus explicat? Tale illud Anselmi *o* Deum alloquentis; *Domine non solum es quo major cogitari nequit, sed es quiddam majus, quam cogitari possit. Quoniam namq;*

o proslog. c. 15.

valet

valet cogitari esse aliquid hujusmodi, si tu non es hoc ipsum, potest cogitari aliquid majus te, quod fieri nequit. Non solum ter maximus, sive τρισμέγιστος, quod homini cuidam cognomen datum; sed infinities maximus est Deus. *Magnus enim est, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis* *.

* psl. 144. 3.

Terribilis est super omnes deos. Pro *est*, habet Hieron. *ipse*, quod respondet pronomini הוּא *hu*: nec raro ita vertitur. Nisi dicas fuisse הִיא *hajah*. In Paralipomenis, & *horribilis*, ubi nescio cur Abulensis legat, *terribilis nimis*. Satius est accipere *deos*, de falsis numinibus, etiamsi verum sit qui dii dicuntur participativè, ut sancti tum angeli, tum homines, vel justa potestate, ac dignitate præcellentes, esse aliis terrori, & horrori. Negat Bruno Carthusianus comparationem fieri cum falsis diis, ac propterea subdi, *Quoniam omnes dii Gentium dæmonia*; nec enim videri laudem egregiam cum talibus comparari, sed potius indignam Deo. Atqui maximi fiebant à Gentilibus dii eorum; idcirco comparatio cum ipsis aptè fit, saltem ad hominem, ut dicunt, & alibi reperitur non infrequenter, etiam in psalmis *a*: in uno autem pronunciat David *cognovisse se, quod magnus est Dominus, & Deus præ omnibus diis* b, ut omittam quod nominatur *Deus deorum* *, videlicet etiam respectu falsorum. Hoc pacto plures declarant, & præterea in opere de Civitate Dei August. *c*, qui concedit *terribilem* dici Deum super omnes deos, quæ sint dæmonia, non autem *magnum*. Sed qui obstet non video, juxta sensum datum. Terrorem Dei experti sunt Ægyptii, Palæstini, aliiq; hostes Hebræorum, & hunc se illis immissurum promiserat *d*, & immissum testata est Rahab *e*, Gabaonitæ *f*, Philisthæi *g*, Achior *h*. Terrorem Christus incussit, profanantibus templum, & illis, qui armati, magnoque numero venerant ad ipsum comprehendendum *i*, dæmonibus quoque dum ejicebat eos, & illi se quererentur *ante tempus torqueri* k. Sed in judicio qui timeri videri potuit in passione, maximo terrore reprobos afficiet, efficietq; *ut turbentur timore horribili* l. Ipsomet moriente contremuit moles terræ, & in ejus descensu ad inferos, cuncta subterranea numina, seu potius fictorum numinum nomina; conticuerunt deinceps oracula: & dum puer fugit in Ægyptum, ibi corruisse simulacra dicuntur: per discipulos item Christi eadem ubiq; dejecta sunt, & dæmones pulsi sedibus suis, & ab obsessis summo imperio & potestate. Quod argumentum Patres validissime urgent contra Gentiles & Judæos, maximè Athan. *m*, Cypr. *n*, August. *o*.

a psl. 113. 4. psl. 134. 15.
b psl. 134. 5.
* psl. 49. 2.
c lib. 9. c. ult.
d Exod. 23. 27. Deut. 2. 25.
e Josue 2. 9.
f cap. 9. 24.
g 1. Reg. 4. 7.
h Judith. 5. 5 & seq.
i Matth. 21. 12. Joa. 2. 15. 15.
k Joan. 18. 6.
l Mar. 1. 24. Matth. 8. 29 Luc. 4. 34.
m Sap. 5. 2.
n tract. de corp. adventu Verbi.
o adversus Demetr. lib. 83. q. 9. 79.

Vers. 5.) Quoniam omnes dii Gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit.

HÆc vel ratio cur *Deus terribilis sit, super omnes deos*, quia quos Gentes colunt *dii*, non veram divinitatem habent, sed usurpatam, & fictitiam, & idola, seu simulacra à malis angelis, quæ dicuntur *dæmonia*, occupantur, obsidentur, & per hæc quandoq; oracula respondant. Verus autem, & unicus Deus condidit omnes creaturas, quia cœlos, qui magis præ ceteris visendi, activi, diuturni sunt, ita ut ex his ad alias res argumentum fieri valeat, quum passim nihil præclarius cœlis credant homines, corporibus cognoscendis, & æstimandis assueti. Aliàs docui quoties inter Deum verum, & deos falsos Gentium sit comparatio, vel de Deo vero sermo fit apud Gentiles, cognominari Deum verum solere à cœlo, ut dicantur *Dei cœli*, aut describi ab actione, seu creatione cœli. Id ultimum monui in principio Ps. 90. Sæpenumero autem etiam attribuitur Deo opus cœlorum in Ps. *p*, ut omittam eos, in quibus cœlis terra jungitur. Videtur Abul. *q* occurrere objectioni, unde possent Hebræi probare Gentibus, quod Deus cœlos fecisset. Respondet non aliunde, quam ex scripturis, nullum autem ex Gentilibus asseruisse umquam de diis suis quod aliquis eorum fecisset cœlos, quum nihil crederent esse creatum, sed mundum æternum. Platoni, & aliis Philosophis, quod affirmant aliqui *r* nominatim quod ad cœlos attinet, innuit Aristot. *s*, dicens *frustra esse non posse, quia à Deo nihil frustra fit*. Potest id ratione demonstrari, ut ostendunt in margine citati prætereaq; Pererius noster *t*, & nos in Philosophicis. In actis Perpetuæ, & Felicitatis est, has ad martyrium raptas semel, iterumq; libera, & clara voce hunc protulisse versiculum adversus idola, & in veri Dei confessionem.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia.) Hieron. *dii populorum Apulorum sculptilia.* Alii, *idola*, quod etiam est in Paralipomenis *u*, tum Latinè, tum Græcè εἴδωλα quamvis Hebraicè utrobiq; sit אֱלִילִים *elilim*. Quidam vertunt, *simulacra, vanitates, mera nuga, res nihili, vacuitates, inutilia, mendacia, statuæ*. Abulensis *x* præfert translationem, quæ habet *idola*, aut *sculptilia*, quia *dæmon* significat substantiam intelligentem, & convenit id nomen omnibus Angelis; immò & Deo ipsi, quamvis mali Angeli vocentur *cacodæmones*. Atqui non est hoc loco nomen *dæmon*, vel *dæmoniorum*. Deinde quidquid sit de etymo vocabuli *dæmon*, de quo egimus Ps. 90. *y* non ita reperietur de *Deo* dici. Certè in scriptura nec *dæmon*, nec *dæmonium* sumitur aliter quam in malam partem, ut August. docet *z*. Hebræum nomen אֱלִילִים *Elilim*, & singulare אֱלִיל *Elil* redditur ab Interprete aliquando *mendacium* a seu *fraus* b, à LXX. κένωσμα *augurium*, præterea *idolum* d, *simulacrum* e. Derivant aliqui ab אַל *al*, quod *negationem* significat, quasi nihil sit ut etiam describit *idolum* Paulus *f*, vel ab אַל אַל *al el non Deus*, vel per contemtum, & diminutionem, ac si diceres *deulum, & deiculum*, vel *ab ululando*, sic enim LXX. legunt apud Esaiam *g* ὀλολύξατε τὰ γλυπτὰ, *ululate sculptilia*, vel tamquam si esset אִלְּמִים *illemin muta*, quomodo Apostolus *h* cognominat *simulacra muta*. Paraph. hoc loco, ut eum reddit melius Nebiensis, *omnia, quæ timent populi, idola sunt*, voce, quæ imitatur Hebræam significante *abominationes* טֻמְאוֹת *tahhavatha*. Sunt & alia nomina, quibus *idola* Hebraicè nominantur, ut עֲצַבִּים *hhatsabbim dolores*, & ab & iniquitate אָוֶן *ven*, & בֹּשֶׁת *boseth confusio*, & בַּעַל *bahhal dominus*, & גִּלּוּל *gh llul sordes* & סֶמֶל *semel sculptile*, & מִפְלֶצֶת *miphletseph terror*. & תֹּהוּ *thohu desolatio*. Alia omitto. Hæc sufficiunt ad *idololatriæ* turpitudinem describendam. Quod autem vertisse Paraph. dixi, ostendit putasse Gentiles aliquam in Idolis magnum virtutem & divinitatem fuisse, nec enim aliter timerent. Hoc aliàs docui & innui vocabulo, *Deus*, ut aliqui putant ἀπὸ τοῦ δέος, *ideest*, *à timore*, & λατρεύω, quæ ab augente particula λα descendit, & τρέειν *tremere*, & Jacob sic describisse *Deum* quod *esset timor patris sui Isaac*, *i* ideest, *Deus quem timebat Isaac*. Lege August. *k*, Euseb. *l*, Lactantium *m*, Minutium *n*, Cyprian. *o*, Tertull. *p*, et quæ dixi de origine idololatriæ in librum Sapientiæ *q*, actusq; Apostolorum *r*. Dicuntur uno verbo *dii Gentium dæmonium*, quia quidquid creatum coluerunt Gentes, malis dæmonibus Auctoribus id coluerunt, etiam si forte nec illos colerent; nec etiam esse scirent, aut crederent, se cultum rebus omnino inanimatis deferrent. Videtur Clemens Alexand. *s* legisse hoc loco οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνων εἴδωλα, vel ad majorem emphasim inseruit εἴδωλα. Differit etiam de *idololatria* Suarez noster in opere de religione *t*, qui quod huc spectat in summa docet cultum idolorum processisse ex opinione divinitatis, exigentis per quamdam conjunctionem in statuis, aut rationem hominum, qui per ipsas repræsentabantur, ac ut dii colebantur. Utrovis modo Auctor dæmon *idololatriæ*, & sub imaginibus, statuisve delitescebat, ut relati docent Patres.

Dominus autem cœlos fecit.) Nomen Tetragrammaton hìc habetur, & incommunicabile, ac proprium Deo vero. *Magnificentius*, ait August. explanans præcedentem Psalmum, & *brevius tibi commendare non potuit Spiritus Sanctus per Prophetam, Deum ac Dominum tuum. Parum enim erat, quia* (*terribilis super omnia dæmonia.*) *Quid magnum esset super omnia dæmonia? quia dii Gentium dæmonia. Illud fecit Dominus tuus, ubi non possent habitare dæmonia. Cœli præponuntur dæmoniis, Dominus tuus & cœlis; quia Dominus tuus & cœlos fecit. Quanto ergo altior à dæmoniis diis Gentium, qui altior est cœlis, unde ceciderunt Angeli, ut fierent dæmonia:* Tum subdit, quæ soli debentur vero Deo dæmonibus homines fecisse, templa, aras, sacrificia, Sacerdotes instituisse, & vates. *Dii u, qui non fecerunt cœlum, & terram pereant de terra.* Mysticè cœli, quos fecit Dominus, Apostoli sunt, & alii Sancti, qui sunt dæmonibus potentiores, Diabolus quasi figulus, & artifex falsorum deorum, alii facit Deum ventrem, alii pecuniam, alii meretricem, & sic de aliis, inquit Hugo August. citans, dicentem, quod unusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deum esse. Sancti, & justi profitentur, et hoc ipsum alios scire volunt *quod ipsos fecit Deus, & non ipse se* x, *& fecit eos regnum & Sacerdotes* y, etc. at peccatores faciunt se tales, quorum unus dixit z, *Ego feci memetipsum*: quamvis intelligat de opibus, et potentia,

vers. 6.)

u l. 1. 16. 26.
x in Paralip. 16.
y vers. 6.
z 9. de Civ. c. 19. & 20. Notio nominis (idolum) & significatio.
a Job. 13. 4.
b Jer. 14. 14.
c Ibidem.
e Zach. 11. 17 Lev. 19. 4. c. 26. 1. Es. 2. 8. alibi.
e Esa. 2. 20. Abac. 2. 18.
f 1. Cor. 8. 4.
g cap. 10. 10.
h 1. Cor. 12. 2. Notio nominis.
(Deus.)
i Gen. 31. 42. 53.
k 8. de Civ. c. 24 lib. 9. c. 23. Ep. 40. 9. 3. & in Ps. 94. & in 85. & 113.
l 4. de præpar. Evang. c. 6. & seq.
m 2. instit. c. 16. & lib. de vera Sapientia c. 27.
Quare dicantur dii Gentium dæmonia.
n in Octavio
o ad Demetrianum, & lib. de idolovanitate.
p de idole. c. 15.
q in c. 13. præcipuè v. 10. & in c. 14
r in c. 14. & 17.
s in præterea l. 2. c. 3. & seq.
Idolorum cultus ex opinione divinitatis statuis conjunctæ processit.
t Jer. 10. 11.
Sensus mysticus.
Quod unusquisque colit & veneratur hoc ei Deus est.
x Ps. 98. 3.
y Apoc. 1. 6.
z Ezech. 29. 7.

vers. 6.) Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Sensus loci.

DE Deo loquitur tamquam de rege, qui compressis hostibus, & arca translata, aut revocatis ex captivitate Hebræis, ac restituto templo, confideat velut in throno regiaq; quemadmodum singulari quodam modo habitare, & sedere dicitur in cœlis, atque illos fecisse ac sibi aptasse. Huic regi adhibet ceu regium cultum, ornatumque, & nonnullos quasi honestissimos assessores, *confessionem, & pulchritudinem*, hoc est, decoram laudationem: *sanctimoniam, & magnificentiam*, idest, magnificam gloriam circa dictam sanctam sedem arcæ, ac templi, ac etiam cœlorum, qui enarrant gloriam Dei: & mysticè circa Ecclesiam, aut humanitatem Christi, per quam humanitatem Dei filius magnificentiæ suæ splendores emittit, omnesq; ad se adorandum trahit, aut cœli, quatenus ibi à beatis laudatus. Penultimum traditur à Basilio, sive à Theodoreto. Latini plurimi, & ex Græcis Euthym. atque Niceph. exponunt ut litteralem, quem puto tropologicum sensum esse, de confessione peccatorum, quæ nos reddat pulchros in conspectu Dei, justosq; & de sanctitate postquam consequatur magnificentia, sed ita ut sanctitatis illius Auctor sit Deus per suam sanctificationem. Ecclesia Laurentio martyri applicat sententiam istam in Introitu Missæ, & in Offertorio, quia inquit Durandus *a*, propter confessionem fidei fuit assatus, & exaltatus, & apparuit ejus sanctitas, quum non timuerit tormenta pro Christo, sed in illis jubilabat, ac Domino laudes decantabat. Adde magnificentiam ejusdem in thesauris Ecclesiæ erogandis, & edendis miraculis: pulchritudinem & sanctitatem castitatis, aliarumq; virtutum ornamenta, cui dabat etiam testimonium pulcherrimus ante illum adstare, visus Angelus juvenili habitu, & quum ipse esset in ætatis flore, eleganti corporis forma: & viduis præfuit: magnificum item respondendi genus, plenum dignitatis, ac libertatis; sanctificatio quod multos sanctificaverit. Eadem ferè deprehendi postea Hugonem hic notavisse.

Sensus mysticus.

Sensus tropologicus.

a 7. Rationale, c. 23.

S. Laurentius viduis præfuit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus.) Hieron. *gloria, & decor ante vultum ejus*. Alii, *fortitudo, & decor coram eo*, vel, *celebritas*, sive *laus, & splendor*, seu *honor* nempe illi adsunt, & iis ornatur, & ea manifestat, ubi vultum suum veluti aperit; nempe (quod sequenti membro innuitur) in sanctitate sua sive in sanctuario & templo, ubi tot modis honoratur, & responsa etiam dat. In Paralipomenis *b*, *confessio & magnificentia coram eo*, quamvis Hebræa utrobique eodem modo se habeant. Cassiodorus hoc loco, *confessio, & species*. Non convenit hoc idolis, ut rectè Trevetus monet de quibus paullo ante mentio facta. Legens verò secundùm editionem Hieron. explicat in eorum cultu magnam esse immunditiam, diminui quoq; fortitudinem Sacerdotum, dum castrantur, & cum dolore ministrare, sanguinem proprium fundendo *c*, atq; *immolando filios suos, & filias dæmoniis* d, quum in templo veri Dei fortitudo esset in integritate ministrantium ipsi, & exultatio, quia cum gladio, & sine crudelitate fiebant oblationes. Hebræa vocabula habent paronomasiam, הוד *hod* & הדר *hadar*, & Chaldæa quoq; nonnullam שבחא *scevaha*, & שההוא *sciaahora*. Primum Hebræum הוד *hod*, si sit ipsamet prima radix, dicitur significare *robur, fortitudinem, potentiam*. Ut autem valet *gloriam, dignitatem, celebritatem, majestatem*; aut est etiam ipsamet radix aut à ירה *jadah* derivatur, quod est *confiteri, laudare*, &c. Redditur *gloria* in Ps. 20. *e* & in c. 30. *f* Esaiæ, & in Oseæ 14. *g* & in Abac. 3. *h* & in Zach. 9. *i* & in Numerorum c. 27. *k* *honor* in Danielis c. 11. *l* & in Prov. c. 5. *m* *magnificentia* in Ps. 8. *n* & 144. *o* *species* in 44. *p* & in Danielis c. 10. *q* Secundum הדר *hadar* sæpe conjungitur cum præcedente, nec rarò synonymam habet significationem. Pro peccatorum confessione arbitror mysticum sensum esse, cui bene convenit id nomen cum sequenti *pulchritudinis*, quia, ut dixi, post Enarratores, pulchrum ac purum reddit confitentem in conspectu Dei, & ut Josue dixit *r*, *dat etiam gloriam Deo*. Sæpe docui *confessionis* vocabulo non semper eam accipi quæ pœnitentis est, ac priore Psal. confirmavi Augustinio. Nec illud aliud de *confessionis peccatorum* notione, quod sit perpetua, lege in Mansio *s*, ut quidam ei tribuit *t*. Qui sua prodit, præsertim occultiora peccata Deum profitetur omnia scire; humilitatis quoque illustrem exercet actum, famam veluti pro Deo

b *lib.* 2. 16. 37.

24. Reg. 18. d *ps.* 105. 37.

e *vers.* 6.
f *vers.* 10.
g *vers.* 7.
h *vers.* 3.
i *vers.* 30
k *vers.* 20.
l *vers.* 3.
m *vers.* 9.
n *vers.* 20
o *vers.* 5.
p *vers.* 4.
q *vers.* 8.
Sensus mysticus.
r cap. 7. 19.
s *ib. fol.* 133.
t *ferar. ibid.* 3. 24.

A negligendo: agnoscit Deum & justum, & misericordem, & potentem, qui justè vindicare peccata possit, sed condonare confitentibus velit: obedit Deo in re maximè verenda, & pudenda. Idem citato loco Augustinus demonstrat pertinere ad laudem Dei maximè confiteri peccata, quia tantò plus laudatur medicus, quanto plus desperabatur ægrotus. Hoc autem loco notat pulchritudinem confessione acquiri, & justitiam, sponsum nostrum fœdam amaviisse sponsam, ut pulchram faceret, quæ fœdare se possit formosam reddere non possit. Bern. *u* egregiè comparat inter se *confessionem* cum *pulchritudine*, seu *decore*. Si peccata sunt, ait ille inter alia, in confessione lavantur, si bona opera, confessione commendantur. *Decorem* in Virgine vocat pudorem & disciplinam. Ayguanus lapsu memoriæ recitat hæc ex Hug. quum hic licèt unicam periodum referens, Bern. nomen exprimat. Ad pulchritudinem præterea Christianæ pietatis, & religionis facit multo magis id quod Trevetum prius retuli de legis veteris dixisse religione, nihil in ea pudendum, indecorum, inhonestum esse, sed quæcumq; pudica, quæcumq; honesta, quæcumq; amabilia, quæcumq; bonæ famæ, virtutem omnem, & laudem disciplinæ *x*. Turpissima, & obscænissima piget referre, quæ Gentiles in sacrilegiis usitabant. Attingunt rationem quoq; istam Lyr. & Ayguan. Blandina in tormentis quum ex ea quæreretur, quænam Christiani nefanda in nocturnis suis conventiculis exercerent, hoc unum respondit, *Christiana sum, nihil apud nos inhoneſti agitur*, οὐδεν φαῦλον. * Placet Jacobi Jansonii monitum, quod ex citato quoq; Pauli colligit loco nemini licere vel pœnitentiæ, vel ullius mortificationis gratia quidquam admittere, quod pugnet cum honestate, sive quod communis omnium sensus tale censet esse. Oppositi exempla in Hæreticorum sectis non paucis ostendi possunt; & fieri potest ut alioquin aliquis Catholicus, nec malus zelo imperito hac in re labatur. Longe pulcherrima confessio laudis à beatis usurpatur qualibet penitus cujusvis peccati turpitudine carentes, ut Rick. bene demonstrat. Ibi *Deus confessionem, & decorem istum induit, amictus lumine sicut vestimento* y, *et lucem habitans inaccessibilem* z, propter incomprehensibilitatem, & infinitatem purissimæ sanctitatis, quam numquam iidem beati laudare desinunt, clamantes ter, *Sanctum*.

Pulchritudo cum confessione comparatur.

u Epist. 133.

x Philip. 4. 8

* Euseb. 5. hist. c. 1.

y ps. 103. 12.
y 1. Tim. 6. 16.

Sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione.] Hieron. *fortitudine, et exultatio in sanctuario ejus*. Quod Trevetus Hieron. utens translatione, quo pacto interpretetur priùs admonui. Alii, *robur et gloria*, vel, *potentia, et majestas*, seu *ingens gloria*. In Paralipomenis *a*, *fortitudo, et gaudium in loco ejus*, & additur Græcè *Sancti* epithetum. Hebraicè prima vox הוז *hoz* fortitudinem, robur, potentiam significat, itaq; passim vertitur, aut per *virtutem* b, nonnumquam per *honorem* c, quod Hieron. *per imperium*, Symm. per ἰχύν, Aquila per κράτος, & noster Interpres aliquando per *imperium* d, interdum per *gloriam* e, sed & rursus in psal. alio *f* per *sanctificationem*, ubi vocatur *arca sanctificationis Dei*, quod ibidem quoq; redditur, vel τῆς ἰχύος, vel κράτους, & à Hieron. *fortitudinis*. Præterea in Etaia *g* pro הוז *hoz*, & Latino *fortitudinis* nomine extat Græcum δοξα *gloria*. Credere debemus Lxx. qui tot eidem vocabulo significationes assignant. Richardus Cenomanus respondet, quod quia fortitudo *simplicis, via Domini* dicitur in Proverbiis *h*, viam vero Domini sanctimonia efficit, propterea nomine significante *fortitudinem* sanctimonia quoque exprimitur. Profectò nulla major fortitudo, vis, robur, potentia nobis inest, quam à sanctimonia. Vocatur hoc loco ἁγιασύνη. Iterum reperitur in Bibliis *i* Latinè *sanctimonia*, sed Græcè ἁγιασμὸς. Aliud nomen est hujus loci תפארת *thipheret, et μεγαλοπρέπειαν* significatque *splendorem*, *coronam*, *gloriam*. De *arca* dicitur Ps. 77. *k* ubi Latino vocabulo *pulchritudo*, Græco κάλλους. Probabile etiam est in isto nostro Psalm. describi dignitatem, atque majestatem, quam Deus declarabat in arca cum celebri laude & ornatus elegantia, quæ indicantur per confessionem, & pulchritudinem. Ultimam vox *sanctificationis* ἁγιάσματος & מקדש *mikdas* Paraph. interpretatur *domum sanctuarii*, nempe Templum. Sic etiam explicat Apollinarius:

a lib. 2. 16. 27.

b ps 20.2.14 ps.67.35. ps. 76.15. ps.77 26.
c ps. 98. 4.
d Es. 45.25. ps. 85. 16.
e ps. 28. 1.
f ps. 131. 8.
g cap. 12. 2.

h c. 10. 29.

i Heb. 12. 14.

k vers. 61.

πῶ ἁγνὰ πρασιὴ καὶ ἀειθαλὲς ἅρμοσεν ἐὐχος.
Templo puritas, et illustris congruit gloria.

Euthymius declarat etiam de quovis Templo nostro, in quo puritas, munditia, & opera omnia sunt, quæ magnos

viros

viros decent. Favet omnino translatio in libris Paralipomenon priùs citata de *loco sancto*. Transferri præterea potest ad cœlum, qui locus etiam Dei sanctus est, ut Abulensis in Paralipomena rectè declarat. Basilius, vel Theod. de Templo Corporis Christi accipit, sive humanitatis, in qua nimirum plenitudo sanctitatis fuit, atque potentia magna & mirabilia faciendi, quæ reipsa quoq; fecit ad stuporem etiam adversariorum. Nec incommodè cujusvis justi animam extenderetur, quæ sedes Dei est. Secundùm item sonum vocis posset explicari *sanctificatio* de justificatione quandoque in ea reperiatur cum confessione, & pulchritudine, sanctimonia, & magnificentia, ideſt, puritas, & magnorum bonorum operum patratio, *ut declinetur*, seu *divertatur à malo, et fiat bonum* a. Addit Genebrardus sanctam majestatem Dei, seu ipsum qui est sanctus, ut quum honoris *causſa* vocatur Pontifex *Sanctitas*, Rex *Majestas*. Non congruat sanctificatio & ἁγίασμα verbale nomen, nec facile puto aliis id exemplis probari posse. Freqnentior acceptio pro *loco sancto*, quod *Sanctuarium* quoq; vocant, vel *Sanctificium* b, nec quod attinet ad Hebræum מקדש *mikdas*, alium usum habet. Si quando *sanctificatio* aliud significat, quod non rarò contingit, aliud ei nomen Hebræum respondet. Applicat Ayguanus ad Eucharistiæ Sacrificium, in quo continetur ipsamet *sanctitas* Christi, qui & alios sanctificat, & *magnificentia*, quoniam nihil majus cogitari Christo potuit, et in eo sacrificio, ac Sacramento *memoriam*, atque monimenlum, et compendium, ac summam *fecit mirabilium suorum* c. A nomine *sanctimonia* vocantur *sanctimoniales*, sicut à *castimonia*, *castimoniales*, quæ Deo castitatem dedicant, quæ virtus peculiariter sanctos denominat. Lege Augusl. *d*, qui etiam ipsum genus vitæ *sanctimoniam* appellat. Idem nomen *Sanctimonialium* extat in Jure Civili titulo de raptu Virg. sed et Ciceronianum vocabulum est.

a *psf.* 33. 15.

b *psf.* 77. 69.

c *psf.* 110. 4.

d *ser.* 23. *de verbis Domini, & in psf.* 75. *& 99*

Vers. 7.) Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem.

Vers. 8.) Afferte Domino gloriam nomini ejus. Tollite hostias, & introite in atria ejus.

Vers. 9.) Adorate Dominum in atrio sancto ejus, Commoveatur à facie ejus universa terra.

Sensus loci. POstquam pronuntiavit Deum verum cunctis falsis in infinitum superiorem, & eidem placere dixit confessionem laudis, atq; in ipsius templo religiosum cultum, ac magnificam pompam, hortatur David omnes familias Gentium, ut relictis idolis in Dei veri templum afferant munera, sed ante omnia gloriam, & honorem nomini debitum ipsius, & celebritati, atq; majestati, quæ sese in omni loco manifestat. Deinde, ut arripiant hostias, cumq; illis intrent in atria templi, ac sese prosternat coram eo in atrio illo, sive versus illud atrium, ubi hostiæ mactabantur à Sacerdotibus, & qua prospectu erat ad Sancta Sanctorum. Deniq; vellet omnes habitatores terræ illuc concurrere, sancto quodam commotos, et concussos horrore, atque reverentia. Nam loquitur, perinde ac si jam constructum esset templum, quod jam animo destinaverat. Vel per *atria* intelligit locum ipsum, quod ante templum constituerat, et fixerat tabernaculo, et arcæ. Mysticè declarantur ista de concursu Gentium ad fidem Christi, et Ecclesiam militantem, per quam intratur postea triumphantem, idque cum hostis rationalibus, *acceptabilibus Deo per Christum* e, utque ab eodem institutum frequentent Eucharistiæ sacrificium. Habet similitudinem hìc locus quum Psal. 28. unde etiam peti possunt, quæ ad hujus faciunt intelligentiam.

Sensus mysticus.

e 1. *Petr.* 2. 5.

Afferte Domino patriæ Gentium.] Hieron. *familiæ populorum*, sicut etiam in Paralipomenis *f*. Alii, *stirpes*, *progeniens*, *tribus*, *parentelæ*, *cognationes*, *affinitates*, & pro *afferte*, reddunt, *date*, *parate*, *tribuite*. Paraphr. supplet *canticum*, uti afferant. Hebræa hic & in Paralip. nihil discrepant. Interpres autem hoc loco retinuit nomen Græcum πατριαὶ, in quo frustra Cassiod. venatur etymologiam Latinam, qua *patria* dicatur à *patre*, & *atriis*; Idem nomen Græcum extat in psf. 21. *g* ubi tamen interpres posuit *familias*, Hieron. *cognitiones*, Psalt. vetus, & Romanum, Augusl. *h*, & alii, *patrias*. Accedit significare *familiam*, *cetumve illorum*, *qui communem patrem*, *familias habent*. Differit de his vocabulis Auctor thesauri Græci, dicitq; dici aliter φυλὴν *Tribum*, χώραν *regionem*, τοπαρχίαν *certi loci principatum*, ac videri Jonicè dictam πατριὰν pro πατριὰ. In Epistola ad Ephesios *i* est quod *omnis paternitas* πατριὰ (retinendo etiam Latinam paronomasiam ad nomen patris) *in cœlis & in terram nominatur ex Patre Domini nostri Jesu Christi*. Ubi volunt intelligi *paternitatis* nomine, *cogitationem*, *familiam*, *Tribum*, omnemq; sive spiritum, sive hominem ducere originem ab illo, nec esse plures deos, aut principia rerum, sicut Simon Magus, & alii credebant: In spiritu autem *paternitatis*, & *filiationis* nonnullam rationem reperiri docet etiam Dionys. *k*. Sensus item potest esse, quamvis non essent Ephesii ex parte Abraham, nec ex aliqua Tribuum duodecim, non idcirco apud Deum censeri minus nobiles, quum essent filii Dei, quoniam si qua *paternitas nominetur*, ideſt, celebris habeatur, non tam ex primo illius Auctore obtineret hujusmodi celebritatem, quam ex Deo ipso, qui æquè etiam creator est Gentilium, & Judæorum. Deniq; rectè Lucas agens de Christi generatione, retulit usq; ad Adamum, & Deum ipsum *l*. Nomen Hebræum משפחות *mispechoth* habetur hic, & alio citato loco; significatq; *familias*, seu *domos*, *quarum sit unum caput & Auctor*. Lege de hoc loco nostros, Vasquez *m*, & Pinedam *n*, quorum prior demonstrat *paternitatem* non hìc significare *dignitatem* patris, quæ dicitur πατρίκιος à Damasceno *o*: & proinde non sequi ex loco ad Ephesios vocabula *filiationis*, *paternitatis*, & similia translata esse à divinis ad creaturas; quum oppositum verius videatur. Sed hoc ipso de nomine dixi Psf. 21. *p* Bis linguarum ignoratione labuntur Latini *q*, qui explicant, *Afferte ò patriæ Gentium*, ideſt, homines in patriis Gentium habitantes; vel *afferte*, *ò homines Domino patrias Gentium*, videlicet *Christo*, qui est Deus omnium patriarum, regionum, nationum. Nam & αἱ πατριαὶ nominativi sunt casus, non vocativi; & non significant *regiones*, aut *nationes*, sed id quod dixi, nempè *familias*: quàm verò propriè *patriam* dicimus vocant Græci πατρίδα. Nec aptior expositio Abul. *r*, nominari *patrias Gentium*, quæ in Paralipomenis *familiæ*, quia in diversis patriis diversæ sunt familiæ atq; cognationes. Observat Agellius innui, ut ordine quodam per cognationes, ac familias distincti, afferant & offerant munera Deo seu illa quæ hic subduntur: id enim factitatum colligi ex eo quod puer Jesus requisitus est à parentibus, *inter cognatos*, & *notos* *s*, & quod in libro Numerorum *t* scribuntur *Principes Israel & capita familiarum*, *qui erant per singulas Tribus*, *præfectosq; eorum*, *quinumerati fuerant*, *postquam compleviſſet Moyses tabernaculum*. Utrumq; incertum satis, & quod ex Luca, & quod affertur ex libro Numerorum. In hoc quidem de solis principibus videtur mentio esse. Ibi quoniam *quæsitus est Christus intercognatos & notos*, non sequi ordine dicto conveniſſe. Verùm quicquid sit de illa quæstione, parum credibile est Prophetam invitando Gentes omnes sive ad templum, sive ad se se adjungendum Ecclesiæ, ut dicto convenirent ordine ab illis exegisse. Igitus *patrias Gentium invitare*, ut Cassiod. notavit, est nullum indegnam, nullum hospitem, nullum peregrinum excipere; sed omnes advocare, quotquot exten familias. Indicantur quidem variæ Gentium nationes, quod & Tertull. *u* agnoscit, indubitatè hic asseri dicens, quod in omni terra exire debebat prædicatio; sed non ex vi vocabuli πατριῶν, verùm quatenus *patriæ Gentium* nominantur. Quo modo Euthym. intelligo. Quod tamen addit, non ita commodam patitur expositionem, *paternitas* quodammodo significari, & *hujusmodi Gentium patres*, tam Sacerdotes, quam doctores.

f *l.* 1. 16, 28.

Patria à patre & atris.

g *vers.* 29.

h *hic*, & *Epist.* 120 *c.* 29. & *epist.* 165. & *in speculo to.* 3.

i *c.* 3. 15.

k *de div. nom. c.* 2.

l *Luc.* 3. 38.

m 1. *p. disp.* 22 *n.* 28. & *seq.*

n *in Job. c.* 1. *vers.* 1. *n.* 40.

o *lib.* 1. *c.* 9.

p *vers.* 28.

q *Rickelius*, *Haimo*, *Rab.* &c.

r *in* 1. *Paralimon. c.* 16.

s *Luc.* 24.

t *cap.* 7. 1. 2.

u *contra Judæos.* 5.

Afferte Domino gloriam, & honorem.] Hieron. *gloriam, & fortitudinem*, Tertull. *x*, *afferte Deo claritatem*, & *honorem*. In Paralipom. *y* Græcè est δότε in isto, & priore membro, & sequenti, ideſt, *date*, quamvis interpres Latinus reddat, *afferte*, sicut in psf. ubi habetur ἐνέγκατε, & utroq; in Hebr. הבו *hanu*, significans utrumque ut ante dixi. Alia duo nomina sunt, δόξα & ὕχυς, hic autem ὄξα, ἀγιωσύνη. Hebræa eadem ambobus in locis כבוד *chavod*, & עז *hhoz*. Latina in Paralip. *gloria*, & *imperium*. *Afferre gloriam et honorem*, vel *fortitudinem*, sive *imperium*, est honore, gloria, fortitudine, imperio dignum censere, atq; prædicare, & sermonis, alteriusve signo rei hoc de Deo judicium declarare: gratulari eidem hoc nomine, ac desiderare, ut omnes eadem de illo sentiant, & celebrent. Tales voces sunt in Apocalypsi *z*; *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam*, & *honorem*, & vir-

x *supra.*

y *lib.* 1. 16. 28.

z *cap.* 4. 11.

& virtutem; quia tu creasti omnia, & propter voluntatem A *tuam erant, & creata sunt.* Item *, *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Soli per se debetur honor et gloria Deo, regi sæculorum, immortali, invisibili* a. Gloria clara est cum laude notitia; Honos addit exhibitinem reverentię in signum virtutis. Sed, ut dixi, *honor*, pro *fortitudine* ponitur, seu *potentia et imperio* juxta vim vocabuli Hebræi עז *hhoz*, quibus nimirum deferri honor solet, detq; Petinet quoq; *gloria* secundum Tropologiam Hugoni, ad prius dictam *confessionem peccatorum*, quæ secum pulchritudinem affert; quoniam *gloriam Deo confitens dat* b, ut etiam dicebamus, & ad sanctimoniam honor, quoniam *voluntas Dei est sanctificatio nostra, ut abstinentes à fornicatione, vas nostrum possideamus in sanctificatione, & honore* c, atq; sic Deum honoremus: postremò (quod est in membro sequenti) *gloria nomini Dei allata*, spectat ad magnificentiam, idest, *ut omnia in Dei gloriam faciamus* d, & sic *luceat lux nostra, ut videntes opera nostra, glorificent patrem nostrum, qui in cœlis est* e. Applicat eadem tria Hugo ad Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quemadmodum & pro ablactato Samuele tres vitulos, totidemq; modios farinę, & amphoram vini *f*: postremo per trinam repetionem verbi, *afferte*, indicare vult sæpius repetendas tres illas pœnitentiæ partes. Agnoscit idem Euthym. atq; alii mysterium Trinitatis in eadem repetitione, non & nominis *Domini*: & Euth. assignat gloriam Deo ut Deus est; honorem, ut Patri; Christum verò utrumq; esse, omnium Deum, ut creator est, & fidelium patrem, quia per baptismum nos adoptavit. Ubi obiter nota Christo *Patris* nomen dare, de quo aliàs egimus. Adoptio certè magis propriè non facit fratres Christi per gratiam, & Patris Christi filios, quam filios ejusdem Christi, secundùm usitatum loquendi scripturis, ac Patribus modum, Accommodat demum ad Magorum tria munera *g* hunc locum Hugo.

Afferte Domino gloriam nomini ejus.] Hoc ipsum cum præcedente membro extat in 28. Ps. *h* Hebræa, Chaldæa, Arabica lingua posset esse genitivus casus, hoc sensu, afferte gloriam illi, quem fama celebrari audistis. Afferre Domino gloriam nomini ejus, est, ubi nomen ipsius in vocabatur, nempe in templo, quod erat ædificatum, seu ædificandum nomini Domini *i*, hoc est, arcæ, ipsiq; Deo, qui significari etiam solet per nomen suum; ut quum canitur *k*, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: item *l*, *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos*, ideſt, propter teipsum. Mysticè datur gloria nomini Jesu: præterea cum bonis operibus facit quis, ut glorioſe de Deo loquantur, & eum glorificent, solo audito nomine illius, ut è contrario mala opera sunt in causſa, cur blaſphemetur nomen Dei *m* apud infideles, *& fœteat odor Christianorum coram* n *illis*. Lege quę dixi ad posteriorem Petri *o* Epistalam. Postremò *affert*, *datq; gloriam nomini Domini*, qui gratiæ ipsius ascribit bona quę habet Nescio cur Tertull. *p* recitet, (*afferte Deo sacrificia nominis ejus.*)

Tollite hostias.] Hieron. & alicubi *q* Auguſt. *levate munera*. Alii, *tollite munus*, seu *arripite*, vel, *elevate*, in Paralip. *r*, *levate sacrificium*. Utrobiq; שאו מנחה *seu minchah*, ἀναπαυσίας, sed inemendatis Bibliis δῶρα. Verbum Hebræum, Græcum, Latinum potest significare vel *sumite*, *& auferte ex locis vestris*, videlicet ut afferatis, & offeratis, seu, ut explicat Arnob. *auferte ab idolis*, vel *erigite in altum*, qui ritus est sacrificantium. De eodem verbo Hebræo נשא *nasa* dictum quoq; Ps. 23. *s* ad ea verba, *Attollite portas*, &c. Nomen מנחה *minchah* propriè significat *oblationem ex similagine cum oleo*, seu *sacrificium farinaceum*. Extenditur tamen ad quodvis sacrificium, & donum etiam profanum. Græcum etiamsi de victimis primariò dicatur, ut & θύειν *mactare est*; nihilominus utrumq; usurpatur nonnumquam de quolibet sacrificio, de oblatione frugum. Quare hic allusio quidem nonnulla recipi potest ad incruentum Eucharistiæ sacrificium, seu ad Missam, quam quidam ab Hebræa illa voce derivant, licèt malè; quod sacrificium jubeantur omnes adferre & sacrificare quivis juxta convenientem sibi modum per se autem ac immediate opera Sacerdotum rite ad hoc officium ordinatorum. Sed argumentum necessarium hinc non colligitur. Illud de Eucharistia notavit Genebrard. & Ayg. hicq; hostias pluraliter dici, ob duplicem consecrationem. Adde propter omnes rationes quorumlibet sacrificiorum longè præstantiori modo in illo sacrificio contentas. Tertull. *r* exponit de spiritualibus hostiis, ut de spiritu contribulato. Deferenda sunt creato regi munera, ut de Christo vidimus Ps. 44. *u* & 71. *x* & qui Sauli non detulerunt, appellati sunt filii Belial *y*. Idem ceteri Enarratores passim dicunt hoc loco de spiritualibus hostiis, & Bruno etiam, ut se quis morti objiciat pro Christo, si sit opus: dictus Hieron. ut quis castitatem servans, tollat, ac portet quodammodo seipsum, velut hostiam: Hugo ut se Deo consecret in ordine religioso. Observat autem idem in verbo *tollendi*, ut significat *elevare et attollere sursum levare*, propter cęlestia Deum q; ipsum quamlibet oblationem fieri debere, & non *declinare victimas in profundum* z, videlicet inferni, propter sinistram intentionem. Quamquam litteralis istorum verborum sensus apud Oseam est de illis, qui homines vehementer avertebant ab offerendis Deo victimis, ut idolis offerrentur. Deniq; qui conservat legem, multiplicat oblationem: *sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate, & proportionem litare sacrificii super injustitias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia: retribuet gratiam qui offert similaginem, ut qui facit misericordiam, offert sacrificium* a: *talibus enim hostiis promeretur Deus* b, b, ideſt, nobis demeremur illum.

Et introite in atria ejus.) In Paralip. *c*, *venite in conspectu ejus*, in atriis enim, seu in templo, peculiariter exhibebat Deus præsentiam, & conspectum suum, ut sępius vidimus; Ita quoq; in Ps. 99. *d*, *Introibo in conspectu ejus in exultatione*. De atriis Templi dictum aliàs, & quod per Synedochen nomine illorum totum Templum intelligitur. Mysticè sicut etiam vocatur Ecclesia militans constans ex particularibus Ecclesiis, per quas est introitus in Templum Ecclesiæ triumphantis. Hęc etiam ipsa triumphans eodem nomine interdum describitur; propter *multitudinem mansionum* e; & quoniam ibi *intratur in gaudiũ Domini* f. Religioso præterea Ordini eãdem appellationem Hugo communicat hìc, & Ps. 63. Rickel. deniq; de quovis homine interpretatur; qui & Dei templum vocatur *g*, monetur autem intrare intra seipsum, seu in cor proprium, & redire ad interiora, & ibi honorare Deum contemplando, amando, omni custodia vitia devitando.

Adorate Dominum in atrio sancto ejus.) Hieron. *in decore sanctuarii*, quo item pacto legit Auguſt. alibi *h*. Alii *incurvate vos, supplicate proni, posternite vos in decore sanctitatis, cum pompa sancta, in magnificentia sanctitatis, in splendore sacrarii ejus, in magnifico, ac splendido sacrario ejus ante sanctam majestatem ejus*. In Romano Psalt. & apud Arnob. *in aula sancta ejus*, quod nomen Græcum extat quoq; pluraliter in primo membro I. Paralip. *i*, *et adorate Dominum in decore sancto*, & ibidem Græcè in emendatis Bibliis ἐν αὐλαῖς ἁγίαις *in atriis*, seu *aulis sanctis ejus*: in Complutensibus verò, & Regiis ἐν παστοφορίῳ ἁγίῳ αὐτοῦ, *in habitaculo sancto ejus*. Hebræa utroq; in loco sunt eadem: qui autem verterunt hìc *in atrio*, pro הדרת *hadrath* in regimine, quod significat *decorem* & similia quæ dixi legerunt in singulari חצרת *chathsrath*, quod valet *atrium*, sive *aulam*: in Paralip. autem pluraliter חצרות *chatsroth*. Mos erat illatis muneribus adorare, adoratoq; Domino, epulum sacrum degustare *k*. Admonet ferè omnes *atrium unum sanctum* dici, quia una est Ecclesia sancta Catholica, licèt sint plures particulares. Hugo præterea elicit, melius adorari, & orari Deum in loco consecrato, quàm in cameris, & campis: atria quoq; plura indicare Pentateuchum, & alias veteres scripturas per *atrium* intelligi doctrinam Evangelii; quem vocant Hieron. & Cassiodor. *pluribus atriis* plures ait designari Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, per quos intratur ad domum: *uno* autem, Dominum ipsum unum, & Ecclesiam unam. Rick. cubiculum interius cordis, in quod oraturus Deum jubetur intrare *l*, ut corde fixo, & collecto id faciat. Priusquam ædificatum esset Templum erat *unicum atrium*; Sed spatiis quatuor distinctum per quatuor latera in circuitu Tabernaculi; ut idcircò atria dicerentur numero multitudinis. Verisimile est, quidquid Abulensis *m* contradicat, Propheticè David loqui de Templo, qui expressior typus erat Ecclesiæ, quam solum Tabernaculum. Excitat idem Auctor circa hactenus dicta quæstiones quatuor *n*, an omnes Gentes teneantur Deum laudare; an etiam sacrificare; an eorum sacrificia essent accepta Domino; an permitterentur illa offerre in Sanctuario. Respondet, ritu, & ceremonia externa, quam Deus ipse instituisset, non fuisse adstrictas Gentes lege ad laudandum Deum, eiq; sacrificandum; sed secundum insitam naturæ legem, quæ nihil determinatum prę-

scribit,

---

v *cap.* 5. 12.

a 1. *Tim.* 1. 17

Quid gloria & honor.

Tropologia

b *Josue* 7. 19.

c 1. *Thes.* 4. 4.

d 1. *Cor.* 10. 31.

e *Matth.* 5. 16.

f 1. *Reg.* 1. 24.

g *Matth.* 2. 11.

h *vers.* 2.

i 3 *Reg.* 8. 18

k *Ps.* 113. 1. *sec. Hebr.*

l *Ps.* 78. 9.

m *Rom.* 2. 24 & 14. 16. 1. *Tim.* 6. 1. *Tit.* 2. 5. *Jac.* 2. 7. 2. *Pet.* 2. 2.

n *Ex.* 5. 21. & *cap.* 2. 2.

o *contra Judæos* 5.

p *in spectac.* 3.

q *lib.* 2. 16. 29.

r *vers.* 7.

Missa à mincha non bene derivatur.

s *contra Judæos* 5

t *Ps.* 95. 8. 9.

u *vers.* 13.

x *vers.* 10.

y 1. *Reg.* 10. 27.

z *Osea* 5. 2.

a *Ezech.* 33. 2. 3. 4.

b *Hebr.* 13.

c *lib.* 1. 16. 29

d *vers.* 2.

e *Joa.* 14. 2.

f *Matth.* 25. 21. 23.

g 1. *Cor.* 13. 16. 17. & 6. 19. 2. *epist.* 6 16.

h *in speculo.*

i *lib.* 1. 16. 29

k *Num.* 10. 10.

l *Matth.* 6. 5

m *in* 1. *Paral.* 16.

n *q.* 26. 27. 28. 29. Quæstiones quatuor exantur & diluuntur.

scribit, ac proinde invitari tantum Gentes à Davide ad de ad opera supererogationis. Docet præterea, Gentiles non potuisse admitti ad Sacrificia Judæorum, nisi quatenus pecuniam offerent, aut alia quorum pretio res à Judæis offerendæ emerentur: tamen ubivis liberum eis fuisse eadem, vel alia, offerre, & de aliis animalibus, ac rebus, quam quæ Judæis præscribebantur, quolibet alio ritu, atque ceremonia diversa. Quod excipit decuisse dumtaxat animalia munda sacrificare, non satis cohæret cum generali sententia, qua eximit ab obligatione legis scriptæ: hæc enim ex distinctionem induxit inter munda & immunda animalia, & per se nullum est immundum, quamvis mundorum & immundorum nomina legantur in scriptura *a* diu ante legem.

a Gen. 7. 2.

Commovea ur à facie ejus universa terra.] Hieron. *paveat*. Alii, *pave*, aut *pavete*. Id valet חילו *chilu* in plurali, & σαλευθή in singulari collectivè sumto, & Paralip. *b* τω φοβηθήτω. Chald. hoc loco, *contremiscite à conspectu ejus omnes habitatores terræ*. Verbum Hebræum importat *tremorem*, & *dolorem similem parturientium*, ut idcirco transtulerint Symm. & Aquila ὡδὶνησατε *parturite*. Sensus est, ut omnes orbe toto homines revereantum Deum: & quum convenerint in Templum religionis caussa, nemo hiscere audeat, sed agat quod agit intentus operi, attentus ad cultum, & ad ea, quæ de Deo dicuntur, maximè quod mox hìc subdetur, de regno illius. Affine illud Cantici Abacuc *c*, *Dominus in templo sancto suo, sileat à facie ejus omnis terra*, ideſt, contremiscat, quum jam Dominus accedat ad liberandum populum suum, ac reducendum veluti secum in templum. Probabilis item expositio Abulensis *d*, invitari creaturas etiam inanimatis, ad laudem Dei, & quoddam quasi vel lætitiæ, vel reverentiæ, & cujusdam timoris. In Ps. 113. *e* dicitur: *A facie Dei, & Domini Jacob motam esse terram*: & in Haggæo *f*, Deus ait *quod movebit cœlum & terram*, & mare, & aridam, & omnes gentes, tumque venturum desideratum cunctis gentibus. Euthymius mysticè explicat ut universus orbis ab errore ad veritatem commoveatur, eaq; de caussa Christi adventum ab alio Prophe-

b 1. Reg. 16. 30.

c cap. 3. 21.

d in Para. 16

e vers. 7.

f cap. 2. 20.

Expositio mystica.

ta vocatum terræmotum *g*, tum etiam de terræmotu, qui accidit Christo patiente *h*: postremo quoniam ad Evangelii prædicationem universi populi, ac gentes conturbatæ sunt Elegit primum sensum Niceph. Tradere videntur eamdem Basil. ac Theod. juxta translationem Symmachi, & Aquilæ, de qua dixi, ut scilicet prout etiam Esaias *i* postea dixit, à Dei timore Gentes parturiant, ac pariant & à priore statu dimoveantur, atq; in pietate fundentur, atq; figantur. Haimo, Remig. Bruno, Hugo, & alii referunt ad commotionem per pœnitentiam in hominibus terrenis à facie venturi judicis, vel ad Judæorum commotionem, cum intrante Jesu Jerosoymam, *commota est universa civitas* k. Ponit quoq; secundum illum Euth. modum, de terræ motum in passione Christi. Cassiodor. præter sensum de conversione ad pœnitentiam, juxta illud *l*, *Timeat Dominum omnis terra*, & m, *Metuant eum omnes fines terræ*, accipit velut imprecatorium prædictionem, ut à facie Dei amatores sæculi submoveantur, nec enim dici, *commeveatur ante faciem*, sed, *à facie ejus*, & hodie nos ita iis loqui, quos à conspectu nostro reddimus alienos. Postremò censeri potest adhortatio ad Prædicatores, ut eorum opera commoveantur omnes per universam terram ad fidem & pietate à facie Dei, ideſt, à præsentia, ita ut appareat quod sit in ipsis, ad eum modum, quo scribit Paulus *n*, ut annotavit Jansonius hoc loco. *Si conveniat Ecclesia in unum, & omnes prophetent, intret autem quis infidelis, aut idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis sit*. Exemplo fuit Thaumaturgus, quia cum septemdecim solis Christianis universum populum, tùm urbanum, tùm rusticanum per agnitionem adjunxit Deo, cum in omnibus ejusdem tùm dictis, tùm factis, eorum quæ per gratiam peragebantur veluti lumen refulgeret super cœlestius virtutis, indicium, quæ ex occulto affectabatur ipsum. Sic de illo Basilius *o*, hujus frater Nyssen. *, qui scribit in mortem totidem tantùm reliquisse infideles, quot iniens Episcopatum fideles repererat, videlicet septemdecim. In promtu sunt alia exempla omnium ferè sæculorum, & huisce in quo degimus. Affert Aygun. distinctionem in commotionem conversioni peccatorum, eruditionis subditorum, admirationis devotorum.

g Joel. 3. 16.

h Matth. 27. 51.

i cap. 26. 17.

k Matth. 21. 10.

l Ps. 32. 8.

m Ps. 66. 8.

n 1. Cor. 14.

o de Spir. S. cap. 9.

* in vita Thaumaturg.

Vers. 10.) Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit Orbem terræ, qui non commovebitur judicabit populos in æquitate.

Sensus loci.

VEl prœconium hoc ad omnes Gentes faciendum, quod habeat exerceatq; dominium Deus: & regni jus in omnia huc spectat, ut omnes persuadeantur sancto illum timore, atq; reverentia colere, & observare, vel commotio universæ terræ priùs dicta indicebat silentium, ut de re tanta nuntius attentè ac reverenter exciperetur. Dominii autem ac regni usum, & exercitium probat in Deo esse, quoniam ab ipso rerum exordio Orbem terræ virtute propria stabilivit, adeò fixè ac firmiter, ut de suo numquam loco sit commovendus: idem verò postea in consummatione sæculi (interim tamen etiam omnia æquissimè moderans, atque gubernans, quamvis pleriq; id vel non ita perspiciant, vel minus credant) populos cunctos, singulosq; homines quum summa æquitate judicabit, cui-

Allegoria.

que reddendo secundùm merita sua. Facilis allegoria de Christo, cujus innotuit regnum mundo per Prædicatores, maximè post resurrectionem perq; virtutem Crucis, tamquam sceptri, & orbem correxit ab idololatria fundans Ecclesia usq; ad mundi finem permansuram, ac demum in universali judicio sententiam pronuntiabit de reprobis, & electis.

Dicite in gentibus.) Cypr. *p* legit, *annuntiate regnum Dei in gentibus*, in Romano Psalt. apudq; Augustin. & Cassiod. atq; in officio Ecclesiastico, *dicite in nationibus*: Hoc est, evulgate in Gentes, narrate exteris nationibus, dicite, ac prædicate inter gentes, populos, nationes ἀπαγγείλατε ἔθνεσιν, inquit Apollin. *dicite populis*. Quo modo *judicare nationibus* q, idem est, quod *judicare nationes*. Hoc est Christi præceptum *r*: *Docete omnes gentes* s: *Prædicate Evangelium omni creaturæ*. Arnobius exponit genti dicat. Quasi ipsæmet gentes jam commotæ, fideles inter se, hoc dicant congratulando, aut etiam una alteri denunciet, ac velut evangelizet fidelis infideli. Posset postremò sic legi jungendo sequentibus, *dicite quia*, seu *quod Dominus regnavit in gentibus*.

p de monti. bus Sina, & Sion.

q Ps. 109. 6.

r Matth. ult. 19.

s Marc. ult. 15.

Quia Dominus regnavit.) Explicant aliqui per tempus præsens, *regnat*, ideſt, regnandi gubernacula obtinet. Gregor. *t* legit in futuro, et ut futuræ rei prædictionem. Ambros. aut alius *u* ex præterito ostendit nihil Deo futurum esse, sed perinde ac si jam præteriisset. Hebraicè, & Græcè verbum est præteriisset temporis. Ceterùm in Psalt. ac Romano, additur, *à ligno*, & ita legunt Arnob. August. Cassiod. Haimo, præterea Tertull. *x*, Cypr. *, qui addit, *et transivit in gentibus*, Leo *y*, Greg. *, Isid. *z* qui ommitit, *quia*, ut etiam Cassiod. Lactantius, quem citat Genebr. Ambr. *a*, Bernard. *b*. Citat item Valentia Origenem, & Hilar. sed necdum loca reperi. Et Græcis Justin. *c*, & Ephrem *d*, Græcè extat, licet fuerit Syrus. Contendit Pamelius * eamdem lectionem extare in Gallicano quoq; Psalt. quo vulgò utimur, saltem juxta emendatiores codices Bibliorum, interq; ceteros in Donatianico manuscripto, quo Erasmus *aureum* vocat, ob aureas capitales litteras. Ait præterea contra Jacobum Fabrum, quam transcribit August. Justinian. Episcopus Nebiensis, non esse id ab aliquo Paraphrasticῶς additum, pia devotione alicujus. Lindanum *e* citat, sequiturque scribentem, à Judæis detractam de textu hanc sententiam. Favet Ecclesia, usurpans hymnum illum de passione, in quo Theodulphus canit ut ei plures tribuunt, quod Valentia Ambrosio;

t hom. 6. in Ezech.

u in Cor. 15.

x lib. contra Judæos c. 11 & 13. & 13. contra Marc. c. 19. & 21.

* de Monte Sina & Sion.

y serm. 4. de passio.

* homil. 6. in Exech.

z de voc. Gent. c. 25.

a in c. Cor. 15.

b serm. 1. de resur.

c Apolog. 2. & contr. Tryph.

d to. 3. serm. in Crucem Domini.

* in Tertull. contr. Jud. n. 133.

e de opt. genere interpr. cap. 5.

Impleta sunt quæ concinit
David fidelis carmine,
Dicens in nationibus
Regnavit à ligno Deus.

Toto etiam tempore, quod intercurrit inter Octavam Paschæ, & Pentec. in commemoratione victoriæ Crucis Christi pro versiculo cantatur in Matutinis, & Vespertinis horis, *Dicite in nationibus: Quia negavit à ligno Deus* Arbitratur Salm. noster *f* mutasse Hebr. nomen עץ *hhets* quod significat *lignum* in particulam את *eth*, dicere voluit in אי *aph*, quæ redditur per, *etenim*. Agellius consentit, ex עץ *hhets* evasisse אף *aph*, non data opera cujusquam, sed errore: deinde quum ex codicibus habentibus

f tom. 1. pra leg. 4. loco 5.

bus אין *hbets*, & ex iis qui haberent אך *aph*, utrumq; positum fuisset, sed cum aliquo signo diversæ sublato signo ab ignaris, remansisse utramq; lectionem, *regnavit à ligno etenim*, postremo *lignum* sublatum à quopiam qui videret in Hebræis libris sui temporis non haberi. Ribera *a* ex Ordine quoq; nostro sentit Lxx. de suo id addidisse, quod inspirante DEO intelligerent id addi debere: quia regnum parare Christus sibi debebat per Crucem. Docet simile quid alibi fecisse. Richel. quoq; hoc loco dicit, ab aliquo interprete additionem istam factam esse, quem Lyranus nominat vel Symm. vel Theodotionem, vel alium. Proponendo magis in sententiam quę Judęis ascribit malitiosam mutationem in Hebræo textu. In eadem sententia, præter citatos Pamelium, Genebr. Lindanum, Salmeronem, est hoc etiam loco Richardus Cenomanus, & Bartholom. Botta Ecclesiam hac in re negat errare posse. Valentia verò ait translationem istam magis conformem esse fidei nostræ. Probari autem potest, quia neq; Justinus id objecisset Tryphoni Ephesino Rabino Archisynagogo doctrinæ fama insigni, neq; Tertull. tam acriter eo loco Judæos impugnasse, nec Tryphon in dialogo cum Justino, si calumnia erat, eam non repulisset: aut si soli Lxx. addidissent, plus eis quanta vis auctoritate pollerent etiam apud Judæos, quum Judæi fuissent, quam scripturæ textui Hebræo, deculissent. Neque omnino levis coniectura, quod paullo post subiiciatur in hoc psalmo *b*, *Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini*, quasi alludo sit cum antithesi ad illud, *Dominus regnavit à ligno*, atque significetur quod peccatores, velut sylvæ ligna, infructiferi, & flammis apti, crucis Christi virtute conversi, frugiferi evaserint. Accedit corruptela eorumdem Judæorum circa Ps. 21. verba *c*: *Foderunt manus meas*, &c. ut ibi vidimus, & circa loca alia, de quibus, quos ante nominavi Salmer. & Rib. hisq; prior Leo à Castro in Apologia. Postremo Cassiod. alii quidem, inquit, translatores non habens *à ligno*, sed nobis sufficit quod Lxx. auctoritate firmatum est. Quod Salmeron, & Agel. dicebant de mutata dictione עץ *hets in* את *eth*, vel potius in אך, minus probabile videtur, deesset enim adhuc prępositio, sine qua sensus non consistit, & אך *aph* membro sequenti bene cohæret. Arnob porrò explicat, quia per lignum concupiscentiæ regnum Dei ab hominibus recesserat, modo per lignum Crucis regnum reversum Dei Tert. *d* non lignarium regem significari scribit, sed Christum, qui exinde à passione superata morte regnavit, *imperium*, & *imperii insigne* non in capite, vel in manu gerens, tamquam diadema, aut sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam sed tamquam novus rex sęculorum *super humerum gerens* e novam gloriam & potestatem, & sublimitatem suam in humero efferens. Cypr. *f* disputans contra Judæos, vocat *ligni sacri regnum*, & *ligni regalis regnum*, quamvis non de Cruce sola, sed simul de tabula clavis in capite ligni Crucis confixa, in qua inscriptus est titulus, appellans *Jesum Nazarenum Regem Judæorum*, interpretari videatur. Leo *g* Judæos alloquens, premensq; non sceleris eorum tantum ordinum prædictum asserit in scripturis, sed potentiam quoq; prænunciatam Crucifixi hoc loco, nec ipsos legisse, *Dominus descendit de Cruce*, quod ipsi optabant *h*, sed *Dominus regnavit à ligno*. Agit eadem ratione contra eosdem Judęos Bernard. *i*, quamvis non Judæi, sed nationibus hæc annunciatio debeatur, & gentilis Præses regni titulum inscripserit ligno *k*, quem Judæi titulum corrumpere nequiverint. Postremo iuvat hic summam referre sententiæ Justini contra Tryphon. Judæum. Negat se fidem habere magistris Judæorum, qui non approbantes translationem scripturarum factam à Lxx. aliam pro arbitrio moliebantur. Deinde affirmat multos, & integros locos ex eorumdem translationem ab iisdem sublatos, in quibus clarè continebatur Deum & hominem esse, qui crucifixus est, nec non prædictio de Cruce, & morte ejusdem. Postea profitetur se locos illos prętorire, quos negare sciat Judęos corruptus, afferre autem qui adhuc apud ipsos pro confessis habeantur. Tum recitatis aliquot aliis ex Esdra, & Jeremia, quos Judæi resecuerint ait quod ex isto psalmo λέξεις βραχείας ἀ φέλοντο παύσας, ἀπὸ τῆς ὕλης. Deinceps argumentatur in Gentibus de nullo tamquam de Deo, & homine ductum esse ex generis Judaici hominibus, *quod regnaverit*, præterquam de solo hoc Crucifixo. Cum autem Trypho huiusmodi scripturarum depravationem sibi diceret ἄπιστον *incredibilem* videri, occurrit Justinus, ita quidem videri, cùm sit hoc gravius crimen, quam vituli conflatio & adoratio, quamq; liberorum dæmoniis facta ablatio; attamen prorsus ita esse, ut ipse retulit. Tandem demonstrat psalmum hunc totum non de Deo Patre creatore cęli, & terræ esse, ut contendebat Tryphon, sed provocationem, ut eidem cantetur ubiq; ab illis, qui cognoverint passionem salutaris, & salutis pretium, quod generis humani ergo ille instituit, & post mortem in Cruce Christum resuscitavit, regemq; fecit universæ terræ. Ceterũ non malè ratiocinantur Davidem esse hujus psalmi auctorem, quoniam Ecclesia in hymno canit carmine sententiam istam ceciniisse. Eidem quoq; nominatim tribuunt citati ferè omnes Patres. Placuit de loco percelebri paullo plura hìc dicere, quę conducere etiam valeant ad similium intelligentiam. De triumpho Crucis, ac titulo regio, quem Pilatus scripsit, opportunè hic ageretur, si longiores exageres scriberemus.

Etenim correxit Orbem terræ, qui non commovebitur.) Hieron. *siquidem appendit orbem immobilem*, quo fere etiam pacto Symmach. καὶ ἔδρασεν τὴν οἰκουμένην ἀπερίτρεπτον. Alii *certè firmabitur orbis*, vel *non commovebitur*, vel *paravit*, seu *fundavit orbem terræ*, *ne nutet*, *ruat*, *cadat*, *labatur*: vel *firmatus est*, seu *directus orbis terræ*, *non elabetur*, vel in futuro, *stabilietur orbis*, *nec vacillabit ăplius*. In Paralipomen. *l*, *ipse enim fundavit orbem terræ immobilem*, Quamvis Græca & Hebræa non discrepent ab iis, quæ hoc loco sunt. Sic fit ut idem verbum כון *chun* variis reddant modis Lxx. παρθόω, στερεόω, ἑτοιμάζω, *corrigo*, *firmo*, seu *fundo*, *paro*, ut sæpè vidimus. Explicat Abulensis *m*, ut quia prius dictum est (commovebatur à facie ejus omnis terra) occurratur tacitæ objectioni, quamvis terra moveri per se non possit, nimirum simul tota, posse tamen à facie Domini, hoc est, jussu illius: quoniam qui potuit illi communicare immobilitatem, potest, cùm voluerit, efficere, ut moveatur. Item, ut illud primum de terræ habitatoribus intelligatur, hoc de ipso elemento terræ. Tertiò respondet accipiendo *orbem*, ut comprehendit *orbes* quoq; cœlestes, *orbem* ratione istorum orbium esse immobilem motu recto, licet circulari moveantur. Non convenit ultimum responsum orbi terræ, qui cum hoc addito ponitur in psal. neque nominibus חבל *thevel*, & οἰκουμένη, quæ utroq; loco habentur. Videtur figurata locutio de habitatoribus orbis terræ hominibus, quos qui nominatus antea rex est, Deus atq; Christus, reddat fide ac moribus stabiles atq; juxta vim verbi κατόρθωσε corrigat per πὰ κατορθώματα sua, quæ M. Cicero *n* ait ut recta, aut rectè facta dici posse: & Ambr. *o* perfecta officia, quibus corrigantur omnia, quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Regnum Christi prædicandũ hic jubetur non inquietum, & cruentum, aut vitiis corruptum, sed justum, pacatum, ab omni vitio alienum, abhorrens etiam ab odiis internis, omniq; malevolentia. Vult prætera, qui dicitur Hieron. *corrigendi* verbo innui præcedentem depravationem: opera verò Christi, & lucis Evangelicæ idololatriæ correctum errorem, quo cùm omnes faterentur numen divinum, aliis rebus creatis falsò deferebant divinitatem & variis peccatis tortuosi erant: ad rectam autem quasi columnam Crucis factam esse correctionem: post quam Ecclesia numquam commoveatur, & quivis qui confixus Cruci respondeat oblatæ gratiæ. Hugo accommodat ad correctos à Christo discipulos post resurrectionem, cùm recumberent *p*; postea confirmatos in Pentecoste per Spiritum sanctum ne amplius commoverentur. Bruno ludit in orbiculari figura, ut quos DEUS ex terra fecerit orbem, ideſt, perfectos, quum prius essent distorti vitiis, non amplius commoverentur omnino ab ista perfectione, quamvis secundum quædam debilia membra commotio contingat. Sed obstant vocabula חבל *thevel*, & οἰκουμένη, quæ terram habitabilem significant. Digreditur Ayguanus, in conditiones, quibus oportet esse præditum, qui corrigere alios velit, nempe, ut sit liber à cupiditate gloriæ, à conformitate malitiæ, à tempestate iracundiæ, à præsumtione superbiæ, ab adulationis malignitate, à cæcitate ignorantiæ. Indicavi talia cupienti.

Judicabit populos in æquitate.) Nunc populi dicuntur quæ prius Gentes, confunduntur q; hæ voces, quemadmodum ἔθνη, & λαοὶ גיום *goim*, & עמים *hhamim*. Judicium verò istud comprehendit universam gubernationem præsentis temporis, & sententiam ferendam post hanc vitam. Pluraliter vocantur Hebr. nomine מישרים *mescharim rectitudines*, sicut singulare nomen Græcum εὐθύτης *rectitudinem* significat. Nec tamen sumitur pro *rigida & exacta*, *flectique nescia rectitudine*, præsertim si agatur de regimine hujus temporis, sed de benignitate judiciorum, æqui-

a Ita Abar. 3. num. 3. & 10.
b v. 12.
c v. 17.
d 3. cont. Marcionem c. 17.
e Es. 9. 6.
f de montibus Sina, & Sion.
g serm. 4. de Pass.
h Mat. 27. 42.
i serm. 1. de Pass.
k Joa. 19.
l lib. 1 6. 30.
m Ibid.
n 3. de finib. & 1. offic. c. 31.
o 1. offic. c. 31.
p Mat. ul. 16.

æquitate legum, facilitate regiminis, in quo nihil sævum atrox, durum, tyrannicum reperiatur: præterea de æquabili numerorum distributione, absq; acceptatione personarum, simul cum ordine atq; subordinatione convenienti, & admirabili diversitate mediorum, quibus liceat recta ad pietatem, atq; ad virtutes incedere, ac demum ad felicitatem pervenire. Christo id convenit, qui in primo adventu judicavit in æquitate, judicio discretionis, ut *qui non vident videant, & qui vident cæci fiant* a, in secundo judicabit judicio remunerationis, nondum enim venit, ut hoc modo *judicet mundum* b, & illo modo dedit ei Pater *omne judicium, quia filius hominis est* c, Secundum judicium hic intellexit Damascenus *d*: primum Euthym: Utrumq; alii, quibus consentio. In judicio universali experientur fideles clementem Christum, reprobis nulla fiet injuria, & cum nonnulla etiam clementia damnabuntur, citraque condignum punientur, ut sæpe dictum est. In Romano Psalterio, & apud Cassiod. & Arnob. additur, *& gentes in ira sua*, exponit verò Cassiodorus, judicandos populos in æquitate, ideſt, fideles, sub tranquillitate misericordiæ, quando eis præmia promissa restituet: *gentes in ira sua*, hoc est superbos, iniquosque, qui portionem cum diabolo, pœnasque perpetuas sortientur. Monet præterea Cassiodorus ut ad singula commata repetatur à communi, *dicite in nationibus*, sive *gentibus*. At illa verba, *& gentes in ira sua*, nusquam Hebraicè, vel Græcè, vel alibi reperiuntur.

a Joa. 9. 39 c. 12. 46.

b c. 3. 17 c ib. & 5. 22. 27

d l. 1, c. 18.

Vers. 11.) Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus.

Vers. 12.) Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum.

Vers. 13.) A facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Sensus loci.

TAnta judicis æquitas tum in ista, tum in futura vita tanti caussa gaudii est, atq; lætitiæ, ut res ipsas inanimas ad exaltandum, gestiendumq; promovet, cœlos, terram, mare, campos, cum omnibus, quæ in iis sunt; præterea sylvarum ligna. Vid. rationalibus creaturis, ubicumque sint, ad adventum Domini collætantibus, quamdam ceteræ quoq; creaturarum formæ materiam præbebunt laudis divinæ, ac suo etiam modo redemtis hominibus congaudebunt, in suam veluti cum homine, propter quem factæ sunt, restituræ libertatem, interim gementes, & parturientes cum filiis Dei hic adhuc laborantibus & vanitati, atq; corruptioni subjectæ *e*. Denique hoc omnes creaturæ tamquam ovando decantabunt. Rex æqui ac veri amantissimus vindicabit, & asseret omnia in libertatem ex fide, ac veritate reget, sua cunctis reddet, propulsabit omnes injurias, noxam omnem repellet.

e Rom. 8. 19 21.

Prosopopœja.

Lætentur cœli, & exultet terra.) Vetus Psalterium, & August. *jucundentur*, Hieronym. in secunda persona; *lætamini*. Paraphrast. *lætentur exercitus Angelorum, & exultent justi terræ*. Prosopopeja in his omnibus videtur, ut dixi, familiaris poetis, & Prophetis: quia ut lætitiæ magnitudinem declarent, invitant cœlos, & astra, ut splendidiùs luceant: terram, ut uberiore, & pulchriore flore nitescat: mare cum piscibus, ut suis motibus, & saltibus adventum se tanti regis sentire testentur; campos, agrosque, ut copia, & hilaritate frugum, & fructuum corrideant; opes ostentent, & frondium virentium festivitate oblectent: sylvas, ut blando foliorum pulsu, & illisione plaudant. Convenire possunt utcumq; ista liberationi populi Hebræi de captivitate, ut explicat Trevet at longè melius liberationi generis humani per adventum Christi. Similes prosopopejas habet Esaias *f*; illa maximè notanda; *Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus: jubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus, & omne lignum ejus, quoniam redemit Dominus Jacob, & Israel gloriabitur* Euthym. interpretans de Christo, ait *cœlos ad* lætitiam invitari, ob cœlestem, ideſt, divinam ejus naturam: *terram* propter terrestrem, & humanam: *mare cum plenitudine illius*, ideſt, fluminibus, stagnis, fontibus, tota aquarum materia, ob in eis celebratum baptismum: *campos cum plantis*, quia illinc transiturus erat Christus, & illa omnia sanctificaturus; *omnia ligna sylvarum*, eo quod ex eis sumendum erat salutare lignum Crucis. Addit cœlestes angelos, terrenos homines, naturas, & quosvis maritimos homines, seu insulanos: præterea agricolas lignorum cæsores, quique sylvas incolunt, & montes, vel cœlestia meditantes; curantes tantum terrena, amaram impietatem sectantes, resupinos quoslibet homines, carnisque passionibus subjectos: postremò duros, rudes, infructuosos ad virtutem. Videtur hæc Euthym. partim ex Basilio, sive Theodoreto mutuatus. Sed & Damascenus *g* explicat hunc locum de Angelis, & de hominibus, qui versantur in terra, & universe monet de usu prosopopejæ in Scripturis, occurritque propter similes formulas loquendi cœlos animatos affirmantibus. Similli prosopopeja Virgil. *h* inducit canentem Sibyllam:

f c. 35 1. & seq. c. 44. 23. c. 55. 12.

g lib 1. c. 6.

h Ecl. 4

Aspice venturo lætentur ut omnia sæclo.

Quod cum aliis versibus recitasse Constantinum Imperatorem de Christo Euseb. narrat, in eius vita. Niceph. placet secundus dicendi modus quantum ad alia præter *cœlum & terram*, quæ iuxta primum accipit. Latini ferè explicant de prælatis, & prædicatoribus, auditoribus, & subditis: item de illis, qui versantur in amaritudine peccati & infidelitatis, ut commoveantur ad pœnitentiam: deinde de mitibus, lenibus, æquis: postremò de infructuosis, ac inutilibus, ignique dumtaxat per se aptis. Arnobius declarat invitari *cœlos*, ut lætentur in Sanctis: *terram*, ut in peccatoribus: *mare* esse vulgus ignobile, & fluctuans: *plenitudinem ejus* divities plenos opibus, qui commoventur, ridentes humiles Christi, & psalmos eius atque doctrinam frigidas nænias computantes: *ligna sylvarum*, illos qui lignei, & sylvestres videntur mundi sapientibus. Bruno fidelibus ex Judæis *campos*: *ligna sylvarum* attribuit his, qui ex Gentibus conversi fuerint: quia hi ex se inculti erant. Ayguanus, & RicKlius applicant ad Nativitatem Christi (quod multo ante Thaumaturgus *i* fecerat ad incarnationem, & annunciationem Mariæ) in qua lætati sunt Angeli, atq; etiam per stellam novam cœli: & invitata est ad exultandum *terra* generis humani: *mare* turbulentæ gentilitatis, cum animæ viribus: *campi* hominum, qui sunt bonis operibus floridi, gratiaque fœcundi, similiter cum interioribus: illi etiam campi externi, in quibus edidit Christus miracula maxima, cùm panes multiplicavit K: præterea illi, in quibus nocte Nativitatis pastores de læto nuncio gavisi sunt *l*, *ligna sylvarum* rursus gentilium ad fidem conversorum. Hugo distinguit ordinem prælatorum, statum claustralium, mercatorum, agricolarum, militum.

Exposito mystica.

i Orat. de annunc.

K Mat. 14. 19 & seq.

l Luc. 1. 10. & seq.

Et exultet terra.) Tres Magi nato Christo exultaverunt *m*: & longè post *audientes Gentes gavisæ sunt, & glorificaverunt Verbum Dei* n. Alios mysticos sensus prius attigi. In Paralipomenis *o* additur quod erat in v. 10. huius psalmi verbis iisdem; nisi quod ibi est, *dicant* futuri temporis, & Latinè, *nationibus*, pro, *gentibus*, de hoc loco nemo, quod sciam, quæstionem de illis aliis, *à ligno*, movet. Nec verò si hic erant ibi etiam fuisse oportet, cùm, ut antea quoque notavi, alia nonnulla desint eodem in loco, quæ non erant in isto.

m Mat. 2. 9 & seq.

n Actuum 13. 48.

o lib. 1. 16. 38.

Commoveatur mare.) Hieronim. *tonet*, quod etiam est in Paralipomenis *p*. Utrobique Hebraicè ירעם *irbham*.

p lib. 1. 16. 30

Sed ibi ἀομβήσει, hìc autem σαλευθήτω. Alii hoc loco, *tumultuetur, reboet, intonet*. Est propriè רעם *rabham tonare*, nec non *irasci*, *turbari*, *indignari*. Dicitur mare *irasci*, *turbari*, *indignari*, *tremere*, *stridere*, *tumescere*, *sonare*, *circumsonare*, *spumare*, *turgere*, *fervere*, *æstuare*, *fremere*, *fragorem edere*. Figurata verò etiam locutio de mari *tonante baoante*, *mugiente*, ob agitationem, & illisionem fluctuum, poetis præsertim satis est in usu quemadmodum & de concussu, ac motu terræ. Sic Horatius *q*:

Si quos Eois intonata fluctibus,
Hyems ad hoc vertat mare.

q Epodon ode 2.

Et Seneca *r*.

Mare tonuit ex alto.

r in Hipp. l.

Symmachus, ac Theodotio transtulerunt ἠχήσει *sonabit*. Præter allatos prius de mari sensus mysticos, Damasc. *s* accomodans locum totum ad lætitiam de ortu Deiparæ, vocat illam nomine maris mundi: in quo mari concha gigni deberet, quæ cælitus ex divinitatis fulgetra, in utero conciperet, & Christum ingentis pretii unionem pareret. Basilius, ac Theodoretus iuxta translationem iam

Sensus mysticus.

s Orat. 1. de B. Mariæ nativ.

reci-

recitatam, innui volunt per istam commotionem, soni-A verbis, & psalterium Vaticanum ab illis verbis, *gaudebunt campi*, usque ad, *judicabit*.

tumque maris, tum quod homines acciperent sonum prædicationis, tum etiam quod increduli commoverentur adversus præcones veritatis. Distinguit Nicephor. tres modos, quibus quid commoveatur, si transferatur, si perturbetur, si exultet lætitia, & ultimum proposito convenire. Lyr. *commotionem reverentiæ* sumit quam Christo vi-
a Mat 14.25 dentur aquæ, cum se calcandas præbuerunt *a*, exhibuisse.
b in 1 Par. 16 *Et plenitudo ejus.*) Euthym. & Abulens. *b* totam intelligunt materiam, & congeriem aquarum: & posterior quum præcopia efficit dictum sonum in morem tonitrui. Sed expositio literalior est de piscibus, qui jussi sunt *re-*
c Gen. 1. 22. *plere aquas maris* c. Addit Genebrardus alia mari com-
d Is. 23. 10 prehensa, ut insulas. Eodem fere modo alibi *d plenitudinem* interpretati sumus, quam Deus quoque præcepit ut homines replerent *e*. Apollinarius. καὶ τρέφει οἴδμα. θαλάσσης, & *quæ nutrit unda maris*.
e Gen. 1. 28 *Gaudebunt campi.*) Hieronym. optativè, vel imperativè, *gaudeat ager*, in Paralipomenis, *exultent agri*, Hebræa non dissident, nisi quod ibi est cum nomine verbum singulare יעלץ השׂדה *jahhalets hassadeh*: hìc nomen plurale absq; littera demonstrativa, verbum definens aliter. B tantum in futuro, sed in præsenti quoque tempore. Cyrillus *p* Alexandr. insinuat lætaturos ex Gentilibus fide-
p l. 5. in Es. les, quia *sylvæ* denotant magnam hominum multitudinem, cùm venerit Deus ad judicandum, idest, puniendum Judæos, propter impietatem commissam in Christum. Illa alia ratio minus est ad rem ab eodem tradita, & parvi momenti, quod *exultabunt à facie Domini ligna sylvarum* florendo, germinando: quia qui tam potens est, ut judicare possit terram, poterit etiam id liguis præstare. Lætitia & exultatio, ad quam creaturæ etiam inanimæ provocantur, sub que illarum typo variorum ordinum hominum, ut antea vidimus, indicat accipi *adventum Domini ad judicium* in bonam partem, & in favorem miserarum personarum, ut aliis in locis non raro. Sic vero etiam Apollinarius explicat.

יעלץ שׂדי *jahhaloz sadai*. Ibi Græcè habetur ἀγαλλιάσθω ὁ ἀγρός, hic χαρησεται τα πεδια. Symmach. γαυριάσει ἀγρός, *gestiet ager*. Poterat interpres reddere in imperativo, seu in optativo, sicut præcedentia, quia hunc usum habet futurum indicativi modi. Mysticum sensum antea posui. Creditus autem Hieronymus animas sanctas, præsertim Virgines, intelligit, quæ diversis florum suavitatibus pollent.

ἤλυθε γὰρ μερόπεσσι δίκαζειν.

Venit enim hominibus miseris (idest in eorum gratiam) *judicare*.

Et omnia, quæ in eis sunt.) Mandata terræ semina, flores, herbæ, plantæ fructiferæ: & mysticè qui virtutum flores fructus proferunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum. Hieron. *tunc laudabunt universa ligna saltus*, numeri singularis est δρυμὸς, & יער *jahhar*: Sed collectivè sumitur pro multis. Aquila verò reddit αἰνέσουσι laudabuntur. Hebræum ירננו *jerannenu exultationem cum exultatione* importat. Theodoretus illud habet de ligno crucis ex sylva decerpendo, quod jam prius notavimus. Basilius, qui alioqui videtur semper idem esse cum illo, non id affert, sed aliud de cessaturo idolorum cultu in saltibus, sylvisque, & ibidem vero colendo Deo. Hoc Genebr. approbat, nomi-C ne auctoris suppresso. Vocat Ecclesia *crucem*, arborem
Expositiones mysticæ in hymnis. Quem dicunt Hieronymum causam exultationis in lignis mysticè sumtis affert, quia non sunt obf hom. 36. in Evang. noxia combustioni. Gregorio *f* quoque arrisit, ut ligna ista sint Gentiles, qui semper in infidelitate sua torti, ac in-
g Luc. 14. 23 fructuosi fuerunt; & *ex sepibus* vocati dicuntur *g*, idest, ex agrestibus illo usu ad cœnam patris familias. Ayguanus
h Mat. 21. 8 cum Lyrano, refert ad cæsos arborum ramos Christo
Joan. 12. 23 cum triumpho Jerosolymam ingredienti *h*, & venienti ad patiendum, & ad apertius reprehendendam Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum malitiam, atq; hypocrisim, quod est judicare terram, seu condemnare terrenos; omnia autem ligna dici per hyperbolem. Thaumaturgus *i* paullo aliter locum totum recitat, carptim vid.
i Orat. de atque accommodate ad propositum suum, ut solent alii Patres, εὐφραινέσθωσαν οἱ ἐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, χαρήσονται τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ξύλα τῶν δρυμῶν. *lætentur cœli, & exultet terra, gaudebunt campi, & omnia ligna sylvæ*.

A facie Domini.) Alia Latina Psalteria, & Arnob.
K supra. l lib. 1. 16. Augustin. Cassiodorus, Gregor. *k*, *ante faciem Domini*, D sic etiam Hieron. in Paralipomenis autem *l*, *coram Domino*. Quare, *à facie Domini*, erit idem quod *ante*, seu *coram* vel *propter faciem*, sive *præsentiam illius*, non rarò aliàs dicitur hoc modo aliquid *à facie* esse, pro eo quod
m Gen. 6. 12. Josue 10. 10 est *coram* m, vel à *præsentia*, vel *propter*, &c. *Exultare à facie Domini* non est recedere ab illa, sed *ex præsentia illius cavere voluptatem*. Id per se valet לפני *liphne*, quod
Ps. 9. 14. Ps. 37. 6. ps. 50. 50. 13. Ps. 60 præpositionem non includit, sed articulum. & Chald.
4. ps. 67. 3. קדם *kodam* significat *coram*: denique in emendatis Bi-
Ps. 96. 4 Ps. 101. 11. Ps. bliis extat πρὸ & non ἀπὸ refertq; Gerardus Vossius *n* in
113. 7. & alibi. manuscriptis utramq; lectionem reperiri: & exponunt Eu-
n in ora. Thaumat. de ann. thymius, & Niceph. ἐκ τῆς ἐπιφανείας, *ex præsentia*, & *adventu* Christi Apoll. ἄνευ θεοῦ *ante Deum*. Abulensis le-
o lib. 1. 16. gens in Paralipomenis *o à facie Domini*, quod tamen legi monui, *coram Domino*, exponit *ligna saltus*, & *sylvæ* dici laudatura, & exultatura; *à facie Domini*, quia faciet Dominus ut exultent, ac laudent, quoniam ipse confert virtutem omnibus, ut crescant. Durior expositio. Inchoant Hebræi & Hebraizantes versum novum ex his

Quia venit, quoniam venit judicare terram.) In Paralipomenis primæ duæ dictiones desunt. Utrobiq; Græcum verbum est præsens, ibi ἥκει, hìc ἔρχεται, bis repetitum. Exponitur tamen præsens per præteritum. Euthymius quidem de incarnatione. Nicephorus autem de correctione orbis: Theodoret. Basilius, putatus Hieronymus de primo, & secundo adventu, propterea q; repeti verbum ἔρχεται. August., de *adventu* annuntiato per prædicatores, tamquam per nubes, & iterum de alio ad judicium. Sed ad litteram repetitio indicat dumtaxat certitudinem asseverationis, & confert ad inculcandum, & augendum sensum, ut sæpe alibi. Ceterum ætiologia ista non respicit ligna sola sylvarum, sed omnia quæ prius ad lætandum, & exultandum invitata sunt. Quamvis lignis peculiaris causa exultandi admitti possit, ut designant homines rudes, ac simplices, quam Abulensis assignat, quia tales opprimi solent à viris magnis, nec possunt consequi justitiam contra illos, propter eorum potentiam: Deus enim tandem veniet ad judicium: non Ætiologia.

Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.) Hic versus desideratur in Paralipomenis. Hieron. habet, *in justitia*, & *in fide sua*. Idem valet quod versu C 10. *judicabit populos in æquitate*. Sed rem gratam libenter ingerit, & replicat, *Æquitatis* nomen respondet Græco κρίσεως, & Hebræo צדק *tsedeK*, *Veritatis* ἀληθείας, & אמונה *emunah*, & *justitia* pro *misericordia* non raro accipitur, *Veritas* pro *veracitate*, & *fidelitate*. Sensus autem potest esse, tum quod juste vindicabit Dominus alienas injurias, ac misericorditer succurret his, qui patiuntur illas; tum quod summa fide præstabit quæ promisit. Præterea quod efficiet in administratione atq; gubernatione Ecclesiæ, ut colant omnes justitiam, & omnes alias virtutes, rectè autem etiam sentiant, ac vere de his, quæ spectant ad fidem: credique debent ut sint & orthodoxi, & probi, seu justi. Tandem de judicio extremo exponitur, in quo justè atque veraciter justis præmia, pœnæ improbis decernantur, quia Christus non accipit personas, & omnia novit exactissimè. Apollinarius innuit sensum secundum.

πάντας ὑπ' εὐθυκλίνης καλέων ἀψευδέα θυμὸν
γλῶσσαν ἀληθείης προχέων ἀκλινέα λαοῖς.

Omnes in justitia vocans veracem animum,
Linguam veritate effundens immobilem populis.

Credibilius est *orbem terræ*, & *populos*, synonymè dici, Sensus tropologicus. quod secundo loco docet Euthymius, quam quod idem primo, per *orbem* intelligi *Gentiles*: *Judæos* per *populos*: Hugo laicos & clericos tropologicè sumit, illos judicandos, idest, condemnandos, qui fecerunt pro æquitate iniquitatem: istos in veritate, quoniam docuerunt verbo, & exemplo falsitatem. Item malos judices, qui judicant injustè, & secundùm dicta falsorum testium, aut prava consilia advocatorum. Universitatem judicandorum in orbe terræ indicatam August. quod & aliàs fecisse se *q* testatur, demonstrat, laudando in nomine primi parentis litteris Græcis scripto ἀδὰμ, quarum singulæ sin-
q ut in Jo. tr. 9. & 19 gulas denotent orbis partes, α, ἀνατολὴν *Orientem* δ. δύσιν, seu δυσμὴν *Occidentem*; α; ἄρκτον *Septemtrionem* μ; μεσημβρίαν *Meridiem*. Meminimus & nos de hoc alibi.

PSALMUS NONAGESIMUS SEXTUS.

1 Huic David.

Quando terra ejus restituta est.

DOminus regnavit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
2 Nubes, & caligo in circuitu ejus: justitia, & judicium correctio sedis ejus.
3 Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.
4 Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit, & commota est terra.
5 Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.
6 Annunciave unt cœli justitiam ejus: & viderunt omnes populi gloriam ejus.
7 Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate enm omnes Angeli ejus: 8. audivit, & lætata est Sion.
Et exultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua Domine:
9 Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
10 Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.
11 Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.
12 Lætamini justi in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Huic David.

Quando terra ejus restituta est.

Dominus regnavit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

a Remigius. b Haimo.

DUo prima verba erant etiam in titulo psal. 27. & 34. iuxta lectionem quorumdam codicum. Perinde est cùm in aliis est, *ipsi David*, Græcè ubiq; τῷ Δαβὶδ, Hebr. לדוד *ledavid*. Cetera quæ sunt in titulo desunt in textu Hebræo, quod etiam exprimitur in Codicibus Complutens. Regiis aliisque hoc pacto, ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις *sine titulo apud Hebræos*. Nec refert quod aliqui *a* legant, *quando terra eius restituta est*: vel, *terra eius restituta est* eib Verbum κατέστα significat magis propriè *constituta est, restaurata, composita, in meliorem statum reducta*, quod etiam valet, si dicas, *restituta in integrum*. Cassiod. legit *restaurata*. Apollinarius exponit *quando David recepit terram suam*.

------ ἡνίκ' τε δέξατο γαῖαν.
Suam quando accepit terram.

Titulus psalmi.

Negant Basilius, & Theodoretus hanc inscriptionem propheticam esse, aut sensui psal. convenire; quia non Iudeæ tantum, sed universe quoque terræ restitutionem Prophetæ prædicit. Euth. auctores facit illorum verborum Interpretes Lxx. convenire autem Christo, de quo & nomen David usurpatur, utpote oriundo ex illius genere, & iuxta etimon, *manu forti*, seu *omnipotenti*, quoniam per Christũ *terra restituta est, atque constituta*, quando pacem ac tranquillitatem habuit, liberata à demonum tyrannide. De Auctore concordat auctor Græc., quem citans Agell. Eusebium esse credit. Sed ait editum ps. à Davide quum post quam in multas calamitates incidisset, & nunc à Saul fugatus deserta loca sectaretur, cumq; Philistæis commoraretur, nunc bellis gerendis vacaret, *ei terra restituta est*, animo ipsius & regno per quietem, & pacem, ac tranquillitatem restituto, sublatis inimicis. Addit, quia neque psalmi, neque cantici gerit nomen titulus, videri in eo contineri prophetiam, & simplicem doctrinam de Salvatoris adventu, quem & Daniel *c* postea vaticinatus est simul cum regno ac subditis ipsi populis, tribubus, linguis, atque hac ratione compositum, ac sedatum esse hominum genus, quod prius de sana mente remotum erat. Non dubito titulum propheticum, hoc est, canonicum, & authenticum, & sacrum appellare, quisquis eum addiderit. Deinde ait sub *restitutione*, seu *constitutione terræ*, aut *Davidi facta* post persecutiones Saul, quando, admonitus Gad, rediit in patriam, unde ipse & parentes eius exulabant *d*, sive etiam, postquam Absalon mortuus est, quod persequente fugerat *e*, aut paullo post captivitatem tamquam sub typo, & figura, contineri *restitutionem* aut *constitutionem regni Christi*, tum in præsenti tempore, tum præsertim, & complete in futuro, quando sub illius pedibus omnia subiicientur *f*. Innui autem videtur insignis aliqua de hostibus victoria, virtute divina, relata per immissam sævam tempestatem. Quo nomine omnes iusti potissimum provocantur ad gaudendum; gentes ad abiiciendum falsorum nominum cultum: angeli ad reverentiam Deo exhibendam; rursus iusti homines ad odio habenda vitia, quia Deus tales, quiq; studeant virtuti custodiat, ac liberet ab impiorum iniuria. Christo gratulatio hic imperatur ob eius summam æquitatem, & quod in primo adventu maxime post Pentecostem, quum restituta iam esset carnis ipsius terra, Spiritu sancto misso in valida veluti procella, & flammeis linguis *g*, potentiam, maiestatemq; declaraverit, ac deinceps per discipulos, qui mirificis operibus religionem ipsius, eversis idolis propugnaverunt; tum etiam, quia iterum veniet ad iudicium in nubibus cœli, & caligine, igne, ac fulminibus, multo terribilius ac præclarius, quam quum lex daretur in Sina *h*, adventum illius præuntibus. Adhibet ex hoc psal. Paulus *i* testimonium, ut confirmet divinitatem Christi, atque dignitatem supra angelos: nec minus de uno, quam de alio adventu intelligit; quamvis Caietanus, & alii velint præcisè, ad litteram, vel propter illam auctoritatem Apostoli, psalmum agere de secundo Christi adventu ad iudicium. Græci potius de primo adventu interpretantur. Latini ferè de secundo. Primis tamen adhæret qui dicitur Hieron. sed sub typo pacis, quam David hostibus victis restituit Judęę: viciſſe namq; Christum omnes gentes, atq; dæmones, & corporum nobis nostrorum terram restitutam ab eo, & compositam: præterea sublatam discordiam, quam pariebat disparitas religionis, cultusque tot idolorum. Augustin. etiam accipit tum de terra suscitati corporis Christi, tum de Judæis statim post Pentecostem K conversis, ad demum etiam de Gentibus, ex quibus utriusque componeretur una quasi terra, & domus, cuius lapis angularis Christus *l*. Remigius præter legem scriptam, per quam humanum genus, quod peecato defluxerat, sit restitutum, restitutionem attendit in Petro post negationem, & conversionem Judæorum, post Pentecostem & resurrectionem corporis Christi. Verum, ut dixi, commode possumus adventus duos comprehendere. Atq: ex dictis satis de argumento constat. Hunc in Ecclesia psalm. ut & sequentem tam fere frequentat, quam præcedentem, & præterea in festo omnium Sanctorum, & S. Michaelis. Annumerat Ath: istum psalmum inter eos, qui sunt ἐγκαυχήσεις τῆς ἐν κυρίῳ ἀπαγγέλουσες λόγους. *Gloriamini in Deum annunciantes sermones*, nempè cum 22. 26. 38. 38. 39. 41. 75. 83. 98. 151. ubi quem in synopsi numeravit, & recitavit 151. adhuc recipere videtur. Opportunè præterea cani scribit, terra à bellis residente, ac iàm deinde otium, & quietem agente, *Dominoque regnante. Dominus regnavit*, &c.

c c. 7. 14. & seq.
d 1. Reg. 22. sic hoc ps. quidam quos citat Lyra.
e 2. Reg. 15. Gloss. 14 Hug. Argentinus.
f 1. Cor. 15. 25
g Act. 2. 3
h Exod. 20. 21
i Heb. 1. 6.
k Act. 2. 4 c. 4. 9.
l Eph. 2. 20
m ad Marcel.
n ha in hunc ps. tom. 1
o Marc. 4. 40 Luc. 8. 26.

Argumentũ patet ex dictis in titulo. Quo tempore frequentetur ab Ecclesia.

Quia per Deum reges regnant, recuperato regno, recte regnavisse Deum cantat. & mysticè propter spirituale regnum, quod adventurum prævidet, ut nulla sit prædictionis dubitatio; iam in præterito regnavisse affirmat. Hac de causa invitat ipsum elementum terræ, atq; habitatores ipsius, prætereaq; maris insulas plurimas cum habitatoribus suis ad lætandum, & exultandum cum rege tanto: qui devictis hostibus præsertim invisibilibus dignus sit, quam cuncti colant, refutando idolorum superstitionem, atque tyrannicam demonum & vitiorum servitutem. Demonstrat Chrys. *n* Christi regnum ex eo quod *venti, & mare*, creaturæque aliæ *obediebant ei* *o*, & per eum peccatum solutum est, diabolus confusus, dæmones fugerunt, aculei mortis cõfracti sunt: paradisus olim Adæ clausus, apertus est,

Sensus Iu mysticus.

quam comedebat serpens *a*, evasimus sal, *renati*, *exaqua*, *& Spiritu sancto b*, sicut sal ex aqua fit, & vento; ita ut Christus nos nomine *salis* cognominaverit *c*. Prout hinc etiam contra Judæos Cyprian. *d* cum Scripturæ testimoniis aliis, quod sit Christus rex regnaturus in æternum. Gregentius *e* autem adeo premit antagonistam Herbanum, ut provocet ad conferendum quidquid habet ingenii, & scientiæ, quo respondeat. Gregorius *f* secundùm tropologiam scribit electorum victoriam hic à Psalmista prædicari: *Dominum regnare*, quando ejus sedem, electas videlicet mentes turbo hostium nullius inquietat: *lætari terram*, quum solida corda doctorum gratulantur: *lætari insulas*, quum subditi tentamentis impetuntur, nec tamen moventur, quemadmodum insulæ in mediis aquarum fluctibus consistunt. Eamdem de insulis rationem prior jam Augustinus hoc loco tradiderat. Lege quæ de primis psalmis verbis dixi Psalmo 92.

Exultet terra.) Hieron. *exultabit*, sed futurum servit imperativo. Legit Tertullianus *g*, *exultavit*, & manuscripti Vaticani codices tres, quos citat Pamelius *h*. Sed error est in ejusmodi lectione, *Exultatio* porro *terræ*, aut per prosopopœjam de terræ elemento intelligitur, aut per metonymiam de habitatoribus terræ, ut priore psalmo docuimus. Vocat Procopius *i* hanc ἀφορμὴν παννυχίδος *occasionem*, *& argumentum festivitatis*, *& lætitiæ*, quod in veteris tyranni locum, regem Dominum exceperimus. Non est firmum argumentum Tertulliani *k*, terram hic non pro elemento sumi, sed pro carne Sanctorum, ad quã pertinet regni divini fructus, quia postea dicitur hoc eodem loco concuti, & montes liquefieri & figurate hæc ipsa intelligi possunt de rebus istis materialibus, & inanimatis, ut citato priore psalmo, aliorum docui Patrum auctoritate. Exultat, *& beata est terra, cujus rex nobilis est l*, nempè Christus. Exultat etiam Ecclesia de justo, qui membris, sensibus, vitiis dominatur, nec admittit eum, qui *rex est super filios superbiæ m*, neq; ut *regnet peccatum in ipsius mortali corpore n*, & non detrectat, ut *regnet super eum Christus o*, sed asserit non habere se alium regem, nisi Christum *p*. Exultat ipsemet in quo talis rex regnat, estque tamquam terra numquam satur sanguine Christi, ut nec aqua terra; purgatus & fœcundatus tribulatione, quemadmodum aratione, & contritione terra, immotus, sustentans ædificium spirituale, in immò consistens humilitatis, nulla innitens recreata. Notat hæc Hugo, *Exultat* postremo *terra* viventium, ac beatur de regno Christi, cantatque hilariter; *regnavit* q *Dominus Deus noster omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei. Fundatur exultatione universæ terræ civitas regis magni* r, tum Ecclesiæ militantis, tum triumphantis.

Lætentur insulæ multæ.) Vetus Psalterium, Augustin. & Cyprian. *s*, *jucundentur*, Hieron. *lætabuntur*, eo modo quo futura pro imperativis accipiuntur. *Multæ* possent pro *omnibus* poni, ut alibi non semel *t*. Aut *insulæ multæ* dicuntur, quia plures, continens terra una, quam tamen quidam *u* quia mari circumdatur Atlantico, insulam dici unam posse ajunt. Mysticè plures denotant Ecclesias, solide consistentes inter fluctus tentationum, & persecutionum, quemadmodum insula, inquit August. undique circumstrepentibus fluctibus tundi potest, frangi non potest, magisque ipsa frangit fluctus venientes, quam frangitur ab eis. Idipsum ceteri Enarratores eodem pacto exponunt & ut prius retuli, Gregor. *x* de mentibus tentationum fluctibus vallatis, sed immotis. Nec hinc Græci abeunt, interpretantes de Ecclesiis orthodoxis, quæ coaluerint ex gentibus idololatriæ prius deditis, ab amara vero, & falsuginosa infidelitate, ut loquitur Euthymius, attingens quoq; præcedentem rationem, insularum instar elevatæ sunt. Procopius *y* etiam scribit *invitatas* vocatasq; Gentes ab Esaia *z* sub *insularum* vocabulo ὡς ἀλλυρους τῆς ἕξεως, καὶ τῶν πειρασμῶν περικυζομένας τοῖς κύμασι, *tamquam salsis, & amaris hujus vitæ tentationumq; obrutas fluctibus*. Legatur præterea Hieron. in Esaiam *a*, sic interpretans Prophetæ verba, *me enim insulæ expectant* b, *& legem ejus insulæ expectabunt* c: cui expectationi nostro sæculo non exparva parte responsum est, illata Evangelii luce, nostrorũ opera in remotissimas Japonum insulas. Idem docet etiam in commentario Jeremiæ *d*. *Ponent Domino gloriam*, inquit Esaias *e*, *& laudem ejus in insulis nunciabunt*. *& Glorificate f Dominũ in insulis maris*. Sophonias *g* item prædixit quod *adorabunt* eum viri de loco suo, omnes insulæ Gentium in hoc psalmo quinq; rationes morales ponit, cur boni dicantur insulæ, quia positi in *sale* tribulationis, derivant *à solo* alii, quia resistentes ventis, ac fluctibus tribulationum; quia omni ex parte separati à terra: quia suscipiunt naufragantes: quia dulci aqua reficiunt alios, cibisque recentibus. Petrus Berchonius *h*, plura affert in bonam & malam partem de bonis, & malis, de Ecclesia, religione, mundo, inferno, paradiso. Acuta omnia, & pia, lectuque digna. Hebræi *per insulas* intelligebant potissimum Græcos, atque illorum provincias, quæ sunt fere in oris maritimis, & in insulis maris nostri, & Hebræis propiores sunt. Unde scribitur in Genesi *i quod Gentium insulæ divisæ sunt à filiis Japhet*, qui erat Javan, Elisa, Tharsis, Cethim, auctores Jonum, Æolienſium Cilicum, Macedonum, vel Cypriorum, vel Rhodiorum. Possunt præterea per *insulas multas*. Indi Oceanum habitantes accipi. Nam Ezechiel *k* ex insulis multis, in quibus negotiatio fieret, dentes eburneos, & ebenninos advectos scribit. Deniq; omnes regiones, ad quas non potest commodè iter ex Judæa sine navigio institui, sive sint in mari, sive in continente, quandoq; Scriptura *insulas* appellat *l*. Ambrosius *m* *insulas maris* vocat monilia, in quibus ii qui se abdicant intemperantiæ sæculares illecebris, fido continentiæ proposito eligunt mundum latere, & vitæ hujus declinare anfractus. Credi quidem potest mari subsidente multas de novo insulas extitisse, quod graves auctores prodiderunt *n*; at non paucas etiam ipso mundi factas principio, contra quam nonnulli apud Auctorem de mirabilibus Scripturæ *o* sentiant, suadet tum Universi pulchritudo, tum utilitas habitationis, portus, navium stationis, commercii, navigationis, rationis explorandæ vastitatis maris, aliarum rerum. Cùm aquis terra discooperta est, videntur sicut montes ita extitisse insulæ, ac terræ globus instar lignei globi concavitates habuisse, in quibus aqua recipi posset, adjecta insuper condensatione, terreaq; permixtione. Sic quidem sentit Damascen. *p*, eumque Clavius *q* noster secutus, & alii. Numerum insularum insigniorum ad numerum, cùm illum Cæsar iniri præcepisset, ad septuaginta duarum, deprehensum ferunt *r*. Nondum cognitus fuerat novus orbis in quo fere innumerabiles repertas memorant, qui ejus historiam describentem *q*; prosequuntur, in uno tractu septem milia, vel octo, vel undecim, vel duodecim, vel sexdecim *s*. Quin & Olaus *t* in Boreali, & Norvegico mari scribit innumeras insulas esse. His insulis & aliis lætandi hone stissima justissimaq; causa, quibus comportata Evangelii lux est, undeq; abacti dæmones, qui frequentes illas habitabant, ut Eusebius meminit *u*, recitans ab insula Paxis allatam *Pana magnum mortuum*, cumq; id juxta Paludem, prout jussus fuerat navis gubernator Thannus, renuntiasset innumerabiliũ gemitum magnum exauditum, incidisse vero id in illud tẽpus quo Christus obiit in cruce: cujus dæmones abigebantur potentia. Ad rem quoq; facit, quod Beda *x* narrat Cudberti viri sanctissimi adventu, ex insula dæmones abjectos, & ex sterili frugiferam evasisse.

Vers. 2.) Nubes, & caligo in circuitu ejus, justitia, & judicium correctio sedis ejus.

UT serio, & ex animo, ac valde terræ, & insulæ, terrestres, atque insulani de Dei lætentur. & exultent regno, sive Christi regis, ac regni, describit pompam, & majestatem in hoc, & sequentibus versibus tum vero ut intelligant qua ratione prosternens hostes suos, suique populi, regnare, se declaraverit. Nã ecce, inquit, quando ad pugnandũ pro suis venit, erat circa illum caliginosa nubes, in qua veluti judex, ac vindex sedens, hostes perterrefecit. Ejusdẽ vero sedem regalem, atq; judiciariam, ornant, comitantur, æquam, rectamq; faciunt, stabiliunt, confirmant, dirigunt justitia, & judicium, i. a ut nihil sine illis agere, vel judicare valeat, nihil quod non rectum, justumq; fit decernere. Inde fit, ut dejectis hostibus per judicium, per justas leges regnum moderetur & conservet. Quod aptè de regno præsentis temporis si exponamus de Christo potest intelligi, ut is nempè super solium David, & super regnum ejus sedens, confirmet illud, & corroboret in justitia, & judicio amodo & usque in sempiternum. De hoc etiam tempore intellexit Hugo, Haimo, Remigius, Augustin. Cassiodorus, Euthymius, & alii multi. Nec si de secundo exponantur, de isto, aut de illo sensus videtur pluspiam mysticus, ut antea monui, etiamsi ex versu octavo proferat Paulus *y* testimonium de quo postea. In Psal. 17. *z* 76. *a* & 143. *b* Cantico Deboræ his similia habentur, de nube, caligine, fulminibus, seu fulguribus, de montium defluxu, ubi tamen de aliis rebus, quam de Christo ad litteram est sermo:

---

a Gen. 3.14
b Joan. 3.5
c Matt. 5.13
d lib. 2. c. 29
e disput. cum Herbano to. 4. bibl. Patr.
f in 1. Reg. c. 16 Tropologia.
g de resurrec. carnis c. 26 ibidem.
h in Es. c. 52
k de resurrec. carnis c. 16
l Soph. 2. 10. 17
m Job 41. 25
n Rom. 6. 12
o Luc. 19. 14
p Jo. 19. 15
q Apoc. 19. 6
r Ps. 47. 3
s lib. 1. c. 29
t Mat. 20. 16 c. 26. 28 Rom. 5. 19 Mich. c. 4. 2 Dan. 12. 2
u Ari. de mundo c. 2. Expositiones mysticę
x in 1. Reg. c. 16
y in Esa. c. 49 2c. 49. 1
a in c. 41. 42 & 49
b c. 60. 9
c 42. 4
d in c. 31
e c. 42. 12
f c. 24. 15
g c. 2. 11
Quinque rationes cur insulæ dicantur boni.
h in Diction. verbo insulæ.
i c. 10. 5
k c. 27. 15
l Jer. 25. 22 Sopho. c. 13.
m 3. hexam. c. 5
n Citat Majo collat. 14. can. dierum.
o lib. c. 7. 10. 3 August.
p l. de fide c. 9. & 10
q in Sphæra.
r Trisciannus, & Bergomas.
s Majolus supra, & col. loquio 10
t lib. 19. c. 37 & 38
u 5. de præpa. c. 9.
x 40 hist. Anglorum c. 28.
Sensus loci.
Mysticus sensus.
y vers. 10. & seq.
z vers. 18. 19
a vers. 5. 6
b vers. 5

sed & in psalmo 47. simili de caussa commemorari videtur lætitia, propter quam hic, versu 9. scilicet, quod insignem Deus victoriam concessisset. Sequor in hoc Jansenium, prætereaque Trevetum, & alios, quos in argumenti explanatione docui sentire agi hoc psalmo litteraliter de insigni aliqua victoria.

Nubes & caligo in circuitu ejus.) Nubem gloriæ Paraphrastes interpretatur, & pro *caligine*, qui γνόφον, dicitur: θύελλαν Apollinarius, ideſt, procellam, minus proprie, & quia minus accommodate ad circumdandum, licet nonnumquam dicatur in circuitu Dei tempestas *a* valida & ערפל *bharaphel* significat *caliginem, densasque tenebras, nubemve caliginosam*, in qua majestatis suæ Deus exhibebat speciem, de qua psalmo quoque 17. dictum *b*, *Caligo sub pedibus ejus*. Ubi nomen etiam idem Græcum γνόφος: Symbola sunt ista divinæ majestatis: sicque ferè semper Deus videtur inquit Chrysost. *c*, ut cùm legem dedit Deus *d*, & responsa in Propitiatorio reddidit sive super oraculum *e*. Mysticè designari vult Euthymius, Nicephorus, Chrysost. assumtam carnem, quæ divinitatem occultabat: Basilius, Theodoretus, Titelmanus invisibilem esse divinam naturam, & alludendo simul ad dictam apparitionem in monte Sina: & idem sibi vult obscuritas mysteriorum, de qua Hieron. *f.* Chrysost. rursum, & quem vocant Hieron., transfigurationis mysterium *g*, cum allusione præterea ad columnam nubis, quæ tegebat Hebræos, & illustrabat *h*. Augustinus, Cassiodorus, Haimo, Hugo, Ayguanus, & alii, quod se Deus à malis abscondit: idem adhuc dictus Hieron. per nubem Prophetas, & Apostolos ad quos usque velut *ad nubes veritas Domini est* i, ac per illas emittit imbres doctrinæ; item Mariam, super quam tamquam super nubem levem, nullo humano semine prægravatam venit Christus in Ægyptum hujus mundi, & confracta sunt simulacra ejus: *K* per *caliginem* vero mysticos sermones quos habebat ad Apostolos *l*: quemadmodum solus Moyses ingressus est in montem Sina, in caligine *m*: Remigius Apostolos, & Prophetas, quatenus quæ isti occultè quasi quadam caligine recta, prædixerunt; illi clarius expresserunt: Bruno Carthusianus Apostolos, qui ut *nubes* alios compluerunt, & caligine pleni fuerunt arcanæ obscuræque scientiæ. Favet in Ezechielem Hier. *n*. De adventu Christi ad judicium, in nubibus cœli, quemadmodum ascendit in iisdem *o*, exponunt Lyranus, Ayguanus, Cajetanus, Rickelius, Genebrardus, Jansonius: & Ayguanus non solum *nubem, & caliginem* materialem intelligit, sed etiam comitatum Apostolorum; aliorumque Sanctorum; corpus etiam glorioſum Christi per nubem, citans August. ad Hesychium *p*. Ait etiam per *nubem* significari, quod se Christus electis exhibebit totum clarum, & luminosum; per *caliginem*, quod malis totum iratum, & caliginosam. Quod caliginosũ dicit, figuratè intelligendum est; quoniam videbitur etiam malis clarus, & luminosus, quamvis inde majus potius tormentum percepturi sunt; ita ut licet futuram canamus illa die lucem magnam, qua *splendor Judicis, ut luxerit* q, & *fulgebunt justi, sicut Sol* r; tamen respectu reproborum, qui Judicem suum conspicient, & alios homines oculo corporeo (quod addit Rickelius etiam Angelos sic videndos vix credo, nec in Gregorio, quem citat, legi, & oportet ab iis assumi corpora) merito vocetur eadem dies tenebrarum caliginis, nubis, turbinis *s*. Tradit Hugo tropologiam, ut per *nubem* quæ aquam portat, pluitque, significetur compunctio, vel devotio; per *caliginem* conturbatio animi pro peccatis, *caliginem* istam, ac *nubem* indicari Psal. 6. t *Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigavi:* hæc duo esse in circuitu Domini, quia servant eum in corde hominis, ne superveniat peccatum, & expellat eum de loco suo.

Justitia & judicium correctio sedis ejus.) Hieron. *firmamentum solii ejus*. Alii, *habitaculum, basis, fulcrum, firmitas, rectitudo, firmus, rectibus, rigidus locus*. Chaldaicè, *locus paratus* aut *præparationis sedis ejus*. Est מכין *machon basis, firmave, & certa sedes ad residendum*. In Psal. 32. *u Præparatum habitaculum ejus* dicitur מכון שבתו *mechon sciutho*, in 88. *x* ubi est eadem quæ hic sententia in secunda persona צדק ומשפט מכון כסאך *tsedeK umispat mechon obisecha Justitia & judicium præparatio sedis tuæ*. Græcè ἑτοιμασία, quæ hoc loco κατόρθωσις. Putatus Hieronymus, quid vult, ait, dicere *correctio sedis ejus*? debuit dicere *stabilitas sedis ejus*. In vetere Psalterio, atque apud Arnobium, & Augustinum, *directio sedis ejus*, in Psalterio Romano, *correctio sedis tuæ*. Parum refert *correctionem*, an *directionem* legas: pronomen autem secundæ personæ huc irrepsit in eos codices, quos dixi sine dubio ex psalmo 88. quem modo citavi: quamvis Hugo hoc loco eam lectionem interpretetur, notans mutari personam in signum familiaritatis, quemadmodum in psalmo 4. *Quum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi*. Similis est item hæc sententia cum ea, quæ continetur prioris psalmi vers. 10. & 13. quod *judicet Deus in æquitate, & veritate*. In 10. vidimus quid sit κατορθῶσις & κατόρθωσις: & valet etiam *rectè factum cum prospero successu*: quemadmodum & sæpenumero in Scripturis vocabula *dirigendi*, & *directionis*. Cum correctione directio solet esse, dumque corrigitur malum, via justitiæ dirigitur. Hoc ipsum cedit in magnam dignitatem, præparationem, ornamentum, solii, throni, tribunalis, sedis judiciariæ, atque judicis, qui sic sedem suam ornet & in sic ornata sedeat. Unde Apollinarius,

Θῶκον ὑπ' εὐδικίᾳ ἐν κρίσι & περὶ πάντα πυκάζων.

Sedem sub æquitate judicii in omnibus ornans.

De sententia dictum satis priore Psalmo, & in 88. in quibus non agitur præcisè de futuro judicio, de quo tamen præsentem locum, & psalmum nonnullos interpretari monui, ita ut *justitia* respiciat probos, quibus Judex beneficiat, *judicium* reprobos, quos puniat. Vel, ut Cajetano placet *justitia* consistet in executione, *judicium* in pronunciatione sententiæ: *firmari* autem dicatur *solium*, quia nulla succedet varietas, nec erit opus amplius judicare, & justitiam facere. Tunc quod nonnullis pravum videtur Dei judicium, quando iniqui ditantur, Sancti pauperes sunt, & videtur prava sedes Dei, corrigetur, quum scilicèt reddet cuique Deus secundùm opera sua, ut creditus notat Hieronymus. Ratione primi adventus denotatur justa tyranni dæmonis destructio, humanique generis liberatio, vel omne virtutis genus, atque rectitudo, ac discretio, quæ regnante didicimus Christo, ut Euthymius observat; primumque Nicephorus. Secundum traditur à Basilio, & Theodoreto; hoc autem modo Deum videri à nobis, & cognosci per operationem, nimirum virtutis, qui secundùm naturam suam, quod nequeat videri, dicebatur paullo ante *nubem* habere, & *caliginem in circuitu suo*: istud vero beneficium nobis à throno, regnove ipsius contigisse. Augustinus quoque, & alii sicut *nubem*, & *caliginem*, sive *nebulam* ad eos referunt, qui Deum cognoscere nolunt, & confiteri, ita *justitiam* & *judicium* ad confitentes eum & humiliantes se, ita, ut de talibus Deus faciat sibi sedem, quum anima justi sit sedes sapientiæ, & *dirigit mansuetos Dominus, docetque mites vias suas* y

Juxta Hugonem præparat Deo justitiam sedem pœnitentiæ, per quam se homo punit; & judicium discretionis, ut si quid indignum, vel immundum inveniat, corrigat, sicq; in corde illius Deus regnet. Item, ut quum surgit aliquid in corde hominis reprobandum, ut mala cogitatio, & prava concupiscentia, corrigat per justitiam: hanc vero ipsam judicet atq; dijudicat, cùm sint *omnes justitiæ* præsentis temporis, *velut pannus menstruatæ* z, & quum acceperit tempus Deus, illas judicaturus, sic *a*, & eos, *qui seipsos non dijudicaverint* b. Bruno Carthus. de prædicatoribus ac rectoribus interpretatur, qui debeant esse justi, ut judicandi, seu docendi, atque regendi officio bene fungantur, & efficiant eos, qui per infidelitatem erant distorti, rectos, ac tales, in quibus sedere possit Deus: vel illos, qui sunt jam sedes Dei, si in aliquo distorqueantur, corrigere, rectosque reddere.

Vers. 3.) Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus,

Sensus loci.

EX sede illa nubis, & caliginis, in qua Deus residet, vel utique delitescit secundùm rectam justitiæ, atque judicii, quę semper assident ipsi, rationem, & ut exerceat vindictam in iniquos populi sui hostes, ac suos, prodibunt ante ipsum fulminum flammæ, quibus illos undique vastet, quemadmodum olim accidit in mari rubro, quando in id Pharao cum universo exercitu præcipitatus est: Recognosce prius dicta hoc psalmo, & citatis 17. atque 76. tum de vera immissione ignium in hostes, tum de figurato isto loquendi modo. Nota historia de immisso igne in Pentapolim *c*, & multo post ab Elia in satellites *d*, & in psalmo 49. *e* est, quod *ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida*. Insigne quoddam hoc est divinæ regiæque majestatis, præit, atque prælucet velut vexillum.

Qui

a psal. 45. 13
b vers. 10
c hom. 47. in Matth.
d Exod. 19. 16
e Levitic. 10. 2
Expositores mystice
f in Ezech. c. 10
g Matt. 17. 1 & seq.
h Exod. 13. 21
i psal. 35. 6
k Esa. p. 3
l Mat. 14. 18
m Exod. 19. 9
n in c. 1 Ezech.
o Act. 1. 9
Mat. 26. 64
Luc. 21. 27
p c. 39
q Abac. 3. 4
r Mal. 13. 33
s Joel. 2. 2
t vers. 7
u vers. 14
x vers. 15
a psal. 74. 3
b 1. Cor. 11. 31.
c Gen. 19. 14
d 4. Reg. 1. 10. 12
e vers. 3

Qui de secundo Christi adventu exponunt, ut dictus Hieronymus, ita præterea sumens illud *a*, *Qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem ardentem*, hoc accipiunt de igne, quo sub id tempus mundus conflagrabit, & reprobos æternis gehennæ flammis damnandos, incipiet etiam hic inflammare, electos nullo modo lædendo, ut accidit in fornace Babylonis, quæ Chaldæos combussit, tres pueros non læsit *b*. Opinio est de secundo adventu, sermonem esse, Græcorum, Ric Kelii, Cajetani, aliorum, quamvis aliqui, ut Euthymius præcedentis referrent ad primum. Ita quoque quidam accipiunt, quod scribit Ezechiel *c*. *Immittam ignem in Magog, & in iis qui habitant in insulis confidenter.* Eidem sententiæ favet Tertullianus *d*, & Auctor operis imperfecti *e*, Ambrosius, sive Mediolanensis sive potiùs alius *f*: Egimus de hoc igne *g*: & quod ibi dixi, hoc loco docet Augustinus, ignem, non præcessurum ante judicium, sed post illud. Quod etiam nominantur hoc loco *inimici*, suadet etiamsi eo modo de igne intelligamus, non esse consumendos justos per illum, qui tunc vivent, vel purgandos, qui nondum purgati fuerint; quod etiam alias disputavimus. Itaque declarat Augustinus mysticè, aut figuratè, cumque illo Cassiodorus, & alii, tum de succensis ira persecutoribus, adversus prædicatores Evangelii, quos tamen persecutores ignis ille consumpserit, quam eos quos persequebantur; sicut facula consumitur, non viride lignum, cui applicatur: tum de salutari igne Spiritus, & charitatis inflammantis, *quem venit Christus mittere in terram* h, & in Pentecoste misit sub igneis linguis *i*, ita ut isto igne inflammati cœperint ire per mundum, & *inflammare*, & *incedere in circuitu inimicos ejus*, si mali erant, nec credere volebant ad consumtionem, si boni, & consentiebant, ad præparationem & purgationem. Bernardus *k* de gratia præveniente interpretatur; Jam, inquit, & si ignitum eloquium sentis, atque ex eo conscientiam uri in recordatione peccati, recordare tunc de quo Scriptura dicit, *quia ignis ante eum præcedet*: & ipsum propè esse non dubites, Hugo explicat etiam de ardore sancti desiderii, quo vitia consumantur, ut adveniat Deus, *& carbones ignis*, sive prunas *congerat super capita inimicorum* l. Primum ex eodem Bernardo mutuatus est *m*: sic scribente. *Et hoc istiusmodi adventus ejus (Dei) sicut ab eo, qui expertus est, edocemur (ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu ejus inimicos ejus.) Oportet namque ut sancti desiderii ardor præveniat faciem ejus ad omnem animam, ad quem est ipse venturus, qui omnem consumat rubiginem vitiorum, & sic præparet locum Domino. Et tunc scit anima quoniam juxta est Dominus, quum se senserit ille igne succensam, & dixerit cum Propheta* n. *(De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me; & illud* o, *(Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.)* Ambrosius *p* quoque hunc ignem esse, de quo Lucas *q* ait, non consumtorem bonorum, sed bonæ voluntatis auctorem, qui aurea Dominicæ domus vasa meliorat, fœnum verò consumit, & stipulam, ac sæcularia omnia mundi voluptate concreta, perituræque opus carnis exurit, & *flammigerat etiam in ossibus Prophetarum* r, & quo accenduntur *lucernæ ardentes* s, & *ardent corda* t, & in *quo venturus est Dominus* u, ut resurrectionis tempore vitia universa consumat, suique conspectu desideria compleat singulorum, meritorumque, & mysteriorum lumen accedat. Accommodat Antonius *x* sententiam contra choreas, & lasciva tripudia, quæ fiunt in circuitu, sicut & diabolus circuit *y* & impii *z*, sed perducunt denique ad flammas inferni.

Ignis ante ipsum præcedet.) Hier. *ante faciem ejus ibit.* Alii, *coram eo ambulat, vadit, grassatur, procedit*, sumendo futurum pro præsenti. In paraphrasi Chaldæa, *flammescet, & concremans*, תצלהב ומבר שב *thetsalheu umbarseu*, quamvis in textu Nebiensis primum vocabulum sit מהלך *mehalleh vadens*, quod Hebraicè legimus in futuro תלך *thelech*. Sed *ire ignem* idem est quod *flammescere*. Habent alia Psalteria Latina, & Augustinus, atque Cassiodorus, *ante ipsum, vel eum præbit*, Tertullianus *a*, *ante ipsum procedet*, sive legerit προπορεύσεται, ut nunc est, sive προπορεύσει, ut legisse Pamelius *b* putat, nec enim differunt significatione, & *procedere* valere idem potest, quod *præcedere*, sicut *providere*, quod *prævidere*.

Et inflammabit in circuitu inimicos ejus.] Hieronymus, *& exuret per circuitum hostes ejus*. Alii sicut membrum præcedens vertunt in præsenti. Tertullianus *c*, *& eremabit inimicos ejus*, vel, *& exuret d inimicos ejus*. Ambrosius *e* aut alius, mysticè observat reprobos, quamvis cum electis conversentur, in circuitu esse, quia sicut hostes civitatem aliquam impugnant, ut capiant eam, ita & Ecclesia à reprobis impugnatur. Qui exponunt de judicio, notant *in circuitu* Christi, hoc est, reprobos remotiores ab eo inflammandos, & cruciandos illo igne. Uno enim, eodemque aspectu, ait Arnobius, amicos Dei illuminat, & inflammat inimicos ejus.

Expositio mystice.

Vers. 4.) Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit, & commota est terra.

Aliud irati, & vindicis Dei signum, quo ut perterrefecit olim in monte Sina Hebræos *f*, & in mari rubro Ægyptios *g*, sic potest, quum libuerit, fulgura, multiplicare, & conturbare mortales *h*. In Psal. 76. *i* affinis planè sententia, *Illuxerunt corruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra*, & in 143. *k* *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos, emitte sagittas tuas, & conturbabit eos*, & in 17. *l* quem indicavi. *Et misit sagittas suas, & dissipavit eos, fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.* Basilius, ac Theodoretus adventum secundùm Christi comparari dicunt fulgoribus, quemadmodum & eum Christus ipse comparavit *m*, Cajetanus, Lyranus, Ayguanus, & alii de impressionibus igneis ante judicium, quas & quidem *stellas cadentes* n vocant, exponunt. Addit Ayguanus de miraculis Antichristi, quibus movebuntur homines ad ipsum adorandum. Euthymius declarat de Apostolis, qui appellati sunt à Christo *lux mundi* o, velutique astra quædam corruscantia omnibus apparuerunt, & omnes commoverunt illuminando, & instaurando. Augustinus, & alii Latini spectant in iisdem Apostolis fulgorem miraculorum, qui ex illis tamquam ex vili, & prius contemta nebulosa, obscuraque prodiit nube. Nicephorus ipsam per orbem diffusam δόξαν, καὶ λαμπρότητα *Christi gloriam atque splendorem*. Rursus jungit Prophetas Apostolis, tamquam nubem nubi. Is, quem vocant Hieron. aut velut ignarium lapidem alteri ejusdem qualitatis lapidi, quorum collisione ignis excitatur. Illi loquebantur, inquit, & tonitruum vocis eorum universus mundus audiebat. Duo habebant pariter, & grandem vocem, & splendida fulgura, quæ credentes illuminabant, non credentes comburebant. Hugo, quemadmodum præcedentis versus *ignem* tropologicè de amore, ac desiderio sancto, ita *fulgura* interpretatur de timore, atque comminationibus divinis, quibus commovemur ad pœnitentiam.

Sensus loci.

Tropologia

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ.) Hieronymus *apparuerunt*, quo etiam pacto vetus Psalterium, Arnobius, Augustinus. Alii, *illuminaverunt, illustrarunt, perfuderunt lumine, lucere fecerunt*. In bibliis Complutensibus, Regiis, & quibusdam aliis, *alluxerunt*, Melius, *illuxerunt*, quemadmodum in Psalmo 76. *p* ubi eadem verba Hebræa, & Græca. Per *fulgura* designari miracula docui alias. Lege Gregorium *q*.

Vidit, & commota est terra.) Hier. *contremuit*. Alii, *expavit*, aut quid simile, & significat חחל *thachel tremorem similem parturientis:* sicut Psalmo priore *r*. *Commoveatur à facie ejus universa terra*: ubi Hieron. *paveat*. Utrobique prosopopœja est de elemento terræ, metonymia de habitatoribus illius: aut de elemento metaphora, sicut & quum vidisse dicitur. Legit Tertullian. *s & concussa est*.

Vers. 5.) Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omni terra.

Non tantum contremuit terra propter fulgura, & fulmina, sed ipsimet solidissimi montes visi sunt concepto ab illis igne, vel etiam de cavernosis locis erumpente, ac eructante, in ceræ morem colliquefieri, atque diffluere. Hæc autem Dei fiebant imperio, suæque præsentiam, ac vim potentiæ declarantis voluntate, & quod universæ terræ dominus esset. Sic olim quum daretur lex, *totus fumabat mons Sinai, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace; eratque omnis mons terribilis* t, & *ardebat usque ad cælum* u. Montes mysticè sunt sublimes potentia, honoribus, dignitate, sapientia, & ferè propterea superbi, quos mollit, & frangit prædicatio Evangelica, & convertit, aut si nolunt acquiescere, subvertit. In malam partem accipiens Euthymius de dæmonibus exponit, aut etiam de hominibus peccatoribus qui Psalmo 67. *x perire dicun-*

Sensus loci.

Montes quid mystice signific.

---

a Psal. 103. 4

b Dan. 3. 50

c c. 39. 6.

d l. contr. Mar. c. 29.

e lib. de pudic. c. 20.

f hom. 49.

g in Apoc. 6. 20.

h Luc. 12. 49

i Act. 2. 3.

k Serm. 37. in Cant.

l Psal. 25. 2. Rom. 12. 20.

m ser. 31. in Cant.

n Thren. 1. 13

o Isa. 38. 4

p in Luc. c. 12 4 o. 12. 49

q Jer. 20. 9

r Luc. 12. 35

s c. 24. 32

t 2. Thess. 1

u 2. Pet. tit. 6. c. 6 9. 1

x Job. 1. 7. c. 2. 1. Pet 5 8

y Psal. 11. 9

a 4. contra Marcion. c. 29

b lib. de pudic. c. 21

b ibid. n. 483 & de pudic. n. 20

c 4. contra Marci. c. 29

d de pud. c. 2

e in Ap. c. 20

f Exo. 19. 16

g c. 4. 25

h Psal. 17. 15

i vers. 19

k vers. 6

l vers. 15

m Mat. 24. 27

n ibidem.

o Mat. 5. 14

p vers. 19

q 27. moral. c. 6. vel 18 li. 30. c. 2. vel 3

r 1 ser. 9

s de resurr. carnis c. 26

t Exo. 19. 18

u Deut. 4. 11

Peccatores montibus similes.

dicuntur à facie Dei, sicut fluit cera à facie ignis. Montibus peccatores similes Ayguanus docet, quoniam circa inferiora dilatantur; in superiorum amore sunt angusti: exterius illustrati obscurantur interius. Quod attinet ad judicii tempus, qui de illo explicant hunc locum, ajunt significari fore, ut per terræmotus magnos defluant montes, & æquetur superficies terræ, atque ut scribitur in Apocalypsi *a omnis insula fugiat, & montes non inveniantur*, & à sedentis super thronum magnũ candidum conspectu fugiat terra *b*. Tertull. *c* favet, qui etiam de materialibus montibus aliquando *d* videtur negare, interpretari vero de improborum, quos vocat *profanos*,, corporibus, quæ puniantur, exultet autem, ut initio psalmi dictum est, terra carnis Sanctorum, ad quam pertinet, inquit, regni divini fructus. De primo adventu simili videtur oratione votum suum Esaias *e* expressisse. *Utinam disrumperes cœlos, & descenderes, & à facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis, tabescerent, aquæ arderent igni* (celerentur virtute ignis) *ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.* Tales & hæ loquendi formæ; *f montes fluxerunt à facie Domini*: g *montes à fundamentis movebuntur cum aquis*: *petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam*: h *consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis.* Accedit illud ex Abacuc; *aspexit & dissolvit gentes, & contriti sunt montes sæculi: incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus*: ex Ecclesiastico K, *montes simul, & colles, & fundamenta terræ, quum conspexerit illa Deus tremore concutientur*: ex Job *l*, *qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subvertit in furore suo, qui commovet terram de loco suo, & columnæ ejus concutiuntur.* De vi similitudinis ex liquefactione ceræ nonnihil dixi ad Psal. 57. *m* & 67. *n* Mollitia ceræ reddit eam aptam ad recipiendam impressionem imaginis, & quos emollit ignis divinus, his facilius imprimitur similitudo, & imago, quę per gratiam est, ut philosophatur Hugo. Mollita cera deprimitur per humilitatem, & superbi post perversitatis suæ duritiam divina formidine liquefacti ab illo prius rigido tumore, inquit Gregor. *o*, subtracti sunt. Laurentius Justinianus *p* hunc locum usurpat; ut demonstret divinæ miserationis assidua meditatione emolliri quamlibet mentis hebetudinem, compugniq; in lacrymas, & cum humano lux divina illabitur cordi, ac aspectus gratiæ cœlestis agnoscitur, absque cunctatione liquefieri cor, exhilarari animum, mentem adorare, & intellectũ prius elatione tumidum, omni cum festinatione proclivum solo humiliari. Utitur idem citato cantico Abacuc: & exemplo conversi ad galli cantũ, & ad Christi aspectum *q* Petri; ita ut in galli cantu judicis terror attendi possit; in aspectu Christi, gratiæ cœlestis infusio. Iterum Hugo *montes qui sicut cera fluunt*, deteriore sensu prælatos esse nil melleæ continentes virtutis, sed defluentes in profundum vitiorum, amoremque terrenorum, *à facie Domini*, & gratia discentes, ut idcirco indidem effluat etiam *omnis terra*, hoc est, subditi omnes. Adjaphorum est *certum esse*, seu *tractabilem, ut ceram*, sæpius etiam deteriorem accipitur in parte *m*, ut quum quis dicitur

Cereus in vitium flecti,

Et à mobilitate, seu agilitate cerea Telephi laudantur brachia *t*. Optimum quoque Crato cum Theone differens apud Plutarchum *u*, convivii dicebat magistrum, qui ad omnes sese convivas accommodaret, tamquam è cera factus. Sed cereas opiniones Arrianus Epictetus *x* habere ajebat, qui facilè diffluerent, nec in proposito maneret, ideoque longe illi recedendum à Sole.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.) Hier. *tabefacti sunt* Alii, *liquefacti*, seu *soluti* Tertull. *y* in futuro, *tamquam cera liquescent à conspectu Domini*, item z in præsenti *a*, *liquescunt ut cera à conspectu Domini*. Videtur autem ultimo loco intelligere *Dominum* esse Christum: *Deus noster ignis consumens est* b; tantum abest, ut similis Stoicorum sit diis, quos illi vi ignis perituros, Plutarcho *c* teste, ac si cerei, inquit essent, vel stannei, autumabant. Ayguanus in *cera* notat humilitatem, castitatem, charitatem; primam, quia calori non resistit, facileque ducitur, & tractatur. & humilis anima liquefit, ut dilectos loquitur *d*, sed præmium secum suum habet, ut exaltetur, quoniam supernatat cera liquoribus, ob ignearum, & arearum partium prædominium, quod amorem designat: secundam, quoniam opus apis est, quæ coitu non maculatur, & *similem ac proximum Deo facit incorruptio* e, & expressior per eam imprimitur ejusdem incasto imago, *qui est speculum*

Asine macula f; tertiam, quia sicut ceratum linteum arcet imbres, aliasque injurias, obsignandis litteris adhibetur, lucem in tenebris, si accendatur, pellit; ita charitate præditus, proximo fert apem, & eum defendit, arcana illius fideliter reticet, docet quæ illum scire oportet. Homerum Plato * *animæ cor* κέαρ ψυχῆς appellavisse scribit in voluminibus quodam τῶ κηρῶ, hoc est *cera*, (propius ad id accedit contractum κῆρ) eo quod varium hominis ingenium quum varia comparetur qualitate ceræ, ita ut quoddam cor sit λάσιον, ideſt *agreſte*, & *hiſpidum*; alius κεκραδασμένος *fæculentum*, nec *è pura cera*; quoddam ὑγρον σφόδρα ἢ σκληρόν, aut valde molle aut durum. Plura leges apud eumdem.

A facie Domini omnis terra.) Hieron. *à facie dominatoris omnis terræ*. Eodem modo Hebraizantes, & Græci. Hebræum אדון *adon* in regimine necessario exigit obliquum casum *terræ*: in Græco autem textu exprimitur ἀπὸ προσώπου κυρίου πάσης τῆς γῆς. Latinè codices Biblici, & Enarratorum habent, *omnis terra*, præter Augustinum, qui legit, & exponit, *omnis terra*, & Arnobius, *tremet*, interserit. Cassiodorus, *tremuit, à facie Domini tremet*, vel *tremuit omnis terra*, supplent etiam alii aut repetunt verbum, *fluxit*, vel simile. Non dicerem cum Richardo Cenomano dormita visse fortassis hic scribam. Potius, quod ille etiam fecit, tuerer translationem nostram, suum habere commodum sensum: præsertim quum bene conjiciat hanc veterem translationem esse ex eo quod ut retuli, Arnobius, & Cassiodorus addunt aliud verbum, efferendo in recto casu; & si verum est quod *Deus est Dominus universæ terræ*, ut eum sic nominatim vocat liber Josue *g*, & Micheæ *h*, repetitio est ad emphasim; & mysticè ut comprehendantur non solum montes, ideſt, potentiores, sed omnis quoque terra, hoc est, infirmiores, & viliores, & tùm superbi, tùm humiles: & bis posita *facies Domini* innuere potest iratum, & humiliatum, aut redemtorem, & judicem Christum. Sunt præterea *montes* quilibet superbi; *terra* omnes terreni. Utrosque facies Domini rabefacit, in primo adventu ad pœnitentiam, in secundo ad vindictam. De secundo Nahum *i* scribit, *quod montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie ejus, & orbis & omnes habitantes in eo*, & Jeremias K, *quod turbo dominicę indignationis egredietur & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.* Denique *montes*, ac *terra* sumi possunt pro dæmonibus, & militia cœlorum iniqua, qui de hoc aere defluent in infernum *l* in die judicii, ac detrahentur, *tradenturque in tartarum cruciandi* m.

Vers. 6.) Annunciaverunt cœli justitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus.

REdit ad ignem, sulphur, grandinem, fulgura, resque alias terrificas, de quibus antea meminerat, & quas vindex Deus pluere visus est de cœlis in impios, ut hac ratione tamquam voce præconum, testari, ac promulgare cenſerentur cœli justitiam ipsius, viderent autem suismet oculis populi tùm liberati, tùm ceteri longe positi, tam terribilis, & omnipotentis Dei potentiam, atque majestatem, per adeo magna illa, & horribilia prodigia, & quanta eidem gloria debeatur, quum ita exercet justitiam. Omnia Trevetus litteraliter applicat ad legem in monte Sina datam: quod paullo durius est. In Judicio universali cœli officio simili fungentur, & Angeli cœlites. *Erunt enim signa in Sole & Luna, & Stellis* n; & *mittet Deus Angelos suos* o, & *apparebit signum filii hominis*, ideſt, Crux *in cœlo* p. Item tunc levantes capita sua cœlestes homines, *quocumque conversatio in cœlis* q, & *videntes appropinquare redemtionem suam* r, celebrabunt justitiam Dei, & *obviam Christo in aera rapti* ſ, qui dici cœlum solet, ibi excipient læti judicium, & judicem laudabunt de justitia, ejusdemque sententiam comprobabunt, & aliqui etiam illam ferent, ut judices assessores *t*: præterea tunc videbunt omnes populi *venientem judicem cum potestate magna*, & *majestate* u, etiam illi, *qui eum pupugerunt* x. Vel, ne quis prætexat ignorantiam, his de rebus nuncios, & præcones misit Deus cœlos, ideſt, Apostolos, & Apostolicos viros, qui videlicet prædicarent Christum *constitutum judicem vivorum, & mortuorum* y, & quam ipse justus sit, & coli ab hominibus justitiam, omnemque virtutem velit: cognoverunt vero per fidem omnes Christi majestatem, & excellentiam. Hoc promiserat Deus per Esaiam z; *Mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad insulas longe, & annunciabunt gloriam meam gentibus.* Quod ad primum quoque

Sensus loci.

Explicatio mystica.

spectat

a Luc.16.20.
b c.20.21
c con. Herm. c.23
d lib. de resurr. c.36
e 2.63.1.2
f Judic. 5.5
g Jud 16.18
h Mich.1.4
i Abac. 3.6
k c.16.19
l c.95.6
m vers.9
n vers.2
o 31. mor. c. 28 vel 34
p de triumpho Chr. Serm. 99
q Luc.22.61. 29.
ſ Horat. in arte. Idem lib. 2 Car. ode 13
t 1. Sympo. 1
x lib. 3. c.17
y contr. Herc. c. 31
z de resurr. carn c.26
a contra
b axeam Pri6
c Deu.4.24. Heb 12. 29
Stoici suos Deos vi ignis perituros autumabant.
c lib. adv. Stoic.
In cera notantur humilitas, castitas, charitas.
d Cant.5
e Sap.6.20

f c.7.26
* in Theæt.
g c.3.13
h c.4.11
i c.1.5
k c.21.19
l Esa.24.4
ma.Petr.2.4
n Luc.21.25
o Mat.24.30
p ibi vers.30
q Phil.3.20
r Luc. 21.28
ſ 1.Thess.4.17
t Mat.19.28
u Luc.21.27
x Apoc.1.7
y Act.10.42
z c.66.19

spectat ad ventum: annunciatus is est à cœlis, cùm Gabriel nunciavit Mariæ Verbum *a*: & Christo nato stella orta est nova *b*, & Angeli evangelizaverunt *c*, atque laudaverunt *d* eum, *qui factus est nobis justitia e*, & per justitiam redimere nos voluit, & gloria Patris sui est, ut filius sapiens *f*, & *paravit Deus brachium suum in oculis omnium gentium, ut viderent omnes fines terræ salutare Dei nostri g*. Addit Hugo prælatos, ac prædicatores cœlestes, qui terrena non sapiant, quærant ve, sed quæ sursum, ubi *Christus in dextera Dei sedens h*, & conversentur in cœlis, & cœlis similes alti sint clari, mundi in vita, fama, conscientia, *justitiam annunciare*, ideſt, pœnitentiam verbo pariter, & exemplo: tunc vero videri à populis gloriam Dei, quia justificati glorificant Deum, atque perducuntur ad gloriam beatam. Quo pacto conveniat Apostolis, & prædicatoribus nomen *cœlorum*, alibi ostendimus *i*. Lege Gregorium *k*

Annunciaverunt cœli justitiam ejus.] Paraphrastes, *annunciabunt angeli cœlestes*, aut *cœlorum* אנגלי שמיא *angele sçemalia*. Sed plura *cœlorum* vocabulo significari posse dixi, & si proprie quos Apollinarius ἀραγὲς cognominat ἀστρόντας cœlos *stellatos*. Ericus *l* Abbas exponit, quod *cœli justitiam Dei annunciabunt*, quia sancti Angeli justissimū Dei judicium veneranter prædicabunt. Addi possunt, & angeli mali reservati in judicium magni Dei *m*, qui per punitionis effectum annunciabunt justitiam ultricem Dei *Revelabitur tunc ira Dei de cœlo*, ut Apostolus loquitur *n*, ideſt, expositore Ambrosio *o*, seu alio aliquo, demonstrabunt cœli merito Deum iratum esse peccatoribus, tamquã accusatores eorum, & damnationis approbatores. Quod intelligo, non solum quia posthabito vero Deo, quem ex cœlorum cognoverunt, aut cognoscere potuerunt magnitudine, eumq; colere *p*, divinum cultum vilissimis rebus detulerunt, nec tantum, quoniam erit ira, atque vindicta illa cunctis conspicua, sed præterea, quia, ut antea dixi, cum Domino de ipsismet cœlis vindices angeli, & judices homines descẽdent, & ex aerea regione horribiles impressiones *q*. Hoc sibi vult quoque illud ex psal. 49. *r Annunciabunt cœli justitiam ejus, quoniam Deus judex est*.

Viderunt omnes populi gloriam ejus.] Visio Christi hominis in judicio erit, inquit Lyran. terribilis reprobis, delectabilis electis. Populi hoc loco tam de malis, quam de bonis dicuntur, non de bonis tantum, quidquid Ayguanus contendat. *Non videbit impius, sed tolletur, ut non videat gloriam Dei f*, ideſt, in Christo formam Dei, sed tantum hominis in judicio, ut explicat Augustinus *t*, videbit in quem transfixit *u*, & quanta sit gloria illius, à quo judicabitur; sed gloriam ipsam ad fruendum non videbit.

a Luc. 38
b Matth. 2
2
c Luc. 2. 10
d ibid. vers. 13
e 1. Cor. 1. 30
f Esa. 52. 10
g Coloss. 3. 1
h ps. 18. 1
i lib. 9. moral. c. 4. lib. 17. c. 16. vel 19
k Hom. in Mar. c. 25. de judic. fin.
l in Epist. Judæ vers. 3.
m Rom. 1. 18
n ibidem.
o Sap. 23. 5
p 1. Thess. 4. 15. 2. Ep. 1. 7 & 2. 10
q vers. 6.
r Esa. 26. 10 sec. LXX.
s in ps. 85 & lib. contra Ser. Ariã. c. 1
t Joa. 19. 37

Vers. 7.) Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum omnes angeli ejus.

Sensus loci.

QUum tanta, tamque conspicua, & nota omnibus ubique sit gloria Dei, ac adeo multis argumentis comprobata ex cœlo, terra, cunctis creaturis, illumque contremiscant, & venerentur etiam inanimatæ res, atque qui prius rudes penitus erant homines, ubi ipsis innotuit, quid supereſt, nisi ut summo pudore afficiantur, qui adorant adhuc sculptilia, & placent sibi in eis, non ignorantes quanta sit vanitas illorum, & quod nihil valeant eorum, quæ noster Deus, tot, ac tam magna usque ad horrorem, & miraculum fecit, facit, potestque plura & plura, majora, & majora semper facere? Vel exemplo intelligentium substantiarum, beatorum ve spirituum infelices mortales provocari deberent. Nam illi demississime venerantur Deum verum, tamquam suum, & hominum, & rerum cunctarum communem legitimumque dominum. Id, ut faciant, quod & faciunt, Propheta, converso ad illos sermone, quodammodo hortatur, vel etiam quod faciant, congratulatur; & ut quantum in ipsis est, idipsum fiat ab omnibus, idololatria deserta, tamquam cupidissimi Dei, ac Domini sui, cujus æstimant dignitatem, ac majestatem, si non quantum debet, & potest, certe quantum decet, ac licet, omni ratione procurent, aut etiam præ lætitia, quod jam homines verum colant Deum, Deo ipsi venerabundi gratias agant. Vult præterea intelligant homines, non modo sibi malignos spiritus minime adorandos, sed nec sanctos angelos latria, qui ægrè etiam ferant (ut constat ex Apocalypsi *x*) si quis ipsos adoret, vel eo modo adorare videatur, cùm potius Deum ipsi adorent, & omnem in illum

x c. 19. 10. c. 22. 9.

A transferri adorationem, atque venerationem velint. Possent etiam angeli Dei de malis dici, & sensus esset, fore, ut non solum confundantur idololatræ, sed & idola ipsa, dæmonesque, ac inviti compellantur adorare, ut *omne ei genuflectatur etiam infernorum y*. Valentia demum sumit de adoratione bonorum angelorum, quando Christus ascendit in cœlum, ac veluti regnum iniit. Liberum est confusionem hanc per modum sumere vel optantis, vel imprecantis, vel prædicentis, & ut vel sit bona, & adducens gloriam confusis de pristinis erroribus, vel mala resipiscere nolentibus: & ut pertineat, aut ad primum Christi adventum, aut ad secundum.

y Phil 2. 10.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia.) Arnob. & Cassiod. legunt, *idola*, Hieron. *qui serviunt sculptili*. Tempus futurum Hebræi verbi יכפן *jevoseiu* servit imperativo: participium עכרי *hbovede* in regimine *servientis* significat פסל *pesel* singularis numeri collective plura *sculptilia* γλυπτὰ seu *dedolata simulacra è lapide, ligno, simili ve materia*: Sculptilium Deorum effictio, & adoratio vetita est in Exodo z, Levitico *a*, Deuteronomio *b*: & Josephus decalogi præceptum secundum ponit μηδενὸς εἰκόνα ζῴου ποιήσαντας προσδυνεῖν *nullius imaginem animalis facientes adorat*. Sculptiles imagines videntur magis obnoxiæ fuisse superstitioni, quam pictæ; quoniam illæ ad sensum accommodatiores, ut viderentur dæmonibus veluti animatæ, & respondere, signa edere, curare morbos, opem laborantibus impartiri, quemadmodum satis hoc innuit loco August & alibi *c*. Arnobius. *d* item, Lactantius *e*, Eusebius *f*, & Trismegistus appellabat hæc idolorum corpora, utpote quod soliditate, crassitieq; partium personas, quæ adorandæ proponuntur, magis exhibeant. Egimus hac de re nonnihil priore psalmo, & pluribus ad c. 17. *g* Actuum Apostolorum, & libri Sapient. 13. *h* Lege præterea Ferdinandum Mendozam pro Concil. Eliberitano *i*. Omittam veteres ex Gentilibus factos Christianos, quęq; contra idololatriæ vanitatem scribunt Patres, & quantopere illam gentilibus exprobraverint martyres, ut Publia cum sodalibus Antiochenis, transeunte canentes Juliano apostata *k*, *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*. Recitatur id in Martyrolog. *l*, & à Theodoreto *m*. Quotidie affertur ad nos ex India, quam pudeat, non pigeat solum, neophytos Christianos vanitatis, atque turpitudinis veteris idololatriæ, & quo pacto projiciant cum execratione, ac alacritate *idola argenti sui, & simulacra auri sui* alteriusve materiæ, *quæ fecerant sibi, ut adorarent talpas, & vespertiliones n*, aut alia similia monstra. Adoratio imaginum seu pictarum, seu sculptarum, & quovis modo factarum, quæ Deum, sanctosve nobis exhibent, reprehenditur, si per se tendat in illas, solumq; in illis terminetur, absque relatione ad prototypa: vel sit prototypis honor habeatur in sujs imaginibus major, quã ipsis debeatur, ut latriæ alteri quam Deo, & Christo. Hoc ipsum citatis quoque locis docuimus, & Concilium Nicænum 2. *o* monet prohiberi hoc loco hujusmodi adorationem. Simul reprehendit qui negant absolutè, fas esse imagines adorare, qui manu factæ sint, & ob id idola nominant; quoniam inquit, Cherubin, propitiatorium, arca, mensa manu hominum ex Dei mandato facta, & adornata sunt. Ex qua ratione non infertur tales res aliqua adoratione adoratas esse, sed idola non fuisse, vel etiam aliàs diximus. Hypocritis, ac simulatoribus ob externam effigiem sine vita, & avaris, ob pretiosam materiam ostendit Ayguanus convenire posse nomen *sculptilium*, & *simulacrorum*. Hugo *sculptilium, & simulacrorum adoratores*, ait esse illos, qui quodammodo adorant homines divites magisque illis obsequi & placere, quam Deo cupiũt, & ad illorum, quam ad Dei gloriam pervenire: & quidem qui à cunabulis divites sunt, nec in comparandis laborant divitiis esse simulacris similes, hoc est, imaginibus pictis, quæ sine labore per additionem picturæ fiunt Dii; qui ex inopia transeunt ad opes per multos labores, ac dolores, comparendos cum sculptilibus, quæ scalpendo, dolando, secando, sculpendo existunt, iisque tandem imponitur aurum, color ve. Eadem fere ratio de conflatili. Audiant & videant cœci, surdique isti *similes iis, quæ faciunt* p, minas Prophetæ *q*, *Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili; dii nostri*.

Et qui gloriantur in simulacris suis. Addita est conjunctio, &, quæ deest in textu Hebræo, & Græco, atque omittitur à psalterio vetere, ex Gallicano, ab Augustino, & Cassiodoro. Pro simulacris Hieronymus posuit

idola,

z c. 20. 4.
a c. 26. 1.
b c. 5. 8
c lib. 1. contra Gentiles.
d lib. 2. c. 8.
e lib. 1. de prepa.
f c. 6
g vers. 29.
h vers. 10.
i lib. 3. c. 5
k 19. Octob.
l in 3. hist. c. 17
m Esa. 2. 8. Adoratio imaginum quovis modo factarum reprehenditur, si per se tendat in illas, absque relatione ad prototypa
n Actione 8
o ps. 113. 8 ps. 134. 18
p Esa. 42. 17
Qui à cunabulis divites sunt simulachris, qui vero ex inopibus divites fiũt sculptilibus similes habentur.

idola, quæ hìc etiam sunt Græcè. De Hebræo nomine אלילים *elilim* psalmo præcedente dictum est. Non est verum dici *simulacrum* dumtaxat in pictura, ut Hugo tamen asserit. In psalmo 113. *a* & in 134. *b* dicitur *argentum & aurum simulacra Gentium*: Denique seu à similitudine simulacrum derives, cum Lactantio *c*, ita ut dicatur *homo simulacrum Dei* d, seu à simulando, quasi simulata, falsa, fictaque imago, latiùs patet, potiusque ac sæpius de solidis dicitur, quam de pictis ac superficiariis imaginibus. Utrũque etymon tradit Isidorus *e*. Gloriabantur dementes Hebræi, quum *mutassent gloriam suam*, Deique veri cultum habitantis in arca, *in similitudinem vituli comedentis fœnum* f, dicendo g, *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: & rursus, *Idola* h *mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandaverunt ista*. Balthasar quoque bibens in vasis sacris vinum, *laudabat cum suis deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, & Deum, qui habet flatum nostrum in manu sua, & omnes vias nostras non glorificabat* i.

Notio nominis simulacri.
a *vers.* 4. *secundum Hebræa.*
b *vers.* 15.
c *lib.* 2. c. 2
d *Idem lib.* c. 10
e *lib.* 7. *etym.* c 11
f *psal.* 105. 20
g Exo. 32. 4
h Esa. 48. 5
i Dan. c. 5. 4. 23

Adorate eum omnes angeli ejus.) Hieron. absque pronomine, *omnes dii*, & Hebræum nomen est אלהים *Elohim*. Paraphrastis autem translatio videtur alienior, *& adorabunt coram eo omnes gentes, quæ serviunt idolis*. Nisi dicas per *Elohim* intellexisse *principes*, ac *potentes*, quorum exemplum sequi solent populi. Nomen id de Deo vero dici, & de diis participationem, & excellentiam quamdam sive gratiæ, sive naturæ, sive, ut ita dicam, artis, aliàs ostendimus, atq; de falsis etiam diis, qui pro veris habiti, & culti sunt, sensus esset, legendo *dii*, adorent ex omnes, quotquot habentur, & dicuntur *dii*. Maluit eo modo transferre Hieron. ut Sophronio satisfaceret, qui maximè ad verbum petierat translationem Psalterii ex Hebræo, ut haberet quod Judæis calumniantibus responderet. Citans Paulus *k* de Christo locum istum, expressit sensum potius, quam verba, & *Elohim* accepit pro *Angelis* cum Lxx. quos in hac re ceteri Interpretes omnium linguarum, Chaldæa excepta, de qua dixi, sunt imitati. *Et quum iterum*, ait, *introducit primogenitum in Orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei*. Ubi per illud, *cum iterum*, non censeo necessariò innui secundùm adventum, ut in eo adorent Christum Angeli, qui jam adoraverint in primo, quãvis id senserint aliqui, quos Ribera noster sequitur, sed idem valere ac *iterum autem*, quo denotatur proferri novum testimonium, sicut ibid. paullo ante *l*, *Et rursum, Ego ero illi in patrem*. Græci locum Illum explicant de primo adventu, & Aquinas, aliiq; & præterea Cyrill. Alexandrinus *m*. Dici etiam posset cum Titelmano hoc loco iterum dici *Christum introduci in orbem terræ*, quatenus post resurrectionem iniit veluti possessionem regni, & sicut ab hominibus, ita visus est ab Angelis magis adorari, & ab istis apud homines ejusdem adoratio procurari. Idem Ribera post Hieron. *n*, rectè demonstrat solitos Apostolos, & Evangelistas recitare sententias magis quam verba, interdum personas mutando, tempora, numeros, salvo tamen sèper sensu. Addit magnam sibi suspicionem esse, deesse in Hebræo מלאכי *mela-che* in regimine, ante אלהים *Elohim*; sicut Gen. 32. *o* nec enim alioqui Lxx. posituros fuisse nomẽ *Angeli*, & pronomen *ejus*, aut Paulum *Angeli Dei*: fortassis autem Judæos, qui nesciebant Messiam verum Deum esse debere (quum nequiverint ei respondere quærenti cur *David eum Dominum vocaret*, *qui ejus filius futurus erat*,) erasisse nomen *Angeli*, quoniam supra ejus dignitatem esse crederent adorari ab Angelis: postremo, quia Paraphrastes reddendo ad eum modum, quem recitavimus, videtur, ita quoq; legisse: quamvis pro *Angelis*, aut *nunciis* populos posuerit. Facilius puto dicere per *Elohim* intellectos *Angelos* à Lxx. & loco pronominis, *ejus*, quod *Deum* referre constabat, expressisse nomen *Dei*. Nil obstat etiam *Angelos Dei*, malos intelligere, quos vocant *dæmones*, ut alibi ostendi *p*, & non idololatras tantùm confundi; seu adoratores sculptilium, gloriantesq; in simulacris suis, verùm etiam ipsosmet dæmones: qui quum naturæ nobilitate superent homines, ex eo quod præcipiantur Christum adorare, potuit Paulus *q* argumentari pro divinitate Christi. Quamquam & bonis etiam id imperatur, atq; de illis magis per se loquitur Apostolus, aliis tamen non exclusis. Ceterum propter hypostasim divinam Christus adoratur ab Angelis ut homo, non præcisè tantum ut Deus, & sic *genu ipsi flectitur cœlestium, & infernorũ*, bonorum & malorum angelorum. Christũ, inquit, Euth. laudaverunt natum angeli *s*, eidem in deserto ministrarunt, ascendenti in cœlum præeuntes inservierunt clamantes *u*, *attolite portas*, &c. Simili argumento ex hoc loco Athanas. *x* utitur adversus Arianos, nec non Chrysostomus *y*, quamvis pro Davide Moysen citent, & Justinus *z* contra Judæos. Testantur etiam probatissimæ historiæ visos interdum Angelos Christum venerari humiliter in Eucharistia. Ne vero prorsus improbabiliter colligere hinc licet, Angelis omnibus adhuc in via constitutis revelatum Christi venturi mysterium, propositum iis quoque ad adorandum fuisse, ita ut qui noluerint, & unionem hypostaticam inviderint humanæ, vel suæ quoque appetierint immoderatè, damnati sint; Christum auctorem esse gratiæ ipsorum, & caput. Hæc locum præsentem de primo adventu Christi præsertim, esse ponunt, nec debent alieno loco ac tempore disputari. Catherinus *a* quidem dicto modo peccasse Angelos inter alia probat præsentis psalmi isto testimonio, cum illo Pauli *b* (*& quum iterum introduxit, &c.*) *cum iterum*, inquit Catherinus, *quia semel jam Pater æternus introduxerat Christum, & proposuerat angelis adorandum, cum ab initio ipsis hoc mysterium revelavit, postea iterum introduxit cum revera ipsum misit ut incarnaretur*. Argumentum tamen necessarium non est, quia prior illa introductio si admittatur, non sequitur angelos illa ratione peccavisse, sed peccare potuisse, quum illis id mysterium revelatum est. Hugo moraliter angelos accipiens pro clericis, prælatis, religiosis, ait hos invitari ut adorent Deum, quia sunt ad hoc specialiter deputati, cùm alii ferrè occupentur in adoratione falsorum deorum, ut mercatores auri, fœminę ornatus sui, adulatores divitis patroni, mali clerici librorum, vel amicorum, militum, equorum, armorum: superbi Baal: invidi Belzebub; luxuriosi Beelphegor; accediosi Dagon: cupidi seu avari Mercurii: philosophi Apollinis, &c.

k *Hebr.* 1. 6
l *vers.* 5.
m *de incarnat. c.* 26. & *Syno.* 5. *Constan. colla.* 5
n *in ep. ad Galat. cault. fub finem & ep. de opt. genere interpret.*
o *vers.* 4.
p *Matth.* 22 42. 43
q *Act.* 5. 10
r *Heb.* 1. 6
s *Phil.* 2. 10
t *Luc.* 2. 13
u *Mat* 4. 11
x *psal.* 23. 7. 9
y *or* 3. *cont. Aria.*
z *serm. de Trinit.* 30. 3
a *in Trypho.* Christum in Eucharistia angelos venerari testantur historiæ.
b *opusc. de gloria bon. ang. & lapsu malo. & in Gen.* 3. *serpens callidior erat &c. Heb.* 2. 6 Explicatio moralis.

Vers. 8.) Audivit & lætata est Sion.
Et exultaverunt filiæ Judæ propter judicia tua Domine.

VEl de sua Sion, ac Judęi audientes prædictionem prosperitate, lætari, & exultare intelligunturs, & quia talem habeant regem Deum, qui liberet suos de captivitate, aliisque periculis, ut explicat Trevetus, vel quod intelligant à Gentilibus colli Deum rejecta idololatria, atque ab angelis adorari, iisve, qui apud homines habentur in pretio, & honore tamquam dii, aut angeli, tum vero, quia æquissima Dei judicia in vindicandis hostibus, defendisque innocentibus innotescunt. Itaque quam fecerat prius communem lætitiam, & exultationem universitati aliarum creaturarum, peculiarem nunc facit, propriamq; populo Dei, quia in eo ille singulari quadam ratione regnare voluit, & eximiis beneficiis afficere. Mysticè autem de Christo istud tot modis exponitur, quod indicari sunt versibus præcedentibus, & Sion Ecclesiam universalem, filiæ Judæ particulares Ecclesias denotant cum omnibus fidelibus, qui lętentur, ac exultent tùm de primo, tùm de adventu secundo. Valentia lętitiam hanc, & exultationem vult fuisse de Christi ascensione, quia prima illa Ecclesia, quæ coaluerat in Sion, audivisset, ab angelis adoratum Christum, & honoris caussa deductum in cęlum: tum vero filias Judæ, hoc est, de Tribu Juda. Mariam cum sororibus, & cum Magdalena, & Martha. Favet quod Lucas *c* narrat discipulos postquam Christus ascendit, *adorantes regressos esse in Jerusalem cum gaudio magno*. *Judiciorum divinorum* nomen potest dictis omnibus rebus convenire; atque omnibus quæ sunt hactenus psalmo toto dictæ; nec ad sola restringi ea judicia, quæ contingent circa electos, reprobosq; in universali judicio, seu ad sententiam illam, *Venite* d *benedicti*, &c. quod Janssonio tamen placet. Lætati sunt fideles propter *judiciorum divinorum*, ideſt, mysteriorum, & præceptorum notitiam communicatam omnibus absq; acceptione personarum: qua lætitia perfusi sunt ex circumcisione fideles, Petro reddente rationem de Cornelio *e*, propter ipsammet observationem mandatorum; propter fidem, quod cuiq; reddendum sit tandem pro meritis: propter idololatriam prostratã, & persecutores devictos: propter alias similes caussas, quibus divina consilia, providentia, sapientia, judicia admirabiliter perspecta sunt; propter eas etiam, quæ continentur sequentibus versibus.

Sensus loci.
Sensus mysticus.
c *Luc.* 11.
d *Matt.* 25. 34
e *Act.* 11. 4 & *seq.*

Audivit, & lętata est Sion.) Chaldaicè, *Ecclesia Sion* Vetus Psalterium, & Aug. *jucundata est*. Aliàs de Sion monte, illius etymo, mystica significatione dictum. Quamvis

vis *speculam* significet, lætatur tamen inferior Sion,& militans Ecclesia,cùm audit,ideſt, credit, *quia fides ex auditu* a, *lætatur cor ejus*, *dum quærit Dominum* b: lætatur: quando *ei dicitur,in domum Domini ibimus* c: gaudio gaudet, *propter vocem sponsi* d: gaudet audiens *gentibus prædicari* e: *gaudet spe* f sed in re, & in cœlo, & in beatitudine, quanto majus gaudium,quando *sicut audivimus, sic videbimus* g: immo & audiemus cantica beatorum, & laudes Dei, & suaviter inter se colloquentes.

a Rom.10.17 b psl 104.3 c psl 121 d Joan.3. 29 e Act.13. 48 f Rom.12.12 g psl 47. 9

Et exultaverunt filiæ Judæ.) Græcè τῆς Ιουδαίας *Judææ*. Legit autem alicubi Hieron. *h*, *Exultaverunt*, *& lætatæ sunt filiæ Judæ*, Chaldaicè, *filiæ domus Judæ*. Idem ferè versus psalmi 47. *i Lætetur mons Sion & exultent filiæ Judæ* (Græcè etiam Ιουδαίας) propter judicia tua Domine. Ubi, & aliis locis de hac formula dixi, qua *filiæ* dicuntur de civitatibus, oppidis, pagis provinciæ, vel metropolis: sic adhuc in 149. *k Filiæ Sion exultent in rege suo*, quamvis emendati codices habeant, *filii*. Id Procopius *l* de loco isto monet, generalem illum canonem tradens. *Filias* Hugo ait vocari *Judæ*, Ecclesias de Gentibus, quas genuerunt Apostoli *Judæ*, hoc est, Christo, qui de Tribu Juda fuit, ac veluti uxorem, ideſt, carnem ex ea sumpsit: præterea animas, quæ confitentur,& glorificant Deum, quod ad moniales peculiariter applicat, comparans cum Susanna, quæ appellatur *filia Juda* m. Observat Bruno Carthusianus in fœminino genere majorem,& eximiam virtutũ pulchritudinem, quia speciosior est, inquit, cultus filiarum, quam filiorum: præterea quod habiles sint ad alios in fide generandum, sicut filiæ ad filios parendũ. Pertinere item potest id nomen ad indicandam animi mollitiem, ut de hujusmodi appellatione universè annotat Procopius *n*. *Judææ* nomen Græcè positum demonstrat de provincia tota, non de ditione unius Tribus Juda sermonem esse, sed ut voluit Trevetus, de civitatibus Tribus Juda. Nec valet allusio illa aliorum ad Tribum Juda, de qua Christus esset. Notavit in Matthæum *o* Hieronymus aliquando cum addito dici aliquam civitatem *Judæ*, vel *Juda*, quia pertineat ad Tribum Juda. Concedi demum potest hoc innui morem puellarum choros ducentium, ut olim in deserto *p*, postea in Silo *q*: deinde post victoriam de Golia *r*: & in psalmo 67. *s* videmus, quod *prævenerunt Principes conjuncti psallentibus in medio juvencularum tympanistriarum*: & obtruncato Holoferne *omnes populi gavisi sunt cum mulieribus*, *& virginibus*, *& juvenibus in organis*, *& citharis* t.

h hic Dan.c.3 i vers.12 k vers.2 l in Es.c.38 m Da.13.57 Major virtutum pulchritudo in fœminino genere. n supra o Dan.c.2 p Exod.15.20. q Jud.21.19. 20.21 r 1.Reg.18.6 s psl.67.26 t Jud.16.15. 25

Propter judicia tua Domine.) Alibi legit Hieronymus *u*, *in omnibus judiciis tuis*. Jubet autem, ut hanc sententiam, & similem apud Prophetam Danielem x, *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum*, *& laudabile*, *& glorioſum nomen tuum in sæcula*, *quia justus es in omnibus*, *quæ fecisti nobis*, *& universa opera tua vera*, *& viæ tuæ rectæ*, *& omnia judicia tua vera*: *judicia enim vera fecisti* &c. quando diversis premimur angustiis ex toto cordis loquamur affectu; & quidquid nobis acciderit, justè nos sustinere fateamur. Fecisse, ac dixisse id Mauritium Imperatorem constat, divinam sententiam de sua,& suorum morte quum accepisset, quum recitaret ex alio psalmo *y*, *Justus es Domine*, *& rectum judicium tuum*. Meminimus & hoc alibi superius. Cantant beati canticum Moysi servi Dei, & canticum Agni dicentes, *Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Domine Deus omnipotens*, *justæ*, *& veræ sunt viæ tuæ Rex sæculorum* z.

u in Dan.c.3 x c.3.26. 27 y psl 118.137 z Apoc.15. 3

---

*Vers.*9.) Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

DEclaratio divinorum judiciorum adeo manifesta, & illustris ad versus hostes populi Dei effecit, ut eodem fructu isti lætantes, illi effectum experientes, alii eadem rescientes, in hanc omnes irent sententiam, atque pronuntiarent, dominari Deum latissimè super universam terram, & superiorem infinito intervallo esse cunctis qui quoviscumque modo in eadem dominium exerceant, ac partibus infinitis excelsiorem omnibus, qui habentur pro diis. Hoc ipsum est, quod Sion lætata, & exultantes canent filiæ Judæ. De sententia nil occurrit dicere: quum ei similis jam aliquoties occurrerit, tum in Ps. 44. *a* & 95. *b* in judicio maximè complebitur sententiæ veritas, omnesque cognoscent, quod prævaluerit Christus omnibus terrenis hominibus, ac peccatoribus; & exaltatus fuerit super omnes justos, tùm Angelos, tùm homines, quibus

a vers.5 b vers.13

filiorum Dei nomen communicatum est, vel etiam super illos, quos error gentilis *Deos* fecit, atque nominavit, sive dæmones essent, sive homines.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram.) Hieronymus, *excelsus*, Chaldaicè, *super omnes habitatores terræ*.

Nimis exaltatus es super omnes deos.) Hieron. *vehementer*. Ita solet Interpres reddere מְאֹד *meod* & σφόδρα, per *nimis*, quod significat *vehementer*, aut *valde*, ut alias notavi, dixique non vitiosum excessum significare, sed rei magnitudinem admirabilem, ac propè infinitam. Augetur adhuc magis Græcè significatio σφόδρα ὑπερυψώθης, *valde superexaltatus es*. Justinus *c*, aut quis alius, tractans illam quæstionem, quomodo Deus, qui ante creationem erat, postquam creavit, acquisierit nomen, & rem ipsam ut opifex diceretur, esset-que; Respondet Deum eumdem semper esse, nec in eo ullam accessionem ex eo fieri, quod sit χρηστὸς τῷ ἄλλῳ, ideſt, *habitudinem dicat ad aliud*, seu *relationem*, nempè ration s. Exemplum dat in unitate, quæ numeri principium est; nihilominus etiamsi principium numeri non esset, perfecta esset. Tum allato præsenti loco docet Deum nimis exaltari, seu superexaltari, & χρῆσιν πρὸς τὴν κτίσιν πολυτρόπως *habitudinem habere ad creaturam multifariam*, quatenus denominatur *pater*; nimirum creaturæ, *Dominus*, *judex*, *pastor*, & quæ sunt his similia. Et sicut, inquit, eo quod plures non condidit mundos, quum id ipsum etiam præstare posset, imperfecta esse probata non est perfectio ejus, qua super omnes deos exaltatus est; ita neque eo quod unum condidit mundum, incrementum aliquod cepit. Christo infra omnes humiliato debebatur exaltatio super omnes, ut philosophatur Apostolus *d*, nempè juxta regulam ipsiusmet Christi, quod *qui se humiliat exaltabitur* e, de qua Gregorius *f*.

c ep. 213. al ortho^dod. d Phil.2.9 e Luc.18.14 f 1.Mor.c.8 vel 9

---

*Vers.*10.) Qui diligitis Dominum odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

SUb finem sollicitus Propheta de aliis, ut erga tantum, tamque beneficium Deum pie, religiosè, grate, se gerant, caveantq; justi judicis vindictam, vel in hoc, vel certè in futuro tempore, atque judicio, adhortatur ad persecutionem vitii, virtutisque persecutionem ex amore Dei, & ut secum ferio, ac sedulo reputent à Deo pendere salutem, & incolumitatem corporis, animæque, vitæ mortalis ac immortalis: & ipsi curæ esse sanctos suos, ut illos ab omni periculo atque persecutione liberet iniquorum inimicorum tùm visibilium, tùm invisibilium; tandem vero eosdem segreget in die judicii à permixtione illorum. Denique significat Regi, cujus sedis correctionem, justitiam cecinit, & judicium esse *g*, familiares, amicosve non posse esse, qui non quæ diligat, ipsi etiam diligant, aderintque quæ ille odio persequitur, nempè *impium & impietatem ejus*, seu impium propter impietatem, vitando peccandi occasiones, & quoad ejus fieri poterit, in virtutis viam alium reducendo; nullo metu seipsum ab hac via removere permittendo, quum *justorum animæ in manu Dei sint* i, tamquam pretiosa res, & *ipsa eorum ossa custodiat* K, immo & *capillos in numerato habeat*, *ut ne unus quidem pereat* l, sed fidelissimè velut *depositum servet* m.

Sensus loci. g vers.2 h Sap.11.9 i cap.3.1 k psl.33.21 l Luc.21.7 m 2.Tim.1.12

Qui diligitis Dominum, odite malum.) Vetus Psalter. & Augustinus legunt, *malignum*, Symmachus κακὸν quod emendati codices LXX. habent singulariter πονηρόν, licet sit in plurali in aliquibus codicibus, ut Complutensibus Regiisque πονηρά, quæ Apollinarius μέρμερα vocat, *curiosa*, *anxia*, cujusmodi ferè superstitiosa, ut sit allusio ad reprehensam prius idololatriam. Et quidem infidelitas κατ' ἐξοχήν meretur appellationem *mali*, & *peccati*, *infandorum enim idolorum cultura omnis mali caussa est*, *& initium*, *& finis* n. *Non est Deus*, *Christusque dignus*, *cum quo diligas avaritiam*, inquit Augustinus. *Amas illum*, *debes odisse quod odit*, *&c. hinc apparet te diligere quod bonum est*, *si inventus fueris odisse quod malum est*. Adhibet exemplum Patris, qui filium exhæredare velit cum inimico ipsius assiduas collocutiones habentem. Videtur autem nomine *maligni* hominem intelligere, qui ad malum inducat præsertim persecutione. Cassiodor. interpretatur, *diabolum*, sicut in ultimis verbis orationis Dominicæ *o*, *libera nos à malo*. De diabolo exponunt Græci in commentariis, & Nyssenus *p*, atque Tertullianus *q*, &

n Sap.14.17 o Matt.6.13 p lib.de orat. q lib.de ora. cap.6.& lib. de fuga c.3.

Chry-

Chrysologus *a*, innuitque Gregorius *b*. In ea notione certum est sumi *malum* τὸν πονηρὸν in parabola seminis, ubi scribitur *quod venit malus, & rapit quod seminatum est in corde* c. Sed in oratione Dominica communior expositio est de quibuscumque malis præteritis, præsentibus, & futuris, ut Ecclesia ipsa significat in Missa. Hoc autem loco Basilius, vel Theodoret. docent omnes species τῆς κακίας comprehendi; Hugo tùm vitium, tùm diabolum. Observat Chrysost. *d* inter laudes Job scribi, quod *recedebat ab omni opere malo* e. Sic enim est Græcè ἀπ' παντὸς πονηροῦ πράγματος, nonnullos invitos recedere à multis maiis, ab omnibus autem non recedere: possibile non esse juxta id, quod hoc loco habetur, Deum diligere, & operari malum. Cajetanus tamen in commentario hujus loci docet esse multos, qui diligant Deum, non tamen odio habeant peccata, quia dilectio non est formata charitate. Videlicet sumit dilectionem imperfectam, & pro amore concupiscentiæ, non qua Deus ametur propter se, aut super omnia: talis enim amor omnem peccati affectum excludit, odiumque illius includit. Eidem argumento Ayguanus occurrit, dilectionem Dei propter se, quam vocat quoque *fruitionem*, non posse cum peccato consistere, sed aliam, quam nominat *usum*, & qua diligitur Deus propter aliud peccatorem hìc moneri, ut si placatum cupiat Deum, oderit malum culpæ; justum, ut oderit idem malum perseveranter. Reprehenditur injustus in Ps. 35. *f* Quod *malitiam non oderit*, & in 118. *g* dicitur, quod qui à mandatis Dei intelligit, odivit omnem viam iniquitatis, & qui ad omnia mandata illius *dirigitur, omnem viam iniquam odio habet*. Ideo Paulus, ait Ambrosius *h*, cavebat in carne sua malum *i*, quia oderat: Ideo Joannes monet in Epistola sua K, *ne diligamus sæculum, quia omne quod in sæculo est, concupiscentia est carnis, & concupiscentia oculorum, & jactantia vitæ*. Subdit, ut oderimus in inimicis Deique iniquitatem, perfidiam, turpitudines, mundi istius vanitates. Tum definit, quod odio esse debent quæ sæculi sunt, ne securis affectibus, & otiosis blanda conciliatricula voluptatis irrepat illecebra. Ad extremum ratum esse quum Jacobo *l* debet, *adulteros esse qui amicitiam mundi inimicam Deo* retinere *volunt*, & *quicumque voluerit amicus esse hujus sæculi, inimicum Dei constitui. Odiens malum, diligit bonum* m, & vicissim si pro eo ut debet, alterutrum facit. Bonus est Deus, illum qui amat, amare malum non potest. Nam (*bonos* n *quod oderint mali, Sunt mali: malos quod oderit boni, bonos esse oportet: vosque ideo estis boni, quandoquidem Semper odistis malos, & lege & legionibus. Hos fugitastis Quirites, successis bonis*.) Non meretur nomen *mali* absolutum, nisi peccatum: nullum pœnæ malum per se malum est, ne privatio quidem visionis divinæ sub ratione pœnæ, & secluſa malitia peccati, pro qua quis tanto bono privatur: & in malo pœnæ ratio boni aliqua cernitur, quatenus pro culpa satisfacit, mentem purgat, redigit inordinata in ordinem, exemplo alios erudit. Mala non sunt, inquit Ambrosius *o*, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Ceterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numeraverit, quia nec contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia excommoditate accidere videntur.

Custodit Dominus animas sanctorum suorum.) In vetere Psalterio, & apud Augustin. *servorum*. Qui dicantur ὅσιοις & חסידים *chasidim*, vidimus alibi antea. Significat Hebræũ nomen *misericordes*, quæ laus magna operum misericordiæ, ac eleemosynæ, ut animas his deditas peculiariter custodire dicatur Deus. In alio Psalmo petebat hoc ipsum David *p*, *custodi animam meam, & erue me*: rursum q *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum* ὅσιος חסיד *chasid*; orat etiam pro alio *r*, *Custodiat animam tuam Dominus, Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & usque in sæculum*: denique describens eosdem sanctos esse, quos hìc prius diligentes Deum nominaverat, pronunciat *s*, *custodit Dominus diligentes se*. Horum dicere possumus animas, *quæ sunt in manu Dei* t, *custoditas quasi in fasciculo viventium apud Dominũ Deum suum* u. Ista porro custodia non solum est, ne anima rapiatur violenter per mortem, quod fieri permisit Deus interdum ad majorem gloriam suam, & meritum eo modo morientium pro ipso, sed potissimum, ne separetur à charitate Dei, Deive charitas ab illa, quæ est anima animæ, sed perseveret in spirituali vita gratiæ, sicque diligere perpetuo Deum valeat, & malum odisse. *Omni custodia servandum cor, in quo sit hujusmodi vita* x: Ad hanc vero custodiam confert plurimum panis vitæ, in quo ipsemet auctor & custos vitæ præsens est, ut idcirco juxta formula in Sacramentario Gregorii contentam præbens Sacerdos Eucharistiam alteri, bene precetur ei, sicut & antea sibi, *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen*. Prosper *y* colligit hinc argumentum contra Collatorem, quod quisquis in tribulatione non deficit, ab illo sine dubio adjuvetur, ad quem quotidie corda universorum fidelium clamant z, *ne inferas nos in tentationem, sed libera nos à malo, quoniam custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos*. Liceat præterea pro pluribus animabus humanis, quæ sint in singulis corporibus singulæ, hoc ex loco argumentari, ubi pluraliter, multæque ponuntur, quemadmodum & ex similibus aliis locis *a*: item quoties legimus animam tuam, suam, hujus, illius, animam unam *conglutinatam animæ alterius* b, animam patris, & filii *c*, animas septuaginta *d*, sedecim & triginta duo millia *e*, & hujus generis alia.

De manu peccatoris liberabit eos.) Hieron. *impiorum*, sicut & Aquila ἀσεβῶν: Symmachus autem παραβόμου transgredientium legem: in emendatis Bibliis ἁμαρτωλῶν *peccatorum*: quomodo etiam est in vetere, ac Romano Psalterio, & apud Arnobium, atque Cassiodorum. Videntur in plurali legisse Basilius, & Theodor.: in singulari Theodotio, & multi codices ex editione LXX. Euthymius præterea, & Nicephorus, qui de diabolo exponunt auctore omnium peccatorum, & Apollin., qui usurpat nomen ἀλάστορος *vastatoris*. Pluralis numeri vox extat Hebræa רשעים *resciabbim*. Parum interest quum pro numero numerus poni soleat, & singulare collectivè sumi pro plurali. Quemadmodum autem pro *diabolo* accipitur, ut nuper dixi, absolutum *mali* aut *maligni* nomen, sic potest etiam nomen accipi *peccatoris*, ut duo illi Græci notabant: sicut item primarium diaboli membrum Antichristus appellatur *homo peccati* f, eodem pacto potest diabolus vocari *Angelus peccati*. Sed qua ratione omnis peccati diabolus auctor censeri possit; alias docuimus. Interpretantur etiam Hugo, Lyranus, Ayguanus, Haimo, Cassiodor. diabolum *peccatorem*; liberari sanctorum animas de manu, ac potestate illius, juberi; servare animas eorum, sicut Job *g* non modo ne vitæ corporis plus noceat quam velit Deus, sed ne quoque *tenet supra id quod possunt, ut fiat cum tentatione proventus, ac possint sustinere* h: postremo *liberari de manu mortis* i, ne regnet semper. Adde de potestate carnis, mundi, occasionum peccandi, de *lacu inferni* K.

Vers. 11.) Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.

Custodia Domini, & liberatio, de quibus dictum prius versu, tamquam lucis novæ exortus exhilarat justos, sanctos, rectos corde; atque admirabilis lætitiæ materiam subministrat divini fax quædam favoris emicans, qui sese ad tempus abscondere nonnumquam videtur. Tunc vero clarissimè quod attinet ad mysticum sensum, apparuit, quum lux venit in mundum Christus ipse *l*, ac magis adhuc postea apparebit, quando cùm Christo apparebunt in gloria, quorum nunc vita abscondita est cum illo in Deo *m*. Spargi nunc, seri, disseminari lux hæc, lætitiaque censetur, ut latè, largè, copiosè, tempore suo metatur, colligatur, proveniat. In manibus nunc Deus abscondit lucem, ita ut quidam tantum pauci parvique radii enitescant, quasi per spatia digitorum, & *præcipit ei, ut rursus adveniat* n. Hæc lux est, *quæ in Solem converteturo*, quia *fulgebunt justi, ut Sol in regno patris eorum*, p *ubi claritas Dei, ac Dominus Deus illuminabit, & lucerna erit agnus* q, *nec egebunt beati Sole, neque Luna, neque lumine lucernæ, aut Solis*.

Lux orta est justo.) Sic etiam Hier. & Chaldæus Paraphrastes, quamvis plures justos exprimat. Vertunt alii ex Hebræo *lumen fatum*, seu *disseminatum*, quod valet זרע *zaruhbh*. Reddit eodem pacto Paraphrastes, sed apud Nebiensem ita, *lux quiescit, & conservata est justis*. Suspicari cum ratione possumus legisse Lxx & Hier. זרח *zaruach*, quod proprie *ortum*, & *diffusum* valet in Ps. 111. *r* *Exortum est in tenebris lumen rectis corde* זרח *zarach*. Id credibilius est quam de זהח *zarah*, ut postea legi sentire *Peregrinum Horum*, qui notat pro *he* lectum *hhain*. Dicere debuit pro *cheth*, seu *heth*. Alioqui simili phrasi legimus usum Lucretium *f*, ut diceret quod Sol conserit arva lumine.

Sol

a *Serm.* 70
b 3. *Mor. c.* 1
c *Matth.* 13. 19
d *hom.* 2. *de patientia Job*.
e *Job* 1. 1.
Dilectio Dei propter se non potest cum peccato consistere.
f *vers.* 5.
g *vers.* 104
h *Ser.* 13. *in ps.* 118
i *Rom.* 7. 18
k 1. *Ep.* 2. 16
l *Jac.* 4. 4
m *Amos* 5. 15
n *Plaut. in Pseudo prolog.*
Nullum malum pœnæ per se malum est.
o 1. *Hex. c.* 8. & *refertur* 1. *d.* 15. *c.* 1 *Illa cavenda*.
p *ps.* 24. 20
q *ps.* 85. 2
r *ps.* 120. 7
s *ps.* 144. 20
t *Sap.* 3. 1
u 1. *Reg.* 25. 29
x *Ere v.* 4. 23
Senſus loci.
Senſus myſticus,
l *Joan.* 1. 4. 5. 9. *c.* 3. 19
m *Col.* 3. 4
n *Job.* 36. 32
o *Eſth.* 10. 6. *c.* 11. 11
p *Matth.* 13. 43
q *Apoc.* 21. 25. *c.* 22
r *verſ.* 4
ſ *lib.* 5.

Sol etiam summo de vertice dissipat omnis
Ardorem in partis, & lumine conserit arva.

pro *complet, conspergit, collustrat*, & per aliam metaphoram, *convestit*. Ad idem pertinere illud ejusdem *a* potest

——cum solis lumine, cumque
Insertim fundunt radios per opaca domorum.

Lætitiæ symbolum lucem esse notissimum est, ac ex dictis paullo ante constat tum ex eo, quod in Esther *b* legimus, *Judæis novam lucem oriri visam, gaudium, honorem, & tripudium*: & quia negabat gaudium sibi Tobias esse posse, quod *in tenebris sedens lumen cœli non videret* c. Sic etiam Nazianzen. *d* de luminibus tractans, ait se id faciendo exhilarescere, quia nihil dulcius, & jucundius lumine his, qui gustum illius ceperint. Eam justus *gaudens in spe* etiam dum patitur ærumnas; censetur seminare & *semina illius flendo mittere, ut referat postea manipulos cum exultatione* *f*. Fructum seminat qui semen jacit fructiferum: fruitio respondet labori, labor ergo semen est fruitionis. Quemadmodum è contrario, qui operatur iniquitatem, seminat dolores, quos deinde metet, etiamsi nunc affluat voluptatibus, quas Christus vocavit *spinas* *g*, de quibus *colligi uvæ nequeunt*, ut nec *ficus ex tribulis* *h*. Quamquam si pro futuro præteritum sumatur, sensus erit, quod in beatitudine feretur, ideft, copiosè tribuetur lux, lætitiaq; rectis corde. Cajetanus retenta præteriti significatione, satam dicit lucem in intellectu, & lætitiam in affectu, tum per lumen naturale, & fidei, tum per appetitum naturalem ad bonum rationi consentaneum, & infusum charitatis amorem. Galatinus *i* ex Rabbinis colligit verba ista de Messia intelligi, qui antequam esset secundùm humanitatem, jam erat ab æterno lux cum Deo, atq; principium, quo Deus creavit mundum, ita ut hujusmodi lux immensa, & increata primũ opus creando dixerit *K*, *fiat lux*. Oppositio modo Cyrillus Alexandrinus *l* argumentatur de eodem Christo, ipsum esse veram lucem; nec hanc unquam ei de novo ortam esse, quia non oritur lux habenti, & non indigenti, sed qui non habeat, egeatque. Mystice præterea lux oriri justo dicitur ad eum modum, quo *Lucifer in cordibus nostris* m, sive Christus, sive fides, sive gratia, sive sanctorum aliorum exempla, sive illustris commendatio justorum in judicio, ubi *educet Deus quasi lumen justitiam, & judicium, tamquam meridiem* n, & *orietur in tenebris lux, & tenebræ erunt, sicut meridies, & requiem justis dabit Deus semper, & complebit splendoribus animas eorum* o. Cum exeunte Juda Christus dixit, *tunc clarificatum fi ium hominis*, ideft, seipsum *p*. Augustin. *q* docet præfiguraffe quod quum victus à Christo transierit hic mundus, & nemo in populo Christi remanebit immundus, & zizania à tritico erunt separata, fore ut *justi fulgeant in regno patris* r *sui*. Christo nato *claritas Dei circumfulsit pastores, iisque ab Angelis evangelizatum gaudium magnum* s: *Simeon justus acceptum in ulnas suas Christum* appellavit *lumen Gentium* t: & in introitu missæ secundæ de Nativitate Domini canitur, *Lux fulgebit hodie super nos. Timentibus Deum oritur sol justitiæ, & sanitas in pennis eius* u: *lucerna pedibus verbum Dei, & lumen semitis* x: *lux mundi sunt justi* y bonis exemplis suis, lucentq; *sicut luminaria in mundo* z. Attingit illa Hugo. E contrario impii vel sero tandem fatebuntur *erravisse se à via veritatis, & justitiæ lumen non luxisse sibi, & solem intelligentiæ non esse ortum sibi* a: *lumini rebelles fuerunt* b. Lege quæ ad priorem locum libri Sapientiæ diximus. Grevæus c proposita quæstione ex Job *d*: *per quam viam spargitur lux, dividitur æstus super terram*, ait primum respondere priori membro loci præsentis, posteriori secundum, & illud ad incarnationem, hoc pertinere ad Spiritus sancti missionem: creaturam esse tantum umbram primæ lucis, lucem veram esse Filium Dei e: ante incarnationem Patrem hanc apud se lucem tenuisse, in incarnatione effudisse *f*: viam per quam lux hæc sparsa est, charitatem fuisse, quam Paulus *h* vocat *viam excellentiorem* misso Spiritu sancto divisum æstum super terram, lætitiamque consummatam, & inflammatum affectum, non modo intellectum illuminatum, inde nasci gaudii fructum *i* & *exultationem salvatis K*.

Et rectis corde lætitia.) Vetus psalterium, & Augustinus, *iucunditas*. Rectos corde appellat, quos antea *iustos*: justitia nam q; in cordis rectitudine posita est: & rectitudo cordis veram justitiam dicit. *Gaudium ipsorum nemo tollit ab eis* l, nisi velint, & in beatitudine numquam voluntas ipsis erit jacturam tantam patiendi, vel quidpiam agendi, quod eam mereatur. *Redempti à Domino convertentur*, seu (revertentur) *& venient in Sion (cœlestem) cum laude; & lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus* m: item *gaudium & lætitia invenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis* n. De rectis corde actum aliis in psalmis, & quomodo invitentur non tantum ad lætandum, sed & gloriandum o: & *deceat eos collaudatio* p & *laudentur* q, & *ipsis onus sit Deus* r: in sequentibus præterea tribuitur *generationi rectorum benedictio* s, & *exortus luminis* t, & *habitatio cum vultu Dei* u. Quod in Esaia *x* Hebraicè, & Latinè legimus, *non est pax impiis*, Græcè dicitur οὐκ ἔστιν χαίρειν *non est gaudere*. Cum gaudio pax post *charitatem* fructus Spiritus sancti collocatur y; & pax gaudiumque cum pravis, obliquisque moribus consistere non potest. Perpendit hoc loco Esaiæ locum illum Augustinus, novisse ambo gaudio, nempe spirituale & carnale, & Deo inspirante hoc damnasse, sicut laudanti lucernam, qui solem novit, dicit, non est illa lux, aut qui simiam miranti non est ista pulchritudo dicit, qui novit aliam. Simili de caussa dixisse alium Propheram z *Diem hominis non concupivi*, quoniam alium ei Deus diem ostendebat.

Vers. 12.) Lætamini justi in Domino, & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

COncludit conversa oratione ad justos, sive rectos corde, quibus ortam lucem, lætitiamque dixerat, invitans, et hortans, ut quod faciunt, faciant magis, ac magis, et semper, nempe ut gaudeant in Domino, et iterum gaudeant *a*, quem adeo beneficum sint experti, & adhuc multo majora sperent ab eodem: præterea, ut confessione laudis celebrem reddant cunctis, & ubiq; memoriam sanctitatis ejus, sanctive nominis, & sanctæ majestatis eius, ita ut intelligant ceteri, ac denidem re cogitent tam sanctum esse atque justum Dominum, ut omnino nullam iniquitatem velit, aut toleret, nulli faveat iniquo, neminem, qui studeat justitiæ, atque sanctitati derelinquat, sed favoris hic luce recreet, lætitia, gaudioque compleat, quam patitur conditio præsentis temporis, donec ad lucem perpetuam æternaque gaudia perducat.

Sensus loci.

Lætamini iusti in Domino) Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundamini*. Similis psalmi 31. *b* sententia, *Lætamini in Domino, & exultate iusti*, & aliquoties præterea provocantur ad lætandum justi in Domino *c*. Potest hoc loco *lætitia* pro læta laudatione hymnoque accipi. Nam quod in Psalmo 136. legitur *qui abduxerunt nos hymnum*, &c. Hebraicè est שִׂמְחָה *simchah, lætitiam* significans. Paraphrastes vertit, *lætamini in verbo Jehovah*, Quod sæpè alibi usurpat, videturq; Verbum Patris Christum indicare. Aliàs quoq; docuimus quid sit *lætari in Domino exultare, delectari super salutari eius* d. *Agite nunc*, ait Jacobus e, *divites, plorate, & ululate in miseriis vestris, quæ advenient vobis*. Idem dici reliquis potest, qui *ducunt in bonis dies suos* f, rident, *habentque hic consolationem suam* g, quoniam in tristitiam vertetur gaudium, *risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupabit* h. Non meditanda convivia, calices præparandi, rosarum tempus expectandum, tempusve veris, inquit August. *Dominus tecum semper est, non habet tempus: habes illum nocte, habes illum die. Esto rectus corde, & semper est tibi de illo iucunditas*.

a *Phil.* 4. 4.
b *vers.* 11.
c *ps.* 5. 17. *ps.* 39. 17. *ps.* 63. 11. *ps.* 65. 6. *ps.* 66. 5. *ps.* 149. 5.
d *ps.* 34. 9.
e *c.* 5. 1.
f *Job* 21. 13.
g *Luc.* 6. 24.
h *Prov.* 14. 13.

Et confitemini memoriæ sanctificationis eius.) Hieronymus, *memoriæ sanctæ eius*, & alicubi etiam Augustinus *i*, qui hoc loco cum vetere psalterio, & Romano, & cum his præterea Cassiodorus, & Arnobius, & qui dicitur commentarii auctor Hieronymus legunt, *memoriæ sanctitatis eius*. Symachus apud Agellium ἐξομολογεῖσθε μνημονεύοντες τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ *confitemini memorantes sanctitatem eius*. Sensus est, date gloriam nomini sancto eius, celebrate memoriam sanctam eius: gratulamini in commemoratione sanctitatis eius: gratias agite cum veneratione majestati sanctæ illius. Nomen *sanctificationis* verbale non sumitur hic propriè pro actu *sanctificandi*, & *iustificandi*, sed pro Deo ipso sancto, de quo sic loquimur honorifice per abstractionem, vel pro sanctuario, & arca. Id notavimus priore psalmo *K*, psalm. 29. *l* ubi eadem verbis iisdem sententia est. Itaq; jubet in tribulatione constitutos recordari, vel etiam in captivitate, quanta esset sanctitas tabernaculi, versus quod postea orabat captivus Daniel *m*, & alii concaptivi imprecabantur sibi oblivionem dexteræ, si forte oblivisceretur illius *n*. Juxta mysticum, vel accommodatitium sensum *confitetur memoriæ sanctificationis* est, ut Euthymio placet, gratias agere Deo, memoria repeten-

i *in Specula.*
k *vers.* 7.
l *vers.* 5.
m *Dan.* 6.
n *ps.* 136. 5.
Sensus mysticus vel accommodatitius

a *ibid.* Lætitiæ symbolum lux.
b *c.* 8. 16.
c *Tob.* 5. 12.
d *orat.* 40.
e *Rom.* 12. 12.
f *ps.* 125. 6.
g *Luc.* 8. 7. 14.
h *Matth.* 7. 18.
i *lib.* 8. *c.* 11.
k *Gen.* 1. 3.
l *lib.* 1. *in Joan. c.* 8.
m 2. *Pet.* 1. 19.
n *ps.* 36. 6.
o *Esa.* 58. 10. 11.
p *Joan.* 13. 31.
q *tract.* 63.
r *Matth.* 13. 43.
s *Luc.* 2. 9. 10.
t *vers.* 25. 28. 32.
u *Malach.* 4. 2.
x *ps.* 118. 105.
y *Matt.* 5. 14.
z *Phil.* 2. 15.
a *Sap.* 5. 6.
b *Job* 24. 13.
c *ser.* 209.
d *c.* 38. 19.
e *Joan.* 1. 9. *c.* 3. 19. *c.* 4. 8. 12. *c.* 9. 5. *v.* 12. 46
f *supra.*
g *Joan.* 3. 16
h 1. *Cor.* 12. 31.
i *Gal.* 5. 22.
k *Esai.* 4. 2.
l *Joan.* 16. 22.

petendo, quo pacto sanctificati fuerimus à Deo, vel confiteri vetera peccata, dum tantam Dei munditiam animo revolvimus. Nicephorus elegit primum; Basilius ac Theodoretus *gratiarum actionem* pro cunctis beneficiis interpretantur. Cassiodorus hoc dici vult beatis, ut in illo regno perpetuo collocati recordentur de quanta clade hujus sæculi, Domino miserante, sint subtracti: putatus Hieronymus, ut jugiter collaudent vel sanctitatem ejus, quia memor ipsorum fuit, ut sanctificaret, vel pietatem, quia illos in regno suo ascivit. Illud de sanctificatione, ut significat justificationem, tradunt etiam Haimo, Remigius Rickelius, Lyranus, Hugo, Ludolphus, Pampolitanus, Bruno, Turrecremata; Cajetanus, Rainerius, & alii. Addit Panigarola laudandum Deum, quia sit solus sanctus, & sanctificet nos. Ayguanus adjungit præterea confessionem pœnitentialem, quæ sanctificat, & præcipue fit Christo, sacerdoti tamquam vices illius gerenti. Longe potior causa recolendæ atque celebrandæ memoriæ *sanctificationis nostræ*, quum per baptismum regenerati Deo sumus, vivumque facti templum Dei, vel pœnitentiam post lapsum à baptismo, vel quum in ordine religioso, novo baptismi genere mundati, ac Deo dicati sumus, quam Judæis olim encœnia celebrandi, Pascha, tabernacula, Pentecosten, aliudve quodcumque festum, & cujusvis beneficii memoriam, ad quam festa sunt ipsis indicta, aut quam Gentiles natalitium diem, de quo Roa noster, secundùm ritum profanum sacrumque. Pio sane ac salubri facimus instituto, dum quotannis omnes minimum semel generaliter confitemur, bis etiam illi, qui nondum in certo gradu constituti, qui præterea simul publice, quamvis intra domesticos parietes, atque inter missarum solemnia votorum formulam rite pronunciant, ut meminerint gratias pro tanto beneficio referentes, reddere Deo vota, quæ *distinxerint labia sua* a. Tanti S. Ludovicus Rex diem, ac locum, in quo baptizatus esset, faciebat, ut pro honorificis & magnificis titulis aliis, hoc summopere delectaretur, & gloriaretur, ut se in epistolis, quas mittebat, subscribere, Ludovicum de Compendio, qui videlicet locus baptismi ejus erat. Accepi etiam gravissimos quosdam viros baptisterium summa veneratione prosecutos, ut quoties liceret religiose amplecterentur, & exoscularentur, & eidem affixi gratias cum precibus agerent Deo. Dionysius *b* τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας vocat *matrem adoptionis*. Lege Joan. Stephanum Durandum *c*.

a *Psal.* 65. 13.

b *de Eccl. hier. c. lib. 1. de viri Eccl. c. 19.*

PSALMUS
NONAGESIMUS SEPTIMUS.

1. Psalmus ipsi David.

CAntate Dominum canticum novum: quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: & brachium sanctum ejus.

2 Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

3 Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.

Viderent omnes termini terræ salutare Dei nostri,

4 Jubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

5 Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi. 6. in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini.

7 Moveatur mare, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo:

8 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt: 9. a conspectu Domini, quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, & populos in æquitate.

TITULUS & ARGUMENTUM.

Vers. 1.) Psalmus ipsi David.

Titulus.

TAmetsi adeo simplex sit titulus, ut nihil dicendum occurrat de illo; nisi quod Hebraicè *Davidis* nomen deest: nec universè verum videatur, qui careant majore inscriptione, argumento à proximè præcedente non differre, ut alibi monui, nihilominus concedo Euthymio, spectare hunc psalmum ad idem propè argumentum, quod prioribus duobus tractatum est, mysticè quidem ad Christi adventum utrumque præsertim ad primum, quod Eusebius *d* quoque docet: litteraliter vero ad salutem quam Deus regnante Davide præclare attulit populo suo; vel ut videtur Treveto, quando eum liberavit de Ægypto, quæ est Judæi Herbani sententia in disputatione Gregentii contra illum *e*. Hebræi ipsi, ut Lyranus refert, de suo Messia psalmum istum interpretantur, qui quum venerit, mirabilia multa operetur. Quod frustra expectant, nos factum lætamur, & adhuc futurum speramus. Hæc etiam causa, quare utatur Ecclesia tam frequenter isto psalmo, cum præcedentibus duobus. Accomodatum Athanasius *f* ait esse volenti cantare Domino, & quando quis eum legerit cum 91. 95. 98. perspecturum singula Dei beneficia, virtute passionis suæ collata in nos. Videtur inter mysteria resurrectio quoque attingi, ac post illam, nominis Christi publicatio, atque legis Evangelicæ promulgatio. Laudem sive laudationem prophetica תשבחה נבואה *thusbechath neuuah* Paraphrastes appellat, quomodo nullum alium ab eo memini appellatum.

Spectat hic psalmus ad argumentum duorũ præcedentium & mystice ad Christi adventum. d *6. demonstr. c. 6.*

e *10, 4. bibl. Patrum.*

Causa quare Ecclesia tam frequenter hoc psalmo utatur. f *ad Marcell.*

Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, & brachium sanctum ejus.

INvitat, sicut 95. psalmo, ad novo carmine, ac exquisito celebrandas divinas laudes, causamque reddit, quia nova ille quædam, & insolita magnaque admiratione, & laude digna, fecit. Nam quum nullus esset, qui defendere populum eius vellet, aut etiam posset, ille, qua valuit, valet semper, valebitque omnipoteutia, minime viribus indigens alienis, per se solus, valde opportune, efficaciter, juste opem, ac salutem attulit, exerens dexteram, & brachium, sive invictum robur suum & sanctum, quod numquam favet iniquitati. Quadrant hæc mystice in incarnationis *novum*, ut Jeremias *g* quoque loquitur, *mysterium super terram* à Deo factum, & ad salutem humano generi per id factum, quam nullus omninò alius poterat operari. multo autem minus ipsammet incarnationem; quam vocat Ecclesia *mirabile mysterium*. De mirabilibus istis, & novis, quibus novum canticum debeatur, non repetam quæ 95. illo psalmo dixi; ubi etiam jubemur annunciare in gentibus hæc mirabilia. Differt canticum hoc lætum, ut ibidem docui, à canticis aliis veteribus, præsertim ab eo, ut notat Hieronymus *h*, quod lamentabiliter cantavit Esaias *i*, & compositus ille, de quo scriptum est in Evangelio *K*, *cum vidisset eam, flevit super eam*. Qui viderunt curatum paralyticum *stupore apprehensi, & repleti timore, magnificaverunt Deum, & dixerunt, quia vidimus mirabilia hodie* l παράδοξα Esaias *m* ad mirabilia respiciens novi potissimum testamenti, prorupit in has voces; *Domine Deus meus es tu: exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, Amen*. Tum subdit strenuum, ac veluti militare opus Dei, quod novis canticis materiam solet suppeditare, cuiusmodi canticum Deboræ fuit *n*. De impedimentis cantus moraliter differentem Hugonem lege, quæ versibus istis continentur:

Senſus loci

g *c. 31. 22.*

h *in Esaiæ 5*

i *cap. 5. 1.*

k *Luc. 19. 41.*

l *c. 5. 26.*

m *c. 25. 1.*

Impedimenta cantus.

n *Judic. 5. 12.*

Lepra, locus, raucedo triplex, pinguedo, tumultus, Triste, sopor, tussis, laqueus, lex, os, timor, ulcus, Debilitas, natura, mori, nescire, sodalis.

Raucedinem triplicẽ vocat ex clamore, aspectu lupi, siccitate: legem interdicti, aut silentii: os plenum cibo, re vel alia: ulcus in ore: naturam, qanndo homo est senex: sodalem cum discordat. Reliquorum expositionẽ lege apud illum; & apnd Ayguanum, quo pacto is, in cujus conspectu

a spectu nihil est mirabile *a*, admirabilis sit, ratione potestatis, veritatis, sanctitatis, paupertatis, confusionis formositatis.

a Eccli. 39. 1

Cantate Domino canticum novum quia mirabilia fecit.) Vertit Cajetanus, *separata*, valet in Hebræa vox נפלאות *niphlaoth* talia vero sunt, quæ admirationem excitant, & nova sunt; quæ Chaldæus etiam vocat פרישן *perisciam divisa ab usu, & opinione communi* παραδόξα. Additur Græcè κύριος *Dominus*; & in Latino Psalterio vetere, ac Romano, apudque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum.

Salvavit sibi dextera ejus.) Ita etiam Hieronymus, Psalterium verus, & Augustinus, *sanavit ei*, Romanum Psalterium, Arnobius, Cassiodorus *salvavit eum*. Alii ex Hebræo sequuntur hanc ultimam expositionem, sed contra syntaxim, quæ habet לו *lo* dativi casus. In emendatis Græcis est αὐτῷ, licet in Complutensibus, Regiis, & aliis Bibliis αὐτὸν. Dativum legit præterea Basilius, Theodoretus, Nicephorus. Accusativum Euthymius, & Gregentius *b*: Sensus est, quod dextera ipsa sibi salutem attulit, seu comparavit, se ipsam salvavit, Deus ipse, pro quo dextera, & brachium per prosopopœjam ponuntur, propriis viribus quasi dextera, & brachio, ut etiam in Dativo Apollinarius explicat δεξιτερῇ, βραχίονι, *se ipsum salvavit*, id est, ostendit se aliis salutem contulisse: item quod *salvavit ipsa dextera, & brachium*, nempe Deus per vires suas, *populum sibi*, hoc est, ad honorem suum: vel Christus sibi, id est illi, videlicet ad honorem Patris: vel sibi, sive illi, hoc est, ad utilitatem populi: vel sibi, id est, Christus populum ad obsequium proprium, & ut peculiarem populum suum. Sic illud, *sibi*, referri potest ad *Deum*, ad *Christum*, ad *populum*, sumique aut reciproce; aut ad alium. Euthymius legens *eum* exponit *populum*, qui olim ab inimico captivus, & servus tenebatur, Basil. & Theodoretus legentes *sibi*, quod Deum pro sua benignitate mortalium vitam suum ducit emolumentum. Augustinus, & alii *Deum salvare sibi*, seu *sanare*, quando collata sanitas ad suum revertitur auctorem, per gratiarum actionem. Ceteri passim, quoniam Christus hominem redemit ad honorem suum, quum sit Deus. Hebræum verbum הושיע *hosciah* construi solet cum Dativo, ut *hosanna* c *filio David*, hoc est, salva obsecro, filium David, quasi bene precans dicat, vivat filius Rex, filius David. Alia istius constructionis exempla sunt *d* quæ noster notavit Maldonatus *e*. Itaque simplex sensus est, ac maximè proprius, quod Deus, sive Christus, potentia propria, & per se ipsum solus salvavit, fuitque sufficiens sibi ipsi ad salvandum, non seipsum, sed populum. Deus utrumque dici potest salvare, se ipsum, quatenus populum salvat, cum quo videtur quodammodo pati, vel captivus teneri, ut alias dixi. In psal. 43. *f* rectè exprimitur vis istius orationis; *nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos sed dextera tua & brachium tuum*. In libro Judicum *g*, quod Interpres ait *ne glorietur contra me Israel & dicat meis viribus liberatus sum*: Hebraicè, & Græcè habetur, *manus mea salvavit me* ידי הושיע לי *jadi hosciibbah li* ἡ χείρ μου ἔσωσέν μοι. Quod narratur Abigail dixisse David *h*, *salvavit Dominus manum tuam tibi*, significat ne se David manu propria ulciscetur Dominum prohibuisse: ne potentia propria, & viribus uteretur, & ea ratione sibi, ac suis salutē comparare velle videretur. Hæc ipsa nostra phrasis est in Esaia *i*, *& vidit* Dominus *quia non est, vir, & apo-riatus est, quia non est, occurrat, & salvavit sibi brachium suum, & justitia ejus ipsa confirmavit eum*. Rursus *circumspexi, & non erat auxiliator, quæsivi, & non fuit qui adjuvaret, & salvavit mihi brachium meum; & indignatio mea auxiliata est mihi* Qui transferunt in accusativo præsentem locum psalmi, non satis fortasse intelligunt, quid significet *salvare sibi*, voluntque indicari *populum*: atque tali argumento Gregentius urgebat Herbanum Judeum *k*: utrum se ipsum servat, Deus, & suo brachio seipsum tuetur? à quo? quis enim bellum ei infert? Athanasius *l* quoque advertit hic dici; *salvavit sibi dextera ejus*, non autem *salvaverit*, quia verbum, ut pote increatum, nullum salutis suæ augmentum merito suæ passionis accepit. Sed ut dixi *salvare sibi*, est propriis viribus posita tamen relatione ad alium qui egeat salute, & ope, quales nos omnes & Christus ipse quatenus homo, quoniam *ipse ut Deus, se ipsum salvavit*; inquit Arnobius, Cassiodorus & alii, ne ulli peccato esset obnoxius, ut resurgeret tertia die, ponens animam quum vellet, & sumens eam *m*. Treveti omitto singularem expositionem de liberatione Hebræorum ex

b disp. cum Herbano Judæo.

c Mat. 22. 9

d Deut. 22. 27. Josue 10 6. Judic. 7. 2 1. Reg. 25. 26 Psal. 43. 4. Psal. 55. 16.

e in Matth. 21. 9.

f vers. 4.

g c. 7. 2.

h 1. Reg. 25. 26.

i c. 59. 16.

k tom. 4. lib. Patrum Epist. ad Epict.

Verbum increatum nullum salutis suæ augmentum merito passionis suæ accepit.

m Isa. 10. 18.

Ægypto in manu forti, & brachio extento, & excelso, editis tot prodigiis ibi in mari rubro, & alibi per desertum, idque sibi, hoc est, ad honorem suum. Idem Christus mysticè dextera, & brachium quæ dicitur Patris, ut alias notatum est. *Brachium Domini cum potentia* n, *brachiumque Domini revelatum* o, *& brachia populos judicantia* p seu *id in quod gentes sperant* q. *Confortata manus, & exaltata dextera* CHRISTUM designant, qui, ut ait Hieronymus r perditos salvat sibi, ut nullus *pereat de his quos Pater dedit ei* s; aut plura brachia, sanctos, per quos CHRISTUS judicabit. *Induit hæc dextera*, & *brachium Domini fortitudinem* u, & *fecit potestatem in brachio suo* x per incarnationem, quod est inter mirabilia maxime mirabile opus, simul cum effectu, propter quem facta est solus animarum Hæc vocabula de Christo dici docet etiam Didymus y. Cajetanus autem hoc loco ostendit *in dextra*, & *brachio* corpus, animamque Christi, tu instrumenta conjuncta Verbi, quoniam sicut manus mediante brachio jungitur personæ humanæ, ita corpus mediante anima, junctum est divinæ, fuitque anima ratio, quod corpus uniretur Filio Dei, sed hoc scholasticis permittamus. Quisquis ordo est, naturæ, vel rationis est, non temporis. Concedo eidem Cajetano animæ, corporique Christi convenisse, ut resurrectionem propriam, non modo meritorie, sed effectivè etiam quatenus organa Deitatis operarentur, seu instrumenta conjuncta, sicut sunt eiusmodi instrumenta dextera, brachiumque. Cetera tropologia, quam tradi dixi ab Augustino, ethicum continet documentum valdè utile. Is legens (*sanavit ei dextrà ejus*) observat quod multi sanantur sibi, non ei, id est Deo: ab illo sanari, sed non illi, quia accepta sanitate lasciviunt, qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt, qui quum ægrotarent, neminem lædebant, receptis viribus invadunt, & opprimunt innocentes: sanari ei, qui intus sanantur, credunt in eum novum hominem reformantur; postea quod languet ad tempus, carnem nempe istam mortalem, recepturam in fine suam perfectissimam sanitatem.

Christus mystice brachium & dextra patris dicitur.

n psal. 88. 14.

o Esa. 51. 5.

p c. 51. 5.

q ibi sec.

r psal. 88. 15.

s in Esa. 51. & 52.

t Joan. 17. 12

u Esa. 51. 9

x Luc 1. 52

y 3. de Spiritu Sancto.

Tropologia continens ethicum documentum.

Et brachium sanctum ejus.) Chaldaicè, *sanctæ majestatis ejus*. Posset ut alias monui, sensu mystico sumi *brachium* pro Patre, *dextera* pro Filio, *digitus* pro Spiritu Sancto. Ultimum Christus ipse ita usurpavit z *si in digito Dei ejicio dæmonia*, lege etiam Gregoriana. Communior notio *brachii*, & *dexteræ* est pro opere, quia hæc in nobis præcipua sunt instrumenta operum nostrorum. Vide Damascenum *b*. *Sancti* epithetum חשף *chasciaph nudavit, discooperuit, manifestavit, revelavit*, brachio attributum duobus aliis in locis reperio; apud Esa. *c*; *paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*, & in libro Sapientiæ *d*; *quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos*. In explanatione loci posterioris dixi convenire id epithetum DEI brachio, & dexterę; quia quæ in Deo sunt, qui est sanctus, sancta omnia sunt: & quia generalis ratio ista est, peculiariter tunc poni, quando sermo est de protectione sanctorum, ut sancti videlicet sanctè tractentur, & *cùm sanctis sit sanctus DEUS e*: quemadmodum, quia sanctus est, exigit ut sancti simus f, & petebat se David conservari, quia sanctus erat g. Adde cum Forerio *h*, sermonem esse apud Esaiam, & hoc loco, saltem juxta mysticum receptum sensum, de redemtione generis humani per incarnationem, in quo opere Deus cum potentia sanctitatem insigniter declaravit. Nam nihil sic ejus mundo sanctitatem ostendit, & commendat, quam ut exhibeat unigenitum filium suum: nec poterat melius intelligi quanto ille odio immunditiam omnem peccati odisset, quam ut nos redderet immaculatos, filium proprium tradere, ac velle tam dira pro peccatis nostris pati. Præterea *brachium sanctum*, id est, potentia sancta, exerens vim potentiæ sanctæ suæ, est facere ex immundo mundum, sanctum ex peccatore. Id forsitan innuitur sequentibus in Esaia verbis i *recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus, mundamini qui fertis vasa Domini*, nimirum sancti, & cujus brachium sanctum. Spectare eodem possunt quæ Maria cecinit k; *fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus*, quod postea subdit l, *fecit potentiam in brachio suo*; loquitur namque de maximo incarnationis beneficio, quod eam propius attingebat, & propter quod supra ceteros ampliorem gratiæ sanctificantis copiam acceperat. Accedat universalis licet ratio, quod *DEUS est sanctus in omnibus operibus suis* m, & imitatores suos, sanctos, ut ante dixi, vult esse, ac sancte cuncta operari. Quamvis

Sensus mysticus.

z Luc. 1. 20.

a 32. Mor. c. 5. v. Ita.

b lib. 1 c. 14

c c. 52. 10.

d c. 5. 17.

e psal. 17. 26.

f Lev. 19 & g psal. 15. 2 20.

h in Esa. 52

i c. 52. 11.

k Luc. 1. 49.

l vers. 52.

m psal. 144. 13

vis ibi *sanctitas* pertinere posset ad promissa juratasque opera, sicut proxime ante dicitur: *DEUS fidelis in omnibus verbis suis*. Quæ etiam nova ratio esset pro *brachio sancto*, scilicet ad indicandum, quod eadem Maria adjecit in cantico *a*, *sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus*, quod item in suo Zacharias nominat *b* *jus jurandum juratum ad Abrahám*. Latinus quidem *juramenti* epithetum proprium est ut dicatur *sanctum*, quia *religiosum*, & prætera tamquam *sancitum*, *ratum*, *firmum*. Ultimam rationem attingit Hugo; sed tropologicam. Vult per *dexteram* prospera, per *brachium*, quod nempe sumatur pro *sinistro*, adversa intelligi, juxta illud *c*, *læva ejus sub capite meo*, *& dextera illius amplexabitur me*: Item cantari docet canticum triplici laudis, orationis, confessionis peccatorum: & hoc ultimum novum esse, qua innovari, atque per idem salvari peccatores in utroque statu prosperitatis, & adversitatis: dici autem *brachium sanctum*, quoniam adversitas facit sanctos, neminem esse, *cui non sit revelatum d*, quia modum istum salvationis per adversa Dominus prædicavit, & per alios prædicari fecit *e*; *pœnitentiam agite*, &c. Non est contentus sponsus *poni ut signaculum super cor*; vult præterea *poni*, *ut signaculum super brachium f*, ut sanctitas in corde, & opere, atque expressio sanctitatis divinæ in utroque velut in numismate, & immagine, ut egregie declarat ambrosius *g*, ut Græcos & alios omittam. Accomodatitio sensu possumus accipere, quod CHRISTUS resurgens dexteram sibi salvavit, & brachium sanctum suum, quæ in cruce prius affixa, postea ligata, & inclusa sepulchro fuerunt.

Ratio tropologica.

a Luc. 1. 55. b vers. 73.

c can 2. 6.

d Esa. 53. 1. e Matt 4. 17 Luc. 24. 47. can. 8. 6.

f Sensus ac comomdatius.

g de Isac c. 8. & ser. 16. & 19. in ps. 118. & ep. 12 met. edit. & 1. de Virg. & lib. de inst. Virg. c. 17.

Vers. 2.) Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Vers. 3.) Recordatus est misericordiæ suæ & veritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Sensus loci.

MIrabilia & salutem factam à DEO, virtute propriæ dexteræ, brachiiq; sancti sui, nunc exponit magis, ut ea Deus nota fieri voluerit, utque Gentes intelligerent, quantam adhiberet ipse cum benigna liberatione, sive sua ipsius Davidis, sive Hebræi populi de captivitate Ægyptiaca, de qua Trevetus aut alia, justitiam, respectu hostium iniuste opprimentium, vel Davidem, vel populum; præterea quo pacto coniunxerit eum misericordia fidelitatem promissorum, quæ fecit eidem, aut Davidi propter populum, aut populo ipsi, aut patribus antiquioribus Denique ait innotuisse, ac pene oculis patuisse omnium ubique degentium, quam potenter, & præclare contulerit suis Deus salutem, atque de maximis periculis liberatos, maximis quoq; beneficiis affecerit, & perspecta tandem fuerit innocentia populi Dei, quæ sub tyrannis suppressa, oppressaque latebat. Allegoricè trita expositio de salute per Christum, in qua sese misericordem præbuerit peculiariter erga gentes, justum, & veracem, seu fidelem erga Judæos, quorum erant promissa, ut Paulus philosophatur *h*: item in qua voluerit non sola potentia agere, sed etiam simul misericordia in humano liberãdo genere, sed præterea justitia adversus Patrem, & diabolum, ut satisfaceret pro peccatis, ac reatu omnium hominum, & soluto pretio compararetur reconciliatio cum Deo, & jus ad æternum regnum.

Expositio allegorica.

h Rom. 15. 8. 9.

Notum fecit Dominus salutare suum.) Chaldaicè, *redemtionem suam*, vel Pater notum fecit Jesum Filium suum, vel Trinitas tota efficienter operata opus incarnationis vel Jesus ipse *salutare suum*, sive *salutem*, quam attulit contolitque mundo. Creditus Hieronymus notat in Hebraico legi *JESUM suum*, & ubicumque *salutare* dicitur poni in Hebraico *Jesum*. Hoc non diceret verus Hieron. quia pro *salutari* sæpè est ישועה *Jesciuhhah* fœmininum nomen: ubi autem semel expressit nomen *Jesu* i Hebræum nomen est ישע *jesciahh*: Græcum σωτήρ Putat Ribera *K* noster à Propheta ipsum *Jesu* nomen proprium expressum, quod ab Hebræis abbreviari solet, & in titulo crucis legitur ישוע *jesciuahh* tribus litteris, & Augustinus *l* magis probat ut ita legatur in eodem Propheta nomen, quod est nobis amicius, & dulcius. Irenæus *m* docet de Christo dici hæc nomina, *salutis*, *Salvatoris*, *salutaris*: esse *salutem*, quia caro est; *salvatorem*, quia Filius Dei; *salutare*, quia spiritus vocat enim Jeremias *n* *spiritum faciei nostræ Christum Dominum*. Fateor me ignorare hoc discrimen vocabulorum. *Salutem* porro quæ nota facta est, vel *Jesum* non restringerem cum Arnobio, & Caietano ad tempus post resurrectionem, & ascensionem Jesu Christi, tametsi non antea prædicari gentibus & palam cœperit ab Apostolis. Comprehendi debet tempus totum, quo vixit Christus mortalis inter homines docens, exempla virtutum præbens, edens miracula, patiens, moriens. *Unigenitus qui est in sinu Patris ipse enarravit* o, & *narravit nomen Dei fratribus suis* p, & *quæ audivit à Patre nota fecit* q: & *nomen ejus hominibus notum fecit*, *ac manifestavit* r: *opera quæ dederat ei Pater*, *testimonium perhibebant de ipso* s. Pater vero notum fecit Jesum suum & salutare pastoribus per Angelum *t*; Zachariæ, & Elisabethæ *u*: Simeoni, & Annæ *x*: Joanni Baptistæ intra uterum *y*, & aliis in baptismo *z*, & transfiguratione *a*, per se ipsum, vel per Spiritum sanctum: Magis per stellam *b*. Appellat Propheta hoc *salutare suum*, videlicet Dei, cuius alioqui sunt omnia quæ sunt, ut intelligeres, inquit Caiet. salutem animæ, ac æternæ felicitatis, quæ propria est Deo: non salutem communem hominibus, & pecoribus, communem bonis, & malis, aut quam homo, aliave creatura dare possit, *Vana salus hominis* c, & cujuscumque alterius, & *salus justorum à Domino* d.

n Thes. 4. 20.

o Joan. 1. 18. p ps. 21. 23. q Joan. 15. 15. r c. 17. 6. 26. s c. 5. 36. t Luc. 2. 9. & seq. u c. 1. 11. & seq. 41. & seq. x c. 2. 25. 36. y c. 1. 44. z Matt. 3. 17 a c. 17. 1. & seq. b c. 2. 1. & seq. c ps. 59. 13. 107. 3. d ps. 36. 39.

In conspectu gentium.) In vetere, Romanoq; Psalterio, & apud Augustinum, & Cassiodorum, *ante conspectum*: Hebraicè לעיני *lehhene* in oculis, legerunt alii forsitan לפני *liphne*, quod propriè significat *in conspectu*, *ante conspectum*, vel *faciem*. Maiorem emphasim habet *in oculis*, sive *ante oculos*. Chaldæum למחמיהון *lemechehon* significat *ad aspectum*, & *prospectum*. Etsi vero גוים *goin*, ἔθνη, *gentes*, ut alias notatum est, comprehendere possint etiam Judæos, magis propria notio pro illis qui distinguuntur à Judæis, dicique solent *Gentiles*, *Ethnici*, *Pagani*, proposito convenit, & passim recipitur non exclusis tamen Judæis, quibus primum cœpit innotescere *hoc salutare*, quod etiam *missum est ad oves Domus Israel* e, & Jesus præcepit ab his inchoari Evangelicam prædicationem *f* quod & discipuli ejus fecerunt *g*. Insistit semper Augustinus in eodem argumento contra Donatistas, qui separabant se à reliqua Ecclesia. Immò hanc apud se tantum esse dictabant, *cui notum fecit*, inquit, *Dominus salutare suum?* parti an universo? non parti alicui, nemo fallat, nemo decipiat; nemo *h* dicat, *ecce hic est Christus*, *ecce illic*: qui dicit, ecce hic est, ecce illic partes ostendit. Audiant hoc idem hæretici nostri, gratias agant Catholici, tam Catholico, communi, universali benefactori, nullum excludenti, cunctos vocanti, omnes salvos fieri volenti: nemo sese efferat; nullus alium oderit; omnibus una spes est vocationis; idem Deus dives in omnes, qui invocant eum; eumdem omnes Patrem in cœlis invocamus, & fratres sumus; necessitatibus aliorum communicemus; cùm voluerit Deus, quæ pretiosissima dona sunt, ac se ipsum omnibus esse communem. Leo *i* hinc probat quod per ineffabilem gratiam Dei Ecclesia fidelium gentium consecuta est, quod carnalium Judæorum synagoga non meruit.

e Mat. 10. 24 f Luc 24. 46. Argumentum Augustini contra Donatistas.

h Matt 4. 23

i serm. 9. de Nativit.

Revelavit justitiam suam.) Deus revelavit Christum, qui est dextera, brachium, salutare, justitia nostra, & quantopere diligat justitiam, qui nec justo quidem filio pepercit, nostra in se debita recipienti. Christus *revelavit justitiam suam*, hanc ipsam, qua satisfacere voluit pro nobis; præterea quo pacto justi evadere possimus, & *argui debeamus de justitia K*. *Rorarunt cœli de super, & nubes pluerunt justum*: *& justitia orta est simul l*, iustitia videlicet in hominibus descendit *quæ de cœlo prospexit m*, & huc ad homines descendit *Justitia revelatur* in Evangelio *ex fide in fidem n* & *nunc manifestatur justitia Dei testificata à lege, & Prophetis o*: & *proposuit eum Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*, *ad ostensionem justitiæ ipsius*, *in remissionem præcedentium delictorum p*. Innotuit quam sit iustus Deus, & Christus mundi Dominus, possessor, iudex; satan iniustus & tyrannus; quam iniqui, nec excusationem habentes de peccato, atque perditione sua, quotquot non recipiunt eum, *qui obtemperantibus caussa est salutis q*. Pœnitentiam interpretatur Hugo, quam sumunt homines, & faciunt justitiam de peccatis suis, & justificantur: hanc *didicisse omnes habitatoris Orbis*, *cùm fecit judicia sua Deus & Christus in terra r*. Sumitur aliquando etiam *justitia* pro misericordia, de qua mox mentio hic fit.

k Jer. 16 7. 10 l Esa. 45. 8. m ps. 84. 12.

n Rom. 1. 17

o c. 3. 21.

p vers. 25.

q Heb. 5. 9.

r Esa. 26. 9.

Recordatus est misericordiæ suæ.) In aliis Psalteriis, apud que Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, addito nomine

i Abac. 3. 13. k Ibid.

l 18. de Civ. c. 32. m lib. 4. c. 11.

mine (*Jacob*) *memor fuit misericordiæ suæ Jacob*, & additur etiam in textu Græco τῷ ἰακωβ, nec non in Arabico, & Æthiopico; quod Hierony. dicit *a* esse superfluum. Puto glossema esse adjectum à quopiam ut responderet *domui Israel*, in sequenti membro. Arnobius recitat promissum factum Patriarchæ Jacob *b*. *Et ego te faciam in gentem magnam*; quod tamen intelligitur de multiplicandis Hebræis in Ægypto. Cetera qui dictam lectionem retinent, explicant de populo Christiano, cui spiritualiter convenit appellari *Jacob*, & *Israel*, juxta horum nominum etymologiam, hoc est, *maligni dæmonis supplantatorem, victoremque, & per interiores oculos animæ*, quantū humana patitur fragilitas, *Dei contemplatorem*; sequuntur enim tritā notationem *Israel*, quam alibi retulli. Quod si per *Jacob*, ut alias etiā notavi, gentes intelligamus, istis recte congruit Deum super misericordia honorare: *Domui* autem *Israel* competunt promissiones Patrum *c*, & veritas, seu veracitas, atque fidelitas in iis ad implendis, de qua membro sequenti. Hoc pacto *data veritas Jacob*, & *misericordia Abraham, quæ juravit Deus Patribus* d. Deipara videtur in cantico suo hinc mutuata, versum, illū *e*, *suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ*. Ita ut prima verba respondere possint illis *salvavit sibi dextera ejus*, &c. Item alia, *sicut locutus est ad Patres nostros*, alias, &, *veritati suæ domui Israel*. Videbatur tam diu differens Deus incarnationem, *oblitus misereri, & continere in ira misericordias suas* f. Quo pacto Deus *oblivisci*; vel *recordari* dicatur, docuimus non uno loco alias. Causa reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, ut scribit Leo *g*: propterea primus locus nunc ei tribuitur, & bis eamdem in suo Cantico Maria replicavit: Zacharias *h* item cecinit *feciſſe misericordiam DEUM cum patribus, & memoratum testamenti sui, sancti, & juris jurandi quod juraverat ad Abraham* i. Quare quamvis si fiat comparatio populi Hebræi cum genrili, huic magis misericordia, illi comperat potius veritatis promissorum, ut jam non semel dixi cum Paulo *k*; absolute nihilominus utrumque intervenit respectu etiam Hebræi, cui misericorditer promissa sunt facta. In istius recordationis quoddam quasi signum Dei filius tamquam annulum humanitatem inseruit digito hypostasi suæ, & in carne plagas impressas retinet, *assistens vultui Patris pro nobis* l, *advocatus apud ipsum* m, *mediator Dei, & hominum* n.

Et veritatis suæ.) Dixi *veritatem* hic sumi pro *veracitate* atque *fidelitate* in exæstandis promissis.

Domui Israel.) Error est in translatione. Hieron. apud Fabrum, in qua ponitur nomen *Jacob*. Nam in ea quam recitant Victorius, Trevetus, Regia Biblia, habetur *Israel*, sicut & in textu Hebræo, Græcoque, & omnium aliarum linguarum. Gulielmus Scepreus, si legisset Biblia Græca Complutensia, Regia, Sixtina, emendata, Apollinarium etiam, Euthymium, Nicephorum, non acquievisset illis codicibus, qui non habent οἴκῳ, ita ut simpliciter negaret in editione Græca esset, quicquid sit de Arabica. Promiscue nominatur in scripturis *domui Jacob*, & *domus Israel*, & Apollinarius appellat hoc loco μέλαθρα ἰακώβου & δώματα ἰσραήλ *palatia Jacobi*, *& domus Israelis*. Hic autem dativus casus est commoditatis, & acquisitionis, ut sit sensus: Deum in utilitatem, gratiam, salutem domus Israel recordatum, & veritatis, & misericordiæ, sive misericordiæ promissæ. Sic etiam in psalmo 118. *o memor esto verbi tui servo tuo*. Vel significat iste dicendi modus materiam circa quam, seu objectum in quod, & erga quod bonitas, & veritas Dei ferebatur, eorumque recordabatur. Idem valet lectio Psalterii veteris, & Augustini; *domus Israel*, ideſt recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ, quæ res duæ sunt domus Israel, & pertinent ad illam, vel si suppleatur, *&*, recordatus est dictarum rerum, & domus Israel.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.) Ceteri quos monere soleo sequi translationem veteris aut Romani Psalterii, nec non Hieron., habent *fines*, synonymum *terminis* nomen, de quibus finibus, vel terminis terræ aliis in psalmis prius egimus. Vidit oculis corporis Simeon *p*, & alii, qui postea vixerunt cum Christo, non ideo beati, quia viderunt, sed quia *videndo*, (quod pie affectis solati magno fuit *q*, & beatitudinis cujusdam loco,) *crediderunt* r. Vident oculi fidei, & in specie qui nunc credunt, visuri postea in re, *facieque ad faciem* (si bene, prout dictat fides, credendo, vixerint, operibusque fidei responderint; *quoniam beati qui quæ sciunt bona faciunt* t. Quem dixi Simeon complementum vaticini videns: & Esaiæ *u*, *videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*, prorupit in Cygneas illas voces *x*, *nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel*. Quam possumus dicere *domum Jacob*, & *Israel*, & *omnes terminos terræ*, quibus Dei salutare videndum proponitur. Gregorius *y* ex hoc, & Esaiæ notatio loco, infert explanans verba Annæ, *lætata z sum in salutari tuo*, de Jesu sermone esse: quemadmodum & in cantico Abacuc *a*, ubi nomen ipsum *Jesu*, exprimitur, ut antea quoque diximus, & his omnibus locis veterum Judæorum Jesum DEUM asseri, quum nunc Judæi Salvatorem expectent, quem DEUM esse nequaquam credunt. Has vocat sanctas Ecclesiæ rationes, has contra Judæorū perfidiam invincibiles aversiones per universum Orbem diffusas, *dilatatum os* habere sanctam Eccl. *super inimicos istos* b, quam jam auctore DEO ubique cognoscitur hoc salutare nostrum, unde, & Judæorum perfidia convincatur. Postea sic in illos invehitur, tamquam Prophetæ nostri verbis, *Viderunt omnes fines terræ salutare DEI*. Quid in posterum visiones differtis? Quem expectatis jam venit: quem promissum habuistis: jam omnibus finibus terræ apparuit: quum clausistis oculos, transiit; immo sic cœci facti estis, quod coram vobis tanta lux steterit, & non vidistis. Deinde recitatis quæ sequuntur in psalmo toto, ait videri Davidem dicere: Quia tum immensa cœcitate premuntur, ut nequaquam videre meruerint, vos gaudete abundantius, qui vidistis. Tum perpendens quam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum coacervatis præcipiatur signis, & quod ad celebritatem lætitiæ insinuandam, instrumenta ejus enumerentur, ut iubilent omnes *in conspectu Regis*, ideſt, in cognitione Redemtoris, & quod à quantis hæc gauditorum solenniras sit agenda exponatur, in Judæos rursus clamat. O infelix Judea, *fines terræ viderunt salutare DEI*, omnis terra commota jubilat, gaudet universus Orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant; sed impia Judæorum corda non credunt, & in cœcitatis suæ tenebris livoris pœna feriuntur. Omnia sunt Gregorii, quæ totius psalmi ecphrasim quamdam continent. Simili telo Judæos impetit in homilia de Epiphania *c*, Justinus etiam disputans cum Tryphone, affinibus Esaiæ testimoniis eosdem convincit: præterea Gregentius *d* antagonistam suum Herbanum item Judæum acerrime perurgent præsentis loci Auctoritate; quod eum quem fecit salvum dextera propria, & brachium sanctum, ideſt, Christum, qui ut DEUS, se ut hominem à nefariis Judæis & dæmonibus liberavit, & est salutare à DEO datum, atque justitia nostra, Deus notum fecit à terminis usque ad terminos terræ; legendus præterea Irenæus *e*. Conficit idem argumentum Augustinus contra clancularios, angulareſque Donatistes, ut prius monui, & valet contra nostri ævi hæreticos, qui non omnes terræ termines fineſve, sed augustos, & pauco. Ecclesiæ, quam apud se esse mentiuntur, concedunt. Ludit more suo Hugo tropologiis: & dicit, quod *salutare Dei vident fines terræ*, ideſt, homines terreni, dum moriuntur, percipiunt quam salutare fuisset eis egisse pœnitentiam, similes Heli; *qui non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur* f; vel hos terminos terræ pauperes esse, & abjectos, qui vident, & recognoscunt salutare DEI, quod potentes, ac divites ignorant, dicentes etiam DEO, *recede* g *à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, ut serviamus ei?* Ingenioſe etiam Ayguanus cur propiores Christo Judæi Christum non agnoverint, sed longiùs dissiti gentiles, causſam ex physico problemate reddit cum Alberto *h*, de senum oculis remotiora propterea melius, quam propinqua videntibus; quoniam debiliores sunt; & cum visibile objectum est prope oculos, hujus paucæ species diriguntur recta ad illos, & quædam supra, aliæ subtus, nonnullæ sunt à latere: sed quando paullo longius ab oculis removetur, omnes illius objecti specierum partes magis directæ ipsis objiciuntur. Ad eumdem modum Judæorum potentia visibilis, intellectiva per invidiam contra CHRISTUM adeo debilitata erat, ut æquis oculis videre non possent, sed gravis eis erat ad videndum *i*. Gentilium oculis intellectus CHRISTI quasi partes omnes directe repræsentabantur; non humanitas sola, sed etiam divinitas cum attributis aliis: ita ut dicere quisque posset *k*; *providebam Dominum in conspectu meo semper*: De Judæis dici posset *l*, *non proposuerunt DEUM*

a Hier. 335

b Gen. 46. 3

c Rom. 15. 8

d M. 1. 7 10
e Luc. 1. 54

f Psl. 76. 19

g Ser. 1. de jejunio decimi mensis

h Luc. 1. 50

i Ibi. 72. 73

k Rom. 15. 8

l Hebr. 9. 24
m 1. Joan. 2
n 1. Tim. 2. 5

o Psl. 118

p Luc. 2. 26 & seq.
q 1. 10. 23

r Joan. 20. 29
1. Cor. 13. 12
t Joan. 13. 17

u Is. 52. 10

x Luc. 2. 29

y lib. primo in primum Reg. c. 2
z 1. Reg. 2. 1
a cap. 3. 2

b 2. Reg. 22. 1

c hom. 10. in Evang.
d tom. 4. bibliot. Patrum.

e lib. 3. c. 12

Tropologia

f 1. Reg. 3. 2 3.
g Job. 21. 14

Causſa cur Judæi propriores Christo, eum non viderunt, sed Gentiles longius remoti

h lib. de sen. su.

i Sap. 2. 15

k Psl. 15. 8
l Psl. 33. 6

Cur sonum oculi remotiora melius quam propinqua videant.

conspectu suo. Dixi problematis rationem aliam reddit Aristoteles *a*, quoniam procul cohire radii solent, & idcirco senex rem videndam longius abducit. Alii *b* quia minor lux quam color habet, remotior magis proportionata est senî: vel quoniam Spiritus senum turbidi sunt, & radius visualis de propinque se offert obtuse, & illa turbulentia cum humido crassiore, ac spissitudine pellis, egent majore claritate.

a Problemata sect. 31. pro. blem. 16.
b Fadmanidus Ponzetus 1. Philo. natu. lib. 2. tract. 1. c. 8. Conimbricen. sect. 1. probl. in 27. ex Galeno.

Vers. 4.) Jubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.

Sensus loci

QUam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum sit, signa hæc gaudii congregata ostendunt, ut Gregorius *c*, quem prius citavi, docet. Victoriales hæ videntur voces, partamque denotare victoriam, & populum Hebræum, aut Davidem de hostibus triumphantem, & sub his typis genus humanum totum ducis Christi virtute, ac potentia liberatum & redemtum. Similes adhortationes, & provocationes jam aliis in pl occurrerant *d*, hic etiam postea versu 6. & Psalmo 99 *e* & in 105. *f*.

c in 1. Reg. c. 2
d Ps. 46. 2. Ps. 65. 1. Ps. 80. 2 Ps 94. 1. 2 e vers. 1 f vers. 3. & seq.

Jubilate Deo omnis terra.) Int Psalterio vetere & apud Aug., & Arnobium, *universa* Chald., *omnes habitatores terræ*, & alibi idem Augustinus *g*, *jubilate Domino omnis terra*. De verbis הריעו *hariehhu*, & ἀλαλάξατε dictum sæpius, & ἀλαλαγμὸν τῶν νικώντων φωνὴν esse *vincentium vocem*. In verbis istius versus, & sequentium observat Ayguanus mysticè gratiarum Actionem pro beneficio redemtionis, & justificationis ut fiat cum mentis exultatio, ne, carnis subjugatione, quam innuunt *jubilare*, & *psallere*; mentis directionem in Deum, quum dicitur, *jubilate*, & *in conspectu Regis Domini*: mandatorum observationem, ibi flumina plaudent manu, &c. Præterea, ut Hugo notat, primo verbo exigitur laus DEI in corde, secundo & tertio ix ore per *psallere*, & cithara: ut cum carnis mortificatione; & quum repetitur idem *cithare* nomen, ut in mortificatione carnis intenti & assidui simus per vocem psalmi, ut prædicatio fiat operationi conjuncta, per tubas ductiles: ut imitemur in dicto prædicationis modo Apostolos & martyres, quos tutudit malleus persecutionis: per vocem *tuba cornea*, ut etiam confessores, & doctores, qui in Spiritus fortitudine præter carnem vixerunt. Hoc ultimum placuit etiam Ayguano, Rickelio, & aliis. Ait etiam *jubilare*, *cantare*, *exultare*, *psallere* bis repetitum, videri quinque illa verba, quæ dicebat Paulus *h* velle se sensu suo in Ecclesia loqui; respondere autem iisdem totidem instrumenta hic posita, *citharam duplicem*, *tubam duplicem*, *simplicem vocem psalmi*: primum *citharam* esse jejunium, secundam pereuntium compassionem: *vocem psalmi* opus misericordiæ, *tubas ductiles* Prædicatorum statum in adversitate, ut sint *bene patientes in annuncando* i. *Vocem tuba cornea* statum eorumdem in prosperitate, ut sint continentes, & à carne secreti, sicut cornu, ne forte quum aliis prædicaverint, reprobi efficiantur, nisi castigent corpus *k*.

g in speculo tom. 4
Sensus mysticus.
h 1. Cor. 14. 19
i ps. 91. 16. 16
k 1. cor. 9. 29
l in speculo tom. 3

Cantate.) Hieronymus, & alicubi Augustinus *l*, *vociferamini*, Alii *plaudite*, vel *aperte*, nempe *os ad cantandum*, *contenta*, & *sublata voce canite*. Hæc est vis verbis צחו *itsehu*, aut *erumpite in vocem lætam*, *emittite laudem fragore*, *vocem exultabundam personando edite*, *frangite vocem*. Vertit aliquando Hieronymus *m resonare*. Incertum an cum contentione vocis modulatæ intelligatur fragor, strepitusque, aut plausus manibus factus, aliove instrumento t an sola contentio illa vocis, quam vocant *assam vocem*, quod verisimilius est. Eadem vis Chaldæi verbi בועו *buhhu*, quod *personate*, & *plaudite*, transferunt. *Fractas ad littora voces* lego in Poeta *n*, & *ferientem æthera clamorem* o, & *rumpens aliquem nauticum celeusma* in Martiali *p*. Sed hæc non satis exprimunt Hebræam phrasim; potius illa: quum *rumpere* quis *vocem* dicitur, aut *quassus*, & *rumpere hac eamdem immò pectore*, q Notatu digna distinctio canticorum quindecim, quæ respondeant quodammodo totidem psalmis, qui appellantur *cantica graduum*. Tradit eam Hugo, & cur cantare, ac exultare debeamus: *primum canticum* post exitum de mari rubro r, docet convenire liberationi nostræ à peccatis s *secundum*, propter nostrum profectum *s*: *tertium* quia peracta sit pœnitentia t: *quartum* ob aliorum profectum atque strenuitatem u: *quintum*, quod prolem spiritualem

l in speculo tom. 3
m Es. 44. 23
n Vir. Æn. 8 o 5. Æn. p lib. 4. Epig. 66.
q Vig. sæpe. Distinctio canticorum quindecim totidem psalmis respondentium
r Exod. 15. 1
s Num. 21. 17
t Deut 32
u Jud. 5. 2

Vers. 5.) Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi.

Vers. 6.) In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ Jubilate in conspectu Regis Domini.

Sensus loci g. in 1. Reg. c. 2

CElebritatem lætitiæ, inquit Gregorius *g*, insinuare gestiens, instrumenta ejus enumerat. Vult musica instrumenta voci humanæ cum harmonia consonare, & cum jubilationis voce intensiore conjungi dulciter sonum submissiorem: adhiberi quoque citharam, ac tubas ductiles, & cornea, atque in conspectu Regis Domini jubilari, omneque dictum genus musicæ edi, ut festiva triumphanti, regnumque post victoriam ineunti aggratulatio & acclamatio fiat.

Psallite Domino in cithara.) In Psalterio vetere ac Romano, & apud Cassiodorum, *psallite DEO nostro* e Apud Augustinum, *Domino Deo nostro*, Hieronymus, *cantate*. Dicunt זמר *zimier* magis proprie ad instrumenta inferri; & *psallendi* verbum habitudinem dicit ad Psalterii instrumentum, quamvis extendatur ad quodlibet aliud. De cithara Hebraicè כנור *chimar* alias actum est. Parapraſtes pluraliter vertit בכנרין *bechinnerin*, *in citharis*.

Tropologia

In cithara & voce psalmi.) Hieron. *& voce carminis*. Alii, *in cantu musico*, aut *modulatione vocis*. Repetitio *citharæ voce psalmi*, ostendit quid *psallendi* verbo intellexerit: nempe cum organi sono vocis aptæ consonantiam, & ut citharæ vox psalmi adjungeretur ore humano pronunciata, sed submissus, & dulcius quam jubilatio: de qua versu 4. quæ contentius editur Chaldaicè *in cithara*, & *voce psalmorum*, vel juxta translationem Nebiensis, *in citharis & voce fistulæ*, quum tamen sint voces omnino similes Hebræis. Indicata jam ante tropologia, ut citharæ psalmus adhibeatur, ideſt, voci opera, traditur ab Augustino non hic tantum, sed in quodam sermone *g*, qui videri potest ex isto commentario depromtus: utroque namque in loco differit de Job. Docet qui cantat, & operatur, psallere in Psalterio. & citharæ: qui psallit in Psalterio, divina de cœlo verba canere; qui operatur manibus, humana opera perficere pie, ac hilariter, ut opera misericordiæ propter Deum, *qui diligit hilarem datorem* h, & sibi factum deputat quod fit aliis *i*: Job in tribulatione *ductilem tubam* fuisse, ui esset tribulatio, tunsio, productio, profectus: bene, diligenter, suaviter, dulciter, fortiter sonuisse, quum, dixit: *Domini dedit*: &c. *k* item, *locuta* l *es quasi una ex insipientibus mulieribus*, *si bona suscepimus*: talique sono quemlibet dormientem excitari posse: *malleum universa*, *terra*, diabolum, *contritum esse* m. Affert præterea exemplum Pauli, cui tunso per malleum angeli Satanæ, stimulique carnis, & oranti, ut auferretur, fabricator Deus respondit, velle se tundendo tubam perficere, & ut *in infirmitate virtus perficiatur* n: ac tubam quoque istam ductilem bene sonuisse, quum diceret, quando *infirmor*, *tunc potens sum*. Sed quod attinet ad *citharam*, quæ pluribus constat chordis concordibus, quemadmodum & alia instrumenta, *sicut non potest esse cithara*, inquit putatus Hieronymus, *nec perfectus citharæ sonus*, *ita quid tibi*

g ser. 252. de tempore
h 2. Cor. 9. 7
i Mat. 1. 25
k Job. 1. 22 l c. 2. 10
m Jer. 50. 23
n 2. Cor. 12. 9.
o vers. 10

pro-

prodest, sis castus, si sis largus in eleemosyna; & *invidiosus sis? quia tibi prodest si sex chordas integras habueris, & unam rupta?* Mysticas alias citharę acceptiones alibi prosecuti sumus. Attendit in eadem Grevæus *a* hoc loco imam partem latam ac vento plenam, ideſt, sensualitatem, quæ incedit per *viam perditionis latam* b, & *pascit ventum* c: partem, in qua sunt chordæ, nempe rationem cum virtutibus, & suprema, videlicet synteresis: sonum sensualitatis bene sonare, ac psallere, quum subsitet rationi, hæcque synteresis juxta illud *d*, *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit*: bis hic repeti *citharam*, propter mortificationem concupiscentiæ, & curiositatis. *vocem psalmi* esse manifestationem sanctæ, & devotæ operationis. Euthymius, & Nicephorus in *cithara* factivas virtutes in *voce psalmi* contemplationem agnoscunt. Bis positam deniq; retuli *citharam* versu 4. ex Hugone, ob assiduum mortificationis studium. Ayguanus ait ut laudetur Deus mortificatione nostræ carnis atque per Christi incarnatione & cruce. Valentia in his; & sequentibus considerat modos, quibus colatur Christus in Ecclesia, jubilo interioris gaudii pro nostra liberatione: vocis expressione confitendo beneficia: cum *cithera* fidei Trinitatis, spei, & charitatis, & chordarum docem præceptorum; cum *tubis ductilibus* prædicationis Evangelicæ, legis, quæ purgata est à ceremoniis veteris per ignem, & malleum passionis Christi atque maryrum: cum *voce tubæ cornea* pastoralis, sive Prælatorum.

In tubis ductilibus.) Hieron. absolutè, *in tubis*. Alii, *in tubis classicis*, vel *in buccinis*, vel *sonate taratantaris*. Additum est epithetum *ductilium*, & ἐλατῶν: quum sit simplex Hebr. nomen תצרות *chatsotsaroth* onomato peicum, sicut *taratantara* significans *tubas ex quovis metallo*. Idem epithetum additur in libro Numeror. *e*, ubi agitur de *tubis argenteis*, ex qua sola materia male quidam significari *tubas* putant dicto nomine. Josephus quidem *f*, Suidasque *g* post illum, auctorem. Moysem facit buccinæ ex argento quam Hebræi vocarent ἀσωσρα, hoc est, ut prius dixi חצרה *hatsotserah*, cujus quoque formam describit, & ulum: sed non ait ex nulla alia materia metallica factam fuisse, fierive potuisse. Distinguit explicatque Serarius noster *h* non indiligenter tubarum genera ratione formæ, materię, usus hominum illas inflantium, vel qui adinvenerunt: postremo ratione soni. Hoc loco Arnobius tubis istis docet belli victoriam declarari. De bellicis tubis mentio est in libro Numerorum *i*, quum scilicet exeundum erat contra hostes, & in priore ad Corinthios epistola *k*. Possent etiam eædem censeri inter festivas, & sacras, de quibus tam crebra mentio *l*: idem valet *memoriale ac tuba vociferationis* m; denique festum quoddam erat, cui nomen à tubis, ut aliàs quoque docui.

Præter mystica, quæ prius attigi, Græci designari volunt etiam Apostolos, & successores. Euthymius item, & Nicephorus Evangelia quatuor, quæ dicantur *tubæ ductiles*, quoniam à Spiritu Sancto fabricata sunt, & acta: *tubæ unæ* propter concordiam, *cornea* quasi animata, quia *tubæ cornea* ex animalium cornibus efficitur.

Et voce tubæ corneæ.) Hieron.) *& clangore buccinæ.* Hìc etiam adjectum est epithetum *cornea*, & κεραπίνης שופר *schiophar* quod propriè significat *corneam tubam*. Cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur, Latini propriè *buccinam* vocant, & *buccam*, cui voci secundùm sonum similis est βυκάνη, & βουκανιστήριον, licèt non solam *corneam tubam* significet. Erat hæc tuba vel ex cornu bovino, quod ait Diodorus κ ἔρασι ταύροις εὐβυκανεῖν, *cornibus boni vinis buccinare*: vel ex arietino: quo pacto Gedeonis milites Josephus *n* in manibus habuisse scribit κριοῦ κέρας *arietis cornu*: vel aliorum animalium cornibus, ut hircorum agrestium, Vegetio teste *o*. Nomen *cornu* quandoque simpliciter pro *cornea tuba* usurpatur, ut à Varrone *p*, Virgilio *q*, Ovidio *r*, Horatio *s*, Persio *t*, Tacito *u*, Propertio *x*, Lucretio *y*, Livio *z*, aliis. Sic etiam loquuntur Græci, ut quum prodit Athenæus *a*, τυρρηνῶν εὕρημα fuisse κέρατα καὶ σάλπιγγας, *Tyrrhenorum inventionem cornua & tubas*. Inde *cornicines*, sicut & *tubicines* à tuba, quorum altero quandonam uterentur veteres, consulendus Vegetius *b*, & cum Alex. Neapolitano Tiraquellus *c*. Sed & Syriacè in priore ad Thessalonicenses epistola *d* vocatur קרנא *Karna*, quæ *tuba*, & σάλπιγξ à קרן *Keren*, *cornu*. Idem Serarius *e*, quem prius nominavi, persuadet mihi probabiliorem esse sententiam, Josue *tubas*, quarum clangore Jerichuntem evertit, *corneas* fuisse, ac ex arietino cornu constitisse: sicut quibus Jobelæus indicebatur. Hieronymus *f* buccinam docet esse pastoralem, cornuque recurvo effici, & propriè Hebraicè שופר *sciophar* dici, Græcè δ' σπανιν: *tubam* de ære effici vel argento, qua in bellis, & in solemnitatibus Hebræi concrepabant. Legendus etiam Valtrinus noster *g*, & Lipsius *h*. Ad ea, quæ supra mysticè attuli de *tuba cornea*, Origenes *i* ista tuba canere illum dicit, qui de cœlestibus loquitur, qui de spiritualibus disserit, qui mysteria regni cœlorum revelat. Ambr. *K* merito *tubam corneam* dici virtutem sermonis mirabilem scribit, quæ bonos Christi milites accendit ad prælium, ut de hoste diabolo manubias reportemus. Mirabile fuit profecto cornibus & cornicibus uti Deum voluisse ad indicendum annum Jobelæum, & remissionis, atque ad dejiciendam idololatriam. Parvum cornua ista fundit animal, vilis opilio suppeditat, humilis cavat, perforat, aptat artifex. Stulta mundi elegit Deus, infirma, ignobilia, contemtibilia, ea quæ non sunt, *stultitiam prædicationis* l, velut etiam *asini mandibulam* m. Superbia item cum suis turribus, avaritia scilicet, invidia, atque luxuria, simul cum populis, ideſt, concupiscentiis malis, assidua, inquit Augustinus *n*, Sacerdotum prædicatione oportet ut destruatur, atque dispereat; & illi *ut tuba exaltent vocem, nec clamare cessent annuntiando scelera* o; tuba vero sua penetrent aures peccatorum, cor concutiant, non delectent cantu, sed castigent auditu, & strenuos quosque hortentur in bonis, & remissos terrenat pro delictis. Origenes *p* Evangelistarum, & aliorum Apostolorum scripta *tubas* nominat, quibus omnes idololatriæ machinæ, & philosophorum dogmata usque ad fundamenta dejiciantur. Docet etiam *q* sonitu *tubarum* illarum præfiguratam tubam judicii universalis, * qua mundus corruet, eritque clangor justis lætus, lugubris injustis. Egregiè ludens Augustinus in vocabulis, jubet ut *non tuba cornea erigat adversus diabolum, non tuba cornea, adversus fratres nostros*. Moysis cornuta facies *r*, & quod emineant in animalis capite cornua, gratiam denotant contemplationis, quæ de ratione simul oritur, & simul rationem excedit, facitque ut homo *levet se super se f*. Sed præcedat oportet, vel adjungatur *tuba ductilis* affectionis attritæ per compunctionem, & rationi extensæ per meditationem, inquit Grevæus *s*. Qui dicitur Hieronymus notat in *cornea tuba* virtutem, in *ductili argentea*, verbum Dei.

Jubilate in conspectu Regis Domini.) Hieron., (*coram Rege Domino*) In Romano Psalt., & apud Greg. *u*, (*in conspectu Regis, Domino*) quo item pacto restitutum est in emendatis Græcis, ἐνωπιον τοῦ βασιλεως κυρίῳ. Si de Rege simplici homine exponatur, tensus est, ut perstrepant ante trium. phantem tubæ, sed *Domino*, hoc est, ita ut præcipuus honor, gloriaque deferatur Domino Deo. Si de Christo, idem dici potest, spectando illum, ut homo est. Sed simplicior expositio, juxta communem editionem, est de Deo, qui Rex, ac Dominus est, vel etiam de Christo cui eadem conveniunt, quum sit homo, & Deus. Jubilatio autem fieri præcipitur *in conspectu Regis Domini* tùm hoc tempore, propter adventum primum, & repræsentando secundum tamquam præsentem: tùm in futuro, quando reipsa venier Rex ac Dominus judicaturus mundum. Hìc præcipuè locus, ubi sit jubilandum, ubi cantandum, ubi exultandum, ubi psallendum, ubi in psalmo citharizandum, ubi in cithara psalmizandum, ubi jubilandum in *tubis ductilibus*, & *corneis*, inquit Cassiodorus, scilicet *in conspectu Regis Domini*, quando in illa judicatione justi præmi promissa recipient: per has enim varietates significatur diversis sanctis operibus, diversionis donis in conspectu Domini esse gaudendum. Sive ista hìc dicit sic esse facienda, ut semper ad eum mentis dirigatur intentio. Excitant quoque verba ista studium, attentionem; devotionem jubilantium, Psalterium, cantantium, quum nempe se meminerint *in conspectu Regis Domini* facere. Sic vero alibi admonebat David *x*, *quoniam Rex omnis terra Deus psallite sapienter*: & ipsemet excitabat seipsum, cogitans, quod *in conspectu Angelorum psalleret y*, & Paulus *z* in Ecclesia præcipiebat *mulieres habere potestatem* (velum) *super caput propter Angelos*. Hi ipsi sunt, *qui jubilant Domino* a in cœlo, cujus *vident faciem semper* b & *adstant ante ipsum* c. Magna indicitur nobis probitatis necessitas, quum ante oculos versamur judicis cuncta cernentis *d*, & qui *Regem in decore suo videt, oculis ejus cernunt terram de longe* e, ideſt, res aut homines terrenos. Quod est, inquit Hugo, contre venegloriantes, qui à mulierculis laudari appetunt, quando cantant in Ecclesia & non à Rege Domino. Non proponit irreligiosus *Deum ante conspectum suum* f, & *non venit in conspectu Dei omnes hypocritæ* g. Verum de fructu divinæ præsentiæ, actum alibi.

Mysticæ acceptiones. a *ser.* 105 b *Mat.* 7. 13 d *Ose.* 12. 1.

d *Esa.* 16. 11

e *Num.* 10. 2

f *Ant.* 6. 11 *vel* 15 g *verbo* βυκάνη.

h *in Josue* c. 6. q. 4

i c. 10. 9 k c. 14. 8

l *Num.* 10. 10 *Psal.* 46 & *Psal.* 80. *Psal.* 150 m *Deut.* 16. 1. 2 4. *Nehe.* 8 10. *Josue.* 6. 5 1. *Paral.* 15 8. c. 15. 14. *lib.* 2 3. 12. 13. c 7. 6 c 29. 27. *Esa.* 66. 23 *Macb.* 4. 59 *Accepto mystica. Gracorum* m *Lex.* 23 24. c. 26. 9

n *lib.* 5. c. 2

o *lib* 3. c. 5

p *lib.* 4. *de lingua lat.* q 8. *Æneid.* 12 *Fast.* & 11 r 1. *ser. Sat.* 6 t *Sat.* 1. & 3 u *lib.* 2. x *lib.* 4. *Eleg.* 1. y *lib.* 2 *lib.* 2. 9. 30 a *lib.* 4 b *lib.* 2. c. 22 c *lib.* 4. c. 2 d *c.* 16 e *in Josue* c. 6. q. 4 f *in Ose.* 4. 5

g *de re milit.* c. 4 Mysticæ acceptiones. h 4. *de milit. Rom. dial.* 10. & i *hom.* 9. *in lib. judicum* k *de benedict. Patriar* c. 1

l 1. *Cor.* 1. 26 m *Judicum* 15. 15

n *ser.* 106. *de temp.* o *Esa.* 58. 1

p *hom.* 7. *in Josue.*

q *hom.* 6

* 1. *Thes.* 4. 16 1 *Cor.* 15. 52

r *Exod.* 34. 29. 30

f *Thren.* 3. 2

s *ser.* 25

u *in* 1. *Reg.* c. 1

x *psf.* 46. d

y *psf.* 137. 1 z 1. *Cor.* 11. 10

a *Job.* 38. 7 b *Matt.* 18 10 c *Tob.* 12. 15 d *Buet. de consolat.* e *Esa.* 33. 17

f *psf.* 53. 5 g *Job.* 13. 16

Vers. 7.) Moveatur mare, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Vers. 8.) Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt.

Sensus loci. NOn contentus cantu humanæ vocis, pulsuque musicorum instrumentorum, accersit etiam res inanimatas per prosopopœiam: mare, terram, flumina, montes, cum omnibus, quæ in illis continentur, ut Dei celebrent laudes, & collætentur, quoniam & ipsa liberabuntur à servitute corruptionis, in qua ingemiscunt *a*, per adventum Christi, præsertim secundum. Vel vim tantũ & efficaciam laudationis humanæ vult esse, ut quod fabulant sunt poetæ, concentu suo saxa, montes, res alias quaslibet sensu carentes commovere possit. Vel figuratè ad lætitiam invitantur maritimarum incolæ regionum habitatores mediterraneorum Orbis locorum, & fluminum, & montium, qui subduntur dominati Deo, & Christo *à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis terrarum* b. Vel invitantur sub figura etiam tũ peccatorum, & mundani ad pœnitentiam, velut mare amari, & ut Orbis terrarum terreni, tùm justi omnes bonis operibus manantes, tamquam flumina; tùm insigniores sancti, montibus similes. Vel prædicuntur persecutiones adversus Eccl., & fideles Domino alioqui jubilantes, saltem per mare cum plenitudine, per Orbem terrarum cum habitantibus in eo. Præcessit huic affinis in ps. 95. *c* sententia. Grægorius *d* ait à quantis hæc gaudiorum solemnitas sit agenda hic exponi.

Moveatur mare, & plenitudo ejus.) Hieron., *tonet mare*, sicut, & ps. 95. *e* unde quæ hunc faciunt petenda. Utrobique etiam vetus Psalterium, & quidam alii, (*commoveatur*) Prostratos Jericho muros tubarum sonore, populique clamore præceps fert, Augustinus *f*, Hieronymus *g*, Ambrosius *h*, Origenes *i*. Sed non sola tubarum, clamorisque vi factum id asserunt. Nec potuit naturaliter fieri, licèt non parva sit in sono campanarum, bombardarum majorum, ventorum, fulminum, sive tonitruorum facultas. Imitatur Scriptura ipsa sacra, vel usurpat poeticam exaggerationem, ut cum voce *divina moveri terram dicit* k *à sonitu equitum, & rotarum, & curuum moveris muros* l. De concussis mœnibus Jericho Serarium nostrum consule *m*.

Orbis terrarum & qui habitant in eo.) Psalt. Romanum, *& universi*, Vetus *& omnes inhabitantes*. Hieron., *& habitatores ejus*. Symachus ᾠχεῖ τὸ ὑδάλασσασαὺ πλήρωμα αὐτῆς ἡ οἰκουμένη, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, *resonet cum plenitud. ne Orbis terrarum, & habitantes in eo.* In aliquibus Bibliis ex editione Lxx. est πάντες *omnes*, ut in Complutensibus, Regiis. Tropologia Hugonis frigida, ut Orbis terrarum ob circularem figuram perfectus denotet diversis habitantes in terris: & *habitare* dicantur, non solum intrare, ut nonnulli, qui cito resiliunt à circulo, & claustro, perfectionis.

Flumina plaudent manu simul.) Chald., *manibus*, in plurali, & in Psalt. veterè, atque apud Augustinum: & legunt, *in idipsum*, sicut & Gregorius *n*, nec non Romanum Psalt. & Cassiod., qui legit etiam *manibus*. Non una manu fieri plausus propriè potest, seu complosio. Itaque collectivè pro utraque sumitur singulare *manus* nomen. Eadem formula Esaias *o* plausum lignis sylvarum tribuit, ad exprimendam lætitiæ magnitudinem: *quia in lætitia egredieminì. & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu*. Columbam quoque *alis plaudentem* Virgilius *p* facit, & *pedibus plaudere choreas* usurpat *q*. Statius *r* etiam *natatu plaudere aquas*. Ac ferè eo verbo lætitia & congratulatio declaratur, sicut ps. 47. *f* vidimus: *Omnes gentes plaudite manibus*: creatoque Rege Joas plaudens populus conclamavit, *Vivat Rex* t. Item Ezechielem *u plausus manus* cum pedis *percussione*, conjungitur gaudio ex toto affectu. Nihilomius idem Propheta *x* eam phrasim, seu *percussionis manus ad manum*, & *complosionis* adhibet ad signum doloris, planctus, stuporis, iræ, & Jeremias *y*, ut declaretur gaudium insultantis, quo etiam sensu Manum *z manuum* utur. pat *compressionem*, quam pro *percussione* clarius significat verbum Hebræum תקע *kahh*. Chrysost. *a* quoque docet plausum quemdam esse militum ad hostes perterrendos. Quando miratur quis, doletve, aut incutit terrorem, fere semel dumtaxat percutit manus & complodit, sed cum impetu: quum lætatur, frequentiùs, & blandiùs. Notum est illud Comœdiarum, *plaudite, applaudite, plausum date*, qui & A *crepitus manuum* vocatur. Sed quod attinet ad *flumina, fluviosque*, humanam his formam antiqui dabant, vel cornigeros, aut tauriformes ταυρωμόρφους, ταυροκράνους pingebant; ut Virgilius *b*, Valerius Flaccus *c*: Martialis *d*, Horatius *e*, Ovidius *f*, Euripides *g*, Statius *h*, Claudianus *i*, meminitque Ætianus *k*. Pierius *l* Turnebus *m*. Causam duplicem Scholiastes *n* Sopheclis dat, vel quod mugitum edere videantur (unde & tritum epithetum ut *sonori* dicantur) vel quia terram, ut boves proscindere. Prior causa est etiã Aristotelis *o*. Festus addit tertiam, quia ferociunt, ut tauri. Alii quartam, quod flexuosi eorum lapius cornua referant. Quin vero etiam planctus levis sonum Seneca *p*, & Lucanus *q*, undis tribuerunt. Attius latratum, crepitum, clangorem, cachinnum:

Ac ubi (ac ultimus) *curvo litore latrans*
Unda sub undis labunda sonat,
Simul & circum magni sonantibus
Excita saxis, savasonando,
Crepitu clangente cachinnat.

Cur fluvii tauri formes ab antiquis picti fuerint.
b 4. *Georg.* 8 Æneid.
c Argonaut.
d *lib* 7. *Epig* 6. *lib.* 9. *Epig* 104.
e *lib.* 2. *ode* 14.
f 4. *Trist.* [illegible] *leg.* 2. 9 *Metam* & 4
g *in Jone.*
h *Theb.* 2. 7
i *de bello Get.* 4 & 6 *de consul. Hono.* 2. *in Stilico*,
k 2. *var. hist.* c. 33
l *lib.* 3
m *lib.* 24. c. 40
niu *Thraimo sec.* 24 *proble in* 2
p *in Agam, actu.* 3. *in choro*,
q *Pharsal.* 1. c. 5. 10

Juvant hæc ad percipiendum fluminum plausum, præterea quod jucundo murmure fluere dicuntur, & his alia similia. Fluminibus potius quam mari tribuitur hæc dicendi formula, quia videntur maris quasi brachia, vel digiti manuum ejus. Habet similitudinẽ cum hoc locus Abacuc *r*. *Altitudo manus suas levavit*, quod est etiam gratulantis & laudantis, etsi alii explicent, quod Jordanis ripæ sese extulerunt: ripis namque tamquam brachiis, aut manibus terras flumina contrectant & complectuntur. Vulgò etiã appellamus *maris*, aut *fluvii brachium*, & in alio ps. *f*, *mare spatiosum manibus* vocatur. Credi us Hieron. reprehendens Judæos, qui secundum literam intelligunt, quum sit certum flumina manus proprie non habere, sicut hec voces, ventrem, pedes, membra cetera (contrariũ extremæ amentiæ affirmat esse Chrysost.) *t* mysticè interpretantur Sanctos, qui de fonte Christi currant, & bibant, alios rivulos esse, vel torrentes: *plausum manuum* esse concordiam illorum, qui opere laudent Christum dicentem *u*, *qui sitit veniat ad me, & bibat & flumina de ventre ejus fluent*. Consentiunt fere ceteri, & Augustinus ait, quum fiunt persecutiones, quasi commoto mari, flumina, idest, sanctos in Domino plaudere operibus, & gaudere. Procopius *x*, ut per *mare* impios, ita sanctos designare per *fluvios, dulceesque ac sedatas aquas*. Cyrillus Alexandrinus *y* idem sentit de Mysticis fluminibus Sanctorum, qui doctrina, & vita irrigent alios. Alii fideles omnes accipiunt aquis baptismatis regeneratos, & rivis gratiæ plenos. Qui particulam, *simul*, nectunt isti membro, quod plures faciunt, volunt concordiam denotare, unitatemque fidei & charitatis. Hugo etiam addit interpretans *flumina* de doctoribus, ut hi devitent singulares, ac novas opiniones, ut quemadmodum non deserit flumen antiquum alveum, sic doctores non relinquant semitam antiquorum, & pro amico novo antiquum *z*, *Stultus homo plaudet manu quum sponderit pro amico suo* a, hoc est, qui alios docendi, & regendi munus ambit, spontèque arripit cum gaudio.

t *ho. in ps.* 40 Mysticæ expositio.
u Joan. 7. 37
x *in Esa.* 41
y *in Abacuc* 3. *num.* 51
z Ecc. 12. 19
a Prov. 17 18.

Montes exultabunt.) Hieron., *simul laudabunt*. Nam particulam *simul*, conjungit isti membro, sicut postea fecerunt Massoretæ, seu Thalmudici. Quod ad sensum non refert. Lætitia imperata est monti Sion in ps. 49. *b* & exultasse dicuntur ps. 113. *c* cum collibus, sicut arietes cum agnis. Sunt hi habitatores montium: mysticè sublimes virtute, contemplatione, auctoritate. De iisdem montibus collibusque prædixit Esaias *d* fore ut cantarent laudem. De notione vero mystica egimus etiam alibi. Non valde adrem est quod Arnobius advertit, ex visceribus montium, fontes egredi, qui faciunt flumina, nisi trahas id ad mysticum sensum, ut & quod horum *capita pulsare cœlos* ait, *illorum habitatores cœlo vicinos esse*.

b *vers.* 12.
c *vers.* 4. 6
d c. 55. 12

Vers. 9.) A conspectu Domini, quoniam venit judicare terram.

Judicabit Orbem terrarum in justitia, & populos in æquitate.

Sensus loci. CAusa tantæ, totque modis declaratæ, quæ ab universitate non hominum dumtaxat exigitur, sed ceterarum creaturarum, aventus, & præsentia Judicis est, qui cun-

cuncta moderetur, & homines omnes regnat, & dum in A mortali vita degunt, & quum transierint ad aliam cum summa æquitate, & justitia, ita ut cuivis reddat secundùm opera sua: liberet hic quantum expedit innocentes ab iniquis oppressoribus; tandem vero in extremo judicio tùm privato, tùm generali, seù publico debita præmia, supplicia ve singulis decernat. Eusebius *a* admonet de utroque Christi adventu intelligi hunc locum posse. Eadem fere sententia in psal. 95. *b* fuit & utriqne consentanea illa est apud Etaiam *c*: *Et judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.*

a 6. demonst. *a*. 6
b vers. 11
c c. 11. 4

A conspectu Domini.) Hieron., *ante Dominum.* Alii, *coram Domino*, vel, *propter Dominum*, vel, *faciebus Domini*. In Psalterio vetere, & apud Aug., *à facie Domini*, in Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, *ante faciem Domini*. In emendatis Græcis omittitur ἀπὸ προσώπου κυρίου, *a conspectu Domini*, nec sunt in Æthiophico Psalterio: & non satis constat ex Enarratoribus Græcis, an legerint, licèt Apollinarius exprimat,

Ὄρεα σκιρτήσουσι θεὸς κατέναντι προσώπου B
Montes exultent divinam ante faciem.

Hebræum לפני *liphne* significat *coram facie, ante faciem, in conspectu, ante conspectum*: prepositio autem ἀπὸ innuit causam; sed parùm refert exultationem dicere *ante faciem Domini*, vel propter illam; *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*, inquit alibi David *d*.

d ps. 15. ult.

Quoniam venit judicare terram.) in bibliis Græcis, & Complutensibus bis ponitur in præsenti, *venit*, duobus verbis ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχει, In Psalterio Romano & apud Cassiod. *quoniam venit, quoniam veniet*: in Psalterio vetere, & apud Aug., *quoniam veniet*, Hebraicè est tantùm temel בא *ba* venit in præterito, & ita Hieronymus, aliique vertunt. Fortassis ex psal. 95. *e*, repetito sumta est, ubi Græcè bis ponitur ἔρχεται, sicut Hebraicè בא *ba*: quod ibi dicebamus] à multis exponi de duplici adventu Christi. Istum duplicem adventum clariùs innuit lectio, quæ habet, *venit & veniet*, Sed de eodem advenu etiam tantùm primo, rectè repetitur ad certitudinem, & confirmationem veritatis, & ad augendam magis lætitiam. Allegoricè terram de terrenis improbis exponit Hugo, qui judicentur, & condemnentur, montes de sanctis, qui judicabunt, cum Christo, quemadmodum in sequenti membro, *Orbem terrarum* de primis, *populos* de omnibus fidelibus utpote non terrenis, sed rationalibus, rationeque bene utentibus.

vers. 13

Allegoria.

Judicabit orbem terrarum justitia, & populos in æquitate.) Non refert quod Hieron., *Orbem*, dumtaxat ponit; alia Psalteria, *terræ*. Eadem sententia fuit in ps. 95. *f* nisi quod ibi est, *terræ*, & pro, *in æquitate*, habetur, *in veritate sua*. Æquitas respondet Græco nomini εὐθύτης, & Hebræo plurali מישרים *mesciarim*, de quibus alias actum. Euthy. monet idem esse *veritatem*, atque *rectitudinem*, ut quiquis verax est, sit rectus, & vicissim. Apollinarius *rectitudinem* consistere dicit in hoc, ut habeat judex γλῶσσαν ἀκλινέα linguam inflexibilem, & stabilem; idest, sententiam, que corrumpi, aut mutari non possit. Diximus alibi præterea, quo pacto spectetur in pœnis etiam damnatorum cum Dei justitia misericordia, quod hoc observat loco Ayguanus. Accomodatitiè ludit Hugo in orbis vocabulo, ut significet eos quos mundus orbatos oculis in Orbem ducit, sicut Samson, *g* & *quorum anima rotabitur* h. Item judicandum ait, & damnadum Orbem terrarum, idest, advocatos, & litigatores pro Jurisastutia, & populos in æquitate, hoc est, rationales Theologos, & Sacerdotes pro æquanimitate, nimiaque tolerantia malorum, Cajetanus notat in judicio merita juris non fore consanguinitatem, nobilitatem, divitias, & hujusmodi; sed rectitudines, ac proinde etiam obliquitates. Tandem Augustinus admonet, ut qui orat adventum Regni *i*, & Regis, ac Judicis, corrigat se, ut non oret contra se: gaudere, & lætari tantum de adventu justos. Adde *væ desiderantibus diem Domini* k, si videlicet improbi sint, & impœtentes.

f vers. 13

Sensus accommodatitius.

g Jud. 16. 21
h 1. Reg. 25 19.

Matt. 6. 10

k Amor. 5. 18

PSALMUS
NONAGESIMUS OCTAVUS.

1. Psalmus ipsi David.

DOminus regnavit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim, moveatur terra.
2 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.
3 Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: 4. & honor Regis judicium diligit.
Tu parasti directiones: judicium & justitiam in Jacob tu fecisti.
5 Exaltate Domnum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus: quoniam sanctum est.
6 Moyses, & Aaron in sacerdotibus ejus: & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus:
Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos. 7. in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.
8 Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.
9 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

TITULUS & ARGUMENTUM.

Vers. 1.) Psalmus ipsi David.
Dominus regnavit, irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Titulus Psalmi.

NOn est hærendum in titulo, qui nihil continet præter pl., Davidisque nomina, quorum tamen etiam posterius non extat Hebr. Unde non propterea sequitur à Davide pl. factum non esse, sed à Moyse, ut alias notavi. Immò de Moyse sermo habetur, tamquam de homine, qui diu antea præcesserit. Nec magis verum, quod pseudo. Philo *l* scribit, & Jacobus Faber videtur approbare, in deserto compositum ps. ab Asapho qui de Samuele in eo prophetaverit. Argumentum fere idem, quod priorum duorum, & usurpatur in officio divino Apostolorum, & Dedicatonis. Nam sensu mystico saltem, de Christi regno agit hic psal., jubens ut per resurrectionem, ac exaltationem Regi jam declarato, cujus quoque regni forma describitur, adoratio, veneratioque deferatur. Typus ipsius regni, & Ecclesiæ, Synagoga fuit, præsertim Davidis tempore, quo arca Domini collocata est, atque culta religiosius in Sion post devictos Jebusæos, & invitati Hebræi, ad id faciendum, exemplo Moysis, Aaron, Samuelis. Quemadmodum verò Arcam Deus in ipsis Cherubim insidens, tamquam scabellum habere videbatur, sic Christus, ut Deus humanitatem, quæ propterea, velut arca, meretur venerationem, & ut ad Christum, sicut ad propitiatorium, verumque propitiatorem, recurramus. Theodoretus, & Basilius alium assignant typum, reditus de captivitate Babylonica, quum populus Hebræus tunc regni formam denuo recuperavit, & idcirco quommodo recepit ipsemet Deus regnum suum. Simul autem volunt prædici cum adventu Christi Hebræorum incredulitatem. Quem priorem dixi typum Davidis, & Arcæ, Lyranus, & Ayguanus litteralem dicunt sensum esse, subque illo de Christi regno hic agi. Trevetus, & Cajetanus, nulla de Christo mentione facta, liberationem de captivitate Ægyptiaca tractari volunt, ad quam revocari possunt victoriæ de aliis hostibus, usquequò perveniret populus ad promissam terram, nec non & postea usque ad ætatem David. Sed subintelligendus eo modo ibi Christus, quo in alia captivitate,

l lib. antiqui biblicarum

Argumentū

Favent Hebræi, quatenus de suo Messia interpretantur psal. debellaturo Gog, & Magog, pacatumque populo suo Hebræo regnum tradituro per totum mundum. Quos Lyranus, & Ayguanus confutant. Rectè item Rickelius, qui de Christo planè taceant, superficialiores nominat, non solum sanctis catholicisque doctoribus, verùm etiam dictis Hebræorum doctoribus. Tamen, ut litteraliter exponatur de typo, seu figura una ex indicatis, quid obstet non video. Athanasius *a* numerat istum psalmum inter illos, qui de Domino gloriantur, & singula Christi continent virtute passionis suæ in nos collocata beneficia. Recitat Justinus *b* psal. integrum contra Tryphonem, contendens, Christo soli convenire, quodq; per eum salventur quotquot etiam ex genere Judæorum salvantur.

a ad Marcel.

b in Tryph.

Sensus logi. *Dominus regnavit, &c.*) Orditur à prædicatione amplissimi, potentissimiq; dominii, & regni Dei, qui vicerit, atq; straverit hostes, quantumvis irascantur, indignentur, fremant, tumultuentur illi, & exteræ, barbaræque aliæ nationes, nihil umquam contra ipsius profuturæ potentiam, & voluntatem. Hunc inquam, affirmat Deum Regnum suscepisse, sesequè pro Rege gessisse, ac re, factoque declarasse, qui in arco videtur sedere super Cherubim tamquam in peculiari throno suo, ut agnoscatur omnium angelicorum ordinum, ac proinde magis hominum Dominus; licèt homines, aut etiam qui circa terram versantur, cacodæmones, omnia turbare, & commiscere connitantur, nihil machinationibus proficientes. Præstaret homines in hoc eis concesso pœnitendi spatio, vim potentiæ divinæ agnoscentes, sibimetipsis irasci, atque salubri timore commoveri, quod tamdiu, tanto Domino animis adeo obstinatis resistere non dubitaverint. In præcedentibus psal. tribus hortatus est Propheta, ut Dei & Christi regnum omni exciperetur lætitiæ genere. Utrumque accidit, ut exultantibus fidelibus de Regno, & Rege isto perduelles, ac rebelles commoverentur, nagarent obsequium, omni ratione, opeque obsisterent. Simile psalmi secundi exordium. *Quare fremuerunt gentes, &c.*

Dominus regnavit, irascantur populi.) Vertunt alii præteriti temporis verbum primum in tempus præsens & prosequenti Hieron. reddit, *commoveantur*, quidam *contremiscant, turbentur, expaveſcant*, nonnulli, *Dominus regnat, & populos conturbat*. Significat רגז *ragaz commoveri* non *pavore tantum*, sed etiam *ira*. Futurum tempus imperativi loco poni solet: imperativus verò permissionem denotat, ut quamvis irascantur, nihilominus reget Dominus. De adversariis Hebræorum in Ægypto, & deinceps, aut de illis, qui Davidi restiterunt, quum in regem inunctus est, ac postea, aut de persecutoribus populi etiam post reditum de Babylone, declarant hi, quos in argumento indicavi. Irenæus *c* hoc utitur loco, ut probet partim eam, quæ post Christi ascensionem facta est super eos, qui in eum crediderunt, iram ab omnibus populis, & motum universæ terræ adversus Eccl. prædictum fuisse; partim quod veniente eo de cœlis cum Angelis virtutis ejus, commovebitur universa terra, quemadmodum ipsemet Christus *d* prædixit de terræmotu magno, *qualis non est factus ab initio*. Euthy. applicat ad perturbationem Herodis, totiusque Jerus, cum ipso, quando est allatus à Magis de nato Christo nuncius *e*, & hoc prævisum, prædictumque est à Davide verbis istis, Hugoni videtur idem placere, qui observat iisdem verbis incipere alios duos psal. 92. & 97. ac primo innui exultationem de confirmatione regni Christi; secundo de dilatatione; isto de auctoritate atque potestate, quæ sit adeò firma, ut cunctorum furor hominum infirmare, aut impedire illam non valeat. Rationem aliam dat ereditus Hieron., dicens videri ordine inverso dispositos, tamen dici in primo quod regnans Dominus induit decorem Sanctis, veluti vestitus veteris testamenti; in secundo poni exultationem terræ, quia populi omnes accesserunt ad fidem: in hoc nostro sermonem esse de infidelibus tùm ex Judæis, tùm ex Gentil., qui nolunt eum regnare super ipsos *f*, sed Spiritus sanctus dicit illis civibus malis, velitis, nolitis, Dominus regnavit. Lege dicta ad principium psal. 92. Satis communis expositio de furente persecutore contra Christianos, & qui Domino irasceretur pro idolo suo, ut loquitur Aug., & de quodam sarcasmo, quod rideantur irascentium, atque furentium conatus varii, aut insultetur indignationi eorum. Tale illud,

c lib.4.c.66

d Matt.24 21.

e cap.2

f Luc 19.14 27.

g *Invidia rumpantur utilia Codro.*

g Virg. Eclog. 7

Et alterius Poetæ, qui toties inculcat *rumpi Invidia*,

h *Rumpatur quisquis rumpitur invidia.*

h Martial. lib.9. epig. 99.

Sic fit, ut quum regnat in bonis Deus, ait Hugo, irascantur mali, quemadmodum ædificato altari sub Machabæis, ut erat prius, *gentes in circuitu iratæ sunt valde* i. Idem ille dictus Hieron, exclamat clementiam Spiritus sancti, qui non dicat, *pereant*, sed *irascantur*; vitium significet, non pœnam: & dum irascuntur alii, Dominus deprecetur, nempe quod sequitur, mysticè id sumendo, *modeatur terra*, ut possit ea dicemus. Cassiodorus, & Rickelius explicant de ira salubri qua insurgant populi contra vitia sua, eaque vindicent. Huc faciunt quæ dixi psalmo 4. *k* ad illa verba: *irascimini, & nolite peccare*; nimirum de ira bona, quæ coerceat, & impedit peccata, & fertur in dæmones, atque in peccandi occasiones. Male Faber contra communem sententiam explicat commotionem lætitiæ. Quid autem refert quod psalmis prioribus de tali lætitia sermo sit? Quod autem versu tertio jubet *confiteri nomini Domino, magno, & terribili*, non magis arguit lætitiam, quam terrorem.

Deo in bonis regnante irascuntur mali.

i 2. Mac. 5. 2

k vers. 5

Qui sedet super Cherubim.) Hieron., *sessor*, alii, *sedens: habitator, inhabitans*. Plures codices latini omnium Psalt. habent, *qui sedes*. Cassiod. quoque, Haimo, Hugo, qui notant convertì sermonem ad Christum per apostrophem. Participium καθήμενος, & ישב *joscen* utrique personæ potest servire *sedens ille*, vel *tu*. In tertia persona ceteri sumunt, & aptiùs cohæret verbis prioris membri, *Dominus regnavit*, ita ut hic etiam idem verbum subaudire nos velit Aug., *qui sedet super Cherubim, regnavit*. De ascensu Dei, sessione, volatu super Cherubim dictum psal. 17. *l* & 79. Quod autem hoc loco Ayguanus indicat ex ordine Cherubim Gabrielem esse, & alios qui homines promovent ad cognitionem DEI, non videtur verum, sed contra magis communem sententiam. Nam passim vocatur Gabriel *Archangelus*, & Custodum Angelorum officium est, docere etiã de rebus divinis. Loquebatur Deus supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erant super arcam testimonii, cuncta quæ mandari volebat filiis Israel *n*. Sessio quoque ista divinam indicat majestatem, ut expressit Ezechias in sua oratione *o Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus Regum terræ, tu fecisti cœlum, & terram*. Quadriga Ezechielis *p* constabat etiam ex Cherubim, suppositis rotis, ut & thronus apud Danielem *q*; ad Dei denotandam secundùm se immobilis pervadentem cuncta providentiam. Incertum quod aliqui tradunt, Regum olim solia, thronosque versatiles, mobileisq; etiam fuisse. Tradi hoc meminerunt in Danielem nostri Pererius, ac Maldonatus, auctorem nominat nullum, neq; adhuc reperi. Justinus *r* Platonem videri scribit ex lectione Propheticarum historiarum affirmasse πτερνοφόρμαι ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Διὰ ἐν ἀέρᾳ̃ *volucrem currum vehere Jovem in cœlo*, Non duplicet, *ut sedere* dicatur *super Cherubim Deus*, qui plenissimam rerum scientiam habet, absque ullo labore, aut sui mutatione: Angeli sine labore quidem scientiam percipiant; sed quia infinitis partibus inferior est, subinda doceantur nova, quæ prius nescierint. Sic noster Pererius *s*. *Ex sessione Dei super Cherubim* colligit Vasquez *t* noster *scabellum pedum Dei*, de quo postea *u* mentio fit; *arcam* fuisse, quoniam erat supra illam tabula ex auro fusili, quæ appellabatur propitiatorium, in qua Dominus quum responsa dabat, sedebat, pedes autem super arcam ipsam, veluti super subsellium habebat, & idcirco scribi in historia Regum *x* de Arca, quod super *eam invocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim, super eam*. Id etiam præ se fert satis Aquinas *y*, de qua re adhuc postea. Impius Rex, de quo Esaias *z*, in cœlum conscendere appetit, & super astra exaltare solium, quia Jerosolymitanum templũ occupare volebat, quod *cœli* nomine nuncupabant Hebræi; propter ornatum ipsius, & propter illud solium quadrigæ divinæ, hoc est, arcæ cum Cherubim, Eumdem imitantur, ac patrem filiorum superbiæ Luciferum, qui quod unius Dei est *sedere super Cherubim*, nimio propriæ appetitu excellentiæ sibi vindicant. Novitianus apud Tertullianum *a*, ex dicto sessionis modo, colligit Deum præesse super operum fucrum varietatem, rotas subjacentes esse tempora, quibus omnia super mundi membra volvuntur, talibus pedibus adjecti, quibus non in perpetuum stant ista, sed tranſeunt. Reliquam in eodem si placet lege quadrigæ Eyechelianæ *b* descriptionem, juxta mysterium declaratam. Vide quo pacto ex hoc & similibus locis, quibus Deus dicitur *sedere super Cherubim*, Rabini, quos Galatinus *c* refert, inferrent per Messiam ruinam quoque Angelorum reparandam fuisse, quod retulisse me arbitror supra in psal. 79. Ad mores pertinet, quod Augustinus notavit, nihil referre, quantumvis quis irascatur, vel commoveatur

l vers. 10

m vers. 20

n Exod. 25 23. & 4. Reg. 19 15.

o 2. Par. 25. & seq.

p Psal. 79

q Dan. 7. 9

r in Parm.

s lib. 4 in Dan. sub initium.

t 3. p. disput. 204. num. 14.

u vers. 5

x lib. 2. 63

y 1. 2. q. 102. a. 4. ad 2

z c. 14. 13

Novitiani opinio.

a de Trin. c. 8

b c. 1 & 10.

c lib. 6. c. 11

Sensus moralis.

tur tamquã terra,& terrenus in eum, qui jam ſedet in cę-
lo, Dominum, ne iram populorum timerent ſervi ejus,
priorem illam pati voluiſſe, ac tamquam bonum medicũ
bibiſſe amarum poculum, ne bibere timeret ægrotus: qui
vult ut in ipſo ſedeat Deus, bonum eſſe debere, quia ſedes
ſapientiæ anima juſti: Deum, qui ſuperat omnem ſcientiã,
ſedere ſuper Cherubim, quæ ſignificant omnem plenitu-
dinem ſcientiæ; oportere ut illo eſſe iſtam plenitudinem
in quo ſedeat Deus: plenitudinem hanc non eſſe rerum na-
turalium, ſed ad legem Dei pertinere: plenitudinem autẽ
legis eſſe charitatem *a*: ubi ſit charitas, ibi jam Deum ha-
bitare, tamquam in ſede: talem qui cœlum ſit factus, quæ
Dei ſedes etiam *b* eſt, terram non timere, nec populos tra-
ſcentes, nec terram commotam facere quidquam poſſe ſe-
di Dei, & cœlo, ubi ſedet Deus. Tropologia putati Hie-
ron. ſimilis, niſi quod ſedentem facit Deum ſuper commo-
tam terram, ideſt, humilem, ac trementem hominem *c*, in-
felicem eſſe cui jacet Deus, quia vulneratus eſt; qui ambu-
lat, nondum veniſſe ad felicitatem ejus qui ſtat; quem
nempe adhuc pœnitet, ſicut Adamo poſt lapſum ambula-
bat Deus poſt meridiem *d*. Hugo exponens idem vocabu-
lum *Cherubim*, non modo *ſcientiæ plenitudinem*, ſeu *ſcien-
tiam multiplicatam*, & *ſcientias plures*, ſed præterea *vermi-
culatam picturam*, (quod non vox ipſa, ſed res per eam ſi-
gnificata denotat, ideſt, *imaginem eleganter elaboratam*) do-
cet *vermiculatam picturam* ſignificare illos, qui variis vir-
tutibus, & donis decorantur, in quibus Deus manſionem
faciat, ſicut & qui habent notitiam Dei, ac ſui, ſuntque
humiles *e*, & amatores Dei, quia *plenitudo legis dilectio* *f*,
& *unctio docet eos* *g*: item in quibus eſt *multiplex ſcientia*
ſcripturæ *h*, vel ſcientiæ diverſæ, quoad diſpoſitionem bo-
nam ſpiritualium, & temporalium, ſuntque *gnari, ac pru-
dentes* *i*, & *domui ſuæ bene præpoſiti* *k*,

Moveatur terra.) Hieron., *concutiatur*. Alii *commovea-
tur, contremiſcat, agitetur, attoniti fiant habitatores terræ*.
Futuri temporis תִּבּוֹט *thanut* ponitur pro imperativo; &
ſignificat illa omnia, ſeu *vacillare*, & *nutare*, quod ulti-
mum latinum verbum ab eo deductum videtur, cui eſt
aliud ſimile נוֹד *nud*. Pſalt. vetus, & Aug., *commoveatur*.
Exponitur autem *motio*, ſeu *commotio terræ* ſicut ira popu-
lorum in præcedente membro, ut velint, nolit, habitatores
terræ, & quamlibet commoveantur, ſedeat ſuper Cheru-
bim Dominus *Iraſcantur populi*, ait Arnobius, & in ela-
tione Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum aſpiciant: *ipſe
regnavit*, quem regnare ſuper ſe non putant. *Ipſe ſedet ſu-
per Cherubim*, quantumque *moveatur terra*. Myſticum
quoque ſenſum eundem admittit, qui traditus eſt ibidem,
ſive in bonam, ſive in malam partem. Gregorius *l* etiam
commotionem terræ ſumit de dolore pœnitentiæ: Cyrillus
m Alex., ut qui olim inconcuſſi errant ad ſcelera deſi-
gnanda ἀκράκαυτοι, qui conſtantes ad impietatem ἑδραῖοι,
qui fixi ad res carnales, πεπηγότες, qui firmati ad erro-
rem, ἐρριζωμένοι concuſſi, & commoti ad amorem vir-
tutis tranſferantur. Et de motione præterea declarat Iſrae-
litarum à cultu ſecnndùm legem, ut fidem in Chriſtum
complecterentur, Deinde quod attinet ad præſentem lo-
cum, docet quod non hortatur Propheta terram ipſam, ut
moveatur, ſed a deterioribus ad meliora μεταστασιν conver-
ſionem. Deniq; tractans locum Abacuc *m*, *ſtetit & mota eſt
terra*, (ſic enim legit) utrumque dicit eſſe poſſe, nempè
cum dicta jam commotione, & commutatione in melius,
ſtabilem, & firmam ſtationem in bono. Hugo attendit di-
ci, *ut moveatur terra*, quia ipſe movere peccator non po-
teſt, nec niſi manu valida; ut idcirco ter terram inclamet
Jeremias *n*, ut audiat verbum Domini, & hoc veluti ara-
tro moveatur, & proſcindatur. Nicephorus Blemmida Ju-
dæis furore attribuit, & indignationem uſque ad inſaniam
propter Chriſti regnum: Gentilibus per *terræ* nomen in-
tellectis, commutationem ad pietatem.

a Rom.13.10
b Eſa.66.1
Tropologia ibi. verſ.2
c
d Gen.3.8
e Eſa.66.2
f Rom.13.10 to gi Joan.2.27
h Dan. 12.4
i Deut.1.13
k 1.Tim.3.4
Senſus myſticus
l in 1.Reg.c. 6 lib.3.c.3. in 1.Reg. 2.10.43.
m 6.3.5.
n c.12.29

Verſ. 2.) Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos.

Senſus loci.

NE quis putet quem dixit Dominum regnaviſſe, & ſe-
dere ſuper Cherubim, ibi tantum habere regnũ, ubi
ſedere dicitur, hoc eſt, in Sion ubi erant Cherubim cum ar-
ca, & inde ſolum poſſe defendere populum ſuum contra
populos alios iraſcentes, ac irruentes in illum ſeu contra
populos alios iraſcentes, ac irruentes in illum, ſeu contra
nationes alias terræ, quę commoveantur adverſus eundem
ait hunc ipſum Regem, qui ſedem atque thronum conſti-
tuit peculiariter in Sion, tanta poteſtate pollere, & adeò
ſublimem ac excellentem eſſe, ut cunctos Orbe toto po-
pulos homineſque ſub ſua ditione habeat, nec eos minus
ſuiſmet procul in locis, antequam inde moveantur, com-
peſcere valeat, quam ſi proprius accedant, prohibere, at-
que proſternere. Myſticè ex Sion lex exitura ſignificatur
Ev., inde ducendum regni Chriſti principium, miſso Spi-
ritu ſancto, ibi, ut Græcus Auctor, quem Heſychium putat
eſſe Agellius, ait inſtituenda myſteria, corporis nempe,
ſanguiniſque Chriſti: ex eodem conterendos omnes, qui dii
dicebantur, in animabus Deum ſitientibus (Sion enim *ſiti-
entem* incer alia ſignificat) magnum ipſum eſſe. Magnus i-
tem Chriſtus apparuit in Sion & Jeruſalem, moribus, do-
ctrina, miraculis, *exibatque fama ejus, ac divulgabatur* *p*,
& ſi vera narrant hiſtoriæ, haud temerè adjiciendæ *q*, Ab-
garus quoque rex legatos miſit cum litteris. Poſtea in Ec-
cleſia univerſa compoſita ex Judæis, & Gentilibus, ma-
gnus habitus eſt ab iis, qui juxta etymon *Sion*, quod eſt
ſpecula, non terrena ſolùm, ſed cœleſtia contemplantur, &
illum credunt ſimul hominem, Deumque eſſe.

o Eſa.2.3
p Matt.9.26 c.14.1 Luc.4.14.37
q Euſeb. hiſt.c 13. & alii citati à Baronio. to. 1. annalium anno Chriſti 31.

Dominus in Sion magnus.) Vel *eſt magnus in Sion*: quod
ſubſtantivum verbum in ſequenti membro quidam expri-
munt: vel *qui eſt in Sion, & ibi colitur ille magnus eſt*. Secun-
do modo Lyranus. Uterque modus probabilis. *Sion* pro Ec-
cleſia ſumi poteſt univerſa, vel etiam præciſè pro Judæis
aggregatis ad Eccleſiam. Juxta poſteriorem modum ſigni-
ficaretur, ut Euthy. notat, magnificandum Chriſtum in iis
fidelibus, qui ex circumciſione ſunt, atque in iis, qui ex
Gentibus. Magnum fore Chriſtum prænuntiavit Gabriel
r, quia incarnandus erat Dei filius, & ſecundùm humani-
tatem creatam quantam maximam habiturus magnitudi-
nem divinorum donorum jam inde à conceptione, in qua
dictus eſt *vir* *s*, ſed ſucceſſu temporis magis ac magis pro-
didit ſeſe tùm iſta magnitudo creata, tùm illa increata.
Magnum Deum Chriſtum vocat Apoſtolus *t*. Egimus alibi
de hoc Dei, ſive *Chriſti*, epitheto.

r Luc.1.32
s Jerem.31 22.
t Tit.2.13

Et excelſus ſuper omnes populos.) Addit Hieron., vetuſ-
que Pſalterium, & Aug. verbum, *eſt*, & *excelſus eſt*. Hebricè
eſt pronomen, הוּא *hu* ipſe. Apollinarius, omiſſa mentio-
ne de *Sion*, meminit cum *populis*, de *diis*.

κλειτὸς ἄναξ μέγας ἐν λαοῖσι θεοῖσι τ' ἀγητός.
Inclytus Rex magnus in populis diiſque mirabilis.

Dixi *populos* pro Gentil. accipi poſſe. Adde etiã proacti-
vis populariter viventibus: *ut Sion* cõtemplativos, aut ſi-
gnificet ex Judæis fideles. Eumdem Deum canit alibi Da-
vid *excelſum præ regibus terræ* u, & *ſuper omnes gentes* x, *ſo-
lum altiſſimum in omni terra* y, & *ſuper omnes deos* z.

u pſ.88.28
x pſ.112.4
y pſ.82.19
z pſ.96.9

Verſ. 3.) Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terri-
bile, & ſanctum eſt.

Senſus loci.

VEl hortatur, vel imperat, vel prædicit per apoſtro-
phen ad Deum, fore ut populi, quibus dixerat ſupe-
riorem Deum, & qui prius irati contra regnum Dei, ſeu
Chriſti, pro ſuis pugnabant idolis, celebrant, odio poſito
pugnandique abjecta voluntate, *nomen Dei*, quod ſancti
horroris, ac tremendæ majeſtatis eſt plenum, unicè me-
tuendũ, propter potentiam: ſanctum, ob ſummam æquita-
tem: improbis formidabile; juſtis amabile & ſuave: *ma-
gnum* quia ubique divulgatum; nec amplius idololatræ co-
gnominari, aut à falſis diis nomen ſortiri velint, ſed pios
ac religioſos unius veri Dei populos appellari, honori, &
gloriæ ſibi ducant. Hugo, *magni, terribilis, ſancti* epitheta
tria tribus aptat perſonis Trinitatis, Patri primum,
qui omnium Creator eſt; Filio ſecundum, qui Judex: tertiũ
Spiritui ſancto, qui Sanctificator. Baſilius, ac Theodor. ex-
plicant de laudandis, ac recenſendis divinis beneficiis,
inenarrabili autem Dei natura non curioſè ſcrutanda; cu-
jus nomen incredulos per terrefaciat, credentes ſãctificet.
Euthy. applicat ad incarnationem minimè quoque ſcru-
tandam, ut & modum ejus, & ad nomen *Jeſu*, *quod eſt ſuper
omne nomen*: a *timendum* quidem inimicis (ideſt, dæmoni-
bus præcipuè) dum eos ejicit, & flagellat *ſanctum* vero do-
meſticis, ac benevolis, quos ſanctificat, & mundat. Latini
multi ex veteribus fere idem dicunt. Alii volunt indicari
nomen illud ineffabile, & Tetragrammaton יְהוָה *Jeovah*:
quod maximè proprium, & eſſentiale eſt Deo. Sic ferè He-
braizantes, & Hugo etiã, qui de hoc interpretatur *nomen
ſuper omne nomen*, quod Chriſto datem, ſcribit Paulus *b*.

a Philip.2.9
b ibidem.

Confiteantur nomini suo magno.) Cognominat nomen Dei eodem pacto Josue *a*, *Et quid facies magno nomini tuo?* & apud Jerem. Deus *b*, *Ecce ego juravi in nomine meo magno* In Exodo *c* etiam, *Nomen meum magnum Adonai* יהוה *non indicavi eis.* Sed non dubito primo loco sumi nomen *magnum Dei* pro magna celebritate ipsius nominis, quæ jam esset, esseque magis adhuc deberet, & *secundùm nomen ejus laus ejus* d, nec ab impiis, & superstitiosis violari, quo pacto in Israel *magnum nomen Domini* canitur, *qui notus est in Judæa* e: in secundo accipi nomen *magnum Dei* pro Deo ipso magno, *qui jurabat per semetipsum: qui majorem, per quem juraret non habebat* f, ut exponunt Hugo, & Dionysius Rickelius. Etsi probabile etiã est de ineffabili nomine intelligi, quod præ ceteris magnum est, ut exponit Maldonatus noster g, de quo nomine tertius locus magis clarè loquitur, Adde Tobiam *h*, *Nomen magnum invocabunt in te.* Hoc loco *magnum nomen* dici, ait Cajet., ob miracula in gratiam Hebræorum facta, *terribile*, propter pœnas Ægyptiis, & aliis hostibus inflictas, nec non Hebræis in deserto: *sanctum*, quoniam de cœlo apparuit. Trevetus propter famam ex beneficiis, vindictas in hostes, & munditiam B cultus Dei. Cassiod. *magnum*, quia ubique dilatatum, *terribile*, quia venturus est Christus ad judicium; *sanctum* quoniam in immaculata; cælestique conversatione permansit. Non abs re prorsus faceret, qui de dictis nominibus differeret *ineffabili*, & *Jesu*. Nunc non vacat, & aliqua alicubi sunt dicta. Lege de comparatione duorum istorũ nominum, quæ disputat Barradius *i* noster contra illos, qui putant idem esse utrumque, item de *Jesu*, & *Josue*: hac etiã de re noster item consulatur Serarius *k* Quod scribitur de *Josue*, melius longe convenit *Jesu*, & Deo *l*, qui fuit *magnus secundùm nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequerentur hæreditatem Israel*, Nomen *Josue*, magnum fuit, quod à salute derivabatur: sed à corporali. *Jesu*, idem Deus noster ab hac, & potissimũm à spirituali. *Quam gloriam*, ut in eodem libro Ecclesiastici subditur *m*, *adeptus est in tollendo manus suas*, (*Jesus* Christus in cruce,) *& contra civitates, romphæas*, (contra legiones dæmonum *confixas manus pedesque* n, ita ut illæ essent, sicut *leonis fortissimi* o.) Fabulantur Hebræi efficacia nominis admiranda Moysem opera omnia patrasse; C ac Ægyptum quoque occidisse. Non in elementis litterarum vis inerat, sed in invocatione significati per nomen Dei. Quam vim efficaciamque esse in *Jesu* invocato nomine, experimentis infinitis compertum est, & demonstrat citatus Serarius *p*, & quantam veneretionem habeat, *q* post Abulensem *r*, (qui docet majorem habere, quam nomen Dei, & illud quadriliterum Hebræum) & Osorium *s* nostrum: & ipse de efficacia egi commentario Actuum Apostolorum *t*. Nugabatur, opinor, Alexander quum Pyrrho ægrotanti, suo te nomine opem promittebat allaturum *u*. Denique Hebræi quandoque absolute vocant השם *hassem* x, *nomen* ut alias notavi *y*: quod etiam scribunt Hebræi extra Biblia, pro quadrilitero.

Quoniam terribile, & sanctum est. Hieron., *& terribili sancto*, Alii, *& tremendo, (quod) sanctum est.* Sed ו *ve* quod &, significat, non raro exponitur causaliter. Suppleta præterea est alia particula conjungens post primum nomen. In Psalterio Romano, & apud Cassiod. (*confiteantur nomini tuo magno, & terribili, quoniam sanctum est.*) In pf. 110. z appellatur *sanctum*, *& terribile nomen Dei*: & Maria in D cantico *a*, cum potentia Dei, quæ terrori est, jungit *sanctum nomen*, quod conciliat amorem, & religiosam jucunditatem: & in cantico suo Moyses *b*. *Qui similis tui in fortibus Domine, quis similis tui: magnificus in sanctitate, terribilis.* Vertigit facilè in tyrannidem potentia, cui nexa sanctitas non est, ut accidit Gigantibus, & Nemrod, de quibus liber Genesis *c*, aliisquè tã multis, qui *potenter* idcirco *torquentur* d. Utrumq; de Deo prædicandum, eique confitendum non quam magnus dumtaxat, & sanctus, quantaq; fecerit his, qui receperunt ipsum, sed quam terribilis erit tùm non credentibus, tùm opera fidei non conjugentibus. Unicum probat Irenæus *e* Deum esse mundi Salvatorem constituendum, & Judicem contendit Tertul. *f*, Origenes *g*, Lactantius. Hugo *confitendi* verbum sumens de *confessione peccatorum*, quod fieri debeat *nomini magno*, quod est, *Jesus*, ait suaderi, hoc est, cum spe salutis; ita ut sit quoque *moveri terram*, ut priore versu dicebatur, id est, eruere, extrahare, aperire peccata latentia, denique *Judam arare*; ut est in Osea *h*, hanc, inquam, confessionem de peccatis dicit suaderi, quoniam hoc *nomen magnum, terribile*, timorem incutit nolenti confiteri, & *sanctum* amorem sanctitatis ingenerat, quæ benè confitenti datur: præterea, quia *honor Regis judicium diligit*, id est, confessio rite facta cedit in honorem Dei, qui *parat directiones judici*; per confessionem & *justitia* per satisfactionem, *in Jacob*, id est, in luctantibus cum inimicis, *Terribile nomen* Tetragrãmaton iisdem docent Hebræi, qui, quod antea retuli, vires ei tantas tribuunt: potiore jure id affirmamus de nomine *Jesu*, quod horrent adeo dæmones, ut docui in Actuum commentario *i*, fusiusque Serarius *k*, & alii. Inimici ipsi sunt Judices etiã Judæi, quos Franc. Georgius *l* Venetus testatur sibi ipsi fassos, nihil eos aliis Dei nominibus invocatis efficere posse, quod vis omnis ad unum sit *Jesu* nomen translata. Narrat item Galtinus *m* quod ad magnitudinem potiùs, vimque pertinet, ex Thalmud, Judæum à Judæis liberatum per *Jesu* nomen, qui mortiferum nescio quid deglutiverat, Satis constat serio præcipi Iagis, hisque qui se diabolo devovent, prorsus abstinere à *Jesu* nomine; & si quando vel imprudenti alicui excidat, subito diabolum cum sua turba disparere *n*. Longe terribilior improbis Christus, & *Jesus* per suummet hoc nomen, quam qui,

—— *odum fuit integer ævi*
Terruerat magnas ipso quoque gentes.

Mitto nominũ monstra terrificorum vel prolatione, sonoque solo, si credere dignum. Nec deest, qui θεὸν mollius latinè *Deum ἀπὸ τοῦ δέος à timore*, qui & primus in orbe Deos fecisse dicitur, derivat: λατρείαν item proprium Dei cultum à vehementia timoris dici certum est. Denique Philemon vetus Poeta, quem citat Justinus *p*, alludens forsitan ad ineffabile Tetragrammaton Dei nomen, ait:

τ' ὄνομα φοβερὸν οὐδ' ἀνόμασιμ' ἐγὼ
Cujus nomen formidabile ne nominare quidem ausim.

Jam nomen, seu cognomen *sancti* tam proprium Dei est, ut non modo solùm eum *sanctum* canat Eccl. in Angelorum hymno, sed non alio Angeli in cœlo nomine ipsum celebrent, aliove, quam trisagio hymno *q*, in quo ter *sanctum* appellant. Occurrit alibi non raro *r*, idque ut dixi Maria usurpavit *s*. Denique scribit Esaias *t*, quod *excelsus & sublimis habitans æternitatem, sanctum nomen habet in excelso & in sancto habitans.* Cecinit etiam Samuelis mater, *quoa non est sanctus ut est Dominus* u. In tanta veneratione hæc C sanctitas nominis *Jesu*, apud Christianos est, ut illo numquam tamquam proprio quisquam sit appellatus, quamvis nonnulli nomine Soteris & Salvatoris. Eamdem religione vigere audio circa *Mariæ* nomen in Polonia, quæ & apud Pontifices Maximos, ne quis Petrus dicatur. Cum Ephrem in libris, quibus anachoreta Julianus utebatur, varias, litterarum notasset lituras, ubicumque videlicet *Dei, Domini, Jesu, Christi, Salvatoris* nomina erant, ab illo qui eos libros corrupisset, scisitatus fuisset, respondit Julianus, quẽ admodum fornicatrix mulier ad Salvatorem accedens, lacrymis pedes ipsius rigavit, capillisq; terfit, sic se ubicunque nomen Dei sui scriptũ cõperiret, lacrymis rigare solere, ut & ipse ab eo remissionẽ peccatorum acciperet. Excipienti præterea Ephrem à benigno & misericordi Deo optare suscipi bonum illud propositum; adhuc subjecit, non irrigari cor suum, nisi ploraret coram Domino Deo suo *x*. Cum Juliano comparandus Franciscus, qui ps. legendo, si nomen *Domini* occurreret, præ suavitatis dulcedine, labia sua lingere & lambere videbatur: nomen autem *Jesu* exprimedo, vel audiendo, jubilo quodam totus interius repleri, exterius vero alterari, ac si mellifluus sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum *y*. Cavit etiã, ne schedas ullas, quibus *Jesu* nomen esset in inscriptũ finerent sui humi serpere, ne prætereuntiũ pedibus calcarentur *z*. Index eximiæ reverentiæ alarum in facie, pedibusque obvelatio in Seraphim, tùm triplicatim *sanctus Deum* conciunt *a*. Vindicav: alias *b* Ordinis mei cognomen à *Jesu* Societate adversus id accipientes deterius. Ipse me admoneo, sociosque tanti ut dignitatem nominis tueamur magnitudine animi, & terribili dæmonibus, ac improbis hominibus sanctitate. In milite adolescente Alex. magnus facinus requirebat nomine dignum Alexandri, quod gerebat: agnoscebat in Agnete Ambr. *c* casti purique agni victimam: in Pammachio Hieron. *d* omnem artem pugnandi adversus diabolum, & contrarias potestates: Nazian. *e* in Meletio, cum nomine mores melleos: Valentin. in Probo (qui & postea Imperator fuit) quod adolescens & vir esset sui nominis *f*, Diadumenus imperio, & Antonii (quod augustissimum maximèque cunctis charum erat) nomine donatus, *ego*, ait, *elaborabo ne desim nomini Antoniorum*. Denique non omnes sunt Joanne, ait Joannes Chrysostomus *g*, illo sane nomine dignus; qui vocentur

Joan-

a *c.* 7. 9
b *c.* 44. 25
c *c.* 6. 3
d *ps.* 47. 11
e *ps.* 75. 2
f *Hebr.* 6. 13. 16.
g *in Jerem. lib.* 13. 15
Comparatio numinum Jesu & Josue
i *tom.* 1 *concordiæ* 9. *c.* 3
k *in Josue c.* 2. 9. 8. *& seq.*
l *Eccl.* 46. 1. 2
m *vers.* 3
n *ps.* 21. 17 Hebræorũ opinio
Mosen opera omnia nominis Dei admiranda efficacia patrasse.
o *ibidem secundum Ieo. Hebræ. ut nunc est.*
p *supra* 9. 13
q 9. 12. 21. 5. 16 7.
r *in Exo.* 20 q 5. & 7
s *concio de circumcisione, & concio. de festo nominis Jesu.*
t *in c.* 9 15 Alexander Pyrrho ægrotanti suo nomine se opem allaturum prom sit.
u *Plutar.*
x *Levit.* 24 11.
y *Eccl* 7. 2
z *vers* 9
a *Luc*, 1. 49
b *Exo.* 15. 11 Potentia sine sanctitate facile vergit in tyranni. dem.
c *c.* 6. 4. *c.* 10 8. 9
d *Sap.* 6. 7
e *lib* 3. *c* 42
lib 4 *c* 46. 47
f *contra Marcio lib.* 2. *tom.* 1. *ac* 2 *dialogo in Marcio*
g *lib. de ira Dei.*
h *c.* 10. 13
i *in c.* 29. 13
k *in c.* 2. *Jos.* 9. 13.
l *in har. can.* 1. *tom.* 2. *c.* 16. Vis & efficacia nominis Jesu.
m *lib.* 8. *c.* 5
n *Petrus Tyræus noster de dæmoniacis c.* 42 *n.* 21.
o *Ovid.* 9 *Met amor.*
p *de monarc.*
q *Esa.* 6. 3 *ps.* 32. 21 *ps.* 102. 1 *ps.* 104. 3. *ps.* 110, *c. ps.* 137. 2 *ps.* 144. 21. *& alibi.*
s *Luc* 1. 49
t *c.* 60. 15
u 1 *Reg.* 2. 2 Nullus potificum unquam appellatur Petrus Nullus Christianus nomine Jesu tamquam proprio unquam appellatus est
x *Ephrem. tom.* 3 *serm. de S. Juliani.* In quanta reverentia nomen domini & Jesu habuerit Fraciscus.
y *Bonav. in vita, c.* 10.
z *Chro.* 10. 6. 79.
a *Esa* 6. 3.
b 1. *Jo.* 1. 3
c *lib. de Virg.*
d *in Amos c.* 1.
e *orat. in Meletium*
f *Vobiscus.* Nulli nomine quo vocantur non sunt digni.
g *hom.* 52. *in Act.*

Joannes. Sed audi qua oratione id doceat. Nomen habere principis, non est esse principem. Vocantur & alii magnis nominibus, ut Paulus, Petrus, Jacob. Joann. sed non propter nomina sunt id quod vocantur, quemadmodum & ego licèt eodem quo ille vocet nomine, non tamen una & eadem res cum illo vocabulo vocor: non sum Joannes, sed vocor Joannes. Hoc ego quanto de magis dicere possum, debeoque? *Discedat oportet ab iniquitate*, inquit Apostolus *a*, *omnis qui nominat nomen Domini*. Sed juverit hac de re Serarium *b* aliquoties à me laudatum legere: sed & quæ de sanctitate brachii divini superiore psalmo dixi *c*. Apollinarius consistere sanctitatem in eo videtur sentire, quod, ut accidit rebus sanctis, lateat, & difficile percipiatur, vocat enim ἀφροσύλλητον *latens*, *visuque impenetrabile*.

a 2. Tim. 2.
b in Josue c. 2. ult.
c vers. 1.

Vers. 4.) Et honor Regis judicium diligit.
Tu parasti directiones, judicium & justitiam in Jacob tu fecisti.

Sensus loci.

INtertis paucis verbis velut per parenthesim, abrumpit fermonem, quem habebat ad Deum, moxque repetit, nempe quod spectet ad cujusvis Regis honorem, judiciū diligere, vel continuato sermone, alloquitur Deum reverentiæ caussa in tertia persona: quod alioquin in secunda sic dici potuisset: Honor tuus, qui es Rex; vel tu, qui regio præditus es honore, majestateq; , amas judicium, eo delectaris, id soles exercere, cum timenda & regia potestate, terribilique nomine conjunctā habes justitiam, honoriq; ducis, & cordi tibi est hanc, & judicium cum illa copulare: Tu quę recta sunt designasti; quod æquum, ac justum est in populo tuo, cujus auctor Jacob, exercuisti, non abusus potentia (qua etiam impossibile est Deum abuti, cujus in omnia potestas absoluta, dominiumq;) non tractans tyrannicè, summa, & ineffabili quadam æquitate nunc permittens tribulationes, nunc liberans ex ipsis. Hoc unū etiam est, quod velim, ut omnes tibi confiteantur, & nomini tuo magno, non solum quod nomen istud terribile sit ac sanctum; sed etiam quod majestas illa tam potens, tam terribilis, tam sancta judicio minime careat, & quod rectas populo suo leges, æquas, justas, rationi consentaneas, idoneas ad amicitiam, pacemq; conciliandam, & conservandam dederis: judicium feceris jusque tradideris secundum quod judices innoxios absolvere, conjunctos damnare debeant: postremo justitia, qua suum cuique, sine acceptatione personarum, reddatur; & in contractu, atque commercio norma servetur æquitatis. Allegoria de Christo, simul cum tropologia de conditionibus in confitente, atque justificando requisitis, jam prius indicatæ sunt.

Deum potentia abuti impossibile.

Et honor Regis judicium diligit.) Hierony. apud Trevetum, Fabrum, Victoriam absque particula conjungente, *imperium Regis judicium diligit*. Præfigunt conjunctionem Regia Biblia, quę etiam extat in textu Hebræo ועוז *vehhoz*. Alii, *& fortitudo robur, potentia judicium diligit*, ideſt; abest à tyrannide, conjuncta est cum judicio, cum judicio Deus illa utitur, & eam exercet, non quod potest vult, & facit, sed quod jus exigit: *non est fortitudo ipsius lex justitiæ d*, sicut impii atq; tyranni, sed pro lege justitiam sibi proponit, & ea potentiæ suæ metitur exercitium: *diligit justitiam judicans terram e*. Honor itaq; comprehendit omnem Regis potentiam, apparatum, vires, pompam, majestatem, facultatem, cuncta quę honorabilem ipsum ac verendum reddunt, quemadmodum vocabula *honorandi*, & *honestandi*, & *honestum faciendi*. Ceterum si in his verbis velimus esse orationem continuatam ad Deū ipsum, supplere poterimus cum Brunone Cartusi., pronomen (*tui*) Similis quantum ad hoc locus ps. 44. *f Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent in corda inimicorum Regis*, ideſt, inimicorum tuorum, qui Rex es. Aquilæ translatio similis est Hieronymianæ, nisi quod est in præterito καιράτος βασιλεὺς ὡς κρίσιν ἠγάπησεν, & *imperium*, vel *robur Regis judicium dilexit*. Symmachus χυν βασιλεὺς τὸ κρίματος ἀγαπᾶ *fortitudinem*, seu *vim*, *Rex judicii diligit*. Cyrillus Alexandrinus *g* differt ab editione communi, quod legat in infinitivo, καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾶν, & *honor Regis, judicium diligere*. Sensus vero etiam est ex Euthimio quod non ferat Deus, ut suos opprimat hostis ac tyrannus, qui mystice diabolus est; ad ipsius pertinere dignitatem, ut presto vexatis adsit, vel ne permittat vexati saltem supra vires. Hoc regem honorabilem reddit, ait Basilius & Theodor. quod judicium diligat, & Cyrillus *h* præclaram ait gloriam illius, ac honorem esse, velutiq; ornamentum cordi & pectori superjectum, quod vocabant, *rationale i*, quoniam ibi rationalis facultatis locus est. Sed Augustin. & qui dicitur Hierony. & aliquot alii Latini spectant hoc respectu non vindictæ de illis, qui vexant alios, sed cujusliber, ut *faciat in se judicium & justitiam k*, *dijudicet se ipsum, ne judicetur à Domino, & damnetur l*. Cassiodorus, ut honore ac laude prosequamur Dominum, prædicemus illum, colamus ipsum, confiteamur illi cum animi deliberatione, & judicio, scum fixa, & perspicabili deliberatione sententiæ, non cum labili voluntate, ac caduca mente. Arnobius non esse quod *nomen Dei Deusque* terrori sit, si quis honorem Domini servet in mente, ac proinde diligit judicium, sed qui scit se in contumeliam Regis, legis ejus jura violasse. Rickelius, quod Deo placere, & ad suum honorem spectare judicat, ut magistratus judicium subditis faciat, & jus dicat; ipsemet seipsum discutiat, discernat, dijudicet: quivis idem in semetipso præstet, domando vitia propria, ulciscendo, relinquendo. Hugo ne quis Deum indiscrete laudet, quantum videlicet potest, cogitans quod quantum ille meretur laudari, non potest, quia *magnus & laudabilis nimis* m. Idem, ut confessione peccatorum honoret Deum, sicut Achan *n*, & persuadeat sibi, quod qui non amat hoc judicium, sanari non potest *o*, seu quem non pœnitet, nec vindicat peccata. Judicem Deum Tertull. *p* justitiæ charissimæ si exigendæ, tuendęq; præsidere scribit, & in eam omnem summam disciplinæ suæ sancire, & quod exomologesis *q* de periculi timore Dominū honorat, ut in peccatorem ipsa pronuncians, pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non modo frustretur, sed expugnat. Quibus postremis verbis concidit externa illa Hæreticorum non imputatio, & sola superficiaria peccatorum abrasio. Bern. *r* placuit satis communis istius loci de pœnitentia sensus, Deumq; nihil quod in se est, à nobis exigere amplius, nisi ut dicamus iniquitates nostras (nempe ut oportet) velleq; justificare nos gratis ut gratia commendetur: diligere enim animā quæ in conspectu ejus, & sine intermissione considerat, & sine simulatione dijudicat seipsam: idq; judicium non nisi propter nos à nobis exige, quia *si nosmetipsos judicaverimus, non utique judicabimur s*: propterea sapientem *vereri omnia opera sua t*, scrutari, discutere universa: honorare quippe veritatem, qui se, & sua omnia in eo statu, quo veritas habet, & agnoscit veraciter, & humiliter confitetur. Usurpat idem Pater *u* istum ipsum locū, scribens canonicis Lugdunensibus, ne Conceptionis Deiparæ celebrent novum festum: honorem enim Reginæ judicium diligere. Non desideraret hoc tempore summi judicii, ac pietatis vir in hac re judicium, nec sine judicio fieri diceret, quod tota fit fere approbante Eccl. atque festive ubivis præter pauculos, celebrante. Suadibilis est de cœlo sapientia, & bonis consentiens *x*. Ego cum Bern. fidenter dicam & mecum ille sine dubio, nunc in hac ipsa caussa diceret, quod ab Eccl. accepi, securus, & teneo, & trado. Cantat modo Eccl. conceptionem, non minus quam tunc nativitatem, & quam exaltatam super choros angelorum ad cœlestia regna: hoc tamen utrumq; etsi verissimum, necdum tamen canonicè definitum. Honor hic reginæ redundat in regem, propter quem, & cujus merito, reginæ tribuitur, & qui diligens, ac honorans matrem, cum magno judicio, & ratione illum ei honorem tribuere potuit, quia etiam decuit, tribuisse credi potest. Libenter glorioſa hoc honore gaudet, quam Bernardus tunc dicebat carere, quo nec peccatum honorari, nec falsa induci videtur sanctitas: omnino ei placet juxta Ecclesiæ ritum recepta festivitas; favet Apostolicæ sedis auctoritas, non jam præcipitanter, atque inconsultè paucorum sequimur simplicitatem imperitorum, sed à pauculorum, ut dixi, recedimus sententia, qui sapere si vellent, possent absque ullo periculo cum ceteris familia Bernardi judicium commune sequens in Conceptionis immaculatæ celebrandæ festo, non ditat judicio se sui Patris conformare, qui propensiore contentus erat Ecclesiæ judicio. Et ausim affirmare idem de Thoma Aquinate, quem sola Ecclesiæ auctoritas in summa *y* retraxit ab eadem ista, quam Eccl. modo amplectitur sententia, quæ scribenti in Magistrum *z* placuerat. Nam præferendam censet Ecclesiæ auctoritatem, & consuetudinem cujuscumq; doctoris sancti auctoritati, & Ecclesiæ consuetudinem esse in omnibus æmulandam *a* atque quoniam illa non consuevit Judæorum, & aliorum infidelium filios ante usum rationis, invitis parentibus, non esse baptizandos.

Honor regi næ redundat in regē

Ecclesiæ auctoritas cujusvis doctoris auctorirati præferenda

i Exod. 25. 7 & eodem l. sape Levit. 8.
k Mich. 6. 8
ps. 118. 21
l 2. Cor. 11. 31
m ps. 47.
n Josue 7. 19
o Job. 34. 17
p de pœnit. c. 2.
q cap. 9. Peccata non solum non omnino expunguntur.
r ser. 3 3. de adventu.
s 1. Cor. 11.
t Job. 9. 38.
u Epist. 174
x Jacob. 3. 10
y 3. p. q. 27
z 3. d. 3. q. 1. a. 1.
a 2. q. 10 a. 12. 3. p. q. 68 a. 10.

Tu pa-

Tu paraſti directiones.) Hierony., *tu fundaſti æquitates*. Alii, *tu apparavi*, vel *apparas ex rectitudine*, nempe omnia: *tu dirigis recta*: *tu obtinere feciſti quæ recta ſunt*; *tu manu tenes bonum*; *tu gubernas omnia cum ſumma æquitate*; *tu formaſti rectitudines*, אתכוננת מישרים, *atthah chonantha meſciarim*. Dictum aliàs de vocabulis ſiſtis, & de Græcis ἑτοιμάζω, & εὐθύτητες. Exponit Apollinarius, *prudentem imperum*, ἰθυφρονα, ἐρπήν. Alia Pſalteria Latina, & Auguſt. atque Caſſiod. *tu paraſti æquitatem*. Cajet. hoc & ſequentibus vocabulis duobus exiſtimat ſancitę legis partes tres innui, moralem, judicialem, ceremonialem. Primam dici firmatam, non datam, quia præcepta moralia indita ſunt menti humanæ ab initio, ſed firmantur auctoritate divina; alias duas in Jacob factas, quia ligabant ſolum populum Hebręum, & quia Deus vim juris tribuit illis, quod eſt eſſe juris poſitivi divini, quum moralia præcepta eam habeant, etiamſi non ſtatuerentur à Deo, utpote juris naturalis. Diſtinctione eadem prior uſus eſt hoc loco Lyranus, & Ayguanus: & primæ convenire nomen *directionum*, quia per ſe dirigunt ad ultimum finem; Chriſtum perfeciſſe iſtam partem additione conſiliorum, ſecundam doctrina de remiſſione injuriarum, tertiam inſtitutione Sacramentorum. In paraphraſi docui *directiones* referri poſſe ad *leges* quæ ſpectant pacem, & mutuam concordiam: judicium ad illas, quæ fontes damnant, abſolvunt innocentes: *juſtitiam* ad eas, quæ in contractibus, & commerciis verſantur, & cuiq; quod ſuum eſt tribuunt. Tandem ſenſus eſt, omnia Deum æqua rectaq; conſtituiſſe, Judicium, ad improbos caſtigandos: juſtitiam, ut juſti defendantur, & protegantur: illud ut diſcernatur bonum à malo, hanc ut declinetur à malo, & fiat bonum, Hæc videtur eſſe, quam vocat Sapiens *a eruditionem doctrina conſiſtentem in juſtitia, judicio, & æquitate*: præterea *præparatio ſedis divinæ in juſtitia, & judicio b*, aut in iisdem *correctio c* aut *virga directionis d*. Poſſunt eadem privatæ cuivis perſonæ congruere, ut dirigat ſeipſum ad Deum, judicium erga ſeipſum faciat, erga Deum juſtitiam. Exigit Deus hæc tria, facere judicium, & juſtitiam, utque *ſolicite ambulemus cum illo e*. Feciſſe ſed Dav. judicium dicit, & juſtitiam *f*, qui *Deum providebat in conſpectu ſuo ſemper g*; ſed faciente faciebat Deo, *non ipſe, ſed gratia Dei cum ipſo h*. Parat Deus dirigendo, docendo, oſtendendo, præcipiendo, conſulendo, minando, promittendo, vocando, excitando: facit *operando ipſum velle, & perficere i*, cum cooperante noſtra voluntate. Dirigimus viam Domini, & paramus, ſi vocationi Dei acquieſcimus, id admonentis etiam per præcones ſuos *k*; ſed voluntas noſtra præparatur à Domino præparatione antecedente, & prima. *Beatus qui gratia cooperans cuſtodit judicium, & facit juſtitiam in omni tempore l*, quod audiens S. Ludovicus Rex cantari, præcepit affici extremo ſupplicio reum, cui antea vitam condonaverat.

Judicium, & juſtitiam in Jacob tu feciſti.) In vetere Pſalterio mutatur ordo *juſtitiam, & judicium*, niſi forte id errore factum ſit, ſicut in textu Auguſt. ſecundùm aliquos ipſius codices; quia emendati retinent ordinem noſtrum, quemadmodum & commentarius ejuſdem Doctoris in pſ. 61. *m* 88. *n* 96. *o* & in Prover. *p* & aliis locis, Jer. *q* Oſeæ; *juſtitia* ponitur ante *judicium*: alibi *r* etiam eo modo quo hic, prius eſt *judicium*. *Facere judicium* Deus dicitur, & *juſtitiam in Jacob* præterea, quæ dicta ſunt, edendo exempla vindictæ, & protectionis in gratiam populi Hebræi. Vel utrumque ad eamdem pertinet vindictam, ſumtam de eodem populo, quod exemplū juvabat ad directionem venturi populi Chriſtiani; ut ob beneficii accepti longè majorem præſtantiam, ſęviores, ſi contemneret, ac peccaret, pœnas ſine dubio expectaret, ut Apoſtol. ſ argumentatur multis verbis, & poſt eum Irenæus *t*, perinde ac ſi typice punitus fuerit antiquus ille populus temporaliter, & lenius in figurā quod mali Chriſtiani puniendi ſint verè, ſemper, acrius, ſi prævaricentur. Verum eſt quod Auguſt. docet, juſtitiam, quam habemus, facere Deum in nobis, juſtificando nos, & per eam efficiendo, ut illi placeamus: unde fit ut ſecundùm iſtius Patris doctrinam, juſtitia, qua juſti ſumus, & grati, ſit inhærens in nobis. Sed litteralis ſenſus eſt is, quem tradidi membro priore, & Cyrillus Alexand. *u* legem his verbis indicari vult. Hæ dotes optimi regis, quas precatus eſt Dav. *x* Chriſto, & Jeremias *y* vaticinatus eſt, quod *Rex regnaret*, & *ſapiens eſſet*, & *faceret judicium, & juſtitiam in terra*. Eſaias] *z* quod *redimeretur ab eo Sion in judicio; & reducerent eam in juſtitia*.

Verſ. 5.) Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt.

EXpoſito prius deſiderio ſuo, ut Dominum, ac regem optimum, maximum, potentiſſimum, ſummopere metuendum, juſtiſſimum laudarent omnes, eique confiterentur, nemo autem obſtreperet, ac tumultuaretur, convertit orationem Dav. ad omnes, ut quantum in ipſis eſt, illam exaltent, hymniſque, ac laudibus efferant, & quanta, quamque immenſa ſit altitudo ipſius, ſua prædicatione, & præconio, manifeſtent; præterea, ut ſe ſe coram propitiatorio, vel arca, quod eſt velut ſcabellum ſedentis in medio Cherubim, ut antea vidimus, venerabundi proſternant, quia Deus Sanctiſſimus eſt, ipſiſſimaque ſanctitas, & propter nimiam illam ſanctitatem illud etiam ſcabellum ſanctitate nonnulla præditum eſt, atque veneratione pia, ac religioſa dignum. Sen ſus loci

Quod attinet ad Chriſtum, omiſſo errore Judæorum, qui cum ſuo Meſſia rege novum expectant templū, veteriſque carnalis cultus, & adorationis renovationem, item concedendo hanc orationem de *ſcabelli adoratione*, præter translationem ex modo noſtro loquendi, & agendi ad Deum, quam ſolam Cyrill. Alexandr. *a* videtur admittere, verum aliquo modo, ſecundùm aliquam rei proprietatem eſſe. Is qui vocatur nomine Hierony. de *ſcabello* ponit opiniones tres; de corpore Chriſti, in quo majeſtas divinitatis tamquam ſuper ſcabellum ſtat, & ſæpe Chriſtus ſanctus dicitur, & eo aſcendente Apoſtoli adorantes regreſſi ſunt in Jeruſal. *b*, quæ Auguſt. quoque ſententia eſt, ac plurium Ennarratorum Latinorum, & Athanaſii *c*: item Ruſtici Cardin. *d*, Chryſoſt. *e*, Ambroſii *f* præterea de Cruce, & de anima ſancta, non explicans an de Chriſti anima, an de aliorum quoque hominum ſanctorum intelligat. Baſil. ac Theod. juxta litteralem ſenſum de Templo Joroſolymitano vetere, interpretantur myſtice de omnibus Eccleſiis per orbem diſperſis, in quibus Deo adorationem offerimus. Euthymius, ſi Chriſtus attendatur, ut Deus, de terra tota, quemadmodum ejuſdem *cœlum ſedes eſt g*, quod Leontius quoque affirmat *h*: ſi ut homo, de monte Golgotha, in quo crucifixus eſt, quod Heſychio etiam placeti: vel de Cruce, in qua illius pedes clavis confixi ſunt. Nicephorus de carne Chriſti comparata cum divinitate ipſius: & de Cruce reſpectu naturæ humanæ, in qua Cruce pedes ſunt affixi. Hugo arbitratur de humanitate Chriſti litteralem ſenſum eſſe, myſticum de Cruce, in cujus feſto Exaltationis argumentum ſermonis hinc peti poſſe monet, de quo feſto ſermonē ſecundum habens Andreas Cretenſis, ita præſentem accipit locum. Caſſiod. addit ad expoſitionem de corpore Chriſti, per pedes divinitatis indicari extrema temporis, in quibus Deus incarnari dignatus eſt, quam Jo. *k* noviſſimam vocat horam, Paulus *l* plenitudinem temporis. Auguſt. hoc loco ſatis apertè præ ſe fert Euchariſt. ſcabellum eſſe. Quia, inquit, in ipſa carne Chriſtus hic ambulavit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit; nemo autem illam carnem manducat, niſi prius adoraverit, inventum eſt, quomodo adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando. Ambroſ. etiam ſcribit *m* adorari hoc ſcabellum carnis Chriſti in myſteriis. Hierony. verus videtur quidem concedere Eccl. ipſam adorari tamquā corpus Chriſti, qui caput eſt, & adoratur per ſe: tamen hoc loco non ſignificari adorandum ſcabellum, ſed indicari majeſtatem pedum illius. Qua in re non diſſentit à Cyr. prius citato: Alii *n* declarant *adorare ſcabellum*, non ut adoretur ipſum ſcabellum, ſed ut ad ſcabellum, & verſus ſcabellum adoretur Deus, juxta illud *o adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus*. Quidam *p* adhuc per *ſcabellum* intelligunt templum, & præcipi, non ut adoretur Templum, ſed Deus in Templo. Sunt etiam qui Joroſolymam interpretentur *q*, propter Angelos, qui videntur Dei pedes, utpote miſſi in miniſterium, & proximè ſubjecti ſunt Deo *r*, & audiet eos dicere ante urbis excidiū, *migremus hinc ſ*. In hac ſententiarum varietate conſtare debet, creaturæ adorationem latrię nullam per ſe deferri poſſe, nec humanitati quidem Chriſti ſeorſim ſpectatæ, ſed propter conjunctionem cum divinitate, ſeu perſona divina, cui ſoli hujuſcemodi adoratio recte defertur. Hoc Dionyſius Rickel. Theologicè ſatis hic explanat, traditurque à citatis Athanaſio, Amb. Auguſt. Chryſoſt. Ruſtico, Athanaſ. ait adorari Chriſtum cum ſua carne, quā univit ſibi, quum eſſet prius ſcabellum, quatenus creatura, non quod prius extitiſſe velit,

a apud Agellium.

b Act. 1. 10. Leo. ult. 52.

c apud Agellium.

d cont. Acephalos tom. 4. Bib. Patrum.

e ſerm. de Trinit. to. 3. f 3. de S. ſancto, c. ult.

Senſus myſticus.

g pſ. 66. 1. Matt. 5. 34.

h in 7. Synodo act. 4. ex lib. 5. apol.

i apud Agellium.

k 1. ep. 2. 18. 1 Galat. 4.

m ſupra.

n Pintus in Thren. c. 2. o pſ. 131. 7.

p Calvinus & Bucerus hoc loco

q Orig. Vict. & Hier. in Thren. 2.

r Victor.

ſ Joſeph. de bello Judaico.

Nulla adoratio latriæ creaturæ deferri poteſt, nec humanitati Chriſti ſeorſim ſpectatæ.

a Prov. 1. 3
b pſ. 88. 15.
c pſ. 96. 2.
d pſ. 44. 7.
e Mich. 6. 8.
f Pſ. 118. 121.
g pſ. 15. 8.
h 1. Cor. 15. 10.
i Phil. 2. 13.
k Eſa. 40. 3 Joan. 1. 25.
l pſ. 105. 3.
m verſ. 2.
n verſ. 15.
o verſ. 2.
p cap. 13.
q cap. 4. 2. cap. 10 19.
r Eſa. 33. 5. c. 1. 27. Mich. 6. 8. pſ. 105. 3. pſ. 118. 121. Jer. 28. 3. 15. c. 23. 5. Ezech. 45. 9.
ſ Heb. 10. 27. & ſeq.
t lib. 3. c. 47.
Juſtitia quia juſti ſumus & grati eſt nobis inhærens.
a in Oſea c. 5. n. 58. l. 5. in Eſa.
x pſ. 71. 2.
y c. 23. 5.
z c. 1. 27.

lit, sed secundùm se ac naturam suam spectari: numquam A fuit ex lignis facta incorruptibilibus, fœderis, ac testamenti cognominata: in loco qui dicebatur *S. sanctorum* collocata: habens supra se tabulam auream, sustentatam à Cherubim quæ vocabatur *propitiatorium*, intra se continens virgam Aaron, quæ fronduerat, signum Sacerdotalis potestatis, manna, tabulas legis; ejus præsentia, & quadam vi populus Jordanem sicco transivit pede, & muri Jericho corruerunt: capitale erat profanis eam tangere, prope illam stare, ipsam aspicere: postremò adorabatur ab Hebræis. Similem in modum adorant Catholici Euchar. indigne sumentibus tractantibusq; cedit in judicium, & condemnationem: patefacit nobis cœli aditum, frangitq; omnem inimicam potestatem, & sicut Dagonis idolum labefactat: Oritur ex illa Sacerdotalis dignitas; cibus divinus est; vires perficiendi Dei mandata suppeditat: in ipsa includitur propitiator Christus comitatus Angelica curia: idem Christus ibi contentus, S. sanctorum est; corpus, & calix sanguinis Christi testamenti novi, & æterni est: denique incorruptibilis jam Christus. Lege Hilar, *r*, & Cyrill. Alexandr, *s*. Recitatis opinionibus de scabello, adjungi posset alia de Maria, quæ se ancillam quoque demississime nominavit *t*: item pro pœnitentium infimo in Eccl. gradu post Clericos, & laicos fideles, seu justos, ut Origenes *u*, & Hierony. *x* declarant, Hugo hoc loco distinguit *scabella Dei* cœlum, Christi carnem, omnem creaturam, totam terram, terram Israel, templum, vel propitiatorium, arcamve, B. Virginem, peccatores; hominum sanctorum, temporalia, atria templi, persecutores, subditos. Lege, si cupis, & Ayguanum enumerantem *Dei scabellum* humanitatem Christi, mundum inferiorem, Ecclesiam, Angelicam naturam, pravorum iniquitatem.

a Deut. 5. 9. *b* Esa. 66. 1. Matt. 5. 35.

c lib. 3. Purpura regia non propter se, sed ut est aliquid regi conjunctum adoratur. *d* serm. 10. de Nativit. Adoratio hyperduliæ & duliæ creaturis propter creatam excellentiam impenditur

r in ps. 131. *s* lib. 4. 11. Jean. c. 28. *t* Luc. 1. 38. *u* tract. 23. in Matth. *x* Epitaph. Fabiolæ

Exaltate Dominum Deum nostrum.) Chaldaicè, *laudate*, seu *glorificate* שַׁבְּחוּ *sciabbachu*. Ad honorem latriæ Hugo id putat pertinere, quo exaltetur, & honoretur Christus, ut Deus: membrum sequens de *adorando scabello pedum ejus*, ad honorem, adorationemque duliæ (melius hyperduliæ) ut homo est, seu ratione humanitatis, cui talis honor debetur. Qua de re latis prius pro instituto, & aliàs, quo pacto per se altissimum Deum exaltare homo possit, videlicet in opinione propria, & apud alios, & gratulando altitudini ejus.

e Exod. 20. 3 & Levit. 26. 1. & 5. Deut. 4. 15. & 5. 9. *f* in disput. 104. *g* cap. 4.

Et adorate scabellum pedum ejus.) Dixi Chaldaicè reddi Nebiensi, & *adorate domum sanctuarii ejus*, quod in translatione Biblica Regia est, *in domo*. Retuli præterea varias opiniones de hoc scabello; & quod significetur hìc adoratio prout ad scabellum ipsum terminatur, non quatenus sit in eo tamquam in loco, tendit vero ad aliud, nempe ad Deum. In ps. 131. *y Adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus*, dicitur Hebraicè, phrasi prorsus eadem, *adorabimus scabellum pedum ejus* נִשְׁתַּחֲוֶה לַהֲדֹם רַגְלָיו *neshtachaveh lahadom*. Nec refert si hìc, & ibi reddas *incurvare ad scabellum*. Nam, ut antea docui, significatur terminari adorationem ad scabellum, & scabellum adorari. Et si quis contendat *scabellum* pro *templo* sumi, quo tamen modo vocem Hebræam הֲדֹם *hadom* sumi numquam ostendet, parum refert, ut inde efficiat in templo solum Deum adorari, non posse autem templum, aut quid aliud præter ipsum adorari, adoratione, inquam, inferiore, quam sit illa, qua Deus propter se, ac secundùm se adoratur. Antea quoq; docui commodius hoc loco sumi *scabellum pedum Dei* pro Arca, quam pro Propitiatorio, aut pro templo, sicut & jam citato alio ps. ubi subditur *z. Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ*. Idem dici potest de Paralipomenis *a*: *Cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret Arca fœderis*, & idest, *scabellum pedum Domini Dei nostri*. Idem de Threnis *b*; *Projecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui*. Idem de Ezec. *c*, *Locus soliimei, & locus vestigiorum pedũ meorũ, ubi habito in medio filiorũ Israel.*

y vers. 9.

z vers. 1. *a* 1. 1. 18. *b* cap 2. 1. *c* c. 43. 7.

Quoniam sanctum est.) Hierony. *quia sanctus est ipse*. Ita etiam Græcè ὁ ἅγιός ἐστι, nec ullus aliter ex Enarratoribus Græcis, quos viderim. Immò August. in commentario videtur eamdem secutus lectionem. Recitatis namque verbis istis licèt in genere neutro extet (*sanctum*) mox subdit. *Qui sanctus est? in cujus honore adoras scabellum pedum ejus*. Potest nomen קָדוֹשׁ *kades* referri tum ad הֲדֹם *hadom scabellum* ὑποπόδιον, tùm ad *Deum*; carent enim Hebræi neutro genere. Sive dicas *Deum sanctum*, propter cujus sanctitatem scabello communicatã scabellum adoretur; sive *scabellum*, quod etiam adoretur, quia sanctitatem accepit à Deo, perinde est: nec probare possunt hæretici scabellum adorari non posse, sed solum Deum.

h 5. p. disp. 119. c. 2.

i 1. 22. 2.

k 1. 2. q. 104. ar. 4. ad 2.

l Gen. 23. 7.

m vers. 7.

n lib. 1. de sanct. c. 23. *o* 3. p. tom. 1. disp. 54. sect. 3.

Expositiones mysticæ *p* 1. de Spir. sanct. c. ult. *q* ps. 84. ult.

Eucharistiæ typus arca fuit.

Ex mysticis expositionibus improbabiliores sunt de anima sancta, de Eccl. universa, quod est mysticũ corpus Christi; quia anima justi sedes Dei vocatur, & non solet quælibet adorari: multo minus Eccl. tota, Ecclesiis particularibus, ut sumuntur pro dicatis Deo locis, honor, & adoratio exhibentur, Golgothæ, aliis locis sanctis, Cruci, Eucharistiæ, humanitati Christi. In carne, ac humanitate Christi vestigia quædam divinitus magis expressa, & viæ Verbi cœlestis advertimus, ait Amb. *p* sicut scriptum est *q*, *Ponet in via gressus suos*. Eucharistiæ porro typus arca

Vers. 6.)

Vers. 6.) Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.

Sensus loci. EXemplis confirmat quanti referat religiose colere Deum; & simul quanta sit Dei sanctitas, & loci, in quo peculiariter adorari velit: præterea quantum sint fructum relaturi, qui Deo quantam maximam potuerint, venerationem exhibuerint. Nam maximè illustres pietate, ac religione Moyses, & Aaron Sacerdotes, atque Samuel inter eos, qui nomen invocabant Dei, quum Deum invocaverunt, exauditi sunt. Horum trium de industria meminisse Davidem notat sive Basilius, sive Theodoretus contra Judæos, qui initio psalmi sub nomine *populorum* significaverat adversus regnum Dei, & Christi iratos, & indignatos. Quasi diceret insitam ipsis hanc rabiem esse, seditionem, dominandi cupiditatem, utpote qui eripere conati olim fuerint Moysi, & Aaroni Sacerdotium *a*, & sub Samuele regem sibi posposcerint, & illum, qui judicabat, & Deum ipsum abjicientes *b*. Quam sæpe Moyses, & Aaron exauditi à Deo fuerint, Pentateuchus totus testis est, ita ut Pharao deprecatores pro se adhiberet, plagas experiens *c*. Samuel non solum juxta nominis etymon, à Deo exaudiente impetratus est *d*, sed exaudiebatur à Deo, ut est in primo illius libro, & sereno cœlo tonitrua fulguraque demittebat, & hybernas hyemes æstate deducebat *e*: & flagitabat ab eo populus, ne umquam pro eo orare cessaret *f*, Chaldæus Paraphrastes innuit aliam causam, quia Moyses & Aaron tradiderunt animas suas propter populum Domini, adeo multa tolerantes ab Ægyptiis, & ipsismet Hebræis: Samuel oravit pro eodem populo. Richardus de S. Victore *g* applicat ad spiritualem hominem, sive religiosum. Dicit hunc esse Moysem legislatorem, si toto die circa hoc sit intentus, in hoc omni hora occupatus, quid pro præteritis delictis satisfaciat, quomodo de futuris se cautum custodiat: quid quo ordine gerendum, quando, vel quantum cuilibet rei insistendum, &c. denique si dura præcipiat sibi, & districte se puniat: Aaronem, si se mactet per mortificationem in ara exteriore sensus carnis, in interiore affectus cordis: Samuelem, qui erat Propheta, & invocator Dei, qui quãto plus noverit, frequentius cogitaverit præmia, & supplicia æterna, tanto plus, attentius, & verius Deum invocat, oratq; si desinat hic Samuel prophetare dicto modo, desistere citò, & Aaronis devotionem, & Moysis districtionẽ. Addit, licet quis jam sibi functus videatur officio Moysis, & Aaronis, quod ante dictum est, non debere cessare ab officio Samuelis, & perseverare in contemplatione, & in judicio, quia ille Propheta, & judex erat, ut per judicium discernat suas passiones, & insidias inimici. Tandem docet ad Moysem pertinere agenda discernere; ad Aaronem divinum auxilium implorare; ad Samuelem quid ex re qualibet utilitatis vel periculi provenire possit providere, ut si in nobis discretio, devotio, circumspectio. Nec improbabile adduci eosdem in exemplum non modò sanctitatis, & benignitatis divinæ, sed terribilis etiam nominis Dei, atque severitatis; quum nec Moysi, & Aaroni pepercerit, qui minus eum ad aquas contradictionis glorificaverunt *h*, ac proinde ingressu promissæ terræ prohibiti sunt; nec aliis, qui adversus illos & Samuelem, perperam se gesserunt, & mala consilia machinati sunt. Hæc est Treveti, atque Cajet. exponendi ratio, & Placidi Parmensis, qui transcripsit ferè Cajet. quam nomine tacito, maxime probat Agellius. Hi etiam peculiariter leguntur pro inimicis orasse, & orationis efficacia impendentia populo mala avertisse. Mysticè etiam verum est, quod ait Ayguanus, exempla afferri summi legislatoris, Sacerdotis. Prophetæ, qui præcognoverint adventum Christi, & Christum invocaverint. Affirmat hoc ultimum etiam August. Greveus *i* tria istorum officia constituit in anima quæ verum Dei templũ fit: rationem quæ discernat agenda & fugienda, quia Moyses legislator erat; orationem, qua impetret vim cognita perficiendi quoniam Aaron erat Sacerdos: decretum, ne de se præsumat, & infirmitatem suam agnoscat, quod fit per multa experimenta, quoniam Samuel Propheta prædicebat, quod præmium expectare debeat legis executor, quamque pœnam transgressor. Hugo ait quemlibet Sacerdotem debere habere tria, ut sit Moyses, ideſt, *lugens*, aut *assumtus de aqua*; lugens pro peccatis aliorum; assumtus de aquis voluptatis, & luxuriæ: ut sit Aaron, *mons fortis*, contraventum superbiæ: ut Samuel, *audiens Deum* contra avaritiam, audiensque *k*, *date*, *& dabitur vobis*. Glossa intelligit per *Moysen* extractũ ab aquis, religiosos abstractos à deliciis mundanis: per *Aaron* montanum, Prælatos in alto constitutos: per *Samuelem*, qui fuit minister in domo Domini, & Sacerdotes & clericos: ab istis autem omnibus laudandum nomen Christi præ ceteris Christianis.

Sensus mysticus.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus ejus.) De Sacerdotio Aaronis nulla dubitatio, sed quo pacto Moyses dici possit *Sacerdos*, respondeti potest, quia erat Levita, & ex tribu Levi *l*, *Sacerdotis* nomen genericè sumendo pro dicatis cultui Dei hominibus. Deinde quoniam Aaronem consecravit Sacerd. jussu Dei *m*, & filios ipsius; quod si Sacerdos propriè non esset, nõ fecisset. Tertio, quia vota populi corã Deo offerebat, & illo irascente magnis precibus pro eo supplicabat. Quarto, quoniam cum Aarone adventum Domini Sacerdotali præconia vel in legalibus tubis, vel in vestis tintinnabulis nũtiavit. Quinto, quatenus nomen *Sacerdotis* quandoq; magnum, & principẽ virum designat, ut cùm filii Dav. sic appellantur *n*, quamvis de Tribu Juda. Ultima ratio est Hug. & secunda, quam tradidit prior Auguſt. plurimique ex Latinis eam sequuntur, & tertia, quæ à Cassiod. quoque assignatur: quartam redditis, quem appellant Hierony. Favet quintæ Euthymius, dum ait mentionem fieri de istis, & de Samuele tamquam de Dei ministris, serviq; Moysem verò legislatorem vocat, Aaronem primum inter Sacerdotes, Samuelem principem inter Prophet. Eodem nomine duos primos Glossa interlinearis nominat, Trevet. licet ob secundam rationem asserat Moysem Sacerd. fuisse, nihilominus propendet non fuisse, jubens nos cum distinctione legere *Moyses*, deinde post virgulã indicantem separationem dignitatis, *& Aaron Sacerdotibus*, ita ut Aaroni conveniat esse Sacerd. non Moysi. Optima ratio secunda ex consecratione Aaron, & filiorũ. Adde quod religionis quæstiones definiebat, offerebat munera, & immolabat, fœdus sanciebat sanguine, oblationes, & donaria principum duodecim in tabernaculum, & altare excipiebat, vestes consecrabat *o*. Fictitiũ autem est quod Hebræi affirmant, tempore totius peregrinationis in deserto Moysem Sacerdotis officio functũ Absolutè ac propriè Sacerdotem Moysem Philo, qui libros de vita ipsius ita concludit: *hujusmodi fuit vita, obtusq; Moysis regis, legislatoris, Vatis, & Pontificis*. Præterea Dionys. *p*, Nazianz. *q* appellans *principem*, & *Sacerdotum Sacerdotem*, & *Sacerdotis r manus in monte sublatas, compositasque ad orbem*, item Hieron. *s* Anaclet. *t*, (qui explicat *in Sacerdotibus*, ideſt, primi inter eos) Melch. *u*, Damas. *x*, Leo *y*, rursum Aug. *z*, Magister sententiarum *a*, Amb. *b* (qui quod consecravit Eleazarũ, probat Sacerdotem à Sacerdote consecrari debere.) Ut omittam alios recentiores, citat Genebrard. Rabinos Jonatham, Jose, Josua, Berech. Aben-Ezra, & hunc appellante Moysẽ כהן החגים *chohen hacchohanim*. Apollin. quoque in paraphrasi nominat ἀμφίσβητον μήν ἀν *inter Sacerdotes magnum*. Docet quoq; Dionys. Rickel. sive Carthus. *c* in Moyse respectu Israeliticæ plebis, fuisse plenitudinem potestatis spiritualis, & sæcularis, juxta exigentiam status plebis illius. Glossa Decreti *d* pares in consecratione facit Moysem, & Aaron, illum in administratione majorem, & quia instruebat hunc, & redarguebat tamquam minorem. Forsitan probari adhuc posset utrumq; ex eo quod Aaron compellavit Moysem *Dominum suum e*, quamvis natu minorem. Licet tunc ita locutus narretur, quem vehementer iratum, ob adoratum vitulum, se permittente, compescere voluit. Quod autem Abul. *f* docet Moysem fuisse Sacerdotem secundùm speciale Dei privilegium: item *g* nec magnum, nec minorem Sacerdotem absolutè dicendum, sed potestatem illi ad hoc tributam à Deo, quoniam erat Sacerdos unctus oleo invisibili: sed quando Sacerdotes consecrati sunt, & ministrare cœperunt, ei non licuisse ministrare, cùm ipse in defectu aliorum ministraret, hoc, inquam, quod Abulensis scribit, secundũ alia membra concedi potest, quamvis de nomine *magni*, & *summi Sacerdotis* non negarem: quantum verò ad ultimum, satius fuisse dicere, non quod non licuerit, sed quod opus non fuerit; numquam enim desiit Sacerdos esse; quãvis alius esset, qui sacerdotalia munera obire posset circa sacrificium, & similia. Ita intelligo Aquinatem, cùm exponens Mastistrum *h*, qui cum Aarone Moysen appellat sacerdotem, ait dici sacerdotem non officio oblationes offerendi, sed quia sacra primitus populo dedit, immediate à Deo accepta. Sed nec speciale Dei privilegium circa sacerdotalem dignitatem Moysi concessum aliter concedo, quam quod constituto Aarone in summũ Sacerdotem, quod erat prius Moyses, voluit Deus, ut ea digni-

a *Num.* 16. 1. *& seq.*
b 1. *Reg.* 8. 7.
c *Exod.* 8. 8. 9. 28. 10. 18.
d 1. *Reg.* 1. 20
e c. 12. 17. 18.
f c. 7. 7. c. 12. 19.
g *anteor. in ps.*
h *Num.* 20. 12.
i *Serm.* 206.
Ut Sacerdos sit Moyses tria requiruntur. k *Luc.* 6. 38.
l *Exod.* 28. c. 19. 20.
m *Exod.* 28. *toto Lev.* 8. *& 9.*
n 2. *Reg.*
De Moysis sacerdotio controversia: & rationes in utraque partem
o *Exod.* 18. 24. *& 28. & 29. & toto* Toto tempore peregrinationis in deserto sacerdotis officio non functus est Moyses.
p *Eccl. hier. c.* 5.
q *orat.* 6. *eram* Nyssen. r *orat.* 30.
s 1. *cont. Jovinia & citatur d.* 36 c. *si quis vult.*
t *Epi.* 3. c. 3. *& refert d.* 22. c. *sacrosancta* § *inter beatos.*
u *d.* 88. *decrevit.*
x *epist.* 4. *ut quidem est Basilius Zanchius not. in script. nec dum c. nim reperi.*
y *epist.* 88. *vers.* 86.
z *quæst. in Lev.* 23.
a 4. *d.* 19.
b *epist.* 82. *vers.* 25.
d *d.* 22. c. 2. § *inter.*
e *Exod.* 32. 22.
f *in Exod.* 17. *in fine comment.*
g *in Lev.* 8. *post. quæst.* 6.
h 4. *d.* 19.

dignitas descenderet ad solos posteros de Aaronis familia. Alioqui quoad vixit Moyses, dici potuit & debuit jab. solute Sacerdos, & ordinarius ratione functionis, tametsi non ratione successionis, quia eam dignitatem simpliciter accepit non ad tempus, & quantum ad aliqua tantum, sicut aliqui sentiunt de Samuele, quod postea expendetur, & constat Eliam aliquando sacrificasse *a*; & Gedeonem *b* sed non ei in tali officio succedebant, verum soli Aaroni qui de istius familia erant. Qua in re similitudo quædam erat cum eo quod postea in Apostolis contigit, ex quibus Petrus solus fuit, cui succederetur tamquam ordinario pastori totius Ecclesiæ alii ratione istius successionis erãt pastores extraordinarii secundùm illam amplam potestatem in totam Eccl. quæ tamen etiam Petro subordinabatur. Discrimen adhuc est, quod Aaroni prælatus est Moyses à Deo, Apostolis autem Petrus, sed non præcise propterea Moyses major Aarone extitit, quia extraordinarium Sacerdotium secundùm dictam suorũ successionem habeat, sed quia ita Deus voluit; alioqui Petro superiores fuissent Apostoli, quia respectu ipsius erant extraordinarii, ad eum scilicet modum, quem dixi. Denique quod extraordinariè Moysi concessum est, post ipsius mortem ordinarium fuit in summis Sacerdot. ex familia Aaron, ut nimirũ etiam de religione, ac fide definitè responderent, quod Moyses dum viveret, faciebat, non Aaron. Quæ potestas ordinaria communicata soli Petro est, & successoribus; nullis aliis etiam extraordinariè, nec vivente Petro, nec post illius mortem, quã dictis successoribus. Ordinaria est potestas ista in Eccl. penes Pontifi. summum dumtaxat, sicut in Petro erat, & in synagoga ordinaria quoq; fuit quamvis extraordinarie Moysi soli data dum viveret, ordinarie illis tantum summis Pontificib. qui succedebant Aaroni directè. Quoniam autem Moysi primum concessa est hujusmodi potestas; propterea vocata est *Cathedra Moysis c*. Ex aliis rationibus prima, quod esset Moyses Levita, non sufficit, quia non quivis Levita munia sacra exercere poterat, quæ Moyses exercuit nec nisi propriè Sacerdos. Tertia quod offerebat vota populi, & pro illo supplicabat, nisi aliud addatur, potest convenire etiã non Levitæ, ac mere laico: Neque valet quarta, quoniam præconium per tubas non erat adeo sacrum & per tintinnabula in veste solius Aaron erat, nec enim talem vestem induit Moyses umquam, quamvis Dei jussu illam instituerit. Ultima ex notione בחן *choden, & Sacerdotis* pro viro Principe, ac primario, non minus congruit Samueli, qui etiam, ut judex populum rexit. Hæreticis nostri temporis arridet ea ratio, quia nollent proprie Sacerd. Moysem fuisse, ne ex primatu, quem gessit spiritualibus argumentemur eum quoq; esse in summo Pont. Quamquam in quocumq; fuerit synagogæ tempore, sufficit ad vim argumenti, nec fortassis est omnino necessarius sacerdotalis ordo ad supremam Ecclesiast. jurisdictionem circa doctrinam, leges, mores &c. etiamsi de facto semper cum hac jurisdictione ordo ille, seu Episcopalis, conjungi soleat, & debeat. Verum hæc sunt alterius instituti, & loci, & plura disputat Gretserus noster pro C. 4. l. 3. *de Verbo Dei*, nostri item Bellarm. Illud verò notatu dignum, quoties Moyses & Aaron simul nominantur, priore loco Moysem nominari quamvis minorem ætate, quia dignitate præstabat non tantum politica, sed etiam Ecclesiast. Ayg. observat, quia Moyses erat summus doctor, & Proph., Aaron summus prælatus, & Pontifex, & Moyses magis honoratur quam Aaron, etiamsi præterea hic ætate grandior erat, sequi quod sit majoris dignitatis doctor, quam prælatus, & magis honorandus, quia scientia præfertur prælationi, utpote cùm prælatio regitur per scientiam: & hoc sibi velle Sapientem, cùm ait *d*: Præposui illam regnis, & sedibus; si autem hodie communis sensus habeat oppositum, hoc facere virtutem divitiarum. Disputat præterea de comparatione inter Moysem, & Dav. uter Prophetiæ dono excelluerit; Respondetq; Dav. quantum ad plura ipsi revelata, quamvis Moyses pluribus miraculis Prophetias confirmavit. De ultima quæstione dixi in præfatione. Quod attinet ad aliam, si de Moyse agatur, finitalis est, posito quod Sacerdos fuerit, ut probatũ est. Ecclesiæ nunc mos est, Conciliiq; Trident. decretum *e*, ut Episcopatus, & insignes quædam dignitates non conferantur nisi doctoribus aut licentiatis in Theologia, vel in Jure Canon. aut qui publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur: & si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Hortatur præterea idem Concil. *f*, ut ubi fieri commodè potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus Ecclesiis, & collegiatis insignibus conferãtur tantum magistris, & doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel in Jure Canon. Sed & Paulus eosdem *g* videtur nominare pastores & doctores, ut in eosdem incidat pastoralis cura, & docendi munus: *& labia Sacerdotis custodiunt scientiam, legemque de ore ejus requirunt h*. Verum præcise non videtur ambigendum majoris dignitatis esse prælaturam quæ fundata est in ordine sacro, ac jurisdictione supernaturali, quam doctoratum, qui versatur circa doctrinam acquisitam, licèt principia ejus supernaturalia sint, si sit Theologiæ prælectum.

Et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.) Hieron. *in his*, &c. Unde perspicitur idem fuisse in membro priore *in Sacerdotibus*, quod, *inter Sacerdotes*, utrobique est præpositio ב *be*, & *in*. De Samuele proditum est in divinis litteris, quod holocausta obtulerit *i*; benedixerit hostiæ *k*, unxerit Saulem *l*, & Dav. *m*, præterea quod ut oraret pro se, orabat eum populus *n*, postquam invocato Domino evocasset sereno cœlo voces, & pluvias, & ipse pollicitus est non cessaturum quin oraret pro illis: reprehendit Saulẽ, quod se absente sacrificasset *o*: oravit, & clamavit tota nocte pro Saule *p*, & luxit, quoniam *Dominum pœnituisset, quod constituisset eum regem super Israel q*. Vocatur item ab auctore Ecclesiastici *r*, *dilectus à Domino Deo suo*, diciturq; invocavisse Dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes undique in oblatione agni inviolati. Deus quoque ad exaggerandam iram suam contra populum, dicit apud Jer. *s*; *Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, ejice eos à facie mea, & egrediantur*. Ex his colligitur Samuelem non solum invocatoris munere, sed Sacerdotis etiam functum esse. Excelluit etiam dono Prophetiæ penè à pueritia ipsa *t*, & stabat super cuneum Prophetarũ vaticinantium *u*: & ab eo videtur initium sumpsisse ordo Prophetarum apud Hebræos *x*. *Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini y*. Cui negat fuisse Sacerd. quia non erat de Tribu Levi, mentionem autem hic de illo fieri tamquam de insigni Propheta, & præcipuo inter invocantes nomen Domini. Negat quoq; Haimo de Tribu Levi fuisse. Hugo post Cassiod. & Glossam interlinearem hoc loco, & ordinariam in Epist. ad Hebræos *z*, facit eumdẽ de Tribu Ephraim; tamen post Heli filiosque ipsius supplevisse officium Sacerdotis. Creditus Hieron. Levitam nominat, quia gestabat Ephod lineum *a*. Consentit Genebrar. dicens Coritam, seu de linea Core fuisse. Abulensis *b* dicit ex eadem Tribu fuisse, & numerari inter invocantes Deum, idest, inter Levitas, qui laudabant Dominum Deum, cantando dum Sacerd. ministrarent: sacrificasse nihilominus secundùm speciale voluntatem Dei: familiã autem ejus vocat *Baathbitarum c*: Ephratæum verò dictum, quia de monte Ephraim, in quo habitabant aliqui Levitarum *d*: deniq; licèt Sacerdotale officium non licuerit ei ex progenie, licuisse ex divina dispensatione, aut præcepto expresso. Quidquid sit de Tribu, & familia Samuelis (probabile autem est fuisse de Tribu Levi, & familia Caath, ut Abulensis sensit) colligique videtur ex Paralipomenis *e*, quia Gedeon *f* sacrificavit, & Elias, *g* qui non erant Levitæ,) tametsi dubitant de Gedeone an sacrificaverit, qua de re Seratius noster *h*) Conciliari possunt qui negant, & affirmant fuisse summũ Sacerd. ad eum, quem idem Abulensis dixit modum, ut fuerit non progenitè, sed dispensatione. *Sacerdotem magnũ & sanctum* nominat Aug. hoc loco, & alibi *i* docet, etiamsi non fuerit filius Sacerdotis, sed tamen Levita, successisse in summo Sacerdotio Heli, ac de illo prædictum *k*, *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem*. Cyp. *l*, nec non Amb. *m*, Glossa Epistolæ ad Hebræos *n*, translatum Sacerdotium Heli ajunt in illum, & consentit Angelicus Doctor, *o* figuramque transferendi Sacerdotii veteris in novum extitisse. Innuit præterea Sacerdotem Samuelem fuisse is qui sub Philonis nomine auctor est Biblicarum antiquitatum. Hier. *p* negat Sacerdotem, & pontificem, sed Levitã fuisse, qui propterea gestaret Ephod lineum, habitum videlicet proprium Levitarum, & minoris ordinis, quod item probat ex citato loco Paralipomenon, simul tamen docet * successisse Sacerdoti Heli, & hostias obtulisse, & de illo secundùm historiam dictum esse, quod citavi, *suscitabo mihi Sacerdotem fidelem*, & qui constituit Aaronem, constituit & illum Sacerdotem, nimirum Deus, qui ita elegerit Aaronem, ut alios postea eligendi non amiserit potestatem: propria autem Sacerdotum esse invocare Dominum,

Elias aliquando sacrificavit *a* 3. Reg. 18 1 at. & seq.

b Judic. 6. 19

Potestas de religione & fide definite respondendi soli Petro & successoribus ejus concessa.

c Matth. 23. 2

Quoties Moyses & Aaron simul nominantur, Moyses priori loco ponitur.

d Sap. 7. 8.

Utrum Moyses an David in dono Prophetiæ excellentior.

e Sess. 20. c. 2

f Sess. 24. c. 12

g Eph. 4. 11

h Mala. 2. 7

i 1. Reg. 6. 9

k c. 9. 13

l c. 10. 1. c. 15

m c. 16. 13

n c. 12. 17. & seq. & c. 7. 8. 9. 10

Eccl. 46. 20

o 1. Reg. c. 13 11 13

p c. 15. 11

q vers. 35. c. 16. 1

r c. 46. 16. 19

s cap. 15. 1

Samuel sacerdotis munere functus est.

t cap. 3. 1. & seq.

u cor. 9. 20

x Act. 3. 24. c. 13. 20

Heb. 11, 32

Cajet. negat Samuelem fuisse sacerdotem

y 1. Reg. 3. 20

z In cap. 7

a 1. Reg. 2. 18

b in Coll. 23. q. 10

c in Jud. præfatio q. 8. & 2. Reg. 1. q. 1

d 1. Reg. 1. q. 1. & 1. Reg. 1. q. 7

Samuelem ex Tribu Levi fuisse probabile est.

e lib. 1. 6. 28. 34

f Jud. 6. 19. 20

g 3. Reg. 18. 31. & seqq.

h in Judit. 6 q. 11.

i 17. de Civ. c. 4. 5. 1 retract. c. 43 k 1. Reg. 2. 35

l Epist. 65.

m in ps. 118. serm. 18

n cap. 7.

o ibid lect. 3

p 1. cont. Jovin.

* in 1. Cor. 1 Propriè Sacerdotum est invocare dominũ.

num, quibus dicitur *q*, *sic benedicite filiis Israel, invocantes nomen meum super illos.* Philosophatur eadem ratione Augustinus *a* de Gedeone *b*, & Elia *c*, & Abraham, dum hic obtulit filium *d*: ita Deum legitimè illa constituisse, ut leges non sibi, sed hominibus daret: idcirco quodcumque præter illa ipse præcepit, non à transgressoribus, sed potius à piis, & obedientibus impletum intelligendum esse. Eamdem opinionem sequitur, nomine tacito, Trevetus. Quare nec error est Samuelem affirmare Sacerd. ut Auctor quæstionum utriusque Testamenti *e* falso dictus Aug. docet, nec stultitia dicere functum eo officio, quamvis non esset de filiis Aaron, nec natus Sacerdos. Dispensatione, inquã, Sacerdos fuit, non progenie, non præsumtor, aut re non concessa utens, sed quod concessum, aut injunctum etiam est, faciens: non per alium tantum offerens, aut sacrificans sed etiam per seipsum. Concedo illi, èx Ephod, quod portavit Samuel *f*, non concludi Sacerdotem fuisse, immò, nec quod Levita fuerit; cum Dav. etiam id gestaverit *g*. Alia sunt ex quibus Sacerdotium Samuelis efficaciter satis demonstratur, ut dixi, & eo modo, quem dixi. Qui Moysi tribuunt psal. istum, notant præscisse nomen *Samuelis* quatuor post sæcula futuri, sicut Esaias prædixit de Uria, & Zach. *b*, & de Cyro *i*, centum annis ante, & alius de Josia *k* trecentis. Sed Auctorem omnium psalmorum Davidem esse sentimus, & Bruno Carthusianus loqui dicit de Samuele, ut de contemporaneo.

Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.) Emendati codices Græci non habent secundùm pronomen, nec Symmachus, ac Theodotio, & V. editio. Aquila ἐπακούσεται αὐτῶν *exaudiet eos*: VI. editio ἐπήκουσεν *exaudivit*. Nectenda sunt ista superioribus, nempe quod Moyses, & Aar. Sacerdotes, & Samuel unus de invocatoribus Dei, sive invocatione propria sacerdotibus, qua benedicebant populo, aut nomine totius populi preces concipiebant, sive alia, *invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.* Chaldaicè, *Moyses, &c. & Samuel propter illos oravit Dominum, sicut patres sæculi, qui oraverunt in nomine ejus, precabantur coram Domino, & ipse respondebat eis.* Si responsum sumatur in propitiatorio redditum, de solis Moyse, atque Aaron ordinariè intelligitur, quia soli summo Sacerdoti licuit intrare in Sanctorum *l*: vel de Samuele etiam secundum privilegiũ, sicut & alia sacerdotalia munera exercuit ut antea vidimus, & confirmat exemplo Jacobi Apostoli Genebrard. ex Egesippo apud Hierouy. *m*, & ex Josepho Gorionide, *n*, qui scribit constitutos mille Sacerdotes, qui idem ingrederentur, videlicet extra ordinem, quum occurreret necessitas Dominum consulendi, ut propter famem, bellũ &c. Præstat *exauditionem* generalius accipere. Notum autem est quam Deus facilis esset ad preces Moysis, Aaron, Samuelis. *Verbum, quod locutus es*, inquit Deus *o* Moysi, *faciam; invenisti enim gratiam apud me, & te ipsum novi ex nomine*, & postquã orasset jejunus per dies ac noctes quadraginta pro peccatis populi, exaudivit eum Dominus *p*. Quum autem præscripsit Aaroni, & filii, ut benedicerent populo, adjecit, *& ego benedicam eis q*, & eumdem Aaronem quando stans medius inter vivos, & morientes cum thuribulo deprecabatur, exaudivit, plagã cessare faciens *r*, & ut omittatur quoties hi fuerint exauditi. Samuel, ut prius quoq; retuli, exauditus est, quando ad ipsius clamorẽ dedit Dominus voces, & pluvias in die messis, ut sciret populus quam grande malum fecisset postulando regem sibi *s*, & quum orasset in Maspha pro populo contra Philistæos, *facta est manus Domini super istos cunctis diebus Samuelis t.* Nescio quid in mentem venerit Fabro, cum dicit Samuel. pro spiritu Eliæ in se duplicando invocasse Dominũ. Elis. id oravit, non Samuel multò antiquior Elisæo. Non leve quid esse, nec insipientium, sed perfectorum invocare Dominũ, probat hinc Hier. *u*, tractans Joelis verba *x*, quæ Paul. recitat *y*, *omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit*, si nempe non sermone, sed affectu fiat cordis, quemadmodũ dicere Dominum Jesum *in Spir. sancto z*

a Exod. 19. *b* c. 24. 16.

c c. 34. 9. 10. 11. Deut. 31. num. 11. 17. 2. 3. *d* num. 18. 4 5. *e* vers. 9.

f Lev. 16. 2. *g* ibid. Post 9. 5. & 9. 6.

h in c. 32. q. 10. & 11.

i Job 38. 1. 5. 40. 1.

k in Job. 38 præf. q. 2. *l* 2. de appar. vis. c. 2. & 4 & 8. *m* 1. de dem. mon. c. 40. *n* Matt. 3. 17. c. 17. 5. *o* in cat. Job 38. *p* ibid. *q* ibid.

r 1. Reg. 12. 17. 18. *s* 1. Reg. 12. 16. & seq. *t* c. 7. 5. 13. Non est insipientium sed perfectorum dominum invocare. *u* in Joel. c. 2. *x* Rom. 10. 13 *y* 1. Cor. 12. 3

Deum Samuelis in nube locutum non constat.

Vers. 7.) In columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.

Sensus loci.

NOn solum Deus invocatores suos Moysem, & Aarõ exaudiebat, sed familiari quodam modo loquens eis in columna nubis, sive in nube, quæ columnæ formam habebat. Causa verò cur illos, ac Samuelem etiam, licèt ei non loqueretur in columna nubis, quę cum peregrinatione populi desierat, exaudiret, erat, quoniam obsequebantur voluntati Dei atq; præceptis, ac se se ei gratos & charos reddere quã maximè studebant, nec verbũ ex iis prætermittebant, quæ Deus populo per ipsos renunciari mãdabat. Si quis velit omisso Samuele, de primis duobus hic tantum agi, & sequenti versu, magis expedirè declarabit quod hoc loco de nubis columna dicitur, & postea de ultione in omnes adinventiones eorum.

In columna nubis loquebatur ad eos.) Venit ad Moysem Deus *in caligine nubis, ut audiret populus loquentem ad ipsũ & crederet ei in perpetuum a, texit eumdem in monte sex diebus b*, sed *columna nubis ingresso Moyse tabernaculum fœderis, descendebat, & stabat ad ostium, loquebaturque cum illo cernentibus universis, quod columna nubis staret ad ostiũ tabernaculi, stabantq; ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum, loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum c.* Aliquando in eadem columna nubis in introitu tabernaculi loquebatur Deus cum Moyse Aaroni etiam, & Mariæ *d*, & illo abeunte cum ita nubes recedebat, quæ erat super tabernaculum *e*. Erat forsitan hæc columna nubis non illa, quæ comitabatur interdiu populum per desertum, de qua egimus alibi, sed alia, in qua dixit Deus Moysi se apparituũ Sacerdoti ingredienti sanctuarium super oraculum *f*, & quam aliqui de nebula existente ex thymiamate intelligunt. Lege Abulensem *g*, qui putat quod Angelus, qui erat in loco dicto *S. sanctorum*, ad respondendum quæstionibus, quas faceret Sacerdos, assumebat corpus de aere multum densato, ad formandum ibi voces, eratq; istud corpus super propitiatorium inter duos Cherubim: ne autem videretur, præcipiebat Deus cremari thymiama, ut nebula, seu fumo, ac vapore illius circumfunderetur, ac tegeretur. Moysi verò licebat quoties vellet intrare S. sanctorum, & monstrabat ei Deus effigiem illam corpoream existentem super propitiatorium, quam nulli alii monstrabat, & si aliquis eam vidisset, moreretur. Sic ille in Levit. At in Exodum *h* distinguit nubem extensam super castra, ut defenderet à calore solis, & aliam in modum columnæ, densiorem, & minorẽ, & lucidiorem, quæ præcedebat in via, & descendebat ex loco superiore tabernaculi usque ad ostium, ut Deus, sive pro Deo Angelus, loqueretur secretius cum Moyse, idq; *à facie ad faciem*, quia in dicta columna formabat Angelus veluti corpus, & figurã hominis, quam videret Moyses, in quo non erat periculum idololatriæ, non autem populus. Quod Latinè legimus Deum respondisse Job *de turbine i*, Græcè dicitur ἐκ τῆς νεφέλης *ex nube*, & διὰ λελαπος τῆς νεφέλης *per turbinem, & nubem*, quod nõ fictè, ac imaginariè, sed re ipsa proprieque sumendum demonstrat Pineda noster *k*, post item nostrum Thyræum *l*. Euseb. *m* hac ratione ait demonstrari quod Deus sit universi Dominus. Sic in novo testamento vox missa narratur de nube *n*, quod innuit præterea incarnationis mysterium & Deum sese nobis attemperantem, qui per se lucem habitat inaccessibilem. Nicetas *o* quidem, & Jul. *p* scribunt similiter ut cum Moyse, & Aarone, collocutum in nube cum Jobo Deum. Chry. *q* eo modo indicari vocem cœlitus mitti. Sufficiat fortassis eadem nubes, quæ variis nominibus appellatur mirum *nubes, nubes Domini, caligo, tenebræ, ignis, species ignis*, seu *quasi species ignis, columna ignis, columna nubis, gloria*, vel majestas Domini: *ignis* quidem, ac *species ignis*, seu *quasi species*, ob lumen de nocte sine calore: *caligo* ac *tenebræ*, seu *nubes tenebrosa*, & *caliginosa*, quia densa, & interdiu obscura. Eadem interdum figuram mutabat columnalem, ut quum occuparet ostium tabernaculi, vel id intrabat, & implebat. Ut merito vocaretur *nubes Dei*, quia pro ipsius voluntate serviebat, & ejus præsentiam indicabat, atque majestatem. Plura citatus Thyræus, nosque ipsi in historia transfigurationis. De Samuele nihil diserte tradunt divinæ litteræ, unde affirmari possit ei Deum locutum in nube. Solum narrant quum obtulisset holocaustum & Philistiim inivissent prælium contra Israel, *intonuisse Dominum fragore magno super illos, & exterruisse r*, præterea *ipso invocante dedisse Dominum in die messis triticeæ voces, & pluvias s*. At editum etiam Samueli de nube sermonem non constat. Hebræos fingere Agellius refert, columnam nubis ad ostium Samuelis apparuisse, cum à Saule, & ejus puero ad oraculum accipiendum quæreretur *t*. Meminit Kimhi, Lyranus, Rickelius, Cajetanus, Placidus Parmensis credunt aliquando sic Samueli locutum Deum, etiamsi alibi non scribatur, & fortassis citatis locis id evenisse, quamvis Dei sermonem solus audiret Samuel. Euthymius negat de Samuele, immò & de Aarone, atque per Syllepsim quod uni con-

a Exod. 19. *b* c. 24. 16.

c c. 34. 9. 10. 11. Deut. 31. num. 11. 17. 2. 3. *d* num. 18. 4 5. *e* vers. 9.

f Lev. 16. 2. *g* ibid. Post 9. 5. & 9. 6.

h in c. 32. q. 10. & 11.

i Job 38. 1. 5. 40. 1.

k in Job. 38 præf. q. 2. *l* 2. de appar. vis. c. 2. & 4 & 8. *m* 1. de dem. mon. c. 40. *n* Matt. 3. 17. c. 17. 5. *o* in cat. Job 38. *p* ibid. *q* ibid.

r 1. Reg. 12. 17. 18. *s* 1. Reg. 12. 16. & seq. *t* c. 7. 5. 13. Non est insipientium sed perfectorum dominum invocare. *u* in Joel. c. 2. *x* Rom. 10. 13 *y* 1. Cor. 12. 3

Deum Samuelis in nube locutum non constat.

Tempore Samuelis eo lumna nubis non erat in usu.

convenit Moysi, de pluribus affirmari. Certè Samuelis tempore non erat amplius columna nubis in usu, nec temere affirmandum, quod ipsam Deus ad colloquendum quum illo peculiari opere confecerit. Extendi potius deberet nomen *columnæ nubis* ad nubem, ut Cajet. & Placidus Parmensis monent. Satius est proprium id asserere Moysis, & Aaron, hic enim quum sorore dicitur semel interfuisse sermoni, quem habuit Deus ad fratrem Moysem a. Hoc autem loco seorsim agitur de eo, quod primis duobus convenit. Satis id indicat Aug. *b*, nempe prærogativam fuisse Moysis, & Aaronis hoc Dei per columnã nubis alloquium. Pertinet ad mysterium, quod Hugo notat, scripturam antiquis fuisse ut columnam nubis duram, & occultam, nobis à vero Sole illuminatam; item Prælatos debere esse rectos ut columnas, & refrigerare alios, ut nubem. Adde symbolo *columnæ* sapientiam designari, ut quando *sapientia* dicitur *excidisse septem columnas* c, & *columnæ* vocantur à Paulo *d* Petrus, Jacob. Jo. & iterum sapientia *thronum suum ait esse in columna nubis* e, quasi dicas *suggestum*, & *tribunal*, quo nomine vertitur aliquando עמוד *khamud* f, vel *gradus* g. Quasi hoc loco sit sensus, quod loquebatur Deus ex columna erecta, & sublimi, velut ex tribunali regio, cathedra, graduque præcelso jus dicens, piis favens, sontes condemnans. Notavit id Pineda noster *h*. Adjice *columnam in domo Dei* ex Apocalypsi *i*. Amb. *k* legem viarum scribit utramque columnam ignis & nubis fuisse: *nubis specie* significatum adventum Christi *in nube levi l*, idest, in Virgine Maria, & quia ipsius Christi carnem nulla sua gravabant delicta. Quo pacto etiam Christo competat ratio columnæ, lege Ayguanum.

a Num. 12 4 5 6. 7. 8
b 2. de pec. merit. c 6
Alloquium Dei per columnam nubis prærogativa fuit Mosis & Aaronis.
c Prov. 9. 1
d Galat. 2 9
e Eccl. 24. 7
f 2. Para. 34 31
g 4. Reg 23. 3. 2. Para. 23 13
h 3. de Salom. 28.
i c. 3. 12
k in ps. 118. vau. 5
l Esa. 19. 1

Custodiebant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.) In vetere Psalterio, et apud August. Arnobium, & Cassiod *præcepta ejus, quæ dedit eis.* In Psalterio Romano, *præcepta ejus, quæ dederat illis.* In Regiis, & Complutensibus, aliisque Bibliis Græcis ὅτι *quoniam*; sed in emendatis deest. Samueli hoc etiam convenit, licèt de Moyse & Aarone dici per se videatur, præsertim de Moyse. Nam lex istis data est, ut populo ferrent, & eam exequerentur secundum non modo moralia præcepta, quæ sunt unum in radice charitatis, sed etiam judicialia, & ceremonialia, quibus ratio testificandi, & aliud sub attestatione significandi magis convenit, Paraphrastes *pactum* pro *præcepto* ponit, & חק *chok* inter alia sumitur pro *ritu, quo colitur Deus.* Propter, adeò exactam obedientiam præbebat se Deus illis quodam modo obedientem, & obsequentem. Idcirco Tertull. *m* hortatur, ut oremus cum memoria præceptorum, ne quantum à præceptis, tantum ab auribus Dei longè simus, quia memoria præceptorum orationibus viam sternit ad cœlum. *Qui autem declinat aurem, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis* n. Hinc illa confirmari doctrina Aug. potest, præsertim in libro de perfectione justitiæ, custodiri testimonia & præcepta Domini posse in hac vita, & vias illius, dummodo quis non sic exorbitet, ut eas relinquat, sed currendo in iis proficiat, etiamsi aliquando, ut infirmus offendat, ac, titubet: proficere autem, peccata minuendo, donec perveniat, ubi sine peccato sit.

m de oratio. c. 10.
n Prov. 28. 9

Vers. 8.) Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Sensus loci.

COonfirmat ita esse quod proximè dixerat, quòd invocantes se Deus exaudiverit Moysem, & Aaron, & Samuelem etiam, de quo ne quis dubitet, quum nominatus fuerit, fortassis repetit eamdem sententiam. Dirigit autè sermonem ad Deũ, quo quum prioribus aliquot versiculis locus fuerat, tùm præeximio quodam pietatis affectu erga ipsum: tùm ut veluti testem adhibeat rei adeo gravis ac seriæ. Igitur dicit Domino Deo, quod exaudire solebat tres illos diligentes custodes legis ipsius, quoties pro populo deprecarentur, quumque populus delinqueret in Deum, propitium ei fuisse ac ignovisse, propter eorumdem preces, quod si læderet illos, qui tantopere chari erant Deo, vindictam de eo sumpsisse, quantumvis avertere illã precibus magnopere niterentur pro singulari sua charitate, atq; benignitate. Vel, quod aliis non paucis placet, significare vult Dav. sic axauditos à Deo sanctissimos illos tres viros, & ita illis propitium Deum fuisse, ut si quando peccarent, non sineret inulto abire. Quia verò nullam Samuelis legitur in scriptura peccatum, quod ultus sit Deus quem admodum de Moyse, atque Aarone, qui quia non glorificaverunt Deum ad aquas contradictionis, ingressu promissæ terræ prohibiti sunt *o*, commiscuntur Hebræi peccasse, quod filios non reprehenderit, nec illos docuerit viam rectam, ideoque ante definitũ tempus, sive quod alioqui victurus fuerat mortuum fuisse. Tertius dicendi modus facilis est, dicere, ut antea quoque diximus, mentionem de Samuele factam dumtaxat esse cum Moyse & Aarone, quatenus insignes erant probirate, ac religione, & propterea facilem in orationibus Deum experiebantur: alia propriè spectare ad Moysem tantum, & ad Aaronem, qui Sacerdotes absolutè dicebãtur, & ad quos Deus loquebatur in nube, & quorum peccatum narratur inscriptura. Idem est, si *ultionem adinventionũ* referamus activè ad eos, qui excogitatis malis consiliis & fastis alios læserunt. Nam punitos legimus, qui concitarunt seditionem in Moysem, & Aaron *p*, murmuratricem quoq; cũ Aarone fratre, in fratrem Molem, Mariam sororem *q*. Peccavit etiam Aaron, vitulum permittens adorandum populo, quidquid ab hoc illum quidam crimine purgare recens conetur auctor, quẽ alius postea refellit, & nos in commentario Actuum Apostol. & Aug. hoc loco dicit displicuisse, sed non reperimus affectum pœna fuisse peculiariter propter illud peccatum. Voluit item Deus Moysem occidere, quia non circumciderat filium *r*. Licet verò displicuerit Deo quod populus rejecto judice Samuele, popolcerit sibi Regem *s*, tamen pœnam fuisse populum hac præcipuè de causa non scribitur, sed potius, quod ipsummet Deum rejecisse videretur. Argumentatur juxta secundum dicendi modum Aug. *t*, vindicare etiam Deum propitium in filios gratiæ, qui vindicat, iratus in filios damnationis, quoniam *quem diligit corripit, flagellat omnem filium quem recipit u.* Vult Deus reddi propitius adhibitis à nobis sponte quibusdam ultionibus contra venialia peccata, ut loquitur idem Aug. *x* & quum ipsemet ulciscitur, præparat, disponit, perducit ad eorumdem remissionem. Huc alludit Bern. *y*, dicens, se non quum nescit, sed quum sentit Deum iratum, tunc maximè confidere propitiũ, *quoniam cùm iratus fuerit, misericordiæ recordatur z*. Moysem, loquitur & Aaron, atq; Samuelem, quos modo præmiserat; & hoc vocat propitiationem, quod eorum Deus non pepercerit excessibus. Quod verò attinet ad Samuelem, etiamsi infans ad Templũ datus fuerit, ut omnes ætates suas inter sancta Sacramenta Dei peregerit ab ineunte ætate famulus Dei, & nihil umquam dictum de illo sit ab hominibus; noverat ibi forte Deus, inquit Aug. aliquid quod purgaret: quia & quod perfectum jam videtur hominibus illius perfectioni adhuc imperfectum est. Affert exemplũ ex artificibus, qui pleraque faciunt, & ostendunt imperitis, & quum jam judicaverint imperiti esse perfecta, expoliunt illa artifices, qui noverunt adhuc quid illis desit, ut mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas jam perfectas pronunciaverant. Subdit, adhuc quod sit hoc & in ædificiis, & in picturis, & in vestibus, & propè in omni genere artium, ut primo judicent illud jam quasi perfectum esse, ut oculi eorũ amplius nihil desiderent, sed aliud judicat oculis imperitus, aliud judicat artificis regula. Tum colligit, quo fic & illi sancti versabantur in oculus Dei tamquam sine culpa, tamquam perfecti, tamquam Angeli, noverat autem quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones, sive adinventiones eorum. Deinde demonstrat non adeo censendam pœnam, quod mortui sunt Aaron, & Moyses jam senes, nec permissi ingredi terram promissam, sed quotidie populos paterentur contradicentes, & iniquè viventes; quantum enim unumquemq; injustitia torqueri aliena, tantum recesserit à sua, has plagas magnas in corde esse illi, qui corde, & corpore integro inter malos cogitur vivere. Trahit præterea in hunc sensum, quod *servus qui novit voluntatem Domini sui, & non facit dignaplagis vapulabit multis*a quia tunc innotescit magis nobis reatus noster, & tantò plus imus in fletus, & lacrymas: & videmus quam sit justum, quod de nobis exigat Deus, in quanta adhuc imperfectione jaceamus, & sit in nobis quod dictum est, *Qui apponit*, (addit,) *scientiam apponit*, (addit,) *& dolorem*, *b* laborem. Profert postremo exemplum Pauli, omnium habentis Ecclesiar. solicitudinem *c*, & qui *cum infirmato infirmabatur, urebatur cum scandalizato d*, stimulum carnis patiebatur *e*. Monet, ut intelligamus, quum inter tales homines versari cœperimus, qui quod in nobis reprehendant, non inveniant, reprehendere Deum, qui novit omnia, & vindicat in omnes affectiones,

o Num. 20. 12

p cap. 16. 1. & seq.
q 12. 1. & seqq.
r Exod. 4. 24. 27. 26
s 1. Reg. 6. 6. 7
t 2. de peccato merit. & c. 16
u Hebr. 12. 6
x Epist. 54.
y serm. 42. in Cant.
z Abac. 3. 2

a Luc. 12. 48

b Eccl. 1. 18.
c 2. Cor. 11. 28
d vers. 29.
e cap. 12.

Aliud judicat oculus imperitus, aliud artificis regula.

Nullum Samuelis peccatum in scripturis narratur.

nes, seu adinventiones, quia propitius est nobis. Non potui hæc omittere, quamvis extra morem, quia continent prorsus salutare documentum, & piè admodum & aptè ad loci præsentis intelligentiam, quum pari elegantia traditum. Confirmant adhuc doctrinam Catholicam contra Pelagianos, & Jovinianum, de distinctione peccati mortalis, & venialis. Nam hic dicuntur justis quædam peccata esse, quibus Dei propitiatio necessaria sit, & quibus Dei paterna castigatio adhibeatur. Præterea ostendunt falsum esse quod Lutherani docent, veniale peccatum esse illud, quod non imputatur à Deo, quamvis ex se sit dignum supplicio æterno; si enim non imputatur, quid opus est propitiatione, atque ultione? Deinde admonent justũ, ut sit *accusator sui ipsius* a, atque *seipsum dijudicet, ne judicetur, atque puniatur à Domino* b. Vim item habet nomen *adinventionum*, ut intelligamus peccatorem suismet quasi funiculis ligari c, & flagellari d, & à Deo *investigari funiculum* e illius, quo puniat, & *væ illis esse, qui trahant iniquitatem in funiculis vanitatis* f, quæ sunt vanæ cogitationes, & adinventiones, quas Deus retorquet in auctorem suum. Sed & illud maximè discitur, quanta sit misericordia Dei, quod quandoque non misereatur, nec parcat. Qua de re dixi aliàs non semel, sermoque super eodẽ argumento lectu dignus Aug. de verbis Domini g 37. Postremò notandum permittere Deum, ut in quibusdam peccent viri alioqui sancti, ut caveant non ita sancti, & illi sint humiliores, atque aliis compatiantur. Exemplum in testamento novo Petrus fuit, & ante conversionem Paulus, Aaron, Moysesque in antiquo.

Falsum est veniale peccatum esse illud quod non imputatur à Deo

a Prov. 18. 17. & b 1. Cor. 11. 31. §2. c Prov. 5. 22. d Jo. 2. 15. e Ps. 138. 3. Esa. 5. 18.

g 5. 4. & seq.

Dominus Deus noster tu exaudiebas eos.) Hier. Psalt. vetus, Aug. *exaudisti*. Hebræi præterito utuntur perfecto etiam pro imperfecto. Priore quoq; modo transtulit Apoll.

ἄφθιτε σὺ σφισὶ δῶκας ἀπ' οὐρανὸ ἔστι τοῖμον.

Imortalis tu eis dedisti de cœlo aurem paratam.

Pronomen, *eos*, dixi referri ad *Moysem*, & *Aaron*, quia ultimum membrum solis convenit, quantum quidem ex scriptura potest constare, in qua nulla legitur ultio Dei in adinventiones, seu peccata illius, quamvis pro conditione humana feciſſe non nulla levia credi possit. Sed credi etiam debet Dav. hoc loco loqui de notabili ultione, propter peccata, si non mortalia, certè notabilia. Si Samuelẽ comprehendamus, *adinventiones* erunt accipiendæ, non ipsius, & Moysis, ac Aaronis quas egerint, seu excogitaverint, sed quas passis fuerint à populo, quoniam quod attinet ad Samuelem, posset utrumque censeri ultus Deus importunam petitionem populi, qua rejecto Samuele postulavit regem sibi. Dici præterea posset, hic & deinceps de populo sermonem esse, ut non solũ intelligantur exaudiri Moyses, Aaron, Samuel, verum etiã populus, & propitium expertus Deum, quando clamabat ad Deum per semetipsum, vel per illos alios tres, & simul tamen sensisse ultionem divinam in *adinventiones eorum*, quoniam sic propitiatus est Deus, & ignovit populo suo fere semper, ut quadam ex parte castigaret. Obstare fortassi dices mutationem personarum, sed hoc minimè scripturis insolens. Non est ad rem translatio Felicis, *humiliasti, & afflixisti eos*, etiamsi verbum Hebræum illam quoque notionem habet, nempe ענית *hhanitha*.

Deus tu propitius fuisti eis.) Chaldaicè, *peperciſti populo tuo propter eos*. Ubi Paraphrastes mutat personam, & propitium Deũ facit populo, sicut antea ipse interpretabar. Sic etiã Vatablus de populis exponit, quibus in Moysis, Aaronis gratiam, atque ad illorum preces Deus parceret. *Propitiationem* Aug. dumtaxat spectari vult in peccatis, nec dici *propitium Deum*, nisi quando dat veniam. Puto ad plura extendi, hoc est, etiam ad beneficia alia: quod indicat nomen *propitiatorii*, ubi dabantur à Deo responsa, & varii generis species, non pro peccatis solis, exaudiebantur. Itaque *propitium esse* idem erit, quod *clementem, indulgentem, benignum, facilem in exaudiendo*.

Et ulciſcens in omnes adinventiones eorum.) Hier. *& ultor super commutationibus eorum*, quod Trevetus de Moyse, & Aaron declarat, quando commutabantur à fiducia Dei in diffidentiam, ut propterea prohibiti sint ingredi terram promissionis: Faber quod à divina jussione ac voluntate commutati, alienati essent, eumque transgressi. Hebraicè deest, *omnes*, & nomen עלילות *hhaalileth* declarant alii *opera, studia machinationes, consilia*. Symmachus vertit καὶ ἔκδικ & σπιτα ἐπορεὶ αις αὐτῶν & *ultor super injurias eorum*. Psalterium Romanum & Chrysost. *& vindicans in omnia studia eorum*. Vetus Psalterium, & Auguſt. *& vindicans in omnes affectiones eorum*. Docui de Moyse, Aaron, & Samuele, quomodo exponatur ultionem de peccatis eorum à Deo sumtam esse, Cajet. opinio mihi non placet, peccaviſſe Samuelem ægrè ferendo petu à populo Regem, quum hic de filiis ipsius conqueretur h, & se quum filiis dejici à principatu: propterea usum Deum consolatione, quum dixit, quod populus *non illum, sed semetipsum abjiceret, ne regnaret super eos* i. Non dissimulasset scriptura peccatum hoc duplex Samuelis, & male filiorum institutionis, & ambitionis. Neque certè consolatus esset Deus ambitiosum, sed reprehendisset & de hoc, & de alio peccato, sicut reprehendit Heli de mala liberorum educatione per ipsummet Samuelem k, qui Samuel idcirco non videtur ea in parte defuisse officio suo, quamvis filii obsequentes non fuerint. Itaque vel de Moyse tantum, & Aaron locus intelligitur, quia Samuel, ut ante dixi, licet, ut homo, in nonnullis leviter offenderit, non hoc Dav. commune omnibus hic indicasset, vel de populo, idque tùm quatenus erga Moysem, & Aaron male se gessit, tùm secundum alia peccata, quibus Deum offendit. Ultimo modo sensus esset, quod fuerit Deus propitius, Moysi & Aaroni, etiam tunc quando ulciscebatur peccata populi. Penultimus dicendi modus de injuriis contra Moysem, & Aaronem, est Basilii, Theodoreti, Euthymii, & multorum recentium, ex quibus carmine rem bene declarat Gallus poeta l:

Non peccavit Samuel ægrè ferendo petu à populo Regem.

h 1. Reg. 8. 5. 6.

k c. 3. 13.

Aussi Dieu Sauverain nostre Dieu secourable.
Tu les as exaucés, tu leur fus favorable
Et pour vanger leurs torts ta fureur s'attisoit,
Punissant aigrement qui leur contrediſoit.

l Philippus Desportes

Sine caussa Faber interpretationem nostram reprehendit quasi τὰ σπιτηδεύματα non significent *adinventiones*, sed *exercitia, & exercitationes*: exponit autem de populo, qui cum divinas ordinationes, in quibus Moyses, & Aaron eum exercebant, nec erant inventa illorum, sed Dei instituta, transgrederetur, Deus puniebat eos. Expositio tolerari posset, quod attinet ad populi peccata; sed quum nomine *adinventionum* cohærere etiam potest. Nam idem nomen Latinum, & Græcũ extat alibi in eadem notione *m*. Ibunt in adinventionibus suis, ubi Hebræum מעצות *mahhhatsot*, significans *consilia*: & *nequitia adinventionum* dicitur πονηρία ἐπιτηδευμάτων, & דע מעלליהם *rahh mahhalelim*: & adhuc tertio *adinventiones* ponuntur *o*, licet in bonam partem, etiam à Hieronymo ubi sunt עלילות *hhaliloth*, & ἐπιτηδεύματα. Sæpius præterea diversis aliis in locis *p adinventionum* vox absolutè accipitur pro *malis consiliis, studiis, & malitiosè ac premeditatè factis*; quod non raro etiam additione alicujus alterius dictionis exprimitur. Indifferens nomen est, innuitque id quod quis excogitat, & adinvenit, & licerè operatur sive bonum sive malum. Peccata quidem *adinventiones nostræ* dici possunt, quia Deus eorum non est auctor, ut philosophantur Bruno, & Rickelius. Tamen bonis quoque operibus tribuitur idem vocabulum, ut quum *justus* dicitur *comedere fructum adinventionum suarum* q. Non absequor quid Apollinarius velit.

m Ps. 80. 13

n Ps. 17. 4.

o Ps. 76. 13. p Job. 20. 18. Jud. 2. 19. Ps. 105. 29. 30. Osee 7. 3 Micheæ 3. 4. Soph. 3. 11.

q Esa. 5. 19

πάντα δ' ἄκεν ρίζοχον ἐπιθαλέσχες ἀραγλῶ.

Omnia vero quæ faciebant, festinabas auxilium.

Nisi subintelligas quæ faciebãt Hebræi mala cõtra Moysem, & Aaran. festinabas auxilium in favorem illorũ, ulciscendo, atq; vindicando injurias Hebræorum contra illos tamquã vindex. Alioqui videretur oppositus sensus, fuisse auxilio Deum Moysi, & Aaroni in omnibus quæ agebant. Hunc sensũ tradit creditus Hier. ut omnia, quæ agere illi studerent, ad perfectum Deus deduceret, quia placita erant ipsi. Quod est ulcisci eos, qui conarentur eorũ conatibus obsistere, quum custodirent Dei mandata præceptumq; nihil ex privato spiritu, & voluntate facerent. Hoc pacto *adinventiones eorum*, vel essent deliberati conatus illorũ studentium Dei voluntati satisfacere: vel potius adversariorũ volentiũ impedire. Ceterum tritus ille sensus, quod *propitius sit Deus ulciscens*, hoc est, dũ ulciscitur; vel quod etiãsi sit propitius, codonetq; peccata, pœnas tamen repetat, quarum remanet reatus aliquando; utilem continent tropolog. Placatus Dominus populo dixit, *in die se ultionis visitaturum, & illum peccatum eorũ* a: & Machabeorũ *b* scriptor historiæ affirmavit *non sincere peccatoribus agere ex sententia, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii indicium esse, ut quum judicii dies venerit, in plenitudine peccatorum puniat Deus*. Propria verò ratio *ulciscendi adinventiones* est excogitata mala consilia in auctoris recidant caput, ut *per quæquis peccat per hæc & torqueatur* c, *& comprehendatur iniquus in consiliis suis, ut malum*

Pœnarum reatus aliquando remanet.

r Exod. 32. Tropologia 34.

s lib. 2. 6. 13. t Sap. 11. 17.

lum consilium consultori sit pessimum, ut incidat, qui foveam
Prov. 26. *fecit in eam a.* De qua re alias actum.

Vers. 9.) Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Sensus loci. REpetit in fine adhortationem in versu quinto positã, paucis mutatis, ut Dominum Deum adeò potentem, beneficum, justum, laudibus summis efferant, atq; submissione tùm animi, tùm corporis quanta possunt maxima venerentur, potissimum in monte Sione, qui *sanctus* denominatur à Deo, sanctitatis totius Auctore, qui complacuit sibi peculiariter habitare in eo, & ibi religiosius coli propter arcam, tabernaculum, templum, quod templum Davidis voto designatum, Salomon filius construxit opere basilico, & maximè magnifico.

Exaltate Dominum Deum nostrum.) Hebræum verbum, & sequens in alio membro, reddi possent in præterito, *exaltaverunt*, & *adoraverunt*: atque declarari de Moyse, Aarone, Samuele. Hoc modo nonnullos Hebræos legisse Agellius refert. Equidem nullum adhuc reperi, nec video de quo monte possint illi exponere, in quo adoraverint Moyses, Aaron, Samuel, & communis opinio est de Sione in quo tabernaculum cum arca constitutum est à Davide & postea ædificatum templum à Salomone, sive in parte ejus, quæ vocabatur *Moria*. Proposito priùs exemplo piorum illorũ adoratorum, & cultorum Dei, ceteros hic ad idem hortatur faciendum in designato monte sancto, qui est Sion, quem Paraphrastes vocat *montem sanctuarii*.

Et adorate in monte sancto ejus.) Sic etiam Hier. Alii, *incurvate vos monti sanctitatis ejus*, sive *sancto*; *adorate montem sanctum ejus*. Eadem phrasis hìc, & versu quinto, ubi est, *adorate scabellum pedum ejus*, præterea in Ps. 131. *b Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Hier. *scabellum pedum ejus*, cum nota casus dativi ל *le*. Qui nollent adorari ullo modo creaturam, fugiunt utrobiq; hujusmodi translationem, & interpretantur, ut *in monte*, & *scabello Dei adoretur solus Deus*. Accipiunt etiã nonnulli de monte cœlesti, ut ad illum conversi, adorent habitatorem illius Deum. Sunt præterea qui *montem* intelligant Ecclesiam, in qua Deus, Christusq; debeat adorari, vel Christum ipsum, qui exponendo *adorare in montem*, ut sit idem quod *montem*, adorandus proponatur. R. Kimhi hoc loco declarat, ut adoretur mons sanctus, Moria, in quo erat sanctuarium, juxta illud *c*, *pavete ad sanctuarium meum*. Addit autem, quod quis non veneratur ædem, nisi veneratur eum, qui ædem, quam delegit, præcepit in veneratione haberi: & quod quum quis adorat ad ædis parietem non adorat, nisi eum, qui ædem sanctificavit: quoniam sibi proponit ante mentis oculos Deum recolere, & ad eum cor subvehere. Dixi hac de re versu 5. videlicet adorari per se, ac absolutè solum Deum, alias res propter illum, cumq; respectu ad ipsum. Allegoriam de adoratione, quæ fiat in monte sancto Ecclesiæ, disertè tractat hoc loco Aug. explanans quoq; *lapidem illum parvum de monte sine manibus excisum, qui evasit in montem magnum d*, de Christo. Citatur in scripto Adriani Papæ ad Carolũ magnum iste commentarius, & prior eisdem Aug. *de adorando scabellum pedum Dei*, & ostenditur non pertinere ad adorationem Imaginum, nempè absolutam, independentem, per se absq; respectu ad prototypum. Basilius, ac Theodoretus mysticè quoq; declarat *adorationem in monte*, ut secundùm à Deo datam scientiam fiat. Euthymius ut in Ecclesia, propter dogmatum, & conversationis ejus sublimitatem. Nicephorus perstringit simul, hæc omnia ὄρανὸν ἐκκλησίαν, ὕψος τῆς θεογνωσίας, *cœlum, Ecclesiam, sublimitatem cognitionis divinæ*. Addit Hugo, ut prælatus in monte, ac altitudine prælationis exaltet, & laudet non seipsum, sed Deum, nec adoret Baalim, & Astaroth, pompas, & vanitates, caveat quod scriptum est *e*, *Non adjicies amplius exaltari in monte sancto meo*. Bruno & Ayguanus, ut adoretur Deus in monte sancto humanitatis Christi, ut etiam attingebat Augustinus: Arnobius in celsitudine fidei.

Quoniam sanctus Dominus Deus noster.) In versu quinto juxta versionem Hier. *quia sanctus est ipse*, quod Interpretes alii neutro genere ad *scabellum* referunt, *quoniam sanctum est*, sanctus sanctificat nos, Dominus regit ac defendit: Deus creat: noster adoptat, inquit Hugo. Exigit sanctus Deus sanctos, & oportet ut *secundùm eum, qui vocavit nos sanctum, & ipsi sancti simus in omni conversatione f*.

Agit nos Deus, ut essemus sancti g, & *oravit sanctus sanctorum h* hominum & Angelorum Christus, Patrem, appellans eum sanctum, illius sanctitati substantiali consubstantialis existens, ut nos sanctificaret in veritate *i*: ad hoc idem Christus venit, *ut serviremus ipsi & Deo in sanctitate & justitia omnibus diebus nostris k*. Caveamus nobis præsertim in loco ubi coli sanctius debet, quoniam *Deus sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus nostris, atq; peccatis l*, sed *ulciscetur in omnes adinventiones nostras*, vel nunc, vel in futuro sæculo: *nihil enim coinquinatum in regnum cœlorum admittitur m*. Res ardua sanctitas, ita ut diceret Josue *n*: *Non poteritis servire Domino*, nempè vestris viribus *o*, perfectè & sine offensione *p*, impunè, citraq; iram & pœnam divinam *q*, facilè *r*, constanter, & diu *s*, unà cum idolorum cultu *t*. Simul tamen ea dicendi formula vehementiorem continebat adhortationem, ut solent qui percipiunt quid piam ab alio fieri dicere, *hoc non poteris*, ut magis acuant, & extimulent, nisi videlicet magno sis animo, nisi paratus ad eximios labores, nisi decreveris, si res ferat, de vita ipsa periclitari, nisi tibimet imperes, & omni voluptati nuncium remittas. Nam Deus sanctus, ait Josue, sanctè colendus, fortis æmulator, nihil admittens alienæ religionis, & amoris, nec ignoscit iceleribus, atque peccatis: & si quis eum dimittat, serviatq; diis (& rebus) alienis, affligit & subvertit, postquam præstiterit bona. Lege Serarium nostrum. *u* Eadem fortassis mente, animoque adolescenti Davidi præsidenter alioqui cum Golia certare gestienti, Saul dixit: *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua x*; quamvis revera simul nondum idoneum tanto certamini arbitraretur. Possent ita etiam accipi verba Christi, *y Qui potest capere capiat*: nam dixit quoq; contendendum *intrare per angustam portam z*, & *regnum cœlorum vim pati, & à violentis rapi a*, simul etiam invitavit omnes *ad tollendum jugum b*, & ut *essent perfecti sicut Pater, & filii Dei c*.

PSALMUS
NONAGESIMUS NONUS.

1 Psalmus in confessione.

2 JUbilate Deo omnis terra, servite Domino in lætitia,
Introite in conspectu ejus in exultatione.
3 Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos.
Populus ejus, & oves pascuæ ejus: 4 introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen ejus: 5 quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, & usq; in generationem & generationem veritas ejus.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Psalmus in confessione.

TITULUS hic extat etiam Hebr. quem Hier. transfert, *psalmus pro confessione*, quam habet articulus ל *le* serviẽs dativo לתודה מזמור *mizmor lethodah, psalmus confessioni*. Quamvis recitent Faber & Victorius ex eodem Hier. *in confessione*, Trevetus autem, *canticum in gratiarum actione*, vertunt alii, *pro laude*, vel *ad laudem*. Paraphrastes exponit, *canticum aut laudatio*, seu *laudatoria pro sacrificio confessionis*, Græcè ψαλμὸς εἰς ἐξομολογησιν, *psalmus in confessionem*. Lyranus, *ad confitendum*. Valentia eodem pacto, aut ad confitendum. At non est verbum, sed nomen תודה *thodah*. Nec est verum in translatione qua communiter utimur, esse, *pro confessione*. Inferunt codices Complutenses, Regiique, & alii τῷ Δαυὶδ *ipsi Davidi*, & legit, ac exponit Euthymius. Laus, & gratiarum actio,

Titulus Psalmi.

Lev. 11. 44. c. 19. 2. c. 20. 7. 1. *Petr.* 1. 15. *f*
Ephes. 1. 4. *g*
Dan. 9. 24. *h*
Joan. 17. 11. *i*
Luc. 1. 79. *k*
Jos. 24. 12. *l*
Apoc. 21. 27. *m*
c. 24. 19. *n*
Aug. q. 28. *o*
Idem. *p*
Abulen. q. 12. *q*
Idem. *r*
Cajet. ibid. *s*
Alii. *t*
ibid. q. 7. *u*
1. *Reg.* 17. 33. *x*
Mat. 19. 12. *y*
cap. 7. 13. *z*
Luc. 13. 24. *a*
Mat. 11. 12. *b*
Ibid. vers. 29. *c*
cap. 5. 48.
Levit. 26. 9. *c*
Sophon. 3. 11. *e*
Dan. 2. 34. 45. *d*

& sacrificium confessionis, indicant non esse sermonem de confessione peccatorum, licèt passim Latini de hac etiam interpretentur, & ex Græcis Euthymius, Eusebius, Athanasius, Lyranus, Trevetus, Valentia, Vatablus, Agellius existimant indicari per תורה *thodah*, ideſt, per *confessionem*, laudem, gratiarum actionem, genus quoddam sacrificii, ad quod panes adhibebantur, & cum laude, confessione, gratiarum actione offerebatur, postque appellari eodem nomine, quo sacrificium nostrum εὐχαριστία. *Hostia pacificorum* nominatur in Levitico *a*, ejusdemque lex, sive ritus describitur, & dicitur etiam *sacrificium laudis b*, ut alias *c* dixi. Thalmudici docent Messiæ tempore cessaturas aliàs oblationes & orationes, sed non eam quæ est תורה *thodah d*.

a cap. 7. 11. & seq.
b ps. 49. 23. ps 106. 22
c ps. 49. 23.
d Geneb. in.

Argumentum.

Argumentum est in ipso titulo indicatum, provocatio ad confitendum Deo, & laudandum illum, atq; ipsi gratijs agendum pro infinita ejus bonitate, ac beneficentia in creando, regendo, tuendo; utq; hilariter serviatur ipsi, & frequentetur dicatus cultui ejus locus, cum hymnis, & laudibus. Convenit autem etiam id Christo, vel fatentibus Rabinis *e*, qui de suo Messia exponunt Psalmum, vaticinari fore, ut ei confiteantur omnes gentes, & ipse recipiat eas juxta vaticinium illud Esaiæ *f*, *quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua*. Christo debetur ab omnibus non solùm Judeis qui videntur *g* hìc insinuari *per populum ejus & oves pascuæ ejus*: sed etiam Gentilibus, universæq; terræ habitatoribus, hoc sacrificium laudis, confessionis, gratiarum actionis, quia pro omnibus obtulit se ipsum tamquam hostiam pacificam, & *per eum omnia reconciliata sunt*, & *pacificata per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terra, sive quæ in cœlis sunt h*. Chrysol. sermonem sextum insumit circa præsentem Psalmum, ut doceat quanta sit lætitia de conversione prodigi filii, qui typus erat omnium Gentilium. Non utitur hoc psalmo Ecclesia, nisi in officio ad laudes de quovis festo, in quo Christi & sanctorum recolitur resurrectio, ut Durandus *i* notat, quæ in primo Psalmo laudum insinuatur, & sanctorum prædicatio quæ in secundo, qui est hìc noster. Athanasius *k* hunc unum Psalmum scribit habere tantum verba ἀλαλαγμὸς *jubilationis*. Proponit quoq; Marcellino eumdem, & si animadvertat Domini in omnia providentiam, ejusq; dominium, & cupiat nonnullis tradere rudimenta Christianæ religionis ut in Christum credant, & obsequentes sint, & ubi persuaserit iis ut ante omnia confiteantur, jubeat illos eum canere. Paucos psalmi versus magnarum rerum gravidos Augustinus esse affirmat.

e in midrat thehillim.
f cap 45. 34.
g vers. 3.
h Coloss. 1. 20
Utitur hoc psalmo Ecclesia in officio ad laudes in festis in quibus recolitur resurrectio.
i in ratione. ut diu esse. lib. 5. c. 4.
k ad Marcel.

Vers. 2.) Jubilate Deo omnis terra, servite Domino in lætitia, introite in conspectu ejus in exultatione.

Sensus loci.

HAbitatores omnes terræ ad jubilandum Deo invitat, quoniam *beatus qui scit jubilationem l*, quod est gaudium articulatim verbis præ magnitudine non expressum, sed sine verbis, & solo musicæ vocis sono editum. Præterea ut domino serviant cum cordis alacritate, lætitiaq; Deinque ut in ejusdem veniant conspectum cum sacro aliorsi cœtu, non tamquam ante difficilem dominum & severum anxii, serviliterq; soliciti, ac trepidi, sed velut carus grex coram pastore benignissimo, & sicut filii coram piissimo patre, cum securæ, atque hilaris exultatione conscientiæ quæ se festivo quoq; corporis prodat gestu, quoniam *hilarem datorem & cultorem diligit Deus, non ex tristitia vel ex necessitate m* & animo servili, coactove servientem.

l ps. 88. 15.
m 2. Cor. 9. 7

Jubilate Deo omnis terra.) Sic etiam in aliis prioribus psalmis *n*, ubi vel prosopopœja est ad inanimatum elementum, ejusq; partes: aut metonymia, ut continens pro contentis accipiatur. Chald. *omnes habitatores terræ*, nomen יהוה *Jehovah* reddidit Hier. per nomen *Domini*, & Rodunt LXX. qui tamen hìc posuerunt nomen θεὸς. Fortassis indicare voluerunt LXX *jubilare* proprium filiorum potiùs esse, *servire* autem famulorum; ut idcircò in sequenti membro ab iisdem interpretibus usurpatum sit nomen κυρίου, licèt Hebræum sit idem quod hoc loco. Cassiodorus verbo plurali cum singulari *terræ* nomine, notat innui sermonem esse de hominibus. Quid sit *jubilare*, & *jubilus* Augustinus docet hoc loco satis prolixè, quod & alias fecerat, nosque ipsi cum illo, & aliis.

n Ps. 65. 1. ps. 97. 4.

Rectè idem Pater monet, ut qui jubilat, Deo Domino que jubilet, nec jubilationem suam in alias atq; alias res dividat: cetera dici posse utcumq; illum solùm esse ineffabilem: quam nempè ineffabilitatem rei, *jubilandi* verbum importat, ut antea diximus. Arnobius, & Cassiod. obiter. Avant omnes vocari nullo excepto, ut is inter homines non videatur existere, qui hanc vocem detrectat audire. Hugo quod in priore psalmo quasi irridendo & subsannando David dixerat, ut regnante Domino irascerentur populi, præsertim Judæorum: in isto gentes omnes hortatur serio, ut conversæ jubilent, & exultent. Comparat Chrysologus *o* istam sententiam cum lætitia de reditu filii prodigi ad patrem, quando familia tota choros egit, cœlestemque cecinit symphoniam *p*.

o serm. 6.

Servite Domino in lætitia.) Vetus Psalterium, Aug. *in jucunditate*. Magnam felicitatem Aug. vocat esse in domo Dei servum, etsi cum compedibus, quę in ornamenta vertantur: liberam servitutem esse, ubi non necessitas, sed charitas servit *q*, & veritas liberum facit *r*, simul non servos esse, quia facti sumus liberos, quia amamur à Deo à quo facti sumus, & amamus eum, a quo facti sumus: non debere nos servire cum murmure, quia non id agunt murmura, ut non serviamus, sed ut mali servi serviamus; hìc gaudium & jubilationem esse de spe futuræ vitæ: in illa Ibore plenam & perfectam jucunditatem & jubilationem laudem sine defectu, amorem sine scandalo, vitā sine morte. Longiùs ingreditur sed admodum piè, utiliterq; ut demonstret in nullo vitæ statu etiam Religioso, liquidam securitatem, lætitiam, jubilationem reperiri. Egregia planè illa ejusdem sententia. *Hinc*, inquit, *falluntur homines, ut vel non suscipiant meliorem vitam, vel temerè aggrediantur, quia & quum laudare volunt, sic laudant, ut non ibi dicant mala quæ mixta sunt, & qui vituperare volunt, tam invido animo & perverso vituperant, ut claudant oculos adversus bona, & sola mala quæ ibi vel sunt, vel putantur, exaggerent. Inde fit ut unaquaque professio malè laudata, ideſt, non cautè laudata, cum invitaverit homines laude sua, inveniāt illi, qui aliuc veniunt aliquos quales ibi esse non credebant, & offensi à malis, resiliant à bonis*. Applicat sententiam ad Ecclesiam eos q; qui ad eam invitantur, vel ab ea retrahūtur, deinde ad clericos: postremò ad monachos. Profectò dignus lectu locus totus, in quo etiam de apostatis, qui ordini maledicunt, unde sese proripuerunt, tacent bona quę Cibi reliquerunt. Demum concludit, *servire Domino in jucunditate*, quicumq; in charitate omnia tolerant, & spe gaudent, *& servire Domino*, qui non in amaritudine murmurationis, sed in jucunditate serviunt dilectionis. Chrysol. *s* ait meritò sic exclamare Prophetam, quod videat hominem quondam peccati servum, captivū mortis, mancipium dæmonum, idolorum vernulam, vitiorum verberonem, criminum compeditum, malis dominis talibus, tātisq; exhibentem malam & miseram servitutem, sub peccato tristem, sub morte lugentem, sub dæmonibus pallentem, sub idolis trementem, sub vitiis suspectum, sub criminibus desperatum, dantem extrema suspiria, quod tales, tàm crudeles dominos sustineret, quod, inquam, videat hominem à talibus liberatum, & revocatum ad obsequium creatoris, ad patris gratiam, ad unius boni Domini liberam servitutem. De dignitate divinæ servitutis egimus aliàs, legendusque Ambrosius *t*, disputans quod solus sapiens liber sit, & libertatem nostram in Christi esse sapientia, qui pro nobis dignus est fieri servus: item Dverè liberum, qui *Jovis* mutato nomine videlicet in *Dei* nomen, usurpare Sophoclæum carmen possit.

p Luc. 15. 25
q Gala. 5. 13.
r Joan. 8. 36.
s serm. 6.
t Epist. 7. ad Simplic. vete. edit.

Jupiter (Deus) *mihi præest, nullus autem hominum*.

Et illud Pauli *u*, *sub nullius redigar potestate*. Quod non de politica & Ecclesiastica potestate intelligitur, sed ut huic non nisi propter Deum pareatur, & *ne libertatem in occasionem det quis carnis x*, & *malitiæ velamen faciat libertatem y*. Augustinus *z* præterea consule, & Gregorium *a*. Caveri observat Hugo verbo *jubilandi*, malum silentium: per omnem terram, ut quis alieno invideat bono; per Deum ut non sit dissoluta lætitia: quum servitus exigitur, cohiberi superbiam, quum ut exhibeatur Domino, reprehendi avaritiam, *quæ est idolorum servitus b*, cum ut in lætitia, acediam. Ceterum addit silentium à peccato commendari, & lætitiam, jubilationem, exultationem, cum tremore esse oportere *c*. Distinguit ac differit Ayguanus de servitute culpæ, conditionis, perfectionis: ad ultimum requiri castitatem carnis, & munditiam, honestatem moris, & decentiam, parcitatem victus, & abstinentiam, humilitatem mentis, & reverentiam? hilaritatem cordis, & lætitiæ. Sit indicasse satis. Sancti hilaritatem istam & lætitiam modestam cordis orisque, majorem in modum, & ipsimet conservabant, præseq; ferebant, & aliis commendabant, maximè Antonius *d*, & Franciscus *e*, velut præsentissimum adversùs acediæ, ac tristitiæ antidotum, & tan-

u 1. Cor. 6. 19
x Gal. 5. 13.
y 1. Pet. 2. 16
z tract. 41. in Joan.
a 30. moral. c. 12.
b Gal. 5. 20. Coloss. 3. 5.
c ps. 2. 11.
d Athanas. in vita.
e 1. p Chron. Franciscan. lib. 2. c. 26.

& tamquam indicium habitantis in ipsis Christi, & remedium cujuslibet fraudis, atq; diabolicæ tentationis, & rem quæ diabolo quidem valdè displiceret, alios autem plurimum ædificaret. Suadebat verò crebrò Franciscus eâ orationē usurpari ab iis, qui aliqua tristitia vel angore animi
a *Psal.* 50. 14 corriperentur *a: redde mihi lætitiam salutaris tui*. Verum hac de re alibi non semel, & in aliis commentariis nostris.

Introite in conspectu ejus in exaltatione.) Psalterium vetus, ac Romanum, Aug. Arnobius, Cassiod. Chrysologus
b *serm.* 6. *b, intrate.* Hier. *ingredimini coram eo in laude.* Alii, *cum cantico.* Aquila vertit etiam *in laude*, seu *in laudatione* εν αἰνέσει Symmachus: μετ' εὐφημίας *cum fausta acclamatione*; sive *cum benedictione*, significant hæc omnia רננה *renanah. Introire* seu *intrare in conspectu*, & *ante conspectum Dei*, est venire ad tabernaculum, sive ad templum, ubi se peculiari quadam ratione præsentem exhibebat, & faciem veluti ostendebat, quam importat Hebræa vox לפני *lephanau*. Hæc mihi videtur vestis nuptialis, cum qua ut intrandum
c *Mat.* 22. 12 ad nuptiale, regium q; convivium Christi *c*, hæc jucunditas *secundùm faciem sanctorum*, *d* immò convenientem *facici sancti sanctorum e*, spiritualem lætitiam vocat Carthu-
d *Judith.* 16. 24. sianus *f*, & gaudium in Domino *g*, secundum apparatum
e *Dan.* 9. 24 hominum virtuosorum, & sicut in faciebus sanctorum vi-
f *in Judith.* rorum solet ex interiore sinceritate & jucunditate interna jucunditas quædam forinsecùs, & claritas relucere. Erat item illud gaudium & jucunditas secundum faciem
g *Phil.* 3. 1. & 4. 4. sanctorum in conspectu templi, antequam adyta, & sancta ipsa, offerre varia sacrificia Deo in gratiarum actionem: tùm etiam sacras epulas celebrare: Istæ sunt portæ, & atria, de quibus hic paullò *h* post. Non erat hæc jucun-
h *vers.* 3. *in Judith.* ditas dissolutionis, inquit Lyranus *i*, sed magis devotionis: Hugo cum Glossa, sicut docebat sanctos hoc autem loco multi sumunt *introite in conspectu Domini*, pro introitu in cubiculum conscientiæ puræ, ubi solus Deus vi-
k *Mat.* 6. 4. & 6. det in abscondito *k*. Significare etiam potest *introire ac intrare in conspectu Dei in exultatione*, fiduciam ex pœnitentia natam, quia quos ejecerat reatus, ait Chrysologus *l*:
l *serm.* 6. quos expulerat conscientia, gratia reducit, intromittit innocentia: & qui *ingreditur in conspectu Dei in exultatione*, est reatu liber, est de præmio persecutus. Sic vulgò jubemus quempiam lætum esse, quum secutū facere volumus impetraturum quod optat, ac v. gr. trepidanti intrare dicimus, *entrate allegramente*. Simili ratione Christo voca-
m *Marc.* 10. 40. ri præcipiente cœcum, dictum est cęco, *m animæquior esto*, θάρσει, *confide, surge, vocat te*. Sed objicit Chrysologus: Tamen quid est quod hortatur? quid suadere hic nititur Propheta? quis in conspectu Dei liber? divinis in oculis
Objectio. quis mentitur? quis exultans ante terrorem Majestatis supernæ? Archangeli tremunt, pavent Angeli, potestates metuunt, in faciem cœli proruunt seniores, elementa fugiunt, solvuntur, saxa montes defluunt, terra tremit; & homo terræ quam trepidus intrabit; & adhuc consistit exultans? Unde est quod Propheta hoc nos debere facere sic præsumit? unde est? ex eo inquit, quod sequitur.

Vers. 3.) Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pascuæ ejus:

Sensus loci. n *serm.* 6. HAnc esse Chrysologus *n* dixit caussam, cur nos ad intrandum in conspectu Domini in exultatione, invitet Propheta: quod ad Christum applicat, ut postea dicam. Absolutè de Deo loquendo, ratio jubilandi ipsi, & serviendi in lætitia, & introeundi in conspectu ejus in exultatione, ista est, atq; à nobis attentè perpendenda, & plurimum æstimanda, quoniam Dominus noster ipse solus est verus Deus, ipse condidit nos, & instruxit, ornavitq; beneficiis suis, non nos nobismet ipsis Auctores nostri esse, ac bonorum quæ habemus, Auctores fuimus. Omni jure ipsius sumus, quo quævis alia creatura, ita ut servitutem ei negare, ac subtrahere nequeamur; *cui omnia*
o *Psal.* 118. 91. & 142. 6. *servium o*, & in cujus ditione cuncta sunt posita, ut
p *Judith.* 16. 17. *Esther.* 13. 9. 11. *non sit qui possit resistere voluntati ejus p* absolutè. Quare præstat spontè, alacriter, hilariter, coli à nobis, & illius impleri voluntatem, qui ut Dominus & creator hoc exigit à rationali creatura. Præterea verò habenda ratio magnoperè singularis, ac eximiæ illius benevolentiæ, & curæ, qua nos Hebræos, inquit David, in peculiarem populum suum, gregemq; pascuæ suæ eligit, diligit, pascit & secundum corpus opimis terræ optimæ bonis, secundum animam, sanctissimis legis institutis, ac verbis. De Christo plures hæc accipiunt, & quidem quatenùs idem est homo

A atq; crucifixus, qui & Deus, quod scire difficilius est, non autem ut ratiocinatur Aug. quod absolutè spectatus Dominus ipse sit Deus. Item quod à Christo nobis omne bonum proveniat, non modo naturæ, sed etiam gratiæ, & gloriæ: deniq, quod simus istius Domini populus, grex istius pastoris, à quo cuncta sperare alimenta debeamus, & ornamenta, & illius voci, atq; præceptis obedire, & per omnia obedire. Audi Chrysologum *q*, quæstioni quam prius proposuerat respondentem, unde Propheta sic præsumeret nos ad intrandum in conspectu Dei in exultatione invitare. Quia Dominus ille Deus est inquit, qui fuit in carne nostra pusillus, hinc est quod ille Dominus Deus est; qui fuit in cunabulis nostris capax, dulcis in gremio, mitis in habitu, in nostro contubernio blandus: quia totum pavorem divinitatis totum metum judicis in habitum nostrum dedit, providenti locavit aspectu, ut ingressus non pœnas judicis metuat, sed amantis præsumat amplexum, genitorem reperiens, quem timuerat cognitorem.
q *serm.* 6. Respondetur objectioni supra propositæ.

Scitote.) Chald. *notum facite* אודעו *idabhu*, nempè vel
B vobismetipsis, vel aliis. Priore modo, ac si quis diceret vulgari sermone, *datevi ad intendere*, & Latinè, *persuadete vobis*. Nec verò tam intelligit David novam scientiam, quam animadversionem, & considerationem: quod Apollinarius explicat κεἰ πρᾶτι δόσοι νοησατε *semper animis cogitate*. Talis usus ejusdem verbi Psal. 4. *r Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum*: in libro Numerorum *s & scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos*: & apud Jerem. *t* sæpè, & apud alios. Ita quoq; vernaculè loqui solemus, *scito*, ideſt, *cogita, attende, memento, cave*, &c. præterea *expirere*. Indicatur item scientia practica, ideſt scientiæ respondens operatio, ne *se confitens Deum nosse, factis neget*. *u* Pertinet eadem formula ad minas, ita ut in imperativo jubeatur quis id quod dicitur per eas persuadere sibi, nisi experiri re ipsa velit. In Ps. 9. *x sciant gentes quoniam homines sunt*: in Deuteron. *y, scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum*: in Job *z, saltem nunc intelligite, quia Deus non aquo judicio afflixerit in me*: in Exodo *a: scient Ægyptii, quia ego sum Dominus, qui extenderim*
C *manum meam super Ægyptum*. Et vulgò etiam dicere solemus minando, *non me cognoscis, efficiam ut me cognoscas*, quoniam *ignorans ignorabitur b*. Postremò innuitur esto verbo, interesse omnium id scire quod proponitur. Quo pacto illa hodie quæ in Principum litteris teruntur verba: *sciant omnes*, & olim, *universi cognoscant, singuli universique cognoscant, agnoscat universitas*; de quibus formulis Brissonius *c*: atque quod eodem spectat ut constitutiones & edicta celeberrimis urbis Regiæ, aliarumque civitatum in locis proponerentur.
r *vers.* 4. s *c.* 32. 23. t *c.* 2. 19. 23. c. 3. 13. c. 15. 15. c. 26. 15. u *Tit.* 1. 16. x *vers.* 21. y *cap.* 4. 33. z *cap.* 19. 6. a *cap.* 7. 5. b 1. *Cor.* 14. 38. c *lib.* 3. *pa.* 301

Quoniam Dominus ipse est Deus.) Priore loco יהוה *Jehovah* conveniens Deo ut habet esse in se, & aliis dat esse. Atq; ita Nebiensis ex Hebræo, & Chaldæo vertit, *qui dat esse ipse est Deus*. Eadem prorsus citata ante sententia ex Deuter. Edito signo ab Elia, quo probaretur Dominum esse non Deum, & Baal, exclamavit populus cadens in faciem suam, *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus*. *d* יהוה הוא האלהים יהוה הוא האלהים *Jehovah hu haelohim, Jehovah hu haelohim*. Tunc jussu Eliæ, Prophetæ Baal ad ipsum adducti sunt in torrentem Cison ibidemq;
D ab illo interfecti *e*, ut nimirum desinerent esse, & creatum esse amitterent, qui divinitatem alteri adscribebant, quā ei qui solus per se est, & omnis Auctor principalis esse. Cum enarratoribus hujus loci Origenes *f* quoq, interpretatur de Christo, ita ut ex Patre omnia, sed per filium etiam sint omnia, nosq; per ipsum *g*. Aliud nomen אלהים *elohim* appellativè denotat *Deum judicem, providum, gubernatorem*, quæ illi ipsi conveniunt qui rebus esse communicat: ut non pendeant solum ab eo in fieri, produci, creari generari, sed & in conservari, operari, regi, gubernari. Hoc est primum, quod accedenti ad Deum necessarium est, *credere, quod ipse sit h*, quamvis perspicacis ingenii homo demonstrare id possit. Verbum, *Scitote*, præsentis loci utramvis notitiam potest significare, tùm fidei, propter certitudinem absq; evidentia, tùm scientiæ, ob evidentiam cum certitudine. *Vitam æternam* dixit Christus *i esse, ut cognoscant homines solum Deum verum, & ab eo missum Jesum Christum*, ideſt, ut credant. Nec rara locis aliis *sciendi* & *scientiæ* notio, pro fide actuve credendi: fidem juvat & fovet naturalis ratio, & gustus quidam, ac experientia: de quibus tribus Rickelius exponit hoc loco *sciendi* verbum.
d 3. *Reg.* 18. 39. e *vers.* 40. 41 f *in Epist. ad Rom. c.* 9. g 1. *Cor.* 8. 6. h *Hebr.* 11. 6 i *Joan.* 17. 3.

Ipse fecit nos.) Proculdubio secundùm cuncta quæ sumus, possumus, operamur, intelligendo, volendo, operando. Amus, *quasi non acceperimus*. *a* Non etiam queri debemus de Deo, si non majoribus nos naturæ, fortunæ, gratiæ donis ornaverit, neq; singulo nostro dicere: *quid nos fecisti sic?* cum Greg. magno, divinitus edoctus hujus admirantis cogitationem, quod in tantilla statura corporis gratiam Deus tantam collo casset, respondit placido vultu, *Dominus fecit nos, & non ipsi nos*, idem in parvis qui & in magnis. Cumq; id suæ cogitationi S. Papa responderi cognosceret, ipsa sua deprehensione gavisus, gratiam quam hactenus in illo mirabatur, in magna veneratione habere cœpit, sedemque Turonicam, cui ille præerat, ita nobilitavit, ut auream ei cathedram donaret. *c*

a 1.Cor.4.7.
b Esa.45.9.
c Surius in vita 17. Novemb.

Et non ipsi nos.) Paraphrastes Chaldæus & Hier. *& ipsius sumus*. Alii, *& ipsi sumus*, in dativo; ad eum modum quo dicitur in Cantico canticorum *d, dilectus meus mihi, & ego illi*. Legerunt sine dubio pronomen tertiæ personæ quod לו *lo*, & aliquando scribitur per א *aleph*, cum nota indicante, quamvis ita scribatur, legi aliter debere, nempè priore modo, ut pro לא *lo* quum א *aleph* & significat *non* sit לו *lo* quum ו *vau holem*, & valet, *ei*. Eadem lectione usus est Hebræus Cajetani: nam vertit *& sibi nos*, subaudiens, *fecit*. Testatur quoq; Richardus Genomanus se in editione Hispaniensi reperisse לו *lo* pronomen, Alii legerunt negationem לא. Ex duplici lectione, ut observat Trevetus, *& ipsi nos, & non nos*, coaluit una, *& non ipsi nos*. Idem sensus, quod nos Deus fecit, & non ipsi nos fecimus nos: supplendum enim est verbum per Zeugma: & *nos*, nominativi casus est, Hebraicè אנחנו *anachus*, atq; Græcè ἡμεῖς. Symmachus exposuit αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς καὶ οὐχ ἡμεῖς, *ipse fecit nos quum non essemus*. Ac si nostræ versionis, *& non ipsi nos*, ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, sit sensus, & non ipsi nos eramus prius. Qua in re probari non potest Cajetani translatio, *& sibi nos fecit*, ubi facit ipse accusativi casus, *nos*. Nec ferri Faber potest præferens Hier. translationem, persuaderiq; sinens sibi à nescio quo Hebræo vitiatam esse nostram, nec in Hebræo textu esse negationem, & suadens, si restituatur illo modo, minus insultaturos Judæos, aut falsitatis, aut inscitiæ reprehensuros, quum etiam nemo sit qui arbitretur quod ipse se fecerit, aut crearit. Plùs deferendum vulgatæ, & LXX. & aliorum interpretum, ac Patrum auctoritati, & non habent Judæi quod insultent, quum notarum punctorumq; inventum sit recentiùs, & in לא quod absolutè valet *non*, pro arbitrio suo imposuerint punctulum, præter vocale *e* לא. Immò Kimhi declarat ac si diceretur, *& non nos*, nempè non possumus, dicere, *f fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt*: Hebraicè, & Græcè, potentiam hanc magnam את חח ל הוה *eth hachail hazeh tòn dynamin tautēn megalēn tautēn*. Sed & alium Rabinum citat, explicantem esse istam illi contrariam sententiæ *g, ego feci memetipsum*. Non minùs quilibet scit se Dei esse, quam quod non ipse se, sed eum Deus fecerit. Quod scimus, non semper consideramus, neque quum maximè opus esset. Licèt autem Aug. cohiberi verbis istis velit superbiam, adscribentium sibi justitiam, & non gratiæ Dei, non tamen, ut ante monui, negat de creatione prima sensum primum esse facilem, & verum. Sufficeret quidem dicere, *ipse fecit nos*, additum est, *& non ipsi nos*, non, ut puto, præcisè propter causam, quam indicat Aug. præsertim si per illa, *ipse fecit nos*, comprehendamus quidquid sumus, & quidquid in nobis est boni, sed ad pleorasmum, emphasim, exegesim, energiam, expressionem, exaggerationem majorem. Cujus figuræ multa suppetunt in scripturis alia exempla. Suadeo tamen, hortoq; sermonem totum Aug. undecimum de verbis Apostoli ut perlegas. Optimè in eo declaratur beneficium utrumq; & creationis, & recreationis seu generationis per gratiam. Summa est: quod Deus ipse fecit nos antequam essemus omninò, & factos & lapsos, ipse & justos fecit nos & non ipsi nos, quamvis propter conperationem necessariam in adultorum justificatione dicere possint, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*, non nos quidem per nos, sed tamen *gratia Dei nobiscum h*. Lege eumdem August. quadam Epistola. *i* Alium huic similem sensum expressit Apollinarius.

αὐτὸς ἔτευξ' ἡμᾶς οὐδ' ἡμεῖς ἄρχιοι εἰμέν.

Ipse fecit nos, neque nos sufficiente, sumus.

Videlicet, ut ipsi nos faciamus, aut quid aliud sine Deo faciamus juxta illud Apostoli, *k omnia sufficientia nostra ex Deo est*, quia non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis. Dicebat, ut retuli, superbus ille Rex *l, ego feci memetipsum*, & alii apud Amos *m, in fortitudine nostra assumpsemus nobis cornua*. Notat etiam Hugo tritum, ac veluti paremia.

a Esa.26.12
b Joan.15.5
c 2.Mach.7.22.23
d 1. de anima & ejus orig. c.4. & 15
e Job 10. 8. & seq. psl.118 75. psl.138.15 16
f Gen.30.12
g psl 126.3
h 4.Reg.5.7
i Gen.50.19. Quatuor in potestate Dei sub clavium vocabulo ponit Paraphrastes.
k in Gen. o.
l in Sympos.
m in Gen.30
n Perer. & Delr. ibidem
x Hoc loco abutuntur hæretici ut negent in operibus bonis libertatem. Sensus mysticus.
p Epist.129. 6.35
o serm. 11. de verb. Apost.
p Eph.2.10
q vers.6.
r 2.Reg.12.6
s Hebr.3.2
t Salmeron tom.14.disp. 6.
u Virg. Æneid.
x idem eclog. 8. Expositio ingeniosa.
y Esa.64.8.
z Job 33.6.
a 1.Cor.4.7.
b Esa.45.9.
c Surius in vita 17. Novemb.
d cap. 2. 16
e Deut.8.17.
f Exech.29
g 2.Cor.17.10
h Epist. 143.
i 2.Cor.3.4
k Exod.29.38
l c.6.15.

remialem suo tempore sermonem; *ego me feci*, scilicet *dicit em*, vel *potentem*, *ille se fecit*, ideſt, ſine alterius auxilio acquiſivit ſibi multas divitias,& honores. Item quod facit diabolus nonnullos uſurarios, latrones, doloſos, etiam prælatos, Reges, Principes, lege dicta Pſ. 94. *a*.

Populus ejus & oves paſcuæ ejus.) Eadem ſunt in eodem Pſal. *b* Sed hoc loco codices Complutenſes, Regii, tùm Latini tùm Græci; præterea Pſalterium vetus, & Romanum, atq; Aug. & plures enarratorum Græcorum, *nos autem*, &c. Caſſiod. *nos populus*, &c. apud Euſebium, ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ: *nos autem populus paſcuæ ejus, & oves manus ejus*, quomodo eſt in dicto pſalmo 94. *c* licet Euthymius hoc loco diſcrimen notet, quod ibi ita legatur, non hìc. Si populus & oves in caſu recto ſunt, appoſitivè ſumuntur, *ipſe fecit nos, & non ipſi nos*, qui ſumus *populus ejus, & oves paſcuæ ejus*, nempè ſingulari beneficio ipſius. Quod beneficium Aug. vult eſſe fidei, & juſtitiæ, cujus non homines cauſſa ſibi ſint, per naturæ vires; ſed Deus, per gratiam ſuam, quamvis adulti cooperentur, ut dixi. Ea verſiculorum diſtinctio, qua utimur in officio Eccleſiaſtico jungens iſta ſequentibus, *introite portas ejus*, &c. innuit eſſe vocativi caſus, more Atticorum, apud quos deſinit eodem pacto caſus hic, & rectus; *ò populi ejus, & oves paſcuæ ejus, introite portas ejus*, &c. Satis aliàs oſtenſum, quid ſit *eſſe populum Dei, oveſque paſcuæ ejus*. Propria quadam ratione Ayguanus, poſt Lyranum miniſtros Eccleſiæ ait hìc invitari, nimirum per verba quæ ſequuntur ad laudem Chriſti: *populum eſſe*, quia ſingulariter ad ejus electi miniſterium: *oves paſcuæ*, quoniam paſcuntur, vivuntque de oblationibus & decimis, quæ Chriſto ac Deo fiunt. Ceterum in ſpeculo Auguſtinus integrum verſiculum ex ſolis verbis conficit.

Verſ. 4.) Introite portas ejus in confeſſione; atria ejus in hymnis: confitemini illi.
Laudate nomen ejus.

Senſus loci. INvitantur populus Dei, oveſq; paſcuæ ejus, ut ſubeant in portas templi, & in atria ingrediantur, cum confeſſione laudis, & gratiarum actionis, cum hymnis, & pſalmis, quibus confiteantur ipſi, & celebrent nomẽ ejus. Hìc eſt populus præſertim Chriſtianus, de quo David alibi, *d annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt cœli juſtitiam ejus, populo qui naſcetur, quem fecit Dominus: & populus* e *qui creabitur, laudabit Dominum.* Eſaias *f* autem inducit dicentem Deum, *& omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum*, &, *populum* g *iſtum formavi mihi, laudem meam narrabit*. Magis proprium officium hoc erat Levitarum, qui proprium quoque in templo habebat atrium, & nunc clericorum, qui cultui, & laudibus divinis dicati ſunt. De confeſſione ſacramentali, & laudibus Dei poſt illam alii explicant.

Introite portas ejus in confeſſione.) Alia Latina Pſalteria & Aug. *intrate in portas*, Arnobius, Caſſiod. Chryſologus *h*, Parerius *i*, *intrate portas*. Hier. & Aug. in ſpeculo, *ingredimini portas ejus in gratiarum actione*. Alii, *cum gratulatione*, vel *celebratione*, vel *commendatione*, *& laude*. Eſt Hebræum nomen תודה *thodah*, de quo in titulo. Hìc autem quod ibi dixi, obſervat Kimhi ex aliis Rabinis, ceſſaturas ſub Meſſia orationes, & oblationes alias, & unicam confeſſionis, ſeu gratiarum actionis, & laudis futuram, quod ille accipit de ſumma felicitate, ut nemo compellatur quidquam poſtulare, nec etiam futuri ſint peccatores, qui pro peccatis offerant, ò ſpem infelicem. Myſticus ſenſus, ut ibi dixi, eſt de confeſſione peccatorum, de qua latis multi Latini explicant, & ex Græcis Euthy. Cajetanus verò de confeſſione fidei. Apollinarius per μέλπεσθαι declarat, quod eſt, *canere*. Confeſſionem peccatorum Aug. & imbecillitatis propriæ, cum laude illius, à quo facti ſumus, commendat. Inde jubet initium eſſe intrandi, ubi grex eſt, non remanendi foris ad lupos: juxta illud k: *præcinite Domino in confeſſione*, quod ipſe legit, *incipite*, ut ſonat Græcum ἐξάρξατε. Monet tamen etiam, ut jam ingreſſi ſemper confiteamur, quia ſemper habemus quod confiteamur, opus eſſe, ut nos ipſi reprehendamus, ne ille reprehendat, qui damnaturus eſt: in atriis beatis, in illa requie, in illa æqualitate Angelorum, non futuram confeſſionem peccatorum, ſed laudis: ſemper confeſſurum, qui has *portas juſtitiæ ingreſſus fuerit l*, illum Deum, ſe creaturam, illum protectorem, ſe protectum. Facit confeſſio prior, ut lingua per eam expurgata, pura, Ac munda confeſſione laudet Deum, inquit Euthymius, & Hugo, *quoniam non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris m*, nec *rectè enarrat laudes Dei* n *apparens vacuus coram illo* o gratia, nec *tollens verba ſecum, ut convertatur ad Dominum* p. Per *portas* idem Euthymius, & Nicephorus intelligit varias Eccleſias: Aug. & alii Latini, quod per hoc principium & inchoationem timidæ confeſſionis, intrandum ſit in exercitium aliarum virtutum. Quo pertinet illud *q*, *juſtus prior eſt accuſator ſui*, ἐν προλογίᾳ *in principio ſermonis*. Symmachus ἐν κρίσει αὐτοῦ *in judicio ſui ipſius*, quod ſignificat quoq; Chaldæum בריניה *bedineh*. Hugo explicat *portas* eſſe ſacramenta, prælertim Baptiſmum: per has portas intrari in confeſſione peccatorum, nempè ab adultis. Hier. putatus ait, ſicut *porta*, ſeu *oſtium* Chriſtus eſt per quem qui introit ſalvatur *r*, ita *portas* eſſe Apoſtolos, adde Apoſtolicos viros & doctores & cum Brunone Prophetas, ſiquidem in apocalypſi *ſ* aſſignantur duodecim portæ Apoſtolis totidem, per quas ad eum accedatur. Chryſologus *t* ſcribit, quod ſola eſt confeſſio, quæ nos fidei facit introire per januam & debet in ingreſſu illa eſſe, in atriis hymni, laus in penetralibus, ubi tota deitatis inhabitat plenitudo. Gratianus *u* ait quod ad portas miſericordiæ non niſi per confeſſionem peccati poſſit quis pertingere Prophetam hìc oſtendere. Alluſio eſt ad varias templi portas, quas *diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Jacob. x*. Has ab Oriente venientes intrant vitæ florentis, ab auſtro procelloſo calamitatum; ab Aquilone ſuperbiæ. Non erat porta in templo ex parte Occidentali, quia poſt mortem, & ſtatum damnationis, negatur acceſſus vel reditus in Abrahæ *ſinum y*, & merendi locũ. Parerius *z* ex Gregorii *a* neſcio quo loco, hanc noſtrum ſic tractat. Quum peccata noſtra per lacrymas cõfitemur anguſtæ vitæ portam intramus; ſed quum poſt hæc ad æternam vitam perducimur, portæ noſtræ atria in confeſſionum laudibus intramus, quia ibi jam anguſtia non erit quum nos lætitia æternę ſolemnitatis aſſumpſerit. Propter confeſſionis noſtræ anguſtiam, veritas dicit: *intrate* b *per anguſtam portam*, & quum ſe pſalmiſta recipi in latitudine Gaudii æterni præſumeret, dicebat *c*, *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos*. Ad atrium ergo per portam tenditur, quia ad latitudinem ſolemnitatis pertingitur ab anguſtia confeſſionis. Theophilus Alexandrinus *d* inducit perfectos viros animas ſuas ab omni errorum caligine ſeparantes, & jam nunc feſta decantantes, atq; Salvatoris adventum lætis vocibus perſonantes, verba hæc uſurpare: *Introeamus portas ejus in confeſſione, atria ejus in hymnis*. Diſtinctionem portarum tropologicam leges apud Hugonem, portæ judicialis, exitus ab hac vita ingreſſus ad gloriam. Præterea ex portis civitatis apud Ezechielem *e* tres ad Aquilonem, ait eſſe pro peccatoribus, tres ad Orientem, pro proficientibus, tres ad meridiem pro perfectis, tres ad Occidentem, pro pervenientibus. Docet etiam pravè intrari per portas in confeſſione, vel peccatorum, vel laudis, ob hypocriſim, elationem, deſperationem, negotiationem, proditionem, adulationem, deriſionem, coactionem, indignationem, contaminationem. Grevæus *f* nomine *populi*, quod erat priore membro, intelligens prudentes, & nomine *ovium*, ſimplices, differit de bono ingreſſu & egreſſu ſpiritualium: *portas* eſſe initia virtutum, in quibus eſt anguſtia; *atria* perfectionem, in qua latitudo: confeſſione peccatorum in portis fieri mentis purgationem: tùm verò confeſſionem laudis: bonum ingreſſum eſſe ad ſeipſum; malum, à ſe ipſo in curioſitatem cum Dina *g*, ad temporalia lucra, cum Eſau; *h* ad poſſeſſiones, cum Cain *i*. Intendi digitum: admove, ſi vis manum oculoſque.

Atria ejus in hymnis.) Hier. & Aug. *k*, alibi, ubi videtur perpetuò ſequi translationem Hier. ex Hebræo, *in laude* nimirum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendo, *introite*. Additur in aliis Pſalteriis Latinis, & apud Caſſiodorum & Parerium *l*, *in hymnis confeſſionum*, & rurſus in vetere Pſalterio adjicitur; *confitemini ei*. In emendationibus Auguſtini codicibus habetur, *in hymnis confeſſionem confitemini ei*. In aliis ut in vetere Pſalterio. Expreſſa in Græcis Complutenſibus, Bibliis Regiis, & aliis, atq; ut videtur apud enarratores Græcos, bis propoſitio, εἰς τὰς πύλας εἰς τὰς αὐλάς, magis perſpicuam reddit orationem, ut regantur à verbo εἰσέλθετε. Apollinarius quoque ſic explicat.

σπεύσατε μελπόμενοι θείων ἔντοσθε πυλάων,
ἐν δ' αὐλῇς κασιλῆα θεὸν λιταεύσατε μολπῇ.
Feſtinate canentes divinas intra portas:
In atriis verò Regem Deum rogate cantu.

m *Eccl.* 15. 9
n *pſ* 49. 16
o *Exod.* 23. 19. *Eccl.* 35. 6
p *Oſee* 14. 3
q *Prov.* 18. 17
r *Joan.* 10. 9
ſ *c.* 21. 12
t *ſerm.* 6.
u *c. voluiſ. ſent. de pœnit. d.* 1. § *quibus*.
x *pſ* 86. 2 Non erat porta in parte Occidentali templi & quare.
y *Luc.* 16. 22
z *lib. in pſ. cap.* 203.
a *hom.* 16. *in Ezech.*
b *Mat.* 7. 15
c *pſ.* 30. 9
d *Epiſt.* 3. *Paſchali*.
Diſtinctio tropologica portarum.
e *c. ult.* 31. 33. 33.
f *ſerm.* 20. 1. *pſalm.*
g *Geneſ.* 34. 1. *& ſeq.*
h *cap.* 25. 29 *& ſeq.*
i *c.* 4. 2. 17.
k *In ſpeculo ſcript. tom.* 3
l *lib. in pſal. c.* 203.

Atria quid mysticè designent. a Græci, & Hugo. b R. Kelius. c Cassio Haimo. d Hieron, putatus. e Brun. Carthus.

Jam priùs indicavi quid *atria* mysticè designent, de quibus alias quoq; non semel. Nempè variæ sunt & particulares Ecclesiæ *a*, tum cœtuum diversorum, tum materialium templorum, contemplatio & spes cœlestis palatii & platearum Regni cœlestis, & multiplicis ordinis beatorum *b*, Prophetæ, Evangelistæ, & quicumq; Domino aspirante docuerunt *c*: dilatatio mentis laudantis Deũ *d*: sui ipsius ædificatio quædam inhabitationem Dei *e*.

A confessione in portis & ab hymnis transitur ad perfectam confessionem intra penetralia beatitudinis.

Confitemini i li.) Antea dixi alios legere, *in hymnis confessionum*, vel *confessionem confitemini illi*, nihilominus oratio est, ut à verbo, *confitemini*, inchoet sententia. Immò breviarium Ambrosianum versiculi ultimi præsentis principium hinc ducit. Aptius respondent omnia hoc pacto: *introite portas ejus in confessione; atria ejus*, (nempè etiam introite) *in hymnis: confitemini illi, laudate nomen ejus*. Inculcata, & exaggerata repetitio, sermonem magis intendit, ac ferè lectorem urget, inquit Euthymius. Docui quoque priùs secundùm anagogem, à peccatorum confessione in portis, & ab hymnis in atriis, transiri ad completam perfectamq; confessionem intra penetralia beatitudinis. Nunc benedicitur Dominus à servis suis, stantibus in domo ejus inferiore, in atriis domus superioris *f*, ad hanc qui pervenerint, ibiq; habitaverint; *in sæcula sæculorum laudabunt Deum g. Redemti à Domino, convertentur, & venient in Sion cum laudo, & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus h: & occupabit salus muros* (civitatis cœlestis) *& portas ejus laudatio i: laudabit illa Dominum, quia confortavit seras portarum suarum k*. Quam lætè, gratè, festivè jam sua penè perfunctus passione Laurentius, & in ipsa jam cœli velut porta constitutus, orabat; *gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui, nimirum à te accipiendo, undè ingredi januas illas mererer*. Introducunt quoq; Angeli justorum hinc in cœlum migrantium animas, in hymnis, & confessione, ut adeo multis exemplis probari potest.

f *ps.*131. 2
g *ps.*83. 6
h *Esa.*35. 10
i *c.* 66. 18
k *ps.* 147. 13 *sec. Hebr.*

Laudate nomen ejus.) Hier. *Benedicite nomini ejus*, quod est propriè בָּרְכוּ *barechu*. A populo Dei, ovibusq; exigitur, ut nomini tantò respondeant, non vita minùs factisq; quam verbis, & externa laude: nec per prævaricationem legis Deum, & Christum inhonorent, *blasphementque nomen ejus intergentes l*, & alios, qui huic nomini apertè adversantur; huic satisfacere muneri suo volebant, qui dicebant *m*, *Nos autem populus tuus & oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum, in generationem & generationem annunciabimus laudem tuam*. Chrysologus *n* de nomine *Jesu* interpretatur, cui *flectitur omne genus o*.

Salvat *g*: hìc liberat, & in futuro coronat electos *h*; protegit semper in æternam vitam: iquum semel præstiterit futura bona, ab eo semper servantur illæsa *k*: ea quæ Deus dat hominibus, ducunt ad æternitatem *l*: durabit misericordia, quam exhibet humano generi in æternum *m*, videlicet quia *nobiscum erit usq; ad consummationem sæculi n*; reparatio antiqui lapsus facta per misericordiam, est in æternum durabilis, quoniam non subjicietur ampliùs genus humanum totum potestati diaboli, sicut priùs; sed soli, qui uti noluerint misericordia, vel quibus ea non fuerit applicata. Æterna est quoq; ubiq; & in omnibus DEI misericordia; *coronat in misericordia & in miserationibus o*, etiam quum *reddit coronam justitiæ p*, non solùm quia coronat munera, donaq; sua, idest, merita ex gratia ipsius facta: sed præterea, quoniam præmiat, ut sæpè dixi cum Theologis, ultra condignum. Propter oppositam causam, quia scilicet punit Deus citra condignum, utitur & adversus damnatos misericordia. Acutè Cajet. observavit, quod quia bonus Dominus, suaviq; nos sumus; quia gratia, seu misericordia ejus, & veritas sine fine durant, sub quibus comprehenduntur *universa viæ Domini q*, suaviter gubernamur, & ad beatitudinem perducimur.

Honoris causa nulla Polon a fœmina Mariæ nomine appellatur.
u *ps.*88. 29
x *ps.*102. 17
y *ps.* 105. 1. *ps.*106. 1. *ps.* 117. 1. 2. 29. *ps.* 137. 8.
z *ps.*135. 1
a *Judith.* 13. 21.
b *ps.*108. 21
c *ps.*144. 9.
d Jer 31. 3.
e *Lyra.*
f *Roman.* 11. 29.
g *Hieron. putatus*, h *Glos. inter Hugo*, Rick. i *Augustin.* k *Cassiod.* l *Haimo*, m *Brun. Carthus.* n *Matt.* 28. *ult.*

Et usq; in generationem, & generationem veritas ejus.) Hier. *fides*, quam significat אֱמוּנָה *emunah*, & explicat Apollinarius παναληθὲς βλέμμα *omninò verax consilium*, aut *voluntatem*. Nicephorus τῶν θείων ἐπαγγελιῶν ἀψευδές, *divinarum promissionum mendacio falsoq; carens constantia*. Quam dicimus *veracitatem, fidem, fidelitatem*, & David alibi *r testamentum, cujus memor fuit, & verbum quod mandavit Deus in mille generationes*. Veritatem sacræ scripturæ Rickelius explicat: vel Deum veracem: vel veram promissionum impletionem. Sumi potest etiam pro justitia, qua populos judicabit, ut placet credito Hier. Deus enim salva veritate misereatur, ait Chrysologus *s*, qui sic dat peccatis veniam, ut justitiam in ipsa miseratione ratione q; custodiat. *Generatio & generatio* pro quibus Psalterium Romanum, Arnobius, Cassiod. legunt *sæculum sæculi*, quid valeant, dictum alias. Vel omnes generationes, inquit August. vel terrenam: quæ parit mortales, & cœlestem, quæ parit æternos: Basilius ac Teodoretus generationem præcedentem, & istam, in qua venit Christus, quoniam quæ Deus in majorum nostrorum generatione pollicitus est, ea in hac nostra adimplevit, & quam illis salutem promisit, hanc nobis præstitit.

Vers. 1.) Quoniam suavis est Dominus in æternum misericordia ejus & usque in generationem, & generationem veritas ejus.

Senſus loci.

ISta sive causa, sive materia laudis, confessionis, hymnorum, quia Dominus admodum benignus est, facilis suavis, & in miserando continuus, perpetuusq; nec intermittens umquam beneficentiam suam: implens demum exactissimè quod semel promisit, quamdiu durat æternitas ipsa, nullo prorsus excepto eorum quibus promisit. Videri quoque possent à primo versus istius membro alia duo pendere, tamquam à causa, ut quoniam suavis est Dominus, misericordia illius in æternum duret, ac ab æterno sit, & veritas veracitasve, usque in generationem, & generationem.

Quoniam suavis est Dominus.) Hier. *bonus* sed טוֹב *ton* latissimè patet, omnemq; amplectitur boni modum. Est autem χρηστὸς *utilis, commodus, benignus suavis*. Eodem Græco, & Latino vocabulo redditur sententia psalmi alterius *p*, *gustate, & videte quoniam suavis est Dominus*. Bonitatem istam spectat Euthymius in compatiendo, ea nimirum ratione, qua cadere in DEUM compassio potest. Lyranus, quia citò placabilis est hostiis, & laudibus devotis. August. & Cassiod. quia quantò laudatur magis, tantò magis dulcescit, sine fastidio appetitu crescente cum viribus: dictus Hier. quia nihil acerbum habet: Hugo, quoniam delectat sensus omnes, etiam externos quodammodo Bruno, ne sit odiosum, sed laudabile quod vocetur Dominus, quoniam licèt sit Dominus, & potestatem opprimendi habeat, tamen suavis est. Aygnanus, quod non ita Deus peccatori est iratus, quin per confessionem peccatorum statim dulcescat: Chrysologus *q* suavem esse Christum per misericordiam, per quam solam totius mundi, a mariſſimam dignatus est auferre sententiam, & velut *agnus tollere peccata mundi r*. Suavissima

Nomine Jesu nemo Christianus nominatus est post eũ, ob reverentiam ejus.
t *in Josue c.* 2. 9. 8.

Deus sæpè præmiat ultra condignum.
o *ps.* 102. 4. *c.*
p 2. *Tim.* 4. 8

q *ps.*24. 10

r *ps.*104. 8.

s *ser.* 6.

PSALMUS CENTESIMUS.

1 Psalmus ipsi David.

MIsericordiam, & judicium cantabo tibi Domine.

2. Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

3. Non proponebam ante oculos meos rem injustam: facientes prævaricationes odivi.

Non adhæsit mihi 4. cor pravum: & declinantem à me malignum non cognoscebam.

5. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

6. Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

7. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

Titulus in aliis psalmis explicatus.

8. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Titulus, & Argumentum.

Argumentum.

Vers. 1.) Psalmus ipsi David.

IDem sibi vult Chaldaicè *per manum Davidis canticum*, & cum jam toties hìc idem titulus in aliis psalmis occurrerit, nihil est quod addatur, nisi quod Theodoretus monet in quibusdam exemplaribus Græcè addi τετράδι σαββάτου, *quarta sabbati*; sed neque id apud Hebræum se inveniisse, neque apud alios interpretes neque apud ipsos LXX.

In argumento conveniunt idem, & Basilius, Euthymius Nicephorus, Blemmida describi spiritu prophetico à Davide probatissimam optimi ac religiosissimi Regis futuri Josiæ vitam, & ex ejus persona illam narrari tamquam rectæ cujusdam conversationis exemplar, atque omnibus maximè regibus imitandum proponi.

Hebræi quos Lyra, Trevetus, Cajetanus, Hebraizantes sequuntur, existimant Davidem de se ipso agere, atq; de constituto jam regno post persecutiones de ratione illud justè administrandi, secundùm cultum divinum, seipsum, domum, familiamq; subditos alios tum bonos tum malos, ut εὐσεβῶς, ἀδίκως, οἰκονομικῶς, πολιτικῶς, omnia benè gererentur. Non dissident alii, sed volunt, præsertim Trevetus, & Val. altiùs hæc transferri ad perfectionem cujuslibet Christiani, atq; ad Christum ipsum, idq; in ipsomet numero centesimo, qui perfectus est, insinuari. Dicunt verò hìc duplicem attingi adventum Christi, quorum prior magis est in misericordia, posterior, in judicio, sive justitia, & Evangelicæ legis perfectionem ac summam istam consistere in cultu DEI per virtutes theologicas, Religionem, & alias, in vitæ innocentia per exercitium peculiarum virtutum moralium; in cavendo omni peccato, & peccatore, in vitandis æternis pœnis, ut sciat quisq; quid agendum, credendum, petendum, fugiendum, item id quod pertinet ad cultum divinum, ad perfectionem propriam, ad officium cum aliis, ad futurum judicium & damnationem reproborum *a*. Athanasius aptum ait hunc esse psalmum, ut cognitis Dei viribus in judicando quodq; misericordiæ immiscuerit judicium suum, consolationem quis capiat. Sed arbitror aliquo terrore vocari apud illum ἑκατὸν πρῶτον *centesimum primum*: nam licèt ita numerent Hebræi proximè præcedentem, eo-

a ad Marcel.

Adem loco immediatè ante appellat ἑνενηκοστὸν ἕκτον *nonagesimumnonum*, cum primis utile ac salutare. Chrysostomus *b* & carmen hoc esse affirmat indesinenter canendum, ut simul & grati animi erga beneficii Auctorem Deum munus obeamus, & vitam nostram corrigamus cum misericordia & judicio omnia efficientes. Id ipsum *numero centesimo* denotari multi, ut dixi, volunt, esseq; conveniens perfectioni numeri, argumentum psalmi, quod est secundùm virtutem perfectio. Est textus iste mirabilis, inquit Cassiod. & in forma perfectæ sanctitatis inclusus; qui centenarium fructum debent expectare præmiorum. De centenarii autem perfectione præter Cassiod. in fine psalmi, consule Petrum Bongum *c*. Refert Aug. *d* mortua matre arripuisse Psalterium Evodium, & cantare cœpisse, omni domo respondente; *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine*.

b hom. in hunc psalm.

c li. de myst. numer.

d 9. Confess. c. 2.

Misericordiam, & judicium cantabo tibi Domine. Psallam.

Sensus loci.

B VIderi potest cohærere hujus exordium psalmi cum fine præcedentis, ubi de misericordia & veritate sermo habitus est, & quod tum ibi, tum alibi sæpè ad cantandum, & psallendum hortatus est David, nunc exprimere, quid maximè cantari, psalliq; cupiat, nempè conjunctum cum Domini misericordia judicium. De horum duorum divinorum attributorum conjugatione, sæpè numero diximus. Vult Josias, aut David Deum commendare, tùm vocis, tùm Psalterii modulatione, & quod in immeritum beneficia multa gratis liberaliterq; contulerit, & quod injusta passum ab inimicis, præcipuè à Saule, justè liberaverit, & vindicaverit: ita ut alterum dici possit perfectum ex Dei gratia, benignitate, misericordia, munificentia: Alterum ex officio, munere, jure, justitia: vel de suamet misericordia & judicio, quibus, uti soleret, modestè loquitur coram Deo, seu Josias, seu potius David, ad ejusdem Dei honorem & aliorum ædificationem: ut Rickelius notat de hoc versiculo, & psalmo toto. Rursus, ex R. Salomone, profitetur se in prosperis laudare velle misericordiam Dei, ea ipsi tribuendo, non propriæ justitiæ aut potentiæ, in adversis judicium, adscribendo culpæ demeritisq; suis. Plurimi mysticè declarant de Dei misericordia in præsenti vita, & de judicio justiave in futura. Unde August. *e* observat priore loco poni *misericordiam*, & primam dispensationem Domini medicinalem fuisse non judicialem, quia si primo veniisse judicaturus, neminem inveniisse, cui præmia redderet justitiæ. Principale Ambrosius *f* ait esse, inchoare à beneficiis, & præseminare gratiam, præcedere beneficii gratiam, sequi censuram sobriæ disciplinæ. Item dicunt, quod etiam in hoc tempore semper utramq; conjungat Deus velit; ut & ipsi aliorum misereamur, ac rectè quoque judicemus. Chrysostomus exponit cum judicio, ut decretum significat, nostri misertum Deum per Christum ut iis rebus, quibus peccatum exitium attulerat, salutem assereret. Præterea quod quum rectè judicio rejectus sit populus Judaicus, pollicitatione, quæ continebatur in lege, spoliatus, ob perfidiam supplicio affectus; Gentilis autem populus per misericordiam Dei salutem consecutus. Arnobius docet, eum qui misericordiæ operibus hìc deditus fuerit, cantaturum in alia vita, & consecutum misericordiam, ut è contrario *judicium erit sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam g*, & ignis tormentum patientur, qui contempserint id, per quod auferri peccatum, & ignis peccati extingui poterat, nempè eleemosynam atque misericordiam, & cum ignem vivere sibi fecerunt. Postremò Cassiodorus, audire jubet misericordem Dominum peccatores, qui de sua neq; uiter salute desperant, & intelligere superbos Judicem, qui malum suum non æstimant esse puniendum: hìc totum compendiosè plenissimèque cantari, quoniam in his duobus sermonibus, & cuncta opera Domini & totius Ecclesiæ ædificatio probatur esse narrata. Idem ferè creditus Hieron. & alii. Bruno Carthusianus applicat Prælato, & Principi, quem cantando & psallendo, ideſt, cum delectatione aliis annunciando, & benè operando oporteat non consentire subditorum peccatis ex sola misericordia, sed eadem ex judicio & justitia punire. Hugo comparat cum oleo, & vino *h*. Hæ regiæ artes,

Sensus mysticus.

c hic & tract. 36. in Joan.

f de Nec. c. 3

g Jacob. 2.

h Luc. 10.

i parcere subjectis, & debellare superbos.

Rex ipse Christus in sede Majestati judicans *k* adhibebit

i Æneid. 6.

k Matt. 25. 41

udicium & misericordiam erga omnes: quod quomodo cohæreat cum ejusdem sententia qua dixit nonnullos jam judicatos *a*; & qui credunt & qui non credunt. Zeno *b* Veronensis disputat, volens ambiguis & lubricis tantùm Christianis præparatum judicium, qui inter impios piosq; tunt medii, habentes aliquid infidelitatis insertũ, & imaginem fidei professione Deo, factis sæculo servientes, quique psal. 1. *c* dicuntur non *resurrecturi in judicio, neq; in consilio justorum*. Cujus loci consule commentarium nostrum. Negant quidam *d*, qui feruntur Zenonis sermones illius esse: argumentis respondet præfatio æditionis. Cardinalis, Valerii. Illud non vallet, quod qui sunt in hunc & alios aliquos psalmos, ex Hilario, qui recentior est, sumti videantur ad verbum. Non scripsit Hilarius in hunc psalmum, nec in 79. de quo etiam unus Zenonis extat sermo. Negari non potest de sermone in 127. 128. 130. quin sint iidem cum commentariis Hilarii. Hier. *e* hanc ait esse desponsationem, qua desponsat sponsam suam Deus *in justitia & judicio simulq; in misericordia & miserationibus f*, & calicem duplicem, *ut inclinet ex hoc in hoc g*, de justitiæ calice in calicem misericordiæ: & rursum de calice misericordiæ in calicem justitiæ. Gregorius *h* peccatorem scribit cantare debere misericordiam Domini, qua peccata laxantur, ideſt, hanc cum gaudio dicere, atq; sperare: quin judicium sibi quoq; æternum ante mentis oculos revocans, non contremiscit, sed ad illud examen venire tanti Judicis præsumit, festinat, gaudet, sicque id cantat, ad quod ire non trepidat, justum, & quidem magnum esse. Bernardus *i* duplicem Domini pedem osculandum vocat, exemplo Magdalenæ *k* & duo *crura columnis aureis comparata fundatis super bases aureas l*: & *beneplacitum Deo esse super timentes eum, & in eis qui sperant in misericordiam ejus m*, timorem enim initium esse sapientiæ, spem, profectum, charitatem, consummationem. Rupertus, *n* perpendens degradationem illam numerorum, ut ipse eam vocat, seu diminutionem, quærulus est Abraham, deprecans pro Sodomis *o*, observat numeros, quos nominavit, non solùm arithmeticis qualibuscumq, rationibus, sed & musicis proportionibus ita contextos, ut omnes musicæ concordiæ symphonias complectantur, excepto 50. numero, qui propter alias omnes sacratus est. Demonstrat in 45. comparatis cum 40. quam reddunt *epogdoum*, ideſt, sesquioctavam proportionem, quam vocant Musici *tonum*, in 40. cum 30. quam *epitritam*, ideſt, sesquitertiam, quam nominant *diatessarem*, in 30. cum 20. quam *hemolion*, ideſt, sesquialteram quam appellant *diapente* in 20. cum 10. quæ duplam, quam dicunt *diapason*: Item in 30. cum 10. quæ *triplarem*; & 40. cum 10. quæ *quadruplarem*; quarum altera *diapason*, cum *diapente*; altera reddit *bis diapason*; tum subdit quod cantabilem fecit Abraham misericordiam cum judicio, ac talem, quæ non discreparet à judicii veritate, & ita dumtaxat intercessor tantus tamq; dignus, Dominum Deum suum peccatoribus parcere cupiebat, ut proficeret ad nominis ipsius laudem & honorem. Expendant proportiones istas quibus arridenti; placet res ipsa, quod afferatur Abraham non separasse in Deo à misericordia, quam implorabat, judicium, quod mitiùs esse optabat. Aliam rationem mysticam Pererius *p* noster affert, post Thomam Anglicum *q*, quem Aquinatem aliqui volunt esse. Philo *r* considerans cum judicio & justitia Dei punientis diluvio mundum, ejusdem misericordiam retervantis Noe cum suis, confirmat præsenti testimonio, & subjicit, quod si Deus mortalem judicaret hominem, atrum ferret calculum, cum nemo à nativitate ad obitum usq; sine lapsu recurrat vitæ spatium, sed aliquando sponte cadat, aliquando fallente vestigio. Adhibet præterea locum ex psalmo 74. *de calice, quia plenus est mixto*: Deum temperare nobis attributa sua, & capacitate naturæ, quia sincera, pura, & ut in ipso sunt non possemus excipere, sicut meram solis flammam nequimus intueri. Faustus *t* Episcopus hinc refellit dicentes, quod Deus misericors est in eos, quos acquirit, in illos justus, quos reliquit; esse namq; misericordem etiam circa malos, & circa bonos, justum, geminumq; hoc in operibus bonum inseparabili consertum amplexu. Nam misericors est, inquit, in perditos quos inquirit, & invitat errantes, qui diu sustinet delinquentes & de neglecta perditave misericordia judicat: justus, & circa eos quos suscipit revertentes, non deserit laborantes, dignos efficit libertate fideliter servientes. Adde quos præmiat pro meritis, & quibus *coronam reddit justus Judex u*. Legendus Clemens *x* Alex. quo pacto Deus ut pedagogus benefaciat, puniat-

a Joan. 3. 18
b Serm. de hoc psalm. Zeno ambiguis & lubricis tantum Christianis paratum esse judicium voluit.
c vers. 5.
d Posse vi.
e in Ose. c. 2
f Ose. 2. 19
g ps. 74. 9
h hom. ult. in Ezechielem.
i Ser. 6. in can.
k Luc. 7. 38
l can. 5. 15
m ps. 146. 11
n lib. 6. in
o Gen. 18. 24 & ser.
Ratio mystica.
p in Ge. c. 18 num. 67. & seq.
q ibidem.
r lib. quod Deus immutabilis.
s vers. 9.
t de gra. & lib. arb. c. 4.
u 2. Timoth. 4. 8
x 1. Paæg. c. 9

Aque. Prosper in commentario ait quod ad resolvendas universas quæstiones quas contra providentiam Dei exercere audet mundi hujus stulta sapientia, invictissima hìc ratio continetur, per quam intelligitur inter præsentis vitæ inæqualitates, nec à justitia Dei abesse, misericordiam, nec à misericordia abesse justitiam, donec peractis temporibus, peracto judicio fiant utraq; perpetua; cum pro qualitate gestorum, dextros gloria, sinistros pœna iusceperit. Fulgentius *y* cantare scribit Ecclesiam Deo misericordiam & judicium, quoniam illius hoc opus est, in homine ut occulto voluntatis suæ, non tamen injusto consilio aut gratuitam misericordiam præroget misero, aut debitam justitiam rependat injusto, immò aut misericorditer debitori donet, quod si vellet justè posset exigere, aut justè cum usuris quod suum est exigat *z*, & iniquo debitore quod debetur iniquitatibus reddat: ac sic aut illum prorsus indignum misericordia præveniat, aut illum ira dignum inveniat.

Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine.) Judicium Apollinarius *pœnam*, exposuit, ponens *πουνιο* pro *κρίσιν*, sed latius patet *judicium*, quam *punitiva*, seu *vindicativa justitia*, ut constat ex dictis. Videntur Massoretæ duas ultimas voces rejicere in sequentem, hoc pacto, (*tibi Domine psallam.*) Id Hebraizantes quoque faciunt, & ita fieri debere Cajetanus monet: Cassiodor. vero etiam legit ac exponit, dicens *Domino psallere*, qui bonis factis suis eũ placare contendit: ipsa enim est, inquit, suavissima virtus harmoniæ, quando vox cognoscitur operibus consonare. Nam si hæ duę res discrepabili sibi varietate dissentiunt, nequaquam possunt psalmodiæ temperatam efficere cantilenam; nec ad aures Domini venit, quod se mutua contrarietate confundit, sic ille. Paraphrastes ita enarrat (*si misericordiam tu rependis mecum, si judicium mecum facis, pro omnibus hymnos dicam coram te, & psallam*) quia hic præponitur *misericordia* judicio. Nazianzenus *a* collegit peculiari ratione diligi magis illam à Deo.

Psallam.) Jam dixi hoc verbum à nonnullis jungi prioribus. Ad sensum non refert, utro hæc legantur modo, & nectantur; aut etiam si legatur hoc seorsim, neque cum iis quæ sunt in sequenti versu; vel supplendo conjunctionem (*&,*) *cantabo tibi Domine, psallam*, hoc est, *& psallam*: vel *cantabo tibi Domine, psallam*. Quid vero sit *cantare*, & *psallere*, non debet repeti. Simmachus transfert *μελῶ ὑμνῶ canam*. Ivo Carnotensis *b* Cantuariensi Episcopo pallium petens absenti mitti à Paschali PP. II. Præfatur non esse in decens sedi Apostolicæ *cantare Deo misericordiam & judicium*; judicium sine ulla disceptatione debere omnem Judicem: de misericordia vero deliberandum esse utrum expediat, an non expediat.

y 1. ad Mynic. c. 7
z Luc. 19. 23
a Orat. 16
Misericordia magis à Deo diligitur quam judicium.
b Epist. 252. Judicium deber omnia judex de misericordia deliberandũ an expediat.

Vers. 2.) Et intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Sensus loci.

DEscendit ad magis particularia vitæ studiosę, officia, quorum in misericordia & judicio summa continebatur. Ait ut cantare ac psallere de his pro dignitate possit, quia non est peccatoris enarrare laudes Dei *c*, nec *laus speciosa est in ore peccatoris*, velle se discere, atq; apud ipsum solerter prudenterq; dispicere, ac alios docere, quibus in rebus consistat vita irreprehensibilis. Sed quoniam res hæc ardua est, inserit orationem per modum interrogationis, taciteq; expostulationis, huc referri, ac tendere psalmos & cantica significans, ut adesse dignetur auxilio suo Deus, conatusq; ipsius promovere præsentia lucis sapientiæ in mente, & in voluntate, flamma charitatis; nec diutius differat. Tunc orditur narrare quam tenuerit, deinceptq; tenere velit vivendi rationem immaculatam; ut suo discant ceteri exemplo piè, justè, sobriè vivere. Studui inquit, semperq; studebo, in primis inter domesticos conversari apertè, candidè, sincerè, simpliciter, innocenter, ut nihil esset, fitq; in postremum, quod assidui actionũ meatum inspectores observare ad reprehendendum; nihil quod jure damnare valerent aut valeant. Curavi etiam, & curabo, ut tamquam in medio filiorum pater, pastor in medio ovium, in medio servorum dominus, magister in medio discipulorum singulis prodessem: atq; prospicerẽ, seu prosim prospiciamq; exemplo, verbo, auxilio, ne quid ab illis desiderari meritò in me posset, positivè, nec inipsis à me: ut innocentiã pro suo utriq; munere servaremus, atq; serve-

c ps. 49. 16
d Eccl. 15. 9

ervemus: ut nostro singuli officio fungeremur vel fungamur: ut nullum, quod ad ejus fieri posset, aut possit, alicujus certè momenti malum ferem, feramq; residere, vel in me vel in illis, atque quantum liceret, licebitque, diligenter præverterem ac impedirem, seu prævertam & impediam. Peccavit David adulterio *a*, homicidioque, ambitione quoque nonnulla in recensendo populo *b*. Hæc & sequentia pronuntiat de se pro eo statu ac tempore, quo nullius conscius criminis sibi erat, vel se ipsum potius admonet, qualis esse debeat, quam prædicit se talem. Quamquam justas esse constat causas, propter quas laudare se ipsum quis queat, ut proprio Plutarchus opere demonstravit, & nos alibi; & annotat hoc loco Rickelius, allatis exemplis Job *c*, Tobiæ *d*, Jeremiæ *e*, Pauli *f*, si desit caussa, laudari debemus ore labiisq; alterius, non *g* nostris sic tamen vivere nos oportet, ut opera nostra videntes, *glorificent communem Patrem, qui in cœlis h est*, & *profectus noster manifestus sit omnibus* i: & *ex bonis operibus nos considerantes, nostramque conversationem bonam, glorificent Deum in die visitationis*, etiam detractores *k*.

a 2. Reg. 11 seq. b c. 24. 2. & & seq.

c c. 27. 6 d c. 12. 7. c 13. 1. & seq. e c. 15. 10. c 18. 20 f 2. Cor. 2. 1 & seq. g 1. Tim. 17. 17.

sta vivere debemus ut opera nostra videntes glorificent Deum patrem. h Matt. 5. 16 i 1. Tim. 4. 15 k 1. Per 2. 12

Et intelligam.) Hieron. absque conjunctione, qua textus Hebræus caret *erudiar*. Alii, *prudenter agam, meger am, me habebo, attentus ero*, nempè ut: quod sequitus, integrè vivam, &c. vel, *intelligere faciam, erudiam, intellectum dabo*, nimirum aliis de vita immaculata. Significat hæc omnia אשכיל *aschil*. Ultimi exemplum est in psalmo 31. *I intellectum tibi dabo* συνιῶ σε אשכילך *aschilecha* ex Hieron. *docebo te*, Aquila ἐπιστημώσω σε *scire te faciam*: quasi dicas *scientiabo te*. Vertit hoc loco Symmachus ἐννοήσω, jungens sequentibus in accusativo, ὁδὸν ἄμωμον. Jungendo *psallendi* verbum ex priore membro, cum verbo *intelligendi*; *psallere*, & *intelligere* idem erit, quod *psallere sapienter* m, & *intelligenter*, seu *erudite*, ut Hieronymus reddit: Græcè συνετῶς, Hebraicè תמים *maschil*: quod etiam in aliquot psalmorum titulis poni vidimus. Exponit hoc loco creditus Hieronymus *psallere*, & *intelligere* illum qui intelligit quod psallit, & sensus ipsius contemplatur psalmum, ut non vagetur ejus mens foras, & corpore quidem videatur psallere, mens autem sine fructu sit *n*. Cassianus *o* hinc probat quod non à meditatione legis intelligentiam, sed de fructu operis acquirant, & nõ hoc tantum, sed illud canunt *p*, *à mandantis tuis intellexi*: & exactis passionibus universis fiducialiter dicunt *psallam & intelligam in via immaculata*: quia ille psallens intelligit, quæ canũtur, qui in via immaculata gressu puri cordis innititur. Plures nectunt, & *intelligam*, cum sequentibus. Paraphrastes utens eodem pene verbo Hebræe exponitur ab interprete *faciam te intelligere*: sed Nebiensis textus Chaldæus inducit dialogismum; *dixit Deus: faciam te intelligere viam perfectam quando venies ad me*: tùm verò dixit David, *Ambulabo in perfectione cordis mei*, &c. Si perpetuo loquitur David, sensus erit *faciam te intelligere ò Deus viam perfectam quando veniens ad me*, ideſt, cantabo & psallam sapienter & perfectè, quando tuæ mę gratiæ favore præsentiaque juveris, &c.

m Ps. 46. 8

n 1. Cor. 4. 14 o collat. 14. c. 9 p Ps. 118. 10

In via immaculata.) Hieron. *in via perfecta*. Intelligere in via immaculata & perfecta, seu in via perfectionis & simplicitatis, integritatis, vel perfectionum, vel perfectorum, simplicium, &c. תמים *thamim*, idem esse quod *intelligere viam perfectam & irreprehensibilem*, retuli prius ex Symmacho, qui vertit ἐννοήσω ὁδὸν ἄμωμον. Sensus est, intelligam, intendam, animum applicabo, ut hactenus feci, ad innocentiam, integritatem, perfectionem morum. Hos alibi *q* beatos canit, qui *sint immaculati in via*, seu *immaculati via*, ideſt, simplices, perfecti, integri, irreprehensibiles ἄμωμοι, Hebraismus est *intelligere in aliquo*, pro *intelligere aliquid*, ut psalm. 72. *r intelligam in novissimis eorum*; Ecclesiastici 14. * *in abscondis suis intelligens*. Confert ad viam vitamque immaculatam, si psallas, & intelligas, si oratione vaces vocali, & meditationi, si psalmo externo adhibeas mentis attentionem, *ut ores ac psallas spiritu, & mentes* s. Convenit id etiam prædicatori, ut Hugoni videtur: quem oportet psallere orando, *intelligere in via immaculata* quæ plus prosunt quam studium litterarum. Hoc est à mandatis Dei intelligere, propterea q; *odisse omnem viam iniquitatis* t. Applicat & ad Christum, qui psallebat in cruce, & *intelligebat in via immaculata & erudiebatur*, ut vertit Hieron., *innocens flagellis, discens ex his, quæ patiebatur obedientiam* u. Nec improbabile est, hæc verba, *in (via immaculata)* includenda esse parenthesi, ut pendeat oratio, & sit sensus: hæc, quæ sum dicturus & decantaturus, intelligere valebo, quando

q Ps. 118. 1

r vers. 17 * vers. 23 Confert ad viam immaculatam si psallamus & intelligamus.

s 1. Cor. 14. 15

t Ps. 118. 104

u Heb. 5. 8

venies ad me, ideſt, quum per spiritũ tuum ad me venies, & docebis quod cum fructu non obtinebo, nisi fuero in via immaculata, liber à culpa vel per primam innocentiã vel per pœnitentiam recuperatam denuo innocentiam.

Quando venies ad me.) Aut absolutè, aut interrogativè, seu optativè legi potest. Primo modo ait quod intelliget, quando veniet Deus, psallet verò, atq; cantabit, quoniam hæc facere ut oportet, ex ipsius dono est. Vel quod attentè observabit adventum Domini per inspirationes, tempore mortis & judicii, ut sit semper paratus, *stansq; super custodiam* x. Secundo modo exprimit desiderium hujus doni. Notam interrogationis Rickelius appingit simul explicans de futuræ vitæ desiderio: favetq; Greg. *y*, eadem ratione hoc declarãs atq; illud, *sitivit anima mea ad Deum* z: & *nunc dimittis servum tuum Domine* a. Particula מתי *mathai*, & πότε involvit interrogationem, ut aliàs notatũ est. Ita quoque Basilius & Theodoretus accipiunt, notantes magnam confidentiam ex puritate cordis natam. Adventum duplicem pollicitus est Christus tùm gratiæ, secundùm quam faciat hic quoq; cum Patre in justo mansionem *b*, tùm ut ad beatitudinem accipiat sive assumat, & ad seipsum, *iterum veniens* c. De adventu ad judicium Arnobius explicat, ut securus ad id veniat, qui hic vivens in quolibet homine indigente intellexerit Christum ipsũ nec ullum recusaverit. Hoc nimirum etiam est, *intelligendo d super egenum & pauperem, in die mala liberari à Domino*. Chrysostomi expositio comprehendere potest præcedentes, præsertim quam Basilius atque Theodoretus perstrinxerunt. Animi mei vasculum præparavi, ait ille, sic quemquam loquentem faciens, offendiculum omne projeci, quo nihil relinquerem, quod præsentiæ tuæ impedimentum afferret, rectum feci animæ meæ iter: cordis mei sensus absterſi: cogitationes meas ab omni labe repurgavi: jam ad excipiendam præsentiam tuam paratus sum: quando venies ad me? accede liberè, in me vitii viam minimè offendes. *Quando veniam*, dicebat idem noster Propheta *e*, & *apparebo ante faciem Domini? quando f consolaberis me*, & alius, *veni* g *Domine Jesu*. Job *h* negabat se *si veniret Deus visurum eum, nec si abiret intellecturum*. Quomodo igitur David intellecturum, quando veniet certitudo ex fide divina, de præsentia Dei per gratiam in me non requiritur, nec ordinarie habetur, sed ex peculiari revelatione; quamvis moraliter certi esse possimus per quædam signa, quæ non omnem penitus eximant dubitationem, sed nimis anxiam & molestam. Optativè & interrogativè hunc locum sumendo minor est cum alio loco Job comparari difficultas, vel si exponamus *intelligere* idem esse ac *expectare* ut Apoll. explanavit:

x Abac. 2

y hom. 18. in Ezech.

z Ps. 41. 3

a Luc. 2. 29

b Ioan. 14. 3

c ibid. v. 3

d Ps. 40. 1

e Ps. 41. 2

f Ps. 118. 82

g Apoc. ult. 21

h Job. 9. 10. Certitudo de præsentia Dei per gratiã non requiritur in me nec ordinariè habetur. Moraliter certi esse possumus per quędam signa quæ non omnem tollant dubitationem.

Δέγμεθ' ὅπποτε περὶ μοι ἀφίξαι ἀφθιτε ποιμήν.
Expedam quando utique mihi venias æterne pastor.

Maximè verò si sit expectatio de Dei, seu Christi adventu vel ad judicium universale. Alienior secundùm litterã expositio aliquorum, Davidem profiteri se interim, ac usque dum veniat Deus, ut ipsum in vita privata degentem regno præficiat quemadmodum promiserat, daturum operam integritati vitæ, vel interrogativè petere maturam regni possessionem, quia profugus agebat sub Saule, postea sub Absalon.

Parambulabam.) Hieron. & Rabini, ac Hebraizantes hoc & alia sequentia verba reddunt in futuro. Sed ut observat post R. Eliam, Genebrardus, imperfecta Latinorum & Græcorum repræsentantur Hebr. per futura, præterita quoq; intermiscendo, & in scripturis poeticis non raro ponuntur loco præteritorum futura: cujus rei exempla in hoc opere satis multa occurrerunt. Augustus, & Prosper cum vetere Psalterio, *deambulabam*.

In innocentia cordis mei.) Hieron. & Anacletus *i*, *in simplicitate*, & alii, *cum integritate*. Est idem nomen תם *tham* in singulari, pro quo priùs licèt esse in plurali, redditum est vocabulum *immaculata*, ut epithetum *viæ*, & de illo dictum satis sæpè, & de eo quod est *ambulare* k *in innocentia*, & *ingredi* l.

i epist. 1

k Ps. 81. 13 l Ps. 15. 1 1

In medio domus meæ.) Chaldaicè, *in medio domus doctrinæ meæ*. Videtur Paraphrastes innuere doctorem suo fungentem officio syncerè atq; fideliter: R. autem Kimhi exponere de strenuo patre familias, qui solicite, hucq; illucque obeat omnes domus partes. Exemplum affert Elisæi, qui suscitaturus puerum, postquam applicuisset se ipsum ad membra illius, deambulasse narratur in domo semel huc atque illuc *m*. *Perambulatio*, seu *deambulatio in medio domus in innocentia* hoc est, cum innocentia, integritate, perfectione, simplicitate, denotat solicitam

m 4. Reg. 4. 34

curam

curam domus: ut nihil ei desit, & in ea habitantibus, prout illis convenit, & absque acceptione personarum diligentem perlustrationem atque visitationem totius familiæ ac regni, pervigilem disquisitionem, tamquam rationem reddituri pro habitantibus in domo & universa ditione, qualem describit Sapiens *a* matrem familias fortē, inter alia, *de nocte etiam surgentem, & dat escam prædam, seu victum domesticis, & cibaria ancillis, atque vestitum duplicem, & considerantem semitas domus suæ*, ideſt, actiones ac mores domesticorum, *nec panem otiosè contendentem*, nec sinentem ut ipsi otio torpescentes, eumdem comodant. Tractat egregiè hunc locum Titelmanus de illis, qui præsunt, ut *præsint in solicitudine* b, & ut qui sunt Episcopi, juxta etymon vocabuli, quod suo convenit modo cuivis Prælato & Magistratui, superintendant, superconsiderēt supercontemplentur, supervigilent, *tamquam rationem reddituri pro animabus subditorum* c: ut perambulent in medio domus omnium curam agendo: ne quis vel de hac vel ex illa parte depereat: ut æque sint omnibus propinqui ac expositi, summis, infimis: *adversarium diabolum circuire* d, & *impios in circuitu ambulare* e, circum ambulare ut noceant, perdant, devorent: Episcopos ac Prælatos intra diœcesis ambitum perambulare debere, non vagari extra, nec intra illam obequitare, atque discurrere per campos & sylvas venationis & recreationis causſa, per aulas Principum, ambitionis gratia; per domos viduarum & aliarum personarū, ob turpe lucrum, quæstum ve: non esse illis domi otiosè desidendum, curando corpus proprium, & commodis immodicè vacando. Medium sæpè Christus locum tenebat, qui commodior est ad derivanda in alios exempla doctrinam beneficia. Formam gregis, typumque oportet esse ποιμένα λαῶν, & politicum, & Ecclesiasticum, pecorisque vultum agnoscere, & coram inspicere quo ad ejus fieri possit: qua de re aliàs disserui *f*. Scriptura non comparat Ecclesiam cum examine apum in quo tamen admirabilis quædam similitudo est respublicæ, quoniam & Regina dicitur, ceteris præesse, consistit semper in alveari, nec obit, aut visit subditas, quæ flores legunt, ac interdum dimicant. Providendum est magistratui, ut non tantùm foris & in publico, sed etiam in privata domo rectè se gerat. Nam ut annotat qui ab Agellio citatur Eusebius, pleriq; composito habitu sumtamque gravitatis persona, in publico modesti videntur ac probi, domi autem suos mores detegunt, seseq; improbos produnt. David autem *in innocentia cordis sui in medio domus suæ ambulare se* dicit, & cogitationes malas ex intimo corde prodeuntes non habuisse. Cassiodorus *perambulandi* verbo denotari vult vitam mundi non esse studio, sissime à Davide perquisitam, sed tamquam transitoriam decursam, ut scilicet innocentiam servaret per *innocentiā* intelligit gratissimam morum simplicitatem, quam columba, in qua Spiritus sanctus designatur, & agnus, oviſque, in qua Christus, denotatur. De Christo explicat Hugo perambulasse aut deambulasse in passione de flagellis ad illusiones, de illusionibus ad sputa, de sputis ad colaphos, de colaphis ad crucem, de cruce ad mortem: similem fuisse deambulationi Isaac *g* per puteum ad viam viventis & videntis; quia pervenimus per merita passionis Christi ad vitam æternam & visionem DEI: in innocentia cordis CHRISTUM perambulaviſſe, quia sine peccato passus: in domo sua quoniam plagatus in domo eorum qui diligebant, hoc est, diligere debebant eum *h*. Sequentia item ad eumdem Christū applicat, ut non proposuerit ante oculos suos rem injustam, quia vindictam noluit, sed pro crucifixoribus oravit; odio tamen prosequutus fuerit facientes tantā prævaricationem, in quantum talis, nec adhæserit ei cor parvum Judæ, huncque declinantem à se non cognoverit, ideſt, non approbaverit eumdem, quum detraxit secreto prodendo inimicis, persecutus sit, quando Auctorem proditionis indicavit per signum panis intincti: cum eodem, qui superbo erat oculo, quia non acquiescebat doctrinæ tanti magistri & insatiabili corde, propter avaritiam non comederit, quoniā non se illi familiarem & consentientem exhibebat, quamvis toleraret, sed oculos benignos converterit ad fideles terræ, alios discipulos electos de terra Israel, ut quum ipso sederent tunc & antea, & deinceps post resurrectionem, ac demum in regno Dei: & hos ipsos quia immaculati & mundi erant, habuerit perpetuos ministros: Judam vero, qui superbiam fecit contra Dominum suum, rejecerit ex Ecclesia militante, nec habitare permiserit, ac intrare in domum cœlestem: quia ob verba iniqua prodi-

a Prov. 31. 15. 21

b Rom. 12. 8

c Heb. 13. 17

d 1. Pet. 5. 8

e Ps. 11. ult.

Episcopis deambulatio extra diœcesim & venatio prohibetur.

f Mānum 15 36

Ecclesia in scriptura numquam cum examine apum comparatur & quare. Magistratus etiam in privata domo rectè se gerere debet.

g Gen. 24. 62

h Zach. 13. 6

A tionis non erat directus in conspectu oculorum, nec placebat oculis Christi: tandem idem Christus in matutino resurrectionis generalis interfecturus sit æternæ damnationis morte omnes peccatores terræ, ut de civitate Domini, ac beatorum disperdantur. Eumdem solum Christū constat, quod attinet ad verba, quæ sunt præ manibus, solùm perambulasse in innocentia cordis sui in medio domus suæ, quia liber ab omni penitus peccato, nec ullum cōtrahere, aut committere valens, pertransit benefaciendo; neque ulli nocuit seu miserum faciendo, seu miserum derelinquendo, quas tres Augustt. innocentiæ considerat partes, respectu nimirum sui, & comparatione aliorum: Unde numquā legitur Christus cuipiam nocuisse in corpore, sicut Elias *i*, Elisæus *k*, Petrus *l*; sed aut bestiis *m*, aut plantis *n* tantùm, ut Chrysostomus *o* observavit. Imitanda nobis innocentia ista, & procuranda, non exteriùs tantùm, sed interiùs quoque, ac in corde medio; domus animæ nostræ, quod est cor, de quo alioqui necesse est exire cogitationes & opera *p* mala, ut idem Chrysost. hoc loco & Augustt. accuratè perpendunt, reginam omnium B virtutum nominantes innocentiam, totamque justitiam ad unum verbum *innocentiæ* redigentes. *Neminem à se læsum* fidenter scribebat Paulus *q*, *vel correptum, nec se aliquando in sermone adulationis fuisse; nullius, argentum & aurum, aut vestem concupivisse* r, qua in re Samuelis exemplum secutus est. Subtiliter præterea negat Augustt. deambulare peccatorem, quia arcta omnis malitia, sola innocentia lata est: qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non posse, sed foras exire, à se ipso animi intentione de his quæ foris sunt circa corpus delectari, quietū in nugis, in spectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quærere, foris sibi velle benè esse, quia non est illi intus benè, unde gaudeat in conscientia sua: ideò curatum Paralyticū tollere grabatum, & ire in domum suā, ideſt, regere corpus, & intrare in conscienciam suam: ubi latam inveniat viam ad deambulandum, & læte psallendum atque intelligendum, & dilatato corde currendum per viam mandatorum Dei, quam habet in corde. Ipsemet Deus inhabitat in justo & ambulat *r* in eo, ut observat Bernardus *u*, prædicans illius animæ latitudinem, & C meritorum prærogativam, quæ divinam in se præsentiā, & digna invenitur suscipere, & sufficiens capere: & cui suppetūt spatia & deambulatoria ad opus majestatis. Docet verò dilatari animam istam, & crescere dilectione, sive charitate, in templum sanctum in Domino, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & in amplitudinem cœli, ubi summus, immensus, gloriosus DEUS non modo dignanter, ambulet, sed & spatiosè deambulet. Adde incipere debere judicium à domo *x* DEI, à conscientia nostra, à domesticis fidei *y* nostræ commissis; ut *comedat nos zelus domus Dei* z, & nostrę propter DEUM. Theodahadus Rex per litteras Theodosio homini suo significavit, placere sibi à domesticis inchoari disciplinam ut reliquos, inquiens, pudeat errare, quādo nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere *a*. Requirit Apostolus *b* in eligendo Episcopo, ut sit domui suæ benè præpositus, quoniam *si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* & *si quis suorum*, & maximè domesticorum, *curam non habet, fidem non habet, & est infideli deterior* c. Bernardus *d* optimè præcipit res temporales Prælatus ut per alium dispenset: de disciplina ipsemet provideat, illud nemini credat. Legendus per otium.

Numquam legitur Christus cuiquā in corpore nocuisse,

i 4. Reg. 1. 10 12.

k cap. 2. 24

l Act. 5. 10

m Matt. 8. 32

n cap. 21. 19

o hom. 68. in Matt.

p Matt. 15. 19

Innocentia omniū virtutum regina.

q 2. Cor. 7. 2

r Act. 20. 33

s 1. Reg. 12. 3

Qui non habet quietū cor, habitare libenter in corde suo non potest.

t 2. Cor. 6. 16

u serm. 27. in Cant.

x 1. Pet. 4. 7

y 1. Tim. 5. 8 Galat. 6. 10

z Ps. 68

A domesticis inchoanda disciplina.

a Cassiod. lib. 10. variar. ep. 5

b 1. Tim. 3. 4

c c. 58

d d. de consid.

Vers. 3.) Non proponebam ante oculos meos rem injustam, facientes prævaricationes odivi. Non adhæsit mihi.

NOn tantùm se dicit sectatum viam immaculatam, atque innocentiam, sed alienum quoque fuisse, & cavisse injustitiā tantopere, ut nec ad cogitationem quidem illam admitteret; nempè ut cuipiam dolo, fraude ve noceret, vel ut impiè aliquid atque superstitiosè ageret: vel ut ipso conscio & cernente, auderet quispiam quidpiam mali facere; quin potiùs odio prosequutum omnes prævaricatores legis, potissimum illius, quæ est de religione, ac verò cultu Dei.

Sensus loci.

Non proponebam ante oculos meos rem injustam.) Hieronymus, & Anacletus *d*, *non proponam*, vel *ponam coram oculis meis verbum Belial*, Oresiesis *e*, *non proposui ante oculos meos rem iniquam*. Alii, *rem impiam*, *perversam*,

e epist. 2

f de institutione Monast.

sam, iniquam, calumnioſum conſilium, verbum iniquitatis. A Non proponere antè oculos, & coram oculis tùm externis tùm internis rem injuſtum, eſt illam negligere & abominari, non aſpicere illam in corde ſuo *a*, non meditari in cubili *b*, paciſci quodammodo cum ipſis oculis, ne de ea cogitent: ſicut Job quum ſuis paciſcebatur, *ne cogitarent quidem de virgine* c, *offenſionem oculorum abjicere* d, *non ſequi cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes* e, *non videre mulierem ad concupiſcendum* f, non attendere *ad concupiſcentiam oculorum* g, nec ſinere ut *inſaniat ſuper te concupiſcentia hæc oculorum* h. Seneca *i* innocentiam cordis, de qua priore diximus verſu, tribuit cæcitati, *oculos perdidi*, ait ille, *Quam multis cupiditatibus via inciſa eſt? quam multis rebus carebis, quas ne videres, vel eruendi erant? non intelligas partem innocentiæ eſſe, cæcitatem.* Huic oculi adulterium monſtrant: huic inceſtum: huic domũ, quam concupiſcat: huic urbem & mala omnia. Verè irritamenta ſunt vitiorum, duceſque ſcelerum. *Peccatum habere contraſe ſemper* k, ut doleas, bonum eſt; at non ut eo delecteris, & repetere velis. Senſus item poteſt eſſe, quod etiamſi videret mala exempla, non ea propoſuerit ſibi ad imitan- B dum, quantũvis proſperè cederent cuncta mala operantibus, quod grati oculi ipſius injuſti non fuerint, & filii Belial operantes verbum, & rem Belial injuſtam vel impiam, quod hoc loco dicitur דבר בליעל *devar beliiahhal* Dixi aliàs de hoc nomine, *verbumq;* ſive *res: Belial* uſurpari ſolet pro peſſimo ac impiiſſimo homine, quo utatur Diabolus tamquam inſtrumento & miniſtro, quemq; rectè ex legem & ſine jugo, aut prorſus inutilem, ſi de utilitate agatur, quæ ſit virtuti conjuncta. Chaldaicè vocatur *res* ſeu *verbum impium*: in vetere Romano: Pſalt. & apud Auguſt. Caſſiod. Proſperum, *res mala*. Agellius memoriæ lapſu dixit *rem injuſtam*. iiſdem hic verbis dici, quibus in pſ. 51. *l verba præcipitationis*. Ibi eſt בלע *balahh* non ביל *beliiahhal*. Ante quoque monui, licet oculis David peccaverit, de ipſo nihilominus vel poſt pœnitentiam loqui, vel ſecundùm id quod facere ipſum oportebat.

Facientes prævaricationes odivi.) Hieron. *faci ntes declinationes, aut volutiones*, Oreſieſis *m*, *facientes iniquitatem odio habui*. Alii, *opus declinantium*, vel *facere declinationes*, vel *facere declinantium*. Legit Hieron. participium C עשה *hhoſeh*; quum ſit infinitivus עשה, *hhaſeh*, & 70. ſingulare collectivè acceperunt vel interpretati ſunt infinitivum per participium. Alii, per *opus* vox סטים *ſetim* à סטה *ſatah*, vel שטה quod eodem modo profertur, vel à שוט *ſut*, & ſignificat *declinare, divertere, deflectere*: Eſt nomen loco participii, quod valet *declinantes, divertentes, deflectentes à via recta, à viis Dei, à cultus ejus*, denique *impios & idololatras*. Dicitur etiam eſſe nomen שטה *ſeteh declinatio, deflexio, diverſio*. Lege pſalmum 39. *n*, & Oſeæ c. 5. *o*. Priore loco redditur per *μανίας*. & *inſanias*, à Hieronymo per *pompas*: in poſteriore per verbum *declinandi*. Sunt in hoc noſtro loco *παραβάσεις prætergreſſiones* à ratione, à jure, ab æquo & juſto: declaratq; Apoll. qui eas faciunt *ἀλλοπροσόπους ὑβρεις πόρους nocentes injurios*. Principis eſt odiſſe, ac punire injuriam proximo factam, Deoque potiſſimum, & quantum in ſe eſt, unicam in republica tueri religionem veram, alienam execrari & extirpare. Ideò mala omnia rebus humanis quotidie ingraveſcere ſcribit Lactantius *p*, quia Deus mundi hujus effector & gubernator derelictus eſt: quia ſuſceptæ ſunt contra quam fas ſit D impiæ religiones. Non dubitaverunt ſacris imperia ſervire, ait Valerius *q*, ita ſe rerum humanarum futura regimen exiſtimantia, ſi divinæ potentiæ benè, atq; conſtanter eſſent famulata. Citiùs urbem ſine ſolo aſſerit Plutarchus *r*, quam ſine opinione de iis (de Deo) rempublicam vel conſtitui, vel conſtitutam conſervari; vocatq; religionem *συνεκτικὴν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα, vinculum omnis ſocietatis, & legislationis firmamentum*. Hæreticos ſi fieri poſſit ad officium compelli, non illiei dignum Tertullianus *ſ* ducit: durìtiam vincendam, non evadendam hæreſim, ideſt, rationibus docendos hæreticos in errore plerumq; obduratos. Multis, ait Auguſt. *t*, profuit priùs timore, vel dolore cogi, ut poſſent poſtea doceri. In Concilio Toletano ſexto cautum, ne quis ante regni ſortiretur apicem, regiamve conſcenderet ledem, quam ſe pollicerètur non futurum degere in regno ſuo eum, qui non eſſet Catholicus: ſi verò poſtquam ad regni gubernacula acceſſiſſet, hujus ipſe temerator exiſteret promiſſis, anathema eſſet, maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulũ efficeretur ignis æterni. Juſtis deinde tamen de cauſſis Hiſpaniæ Reges Clemens VII. abſolvit à juramento, ne Mauros ſive Moriſcos expellerent, litteris ad Carolum V. datis anno 1524. Sed tamen hoc anno 1610. eorumdem Moriſcorum, ut vocant, proditione in Regem, Eccleſiamque deprehenſa, ſecutus Ferdinandi Catholici exemplum Catholicus Philippus III. univerſa pepulit Hiſpania: quod fieri oportere tanto ante docuerat Turreciemata *u*. Sed ad rem noſtram ut redeamus, diſtinguit Hugo multiplicem *prævaricationem*: quia numero plurali *prævaricationes* hic exprimuntur, nimirum legis naturalis, Moſaicæ, Evãgelicæ, humanæ. Ponit præterea, *prævaricationem* legis Angelicæ, Diabolicæ, & diſciplinæ. Per *prævaricationem* legis juſtæ inhonoratur Deus *x*, taliſque prævaricator legis odio habendus, & abominandus ei, qui legem diligit *y*, & à Dei mandatis intelligit *z*, oddiſſe oportet quæ ſæculi ſunt, ne ſecuris affectibus, inquit Ambr. *a*, & otioſis, blanda conciliatricula voluptatis irrepat illecebra. Hoc ipſum aliàs monui, deque odio pio & juſto egi, atque de vitando malorum conſortio; quod hic admonet Chryſoſtomus, diſtinguens inter prævaricantes legem & violantes Domini ſalutarem confeſſionem. Talĩ etiam occurſum ille vitandum dicit, ac ne pro hominibus quidem agnoſcendos, qui dæmonibus ſe ipſos dediderunt, atque inanimatis lapidibus, & lignis vitam ſuam conſecrarunt imitandum Prophetam, qui *eos, quiederunt Deum oderat, & ſuper inimicos ejus tabeſcebat, & perfecto odio oderat illos, & inimicos ſibi faciebat* b.

Non adhæſit mihi.) De his verbis verſu ſequenti, quibus aptius nectuntur.

Verſ. 4.) Non adhæſit mihi cor pravum, & declinantem à me malignum non cognoſcebam.

ODium illud ſuum ſanctum contra legis prævaricatores magis declarat. Nam ſicut priore verſu dicebat, ſe *non propoſuiſſe ante oculos ſuos rem iniquam*, ut videlicet cogitaret quidem, vel fixus in ea cogitatione hæreret & præterea odio prævaricatores proſecutum; ita nunc ait non permiſiſſe, ut in voluntate adhæreſceret affectus ullus pravus. Vel negat ferrè voluiſſe, ut pravi cordis homo familiariter ſecum verſaretur, ſed malignos, qui vitæ improbæ diſſimilitudine diſtrabant ab ipſo plurimũ, ipſius reverentia & metu, fuga ſibi conſuluiſſe: & quod eos non cognoverit, ita nimirum ut mores etiã approbaret, inter notos amicoſq; cenſeret, communem quum ipſis aliquid haberet. Præterea ſignificat à ſe illos adeo neglectos, ut preſentes ne, an abſentes eſſent, ignoraret *c*: non etiam curaſſe ſi quis etiam de familiaribus aſſuetus vitiis, abipſius abſiſtere conſuetudine voluiſſet: nec ſeceſſionem eſſe putaſſe, quod diſcederet *διὰ τὸ χωρισμὸν ὑποβολὴν τῆς τοῦ πλησίον χώρας*. *d*

Myſticè de Diabolo mala ſuggerente alii *e* declarant; quatenus qui ei non dat acceſſum & locum, nec etiam cognoſcit utrum recedat. Nam qui nihil iniquum in corde admittit, ac tortuoſum, quamvis in commodis ſexcentis prematur & urgeatur ſiniſtris atque calamitoſis caſibus, aut non offenditur improborum proſperitate hoſte in cor aſcendente: neſcit, inquit Chryſoſt. quando acceſſerit, vel quando receſſerit, quoniam in illo improbitas umbræ inſtar præteriẽs, ſeſe ſubducit; nullumq; detrimentũ efficit.

Non adhæret mihi.) In Biblica diſtinctione junguntur iſta verſui præcedenti; ſed non ſatis commodè. Quis enim ſenſus, *facientes prævaricationes odivi, non adhæſit mihi*, dices, *non adhæſit mihi* ullus eorum, quod Paraph. numero multitudinis vertit, *non adhærebunt mihi*, vel *non adhæſit mihi*, ideſt, non placuit, non ſedit animo meo facere prævaricationes, & ea, quæ priùs dixi. At quem habebit ſenſum quod ſequitur, *cor pravum declinantem à me malignum &c.* nullũ profecto. Cohæret ſenſus in translatione Hier. cum dicta diſtinctione. *Facientes declinationes odivi, nec adhæſit mihi.* Quum verò *cor pravum recedet à me, malum neſciam*. Simili ferè modo convertunt alii Hebraizantes.

Non adhæſit mihi cor pravum.) Vel cor cogitationem propriã ſuam intelligit, ſeu affectum, & appetitionem, vel alterius: quem admodum dicebamus de re injuſta. Sic Græcus quædam inquit, *καρδία σκαμβὴ, τραπέτω ἀνδρωπος σκαμβὸν ἐκ νεότητος καρδία*, cor pravum, ideſt, *homo pravum habens cor*. Ex corde recto, de quo dictum eſt aliquoties, intelligi poteſt, quid ſit *cor pravum*. Eſt enim, inbuit Auguſtinus, tortum & non rectum, oppoſitum recto: quod omnia quæ vult Deus, ipſum vult; quemadmodum Chriſtus

a Pſ. 35. 18
b Iſ. 35. 5
c Job. 31. 1
d Eccl. 30. 7
e Num. 15. 39.
f Matt. 5. 28
g 1. Joan. 2. 16
h Ez. 23. 16
id. remediis ſuperbiæ
i Senec. epiſt. 50 quem etiam lege ep. 48. & 3. cont. Creſc. c. 33. 34. 35. l. 2. con. Gaud. c. 92 item. Leon. ep. 93
k Pſ. 50. 5
l verſ. 6
m Lact. inſtit. divin. l. 2. c. 1
n verſ. 5
o verſ. 2
Principis eſt odiſſe ac punire injuriam.
p lib. 5. c. 8
q lib. 1. c. 1
r contra Coloten.
ſ cont. Gnoſt. c. 2 Prodeſt hæreticos timore vel dolore cogi ut poſtea poſſint doceri.
t epiſt. 50 quem etiam lege ep. 48. & 3. cont. Creſc. c. 33. 34. 35. l. 2. con. Gaud. c. 92 item. Leon. ep. 93
u lib. 9. 8. cap. diſpat.
x Rom. 2. 23
y Pſ. 118. 63
z ibid. 104
a in pſ. 118 concio 13
b Pſ. 138. 22. 23

Senſus loci.
c Athan. apud Agell.
d Theod. aut Baſil. Senſus myſticus.
e Chryſoſt. Euthym. Niceph.
Quid ſit cor pravum.

stus orans,& mortem deprecans,dicebat Patri,*verumtamen a non sicut ego volo sed sicut tu*. Deniq; hortatur,ut si quem talem viderimus pravo corde,corripiamus,arguamus,corrigamus: & si non possumus corripere,aut corrigere,nolumus consentire ut possimus dicere, *non adhæsit nobis cor pravum*.Pravum cor præterea significat non sincerum,non apertum,non candidum,non simplex, non fidele; sed perfidum, duplex, fraudulentum, tectum malignum.Frequentat hoc epithetum *cordis pravi* scriptura *b*, docetq; qui *pravo est corde,machinari malum,& omni tempore jurgia seminare* c: *abominabile Domino esse cor pravum & voluntatem ejus in iis,qui simpliciter ambulant* d: *cor ingrediens duas vias non habiturum successus,& pravum corde in illis scandalizatum ire*, hoc est impedimenta passurũ; *cor pravum daturum tristitiam & hominem peritum restiturum* f *illi: pravum cor & inscrutabile à Deo solo cognosci* g, quia nempe non se prodit aliis, sed instar illius belluæ, videtur *scutis constare fusilibus, esseque compactum squamis sese prementibus,quarum una uni conjungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas, & una alteri adhæret, & tenentes se nequaquam separantur* h. Vocatur notatis locis Græcè καρδία δισπραμένη, σφαλὴ βαδέλα. Hebraicè אקב *hhakou i vafrum fallax,supplantativum*,inde namque Jacob.Item cor תהפכות *K thahpuccoth perversitatum* præterea cor עקש * *hhikkesec pravorum*. Hoc loco Apollinarius vocat ἀλοπρόπλον μῦθον *callidum consilium*: & *adhærere* declarat *placere*: δέποτ' ἀλοπρόπλῳ ἐμοὶ παρῳ ἤνδανε μῦθος, *numquam callidum mihi antea placuit consilium*. Difficilè, ac penè fieri non potest, quin cor aliqua sorde aspergatur, vel scaturiente intus occasione, vel immissa de foris: viriliter standum,ut præcipit Cyprianus,aliusve de cardinalibus Christi operibus actor *l*, & rationis auctoritate increpandi sunt titillatorii sensus,& summopere ad vigilandum, ne sequatur assensus vel affectus. Tùm subjicit rem esse sanè maximam, si non egrediatur foras hujus contagio corruptelæ, & insaniens bestia corrupti anthelitus catenis feracis in ultimis animæ recessibus alligetur, intusq; fractis dentibus semetipsũ concupiscentia captiva corrodat. Pravum cor à natura post peccatum corrupta habemus *m*, nec est qui dicere possit, mundum *n* (omnino) est cor meum,nostrum est curare, cum Dei gratia,ne adhæreat nobis cor istud pravum,ac immundũ pravitatem quum in corde subinde commovetur, cohibere,atq; constringere,nec graviter saltem contaminet. Cavendum,ne *sequatur oculos nostros cor nostrum, nec manibus adhæreat macula* o. Si *adhærere Deo bonum* judicaverimus p,& *anima nostra post eum adhæserit* q, cui *sedes iniquitatis non adhæret* r, & *adhæserimus testimoniis illius, innocentes & recti adhærebunt nobis* t: atq; vicissim nocentes & pravos nobis adhærere non patiemur neq; timebimus, *adhærentes Domino, ne separatione nos dividat ille à populo suo* u, idest, *à generatione rectorum,qua benedicetur* x. Lege quæ dixi ad ea verba psalmi 77. *y generatio prava & exasperans generatio, qua non direxit cum Deo cor suum*.

Declinantem à me malignum non cognoscebam.) Hieron. aliter dispungens,ut antea retuli,*cor pravum recedet à me malum nesciam*, alii optativè, *cor nequitiosi*, seu *mens abhorreat à me,hoc solum ignorem quod malum est*, vel, *qui animum suum studio depravat, is procul recedere cogetur à me: virum sceleratam inter amicos, & notos habiturus non sum*. Cajetanus de Davide sic explicat,ut dicat, licèt habuerit aliquando cor non rectum in adulterio Bethsabeæ, & homicidio Uriæ, non tamen hujusmodi cor perseveraturum cum ipso, sed recessurum: malum porrò scitum non dissimulaturum, quasi ipso nesciente fiat, vel approbet. Lyranus quoniam nec pepercit affinibus, sed jussit Joab etiam occidi. In Psalt. Romano,& apud Cassiod. Arnobium,Oresiesim *z*, *declinantes à me malignos non agnoscequum declinaret à me malignus,non cognoscebam*,quod valet Græca ἐκκλίνοντ' ἀπ' ἐμοῦ τὸ πονηρὸν οὐκ ἐγίνωσκον. Sensus nostræ translationis est de malignorum fugienda societate,atq; negligenda jactura amicitiæ ipsorum, si declinent ac recedant à nobis,& graves etiam illis simus ad videndum,quoniam *dissimilis est iis vita nostra, & immutata via nostra à viis eorum* a. Denique de talibus fidenter pronunciare illud possumus cum Apostolo *b*, *si discedunt, discedant*. Si erat mihi amicus, inquit creditus Hieron., aut proximus,sive Episcopus,aut Presbyter,sive in quacumque dignitate constitutus, tamen si pervertebat vias suas,sic eum fugiebam,ut penitus ejus memoriam non facerem. Haimo, non cognoscebam & non approbabam, si

a Matt. 26. 39

b Prov. 6 14.c.11.20 Eccl. 3.28.c. 36.22. Jer. 17.9

c Prov. 6. 14

d c.11. 20

e Eccl 3.28

f c.36.22

g Jer. 17. 9

h Iob. 41.6.7

i Jer. 17. 9

K Prov 6.14

* c.11. 20

l Serm. de circumcisione ?

m Ier. 17. 9

n Prov. 29. 9

o Iob. 31.7

p Ps. 72. 28

q Ps. 62. 9

r Ps. 92. 20

s Ps. 118. 31

t Ps. 24. 21

u Es. 56. 3

x Ps. 11. 2

y vers. 8

z de Institut. Monast.

a Sap. 2. 15

b 1. Cor. 7. 15

A fortè prætenderet justitiam, & ab aliis justus putaretur. Bruno neq; consentiebam pravæ alterius voluntati, sive cordi, neq; si quis mihi familiaris à bona voluntate mea per malam declinaret, cognoscebam, sed fic alperè redarguebam, quasi eum non cognoscerem. Græcis, quos antea monui, Diabolum interpretari per *malignum* τὸν πονηρὸν, Apollinarius addi potest, sic, ut illi, etiam exponens.

φεῦλε μὲν αἰνὸς ὄφις γολερῶν δ' ἀδάπτῳ ἔμιμνον.

Fugiebat quidem gravis serpens, dolosorum autem (vel dolorum, seu fraudum) *nesciens manebam*.

Applicat Hugo Christo, de Juda proditore sequenti, vel de quovis alio improbo, & maligno, à malo igne cupiditatis, ambitionis, iræ, invidiæ, & similium vitiorum, derivans, ut facit etiam Lyranus, Ayguanus, Rickelius, & alii, parum aptè:

Vers. 5.) Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, quum hoc non edebam.

B

C

D

VIdentur sequentia non tam ad privatam pertinere, domesticamque disciplinam, quam ad politicam, & communem regni, & reipublicæ gubernationem, ac primum hoc versu dicit de severitate in coercendis vitiis deinde de justitia in præmiis virtuti reddendis. Igitur negat hoc loco se aures detrahentibus dedisse, sive obtrectãtibus, & calumniantibus, aliena facta explorantibus, & de illis murmurantibus, sed id genus hominum adeò perniciosum insectatum, & perdere, quantum potuit, conatum. Asserit quoque rejecisse le à suo convictu superbos & arrogantes, qui ceteros præ se despicerent, ac proterunt, & insatiabili quadã appetitione in facultates humiliorum, tenuiorum, imbecilliorum inhiant, summaque audacia, præfidentia, contentione nihil non aggrediuntur liberè, ac palam cum aliorum damno. Sensus loci.

Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.) Hieronymus, & Anacletus *e*, *loquentem in abscondito contra proximum suum hunc interficiam*. Sed quod hic usurpet Hieron. translationem, facit ut suspicer esse alium quam Anacletum. Alii, *accusantem mihi*, vel *accusantem me in secreto, proximum suum illum ad internecionem perducam, perdam, succidam, conficiam, disperdam, subvertam opprimam*. In Romano Psalt. & apud Cassiodorum & Isidorum *d*, *detrahentem adversus proximum suum occultè*, &c. Vetus Psalt. & August. ac Prosper, *detrahentem proximo suo occultè*, &c. Oriesis *e*, seu Oriesiesis, vel Orientis, *detrahentem in absconso*. Chaldaicè, *loquentem lingua triplici*, &c. & in textu Nebiensis, *loquentem tertio*. Prima vox Hebr. est מלשיני *melascheni*, habens formam participii conjugationis poel à nomine לשן *lascian*: quasi dicas *linguantem*, & *lingua deferentem*, & *accusantem*, qui vocatur etiam in scriptura *linguosus* f, & *linguatus* g, & *lingua tertia* h. Docet autem eadem scriptura quod *vir linguosus non dirigetur* i, idest, non prosperabitur in terra: quod *terribilis est in civitate sua homo linguosus* k: quod *non est litigandum cum homine linguato, nec struendus ignis in illius lingua* l: quod *sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto* m: quod *lingua tertia mulieres viratas* ἀνδρείας *viriles, fortes, strenuas, ejecit & privavit illas laboribus suis* n, ita ut separarentur à meritis, ob falsas dilationes, & bona laboribus acquisita cogerentur amittere. Quamvis Græcè vocetur γλῶσσα δίωτη *duplex*, sicut & Latinè detractorem appellant *bilinguem*, Græcèq; δίγλωσσον. Dicitur tamen etiam *lingua tertia*, quæ de alio apud alium obloquitur, ita ut interveniant personæ tres. De detractione aliàs disputatum, caveturq; acriter multis scripturæ locis, ne *quis nempe diis* ideſt, *principibus, detrahat*, ac magistratibus o: sicut Moysi detraxerunt Aaron & Maria *p*: & amici Job q, & stulti correptioni sapientiæ *r*. Sapiens verò admonet, *ut removeamus à nobis os pravum, detrahentia labia sint procul à nobis* s, quoniam *qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat* t: & *nihil minus habet* qui *occultè detrahit, ab eo qui mordeatur à serpente in silentio* u. *Abominationem item* nominat Sapiens *x detractorem* & Paulus detractores jungit iis, qui Deo sunt odibiles *y*. Ezechiel *z*, *detractores ipsos effusores sanguinis* appellat, qui scilicet rixas disseminant, discordias q; ut homicidia fiant: *Non eris criminator, ne susurro in populo*, inquit Deus *a*. Nam *susurratori odium, & inimicitia, & contumelia* b, & *homo assuetus in verbis improperii*,

e epist. 4

d de constitutione virtut. & virtu. e de instit. Monast.

f Ps. 139. 12 Ecc. 9. 25

g Ecc. 8. 4 c. 25. 27

h c. 28. 19

i Ps. 139. 12

K Ecc. 25

l c. 8. 4

m c. 25. 27

n c. 28. 19

o Ex. 22. 28

p Nu. 12. 8

q c. 6. 25. c. 19 18

r Prov. 1. 30

s c. 4. 24

t c. 13. 13

u Ecc. 10. 11.

x Prov. 15. 3

y Rom. 1. 30

z c. 22. 9

a Lev. 19. 16

b Ecc. 5. 17

rii, omnibus diebus vitæ suæ non erudietur a, *& repentius con-surget perditio detractorum* b *de niq; qui detrahit fratri, aut judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem* c, ideſt contemnit, ut merito Deus indignetur ſic *ſedenti* ac de induſtria *loquenti adverſus fratrem, & ponenti* hac ratione *adverſus filium matris ſuæ ſcandalum* d. Omiſſis aliis Patrum hac de re teſtimoniis, circa hunc noſtrum locũ Bernardus *e* ſcribit, mirum non eſſe ſi adeò ſe perſecutum dicat David detrahentem, quoniam id præcipuè vitiũ charitatem, quæ Deus eſt, & quidem ceteris acrius impugnare, & perſequi cognoſcitur. Omnis enim inquit, qui detrahit, primùm quidem ſeipſũ prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahẽdo intendit niſi ut is cui detrahit, veniat in contemtũ vel odium ipſis, quibus detrahit. Plura idem *f* de eodem argumento, atq; non hoc tantum loco ſatis fuſe, ſed & alibi Chryſoſt. *g* item Antiochus Monachus *h*, & Laurentius Juſt. *i* Edita leguntur inſignia de detractoribus ſupplicia, non ſolùm in ſacris hiſtoriis *k*, ſed etiam in Eccleſiaſticis *l*. Perpendit verò Chryſoſt. *m* vim verbi *perſequendi*, ut non ſolùm non recipiantur verba detrahentium, ſed & abigantur volentes fratri maledicere, & illos averſemur. Hoc videri & Moyſem inſinuare, quum dixit *n auditum vanum ne acceperis*. Hot autem loco inter alia nominat *detractionem*, turbulentum dæmonẽ, & nullum mali genus eſſe, quod non ex ea oriatur, inductione, demonſtrat. Conſiderent etiam hic dici quod ſecreto fiãt quia nihil veri operatur, ſed timidè, mendaciterq; ſi enim verum eſſet quod objicitur, in faciem objurgare operæ pretium fore, ac libera & aperta oratione pacem ſancire: qui clam id facit proculdubio falſum crimen intendere, ut qui improbã ſuſpicionem adverſus proximum conflet, nec ea quæ objicit, probare valeat. Bonam vocat Auguſt. hoc loco alibi; o perſecutionem iſtam. Interroganti Petiliano quæ ſit ratio perſequendi viciſſim eum interrogat, cujus ſit vox in pſ. *detrahentem ſecreto proximo ſuo hanc perſequebar*. Quære itaq; ait, perſecutionis vel cauſſam, vel modum, & noli tanta imperita generaliter malorum perſecutores reprehendere. Vincentio item ex hæreſi Novatiana ſcribit *p*, ſi ſemper eſſet culpabile perſecutionem facere, non ſcriptum eſſet in ſanctis libris *detrahentem proximo ſuo occulte, hunc perſequebar*. Præterea in commentario alterius pſ. *q* ſi perſecutio non poſſet fieri benè non diceretur in pſ. *detrahentem proximo ſuo occultè, hunc perſequebar*. Quod argumentum quibuſdam in epiſtolis, & libris contra Donatiſtas non rarò tractat. Tandem cum Chryſoſt. concludendum, qui detractioni ſtudet, diabolo ſervire, utpotè qui calumniæ διαβολῆς opera exequatur, & bellacem faciat detractorem adverſus proximum, qui detractorem minimè admittit tùm ſe ipſum inani hujuſmodi peccato liberare: tùm detractorem hac ratione ab iniqua proximi accuſatione dimovere: tùm etiam, qui accuſatur, crimine liberare, ac deniq; pacis arbitrum, & amicitiæ ducem exiſtere, dum obtrectatoris animum & voluntatem odit, ac deteſtatur. Ayguanus multis modis hoc loco detractorem cum corvo comparat. Auctor in promtu eſt, legique cum voluptate, ac fructu poteſt.

Superbo oculo.] *Oculis* reddi potuit, quia ſunt Hebr. numero duali עינים *bhenaim*. Chaldaicè, *gradientem in ſuperbia oculorum*. In oculis cum alii affectus tùm ſuperbiæ ſignũ exiſtit. Elevatione quidem oculorum ſuperbia ſæpe numero deſcribitur *r*, & *humiliandi* dicuntur *oculi ſuperborum à Deo* ſ: & humilis ac triſtis vultu incedit dejecto, oculis declinatis in terram, nec eos audet in cælum levare qui confirmatur ad ſpem, præcipitur caput levare, ac reſpicere *t*. Inter ea quæ odit Dominus, *oculi ſublimes*, primo loco numerantur *u*. Superbus attollit oculos, altiuſq; erigens, velut ex alto alios deſpicit. Ex pravis item generationibus unam Sapiens *x* ponit, *cujus exceſſi ſunt oculi, & palpebræ in alta ſurrectæ*: petit autem à Deo, ne *extollentiam oculorum det illi* y. In mulieribus quas demiſſi magis decent oculi, index eſt excellentia iſta oculorum, & horum ire, ſeu incedere nutibus tùm fornicationis *z* tùm ſuperbiæ *a*. *Qui humiliatus fuerit*, inquit Job *b*, *erit in gloria, & qui inclinaverit oculos ſuos, ipſe ſalvabitur*. Ubi Greg. *c* obſervat, quod quantum per membrorum miniſterium deprehendi poteſt, prima ſuperbiæ oſtenſio eſſe in oculis ſolet. Probat ex pſ. alio, *&* d *oculos ſuperborum humiliabis*: & ex ipſo ſuperbientium capite, de quo dicitur *e*, *omne ſublime videt*: & ex illa, quæ ei per infidelitatem adhæret generatione, *cujus exceſſi oculi & palpebræ in altum ſurrectæ* f, ut prius quoq; retuli. Oculos ergo inclinare, inquit, eſt nullum reſpiciendo deſpicere, ſed ſe minorem, atq; imparem cunctis, quos aſpicit, æſtimare. Vocant *ſupercilioſos* majeſtatem quamdam, gravitatemq; maximam præ ferentes, & pondus veteris ſupercilii *g*, grande quoq; ſupercilium *h*: & abſolutè *ſupercilium* uſurpant pro ſuperbia & faſtu: item *attollere* ac *ponere ſupercilium* i. Docet Julius Pollux *k*, quod τὰς ὀφρῦς ἀείρωνόὐπερήφανον & *ſupericilia colles ſuperbus*: Plinius *l* quod maximè indicat faſtum, ſuperbiam, alicubi conceptaculum, hic ſedem habere: in corde naſci, huc ſubire, hic pendere, nihil altius ſimul, abruptiuſque in venire, ubi ſolitaria ſit. Legatus Petrus Victorius *m*.

Et inſatiabili corde.) Hieron. exponit *latum corde* לבב רחב alii *arrogantis animi hominem, vaſti cordis*, cui ſcilicet nihil ſufficiat, quod nulla re valeat expleri, quod plura & plura ſemper concupiſcat, quod aſpiret ſemper præ tumore ac inflatione, ad majora ſive in honoribus ſive in opibus, ſive in voluptatibus, deniq; ut hic ἄπλατον appellatur Græcè ideſt, *inexplebile*. *Superbo oculo*, rectè igitur, *inſatiabile cor*, potiſſimum ut verſatur in appetitione, & cupiditate habendi deniq; in avaritia, ita ut ἀπλατὸς idem ſit qui πλεονέκτης. *Avarus non implebitur pecunia* n, *& inſatiabilis eſt oculus cupidi* o: *nec ſatiantur oculi ejus divitiis* p: *ſicut infernus & perditio numquam implentur* q: & *venter impiorum inſaturabilis* r: qui hujuſmodi eſt nullum libitus & jurgiis finem facit, & omnes vexat qui ſuperbia inflatur. Unde quod legimus in Proverbiis ſ, *qui ſe jactat, & dilatat jurgia concitat*, Hebr. extat, רחב מב *rechau leu latus animo*, vulgo *di gran coraggio*; Græcè ἄπλατος ἀνὴρ χαυνῶν ἔπεσι, *inſatiabilis vir judicabit* ſeu *contendet judicio temere*. Ruſum *t* quum *exaltatione oculorum* conjungitur *dilatatio cordis* רום עינים ורחב לב *rum hhenaim urchau leu*: pro ſecundo Græcè eſt θρασυκάρδιος, *audax corde*, quique omnia ſumit. Auguſtiſſimi cordis eſt ille ad amplitudinem infinitorum divinorum bonorum, qui ſeſe dilatat ad creata & finita, & inferiora, ſatietas vera ſine faſtidio, & quum ſuavi eſurie ſitique, contingit ſolum illis, quibus apparet gloria Dei, ut aliàs vidimus. Infelix Alex. quem unus ſatiare mundus nequibat, licèt nec dum ſibi totum comparaſſet. Hujus cõſcriptura exaltatum & elevatum dicit *u*. Feris Seneca *x* ſimilem aſſerit, quę pluſquã exigit fames, mordent. Eamdem formulam uſurpant divinæ litteræ de Nabuchodonoſore *y*, & de alio Rege *z* qui creditur eſſe Ptolemæus Philopator Ægypti Rex. Regium eſt habere latitudinem cordis רחב לב *rohau leu* χυαυχαρδίους quaſi arena quæ eſt in littore maris: qualis erat in Salomone, quando *dedit ei Deus ſapientiam & prudentiam multam nimis* a: ſignificat enim ea *latitudo* capacitatem ad res plurimas animo comprehendendas, & ad expenſas faciendas magnificentiſſimè, & prudentiſſimè, ad omnia gerenda fortiſſimè, ita ut ad ſimilitudine littoris illiſi, difficultatum fluctus frãgerentur in Salomone.

Quum hoc non edebam.) Pſalt. Romanum, Caſſiodorus, Proſperatque Orieſis *b*, *quum hoc ſimul non edebam*, Pſalt. vetus, & Auguſt. *huic non conveſcebar*. Hieron. *quum hoc eſſe non potero*, ubi *eſſe* verbum ſubſtantivum eſt, non autem infinitivus ab edo. Nunc Habr. eſt אוכל *uchal potero*, vel *poteram*, à כל *jachal poſſe*, ideſt, ſupplendo aliquid, non poteram ad menſam recipere, non poteram unà vivere, non poteram ferre, &c. ſed LXX. legerunt ab אכל *achal comedere* in futuro תאוכ *comedam*, vel comedebam. Vitandus convictus impiorum, præſertim quos Eccleſiaſtica cenſura privat menſa Euchariſtica: unde nominantur excommunicati, vel abſtenti. Quum hujuſmodi nec cibum ſumere præcipit Apoſtolus *c* *neque commiſceri cum illis, ut confundantur* d: & *abſtinere ſe ab omni fratre ambulante inordinate* e. Hac de re dictum aliàs. Legi Baſilius *f* debet, & Auguſt. *g* docet valere id non ad abſtinentis tantum utilitatem, ſed ad ejus quoque à quo abſtinetur, ut corripiatur: affertque Aug. exemplum Prophetæ, qui veniens de Juda, juſtus eſt à Domino à convivio Jeroboam abſtinere *h*. Myſtico ſenſu non edit quum talibus, qui mores illorum nõ imitatur, nec in ſuam veluti ſubſtantiam convertit, quam vis cibum quum iis ſumat, ut fecit Chriſtus toties: & vitari aliquando non debet, nec poteſt. *Eſurire oportet & ſitire juſtitiam* i, & *juſtorum ſocietatem*, ſed & curandum, ut *ſint viri juſti nobis conviva*, k, neq; *comedamur cum homine invido* l, ſed *innocentes, & recti adhærent nobis* m, & *epulentur nobis quum timentes Deum* n. Fugiendum convivium ſeſe *mordentium, & comedentium, & conſumentium invicem* o injuriis calumniis, convitiis, detractionibus. Bern. *p* damnans eos, qui ſub natalitias feriás corporis cultui operam in veſtibus, & cibis dant pluſquã alio tempore, inducit Chriſtum hac oratione utentem,

(*Su-*

a c. 10. 11
b Prov. 24. 21
c Jacob 4. 11

d Pſ. 49. 20

e ſerm. 24. in cantica. Detractio maximè impugnat charitatem.

f ibidem & de triplici cuſto manus, lingua cordis
g hom. 3. ad pop.
h hom. 29
i de interiori conflictu c. 2 Detractores volentes fratri maledicere abigendi ſunt.
k Nu. 12. 10 col. 20
l Euſ. 6. hiſt. c. 8. Caſſian. collat. 18. c. 15 Thom. Cant. pra. 2. apum. c. 37
m hom. 5. & 24. in Genon Deut. 5. ut citatur in margine. ſed non reperitur.
o cent. lit. Petil. c. 79 epiſt. 48
p ep. 48

q ep. 48

Qui detractorem non admittit ſeipſum hoc peccato liberat.

r 4. Reg. 19 2 ſ. Pſ. 130. 1 Prov. 6. 17 c. 21. 4 c. 30 Ecc. 23. 5 c. 2 2. Eſa. 2. 11 c. 5. 15. c. 37 23
t Pſ. 17. 28
u c. 30. 13. x ibid.
y Eccl. 23. 5 z 26. 12
a Eſ. 3. 16
b c. 22. 29
c 10. mor. c. 9. vel 11. lib. 14. cap. 17 vel 18 Prima ſuperbia oſtenſio in oculis eſſe ſolet.
d Pſ. 17. 28
e Job 41. 25 Prov. 30. 13

Oculos inclinare quid ſit.
g Seneca in Hippol. act. 2. in choro Virg. in Cop.
h Juv. ſat. 6
i Matt. lib. 1 epig. 5. lib. 9 ep. 9. 31. Auſ. lib. 2. c. 23 l lib. 11. c. 17
m lib. 8. varia c. 1

n Ecc. 5. 9
o Ecc. 14. 9
p Ecc. 4. 8
q Prov. 27. 10
r c. 23. 25

ſ c. 28. 25

t c. 21. 4

Satietas vera ſine faſtidio contingit illis, quibus apparet gloria Dei.

u 1. Mach. 1
x ep. 95 Superbus ferís ſimilis.
y Jud. 1. 7
z Dan. 11. 12 Regium eſt habere latitudinem cordis.
a 3. Reg. 4. 29

b de Inſt. Monaſt.

Vitandus convictus impiorum præſertim excommunicatorum

c 1. Cor. 5. 11
d 2. Thr. 3. 14
e verſ. 6
f conſt. monaſt. c. 34. & reg brev. in 53
g 3. cent. Par R. c. 2. & lib. poſt coll. c. 20
h 3. Reg. 13 9 Senſus myſticus.
i Matt. 5. 6
k Eccl 9. 22
l Prov. 23. 6
m Pſ. 24. 21
n Tob. 2. 3
o Gal. 5. 15
p ſerm. 3. de Adventu.

(*Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam.*) *Quid tanta ambitione vestis paras in natale meum? detestor ego superbiam, non amplector: quid tanta sollicitudine ciborum copias reponis in tempus illud? damno ego carnis delicias; non accepto.* Planè *insatiabilis es corde, talia parans & ex tã longo*, &c. Pudeat Christianum à Gentilibus vinci, qui sympoſia illa ſua condiebant ſapienti oratione, & clarorum virorum encomio quod etiam vocabulum ἐγκωμίου inde tractum παρὰ τὸ ἐν κώμοις ἄδεσθαι τοὺς ἐπαίνους τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν; *quod in conviviis canerentur laudes proborum virorum*, Lege Catonem *a*. M.T. *b*, & Rhodiginum *c*, M.T. etiam *d* notionem *convivii* affirmat eſſe, quod *amicorum & vitæ conjunctionem habent*, honeſtam videlicet ſtudioſamq; Res apud antiquos ſacra menſa erat Macrobio *e* teſte, diſputatumq; in Perſarũ regum conviviis prodit Serinus *f* antè cibum de modeſtia, anteq; potum de temperantia: Macrobius universè de convivandi more meminit religioſo; Numinis primùm meminiſſe, benè precari convivis, tùm velci cum modeſtia. *Homo pacis noſtræ conviva noſter eſt* g, *vir fœderis & pacis qui comedit nobiſcum* h. Atqui pax eſſe fœdus, amicitia cum improbo non debet non frequentanda ſunt *convivia potatorum, neq; commeſſationes eorum* i. Auguſt. qui exemplo Ambroſii citabat, recuſabatq; convivia *k*, exculationem rejicit eorum *l*, qui ſi fortè convivio interfuerint, cauſentur coactos ab invitãtibus, regibus præſertim & potentibus, bibere uſq; ad ebrietatem: Satius eſſe mori, & hujuſmodi mortem, aliaſve tribulationes ad martyrii gloriam reputari; ſed & ſi quis conſtanter abnueret, in admiratione potius futurũ apud eos, qui importunius invitaverant: Clitomachus Pancratiaſtes ἐν συμποσίῳ εἰπὼν ἀφρῳδίσιον λόγον παρεῤῥύη, ἀναστὰς *in convivio ſi venereus ſermo effluxiſſet ſurgens diſcedebat* m. Sertorius admonebat ſuos, ne quid in convivio præter decorum vel faceret, vel diceret, & à jurgiis præſertim omniq; obſcœnitate temperarent: ipſe verò nil tale aut audire, aut videre ſuſtinebat *n*. Narrat de Auguſt. Poſſidonius *o* quum in menſa diſticon inſcribi curaſſet,

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam; indignam noverit eſſe ſibi.

omnem convivam à ſuperfluis, & noxis fabulis, & detractionibus ſeſe abſtinere debere admonuiſſe: quoſdã verò etiam ſuos familiariſſimos coepiſcopos illius ſcripturę oblitos, & contra eam loquentes tam aſpere aliquando reprehendiſſe commorũ, ut diceret aut illos de mẽſa verſus delendos, aut ſe de media refectione ad ſuum cubiculum ſurrecturum: quod ego, inquit, & alii qui illi menſæ interfuimus, experti ſumus. Qualia olim Chriſtianorum convivia, quam pia, lege Tertul. *p* & nonnihil adhuc pſ. 144. dicetur *q*, præter illa quæ variis locis aliis dictæ ſunt.

a *in origin.*
b *Tuſcul. 1. & in Brute.*
c *lib. 7. c. 2*
d *de ſenect.*
e *lib 3. c. 11*
In perſarũ conviviis diſputabatur ante cibum de modeſtia, ante potum de temperãtia.
f *apud Strob. ſerm. 42*
Mos religioſus convivandi antiquorum.
g *Pſ. 40. 10*
h *Abd. v. 7*
i *Pr. 23. 20*
k *Poſſid. in vita.*
l *ſerm. 33. de temp.*
Satius mori quam uſque ad ebrietatem bibere.
m *Ælian. 3 variæ hiſt. cap. 30*
n *Plut. in Sertorio.*
o *in vita cap 22*
Omnis conviva à noxiis fabulis & detractionibus ſeſe abſtinere debet.
p *Apol. c. 39*
q *verſ. 5*

Verſ. 6.) Oculi mei ad fideles terræ ut ſedeant mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.

Senſus loci.

DIxerat quos domo ſua, & familiaritate arceret, nunc exponit, quibus familiaribus uſus fuerit, & quos amicos, domeſticoſq; miniſtros adhibuerit, nimirum attentè diligenter quaſi conjectis circumcirca oculis, non tam corporis, quam animi, aſſerit ſe perveſtigaſſe, quos maximè fideles ac virtuti deditos in omni ditione ſua, extraq; illã etiam, adjungere ſibi poſſet, atq; veluti aſſeſſores habere, & adjutores, ſeu adminiſtros rei tùm domeſticæ, tùm publicæ. Et quoniam *ſecundùm judicem populi ſic & miniſtri ejus, & qualis Rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea* r: & *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios;* * propterea David, qui ſe delectatum cecinit miſericordia, judicio, via immaculata, innocentia cordis, non alias domus, reipublicęq; habere in tractandis negotiis adjutos velle ſe ſignificat, non amicos alios & cõſiliarios, quam animi & propoſiti ejuſdem, vitæ, ac morũ concilium, non perfidos, adulatores, paraſitos, avaros ambitioſos, intemperantes. Mirum eſt nihil ægrius ferre homines, & quod magis vindicandũ putent ipſa quoq; morte, quã ſi quis mentiri eos objiciat: tamen adeò raram eſſe inter homines fidem, quã veteres Romani ut numen prope Jovem in Capitolio locaverant. Carolus Magnus optimo cuiq; ſic magiſtratũ demandabat, ut certis nihilominus temporibus luſtrari rempublicam vellet, inquiſitionemq; inſtitui à delectis ex utroq; ordine tùm Epiſcopis, tùm primariis viris, de vita, moribus, integritate judicum ſingulorum. Alex. Severus neminem admittebat ad colloquium familiaritatemque niſi probitatis fama integra.

r *Eccl. 10. 2*
* *Prov. 29. 12*
Carolus Magnus voluit certis temporibus inquiſitionẽ inſtitui à primariis viris de vita & integritate judicum

A Conſtantius Senior exploravit fidos ſore ſibi ex Chriſtianis illos, qui perſtitiſſet in religione, quum le finxiſſet exigere velle aula eos, qui non colerent Deos. Ficta virtute contentũ Principem, in ſe ac ſuis eſſere debere vult. Machiavellus *ſ*, ſimulare, diſſimulare, leoninam, vulpinam pellem aſſuere cum Lyſandro *t*. Optimè ipſum refellit Ribadeneira noſter *u*. Imitentur Chriſtiani Principes non eum, quem jam corpus, jam vires, non diſſimulatio deſerebat *x*, ſed regẽ ac Prophetam noſtrum: & quamvis prudenti quandoq; ſimulatione uti poſſunt, mendacio numquam & infidelitate utantur, nec ſibi id unum dumtaxat diſcendum, dicendum, docendum, faciendum putent, *neſcit regnare qui neſcit ſimulare*. Utinã tam facilè eſſet præſtare quam facilè eſt ſimulare bonitatem *y*. Juſtiniano A. gapetus hoc inter alia monitum dabat *z*, ne aliquo uteretur ex pravis ad rerum adminiſtrationes: quæ enim illi perperam facerent, eorum rationem redditurum Deo, qui peccati facultatem ipſis indulſerit *a*: ut etiam veriſſimos exiſtimaret amicos, non qui laudent omnia quæ dicantur ab ipſo, ſed qui nihil nõ integro judicio facere contendat B ſic ut gratulentur ſi benè, triſtentur, ſi contra perperam quid fecerit, dixeritq; hos enim revera ab omni fraude ab horrentis amicitiæ pro ſe ferre inſignia. Conſtantini lex extat iſto ſermone digna litteris aureis *b*: *ſi quis eſt cujuſcumq; loci, ordinis, dignitatis, qui ſe in quemcumq: judicium comitum, amicorum, vel palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifeſtè probare poſſe confidit, quod non integrè atq; juſte geſſiſſe judicatum, intrepidus & ſecurus accedat interpellet me: ipſe audiam omnia, ipſe cognoſcam & ſi fuerit comprobatum, ipſe me vindicabo: dicat ſecurus, & benè ſibi conſcius dicat: ſi probaverit, ut dixi, ipſe me vindicabo de eo, qui me uſque ad hoc tempus ſimulata integritate deceperit: illum aut qui hoc prodiderit, & comprobaverit, & dignitatibus & rebus augebo: ita mihi ſumma divinitas ſemper propitia ſit, & me incolumem præſtet, ut cupio feliciſſima, & florente rep. PP. XV. Kal. Octob. Nicomed. Paulino, & Juliano conſſ.* Abraham omnes vernaculos domus ſuæ, & univerſos quos emerat circumcidit *c*, & juſſus eſt ejicere ancillam cum filio ejus *d*, qui moribus Iſaac obeſſe poterat. Aug. *e* unumquemq; C patrem familias jubet in domo ſua Eccleſiaſticum, & quodammodo Epiſcopale implere officium: ſicq; Chriſto miniſtrare pro illo paternum impendendo affectum, & pro vita æterna, ut omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat diſciplinam, Patrem ſuum Nazianz. *f* Epiſcopali quoq; munere functum narrat, oculos habuiſſe, ut hic ſcribitur, *ad fideles terra*, quũ alios omnes tùm præſertim eos, qui in ſolitaria & cœlibe vita Deo vivebant, terra & terrenis rebus contemtis ac pro nihilo ductis. Satis etiam conſtat S. Carolum Boromæum adjutores regiminis Eccleſiaſtici fidiſſimos, & optimos quouſq; aſciviſſe, cujuſcumque nationis etiam eſſent, oculis veluti terram ubi eſſent circumluſtrando. Omnino illud verum quod in Principem

Culpa g cunctorum redit,
Qui non vetat peccare quum poſſit, jubet,

illique incumbit in hac cuſtodia imperii, ut non ſe unum modo, ſed omnes miniſtros civibus & reipublicæ præſtet *h*. Immò melior, ac propè turior eſſet reſpublica in qua Princeps malus foret, ea in qua mali Principis miniſtri *i*.

D *Oculi mei ad fideles terra.*] In Romano Pſalt., & apud Caſſiod. Auguſt. Arnobium. *ſuper fideles* Chald. *ad veraces*, (*Extenſos oculos.*) Apoll. explicat. Oculi ad aliquem, aut ſuper aliquem, ut plurimum favorem denotant, vel certam deſignationem, ut eo utaris amico, vel opera ejus ad aliquid, quod Galli dicunt (*jetter les yeulx ſur que qu'un,*) *Fideles terra* autem intelligit aut fideliſſimos, quouſq; eo modo, quo alibi *k iracundia maxima* dicitur *iracundia terra*: optimum enim quodq; fideliſſimum pnto, ait ille *l*, aut qui fideles eſſent in traditionem ſuam, aut etiam extra illam in exploratis ſibi regionibus. Quod profectò imitandum Principibus noſtris eſt, ut ex quacumque demum univerſæ terræ natione maximè idoneos deligant, & advocent Reipublicæ adminiſtrandæ politicè vel Eccleſiaſticè adjutores. Rara res ſervus fidelis, *virum fidelem quis inveniet?* ait Sapiens *m*, & Chriſtus *n*, *quis putas eſt fidelis ſervus?* quem etiam feſtivè excipiens dicit *euge o ſerve bene & fidelis*, & Paulus *p*, *hic jam quaritur inter diſpenſatores ut fidelis quis inveniatur*: & gratias agit Deo *q*, quia fidelem ipſum exiſtimaverit, ponens in miniſterio: quo etiam nomine *fidelis*, inſignit Pontificem noſtrum Jeſum *r*, ſicut & eumdem Joannes. *ſ* nominat *teſtem fidelem*, & ſub alterius typo promiſerat Deus *ſuſcitaturum ſe ſibi ſacerdotem*

Conſtãtius ſibi fideles fore putabat qui ſuo fuiſſent fideles Deo.
f cap. 18
t Plutar. in vita.
u tract. de relig. & virtute Prin. Chriſt. lib. 2. cap. 2
x Tiberius apud Tacit. lib. 6
Princeps ſimulatione prudenti aliquando mendacio verò numquam uti poteſt.
y Lact. lib. 6 cap. 6
z Num. 30
a Num. 32
b C Theod. lib. 9. l. 4
c Gen. 17. 23
d c. 21. 10
e tract. 51. in Joan.
f Orat. 19
g Seneca in Medea.
h Cic. ad fratrem.
i Lamprid. in Alex.
k Pſ. 34. 20
l Plinius in Panegy.
Optimos & idoneos viros ad Reip. adminiſtrationem debent principes ſibi adjutores.
m Prov. 20. 6
n Matt. 24. 45
o c. 25. 21. 23
p 1. Cor. 4. 2
q 1. Tim. 1. 12
r Heb. 2. 17 cap. 3. 2
ſ Apoc. 1. 15

tem

21. Reg. 2. 35 *tem fidelem* a. Chrysost. *fideles terræ* interpretatur Apostolos, in quos intenti oculi Domini fuerint, ne excideret à fide, atque à veritate: sed *ut in omnem terram exiret sonus*

b Ps. 18. 5 *eorum* b, & per eorum fidem universus orbis salutis prædicatione compleretur. Arnobius explicat de illis, qui terram corporis sui fideliter servant. Innuit prætetea Gresseus c eos, qui inter terrenos & carnales mundè vivunt, quiq; terrena tractantes, nihil sibi per cupiditatem adhærere permittunt, nec inter aves immundas censendi

c Ser. 298

d Leo, Tirin & seq. Applicatio mystica e

d sunt, quarũ qualitates idem Auctor mysticè ad avaros, cupidosq; applicat, ut & aliorum nonnullorum animalium etiam immundorum. Bona fide tractare negotium, & rem Domini, nec sibi quidquam attribuere, aut in vanum expendere, & dissipare, ut villicus ille faciebat, & in munere Ecclesiastico non quærere quod sibi utile, sed quod multis secundùm Domini voluntatem, quærere non sua, sed Domini pertinet ad fidelitatem. Quod nuper de Constantino narrabam, fideles sibi reputasse qui suo fuissent fideles Deo, & Christo, nec ad idola se convertissent, ut exigere ab illis videbatur, infideles eos qui hoc feci-

e 1. tripart. sent, fide negata orthodoxa e. Cui exemplũ simile Theodorus Lector narrat Regis Ariani Theodorici, circa Diaconum, qui ut ei satisfaceret, ex Orthodoxo evaserat Arianus: hæc inquam nostro quoq; proposito bellè conveniunt, Deum ne npe blandis, amicis, faventibus oculis intueri qui datam servent fidem. Deniq; *si cui est servus fidelis, debet ei esse quasi anima propria, & quasi frater, sit tractari debet.* f. Debent etiam admitti ad amicitiam & familiaritatem quilibet fidelis in omni terra absque acceptione personarum, non soli divites, Imperatores, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, inquit creditus Hier. Potest, inquit idem, hoc dicere & Episcopus sanctus vir: quoniam non ordinabam Presbyterum illum qui mihi obsequebatur, aut propinquum meum; sed eum quem sciebam fidelem.

f Eccl. 33. 31

Ut sedeant mecum.) Hieron. *ut habitent mecum*, vetus Psalt. & August. *ut conserent hi mecum*, Psalt. Romanum, Cassiodorus, Arnobius, *ut sedeant hi mecum.* Orietis g, *ut facerem eos sedere mecum.* Pronomen (*hi*) est etiam Græcè: Hebr. autem שבש *sceneth* significat *sedere*, & *habitare*: atque etiam *sedere*, non rarò Latinè in scriptura idem valet quod *habitare.* Sessio, si sumatur propriè, spectari potest, ut Rickelius notat, in mensis, consiliis, judiciis, communicatione bonorum & officiorum: & anagogicè secundùm August. in confessu tùm ad judicandum cum Christo super sedes duodecim h, quod etiam docet Auctor operis imperfecti i. tùm ad congnandum cum ipso: & ex Alcuini glossa atque Cassiodori, allegoricè, in confessu, ac perseverãtia circa unitatem fidei: ex Aimone, ut quiescant in delectatione justitiæ: ex Brunone Carthusiano, ut fideles prælati maneant in suo honore prælationis, ac sedeant, seu presideant in regno Christi, quod est Ecclesia cum Christo. Chrysostom. exponens de judiciali sessione, exclamat, ò ingens miraculum! Lutei sedent, & corporis expertes adstant. Angelos hos intelligit, negãs se illos propterea despicere, sed Dei misericordiam prædicare, per quam humanam naturam honore affecit. Subdit cum Apostolis judicaturos qui Apostolorum fidem habuerint, ut sententiam ferant de iis, qui fidem repudiaverint, & fortassis futuras duodecim fideles nationes, quæ cum Apostolis sedeant, ac judicent duodecim Tribus Israel. Sine dubio & alii damnabunturi præter incredulos Judæos & non omnes fideles, ac justi, sed insigniores tantum aliqui sententiam videntur laturi, ut colligitur ex verbis Christi k, verum hac de re alibi. Si *sedere ad mensam* referamus, colligemus vetustiorem morem sedendo comedendi, quã accũbendo. Disputant hac de re de nostris non indiligenter Pradus l, Salmeron m, Pontanus n, Delrius o, Pererius (in Gen. c. 43. num. 15.) & Joan. 13, disp. 38. Maldonatus (in Matt. c. 26. 20. & Luc. 7. 38. Barradius (in Luc. 7.) post Aldum Manutium p, Petrum Ciacconum q, Hieron. r Mercurialem, Alexandrum ab Alex. cum Tiraquello s, Andream Baccium t, Auctorem antiquitatum convivalium Gulielmum Stucchium hæreticum u, Philandrum x. Anceps est Maldonatus de tempore quo vivebat Christus. Nam primum negat accumbere tunc solitos, sed sedere: licèt mutata recumbendi consuetudine, verbum retineretur *recumbendi*, seu *accumbendi*, sicut hodie Latinè dicimur *accumbere mensæ*, quum tamen *sedeamus.* Movet illum ea ratio, quoniam alioqui agnum in Paschate Christus non edisset, quod non nisi à stantibus fieri lex præcipiebat: vel quum scribitur illo tempore de cœna, tantum intelligeretur quam egit eso agno Christus.

g de instit. Monast.

h Matt. 19 i num. 35

Qui Apostolorum fidẽ habuerint, cum Apostolis judicaturi sunt. k Ibid. l in Ezech. c. 22. & seq. vers. 41 m tom. 1 prolegat. cap. 16 n in 1. & 7 Æneid o in Thyest. Sen. pag. 410 p lib. 2. c. 10 de quæstitis per epist. q tract. de tricli. de gymnast. lib. 2. cii An tempore Christi viguerit ad huc accumbendi consuetudo. s lib. 5. c. 21 t lib. 4. de natura vinorum, &c. u lib. 2. c. 34 x in Vitruv. l. 6. c. 5

A Postea tamen etiam propriè dictum recubitum, accubitumve admittit, cùm de Magdalena disserit ad Christum convivantem accedente. Profectò difficilè intellectu est, quo pacto hæc mulier exequi circa Christi pedes ea quiverit, quæ narrat Lucas y, si Christus non accumbebat in lecto: sed sedebat ad mensam. Deinde Philo z qui vidisse Christum potuit, satis indicat viguisse tunc quoq; consuetudinem eamdem, quum scribit consedisse cum Josepho fratres a: quia nondum ab hominibus discumbendi mos receptus erat. Equidem nihil obstare video, quominus concedere possimus, & debeamus; in aliis cœnis & prandiis, quum commodum erat, & res ferebat, Christum verè discubuisse, agnum autem Paschalem stando, ut lex præscribebat, edisse. Antiquiores autem ritus, ut sedentes convivia celebrarent, non modo apud profanos exempla recitant quos citavi, sed suppetunt non pauca ex sacris litteris b. Quod verò attinet ad ultimã Christi ante mortem veluti triplicem cœnam, hoc ordine peracta videtur ut Paschalis primum stando celebraretur tùm accumberetur ad communem cœnam: deinde surgeret hac inchoata Christus, ut pedes ablueret discipulorum: postea his lotis, iterum recumberet, & cœptam communem cœnam perficeret, sacramq; tandem, seu Eucharisticã institueret. Concedit ipsemet Maldonatus ritu Hebr. juxtaq; legem, manducatum à stante Christo agnum. Quod ergo scribit Lucas c, *quum facta esset hora, discubuisse*, si præcisè ad agni comestionem pertinet, per catachresim idem erit, atq; accepisse, & constitisse, ut eum ederet, vel quia post legalem communem sumere cœnam volebat Christus, ac demum Eucharistiam cõsecrare, *hora facta discubuisse* dicetur, qui post agnum legalem constituta hora gustatum, quod brevi fiebat, mox discubiturus erat, ut alias duas cœnas perficeret. Necessaria est eidem Maldonato dicta catechresis (quam extendit ad omnem aliam cœnam, & prandium etiamsi sedendo fieret) pro sumtione agni Paschalis, quoniam & de illa verbum illud ἀναπίπτειν Lucas usurpat. Hæc quam dixi trita receptaque sententia.

y 26. 7. 37. & seq. z lib. de Joseph.

a Gen. 43. 33

b Ex. 32. 6 Jud. 13. 6. 1 Reg 20. 5 lib. 3. 13. 20 Prov. 23. 1 Eccl. 31. 12. 2 Quo ordine peracta sit triplex illa Christi cœna ante mortem,

c 1. 22. 14

Ambulans in via immaculata hic ministrabat.) Hieron. *ambulans in via simpliciter, hic mihi ministrabit*, alii, *viam perfectam, sinceram, innocentem* exponunt: sicut versus ubi sibi quoque placere hujusmodi viam dixerat, *& perambulare in innocentia cordis.* Sic ferè cuncta quæ de se ipso antea cecinit, in aliis desiderare se significat, tùm amicis, tùm ministris. Nec enim assentior Chrysost. hic Deum, non Prophetam loqui, & ad id, de quo ille, ac vir justus gloriabatur, Deum quoq; similiter respondere, & eodem pacto deinceps ad ea quæ præcesserunt. Refellit id Cassiodorus, quia subita non est, inquit permutatio facienda, ubi se introducta potest explicare persona. Collectivè de uno loquitur pro multis: etsi verum est, quod aliqui notant, inter multos, in quos conjicias oculos, per paucos vixq, unum, idoneum & fidelem ministrum, atq; dispensatorem reperiri. Ut præficerentur initio mensis diaconi, considerandi fuerunt inter alios discipulos *viri boni testimonii pleni Spiritu sancto, & sapientia* d. Creditus Hieron. hoc applicat ad Episcopum, qui dicat non ordinasse sibi propinquos, sed justos & fideles. Gregorius e ex his verbis colligit, qui non in via immaculata ambulat, sibi magis, quam Domino ministrare. Rickelius tales ait decere esse ministros Prælatorum, ac Principum, præcipuè autem ut religiosi habeant devotos servos, non seculares, leves, vanos, in vestitu curiosos, & opere inconstantes. Ayguanus notat oportere ut subditi & servitores, quos vocat *ambulent, in via immaculata*, idest, *spiritu desideria carnis non perficiendo* f. Utitur ad id similitudine ex incessu equorũ, citans Gulielmum quemdam de Calce.

d Act. 6. 4

e 16. Mor. c. 22. vel 23

f Gal. 5. 16

Vers. 7.) Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

Sensus loci

REgiorum ministrorum conditiones antea posuit, ut essent fideles erga Regem, ac Populum, & ut in semetipsis virtutum studiosi. Nunc dicit David, si fortè falli se contingat in electione illorum; noluisse non cudere se falsum, & cum damno detrimentoq; aliorum rarum habere elationem: sed ubi comperisset superbiam eorum in dictis factisve, præsertim cum animi pervicacia conjunctam, & abusum potentiæ, gratiæ, favoris regii, atque mendacia & fraudes in transigendis negotiis ferre diutius nequi-

nequiviſſe: verum quamprimum domo abegiſſe, & A gradu moviſſe, longius à ſe amandaſſe, oculorum indignabundorum conjectu perterruiſſe, nullo illos modo ſibi placuiſſe.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam.) Chald. (*non habitabit in medio domus ſanctuarii mei faciens dolum, aut iniquitatem.*) Vetus Pſalterium, & Aug. ac Proſper, *faciens*, Hier. *qui facit dolum. Dolum*, ſignificat רמיה *remiiah*, à רכה *remah, fraudare, dolosè agere, fallere, imponere alicui, eludere, quaſi ex alto projicere, arcus fallacis more elevare, excutere alium à ſpe, aut re ſua*, ut ſit quædam alluſio ad רום *rum, elevare, exaltare*, &c. unde רומה *remah ſuperbia*: quod nomen fortaſſis LXX. legerunt, quia priùs illud non ſolet ita reddi: *Faciens dolum* opponitur *fidelibus terræ*, de quibus priore verſu. *Faciens ſuperbiam* videtur dedita opera per contemtum, arroganter, pervicaciter injuriosus, quique nullum timeat. Quo pacto manus aut brachium excelſum ſæpè dicitur quod eſt potens, nec vim potentiamve ullius reformidat. Talis hoſtium ſuperbia, dicentium, *manus a noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia*: diciturq; anima *quæ per* B *ſuperbiam aliquid committit, eſſe adverſus Dominum rebellis;* & eum qui ſit hujuſmodi, *periturum de populo ſuo* b: *Facere ſuperbiam*, quod in alio pſalmo c priùs adhuc vidimus, eſt opus facere cum ſuperbia: ſive in manu ſuperbiæ, quemadmodum Hebraicè, Græcèque phraſis eadem eſt, quæ hìc habetur; ſed pro *ſuperbia* nomen Hebr. גאוה *gaavah. Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam, & os bilingue deteſtari ſe*, Deus dicit in Proverbiis d: & in Amos e *ſuperbiam Jacob deteſtari ſe, & domos ejus odiſſe, jurans in anima ſua*, confirmat. Id per accommodationem quamdam dici poſſunt facere quod ſcribitur de Machabæis *f perſecutos eſſe filios ſuperbiæ, & non dediſſe cornu peccatori*, hoc eſt, potentiam, dignitatem, honorem, opes, officia, hi qui tales perſequuntur. *Medium domus* non exactè ſumitur, ſed *habitare in medio domus* idem eſt, quod intra domum; ſicut & ſupra verſu 2. atq; alibi: perinde etiam ut *habitare in medio populi* g, ac ſimiles aliæ dicendi formulæ. Myſticè interpretatur Ayguanus cum Adamo de Maria mediatrice noſtra poſt Chriſtum: de veritate, & charitate. Inſtituunt quæſtionem nonnulli, num viri C flagitioſi à republica gerenda removeri penitus debeant. Reſpondent poſt argumentorum utraq; pro parte altercationem non malè; videri non niſi probiſſimos quoad ejus fieri poſſit, deligendos Epiſcopos, ceteroſq; templorum, rerum ſacrarum, religionis adminiſtros, quæſtione de vita moribuſq; eorum priùs habita: deinde belli curam prudenter viris fortibus demandari, moribus licet haud ſatis integris, ſi aliter fieri non poſſit: eodemq; modo de aliis functionibus civilibus minoribus, ut de legatis, de curatoribus annonæ, operumve publicorum, de apparitoribus, lictoribus, publicanis, fiſci procuratoribus, quemadmodum peritos artifices quærimus non viros probos, etſi ut etiam ſint probi, optandum ſit. Ad hæc ſi jam ſenex ſit Princeps, multoque cautus uſu, faciliorem delectum fore, ac citra magnum diſcrimen, quemvis ad aulæ admitti obſequia poſſe: Si juvenis, neminem accipi debere, non probatis moribus ad jura præſertim familiaria, colloquiumque, quaſi hic duas, in medio domus, ideſt, ad intimum uſum, & negotia. Poſtremò integram oportere probitatis eorum eſſe famam, qui juri di- D cundo præficiantur. Faciunt eodem dicta præcedentibus verſibus. Neſcio an approbabit aliquis filios David appellatos Sacerdotes *h*, non quod eſſent revera tales, utpote de Tribu Juda, ſed quia probitate, religione, cura conciliandi ſubditos cum Rege, & conſulendi bono publico, loco videbantur eſſe ſacerdotum, & perinde ac ſacræ perſonæ diligi, & in veneratione eſſe apud alios, patremque *i* ipſum. Felicem hujuſmodi familiam Michas quidem, quum *haberet puerorum ſacerdotem Levitici generis apud ſe, ſcire ſe latus dicebat quod benefaceret ei Deus k*: tametſi vehementer ea in re erraverit, falſuſque ſit, ut demonſtrat Serarius noſter *l*.

Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.) Pſalterium vetus, Aug. Proſper (*loquens*) Hier. (*loquens mendacium non placebit in conſpectu oculorum meorum.* Chald. *qui loquitur mendacium non erit ei facultas comparendi coram oculis meis*) alii (*loquens mendacia non firmatur, non ſtabilietur, ſedem permanentem non habebit, non durabit, non morabitur apud me, in conſpectu meo, coram oculis meis*,) Apollinarius hoc, & priùs membrum ſic explanat:

ἐδέμοι ἐναίετκε δόμοις ὑπερήνορας ἀνὴρ
ἐδ' ἄδικον λαλέων μευ ἐναντίον ὄμματος ἔσχεν.

Neque mihi, ſeu, meis habitabat in domibus ſuperbus vir;
Neque iniquum qui loquitur meorum in conſpectu veniebat oculorum.

Significari præterea poteſt quod non æquis, rectis, blandis oculis talem reſpiciebat; ſed iratis, acribus, minacibus deterrebat, & is prodire in illius conſpectu non audebat, præſentiam declinabat, longius inde ſe propipiebat. Tùm truculentus quorumdam aſpectus eſt horribiliſq; ut enecet. *Apud Dominum dirigim, Dominumq; dirigere in conſpectu ſuo* n, eſt probari Deo, & placere, atq; proſperari: Deum viciſſim approbare, ac proſperare, gratumque habere, ita ut feliciter perficiat quis, Domino faciente quod intendit, & recta ad id perveniat, quod importat τὸ κατευθύνειν: ſed כון *chun*, inter alia multa ſignificat *formari, rectificari, perfici, perfectè curare*, &c. Sic Jacob dicitur *in fortitudine ſua directus cum Angelo, quia invalult ad eum, & confortatus eſt* o. Deniq; quoniam proſperè ei lucta ſucceſſit cum illo. In eodem ſenſu *cum Joſeph fuiſſe* ſcribitur *Dominus, & quod erat in cunctis proſperè agens, habitavitq; in domo Domini ſui, qui optimè noverat Dominum eſſe cum eo, omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius* p. Item *quod fuit Dominus cum Joſeph, & dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris; & Dominus erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat q*. Ex oppoſito *abſcondens ſcelera ſua, non dirigitur* r, nec *vir linguoſus* ſ. Licèt verò à contrario argumentari, quanta debeat patrisfamilias, magiſtratuſque probitas eſſe major, namq; eſt ea improbitas quæ ad plures porrigitur, quâ quæ in uno defixa, vel in paucioribus hæret, ut Nazianzenus *t* obſervat. *Neque enim*, ſubdit ille, *vel pannus tincturam ita facilè contrahit, vel is qui fœtido, aut ſuavi odori propius ſe adjunxit, ejus particeps fit, vel vapor quidam morbidus & noxius pari facilitate in aerem diffunditur, ac per aerem animantibus impertitur* (*quam nos verò nomine peſtem dicimus*) *ut ſubditi præfectorum vitio celerrimè imbui, atque impleri ſolent: & quidem multo facilius quam virtute.* Probat id eleganti ſententia Haggæi *u*, qua u docet attactu carnis ſanctæ neminem ſanctificari, contaminari autem qui pollutam tetigerit. Accedit quod pelli domo poteſt ſuperbus & contumax ſive filius, ſive amicus, ſive famulus: Dominus autem, & Pater familias, & Magiſtratus cohiberi facilè non poteſt, & ferri neceſſario debet. Hæc conditio Principum, ut quicquid faciant, præcipere videantur *x*, & vitia non ſolùm ipſi concipiũt ſed etiam in civitatem infundunt; pluſq; exemplo, quam, peccato nocent *y*.

Verſ. 8.) In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

NOn contentus ejicere domo improbos, vel exilio damnare, vel aditu prohibere, eoſdem ſi commeriti fuiſſent, in omni ditione ſua regnoq; interfeciſſe ſe ait: tùm verò ne Domini civitas, quâ nempe ſibi peculiariter ſanctificaverat, hujuſcemodi colluvie inficeretur, atque profanaretur. Compertum ei erat, quoniam Deus iniquitatem non vult, neq; ut habitet juxta ipſum malignus, neque ut *permaneant injuſti ante oculos ejus* z. Itaq; in matutino, ſeu ſummo mane, ideſt, quam primum, antequâ longius ſerperet malum, ſummo ſtudio, diligentia, inquiſitione, in id ſe incubuiſſe dicit, ut omnes, abſque defectu, & acceptatione perſonarum ſubjectos ſibi de medio tolleret, habita ratione in primis honoris divini qui ſancte ubiq; quidem, ſed in civitate potiſſimum quam cultui ſuo magis dicatam voluit, colendus eſt, & cujus civitatis, tamquam regiæ, ac metropolis ceterarum, decet Regem potiorem ac immediatam curam gerere. De Joſia ad litteram locum accipiunt Baſilius, Theodoretus, Nicephor. quod univerſos impios ſacerdotes occiderit, & ſanctam civitatem repurgaverit. Cajetanus notat Joab duorum Principum interfectorem, nõ ſtatim à Davide interfectũ, ſed quamprimum commodè potuit, nempe quum jam firmato regno, mandavit id Salomoni. Lyran. hoc prior docuit, & Ayguan. Davidẽ verò interfeciſſe illos, qui occiderant Iſboſeth. Trev. explicat de occiſis Jebuſæis initio regni Davidis. Myſticè declaratur hic locus multis modis

Pri-

a *Deut.* 32. 27

b *Num.* 15. 30.

c *pſ* 30. 24

d Prov. 8 13. & 6. 16.

Senſus accommodatitius.

e *Amos* 6. 8.

f *lib.* 1. 2. 47.

g 4. Reg. 4. 13

Interpretatio myſtica.

Probiſſimi viri quoad ejus fieri poteſt deligendi ſunt ad reipublicæ adminiſtrationem

h 2. Reg. 8. 18

i *Indicat Philippus Dez. Jo.* 1. 3. *p ſer.* 2. *poſt Dom.* 1. *in Quad. nu.* 9.

k *Judic.* 17. 13.

l *ibid.* 9. 10.

m *pſ.* 36. 23.

n *pſ.* 5. 9.

o *Oſea* 12. 3.

p *Gen.* 39. 2. 3.

q *ib. verſ ul.*

r *Prov.* 28. 13

ſ *pſ.* 139. 12

Major eſt improbitas quæ ad plures porrigitur.

t *Ora.* 21. *apolog. pro fuga.*

u *c.* 2. 13.

x *Quint. Declam.* 4.

y *Cic.* 3. 16 *legibus.*

Senſus loci.

z *pſ.* 5. 6.

Senſus myſticus.

Primus est Augustini, & Gregorii *a*, aliorumque Latinorum, prævidere nunc justum, quod in universali morte æterna omnes peccatores damnabuntur & expellentur de civitate beatorum in inferno; ut propterea sibi justus peccatores vitandos putet quantum potest, ut ait Haimo. Chrysost. consentit; sed Christum loquentem facit jam inde à versu 6. ut ibi monui. Secundus Cassiodori, Haimonis, Hieron. reputati, Arnobii, Remigii, Hugonis, Rikelii, &c. Præterea Euthymii, Nicephorique, item Origenis *b*, diligenter in ipsis initiis, ac per matutinum seu diluculũ divini luminis, & roris excidendas peccatorum terræ Dæmonum, qui pecccandi nobis auctores sunt; suggestiones terrenas, atque de anima nostra, quæ Dei civitas est, disperdendas, ut sua dæmoni intentione frustrentur. Tertio tradit Hieron. *c*, mentionem Dæmonum non faciens, atque Ambrosius *d*, se statim interficiendis, orto nobis Sole justitiæ, ac fugatis tenebris, cogitationibusque quæ ad peccata nos provocant, & de civitate mentis nostræ disperdendis illis peccatoribus de quibus Salvator loquitur *e*; *de corde exeunt cogitationes malæ* &c. Persequitur eamdem tropologiam Nyssenus *f*, diligenter tractans de myrrha, qua stillant manus, & quæ sunt plenæ: item Origenes *g*, atque Basilius *h*. Hic optimè perpendit incredibile videri, unoquoque diei initio manus Davidis contaminatas hominum sanguine; nec unus, inquit, poterat simul omnibus evadere superior: & quamvis bello eos vicisset, non uno cunctos diluculo interemisset. Eadem Cassiani *i* hujus loci expositio. Quarto innuit idem Hieron. *K* tamquam ex oratione Dei hoc loco, quod ipse se dicat interficere illos, qui nolunt sanari ad pœnitentiam. Ceterum verum est, quod Rikelius annotat, debere Principes sæculares gladio materiali, Prælatos spirituali, iniquos occidere, ut mundent Ecclesiam à commixtione pravorum. Hoc Thomas Aquinas *l* negat adversari charitati, quando peccantes hujusmodi sunt, de quibus magis præsumitur nocumentũ aliorum, quam eorum emendatio; exigere vero charitatem, ut bonum publicum præferatur vitæ singularis personæ: mortem etiam illis prodesse sive convertantur ad culpæ expiationem, sive ad culpæ terminationem: sic eis sublata potestate amplius peccandi. Error fuit Vvaldensiũ, & Nicolai Galeci Boemi nullum hominem justè occidi posse novæ legis tempore, etiamsi id fiat ex Judicis præcepto *m*. In nova lege exemplum est Petri, qui Ananiam & Saphiram occidit *n*: ut omittam apertissimam rationem, atque Patrum, & Scholasticorum testimonia, & usum Ecclesiæ in reis quotidie occidendis, & bellis inferendis. Denique, non sine caussa gladium portat Dei minister, ait Apostolus *o*, vindex in iram illi qui male agit. Lege August. *p* Exposa etiam penitus à scholis est Scoti *q* opinio, fures non posse occidi. Maleficos quoscumque Deus verabat, ne paterentur Hebræi vivere *r*. Eadem viget semper ratio, si è republica sit, & juris servetur ordo. Nisi hunc ordinem, & legitimam potestatem requisivit Lactantius *s*; & si desinit; hominem occidere semper nefas duxit, in errore etiam proculdubio fuit. Fieri justitia debet omni tempore; sed cum judicio *t*, quando nimirum circumstantiæ adsunt, ne fortè colligendo zizania, eradicetur etiam cum eis simul & triticum: quo exemplo Cyprianus *u* vehementer eos qui præsunt hortatur, ad pœnam differendam, & malos tantisper tolerandos. Ipsemet David *x* alibi cecinit; *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei: disperge illos in virtute tua*. Exilio contentus fuit. Non possunt aliquando puniri mali, sine graviore damno bonorum: & melius est, ut Titum refert dixisse Joseph *y*, noxium relinquere metu suspensum, quam immeritum quemquam cum eo perdere. Tametsi negari non potest, interdum propter bonum commune fas esse in bello hostilem locum perdere, quum aliter non potest obtineri victoria; etiamsi malis boni admixti sint. Quũ metus iste non subest, ait August z, & cum zizaniis eradicetur simul & triticum, sed omnia, de frumenti stabilitate certa securitas manet, idest, quando ita cujusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior fuerit observatio charitatis. Quum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat, nisi dolor & gemitus. Sic igitur misericorditer corripiat homo quod potest, quod autem non potest, patienter ferat. Turba autem iniquorum, quum facultas est, generali objurgatione ferienda est: & quum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicuti separata sævire, sic in ipsa congregatione objurgata gemere consuevit.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.) Hier. *(mane perdam omnes impios terræ.)* Plurale Hebræum לבקרים *lalbeKarim*, & Græcum εἰς τὰς πρωΐας, & Latinum Psalterii veteris, ac Romani, & August., Arnobii, Cassiodori, Ambrosii *a*, Gregorii *b*, Hieron. *c* (licèt alicubi *d* legat ut hic legimus) *in matutinis*, denotat ut aliàs notatum est, valde magnam sine dilatione, citamque diligentiam, captamque commodam, ut se primum offert, occasionem, citius quam improbi putarent: quamvis id quod ita fit, alio fiat quam propriè dicto matutino tempore. Nihilominus impropriè dicto illo tempore observantur nonnullæ rationes, quas etiam indicavi; ut de judicio seu resurrectione, de lumine divino, ut primum menti illuscecit, vel de rore gratiæ divinæ, de primis pravarum cogitationum initiis. Addit Hugo, matutino ipso tempore diabolum magis tentare, tuncq; fieri plura peccata, juxta illud quod scribitur *e Hai Regem festinasse egredi mane cum omni exercitu*: & quod væh Michæas *f* illis dicit, *qui cogitant inutile, & operantur malum in cubilibus suis, & in luce matutina faciunt illud*; propterea Cistercienses vigilare mane, nec repetere lectos post matutinas preces, sed versari in oratione: postremo multas tali tempore victorias contigisse, ut in Exodo *g*, & historia Regum *h*: hoc etiam esse *tenere, & allidere parvulos suos ad petram* i. Emergentes peccatores ait Cassianus *K* terræ nostræ, idest, sensus carnales, in matutinis sui ortus nos oportet extinguere: & dũ adhuc parvuli sunt, *allidere filios Babylonis ad petrã*. Hoc etiam Remigius dicit; addens *contere caput serpentis* l, esse illicitos motus, ne ad actum perveniant, interficere. Decet sic fieri, ac necessarium etiam est, ut & simul *castigationem nostram esse in matutinis* m. Isidorus *n* Pelusiota declarari docet à Psalte justitiæ sinceritatem, ac prudentiam; nempè quod nec iracunda, nec temulentia eum ad cædem impellebat. Nam illa etsi hesterno die ipsius animum concitabat, at per noctis longitudinem mitigabatur; hæc rursus, etsi vespere ingens accesserat, per somnum tamen satis minuebatur, ac discutiebatur. Pura itaque, ait, atque integra tùm manu, tùm mente adversus eos, qui Deum sceleribus suis lacessebant, arma induebam. Hoc modo Isidorus. Alicubi sententia præsertim de capite non nisi matutino tempore fertur, nec etiam executioni mandatur. Innui vult Bruno Carthus. alio modo à Davide innocentiam suam, nempè perinde ac si diceret: ego existens in matutino, idest, in charitate innocentiæ & perfectionis omnimoda, interficiebam, idest, interficere desiderabam omnes peccatores terræ, idest, regni mei secundùm quod peccatores erant. Quod attinet ad *peccatores terræ*, *(impios,)* ut retuli, reddidit Hieron., hosque potissimùm significant רשעים *reschiahhim*: & hi cum primis perfecto, & summo odio odiendi sunt *o*, ac persequendi: & videri possent hic distingui à sequenti membro; quod sit de illis, qui sunt in alios iniqui. Nihilominus plures ea vox alios comprehendit, quemadmodum pluribus aliis in locis antea vidimus. *Peccatores terræ* Ambr. *p* observat dici, quasi quidem propriè tales censeantur; aliqui *peccatores cœli* dum simul quum hoc nostro tractat locum *q*; *Prævaricatores æstimavi, seu prævaricantes reputavi, omnes peccatores terræ*. Prodigus adolescens quum resipuit, patri dixit *r peccavi in cœlum & coram te* Sunt qui dicant, ait Ambr. quia is qui cœlestia non servat oracula, prævaricator est cœli, ipse autem transcribens Hilarii ad eumdem Ps. 118. locum commentarium, omnem putat *peccatorem cœli* peccatorem nominari posse, quia minuit gratiam, quam accepit è cœlo, & Spiritus sanctus infundit; sive quia avis cœli factus, in terram redit de cœlo, cœlique incola cœlum relinquit: sive quia cœlestis civitatis jura contaminant, & immaculati corporis violat sanctitatem suorum colluvione vitiorum: denique quia qui cœlestis erat, post lapsum terrenus evadit; sicut Adam de Paradiso expulsus & ejectus. Dicere posset aliquis *peccatores terræ* esse homines; *peccatores cœli* dæmones, tamen hos etiam *peccatores terræ* appellari posse mysticè docuimus, quja terrę incolas ad peccandum sollicitant. Idem nomen in Ps. 74. *f*.

Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. Ad Psalt. Latina, & citati Patres *ut disperdam*. Hieron. *ut interficiam* להכרית *lehacrith*: & Paraphrastes exprimit *Jerusalem*, per quam simul regnum totum intelligitur, in qua illa Metropolis erat, inquit Lyranus. *Disperdere* non est *dispergere*, salva vita; sed *internecioni dare*, utiq; Apollinar. explanat δαμάσαι ἐλέῳ *domare interitu*,

a *in ps.* 21. & *in* 118. *octo.* 15
b 6. *Mor.* c. 25. *vel* 27
c *in cap.* 5. *Esa.*
d *in c.* 3. *Ecc.*
e Matt 15. 19
f *hom.* 12. *in Cantica*,
g *hom* 8 *in Josue*.
h *in Esa. c.* 5
i 6 *instit. c.* 13
k *in Eccl. c.* 3. Dicitur Deus interficere illos, qui nolunt sanari ad pœnitentiã.
l 22. q. 25. a. 6. ad 2.
m Prateolus in Elencho. Castro verbo occidere ex Guidone Carmel.
n *Act.* 5. 59
o *Rom.* 13 4
p 1. *de civ.* c. 21
q 4. d. 15. q. 3 a. 2 Scoti opinio fures non posse occidi, explosa.
r *Exo.* 22. 18
s *lib.* 6 c. 20
t *ps.* 105. 3
u *lib* 4. *ep.* 2
x *ps.* 58. 12
Melius est reiinquere noxium metu suspensum quam immeritum cum eo perdere.
y 4. *de bello Jud. c.* 4
z 3. *const. ep. Parme.* Turba in quorum quum facultas est generali objurgatione ferienda
f *vers.* 9.

ritu, excindere, interficere, ut dicebat Hieronymus, & explicat Augustinus. Civitas vero mysticè cœlum est, Ecclesia, quilibet piorum cœtus, cujusque justi anima, ut ex dictis constat. Id textu Chaldæo Nebiensis explicatur sensus anagogicus de futuro judicio mundo venturo, qui assimulatur luci matutinæ, *perdam omnes peccatores terræ, ut disperdam de Jerusalem civitate Dei, omnes operarios falsitatis*. In cœlestem Jerusalem nullus admittitur *operarius iniquitatis*; sed eum discedere à se Rex illius jubet a *in ignem æternum* b; non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium c: *foras mittuntur canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis qui amat, & facit mendacium* d. Notat creditus Hieronymus, quod Judæi hunc versum audientes, & sequentes litteram occidentem, & desiderantes sanguinem fundere, si quis prævaricatus fuerit de lege, interficiunt eum: siquidem non sunt contenti occisione Prophetarum; sed & ipsum Dominum crucifixerunt. Exponit vero idem Auctor *dispersionem* in bonam partem, ut increpatus peccator pœnitentiam agat, & dispergat iniquitatem de corde suo, nec enim hoc dictum ut abjiciatur, sed ut salvetur. Sensus mysticus est similis aliis prius allatis. Hic finis quinquagenæ secundæ: quæ, ut RiKelius admonet, & nos jamdudum ante, convenit proficientibus, ac in spiritu ambulantibus, & quorum est in actu justitiæ exerceri, eundo de virtute in virtutem: hoc autem in Psalmo de rigore justitiæ pertractatur. Prima quinquagena incipientium est, qui in luctu actibusque pœnitentiæ occupantur; illius vero Psalmus extremus est quinquagesimus totus de pœnitentia: sequens pertinet ad perfectos, qui à vita activa ad contemplativam ascendunt, atque laudibus Dei jugiter inhærent. Concluditur autem Psalmo, qui est de laude divina.

a *Ma* 1.7.13
b *c*.25. 31.
c *Apo*.21.27
d *c*.22.15.

Sensus mysticus idem cum superioribus.

PSALMUS C

CENTESIMUS PRIMUS.

1 Oratio pauperis,

Quum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.

2 DOmine exaudi orationem meam; & clamor meas ad te veniat.

3 Non avertas faciem tuam à me in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me:

4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei & ossa D mea sicut cremium aruerunt.

5 Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

7 Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

8 Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me adversum me jurabant.

10 Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

11 A facie iræ & indignationis tuæ: quia elevans allisisti me.

12 Dies mei sicut umbra declinaverunt, & ego sicut fœnum arui.

13 Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem:

14 Tu exsurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

15 Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: & terræ ejus miserebuntur.

16 Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.

17 Quia ædificavit Dominus Sion & videbitur in gloria sua.

18 Respexit in orationem humilium: & non spevit precem eorum.

19 Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

20 Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit.

21 Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interemptorum.

22 Ut annuncient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Jerusalem.

23 In conveniendo populos in unum & Reges ut serviant Domino.

24 Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

25 Ne revoces me in dimidio dierum meorum in generatione & generationem anni tui.

26 Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.

27 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: 28 tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

29 Filii servorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

TITULUS, & ARGUMENTUM.

Versus 1. Oratio pauperis;

Quum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.

Titulus.

Argumentum titu verbis in nuitur.

Ituli primum nomen *orationis* erat, etiam in titulo Psalmi 16. 85. 89. & in ultimo dicebatur *oratio Moysis*, in aliis *Davidis*: hic autem non exprimitur ulla persona nominatim, sed tantum in genere per verba sequentia, quibus argumentum quoque innui videtur. Nam comparatus est hic Psalmus, veluti formula peccatoris pro paupere, ideſt, non solum qui sit inops à facultatibus externis, sed quamlibet aliam calamitatem patiens in animo, aut in corpore, ut tum præsertim utatur Psalmo isto, quando præ molestia pæne deficit, ac deliquium patitur, ac ferè desperat. Pro seipso David (sive cum Saulis, sive cum Absalonis pateretur persecutionem, aliamve quamlibet molestiam) & pro aliis edidisse Psalmum Euthymius docet: Basilius, Theodoretus, Chrysostomus pro captivis in Babylone: contineri tamen in eodem Psalmo Gentium vocationem, salutemque, quæ Nicephorus *Blemmida* vocat *mysteria de Christo*. Placet Bedæ hæc opinio, nec displicet Lyrano. Qua in re Eusebius ac Didymus conveniunt, passimque Latini, & omnino favet Paulus e, proferens ex præsenti Psalmo testimonium de Christo. Omnia vera, vel verisimilia, sicut & quod sit oratio eorum, qui jussu Davidis remanserant in Jerusalem, quum is inde fugisset filium persequentem. Sed ita, ut si de captivitate Babylonica agatur, typum dicamus

e *Hebr.* 1.10. 11.12.

mus esse captivitatis generalis omnium hominum sub Diabolo, peccato, morte; & illa captivorum vota, *Tu a exurgens, Domine, misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus, &c.* item, *quia b ædificabit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Præterea, *Prospexit de excelso sancto suo. Dominus de cœlo in terram aspexit: ut audiret gemitus compeditorum, & solveret filios interemtorum, &c.* designant vota & desideria adventus Christi, atque prædictionem ejusdem. Idem ajo, si quis alias interpretetur populi afflictiones post reditum de Babylone per Antiochum, tempore Machabæorum. Nam propter hebdomadas illas Danielis *d* potuerunt Judæi tunc expectantes Messiam, usurpare verba, quæ modo recitavi ex Psalmo nostro. *Quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.* Id quum non liceat infelicibus Judæis nunc dicere, nec possunt, quod tamen faciunt, ut R. Salomon, teste Lyrano, de tempore præsentis, ærumnæ, atque servitutis accipere. Itaque pauper anxius effundens in conspectu Domini precem suam, vel est Christus (etiamsi videantur negare Cassiodorus & Beda) pro nobis egenus factus *e*, induensque personam totius humani generis ad extremam inopiam redacti, propter lapsum primi parentis, propriaque deinde singulorum peccata: vel est Adam, & alii omnes homines deplorantes hanc suam miseriam ac implorantes misericordiam Dei & Christi. Eidem Christo quadrant similitudines hic ductæ ex passere & pelicano, ut suo loco dicetur. Quòd Petrus Vega *f* refert referre Genebrardum, qui dicant Psalmum hunc totum à Christo recitatum in Cruce, ideoque dici orationem. Equidem nec apud illum reperio, nec apud alium Doctorem. Ceterum, quum sit hic Psalmus ex pœnitentialibus quintus, (de quibus, quot sint, & cur ita vocentur, dixi Psalmo 6.) rectè creditus Hieronymus personam peccatoris agnoscit in eo, & Cassiodorus atque Innocentius Papa III. in explanatione, humilem pœnitentem appellant pro suis anxiatum miseriis, & orantem: Observat Hugo succedere Psalmum istum pœnitentialem priori, qui ad jubilum & exultationem invitabat, quoniam in hac vita lætis tristitia succedunt: & quia peccatis anima oppressa jubilare non potest. Sed quod ex Hieronymi commentario citat, non extat in eo, qui tribuitur nunc ipsi. Numerat idem Pontifex Innocentius versus 25. atque mysticam numeri rationem reddit, in qua non moror: & de mysteriis ejusdem numeri plura extant apud Petrum Bongum. Sequutus est divisionem Romani Psalterii: in editione enim Biblica vulgata sunt 29. computando titulum, & sine titulo in Officio Ecclesiastico adhuc totidem, paullo aliter partiendo. In septem Psalmis pœnitentialibus hic ordo constituitur à nonnullis, ut primus magis propriè spectet ad contritionem, secundus ad confessionem, tertius ad satisfactionem, quartus mixtim ad omnes, iste quintus ad orationem, quæ pars est satisfactionis. Athanasius *g* recenset hunc Psalmum inter eos, qui ἐν εὐχῇ εἰσὶν, *in precibus sunt*: & illos, qui sunt opportuni, assiduè revolvere volenti beneficia Dei in patres nostros, dum proficiscerentur ex Ægypto, & in solitudine erant: & quam bonus sit Deus & quam ingrati mortales.

Oratio pauperis.) Augustinus & Prosper *inopis*. Græcè in dativo, τῷ πτωχῷ. Cui casui & genitivo, servit littera servilis Hebræa cum nomine לְעָנִי *lehboni*, ut alias notavimus, Chaldæum est מִסְכְּנָא *mischena*, unde Italicè *meschino*, & Gallico datum sermone *mesquin*. Diximus *pauperem* intelligi quemvis, qualibet de causa egentem aliena, Dei præsertim ope, non tantum opibus vel necessariis ad vitam corporis tolerandam. *Afflictum* alii hoc loco transferunt. Distinguunt Innocentius paupertatem bonam, malam, mediam, seu indifferentem, quæ facit pauperes Christi, Zabuli, mundi. Cassianus *h* pauperes spiritu intelligit anxietates vitæ hujus, atque angustias & ærumnas patientes. Nihil peccatore calamitosius & pauperiùs; quia peccatum privat gratia, Deoque, & annihilationem meretur, non solum privationē cujuslibet creati boni. Verus autem pœnitens, tamquam vir videns paupertatem *i* suam, profitetur se in isto Psalmo cunctis bonis externis indignum atque destitutum, propter peccatum, vita, dum ait: *defecerunt* k, *sicut fumus dies mei*, viribus l, *ossa mea, sicut cremium aruerunt*, humore vitali & radicali *m*, *percussus sum, ut fœnum, & aruit cor meum*, facultatibus & victu, non solum deliciis *n*, *oblitus sum comedere panem meum*, amicorum societate *o*, *factus sum sicut passer solitarius in tecto*, diurni luminis lætitia *p*, *factus sum sicut nycticorax in domicilio*. Præterea deplorat se affectum opprobriis ab inimicis *q*, *tota die exprobrabant mihi inimici, &c.* passumque à veteribus amicis, aut certè à fictis amicis, qui laudare ipsum prius videbantur, diras execrationes *r*, *& qui laudabant me, adversum me jurabant*. Adhæc, majorem doloris exponit caussam, quod ex felici deciderit in ærumnosam conditionem *s*, *quia elevans allisisti me*. Postremo adjicit ad malorum cumulum, quod exigua sit spes remedii, ob spatii vitæ brevitatem *t*, *dies mei sicut umbra declinaverunt*. Observata sunt hæc ante me à Petro Vega *u*: & quod *inquirentes Dominum* non deficient, sive *non minuentur omni bono* x, nihilque deest, seu *non est inopia rimentibus eum* y, & quum pauper clamat, Deus exaudit illum z quia *oculi ejus in pauperem respiciunt* a: *& parat etiam in dulcedine pauperi* b, *ut edat ac saturetur, ac illum laudat* c; quum *factus fuerit ipse fortitudo pauperi & egeno d*. Magnæ pauperis divitiæ, cui nihil deest eorum, quæ postulat à Deo, multoque potest promtiùs, ac verius, quam Aristippus affirmare, nullius se rei egere, quia Deus est, à quo nullius penitus rei egente *e*, quod sit opus accipiat: non Dionysius, cui Philosophus ille, qui se quum non egere dixisset, & pecuniam tamen accepisset, ea respondit accepta, vere dixisse, quia nimirum dederat Dionysius *f*.

Quum anxius fuerit.) Augustinus & Prosper, *quum angeretur*. Cassianus *g*, *quum anxiatus fuerit*. Alii ex Hebræo, *cum mœrore animi cruciabitur*, vel *operietur*, seu *involvetur*, *cum angustiis afficietur*, *quum torquebit sese*, *nempè ob gravem afflictionem, quum constrictus erit, redactusque in angustias*, *quum torquebitur*, aut *consternato*, seu *afflicto erit animo*. Et possunt omnia per præteritum reddi, etiamsi verbum sit futuri temporis, כִּי יַעְטֹף *chi jahhatoph*: quod verbum significat *obtegi*, *obrui*, *involvi*, ita ut quis non appareat, ut accidit valde perturbato, & animi quoddam deliquium patienti, seu pæne exanimato. Addit R. Kimhi hoc loco, multiplicare preces toto corde, cordisque contritione; quod facit correptus gravi anguștia. Græca sunt ὅταν ἀκηδιάζῃ, quasi dicas, *quum acediatus fuerit*, vel *acediabitur*, quo verbo Interpres utitur aliquando *h*. Unde unum de capitalibus peccatis acedia, quam vocant corrupte *accidiam*. Symmachus vertit ἀθυμεῖν, alii λειποθυμεῖν, quidam εἰς ἀπογνώσιν ἐλθεῖν ἑαυτῷ, *desperare*, *animo deficere*, seu *agoniam pati*, *in desperationem venire sui ipsius*. Apollinarius esse καὶ βεβαρῶσθαι ἄτῃ *mala oppressum calamitate*. Est autem propriè ἀκηδιᾶν *negligente n esse*, vel *negligenter se habere circa aliquid*: item *animo concidere*: *mœrore gravi affici*: & perinde ac si *a alpha*, ut tacit aliquando, augeret significationem, & esse idem quod πολυκηδεῖσθαι, *multas curas*, *sollicitudines*, *mœrores habere*: & servato ejusdem litteræ usu privandi, præ magnitudine calamitatis, omnem curam spemque remedii abjicere. Hoc igitur loco significatur is, qui redactus in extremas angustias, nec quid ultra agat sciens convertit se ad Deum, *oculosque dirigit ad illum* i, simile quid nostra caussa, & ad exemplum nostrum Christus experiri voluit, *tristari usque ad mortem*, *mœstus esse*, *pavere*, *tædere*, *factus in agonia prolixius orare* K. Hoc aliis verbis alibi *l* dixit David, *anxiatum spiritum*, *& in ipso turbari cor*: item, *à finibus terræ clamavisse*, *dum anxiaretur cor* m.

Et in conspectu Domini effuderit precem suam (Hieron. *& coram Domino effuderit eloquium suum*. Cassianus *n*, *& coram Deo*. Quod alii reddunt in futuro tempore propter verbum יִשְׁפֹּךְ *ispoch*. Nomen שִׂיחַ *siath* quamlibet narrationem, atque locutionem significat: & Symmachus exposuit λογοποιΐαν, *sermonis fictionem*, quum nempè quis apud seipsum & secum loquitur, velut per dialogismum, & adhibet sibimetipsi consolationem. Id alius exposuit per παραμυθίαν, quæ *consolationem* significat, Verbum שׂוּחַ *suach*, unde שִׂיחַ *siach* derivatur, *loqui* in genere denotat, & præterea *meditari*, *orare*, sed & *narrare afflictiones ac labores suos*. Extat idem nomen, ac phrasis in Psal. 141. *o Effundo in conspectu ejus orationem meam*, שִׂיחִי *sichi*, *& tribulationem meam ante ipsum pronuncio*: *in deficiendo ex me spiritum meum*. Transfertur adhuc *orationis* nomine in Psalmo 63. *p*. Quid sit *effundere precem*, cognosci potest ex dictis Psal. 41. *q*, *Effudi in me animam meam*: & in 61. *r Effundite coram illo corda vestra*. Effusio indicat promtos velut ex vase gemitus, singultus, questus, lacrymas & copiam atque prolixitatem orationis: quemadmodum & Christus factus in ago-

a vers. 14.
b vers. 17.
c vers. 20.
d cap. 9. 24
e 2. Cor. 8. 9
f Hic dif. 1.
In septem Psalmis pœnitentialibus quis ordo constituatur.
g ad Marcel.
h Basil. de. 9. 29
i Vers. 3. 2
k vers. 4. Ibidem. m vers. 5. n Ibidem. o vers. 8.
p vers. 7.
q vers. 9.
r ibidem.
s vers. 11.
t vers. 12.
u Hic dicursu 1.
x Psal 33. 11
y Ibid v. 10.
z vers. 7.
a ps. 10. 5
b ps. 67. 11
c ps. 21. 27
d Isa. 25. 4
Aristippus nullius rei egere se dixit.
e ps. 15. 1
f Laert. l. 2
g Coll. 9. c. 19
h Eccl. 6. 26 c. 22. 16
i 2. Paralip. 20. 12
k Matth. 26. 37. 38 Marc. 14. 33 Luc. 22. 44
l Psalm. 142
m psal. 60. 3
n Coll. 9. c. 19
o vers. 3.
p vers. 2.
q vers. 5.
r vers. 9.
Effundere preces quid sit.

agonia prolixius orabat, simulque cum oratione fluebat ex corpore toto illius largiter sanguis *a*; ita ut preces, & sanguinem funderet. Insinuatur quoque effundendi verbo ritus pœnitentis à Samuele usurpatus, per effusionem aquæ *b*. Denique, ne quæ hac de re alibi dixi repetam, *oratio humiliantis se penetrat cœlos, & donec propinquet, non consolatur.* c Dicitur etiam *effundi loquela gemitus* d. Addunt aliqui codices Græci, ᾗ κατὰ πόνον προσεύχεται, *& cum labore orat*. Effusio præterea facilitatem & affluentiam indicat, cum qua tamen bene cohæret labor & anxietas; quemadmodum cum sectione venæ, indeque profluente sanguine, delinquit quis animo, & exanimatur.

a *Luc. 22. 43. 44.* Christus in oratione preces, & sanguinem fudit.
b 1. *Reg. 7. 6.* Oratio humiliantis penetrat cœlos.
c *Eccl. 35. 21*
d *Vers. 17*

Vers. 2.) Domine exaudi vocem meam, & clamor meus ad te veniat.

Vers. 3.) Non avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.

Sensus loci.

PAupertate pressus, maximeque anxius, effundit in conspectu Domini precem suam, voce magna cordis & oris, contendens & urgens, ut exaudire dignetur, vultu & oculis favere, aures benignas dare, non differre auxilium, sed id præbere quamprimum, quia sit in mora periculum. Innocentius Papa III. observat formam orationis in his verbis, quinquies sine aliqua interpositione multiplicatæ, ut unum, idemque toties replicando, patenter, inquit, ostendat, quanta supplicationis instantia, quove devotionis affectu Deum debeamus orare. Ait præterea innui, quod interdum aliquis tam exiliter orat, ut ejus oratio non possit exaudiri: nonnumquam autem fortiter clamat, sed clamor ejus non permittitur ad Principem pervenire: aliquando etiam clamor pervenit ad Principem, sed ipse à precibus aurem avertit: quandoque vero aures inclinat, quum exigit opportunitas, sed nimis differt exaudire precantem. Adhæc, docet ostendere pœnitentem hoc loco, quod ejus preces dignæ sunt, devotæ, gratæ, necessariæ, humiles, opportunæ, efficaces: quia dignæ, dicere, *exaudi orationem meam*: quia devotæ, *clamor meus ad te veniat*: quia gratæ, *ne avertas faciem tuam à me*: quia necessariæ & humiles, *in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam*: quia opportunæ & efficaces, *in quacumque die invocavero te, velociter exaudi me*. De oratione talibus prædita conditionibus usurpasse possumus, quod ait ille,

d *Hæc placuit semel, hæc decies placebit.*

d *Horat. de arte.*

Delectat palatum divinum sæpiùs repetita, eique placet pluries frequentata & gustata, non sicut arbuti, seu comari, aut memæcyli fructus unedo, quem sic denominatum volunt, quod uno plures edi cum voluptate non possint *e*: etsi periti *f* negent eumdem esse unedonem cum arbuto; sed epimelis fructum unedonem, arbuti, seu comari fructum arbutum, seu memæcylum. Cærasum marinum vulgo vocamus unedonem.

e *Plin. l. 15. cap. 14. Dioscor. cum Matthiol. l. 1. cap. 138. Theophr. 3. de plant. c. 10. Galen. 7. simplic. medica.*
f *Dalecamp. in Plin. & alii citati à Corda nostro in 1. Georg.*

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.) Augustinus & Prosper, *exaudi Domine*. Iidem, & Arnobius, Cassiodorus, Innocentius, atque Psalterium Romanum, ac vetus, *ad te perveniat*. Symmachus pro nomine προλαγῆς, ponit nomen ὀιμωγῆς, *fletus*. De notione nominis Græci προσευχῆς, quid à κλαυθμὸς differat nomine, dixi aliàs. Chrysostomus hoc loco primùm ait significare *supplicationem & orationem Deum*, secundùm *petitionem earum rerum, quas is, qui orat, obtinere cupit*. In titulo est δεήσεως, hic προσευχή. Versiculum istum Ecclesia sæpius usurpat. Causam, cur exaudiri flagitet orationem, significat esse, quoniam ex toto corde illam profert, ut creditus notat Hieronymus. Clamor hic bonus non tam oris, quam cordis, quo clamat Moyses *g*, Susanna *h*, Ninivitæ *i*, non quo Sodomitæ *k*. Prius ergo, quam ad fletum, & ad jejunium pro peccatis nostris animum convertamus, ait Arnobius, non audeamus dicere, *clamor meus ad te perveniat*: ne forte non sit talis clamor, qui misericordiam consequatur; ne forte sit in eo ira, causatio, maledictio, adulatio, insultatio, detractio, mendacium, & cetera his factis similia. Subdit; His ergo vitiis pessimis, nostro clamore sonante rogandus est Deus, ne clamor hic ad eum perveniat. Clamor etiam bonus ille censetur, qui

g *Exod. 14. 15*
h *Dan. 13. 42*
i *Jon. 4. 5.*
k *Gen. 18. 20*

Antequam ad jejunia, & fletu accedamus, non dicendum.

Clamor meus ad te veniat.

bonis orantis operibus, ut Cyprianus loquitur *l* infarciatur, quæ preces nostras apud Deum imponunt. Egimus aliàs de clamore tùm bono, tùm malo, & de illo, quo crimina quædam clamare dicuntur ad Deum, vel æruminosæ quædam personæ. Notavimus quoque non admodum æstimandam in compositione verbi *exaudiendi*, præpositionem *de*, qua hoc loco Hugo, Ayguanus, & alii; quasi sit *extra*, idest, cum effectu audire, vel patienter, ad exitum de peccato, in exitu de mundo, ex corpore. Una oratio singulariter hìc posita potest innuere, ut hic notat Hugo, vel quam Christus docuit suos *m*, completentem quidquid orandum; vel rem illam unam; quam petebat David noster à Domino, & requirebat *u*: vocat *n* orationem suam, non alienam, non contentus se commendare aliorum, nisi & ipsimet, quod in se est, faciat, oretque. Ut exaudiatur oratio, debet esse.

l *De oper. & eleemos.*
m *Matt. 6. 9*
n *Psal. 26. 4*

Commoda, pura, volans, devota, tenax, pia justa, Communis, brevis, in Christo, cum spe, locus, ardor.

Orationis conditiones.

Idest, pro re utili: sine cogitationibus malis: cum alis veluti jejunii, & eleemosynæ: cum humilitate, ac timore: assidua ad Deum, facta à justo; pro justo; in finem justum: in persona Ecclesiæ, utque cunctis prosit: ne quis se in multiloquio exaudiri existimet; ut fiat in nomine Christi, perque Christum, cum fide, nihil hæsitando: ut quum fieri potest, in orationis domo: denique ex charitate, atque ferventer. Pepinus *o* numerat justitiam, charitatem, fiduciam, devotam diligentiam, societatem jejunii & eleemosynæ, humilitatem. Clamandum nobis exemplo eorum, qui incensa clamant domo, vel adversus alluvionem, seu procellam & tempestatem, vel contra hostes, nempè ne concupiscentia, mundus, diabolus noceant; quod pluribus verbis hoc loco Didacus Vega declarat. Orandus Deus, ne quominus perveniat ad ipsum clamor noster, nostra impediant peccata, tamquam aut sartago *p*, aut murus *q*; aut nubes *r*, ut admonet Innocentius. Pervenit ad Deum clamor, & ab ipso exauditur diligentis illum *s*, attente clamantis *t*, benigne aliorum miserentis *u*. Bene sperandum peccatori clamanti, quem pœnitet, vel pœnitere desiderat, & clamantem in plateis exaudit sapientiam, & Deum vocantem intus, aut etiam foris per Prædicatorem, & modis aliis, quæ omnia Guilielmus Pepinus *x* accommodate tractat. Hugo, Ayguanus, & alii quidam accommodant ad orationem Christi *cum clamore valido* y. Agitur hic potissimum de privata cujusque in calamitate positi, oratione & clamore, sive sit justus, sive etiam peccator. Chananæam exaudiri discipuli, quia clamabat post eos, impetrarunt à Christo *z*, & clamosos oratores quidem dixit claudis similes esse; qui ad equos confugiunt. Crœsi filio muto vocis elicuit usum indignatio in molientem patri cædem *a*, & Ægles athleta, quum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus, & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis evasit *b*. Quidni ergo vociferetur, & contentissime clamet infelix peccator, sibimet ereptam vitam, & æternum præmium?

o *Lest. 5.*
p *Ezech. 4. 3*
q *Ps. 17. 30*
r *Thren. 3. 44*
s *Psal. 114. 1.*
t *Psal. 119. 1*
u *Esa. 58. 9*
x *Lest. 6.*
y *Heb. 5. 7*
z *Mat. 15. 23*
a *Herodot.*
b *Val. Max. lib. 1.* Peccatori contentissime orandum.

Non avertas faciem tuam à me.) Hieron. *non abscondas*, alii, *non celes*. Valent hæc Hebræa תסתר לא *lo thafter*. Quid autem sit *avertere*, seu *abscondere*, seu *celare faciem & vultum ab alio*, sæpè dictum est: quo pacto etiam optandum, ut eamdem faciem avertat Deus à peccatis nostris, & è contrario, ut convertat faciem suam ad nos, vel coercendo peccata nostra, vel gratiæ munera conferendo, vel præmium gloriæ concedendo. Observat Hugo ἀντίστροφα, per quam minus dicitur, plus vero significatur; nempè petendo ne avertat Deus faciem; ut eamdem convertat, & videndam in beatitudine præbeat. Placet magis quod idem priore loco dicit, mutatis verbis idem repeti. Avertere dicitur Deus manum vindictæ *c*, iram *d*, animam *e*, postremo faciem; sed ut dixi, duobus modis, tùm in bonam, tùm in malam partem. Gregorius ad similitudinem dominorum dictum vult, qui quum pro alicujus suorum culpa, gravius offenduntur, solent eum à conspectu suo expellere, & à familiarium assistentium collegio separare, à supplicante faciem avertere, roganti veniam denegare; Deum non dedignari, converti ad humiliatos; immo & aversos, ut convertatur, hortari *f*, ac post tergum monere *g*, idest, abscedentes; & persuadere, ut etiam nequitia perpetrata revertantur ad ipsum. Chrysostomus ait indicari hunc sensum, ac si dicat Propheta, absit ut ea petam, ob quæ tu preces meas repudians faciem tuam à me aver-

DEUS manum & faciem dicitur averte re, tùm in bonam, tùm in malam partem.

c *Job. 23. 21*
d *Psal. 84. 5*
e *Jerem. 15. 1*
f *Zach. 1. 3*
g *Jer. 3. 14. 22*
Esa. 30. 21

avertat; ut si peterem, quæ te largiri non convenit, nec accipere fructuosum vel opportunum; si ea de causa peterem, ut peccarem.

In quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.) Hieronymus nectit quatuor primas voces prioribus, ita, *non abscondas faciem tuam à me in die tribulationis*, alias quatuor per se constituit, *inclina ad me aurem tuam*. De auris inclinatione repete dicta Psalmi 16. *a* 30. *b* 70. *c* 85. *d* 87. *e* & postea etiam in 114. *f* eadem phrasis repetitur. Innocentius notat sublimitatem Dei, & humilitatem nostram. Perpendit Augustinus, explanans de Christo capite pro membris orante, & idcirco dicente, *in quacumque die tribulor*, quoniam si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra *g*. Tribularis tu hodie, quasi dicat Christus, ego tribulor; tribulatur alius crastino, ego tribulor; post istam generationem alii posteri, qui succedunt posteris, tribulantur, ego tribulor usque in finem sæculi; quicumque in meo corpore tribulantur, ego tribulor. Non est in hac vita, cui hæc oratio non conveniat, quoniam tribulatur quilibet vel à carne, vel à mundo; flagellatur adversis, & vix est, qui cruciatum evadat Purgatorii. Differit de his Pepinus *h*, ipsique non semel antea egimus, de tribulationis variis modis, necessitate, fructu, remediis. Indicatur in his etiam verbis non declinari tribulationes; quod fieri nequit in hac vita, ut admonet Chrysostomus: sed ut calamitatibus pressi non succumbamus, spe gaudeamus, in tribulationibus patientes nos præbeamus, in his gloriemur.

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.) Vetus Psalterium & Augustinus, *cito*. Hujuscemodi postulatio est in Psalmo 68. *i quoniam tribulor, velociter exaudi me*, quod etiam importat verbum *festinandi, accelerandi*, & similia, quibus citum ac velox flagitatur auxilium; præterea quum ne tardet Deus, oratur; quum per modum querimoniæ quæritur ab eodem, usque quo tandem differat, & non exaudiat, contra ingenium & consuetudinem, & promissum suum, & conditionem etiam liberalitatis, quæ est, ut cito det, qui dat, sicque bis dare censeatur: ne dicat quis petenti, *Vade & cras revertere, & dabo tibi* K, *quum statim possit dare*. Verum hac ipsa de re alias dixi. *In die invocare*, secundùm tropologiam, Gregorius docet, qui in mentis puritate Deum exorat, cujus justitia quum vias suas Domino revelaverit, sicut lumen educitur, & judicium tamquam meridies illustratur *l*, atque de Domino sentiens in bonitate, in simplicitate cordis sui quærit *m* illum. Allegoricè videtur prædictio legis Evangelicæ, in qua citius exaudiuntur orantes, & quidem ut gloriam consequantur, cujus jam aditus patefactus est, atque latroni mox, ut oravit in Cruce *n*, concessa est. De regno cœlorum Augustinus exponit, ejusque desiderio, cui respondens Deus, adhuc te loquente, dicat, *Ecce adsum* o. Cito obtinentur, ait Prosper, quæ bono desiderio postulantur; nec differuntur preces, quæ hoc petunt, quod vult ille, qui petitur. Non tardat auxilium, qui dedit votum. Distinctionem velocitatis malæ in corde per iram, in ore per præcipitem sermonem, in opere: & bonæ, per sermonem increpantem, per aures ad audiendum utilia, per opera bona. Lege apud Ayguanum.

a vers. 6
b vers. 30
c vers. 2
d vers. 1
e vers. 3
f vers. 2
g 1. Cor. 12. 26
vix ullus est qui in Purgatorii cruciatum evadit.
h Lect. 69
vers. 18
k Isa. 7. 3. 28
Tropologia
l Psal. 36. 6
m Sapien. 1. 1
Allegoria.
n Luc. 23. 42. 43
o Isa. 58. 9

Vers. 4.) Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Sensus loci.

EXponit causas adeo sollicitæ, anxiæ, exaggeratæ orationis. Hoc autem versu ait miseriæ, doloriſque magnitudinem tantam esse, ut absumto per vim doloris omni vitæ, consumti subito ipsius vitæ dies sint instar fumi, atque sine honore ac voluptate in auras veluti evanuerint. Ossa vero ipsa exaruerint, exhaustaque vitali succo fuerint ad similitudinem aridi ligni, siccæ stipulæ, succuli, sarmenti, stipitis, virgulti, festucæ, quæ flammis per modico tempore, facillimoque negotio concremantur; ita ut videri possent potius torres exusti, quam succulenta ossa. Figurata oratio nisi prius exponatur, sensus mysticus repræsentari non potest. Expositio Lyrani & Ayguani est de defectu cultus Dei sub Antiocho apud Hebræos; vel prosperitatis ob Adæ peccatum, quod superbia fuerit; vel, ut ait Hugo, quod vita, morsque Christi multis vana, sineque fructu extiterit. Idem Hugo sumit *dies*, pro Doctoribus & Sacerdotibus Ecclesiæ; *ossa*, pro Religiosis: dies illos defecisse, propter fumum superbiæ; ossa, per indevotionem & cupiditatem; superbiam conferri cum fumo, quoniam hic excæcat, vento cadit, pellit de domo, ascendendo evanescit, de igne surgit.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei.) Hieronymus, *consumti sunt*. Alii, *finiti*. Dies vitæ spatium significant, & ipsammet vitam, atque substantiam nostram, quæ per ætates ac tempora, immò momenta defluit perpetuo, & in interitum tendit.

* Ὅτι ὑπὸ ἐμὴ ζωὴ ἰσχὺν κατεπίκρανε καπνοῦ. — * Apollinar.
Quoniam mea vita similis diffluebat fumo.

Alibi orat David exaudiri, quia *defecisset spiritus ejus* p. De similitudine fumi dictum Ps. 36. *q* & 67. *r* designare præsertim, ut hic etiam admonet Augustinus, superbiam ascendentem, tumescentem, vanescentem, deficientem, non permanentem. Spem impii comparat Sapiens *s* cum fumo, qui à vento diffusus est. Extat aliis in locis *t* eadem similitudo. Congruit vero quoque bonis alioqui, sed vanis & inefficacibus desideriis. Exclamat argute Augustinus, *O dies si dies*, ubi enim *dies* auditur, lux intelligitur. Nam inficit atrore, atque tenebris fumus. Denigratur animæ facies, cutisque *u* peccato; & extincto igne gratiæ, peccati fumus existit: post lucem tenebræ consequuntur. Cujus rei signum nonnullum fuisset, si, quod Magister sententiarum *x* docet, verum esset, (non videtur autem verum) post peccatum primis parentis lux Solis, Lunæ, aliorumque syderum reddita est minor; in resurrectione vero accipiet Sol meredem sui laboris, quia septempliciter lucebit *y*, absque vicissitudine diei, noctisque. In bono sensu dies suos pœnitens deficere dicit, cum præteritos male transactos deplorat, & in amaritudine animæ suæ *z* pernicioſum deficcans humorem, reddit se ipsum divino gratum palato, perinde ut quorumdam animalium carnes expositæ fumo aptantur ad esum. Fave quod sequitur de *cremio*, quem alii *focum* vocant. Vapori ad modicum parenti, hoc est, duranti, similem vitam nostram Jacobus facit. Defecisse gemit pœnitens dies suos, ut vaporem ac nubem, qui terræ fumus ab Aristotele *a* nominatur: quoniam licet spem aliquam frugis habuerit & ostenderit, ut vapor, nubesque de terra existens, index est soli feracis, debitam tamen frugem non extulit. Mirabantur Angeli ascendentem de deserto sterili, *sicut virgulam fumi* b. Fumo perire meretur, qui fumos vendit, & his pascit se, alioſve, sicut infelix ille *c* fumo perire jussus à Severo *d*, qui Principis vendebant benevolentiam, simulato commendationis beneficio. Prodige, an inutiliter opes consumas, versas in fumum & cinerem, dicit Horatius *e*, alludens ad sacrificium nomine appellatum *Proterviæ*, de quo Macrobius *f*, in quo quod ex epulis supererat, igne consumebatur. Adversatur humanis præsertim oculis fumus & lacrymas elicit, mirum, ut philosophatur Chrysostomus *g*, sæcularium negotiorum, docens, Davidem quidem de brevitate vitæ ac fuga istius ætatis hic loquutum, tamen de turbulentia quoque rerum præsentium accipi præsentem sententiam posse. Nam sicut ignis iste communis ubi humidam corripit, conspersamque materiam, plurimum, inquit, sine dubio fumum suscitat: sic etiam concupiscentia vehemens illa prorsus ac flammea, quando humentem alicujus ac paluſtrem succendit animam, multum in ea fumum gignit ac nutrit, &c. Potuit hoc sensu de suis loqui David diebus, ob adeo multas regni curas, propterque ignem libidinis, quo exarserat; siquidem & extincto adhuc fumus perdurat igne. Quum ascendit hic fumus in ira indignationis nostræ, meditantibus nobis inanitatem & obscuritatem ævi præteriti, non possumus quin largas ex oculis lacrymas projiciamus, pensando quam involutis, retrisque actionibus, tamquam globis fumiferis decenti ut Cassiodorus loquitur, dies ad comparandam salutem concessos, perdiderimus. Humana vita fumo similis rectè dicitur, quoniam consistit in calore naturali & vitali humore; quemadmodum fumus ex calore ac humore ligni nascitur, aut rei, quæ crematur: quia sicut alta semper fumus petit, ita naturalis est nobis gloriæ, & honoris capacitas, spectamusque in omnibus perpetuitatem, atque æternitatem: quoniam cito vita nostra evanescit; fugitque velut fumus: quia ut fumus est obscurus, molestus oculis, inficiens & contaminans corpora; sic est in nobis obscuritas ignorantiæ, miseriarum molestia, infectio culparum. Innocentius fumum distinguit, spirationis *h*, orationis *i*, compunctionis,

p Psal. 142. 7
q vers. 20
r vers. 3
s Sap. 5. 15
t Isa. 51. 6
Osea 13. 3
Job. 30. 30
u 4. d. 48. l. B
Lux Solis post peccatum primi parentis non reddita minor, in resurrectione septempliciter lucebit.
x Isa. 30. 30
Thren. 4. 8
y Isa. 38. 25
z Cap. 4. 14.
a 2. Meteor. cap. 5
b Cant. 3. 6
c Thurius Voconius, aut Verconius.
d Spartianus Lastpridius Aucto. ad ag. c lib. 1. ep. 15
f lib. 2. c. 2
g homil. 2. in Matth.
Cur humana vita fumo similis dicatur.
h Cant. 3. 6
i Apoc. 8. 4

a, contemplationis *b*, defectionis *c*, admonitionis *d*, elationis *e*, simulationis *f*, corruptionis *g*, damnationis *h*. Pepinus *i* ostendit, quo pacto peculiariter conveniat superbo, luxurioso, scandaloso, ut *deficere sicut fumus dies* eorum dicantur, & quum fumo comparentur. Indico non transcribo.

a Psal.43. 5
b Esa.64.1
c Psal.67.3
d Pro.10.26
e Sap.5. 15
f Mat.12.20
g Esa.42. 3
h Apoc .9.2
i Cap. 19. 3
j Lxx.71

Et ossa mea sicut cremium aruerunt.) Hieron. *quasi frixa contabuerunt.* Alii *tamquam focus*, vel *terris*, vel *titio*, vel *incendio adusta sunt*. Aquila, ὡς κεῦσις ἐφαδυρώθη, *sicut incendium, exustio, cauma, cinis obriguerunt*, sive *frixata sunt*. Symmachus, ὡς ἀποκαυμα ἄυας γέγονεν, *sicut incendium torres facta sunt*. Basilius ac Theodoretus exponunt, ξύλον ξηρὸν, *torrem aridum*. Latina alia Psalteria, *sicut in frixorio confrixa sunt*. Eodem pacto Augustinus, Cassiodorus, Innocentius. Prosper autem, *in frictoriolo*. Arnobius, *sicut frixorium confrixa sunt*. Translatio LXX. est, ὡτεὶ φρύγιον συνεφρυγίτεν. Hebræa vocabula, כמוקד נחרו *chemoKed nicharu*, significat Hebræum, מוקד *moKed*, à יקד *jaKad, urere, comburere*, &c. *combustionem*, aut *locum ubi accenditur ignis*, qui propterea exustus est, appellaturque *focus*. Et Chaldaicè hoc loco, B תבוא *thaphia*, à coquendo, Apud Esaiam *K* reddit Interpres plurali numero, מוקדים *moKedim*, *ardores* & aliud simile, מוקדח *moKedah*, in Levitico *l* vertit solummodo *holocaustum*, quum Græcè exprimatur magis vis illius, addendo ἐπιτῆς καυσεως αὐτης, *in combustione ejus*, ac si in אל מוקדה *bhal moKedach*, posterior dictio haberet, *mappiK* ה denotans affixum pro nomen fœmininum tertiæ personæ. Talem demum est יקוד *joKud*, quod redditur in Esaia *m*, *incendium*. Sensus ergo textus Hebræi ossa mea sicut vel focus exusta sunt, vel res, quæ ex foco extrahitur, jam exusta, sed nondum consumta; cujusmodi est titio, torris, stipula, festuca, sarmentum, surculus, stipes, virgultum, & quidquid ignem facile concipit. Jam Græcum nomen φρύγιον, quidam *n* non satis perite à *frigendo*, sicut & φρύγειν, atque καυφρύγειν, deducunt. *Frigere* namque Latinum verbum est, & scribitur per simplicem Latinam vocalem, non per *y ypsilon*. Fortasse dicere tantum voluerunt sono similes esse has voces Idem arbitror esse φρύγιον, atque φρύγανον quod *sarmentum* exponitur, & de quo egimus in Commentario Actuum Apostolorum *o*. Et Hieron. interpretatur etiam *cremium* p, nempe quidquid est εὐφλεκτὸν, *crematu facile*, ἀφ' οὗ φρύττω, seu φρύσσω, vel φρύγω, *torreo*, *torrefacio*, *frigo*, quod Latinum è Græco derivatum credi potius debet, quamvis littera mutata, quam è contrario, è Latino Græcum. Hesychius ἀρύδιον docet esse ξύλον ξηρὸν, *lignum aridum*. Cum citatis antea Patribus etiam Suidas ξύλον ξηρὸν, *torrem aridum*. Et φρύγω absolutè sumitur aliquando pro *arido*, ut & φρυκτὸς pro *tosto*, *torrefacto*, *frixo*. Translatio Latina, quæ habet, *sicut in frixorio confrixa sunt*, unam ex notionibus Græcarum dictionum accepit, quæ convenit coquinæ, sive rebus quibusdam, quæ coquuntur in patella, vel sartagine, quæ vocatur φρύγιτον, sive φρυγέτρον, quod instrumentum novæ nuptæ præferebant, Latinè dictum *farreum* q, quia farra in eo vase fictili torrebantur. Chrysostomus rem hic declarat similitudine uvæ passæ, quæ nempe tosta vel igne, vel radio solari, succum abjicit, atque contrahitur. Alii Græci exemplo torris adusti, seu semiusti, eodem isto modo aliquot ex Hebraizantibus, vel comparando, ut dixi, cum foco, vel cum loco, ubi fit adustio, ac ipsemet adustus manet. Lyranus, RiKelius, Hugo, Trevetus, Ayguan. propriè accipiunt *frixionem*, & *res frixas*, etiam si fallantur circa *cremii* significationem, de qua paullo post. Putant autem Lyranus & Ayguanus, accipiendo *cremium* pro eo, quod remanet in patella de frixione, innui, hoc loco sartagines, quas Antiochus jussit incendi his, qui idolis sacrificare nolebant *r*, & in eis frigi, quemadmodum Nabuchodonosor frixit Sedeciam & Achab *s*, quos putant aliqui senes illos fuisse, qui Susannam deperierant, & damnare volebant *t*, quum tamen eam subiisse pœnam narrentur, quam innocenti paraverant, hoc est, lapidationis *u*, quod exponunt ita dici, quia occidendos tradiderunt Regi: & quælibet atrox pœna ignis ac fornacis vocabulo denotari solet: aut post lapidationem combusti etiam sunt. Lege Jeremiæ Interpretes, de nostris Castrum & Maldonatum. Postremò *cremii* nomen non est ab Interprete nostro novatum, ut non nemo *x* sensit. Usurpat id Columella *y*, scribens à rusticis *cremia* nominari tenuia admodum lingua, quibus tenuis ignis fit, & fornax incenditur ad coquendum inustum, quales nempe minuti, aridique surculi ignem facilè concipientes. Memorat item *cinnamomi*, seu *cinnami cremia*. Plinius *z* licet alii apud eum tegant *germina*, vel *gremia*, & hoc secundo modo etiam apud Columellam, quum sint *gremia* idem, quod minuti & aridi surculi, ut arbores gremiales, quæ surculos illos, unde componuntur fasciculi, suppeditant. Appellant quoque Jurisconsulti *a campos cremiales*, apud quos *b* item de *cremiis* mentio: etiamsi velint aliqui *gremia* & *gremiales* dici, quod à rusticis gremio surculi deferri soleant. Confundunt alii cum *frixorio*, sive hoc carnem in frixorio frixam designet, sive durum illud, quod in frixorio remanet, sive ipsum frigendi instrumentum. Hugo ait esse id, quod de carne pingui frixa in patella remanet, istoque versu describit.

k Cap.33.14
l Cap.6. 9
m Cap.30.14
φρύγιον, unde, & quid proprie significet.
n Telesinus Genebrardus Ricar. Cene.
o Cap.28.3
p Ose c.30
q Plin l.18. cap. 3. cum Dalecampio
r 2. Macchab. 7.3.5
s Jere.29.22
t Daniel 13 toto.
u Joan.8. 3
Cremii significatio & notio.
x Jansenius hic & Pererius in m.5.
y lib.12 c.19
z Lib.19.c.19
a l. divers. §.fundum ff. solute matr. dot. legat. & fid.
b l.55.§.2.ff. de legat. 3

Est cæsum, frixum, contractum, pingue, liquatum.] Arnobius frixorium ait esse fasciculum sarmenti aridum; & mysticè ossa sicut frixorium confrixa, parata ad incendium gehennæ. Bruno *cremium* in frixoro ponit, ubi exarescendo, vim pinguedinis amittit. Sed sine dubio *cremium* nihil commune habet cum frixorio, verum solam significat materiam facilè cremabilem, à verbo *cremandi*, quod Græcè prius monui dici posse ὑφεμπτον. Denique David vult dicere similem se evasisse homini, præ ardore morbi emaciato & emedullato, atque sine succo vitali remansisse, deformi specie, colore tetro, instar torris ac titionis, vel foci, unde hic eruitur, quem vocant ἐχάραν. Quem sensum satis etiam indicat metaphora carnis frixæ, aut frixorii & patellæ, quæ flammis frequenter subjecta, siccior & nigrior efficitur. Eadem vis verborum Job *c* *Ossa mea aruerunt præ caumate, cutis mea denigrata est super me*. *Cauma*, vel *Pyr*, Medici febrem ardentiorem tradunt esse, vel aeris ambientis fervorem, Fortassis *cauma* hoc indicatur in Deuteronomio *d*, *Percutiet te ardore & æstu, & aere corrupto*. Tropologiam, aut allegoriam prius indicavi, & alias docui, quid juxta sensus istos *ossa* valeant: nempè facultates animæ nostræ, aut in Ecclesiæ mystico corpore firmiores ac robustiores. Potuit David ad libidinis ardorem respexisse. & adulterii, quæ usque ad ossa ipsa animæ grassata sit, & formam alienæ sectantem ad summam redegerit deformitatem, qualis in corpore ad ossa usque nudato vel exenuato, qua ratione mortem ipsam depingimus. *Spiritus tristis in pœnitente exsiccat ossa* e, & exhaurit concupiscentiam. Præterea quum anima premitur, & affligitur, vires ejus contrahuntur & siccantur, præsertim ex recordatione peccati, & timore judicii: tunc que, inquit Innocentius, homo frigitur, quum se timet arsurum. Addit denotari compassionem, ut quum diceret Apostolus *f*: *Quis scandalizatur, & ego non uror?* nam scandalum proximorum frixorium est justorum. Mutuatus videtur ex Gregorio, sed adhuc priores id Augustinus, Prosperque notaverunt, qui explanant de facultatibus animæ carentibus adipe, pinguedineque factorum & operum: de fortioribus Ecclesiæ membris, quum debilitantur: de Sanctis, qui condolent delinquentibus, & eorum infirmitati compatiuntur, & sicut cremium consumto adipe arent, & se quasi spiritali pinguedine æstimant vacuos, dum carnales aspiciunt virtutum auxiliis destitutos. Bernardus *g* tunc scribit *ossa ut cremium arescere*, quum omnem delectationem boni prorsus amisisse videtur anima, solamque sibi aridæ fortitudinem intentionis reservasse: id vero innui etiam verbis Job *h*, *Pelli meæ consumtis carnibus adhæsit os meum*; ut corrupta videlicet affectione, vix solam sibi intentionem spiritualis cogitatio vendicaret. Urbanus Papa IV medulla devotionis carentia arida ossa animæ, & arefacta, siccataque interpretatur, nec non dissipata, quia placere hominus quæsierunt. Post luctam Jacob debilitatus meruit nomen, ut *Israel* diceretur *i*, idest, *Principes cum Deo*, seu *prævalens adversus Deum*. Quod facit pulchritudo corporis apud homines, ut regnum censeatur absque satellitio K, efficit id longè melius animæ forma apud Deum, quando mortificatur, & exarescit caro, ut quodammodo diceret & superet ipsum. Tales veteres anachoretæ, ac Hieronymus de seipso testis locupletes ad Eustochium *l* horruisse sacco membra, deformem, squalidam cutem, situm Æthiopicæ carnis obduxisse. Sed ossa hæc adeo humiliata & arefacta exultabunt ac reviviscent, intromisso spiritu Domini in resurrectione *m*.

c Cap.30.30 Cauma quid
d Cap.28.23
e Prov.17.22 Homo frigitur cum timet se arsurum.
f 2.Cor.11.29
g Serm. de cute, carne, & ossibus animæ.
h Cap.19.20
i Gen.32.28 Israel, princeps cum Deo, seu prævalens adversus Deum.
k Carneades apud Laert. l epist.21.
m Ezech.37. 4.Psal.50.10

Vers. 5.) Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Sensus loci.

ALia similitudine doloris magnitudinem amplificat. Ut enim Solis ardore gramen percussum, vel etiam alia herba flagellata & contusa, seu contrita exsiccatur; sic se ait afflictionis æstu & flagello tantopere vexatum, ut cor etiam ipsum fere arescceret, suosque destitutum humors langescceret: tum etiam præterea quoniam calamitatis gravitas omnem adimebat sumendi cibi non modo appetitionem, sed memoriam quoque, & cogitationem.

Percussus sum, ut fœnum.) Hieronym. & cum Psalterio vetere August. & Prosper, *percussum est sicut*, vel *quasi fœnum*. Tunc vero necti hæc debent, continuato textu cum sequentibus, *& aruit cor meum*. Quod requirit etiam Hebræum verbum חוכה *hucchah*, tertiæ personæ, in qua esset Græcum ἐπλήγη: Sed ἐπλήγην primæ personę maluerunt Lxx. ut hominis totius exprimerent vexationem atque calamitatem; & *cor* pro tota persona sumitur, ut ex Ennio apud Gellium *a*, & ex Homero *b* Genebrardus observat. Campensis translatio paraphrastica sic habet, *simile fœno, quod amputatum ardere Solis exsiccatur, est cor meum*. Sed etiam quandoque *fœnum*, ut in alio canitur psalmo *c*, priusquam evellatur, exaruit: *Percutiendi* verbum vulgares Soli, & radiis ejus tribuunt. Hebræum late patet significans *percuti, cædi, flagellari, verberari, plagis affici, occidi*. Sed reperio in eo usu, ut paleæ, aliæve herbæ percuti dicantur; quas res עשב *bhesev* significat, licet proposito satis congruere possit. Hugo *æstui* falcem jungit, & rastrum, *æstumque* de tribulatione interpretatur, *falcem* de sententia mortis, *rastrum* de dentibus detractorum. Cassiodorus & Rick Kelius solam nominant *falcem*. Ayguanus & Lyranus parum videntur commode exponere de Machabæorum, & aliorum cum illis fuga in deserto, ubi cibo fœni viscebantur, Sole percutiebantur, exarescebant fame *d*. Quam vero apte homo similis fœno dicatur, docuimus prioribus psalmis non semel *e*, & eadem ratio in genere de herba *f*. & ipsummet hominum sub nomine *carnis* Esaias *g fœnum* nominat. Per nativitatem vires, ait Gregorius, in carne, per juventutem candescit in flore, per mortem erat in pulvere, quæ mors intravit per peccatum primi parentis, & in omnes pertransit *h*. Innocentius addit omnia hic sonare miseriam, quia defectus, & frixura nominata sunt, & mentio fit de percussione, ariditate, oblivione, gemitu, macie: *percussionem* refert ad infixum à serpente venenum primis parentibus: in *fœno* considerat fragilitatem carnis *i*; viriditatem mentis *k*, vanitatem cordis *l*; carnalitatem hominis *m*, humanitatem Christi *n*; Paullo post in hoc eodem psalmo *o* dicit *se ut fœnum aruisse*: & in 102. *p hominis dies, ut fœnum esse*. Timore divini judicii tertius & percussus pœnitens, dici *percussus ut fœnum*, potest, atque *cor* habere *aridum*, tum gratiæ, qua se vacuum sentit, tum humoris terrenorum bonorum, quæ non amplius concupiscit, accusans negligentiam divini panis; refutans gustum externi & materialis. Omnes nos defecta radice nostra in primo parente percussi, siccati sumus, exaruimus, steriles evasimus, panem obliti comedere divini præcepti de non edendo de ligno scientiæ boni & mali. Percussus est in cruce Christus velut fœnum, salva tamen radice, quia brevi post revixit *ac resloruit caro ejus* q.

Et aruit cor meum.) Totus homo quidem, sed præsertim cor, origo ac vitæ fons, quod vivit primum, ultimum interit *r*, ob defectum humoris vitalis, aruit: quod mystice de gratia intelligitur, in qua condendi eramus, vel quam postea perdidimus. Carnalis homo non percipiens ea, quæ sunt Spiritus Dei, sed stultitia ei videntur, gemat, & lugeat dicens, inquit Bernardus *s*, *aruit cor meum*, quia *oblitus sum comedere panem meum*. Hunc panem ait esse intellectum rerum spiritualem, & invisibilium, quo cor hominis confirmatur ad omne opus bonum. Præterea *t*, homines quinque vidisse se narrans, mastigantem buccis tumentibus marinam aquam, sulphureo æstantem lacui, & qui exhalantem terrerrimum fœtidissimumque gestiebat haurire vaporem; fornaci incubantem vehementer accensæ; qui micantes scintillas hiantibus excipere faucibus nitebatur; supra pinnaculum templi residentem, qui levioris auræ spiritum aperto attrahebat ore, etsi quo minus influere videretur, flabello ipse ventum sibi faciebat, ac si totum speraret aerem deglutire: postremo seorsum positum, qui ridebat ceteros, & prolixas carnes incredibili studio fugere laborando, nunc manus, nunc brachia, nunc alias partes applicabat; Subdit se miseratum illos, causamque miseriæ scitatum à singulis, unam omnibus communem reperisse, validissimam famem; tum vero macilentissimas eorum facies contemplando recordatum Prophetæ nostri, gementis miserabiliter, & dicentis, *aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum*: nec enim illos, quos quærebant esse naturales cibos, magis famem provocare, quam extinguere. Aridum cor, & ossa sicut cremium arida, possunt inopiam designare, ac paupertatem illius, qui pauperes in psalmi titulo vocatur. Hinc etiam *siccum* Latini opponunt *uncto*.

b, *Si prodesse tui, pauloque benignius ipsum*
Te tractare voles, accedes siccus ad unctum.

Ubi *siccus* aridis victitantem significat ξηροφάγον. Sic etiam Vespasianus magistratibus usus proditur tamquam spongiis *u*, nempe quod qui ex alienis facultatibus hausissent humorem, exigens rationem ab ipsis, cogeret exprimere. Narrat Climacus *x*, quum vidisset profundentem ex ore sanguinem præ afflicto, & percusso corde recordatum se præsentis loci nostri.

Quia oblitus sum comedere panem meum.) Alia Psalteria, & Patres, *quoniam, manducare*. Jam retuli minus verisimilem expositionem de Machabæis in desertum cibum fœni comedentibus cum feris. Doloris, ac tristitiæ vehementia significatur tanta, ut afferret cibi inappetentiam, appetitus destructionem, alimenti oblivionem, unde arefactio consequitur, virium; defectus, quas panis, & cibus confirmat *y*. Antiquos Euthym. atq; Nicephorus monent appellare *appetitum* ὄρεξιν *cibi memoriam* μνήμην τροφῆς *appetitus* vero *privationem* ἀορεξίαν, vocare λήθην τροφῆς *oblivionem cibi*. Notavimus etiam nos alibi meminisse alicujus rei, usurpari, pro eo quod est circa illam versari, eamq; agere, contra, oblivisci, omittere, vel quoque abhorrere. Mœsta flensque capere cibum recusavit Anna, quam vir consolans dixit, *cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur tuum* z. Saul etiam audito sinistro responso excitati Samuelis, comedere nolebat *a*. Achabitem, præ indignatione vineæ sibi à Naboth negatæ, renuit panem comedere eumque uxor Jezabel interrogavit, *quid est hoc, unde anima tua contristata est, & quare non comedis panem* b? Amnon, ut amori turpi satisfaceret, dolorem simulavit, & languorem, qui cibi sumtione prohiberet *c*. David puero desperato, quem peperat ei uxor Uriæ, nec rogatus à senioribus domus, coactusque surgere de terra, consentire voluit, & comedere cum eis cibum *d*. Job antequam comedere suspirabat *e*. Oblivio comedendi plus importat, quam præ se ferat, nempe inappetentiam, nauseam, fastidium, horrorem, cujusmodi est in male affectis, & bulimiam patientibus, unde macies existit, de qua Medici. Id etiam Chrysostomus *f*, confirmat alterius psalmi verbis, *omnem escam abominata est anima eorum*. De pane mystice sumto aliquid jam ante dixi, litteraliter autem pro quovis cibo accipi satis ex alibi dictis constat. Interpretatur hoc loco Paraphrastes legem doctrinæ. Christus ipse meminit de *cibo, qui non perit* h, & suum dixit *facere voluntatem Patris* i, *& non in solo pane vivere hominem, sed in omni verbo quod præcedit de ore Dei* k: Indixit etiam ad seipsum redeuntem prodigum deplorantem, *se fame perire, cum tot in domo paterna mercenarii panibus abundarent* l. *Panem* Innoc. in Scriptura sumi docet pro Christo secundùm Divinitatem *m*, præterea; secundùm humanitatem *n*, quamvis non præcisa divinitate; rursus pro beatitudine *o*, ad hæc pro cœlesti desiderio *p*, itē pro universali Ecclesia *q*, pro bono opere *r*, pro sacra Scriptura *s*, & pro verbo *t*, pro vera pœnitentia *u*, pro syncera charitate *x*, pro robore mentis *y*, pro dono Spiritus Sancti *y*, pro hæreticorum doctrina, qui dicitur *panis mendacii a*, pro hypocritarum vita, qui *subcineritius panis*, b, pro delectatione peccati, qui *suavior panis absconditus* c, pro sæculari jucunditate, qui *panis vertitur in fel aspidum* d. Cavenda & boni panis oblivio, & mali procuranda, ut illum gustare non prætermittamus, istius gustum, ac memoriam ipsam devitemus, De bono pane, ut designat præceptum, doctrinam, verbum Dei, plures hunc explanant locum damnantque illius oblivionem. Arnob. exponit de abstinentia panis, ut percussus compunctione futuri supplicii, propter hoc obliviscatur *manducare panem suum*.

a *lib.* 7. *c.* 2
b *Iliad.*
Campensis translatio.
c *Ps.* 128. 5.
d 2. *Mach.* 5. 27.
e *Ps.* 36. 2. *Ps.* 91. 8.
f *Ps.* 80. 6.
g *cap.* 40. 6.
h *Rom.* 5. 12.
i *Esa.* 40. 6
k *Ps.* 71. 16
l *Eccl.* 55. 5 Amos 2. 19
m *Job* 40. 19
n *Ps.* 103. 14
o *vers.* 15
p *v.* 18.
Omnes nos defecta radice nostra in primo parente sicitati & percussi sumus.
q *Ps.* 27. 7
Cor primum vives & ultimum moriens
r *Arist. de juvent. & sen. 2. de generat. animal. c.* 5.
s *Ser.* 2. *de Annunt. S. Bernardi visum.*
t *decla. in id* Ecce nos reliquimus &c.

Doloris ac tristitiæ vehementia appetitu destructionem, & cibi oblivionem affert.
u *Suet. in vita c.* 16.
x *grad.* 7
y *ps.* 103. 16
z 1. *Reg.* 1 a *c.* 28. 23
b 3. *Reg.* 21 4. 5.
c 2. *Reg.* 13 5. 6. 9. 10. & *seq.*
d *c.* 12. 15. & 17.
Oblivio comedendi, quæ importet.
e *Job.* 3. 24
f *in ps.* 106
g *ps.* 106. 18
Explicatio mystica panis.
h *Joa.* 6. 27
i *c.* 4. 34.
k *Matt.* 4. 4 *Deut.* 8. 3
l *Luc.* 15. 17
Pro quibus soleat sumi panis in scriptura:
m *ps.* 77. 25 *Sap.* 16. 20.
n *Joa.* 6. 35 48. 51
o *Luc.* 14. 15
p *Dan.* 10. 3
q 1. *Cor.* 10 a 7
r *Esa.* 41.
f *Thren.* 4. 4
t *Matt.* 4. 4 *Deut.* 8. 3
u *ps.* 41. 4 *ps.* 126. 2.
x *Mat.* 7. 6.
y *ps.* 103. 16.
z *ps* 103. 16
a *Prov.* 23.
b *Osea* 7. 8.
c *Prov.* 9. 10.
d *Job.* 20. 14.

Innuunt Gregorius, & Cassiod. quem obliviſci minimè oporteat Euchariſticum panem. Sequatur oblivionem, ait Greg. commemoratio, & eſurienti refectio comitetur, ut panem illum, *qui de cœlo deſcendit* a, manducantes, & pœnam evadamus mortis perpetuæ, & vitæ participemus æternæ, ſicut Dominus ait in Evangelio *b*: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum*. Auguſt. & Pro per idipſum paullo aliter jam dixerant. Ce tē, ut ait Caſſiod. non poterat de amiſſione panis conqueri corporalis, qui ſe jejuniis gaudebat affligi. Communionis vetat Paulus *c* obliviſci, quæ licet eadem videri poſſit cum beneficentia, quam idem nominatim exprimit, & ſignificare liberalem communicationem ſuorum bonorū cum aliis, tamen aliqui à beneficentia diſtinctam ſumentes, volunt Euchariſtiam ſignificare, quæ vocari ſolet κοινωνία, & *communio*: hanc ab Apoſtolo appellari cum beneficentia nomine *hoſtiarum*, eo quod amor proximi beneficentia, Dei autem, ſumtione corporis Chriſti ſummopere demonſtratur, & alitur. Quidquid ſit de lite inter Phrygios, & Ægyptios, utrorum antiquior lingua, & an qui *bec*, qui Phrygianice *panis* eſt, à nemine puer edoctus in ſylva poſt bimatum protulit, ejus gentis linguam eſſe antiquiorem, ſatis idonee probaverit, cum ea ſit vox gregis, apud quem à paſtore nihil loquente educabatur *d*, conſtat panem, vel cibum, non hominem ſolum infantem, ſed brutum vocis aliquo ſigno, vel alio naturaliter flagitare, nec adeo rem neceſſariam obliviſci poſſe. Quod ſi obliviſcatur, neceſſe eſt graviſſima ſupra modum affici vel animi, vel corporis ægrimonia. Sed mirabilius, & miſerabilius eſt, quod ſeipſum deplorans, ſuaque lamenta exponens Auguſt. *e*, ait de animi alimonia, quæ Deus ipſe eſt; *Fames mihi erat abs te Domine, ſed illa fame non eſuriebam. Beatus qui eſurit, & ſitis juſtitiam f*, obliviſcetur panis materialis. Non dixit, aut hoc loco exiſtimatus Hieronym. *non deſideravi manducare*, aut *contempſi manducare*: in tantum mihi venit memoria peccatorum meorum, & talem pœnitentiam egi, ut etiam *obliviſcar manducare*, deſiderium Dei habens, & ipſum ſolum conſideráns. Studioſi litterarum ſtomacho laborant, quia ſpiritus vitales propter animales, qui ex illis efficiuntur, imminuntur. Sic accidit occupatis in contemplatione divinarum rerum, ut famem tolerent corporalem, eſuriant vero non materialem eſcam, ſed ſpiritualem. Docent id tot anachoretarum, præcipuè jejunantium tādiu, exempla. Vivunt divino hoc, & corporis Chriſti tritico ſpirituales homines, *&* *memoriale ejus ſicut vinum Libani* g, & *memoria* etiam vocatur, *quam fecit Deum mirabilium ſuorum, eſca illi timentibus data* h, *& cibus paratus in dulcedine pauperi* i, *quoniam ita eſt præparatio ejus* k Quod ad memoriam inſtitutum eſt, oblivioni tradi non debet, majorq; vis ineſt juvandi memoriam, quam inſit in nonnullis aut medicamentis, aut cibis. Arida pietas, & devotio eſt obliviſcentis panem iſtum comedere, ut è contrario, ardens in illo, qui frequentat ritè, recteq;. Primi fideles adeo vegeti, ac fortes erant, quia quotidianum ſuperſubſtantialem panem *l* hunc ſumebant quotidie, *divinæ ſic facti conſortes naturæ* Dum condendæ urbis Alexandrinæ ab architectis Alexander modulum poposciſſet, pro gypſo, albave terra quæ deerat, farina ſitum & magnitudinem urbis architecti deſcripſerunt: ad hanc aves depaſcendam avidius advolarunt, qua re territo Alexandro, reſponderunt aruſpices proſpera urbi portendi, tamquam omnium nutrici futuræ, ſuamq; alienis etiam gentibus ubertatem communicaturæ *m*. Panis Euchariſtię panis eſt Angelorum *n*, & ברים *evarim*, ideſt, *fortium*, atq; *firmamentum*, *& frumentum juvenum robuſtorum*, *electorum* p: item panis Gedeonis ſubcinericius ex hordeo, percutiens tabernaculum Madianitarum, & ſubvertens, ac terræ funditur coæquans, & gladium deſignans *q*. Ipſummet *panis* vocabulum Heb. לחם *lechem* à pugnando dicitur, quod ev לחם *lacham*. Comparationem dicti *panis* cum venerabili ſacramento Oſorius *r*, noſter inſtituit. Nec vocat prorſus probabilitate, quod recens alius auctor *ſ*, timide ac modeſte docet, nomen *Miſſæ* derivatum ab Hebræo; quod ſignificat azymum panem *t*, hodieque à Judæis eodem nomine vocatur azymus panis. Obeſt nonnihil, quod ſcribitur nomen Hebreum per צ *tſade* מצה *mattſab* à מץ *mats*, etſi non ignorem litteram צ *tſade* per *f*, reddi, & quidem duplex aliquando, & poni loco ס *ſamech*, quod ille tamen nō notavit. Sed ad inſtitutum redeundo, ne *obliviſcemur comedere panem noſtrum*, declinavit Dei Filius ad nos in Bethlehem *u*, *domum panis*, ibi recli-

Contentio inter Phrygios & Ægyptios vetustum antiquiorem linguam.

Litterarum studioſi cum ſtomacho laborent.

Initio fideles quot die ad communionem accedebant.

Augurium de Alexandria urbe

Non vacat probabilitate miſſa nomen derivari ab Hebræo.

a Joan. 6. 51.
b ibid. 52. 59.
c Heb. 13, 16.
d Pierius l. 50 & alii.
e in Confeſſ.
f Mat. 5. 6.
g Oſee 14. 8.
h Pſ. 110. 5.
i Pſ. 67. 11.
k Pſ. 64. 10.
l Matt. 6. 11.
m 2 Pet. 3. 4.
n Pierius li. 25 f. 184. b. Plut. in Alexandr.
o Pſ. 77. 25. p Pſ. 71. 16.
q Judic. 7. 14.
r tom. 4. ſerm. de expedit. contra hæret.
ſ Petrus Vega in pſ. 5. pœnit. verſ. 5. diſc. 40.
t Ex. 12. 15.
u Ex. 12. 15.

Anatus in præſepio *x*, *ut veſceremur y*: vel, ut ex Symm. Hieronym. refert, declinavit ad nos cibus, quod exponit de eſu, quem dedit Chriſtus corporis ſui, ipſe & cibus, & conviva. Redactum in pulverem vitulum aureum idololatris Moyſes hauriendum præbuit z, ut ſuperſtitionis dolentes recordarentur, ſcirentque nihil divinitatis ineſſe in adorato vitulo, qui comminutus, & ſumtus divinitatem non communicaret, licet auro potabili medica vis concedatur. Panis conſecratus revocat in memoriam nobis divina beneficia, ac in ſui memoriam Chriſtus illam inſtituit *a*, & commemorationem, & annunciationem mortis ſuæ *b*, quum autem ſumitur, *dat vitam mundo* c, & *qui manducat Chriſtum, vivit propter ipſum* d, ac *manet ille in ipſo, & ipſe in illo* e. Nemo tam obliviosus, ut ſumet obliviſcatur: non igitur panis obliviſcetur iſtius, quum quo unum quid efficitur. Sed quidam nauſeant ſuper cibo iſto, & *aridam eſſe animam ſuam* dictitant, *nihilque aliud reſpicere oculos ſuos, niſi man* f, quia guſtum reB quirunt carnalem, non ſpiritualem, vel hunc non niſi carnaliter, & proinde utroque guſtu privati planè aridi ſunt anima, corde, & corpore. Et hanc intelligo ariditatem provenire ex naſea, faſtidioque, & oblivione ſumendi panem tum doctrinæ, tum pœnitentiæ, tum Euchariſtiæ, ac omnibus modis, quibus in bonam partem panis accipitur. Hic non abs re faceret, qui de frequentanda Euchariſtia differere, de qua Chriſtophorus Madritus noſter opus edidit, vel etiam de frequenti auditione verbi Dei, & de crebro pœnitentiæ uſu. Attingit omnia Pepinus g. Fames videtur à Deo immiſſa *non panis, nec ſitis aquæ, ſed audiendi verbum Domini* h, (& alios myſticos, quos dixi, panes percipiendi, quum non deſint, qui frangant) propterea *deficiunt virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti* i, *& omnem eſcam abominante anima eorum, appropinquant uſque ad portas mortis*. k,

x Luc. 2. 4
y ibid. 7.
z Oſee 11. 6 Quomodo Noſes populo offenderit in vitulo adorato ſed eſtinita tis nihil ineſſe.
a Exo. 32. 20 Panis conſecratus in quem finē inſtitutus.
b Luc. 22. 9
c 1. Cor. 11. 24
d Joan 6. 33.
e ibid. 58.
f ibid. 57.
g Lam. 11. 6.
h Serm. 72.
i Amos 8. 11
k verſ. 13. Pſ. 106. 18.

Verſ. 6.) A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.

C

TAntum paſſo virium defectum, & animi deliquium unum ſibi ſuperfuiſſe, veluti ſolatium ſignificat, ut gemitu, planctu, quæſtu, vociferatione, clamore deplorabili ſuas promeret ærumnas; quod cùm faceret ſumma quadam contentione, adeo carnem conſumtam fuiſſe, corpus quæ ad maciem tam magnam redactum, ut cuti oſſa adhærerent. Hoc modo *caro* cutim, ſive pellem ſignificaret: quemadmodum Job *l*, de ſe dixit, *Pelli meæ conſumtis carnibus adhæſit os meum*, & vox *gemitus*, innueret intimum dolorem cordis, quem ipſi teſtificarentur, & proderent. Aliter exponi poſſet ex aſſiduitatem gemituum, linguam, *carnis* vocabulo ſignificatam, obriguiſſe, *adhæſiſſe oſſi*, ideſt, oſseo palato vel dentibus, ad eum modum, quo narratur de Eleazaro uno ex fortibus David, *percuſſiſſe Philiſtæos, donec deficeret manus ejus, & obrigeſceret cum gladio* (m, προσεκολλήθη ἐπὶ τὴν ῥομφαίαν, *adhæſit, ac veluti aggluti, nata eſt ſuper rhomphæa*, quod etiam valet *thiddaK*, quod verbum habetur hoc ipſo loco, & Græcum ἐκολλήθη, Item ſicut deplorat Jeremias *n*, *linguam lactentis adhæſiſſe ad palatum ejus in ſiti*, & noſter in alio pſalmo *o*, *aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis*, *dinumeraverunt omnia oſſa mea*: & Deus in Ezechiele *p*, *linguam tuam adhærere faciam palato tuo*. In eo autem loco Job, habetur Hebraicè, *in pelle mea, & in carne mea adhæſit os meum*. עצמי בעורי ובבשרי דבקה *hebheri vuiuſciari deveKah bhatſmi*, quaſi non alia caro fuerit, quam pellis, & in pellem redacta ſit caro, quæ jam contabuerat. Vel ibidem quoque non aliud *caro valet*, quam *pellem*; ſed ad majorem aſſeverationem dicitur, *in pelle*, & *carne*, quæ nihil niſi pellis eſt, *adhæſit os meum* Sic explicant noſtrum locum de *pelle*, ſive *cute*. Rabini Hebraizantes, creditus Hieronymus, Caſſiodorus, Haimo, Richelius, Lyranus, Trevetus, Baſilius, Theodoretus, Chryſoſtom. Nicephorus, Euthymius, Quamvis ultimi duo, & Genebrardus, explanent præterea de ſucco illo vitali, qui decurrit inter oſſa & carnem; ſed exſiccatus nunc affirmetur, ac proinde adhæſiſſe os carni. *Pellem* interdum videtur viciſſim Scriptura ſumere pro carne *q*, *devoret pulchritudinem cutis ejus*. Ita quidem ſentit hoc loco Genebrardus. Alia noſtræ adhuc ſententiæ ſimilis eſt

Senſus loci.

Genebrardus hunc locum de ſucco vitali explanat.

l Jo. 19. 20.
m 3. Reg. 23 10.
n Thr. 4. 4.
o Pſ. 21. 16.
p Ez. 3. 26.
q Job 18. 13

apud

apud Jeremiam a, *adhæsit cutis eorum*. Alii, *confixa est ossibus, aruit, & facta est quasi lignum*. Item b, *pellis nostra quasi clibanus exusta à facie tempestatum famis*. Rursus apud Job c, *cutis mea aruit, & conctrata est*. Parœmialis locutio pro summa macie, *adhæret cutis ossibus*.

a Thren. 4. 8
b cap. 30. 1. P.
c cap. 7. 5.

Ego, ait ille d, *qui tuo mœrore maceror,*
Macesio, consenesco, & tabesco miser:
Ossa, atque cutis sum, misera macritudine:
Neque unquam quidquam juvat, quod, edo domi,

d Plut. in Captivis.

Præterea,

e, *Qui ossa, atque pellis totum est ita cura macerat.*

e in Aulula

Et alius,

f ——— *Pellis super ossibus una.*

f Lucr. l. 6.

Postremo,

g, ——— *Verecundus color*
Reliquit ossa pelle amicta lurida.

g Horat. Epodon. Ode 17.

Et de pecore, pecorisque magistro, quod

h, ——— *Vix ossibus hærent.*

h Virg. Eclo. 3. ubi Pontan. & Cordæ, not.

Interdum ossa quibusdam nuda relinquit amor, facitque maciem, & corpus tenue i. Tritum etiam adagium, Macilentior Leotrephide: hic enim insigni erat macilentia corporis, sicut & Thaumantis Cinesias, qui dictus est Phlyrinus, Saunyrion, quem Canaben cognominabant, & ex eodem proverbium duxerunt, λεπτὸς, ἀσίτας, σκυμνὸς, *coriacium auxilium*. Præterea Phileas, qui ferreas, plumbeasque in calceis habebant soleas, ne à ventis prosterneretur, aut abriperetur: & Archestratus, qui captus ab hostibus, & ad lancem appensus, inventus est habere pondus oboli (hyperbolicè, ac jocosè id dictum;) & alii, de quibus Ælianus K, Athenæus l, aliique. Cognominati apud Athenæum m, Antiphanes sophistas λεπτὸς, ἀσίτους, σκυμνὸς, *macilentos, inpastos, peliceos*, quasi sola pelle & ossibus hærentes. Ex studio, & contemplatione id istis provenit, quibusdam ex tristitia, quoniam *spiritus tristis exsicca ossa*. n Vociferationis usum salutarem Plutarchus esse in tractatu de tuenda valetudine docuit, & pluribus demonstrat Hieron. Mercurialis o, & Petrus Faber p, Aristoteles q, etiam scripsit improbandos eos, qui pueros plorantes inhibebant; quoniam ploratus, & distensiones, quæ cùm illis accidunt, conferunt ad incrementum, velut quædam γυμναστίαι sunt, idest, *exercitatio*; dumque sic spiritus cohibetur, comparatur laborantibus robur. Cicero r, etiam testatur athletas inter exercendum ingemiscere consuevisse, quasi illud ad augendas actionum vires non parum adjuvaret. Si modus transiliatur, sine dubio noxa proveniet; nec quod moderata efficit vociferatio, calorem augebit naturalem; purgabit, formabit, attenuabit, atque solidas corporis partes robustas, puras, offensæ non obnoxias reddet; sed pessimos effectus operabitur, quum scilicet vehementior evadit in ἀγαύδησιν, & φωνασκίαν, quæ λυπεῖ, affligit. Fletus, ac gemitus in adultis fructus vix ullus existit; sed eo fauces, vocaliaque inter flendum instrumenta madefacta, & exasperata gravius læduntur, catarrhique pernicioso gignuntur, qui sua, & lacrymarum falsedine corpus exedant, ac emacient.

i Lucr. l. 6.
k in vita hist. l. 9. & pol. l. 10. & 13.
l lib. 13.
m Prov. 17. 19
n Fletus, & vociferationis usus qui bus possit, vel noceat.
o 3. de arte gymn. c. 7. & lib. 6. & 5.
p 2. Agnost. c. 18.
q 7. Politic. cap. ult.
r Tuscul. 2

Fletus, & gemitus in adultis nullis fructus.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.) Alia Psaltaria Latina, & Augustinus, Arnobius, Prosper, Cassiodorus, *adhæserunt ossa mea*. Hebraicè, & Græcè verbum, & nomen numeri singularis est. *Rugitum gemitus* appellat David alibi s, de sua canens pœnitentia. Mystice Augustinus, & alii Latini *vocem gemitus mei* dicere Prophetam interpretantur sub persona justi, qui se gemere dicat, compatiendo his, qui perdiderunt justitiam: & *ossa*, idest, fortes, ac firmos, adhæsisse invalidis, atque infirmis, quoniam debent infirmitatem infirmorum firmi portare t, & gemere illos, qui alia de causa gemunt. Non negant isti, nec prohibet vel Paulus, vel David, temporalia quoq; aliorum damna gemere, atq; *flere cum flentibus* u: *infirmari cum infirmantibus*: verum ut & id ipsum non fiat immodicè, & quum sit, habeatur præ oculis finis honestus, & gloria Dei. Idem Augustinus x, perpendens verba ps. 37. y, quę priùs attigi, *rugiebam à gemitu cordis mei*, monet aliquos à gemitu carnis rugire, servum Dei ex recordatione Sabbati, hoc est, regni Dei, quod caro, & sanguis non possidebunt z; sed hoc desiderium ante Deum esse, hunc gemitum ab eo non esse absconditum a. Gregorius in deteriorem accipit partem, quod arescente corde propter panis & cetvini opiam, & oblivionem, vox *gemitus* emittatur, quanus ubiin à desiderio vitæ æternæ defecerit intentio, consequenter de corde procedat] malarum cogitationum vociferatio: in hac autem os adhæreat carni, si ratio subigatur delectationi, quæ vox *gemitus* dicatur; quia per eam ad tristitiam pervenitur, & dolorem præsentis vitę, aut ad cruciatum futuræ vindictæ. Aliter idem exponit de voce serpentis, qua primis hominibus, ut de interdicto gustarent, persuasit, & omnes per eam peccavimus, atque mortales, & passibiles facti sumus, à cœlestibus gaudiis cadentes, & in valle lacrymarum exulantes: per eandem os carni adhæsisse, quia Adam Evæ consensit. Sic & quotidie nobis contingere, dum, suggerente diabolo, delectatur caro, consentit Spiritus, moriturque anima: quoniam, vita sua, quæ Deus est, separatur. Innocentius adjicit ad has expositiones tropologicas, allegoricam de Christo; in illo adhæsisse os carni, quando Divinitas est unita humanitati, *Verbum caro factum* b. Posset utrumque ea ratione incarnationis typus dici formatio Evæ ex osse Adami quamvis valde magna dissimilitudo sit; quia non conversione, sed assumtione facta est incarnatio. Hugo, & Pepinus c, Joannem Apostolum tamquam os, idest, fortem discipulum adhæsisse cominiscuntur carni Christi in Cruce, hoc est, Matri ejus, quam ipsi commendavit d. Ait præterea Hugo, Ecclesiam conqueri, ac genere Clericos à seu Doctores, ac Prædicatores malos, qui esse deberent velut ossa, & firmamenta ipsius, quod gemant quidem & ipsi voce tenus, ad similitudinem præficarum, mortem spiritualem filiorum ejus: non tamen operibus, quoniam adhærent carni, nempe mulieribus, & carnalibus illecebri; quemadmodum filii Heli e. Petrus de Palude à Pepino citatus, gemebundam vocem Christi vult fuisse, cum se desertum à Deo suo in Cruce dixit, & sitire: adhæsisse os carni, exhausto jam sanguine, ita ut nequiret acetum oblatum deglutire; gementi compassas omnes creaturas. Idem Pepinus usurpari eamdem sententiam posse dicit à paupere oppresso, quietam dicat f, *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate vita mea, & ossa mea conturbata sunt*. De qua pauperum oppressione Amos g egregie. Sic Hebræi quodam ingemiscentes propter opera, vociferabantur in Ægypto h. Adhuc Pepinus accommodat sententiam homini perfecto, qui aspiret ad patriam cœlestem, & cum omni creatura, vel ipsamet *omnis creatura ingemiscat, atque parturiat liberationem, redemtionem, adoptionem filiorum Dei expectans* i neque cantans nisi in morte cygni exemplo. Item, uti docet eadem sententia posse hominem pium, condolentem aliis, ut Sacerdotes facere debere Joel scribit K, & fecit Moyses l, Samuel m Christus n, Sancti alii. Tandem convenire, ait Pepinus, reprobo apud Inferos post judicium afflicto, usurpare verba hæc, *à voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ*, quoniam corpus cruciabitur cum anima, & ipsamet ossa ut cremium arescent, atque præ anguștia spiritus gement o. Valentia vocem *gemitus* accipit lugubrem illam sententiam, à Deo post peccatum pronuntiatam in hominem, & os adhærens carni, consequutas inde calamitates. Non reor adeo probabile, quod quidam p, tradunt, usque ad Abel mortem, perduravisse Adam in impœnitentiam; tunc vero mortui spectaculo commotum ad pœnitentiam, & castitatem voviisse, quam & servavisset, nisi per Angelum jussus esset à Deo proli vacare; centum etiam continuis annis mortuum defleviisse q non tam ob jacturam eius, quam ob iniustam necem, & quod ipse peccato primo suo, huius, & consequentium peccatorum occasionem dedisset, Creditus Hieronymus, hoc loco discere iubet eos, qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant nimirum, ut Pepinus r, docet, ob transactæ culpæ commissionem, Dei damnabilem desertionem, pœnarum æternam evasionem. Rectè Cassiodorus hactenus dicta eo dicit spectare, ut illud orationum tam ingens desiderium initio psalmi positum, miseriarum cognosceretur fuisse multarum, & facilius benevolentiam pii Judicis obtineret magnarum calamitatum alligata necessitas. Nisi *alligatam necessitatem*, prè *allegatam*, dictam velis aliquo errore, similem hanc dicere dicendi formulam poterisei, qua Martialis s, *catenatos* appellavit *labores*.

f psal. 37.
Mystica expositio.
s psal. 37.
t Rom. 15
u cap. 12.
x in ps. 37. y vers.
z 1. Cor. 10.
a psalm. 37. 9 Gregorii explicatio tropologica

Expositio allegorica.
b Joan. 2. 14.
c serm. 73.
d Joan. 19. 27
Prædicatores, & doctores debent esse velut ossa, & firmamenta Ecclesiæ.
e 1. Reg. 2. 22
f ps. 30. 11.
g cap. 3. toto.
h Exod. 1. 23
Sensus accomodatitius.
i Rom. 8. 21.
k cap. 2. 17
l Exod. 32
31
m 1. Reg. 6. r
n Luc. 19. 41
Hic locus reprobo post judicium apud inferos afflicto convenire potest.
o Sap. 5. 3.
p Leonard. Utinen. l. de legibus ser. de pœnitent.
Quorundam doctrinam de Adami impœnitentia minus probabilis.
q Magist. hist. scol. in Genes. c. 25. 1 serm. 73
r lib. 1. Epig. 16.

Expectant curæque catenatique labores,

qui veluti vincula stringant, & alius alium excipiat, continuatu quadam serie.

Vers.

Vers. 7.) Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vers. 8.) Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Sensus loci.

TRiplici animalium quorumdam similitudine calamitates suas declarat, metum suum, divinæ destitutionem curæ. Nam aves istæ præ timore, & anxietate, solitudinem quærunt, & sese à multitudinis conversatione sub movent, aut diurnam fugiunt lucem; ut nycticorax, qui & de nocte vociferatur horride, ut priores aves, quæ cantu immani & insuavi terrorem incutiunt auribus, animisque audientium. Ad captivum populum, ut & psalmus totus accommodatur sententia, & ad quamlibet particularem personam in ærumna constitutam, & pœnitentiam agentem; aut etiam ad Christum, ut explanata sigillatim horum animalium natura constabit.

Similis factus sum pelicano solitudinis.) Quidam (*silve*) *quia* דמית' *damithi* hoc etiam valet. Hieronym., *assimilatus sum pelicano deserti.* Alii, onocrotalo, aut monedulæ, aut cuculo, aut mergulo, aut fulicæ, aut plataleæ, seu plateæ. In Psalterio vetere & Romano, *pelicano in solitudine*, aut *qui habitat in solitudine*, quo item pacto Augustinus, Arnobius, Cassiodorus. Hebræum nomen est קאת *kaab*, vel קאת *Kaath*. Ab Interprete Latino redditur *onocrotalus a*; sed à Græco in duobus primi locis notatis ad marginem πελεκᾶς: in tertio pluraliter λέοντες *leones*: sed juxta emendatos codices χαμαλέοντες *chamæleontes*, quomodo etiam secundum Lxx. legit Hieron. in quarto ὄρνεα *aves*: à Paraphrastes expositore in penultimo, ubi est קתין *Kathin*, *mocrotali*, in ultimo, qui habet idem etiam plurale nomen *cati*: in primo singulare קאת *Katha*, quod littera transposita non differt ab Hebræo קאת *Kaath onocrotalus*: in secundo *mergulus*: in hoc autem nostro *pelicanus*. Hebræi adeo variant in tradenda significatione vocabuli Hebræi, ut se tandem nescire profiteantur. Derivant nonnulli à verbo קאה *Kaah*, vel קוא *Ko*, quod significat *vomere*. Græci in præsentis loci commentario tantum docent in genere πελεκάνα esse animal, quod solitudine delectatur. Addit Augustinus, nasci maximè in solitudinibus Nili fluminis in Aegypto; hoc etiam habent Remigius, Hugo, quosdam vero tradere, quod tamen ipse non affirmat, colaphis rostri occidere parvulos filios suos, eosdemque in nido occisos à se lugere per triduum; postremo matrem seipsam graviter vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reviviscant. Cassiodorus vocat avem Aegyptiam, non gregalem, sed solitariam, ciconiæ corporis granditate consimilem (Cajetanus cygno similem dicit) naturali macie semper afflictam, quia tenso intestino per viscera, quidquid escarum accipit sine aliqua discoctione, transmittit; unde fiat, ut adipe proprio minimè farciatur; quia parvissimo ciborum succo reficitur: duplex genus esse, alterum habitantis in stagnis, alterum in desertis locis, secretisque. Arnobius agnoscit solam in desertis habitantem, sed venenatis escis vesci asserit. Innocentius maciem & solitudinem ei tribuit. Gregor. escas istas vocat animas venenatas, idest, animalia venenata, prodi autem à philosophis, quod filios statim ut nati sunt, interficiat, eaque faciat, quæ retulimus ex August. Consentit Bruno Carthus. sed ideo interfici ab illo, quia filii percutiunt ipsum in facie: is quem nominant Hieronym. auctorem commentarii psalmorum, volucrem alteram in aquis esse, piscesque habere pro esca, alteram in solitudine, ac edere serpentes crocodillos, lacertas: Latinè appellari *onocrotulum*: & in epistola eidem adscripta ad Præsidium, de occisis meminit pelicani filiis, sed à serpente, & quod mortuos lugeat, & se suaque latera percutiens, ac sanguinem excutiens in illos, eos suscitet: vetus Hieron. *b*, onocrotalorum duo genera distinguit, aquatilis, & solitudinis: Haimo, & Rickelius idem dicunt de duplici genere pelicani, & de macie incolentis desertum. Præter Enarratores, quos citavi, quibus adde Jansenium, Titelmanum, Bochium, Varlenium, Genebrardum, Petrum Vegam, suppetunt alii non pauci, qui de hac ave disputent, Aristoteles *c*, Plinius *d*, sub nomine plateæ: Aelianus *e*, Plutarchus *f*, Oppianus *g*, Orus Apollo *h*, Philes, Cicero *i*, sub vocabulo plataleæ. Scholiastes Aristophanis k, Suidas *l*, Isidorus *m*, qui revocat in dubium illud de occisis pullis ab ea, vulneratione sui ipsius pullorum suscitatione: etymon autem esse à Nilo, quia Aegyptius Canopus dicitur; Epiphanius *n*, (qui vocat præ omni volucre φιλότεκνον *amantem prolis*) fœminam ait nido incubando, & pullos custodiendo, ac fovendo, & complectendo, nimiis osculis fauciare, perforare illorum latera, post triduum marem dolore impulsum percutere latus proprium, ac terebrare, & sanguine in mortuos instillato, eos suscitare. Scholiastes Epiphanii Consalus Ponce de Leon. Glycas *o*, Eucherius *p*, Georgius Pisidas, *q*, Petrus Dam. *r*, qui refert ex aliorum sententia id quod Brunonem dixisse retuli, nempè quod pulli mox ut incipiunt crescere, utrumq; impugnant parentem, vicissim vero à parentibus repercussi, occiduntur, tertia die mater incumbens in eos, latusq; rostro suum aperiens, instillato sanguine suscitat. Albertus *s*, Auctor de natura rerum, Ornithologus, Pererius *t*, Ribera *u*, Pierius *x*, qui multa commemorat admiratione digna, omniumq; accuratissimè Conradus Gesnerus hæreticus *y*, & Ulisses Aldrovandus *z*, qui duo plurimos citant. Docet postremus non esse *pelecanem*, seu *pelicanum*, *pelicinium*, eumdem cum *ardea*, ut voluit Ornithologus, neque cum ave *Diomedæa* sive *Catharacta Jubæ*, ut sentit Petrus Bellonius, neque ut alii, cum *botauro* sive *ardea stellari*, neque cum *porphyrione*; sed cum *onocrotalo*, ac *truone*: negat nisi aquaticum reperiri; quod fertur de percussu lateris proprii ad alendos cruore pullos, vulturi convenire ait, non illi: alia demum plurima persequitur. Observandum videtur quod Pierius ex Aegyptiorum scriptis memorat, pelecanum igni, quem circa pullorum nidum venatores excitant pro horum incolumitate se tradere, ac ibi prius emori, quod alteram agitatione flammam accendat magis quum restringere velit, quam discedat. Equidem mihi definite asserere queo, maximè cum August. Cassiodor. Isidor. Albertus addubitent de illa ipsa re, quam vulgares nobis exhibent picturæ. Suadet etymologia Hebræi nominis קאת *Kaath à vomendo*, ut eum dicamus esse *pelecanum*, quem hoc ipso Græco nomine scribit Philosophus, *a* avem esse, quæ advolet ad eas, quæ se in mari mergunt, capita illarum morsu corripiat, donec extorqueat capturam: quum se devoratis impleverit conchis, calore ventris coctas eas evomat, atque ita esculenta legat, testas excernendo. Obstat quod idem Aristoteles gregalem facit, & quod solitaria non vescitur piscibus, & conchis, sed terrestribus venenatis animalibus. Dicendum esset, solitarium pelicanum etiam vomere, & præditum sacculo proturberante, seu ingluvie, struma, recaptaculo amplo, sinu, utero. Græca vox πελεκᾶν, aut πελεκάνος, à πέλεκυς *securis*, & à πελεκᾶν *perforare*, non quasi Latina sit à *pelle cena*, unde etiam scriberetur melius *pelecanus*, innuit aliam proprietatem; quod, ut ait Suidas, ligna tereberet, deoque δενδροκολαπτης cognominetur, vel quod perforet latus proprium, ut memini nonnullis videri: vel, ut alios dixi sentire, latera pullorum. Omitto alia nomina, ut *onocrotali*, quod is, quem vocant Hieronymum, imperite hoc loco Latinum nomen affirmat. Præter verò illa, quæ nominatis in auctoribus reperiuntur, aliisve, quos ipsi proferunt, addam ex Agellio, quod Maximus scriptor Græcus de pelecano tradidit, adversus serpentem, qui pullos ejus insectetur, nidum in sublimi construere, ac undique sepire: illum circumspectare undique unde spiret ventus, indeque venenum insufflare, quo ij moriuntur: pelecanum quum deprehendit mortuos, nubem spectare, & in sublime volare, & alis latera verberare, quo ad sanguis exeat; quem ubi per nubem instillarit, pullosque perfuderit, illos excitari. Notatu quoque digni Georgii Pisidæ, quem alii volunt Cyrillum *b*, esse, jambi, quos Federicus Morellius convertit cum poemate toto de mundi opificio *c*, tametsi de aquatili pelecano loquatur eo modo, quo Aristoteles, Cicero, Plinius.

Quis lanceæ instar ora pelicanis dedit
Instructa miris, maximisque spiculis;
Atque his hiatum pandit omnivorum, utilem
Ad tot rapinas piscium, quos glutiunt?
Jam quali acumine præditi hi sunt alites,
Dum comprimunt conchas simul cum tegmine,
Dein arte subtilissima illas dividunt.
At enim cohærentes sibi testas bene
Quum nesciant solutione frangere,
Conchas relaxant in calorem viscerum;
Sic concoquendo dura testa solvitur

Per-

Significatio & notio nominis קאת vel קאת

a *Lev.* 11. 18. *Deut.* 14 17. *Soph.* 2. 14. *Es.* 34. 11.

De pelicani natura & proprietatibus variæ opiniones.

Pelicanorum duo genera aquatile, & solitarium.

Quomodo pelicanus pullos suos mortuos resuscitet.

b *in Soph.* c. 2 c. 8. *hist. anim.* c. 12. 10 c. 10. & *de admir. aud.* d *l.* 10. c. 40. & 47 e 3. *de anim.* c. 10. & *seq.* f *opusc. utr. animal &c.* g *de aucup.* h *in hierol.* c. 53. i 2. *de natura deorum*, k *in avibus* l *verbo Pelecanus.* m 12. *orig.* c. 7 n *ad Physio* 10. c. 8o

Πελεκᾶν sive πελεκάνος à πέλεκυς *securis* & πελεκᾶν *perforare*

b *Consalus Ponce in Physiologi* c. 8 c. 8. *biblio. Patr. col.* 538

o 1. *p. annal. Pii sexti mulier* c. 5

q *carmine de mundi opificio.*

r *l.* 2. *ep.* 28.

s *de animal.*

t *in Dan.* c. 3

u *in Soph* c. 3

x *Hierogly. lib.* 10.

y *lib. de avibus* 3.

z 19 *ornithol.* c. 2

a 9. *hist. animalium.* c. 10

Fervore mollitis repente carnibus,
Ac protinus nexus solutos evomunt;
Prædantur & nudo esculenta prælio,
Testacei sciuti privata regimine.

Pelicani proprietatū applicatio.

Ad rem præsentem facit solitudo pelicani, mœstitia, horrorque vocis, venenata esca, vomitio, & ruminatio, macies, ac debilitas, quæ in pœnitentem, & ærumnosam quadrant personam, atq; in orationem, quam à paupere fundi psalmi titulus habet: Illam vero aliam, sive falsam, sive veram, proprietatem de pullis ad vitam parentis cruore revocatis, ad Christum applicant, suo nos sanguine redimentem, atque resuscitantem Augustin. Hieron. Gregor. Ayguanus, Epiph. Maxim. Glycas, Eucher. Petrus Damianus: Si recipiatur, quod pullos prius occidat suos pelicanus, id conveniet Christo, quatenus ipse est, qui occidit in nobis peccatum, & vivere nos facit gratiæ *a*, ut observant Augustin. & Gregorius, quem Jansenius non rectè negat nihil de pelicano adducere, nisi quod sit amans solitudinem, ubi venenatis pascatur animalibus. Petrus Damianus narrans quod pulli mox ut incipiunt crescere, utrumque parentem adoriuntur impugnare, exponit de ingratis filiis, qui Christum spreverunt *b*, interficere quæsierunt, illos autem Deus bellis, atque captivitate punivit, sed tandem Christus pro eis fudit sanguinem. Bruno Carthusian. solum notat Christum immunem à peccato (nempè & à debito id contrahendi, quod habuit Maria, sed non contraxit) & de Virgine natum, & per seipsum resurgentem, similem pelicano, quia omne genus humanum mortaliter damnavit, eo quod in faciem eum percusserunt, ideſt, per inobedientiam Adæ nimis offenderunt, more eorum, qui quoslibet in facie percutiunt: postea compatiens, iterum sui sanguinis eos effusione vivificavit. Maximus pullos Domini vocat Adamum, & Evam; nidum ejus paradisum, serpentem diabolum: hunc per inobedientiam insufflasse in primos illos homines, & hos per peccatum factos mortuos: Christum propter suam in nos charitatem exaltatum esse in cruce, & percusso latere, per nubem sancti Spiritus vitam nobis largitum. Glycas eadem propemodum affert. Alio modo Hugo interpretatur, Christum pelicano similem, quoniam (quod prior hoc etiam loco indicavit Augustin.) veluti solitarius in utero virginali habitaverit, cùm fuerit Virgo invia viro & incognita: deinde in solitudine præsepii, tum etiam in vero deserto atque in privata vita, per tot annos. Nec non optimè in Christum cadit illud, quod Pierius affert de conflagatione pelicani, ut prius etiam attigimus, pro pullorum incolumitate. Sed redeundo ad tropologiam pœnitentis; hic peccando mortificaverat opera sua bona, deinde lugens per pœnitentiam, internamque mentis solitudinem, triduo contritionis, confessionis, satisfactionis ea vivificat. Vel dum pœnitet, mortificat, immo interficit opera mala, & concupiscentiam membrorum quantum potest; atque sanguineo quodam sudore, ac labore, & compunctione, & gemitibus inenarrabilius in vitæ redit novitatem, ut Hugo docet, ac ex Alveldo Ayguanus; sed à Physiologis recedens, quod pallidum pelicanum faciat, quem illi passim album ut cygnū. Gregorius agnoscit veluti confessionem pœnitentis, quod in deserto hujus mundi habitans, ærumnosis hujus vitæ captus illecebris, veneno sit delectatus diabolicæ persuasionis. Innocentius designari vult eum, qui pro agenda pœnitentia transit de mundo ad solitudinem, ibique attenuatur vigiliis, & jejuniis, aliisque macerationibus corporibus, & contritionibus cordis, habens quasi pellem pro carne. Cassiod. Haimo, Rick. Hugo, Pepinus hoc appellant genus pœnitentium eremitarum, qui hominum consortio derelicto, timore Domini, remota se afflictione discruciant, & aliorum quoque peccata deplorant, quærentes *in solitudine diversorium viatorum, derelinquendo populum* c. Qui dicitur Hieron. deplorantem pœnitentem facit, atque præ dolore profitentem, quod esca sua quasi venenum erat sibi. Innuit id quoque Arnob. per escas veneno eremi, & incultis amaritudinibus plenas. Congruit alia proprietas mala peccatori, quod pelicanus, seu onocrotalus, fraude prædam captat, quamvis aquatico id potius conveniat, quam solitario, terrestrique. Augustin. Prosper, Remig. referunt similitudinem trium avium ad prædicatorum tres veluti ordines, & primum quidem eorum esse, qui pelicano sunt similes quando loquuntur infidelibus, nec fastidiunt deserta, & inculta, quum etiam in talibus faciat sibi Spiritus sanctus habitaculum. Cajetanus notat nimiam solicitudinem, & laborem, quo quis pro posteritate cruciat seipsum.

Pelicani proprietas de pullis ad vitam parentis cruore revocaris in Christū quadrat suo sanguine nos redimentem.

a Deut. 32. 39. 1. Reg. 2. 9.

b Esa. 1. 2.

Christus solus a peccato & debito id contrahendi immunis.

Tropologia pœnitentis.

Pelicanum album esse probabilior opinio.

c Jer. 9. 2.

Similitudo trium aviū ad tres prædicatorum ordines à quibusdā refertur.

Factus sum sicut nycticorax in domicilio.) Hieron. *quasi bubo solitudinum*. Alii, *noctua*, aut *ulula*, aut *cicuma*, aut *asio*, aut *otus*, aut *vespertilio*, aut *ayderis*, aut *scops*, aut *ibis*, aut *cuculus dissipationum*, seu *ruinarū*. Felix hic etiam ponit nomen *pelicani*. Hieronym. *d*, testatur Symm reddidisse *Upupam*: VI. editionem *Noctuam*, idq; sibi magis placere; & ex Hebræo vertendum *factus sum sicut noctua in ruinosis*: plerosque *bubonem* contentiosè significare, putare. Unde rectè colligit Richardus Cenoman. hoc loco Hieron. versionem esse editam ob contentiosos Judæos; quia vertit bubonem, quod tamen dicit se non sequi. Idem Doctor præsefert pro *domicilio* haberi Græcè δῶμα, non solum in versu sequenti, quem etiam priore tractat loco; cum, quod bene monet Rich. omnia exemplaria habeant οἰκόπεδον. In fine autem epistolæ ad Suinam, & Fretelam, ubi quæ dixi habet, docet etiam, quod νυκτικόραξ idem est ac *noctua*. In Psalter. vetere, apudque Augustin. & Prosperum, *sicut nycticorax, qui habitat in parietinis*. Hebræa sic habent, כְּכוֹס הָרְכוֹת *chechos choravoth*. R. Kimhi ait esse nomen avis immundæ ignotæ. R. Salomon interpretatur *falconem*, quo aliæ capiuntur aves. Alii *strigem*, aut *pelicanum*. Interpres Latinus *bubonem* reddidit iterum in Levitico *e*, ubi est idem nomen Græcum hujus loci; sed Chal. קרייא *kadia*, quod hoc loco קיפופא *Kipphopha* significant חרבות *choravotb, desolationes, solitudines, siccitates, loca desolata, arida, sicca, solitaria*. Dicitur Græcè hic οἰκόπεδον. Basil. ac Theod. quasi legissent pluraliter οἰκόμεδα, notant Symm. pro his vertisse ἐρεπτια. Per eamdem istam vocem Niceph. explanat eam, quæ hìc est. Apollin. νυκτος κόρακα, *nycticoracem*, seu *noctis corvum*, vocat λιλῶν δαπέδᾶν ναετῆρ *nudorum camporum incolam*. Propriè οἰκόπεδον area domus est, ac solum, supra quod steterit diruta domus aliquando. Et Dioscorides *f*, conjungit οἰκόπεδα, & ἐρεπτια, *areas domorum, & rudecta*. In Deuteronomio *g*, pro *noctua* lego תחמס *thachamas*, & γλαῦκα pro *herodio*, כוס *chos*, ἀρώδιον, pro *nycticorace*, שלך *scialach*, νυκτικοράκα, pro *vespertilone*, עטלף *hhatalleph*, νυκτερίδα. Quidquid sit de Hebræis nominibus, quorum ipsimet Hebræi significationem ignorant, Græca, & Latinitate donata, nycticorax vix differt à nycteride, & vespertilione; diciturque sic, quasi *nocturnus corvus*: etsi Paulinus Agellio citatus dici velit quasi νυκτικόραν, quod acies ejus nocte tantum valeat. De his, & aliis avibus rapacibus nocturnis, quæ nonnumquam omnes communi vocabulo *noctuæ* dicuntur à Plinio, Alberto, & aliis, diligentiùs præ ceteris differit Ulysses Aldovrandus *h* ex Aristotele *i*, Plinio *k*, Isidoro *l*, Alberto *m*, Athenæo, *n*, Bellonio *o*, aliis; adde Gesnerum *p*, Rhodiginum *q*, Pierium *r*, Aelianum *s*. Conveniunt omnes avem, cujus hic mentio est, nocturnam esse, ululantem, clamantem, feraliter gementem de nocte. Latent bubo, nycticorax, noctua, vespertilio, similes aves, in cavernis tenebricosis montium, rupiumque, in cavis arboribus, in ædificiis desertis, sub tectis domorum, sub turribus, & parietum rimis, in ruinis, sive parietinis quas vetus Psalterium, Augustin. Prosper hic exprimunt pro domicilio, ita ut videantur legisse numero multitudinis, οἰκόμεδα; deniq; non tantum in desolatis, sed diris etiam, & inaccessis, ut Plinius prodit, locis. Adhuc Ulysses contendit nycticoracem, de quo hic agitur, eumdem esse cum asione, sive oto, sed non cum noctua. Noctua quidem, & ulula gaudent magis campestribus locis; & noctua non item propriè ululat, vel gemit, ut aliæ: sed κικκαβᾶ, unde *cucuba* etiam dicitur, vel *tout tout* profert, ita ut vocetur etiam τῦτω. Nota noctuę ethologia de sapientibus mundi, qui nihil, ut scribit Ambr. *t*, in luce cernunt, sed in tenebris ambulant, &c. acuti ad vana, habetes ad æterna, longè disputationis anfractu prudentes, insci propriæ insciliæ, &c. tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horrescunt; & grandibus disputationum oculis cernunt vana, nō respiciunt sempiterna. Affinis Boetii *u*, sententia, quod homines nequeunt oculos tenebris assuetos ad lucem perspicuæ veritatis attollere, similesq; avibus sunt, quorum intuitū nox illuminat, dies cæcat. Basil *x*, ex nocturno avium cantu colligit cohortationem, ut si unquam nos non occupet somnus, morula ea utamur in considerandis iis, quæ ad gloriam Creatori dicendam sufficiant. Palladi sacram noctuam, & Athenis pergratam, ac in numismate usitatam constat, quod sapientiæ proprium videretur, occupato vulgo, quiescere, ubi nihil videt quod agat, pul-

d ep. 135.

e c. 11. 17.

f lib. 3. c. 119.

g c. 14. 15. 17.

Nycticorax à nycteride vix differt, & dicitur quasi nocturnus corvus.

h 8. ornitolo cap. 1.

i 8. inst. animal. c. 3. & seq. c. 3. & seq. l. 9. c. 30. & seq. lib. 6 cap. 3

k l. 10. c. 3. 12. 13. l. 11. cap. 27.

l lib. 12. orig. cap. 7.

m lib 23. de animal. lib.

n l. 8 c. 14

o 8. hist c. 13

p de avibus.

q l. 17. c. 11.

r lib. 20

s 1 de anim. lib. c. 29.

t 5. Hexam. cap. 2. & in Mal. ex ed. Rom.

u 4. de cons. solat. prof

x homil. 3. Hexa.

plurimum videre; soleatque sapiens plebi in admiratione esse, & nostris ejus vellicari; sed prudenti se arte tueri, dum se sinit impeti supinum rostro autem, & unguibus defendit *a*. Hieroglyphicum quoque mortis est, quia mors furtim, ac velut in tenebris irrepit, & noctua cornici vivaci avi est infesta. Incantu demum ipso mortis inesse præsagium credebatur. Conferunt hæc proposito; de calamitoso, & ærumnoso; simul etiam, qui mox adjicitur, passer; quoniam item hieroglyphicè passer cùm noctua designant eventu irrito confugientem salutis caussa, vel patrocinii, ad alicujus aram: eo quod passer, dum aucupem declinans, confugit ad noctuam, ab ea infestius excipitur *b*. Præterea nota Nyctimenis fabula.

Noctua Pallad sacra, & Athenis in numismate visitata, & quare.

a Goropius in Cathodanis. Noctua hieroglyphi cum mortis est

Passer cum noctua quid hieroglyphice designent.

b ——— *Patrium temeraſſe cubile.*

Ita ut conspectum, lucem fugerit, tenebrisque pudorem celaverit, & à cunctis expulsa sit æthere toto, conversa in noctuam. Quod quoquomodo convenire posset in Davidis adulterium. Atque in genere spurcissimas libidines rectè designant nocturnæ volucres, quæ tenebras, & obscurum quærunt: & si quando prodeat quis aliqua contaminatus in publicum, cetere aves diurnæ, viri nimirum probi, uno ore, ac zelo non dubitant abominanda hujuscemodi crimina redarguere. Sed & avaritia, Plutonium, & infernale malum, hoc meretur, ut eo obnoxium Principes veluti plumis expolient. Igitur noctuæ similem fatetur se esse, quem præteritorum pœnitet peccatorum, eaque deplorat. Gregorius confundens cum bubone, notari ait eos, qui in tenebricoso tripudiantopere, & in mentium suarum exultant destructione, tamquam in ruinis domorum. Innocc. comparat cum nycticorace illum, qui gemens, & plorans, à seculari se conversatione subtrahit, & à placitis abstinens, tentationis vitat insidias, quasi noctis curam agendo. Cassiod. monens eumdem à nonnullis nycticoracem censeri cum bubone, vel noctua, & esse corvo magnitudine, & colore consimilem, & specialiter in Asiæ partibus inveniri; pœnitentem illi similem facit, qui nocturno tempore, escas animæ solicita curiositate perquirat, modo psalmodiæ operam dando, modo eleemosynas faciendo, modo carcere occulte visitando, cùm solum habere testem velit Deum, nec u eremita secedit, sed suo se domicilio retinens, à publica visione remotus est. Idem fere habet Haimo, ac præterea, sicut nycticorax, seu noctua odiosa est hominibus, eo quod dum cantat, mortem videatur minari, sic pii isti viri minantur mortem illis, qui volunt in eis capere exemplum bene vivendi. Hugo consentit, & Rickelius, qui ait, tales interdiu vereri publicum, & aliorum conspectum, quod indignos se judicent, qui appareant, propter abominabilem vitam. Adde & propriæ conscientiæ quodammodo fugere testimonium, ac Dei ipsius etiam oculos Ad Magdalenam quidam non incommodè applicant, ut ex quo, sicut pelicanus perfodit dolore pectus, tamquam nycticorax non ausa Christi conspectum, *retrosteterit secus pedes*, ac tamdiu postea in crypta Massilienſi, & veluti passer, pluviam non modo præsignificaverit, sed largiter quoq; fuderit ex oculis *b*. Pepinus *c*, aptat malas volucris hujus proprietates luxurioso, invido, mundano. Quem appellant Hieron. spectato nigrore solo, ait Prophetam nominare seipsum, propter sua peccata, nycticoracem. Auguſt. Prosper, Remigius ajunt denotari Prædicatorem, qui prædicet his, qui acceptam gratam perdiderant, nec deserit eos, qui corruerunt, velut parietinas, ut ædificii bene fundati, & stabilitatem recipiant, & decorem. Cajet. indicari vult humanum studium circa scientiam, quia post peccatum evasit intellectus noster noctuæ similis, versaturque velut in ruinis hoc est, circa res sensibiles, fluxas, ruentes. Rursum Auguſt. Prosp. Greg. Bruno, Hugo explanant allegoricè de Christo in passione, ac morte, qua occisus est in nocte ignorantiæ Judæorum, & tamquam in parietinis ruinis prævaricationis ipsorum, pro quibus tamen etiam oravit *d*. Bruno *domicilium* interpretatur superbiæ Judæorum, quasi supercilium domus significet, (quæ tamen etymologia parum apta) & Christum habitasse in superba eorum potestate per tres dies, quibus jacuit mortuus; eosdem vero similes parietinis fuisse, quoniam cùm Dei ædificium esse debuissent, per superbiam, & cetera peccata sua, sese destruxerunt. Greg. Judæos domicilium dici notat, qui ex parte diruti erant, & ex parte stare videbantur, pro eo quod circumcisionem tenentes, legem, & Prophetas habebant; sed in eum, quem Prophetæ in carne venturum prædixerant, nequaquam credebant; stabant in eis parietes carnatis observantiæ, coruerat tectum fidei, & disciplinæ. De nocturni temporis commodis alio actum loco. Scitum illud Scopiliani sophistæ, ὦ νὺξ σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον σοφίας μετέχεις μέρος θεῶν, *o nox nam tu sane maxima ex parte consors es sapientiæ deorum*.

Noctue similes qui dicantur.

Ad Magdalenam hujus loci applicatio.

b *Luc.* 7. 38. 45.

c *serm.* 75.

Tost peccatum evasit intellectus noster noctuæ similis. Explanatio allegorica.

d *Luc.* 23. 34

Vigilavi.) Addit Paraphr. *tota nocte*, כללילא *chollelaja*. Cajet. *sollicitavi*. Felix, *exercitatus sum*, forte *excitatus*. Campensis *præ sollicitudine somnum non indulsi oculis meis*. Et Cajetanus vult verbum *sollicitavi*, referri ad duo priora membra, & ad præsens, ut significetur sollicitum studium circa propagationem prolis, & scientiæ, & hic circa honorem, & gloriam, quæ veluti volet, ac emineat super tectum. Notat etiam similitudines, non esse ductas ex gressibus, ut piscibus, sed ex volatilibus, quia humano ingenio congenitæ sunt alæ, quibus possit ad superiora, ad veram, & æternam felicitatem studium suum elevare: quamvis homo utatur istis alis ad has miserias. Verbum שקדתי *sciakadthi*, significat *vigilavi*, *intentus fui*, *vigilanter attendi*, *intente observavi*, *vacavi*, *sollicite*; sed semper *vigilandi* verbo redditur. Qui hactenus allegoriam de Christo sectati sunt, vigiliam ascribunt resurgenti; & factum Christum sicut passerem solitarium, seu singularem, seu unicum in tecto, ideſt, in cælo per ascensionem, quia nemo illuc antea ascenderat, cùm sit *primitiæ dormientiũ* f, ac *primogenitus ex mortuis*, sive *mortuorum* g, & solus fuit *inter mortuos liber* h. Hoc pacto *passer invenit sibi domum*, inquit Auguſtinus, ideſt, cœlum ubi interpellat pro nobis; *turtur nidum*, hoc est, Ecclesia Crucem, *ubi ponat pullos suos* i, parvulos suos. Alia de Prædicatoribus allegoria, cujus auctor Auguſt. attingitur etiam à Gregorio, qui scribit, quod clamat adhuc in solitudine caput nostrum Christus, vel membrum ejus, nempe Prædicator, cùm eos vocat, qui nondum agnoverunt veritatem: in domicilio, dum eos ad pœnitentiam, qui ceciderunt, invitat: in tecto, quum admonet, ut foras mittamus timorem, prædicando super tecta k. Auguſt. dicit illos, quibus hic passer prædicat, qui in domo Ecclesiæ trepide ambulant, & sub tecto sunt potius, quia sub carne: passerem super tectum clamare, ideſt, super carnem, qui absque timore nec fit carnalis, ut subjiciatur tecto. Innoc. omnia membra tentationibus applicat Christi *l*: hunc & pelicanum fuisse jejunando, sicut avis illa conficitur macie in deserto: ut nycticoracem in domicilio, quando diabolus in supercilio montis ostendit ei omnia regna mundi; quia nycticorax limpidissimo intuitu videt etiam de nocte, (hoc alii melius imbecillitati visus tribuunt) sicut passerem unicum in ædificio, sive solitarium in tecto, quia solus de Patre sine matre, de matre sine patre, solitarius in utero, in sepulchro, in cælo, quatenus primus eo ascendit. Greg. *m*, ob singulam sanctitatem scribit Christum hìc appellati *passerem solitarium*, seu *unicum in tecto*, sive *ædificio*, quasi in summo, & culmine. Pepinus *n*, ex Paludano attendit in Christo veluti morbum caducum passeris, quoniam sponte mori voluit, & de Cruce cadere in sepulchrum, & in limbum: discretionem boni à malo, sicut passer mira celeritate granum separat à palea; quoniam naturam nostram assumsit sine peccato: tandem ut passer nidum à sordibus mundum servat, ita Christus purus totus mundũ servavit Matris uterum, & non habitat in corpore subdito peccatis, sed in animas sanctas se transfert. Alibi docuimus, quomodo conveniant Christo passeris qualitates, & quare cum somno mors, resurrectio ipsius cum vigilia comparetur. Non Dedali, Mercurii, Simonis magni fictitias Christus alas habuit, sed propria virtute ascendit. Tertio tropologiam prius quoque traditam de pœnitentium vario genere hìc aptat Cassiod. ad eum, qui diaboli formidans insidias, in Ecclesiæ quasi fastigio vigilans tutissime perseverat *o* & unicus dicatur, ob charitatem, quæ ex multis unum facit: in ædificio, seu tecto, propter altitudinem fidei, & fortitudinem mentis. Observat præterea postremo loco passerem collocatum, pelicano, & nycticorace minorem; quoniam gradatim pœnitudo, primo loco grandis est, secundo mediocris, tertio consuetudine ipsa omnino tolerabilis, Hugo pœnitentiam hoc genus ait esse clauſtralium, qui studiosè vigilent, ac laborent in operibus virtutum, sicut passer circa ova sua: parvi sint, ut ille, per humilitatem, & abjectionem: morentur in tecto, & monte religionis. Gregor. per cautam, quærulamq; avem in domibus ædificantem intelligit, qui in excelsis habitans, & solitudinem incolens, pro peccatis suis clamare non cesſat, in opere terrena non appetit, in

e Anſbert. apophteg. l. 8. pag. 679

Allegoria.

f 1. Cor. 15. 20

g Coloſſ. 1. 18. Apoc. 1. 5.

h Pſ. 87. 6.

i *psal.* 83. 4

Alia allegoria.

k Mat. 20. 27

Ad tentationes Christi applicatio. *cap.* 4. 1. *& seqq.*

Adaptatio proprietatũ passeris ad Christum.

m *hom.* 38. *in Evang.*

n *ser*

Tropologia aptatio.

Quare passer postremo loco collocatus.

in lamentis veniam petit, in habitatione inanium strepitus cogitationum effugit, iuxta illud, *a Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.* Berengosius *b* Abbas contemplativę vitæ dulcedinem passere designari vult. Remigius tria genera distinguit, eremitarum: eorum qui victum, & vestitum quærunt ab illis, qui in sæculo sunt, pompam sæculi postponentes: cænobitas vocare possemus: postremo, qui vigilant & laborant, ut altos in fide ædificent, quos licet appellare prædicatores, & prælatos. Pepinus *c* demonstrat quo pacto passer de iusto, & de peccatore, non tantum de Christo, ac de peccatore quidem ob instabilitatem, infirmitatem, vilitatem, garrulositatem, voluptatem, nidi suavitatem. Quamquam Hieronymus *d* numquam passerem in malam partem legisse se testatur, contrarium tradit Ambrosius *e*. Cuivis vigilantia necessaria non solum, qui ab eo nomen habet Episcopo, *Quod vobis dico*, ait Christus *f*, *omnibus dico, vigilate*. Ad aspectum veri luminis, ait Gregorius, mentis oculi aperti tenendi sunt: & operando servandum quod credis, quia *g beatus, qui vigilat & custodit vestimenta sua*, id est, fidem, ac operationem, ne denudetur, & appareat ignominia eius. Vigilat Deus, ut notat Innocentius, ad misericordiam, & iustitiam, sive ut indulgeat, & puniat, vocaturque virga vigilans *h*: vigilat angelus per diligentiam, & cautelam, ad custodiendum, & adjuvandum, unde etiam vigil cognominatur *i*: vigilat homo per circumspectionem, quemadmodum pastores, quibus evangelizatus est Christus natus *K*: & *angelo*, id est, Episcopo *Sardis iniunctum est, ut esset vigilans & confirmaret l*: præterea per prædicationem, quam à Timotheo exigens *m* Paulus scribebat, *Tu vero vigila*, &c. per orationem, de qua Christus *n*, *Vigilate & orate*: per meditationem, seu contemplationem, quam habebat, qui dicebat, *Ego* o *dormio, & cor meum vigilat*: per attentionem, *quoniam* p *beatus, qui vigilat ad fores sapientiæ*.

Et factus sum sicut passer solitarius in tecto.) Hieronymus, *& fui sicut avis solitaria super tecto*. Alibi docui *q* nomen Hebræum צִפּוֹר *tsippor* de qualibet ave dici: tamen quando jungitur nominibus diversarum avium, videri eam designare quæ *passer*, & στρουθίον propriè vocatur, potissimum addito epitheto μονάζον, quem simili voce Galli nominant *moinaau*. In psalterio vetere & apud Augustinum, atque Prosperum *sicut passer solitarius in tecto*. Ambrosius *r*, *quasi passer singularis in ædificio*, in Romano psalterio, apudque Cassiodor. & Gregorium alio in loco, *s*, *sicut passer unicus in ædificio*, apud Arnobium, *sicut passer solitarius in ædificio*. Quod antea dixit Prophetа se vigilasse, aut indicare voluit insomnem duxisse noctem, nec interdiu quum evigilasse, quieto sibi esse licuisse, sed ab omnibus desertum in mœrore permansisse. Quare *vigilandi* verbum non spectat ad *passerem t*. Hieron. vocem Græcam δῶμα, pro qua posuit *tectum*, alii *ædificium*, docet significare *tectum domorum*, quæ in Ægypto, & Palæstina, ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati, carebant culminibus, sed habebant *domata*, idest, *solaria* seu *mœniana*, & plana tecta transversis trabibus sustentata: taleque illud in Actis Apostolorum *u* fuisse doma δῶμα, quæ ibi vocat Interpres *superiora*, in quod orationis causa Petrus ascendit; cujus loci commentarium nostrum consule. Passerem solitarium, singularem, unicum inter merulas annumerat Ulysses Aldrovandus *x*, quæ sola fere semper sit, & in tectis residens meticulosa garriat suavissime. Tamen hoc loco sermonem esse de passere nostro vulgatissimo, qui vagus, & impudens, omnibus pene infensus est, & odiosus stridulus, & usque ad fastidium garriens, seseque luctu pascens, ac nutriens. Solitudinis laudes hic poni possent, ac recessus mentis per contemplationem, rerumq; temporalium despicientiam. Ibi loquitur Deus ad cor, & lactat *y*; ibi assumtis pennis volans requiescit *z*; ibi veluti rex, & consul, *solitudines ædificat quis sibi a*; ibi *à facie manus Dei solus sedet b*, ibi *levat se super se c*; ibi in otio maxime actuosus, & negotiosus est *d*; ibi *in silentio cum spe constituit fortitudinem suam e*; ibi *cultum justitiæ* dicit *esse silentium f*; ibi fugit velut in montem, in quo *se salvum faciat g*; ibi *domum habet atque tabernaculum*, tamquam *in terra salsuginis h*, ut siti exardescat cœlestium bonorum. Tandem omnis ista ex avibus tribus comparatio horrorem exprimit habitationis Hebræorum in captivitate, si de hac placeat psalmum interpretari, sive quod præ patria quilibet eis locus talis videretur; sive quod à dominis cogerentur incolere loca magis deserta, insalubria, ruinosa; sive quod etiam sejuncti, ac separati in ejusmodi locis carerent amicorum, affinium, contribulium solatio; sive quod relicto loco suo hoc patrio solo, similes avi transmigranti de nido suo, sese continebant intra septa cuiuscumque assignatæ habitationis, verentes urbium cœtum, & aliorum hominum, apud quos exulabant, congressum; vel certe versabantur potius, ac errabant in agris, & desertis locis, extra urbes, publicumque. Quæ omnia suo modo æmulantur, qui serio meditantur exilium suum in hoc mundo, atque duram captivitatem, & carcerem istius vitæ, & mundi. Chrysologus *i* accommodatitio saltem sensu, passerem solitarium in tecto interpretatur Christum manentem sub singulari tecto nostri corporis, ut idcirco Centurio tectum suum indignum judicaret Christo.

Sensus accommodatitius. *i ser.25*

Vers. 9.) Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversum me iurabant.

TAntæ, quam dixit, solitudini, desolationi, mœstitudini accessisse ait molestissima, nec intermissa numquam inimicorum opprobria, & contumelias: quum inter alia reiicerent harum calamitatum causam in culpam illius, & irriderent præ calamitatis vi dolentem, ac timentem: præterea quod qui sese olim pro amicis gesserant, aut revera etiam tales fuerant, resque eius probaverant, ac dilaudaverant, quum videlicet adhuc prospere cum ipso ageretur, commurata fortuna, contra illum conspiraverunt, & interposito communi iuramento comminatorio, coniuraverunt; Vel, me ipsum pro iuramento execratorio quivis habuit, dicendo, si fallo, eveniat id mihi, quod ęrumnoso illi Davidi, avertat à me Deus infortunium tantum. Idem est, si de pluribus Hebræis positis in captivitate interpretemur cum Græcis, aut de iisdem persecutionem patientibus post reditum, de qua in historia Machabæorum. Quocirca simul significat mirum videri non debere, si se vagis, ac solitariis illis volucribus, aut populum suum similem esse antea cecinerit, & reformidasse caviseque dixerit sive se, sive illos hominum ceterorum congressum, conspectumque. Facilis de Christo allegoria, quam tradunt Patres, ac de Judæis illum persequentibus, & probis atque maledictis onerantibus, & in eiusdem denique mortem coniurantibus. Sed & cuivis pie in Christo viventi convenit eadem improborum exprobratio, vituperatio, conspiratio, tametsi aliquando videantur eum approbare, atque commendare. Hactenus interiores miseriæ declaratæ sunt, deinceps exponuntur externæ, quas intulerunt alii.

Sensus loci

Allegoria.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei.) Alia psalteria, & Patres *exprobraverunt me*. Quantum hoc sit malum vidimus psalmis præcedentibus *K*. De convitiis, & calumniis in Christum iactis exponit Augustin. Prosper, Gregorius, & alii Latini, idque & ante crucem, & in ipsamet cruce. Cassiodorus de artificiosa illusione, opera diaboli, ut quos hic tyrannica non potest præsumtione comprimere, illo modo decipiat, & qui apertis terroribus non cedunt, derisoria magis increpatione flectantur, & à proposito melioris vitæ, seu à pœnitentia desistant. *Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius l*, idest, hoc efficere potest. Nihilominus, qui à statu innocentiæ ante linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est, inquit Gregorius *m*, quod contra persecutionis gladios non persisteret. Maris aqua non turbatur, sed retinet cœruleum, velutique cęlestem colorem suum, quia profundior est, nec turbationis causa imum fundum facile penetrat. Levis flatus candelam extinguit, facem magis incendit: ad eumdem modum, qui maiore ardet virtute, maledictis crescit in eadem, qui minore, iisdem eamdem nullo negotio perdit. Tamquam surdi probra debemus audire, sicutque muti os non aperire, *nec habere in ore redargutiones n*, & esse *sicut vas perditum, quando audimus vituperationes o*; ut quasi rimis pleni convitia non retineamus in animo, sed oblivioni tradamus, & effluere sinamus. Opprobria exprobrantium Deo si cadant super iustum *p*, & Dei sit quum ipso causa communis, indignatur videlicet zelo iusto, & sancto, ut sæpe nos priores docuerunt psalmi. Plus affligebatur populos, ait Lyranus, ex blasphemiis contra Deum,

k *ps* 34 71 *Psalm.*41.18 *Psalm.*43.17 *Psalm* 68 10 *Psalm.*72.12 *Psalm.*88. 52

l *Eccles.*7.8 vide com. ment noſtris. m 16. *Moral*

Qui maiore ardet virture. maledictis ea crescit, qui minore eam iisdem facile perdit.

n *Ps.*37. 15 o *Is.*30.13 14

p *Ps.*6 8.11

a *Psal.*54.8 b *Ser. de vest. signi Dominici tom. 2. bibl. Patr. Eremitarum tria genera.* c *ser.*75 d *in Eccl.*12 e *in Luc. c.* 12. f *Mar.* 13. 37 g *Apoc.* 16. 15 h *Jer.*1.13 i *Dan.* 4.10 14.20 k *Luc.*2.8 l *Apoc.* 3. 2 m *a.Tim.* 4 5. n *Matt.*26 41 o *Cant.*5.2 p *Prov.*8.37 q *Psal.*10. 1 *psalm.*83. 4 *Eccl.*4.5 r *in Luc.* 12 s *hom.*38. *in Evang.* t *epist.*135 u c. 10 9 De passere opiniones diversæ. x 13 *ornith.* c. 10 y *Osea.*2.14 z *Is.*5 4.7 a *Jer.*3.13 b *Jer.*15.17 c *Thren.*2 28 d *Amb.*3 *offic.c.*1 e *Esa.*30.15 f *c.*32.15 g *Gen.*19.17 h *Job.*38.6 Comparatio ex tribus avibus horrorem exprimit habitationis Hebræorum in captivitate

Deum, quas Antiochi satellites proferebant, quam contra seipsum.

Et qui laudabant me, adversum me jurabant.) Hieronymus absque conjunctione, *exultantes per me jurabant*. Exemplum dat in Semei a Trevetus. Alii, *deludentes me in me iuraverunt*; videlicet, inquit Felix, dicentes me stultum, facientes me iniquum, deridentes me. Vel, *qui insultant mihi, in perniciem meam coniuraverunt*, seu, *qui ludibrio me habent in caput meum coniurant*, vel *insanientes mihi*, seu *in me*, ideest, bacchantes, & furentes, & quibus videbar ipse insanus, ac abjectissimus. Scholion Græcum καὶ οἱ τρασιάζοντες μὲ ἐμὲ ὅρκον ἐποίουν *& qui seditionem concitabant adversum me, me execrationem*, sive *iuramentum execratorium faciebant*. Participium מְחוֹלְלַי *mebolalabi* cum affixo à themate הוֹלֵל *bolel* in poel quadrato, cujus Kal est חָלַל *halal* significat *laudantes*, (Unde tritum illud הַלְלוּיָהּ *halelujah*,) & *insanientes*, quo modo posteriore vertitur in Ecclesiastici libro *b* à nonnullis; ubi Interpres reddit *risum reputavi errorem*. Laudatio ironica potest exponi, ut innuit Cassiodorus, vel simulata, & ficta, ut Augustinus: vel vera, & ex animo, tempore prospero, quo amici suppetebant, sed postea inimici evaserunt, ut Græci. De juramento item adversus Prophetam, vel alium sub ejus persona, explicatur, aut quod inimici usurparent illud, aut amici, qui etiam censeantur expressi per laudatores serios, ita ut tam hi, quam illi ob acerbitatem ærumnarum, sub execratione jurarent, ne sibi, vel quibus bene vellent tale quid accideret; aut è contrario, quibus male, ut contingeret; aut sibimet etiam si ea in re, quam sponderent, vel asserent, fallerent. Etsi porro Hebræa præpositio בְּ *bi* cum affixo, ferre possit sensus istos, quemadmodum in alio psalmo *c*, *laudabuntur omnes, qui jurant in eo* כְּ *bo*, per *eum*: tamen *jurare adversum aliquem* κατά τινος proprie tantum significat conjurationem, quem vocat cum Euthymio Nicephorus ὅρκον ἐπιβουλῆς *iuramentum conspirationis atque insidiarum*: licet iidem cum Græcis aliis, alios dictos tradant sensus; & utcumque censeri posset execratorium juramentum, quod quis faceret contra seipsum, aut alios, esse contra Davidem, aliumve sub persona ipsius, quatenus ille in eo juramento sumeretur in exemplum gravissimæ calamitatis; quasi etiam calamitas eadem inflicta illi esset, propter ipsius peccata; quod tandem cederet in vituperationem ejus atque sic diceretur adversus illum. Hoc modo Job *d* dicebat, quod *posuerat eum* Deus *quasi in proverbium vulgi* & quod *erat exemplum coram eis* תֹּפֶת *thopheth*, quod *gravissimum, ac exemplare*, ut vocant, *supplicium* significat. Præterea *esse in maledictionem*, & *in exemplum*, *e*, idem valet: pro *exemplo* autem ponitur *iuramentum*, sive ut Augustinus *f* loquitur, *execramentum*. Sed paullo durior, & coactior est hujusmodi expositio. Fateor item videri mihi in Basilii, Theodoreti, Chrysostomi Latina interpretatione non satis assequi quod habetur: *per meas calamitates iurant, ne patiar ea, quæ quidam*, seu *illi & illi, perpessi sunt*. Potius dicendum videretur, *ne paterentur quod ille*. Ita omnino extat in expositione Euthymii, ac Nicephori, & hoc sibi volunt Græca apud hos & illos alios auctores μὴ πάθοιμι ἃ ὁ δεῖνα πέπονθεν, *ne patiar quod ille quidam*, nempe David, seu alius sub illius persona, *passus est*, & quod alius Græcus dixit μὴ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰσραὴλ πάθωμι, *ne eadem cum Israel patiar*, seu, *quæ passus est Israel*. Euthymius refert nonnullos existimare hæc verba intelligere ex persona Christi, ita ut sit prophetia de Petro, qui juravit *se non novisse hominem g*. Hugo acute observat, quod qui laudant alios ficte, adde adulatorie, & immodice, jurant adversus illos, & *qui beatos eos dicunt ipsi decipiunt h*. Bruno refert ad eos, qui conspirabant fictis laudibus capere Christum, ut qui dicebant *i*, *magister scimus, quia veraces*, &c. Pepinus *k* ad Christum conquerentem de impiis Judæis, de perversis hæreticis, adde de illis, qui *factis negant, quem ore confitentur l*: præterea ad quemlibet etiam conquerentem de adulatoribus; quod multis verbis explicat.

Vers. 10.) Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

HÆc est causa, quare sustinuerit exprobrationes hostium, & conjurationes illorum, qui olim erant aut ferii, aut ficti tantum amici; quoniam cernebant in maximas jam redactum miserias, ut non ei cibus saperet magis, quam cinis, præ doloris vehementia, præque inappetentia; vel etiam cum in pulvere mœrens procumberet, ubique victum sumeret, propter ingentem animi perturbationem, cinerem cibo permisceret, nec satis alterum ab altero discerneret, vel non alium liceret comedere panem, quam raptim sub cinere coctum: lacrymas quoque in potum, non valens, dum biberet, ab iis se temperare, immittendo, & tunc etiam plorando, cum se, bibendo, vellet exhilarare. Simili descriptione Jeremias mærumnas deplorabat suas, *Fregit ad numerum dentes mees, cibavit me cinere*. Euthymius perstrinxit omnes istos dicendi modos; ac fieri potuisset, ut facie humi affixa, dum lugeret, ore ipso pulverem attraheret, qui spiritu ipso, aut vento, attolleretur, atque ita videretur cinerem edere, & bibere, atque cum lacrymis miscere. Litteraliter aut de se David loquitur, aut de quovis calamitoso, aut de constituto in captivitate. Hieronymus *n* alicubi exponit de Davide, cum, periclitante filio, post adulterium in cinere, & jejunio pœnitentiam fecit *o*; interdum *p* universe de pœnitente. De mysticis sensibus dicam postea.

Quia.) Placet Euthymio ὅτι, neque caussam hic reddere, neque ad confirmandum poni, sed vel prorsus abundare, vel per modum quemdam narrationis accipi. Primus usus proposito quoque quadrat eo modo, quem dixi.

Cinerem tamquam panem manducabam.) Hieron. *comedi*. Item *q*, *manducavi sicut cinerem panem meum*. Psalterium vetus, & August. & creditus Hieron. *manducavi*. Servi utrique tempori simplex præteritum אָכַלְתִּי *achalthi*, aut etiam præsenti, in quo aliqui vertunt. Addit Appollinarius πεφρυμένος, *afflictus*. Recte Jansenius observat, vel per hypallagen significare quod *manducabat cinerem tamquam panem*, ut quum Poeta dicit, *perflat fistula buccas*, ideest, *buccis fistulam; tradere rati ventos*, hoc est, *ratem ventis*: vel quod loco panis cinerem, aut cum cinere panem manducaverit, nimirum dum pronus hæsitabat in terram, & pulvere, aut etiam cinere se aspergebat. Titelmanus, & Genebrardus eadem docent: Varlenius ex his ultimum. Innocentius vero declarat, vel manducatum panem cum cinere, vel cum pane cinerem, videlicet vilem, & despectum, quasi cinerosum panem, sive cineritium. *Panes lacrymarum* vidimus Psal. 41. *r* & 79. *s* & R. Salomon explanans indicatum antea Jeremiæ locum *t*, ait Judæos, quum in captivitatem irent, præ impia *panem subcineritium* feciisse, in quo lapilli, atque cinis essent: alii datum Jeremiæ ipsi panem scrupulis plenum in carcere. Lugentes, ac rei, suppliceque, & pœnitentes, ut alibi ostendimus, cinere se conspergebant, sive humo, sive terra, vel cinere prostrato utebantur *u*: iderunt etiam in terra amici Job, cum illo condolentes septem diebus *x*. Frustra est ejusdem ritus ex Ecclesiasticis historiis, vitaque sanctorum proferre testimonia, tum etiam quod mori pii viri nollent, nisi cubantes in cinere, quod, ut Martinus dicebat: *y* sic moriens, non deceat Christianum, nisi in cinere mori. Prophanis id ipsum fuisse in usu docet illud,

a *Canitiem immundo perfuso pulvere turpans*.
Præterea,
b—— *Squallentiaque ora*
Sparsus, & incultam feralı pulvere barbam.

Legatur cum Alexandro Neapolitano Tiraquel. *z*. Egimus alibi *a* de hoc ritu, quem in exordio Quadragesimæ usurpat Ecclesia. Mystice Augustinus explicat, exprobrari à Paganis, quod corruptio sit disciplinæ, ac perversio morum generis humani, dare hominibus pœnitentiæ locum, promittereque impunitatum omnium delictorum: ideo homines mala facere securos, quos eis, quum conversi fuerint, omnia dimittantur: hic autem dici à Christo, eoque, qui Christi gerat vices cinerem quoque istum incor-

Sensus loci.

Hypallage.

Expositiones mysticæ

a Papin l. 1. 6
b lib. 3. cap. 7 in Domin. prima Quadragesimæ

a 2 Reg. 16. 5 & seq.
b c. 2. 8
c Ps. 62. ult. jurare ad. versus aliquem, quid propri significet.
d c. 17. 6.
e Num. 5. 27
f quæst. 11. in Num.
Expositio paullo durior.
Expositiones variæ.
g Matt. 26 72.
h Esa. 3. 12
i Matt. 22 16
k Ser. 76
l Tit. 1. 16
m Thren. 18.
n 2. contra Iovinian.
o 2. Reg. 12 18.
p In Es. c. 59
q in Es. c. 55
r vers. 4
s vers. 6
t Thr. 3. 16
Panis subtinerici ejus Judæorum quando fiebat.
u 2. Esd. 9. 1
Est. 4. 3
Ps. 58. 5
Dan. 9. 3
Joan. 3. 6
x Mach. 3. 47
cap. 4. 39
lib. 2. 10. 25
Matt. 11. 21
Luc. 10. 13
Job. 2. 8
cap. 16. 15
cap. 42. 6
Jer. 6. 26
cap. 25. 34
Thren. 2. 10
Ezech. 27. 30
x Job. 2. 13
y Sulp. ep. 3
z Virgil. 12 Aeneid.

corporandum tanquam cibum: desperatione venię licentius committi peccata, & pejores evadere homines: ne despe autem veniæ pejus vivant, factum à Deo diem mortis incertum. Sequitur, ut solet, Augustinum Prosper, & Gregorius *a*. Hic cineres dici notat, in quorum cordibus extinctus est prorsus ignis amoris divini, & nullo apti sunt usui, & sine charitatis glutino sunt omnino dissoluti: Christum hunc suum cibum esse duxisse *b*, electorum profectibus delectari, tamquam *favo cum melle c*: à Samaritana potum illum petiisse *d*: in Cruce sitire se hac ipsa siti, potissimum expressisse *e*: pœnitentiam peccantium, & fidem exoptando perfidorum. Idem attingit Beda, Remigius, & Bruno, qui propterea cineribus pœnitentes innui volunt, quia solebant super caput cineres imponere. Hugo loquentem facit Christum, quod sua ei mortificatio in cruce dulcis fuerit. Cassiodorus de pœnitente interpretans, cineres ait peccatorum reliquias esse, tamquam exustorum carbonum, quas oporteat manducare; ideſt, consumere doloribus afflictionum; quod alibi *f* David innuat orans *amplius lavari: & mundari ab iniquitate & peccato*; quia quamvis exiguum de peccato remaneat, non perducit ad vitam. Huc facere possent utcumque comminuti vituli cineres propinati populo à Moyse *g*. Explicat illam Cassiodori explanationem Haimo, ut cineres tales minutissimorum peccatorum, quæ sint reliquiæ majorum, manducentur, hoc est, consumantur, ramquam panis, quia tantam refectionem quis habet inde, quantam ex pane: & dici cineres, quia sunt reliquiæ peccatorum, quæ sicut carbonem exurunt corda. Ubi nota, proprie loquendo, reliquias peccatorum non esse peccata; quoniam nihil peccati remanet ex dimissis peccatis; sed pravi habitus, fomes, reatus pœnæ temporalis, &c. Dici etiam aliquo modo possent minuta peccata remanere, non quæ prius essent, sed quatenus pronitas remanet ad hujusmodi peccata intra speciem eamdem graviorum remissorum, & facilius committuntur: Hoc ipsum deprehendi postea traditum à Petro de Palude, quem Pepinus *h* citat. Bernardus *i*, *cinerem tamquam panem manducari* scribit cum circa actionem occupatur quis, loco contemplationis. Distinguit Innocentius cinerem Dominicæ passionis, pœnitentialis satisfactionis, humanæ abjectionis, extremæ corruptionis cinerem, qui remanet de ligno combusto, esse peccatū charitate dimissum; tamquam panem, quando in memoriam delectabiliter refricatur; refricationem ipsam esse cinerem; manducari autem, si per pœnitentiam consumatur. Vel panem ipsum esse peccatum, mãducari tanquam cinerem, si eadem illa ratione consumatur, quia cinis est symbolum pœnitentię Quo facere potest secundùm accomodationem illud alterius psalmi *k nebulam*, nempe peccati, *sicut cinerem*, ideſt, juxta pœnitentiæ modum, *spargit*, hoc est, dissipat, etiam secundùm pœnæ reatum. Hugo sumens, *quia*, non ethologicè, sed exegeticè, observat adversus exprobrationes, & conjurationes, deniq; contra quaslibet calamitates, tentationes, peccata optimum remedium esse *manducare cinerem tamquam panem* scilicet occupari circa infirmitatis propriæ, mortisque meditationem; idcirco in die cinerum, quando assumitur bellum contra vitia, imponi cinerem super capita. Præterea *manducare cinerem tamquam panem*, ait osse, vili cibo vesci, nec, ut Hieronymus monet, curare quam pretiosis cibis stercora conficiantur. Pios, & sanctos viros legimus non tenui tantum, levique usos cibo, sed eidem etiam cinerem, aut quid tale ad saporis gustum depravandum, adhibuisse, exigebatque Tertullianus *l* à pœnitentibus xerophagias, ideſt, ut siccarent cibum ab omni came, & omni jurulentia, & vividioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel ederent, vel potarent. Exponit idem Davidem tali victu exomologesin expressisse, panem velut cinerem aridum, & sordidum potum cum fletu pro vino. Narratur Germanus Antisiodorensis, quoties cibum sumeret, cinerem prægustasse, deinde hordeaceo usus pane *m*. Tobias demisso prandio, ad sepeliendi munus se contulit, reverusque manducavit panem cum luctu, & tremore *n*. Alia refert exempla Pepinus *o*. Figurata quidem locutio præsentis loci est, ut prodit Galenus *p*, quod neque cinerem, neque pulverem, neque favillam, neque calcem animal ullum esitat, neque eorum, quæ plane amara sunt quidquam. Ayguanus in cinere, ut pœnitentiam designat, notat ex eo confici lixivium, ad sordes eluendans peccatorum: illo ignem, ne videatur, operiri, hoc est peccatum, ne videat illud Deus, quod est omnino tollì; quia quod non videt, penitus non est: per eum

Quare dies mortis à Deo factus incertus.

a hic & ho. 16 in Ezech.
b Joan. 4. 32.
c Cant. 5. 1
d Joan. 4. 6
e cap. 19. 28

Cinerem tanquam panem manducare quid sit? diversæ opiniones.

f Psal. 50. 4.

g Exod. 31. 20

Reliquiæ peccatorum non sunt peccata.

h serm. 75.

i serm. de Assumpt. B. Mariæ.

Cinis symbolum pœnitentiæ.

k psal. 147. sec. Hebr.

l de jejun. cap. 9.

m in vita c. 8
n Tob. 2. 35
o serm. 75.
p 4. de simp. medic. facul. cap. 20

Aliquani observatio.

Areddi lucida, quæ sunt obscura; quod confirmat citati prius psalmi testimonio. Eundem hunc locum nostrum de pœnitentia Hormista Pontifex *q* accepit, & Eusebius Emissenus *r*, aut alius potius, qui subjicit recitatis aliis locis ex Psal. 6. *f* & 37. *t*. *Nemo despiciat hanc humilitatem: summus rex erat, qui ista dicebat: summus rex erat, qui ista faciebat*. Greveus *u*, *manducari cinerem tamquam panem* docet esse, miserias hujus vitæ, quæ consecutæ sunt postquam ignis peccati accendit istam terram nostram, redegitque in cinerem, mentis acumine, quasi quibusdam dentibus, per partes dividere, ut Job faciebat *x*: & dum vivimus conjungere hujuscemodi cogitationem cum meditatione lęta beatitudinis: beatos sine *cinere panem manducare*; damnatos cinerem absque pane. Desines turpissime ventris tui cultor tamquam Dei *y*, eum studio tanto colere, ac fovere, sicinere, ideſt, mortis memoria condieris, sique ut Daniel fecit *z*, hujusce templi tui pavimentum aspersoris cinere, deprehendes ingluviem tuam, & superstitionem idoli tui. Urget idem Davidis exemplum, atque præsentem, & Psalmi 6. *a* locum Cyrillus Hierosolymitanus *b*, ut persuadeat pro dimissis peccatis satisfactionem. *Rexigitur*, inquit, *sic confitebatur, & tu idiota* (seu privatus) *an non debet confiteri?* Idem fere habet Cæsarius Arelatensis *c* Hoc etiam loco putatus Hieronym. si ergo Propheta hoc dicit, nos quid facimus? Explicat quod intingens panem in cinerem, comederet. Placatur Deus, dum ei veluti suggerimus, quod *in pulvere dormituri sumus d*, *& recordatur, quia pulvis sumus e*. Subcinericius hic panis pro gladio est *f*, ac *in fortitudine cibi istius pervenitur usque ad montem Dei g*. Non modo convenit religioso, ut se dicat *cinerem tamquã panem manducare* propter parsimoniam, & abstinentiam, & jejunium, sed etiam homini vano, atque peccatori; quoniam cuncta gaudia mundana nihil nisi cinis, & pulvis sunt, & qui rebus istis ingurgitant sese, comparandi videntur pueris, aut male affectis, qui quandoque carbones, & cineres comedunt, quod nominatim dici de avaris *h* potest. Serpens damnatus est ad comedendum terram *i* at non omnino aridum pulverem, cineremve. Lingunt terram venerabundi, ac procidentes coram Christo, qui prius erant inimici *k*. Non est interpellandus famelicus, nisi prius latrantem, iratumque stomachum placaveris: Deum vero placat famelicus, & latrans, & sibimet irascens stomachus ac propterea famelicus, & latrans, ideſt, jejunus, aut cinere victitans, lacrymarumque panibus. Lacrymas istas de quibus mox, cinis asperitate sua elicit: & qui sit ejusmodi hanc merito etiam sinapi victitare, juxta paræmiam, dixeris, quoniam ciet sinapi lacrymas, ac tristitiam ingenerat *l*.

q Epist. ad Episcop. & refertur d. 50
r si quis dixit. homil. 10.
t verſ. 2.
u verſ. 2.
x serm. 209

y Job. 14. 1. & seq. Beati panem sine cinere, damnati cinerem sine pane manducant.
z Phil. 3. 19
a cap. 14. 13
b verſ. 2.
c Cath. 2.

d hom. 14.
e Job 7. 21
f Psal. 102. 14
g Judic. 7. 14

Et potum meum cum fletu miscebam.) Hieronymus, *miscui*, Psalterium Romanum, Cassiodorus, Innocentius, *temperabam*. Arnobius *cum fletibus miscui*. Prosper, *cum lacrymis miscebam*. Quem vocant Hieronymum, & Cassianus *m*, Hugo etiam in commentario, & Gregorius, Haimo, Remigius, Bruno, Ludolphus, Lyra, Hugo, Remigius, Pelbartus, RicKelius, Pastura, *poculum meum*. *Miscendi* verbum, quod ex Hebræo מסך *masch* tractum videri potest, innuit usum diluendi, temperandique aqua vinum & cum illo miscendi, de quo egimus alibi. Consulendi auctor convivalium antiquitatum Gulielmus StucKius hæreticus *n*, Hieron. Mercurialis *o*, Justus Lipsius *p*, M. Antonius Marsilius Columna *q*. Antiquiorem non dubito Staphylo, & Melampode, & Amphitryone, & Acheloo, & Oenæo, aqua miscendi vinum consuetudinem; nec recurrendum ad morem juxta Bacchum nymphis aram extruendi, Bacchique nymphas altrices, & educatrices esse. Tantam porro mœstitiæ vim docet David fuisse, ut si deesset ad vinum diluendum aqua, pro hac esse lacrymæ possent: vel bibendi qualemcumque voluptatem valde castigatam, & imminutam effusione lacrymarum fuisse; denique si quam delectationem haberet, cum fletu miscuisse. Sapiunt satis poeticam phrasin hæc verba, & eleganter assiduitas, largitasque lacrymarum ac fletus ita describitur, cum nempe.

l Psal. 71. 9

m Plaut. in Trucul. Ennius 4. Satyr. tum Hieron. Colum. Macrob. l. 6. c. 5. Alii apud Colum.
n Collat. 9. c. 29
o lib. 3. c. 11
p. var. lect. c. 18 Consuetudo miscēdi vinum aqua, antiqua.
q 1. ele. 3. c

r Lacrymæ cadunt per ora, & assiduo gena
Rore irrigantur, qualiter Taurì jugis
Tabido madescunt imbre perfusæ nives.
s Suspensæque diu lacrymæ fluxere per ora,
Qualiter abjecta de nive manat aqua.

r Hydragio. log. serm. 1. n. 53. & seq. Seneca in Hippol. act. 2
s Ovid. 1. amor. eleg. 1

Sed

Expositiones mysticè a Luc. 7. 38. 44.

Sed huic nostro exemplum simile non reperio. Mysticè Christus potum suum cùm fletu miscebat, cum Magdalenæ lacrymas in convivio excipiebat *a*, ut ait Hugo; quum in cruce sitiens, etiam cum lacrymis & clamore valido precabatur *b*, cum omnes lætitias suas rebus tristibus permixtas habebat, quod inductione demonstrat Pepinus *c*. Deinde non pœnitens dumtaxat, sed quivis justus, vinum gaudii etiam spiritualis mixtum percipit variis molestiis, donec *absterget Deus omnem lacrymam ex oculis eorum d*; ubi hoc ipso nomine plurimum lætabitur: ut è contrario, puris ac solis lacrymis damnati inebriati, deprehendent, quas hic perceperint voluptates, ab angoribus liberas non fuisse, atque à permixtione lacrymarum, ut quem citavi, auctor demonstrat. *Sic risus dolore permixtus fuit & extrema gaudii luctus occupavit e.* Scribit Cassianus *f*, differens de diversitate spiritualium lacrymarum, certum esse lacrymas, de quibus hic agitur, non cum illo affectu promi, quod in sexto Psalmo *g* ex persona pœnitentis emergunt; sed pro anxietatibus vitæ hujus, atque angustiis, & ærumnis, quibus justi in hoc mundo positi deprimuntur. Quod etiam psalmi ipsius, inquit, non solum textus, sed etiam titulus evidenter ostendit, qui ex persona pauperis illius, de quo in Evangelio *h* dicitur; *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, ita describitur, *oratio pauperis, quum anxiatus fuerit & coram Deo effuderit precem suam.* Cassiodorus pias lacrymas vocat, quibus irrigatus cœlestis potus animæ penetralia intret. Gregorius *i*, quia potus ab exterioribus interius trahitur, fletus ab interiori exterius derivatur, ait miscere poculum Deo cum fletu esse alios ab exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus exterius jactare, idest, quosdam, qui in oculis hominum justi esse videntur reprobare, quosdam criminibus reos per pœnitentiam correctos salvare, alios qui stare videbantur, cadere juste permittere. Innocentius distinguens potum Eucharistiæ, intelligentiæ, doctrinæ, gloriæ, compunctionis, afflictionis, ostensionis, deceptionis, explicat *potum cum fletu misceri*, quia sit affluentia tanta lacrymarum, ut effundantur in potum præterea, ut calix amaritudinis, & doloris, sive compunctionis cum fletu temperetur, quoniam amaritudo dolorum temperatur multum ex dulcedine lacrymarum, quæ quanto sunt amariores ex causa, tanto sunt dulciores ex fine: postremo *cinerem comedi tamquam panem*, quando reficitur quis opprobrio, sicut laude, ut Apostoli *gaudentes, quod essent contumeliam passi K*: *potum cum fletu misceri*; quando temporalis lætitia significata per vinum, *quod lætificat cor l*, temperatur memoria malorum ut in die bonorum non sit quis immemor malorum; sed consideret, quod *extrema gaudii luctus occupat m*. De lacrymarum commodis crebro egimus. Climachus *n* non dubitat affirmare, quamvis audax dictu id videri moveat, majorem atque præstantiorem baptismate post baptismum, esse fontem lacrymarum: quia baptisma præcedentia nostra delicta purgavit, fons lacrymarum posteriora: & baptisma quidem omnes ab infantia acceptum inquinamus per lacrymas & illud repurgamus. & nisi divino munere datum esset hoc remedium, rarissimi salvarentur. Hyperbole illa, ne sit nimis audax, intellige *fontem lacrymarum* majorem, ac potentiorem esse baptismate, non vi, efficaciaque satisfaciendi, sed quoniam repeti, ac frequentari sæpius valet.

b *Hebr.* 57. c *serm.* 75.

d Apoc. 7. 17.

e Prov. 14. 13. f Collat. 9. c. 29.

g vers. 7.

h Matt. 5. 3.

i *hic*, & 25. *Moral.* c. 7. *vel* 9.

k Alius 41

l Ps. 103. 15

m Prov. 14. 13.

n *gradu* 7. Climachi assertio paullo audacior fontem lacrymarum baptismate præstantiorem affirmantis. Hyperboles mitigatur audacia.

A pressisse, deturbasse, præcipitasse, afflixisse. Unde accidit, ut longe molestior esset hujusce modi humiliatio. Non tantum verum hoc est de populo abducto in captivitatem, aut aliam aliquam persecutionem patiente, sed & de quovis, qui deciderit ex prosperitate in infortunium, irato contra illum Deo. Revera nihil tam miserabile, quam ex beato miser *o*. Talis infelicissimus, sed non prorsus miserabilis, & dignus commiseratione dæmonum in damnatione status, cum spiritibus quoq; hominum damnatorum: talis humani generis post lapsum conditio, cujus misertus est Deus, & Christus, ac ejus exemplo, ut Latini hoc loco notant Patres, Ecclesia, quæ peccatores quotidie suscipit, qui justæ damnationis incurrendæ sententiam pertulerunt, quum præ ceteris animalibus homo elevatus esset, ipsoque situ corporis cœlos erectus videre jussus, ut ex hoc quoque aperte cognosceret, inquit Gregorius, quia & intentionem ad summa dirigere, & mentem deberet ad Deum levare. (Cadens igitur allisus est homo, ait idem Pater, quia peccare non metuens, & pro salute infirmitates pertulit, & pro vita mortem suscepit.) Hoc dicant, ait creditus Hieronymus, qui aliquando fuerunt sancti, & ceciderunt; exaltati enim in virtutibus postea ceciderunt: siquidem sancti (nempe qui adhuc sunt tales, vel jam beati) dicunt *qui elevans tenuisti nos*. Bona est, ut rectè Cassiodorus observat, allisio, sive elisio ista interdum, sicut *& humiliatio, ut discantur mandata Dei p*; inde enim compunctio nascitur, inde animarum medicina præstatur, cum etiam peccato es elevatos prius beneficiis, opibus, vitæ diuturnitate, viribusve, gloria, & celebritate, sed in superbiam conscendentes, Dominus, tamquam moderator eximius, à collata largitate se subtrahit, ut illi solerter advertant non fuisse propria bona, quæ subito probantur erepta. Idem valet in beneficiis gratiæ, quorum aliquando etiam prodest jactura ad humilitatem, & magis cautam recuperatorum custodiam. Quamvis interdum hæc gratiæ bona, ut & moralia, ac temporalia quibusdam convertantur in malum, & damnationem, *ut roborati paullulum in perpetuum transeant q*. Persimilis 72. *r* Psalmi locus, *Dejecisti eos, dum allevarentur*, ubi quæ dixi consule. Præterea in Job *s*, *Elevasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me valide*. Rursum *t*, *Elevati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur*. Favet dictis, atque sententiæ, quod psalmus hìc agat de captivis Hebræis in Babylone, docens Ambrosius *u*. Is de illis agens, qui propter peccati pretium deducti erant in captivitatis ærumnam, ait, quod nihil est, quod tam summo dolori sit, quam si unusquisque positus sub captivitate peccati, recordetur unde lapsus sit, atque unde deciderit. Addit ista consideratio doloris aculeos pœnitenti, & vehementer intendit damnatis tormentum, quemadmodum auxit Jeremiæ luctum, cùm deploraret *sedentem solam civitatem, quæ prius plena erat populo; & sub tributo factam, quæ erat antea domina gentium, & Princeps provinciarum x*. Videtur idcirco etiam Christus cum triumpho paucis ante mortem diebus intrasse in Jerusalem *y*, ut tanto deinde acerbior sequeretur mors. Longius petita ratio metaphoræ à nonnullis *z* ex sacco, qui ejecta excutitur arena, ut capacior mox reddatur ejusdem; & ex purpura, quæ nisi uno ictu collidatur, & exanimetur, unde subitarius exeat sanguis, minus ad tincturam sit apta, ut Pierius *a* tradit. Aptior ex Aquila, cujus Plinius *b*, ingenium scribit esse, testudines raptas frangere, è sublimi jacendo: quæ sors interemit, inquit, Poetam Æschylum, prædictam fatis, ut ferunt, ejus diei ruinam, secura fide cœli caventem. Simile narrant exemplum cornicis, quæ duritiem nucis rostro repugnantem, volans in altum, in saxa, tegulasve jacit iterum, ac sæpiùs, donec quassatam perfringere queat. Bellissime demum quadrant proposito volatum æmulati, & ruina obtriti, vel mersi, Icarus Simon magus. Nec prorsus inepta similitudo ex suspendiariis, quos in altum perductos carnifex dejicit, & succussat. Applicat Hugo ad Christum, quasi de seipso loquens dicat Patri, quod propter iram, atque indignationem adversus peccata nostra elevatum in Cruce allisserit morte.

o Cic. in Partition.

p Ps. 18. 71

q Job 14. 20 r vers. 18. Is. 30. 22.

s vers. 18.

t vers. 18.

u *c.* 2. *de pœnit. cap.* ult. Sub peccati captivitate constitutis summo dolori est memoria lapsus.

x Threni 1. Quare Christus cum triumpho ingressus Jerusalem. y Matt. 21 & *seq.* Joan. 12. 12. & *seq.*

z a Petro Vega hoc loco

a lib. 28. fol. 204.

b lib. 10. c. 3.

Ex pluribus ad hanc rem explicandam quæ nam aptior ratio metaphoræ.

Aquilæ in frangendis testudinibus ingenium.

Vers. 11.) A facie iræ, & indignationis tuæ, quia elevans allisisti me.

Sensus loci.

EXprobrationis inimicorum assiduę atque conjurationis, & execrationis contra se, quando extremas illi calamitates ipsius cernebant, præterea fletus, & mœroris tanti sui, & cur ipsemet afflictaret seipsum adeo severo jejunio cinerei panis, & lacrymosi potus, non tam calamitates quas patiebatur, caussam profitetur fuisse, quam quod animadverteret sibi vehementer iratum Deum, atq; ita secum egisse, quo pacto faciunt illi, qui aliquid graviter collidere volentes, alte id prius attollunt, ut lapsu graviore ruendo major consequatur collisio. Videlicet significat cum Deus ipsum in sublimiorem dignitatis, ac potestatis locum, & gradum evexisset, inde dejecisse, de-

A facie iræ, & indignationis tuæ.) In Bibliis complutensibus, ac Regiis habetur pronomen aliud, *à facie iræ tuę & indignationis tuę*. In multis aliis codicibus editionis nostræ, atque in Psalterio Romano & vetere, *à facie iræ & indignationis tuę*. Lectionem, quæ nunc extat in emendatis

datis Bibliis Latinis sequitur Augustinus, & Cassio-dorus: Cum duplici pronomine, & cum conjunctione legit Prosper: Gregorius, Innocentius, Hugo, & alii multi cum uno pronomine, & absque conjunctione. Græca sunt, ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου καὶ τοῦ θυμοῦ σου. Eodem pacto extat Hebraicè: ac licèt in Bibliis Regis translatio Hieronymi sit, *à facie indignationis, & iræ tuæ*. Idem Hieronymus monet apud LXX. & apud Hebræos esse, *à facie iræ, & indignationis tuæ*. Tamen qui habentur codices hoc tempore Græci, Hebraique, continent bis pronomen cum conjunctione: & quidem Hebrææ dictiones, quia Græcas jam posui, sunt זַעְמְךָ וְקִצְפֶּךָ *zahhimcha vekitspecha*. De vocabulis Græcis jam dictis, & de Hebræis זַעַם *zahham* & קֶצֶף *Katseph*, egimus aliàs. *Faciem indignationis* explicat Innocentius manifestam vindictam, quasi quæ facie ipsa se prodat. Cassiodorus, quod timentibus sub imaginatione semper appareat ira ultionis cum impetu grandiore, indignatio cum animi motu mediocri. Hugo indicari faciem iratam venturi Judicis. In psalmo 37. a Phrasis eadem extat, *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ*. Significant hæc idem quod *propter*; aut *propter præsentiam*. Quare hoc loco non rectè declarat quidam *b*, *à facie iræ, & indignationis tuæ*, ideſt, veluti ab acie, quæ aliter dicitur *os*, ut quum est sermo de gladio. Pepinus *c* ostendit iram Dei contra sex genera peccatorum declarari, faciemq; ipsius ab illis averti à Prælatis, ac Judicibus, qui sunt desides à luxuriosis, à gulosis, ab obstinatis differentibus emendationem, à murmuratoribus, à fallacibus mercatoribus.

Facies indignationis: quid sit.

2 vers. 4

b Petrus Vega. c serm. 78

A sex peccatorũ generibus Dei facies avertitur.

Quia elevans allisisti me.) Hieronymus, *quia elevasti me, & allisisti me*. Alii, *quia extuleras me, & projecisti me*. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *quia elevans elisisti me*. In vetere Psalterio, apudque Augustinum, *quoniam elevasti, allisisti me*. Textus Hebræus habet conjunctionem, & verbum תשלינכו *thaslicheni*, quod est futurum pro præterito, significat *missam facies*, seu *projicies*: inde autem sequitur *allisio*, sive *elisio*.

A mirum si diesnu facti sunt similes tui? Ipsi sunt enim dies declinantes, quia deviasti, qui *sunt dies fumi* r; quia tumuisti.) Tunc monet, ut modo dicamus, (*transibunt omnia tamquam umbra*, ne trensеamus tamquam umbra, & si non agnoverimus in hac umbra diem, & non viderimus lucem postea sera, & infructuola pœnitentia, dicamus *s*, *quid nobis profuit superbia, & divitiarum jactantia quid contulit nobis? transierunt omnia tamquam umbra.*) *Gravem allisionem*, quæ priore nominabatur versu, Gregorius vocat, per quam lux in tenebras vertitur, & in ariditatem viror mutatur: quod Adam abscondit se post peccatum à facie conditoris, à quo *post meridiem* appellabatur *t* patenter ostendisse quas cæcitatis umbras interius pertulisset: Christum adventu suo lucem restituisse, ut *illuminaretur omnis homo lucente luce in tenebris* u, *& viderent lumen magnum, qui ambulant in illis, & ambulantes in die non offenderent* x, *dies nobis declinare sicut umbram*, quum peccatorum nostrorum nebulas propitiationi divinæ opponimus. Exponit idem Doctor per *fœnum arescens, falceque succisum*, eum, qui per opera pravitatis à Deo recedens, à virtutis intimæ humore arescit, etiamsi videatur plerumque in hac vita florere. Cajetanus putat *per umbram declinatam*, cui similes dicantur nostri dies, indicari hanc humanam miseriam, ut cujus vitæ suæ dies longiores videantur, quam ipsius natura sustineat, nemoque sit tam senex, qui non se annum vivere existimet posse. Nam umbra hominis, inquit, perparum spatii ante solis occasum est umbra centum cubitorum quodammodo, & tamen homo, cujus est umbra, est parvulum corpus. Radicem autem non respondentem tali apparentiæ docet esse, quod homo sicut herba arescat, hoc est, brevi moriatur. Idem efficiunt umbræ pictorum, ut ipsi vocant, videlicet, ut oculis multum distare judicemus, quæ minimè distant, quo item pacto judicamus longius nostram, propius aliorum abesse mortem. Attendens ad hæc vita mendacia est quasi *qui apprehendit umbram, & persequitur ventum* y, Innocentius spectat in umbræ præterеunti similibus diebus, ac nullum post se relinquenti vestigium, quod inutiles, ac inanes abeant, nullo relicto boni operis fructu: pariterque in arido fœno amissum virorem gratiæ, propter succidentem peccati falcem. Distinguit verò umbram incarnationis, protectionis, refrigerationis, dissolutionis, oblivionis, lucis, ignorantiæ, culpæ, miseriæ, gehennæ. De his aliàs aliquid attigimus, quidque sit *umbra mortis*. Negat Hieronymus z Davidem hoc in loco conqueri de brevitate præsentis vitæ, quasi quæreret longam, sed timere de futuro, ne longitudo vitæ ipsius, ubi vera est vita, brevietur. Quantivis dies vitæ nostræ, quantumlibet mali, ac ærumnosi sint, parvi, paucique sunt *a*, comparati ad beatam æternitatem, ac tales *judicantur præ amoris ejus magnitudine* b, quamvis alia ex parte idem amor simul incolatum istum longiorem æstimet, *dilataque spes animum affligat* c. Umbræ proprietatibus sex Grevæus *d* dies vitæ nostræ similes facit: Nam obscura est umbra, videtur quid esse magnum; apprehendi non potest, in meridie penè nulla est, desideratur ab operariis, & æstuantibus; nullum, postquam abiit, relinquit vestigium. Ad eumdem modum vitam nostram tenebræ obsident errorum, ignorantiæ, peccati miseriarum: *ad modicum paret, ac deinceps exterminatur* e fugit, nec retineri potest: in ipso fervore divinæ contemplationis pro nihilo ducitur: desideratur ab iis, qui æstuant libidine, peccatique calore ardent: nullum transacta, per se, vestigium relinquit sui, & fructum. De fœno demum observat, postquam præcisum est, cibum esse jumenti, plaustro exportari, substerni recumbenti, quia moritur homo, esca vermibus, feretro illatus, calcatus à præterеuntibus. Dictis umbræ proprietatibus adjungi possunt aliæ, ac proportione quadam ad res humanas accomodari; quod reddat similitudinem obscuram corporis, cujus est: quod efficiatur à luce illa, quæ fecit obliq; corpus opacum, ut proinde nullam jaciat id quod Soli opponitur directè: quod orente, & occidente Sole sit major, meridie brevissima: quod fugiat se sequentem, fugientem insequatur: quod quum interponitur umbra terræ inter Solem, Lunamque Luna deficit, seu Eclipsin patitur quod ex ea æstimantur corporum magnitudo, ac intervalla horarum; item spatia, gradus, distantia, pro-

r hic vers. 4.

s Sap. 5. 8

t Gen. 3. 8 Christus adventu suo restituit lucem

u Joan. 11. 9

Quid per umbrã declinatam indicetur secundum Cajetanum

y Eccl. 34. 2

Distinctio umbræ.

z in Eccl. 6. 6

a Gen. 47. 9

b c. 29. 20

c Prov. 13. 12 Vita nostra umbræ similis secundũ omnes ejus proprietates.

d serm. 2. 10

e Jac. 4. 13

Vers. 12.) Dies mei sicut umbra declinaverunt, & ego sicut fœnum arui.

Sensus loci.

REpetit vitæ, ac dierum ipsius fugacitatem, defectumque quam prius *d* comparaverat cum fumo, quo vilior adhuc est umbra, quæ cum luminosi corporis motu movetur, tandemque occidit. Præterea sicut antea *e* se dixerat *percussum ut fœnum, & exaruisse*, sic nunc ait se calamitatis exsiccatum ardore, nec quidquam propriusesse, quam ut mortis falce demetatur. Non redit umbra, sed quo longior est, tendente ad occasum Sole, ac properante, properat ipsa quoque magis ad interitũ suum. *Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt f: sicut umbra declinat, auferetur g. Numerus dierum peregrinationis ejus, & tempus velut umbra præterit h: Quasi umbra transeunt, qui non timent faciem Domini i.* Sed & quilibet pro conditione mortalitatis, *Umbræ transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri k: Transeunt omnia, tamquam umbra l: Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora m: Hesterni sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram n. Fugimus velut umbra, & numquam in eodem statu permanemus o.* Si plura de ista umbræ similitudine cupis, ex his, quæ dixi ad Ecclesiasten, & librum Sapientiæ notatis in margine locis pete: nam semel dicta non repetere propositum mihi. Quod ibi dicebam ex Horatio, quod fumus, & umbra sumus, & somnium umbræ appellatam vitam nostram à Pindaro, Æschylus appellavit *fumi umbram* p, ira ut videri possit hoc loco idem innui; quia, ut dixi, præcesserit cum fumo comparatio: & profani alii animas à corporibus separatas appellitant *umbras, & inanes umbras*. Et Job *q* per *umbras, quæ protegunt umbram*, intelligere potuit quidquid hanc umbram vitæ nostræ protegit aliquo modo, vel ornat. (Si dies, ait creditus Hieronymus, quanto magis noctes declinaverunt? si lumen quanto magis tenebræ?) Acutè Augustinus; (declinasti, ait, à die vero, & accepisti dies declinantes. Quid

d vers. 4

e vers. 5

f Ps. 143. 4
g Ps. 108. 23
h Eccles. 6. 12
i cap. 8. 13

k Sap. 2. 5
l cap. 5. 9
m 1. Paral. 29. 15
n Jov 8. 9
o cap. 14. 2

p Stesich.

q cap. 40. 17

gressus Solis, &c. quod jacentis in terra corporis adæquate tanta est quantum corpus; quæ ultima proprietas aptari potest adjacens humi cadaver. Gaudentius Brixensis *a* docet nos modo quidem ad comparationem Judæorum atque Gentilium, qui in profunda nocte incredulitatis demersi noscuntur, & ad eorum comparationem, qui in hæreseon caligine, ac nocte luxuriæ demorantur, videri esse, & planè esse in luce, sed ipsos dies nostros quibusdam nebulis prætexi, & non habere serenitatis lætitiam, prout Propheta hic dicit: ibi fore nobis ipsum Dominum lumen æternum, ut jam non tantum in umbra ejus salvemur, sed vivamus semper in splendore claritatis ejus. Hac ratione dici possent dies vitæ præsentis *declinari sicut umbra*, quatenus dum peracti fuerint, justi declinatis penitus umbris, ad numquam declinantem, seu deficientem æternitatis pervenient diem ubi non erit ultra nox, nec tenebræ ullæ *b*, vel vicissitudinis obumbratio, quia neque transmutatio *c*, sed *aspirabit*, inquam, *dies ille inclinatis umbris* d, *& lucifer orietur in cordibus beatorum* e, immò *fulgebunt B tori sicut Sol* f. Interim rogandus, & cogendus piis precibus, & operibus Christus, ut *maneat nobiscum, quoniam advesperascit* g, idque quo majores cadunt procedentibus diebus vitæ umbræ *h*, ne *usque ad senectam, & senium*, quum deficiet virtus, & vita occidet, *derelinquat nos* i. Ceterum accommodata allegoria posset induci synagoga loquens *lexque umbram habens futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum* k, & lucem, ac dicere dies suos declinare sicut umbram & deficere, simulque apparentem illum veluti virorem fœni exarescere. Innuit id Augustinus *l* disputans contra Judæos, allato ex Canticis loco, quem indicavi, & Cyrillus *m* Alexandrinus. Tribuit eumdem sensum Ecclesiæ Pepinus *n*, ut conqueratur *dies suos declinavisse*, hoc est, sanctos doctores, qui eam illuminent sanctis doctrinis, & exemplis. Addit de prosperitatis brevitate tropologiam, & post Hugonem, aliam allegoriam de Christo, qui *suos dies declinantes* appellet, idest, breves: *dies* autem nominet, non *noctes*, quia nihil habuerit vita ipsius de nocte peccati, & quum primo inclinatio capite emisit spiritum, tenebrarum umbræ operuerunt universam terram *o*: rursum tropologicè ait pœnitentem deplorare declinavisse, ut umbram, dies meritorum, & Dei donorum, eo quod redierit ad tenebras peccatorum, & *quoniam declinavit de via, quam præceperat Deus, occurrisse illi mala* p, nominatim verò, quia incidit in umbram ignorantiæ, ut Paludanus *q* observat circa præsentem locum, & in sterilitatem bonorum operum. Agit idem Pepinus de vitæ brevitate, ut comparatur cum umbra, fœno, rore, hospite, vento obtuso, idest, vesica inflata, sive folle, & textura. Dixi eadem de re in hoc, & in aliis operibus.

Dies mei sicut umbra declinaverunt.) Hieronymus *inclinati sunt*. Hebræum participium נטוי *natui*, est singulare, quamvis nomen ימי *jamai*, quum affixo sit plurale. Vel fortassis jungendum est participium cum alio nomine צל *tsel umbra*: nempe *dies mei sunt sicut umbra declinata*, immò extensa, quæque major est. Id fit matutino, ac vespertino tempore; sed ut vitæ brevitas designetur, vespertinum sumi debet, eoque tempore magis propriè dicitur *umbra declinari*.

Et ego sicut fœnum arui.) Versu quinto dixerat *percussum se ut fœnum*, & ideò *cor aruisse*. Utrobique voces eædem, עשב *hheseu*, & χόρτος quamvis Hebræa de quavis dicatur herba.

persequeris t: *homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet: & dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium?* Non deest ratio, modusque immutabili, ac æterno Deo, & quem cunctæ celebrant generationes, calamitosos in meliorem statum transmutandi. Verendum non est, ne sententiam mutando, ipse mutari videatur in se, aut ne quidquam apud alios, propterea quod retractet semel decreta, & constituta, de ipsius existimatione decedat. Quamvis differri videatur liberatio à captivitate, aliave calamitate, nihilominus desperandum non est, quia æterno Deo suppetit semper tempus opitulandi, quum voluerit, & non tantum permanet in æternum secundùm esse, naturamque, sed etiam secundùm fidelitatem, & promissa. Temporalem salvare æternus potest; nec quia cecidimus, senuit ille: nam viget ad nos liberandum, qui viguit ad nos humiliandum. Calamitosus, aut pœnitens post enarratas miserias suas quasi caput elevans, & aliqua libertate respirans, quantum se condemnans humiliaverat, tantum nunc in laudibus Domini confidenter exultat, ut ait Cassiodorus: & ut inquit Innocentius, convertit se ad Dei gloriam enarrandam, ut facilius apud eum gratiam, & indulgentiam consequatur. Nam commendat hic illum à natura, quæ est æterna; & à fama, quæ perpetua; deinceps in aliis versibus à misericordia, quæ est larga; à sapientia, quæ provida; à familia, quæ placida, & pia; à reverentia, quæ multa, à gloria, quæ magna; à potentia, quæ inclyta; ab honorificentia, quæ summa. Accommodatur hic locus ad Christum, qui Deus æternus est, atque ad salutare promissum de incarnatione, quod nulla sæcula, nulla immutare possit oblivio; sed in memoriæ sinu reconditum, immobile per infinita sæcula perseveret, ut placet Cassiodoro. Gregorius ait significari, quod hæc unica sit spes salutis, C ut Domino inhæreamus; & sicut per nos facti sumus aridi, ita per eum fiamus æterni, atque in illo viventes, mortem fugiamus, à quo discendentes perdidimus vitam.

Tu autem Domine in æternum permanes.) Chaldaicè, *tua autem, Domine, habitatio in æternum in cœlis permanet*. Vel, *tu autem, Deus, habitationem habes in æternum in cœlo permanentem*. Homo è contrario *numquam in eodem statu permanet* u, *nec habet hìc civitatem manentem* x, *mandax* y, & in proposito, promissoque minimè constans. In Deo nihil transitorium, nihil mutabile, nihil quod alienum sit à sempiterna ejus divinitate, inquit Gregorius. *In æternum manet, ac permanet verbum Dei, veritas, consilium, & justitia in sæculum, atque in generationem, & generationem* z. Qui subtilius loquuntur, vetant familiarem illam vulgari multorum lingua percontationem, *qui stas?* probantq; potius aliam, *quomodo res tibi fluit*, succedit ve *come state, come la passate*. Æternitati proprium est, non tam quod D careat principio, ac fine, quam quod sit tota simul, & invariabilis per se, sicut & ipsum esse æternum Dei, quod semper eodem modo se habet, & mutari nullo modo valet, ne accidentaliter quidem, (stabilisq; manens dat cuncta moveri *a*.) Si psalmum de captivis in Babylone accipiamus, videri posset Jeremias *b* pro liberatione ab eadem deprecans, huc respexisse, quum dixit, *tu autem Domine; in æternum permanebis; solium tuum in generationem, & generationem*: quasi vellet significare, quod perierat Jerusalem, ruinæ obnoxia, quam Deus verbo poterat instaurare. Ita præterea Baruch *c*, *quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in avum*; videlicet, non decet, ut perdas nos temporaneos, exiguiq; temporis homines; tu sempiternus, nos mutationi obnoxios, ideoque labentes subinde in peccata; tu immobilis, nec deficere valens. Durior paullò est allegoria Hugonis, de Christo, ut ex aliquo affirmet se Deum, qui antea de seipso, ut homo est, ac de sua passione egerat; nempe quoniam dum Patrem dicit *in æternum permanere*, de seipso idem efficiat; quia ipse sit in illo, & ille in ipso *d*. Vera quidem illatio, & planè constat, vel confessione Judæorum, legis auctoritate id confirmantium, quod *Christus manet in æternum* e, de quo Paulus *f* quoq; scribit, *quod heri fuit, & hodie, ipse & in sæcula*. Sed non ita congruit proposito præsens doctrina. Quo pacto

---

Vers. 13.) Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione, & generationem.

EX antitheti fragilis, ac brevis humani ævi cum immutabili, atque semper durante Dei æternitate; & quia numquam interire apud consequentes generationes seu futuris quibuscumque temporibus memoria illius potest, quum semper Deus admiranda opera exequatur, atque potissimum celebretur à misericordia, quæ *est ab æterno, & usque in æternum super timentes eum* r, movet Deum ad commiserationem. Simili ratione Job agens cum Deo dicebat *s*, *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam*

---

a Aug. 21. 25 c. 22. 5
b Jac 1. 17
c Cant. 2 17 & 4. 6
d 2. Pet. 1. 19
e Mat 13. 43
f Luc. ult. 29
g Virgo ecl. 1
h Ps. 70. 18 Allegoria.
i Heb. 10. 1
k Orat. contra Judæos 6 in 3. & 17. de adorat in spiritu.
l serm. 79
m Tropologia
n Mat. 27 45 Marc. 15. 33 Luc. 23 44
o Deut 31. 29
p apud Pepinum, serm. 79
q Quo tempore magis propriè dicatur umbra declinare.
r Ps. 102. 17
s Job. 13. 25

Non deest modus transmutandi miseros in meliorem statum.

Sensus accommodatitius.

t Eccl. 14. 2. 3

u Job. 14. 2
x Hebr. 13. 14
y Ps. 115. 10 sec. Heb.
z Ps. 118. 89

a Boet. 3. de consolatione metro 9
b Thren. 5. 6

c c. 3. 3.

d Joa. 14. 10 Christus in æternum permanet
e c. 12. 34
f Hebr. 13. 8

Sensus loci.

Allegoria Hugonis paullò durior.

non

non repugnet æternitati esse natum ex Patre, demonstrat Ayguanus ex Augustino, & ratione Theologica, de qua alias.

Et memoriale tuum in generationem, & generationem.) Sic etiam apud Trevetum Hieronymus, quum alii recitent in ablativo. Vertunt præterea quidam *memoriam*, sive *mentionem de Deo*, vel *famam*, & *celebritatem*. Nonnulli explicant de memoria, quam Deus habeat de hominibus, vel de fœdere, ac promisso divino, ut nostri misereatur; & non quia non minus hoc æternum est, quam Deus ipse, dubitari non debeat, quin tandem solvat. Nec enim potest *oblivisci misereri Deus* a, multo minus quam *mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui; quia in manibus descripsit nos*. Trevetus docet, quod pollicens Deus liberationem populi de Ægypto, seseque denominans *Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Jacob*, quibus nimirum jam olim id promiserat, Messiamque, ac id dicens, id *sibi fore nomen in æternum*, addidit, *& hoc memoriale futurum in generationem, & generationem* b. Quamvis alii declarant futurum nomen, per quod in posterum homines recordentur Dei, eumque ita cognominent. Id innuit alius psalmus c, appellans *nomen Dei in æternum*, simulque *memoriale in generationem, & generationem*. Expositionem utramque confirmat adeò frequens usurpatio ejusdem cognominis *Dei*, à dictis Patribus in Scriptura; tùm verò quum placare, vel exorare eum cuperent Judæi. Exempli causa, orans Azarias d, *ne auferas* ait, *misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum*. Innocentius exponit hoc *memoriale* non tantum de memorabili promisso Dei, aut de memoria qua nostri memor est, promissionem faciens vitæ, quæ nunc est, & futuræ e; (adde cum Brunone, quia memoria retineri debeat à nobis) sed etiam de homine, qui Dei memor ad obediendum ei per omnia, & super omnia diligendum, consequatur participationem quamdam æternitatis in resurrectionis gloria, jam non amplius fœnum, & umbra. Declarat Hugo de Sacramento Corporis Christi, ratione cujus promisit *se nobiscum futurum usque ad consummationem sæculi* f: & quod in sui memoriam Christus instituit g, seu commemorationem h, & *fecit memoriam esse mirabilium suorum misericors & miserator, hanc escam dando* i. Extenderem *memoriale* pro misericordia, & misericordiam exhibitam hominibus jam inde à primo parente, quem eduxit de dilecto suo, & per consequentes omnes generationes. Non poterat oblivisci Deus misericordiæ suæ ut dixi, tamen, ut se accommodaret ad captum nostrum, homo factus *descripsit nos in manibus* k, pedibus, latere, ac veluti Pontifex gestat in humerali hoc *memoriale*, *portaque nomina nostra* l. Hoc est *memoriale* super altare cœleste *in odorem suavissimum Domino*, quod constat simila, oleo, thure m: item expiationis indicendæ n: præterea *in desiderio animæ cum nomine Domini* o, &, *sicut vinum Libani* p, & *pacis atque societatis* q, immò *Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale nostrum* r. Memor istius *memorialis*, qui non est, meretur, *ut oblivioni detur dextera ejus* s, quia alia in re constituit *memoriale*, quod exprobrat nonnullis Deus t, dignus est, ut *pereat memoria ipsius cum sonitu* u, & *perdat Deus de terra memoriam ejus* x. Est hoc *memoriale* nominis Christi, quod manus Apostolorum q enarrarem. De alia quæstione, cur dilata sit incarnatio, consulendi Theologi cum Doctore angelico r. Quantumlibet autem duret lex evangelica data intelligitur in novissimis temporibus, ac diebus, immò in novissima hora vel etiam in fine sæculorum, quia nulla post hunc expectatur, per hanc omnes Prophetiæ, atque figuræ complentur, non fit, aut fiet notabilis ulla mutatio, ex qua peti solet ætatum distinctio. Quamvis hoc ipsum tempus appellet Augustinus s juventutis, ob fidei per dilectionem operantis fervorem, ignemque quem Christus adventu suo attulit hominibus, præstititque. *Sanitas in pennis Christi* t, quoniam & si moram fecit, & plumbeæ videri potuerint hæ pennæ, non *gigas ad currendam viam* u, non vocandus, *accelera*, & *festina* x; mora illa dici debet similis moræ, salutaris; quod ei cognomen datum, qui navim à Periandro Cnidum missam cum mandatis ut pueri nobiles castrarentur, tamdiu in medio mari retardavit, donec principem sceleris pœnituisset y. Causas utilis dilationis afferunt quos dixi. Etiamsi *moram facit, non tardat, sed veniens venit* z. Nemo *exprobrat commutationem Christi* a. Hebraicè עקבות *hhikkevoth*

Non potest Deus oblivisci misericordiæ suæ.

a Psal. 76. 10

b Es. 49. 16

c Exod. 3. 15

Per memoriale quid intelligatur & pro quo hic sumatur diversæ sententiæ.

d Psal. 135. 23

e Dan. 3. 35

f 1. Tim. 4. 8 Declaratur hic locus de Sacramento Eucharistiæ

g Mat. 28. al. fi. Luc. 22. 19 i 2. Cor 11. 24

k Psal 110. 4 l Es. 49. 16

m Exod 28 12 n Levit. 2. 2. 9 o cap. 23. 24 p Es. 26. 8 q Osee 14. 8 r 1. Mach. 8. 22 s Osee 12. 5 t Ps. 136. 2 u Es. 12. 16 cap 52. 8 x Ps. 9. 8 y Ps. 33. 17 z Jud. 8. 15 a Thren. 3. 20 serm. 80

b lib. 7. c. 16

c vers. 7 d Lib. 1. cap. 7

Sensus loci.

Notio mystica Sion.

e c. 25. 11. 12 cap. 29. 10 f cap. 9. 8. & seq. g cap. 1. 12 h vers. 12 i vers. 1

k 2. Cor. 6. 2 l cap. 49. 8 m Gal. 4. 4

n Joan. 20. 10

o Joan. 20. 10

p Hebr. 1

q Sap. 18. 14. 15 r cap. 1. 7

s 3. p. q. 1. ar. 5 Quare lex evangelica in novissimis intelligitur data temporibus

t lib. 21. qu. 44. & 1. Retract. c. 26 u Malac. 4. 2 x Ps. 18. 6 y Esa. 8. 3 z Pierius lib. 20. fol. 2. 12 a Apoc. 2. 3 ps 86. 52

Vers. 14.) Tu exsurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

A Deo, qui permanet in æternum immutabilis in se, ac in suis promissis, semperque memoriam de suis retinet, & suis eamdem ingerit per via beneficia, petit & proprio, & aliorum ærumnosorum nomine, præsertim qui captivi detinentur longe à patria, & metropoli Sione, sive Jerusalem, in quam cultus exerceri religiosè solitus, tamdiu vacat, jacetque, ut post adeò longam dissimulationem, exerat seipsum tandem ad miserendum, liceatq; illuc redire, ubi solvantur ei debita laudum, gratiarum actionis, sacrificiorum. Videri jam omninò tempus hujusce miseticordiæ, promissique complendi adventasse, nempe si de captivitate sermo sit, ut Basilium, Theodor. aliosque interpretari dixi, annorum septuaginta: quod Jerem. e prædixerat, & Daniel f ex ejus Prophetia didicerat, orans pro liberatione; sicut & apud Zachariam g Angelus, urgentes Deum, quia jam finitum tempus esset, B innuiturq; in fine Paralip. h, & initio Esdræ i. Explicant Didymus, & Chrysost. de primo adventu Christi, ut mystica Sion spiritualiter instauretur; quod Paulus k cum Esaia l vocat *tempus acceptabile*, & *dies salutis* atque præterea *plenitudinem temporis* m. Eusebius de secundo, deque tempore resurrectionis universalis: infelices Judæi de liberatione à captivitate, in qua nunc versantur: Euthymius, ac Nicephorus, præter primum litteralem sensum, attingunt illum alium de nova Sion, quæ est Ecclesia, & in *exsurgendi* verbo attendit Euthymius, quod Christus exsurgens miserturus esset Ecclesiæ Apostolorum, atq; illis auxiliaturus, qui nimirum in Sionis cœnaculo inclusi sese continebant *propter metum Judæorum* n. Placuit Latinis expositio de adventu primo Christi, deque Ecclesia, quæ primum ex Judæis coaluit, deinde etiam ex gentibus; quas duas generationes priore versu indicatas Gregorius vult, dicens, quod Pater per Filium exsurrexit, quia qui antea non cognascebatur, per eum in notitiam hominum venit, ut idcirco dicatur & *Verbum*, & *Splendos Patris* o, quia per eum & voluntas Dei agnoscitur, & ipsa divinitatis essentia declaratur. Innocentius quod primo loco dicitur *tempus miserendi*, refert ad primum adventum, quod repetitur *venisse tempus* absque addito, ad secundam, quoniam adhuc occulta est justitia, misericordia verò jam manifestata: item ad populum Judæum, & Gentilem. Circa *exsurgendi* quoque verbum considerat veluti somnum, & silentium, in cujus medio vel quiete *venisse* scribitur *omnipotens sermo*, seu *verbum* p, distinguens triplex silentium, in lege naturæ, scripta, evangelica, primum à cæde Cain ad Moysen, secundùm ab adoratione vituli ad Christum, tertium à Christo ad Antichristum filium perditionis. Disputat & illam quæstionem; cur tamdiu distulerit Christus primum adventum suum, & an exactè censendus sit venisse in medio annorummundi, quum adeò placeat ipsi medium in tam multis rebus aliis. Verum sapienter respondet hoc ultimum ignorati, nec *nostrum esse scire tempora*, vel *momenta*, *quæ Pater posuit in sua potestate*, qua de re dixi dum locum illum ex Actibus

C *h*, & *fecit memoriam esse mirabilium suorum misericors & miserator, hanc escam dando* i. Extenderem *memoriale* pro misericordia, & misericordiam exhibitam hominibus jam inde à primo parente, quem eduxit de dilecto suo, & per consequentes omnes generationes. Non poterat oblivisci Deus misericordiæ suæ ut dixi, tamen, ut se accommodaret ad captum nostrum, homo factus *descripsit nos in manibus* k, pedibus, latere, ac veluti Pontifex gestat in humerali hoc *memoriale*, *portaque nomina nostra* l. Hoc est *memoriale* super altare cœleste *in odorem suavissimum Domino*, quod constat simila, oleo, thure m: item expiationis indicendæ n: præterea *in desiderio animæ cum nomine Domini* o, &, *sicut vinum Libani* p, & *pacis atque societatis* q, immò *Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale nostrum* r. Memor istius *memorialis*, qui non est, meretur, *ut oblivioni detur dextera ejus* s, quia alia in re constituit *memoriale*, quod exprobrat nonnullis Deus t, dignus est, ut *pereat memoria ipsius cum sonitu* u, & *perdat Deus de terra memoriam ejus* x. Est hoc *memoriale* nominis Christi, quod manus D Apostolorum q enarrarem. De alia quæstione, cur dilata sit incarnatio, consulendi Theologi cum Doctore angelico r. Quantumlibet autem duret lex evangelica data intelligitur in novissimis temporibus, ac diebus, immò in novissima hora vel etiam in fine sæculorum, quia nulla post hunc expectatur, per hanc omnes Prophetiæ, atque figuræ complentur, non fit, aut fiet notabilis ulla mutatio, ex qua peti solet ætatum distinctio. Quamvis hoc ipsum tempus appellet Augustinus s juventutis, ob fidei per dilectionem operantis fervorem, ignemque quem Christus adventu suo attulit hominibus, præstititque. *Sanitas in pennis Christi* t, quoniam & si moram fecit, & plumbeæ videri potuerint hæ pennæ, non *gigas ad currendam viam* u, non vocandus, *accelera*, & *festina* x; mora illa dici debet similis moræ, salutaris; quod ei cognomen datum, qui navim à Periandro Cnidum missam cum mandatis ut pueri nobiles castrarentur, tamdiu in medio mari retardavit, donec principem sceleris pœnituisset y. Causas utilis dilationis afferunt quos dixi. Etiamsi *moram facit, non tardat, sed veniens venit* z. Nemo *exprobrat commutationem Christi* a. Hebraicè עקבות *hhikkevoth*

kevot vestigia, calces, moram, tarditatem, dilationem.

Tropologia. Hugo præterea tropologicè interpretatur de quolibet particulari justo significato per *Sion*; cujus Deus misereatur, postquam satis tribulationum passum judicat præsertim verò quando evocabitur anima, & animæ conjungetur corpus, idque bis repetito tempore significari. Alii anagogicè de Sion cœlesti, hoc est, de Angelis, ut eorum ruinas Deus per hominum salutem à Filio suo procurandam, restauret.

Anagogia.

Tu exsurgens.) Apud Innocentium, Gregorium, Arnobium additur, *Domine*, Hieronymus, *suscitans*, sed apud Trevetum, *surgens*. Explicat autem ille, quoniam qui proponit aliquid agere, erigit se quodammodo ad illud faciendum. Sæpe monuimus hoc verbo innui quempiam, sive dormiret prius, sive desideret, excitari, vel aggredi aliquod opus, Dei Filius per incarnationem visus est quodammodo ex sinu Patris, in quo veluti quiescebat, surrexisse, non solum postea, quando Christus resurrexit. Ipsemet Pater, ut ante retuli ex Gregorio per Filium exsurrexit incarnatum. Dormit, & vigilat Deus, ut ei libet circa curam, & providentiam rerum omnium, vel potius videtur dormire, ac vigilare, multo magis quam Julius Cæsar, qui, qua volebat hora, expergiscebatur. Emphasin habet (*tu*) & (*exsurgens*) quasi propria Deus auctoritate, arbitrio, potestate, non habita ratione meritorum, nec alterius utens opera, consiliove, aggressurus sit opus misericordiæ, potissimum id, quod in incarnatione consistit. Sed qui in *exsurgendi* verbo vim facit *a*, ut significet magnum fieri, & conatur ostendere Dei Filium in ipso incarnationis opere, quod alioqui humiliationis est, ac exinanitionis *b*, majorem quodammodo evasisse, parum utiliter, & solidè laborat: quemadmodum & quum *exsurgere* declarat *c* sponte quasi plantam provenire, idest, nasci ex solo Virgineo absque virili semine; Hebræum יקום *jukum* futuri temporis propter sequens ejusdem formæ, per participium redditur, ut alibi fit, & servire potest etiam imperativo; in futuro autem vim prædictionis importat. Verbum *miserendi* geminatum designat misericordiæ magnitudinem spectatam potissimùm in opere incarnationis, quæ per *magnam misericordiam* intelligitur à nonnullis versu primo psalmi quinquagesimi, *Propter miseriam inopum*, dixit Filius Dei, *nunc* d *exsurgam*, utens *misericordia magna*, quæ comprehendit cuncta, quæ vulgo numerantur misericordiæ opera, & his multo plura in infinitum. Voces videntur hæ tamquam clamantium & importunè inquietantium Regum *e*, Dei Filium veluti dormientem, aut nostram negligentem salutem, aut sedentis in morem ostendentem dumtaxat beatis angelis partem superiorem divinitatis, non autem inferiorem humanitatis, ut philosophatur Bern. quem citat Ayguan.

Ipse Pater per Filium exsurrexit incarnatum

a Petrus Vega hoc loco disc. 4 & 5
b Phil. 1. v. 7. 8
c idem petr. disc. 3

Miserendi verbum repetitum magnitudinem misericordiæ significat.

d Ps. 11. 6

e 1. Reg. 26. 24

Misereberis Sion.) De misericordia ista, & de mystica notione Sion, dictum satis & hinc antea & alibi.

Quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.) Hieron. *quia tempus est, ut miserearis ejus, quoniam venit tempus.* In Psalterio vetere, & apud Augustin. *quoniam venit tempus, ut miserearis ejus.* In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, atque Arnobium; *quia venit tempus miserendi ejus*: omissis ultimis verbis. Innocentius utriusque lectionis meminit, & nostra consentanea est Hebræo, ac Græco textui: & repetitio vim habet, de qua dixi, præcipuè verò exprimendi magis opportunitatem temporis, & rei vehemens desiderium, de qua agitur. Etsi verò Hebraicè bis repetitum בא *ha* sit præteriti temporis, & Latinum, *venit*, possit etiam esse præsentis, tamen ועת est solùm præsentis, & ita existi nandum de Latino esse ejusdem temporis, quia translatio Latina immediatè ex Græca facta est. Ut non videatur verum quod ait Pepinus *f*, priore loco esse præteriti temporis, posteriore præsentis, & sic significari quod fuit Deus, & est semper paratus misereri. Græcè reperitur καιρὸς opportunitatem significans temporis, quam vocant *occasionem* Hebr. primo loco עת *hheth* nomen cujuslibet temporis, & מועד *mohhed*, quod Felix vertit *solemnitatem*, seu *tempus*, in quo congregantur homines ad solemnitates; Cajetanus *testificationem*, idest, tempus quod Prophetæ de adventu Messiæ testificati sunt: Campensis *definitum terminum*, Hier. apud Trevetum, (alii enim recitant, ut dixi) *pactum* (id reddit ille in ps. 73. *g*) quod Trevetus quidem de pacto, ac promisso regni Davidis intelligit; alii autem de eo, quod pertinet ad Messiæ adventum. Tam latè patet Hebræa vox & significat *indictum*, seu *certum*, atque *constitutum locum*, vel *tempus*, *solemnitatem*, *concilium*, *conventum*, *Ecclesiam*, *sanctuarium*, *sacrificium ipsum*, *tabernaculum*, *castra*, *tesseram militarem*, *testimonium*, ut lexica Hebræa te docebunt. Conveniunt omnia adventui Christi expectati, &, ut Juris Cons. dicunt; dies interpellat pro homine, *Omnia tempus habent* h, interque varias vicissitudinum conjugationes, quas enumerat Sapiens *i*, adjungi potest, vel ad earum unam revocari *tempus miserendi*, ac misericordiæ, *tempusque puniendi*, sive justitiæ. *Nos dum tempus habemus, operemur bonum* k, *tempus*, inquam *hoc acceptabile*, *diesque salutis* l & pensemus *tempus faciendi* tunc esse præsertim quando *dissipant* alii *legem Dei*, & ideò tanto magis *diligenda nobis ejus mandata*, idque *super aurum*, & *topazion* m. Deplorandi exemplo Christi, illi, qui non cognoscunt tempus visitationis suæ *n*, sed eo abutuntur. Cogitemus etiam, atque etiam, & nobis iterum ac iterum persuademus, *quia nunc tempus miserendi venit*, *quia venit tempus*, postea *veniet finis*, *finis veniet*, ut ait Ezech. *o*, *& nox quando nemo poterit operari* p, & *clausa erit janua* q. Distinguit Pepinus *r* tempora, quæ venire, vel ingruere censeantur, humanæ reconciliationis, quod Job sibi constitutum dicebat à Deo, in quo recordaretur sui; calamitatis, & miseria in hac præsenti vita *t*; mortis expectandæ, de qua quod non tardet, memorem quemq; Sapiens *u* jubet esse; misericordiæ consequendæ, quod est *tempus acceptabile* x; severæ justitiæ, qui dicitur *dies perditionis juxta esse* y; gloriæ percipiendæ, quod tempus advenisse Daniel *z* dicebat, & sanctos obtinuisse regnum.

f serm. 81

מועד dictio latè patens.

g vers. 4

h Eccl. 3. 1
i vers. 2. & seq.
k Gal. 6. 10
l 2. Cor. 6. 2
m Ps. 118. 127
Deplorandi sunt illi, qui non cognoscunt tempus suæ visitationis.
n Luc. 19. 42
o c. 7. 2. 6
p Joan. 8. 4
q Mat. 24. 10
r serm. 81
s c. 14. 12
t idem c. 30. 3
u Eccl. 14. 12
x 2. Cor. 6. 2
y Deut. 32.
z cap. 7. 18

Vers. 15.) Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, & terræ ejus miserebuntur.

Sensus loci

PRobat jam planè adveniisse tempus, ut exsurgens Deus misereatur Sion, revocetque captivos illuc; quoniam hi, Dei videlicet ipsius instinctu, ac veluti monitu, & denunciatione tacita, quod misereri velit, & solvere captivitatem, paratos se, promtosque sentiunt, cum singulari quadam voluptate, atque alacritate ad Sionis reficiendas ruinas, dejectosque lapides excitandos, & capit illos commiseratio miseriæ faciei, ac desolatæ ejusdem, ipsiusque pulveris, & ruderum, ut omnino decreverint, isti tantæ quasi calamitati succurrere, & delectent magis illos ruinæ ipsæ, la[illegible]ces diruti, pulvis comminutus loci illius sancti, quam amplissima Chaldæorum palatia, & basilicæ, & *temporarii peccati jucunditas* a. Nehemias, & Zerobabel præcipui hac in re fuerunt. Intelligunt etiam Hebræi per *hos Dei servos* Darium, Cyrsum, Artaxerem, & Principes alios, qui concesserunt remissis in patriam Hebræis templum, atque civitatem reficere. Deus ipse appellavit Cyrum *pastorem suum*, & *Christum*, *qui omnem voluntatem ipsius*, hac nimirum in re, *completurus esset*, & *cujus apprehenderet ipse dexteram* b. Eldras quoque narrat quod Judæi *ædificaverunt*, *& construxerunt jubente Deo Israel*, *& jubente Cyro*, *& Dario*, *ac Artaxerse regibus Persarum* c. Quin etiam *Di servi* vocari possunt Reges illi, quorum opera usus est ad puniendos Judæos. Nam Deus de Nabuchodonosor dixit illum, *& exercitum ejus sibi servitute magna servivisse adversus Tyrum* d, & *servum suum* sæpe nominat e, Servi mystice sunt Apostoli, & Apostolici viri, qui se ad ædificandam Ecclesiam, & vivum Dei templum promtissimos exhibuerunt, & lapides posuerunt probatiores, ac stabiliores, & infirmiores quousque ac magis terrenos, tamquam pulverem suo foverunt auxilio, sic loquitur Euthymius, Nicephorus, Chrysostomus, Latini ferè omnes: & Chrysostomus, nomine *pulveris* Judæos intelligit: Latini inter *lapides* recensent etiam Propheras, tùm quia & hi ad idem pertinent ædificium; tùm quia sunt servi Dei, qui præviderunt alios lapides, & ipsis illi placuerunt, nempe Apostoli, & his similes, ut Gregorius hoc loco docet. Ex illis Esaias *f* prædixit nomine Dei, *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos*, quem ordinem Joannes *g* expositi, enumerans duodecim fundamenta lapidum pretiosorum: & idem Esaias *h* de iisdem multa dicit, nomina-

a Hebr. 11. 25
De quibus Dei servis hic fit sermo.
b Esa. 44. 28
c. 45. 1
c 1. Esd. 6. 14
d Ez. 29. 18
e Jer. 25. 9. & 27. 6. & 43. 10
Servorum notio mystica.
Qui lapidū nomine intelligantur.
f cap. 54. 11
g Apoc. 21. 19 & seq.
h Supra vers. 2.

minas sapphiros, jaspidem, lapides sculptos, & desiderabiles. Zacharias *a* lapides istos elevandos scripsit super terram. Lege Gregorium *b* in moralibus, In lapidibus gaudium est, inquit cum Augustino Prosper, in pulvere miseratio, seu in terra, ut per istam designatis Judæis peccatoribus, iidem lapides misererentur, ab errore conversos absolvendo, ut loquitur Gregorius Arnobius *lapides* exponit libros omnes Veteris Testamenti, qui habent in se unum angularem: præterea animas justorum, quorum corpora terra sint, in quibus sancti afflicti variis modis sunt; eos autem miserantes veneramus gaudendo de perseverantia, qua vicerunt. Innocentius, posita distinctione *lapidis* pro Christo, Angelo, Ecclesia, quolibet sancto, Gentili populo; indurato Judæo, virtute. scriptura, lege divina, litterali intellectu, diabolo, viro iniquo, gravedine peccati, & *lapides* hic accipiens pro Prophetis in fide fortibus & stabilibus, ait *servos* quibus lapides placuerunt (idem etiam ait Hugo) esse Apostolos, qui secundùm testimonia illorum prædicabant Judæis, ut *sic de Sion exiret lex, & verbum Domini de Jerusalem* c. Præte ea placuisse dicit Apostolis duros prius, quos emollierunt prædicando, & convertendo, misertos terræ, ac pulveris, revocando debiles ac infirmos sive corpore, sive mente ab errore ad veritatem, atque à vitiis ad virtutes per monita, & doctrinam, prodigia, & virtutes sanando à diversis languoribus, & spiritibus immundis curando. Lyranus *terram* refert ad eos, qui terrenas opes abjicientes deferebant ad pedes Apostolorum *d*. Quidni hos ipsos dicamus *miseros terræ*, ideſt inopium, in quorum gratiam sua erogabant? Addit Hugo tropologiam, placere servis Domini lapides duræ tribulationis, quemadmodum de Stephano canit Ecclesia, lapides torrentis dulces fuisse, *misereri* autem *terræ* compatiendo, si quid in quopiam terrenum, aut reprehensibile videant. De Stephano subtiliter Græveus *e* observat lapidibus extinctum potius quam alio mortes genere primum martyrem, quia in illo corpus Ecclesiæ quodammodo circumcidebatur petrino cultro, sicut & Christus; ut quemadmodum post circumcisionem largius in morte sanguinem fudit, sic post Stephanum innumerabiles martyres funderent suum. Deinde, quia in Stephano sternenda veluti erat in cœlum via. Postremò in eodem fabricando, juxta etymon nominis, corona, & in auro probatæ parientiæ includendus carbunculus *f*: Alia est tropologia, ut *servis Dei*, sive *justis*, *lapides placeant* ædificii mystici, quod coalescit per charitatem, sed displicet ipsis, ac vehementer dolent, quum vident casum, ac ruinam aliquorum per peccatum, angunturque maximè, quum redactos cernunt in terram, sive in pulverem, ut propterea precentus Deum enixè, ut exurgens misereatur Deus Ecclesiæ suæ, ac *benignè faciat in voluntate sua illi, ut ædificentur muri ejus* g, Quo circa videtur David simul prædicendo orare, ut ob merita servorum suorum, qui præ amore Ecclesiæ ruinis cruciantur ejus, & commiserentur, misereatur ipse peccatorum, qui corruerunt.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus,) Hieron. *quoniam placitos fecerunt servi tui lapides ejus*. Alii, *complacuerunt, voluerunt, dilexerunt, deperierunt*. In Psalterio Romano, & apud Prosperum; *quia beneplacitum habuerunt servi tui lapides ejus*. Arnobius, & Cassiodorus, *beneplacitos habuerunt servi tui lapides ejus*. Psalterium vetus, Augustinus: *quoniam beneplacitum habuerunt servi tui in lapides ejus*. Videtur hæc propositio desiderari in lectione Romani Psalterii, & Prosperi recitata, sine qua non est adeò apta constructio, nisi exponas per appositionem, quod *beneplacitum*, quod habuerunt servi Dei, *erant lapides ejus*, ideſt Sion. Hieron. alibi *h* vertit Græcum verbum εὐδόκησαν, *probaverunt*. Argumentum singularis amoris, & pietatis erga patriam & templum, ac Deum ut ipsamet rudera, ruinæ, lapides, reliquiæ, pulveres placrant, & quadam commiseratione commoveant. Hoc facit quivis alius in alium syncerus amor, ut quod ait Plotinus *i* quidquid ejus, quem amas, cognatum est, ames, etiam, inquit Theodoretus *k*, domum, vestes, calceos contempletur cum magna lætitia, immò umbram ipsam, ut sponsa in Canticis *l* dixit, & hanc fuisse Petro anachoretæ causſam visendi loca sancta Palæstinæ. Cujus rei suppetunt complura exempla tùm Hieronymi, & quos ipsemet illuc litteris invitabat. In epistola *m* una longum scribit esse ab ascensu Domini ad suam usque ætatem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Jerosolymam; putantes seminus religionis, minus habere scientiæ, nec summam, ut dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruscaverat. Legenda epistola tota cum aliis tùm epistolis *n*, tùm locis *o*: præterea Cyrillus Jerosolymitanus *p*, Paulinus *q*, & alii, quos citat in opere de Peregrinationibus Gretserus noster. Facit maximè ad rem, quod testatur Paulinus *r* de ipsis illis locis exiguum pulverem, aut de ipso Crucis ligno aliquid saltem festucæ simile sumere, & habere, benedictionem pios Christianos censuisse. Idipsum produnt Augustinus *s*, & Theodorus Studita *t*, & ille *u* etiam de Donatistis. Gentiles ut eam inhiberent devotionem, Calvarium montem inclusum muro idolis contaminarunt *x*, quemadmodum reædificatis Jerosolymis, Adrianus in fronte portæ, qua tendebatur in Bethleem, suum ex marmore constituit, ut arceret Judæos *y*. Huc spectat etiam patriæ insitus, amor, ut vel videre fumum Ulysses, sicque mori vellet,

——— αὖ πῆρ Ὀδυσεύς
ἱέμενόν τε καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης δαμένειν ἱμείρεται.
——— *cetera Ulysses*
Cupidus vel fumum exeuntem videre
Patriæ suæ, sic mori optat.

Quod imitatus prosa scribens alius oratione dixit quod ὁ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρὸν πρόσφθησιν τῷ παρ' ἄλλοις πυρὸς *patria fumus luculentior videbitur, quam apud alios, seu alibi ignis*. Denique pœnæ genus gravissimum semper habitum est exulare à patria. Unde ille,

——— μόχθων
τὸ δὲ μεῖζον οὐ πάρεστιν
ἢ γᾶς πάμπαν στέρεσθαι.
——— *Malorum*
Non est aliud majus
Quam terra patria privari.

M. quoq; Brutus malle se Romæ ajebat ignobilissimum civium, quam exulem omnium aliarum civitatum Imperatorem nominari. Suberat Bruto ratio ob patriæ præstantiam, & dignitatem, & qua, ut quidam dixit *z*,

Miserum istud verbum, & pessimum est, habuisse.

Nihilominus vilem etiam casam suam quivis naturaliter æstimat, amacque. Acerbus pœnitenti dolor, memori, ac pensanti unde exciderit *a*, & quanta suæ domus facta sit ruina *b*. Dolor hic ex amore nascitur, conjunctumque habet odium peccati, ex quo ruina, & jactura tanta, *utque lapides sancti volvantur super terram* c. Excitat hujusmodi memoriam rei Ecclesia ipso Quadragesimæ principio, jubens meminisse, quia homines ex humo sumus, sive cinis & pulvis, in quem nos nostra rodegerunt peccata, ut sic nos nostris misereat, & hujusce terræ, cineris, pulveris misereamur. Fortassis etiam nomen *cineris* innuit deplorandum statum nostrum; tùm quia ignis concupiscentiæ nos consumsit: tùm quia comparati ad majores nostros sanctos igni divino inflammatos, vix cineris digni nomine sumus. Terra item suggerit memoriam illius, ex qua formatus est primus parens, cujus misereri quemque oportet, quod veluti in pulverem redacta fuerit, *& maledicta in opere suo* d. Aliter adhuc secundùm tropologiam prius indicatam *servis Dei placere lapides Sion*, est lætari aliorum bono & profectu spirituali, nec majorem habere gratiam, sive gaudium, quam cum illos in veritate viderint *e*, nec umquam lætos esse, nisi quum fratrem viderint in charitate, ut Christum præcepisse Hieronymus *f* refert: nec prohibere, vel prophetare *g*, vel dæmonia ejicere *h*, vel quodvis aliud bonum opus operari, sed quod vulgo dicimus, & proposito quadrat, inde potius ædificari, si superædificentur plures in Domino, *tamquam lapides vivi* i, ud *ædificationem corporis Christi* k, ut quum *ædificatur Ecclesia ambulans in timore Domini, consolatione sancti Spiritus*, qui diligant eam, *repleantur* l. Optabat Apostolus etiam anathema esse à Christo pro fratribus *m*, & alios regnare sine ipso, ut ipse quum ipsi regnaret *n*. Pædaretus non electus inter trecentos, ceu lætitia elatus, peralacris discessit, quod trecenti in civitate essent se præstantiores

a 1. Esa. 16 *b* l. 1. mor. c. 1. 16

c Esa. 2. 3

d Altum n. 35. c. 52 Tropologia

e serm. 2. 11 & Primus martyr quare lapidibus potius quã alio mortis genere extinctus.

Alia tropologia. *f* Eccl. 32. 7

g Ps. 50. 20

h 17. 13. 5

i Eustad. 2 lib. 9. c. 16 *k* in relig. hist. c. 9. Quæ causſa fuerit Petro anachoretæ visendi loca sancta Palæstinæ. *l* c. 3. *m* 17. 27

n ep. 13. 27 *o* in Esa. 19 *p* præfat. in l. 4. in Jerem. præfat. in l. 7. in Ezech. *p* Catech. 13 & 17 *q* ep. 1. & 14 *r* ibid. *s* 22. de civ. c. 8 *t* in dogmad. imagin. *u* ep. 170 *x* Euseb. 3. de vita Const. c. 24 25 26 Sozon. l. 2. c. 1. Russ. l. 1. c. 7. Hier. ep 34 ad Ly & Euseb. in caron.

z Plaut. in Rudens.

a Apoc. 2. 5 *b* Matt. 7. 27 Cujus rei memoriam excitet quis initio. Quadragesimæ, & quid innuat nomen cineris. *c* Zach. 9. secund 70

d Gen. 3. 17 Tropologia

e ep. Joa. 3. 4

f in c. 5. ep. ad Ephes. *g* Nu. 11. 26 & seq. *h* Luc. 9. 49 *i* 1 Petr. 2. 3 ep. Jud. 20 *k* Eph. 4. 12 *l* Act. 9. 31 *m* Rom. 9. 3 *n* 1. Cor. 4. 8

a Plut. in Lycurgo. b Luc. 15. 10 Lap dis tro prietates justo apraptur. c Serm 8

a. Angeli quoque sunt hi Dei servi, quibus placent a-ptari peccatores ac dedolati, ut lapides vivi ædificii divini per pœnitentiam *b*: simul verò etiam terræ, pulveriſque miſerentur, ideſt, adhuc jacentis in peccato. De justo Papinus *c*, lapidis proprietates sex declarat; gravitatem, fortitudinem, insensibilitatem, duritiem, contemtibilitatem propter humilitatem, tolerantiam in tormentis, constantiam in peccatoribus arguendis, castitatem (lege inter alia exemplum, quod narrat de quodam, quem fœmina attrectans, cum nil profeciſſet, sed immobilem reperiſſet, non hominem, sed lapidem vocavit) præterea ob patientiam in adversis, & contemtum bonorum, seu etiam quia contemnuntur ab aliis.

Et terræ ejus miſerebuntur.) Hieronymus, *& pulverem ejus miſerabilem*, nempe *fecerunt*, ideſt, ut explanat Trevetus, dignum, ut ejus miſereretur Deus, quia *venit tempus miſerendi ejus*, vel ut alii, servi tui, ò Deus, pie effecti erga pulverem, ac rudera, succurrere cupiunt, eaque instaurare. In Psalterio vetere, & apud Auguſtinum, ac Prosperum, *& pulveris ejus miſerebuntur*. Pulverem propriè significat עֲפָר *hhaphar*. Hieronym. *d* monet vocem חֹר significare *pulverem*, vel etiam *humum & terram*, & exponit ἡ γῆ τῶν χόρ αὐτῶν σλυμπήσεται, *& pulveris ejus miſerebuntur*. Dictum prius de mystico sensu satis. Adde reformationem hominis ex pulvere, quam innuit Auguſtinus. Rectè autem *veniſſe tempus miſerendi*, ac iterum veniſſe asseverabatur præcedenti versu, quoniam servi Dei & ipsi miserentur; *beati enim miſericordes, quoniam miſericordiam consequentur* e, & argumentum divinæ circa quempiam misericordiæ, si & ipse misericors, priusque sit ac religiosus, & adversus Dei cultum benè animatus. Nec malè argumentabantur, qui persuadere Christo nitebantur sollicitè rogantes, ut Centurionis curaret servum, ac dicentes dignum esse, cui hoc præstaret, quia diligebat gentem eorum, & synagogam ædificaverat ipsis *f*.

A mumque ejus vastari, qui blasphemias contra horum trium Deum loqueretur *o*, quemadmodum & postea Darius, liberato divinitus de lacu leonum Daniele, ut omnes tremiscerent, & paverent Deum illius vivum, & æternum in sæcula, & cujus regnum non dissiparetur, & potestas ejus esset usque in æternum, idem *liberator atque salvator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra* p. Gentilium Regum velut primitiæ Magi fuerunt, qui Christi sunt incunabula venerati *q*, de quibus actum psalmo 71. *r*, & Esaias *s* prædixit, fore ut Reges vultu in terram demisso, adoratent, & pulverem pedum lingerent. Rursus omissis aliis, præclara Gentium cum Judæis in unam Ecclesiam coaletentium figura extat apud Ezechielem *t* de ligno Judæ, filiorumque Israel, sociorumque ejus, & de ligno Joseph seu Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque ejus, quæ invicem adjucta in manu Prophetæ unum evaserunt, & ex illis gens una, atque Rex unus omnibus imperans, ut non forent ultra duæ gentes, nec dividerentur amplius B in duo regna; Rex verò esset pastor, princeps omnium David, hoc est, Christus, in perpetuum. Hunc Apostolus *u* Christum nominat *pacem nostram quique fecerit utraque unum, & medium parietem maceriæ solverit*. De nomine *Dei* nihil attinet hoc loco agere, quomodo illi conveniat, & quodnam sit, vel etiam de nomine *Jesu*, Nomen *Dei* hoc loco nihil differt ab ipsomet Deo, vel etiam à gloria, quæ hic subditur, ut læpenumero annotavimus. Deo, qui unus & solus est, nomen necessarium non est, quod rebus multis, ut dignoscantur imponi solet: qua de causa primus homo, quia nimirum solus, appellatus est communi toti speciei nomine, *Adam: & Sol*, quia unicus & solus, sic etiam nominatus creditur, quia videlicet *solus*. Ut rectè martyr quidam tyranno responderit, quærenti nomen Dei, quem colubat, *solum esse*. Quia vero idem Deus infinitus, & incomprehensibilis est, proprio exacto, & adæquato nomine à creatura nominari non potest, ita, ut si quis id conetur, demens sit, ut ait Justinus *x*, audire mereatur magis; quam qui nomen scisciatabantur Angeli, Cur *y* quæris nomen hoc, quod est mirabile? Mirabilem inesse vim, ac terrificam dæmonibus quoq; nominibus Angelorum docet Origenes *z*, nec diffitetur Arnobius, negantes tamen objectam Christianis in eorum usu superstitionem: (pendet enim ea vix libero Angelorum concursu, vel imperio divino, sæpe que ex pia ipsorum invocatione) & exemplo confirmat Turonensis *a*: Brigitta *b* id etiam affirmat de nomine *Mariæ*, timere id dæmones. Quid de ipso *Dei* & *Jesu* nomine dicemus? ut omittam Terragrammaton Hebræum, de quo tam multa Hebræi fide parum digna. De præstantia, & efficacia nominis *Jesu*, disputat Serarius *c* noster, & de vana nonnullorum aliorum nominum superstitione *d*, nec non hac ipsa de re ex nostris etiam Delrius *e*, *Magnum* omnino *magni Domini nomen in fortitudine* f, de quo toties meminimus.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine.) Hieronymus & codices Complutenses, regii, & alii editionis nostræ, *& timebunt gentes nomen Domini*, καὶ φοβηθήσονται τὸ ὄνομα τοῦ ὀνόματος κυρίου. Sed emendata Biblia Græca habent τὸ ὄνομα κυρίε. Ita enim legisse Græci expositores videntur ex quibus Apollinarius in Optativo,

ὡσὰφ᾽ ἅμα δοιμήνειεν ἄναξ γονον ὄνομα φῦλα
πάντες σὺν περ βοὶ γενεαλοίην βασιλῆες.
Omnes simul timeant, Rex, tuum nomen Tribus,
Omnes tuam paveant gloriam Reges.

Quamvis autem desit Hebraicè pronomen, rectè supletum est, ut cum sequenti membro, in quo extat, melius cohæreat: & nomen Hebræum poni potest in vocativo. Jam docui psalmo 98. *g*, quo pacto nomen Domini sit terribile. Si de ipso nomine, quo compellatus *Deus*, agamus, Chrysostomus *h* admonet, ore, ut dicunt, abluto, proferendum; cum eo audito etiam dæmones horreant, & apud Judæos in lamina scriberetur *i*, nec id, nisi Sacerdotum Principi, liceret proferrè. Argumentatur etiam *k*, si veretur servus Dominum suum sine honoris præfatione nominatim appellare, non committendum, ut quis Angelorum Dominum temere, & contemtim ubique jactet; ipsosmet Angelos præstantiores cum timore & horrore magno Sanctum ter nominare *l*, glorificando, & laudando. Invehitur

---

Vers. 16.) Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.

Sensus loci.

SPerat, ac quantum in se est, promittit, vaticinatur etiam, si concedat Deus reditum in Jerusalem, miseretur ipsius civitatis, & exulum, quos ejusdem cœpit civitatis miseratio, utque illam instaurent, fore ut exteræ quoque Gentes venerari, & vereri nomen Dei incipiant, ipsiq; Reges ac Principes majestatem illius. Quanta Templum Jerosolymitanum veneratione Gentiles, & eorum Reges prosecuti sint, alibi docui. Sensu mystico passim accipiunt Enarratores nostri de conversione præsertim Gentium, atque de constructione istis quasi ex lapidibus, mysticè Sion, ideſt, Ecclesiæ propter signa, & miracula, quæ per solam invocationem nominis Christi fient, ut *adorent eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei* g, cum timore filiali, castoque, vel si converti nolint, cum servili, & nunc, & postea in judicio. Fremuerunt contra Christum Gentes, & astiterunt Reges, ac Principes contraque Ecclesiam, sed eruditi tandem sunt, atque *servierunt* multi *in timore*, & *exultaverunt in timore* h. Exponunt præterea de quibuslibet peccatoribus conversis sub nomine *Gentium*, & de justis, qui hac de causa prædicent gloriam Dei, quemadmodum priore versu *lapides* pro istis, pro illis *terra* sumebatur. Post pœnitentiam prohibet relapsum timor Dei, per quem *declinat omnis à malo* i. In judicio universali timore timebunt gentes horribili, hi nimirum qui gentiliter & impiè vixerint Reges qui scilicet rectè, reverentiali. De vocatione Gentium dictum non uno loco in isto opere, atque in commentario Actuum Apostolorum. Ibi inter alia Jacobus profert *k* hac de re testimonium Amos *l*, de reædificando tabernaculo David, quod deciderat, & de dirutis ejus reædificandis, & erigendis, ut requirerent ceteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas invocaretur nomen Domini; sic autem notum censeri à sæculo Domino opus ejus. De regibus præterea Gentium agnituris gloriam Domini, Hieronymus *m* typum præcessisse vult in Nabuchodonosor, quando quarti vidit speciem similis Filio Dei, ambulantis cum aliis Tribus in medio ignis *n*. Ille porrò idem rex benedicens Deum, cavit postea disperire, do-

Theo-

a Plut. in Lycurgo. b Luc. 15. 10 Lap dis tro prietates justo apraptur. c Serm 8

o 1 Esdr. 9.

p c. 6. 26. 27 q Mat. 2. 2 & seq. r vers. 10 s c. 40. 23 Figura Gentium cum Judæis in unam Ecclesiam coeuntium. t cap. 37. 16 & seq.

u Ephes. 2. 14

x Apolog. 2 y Gen. 33. 19 Jud. 13. 18

z l. 4. & 5 contra Celsum.

a l. contra Gent. b de confess. cap 1

c lib 1. cap. 9 d in Josu c. 3. 9. 12. e ibidem, & in Jud. 13 9. 14. & seq. & in Tobia cap. 13. 9. 11 f 2. disquisit. magis c. 4. qu. 3

g Ps 71. 11

h Ps. 2. 12

i Prov. 15. 27

Ke 15. 13. 16 17. 18

k Jerem. 10. 6 l vers. 3 Nomen Domini quo pacto terribile.

i hom. 26 ad populum & k Exod. 28

m in Dan. c. 3

n Dan 93

Ibom. 7. ad populum, Esa. 63

Theodoretus *a* in eos, qui *Dei* nomen pronuntient sine aliqua ratione, veluti docendi, orandi, vel alia quadam necessitate; sed ludendo, ridendo, & ut venerit in linguam: & si solet à multis pretiosior vestis die festo reservari, æquius multo esse, divinum nomen precibus, docendive muneri consecrare: postremo per illud præceptum de non sumendo in vanum nomine Dei *b*, caveri non tantum, ne quis res vanas, idest, idola, nominе vocet Dei, aut ne jurando mentiatur; sed ne quis nomen Dei temere proferat.

a Exod. 23. in exadum.

Nomen Dei nemini temere usurpandum.

b Ex. 20. 7.

Et omnes Reges terræ gloriam tuam.) Gloriæ deditos, & gloriosos gloria percellit major, ac infinita Dei, ea videlicet, quæ nascitur, ut ait Euthymius, ex potentia. Mysticè *Reges* exponit Hugo, qui benè regunt terram suam, *verentes omnia opera sua* c, *semperque pavidi* d, nec *de propitiato peccato* planè securi *e*. Chrysostomus justos dici *Reges* ait, quia suismet suffragiis, aut potius à Deo Reges instituuntur, propterea quod voluptatibus dominantur, ac regiam imaginem conservant. Sed propriè sumendo, *Reges* sive Principes, & quoslibet Magistratus, hos supra ceteros decet gloriam Dei timere, ac ejus mandatis, quum illi sint gradu, officioque propiores, & ejusdem auxilio, atque consilio magis egentes, & hoc pacto habituri subditos obsequentiores, & alioqui majorem reddituri rationem *f*, *ac potenter tormenta passuri* g. Hebræorum Rex primus adeò severè punitus est, quia Regi Deo innobediens fuit; & quum consequentium Regum exemplar, velutiquc typum illum esse oporteret, pessimo fuit exemplo.

Expositio mystica. c Job. 9. 28 d Prov. 28. 14 e Eccles. 5. 5 Quare justi dicantur Reges.

f Matt. 25. 15

g Sap. 6. 7

Vers. 17.) Quia ædificavit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.

Sensus loci.

REm diu optatam, summisque votis concupitam, ut jam præsentem cernens, ac pronuntians, videlicet Sionis, sive Jerusalem, atque rempli restaurationem Auctore factam Deo, mutata jam oratione, affirmat completa desideria hac de re esse; seque certo prævidere, quam sit clarè manifestanda gloria Dei, & in maximo honore habenda à Regibus, quos proximo versu nominaverat, hoc ipsum de illis vaticinans, & à gentibus, quæ cum timore veneraturæ sint Deum in templo illo religiosè colendum, quum instauratum fuerit, & Deus in arca, tamquam in sua gloria, manifestabit seipsum. Existimat Trevetus hæc verba esse gentium, & regum terræ, de quibus præcessit mentio: supplet enim, *dicendo*, sicut præcedentia secundùm mysticos sensus de Ecclesiæ spirituali ædificio, & honore, atque gloria Dei, sumendum est tùm in hac ipsa vita, tùm maximè in universali judicio. *Tunc veniet Christus in majestate sua, sedebitque super sedem majestatis suæ* h, *& videbitur sedens à dextris virtutis Dei venire in nubibus cœli* i, dum vixit mortalis, *interris visus est & cum hominibus conversatus* k, *& viderunt homines gloriam ejus, quasi Unigenii à Patre, atque plenum gratiæ, & veritatis* l. Gloria Deo magna, quoddamque gaudium accedit ex ædificio Sion spirituali, quum componunt vivi lapides justorum, contra, quam accidat in materiali, ac lapides, quos vocant vivos, & vivere etiam nonnulli crediderunt, exciduntur, atque quodammodo occiduntur. Pœnitens excitans cum Dei gratia Deo ædificium in semetipso, servit gloriæ ipsius. Actus pœnitentis sunt materia, velutique lapides, contrito ipsa, tamquam terra & calx sive pulvis, cujus misereri servos Dei (quod multo magis Deo convenit) antea *m* vidimus: lacrymæ, gemitusque, de quibus paullo post *n*, ut aqua: architectus Deus: & pro illo Sacerdos *o*: operæ subit vicem ipsemet pœnitens. Primarius architectus Deus pollicitus est *reædificaturum aperturas murorum tabernaculi David, quod ceciderat, & ea, quæ corruerant, instauraturum, & reædificaturum illud, sicut in diebus antiquis* p: quod est etiam *benignè facere in bona voluntate sua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem* q. *Infirma, & egena* erant *elementa* r, tabernaculorum Jacob, *fundamenta vero Sion in montibus*, & portæ illius firmissimæ, ut propterea diligat illas Deus magis, quam illa *s*, & magis glorietur iisdem. Potentiam suam Deus, unde gloriam consequitur, declarat præsertim ex lapidibus suscitando filios Abrahæ *t*. Opera, quæ faciebat Christus in nomine Patris sui, ipsa testimonium perhibeant de illo, ita ut credibilem facerent nimis doctrinam ejus, & gloriæ, quæ Deo debetur, dignum convincerent. Quod Esaias *u* de Moyse scribit, omnibus convenit, qui sunt operati miracula, non propria, ut Christus, sed Dei virtute Deum *eduxisse illos ad dexteram brachio majestatis suæ*; (Chaldaicè, *laudis*) *ut faceret sibi nomen sempiternum*. Visus est etiam Christus in gloria sua, quando transfiguratus est *x*; in ipsamet vero Sion visus est post resurrectionem, & non inde longè post ascendit.

h Matt. 25. 30

i cap. 26. 64

k Bar. 3. 37

l Joan. 1. 14

m vers. 15

n vers. 21

o 1. Cor. 3. 10

p Amos 9. 11

q Ps. 50. 20

r Galat. 4. 9

s Ps. 86. 2

t Matt. 3. 9

Quia ædificavit Dominus Sion.) Hieronymo regia Biblia tribuunt futurum tempus, alii præteritum, in quo est בנה *banah*, licèt non rarò transferri soleat præteritū per futurum. Græcum verbum est futuri temporis, *οἰκοδομήσει*, quod errore arbitror in translatione Latina Sixtina ex LXX. redditum in præterito. Legunt quoq; Augustinus, Arnobius, & Innocentius, *ædificabit*. Hebræum בנה *banah*, propriè significat *ædificare*, vel etiã *reædificare*, *servare*, & *conservare*, ut Campensis exposuit, & eum quidam *y* sequutus, vim in ea significatione constituens, quasi denotetur jam extructi ædificii cõservatio, seu ad sarta tecta illius certus addictus proventus, quod mysticè declarat. De verbi *ædificandi* usu Ecclesiastico, egi aliàs *z*, & de Sion multiplici, non semel. Innocentius distinguit hoc loco pro Jerusalem, Ecclesia, anima. Potuit addere cœlestem beatorum habitationem. Pepinus *a* verò enumerat Sionem inferiorem Ecclesiæ militantis: superiorem, Ecclesiæ triumphantis: interiorem animæ devotæ: exteriorem, Virginis Mariæ: priorem synagogæ: posteriorem, religiosæ vitæ. De prima Esaiam *b* interpretatur, *Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam*, quia non contingit extra Ecclesiam salus, nec ad gloriam pervenitur, nisi per illam. De secunda locum cujusdam psalmi: *Videbitur Deus Deorum in Sion*, ubi secundùm vim nominis Deum speculabimur, & ædificata dicitur ex Angelis, deinde ex iis quos Christus ascendens secum deduxit. De tertia, id quod habetur in alio psalmo *d*, *Lauda Deum tuum Sion*: quoniam ædificavit animam creando, & simul in fundendo corpori, ac reædificavit per gratiam, ubi fides fundamentum est, spes muri, charitas tectum: De quarta: *Elegit Dominus Sion* e; & *homo natus in ea fundavit eam* f; & *Sapientia ædificavit sibi hanc domum* g, idest, Virginem sublimem sanctitate, fortem fuorum protectione, ut speculum per contemplationem. De quinta rursus Esaias *h*, *de Sion exibit lex*, & in synagoga tamquam in vinea cum ceteris necessariis turris ædificata est *i*. De sexta, quod est apud Abdiam *k*. *in monte Sion erit salvatio*, quoniam religiosus ordo perfectionem profiterur; & contemplationem & ibi salus facilius acquiritur, & videntes opera bona religiosorum, glorificant Deum *l*. Sed *va* ibidem dicitur *ædificantibus Sion in sanguinibus* m: & *filiabus Sion elevatis, ac ambulantibus extento collo* n, idest, malis utriusque sexus religiosis.

Vers. 21.

y Petrus Vega hoc loco discursu. Sion multiplex.

z Act. 9. 33

a Serm. 8

b c. 46. 13

c Ps. 83. 8

d Ps. 146. 10 sec. Hebr. sed 147. sec. vul. edit.

e Ps. 131. 13

f Ps. 88. 5

g Prov. 8. 9

h c. 2. 3

i Mat. 22. 33 & seq.

k vers. 21

l Matt. 5. 10

m Mich. 3. 10

n Esa. 3. 16

Et videbitur in gloria sua.) Hieron. absque conjunctione, quæ nec est in Hebræo textu: *apparebit in gloria sua*. Si attendas Latina & Græca, tam posses exponere de gloria Sionis, quam Domini. Sed נראה *nirah* masculini generis, cum nomine quod habet affixum masculini generis בכודו *cheuodo*, innuit *Dominum*, sicut & Chaldæum אתגלי *itghdli*. Quare non habet optionem recens Auctor expositionis utriusvis *o*. In Romano Psalterio, apudque Cassiodorum, Innocentium, Arnobium; *in majestate sua*. Gloriam sumi, pro arca, & locum habitationis gloriæ Dei, pro tabernaculo, sive templo, in quo collocata erat arca, vidimus aliàs. Tritaquoque gloriæ acceptio pro beatitudine, ubi Deus *rex videtur in decore suo* p, & *satiantur beati apparente illa* q, Deumque semper glorificant, & exaltant, laudant *laudabilem, superexaltatum, superglorioſum* r. *Gloria hæc est omnibus sanctis Dei* s, gloria ipsa frui, qua Deus gloriatur, & fruitur, *& intrare in gaudium Domini sui* t, ut gaudio gaudeant, quo ille, ac in ipsiusmet quodam ipsi gaudium resultet, quod tale gaudium beati percipiant. Visio gloriæ Dei eo modo, quo habetur in hac vita, per mirifica quædam opera ipsius, vel internas inspirationes, plurimum conducit ad hoc, ut gentes timeant Deum, & reges gloriam ejus, redeantque ad eum peccatores per pœnitentiam.

o Petrus Vega hoc loco discursus, Varia gloria acceptio.

p Esa. 31. 17

q Ps. 16. 15

r Dan. 3. 53

s Ps. 149. 9

t Matt. 25. 12. 13

*Vers.*18.) Respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum.

Sensus loci.

PRænuntiata Sionis instauratione perindè ac si jam facta esset, simul cum consecuta inde utilitate ut appareret gloria Dei, timereturq; & observaretur à gentibus, & regibus, docet hanc tanti beneficii & misericordiæ fuisse causam præter vehemens desiderium captivorum de restituendo Dei cultu & templo, quod pro eadem re iidem supplices ad Deum preces fuderint cum summa demissione, quarum ille rationem habuerit, nec spernendas, & rejiciendas judicaverit. Potest hæc etiam esse oratio Gentium, & regum admirantium potentiam, & gloriam Dei, atq; benignitatem in revocandis captivis suis, restituenda iis libertate, patria, templo, pristino splendore reipublicæ, majestate religionis. Priore autem sensu innuitur antithesis Dei ad reges gentium superbos, & sævos, qui dedignantur vilium, & calamitosorum supplicationes, & quod timere illos oporteat Deum, qui tales exaudiens, non sinet ab illis tàm indignè, & crudeliter tractari: & vicissim quod habeant oppressi cur Deum revereantur, qui subvenire valeat & velit recurrentibus ad ipsum. Nam sic idem David invitat omne semen Israel alibi *a*, ut timeat Dominum *quoniam non sprevit, neq; despexit deprecationem pauperis, nec avertit faciem suam, sed cùm clamaret ad eum, exaudivit.* Quilibet præterea suggerit, ut *subditus Deo, oret illum b.* Daniel prosternebat preces suas ante faciem Dei *c*. Publicanus humiliter orans justificatus est à Pharisæo *d*, ideſt, præ illo *Populum humilem salvum facit Deus, & oculos superborum humiliat* e, *humiles spiritu salvat* f, non patitur, ut *avertatur*, seu *revertatur humilis factus confusus* g, *humilium, & mansuetorum semper placuit ei deprecatio* h, *deprecationem lasi exaudit, non despicit preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus, lacryma, & exclamatio vidua ascendunt usq; ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis* i, *oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec Altissimus aspiciat* k. Egregiam ista ipsa in re leges divitis, & pauperis antithesin in libro Ecclesiastici *l*. Dicit pascua divitum esse pauperes; abominationem superbo humilitatem: execrationem divitis pauperem divitem commotum confirmari ab amicis: humilem quum ceciderit, expelli & à notis: diviti decepto multos recuperatores esse: humilem, si deceptus sit insuper, & argui, si loquatur sensate, non dari ei locum: divite loquente omnes tacere, & verbum illius usq; ad nubes perducere: si paupere loquatur, alios dicere, quis est hìc? &c. Id sibi quoq; vult parœmia, *semper feliciter, cadere Jovis ruxillos: &* Euripis *m*, sententia, *cuncta diis esse proclivia.* Non sic verus Deus; non sic: non spernit humilium, & vilium precem, sed respicit orationem eorum. *Cum simplicibus sermocinatio ejus* n, *eruditis interest cogitationibus* o; est talium oratio ipsi sicut incensum *p*, ut è contrario jactantia habet graveolentiam oris seipsum prædicantis, ut videre fuit in oratione Publicani & Pharisæi *q*: *ubi humilitas, ibi & sapientia* r; *sapientia humilitati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum* t apud Deum ipsum, *considere illum faciet* s. Locus hìc noster, mystico sensu, pertinet ad orationem, precemq; adventum Christi expetentium expectantium, petentium votis enixissimis, quæ, ut alias dixi, meruerunt incarnationem ad quo modo, meritò de congruo, secundùm quasdam circumstantias illius, ut secundum accelerationem. Tantùm enim & tam commune totius generis humani bonum, & ipse fons ac origo gratiæ, nempè incarnatus Deus non potest cadere sub meritum de condigno particularis personæ. Respiciens Dei Filius potissimùm humilitatem sanctissimæ Virginis, supra ceteros maximam, accurrit in sinum ejus, ibique se tamquam unicornis capi sivit, ut alibi *t* notavimus. Gregorius *u* meminit de eadem ratione capiendi dictum animal; quamvis ad aliud propositum; nempè ad Pauli conversionem. Idem *x* expendens verba Job *y*, *Ubi est ergo nunc præstolatio mihi*, hoc sermone quæstionem videtur definire. Quæ esse potuit præstolatio justorum, nisi justus, & justificans Deus? qui ad pœnas humani generis sponte descenderet, & captivos mortis justitiæ suæ virtute liberaret? Hujus enim præsentiam minimè cessabant intenta cogitatione præstolari, quem quandoque esse venturum noverant sed venire citiùs quærebant. Unde non ait: *Ubi est ergo præstolatio mea?* sed ait: *Ubi est ergo nunc præstolatio mea?*

A Dum enim addit *nunc*, ostendit quia quod quandoque venturum erat, venire citius desiderabat. Esaiam *z* præterea sic aliqui exponunt, quod non ceciderit incarnatio sub meritum, quum ait, *Quis suscitavit ab Oriente justum?* Hebraicè, Græcève (*justitiam*) *vocavit eum, ut sequeretur se?* Græcè (ad pedes suos, & vadet, seu ambulabit) *dabit in conspectu ejus Gentes; & Reges obtinebit*, &c. *quis hæc operatus est, & fecit*, &c. *Ego Dominus; primus & novissimus ego sum.* Origenis *a* hæc expositio est, dicentis *vocare ad pedes*, esse ad incarnationem, ut scilicet haberet pedes, & ambularet: præterea Cyrilli, Theodoreti, Procopii, Hieronymi, & aliorum in Esaiæ commentario. Addit possunt hic cum Pepino *b*, vota Patrum in limbo precesque, tametsi nullam vita functorum habeant meriti rationem; præterea parvulorum hìc degentium & patientium humiliatorum, & indigentium, & pœnitentium.

Respexit in orationem humilium.) In Psalterio Romano addita conjunctione, *& respexit in orationes pauperum.* B Cassiodorus, & Innocentius eodem pacto, nisi quod ponunt *orationem* in singulari, nec habent conjunctionem. In vetere Psalterio, & apud Augustinum, *& respexit in orationem humilium*, apud Prosperum, *respexit in orationem humilium Dominus*, Hieronymus, *adorationem vacui*, quod explicat Trevetus de populo captivo, qui rege, regno, potentia, gloria solita vacuatus erat. Alii, *in orationem myricæ*, ideſt, qui sunt velut myrica, vel juniperus arbor in deserto nascens, ideſt, miseri, debiles, afflicti, dolentes, desolati, destituti, solitarii, eremitæ. Vel, *in orationem excitantis*, nimirum se, hoc est, seduli, ac diligentis ad orationem. Vel, *ad orationem solitarii*, vel *vociferantis*, vel, *suspirantis.* Hi, quos, ne sim longior, non nomino, sunt, qui ex Hebræo vertunt satis noti omnibus. Genebrardus præterea citat ex Anonymo; *in orationem cicadæ*, quod imperitè aliqui *c* tribuunt Ammonio pro Anonymo, vel etiam Symmacho, quæ mensibus æstivis tota die canit, stridetque; ita ut desigent abjectum, humi- C lemque, qui non nisi æstate, quum persecutionum transiit hyems, apparere, & orare audet. Poeta *d* Gallus de plantis humilibus comparationem expressit.

Il a itte ies yeux sur les plus basses plantes
Et n' apoint dedaignè, ny trompè leurs attantes.

Chaldaicè, *ad orationem desolatorum*, רמצררין *demissi hadian*. Hebr. vox ערער *hharhhar* exponitur a R. Kimhi *myrice*, vel *juniperus*, vel *junci genus*, & per translationem populus Israel in captivitate, aut quivis afflictus, & abjectus. Extat id nomen, præter hunc locum, apud Jeremiam *e*, bis appellantem *myricas in deserto.* Ubi alii etiam interpretantur *juniperum*, vel *ericam*. Symmachus in genere *lignum infructuosum*. Myricam aliter *tamaricem* Plinio *f*, distinguit Dioscorides *g* idemque Plinius *h* in sylvestrem planè sterilem, & in mitiorem, quæ provenit in Ægypto, ac Syria, profertque lignosum D fructum galla majorem, asperum gustu. Sunt ambæ humiles, ut vocat Poeta *i* & Plinius *K infelices* appellatas testatur. Apud Jeremiam verò comparat Deus sine Deo solus est, desolatus, infrugifer, neque satus, neque cultus: diis inferis devotus, quod de hujuscemodi plantis veteres tradunt *l*: anceps & improbus, ut myrica. *νῆφι-βιον ἐν τοῖς φιλύδροις, ἢ καὶ τὰς ἐρήμους* nascens: in locis aquosis ac desertis, quemadmodum à Basilio *m* notatum est. Ad allatas myricæ proprietates respicit Hieronymi translatio, & aliorum pro *vacuo desolato*, &c. quem deficit humanus favor, & consolatio, præsertim ante Christi adventum. Athemate עור *hhur*, quod est *excitare*, posset ea retineri acceptio vocabuli ערער *hharhhar* pro *excitante seipsum*, nempe ad orationem. Non reperi ullum Auctorem idoneum qui *cicadam* sit interpretatus, ut fortassis Anonymum illum fefellerit similitudo litterarum nominis צלצל *tsiltsal*, quod *locustam* atque *cicadæ* à sono ipso, quem edit significat. Quadrat nihilominus metaphora vilis animalculi, ac striduli pauperi anxio, fundenti orationem suam, ut est in titulo psalmi. Palcitur etiam rore, si Virgilio *n* credimus, & aliis, quos citat Aldrovandus *o*; licet Ambrosius *p* dubitet; & innuere potest suspiria Patrum peroptantium, ut *rorarent cœli desuper, & nubes pluerent justum* q. Stridens cicada non ore, sed totius corporis

a Psal. 21. 25

b Psal. 36. 7
c Dan. 9. 13
d Luc. 18. 14
e Psal. 17. 28
f Psal. 33. 19

g Psal. 73. 21

h Jud. 9. 16

i Eccles. 35. 16.

k Vers. 21 Divitiis & pauperis antithesis. *l* c. 13. 22. & seq.

m in Phanissa.

n Prov. 3. 32
o Prov. 8. 12
p Psal. 140. 2 Apoc. 8. 3. 4
q Luc. 18. 15 & seq.
r Prov. 11. 2
s Eccl. 10. 1 Sensus mysticus. Incarnatio Christi secundùm quasdam circumstantias sub incritum de congruo; nullo modo sub meritū de cōdigno cadere potuit.

t in Psal. 28
u 31. Mor. 6. 10. vel 13
x 12. Mor. 5. 10. vel 11
y cap. 17. 15

z c. 41. 2. 3. 4

a hom. 6. in Esaiam.

b serm. 85 Preces vita functorum meritis rationem non habent.

c sunt recentiores conciónatores qui Hispanice & Italice scripserunt.

d Philip. Desportes.

e cap. 17. 6 cap. 48. 6

f lib. 13. c. 31
g lib. 1. c. 19
h lib. 21. c. 9 Myricæ distinctio, & proprietates
i Eclog. 4 *K* Sup.

l Plin. lib. 16. c. 26. Marcia l. 3. c. 20
m hom. 6. Hexa.

Quomodo metaphora cicadæ conveniat pauperi oratio. nem fundenti.
n Eclog. 5
o 2. de Jud. cap. 3
p 6. Hexam. cap. 22
q Esa. 45. 8

poris agitatione, maximè pectoris, designat fervorem, intimam, & ex corde, totoque pectore orationem plusque factis constantem, quam verbis, & sicut illa oculis carens, vel hebetioris certè visus, tamen Sole magis splendente, & fervente, ac aere sereniore, vociferatur; ita humilis, ac fide præditus, sineque oculis rationis naturalis, dum viget divina lux, & amor, mentisq; puritas, & efferveſcit tribulatio, mittit ad Deum supplicem, & canoram orationem: subtilitas ejusdem, atq; cibi modicitas, & abstinentia, seu jejunitas, & Aristoteles *a* loquitur, optimum indicat, quasi comitem orationis humilis jejunium, cum alacritate cantus. Si cui placet *juniperus* in una versionum, oratio debet ei similis esse, quæ baccas fert, non flores, ne verborum potiùs rationem habeas, quam operum, & ut orans peccati corruptibilitate careat. Ceterum *respici orationem humilium à Deo*, est exaudiri, & nihilominus exauditio hæc oculis tribuitur: tùm quia exauditionis effectus est favor, quem benignitate aspectus declarat Deus, tùm quia placent Deo clausa etiam orantis labia, ut Annæ, quæ movebantur tantùm, quum vox penitùs non audiretur *b*. Quia item ratione Salomon, ædificato templo, Deo dicebat, ad hoc tantùm factam esse domum illam, quam ædificaverat, ut *respiceret ille orationem servi sui c*, & idem inducit sponsum laudantem labia sponsæ, ob pulchritudinem vittæ coccineæ similem *d*. Idcircò David auribus Dei optabat percipi orationem suam, factam *non in labiis dolosis e*. Ambrosius *f* explanans quid sit *respicere Deum*, dicensque evidentissimè hoc testimonio declarari, quod aliter tamen legit, *quia respexit super filios pauperum, & non despexit preces eorum*: causſam reddit, quia oculus Domini non aspernatur justorum munera, & confirmat, quia oculos nostros, quum in aliquem movemur, avertimus, quasi indignum eum aspectu judicemus, quem oderimus affectu.

a 4. de part. animal. c. 5. Oratio junipero utilis esse debet.

Orans operum potius quam verborum rationem habere debet.

Exauditio orationis humilium cur oculis tribuatur.

b 1. Reg. 1. 13.

c 2. Paralip. 6. 19.

d Cant. 4. 3.

e Psal. 16. 1.

f in Psal. 118. Daleth, 17.

Et non sprevit precem eorum.) Hier. *& non despexit orationem eorum*. Ambrosius paullo ante citatus, *& non despexit preces eorum*. Vetus Psalterium, Aug. *& non despexit deprecationem eorum*. Prosper *& non despexit precem eorum*. Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *& non sprevit preces eorum*. Hebræum, Græcumque nomen numeri singularis est. Hoc Dei est respicere, inquit Cassiodor. quod non spernere. Sed usitata Scripturis figura plus innuitur minus dicendo, ut Haimo notat, & *non spernere*, magnificare est. Qui legunt *preces* pluraliter, & in priori membro *orationem* in singulari, observant *g* orationem unam plurium humilium dici, quia in una re petenda conspirant; preces multas, quia si res petant diversas, hæ ad unum finem tendunt. Verè dictum, sed eodem numero singulari nomina sunt in utroque membro, ut dixi.

g Petrus Vega discurs. 4

Vers. 19.) Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Tensus loci.

HÆc, quæ hactenus dixit, & prædixit de solvenda populi captivitate, atque de recuperando regno, & instaurando templo, quod Gentes, ac Reges frequentem, Deum timendo, ac venerando, scriptis mandari velle dicit in gratiam posterorum, quo fiat, ut populus, qui posteà nascetur, quive circa illud tempus erit, quum ista complebuntur, cernens jam olim prænuntiata, & præscripta, laudet Dominum, qui tanto ante inspirare dignatus est, atque sicut loquutus est per os Sanctorum qui à sæculo sunt, idest, pridem præcesserunt, Prophetarum suorum, exactè præstitit. Potest etiam iste censeri sermo Judæorum, qui jam de captivitate reversi, expertique adeò mirabilem, & munificam Dei potentiam, & bonitatem, hortentur in scripta referri, ne tantæ rei excidat memoria; sed posteri relegentes historias, promptam habeant gratias agendi Deo de tam singulari beneficio memoriam, illudque laudibus, ac hymnis solemnibus prosequendi. Perindè verò etiam est, si Prophetam jubere asseras, ut quæ sequentibus continentur versibus, (quod Haimoni placet) describantur, ut extet firmum de illis monumentum. Affirmat Innocentius & de dictis, & de dicendis esse sermonem. Non adeò autem placet quod explicat, ut quæ scripta sunt in generatione Judæorum per Legem, & Prophetas, scribantur in generatione gentium per translationes, & interpretationes; quod factum est, inquit, in tempore Ptolomæi Philadelphi Regis Ægyptiorum, qui bibliothecam Judæorum, idest, Bibliæ transferri fecit per Septuaginta Interpres in linguam Græcam. Juxta mysticum de Christi adventu, & redemptione sensum, qui eidem Innocentio, & ceteris passim placat, non solùm Propheta noster dum scribit, seipsum, ut scribat, hortatur, sibique id imperat alios simul, quia sua vivebant ætate, provocando, & illis quodammodo imperando; sed præterea vaticinatur, & Dei hoc inspirantis veluti nomine, & auctoritate jubet, ut Apostoli, & Evangelistæ (quod Hugo asserit, & Lyranus, Remigius verò innuit) litteris mandent quæ cognoverint de universo redemtionis nostræ opere, de gestes, & doctrina Christi, ne successores tam necessariarum, & præstantium, ac divinarum ignoratione rerum laborent, sed earum scientia præditi fructum salutarem capiant, & Auctorem bonorum tantorum Deum, Christumque grata memoria colant, multò autem magis factis, & operibus tàm sancta vocatione dignis respondentes, celebrent, atque glorificent. Qui populus creandus dicitur ob renovationem in novam creaturam, ut Paulus *h* loquitur, & ut sit initium creaturæ ejus, quod scribit Jacobus *i*, ἀπαρχὴν *primitiæ* præstans, & princeps creatura, vel quæ incipiat esse nova quædam, ac spiritualis creatura, non vetus, & carnalis, ut erat populus Hebræus, generatio prior, mala, prava, perversa, adultera *k*, incredula *l*, prophetias de Christo recipere noluit. De eodem populo, & generatione nox à canitur psalmo 21. *m Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt cœli justitiam ejus populus ejus nascetur, quem fecit Dominus*. Esaias *n* quoque inducit loquentem Deum, *Et omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum. Generatione huc quærentium Dominum, qui gentium faciem Dei Jacob o, generatione rectorum benedicta p*, generatione divina, & cœlesti Gregorius nihil affirmat nobilius, & sublimius esse, in cujus corde quasi in libro, lex Dei scribitur *q* seu in tabulis cordis, & cui *potestatem dari filios Dei fieri q*. Eo etiam inditio significare voluit Deus ut ipsius filius homo conciperetur sine virili commixtione, atque generatione. *Natos ex Deo* Joannes *r* vocat, *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri*: Petrus *s*, *non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanens in æternum*: rursum Jacobus *t*, *voluntariè genitos verbo veritatis*, & Paulus, *creatos in Christo Jesu u, & secundùm Deum x, & secundùm imaginem ipsius y*. Ceterum ex hoc potest colligi concessum esse Ecclesiæ verum Scripturarum sensum, & ablatum à Judæis quibus est liber obsignatus, & nesciunt legere *z*, hoc est, intelligere. Carnaliter cuncta intelligunt, ait Hieronymus *æ*, & traditionum suarum deliramenta perquirunt, non tenentes caput omnium Scripturarum illud, de quo scriptum est, *caput viri Christus est*, omni ratione conantur evertere prophetias, & ad pravam intelligentiam prava interpretatione torquere *b*; illi habent libros, nos librorum Dominum; illi tenent Prophetas, nos intelligentiam Prophetarum; illos *occidit littera c*, nos *vivificat spiritus d*. Citat eadem de re præterea Salmeron noster *e*, Irenæum *f*, Justinum *g*, Athanasium *h*, Origenem *i*, Auctorem operis imperfecti *k*, Hilarium *l*, Ambrosium *m*, Augustinum *n*, Clementem Alexandrinum *o*, addè Gregorium *p*, & alios. Pertinet eodem quod Justinus *q*, & alii, ut alibi meminimus, depravatas in odium Christianorum Scripturas asserunt; & Irenæus *r*, quod si cognovissent nos futuros, & usuros his testimoniis, quæ sunt ex Scripturis numquam dubitassent ipsi suas comburere Scripturas, quæ & reliquas omnes gentes manifestant participare vitæ, & eos, qui gloriantur domum se esse Jacob, & domum Israel, exheredatos ostendunt à gratia Dei. Legendus Leonis a Castro apologeticus, & scrutinium Burgensis, & quotquot contra Judæos scribunt, tàm veteres, quàm recentes, nosque ipsi in hoc opere jam aliquoties, & in Commentario Actuum Apostolorum nonnulla diximus *s*, ubi etiam de odio illorum adversus nos, & quo modo cautum fuerit, ne quatriduo ante pascha prodeant in publicum. Id etiam, præter citata ibi Concilia, extat in Melden si *t*, & in Lateranensi *u* sub Innocentio III. Non videtur admodum probabilis anagogia Ayguani, de populo

Ptolomæus Philadelphus Biblia in linguam Græcam per LXX. transferri fecit.

Sensus mysticus.

h 2. Cor. 5. 17 Galat. 6. 15.

i cap. 1. 18.

k Mat. 12. 39.

l cap. 17. 16.

m vers. ult.

n cap. 43. 5

o Psal. 23. 6.

p Psal. 111. 2.

q Joan. 1. 12 1 vers. 13.

r 1. Ep. 1. 23.

s cap. 1. 18

t Eph. 2. 10.

u cap. 4. 24 & y Coloss. 1. 10.

Scriptura mverus sensus a Judæis ablatus est, & Christianis concessus.

z Esa. 29. 11

æ ep. 1. 2. q. 10 1. Cor. 11. 13

b idem Hier. in Esa. c. 50

c 2. Cor. 3. 6.

d idem Hier. præfat. in Jonam.

e tom. 1. prolog. 6.

f lib 4. c. 43.

g in Tryph. & de pecca. in Spirit. sanct.

i homil. 10. in Lev. hom. 26. in Num.

k homil. 33. & 35.

l cant. 24 in Matth.

m 1. de interpellat c. 4 v 12. contra Faust. c. 27. o 6. strom.

p in 1. Reg. cap. 1. lib. 2. c. 2 & alibi.

q in Tryph.

r lib. 3. c. 24.

s cap. 7. 52.

Cautum est ne Judæi qua triduo ante Pascha prodeant in publicum.

t cap. 37.

u cap. 98. & refertur de hæretic. c. 15

pulo beatorum, qui perfectè recreetur, & laudet Deum, & sicut nec satis aptè per *os infantium* in psal.8. *a*, viatores per *os lactentium* beatos intelligit: ex quo duplici ore dicitur laus perficienda. Quidquid de illo loco sit, non egent beati Scriptura, qui in ipsomet legunt libro vitæ. Melior *b* Pepini tropologia, jubere Spiritum sanctum scribi divina mandata *c*, antiquorum gesta, tùm proborum *d*, tùm improborum *e*, superventura mala ante judicium, singulorum opera in libro scientiæ Dei, & conscientiæ cujusque malorum supplicia, justorum præmia. De utilitate scriptionis, in quo commendentur posteris documenta, & exempla, nonnihil egi ad ea verba psalmi 77. *f*. *Quanta mandavit patribus nostris notas facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera: filii, qui nascentur, & exsurgent, & narrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscansur operum Dei*. Nec Lycurgo, nec Socrati acquiescendum, qui scribendam negabant legem, vel quid aliud: Vitam memoriæ historiam Cicero *g* nominat, nunciamque vetustatis, ac testem temporum, & idcircò lucem veritatis, magistram vitæ. Tandem secundùm versus membrum admonet nos, quanti fieri beneficia Dei debeant, & quam gratos erga illum pro ipsis exhibere nos debeamus. Qui beneficiis magnis ab aliquo afficitur, creaturam illius vocare solent, quasi ex nihilo acceperit esse. Quia verò pauci officio respondent in referenda, agenda, habenda gratia, rectè qui id præstet denuò creatus videri possit. De vitio ingratitudinis numquam non grata tractatio est, quia nemo non eam in alio reprehendit, etiamsi forsitan ea laboret. Audisse se Esdras *h* testatur in apocrypho libro, Deum dicentem, quod *qui non cognovissent eum, viventes beneficia consequuti, hos oporteret post mortem in cruciamento cognoscere*.

Aguanî anagogia minus probabilis. *a* *vers.* 3. *a serm* 86. Tropologia *b* *Tosit.* 6. *c.* 31. *d* Exod 7. *e* Jerem. 27 Scriptionis utilitas. *f* *vers.*6. *g* 2 *de orat.* Ob Dei beneficia quâ grati esse debeamus. Ingratitudo ab omnibus reprehenditur. *h* *lib.*4. *Esd.* 9. 10. 11.

Scribantur hæc.) Hebraicè, & Græcè, *scribatur hæc*, זאת תכתב *zoth thichatheu*, γραφήτω αὕτη, Hier. vertit ut est in editione nostra, accipiendo videlicet pro plurali singulari positum, & fœmininum genus pro neutro, quia isto carent Hebræi, quod non semel monui: verbi gratia quum dicitur, *Unam petii à Domino i*, &c. &, *Hæc facta est mihi k*: Ut idem sit, *scribatur hæc*, atq, *scribatur hoc*: seu, *hæc res*, aut *oratio*: & numero multitudinis, *hæc* vel dicta, vel dicenda, vel utraque. Chaldaicè in te, tu Nebiensis: *scribatur oratio eorum hæc*: צלותהון דין התכתב *thithchatheu tselothehon den*: nempè *oratio humilium*, de qua priore versu. Chrysostomus quoque ac Euthymius, & Nicephorus referunt pronomen fœmininum αὕτη προσευχὴν, sive δέησιν, *orationem*, & *precem*, vel ad pollicitationem integra psalmi oratione contentam, in cujus etiam titulo est προσευχὴ, *oratio*. Varium scripturæ genus Innocentius attingit, superioris & inferioris, interioris, & exterioris.

i Psal. 26. 4. *k* Ps. 118. 56.

In generatione altera.) Hier. *in generatione novissima*, idest, posteriore, futura, ultima, sequenti, hæc enim omnia valet אחרון *acharon*. Præposita autem littera servilis cum suo puncto ל, *le*, dativo servit, quem casum LXX. per accusativum expresserunt cum præpositione, γενεὰν ἑτέραν, *in generationem alteram*: quo pacto Latinè legitur etiam in vetere Psalterio apudque Augustinum, ac Bedam, & in quibusdam codicibus Hieronymi, *in generationem novissimam*, & idem est ac de generatione, propter generationem in gratiam generationis. De diversa generationum forma dictum hìc antea satis, & alibi de notione vocis Latinæ, tùm γενεᾶς, דור *dor*.

Et populus, qui creabitur.) Hier. eodem modo, quamvis sit Hebraicè, & Græcè participium נברא *nibra*, ὁ κτιζόμενος, & primum jungi potest omni tempori, secundùm quandoq; pro futuro sumitur, ut ὁ ἐρχόμενος *veniens*, pro *venturus*. Nihilominus notat Aug. aliique Latini dictum, non, *qui creatus est*, sed *qui creabitur*, ut intelligatur prædici populus, quem vocavit Apostolus *l* *novam creaturam*, & spectat ad novum testamentum & recreatur, sive regeneratur per gratiam, cujus productionem aliqui creationem appellandam censent. Qua de re dixi psalmo 50. *m* *cor mundum crea in me Deus*: ut & de *creandi* verbo, quod non semper accipiatur de propriè dicta creatione. Neque enim David (ait Athanasius *n*, agens quum Arianus abutentibus contra Filii Dei divinitatem, quia sub nomine *sapientiæ* dicatur, quod Dominus *creavit o*, ἔκτισε, alias ἔκτησε, *possedit*) de populo essentialiter condendo loquutus est, neq; aliud cor, quam quod habebat, optavit accipere; sed eam, quæ secundùm Deum est, innovationem, instaurationemq; votis quæsivit. Mentionem quoq; faciens de nonnullis Pauli similibus locis, subdit: Neque item Paulus essentialiter duos condendos in Domino significavit, neque revera alium hominem nos induere jussit, sed per hominem secundùm Deum, innuit nobis vitam secundùm virtutem, ac per duos in Christo condendos, duos populos in eo renovandos indicabat. Addit & ex Jeremiæ testimonium, acriterque Arianos urget, vel ob ignorantiam, vel propter blasphemiam, quod aut non intellexerint scripturas, aut quod ex Davide, & Paulo audientes τὸ ἔκτισεν *creavit* non ὄντα, vel γενεσιν *essentiam*, aut *generationem* intelligant, sed ἀνανέωσιν *renovationem*: contra ubi audirent ex Deo illud idem verbum essentiam ejus cum creaturis in eodem grege statuerent. Videtur etiam longè post in eodem loco renovationem istam per *creationem* designatam, & generationem *generationis alterius*, referre ad corporis gloriosam immortalitatem: *Domino retribuente pro nobis* in corpore suo mortali, & *opus manuum suarum non despiciente p*, quod per peccatum mortem incurrerat. Idem adhuc alibi *q*, ex eo quod præcipiebantur filiis Israel custodire sabbata εἰς τὰ γενεὰς αὐτῶν, colligit adventante *generatione ista altera*, de qua hìc mentio fit, oblationem sabbati transisse in diem Dominicum, quo die homo recreatus est, sicut illo creatus, ita ut non sit ampliùs necessitas τὸν λαὸν τὸ τηρεῖν τὸ τῆς προτερας κλίσεως τέλος *populum hunc custodire prioris creationis finem*, ἀλλα τὴν ἀρχὴν τῆς δευτέρας κτίσεως ζητεῖν *sed exordium secundæ creationis*, quod cœpit, quando Christus resurrexit: secundam creationem finem non habere, ideoque nec quietem assumpsisse, sed usq; in præsens operari, & sperari à nobis sabbata sabbatorum, in quibus finem non habebit nova creatura, sed manifestabitur, & perpetuò finem colet. Hìc est sabbatismus, de quo Paulus *r*, requiesque ad quam nos festinare jubet. Procopius *s* *populum* τὸν κτιζόμενον exponit idem esse, atque ἀνακτιζόμενον *creatum* idem quod recreatum, quique ad imaginem Dei (ut pro gratia sumitur) redeat, & vetere homine deposito, novus evadat, & nova creatura, & reformatus in novitate sensus. Videtur quoque R. Salomon hoc loco, quem Galatinus *t* citat, *populi creationem* accepisse. Nam exponit quod videntes salvationem, dicent, *inscribatur hæc salvatio, ut narretur generationi novissimæ, & populus qui creabitur*, idest qui fiet *nova creatura*, de servitute egrediendo ad libertatem, & de tenebris ad lucem, *laudabit Deum*. Argumentum non valdè necessarium, quia Hebræi, & alii etiam denuò nasci, vel recreari dicunt illum, qui de infelici statu transit ad felicem. Argumentatur ex hoc loco Hieron. à S. Fide *u* ex Judæo Christianus pro conversione Gentium. Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus *x* locum præsentem usurpat, & ex pſ.144. *y* *Generatio, & generatio laudabit opera tua*, & ex 39. *z* *annuntiavi, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum*, ut persuadeat crucem tametsi celebrata sit à multis, adhuc & ab aliis esse laudibus extollendam, & quum hìc dicitur λαὸς ὁ κτιζόμενος *populus qui creatur*, idem sibi videri ac ὁ κτιζόμενος, *qui semper fit*, sive *nascitur*. Eruete Hieronymum *a* alicubi puto ex *creandi* verbo facilitatem simul, & multitudinem convertendorum ad Christum. Nam præsenti sententia illustrat illam Esaiæ *b*, scribentis nomine Dei, *Numquid parturiet terra in die una, aut parturietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos?* Hic autem populus inquit, uno creatus est die, quem illustrat Sol justitiæ. Refert id etiam ad illud tempus, quando una die tria millia *c*, & quinque millia *d* de Judaico populo crediderunt, & de universis gentibus, quæ sub cœlo sunt, erunt in Jerusalem, qui audiebant variis *linguis loquentes magna alta Dei e*. Theophylactus *f* his accommodat locum istum, qui cum triumpho intrantem Christum in Jerusalem laudabant.

1 2. Cor. 5. 17 Gratiæ productionem quidam creationem appellandã censent. *m* *vers.* 12. *n* *orat.* 3. *contra Arian.* *o* Prov. 8. 22. *p* psſ. 137. 8. *q* *tra. de sab. bato & resurrect.* *r* *Heb.* 4. 9. *s* *in Esa c.* 42 *t* *lib.* 11. *c.* 7. *u* *cap.* 10. *x* *oratio in adorat Crucis in media jejunii tempore.* *y* *vers.* 4. *z* *vers.* 6. *a* *in Esa. c.* 66. *b* *c.* 66. 8. *c* Act. 2. 41. *d* *c.* 14. 4. *e* *c.* 2. 11. Accommodatius sensus. *f* *in Luc.* 19.

Laudabit Dominum.) Corde, ore, opere, diligendo, confitendo, obsequendo, grates referendo, ut ad perfectam laudem conveniant vita, lingua, conscientia, inquit Innocentius, & ut ait Gregorius, in operibus suis Deum laudant, qui bonum quod faciunt, nequaquam sibi, sed gratiæ Dei attribuunt. Nulla aptior gratiarum actio, quam pro gratia, nihil propiùs accedit ad creationem quam gratia, quia gratia ut gratia fit ex nihilo, idest, ex nullis meritis; nec, ut ante dixi, convenientiùs potest attribui talis laus actionis gratiarum,

Qui Deum verè laudet

Qui denuò renasci & recreari à quibusdam dicantur.

tiarum, quam populo qui creatus dicitur per gratiam, quæ nobilioris ordinis est, quam esse, quod confertur per creationem propriè sumtam, quamvis versetur circa substantiam, eamque præsertim completam. 1 1. epist 29. *Vos autem genus electum*, inquit Petrus *a*, *regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, virtutes annuntietis ejus, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.*

Vers. 20.) Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit.

Vers. 21.) Ut audire gemitus compeditorum, ut solveret filios interemtorum.

Sensus loci. VEl hæc & sequentia sunt quæ scribenda esse dictum est præcedente vers, simul etiam cum iis, quæ in aliis prioribus continebantur: Vel causam indicant quare laudetur Deus, eo quod nempè de sublimi illo, & sancto solio suo dignatus sit benignos & faventes oculos conjicere in abjectos, & ærumnosos homines, & inde usque è cœlis in imam istam terram, & ergastulum captivorum prospicere, ut attenderet ad gemitus eorum, eosque solveret à vinculis, & servitute, qui vel morti destinati erant, tamquam filii mortis, vel ita tractabantur, ac si tales essent, vel filii eorum erant, qui jam crudeliter interemti fuerant, præsertim in bello. Simili prius modo quum detinerentur Hebræi, ac vexarentur in Ægypto, dixit Deus Moysi: *Clamorem eorum venisse ad se, vidisseque afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimebantur* b. *Flectebatur etiam Dominus misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cade vastantium* c. Perspicua est de Christo liberatore filiorum iræ, mortis damnationis, captivitatis, allegoria. Cajetanus interpretatur de solvendis ac liberandis patribus in limbo veluti compeditis, ac gementibus expectando redemtionem animarum suarum, ut frui Deo liceret, ac in cœlum ascendere; præterea, ut hi, qui ad huc vivebant condemnati æternæ morti, ad hac liberarentur. Prior id Innocentius docuerat, *filios interemptorum* nominans ex Adam, & Eva ortos, qui omnes interemerunt, ipsimet interemti. Hugo idem ferè habet. Juxta tropologiam, ait Gregorius *compeditos* esse, qui perfectionis amore, vinculis quibusdam severioris disciplinæ seipsos astringunt, ac devincunt Deo, quos & lapies *compedes* vocat, *torquem*, *vincula*, sponsa *monilia* d, *filios interemtorum*, qui martyres imitentur, dando sese totos mortificationi carnis, hancque crucifigendo cum vitiis & concupiscentiis e: illos compeditos gemere continuè exilii sui tenebras, & indefinenter ad claritatem visionis Dei suspirare audiri per accessum ad Patrem, beneficio incarnati Filii concessum. Innocentius hoc differt à Gregorio, quod exponat de hominibus ante adventum Christi, gementibus, ac exspectantibus illum. Ait prætereà, quotidie Deum, & illos, qui propriorum peccatorum vinculis compediti sunt, & qui aliena peccata sectantur tamquam *filii interemtorum*, par pœnitentiam revocare ad salutem.

Allegoria. Tropologia. b Exod. 3. 9. c Judic. 2. 18. d Eccl. 6. 25. 16, 30. 31. e Cant. 1. 10.

Quia prospexit de excelso sancto suo) Chald. *de cœlis excelsis sanctitatis suæ*, aut *sanctuarii sui*. Hier. quoq; editio Victorii, Fabri, Treveti tribuit: *de excelso sanctuario suo*, quamvis in bibliis Regiis recitetur eo modo, quo nos in nostris legimus. In Psalterio vetere, & apud Augustinum, & Prosperum, *ex alto*. Litteraliter idem est quod *cælum* sequenti membro, & alibi *f*, *excelsum cœlorum habitaculum Dei*, vel *sursum*, g, vel *locus habitaculi ejus in cœlis* h, vel *sublime habitaculum* i, vel *habitaculum sanctum* k, vel *sedes in cœlo* l. Pro verbo *prospiciendi*, est Hebræum תשקין *hiskiph*, Græcum ἐξέκυψεν. Eadem omnia sunt in aliis psalmis *m*, qui præcesserunt, ubi declarata sunt. Græcum præsertim prospectum innuit diligentissimum, quasi per secretas fenestras cancellosque, unde videat quis, nec videatur, quo modo dilectum sponsa prospexisse dicebat *n*. Mysticè Deus Pater de excelso sancto suo, ideſt, de Christo, ut ait Innocentius, quia humano generi providit, mittendo ipsum in mundum, ut illud redimeret sanguine suo pretioso. Vel, ut eidem placet, & Gregorius docet, atque Cassiodorus, Haimo, Remigius, Beda Christus ipse de sublimitate suæ divinæ, & de cœlo ejusdem in terram humanæ miseriæ, ut miseros homines liberaret. Bruno Carthusianus addit terram, in quam aspexit Dominus esse uterum Virginis, quæ sit incorrupta terra, cui benedixit, ab omni propterea contagione peccati libera (nota sententiam sanctissimi viri de immaculata Mariæ conceptione) per quam vitæ viam agnovimus, & promissam veritatem accepimus. Ayguanus philosophans circa videndi modum per intus susceptionem, perque *prospectum*, intelligens incarnationem, qua Dei Filius susceptit, & assumsit humanitatem; *de cælo in terram aspectum* ejusdem Filii Dei explicat, quod de illa, quæ cum cælo comparatur, carnem assumens, in terram, ideſt, in peccatores aspexerit misericordia sua; quasi dicas, intus accepisse quam vocant speciem, & similitudinem hominis, quum verè factus est homo, quo modo locutus est Paulus *o*; ita ut ex humanitate, & illo fieret unum, sicut ex objecto & potentia fit quadam ratione unum. Quarto Hugo *excelsum sanctum Dei* sumit pro bono Prælato, de quo respiciat populum suum quando per illum docet eos, & exemplo informat. *Sancti* epithetum rectè appositum est excello loco, unde prospexit Deus ad miserendum, quia miseriæ locus iste inferior beatitudinis opponitur loco, propter peccatum, nec melius percipitur benigna misericordia Dei, quam quod ipsissima sanctitas de loco sancto suo celsissimo, est hanc infimam peccatorum vallem descendere dignata sit. *Sursum mansit, ac deorsum* Salvator, per incarnationem *apparuit*, inquit Chrysostomus ἄνω μένων, κάτω φανείς, ut Græcè loquitur, ex ipso, ut puro mutuatus Nicephorus: & Euthymius per *aspectum* denotari vult adventum Christi, & rationem assignat cum Chrysostomo, quod proprium sit iis, qui desuper prospiciunt manere in alto, & videri ab iis, qui inferiùs sunt, deniq; per *excelsum* intelligi aut cœlum, in quo peculiari quadam ratione habitare dicitur Deus, nullo non loco alioqui existens; aut ipsam divinitatis celsitudinem. Latini etiam vim faciunt in *prospiciendi* verbo, quasi tendat *aspectus* porrò & longè in eos, qui longè sunt, non tantùm qui propè, in Gentiles, & Judæos, pacem utrisque afferens, ut innuit Apostolus *p*. Convenit Dei Filio, qui sapientia Patris est, dicique oculus ejus potest, ut *prospicere de excelso sancto suo, & de cælo in terram aspicere* per incarnationem dicatur. Oculus ille fuit septuplex in lapide cœlatus, sculptusque à Deo *q*. quoniam simul omnem virtutem Spiritus septiformis gratiæ creatæ, & plenitudinem ipsam ejus accepit, ut homo, ut Deus ipsummet Spiritum habuit, ut Gregorius *r* indicat. Symbolum etiam Dei oculus erat baculo infixus, ac superpositus *s*, vel certè Sol, quæ virgo quoque vigilans, de qua Jeremias *t*, censeri potest. Meritò cognovit Abraham montem, in quo voluit sacrificari filium, & oraculi divini promissum accepit montem Dominus videt, ac deinceps appellatus est *Dominus videbit* u, ab iis nempè, qui auxilium ejus optabant. Quod allegoricè spectat ad seriam mactationem futuram in cruce, vel ad preces exaudiendas in templo construendo in Moria.

f Galat. 5. 14. In quo differat Innocentius à Gregorio in expositione hujus loci. g Deut. 26. 15. h Psal. 32. 13. 101. 20. i Psal. 67. 30. k 2. Par. 6. 30. l Esa. 63. 15. m Psal. 25. 30. Zach. 2. 13. n Cant. 2. 9. Mystice expositiones. o Philip. 2. 7. p Eph. 2. 13. q Zach. 3. 9. Oculus baculo infixus symbolum, erat Dei. r Lib. Moral. c. 16. vel 30. s Cyrillus contra Juli. Diod. l. 4. c. 1 Macrob. l. 1. c. 21. Plut. opusc. de Iside, & Oside. Sensus allegoricus. t cap. 1. u Gen. 22. 1.

Dominus de cælo in terram aspexit.) Hieron. *de cælo terram contemplatus est*; Alia Latina Psalteria, & Augustinus, Cassiodorus, Prosper, *in terram prospexit*, quod verbum erat in priore membro, licèt aliud Hebr. הביט *hibbit*, & Græcum ἐπέβλεψε. Magna dignatio despexisse etiam in infimam usque terram, & fieri carnem Verbum voluisse *x*, ut antea juxta mysticum sensum notavimus, & jungere terram cœlo. *Aspectus* hìc idem convincit atheos, & negatores providentiæ, quasi *nubes latibulum sit Dei, & super cardines cæli ambulans nostra non consideret*, *y* & quasi non curet, quod inique pauperes vexentur à potentibus.

x Joan. 1. 14. y Job 22. 14.

Ut audiret gemitus compeditorum.) Hieron. *gemitum vincti*: est enim numeri singularis אסיר *asir*, sed collectivè pro multis. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & in commentario Innocentii, *vinculatorum*. In Prospero lego *ut videret*, sed fortè mendum irrepsit. *Dominus solvit compeditos* z, & vinculatos, per quos quinam intelligantur mysticè, priùs dixi. Distinguit Innocentius vincula corporis paupertatis pacis, charitatis, sapientiæ, legis, doctrinæ, timoris, peccatorum, tenebrarum, tormentorum. Qui peccandi consuetudinem habet, compeditus dici potest, & impedi-

z Psal. 145. 8.

Vinculorũ distinctio multiplex.

peditus, ne facilè seſe à peccatis expediat. Et hìc tamen si gemat ad Deum, exaudietur, canetque gaudens, *laqueum esse contritum, seque liberatum Dei adjutorio a*, & impedimenta remota, quæ hìc enumerat Hugo, ignorantiæ, impotentiæ, corruptionis, negligentiæ, lassitudinis, hostium impugnationis, pravæ consuetudinis, cujusdam coactionis, timoris, malæ societatis, quæ disticho comprehenduntur,

Ignoro, nequeo, corrumpor, negligo, lassor,
Hoste premor, consuetus agor, timeo, socius sum.

Compeditos præterea licet intelligere Hebræos, tanta legum ligatos multiplicitate, atque earum oneratos onere quod portare non poterant *b*. Compeditos etiam compedibus externis, quamvis justa de causa exaudit Dominus & liberat, multò magis si injustè id ferant, ut Apostolorum omnium *c*, deinde Petri *d*, posteà Pauli, & Silæ *e*, docent exempla, adeoque multorum aliorum. Sed præpuè missus Christus *prædicare captivis indulgentiam, & clausis apertionem f*. Infelicior Eriphile, aut Lucretia peccator, qui ob torquem perdit sponsum suum, & patriam cœlestem, sibi comparat æterna tormenta. Frequens comparatio peccatorum cum vinculis, laqueis, funibus funiculis, compedibus, & ipsum verbum *absolvendi* in solemni formula hæc omnia indicat. Remissio enim peccatorum solutio est, ait Augustinus, confirmans Lazari exemplo, quem Christus solvi præcepit à discipulis *g*, & quia Christus iisdem dixit, *quorum solverent peccata in terra solutum iri & in cœlo h*. Quin & Plato *i* nihil aliud esse peccare scripsit, quam collo sibi vincula circumdare, seseque dedere captum aut pravis cupiditatibus, aut hosti fœdissimo. Digredi possemus hìc in varia vinculorum genera, diversoq; vinciendi reos modo, in pedibus, manibus, brachiis, collo, &c. nunc una, nunc duplici catena; ut in historia de carcere Petri vidimus *k* nunc triplici, de qua in Nerone Suetonius *l*. Multa Brissonius *m* de reorum vinculis, custodiaq; Recitat Constantinum sanxisse, ut reis non ferreæ manicæ, & inhærentes ossibus mitterentur, sed prolixiores catenæ, ut cruciatus deesset, & permaneret fida custodia *n*. Cassiodorus *o*, de indulgentia scribens, jubet ut lictor moderatior sit, & ut catenas ejus lacrymis madidas felicior rubigo suscipiat; carcerem verò describens, nominat cellam gemituum, tristitiæ domum, locum perpetua nocte cæcatum, & perennium lacrymarum, ubi auditum alieni geminus, & lamenta conturbent tactum pondera prementia defatigent.

Peccatorum ch vinculis frequens comparatio

Ut solveret filios Interemptorum.) Hier. *filios mortis*. Hoc significant בני תמותה *bene themuthah*. Chald. *qui morti traditi sint*. Psalterium vetus, Augustinus, Prosper *mortificatorum*. *Interemptorum*, & *mortificatorum* vocabula in isto casu obliquo sumi possunt & pro interimentibus, sive mortificantibus, & pro interemptis ac mortificatis. Hoc secundum dumtaxat patitur participium Græcum τεθανατωμένων, & recitata nomina Hebræa *filios mortis* significantia, hoc est, reos mortis dignos morte, jam addictos mortis, damnatos ad mortem ut aliis in locis *p*, eo modo, quo & viri mortis *q*; & psalmo 78. *r filii mortificatorum*, seu *morte punitorum*. *Filii* quoq; *interemptorum* sunt, quorum parentes interempti fuerunt; quamvis id non sonent *filii mortis*, sed quod dixi: vel etiam *filii interemptorum* dicuntur habiti similes interemptis, & destinati, ut interimerentur, & ob vexationem habiti à seipsis, aut ab aliis; perindè ac si jam essent interfecti, sive interimendi, etiamsi talium filii non sint. Quare solùm per allusionem quamdam in Latina voce fundatam ferri potest, quod prius retuli, nonnullos exponere filios eorum, qui quum essent interempti per peccatum, peccatum transfundendo in alios, quod solus Adam fecit, si de originali agatur, alii malo exemplo interemptores eorum fuerunt. Pepinus *s* persequitur modos, quibus inrerimit diabolus peccatores, per suspendium, incendium, gladium venenum, sagittationem, submersionem, hoc est, per superbiam, avaritiam, invidiam, luxuriam, iram, gulam, *Filios interemptorum*. Innocentius fraude diaboli peremptos interpretatur per imitationem paternorum errorum, vel aliorum quorumcumque, qui videlicet ratione exempli patres censeri possunt imitantium.

Filii interemptorum qui dicātur

Vers.22.) Ut annuntient in Sion nomen Domini, & laudem ejus in Jerusalem.

Vers.23.) In conveniendo populos in unum, & Reges, ut serviant Domino.

Sensus loci.

PRospectus divinus tàm benignus, ac beneficus, quo exauditi sunt gemitus compeditorum, solutique filii interemptorum, præclarum hunc effectum operatus est, seu illius causæ jam prævitæ, atque propositæ ante Davidis oculos, ut si præsens jam esset, eximius iste effectus prævidetur, aut etiam cernitur, quod in patriam reduces, & in locum sanctum Sion deprædicent, celebrentque nomen sanctum Dei, & laudes in Jerusalem, quando etiam simul convenient illuc exteræ gentes, & earum Reges, ut Deum verum tantorum bonorum, adeoque mirabilium Auctorem, & patratorem religiosè colant; tunc enim maximè docet in tanta, tamq; celebri corona, hymnos laudis, & gratiarum actiones persolvere. Reges ipsos, & Principes locum illum Bsanctum Jerosolymitanum summo honore dignum duxisse, & templum maximis muneribus illustrasse testis historia Machabæorum *t*, & alibi ostendimus. Longè frequentior, & celebrior concursus gentium & Regum, in mysticam Sion, & Jerusalem, quæ est Ecclesia, multoque crebriores, celebriores, excellentiores nominis Dei prædicationis, & laudes, quemadmodum præstantiora, divinioraque, & pluribus magis communia divina beneficia. In ipsomet etiam externo illo loco cœperunt discipuli *loqui variis linguis magnalia Dei u*, ac prædicare, & annuntiare Christum, atq; *remissionem peccatorum per nomen ejus x*, Deinceps propagata cognitio, & laus nominis Dei, & servitus, cultusq; divinus, & *ex multorum personis, ejus, quæ in ipsis erat donationis per multos gratia acta sunt Deo y*, & *ministerium hujus officii abundavit per multas gratiarum actiones in Domino z*: *annuntiata est justitia illius in Ecclesia magna, veritas, salutare, misericordia, non sunt abscondita à concilio multo a, à Solis ortu usque ad occasum, magnum factum* Cest *nomen Dei, Christique in Gentibus, & in omni loco sanctificata, & oblata nomini ejus oblatio munda b*. Reges Magi confestim advolarunt ad adorandum Christum *c*: deinde alii ejusdem ordinis, ac summi Monarchæ adjunxerunt se Ecclesiæ: Apostoli, & eorum successores *Principes sunt super terram d*, regiaque quadam dignitate præditi, maximè summi hierarchæ Senatores, quicumque præterea Christiani *regale Sacerdotium* participant, & sunt aliqua ratione Reges, & sacerdotes *e*: illi peculiari adhuc modo, qui semetipsos benè regunt, & passionibus moderantur. Ab istis, & omnibus exigit Deus beneficia conferens, ut laudent ipsum, & *accipiendo bonum reddant vitulos labiorum f*, ut habentes *labium electum* sive *unum*, *invocent nomen Domini*, & *serviant ei humero uno h*, ut conveniant in unum, idest *in unitatem fidei i*, ac religionis, quod unus designabat, qui post motionem aquæ in piscinam descendens sanabatur *k*, inquit Gregorius, ut sit sub uno pastore *ovile unum l*, quem pastorem, *ut Regem Regum* adoret *m*, ei. Dque serviat, quoniam illi servire regnare est, & ovile illud componatur, ut innuit Cassiodorus, ex regibus cœli, qui sunt Angeli, atq; ex hominibus, qui nunc regnant in terra. In hac terra Sion est, & Jerusalem, quo conveniunt pœnitentes ad *annuntiandum nomen Domini*; & *laudem ejus*, ut Augustinus advertit, quia speculantur procul novissima, & æterna, pacata etiam fruuntur conscientia, & congregantur cum pauperibus & idiotis divites ac sapientes, quemadmodum Christus initio à pastoribus *n*, & Magis adoratus est *o*. Innuit aliam tropologiam de ordine religioso, in quem conveniunt tùm populares, tùm de regio honere, nobilesque ad prædicandum & servandum Deo, tùm speculando in Sion, tùm vacando purificandæ propriæ, alienæque conscientiæ in Jerusalem. Ut autem utrumque fiet, debere solvi à peccatis, quia non decet enarrari Dei laudes à peccatore *p*, nec *speciosa laus est in ore illius q*: Ayguanus *annuntiationem nomine Dei in Sion* assignat Ecclesiæ militanti; triumphantis *laudes in Jerusalem*. Pepinus *r* infert cavendum prædicatori, ne annunciet fabulas, & errores, placentia, quæque aures demulceant, ludicra, quæ risum provocent, & animi levitatem indicent: non item quæ ad commoditatem

Sensus mysticus.

Tropologia

Quinam mysticè dicantur regere.

a *psal.123.7.8*
b *act.115.10*
c *cap 5.18*
d *cap.12.4.*
e *cap.16.23.*
f *Esa.61.1;*
g *Joan 11.44*
h *Matt.16 19 cap.18.18*
i *9. de Rep.*
k *Act.12.6 l cap.36.*
m *in formulis, lib. 5. pag.526. & seq.*
n *lib.1. cap. de custodia reorum.*
o *lib. 11. ep. 40.*
p *1.Reg.26. 16. lib.2.12 q 3.Reg.2.26*
r *vers. 11.*
s *serm. 8.*
t *lib.2.3. 1. & seq.*
u *Act.2.11*
x *c.10.42.43*
y *2.Cor.1.16*
z *cap.2.12.*
a *psal.39.10.11*
b *Malac. 1. 11.*
c *Mat.2.1*
d *psal.44.17*
e *1.Petr.2.9 Apoc 2.6*
f *Osea 14.3*
h *Sopho. 3. 9*
i *Ephes.4.15*
k *Joan. 5.4*
l *cap.10.16*
m *Apoc.19. 16*
n *Luc.2.8. & seq.*
o *Matt.2.*
p *psal.49.16*
q *Eccl.15.9*
r *serm. 89.*

tatem temporalem pertineant, sed *nomen Domini*, & *laudes ejus*, sub quibus reliqua continentur ad honorem Dei, & proximi spectantia salutem, idque utiliter suaviter, severè, ferventer, perseveranter, rationabiliter. Colligi hinc utcumque argumentum potest cum Jansonio, conventum Ecclesiasticum non institutionis tantùm capiendæ, vel dandæ caussa fieri, sed exercendæ quoque religionis, ad quam pertinent inter cetera, psalmodiæ, solemnes preces, liturgia sacra, quod Galli vocant *servitium divinum*. Præterea si de conventu loquamur ad sermonem de Deo, sive conciones, eas non populi dumtaxat frequentare debent, ac populares, & rudes, verum etiam Reges, nobiles, docti, sapientes, ut innuit Hugo: *propterea enim captivus ductus est populus meus*, inquit Deus *a*, *quia non habuit scientiam*, & *nobiles ejus interierunt fame*, nimirum *audiendi verbi Dei b*. Exigit à regibus scriptura, ut *Domino serviant in timore ac tremore c*, quia tales elati potentia, sæpè nec Deum ipsum verentur, non modo hominem non timent *d*. Serviendum Deo esse ab unoquoque demonstrat Pepinus mundè, lætè, erectè, seu recta intentione, ornatè, verecundè, tremebundè.

Conventus Ecclesiasticus non tàntum institutionis dandæ vel capiendæ, sed religionis exercendæ gratia fieri debet.

a Isa. 5. 13
b Amos 8. 11
c Psal. 2. 11
d Luc. 18. 2

Ut annuntient.) Hieron. *ut narretur, vel enarretur*. Alia Latina Psalteria, & Augustinus, Prosper; Cassiodorus, *ut annuntietur*, eodemque pacto Innocentius in Commentario. Euthymius, Nicephorus, Apollinarius, *ut annuntiet*, in singulari. Sic enim ultimus. ἔνομα δ' αὖ Σιὼν πολύλιτον ἐξαναφῆναι.

Nomen dero rursum Sioni vaticinandum annuntiaret; Explicant autem primi duo de Christo, ut sicut se fecisse dixit *e annuntiaret* sive *manifestaret nomen Patris hominibus*, quod scilicet Pater ejus verus Dominus ac Deus esset, ita ut idem Christo, qui exsurgens misereri debebat Sion, & ædificare, & ejus gloria videri, *& respexit in orationem humilium, nec sprevit preces eorum, & prospexit de excelso sancto suo, & de cælo in terram aspexit*, conveniat hæc annuntiatio. Hebræum לספר *lesapper*, & Græcum τοῦ ἀναγγεῖλαι infinitivi modi, omnibus dictis modis commodè reddi potuerunt, & Paraphrastes passivè reddidit למשתעי *lemistabbhe*, *ut annuntietur*. Communis expositio præferenda, qui tribuit annuntiationem istam illis, quorum gemitus dum essent in compedibus, auditi sunt, & qui quum essent filii interemtorum, sunt soluti.

e Jean. 17. 6. 26

In Sion.) Dictum sæpè de hoc monte, ac etymo nominis, ex quo sensus mysticos priùs hic quoque indicatos Enarratores eliciunt.

Nominis Domini distinctio.

Nomen Domini.] Et hæc alibi non semel declarata. Innocentius *nomen Domini* distinguit in essentiale, & personale, præterea quandoque significare potentiam, notitiam, invocationem, honorem, famam, immutabilitatem, cultum, secretum, justitiam, ad hæc meminit de nomine Tetragrammaton, & ineffabili, quod Trinitatis, & Unitatis mysterium significet excellenter, affert & nomina Filii *Jesus Christus*, *Emanuel*, *Oriens*, illa etiam, quæ simul enumerat Esaias *f*: item docet quod Filius ipse est *nomen Domini*: tandem idcircò *nomen Domini Dei nostri nomen admirabile* Davidem cum admiratione affirmavisse *g*. Non laboro quam aptis hæc locis demonstret. Certè nominis, quod Tetragrammaton vocatur, non sunt, quas dicit litteræ. J.E.V.E. non solùm, quia nomen Hebræum est litteræ Latinæ, sed etiam quia nulla de littera H. mentio fit, & Hebraicè ita scribitur, יהוה qua de re aliàs.

f cap. 9. 6.
g Ps. 8. 1.

Jerusalem notio quadruplex.

Et laudem ejus in Jerusalem.) Qui verterunt in priore membro impersonaliter, *annuntietur*, aut *enarretur* reddunt hic, *laus* vel *laudatio*. Innocentius verò repetit sæpè allatam quadruplicem notionem *Jerusalem*, secundùm Theologicos sensus, ut ipse vocat, historicum allegoricum, tropologicum, anagogicum, pro superiore, & inferiore, interiore, & exteriore, ut superior sit in patria, inferior in via (quam dicimus *Ecclesiam*) interior in anima, exterior in Palæstina.

In conveniendo populos in unum.) Hieron. *quum congregari fuerint populi simul*. Appollinarius quem dixi antea de Christo exposuisse, fore *ut annuntiaret in Sion nomen Domini*, &c. hoc etiam loco declarat, fore *ut convocet populos, & regna sibi subjurget*:

ἔφραχεν παντοδαπῶν τολίων ἀπόλαυσιν ἀγείρῃ
αὐτεπάρ' κοιρανίῃσιν ἐὸν ζυγὸν αὐχένα θήσει
Ut variarum civitatum populos excitaret
Iost hac regnis suis jugum cervicem imponet.

A Simplicior, & communior sensus est, quum Reges, ac populi convenerint ad colendum Deum, eique serviendum, tunc fore, ut annuntietur nomen Domini in Sion lausque in Jerusalem. Vel mysticè, fore ut liberati à Christo populi, regesque annuntient, & laudent Christum, nomenque ipsius. Isidorus *h*, ne dicta repetam de sensu mystico, docet hoc testimonio probari pluralitatem Gentium ad Dei cultum adunandam fuisse, & in unum gregem, ut qui diversorum ritu simulacrorum regna multa, populi dicebantur in unam, inquit, conveniendo fidem, unus Dei populus, unumque regnum vocetur. Similis autem phrasis occurrit jam in alio psalmo *i*, *in convertendo inimicum retrorsum*, idest; quum conversus fuerit, & in alio *k*, *In convertendo Dominus captivitatem Sion* idest, quum convertit.

Sensus cōmunior, & mysticus.

h *de vocat. Gentium, cap.* 1
i *Ps.* 9 4
k *Ps.* 125. 1

Et Reges.) Hier. aliaque Psalteria Latina, & Patres, qui eorum sequi solent versionem, quosque citare soleo, *regna*, prout est Hebraicè ממלכות *mamlachoth*. Sed LXX. concretum clariùs reddiderunt pro abstractio, nempè βασιλεῖς, & noster interpres *Reges*. Quamvis ex Græcis Apollinarius ut antea retuli, nomine etiam abstracto κοιρανίῃ sit usus. *Regna* comprehendunt cum Regibus populos, qui proximè nominati sunt, & populi sine Regibus, sive principibus esse non solent. Quo pacto synonymum esset hoc membrum præcedenti. Qui verò *Reges* dicantur juxta mysticum sensum, ex prius dictis repete.

B

Ut serviant Domino.) Nulla magis propriè convenit, ut Deo serviat, quam regibus, & potestate, ac dignitate pollentibus, quia proximi sunt Deo, sub Deo, & maximè pendent ab ipso. Hinc est quod noster David tam exaggeratè in psalmo *l* appellat se bis *Dei servum*, *& ancillæ* quoque *illius filium*, idest, non voluntate tantùm, vel adoptione sed etiam servum natura. Maria quoque renuntiata mater Dei, cognominat se *ancillam m*, Denique gloriosissimus titulus δοῦλος, *servi Dei*, quia huic servire regnare est. Magnus rex, cui multi subsunt Reges, ut Adonibezec, sub cujus *mensa ciborum reliquias colligebant septuaginta reges amputatis manibus, ac pedum summitatibus n*. Josephus *o* addit duos C alios reges, supra septuaginta. Talis præterea Nabuchodonosor, ut est in libro Judith *p*, vocaturq; Babylon *domina regnorum q*, omitto enim profanas historias, sed absolutè *magnus Dominus r*, quia *Rex magnus super omnem terram s*, *& Deus t*, & *excelsus præ regibus terræ u*, *rex regum; dominusque dominantium x*, *cujus regnum omnibus dominatur y*: *per quem reges regnant z*, *qui solus est Deus omnium regnorum terræ a*: *cui gens & regnum, quod non servierit, peribit b*: *transfert regna & constituit c*: dat *d*, qui dicitur in terra, *rex regum, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam e*: *cujus regnum*, fatente etiam illo, qui dicebatur (rex regum) *est sempiternum f* ac *dominatur in regno hominum, & cuicumque voluerint, dabit illud, & humillimum hominum constituit super eum g*.

Regibus & potentibus maximè convenit Deo servire.

l *Ps.* 115. 16 *sec. Hebr.*
m *Luc.* 1. 38
n *Judic.* 1. 9
o *lib.* 2. c. 5 pc. 3. 1°
q *Esa.* 47. 8
r *Ps.* 47. 2.
s *Ps.* 46 3
t *Ps.* 64. 1
u *Ps.* 88. 28
x *Apoc.* 19. 16
y *Ps.* 102. 19
z Prov. 8. 15
a Esa. 37. 16
b c. 60. 12
c *Dan.* 2. 21
d *vers.* 37.
e c. 3. 100
f c. 4 et 9. 22. c. 5. 31.

Vers. 24.) Respondit ei in via virtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi

D *Vers.* 25.) Ne revoces me in dimidio dierum meorum, in generationem, & generationem anni tui,

Sensus loci.

QUum feciſſe Propheta mentionem de futura populi captivi liberatione, ac reditu in patriam, ubi ſumma celebritate, atq; concurſu exterarum quoq; Gentium coleretur, ac laudaretur Deus, exponit quam populus idem pius, ſeu unus de numero illius, deſiderio teneretur patriam illam ſuam reviſendi, potiſſimùm verò, ut religioſius, ac liberius Deum colere, ac laudare concederetur. Inducit autem ſic agentem cum Deo, & loquentem tùm omni conatu ſuo, tùm quando veluti Deum ipſum videbat in viam ſe dediſſe, & exſurrexiſſe ad miſerendum Sion, atq; ad liberandum populum ſuum. Indica quæſo quot adhuc ſuperſunt dies (quos equidem paucos æſtimo de æternitate tua comparatos, nimis multos præ magnitudine pii deſiderii) quibus cogar hìc in ærumnis iſtis vivere, ſciam, obſecro, ex te, reverane pauci ſint iſti dies, ut mihi videor intelligere ex ſervorum tuorum Propheterum prædictionibus. Opto ne immatura me morte hinc ſub lucas, ac in medio ipſo vitæ meæ tempore,

cur-

cursuq; migrare in aliã jubeas, sed vivere tãdiu sinas, quo ad cernere possim promissam, nec ita multo post, ut credo, secuturam liberationem nostram, sanctæque civitatis templi, religionis instaurationem. Tibi æterno ac ipsum per omnes retro & consequentes generationes infinita tua, & indivisibili existentia extendenti, nihil faciliùs quam ævi nostri spatium, & justum vitæ nostræ quantulumcumque terminum illata nobis morte non præveni. te. Video, ut prædixi *a*, *dies nostros sicut umbram declinare*, *& meipsum sicut fœnum arescere*; atque *sicut fumum deficere b*: nec dubito tempus *jam venisse*, seu ingruere, *miserendi Sion c*, ingeneralti quoque nobis solito magis patriæ desiderium, & ruinarum illius rebarandarum *d*: nollem prius quam hoc toties, ac tam ardenter concupitum adveniat, mori. Vera hæc etiam possumus interpretari Messiæ adventum exigentium; tropologicè præterea, allegoricè, & anagogicè aliis modis, quos melius in particulari membrorum, & vocabulorum enucleatione percipiemus.

a *vers.* 12.
b *vers.* 4.
c *vers.* 14.
d *vers.* 16.

Respondit ei in via virtutis suæ.) Cassiodor. præponit (&) Hieron. absque primo pronomine, & cum alio primæ personæ; *afflixit in via fortitudinem meam*; quo pacto prior Symmachus ἐκάκωσεν ἐν ὁκῷ τὸν ἰχύν μοῦ, ideſt Deus in medio cursu, sive studio, dum avidi, & anhelantes expectamus liberationem captivitatis, vel adventum Messiæ promissum, vires, & robur animi quodammodo conterit dum adeò differtur in longum, nec apparet quod speramus. Addunt quidem queri captivos juxta translationem illam, quod Deus per duros dominos imperantes pedestria itinera, affligebat, & imminuebat corporum vires, & vitæ dies, de quibus membro sequenti. Cajetanus quod Christus ipse affli. xit suos, & breviavit dies, minuendo robur naturale, & sinendo à tyrannis occidi. Hebræa sunt בחרך כחי עגה *bhinnah vaderech chochi*. Primum verbum redditur etiam in editione nostra per verbum *humiliandi e*, aut *affligendi f*. Aliquando tamen etiam, licèt raro, per verbum *respondendi g*, quod potius in Kal significat ענה *bhanah*. Ergo LXX. vel in ista legerunt conjugatione, vel in alie secundùm eamdem notionem *respondendi*. Ceterum respondisse populum, seu quempiam de populo docuimus, *Deum* alloquendo. Nam sæpè *respondere* idem est, quod simpliciter loqui, quamvis prioris nulla præcesserit oratio, aut interrogatio, cui satisfiat. Id alias *h* monui, & notat Euthymius hoc loco, atq; Valentia. Nec incommodè dici posset, unumquempiam ex iis, quos antea *i* dicebat David, fore, *ut annuntiarent in Sion nomen Domini, & laudem ejus in Jerusalem*; hic ab eodem David afferri, dixisse, quod respondit Deus pauperi anxio, coram illo effundendi precem suam, ut erat in titulo, exaudiendo clamantem; quod est re ipsa, & facto respondere, non voce, ac verbo. Sic præter profanos, etiam Scriptura usurpat *respondendi* verbum, *respondebit mihi cras justitia mea k*, & *respondebit arrogantia Israel in facie ejus l*. Quod pacto sequentia verba, *paucitatem dierum meorum*, &c. non essent referenda ad verbum *respondit*. Quod attinet ad alias voces, *in via virtutis suæ*, legendo, non כחי *chochi*, sed בחי *chocho*, quæ non *moralis virtus* est, sed *vis, robur, potentia*, sicut ἰσχύς, pro qua in Psalterio vetere, apudque Augustinum, & Prosperum est *fortitudo*: *populum Deo respondere in illa*, est orare pro modulo virium suarum, quantò maximo possit conatu, contentione, studio, alacritate, quantum, & quamdiu suppetant vires: vel etiam quum jam tenderet, ac rediret in patriam alacriter, totisque viribus, orationem proferendo quæ sequitur, *paucitatem dierum meorum*, &c. Si *Deum respondisse* interpretemur *in via virtutis suæ*, id feciſse intelligemus, quoniam juxta potentiæ suæ facultatem, quæ infinita est, potenter, ac efficaciter populi voto, & orationi satisfecit, quando virtus ac potentia Dei videbatur jam in via esse, ac procedere, aut populum liberatum in viam misisse versus patriam, seu missurus jam jam. Multorum tropologia ferri potest, de illo, qui in ipsa via, & progressione strenua, ut compensat præteritam minus rectè transactam vitam, vel ut augeat meritorum cumulum, cupit scire, quantum supersit ad vivendum temporis, & hoc etiam tempus prorogari. Hac ipsa de re in alio psalmo *m* egimus, ubi Davidi ipse precabatur, *notum sibi fieri finem suum, & numerum dierum suorum* ut sciret quid de esset sibi. In alio *n* rursum interrogabat, *quod sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me judicium?*

e *Thren.* 3. 33. *Psal.* 118. 75. *Psal.* 89. 15 *Isa.* 34. 13. *psal.* 104. 18. *& alibi.*
f *Nah.* 1. 12. *Gen.* 15. 13. *Levit* 16. 31. *Sopho.* 3. 19. *Num.* 30. 14. *& alibi.*
Respondēdi verbum quomodo usurpatur.
g *Psal.* 87. 1.
h *Act.* 3. 12.
i *vers.* 20.
k *Gen.* 30. 33
l *Ose* 4. 5. 5.
Tropologiæ variæ.
m *Psal* 38. 4.
n *psal.* 118. 84.

Ex Græcis quoque Didymus accepit hoc loco τὴν κατ' ἀρετὴν ὁδὸν τῶν πρᾶξεων, *viam actionem secundùm virtutem*, in qua quis respondeat, non φωνῇ καὶ προφορᾷ, *voce, & prolatione*, sed ἐν ὁδῷ ἰσχυος αυτῦ ἰσχυρῶς μετ' ευτονίας, *in via virtutis suæ fortiter & cum intensione*, seu *contentione*. Nimirum ἰσχύν, & *robur* applicat ad virtutis moralis tenorem, & conatum strenuum. Augustinus, Prosper, & alii explanant, quod Sion, & Jerusalem, ideſt Ecclesia, & quivis ad eam pertinens, respondet Deo credendo, obediendo, in præceptis ambulando, *in via fortitudinis suæ*, hoc est, ipsius Dei, à quo est, ut perseveretur inter omnes illecebras, & labores. Augustait quod laus Dei respondet ei, quando ei gratias agunt vocati ab illo, & sic vivunt, ut ille laudetur de ipsis, & per ipsos: præterea Jerusalem, quia non contempsit vocantem, sed respondit in via fortitudinis Christi, quia via est *o*, resurgendoque fortis apparuit, utpote qui *mortuus ex infirmitate, revixit ex virtute p*: & tunc vocavit Ecclesiam de toto Orbe terrarum, jam non infirmus in Cruce, sed fortiùs in cœlo, non enim laus fidei Christianorum est, quia credunt in mortuum Christum, quod & Paganus credit, criminique objicit nobis, quoniam credimus; sed quia credunt resurrexisse, & sperant se resurrecturos per Christum, postremò modum, quo respondetur Deo, esse, *in conveniendo populos in unum*, ut ante dictum est, & *regna*, seu *Reges*, *ut serviant Domino* in unitate, quia & ille unus est, & Ecclesia unitas. Responsionem quoque istam Gregorius operis esse vult, ut fructus respondeant semini vel centesimus, vel sexagesimus, vel trigesimus *q*, & in via virtutis Christi, quatenus resuscitatio convivificamur, illum per novitatem vitæ induendo. Idem, & Bruno Carthusianus, & Innocentius docent, Jerusalem hoc est, Ecclesiam, in via virtutis suæ, ideſt, in illis, qui jam sunt viam suæ virtutis, & perfectionis aggressi præsertim imitando constantiam passionis Christi, respondere, sed petere, ut indicetur sibi, utrum paucis diebus deheat in hoc peregrinationis exilio permanere quoniam ad regnum illius desideret pervenire, usurpando illud, *adveniat regnum tuum r*. Cassiodorus notat duobus hic verbis benè exprimi, quid sit Religio Christiana nempè *via virtutis* quam in doloribus gradimur in tribulationibus commeamus: hæc omnia in Christi nomine cum spe maxima sustinendo. Lyranus putans describi deinceps fidelium tribulationem tempore Antichristi, quæ erit acerbissima, quamvis brevis in tempore, hanc ipsam brevitatem peti vult in persona Ecclesiæ tunc tribulandæ, loquendo de futuro per modum præteriti: *viam* verò *virtutis*, in qua id petitura sit, explicat de patientiæ virtute, quæ tunc erit maximè necessaria. Nec displicet Ayguano, Pepino *s*, Dionysio Rickelio iste sensus. Valentia explanat respondisse Christum desiderãti adventum ipsius *in via virtutis suæ*, quia sicut promisit venit in lege Evangel. & in tempore Incarnationis, postea Davidem promere desiderium suum, ut si fieri posset, liceret ei cernere Christum. Addit Ecclesiæ in magnis persecutionibus oranti, ut permitteret eam crescere, nec in medio veluti cursu pateretur interire; respondisse Christum hoc est, satisfeciſse, quando Constantini tempore liberata est; ille verò, & deinceps alii Reges ac Imperatores quum tot populis, convenerũt in unitatem Ecclesiæ, Christoq; servierunt. Pepinus *t* accipit hoc de pœnitente, qui quodammodo respondeat intus interroganti Deo, quandiu se victurum putet, qui tamdiu differat *pœnitentiæ dignos fructus u*, totieſque in eadem relabatur peccata, omninò se credere brevi moriturum, optare nosse, num *paucitas dierum suorum finietur brevi*, *ut plangat dolorem suum, antequam vadat x*. Priori id Hugo de pœnitentia, quæ sit via virtutis, dixerat, *via trium dierum in desertoy*: qui benè respondet Deo in hac via in judicio benè responsurum; quum cogitat paucos superesse dies vitæ, studere ut satisfaciat, & cursum consummet. Id Hugo respondentem facit Patri Christum ad possionem mittenti in via virtutis suæ, quæ erat humilitas illi maximè propria, & oranti, ut sineret diutiùs vivere, & ut *si possibile esset*, *transiret ab eo calix z*: si tamen vellet ut moreretur, ne revocaret à morte, sed per illam perduceret ad æternam, constantem annis durantibus in generationem, & generationem. Qui dicitur Hieronymus, Christum respondisse dicit, *in die virtutis suæ*, quum ad passionem accedens, annuntiavit civitati Jerusalem, quod ab inimicis esset circumdanda *a*, &c.

o *Joan.* 14. 6
p *2. Cor.* 13. 4
In quo sit laus fidei Christianorum.
q *Matt.* 13. 23.
r *Mat.* 6. 10.
Quid sit Christiana Religio.
s *Serm.* 112.
t *supra.*
u *Matt.* 3. 8.
x *Job* 10. 21.
y *Exod.* 5. 3.
z *Matt.* 26. 29.
a *Luc.* 9. 43.

Posset

Posset præterea, si conferatur; *via virtutis* cum *die virtutis*, de qua scribitur in alio psalmo *a*, & referatur ad Christum, dici quod respondit votis cupientium, & diligentium adventum ejus in via, seu ratione, modoq; quo declaravit virtutem suam, nempè in incarnatione, resurrectione, judicio generali: & accipiendo moralem virturem, tùm in omni vita, tùm in passione, & morte.

Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.) Priùs monui Hier. & alios ex Hebræo vertere, *abbreviavit dies meos*: sic autem legitur, קצר ימי *Kittsar jamai*, & pro sequentibus duobus reddunt, *dicam Deus meus*; facto novo principio, אמר אלי *omar eli*. Nostri LXX. & Latinus Interpres legerunt non verbum קצר *kittsar*, sed nomen קצר, quod valet *brevitatem, paucitatem, exiguitatem*, quo nomine utitur vetus Psalterium, Augustinus, Prosper: præter אמר *emor* in imperativo, *dic, nuntia, enuntia*, ut habet Psalterium Romanum, & Cassiodorus: Augustinus, Prosper, Psalterium vetus, *annuntia*: text. autem Innocentii, *enumera*. Deniq; אלי *elai*, aut אלי *eli*, *ad me*, seu *mihi*. Docui quoque antea videri communiorem, & meliorem expositionem ut ista, & sequentia verba sint ejus, qui respondisse dicebatur in præcedente membro; non verò ut Deus responderit, & nunc alius petitionem istam instituerit. Tandem dixi me alibi dixisse de paucitate dierum nostrorum, & quo pacto velle licet habere notitiam de vitæ suæ, vel mundi exitu. Disputat hic quæstionem istam Pepinus *b*: præterea utrum præstet diu, an parum vivere: cur nunc brevior sit vita, quam sæculis prioribus, de ultima verò satis accuratè allatis sex rationibus, ex formatione primorum parentum immediatè à Deo, ex majore sobrietate; ex meliore ciborum qualitate; ex scientia, & experimento rerum salubrium; ex benignioribus astrorum aspectibus; ex peculiari providentia Dei. Attingit & causam incontinentiæ quæ nunc major exstitit. Adolescentibus vitam vis adimit, ut Cicero *c* scribit; senibus maturitas, quum non cadit ante diem *d*. Quum sit ars omnis longa, præcipuè tractandi divinas litteras, quarum puteus altus, vita brevis, cavendum ne inutiliter conteram, repetendo, Athanasius *e* hinc duo colligit, cuiq; mortalium demensum suum esse tempus, non fortuito casu, ut Ethnicorum nonnulli fabulantur, sed prout ipse conditor Pater definivit: præterea, istam definitionem nobis ignotam esse, non enim, ait, id sciebat Propheta, quod discere volebat. Movet idem Auctor, aut alius, inter quæstiones ad Antiochum *f*, istam, sitne vitæ nostræ certus terminus. Respondet esse certum, juxta consilium, & voluntatem Dei, qui, cui vult, addit, vel eripit, omnia faciens πρὸς τὸ ἐκάστου συμφέρον, *ad cujusque utilitatem*, quamvis, quia ignoramus, videatur aliquando imminui, vel protrahi. *Constituisti terminos ejus*, inquit definitori Deo Job, *g qui præteriri non poterunt*. Qui brevitatem vitæ attendit, respondere nititur Deo, *in via virtutis*, hoc est, virtuti, quantum valet, studendo, & quemlibet laborem brevem, ac tolerabilem existimando, quum *annos æternos in mente habet*, *dieſque cogitat antiquos* h, & *longitudinem dierum in dextra i* perpetuæ vitæ. Insultans tyranno, ac semetipsum urgens ad tolerantiam unus de Machabæis dicebat, k *Fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æterna vita effecti sunt; tu verò judicio Dei justas superbiæ tuæ pœnas exolves*.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum.) In Romano Psalterio, & in textu Innocentii additur initio, & Hier. *ne rapias me*. Alii, *ne succidas, tollas, ne eleves, ne facias ascendere, ne deſtruas me*. Vetus Psalterium, Prosper, Augustinus *in dimidium*. Ambrosius *l*, *ne deducas me in dimidium*. Quasi petat ad dimidium non pervenire. Hieron. *m*, *ne auferas me*, &c. & addit tamquam ex textu, *priusquam abeam, & non subsistam*, quæ sunt in fine psalmi 38. Chaldaicè, *ne tollas me de mundo isto*. Hebræum verbum cum affixo תעלני *thahhaleni*, propriè significat, *ne ascendere facias me*: præterea quod propositio convenit, *ne extrahas, & subducas è conspectu*. Quod enim ascendit, removetur ab oculis, de medio tollitur, videtur perire. In quo sensu declarant aliqui locum Job *n*, *ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis*: ubi est עלות *hhaloth*, & ἀναβῆναι, idest, *ne efficiaris dux latronum in nocte*, & sic *populi ascendant*, hoc est, abeant, ne excidantur *pro eis*, seu *prose*, idest, ne pereant illi à robustis oppressi. Putat Agellius in Græco A verbo ἀναθρώσκειν latere translationem à piscibus, qui hamo ex aqua extrahuntur, tolluntur que; quæ translatio exprimatur in Ecclesiaste *o*, & in Ezechiele *p*. In posteriore loco sunt eadem verba, Hebræum, & Græcum, Latinum verò *extrahendi*. Hier. *q* declarat petere Davidem, ne eo tempore faciat eum Deus mori, quando adhuc putabat se victurum, ut possit peccata corrigere pœnitentia. Cajetanus explanat de affectu naturali Martyrum erga vitam, secundùm quem petiit quoque Christus *transire à se calicem r*, & quia *nollemus expoliari, sed supervestiri s*, qui affectus Dei subornatus voluntati, non tollit, aut minuit, sed potiùs auget meritum. Ezechias dierum suorum etiam dimidium vocat, quum deprecatur mortem *t*. Mysticè Gregorius, & Innocentius imperfectionem vitæ interpretantur, in qua revocari nolit fidelis, ne si in die exitus sui transitoriæ adhuc vitæ amore occupatus fuerit, & vitam vixisse deprehendatur, quam in carnalibus desideriis consueverunt adolescentes, vel juvenes exercere, quæ sunt ætates mediæ ad illam æternitatis vitam transire minus possit: nos in hac vita dimidium tantùm dierum accipere, ob vicissitudinem noctium cum diebus. Pleni dierum viri sancti moriuntur, ut indicant de hoc loco nostro Athanasius *u*, & Cyrillus Alexandrinus *x*; quamvis rapiantur interdum *consummati in brevi*, ne malitia mutet intellectum, *explendo tamen tempora multa y*, atque *longitudine dierum sic à Deo repleti z*, quum injusti *moriantur in tempore non suo a*, quodvis illud tandem sit. Non est indemne, ait Cyrillus, religiosis animis, antequam præcipuè disciplina vivendi confirmetur, naturæ concedere. Cederet id etiam, inquit, in aliorum detrimentum. Idcircò Christum dixisse Patri, non orare se, ut *discipulos tolleret de mundo, sed ut servaret à malo b*, reddendo superiores contra impetum tentationum. Eodem spectat quod Ambrosius *c* ait, ubi Christus est, ibi fidem clariorem esse; ubi Antichristus, ibi dies dimidios; & qui Latinè *longævus* vocatur in Exodo *d*, dici Græcè πολυήμερος, *multorum dierum*, ob longævitatem vitæ æternæ, & lucem dierum beatorum, vel in hac vita dierum fidei, ut idcircò peteret David non *deduci in dimidio dierum*, ideſt, in judaicam cæcitatem. Rursus post Augustinum, quem & alii sequuntur, innui vult idem Gregorius orationem Ecclesiæ pro se, ut perseveret, quumque illa sit Christus *usque ad consummationem sæculi e*, contra Donatistas, qui negabant Ecclesiam esse generalem, sed tempore Donati consummatam esse. Aliter adhuc Innocentius, dies illos nostros exponens esse, quibus benè vivimus, & vitam æternam meremur, alienos, quibus opera diaboli exercemus, ait, quamvis optet Ecclesia, & quilibet justus dierum paucitatem temporalium, tamen nolle in dimidio spiritualium revocari, ne ipsi minuantur, ne diminuto merito, diminuatur & præmium; sed ad annos æternos beatæ felicitatis, qui planè sunt proprii Dei, transeat. Vitæ longioris hujusmodi desiderium honestum, cujusmodi in veterano fuit Simeone, qui *responsum acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini f*. *Non moriar, sed vivam & narrabo opera Domini*, dixit noster etiam Vates *g*, & alius quamvis profanus in eo carmine, quod ad Christum D quidem *h* retulerunt, ita cecinit,

i O mihi tam longa maneat pars ultima vitæ
Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta.

Periculosa in juventute mors, in cujus ferè diebus pauci sunt, qui memores sint Creatoris sui *k*: periculosius *mori in tempore non suo l*, quale illud sit; repeti ab imparato animam *m*; *quasi evulsa arboris auferri vitæ spem n*: Cui mori non contingit in inexpertè vitiorum ætate vivere autem in media vitiis operam dante, optabilior ætas matura, quando ipsa nos vitia deserunt, & jam à tam atroci tyranno liberat *o*, quadam veluti naturæ necessitate, cui Dei gratia opitulatur, convertimur ad studia virtutis. *Si dies annorum nostrorum septuaginta annis*, dimidium erunt triginta quinque, in qua fortè ætate moriturus Ezechias, & appellans *dimidium dierum suorum*, censebat mortem amarissimam esse *q*, & ut molestior foret, eam Christus in illa ferè ætate subire voluit, *ut quein medio annorum vivificaret opus r* redemtionis nostræ; quando etiamsi crudelis videri possit contra seipsum, in illo ætatis flore moriens, & iratus sibiipsi, tamen tunc præsertim suæ recordaturus

miseæ

a *Psal.* 109. 3.

b *Serm.* 111. Cur nunc brevior sit vita, quam sæculis prioribus.

c *de Senect.* & *Tusc. q.*

d *Exod.* 20. 12.

e *Athanas. de fuga sua.* Unicuique mortalium dimensum est tempus suum, prout ipse conditor definivit.

f *Q.* 112.

g *Job* 14. 5.

h *Psal.* 76. 6. i *Prov.* 3. 16.

k *2. Machab.* 7. 36.

l *In Psal.* 93.

m *Epist.* 129.

n *Psal.* 36. 20.

o *cap.* 9. 12.

p *cap.* 32. 3.

q *epist.* 139.

r *Mat.* 26. & 2. *Cor.* 5. 4.

s *Esa.* 38. 10. Interpretationes mysticæ.

u *Apologet. de fuga.*

x 11. *in Joan. cap.* 23.

y *Sap.* 4. 13.

z *Psal.* 90. *ult.*

a *Eccl.* 7. 18.

b *Joan.* 17. 15

c *in Psal.* 43.

d *cap.* 20. 12

e *Mat.* 28. *ult.*

§ Vitæ longioris desiderium honestum.

f *Luc.* 2. 26.

g *Psal.* 117. 17.

h *Constantinus in Oratione ad Sanctorum cœtum apud Eusebium in vita.* Lactan. *lib.* 5. *c.* 7. Mors in juventute periculosa, & quare.

i *Virg. Ecl.* 4

k *Eccl.* 12. 1.

l *cap.* 7. 18.

m *Luc.* 12. 20

n *Job.* 19. 10

o *Sophocl. apud Cicer. de sen. ect. pp.* 89. 10.

q *Esa.* 38. 19

r *Abac.* 1. 2.

misericordiæ sit. Conceptus primis & postremis mensi- A bus periculosiores: fructus etiam quum primum existunt & maturuerunt, obnoxii pluribus injuriis: medium utrisque tempus magis remotum à damno. Propterea in omni quidem decursu ætatis jam inde quum primum illuxit ratio, danda virtuti opera. Si quis id minus præstitit, caveat firmiori ætati, ne in malo confirmatum revocet tunc Deus, & funere mergat acerbo, quum acerbi adhuc operum fructus sunt, indigni qui in cœlestem mensam inferantur, quosque, qui *tepidum ex ore evomit* Deus *a*, nec ad os admovere dignetur. Attamen prudens ac bonus agricola Deus uvam exscindit agrestem, quam putrefactum iri cognoscit, arborem amputat, quæ *terram occupat b*, arefacit, in qua non reperit fructus *c*. Orandus, *ut stercora mittat d*, fructificandi vim communicet, ad maturitatem perducant.

a Apoc. 3. 16

b Luc. 13. 8.
c Mat. 21. 19
d Luc. 13. 8

In generationem, & generationem anni tui.) Hieron. & Psalterium vetus, atque August. *in generatione generationum*, quod valet דור דורים *bedor dorim*. Eodem modo Græcè ἐν γενεᾷ γενεῶν. Chald. pluraliter', *in generationes generationum*. In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, ac Innocentium, *in sæculum sæculi*, apud Arnobium, *in sæcula sæculorum*. De ipsa phrasi dictum sæpè, & quod propria sit Deo æternitas, quidquid sit an eam alteri communicare potuerit, de qua re adhuc nonnihil paulò post. Eleganter expendit August. quæ sit *generatio generationum*, ideſt, collectio Sanctorum omnium. Simili Job *e* utens argumento dicebat, *numquid sicut dies hominis* (אנוש *enos calamitosi, infirmi, ægritudinis deplorata*) *dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora* (*anni tui* גבר *ghaver*, ἀνδρὸς *viri*, nempè fortis, potentis, robusti.) *ut quaras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris?* ideſt, non eges ad cognoscendum de causa mea, temporis diuturnitate, quemadmodum hominibus ad acquirendam cujusvis rei notitiam opus est mora; quoties etiam libuerit, vindicare poteris, ut non sit observanda tibi certa temporis opportunitas, cavendumque ne elabatur. Chrysostomus exponit de annis, quos in carne Christus transegit, quod perfectam, ac modis omnibus absolutam vitæ laudem habeant, & ita dixisse Paulum *f*, *donec occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, quum illos exprimere cuperet, qui statum omnibus numeris perfectum, & absolutum acceperunt, nimirum etiam in hac vita, quoad licet. Innocentii expositio singularis, nec adeo probabilis est, ut intelligatur verbis istis Dominus respondere, ac si diceret manifestiùs: *Tu petis ne revocem te in dimidio dierum tuorum, & ego tibi respondeo, quod erunt in sæculum sæculi anni tui*. Tum subdat Propheta, confirmans verè annos Domini esse in sæculum sæculi, quum sit æternus, omnem naturam præcedens utpote qui, quod sequentibus versibus habetur terram initio fundaverit, & opera manuum ipsius sint cœli. Postremò quod nobis dies, anni tribuuntur Deo hìc, atque citato Jobi loco, demonstrat illius æternitatem, nostram verò mortalitatem, vitæque brevitatem. Præterea, quod pœnitentiæ breve spatium est, æternum gloriæ. Sed nec anni tribuuntur Deo, quasi distincti conveniant ei, quum sit æternitas indivisibilis; sed, ut notat Doctor Angelicus *g*, pluraliter æternitas aliquando significatur vel secundum quod principatur in diversis, quo pacto Daniel *h* vocat *perpetuas æternitates*; vel ratione mensuræ inferioris, quæ sub illa continetur, ut *plurimi anni*. Isidorus *i* quoque inter vocabula ex usu nostro ad Deum translata ponit, quod hìc de illo dicitur, *anni tui non deficient*. Pepinus *k* applicat sententiam totam ad Christum orantem in horto; ad Patres ante Christi adventum; ad tentatos pœnitentes; ad obstinatos peccatores; ad senes pios; ad religiosos; ad comprehensores veros. Tertio modo vult dirigi à pœnitentibus orationem ad diabolum, quasi insultando, ne ad pristinam revocet malitiam à clara luce melioris vitæ, atq; priusquam de quibus peccatis conterantur, confiteantur de iisdem, ac pro illis satisfaciant, & exprobrando quod in generationem, & generationem sint anni damnationis ipsius.

e cap. 10. 5

f Ephes. 4. 13

Innocentii expositio minus probabilis.

g 1. d. 19. q. 2. a. 2. ad 2.

h cap. 12. 3.

i 7. etymol. cap. 1.

k serm. 52.

Vers. 26.] Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Vers. 27.) Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.

Vers. 28.) Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Differentiam inter dies humanæ vitæ seu breve spatium illius, & annos Dei, qui se per omnes generationes protendunt, suntque æternitas ipsa interminabilis, probat, quia Deus terram, & cœlos ante certum quoddam tempus condidit omnipotentia sua, ante quod tempus omninò non erant. Et quamvis per- B diu jam steterint, stabuntque adhuc fortassis longo tempore, aliquando tamen tandem ab eo statu, & qualitate, in qua facta sunt, atque perseverant, immutabuntur, atque certam quamdam interitus rationem patientur: ceteræ intra illorum ambitum conclusæ res inferiores verum interitum. At Deus idem semper qui fuit ab æterno permanet, permanebitque. Rursus, quoniam terra, & cœli veterascent ad modum vestimenti, quod usu deteritur, & ut diutiùs eodem uti liceat, resarciri, ac renovari debet, quasi & illis corporibus renovatio adhibenda sit, atque mutatio in melius à Deo, tanta & majore facilitate, quam perito sartori facilè est vestem reficere, resuere, eique necessaria vel ornamenta assuere, invertere, ac revolvere faciem exteriorem, ut interior minus detrita appareat. Denique ipsissimus semper est Deus, immutabilis, invariabilis, annis, ævoque numquam senescens, numquam deficiens. Solatur seipsum populus captivus hac ratione, quod qui liberationem promisit Deus, omnipotens sit, & constans, ut nec ulla vi prohiberi queat, quin promissum compleat, nec vereri quis debeat, ne nolit, mutata sententia, consiliove, quod C promisit implere. Mysticos sensus non adeo celebres rejiciam in explanationem verbalem, & quæstionem de terræ atque cœlorum interitu, qua ratione sumere oporteat. Illud majoris momenti, quod licèt absolutè de Deo hìc agi videatur, & ita sentiant Justinus *l*, & Isidorus *m*, personas ipsas Trinitatis distinctè numerantes; tamen Paulus hunc locum totum usurpat de Christo. Chrysostomus, Theodoretus, Basilius monent hoc loco attribuisse Filio, nihilominus in Filio reos perspicere Patrem, quia quæ ille facit, hæc & Filius similiter facit, atq; eadem in utroq; natura agnoscitur. Præterea *n* quod hìc de Patre dicitur, ait idem Chrys. Apostolum de Filio attestari; numquam verò id asserturum fuisse nisi conditorem ipsum, non ministrum opinaretur. Athanas. *o* quoq; objicienti hæc ad Patrem referri, respondet non incongruum esse de Filio etiam prædicari: credendum verò magis Sanctis, & Domino ipsi, quam pravæ impiorum menti: Apostolum verò ipsum postea nominatum exprimit. Cyrillus Alexandrinus *p*, Theophylactus *q*, qui D probat etiam de Filio, non de Patre sermonem esse tùm Pauli auctoritate, tùm quia Filius est, qui terram hanc aspexit per incarnationem, item Cyrillus Jerosolymitanus *r*. Ut magna sit impudentia Franciscus David Trinitarii *s*, negantis de Filio, sed de Patre Paulum citare hunc locum. Ribera noster *t* docet psalmum totum illi convenire, & Apostolum ex istis, quæ citat, probare eum qui exsurrecturus erat, ut misereretur Sion, illum ipsum esse, qui cœlum, & terram creavit, & consequenter omnia, quæ istis continentur: præterea eumdem esse: qui cœlos renovabit, *& omnem creaturam liberabit à servitute corruptionis u*, & illos, qui pro ipso tolerando constantes in fide charitateq; fuerint, *in filiorum Dei libertatem* asseret *x*, atq; qui idem semper est, nec ejus anni deficiunt non temporariam reddet sibi servientibus, ut mortales faciunt reges, sed perpetuam felicitatem. Certè si de Christo mysticus sensus est, magnam habet auctoritatem ex Pauli interpretatione; qua etiam usus non esset, disputans cum Hebræis, nisi receptum apud illos eum sensum sciviſſet. Cajetanus in commentario hujusce psalmi docet hìc describi statum Christianum, quoad professionem fidei in præcipuo articulo, scilicet divinitatis Messiæ primo, ab æternitate, in ultimis verbis præcedentis versus; secundo, à creatione mundi, quam significat *funda-*

Sensus loci.

l in expos. symb. dei.
m 7. etymol. c. 1.

n hom. 4. in Joannem & hom. 2. in ep. ad Hebr.
o disput. 2. contra Aria. & epist. ad Serapio.
p 8. Thesaur. c. 8. & de recta fide ad Theodos. & lib. 1. in Joan. c. 1. & 21. c. 64.
q in Joa. c. 1.
r Catech. 5.
s disp. Alban. 3.
t in epist. ad Hebr. cap. 1. n. 87. & seq.

u Rom. 8. 2.
x ibid.

Sensus mysticus.

fundatio terræ, & quod *cœli* vocantur *opera manuum ejus*: certio, ab immutabilitate, quæ declaratur per *negationem mutationum*, quæ reperiuntur in universo corporeo, substantialis in cœlis inferioribus, qui corrumpuntur modo secundum unam partem, modo secundum aliam, quum Christus permaneat: alternativæ ab intrinseco, quum dicitur; & *omnes sicut vestimentum veterascent*, quum anni Christi non deficiant: augmentativæ, & decretivę, ut sub præcedente continentur, sine qua esse non possunt: localis, qua sola mutamus vestimenta ad nutum: nulla mutatione, secundum qualitatem, quantitatem, aut substantiam interveniente; quæ mutatio communis est etiam superioribus cœlis, quum Christus idem ipse sit. Observat prætérea, quando de aliis mutationibus fuit termo, nullum Auctorem fuisse nominatum, sed quum de locali, attributus est Deo, quoniam priores insunt rebus ex necessitate naturæ: localis ab ipso Deo in corporibus servatur cœlestibus ad vitam inferioris mundi; ut propterea philophi Deum vocent motorem primum. Hactenus ex Cajetano, qui cœlos inferiores, forsitan intellexit media elementa inter terram, & Lunam, totumque illud spatium, quod nonnumquam *cœli* nomine, vel *Firmamenti*, vel quum additio *Firmamenti cœli* appellatur, ut postea etiam dicam.

Initio] Hieron. *a*, *principio*. Alii, *ab initio*, *antea*, *olim*, *peidem*, *jampridem*. Verus Ptalt. & August. *in principio*. Prosper, Ambr. *b*, iterum August. *principio*. Innocentius *in initio* לפנים *lephanim κατ' ἀρχὰς* Græcè, sic etiam est in Epistola ad Hebræos *c*, ubi Syriacè ברשׁית *heresceth*. Putat Crocquetius *d* usum Paulum hac eadem ultima voce, quæ Hebræa etiam est, & à qua incipit liber Geneseos: & per eam clarius ostendi Dei Filium sic Orbem condidisse, ut præcesserit sœcula omnia, & coæternus Patri fuerit; voce Græca Arianos abusos, quasi non fuisset Christus æternus, sed *secundum principia κατ' ἀρχὰς*, & circa mundi constitutionem conditus.

Tu Domine terram fundasti.) Nihil refert, quod apud Paulum pronomen ponatur primo loco, *tu Domine in principio*, &c. in Psalt. Romano, & apud eos, qui illo utuntur, legatur; *initio terram tu fundasti Domine* invetere, ac in textu aliquorum, *in principio terram tu fundasti Domine*. Hieron. omisit; *Domine*, quia non extat Hebraicè. Chaldaicè; *à principio quum crearentur omnes creaturæ, terram fundasti*. (*Fundata terra*) dicitur præterea ps. 23. *e*. 77. *f*. 88. *g*, & postea in 103. *h* ac in 118. *i* & usurpatur adhuc de aliis rebus, ut Luna, & Stellis *k*, atq; de testimoniis divinis *l*. Syrus interpres apud Paulum *m*, exponit *posita* aut *jacta fundamenta terræ*. Terra tota fundamentum est mundi, & centrum, imæ tamen partes ejus appellari solent *fundamenta ipsius* n. Significatur his dicendi modis terræ stabilitas, immobilitas, quædamq; perpetuitas; ut idcircò *in æternum stare* dicatur *o* & *fundata super stabilitatem suam p*, & columnis constare *q*, quæ sunt infimæ partes ipsius quasi reliquam terræ molem sustentantes, vel ipsamet super seipsa & sua stabilitate consistens. Quo item pacto cœli columnas aliqui putant appellari, aut poeticè montes, qui videntur ad id pertingere, ac fulcire, aut ipsiusmet naturalem firmitatem, quæ dicantur quoque *virtutes cœlorum* r. Quapropter hinc præcisè non confutatur opinio alioqui falsissima, quod terra moveatur tota continuo. Repete dicta prioribus citatis psalmis, & Ecclesiasten. Itaque *initio fundatam terram esse*, & creatam fuisse in sua firmitate ante omnia alia cum cœlo, quod tecti rationem haberet, cumq; aliis elementis, quæ parietum: aut initio temporis, atque de novo, quia non fuit semper, sed esse cœpit in tempore, quod ultimum docet Athanasius *s*. Infert porro ex his verbis Hugo S. Victoris *t* creatam simul Angelicam creaturam, & corporalem naturam, nec prius tempore Angelos, quam corporalem materiam quatuor elementorum, licet concedi possit *primam omnium creatam esse sapientiam* u, intelligendo nomine ipsius *Angelos*, quasi non tempore præcedit, tamen dignitate antecellit. Cassiodorus hoc loco ait, opiniones philosophorum mirabili brevitate destrui; quod mundus à nullo sit creatus; & quum dicitur, *ipsi peribunt*, &c. quod sine fine sit mansurus. Verum de hoc postea. Chrysost. per *κατ' ἀρχὰς* obteri colligit illos, qui putent terram rerum omnium elementum esse, omniaque ex ea extitisse, quoniam non *initium* hic dicitur, sed secundum quædam priùs excogitata initia fundamentum ipsius existere. Confirmat aliis testimoniis *x*, sed simplicius accipi debet *τὸ κατ' ἀρχὰς*, nempe, ut dixi, pro principio durationis, in primum cœpit esse terra, & incepit in tempore Deus illam condere, ut Apollinarius explicat.

x *Job.* 38. 4. *Prov.* 3. 19.

ἀρχόμενος τὸ πρῶτον τοῦ ἀπερηείσατο γαῖαν:
Incipiens primum stabilivisti terram.

Argute observat Innocentius, quia Moyses dixerat *y*, quod *in principio creavit Deus cœlum, & terram*, ne quis verborum ordinem attendens, putaret prius cœlum creatum, deinde terram, occurrisse hìc Davidem prius *terram* quam *cœlum* nominando, ut ostendat simul creata. Afferens autem initii, sive principii variam acceptionem, pro Patre, Filio, Spiritu Sancto, pro principio temporis, dignitati, virtutis, vitiorum, pro cujuslibet rei exordio, explanat *in initio terram fundatam*, quia simul cum tempore creata, vel per Filium Dei. Distinguit etiam terram esse machinam mundi, quartum elementum, quamlibet regionem, humanam naturam, carnem nostram, aerem caliginosum, Ecclesiam, Synagogam, Gentilem populum, Fidelem hominem, virum activum, mentem audituris, opus bonum, scripturam, cœlestem patriam, Mariam, sœcularem conversationem, voluptatem, terrenum intellectum, peccatum, mentem reprobi, infernum. Confirmat sacris testimoniis: quatuor primis modis *creatam in initio temporis*. Quo exactè verum non est, aut de pluribus aliis verum, ut de duobus sequentibus: si, inquam, *initium temporis* accipiatur pro distinctis diebus, de istis sex verum est; vel si eodem die seu tempore, ac simul omnia creata sunt. Quomodocumq; id acciderit, quum cœlo terra creata est, & alia elementa.

Observatio Innocentii. y *Gen.* 1.

Argumentatur Arnobius non novum nos Dominum adorare in Christo, sed eum, qui est, & semper idem est, *cujus anni non deficient*, & videlicet jam pridem creavit cœlum, terramq. Gregorius mysticè declarat, *in initio*, idest, in Filio, Patrem terram Ecclesiæ fundasse, ita ut nemo aliud fundamentum possit ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus z, quique fundaturum se promisit Ecclesiam *a*, quæ *terra* nominatur, tum quia in messe fidelium populorum spirituali fœcunditate exuberat; tum quia in soliditate fidei perpetua firmitate immobiliter perseverat; ita ut *portæ inferi non prævaleant adversus eam* b, idest, hæreses, ac persecutiones. Hugo *initio fundatam terram* de homine intelligit initio vitæ suæ; quando per baptismum regeneratur, & in fide fundatur, nempe infans, & in fide habituali quum habitibus aliarum virtutum, gratiæque, vel de quovis peccatore, quando pergratiam stabilitur.

Sensus mysticus. z 1. *Cor* 3. 11. Ecclesia quare terra dicatur. a *Matth.* 19. 18. b *ibidem*.

Et opera manuum tuarum sunt cœli.] Hieronymus, (*opus*) מעשׂה *mahhaseh*, & in textu Syro epistolæ ad Hebræos *c* בער etiam in singulari. Vocantur quoq; *cœli opera digitorum Dei* d, & non raro tum homo, tum aliæ Res dicuntur *opera manuum ejusdem*, ut alias notavimus, figurata nimirum oratione, significante exactè, potenter, facile, affabre Deum cuncta operatum. *Manus mea fundavit terram*, ait Deus e, *& dextera mea mensa est cœlos*. Consule hac de re Ambrosium *f*. Manùs plures Innocentius dici notat, licèt una si potestas Dei, propter diversos affectus quia creat, disponit, continet, gubernat. Digitos quinq; in manu Christi, propter potestatem, scientiam, misericordiam, charitatem, humilitatem; lege apud Ayguanum. Gregorius *digitis* dona Spiritus Sancti, *manibus* ipsa virtutum opera designari docet. Cœlos quoque mysticè alibi docui prædicatores esse, verborum imbribus inebriantes, minis intonantes, miraculis, coruscantes, Dominum se in præsidentem continentes, ac judicantem per ipsos. Hoc etiam admonet idem Gregorius. Innocentius verò alias præter istam, *cœli* acceptiones tradit, pro divino, seu pro divinitate ipsa, pro cœlo empyreo, sydereo, aereo, pro Angelis, fideli anima, scriptura, spirituali vita, diabolo, & Angelus ejus: omnes hos cœlos, præter ultimos, qui mali sunt, sactos à primo cœlo, quod non est factura, sed factor.

c *cc.* 1. 10. d *ps.* 8. 4.

e *Esa.* 48. 13 Innocentii observatio. f *de Spiritu Sancto cap.* 6.

Cœli mysticè quid designent.

Ipsi peribunt.] Syriacè in epistola ad Hebr. *g*, *transibunt*, mendosè namque positum videtur ר *daleth* pro ר *resch*; ac legi debere, non עברו *hhauedu*, quod est, *facient*, sed עברו *hhaveru*, *transibunt*. Nisi aliud mendum

h *cap.* 1. 11.

a hinc & in Esa c. 5. *b* 1. *hexam. c.* 6. 20. *de civit. c.* 24. *c cap.* 1. 10. *d ibidem*.

e vers. 2. *f vers.* 69. *g vers.* 12. *h vers.* 3. *i vers.* 50. *k ps.* 8. 4. *l ps.* 118. 52 *m Hebr.* 1. 10 *n Job.* 38. 4. *o ps.* 82. 5. *Pro.* 8. 29. *Eccles.* 1. 4. *p Esa.* 28. 16. *Es.* 29. 18. *cap.* 40. 21. *Jer.* 31. 37. *Mich.* 6. 2. *q Eccles.* 1. 4 *r ps.* 103. 5. *s Job.* 9. 6. *t Matth.* 24 29.

Terram initio fundatam esse quid innuat. Illatio Hugonis, nempe Angelicam, & corporalem naturam simul esse creaturam. *Serat.* 3. *contra Arianos. Item theolo. tract.* 2. *cap.* 1 *in Eccl.* 1. 4.

dicas, ut ע *bhain* sit pro א *aleph*, & עברו *bhauedu*, pro אברו *aueau*, quod Hebraicè habetur hoc loco in futuro יאברו *jouedu*, Quæstionem de cœlis ac terra (nam pronomine Hebræo המה *hemmah* utraque comprehendi possunt) tractavimus in Petri commentario *a*, secuti communiorem sententiam, quæ negat interitura, sed innovationem quadam consecuta. Dicta semel repeti non debent. Habendum præ oculis, allegoria omissa, quod pereuntibus, ac morientibus Apostolis, & successoribus, perseverabit semper Auctor Ecclesiæ Deus & Christus, *cælorum interitum* intelligi posse vel de aeris secundum aeris prælertim patrem terræ propiorem per aliquantum spatium, quod occupat deinde aqua cooperius terram: vel de propriè dictis cœlis interituris secundum substantiam: vel ut hi ipsi mutatis qualitatibus, ut calefactione, motuq; censeantur interire, ad eum modum, quo mutatio omnis mortis quandam similitudinem habet, ideoq; solus Deum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio *b*, & non mutatur, dicitur, *habitare immortalitatem* c: vel ut intelligantur perituri non re ipsa, sed secundum aptitudinem, quoniam Deus habens, ut modo dicebam, solus per se immortalitatem, & immutabilitatem, si vellet immutare, atque corrumpere, seu in nihilum reducere, posset sicut de Intelligentiis ipsis, mundoq; toto in Timæo Platoscripsit. Mea sententia, quam antea posui, de sola nonnulla renovatione per vocationem à motu, & actione, & ministerio in res sublunares, hominem vitam ducenti mortalem. Confirmant istam sententiam Hieron. *d*, Greg. *e*, Augustin. *f*, per ea quæ hic subjiciuntur de mutatione ad instar vestimenti. Augustinus vero falsè Porphyrium carpit, qui pietatem laudans Hebræorum, Christianos arguit stultitiæ, quod perituram dicant mundum; hoc enim loco id affirmari, quamvis eo, qui dictus est, sensu. Adjice citatis olim à me pro eadem opinione auctoribus, Proclum, & Methodium apud Epiphaniumg, præterea Iræneum *h*, Justinum *i*, Athanasium k (hic explicat *interitum* secundum aptitudinem, gratia autem conditores illum non sequi conditorem Deum, ejusque Filium per se immutabilem esse; Didymus, quem citat Eugubinus *l*, Cyrillum Jerosolymitanum *m* (qui argumentum facit ex præsenti loco, quod dixi) Andream Cæsariensem *n* (qui eamdem rationem hinc infert,) Rupertum *o*, Anselmum *p*. Ex Enarratoribus loci præsentis, nemo post Augustinum, meliùs quam Innocentius controversiam istam tractat. Ait permansuros cœlos, terramque quantum ad substantiam, & naturam: iisdem quendam transitum ac interitum futurum quantum ad qualitatem, & formam externam; posse etiam intelligi secundum aptitudinem non secundum actum; quia quod de nihilo factum est, naturaliter posset redire in nihilum (idest, non repugnaret redire, quamvis non à principio intrinseco, vel à caussa extrinseca naturali, si sit intrinsece incorruptibile, ut Angelus, anima nostra, cœlum) sed quadam ex gratia perpetuo conservabuntur: præterea de justis, qui etsi *cæli* dicantur, quoniam *eorum conversatio est in cælis* q, omnes tamen secundum corpus peribunt. Postremo monet hac in re *sapere ad sobrietatem* r, *altiora nobis non querere, neque majora scrutari* s, *ne deficiamus scrutantes scrutinio* t; quid enim sæculi præcesserit initium & quid ejus finem sequatur, velata nobis esse, media manifesta; & hoc designasse illos Seraphim, *qui duabus alis velabant Domini faciem* [sic exponit pronomen *suam*, quod alii de facie ipsorummet Seraphim, sicut & de pedibus] *& duabus pedes, duabus autem volabant* u. Augustinus hoc etiam loco discrepationem vocat aliquanto scrupulosiorem inter dictos, nec facilè explicabilem. Ayguanus non satis theologicè loquitur, dum scribit calorem ignis, abiturum in infernum, & aliorum elementorum qualitates activas. Intelligit opinor non per migrationem de subjecto: sed per imperium Dei cohibentis actiones, quæ nunc inserviunt generationi, & corruptioni. Differit Pepinus x de spiritualibus modis pereundi ad similitudinem eorũ, quibus perire homo corporaliter potest, suspensione, fame, submersione, occasione, dolore, inflatione, per superbiam, avaritiam, luxuriam, invidiam, iracundiam, gulam.

Tu autem permanes.] Hieron. *stabis*, & in epistola ad Hebræos *permanebis*. Ubi Græcè tamen, sicut hic διαμενεις in præsenti: Syriacè ibi קים *Kaiiam stetisti*, vel *stas*: hic Hebraicè in futuro תעמוד *thahhamod*. Æternitas, ac immutabilitas Dei, seu æternitas, quæ ipsa Dei substantia est; & nihil habet mutabile, ut loquitur hoc loco Augustinus, melius explicatur per tempus præsens. [ibi namq; nihil est, inquit, præteritum, quasi jam non sit: nihil est futurum, quasi nondum sit: sed non est ibi, nisi, *est*, non est ibi *fuit*, & *erit*, quia & quod fuit, jam non est, & quod erit, nondum est, sed quidquid ibi est, non nisi *est*.) Probat ex verbis Dei ad Moysen de nomine ipsius quærentem; *Ego sum qui sum* y. Tunc ratiocinatur magnus Doctor, alloquens Deum: (Non esset tibi nomen *ipsum esse*, nisi quidquid est aliud tibi comparatum inveniretur non esse vere.) Deinde ad illud, ait, (tam magnum est, homo quid est, quidquid est?) *Ego Dominus*, dixit idem Deus, *& non mutor* z *nec est*, inquit alius a *Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur*, propterque istam ejus immutabilitatem, & ejusdem essendi perpetuam ab intrinseco necessitatem, solus, ut prænonui, dici potest, *habere immortalitatem* b, & cetera mortalia esse, sive corruptibilia. Ceterum & hic, & alii indicatis locis veteri potissimum Testamenti, videtur Deus immutabilitatem suam profiteri, ut promissionum suarum certitudinem confirmet, & certos reddat, quibus eas, facit, numquam se quod semel locutus sit, & promiserit, retracturus.

Et omnes sicut vestimentum veterascent.) Hieronymus, *atterentur*. Alii, *ut pannus consumentur*, in Romano Psalterio, & apud Cassiodorum in commentario, *omnia*, utr. feratur ad *cælos*, & *terram*. Generi servit masculino כלם *chullam*, omnes ipsi propter affixum dicti generis. Si cœlos veterascere oportet, multo magis terram. Quamquam posset quis hoc membrum accipere de terra, & rebus, quæ ex ea, & aliis elementis componuntur; ita ut id sibi velit neutrius generis, *omnia*, vel *omnes*, idest, res, quæ terra constant, & in ea sunt. Tunc sequens membrum de mutatione aptiùs referretur ad *cælos*, in quibus vetustas propriè locum non habet. Atqui plus erat dixisse antea de cœlis; *ipsi peribunt*. Quare præstat hic etiam explanare de eisdem ad eum modum, quem diximus, videlicet secundum accidentariam mutationem, & usum, ac statum, qui modo est. In quo sensu possunt multi intelligi, qui videntur, corruptionem, aut annihilationem admittere, & postea instaurationem. Quorsum enim annihilarentur denuo recreanda? Nec aliud forte voluit Auctor operi imperfecti, *c* dicens, (quum caro transitura sit, necesse esse reliqua tranfitura post illam facta: & civitatem dirui, in qua erant Regi rebelles. Hebræum verbum יבלו *julu*, cui simile Syrum in Epistola ad Hebræos *d*, *servum*, & *consumtionem* significat. *Quod enim antiquatur, & senescit, prope interitum est* e. Vetustas ista in cœlis non secundum diminutionem intelligenda est, sed quantum ad usum & ministerium, quod post judicium cessabit, ut antea docui. Idem dico de *attritu*, qui quum vetustate conjungi solet in vestimento, & בלה *balah* reddidit etiam Hieronymus *atteri*, & pro *f*, *inveteraverunt ossa mea*, (*attrita sunt*; & alibi g; *aut vetustate deficere* h, item *conteri* i. Quod etiam in Job K legimus, *donec atteratur cælum*, eodem Hebræo verbo dicitur. Usurpat eamdem similitudinem, quæ hic est, bis Esaias. *Ecce omnes quasi vestimentum conterentur* l: *cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur* m. Consumtionem quoque vestimenti à tinea addit *n*; & ante illum Job *o* comestionem ejusdem. Cœlis aptius, quam terris convenit vestimenti similitudo, seu opertorii, pallii, amictus. Nam ut canit ille *p*.

—— tegit omnia cœlum

Et alius *q* dixit, quod.

Nec refert utrum nos in loca deveniamus
Nobis adversa, & cœli mutemus amictum.

Et Latinum nomen *cæli* aliqui, ut Innocentius hoc loco, à *celando* deducunt, quod omnia celet, tegatq; unde & Poetæ *cæli tegmen* vocant, & vulgaribus linguis ita loquimur. Denique princeps Poetarum *r* scripsit:

Largior hic campos æther, & lumine vestit
Purpureo.

Id summus Orator *s* poetans, expressit

Quam quum perpetuo vestivit lumine Titan.

Propterea extensæ simile cœlum pelli scriptura *t* facit, & quum obscurius mittit lumen cilicino sacco *u*. Quod autem attinet inveterationem rerum, alius adhuc poeta *x* tempori adscripsit.

Tempus

An cœlum & terra interitura sint

a *in Ps.* 101. v. 19. & seq.

b *Jacobi* 1. 17 *Mal.* 3. 6

c 1. *Tim.* 6. 16

d *in Es.* c. 51. & 65.

e 17. c. *Mor.* 5.

f 20. *de civit.* c. 24.

g *har.* 64.

h *lib.* 4. c. 6. 20. q. 93. 94. 95.

i *orat.* 2. *contra Arianos, & ep. ad Serapio quod Filius non sit creatura.*

k 10. *de pec. philos. Catech.* 15. Quomodo cœlum & terra interire intelligantur.

l *in Apoc.* c. 64.

m *in Gen.* c. 28.

n *de similit.* c. 43.

o *Philip.* 3. 20

p 1 *Rom.* 12. 3

q *Eccl.* 37. 21.

r *ps.* 63. 7.

Seraphim, qui faciem Dei alis velabant quid designent.

s *Es.* 6. 2.

Ayguanus reprehenditur.

t *serm.* 94.

Æternitas & immutabilitas Dei per tempus præsens melius explicatur.

x *Mal.* 3. 6, *Num.* 23. 19.

y *Exod.* 3. 14

b 1. *Timoth.* 6.

c *hom.* 41.

d c. 1. 3.

e *Heb.* 8. 13. Vetustas in cœlis non secundum diminutionem sed quoad usum intelligenda est.

f *psal.* 31. 3.

g *Josue* 9. 13.

h *Deut.* 8. 4.

i *Esa.* 50. 9. *&c.* 14. 12.

k 1 *Esa.* 50. 9.

l *Es.* 51. 6.

m *cap.* 50. 9.

n c. 13. 28. Vestimenti similitudo cœlis aptius convenit quam terris

o *Ovid.* 1. *metamorph.*

p *Luer. lib.* 6 Cœli nomen à celando deductum.

q l. 6. *Æneid.*

r *Cic. in phæno.*

s *ps.* 103. 3.

t *Apoc* 6. 12.

u *Ov.* 15. *metamorph.*

Tempus edax rerum tuque invidiosa vetustas
Omnia destruitis.

a Seneca in Trade actu 2. in chore. b Sophocle. in Ariad. & alius *a*.

Tempus nos avidum devorat, & chaos.

Item quidam Græcus *b*.

πάντ' ὀμέγας χρόνος μαραίνει
τε καὶ φλέγει.
Omnia longo tempore flaccescunt.
Et consummuntur.

Id Symbolicè sibi vult Saturnus, filios vorans: serpens caudam suam: (Omnia oriuntur, & occidunt, inquit Augustinus *c*, & oriendo, quasi esse incipiunt, & crescunt, ut perficiantur, & perfecta senescunt, & intereunt.) Docet etiam *d*, (cupere quemque naturaliter ut transeat quidquid est in præsenti, ut magis omnia placeant, meliorem Deum esse, qui fecit omnia, & non discedit, quia non succeditur ei.) Præter illa testimonia, perillustre Lucretii *e*.

Quid Symbolicè sibi velit Saturnus, filios vorans. c 4. Confess. c. 10. d cap. 11.

Denique non lapides quoque vinci cernis ab ævo?
Non altas turres ruere? & putrescere saxa?
Non delubra deum? simulacraque fessa fatisci?
Denique non monumenta virum dilapsa videmus?

e lib. 50.

Et sicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur.) Hieron. *f pallium* Chaldaicum אצלן *itsli* est affine stolæ. In Epistola ad Hebræos *g* est *amictus* nomen. Græcum περιβόλαιον idem, quod hoc loco. Ibi Crocquetius vertit Syram vocem תכסיתא *thachsitha amiculum*, quod ornamenti causa adhibeatur, ut solent extimæ vestes esse cultiores, atq; ex hujuscemodi vestibus comparationem melius peti, & cum decoro, ne quis crederet viles, abjectosq; cœlos esse. Nomen לבוש *levus* est generale ad vestem quamcumque. *Stola* nonnumquam exponitur *g*, & *lacinia* h. Græca verba diversa sunt ἑλίξεις & ἀμαγήζοντας, tum hìc, tum in Epistola ad Hebræos *i*, ubi Syra differunt תעוך *thehhuph*, & נתחלפון *nethchallephun*. Ex quibus Syris verbis primum, ut & ex Græcis, significat *involvere*. Sed interpres noster ibidem legit ἀλάξεις, ut est etiam in multis codicibus: itaque vertisse Symmachum Basilius, ac Theod. referunt, & legit Chrysostomus. Eamdem innuit lectionem Apollinarius.

f Isai. & in Esa. c. 51. g cap. 1. 11. h Gen. 49. 11 Esa. 63. 1. h Thren. 4. 14. i supra.

πάντα δ' ἐναλάξεσιν ἑλισσόμενοι ἅτε φᾶρος.
Omnia verò mutabuntur circumvoluti velut pallium.

Magisque cohæret cum textu psalm. nostri Hebræo, in quo bis repetitur idem verbum החליפם *hachaliphem* cum affixo, & יחלפו *jachalophu*. Dicitur חלף *chalaph* de qualibet mutatione: & in psalm. 89. *k*, vertitur *transire*. In mundum vocant חלוף *chaloph*, quasi dicas *transitum*, *transit enim ille*, *& concupiscentia ejus* l. Sensus semper idem, quia mutatio vestis, quum ea usi sumus, consistit in quadam convolutione, & complicatione, nempe mutantur rejecto pallio vetere, novum sumendo, id ut seponatur certo in loco. Eadem vis est comparationis alterius apud Esaiam *m*, cum libro, *cœli sicut liber complicabuntur*, id est, hic, qui nunc est, eorum desinet usus, non aliter quam quum libro uti desinimus, eum complicamus, ac removemus. Idem valent Joannis *verba, cœlum recessit sicut liber involutus omissis mysticis expositionibus quas affert Pererius *n* noster. Dixi antea nonnullos hanc mutationem in meliorem accipientes partem interpretari, & colligere cœlis ac terræ post judicium novum quamdam perfectionem communicandam. Mutari, ait Tertull. *o*, perire est pristino statui, quem dum mutantur, amittunt. Probabilis ratio. Sed nec proposito necessaria, cui sufficit quælibet mutatio ad antithesin cum immutabili Deo: nec ex vi verbi Hebræi necessario confecta, quod dixi significare quamcumq; mutationem. Aliquando exponitur *perforare* p, *conteri* q, *subvertere* r, *irruere* s. Quod etiam Job *t* ait, *expecto donec veniat immutatio mea* תליפתי *thaliphathi*, exponi posset de morte, quam Paraph. vocat *mutationem vitæ*: quamvis passim exponatur de resurrectione. In Psal. 101. *u*. *caro mea immutata est propter oleum*, declarant aliqui, *emarcuit propter olei defectum*, propriè, *abnegata est*, vel *mentita est formam*, *& negavit illam* seu *splendorem*, *& nitorem illius*. Ibi est כחש *chachas mentiri*. Nec displicet latere in fen-

k vers. 6. l 1. Joan. 2. 17 Mutatio vestis in quo consistat. m cap 34 4. * Apoc. 6. 14 n ibidem disp. 25. o contra Hermag. c. 34. p Judic. q Esa. 2. 18 r Job. 11. 10. s c. 20. 24. t c. 14. 14. u vers. 29. Allusio ad mutationem annorum.

Attentiam tota versus præsentis allusionem ad annos, qui vocantur שנים *scianim* à שנה *scianah mutare*, *iterare*, *revolvere*, *innovare*, quia etiam vestes vocari solent *mutatoria* x, absolutè, *mutatoriæ vestes*, seu *vestimenta* & *mutatoria vestimentorum* y, quamvis vocabula Hebræa, & Græca sint diversa: vulgo etiam de interioribus caligis *mutandas* dicimus, & quod Latinè scribitur, *commutare habitum*. Hebr. dicitur simpliciter, *commutare* z, יחלפנו חשתנן *histhannith*, & vestes ipse משנים *misnim* a, quamvis alii exponant *pinguia pecora*, quasi duplicata in carne, & pinguedine, vel anniculos agnos, vel secundo genitos, vel bimos. Eamdem vim habet vocabulum *duplicium* b. Subinde senescunt vestes, ac veterascunt: aliæ aliis annis tempestatibus, vel ætati cujusq; vel statui, & officio conveniunt. Ut proptera mutationis aptum sit symbolum vestis; cujus quoq; formam indies etiam à privatis hominibus immutari cernimus. Mysticè cœli, quos Deus mutabit, & mutabuntur, sancti sunt, futuri beati, ut Gregorius nocat, secundùm animam & corpus, in illa impeccabiles, in isto incorruptibiles, atq; iisdem

x Zach. 3. 4. Esa. 5. 22. y 4. Reg. 5. 5 22. z 3. Reg. 14 12. a 2. Reg. 15. 9. b Prov. 31. 22. Vestis Symbolum mutationis. Sensus mysticus.

B Christus quodammodo *vestitur velut ornamento*, *& circumdabit sibi eos quasi sponsa* c, *& à vestimentis istis illius myrrha*, *& gutta*, *& casia* d est, hoc est, omnium virtutum adoramenta. Hugo addit comparationem ex solemnitatibus magnis, in quibus uti solemus vestimento splendidiore, ac pretiosiore; talem enim resurrectionis fore diem, quo induent electi incoruptionem, & immortalitatem, & sic *immutabuntur* e, & *spoliati supervestientur* f. Accommodat etiam ad pœnitentiam rationem operimenti, qui regit peccata g, & per *hanc mutationem dextera Excelsi* h mutatus, mutabitur, inquit, qui in hac mutatione manebit, ut sit ita benedictus, *cui benedixerit Dominus* i. Postremo distinguit operimentum bonum, non tantùm pœnitentiæ, sed etiam charitatis, cultus Dei, verecundiæ, figuratæ legis, consolationis, silentii, tribulationis, gloriæ Domini; & malum culpæ; ignorantiæ, pœnæ. Modos verò etiam, quibus circa mutationem habet se aliquis, Pepinus *k* affert sex, de bono in malum, de malo in bonum, de bono in melius, de malo in pejus: item ut sit immobilis ad malum, aut ad bonum.

c Esa. 49. 18 d ps. 44. 9. e 1. cor. 15. 53. Pœnitentia tegit peccata. f 2. cor. 5. 4. g ps. 31. 1. h ps. 76. 11. i Gen. 27. 33 Sex modi, quibus se habere potest aliquis circa mutationem. k serm. 93.

C Rectè quod attinet ad mutationem in malum, & in pejus, Augustinus *l* ait diabolum Sanctorum adversarium, quum sit ipse mutatus, & cœlesti dejectus honore, alios mutare moliri. Abusus videtur Origenes *m* hoc loco, ut confirmaret beato peccare posse, ac aliquando etiam peccare. Excusant, vel benignius aliqui eum interpretantur. Sed quidquid sit de Auctore, non eget adeò crassus error confutatione: hìc autem litteraliter agitur de cœlis materialibus. Multò melius apud Cassianum *n* Theonas Abbas conferebat vana esse omnia, si futuris ex fide repromissionibus conferantur. Ergo, ait allato præsenti loco, quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil boni, nisi Deitas sola; omnes verò creaturæ, ut beatitudinem æternitatis, vel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per Creatoris sui participationem, & gratiam, consequuntur: tenere hoc meritum bonitatis Creatori suo collatæ non possunt.

l de nat. boni, cap. 24. Origenis error. m 1. periarchon, c. 6. & homil. 24. in Num. n collat. 23. cap. 3.

Tu autem idem ipse es.] Hieron. *tu autem ipse*; sed rectè supleta sunt *idem*, & *es*, ad immutabilitatem Dei exprimendam, oppositam cœlorum, aliarumq; rerum mutabilitati. Chald. & *tu ipse*, *qui creasti eos*, nempe cœlos. Syriacè in epistola ad Hebræos *o*, & *tu sicuti es*, vel *secundùm esse tuum*; זאנת איך דאיתיך *veanth aich daithaich*: quia Deus est ipsum esse suum illimitatum, independens; sequitur ipsius quoque esse habere immutabilitatem. Citati priùs patres non modo loci istius tractatores, sic de Deo juxtà vim horum verborum philosophantur. Ingeniosè Origenes *p* proprium Deo docet esse, ut unus dicatur; & quia unus est, immutabilem esse; & hoc sibi velle, quod hìc dicitur, *idem esse*; peccatorum non esse unum, sed multiplicem, utpote nunc iratum, nunc tristem, nunc gaudentem, nunc turbatum, nunc lenem, nunc de rebus divinis consulentem, nunc molientem quæ pertinent ad avaritiam, aut sæculi gloriam, &c. denique *mutabilem sicut lunam* q: justum æmulari Dei unitatem, & plures in unum convenire, *unumque* videri *cor*, *& animam* r, & *unum*, *qui accipiat bravium* s. Confirmat præsenti sententia, & alia, qua Deus mutari se negat t. Videtur id prior indicasse Irenæus *u*, scribens, [Sicut Deus perfectus est in omnibus, ipsi sibi æqualis, & similis, totus lumen, totus mens, totus substantia, & fons omnium bo-

o cap. 1. 12. Deus quare immutabilis. p hom. unica in lib. Regum. Peccatores quare mutabiles. q Eccl 27. 12. r Act. 4. 32. s 1. cor. 9. 2. t Malach. 3. 6. u lib. 4. c. 14

norum, & semper idem; ita & hominem in Deo intentum semper proficere ad illum: neque enim Deum cessare aliquando in benefaciendo, & locupletando hominem: neque hominem cessare accipere beneficium, & ditari à Deo.] Argumentatur ex eodem loco Theodotus Ancyranus *a*, quod absque mutatione sui ipsius Dei Filius factus est homo, neque conversus in aliam naturam. Cyrillus Alexandrinus *b*, qui contradicit adeò aperto testimonio, delirum affirmat, & insanum, refutans illum eumdem errorem. Effici vult etiam *c* Filii generationem æternam esse, quoniam alioqui non semper idem ipse fuisset: præterea *d* creaturam non esse, quia est ipsissima vita *e* non autem communicata, & participata, semperque eodem modo se habet, quod creaturæ con convenit: rursus *f* excellentiam, quæ Filio competit super omnes alias creaturas, non esse adventitiam, & accidentariam, sed per se substantialem, inseparabilem, alioqui mutabilem fore, ac redundaturam in Patrem istam mutabilitatem; quoniam imago, & character ejus est. Chrysostomus *g* idem argumentum facit, occurrens objicienti, quum omnia Deus possit, idcircò potuisse in carnem transferri, posse omnia quousque Deus permanet: si autem mutaretur, & in deterius, non ampliùs futurum Deum; contra id, quod hoc loco dicitur, quod *idem semper est*. Athanas. *h* hìc urget, non esse Filium ex numero eorum, quę facta sunt, ἐξ ὄντων *ex non entibus*, & priùs erant non entia, seu non erant, quam fierent: hæc enim ἀποιμείωτον ἔχειν τῆς φύσιν, *alterabilem, ac mutabilem habere naturam*; Filium, cum è Patre, sit ac ejus substantiæ, proprius ἀναλλοίωτον καὶ ἄτρεπτον εἶναι ἐκ αὐτὸν τὸν πατέρα, *inalterabilem, & immutabilem esse sicut ipsum* Patrem. Sed & de tota Trinitate loco eumdem profert *i*, ut ostendat nec incrementum, nec detrimentum ullum posse sustinere immutabilem unitam plenitudinem substantiæ illius. Ex eo quod res de nihilo facta sit, mutabilis est, & redigi potest in nihilum, ut Augustinus *k* demonstrat. Unde præterea colligunt Theologi, non posse per creaturam impreccabilem produci: idque Hieronymus *l* ex hoc loco argumentatur. Confirmat indidem Concilium Hispalense secundum *m* passum Christum dumtaxat secundum carnem, quoniam pati alienum est à Deo, qui semper *idem est*, *nec ejus anni deficiunt*. Huc faciunt, quæ nuper dicebamus cum Augustino, de nomine illo Dei, *n ego sum, qui sum*, esseque incommunicabilem æternitatem, ut dicit, permanentiam, ineſſe ab intrinseco necessariam: potest autem in creatura post esse substantiale ipsius succedere non esse, sicut potuit idem esse post non esse & in accidentibus actibus, præsentia locali potest habere durationem successivam. Ad hoc autem non refert quæstio, an potuerit creatura produci ab æterno: nec enim esse necessario independens; & quantum ad omnia, quæ creaturæ conveniunt, æternitas illa, ideſt, etiam quantum ad varia accidentia, actiones, & deniq; esset participata: & posset res eadem annihilari. Quocirca hæresis est damnata in Concilio Primo Bracarensi *o*, & à Leone *p*, de qua meminit Augustin. *q*, sub nomine *Gnosticorum*, *Manichæorum*, *Priscillianistarum*, eamque sectatus cum Stoicis etiam Philo *r*, videtur, animas humanas esse particulam substantiæ Dei, proinde neque propriè creati, neque à parentibus traduci, sed à Deo mirabiliter inspirari. Deus immutabilis, ac idem semper est; animè mutabiles, deniq; finitæ, ac limitatæ. Christus affirmavit de se *s*, *antequam Abraham fieret, ego sum*, habens esse videlicet, non factus, ut ille; atque alludens ad id, quod jam dixi, *ego sum qui sum*. Præterea, *si non t credideritis, quia ego sum, morieminì in peccato vestro*: &, *principium u, qui & loquor vobis*, nempe caussa cujuslibet entis; &, *ego x sum via, veritas, & vita*; & latellitibus, *ego y sum*, ad quam illi vocem *abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram*, ut qui ipsum perditum veniebant, tam facili negotio desinere se posse intelligerent; & resurgens, apparensq; dixit *ego z sum*, videlicet idem, qui ante mortem, quam obii ut homo, ut Deus semper idem manens, esse homini mortuo restituens; & de cœlo Saulum persecutorem simili vocis tono dejecit *ego sum a*, hoc est, idem, qui hìc eram, & ut Deus valens esse, ac vitam conservare discipulorum, quos tu perdere niteris. Quo autem pacto Deus nonnumquam dici videatur mutari, monuimus alibi non semel. Pœnitentiam Dei, ait Hieron. *b*, facta etiam hujus loci mentione, & alterius apud Malachiam *c*, in quo negat se mutari Deus, in Scripturis sic debemus accipere, quo modo somnium, & iram, non quod Deum pœniteat, aut mutet sententiam, sed quod nobis ad meliora conversis, & ipsum pœniteat sententiæ suæ, ut nec justo reddat præmia, quæ promisit, si declinaverit ad iniquitatem; nec peccatori pœnas, quas comminatus est, si conversus fuerit ad salutem. Lege etiam Augustinum *d*, Ambrosium *e*, Chrysostomum *f*, Justinum *g*, Theodoretum *h*, Rupertum *i*. Docet Justinus, *K*, quod aliud est τὸ αὐτὸ εἶναι, *idem ipsum esse*, aliud τὸ ἄλλο εἶναι, *alterius esse* perfectionem Dei in eo esse, quod idem ipsum est: idcirco id, quod alterius est, non augere illum. Dat exemplum in unitate, cui nihil confert ad perfectionem, quod sit numeri principium, quia esset in se perfecta, quamvis non esset principium numeri; sic & Deum ante creationem perfectum fuisse, post illam auctum non esse, sed acquisivisse σχέσιν, *habitudinem* quamdam ad creaturam. Theologi vocant relationem rationis. Dionysius *l* infert ex hoc loquendi modo omnes denominationes Deo dignas non per partes, sed in tota perfecta, integra, & plena divinitate sumi oportere, omnes individuè, absolutè, præter omnem discriminis observantiam integra ratione universæ integritati perfectæ, & totius divinitatis attribui. Sed & Ethnici agnoverunt immutabilitatem Dei, esseque perpetuum semper æquale, & eodem se habens modo. Sufficiat unus Pilato, qui Deum definit *m* τὸ ὡσαύτως ὡσαεὶ κατὰ ταὐτὰ, *essentiam æqualiter semper se habentem eodem modo*. Vocat præterea ipsum æquale, ipsum pulchrum, seu bonum, ipsum singulum, id quod existit, nullam mutationem suscipiens ullo modo, aut alterationem. Probat etiam *n* non mutari, quia mutari Deum velle in deterius, fingi non potest; in melius non potest, qui nihil eo melius, & perfectius.

Et anni tui non deficient.] Satis constat ex dictis, quid hæc sibi velint, & quod *anni Dei non sicut humana sunt tempora o*, quum dies annorum nostrorum fere nunc sint septuaginta, vel octoginta *p*, certè finiti, & deficientes quotcumque, & quanticumque tandem sint. *Numerus annorum ejus inæstimabilis* q, & *antiquus dierum est* r. Refellit hunc errorem paullo ante natum in Galatia Cyrillus Jerosolymitanus *s*, quod post finem mundi hujus non regnabit Christus, sed Verbum rursus resolvetur in Patrem, eo quod Paulus *t* scripsisset. Davidem *u* imitatus, *oportere illum regnare, donec ponaret Pater omnes inimicos sub pedibus ejus: & quod quum subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia*. Resp. quamvis antequam hostes prostrati essent, regnabat, multo magis iisdem prostratis regnaturum, subjectum verò etiam tunc futurum, qui numquam non fuit subjectus, semper ipsi placentia faciens, spontanea obsequendi voluntate, voluntariè ex amore tamquam Filium. Postremo docet, *donec*, & similes particulas, non semper circumscribere tempus. Ceterum sapienter Augustinus *x* declarat, Deus annos quo pacto dicatur habere, & illi anni non deficere. (Anni tui, ait, nec eunt, nec veniunt: isti enim nostri & eunt, & veniunt ut omnes veniant. Anni tui omnes simul stant, quoniam stant; nec euntes à venientibus excluduntur, quia non transeunt: isti autem nostri omnes erunt, quum omnes non erunt. Anni tui dies unus, & dies tuos non quotidie, sed hodie, quia hodiernus tuus non cedit crastino, neque enim succedit hesterno. Hodiernus tuus æternitas: ideò coæternum ge nuisti, cui dixisti *y*, *ego hodie genui te*. Omnia tempora tu fecisti, & ante omnia tempora tu es, nec aliquo tempore non erat tempus.) Huc usque ille. Stolida Gentilitas æternos alebat ignes, Vestalium opera, veritas ne iis extinctis ipsimet dii extinguerunt, atque deficerent *z*. Lucerna templi cœlestis est Agnus *a*: non symbolum, ut superstitiosus ille ignis æternum superioris vitæ, sed ipsamet vita suprema, & divina. Signa deorum Gentiles ex cupresso fabricabant, arcam Hebræi ex lignis Setim imputribilibus, ut numinis integritatem designarent. Mysticè Gregorius annos Dei non deficientes ipsam Sanctorum sumit multitudinem; quia cum illo, qui numquam deficiet, unum fient, & eorum chori tamquam revolutio dierum, postquam illam incomprehensibilem semel in semetipsis acceperint lucem, quæ obscurari non potest, nullam amplius sentient ignorantiæ, vel tentationis obscuritatem. Hugo *annos* explicat misericordię, & justitiæ divinæ, qui non deficiant,

a orat. de Nativitate.
b de fide ad Theodos. Filii generatio æterna.
c lib. 1. in Joan. cap. 1.
d ibid. c. 6.
e Joa. 1. 14.
f lib. 2. in Joan. c. 64.
g homil. 10. in Joan.
h disput. 2. contra Arianos, & epist. ad Serapio. quod Filius non sit creatura.
i 5. de Trin. Cur creatura perfectè impœcabilis produci non possit.
k contra adver. legis, & proph. 1. in epist. ad Galat. cap. 1.
l in cap. 43.
m Exod. 3. 14.
Æternitas creaturæ etiamsi daretur, non potest esse independens.
o cap. 5.
p ad Turibium, c. 5.
q de hæres. c. 6. 46. 70.
r lib. quod deterius potiori insidietur.
s Joan. 8. 58.
t cap. 8. 24.
u vers. 25.
x c. 14. 6.
y c. 18. 5. 6.
z Luc. 24. 39.
a Act. 9. 5. Quomodo pœniteat Deum.
b in Amos cap. 6.
c cap. 2.
d 15. de Civit. 23 & 15 e de area. Nec cap. 4. Quid discriminis inter τὸ αὐτὸ εἶναι, & τὸ ἄλλο εἶναι.
f hom. 22. in Genes.
g 7 36 & 103. ad orthodox.
h quæst. 50. in Genes.
i 4. in Gen. cap. 15.
k q. 113.
l myst. theol. cap. 2. Ethnici Dei immutabilitatem agnoverunt
m 1. de rep.
n 2. de repub.
o Jos. 10. 5.
p Ps. 89. 10.
q Job. 36. 26.
r Daniel. 7. 8
s catech. 15.
t 1. Cor. 15. 22, 28.
u Ps. 109. 1.
x 11. Confess. cap. 13. Deus quomodo dicatur annos habere.
y Psal. 2. 7. Quare Gentiles æternos alterent ignes.
z Plutarch. in Numa. Virg. Æneid. Horat. lib. 3. ode 5. Halicarnass. l. 1. & 2. Cic. 2. de legib. Arnob. lib. 4. Ovid. 6. Fast. Pierius l. 46 Sensus mysticus.
a Apoc. 21. 23.

ant, quoad justos, & impios, juxta Esaiæ *a* sententiam ex Dei persona, *salus mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet: salus mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes generationum.* Ubi illa alia sententia inseritur, de qua priùs actum est *b* *quod cœli sicut fumus liquescunt, & terra sicut vestimentum atterretur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt.*

Vers. 8.) Filii servorum tuorum habitabunt, & semen eorum in sæculum dirigetur.

Declarata, & celebrata potentia Dei, æternitate, immutabilitate, ex quibus consequens est, quę promiserit rata habere, & præstare posse, quantumvis cœli terra quæque in eis continentur, perirent, minimè dubitare se significat his tantis rebus fretum, quin filii servorum ipsius fidelium, ob eorum tum merita, tum imitationem, Dei beneficio ejusdem, de quo etiam promissum ediderat, habitent securè, & fixè, in terra, quam suam peculiariter dici voluit, & iis dono dedit; licèt ab ea trantisper exulent; & quin istorummet posteri perpetuo in conspectu Dei libere, ac prospere, vivant, quum defuncti tandem fuerint sua illa calamitate hi, qui detinentur captivi; & in patriam redierint. Qui typus est, ut reliqua in psalmo hoc toto, felicitas spiritualis potissimum, qua collaturus erat Christus Ecclesiæ suæ tum in hac, tum in futura multo magis vita. In Levitico *c* post multas, & graves minas in prævaricatores, tandem pollicetur Deus *d* *se existentes in terra hostili non penitus objecturum neq; sic despecturum, ut consumantur, & irritum faciet pactum suum eum eis, sed recordaturum fœderis sui pristini, quando eduxit eos de terra Ægypti in conspectu Gentium, ut esset Deus eorum.* Apud Jerem. *e* præterea prolixa continetur promissio Dei de reditu captivorum *in terram quam dederat patribus eorum* f, *contriturum se jugum de collo eorum, & vincula diripturum, nec dominaturos eis amplius alienos* g, *salvaturum eos de terra longinqua, & semen eorum de terra captivitatis eorum*, foreq; *ut quiescant, cunctisque affluant bonis* h, *miserturum se tectis ipsorum, & ædificandam civitatem in excelso suo, & templum juxta ordinem suum fundandum* i: denique *futuros filios illorum sicut à principio, & cœtum eorum coram ipso permansurum* k. Quæ etiam longe melius ac verius completa sunt in Ecclesia, in qua Judæi, atq; Israelitæ secundum spiritum, & filii promissionis de semine Abrahæ, hujus imitantes dem, atque Patriarcharum, aliorum Sanctorum, & Prophetarum, ac Apostolorum semen, & filii, permanet in habitatione sancta ante conspectum Dei, ita ut numquam excidant ex ea, & ex eadem si fidei opera conjungant, & perseverent, in Ecclesiam cœlestem triumphantes transferantur, in sæcula sæculorum Deum laudaturi. Nam carnales Judæos toto dispersos orbe cernimus, eversam funditus civitatem templumq; quorum frustra miseri restaurationem sperant, & expectant. Profecto si quis contendat litteraliter hærere in sola liberatione populi Hebręi de captivitate, non tam erit ista vaticinantis certa prædictio, quam optantis beneq; precantis, & ominantis oratio Prophetæ. Videri simul potest ex occasione divinorum annorum, numquam deficientium, de quibus proximè præcessit mentio, illi interrogationi respondeti quæ paullo ante facta *l* fuerat, *paucitatem dierum meorum nuncia mihi*; haberi quoque priùs nominatorum Dei servorum ratio, quibus in captivitate *placebant lapides Sion, & terræ ejus miserabantur* m, optantes ruinas reparari; sic tamen ut Psaltes non ad quærentem, sed ad Deum, qui quærentis impleat votum, sermonem convertat, dicens fore, ut filii servorum illorum & mysticè primorum, qui fidelis initio Ecclesiæ servierunt Deo, Ecclesiam habitent, & *sient lætantium omnium habitatio sit in ea* n, & semen horum filiorum, seu nati natorum, & qui nascentur ab illis, quamdiu durabit hic mundus dirigantur, nempe succedendo absq; intermissione in eamdem fidem, & religionem, sitq; misericordia Dei, & Christi manentis cum illis *usque ad consummationem sæculi* o, *à progenie in progenies timentibus eum* p, *& justitia ipsius in filios filiorum; his qui servant testamentum ejus, & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea* q: Quo fiet ut non revocetur Ecclesia *in dimidio dierum*, q Ps. 102. 18. sed continua successione una eademq; perseveret, quamdiu temporalia hæc sibi sæcula succedent. Sed & postquam abierint ista sæcula & cœli, terraque perierint, juxta pridem dictum modum, iidem filii ac semen Sanctorum participes efficiantur in æterna beatitudine annorum Dei, qui numquam deficiunt. Quo sensu duplici de Ecclesia triumphante ac militante accipi possunt Esaiæ *r* verba semel jam priùs prolata, *Levate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores ejus, sicut hæc interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet.* Operemur nunc itaque bonum, ut *tempore suo metamus, non deficientes* s, immo ut indificientem æternitate consequamur annorum non deficientium, (Læta conclusio, ait Innocentius, quæ fœlicitatis æternæ gaudia repromittit. (Hilaris conclusio, inquit Hugo, sicut in omni psalmo pœnitentiali:) prudentissimè nimis, Cassiodorus, atque utiliter oratione completa, pauper ille sanctissimus de peccatorum suorum remissione, & de spe futuræ resurrectionis exultans venit ad terminum psalmi. Comunior Latinorum est ista expositio de fęlicitate, atque ab Irenæo *t* etiam traditur. De Ecclesia etiam militante tacis probabilis expositio. Isti gratiam, triumphanti gloriam attribuere videtur David, seu bene precari primam hìc viventibus, alteram hinc migrantibus. Quod facere concionatoribus solemne est, dum concionem dimittunt. *Habitatio* hoc loco potest denotare gloriam, *directio* gratiam; per quam tendatur ad illam ab iis, quos benignignus Deus gementes hic audit, & compeditos solvit.

Filii servorum tuorum.] Gregorius, post Augustinum, explicans de habitatione cœlesti, filios in ea habitaturos ait, non servos, hoc est, qui vetustate abjecta, per novitatem vitæ filii fiant: *servos* dici propter laborem operis, *filios*, propter mutationem novitatis: typum hujus rei fuisse, quod exceptis Caleb, & Josue, reliqui de Ægypto egressi non sunt promissam terram ingressi, sed filii eorum: per illos duos designatum Christum tamquam caput, & Ecclesiam ut corpus, qui soli ingrediuntur illam viventium terram. (Nemo ibi habitabit, ait Augustinus, nisi per opera sua. Nemo glorietur se habitaturum, si dicit, se servum Dei, & opera non habet, non enim inhabitabunt nisi filii, servi per opera sua inhabitabunt, servi per filios suos inhabitabunt. Noli ergo esse sterilis si vis habitare: præmitte fœtus, quos sequaris. Exemplum dat de Joseph, qui antecessit Jacob in Ægyptum, dixitque patri suo & fratribus suis *u*, *ego præveni præparare nobis escas*. Tum concludit, Præcedant ergo filii tui, præcedante opera tua, quales filios præmiseris, tales & sequeris. Monet idem Pater, & cum illo Prosper, Cassiodorus, & alii, de *filiis servorum* affirmari, non negari de servis ipsius; immo minora dicendo solere Scripturam majora complecti: servos autem esse Apostolos, & prædicatores. Greveus *x* distinguit duplex servorum genus, bonorum, & malorum; malum esse sensualitatem inordinatam, cui tortura debeatur, & compedes, & operatio, seu opus, & disciplina, ne vacet: bonum esse animum ordinatum, & obedientem voluntati rationis captum in bello contra diabolum, & post id servatum: obrictum censui bonæ cogitationis, voluntatis, perseverantiæ, vernaculum in domo Ecclesiæ sacramentis nutritum, emptum pretio magno, originarium sive adscriptum glebæ, terra sensualitatis operando, donandum libertate gloriæ filiorum Dei, à Domino, qui eum diligit, ut ita dicam, quasi animam suam post sex annos vitæ præsentis: hujusmodi servorum honorum opera bona *illos secutura* y, & mensura, quia *omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operabitur ibit cum illo, & omne opus electum justificabitur, & qui illud operatur honorabitur in illo* z, *Servus*, serviens nempe serviliter, *non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum* a, filii Prophetarum manent cum Elisæo, *b* qui Deum salvatorem κατ' ἐξοχὴν significat.

Bona opera necessaria.

x serm. 212. duplex servorum genus.

y Apoc. 14. 13.

z Eccl. 14. 21

a Joan. 8. 35.

b 4. Reg. 4. 38.

PSALMUS CENTESIMUS SECUNDUS.

1 Ipsi David.

BEnedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.
2 Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus:
3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas:
4 Qui redimit de interitu viam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus,
5 Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ juventus tua.
6 Faciens misericordias Dominus: & judicium omnibus injuriam patientibus.
7 Notas facit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.
8 Misereatur, & misericos Dominus: longanimis, & multum misericors.
9 Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.
10 Nec secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundùm iniquitates nostra retribuit nobis.
11 Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se.
12 Quantum distat Ortus ab Occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.
13 Quomodo miseretur pater filiorum, miser us est Dominus timentibus se: 14. quoniam ipse cognoscit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam pulvis sumus: 15. homo, sicut fœnus dies ejus, tamquam flos agri sic efflorebit,
16 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum,
17 Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum.
Et justitia illius in filios filiorum, 18. his qui servant testamentum ejus.
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.
19 Dominus in cœlo paravit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.
20 Benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.
21 Benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.
22 Benedicite Domnino omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Habitabunt.) Caldaicè, *terram*, quod intelligi potest de promissa, & mysticè de Ecclesia, atque beatorum habitatione. In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, atque Gregorium *; *inhabitabunt ibi*, quod explicant de loco beatitudinis; ac de Deo, qui sine situ omnia continens electis ad se venientibus loco non localis manet, inquit Gregorius *a*: de quo loco, ut ait Cassiodorus, dixit Christus *b*: *Pater volo ut ubi ego sum, illic sint & hi mecum: ubi gaudium æternum est, & numquam finienda securitas.* Hæc est *ædificatio ex Deo, domusque non manu facta, æterna in cœlis*, quam habebunt electi, postquam *terrestris domus eorum hujus habitationis dissoluta fuerit* c. In hac *domo Patris mansiones multæ sunt* d, solaq; mentio, seu memoria quod illucituri sumus lætificat nos e. *Beati qui habitant domo ista, in sæcula sæculorum laudabunt Deum* f.

* 4.mo c.36. vol 40.
a ibidem.
b Joa. 17. 24.
c 1.Cor.5.1.
d Joan.14.2.
e Ps. 121. 1.
f Ps. 83. 5.

Et semen eorum in sæculorum dirigetur.] Hieron. *ante faciem tuam perseverabit*; Alii, *in conspectu tuo confirmabitur: consistet tecum: coram te stabilietur.* Symmachus διαμενεῖ *permanebit*. Quod Campensis explicat futurum ut favore divino contineantur in officio. Trevetus, ut reversi de exilio perseverent in præsentia Dei coram tabernaculo, & arca. Exponit Apollinarius fore, ut non desinat generatio recta, quamvis per optativum loquatur.

καὶ σφίσιν ἡ λῆξιν ἐπιδύνετα γενεθλη.
Et eorum non desinat recta generatio.

Hebreum יבון *jicchon*, & κατευθυνθήσεται significant etiam *prosperari*, & quandoque *dirigendi* verbum usurpatur, ut aliàs vidimus. In Job *g* similis sententia, *semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum*. Ubi etiam est idem verbum Hebræum, & pro, *coram eis* לפניהם *liphnehem*, quod hic dicitur לנפך *lephaneca*. Sed interpres hic vertit, *in sæculum*, id in sæculum permanet. Hoc modo vetat Deus *h*, *non habebis Deos alienos coram me*, sensus potest esse, numquam & in æternum, quamdiu existam, & durabo: præterea, permanebit ante Lunam, *& ante Solem permanet nomen ejus* i idem est, quod quamdiu Luna, Solque stabit, sive perpetuo. Sensu mystico *semen* Gregorius, & alii opera bona sumunt, quæ tunc dirigantur in sæculum, quum spectant ad Deum, nec aliquid transitorium quis in operibus suis quærit, *& cibum operatur non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam* k: quoniam *quæ seminaverit homo, hæc & metet* l: & postquam *semina sua flens miserit, portabit manipulos suos* in, fructusque perpetuos, (quia & mandendo non minuentur, ait Gregorius, & vetustate non deteriorabuntur.) Distinguit Pepinus *n* semen malum peccatorum, & bonum justorum, spiritualium, priorum, prædicatorum, perseverantium. Primum corruptum, sive zizaniorum *o*, quod *semen impiorum peribit* p, & cui *semini nequam væ* q, quod & post se derelinquit gentis stultitiam *r*. Secundum *cecidit in terram bonam, & fructum facit* s; *illique benedixis Dominus* t, quum *maledictum esset ab initio* u, quamvis *semen bonum* x, *& verum* y *seminasset Deus*. Tertium est sanctæ meditationis, affectionis, gratiarum actionis, orationis, boni propositi, &c. Quartum misericordiæ, & eleemosynæ tamquam in argo arido ac sterili pauperum, & jactum in benedictionibus, messem reddit z, audient enim pii isti, a *venite benedicti*, &c. *esurivi enim, & dedistis mihi manducare*, &c. Sic Isaac benedixit Dominus, quum seviisset in Geraris alient terra, *& invenit in ipso anno centumplum* b, Quintum verbi Dei, de quo multa Christus per parabolam *c*. Ultimum est eorum, qui *euntes eunt: & flent*, ideſt, perseverant in labore seminationis, *donec venientes veniant cum exultatione, portantes manipulos suos* d, nec *missa ad arratrum, manu respiciunt retro* e.

g cap. 21. 8.
h Exod. 20. 3
i Ps. 71. 17. Semen mystice.
k Joa. 6. 27.
l Gal. 6. 8.
m Ps. 125. 6.
n serm. 96. Distinctio seminis multiplex.
o Matth. 13. 29.
p Ps. 36. 28.
q Es. 1. 4.
r Eccl. 41. 17.
s Luc. 8. 8.
t Es. 61. 6.
u Sap. 12. 11.
x Matth. 13. 27.
y Jer. 2. 21.
z Gal. 6. 8.
a Matth. 25. 36.
b Gen. 26. 12
c. Matth. 13. 3. 8.
d Ps. 125. 6.
e Luc. 9. 62.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Ipsi David,

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Vers. 2.) Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Titulus.



Simplicissimus est titulus; quamvis in Bibliis Regiis, & Complutensibus, aliisq; *a* addatur nomen ψαλμὸς: & Latinum *Psalmus* nempe ψαλμὸς τοῦ Δαυὶδ *Psalmus David*, aut *ipsi David*. Nil autem refert, ut aliàs monui, an *Davidis*. Nescio unde Theodor. acceperit *halelujah* quod præleribit in titulo. Hoc primum habet ps. 104. & aliquot consequentes, & alii postea nonnuli. In ps. 36. titulus fuit *Psalmus ipsi David*: quamvis Hebr. dumtaxat ur hic לדוד *le david*. Chald. hoc loco, *per manum David dictus*, & in textu Nebiensis בנבואה *binnuach*, in prophetia seu propheticè. Quamquam hoc in psal. nulla proprie dicta prophetia continetur. Nisi dicas quod Faber innuit, agere Prophetam in spiritu personam cujusque divinorum beneficiorum gratitudine, & gratiarum actione flammantis, præsertim pro redemtione Christi.

Argumentum.

Atque hoc est psalmi obvium argumentum, nempe ut Psaltes provocet seipsum, Angelos, & omnia ad prædicandum Dei beneficia, & eximiam ejus benignitatem. Nec male, si quis inter psalmos est nexus, Basilius, ac Theodor. annotant in priore lamentationem fuisse de captivitate Babilonica, orationemque pro liberationem ab ipsa: in hoc laudem pro jam adepto beneficio: Cass. post humillimas pauperis preces, & tam magnæ pœnitentiæ gemitus, lacrymasque laudem, ac præconiorum gaudia sequi. Hugo, quum in præcedenti sit actum de remissione peccatorum, in isto decantari laudem Deo, ad eum fere modum, quo post Ægyptiorum submersionem, canticum suum Moyses decantavit *a*. Valentia quoq; docet, postquam Adam mysticus deflevit casum suum, & miserias, à quibus liberatus psalmis septem introduci benedicentem, laudantem, gratias agentem pro beneficio potissimum redemtionis, quod consistat in liberatione à sex malis, à culpa, ab infirmitatibus, à periculo futuræ mortis, à miseria, à penuria, à corruptione, seu morte præsenti. Aliter alii distinguunt eadem beneficia, & constat recensèri nonnulla facta Hebræo populo, licèt mysticè ad populum Christianum aplicentur, ut in ipsa psalmi tractatione videbimus. Propria sua beneficia David, seu sibimet facta numerat, veniam, medicinam, vitam, coronam, latietatem, renovationem; populo justitiam, revelatione, veniam, firmitatem; toti mundo regimen universale. Quod scripsit Ambros. *b*, nullam epistolam tantum benedictionis increpuisse in plebem Dei quantum epistolam ad Ephesios, in qua non solum benedictos nos, à Deo, sed in omni benedione benedictos, & spirituali, & in cœlestibus significavit divinæ locuples gratiæ testis. Idem affirmare de hoc psalmo licet, ut nullus à principio usq; ad finem tot decantet laudes, gratiarum actiones, benedictiones Dei, quot præsens. Quoniam ubiq; & in omnibus gratiæ à nobis Deo agendæ sunt, quum ei benedicere velis, habet, inquit Athan. *c*, ad incitandum animum tuum, centesimum secundum psalmum, & centesimum tertium. Recenset quoque *d* ambos istos inter eos, quos appellat προτρεπτικὸς, & παραινετικὸς, *adhortativos*, atque *præceptivos*.

a Exod. 15.

Redemtio à quibus malis potissimum liberet.

b epist 16. interedito

c ad Marcellinum.

d ibidem.

Sensus loci.

Benedic anima mea Domino, &c.) Per modum soliloquii procedens, quosque conversa oratione ad Angelos, & aliàs res creatas provocet ad benedicendum Deum, excitat animam suam, ut id faciat, & omnes intimas ejus facultates, cogitationes, consilia, studia desideria; cunctas quoque corporis partes, quæ in ipso sunt, quia non sit satis voce, ac lingua, nam quum *spiritus sit Deus, in spiritu, & veritate adorandus* e, *est*, pura *mente colendus, psallendus, & adorandus spiritu* f; toto animi conatu, viribusq; venerandus, ex toto corde, anima, mente, viribus, tùm animi, tùm corporis, utpote cui debeantur omnia, nec deceat oblivioni tradi adeo multa ipsius beneficia, sed eorum jugi memoria, & æstimatione digna inflammari ad continuam ejus laudationem, perpetuamq; secundum cuncta, quibus constamus in corpore, & præsertim in anima, servitutem. Animam suam David simili alloquitur oratione psalmo 61. *g* jubens *Deo subjectam esse*: & in 114. *h*, ut *convertatur in requiem suam, quia Dominus benefecit ei*: in 145. *i*, ut *laudet Dominum*: repetit autem eadem verba psalmo sequenti bis *k*, & in fine præsentis psalmi. Tobias etiam idem usurpat *l*, ea ipsa de caussa, ob quam nonnullos dixi putare hoc loco invitare animam suam illum, qui rediit de captivitate in patriam: *anima mea*, inquit, *benedit Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquia seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.* Dulcissimum psalmum Folgenius omnium vocat, quia passim cœlesti conflagret amoris flamma, hilarem de Dei bonitate memoriam, pulcherrimam è cœlo elapsam doctrinam, spirituq; institutionem, in qua tamquam in lucidissimo speculo, quid sibi in re spiritus faciendum sit cernunt animę.

g *vers.* 26.
h *vers.* 2.
i *vers.* 1.
k *vers.* 1. 36.

l c. 13. 19. 20

Psalm. hic dulcissimus

Benedic anima mea Domino.] Hieron. etiam *Domino*. In Psalterio Romano, & vetere, apudque alios, *Dominum*. Græcè in eodem casu κύριον, & articulus את *eth* servit accusativo. Chaldaicè, *nomini Domini*. In textu Nebiensis, *nomen sanctitatis Dei*. Recitat vero ex Midras thehillim, propter magnam similitudinem animæ cum Deo, invitari animam ad illum laudandum. Similitudinis rationem in his esse, quod sicut anima corpus implet, regit, una in ipso est, non manducat, nec bibit, habitat in illo, videt, & non videtur; ita mundum Deus implet, regit, unus in eo est, nec manducat, nec bibit, in superiore mundo habitat, videt, non videtur. Non desunt aliæ meliores, ac illustriores causse, propter quas homo dicitur factus ad imaginem, & similitudinem Dei *m*, præsertim secundùm animam. Nec philosophicè loquendo, magis videre anima dicenda est, quàm manducare, & bibere. Familiaris est Hebræis compellatio hæc, ut animam suam compellent ad exprimendam affectus vehementiam; idque per quandam prosopopœjam, ut observat Clemens Alexandrinus *n* quasi una persona loquatur alteri. Præter allata exempla simile est in Psalmo 420. *quare tristis es anima mea*; & stultis divitis dicentis *p*, *dicam animæ meæ, anima, habes multa bona*, &c. Græcum, & honestissimum dicendi genus Cassiod. vocat quum anima loqui. Non deprehendi in prophanis: etsi amoris caussa appellent alios animam vel dimidium animæ suæ. Quid sit benedicere, alibi declaratum est. Hugo attingit modos, ut benedictionis materiam præstemus, peccata confiteamur, bene operemur, gratias agamus, omnia bona Deo attribuamus, de bonis collatis eum glorificemus. Locus hic in ingratitudinem declamandi non importunus foret. Occurrit hac frigida tempestate comparatio sapientis *q*, qua ingratum similem, facit hyemali glaciei, quæ tandem tabescat, & disperat. Vocat etiam *r gratiæ immemorationem, animarum inquinationem*, & alia ejusdem pessima effecta, de quibus nos ipsi, quum eum Auctorem enarraremus. In classe sceleratorum, qui *in novissimis diebus, & periculosis temporibus* erant, ponit Apostolus *s ingratos*, ἀχαρίστους. (Omnes immemorem beneficii oderunt,) ait Cicero *t*, & [*ingrato nihil iniquius*,] inquit Ambrosius *u*. Satis constat ingratum libertum ob ingratitudinem, privilegio privatum *x*, filium in vincula conjectum *y*, hospitem stigmatibus notatum *z*. Vultidem Paulus *pro omnibus, & in omnibus nos gratias agere* a, & gratos esse, b *hanc* enim *esse voluntatem Dei in Christo Jesu in omnibus nobis*. c Plura colligere in eamdem sententiam haud gratum fore credo, cum non pauca sparserimus priùs in hoc opere. Cultum Dei Augustinus *d* in hoc maximè constitutum asserit, ut anima ei non sit ingratas propterea q; in ipso verissimo, & singulari sacrificio Domino Deo nostro gratias agere nos admoneri. Inter plurima divinæ animadversionis in ingratos exempla Ezechias ægrotans commemorari potest, quod, ut Hebræos tradere Hieronymus *e* refert, post inauditam victoriam Judæorum, & Assyrii Regis interitum, non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso *f*, & Debora interfecto Sisara *g*, & Anna genito Samuele *h*. Congruunt hæc psalmo, qui dicitur laudatio, & gratiarum actio esse nominatim pro solutione Babylonicæ captivitatis. Tandem Albi-

m *Genes.* 2. 26.

Familiaris Hebræis animæ compellatio, & cum ea locutio.

n 3. *stroma.*
o *vers.* 5.
p Luc. 12. 19

Quid faciendum, ut benedictionis materiam præstemus.

q Sap. 16. 29
Ingratitudinis effecta.
r cap. 14. 26.

s 2. Tim. 3.

t 2. *offic.*
u *præfat. in Psalm.*
x *Valer. lib.* 3. *cap.* 1.
y *Sen. cin. declamat.*
z *idem de benefic. lib.* 3. *cap.* 6.

a *Ephes.* 5. 20
b *Thess.* 5. 18.
c *Coloss.* 3. 15

Cultus Dei, in quo maximè constitutus.

d *de spirit. & litter. c.* 11
e *in Es. c.* 39

f *Exod.* 15. 1.
g *Jud.* 5.
h 1. *Reg.* 2. 2

e Jo. 4. 24. f 2. Cor. 14. 25.

nus *a* hoc scribit canticum decantari, & perpetuum laudis carmen in præsentia sui sponsi *benedic anima mea Dominum*, &c. Componit August. in meditationibus *b*, ex hac, & similibus aliis sententiis doxologiam.

Et omnia, quæ intra me sunt. Hieron. *& omnia viscera mea.* Alii, ac Hieron. alicubi *c*, *interiora penetralia, quidquid virium est intra me.* Habent etiam *interiora* duo alia Latina Psalt. & August. Arnob. Cassiodor. Nomen Hebræum cum affixo קִרְבַי *keravai*, & voces Græcæ τὰ ἔντος significant *intus*: & significare possunt *ventrem, viscera, potentias internas, actus internos, & habitus, quidquid intrinsecum est, ac intimum*, sive sit corporale, sive spirituale, sive ratione sit præditum, sive illa careat. Apollin. ἔνατα reddidit *viscera*; quod nomen extat in ps. 108. *d*, ut & Latinum *interiorum*, & Hebræum קִרְבָּם *kerea*. Quod metaphoricè dici videtur de laude, ac benedictione, quæ fiat ex corde, meditatè, voluntariè, magna animi, & voluntatis contentione. Nec aliud puto velle Paraphrastes in textu Bibliorum Regiorum, (omisit enim textus Nebiensis) per *filios viscerum*, non autem liberos, ac natos prophetæ. Negat August. materialiter intelligendum Prophetam de interioribus corporis, pulmone, jecore, intestinis, necessariis ad formandam vocem, nempe ut præcisè de sola, vel præsertim de vocali loquatur voce, sed potissimum de sono cordis, qui Dei pulset aures: ita ut idem valeat *benedicere animam & interiora*: interiora ista numquam deesse qui audiat, numquam silere debere à benedictione Domini: alternare pro tempore sonos vocum, perpetuam esse oportere vocem interiorum, etiam quum negotium agis, quum cibum capis, præcipit Apostolus *e*, immo quum dormis, te excitet cogitatio flagitii, dispositio furti, condicta forte corruptio; sit innocentia etiam in dormiente vox animæ tuæ. *Cogitationem animæ multiplex* Cassiod. interpretatur, & consensum, concordiamq; veluti harmonicam virium animæ rationalis, ad laudem Dei, ne phantasticè imaginationes eludant, utq; omnia uno concentu caveantur, quæ culpabiliter sibi possint discrepare. Idem alicubi tradit Hieron. *f*, appellans (pastorem cogitationum nostrarum, atq; virtutum sensum,) idest, animum, sive intellectum. Exprimit Bruno Carthusianus sensualitatem, intellectualitatem, liberum arbitrium, omnesq; vires, quæ sunt in anima. Hugo dotes omnes internas naturæ & gratiæ: nominari autem potiùs *interiora*, quia sunt bona potiora; & cor vagans ad exteriora non potest vacare laudi Dei. Sic Esaias *g* dicebat, *anima mea desideravit te in nocte, & spiritu meo in præcordiis de mane vigilabo ad te.* Sic Maria: *Magnificat* h *anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Sic David nollet *adipe, & pinguedine repleri* cupiebat *animam suam, ut labiis exultationis laudaret os suum* i. Dionysius Rickelius nominat omnes vires, omnes habitus, omnes actus, omnes virtutes *s* omnes scientias, omnes cogitationes animæ, adde omnes affectiones. Hieron. rursum alibi *k*, *viscera hæc*, & *interiora* (spiritualis ventris Prophetæ nostri, & ventris, quem Esaias *l*, *sonatorum* scribebat *sicut citharam*, ait esse concordiam virtutum, quæ juxta Philosophorum sententiam cohærent sibi, & ut Jacobus *m* docuit, *cui una defuerit, omnes desunt*: quemadmodum citharæ non emittit vocalem sonum, atq; compositum, si saltem una chorda rupta fuerit. Hoc loco Arnobius, vim faciens in *interioribus*, ut viscera significant, & hæc accipiuntur pro misericordia *n*, ut è contrario in iisdem dicitur inesse crudelitas *o*, docet, si misericordes fuerimus viscerali ter, & si benedixerimus Dominum, fore ut propitietur ille omnibus iniquitatibus nostris, tandemq; dicat *p*: *Venite benedicti Patris mei*, &c. Origenes *q* disputans de vocibus nonnullis adhiberi solitis in incantationibus, ac de illarum mirabilibus effectis, propter assistentes contrarias virtutes: multo autem mirabiliora, & vera effecta inesse Scripturæ sacræ vocibus, ob præsentiam cœlestium virtutum, & Angelorum Dei, qui nobiscum sunt *r* hosq; libenter, & grate accipere; si semper illas ex ore promamus quamvis non intelligamus, quoniam ipsi intelligunt, & velut carmine quodam invitati adesse nobis, & ferre auxilium delectantur: hoc inquam, Origenes de Angelis, quod sint non solum circa nos magno numero, sed etiam intra nos, confirmat istis psalmi verbis. Eodem quoque sensu Paulum interpretatur, *si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est*, ut nempe *spiritus orans* intelligatur de virtutibus illis, quæ animæ nostræ in adjutorium datæ sunt, & pascuntur, reficiuntur ex auditu Scripturæ sanctæ. Nimis mystice dicuntur ista; nec intelligo, quo pacto Angeli aliter sint, intra nos, quam circa nos; si *intra nos esse* sit aliud, quam præsentia eorum: nec enim illabi in substantiam nostram alteri conceditur, quam Deo. Sed & apud Paulum orans, cum lingua oret, existente mente sine fructu, est is, quo spirando, vox emittitur; etiamsi aliæ sint dicti loci expositiones. Denique coactius est dicere Angelum orare, quia delectatur oratione nostra, vel recitatione divinæ Scripturæ, quamvis ex hujus intelligentia mens nostra fructu non percipiat. Bonaventura hoc loco docet etiam intra nos esse Angelos; quia juvant in opere interiori; & ideo in introitu Missæ Angelorum cantari versum istum. Hoc nimis coactum. Itaque per *interiora*, eave quæ intra nos sunt, comprehendi possunt omnia, quæ prius dixi, quas Nicephorus Blemida λογισμὸς, ἐνθυμήσεις, καὶ πασας δυναμεις ψυχῆς appellat *ratiocinationes, cogitationes, & facultates animæ*. Et Hebræi, Platoque, animæ facultates enumerant, ac distinguunt per instrumenta corporis. Quibus nihil vetat addi cum Euthymio, omnia, ac singula corporis membra, totumque hominem ex omni sua parte; & ut Bellarminus ait, totum quod est in homine, hacque nostra exteriore pelle contegitur, ut *cor, & caro exultent in Deum vivum* t, *& omnia ossa dicant, Domine, quis similis tibi* u? & quoniam res etiam inanimæ laudare dicuntur Deum, & ex pio affectu vellet anima, si fieri posset, ut omnia Deum cognoscrent, & laudarent. Chrysostomus comprehendit omnes internas corporis partes. Propheta quidem certe non solum de anima locutus est, sed etiam *quia intra se essent* non *quæ intra animam* præcise, dixit. [Taceat laudes tuas, ait Augustinus, *x* miserationes tuas non considerat, quæ nunc de medullis meis confitentur tibi.] Vim etiam Chrysostomus facit in adverbio ἐντὸς *intra*, quasi feriantes facultates ad opus invitentur.

Nomini sancto ejus.) De S. nomine Dei dictum aliàs. Isquem vocant Hieron. adventum Filii, nomen Patris esse vult, ante adventum Christi cognitum Deum fuisse, patrem ignoratum; à Christo revelatum sive manifestatum nomen Patris hominibus *y*. Hugo nomen *Jesu* interpretatur sive *Salvatoris*, quod ab effectu *sanctum* appelletur, quia sanctificat: Dominum licèt etiam damnet, non nominari damnatorem, quia invitus id facit, & cogitur quodammodo à peccatis impiorum, vindictam sumat de hostibus, & inimicis suis *z*. Dicere adhuc possemus, quod innuit Cajetanus, accipiendo non tantum *nomen Domini* pro Domino ipso, ut sæpe fit, vel pro potentia, fama, gloria ejus; sed etiam præcisè pro vocabulo, quo appellatur, Prophetam velle benedici, ac in summa veneratione haberi non modo Dominum, sed ipsosmet apices nominis illius. Magnos viros Seneca *a* honoris caussa appellabat, venerabatur, & tantis nominibus semper assurgebat. Quid nomen *Jesu*? Infixum id ferunt divinitus Ignatii martyris in corde, Eustachiæ sub axilla *b*. Ter Paulus id abscisso pronunciavit capite; vivens quingenties *c*: hoc patiens de nimio amore, ut eum semper quem diligebat, inquit Hieron. *d* etiam superfluè, & extraordinariè nominet: & Prudentius *e* canit;

— *Quæ jam littera Christum*
Non habet? aut quæ non scriptorum armaria Christi
Laude referta? &c.
O nomen perdulce mihi, lux, & decus, & spes,
Blandus in ore sapor, fragrans odor, irriguus fons.

Alia de eodem nomine dixi aliàs, sed cognomen à societate *Jesu* impellit suaviari sæpius id nomen.

Benedic anima mea Domino.] Repetitio vehementiam indicat affectus, & infirmitatem cordis humani, quod nullo negotio circa res spirituales remittitur. Quam puto esse caussam, cur antiphonas, versus, sive versiculos in officio divino Ecclesia iteret, ac inculcet: Hoc August. voluit, dicens quod pertinet repetitio ad exhortationem ut nimirum magis, ac magis excitet anima seipsam. Prosper ait quod iterata cohortatio docet numquam à Dei benedictione cessandum. Cassiodorus decoram replicationem verborum vocat, & studium

Quomodo Angeli dicantur intra nos esse. Deus solus in substantiam nostram illabi potest.

Quamobrem Ecclesia in divino officio versiculos iteret.

a epist. 57. tom. 1. Henr. Canis.
b cap. 27.
c in Esa. c. 55.
d virs. 18.
e 1. Cor. 10. 31. Colossen. 3. 17.
f in Malach. cap. 3.
g psal. 25. 9.
h Luc. 1. 46.
i psal. 62. 6.
k in Esa. lib. 6. in c. 16.
l cap. 16. 11.
m cap. 2. 10.
n Luce 1. 78. Colossi. 3. 12. 1. Joan. 3. 17. Philipp. 2. 1. & alibi.
o Prov. 12. 10.
p Matth. 25. 34.
q homil. 30. in Josue. Origenis intelligentia mystica nimis.
r cap. 18.
1. Cor. 14. 9.
s Quo modo Angeli dicantur intra nos esse. Deus solus in substantiam nostram illabi potest.
t psal. 83. 3.
u ps. 34. 10.
x in confess.
y Joan. 17. 6. Quare Dominus damnator dici non debeat.
z Esa. 1. 24.
a Epist. 65.
b Alanus Corpus dial. 3. cap. 23.
c Gen. 3. Chronol.
d in ep. ad Ephes. c. 1.
e in apotheo.
Nominis Domini ipsi apices honorandi.
Quamobrem Ecclesia in divino officio versiculos iteret.

dium maximum concitari geminata sententia, ne ad opus tale anima dissimulatione noxia segnior esse videatur. Rickelius quum idem repetitur, insinuari monet admonitionem, ut pensemus quam sit utile benedicere Dominum, salubre, justum. Adde quam jucundum, honestum, necessarium. Hugo in iteratione observat geminam animæ virtutem, cognitivam, & operativam ut sic *psallamus spiritu, & mente* a, vel ut in Deo laudetur *ipsum esse*, illius & *agere*: in *esse*, natura, & persona; in *agere*, creatio, & recreatio, vel misericordia, & justitia, sive judicium *b* vel gratia in præsenti, & gloria, quam dabit in futuro. Cajetanus vult hoc non tantum exaggerantis esse, sed insinuantis quoque aliam materiam laudis; quam sequentia contineant verba. Conflari potest integer unus sensus ex hisce distinctis dicendi modis. Usurpat Ecclesia versus Ps. hujus primos quinque in precibus ad primam tempore jejuniorum: & Aug. alio quodam *c* loco hæc recoli obsecrat paululum, & in iis inspici delectabiliter laudem misericordiæ, & gratiæ Dei.

a 1. Cor. 14. 15.

b Ps. 100. 1.

Quo tempore primi hujus Psal. versus ab Ecclesia usurpentur

c de spiritu & lit. c. 33.

Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.) Non *oblivisci omnes* trito scripturæ more idem valet quod nullam; non tantum aliquam, juxta dialecticas regulas. *Et noli oblivisci*, est non quomodocumque, sed grata memoria recordari. Unde *d* quidam:

d Homer.

μνήσομαι οὐδ' ἐλάθομαι ἀπόλλωνα ἑκάτοιο.
Memor sum, atque tui numquam obliviscar Apollo.

Pro *retributionis* quas vox Hebr. cum affixo גְּמוּלָיו *ghemuliu* significat, & Græca ἀνταποδόσεις quæ est in Bibliis Complutensibus, Regiis, & aliis, leguntque Græci Enarratores, & Apollinarius ei synonymum ἀμοιβάς, biblia Sixtina habent αἰνέσεις *laudationes*, sicut & Æthiopicum Psalt. Symmac. autem reddidit εὐεργεσίας *beneficia*. Quare ἀνταποδόσεις vocentur beneficia divina, & retributiones. Euthymius & Nicephorus assignant causam, quia λαβόντες καλὰ ἀπεδώκαμεν πονηρὰ διὰ τῆς παρακοῆς· θεὸς δὲ ἀῦθις ἀνταπέδωκεν ἀγαθά. *Quum accepissemus bona reddidimus mala per inobedientiam; Deus autem rursus reddidit*, sive *retribuit bona, & beneficia*. Latini, duce Augustino *e* idem ferè dicunt: ita ut Dei beneficia non simplicia censenda sint, sed veluti duplicia; quatenus ad solùm non punit debitis pœnis peccata nostra, quod sane magnum per se beneficium est, verùm etiam præterea, tot nos bonis afficit pro malis adeò multis nostris, quibus eum offendimus, *benignus super ingratos, & malos* f. Hugo notat in *retributionum* vocabulo, præter dictum respectum reddendi pro malis bona, iteratas, frequentatasque donationes, & condonationes. Rickelius id esse verum ostendit adhuc prout omnes in primo parente peccante, omnia munera gratiarum perdideramus: sed misericordia Dei nobis per Christum illa retribuit, ac denuò dedit. Prima cujusque nostrum generatio, & creatio animarum nostrarum non ita propriè primo modo diceretur retribui, quia est primum beneficium, atque fundamentum ceterorum, ante quod nullum malum præcessit in nobis (nec enim animæ nostræ prius existebant, & peccaverant, ut Origenes voluit) pro quo hoc bonum creationis, & generationis retribueretur nobis. Immò demitti animas in corpora, si antea erant, & peccaverant, pœna potius esset juxta dictam Origenis doctrinam, non beneficium. Posset etiã *retributionis* nomen innuere beneficium non omnino primum, sed quod Deus rependit maximo cum fœnore illi, qui pro jam accepto gratias agit. Hoc pacto Basilius *g* expendit alterius Ps. *h* verba, *quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Quam enim, ait, rependit pro accepta gratia gratiarum actionem, in numerum refert, & habet beneficii loco: qui licèt aliud nil aceipiat, quam quod subest, solidam tamen retribuit gratiam, ac si propria dedisses. Hoc inquam ipsum oblivisci memine debemus, quam sit, ut dicam, gratus Deus, & in gratos, gratias majores & plures conferat semper. Vidimus in aliis Psalmis גָּמַל *gamal* expositum per simplex *tribuendi*, Latinum verbum; *Cantabo* i *Domino, qui bona tribuit mihi* τῷ εὐεργετήσαντί με: & in Proverbiis *k benefacit animæ suæ vir misericors*; ubi est גֹּמֵל *gomel*, & ἀγαθοῦ ποιεῖ. Quocirca possent hoc etiam loco *retributiones* pro simplicibus tribulationibus, ac beneficiis poni, quæ is qui dicitur. Hieronymus beneficia quoque vocat, & Symmachus εὐεργεσίας ut dixi. Quamvis quæ notata sunt ab interpretibus, contemni non debent, multo minus versio nostra reprehendi, ut à quibusdam fit, quæ habet *retributiones*, pro quibus contendunt reponi debere *beneficia*. Cavetur porrò istis verbis ingratitudinis vitium, de quo non nihil paullò ante diximus, cujusque Seneca *l* pessimam speciem scripsit esse beneficii oblivionem, aliàs quum quis accepisse se negat quod accepit, vel dissimulat, vel non reddit. Exprobrat Deus populo, quod *sit oblitus ipsius diebus innumeris* m: Moyses quod Domini Creatoris sui *n*; Esaias quod Domini factoris sui *o*: David quod *beneficiorum ejus* p: *& operum* q, & *Dei qui salvavit eos* r; Deum verò requisiturum si quis *obliviscatur nomen illius* s. Inter plurima, maximaque vitia, cur nullum sit frequentius, quam ingrati animi, differit initio operis de beneficiis Seneca, multaque deinceps in toto opere. Marcus Eremita *t* inter præcepta salutaria, quæ dat cuidam Nicolao, hoc præcipuè inculcat, ne obliviscatur divinas retributiones beneficiaque: immò inter tres gigantes mysticos omnium auctores malorum, quibuscum pugnandum sit, primam nominat oblivionem, deinde ignorantiam, postremò secordiam, opponens eis memoriam, cognitionem, alacritatem. Ceterum *oblivisci*, & oppositum verbum *recordari*, sive *meminisse*, ac *memorem esse*, non solum dicunt simplicem oblivionem, aut memoriam, sed praxim, & actionem jincludunt vel bonam, vel malam. Exempla occurrerunt aliàs, allataque sunt: & quod attinet ad memoriam, paullò post *u* mentio fiet de illis, qui *sunt memores mandatorum Dei ad faciendum ea*. Retinebat Esaias tenaciter, & practicè memoriam retributionum divinarum, quum dicebat *x*: *Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis, secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum*. Auctor etiam Ecclesiastici *y* scribit, *memoratum se misericordiæ Domini, & cooperationis ejus, quæ à sæculo sunt*. Triplici de causa non recedunt quædam à memoria, ut observat Grevæus *z*, quia rara, seu nova, quia magna, quia extat aliquod eorum monimentum, At *novum creavit Dominus super terram* a: *magna sunt opera ejus, & exquisita* b: *memoriam fecit mirabilium suorum escam dando* c, quam sumi voluit in sui memoriam *d* Sed mirum est, quod oblivionem inducunt, quæ excitare, & conservare maximè memoriam deberent. *Observa*, inquit Moyses *e*, *& cave ne obliviscaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus, atque judicia & cæremonias, ne postquam comederis, & saturatus fueris, domos pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis, habuerisque armenta & ovium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit de terra Ægypti*. Frater Ephraim, qui fructificantem significat, Manasses est, qui oblivioſum, quasi oriatur ex beneficiis oblivio.

l 3. de benef. cap. 1. Ingratitudo cavenda: & ejus pessima species oblivio beneficii

m Jer. 2. 32.

n Deuter. 32. 18.

o c. 51. 13.

p Ps. 77. 18.

q Ps. 103. 2.

r vers. 21.

s Ps. 43. 21.

t To. 5. Bibl. Pat. Gigantes mystici.

u vers. 18.

x c. 63. 7.

y c. 51. 12. Caussa cur quædam à memoria non recedunt.

z ser 214.

a ser. 31. 22.

b Ps 110. 2.

c vers 4.

d Luc. 22 19 1. Cor. 11. 24.

e Deut. 8. 11. 12. 13. 14.

Vers. 3.) Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

INter retributiones, ac beneficia divina homini collata à principio justificationis usque ad glorificationem, quæ ordine prosequitur, & optimè declarantur à Jacobo de Valentia, statuit primo loco peccatorum remissionem gratis facta, quantumvis multa, & magna illa sint, cum qua conjuncta est reconciliatio, amicitia, adoptio filiorum Dei, justificatio. Deinde ponit sanitatem à pluribus infirmitatibus, quæ sunt radices peccatorum, quarum præcipua est *cupiditas* f, vel etiam *concupiscentia carnis, & oculorum atque superbia vitæ* g; vel præcipua illa vulnera, ignorantiæ, concupiscentiæ, infirmitatis, vel habitus vitiorum contracti; quæ infirmitates, ac languores ex primi parentis peccato in nobis relicti, curantur sensim in hac vita: nec perfecta sanitas nisi post illam obtineri solet. Interim existunt ut pœnalitates, & ad exercitium virtutis, meritumque; nec imputantur per se ad culpam, præsertim in justificatis, in quibus, ut definit Concilium Tridentinum *h*, nihil odit Deus, & nihil est damnationis, ideſt nihil odio & damnatione dignum: peccata verò, seu iniquitates omnes, quæ tale nomen absolutè merentur, videlicet mortales, simul remittuntur, quia quodlibet repugnat amicitiæ, & gratiæ Dei, atque veræ justitiæ. Quod quia in venialibus non reperitur, possunt aliqua dumtaxat remitti, sine aliis. Hoc Hugo; & Rickelius omnia notavit. Jacobus

Sensus loci.

f 1. Tim. 6. 10

g 1. Jo. 2. 15.

Infirmitates & languores existunt ut pœnalitates ad exercitũ virturis.

h sess 8.

i Ps. 12. 6. & c. 11. 17.

k Prov. 11. 17.

Origenis error.

g orat. in Julitam.

h Ps. 115. 12.

Dei beneficia.

cobus de Valentia distinguit hic, & sequentibus duobus versibus contenta Dei beneficia remissionem peccatorum, concupiscentiæ, sive fomitis mitigationem; quæ duo continentur in isto versu: præservationem à peccato (melius à mortis æternæ interitu) præmium (nempè per varia auxilia gratiæ, quibus eo perveniatur, & opera misericordiæ nostra erga alios) satietatem ex præmio, continente cuncta bonorum genera: immortalitatem, & gloriam corporis. Præterea considerat sex mala ex peccato sequentia, quæ per pœnitentiam auferantur; elongationem à Deo, sauciationem animæ; captivari sub diaboli potestate, odio haberi à Deo, spoliari bonis gratificis, & gratuitis, in malo indurari. Prosper enumerari dicit per quos gradus gratiæ anima salvetur. Cassiodorus appellat retributiones futuri sæculi, quas sanctis suis Dominus pia miseratione largitur. In hac tamen vita locum habent aliqua ratione iidem effectus, quamvis perfectè in futura dumtaxat. Quinque tantum recenset, comparans cum quinque mysticis panibus: omittensque quod ex Aquila affertur, ita ut non sit novus effectus, sed exemplum ad reliquorum confirmationem. Aliam Augustini distinctionem postea referam ex alio ejusdem loco. Non excludo infirmitates corporis, quæ immittuntur quandoque propter iniquitates, his autem remissis, sanantur. Sed præcipuum illud aliud beneficium est, duoque illi effectus semper connexi: quum morbi corporis justos etiam interdum vexent acerbius. Quod spectat idem ad Davidem, facile concesserim de suis quoque corporalibus ægritudinibus loqui, licèt præcipuè de spiritualibus, ut Lyrano, ac Treveto placet. Cui opinioni non obstat Cajetani ratio, quod non excesserit David septuagesimum annum, homoque militaris, & robustus, *quum cooperiretur vestibus, non calefiebat* a. Nam intelligere potuit de aliis morbis Chronicis, non de hac ex labore contracta corporis imbecillitate. Meritò Deus exigit beneficii tanti memoriam, quo propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, oblivioni tradens illas, & sanat infirmitates, præcipuè spirituales. *Ego sum* b, ait, *ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Deponet*, inquit Micheas c, *iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.*

Mala quæ per pœnitentiam auferuntur.

a 3. Reg. 1. 1.

b Esa. 43. 25

c cap. 7. 19.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.) Alii, *parcit, remittit, veniam dat*. Hebraicè, & Græcè sunt participia hìc & deinceps; & quidem Græcè accusativi casus, quia reguntur ab εὐλόγει τὸν κύριον *benedic Dominum*, nempè τὸν ἱλαστεύοντα, &c. *propitiantem*, &c. In aliis Latinis Psalt. & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Prosperum, *qui propitius fit. Omnes iniquitates.* Bruno explicat, & originales, & actuales; magis propriè dixisset *originalem*: Unica enim in quolibet est prius quam justificeetur; actuales plures esse possunt, & ante baptismum, si sit adultus, & quas post primam illam justificationem committat. Quamquam originale peccatum, quia ceterorum fuit origo, & per effecta, quæ etiam eo deleto, remanent, operatur, veluti alia, multiplex censeri possit. Augustinus in libro de spiritu, & littera d, redigens in compendium explanationem versuum quinque primorum præsentis Ps. docet hunc esse ordinem illorum, ut quisquis crediderit ei, qui se à peccatis omnibus (idest, habitibus vitiorum, fomite, & aliis ad peccata inclinantibus) sanandum, & calore, ac lumine ejus accendendum, illuminandumque non contemplerit, habeat ex ejus gratia opera bona, ex quibus etiam secundùm corpus à mortis corruptione redimatur, coronetur, boniſque satietur, non temporalibus, sed æternis, *supra quam petimus, & intelligimus* e; quæ ad novum hominem, & novum testamentum pertinent; quæ aquilæ renovata juventus designat. Deinde declarat propitiationem istam in baptismatis exhiberi Sacramento: sanationem languorum, seu infirmitatum in hac vita, dum *caro concupiscit adversum spiritum, & spiritus adversus carnem* f, fieri ex fide, *quæ per dilectionem operatur*: redimendam de corruptione vitam in ultima resurrectione mortuorum: coronationem in miseratione, & misericordia, in judicio, ubi sic de operibus feretur etiam bonis sententia, ut misericordia locum habeat, quia respectu Dei, & si quis per se spectetur, non erit qui gloriari possit *mundum se habere cor, aut purum esse à peccato* g: satiandum sive replendum in bonis desiderium, quum lata sententia, justi abibunt in vitam æternam h. Inter iniquitates omnes, quibus propitiatur Deus, veniales computari quoque possunt, pro quarum propitiatione iterari quotidie oblationem Pas-

d cap. 3. 3.

e Eph. 3. 20.

f Gala. 5. 17.

g Prov. 20. 8.

h Matt. 25. 33.

Originalis iniquitas quum unica sit, quomodo censeri possit multiplex.

Achasius *i* inquit, quoniam quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest; quia licèt omnia peccata domata sint in baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc in carne manet, prout hìc habetur sequentibus verbis. Sed & peccatorum remissio censeri potest retributio, quia quamvis gratia sit, & gratis detur, non est, ut ait Aug. *k*, sine aliquo merito, si fides hanc impetret. Intelligit meritum de congruo.

Qui sanat omnes infirmitates tuas.) In aliis Psalteriis, & Patribus quos tam sæpe nomino, & apud Hieronymum *l*, Fulgentium *m*, Cœlestinum Papam *n*, *languores tuos*. Augustinus non hìc tantum, sed pluribus aliis locis *o languores* istos accipit de difficultatibus, quæ post remissa peccata residentad virtutem, & opera bona. Sunt autem difficultates, quas prius etiam imnui, fomes, & Passiones, prava corporis complexio, imbecillitas ejusdem: ac infirmitas quoque, & ægritudo, malæ quædam inclinationes, vitiosi habitus, extrinsecæ occasiones, atque tentationes, inexperientia, ignorantia, error, oblivio, & alia, quæ sub his, quasi classibus comprehenduntur, & tustinentur à nobis, quamdiu non est *absorpta mors in victoria* p, & adhuc *infelices* vivimus *in corpore mortis hujus* q, & nondum *corruptibile hoc induit incorruptionem* r. Non vel unum quantulumcumque remanet peccatum, quod non remittatur in baptismo, inquit Augustinus *s*, sed quemadmodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate, quæ febribus facta est, revalescere (utitur eadem similitudine Bruno Carthusianus) itemque aliud est, infixum telum de corpore demere, aliud vulnus, quod eo factum est, secunda curatione sanare; ita prima curatio est, causam removere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum; secunda, ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renovatione hujus imaginis. Probat id præsenti testimonio, & Pauli *t* scribentis *renovari hominem interiorem nostrum de die in diem*. Iten, propitius fit Deus inquit *u*, iniquitatibus, quum peccata dimittit; sanat languores, quum desideria prava compescit: propitius fit iniquitatibus, dando indulgentiam: sanat languores, dando continentiam: illud factum est in baptismate confitentibus, hoc fit in agone certantibus, in quo à nobis noster per ejus adjutorium vincendus est morbus. Postremo contra Julianum *x* defendit baptismum recte dici totius causam sanitatis, quia per illum actum est, ut & à præteritis languoribus sanaremur, & à futuris incipiamus, studeamus, mereamur sanari, cum quibus donec sanemur, vel quantum possunt in hac vita magis magisque minuantur, non quiescunt intestina bella etiam sanctorum: sed dimitti sibi petunt peccata, nec induci in tentationem *y* misericordiam hanc implorat alio in Psalmo *z* David, quia infirmus sit, de qua infirmitate Gregorius *a*, nosque ibidem, & ille infirmitatem esse dicit ex peccato primi parentis contractam. Accommodat etiam Bernardus *b* istam sanationem ad pœnitentis contritionem, & amaritudinem, quam quum ille post commotionem sentit, Deus sanet *c*. Fulgentius *d* hinc quoque probat nullum esse peccatum irremissibile, ac omnipotentiam medici nostri hìc intimari. (Quid rogo nobis, inquit, putemus remitti non posse, quum propitius fit Dominus omnibus iniquitatibus nostris? aut quid in nobis æstimamus sanari non posse, quum Dominus sanet omnes languores nostros? aut quomodo sanato & justificato indigentiæ aliquid relinquit, cujus desiderium in bonis satiatur? vel quatenus plænæ remissionis beneficio potiri non creditur, cui etiam corona in miseratione, & misericordia condonatur?) Hugo infirmitates, & morbos spirituales cum corporalibus confert, cum hydropi avaritiam, iram cum febre, superbiam cum apostemate, hæresin, vel simoniam cum lepra, cum bolimo gulam, cum hemorrhoide luxuriam, invidiam cum phthisi, adde acediam cum paralysi. Alii *e* similem faciunt phreneſi superbiam, iram comparant cum febre acuta, invidiam cum ordinaria febre, quæ nunc frigore constet, nunc calore, cum paraiysi acediam, cum hydrope avaritiam, gulam cum epilepsia, seu morbo caduco, luxuriam cum lepra. Non erit difficile similes aliàs comparationes commodas comminisci. [Magni languores, sed major Medicus, inquit Augustinus hoc loco. Omnipotenti Medico nullus languor insanabilis occurrit, tantum tu curari te sine, manus ejus ne repellas: novit quid agat; non tantum delecteris, quum fovet, sed etiam toleres, quum secat; tolera

Pro venialium peccatorum propitiatione quotidie iteratur oblatio, & quare.

i de corp. & sang. Christi cap. 9. & refertur de consecr. d. 2. ca. iteratur.

Peccatorũ remissio quomodo censeatur retributio.

k Ep. 105.

l in Esa. c. 26.

m Epi. 1. de conjug. debito cap. 1. & Ep. 7. cap. 2.

n Ep. ad Episc. Gallia.

Difficultates quæ residentpost remissa peccata ad virtutem.

o de spirit. & litter. cap. 33. 14. de Trinit. ca. 17. de contin. ca 7. 6. cont. Julian. c. 21. & 18.

p 2. Cor. 15. 14.

q Rom. 7. 24.

r 1. Cor. 15. 53.

Quomodo infirmitas peccati, post peccata remissa in Baptismo, in carne relicta curetur.

s 14. de Trin. cap. 17.

t 2. Cor. 4. 16

u de contin. cat. 7.

x lib. 6 c. 18.

Baptismus totius sanitatis causa eur dicatur

y Matt. 6 13.

z Psal. 6. 3.

a ib. dem.

Sensus accommodatitius.

b ib. de conscien

c Psal. 10. 4.

d Ep. 7 c. 3.

Nullũ peccatum esse irremissio. ne probatur

Infirmitatum spiritualium cum corporalibus collatio.

e Avendana in Psal. 118 tract. 24.

lera medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem.) A
a 3. et hic c. 3. Ipsamet punitiones Philosophus *a* inquit esse medicationes κολάσεις ἰατρείας. Lectu dignam collationem subdit idem Augustinus, cum ægro, secundùm corpus, qui tanta tolerat, ut paucos dies victurus, moriatur, & hos paucos dies incertos: qui ligari se vult, & secari, daturus pro incerta sanitate certum dolorem, magnam mercedem. Aggerat rationes, quibus persuadeat, ut sanari velis ab eo, qui maximè & possit, & velit. Ostendit nasci, esse incipere ægrotare; quotidiana medicamenta refectiones omnium indigentiarum esse, ut famis cibum, potum sitis, fatigationis sessionem, hujus ipsius aliam corporis positionem. Describit in lecto ægrotantis curas; & sicut monetur, ut his abjectis de salute cogitet: sit cuivis, non potest hic quin ægroter, ante omnia procurandam animæ salutem, & *accipere calicem salutaris* b, Ipso se Christus Medicum venisse dixit ad male habentes, & peccatores *c*, & Esaias illum *d* verè languores nostros tulisse, hoc est, tolerando abstulisse, seu vim illos curandi, & auferendi meruisse, atque suppeditasse. Et fuerunt qui ludentes in elementorum Græcorum sono Ἰησοῦν B
b Ps. 115. 13. sec. Hebr. c Matt. c. 9. 12. d Esa. 53. 4. derivarent ab ἰάω, quod est *medor*, & *sano*, cui aptè medicum adjungas unguentum in vocabulo χρῖσις; itaut non ille se Medicum neget *e*, sed ipsimet omnibus profiteatur. Quam duplicem rationem in istis nominibus postea lætus in Bernardo *f* deprehendi differente de *Jesu* Medico, & unguento *Christi*. Quomodo Deus audienti vocem suam, & facienti quod rectum est coram ipso, & obedienti mandatis ejus, custodientique omnia præcepta illius, promisit cunctum languorem, quem posuerat in Ægypto, non inducturum super eum, dicens, *ego enim Dominus sanator tuus* g, *ὁ ἰώμενός σε*, *sanans te*, רפאך *repheecha*, *sanans te*, vel *medicus tuus*, quem significat Chaldæa vox אסך *asach*. Qui eo, quem dixi, modo *Jesu* nomen Græce deducunt, sunt Epiphanius *h*, Cyrillus *i* Jerosolymitanus, Moscopolus *k*. Nec tamen rejiciunt etymon Hebræi vocabuli *ex salute*, præsertim à peccatis, quod Gabriel reddidit *l*. Eodem facere potest πένταλφα, & πενταγραμμον, seu πενταγωνον, idest, triangulus triplex invicem intertus cum lineis quinque & cum tessera υγιαίνειν, & inscriptione intra triangulum τῆς ὑγείας, quod Antiocho adeò salutare in bello fuit, & in nummo impressit, Gyraldus *m* consulendus, & Pierius *n*, qui ad medica Christi vulnera hoc non ineptè accommodat. *Domini est salus* o, *vana* autem *hominis* p, superstitiosa Apollinis, Æsculapii, Chironis, Hepii, Pœonis, Machaonis, præterea Hygejæ, Salutis, & aliorum salutigerorum, vel opiferorum deorum, seu σωτήρων. Infirmos curari præcepit Christus, quando misit prædicatum *q* tot peccata, quot infirmitates intelligens, ut innuit hoc loco qui dicitur Hieronymus, hujus rei typum fuisse dicens mulierem, *quæ decem & octo annis habebat spiritum infirmitatis* r. *Tu Domine sanator, & salus mea, sana animam meam, quia peccavi tibi* f: *sana me*: *& sanabor*; *salvum me fac, & salvabor, quoniam laus mea tu es* t: *sanitas etiam in pennis tuis est*: u quum *percusseris sanare soles* x: *qui sperat in te, sanabitur* y: *per sapientiam sanas* z, & *per misericordiam* a: *potens es ex omnibus sanare* b, *verbo solo fine malagmate* c quod *verbum missum sanando, eripit de omnibus interitionibus* d: denique *sanitas es orbis terrarum* c, effice, ut sanatus jam *non amplius peccem* f: & ut *salvet salute æterna* g. Medicus hic noster corpori medetur, & animo, mortuum suscitat, cunctos omnino morbos curat, gratis sanitatem donat, medicamenta ejus si ritè suscipiantur, semper sanitatem operantur, quæ Medico corporali non conveniunt. Tandem præcipit Hieronymus *h*, ut semper non solum in corporis, sed etiam in animæ sanitate, dicamus, *benedic anima mea Domino, qui sanat omnes languores tuos*. De sanitate corporis ambigi non potest, priusque docui hic etiam sermonem esse posse de corporalibus infirmitatibus, in quibus Medicorum quidem negligenda opera non est, sed in Deo fidendum præsertim, ut multis verbis docet Auctor Ecclesiastici, *i* De tolerantia in morbis agat hic qui volet, consulat verò Senecam *k*, & Nazianzenum *l*; de usu Medici, ac medicinæ Basilium *m*, & August. *n*, qui de Religiosis quoque agunt; ut Deo tamen fidat æger potius, eumdem Basilium *o*, Ambrosium *p*, Hieronym. *q*; Bernardum *r*: qui præ fiducia ista, quam tantopere commendat, videtur negligi velle à Religiosis medicinæ adjumenta.

e Ex. 15. 26. f Serm. 6 in vigil. Nat. g Luc. 10. 9. h haref. 29. i caech. 10. k de sched. l Matt. 1. 21. Antiochi πενταγώνου. m hist. deor. syntag. 1. n lib. 47. fol. 51. o Ps. 1. ult. p Ps. 59. c. 13 q Luc. 10. 9. r Luc. 13. 11. f Ps. 40. 5. t Jer. 17. 14. u Mala. 1. 12. x Deute. 32. 29. Job. 5. 10. y Pro. 28. 25. z Sap. 9. 19. & cap. 10. 4. a cap. 16. 10. b cap. 14. 4. c cap. 16. 12. d Ps. 106. 20. e Sap. 6. 16 f Joa. 5. 14 g Esa. 45. 17. h in Es. c. 26. In infirmitatibus corporalibus Medicorũ opera utilis 3 e 38. 1. usq; ad 16. k Epist. 78. l Epist. 70. m regul. 55. ex fusis. n Epist. 105. o supra. p Vitae Cain, & Abel. c. 10 q in Es. c. 26 r Epist. 121. & Serm. 30. in Cant.

Vers. 4.) Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

ALia duo beneficia, quæ de Davide Lyranus, Tremetus, Ayguanus, & ex recentioribus Jansenius, Genebrardus, Vatablus, & alii exponunt, quando scilicet, exempli causa Saul fecit custodiri domum ejus, ut interficeretur mane, *& fugiens salvatus est* s: aut quando cinxerunt eum milites ejusdem in modum coronæ: quumque desperaret se evadere posse, *salvatus est* t: præterea quum coronatus est Rex primum super Tribum Juda *u*, quasi tantùm in misericordia, deinde tamquam in miserationibus, super totum Israel *x*. Nam etiam Davidi collatæ sunt multæ retributiones, sive beneficia, quia penè puer ursos, & leones, & Goliam interfecit, *y* & inter fratres minimus in Reg. inunctus est *z*. eidem ignota peccata adulterii homicidiique *a*, & numerationis populi *b* sanatæ ipsius infirmitates, tum spirituales modo dictæ cum parvis inclinationibus, & passionibus, &c. tum corporales. Cajetanus quoque primum membrum explicat de liberatione Davidis à periculis mortis, velut à fovea sepulchri, secundum, de concesso eidem regno sublevando à multis miseriis. Basilius ac Theodoretus declarant de captivis in Babylonia inde liberatis, ac de morti simillima captivitate, revocatis etiam ad regnum proprium, & circumdatis divina misericordi protectione in modum coronæ, sive clypei: sed multo magis de universo genere humano. Quem sensum, ut hactenus quoque in præcedentibus versibus Euthymius, & Nicephorus, ac Latini passim sequuntur. Hoc igitur versu, & sequenti attingi videntur magis peculiariter beneficia gloriæ: nempe in isto quidem, quod per Christi redemtionem liberati fuerimus ab æterna morte, translatique in regnum cœleste, & beata gloria coronati, quæ est *corona justitiæ* c, quam ut consequi mereamur, offertur nobis gratis gratia justificans, cum omnibus auxiliis prævenientibus, concomitantibus, consequentibus, ut dirigant, protegant, perducanturque in finem, & sic tandem præmium recipiamus, & coronam operum quidem nostrorum, sed C ex munere gratiæ, misericordiæ, miserationum Dei, factorum; ita ut censeatur coronare ac præmiare dona muneraque tua, ut Augustinus loqui solet, non merita nostra, si nempè secundùm se, ac præcisè spectantur, ut à nudis naturæ viribus prodeuntia, quia non nos soli nimirum, ac per nos, *sed gratia Dei nobiscum* d laborat, & operatur.

Senſus loci. s 1. Reg. 19. 12 t cap. 23. 13. u 2. Reg. 2. 4. x cap. 5. 3. Beneficia Dei Davidi collata. y 1. Reg. 17. 40. 50. z cap. 16. 13. a 2. Reg. 12. 13. b c. ult. 16. De quo hoc & sequenti versu agatur. c 2. Tim. 4. d 1. Cor. 15. 10.

Qui redimit de interitu vitam tuam.) D. Hieronymus, Augustinus, Prosper, *qui redimit de corruptione*; psalterium vetus in præsenti, *qui redimit de corruptione*. Alii ex Hebræo, *de fovea*, vel *sepulchro*. Chaldaicè מגרנם *migghehinam de gehenna*. Nomen Hebræum שחת *sciachath* potest hæc omnia significare, ut alibi docuimus, & pro inferno usurpatur inter alia ejus nomina quorum unum gehenna בור שחת *bor siathhath*. Lege Galatinum *e*. Id sibi vult φθόρα *interitus*, aut *corruptio*, prout hìc ac ab Enarratoribus exponitur *mors æterna*, ut non audiamus, inquit Cassiodorus, *discedite* f *maledicti in ignem æternum*. Alioquin significant hæ voces aliquando corruptionem corporis, ut ibi g, *non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, διαφθορὰν שחת *sciachath*, Augustinus D intelligit quoque locum nostrum de coruptibilitate inclinante ad malum, qui est fomes peccati, cum aliis passionibus, &c. ut scilicet aliquando tandem in alia vita liberemur ab illa. Notat præterea ut *redimendi* verbo initium, ut ipse loquitur juris consultorem more, bonæ fidei contractum, propter commercium quod egit Christus, pretium quod solvit, sanguinem quem fudit; ita ut securos nos esse oporteat. *In Christo habemus redemtionem, & remissionem peccatorum* h *empti pretio magno* i, *redemti pretioso sanguine agni incontaminati, & immaculati* k. Sumit etiam Hugo *interitum* pro diabolo, *vitam* pro gratia, ut hanc animæ vitam Deus præservet, ne pereat, & ea præditus *mergatur*, jacturam illius faciens *in introitu* l, *calcetque super eum quasi Rex interitus* m, idest diabolus. Hoc pacto *redimi de interitu vitam nostram*, est conservari gratiam, & præservari nos à lapsu peccati, atque perseverare in gratia, vel mori cum illa. Istius perseverantiæ meritum nonnullum concedit Augustinus n, & idcircò potest vocari retributio, quasi reddatur merito nostro. De *redimendi* verbo diximus alibi, an denotet

Fomes peccati quid. e lib. 6. c. 7. f Mat. 25. 14 g Ps. 150 10. h Coloss. 1. 14. i 1. Cor. 6. 7. k 1. Pet. 1. 19 l 1. Tim. 6. 9. m Job. 18. 14. Perseverantiã in gratia homo quodammodo meretur, potest. n de dono pers. c. 6. & 13.

Redimendi verbum quid denotet.

a Rom. 7. 14
b Esa. 52. 3.

tet duplicem venditionem: & per primum peccatum nos velut vænundatos *a*, ac proinde rescindi debuisse priorem venditionem, ut gratis vænundati sine argento redimeremur *b*.

Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. (Hieronymus (*& coronat te misericordia, & miserationibus*) Hebraicè non est conjunctio, sed nec præpositio. In aliis Psalteriis, & Patribus Augustino, Arnobio, Prospero, Cassiodoro; *in miseratione, & misericordia.* In scholio tribuitur Aquilæ, & Symmacho nomen secundum plurale οἰκτιρμοῖς: Lxx. & Theodotioni singulare οἰκτιρμῷ Hebræum est plurale רחמים *rahamim*, sed in Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, atque Arnobium hoc membrum rejicitur in alium versum, & loco illius collocatur hoc loco primum dicti versus, & unus efficitur, *qui redimit de interitu vitam tuam, qui satiat in bonis desiderium tuum*, postea, *qui coronat in miseratione, & misericordia, renovabitur ut aquilæ juventus tua. Misericordia, & miserationes* significant maximas misericordias, & omnia eorum quasi genera, ut & aliis locis *c*, etsi velint aliqui *misericordia* denotari pronitatem ad miserandum; *miserationibus*, ipsos actus miserendi, vel per *m.-* *misericordiam* indicari prædestinationem, præcipuumve mysterium incarnationis velut causam; per *miserationes* effecta inde consequentia. Hoc aliàs notatum. Sensus autem communior coronationem refert ad coronam regni, sive præmiis & *in misericordia, miserationibusque* coronari à singulari benignitate Dei, cujus gratia, & munere fiat, ut quis id consequatur, ac etiam mereatur, utque ipse nos, quod Arnobius inquit, coronet in regno suo pro miseratione sua, & misericordia sua. Cui sensui non obstat *coronandi* verbum sumere, ut significet *cingere*, & *circumdare*, ad eum modum, quo alibi *d scuto bonæ voluntatis tuæ* Deus dicitur *coronare*, vel *ornare*, ac tamquam regem facere, benignitatis pietatisque officiis. Quod non soli recentes hoc docent loco, verum Chrysostomus in Psalmum quintum, distinguens *coronam* clypei, sive armorum, & protectionis divinæ, præterea *coronam* justitiæ, gratiæ, gloriæ, ac decoris, & incorruptionis: adde cumuli bonorum, ut, *sapientia e dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*: item: *benedices f coronæ anni benignitatis tuæ*, ideſt, annum bonitate tua, & abundanti proventu. Et in oppositi sensu; *coronans coronabit te tribulatione*: & usurpant Græci δωρεᾶς ἀγαστέφειν *donis coronare*. Hugo enumerat *coronæ* notiones pro pœna, seu tribulatione, ut modo retuli, pro Christo, Ecclesia, carne Christi, conversis, gloria æterna, dignitate prælationis, sapientia, divitiis, bonis operibus, regula vivendi, senectute, gratulatione, timore Domini, culpa. Addi etiam Petri Berchorii dictionarium & Joannis Ferdinandi nostri thesaurum scripturarum. Placet Bonaventuræ hoc loco, ut *corona* dicatur de Christo, & nos eo coronari. Ferri hoc potest; at non quod addit, dici etiam diadema; quia sit duo dementis, scilicet principium, & finem: quibus caret nempe ut Deus; & quia demat ac perimat pœnam, & culpam. Græca vox est διαδεῖν *religare*. Monendus es, ne erres. Per eamdem misericordiam, inquit hoc loco Prosper optimus Augustini discipulis, intelligimus dari coronans meritorum, per quam data sunt merita coronarum. *Corona justitiæ Dei misericordia*, ideſt, quidam quasi affectus misericors, & *miserationes*, hoc est, effectus dicti affectus benigne propensi; aut maximæ misericordiæ, sive miserationes imponunt quodammodo coronidem, ut nihil amplius supersit: & retributio est, quia justè corona redditur, & misericordiam, atque miserationes adjunctas habet, prout dixi. Præterea, quoniam, ut sæpè monui, ex theologico axiomate, præmiat Deus ultra condignum, sicut citra condignum punit. Denique censebit in suo judicio justificationem justorum; non secundum exactum, & rigidam illius, ac pœnitentiæ rationem, quam potuisset injungere, sed secundum clementiæ legem, quam hic infirmitati eorum indulsit; ut cum absolute, *justificari nemo possit in conspectu ejus* h, dignetur Deus acceptam habere justitiam hominum, quam ab ipso acceperunt juxtà præscriptum voluntatis suæ, quæ tamen vere, proprie, formaliter, inhærenter, intrinsecè, permanenter, denominat ea præditos justos. Juxtà id quod modo dixi, Augustinum oportet intelligere, scribentem aliquando *i*, quod si Deus absque misericordia judicaret, inveniret in uno quoque unde eum damnaret;

c Osea 2. 19. Zach. 7. 9. Jer. 2. 2. Ps. 24. 6. Ps. 150. 3. Ps. 110. 4. & alibi.

Sens. communior.

d Ps. 5. ult.

e Prov. 4. 9.

f Ps. 64. 14.

g Esa. 22. 18.

Coronæ notiones.

Prosper Augustini discipulos.

Axioma theologicum misericordia alio modo in judicio ac coronatione spectatur.

h Ps. 142. 2.

i 21. de civit. ca. ult. & in Ps. 147.

præterea dicentem *k*, (væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutiat Deus eam.) Colligit Sixtus Senensis *l* cum præsentis Psal. commentario, Augustini alia ejusdem testimonia, quibus abusus est Lutherus, eo quod affirmet Deum coronare dona sua non merita nostra: & quod merita nostra sunt illius dona: totum quod in nobis laudatur, non de nostris meritis esse, sed de Dei misericordia: sanctos nihil sibi tribuere, sed totum Dei misericordiæ: nihil nos attulisse, nihil meruisse, sed gratia gratisque salvos factos esse *m*. Responsum satis, quod Pelagianos refellens negat nos operibus nostris absque gratia Dei coronam prometeri, multò autem minus primam gratiam cadere sub meritum nostrum quæ gratia radix est consequentium meritorum, quæ adhuc fiunt cum auxilio gratiæ: ita ut sic demum coronari censeantur à Deo dona, & munera sua. Explicat ipse se Augustinus satis diserte tum hic, tum Epistola ad Sixtum *n*, atque in libero de gratia, & libero arbitrio *o*, & de correptione, & gratia *p*, & de spiritu, & littera *q*, docens, (debitam coronam reddi, quia prius gratia gratuita donata est, ita ut ipsi justitiæ nostræ vita æterna sit merces, non gratia; ipsi autem homini gratia, non merces, quia homini justitia gratia est. Præterea in ipsa coronatione, quæ est merces meriti, misericordiam esse, quæ venialia remittit peccata, sine quibus pauci hanc vitam finiunt: tamen ipsammet illam misericordiam debitam esse meritis sanctorum, ita ut non tam donetur, quam reddatur, dicique possit justa misericordia, quoniam justo judicio redditur.) Dixi alio modo misericordiam in coronatione, ac judicio spectari. Sed quamvis dicta condonatio venialium mera misericordia esset, non tolleretur vera meritorum ratio in operibus, quibus corona redderetur. Gregorius *r* etiam scribit ex hoc misericordiam jure posse nominari gloriam, quæ datur, quia pro illis operibus datur, quæ sine præventu misericordiæ Dei nemo assequitur, juxta illud *s*, *Deus meus misericordia mea prævenier me*. Caute porrò legendus hoc loco Chrysost. quum cetera Dei dona affirmat esse, sponsam obtulisse fidem. Et hæc Dei donum est, ac ex primis quidem, ut sæpè contra Pelagianos idem Augustinus demonstrat. Indicat Arnobius *coronari in misericordia, & miserationibus*, esse pro misericordia quidem Dei, & miseratione, sed habentis rationem misericordiæ, quam quos coronat, impenderent proximis. Hesychius eum sensum apertè tradidit. Ceterum sumendo *coronam* pro præmio beatitudinis, Theologi dicunt designare præmium essentiale; accidentale autem appellari cum addito, *coronam aureolam*, quæ certis sanctorum detur ordinibus, martyrum, doctorum, virginum. Quam distinctionem petunt ex Exodo *t*, ubi præcipit Deus *labio mensæ*, propositionis, quæ Beatitudinis æternæ figura est, *fieri coronam interrasilem, altam quatuor digitis, & super eam alteram coronam aureolam*; ita ut prior essentiali præmio, accidentali jam dicto posterior, assignetur. Exponit etiam Rickelius *coronam* præsentis vitæ, quum per varios effectus clementiæ suæ Deus nunc dat victoriam de mundo, carne, diabolo, *triumphat que nos in Christo Jesu Domino nostro* u, nunc efficit animas nostras filias, & sponsas suas, atque regni cœlestis hæredes, *& regale sacerdotium* x. Typus hujus rei quidem Esther fuit, quæ legitur coram Assuero *habuisse gratiam, & misericordiam*; & hic *adamasse illam super omnes mulieres, & posuisse diadema regni in capite ejus* y. Huc dissertatio de coronis non incommodè advocaretur. Egi non nihil de iis alibi, & egregio Carolus Paschasius opere hoc nuper coronarium argumentum est prosecutus.

k 9. confess. cap. 13. l 5. biblioth. anno 195. Error Lutheri.

m Ephes. 2. 7 Prima gratia sub meritum cadere nequit.

Merita fiùt cum gratiæ auxilio.

n Epist. 105. o c. 6. 7. 8. p cap. 13. Quomodo corona sit debita.

q cap. 38.

Misericordia quare gloria nominari possit.

r in Psal. 7. pœnitent.

s Ps. 58. 11.

Duplex præmium duplici coronæ designatur.

t Exo. 25. 25.

Corona præsentis vitæ.

u 2. Cor. 2. 14

x 1. Pet. 2. 9.

y Esth. 2. 17.

Vers. 5.) Qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua.

Sensus loci.

SUB typo affluentiæ bonorum sive Davidi, sive populo de captivitate reverso concessorum, atque renovatæ quodammodo ætatis, ob libertatem, & hilaritatem, de quibus modis nonnullos exponere dixi Psalmum totum, describuntur duo velut effecta coronæ, quam consequuntur beati in Dei *miserationibus*: nam omnium aggregatione bonorum, viso Deo, qui est *omne bonum* z, fruuntur, & corporibus eorum suo tempore florida restituetur, veluti juventa, beatæque dotes, cum immortalitate, impassibilitatis, agilitatis, subtilitatis, claritatis.

z Exo. 33. 19

ritatis. Quas ad res declarandas aptè adhibetur similitudo aquilæ, quæ altissime volat, perspicacissime cernit, diutissimè vivit, vitamque sui ipsius quadam renovatione producit. Hac ipsa etiam in vita satisfit honestis justorum desideriis, & sperantes in Domino mutant fortitudinem, *assumentesque pennas sicut aquilæ volant, & non deficiunt* a. Sed satietas plena futuri temporis est, ac reservatum in statum eorum, quibus *apparebit gloria Dei* b, quandò, & *mortale hoc, atque corruptibile induet immortalitatem, & incorruptionem* c. Non displicet hic mihi etiam indicari, ut K. Kimhi sentit, nec Genebrard. dissentit, Deum tamquam medicum longe vulgaribus aliis medicis peritiorem, ut qui sanans omnes infirmitates, & redimen, seu, liberans de interitu, ac de faucibus mortis, immò de morte ipsa: & *coronans in misericordia, & miserationibus*, præservando ab infirmitatum, & incommodorum periculis, tam commodos quoque cibos, & appetitui, stomachoque aptos offerat, ut hic languens, æger, & quemlibet fastidire cibum suetus, mirifice recreetur, delectetur, reficiatur, ac pristinas vires, & alacritatem juvenili similem recuperet, atque tamquam *caro consumta*, ut inquit Job d, *à suppliciis*, seu *à morbis*, & *incommodis, revertatur ad dies adolescentiæ*. Id spiritualiter etiam verum est: de honestorum quoque desideriorum complemento in hac vita non solùm in futura exponunt Enarratores. Ex his Euthymius refert quosdam dixisse, alludi ad primorum parentum desiderium, *ut essent Dii* e, quod quum illi explere studuerint in malis, Deo non obediendo, impleat Deus in bonis, si quis ei obediat. *Saturabuntur esurientes sitientesque justitiam* f *adhuc semper esurientes, & sitientes* g: ob semper suavem, ac recentem, numquamque fastidientem voluptatis gustum, utpote de summo bono, in qua omnis ratio boni, nulla ratio mali, nulla ab ejus perceptione cessandi causa. Hac de re Augustinus hoc loco admodum docte, pieque, negans vel exprimi posse à nobis nunc, vel taceri debere quid illud sit bonum; sed jubilandum esse, ac deferendam vocem ineffabilem gaudiorum, & ructandas in Deum lætitias nostras. (Et quæ, inquit, erit illa ructatio post faginam, si modo post modicas istas refectiones tantùm afficitur anima nostra?)

Quia replet in bonis desiderium tuum.) Hieronym. *qui replet in bonis ornamentum tuum*. Alii ibidem *h*, *qui implet* Psalteria alia, & aliquot Patres, *qui sentiat*, Alii, *qui satiat bono os tuum*, vel *ora tua*. Chaldaicè, *dies senectutis tuæ*. Fortassis Paraphrastes respexit ad renovandam juventutem, de qua in sequenti membro. Nomen Hebræum quum affixo est עֶדְיֵךְ *hhediech*. Vertitur autem sæpè עֶדְיִי *haadi* vel עֲדִי *hhedi ornamentum*: aliquando *maxilla* i: pro qua reddunt alii *os* quemadmodum & hoc loco. Itaque hoc modo *replere os*, sive *buccam, maxillas, genas*, esset figurata locutione satis familiari aliis linguis, assatim, & usque ad satietatem aliquem locupletare, ac hianti veluti oris rictui, faucibus, partique, qua cibus transit in stomachum, satisfacere, juxtà illud k, *aperi os tuum, & implebo illud*. Per *ornamentum*, quod etiam Aben-Ezra hic exponit, intelligi potest vel anima, quæ corpus, & hominem ornat, vel potius quidquid spectat non ad solam necessitatem, sed etiam ad utilitatem, voluptatem, splendorem, decorem, decus, pompam quandam, denique quidquid quis potest desiderare, & appetere; quod rectè Lxx. per ἐπιθυμίαν expressere: & pluraliter Apollinarius καταθυμία vocat. Sic ferè idem erit *coronare in misericordia, & miserationibus* aliquem, quod jam prius dictum est, ut *replere in bonis desiderium ejus*, videlicet cumulare eum summis misericordiis, seu miserationibus, & bonis, atque beneficiis replere, quemadmodum *gloria, & honore coronare* idem valet, quod eximie, at undequaque ornare, atque cumulare. Faber os repleri accipit laude, & gratiarum actione. Favet id ex alio Psalmo l, *repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam*. Chrysostomus, Basilius, Theodoretur observant dici, quod in bonis Deus *desiderium repleat*, quia de malis quoque rebus desiderium est; à Deo autem desiderari, ac petires dumtaxat debeant bonæ, *regnum ejus quæri atque justitia, ut cætera*, si necessaria, vel utilia fuerint, *adjiciantur* m ab illo, quicquid *orantes petimus*, si ut par est petamus, & *credamus quia accipiemus, dabit nobis* n, & *spiritum bonum*, is qui bona externa dat, & *filiis suis*, hi, qui ab eo acceperunt o. Non solum semper exauditus est Christus, ut ipsemet Patri protestatur p; sed etiam Dominico umquam negatum quod oravisset. *Voluntatem timentium se, facit Dominus* q. & *præparationem cordis eorum audit auris* r illius: & concedit *supra quam petimus vel intelligimus* s, abundantia pietatis merita supplicum excedens, & vota. Infinita est capacitas animi, voluntatisque nostræ, quem solam infinitus explere, ac satiare potest Deus, *apparensque nobis gloria ejus* t, & *adimplens ille nos lætitia cum vultu suo* u. *Desiderium suum justis dabitur* x, qui multo magis desiderant, ac sitiunt ad Deum, quam *cervus ad fontes aquarum* y, *concupiscunt, & deficiunt in atria Domini* z: *replebuntur in bonis domus ejus* a, *dabiturque in sinum eorum mensura bona, conferta, coagitata, superefluens* b, ita ut sint pleni, ac superpleni, accipiendo de plenitudine ejus, *cui non est datum ad mensuram* c: immò *intrent in gaudium ipsum Domini sui* d, *torrente voluptatis potentur* e, *inebrientur ab ubertate domus Dei* f. *Non impletur avarus pecunia* g, *nec oculus divitiis* h, luxuriæ, & avaritiæ, *sanguisugæ, semper dicunt affer, affer* i. *Væ illis qui receperunt bona in vita sua* k, iis nemqè abusi, & vitaverunt mala, quæ arbitrabantur vera mala. *Credimus visuros nos bona Domini in terra viventium* l, (omnium denique bonorum promissio vita est tempiterna,) inquit Hieronymus m. Ibi *gaudium nostrum erit plenum, quod nemò auferet à nobis*, n & *venient nobis pariter omnia bona cum illo* o. (Ibi, ut scribit Augustinus p hunc locum citans, satiabitur in bonis desiderium nostrum, bonis immutabilibus, ipsa Trinitate Deo nostro, cujus imago sumus.) Exigit vera beatitudo, ut sit summum, ac ultimum bonum, quo cetera referantur, & perfectum bonum includens bona cuncta, pellens omnia mala, satians appetitum. *Beatus qui impleverit desiderium suum* hic ex mandatis divinis ritè observatis, *non confundetur quum loquetur inimicis in porta*, q quum morietur, sed inde perveniet ad vitam æternam desideratam. Tam latè hic locus patet, quam de ultimo fine sententiæ, atque probationes demonstrantes in re alia nulla, quam in Deo sitam esse posse fœlicitatem nostram. Sed parendum Augustini monito, de quo antè dixi, ut jubilemus quod verbis exprimere nequimus, & memoriam abundantiæ suavitatis, *si tamen gustavimus quoniam dulcis est Dominus*, r *eructemus* s. Quærit hoc loco Ayguanus, quia exponit de desiderio, quo David regnum desideravit temporale, quamvis præsertim æternum, an tale desiderium possit esse honestum, cujusmodi etiam est desiderium Episcopatus, de quo Apostolus t. Sufficit indicavisse. & initio posuisse distinctionem Patrum de bonis, & malis desideriis.

Renovabitur ut aquilæ juventus tua.) Pierius u meminit lectionis, quæ habet, *revocabitur*. Gaspar Gaiar x legisse Hieronymum, *senectus tua*, sic est apud illum in commentario capitis primi Micheæ, *innovabitur ut aquilæ senectus tua*. Chaldaicè, *& in mundo venturo renovabis, sicut aquila juventutem tuam*. In textu Nobiensis, *& mundo venturo renovabit*, nimirum Deus *sicut aquila, qua senuit, juventutem tuam*. De præsentis vitæ tempore, deque vel Davide, vel populo, quondam captivo, vel de alio quovis justo, sensus esse ad litteram potest, de felici, ac prospero rerum statu, qui viridem, florentem, alacrem, hilarem, vigentem, vegetam reddat ætatem similem ætati juvenili. Quemadmodum *lux nova oriri* y dicitur ei, qui nanciscitur aliquod singulare, valdeque concupitum beneficium; præterea censetur veluti juvenescere, aut denuò etiam, ac hodie nasci, ut docui ad Psalmi II. verba, *ego* z *hodie genui te*. Ille alius de resurrectione sensus communis est, ac Paraphrastæ Chaldæi, quem citavi, nec non commodè de renovatione spirituali animæ, in hac etiam vita sumi potest, quam nomine ἀνακαινώσεως vocat Apostolus a: & Ambrosius b renovationi per Baptismum applicat hunc locum: sicut in commentario Basilius, Theodoretus, Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus in commentario, Cyrillus item Alexandrinus c. Hieronymus tractans illud Esaiæ d, *qui sperabit in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila: current, & non laborabunt; volabunt, & non deficient*: complectens utrumque sensum, inquit (crebro diximus aquilarum senectutem revivisere mutatione pennarum, & solas esse, quæ juber Solis aspiciant, & splendorem radiorum ejus possint micantibus oculis intueri, pullosque suos, an generosi sint, hoc experimento probent. Itaque Sanctos repueraſcere, & assumto im-

---

a Esa.40.31. b Ps.16.15. c 1.Corin.15. 53.

Deus quovis vulgari Medico, quomodo medicinæ peritior.

d c.33.25.

e Gen.35.

f Matt. 5.6. g Eccl 24.29

h in Esa.3.55

i Hhadi quid significet. Ps. 31.9.

k Ps. 80. 11.

l Ps.70.8.

Quorundã observatio.

m Matth.6. 33.

n Marc.11 24 o Luc.11.13.

p Jo.11. 42.

q Ps.144.19.

r Ps. 10.17. sec. Hebr.

s Ephes 1.20.

t Animi nostri voluntatisque capacitatem solus implere potest Deus.

t Ps 16.ult.

u Ps. 15.ult.

x Pro. 10.24.

y Ps.41.2.

z Ps.83 3.

a Ps.64.5.

b Luc 6.38.

c Joa.3.34.

d Matt. 25. 21.23.

e Ps.35.9.

f Ps. ibid.

g Eccl.5.6.

h Eccl. 48.

i Pro.30. 15.

k Luc.16.25

l Ps.26.13.

m in Esa. c. 55.

n Jo 16.22.

o cap.7. 21.

p 4. de Trinit. c. 14. Vera beatitudo quid exigat.

q Ps.126.ult.

Augustini monitum.

r 1 Petr. 2.3.

Ps. 33.9.

s Ps. 44.2.

t 1.Tim. 3.1.

u lib.19.

x in Micheæ cap. 1.

Ad litteram quis sensus esse possit.

y Esthe.8.15

z vers. 7. Sensus communis.

a Tit.3.5.

b in Epi. ad Hebr.cap.6. a de penit. c. 2 serm. 57.

c 3.de Trin.

d cap.40.31.

Aquilæ proprietates.

to immortali corpore, laborem non sentire mortalium, sed rapi in nubibus obviam Christo, & nequaquam (juxtà Lxx. nempè translationem eorum *esurire*, quia præsentem Dominum habent cibum.) Nec libet, nec licet omnia persequi de hac volucre. Solum urgebo physiologiam instituto necessariam, de renovata juventute aquilæ. Quamvis aliæ proprietates quadrent etiam renovationi hominis, ut volatus, acies oculorum, longævitas, quemadmodum initio dixi: & Ambrosius *a* propterea scribit hoc loco istam comparationem fieri, quod homo propior sit cœlestibus, & sublimior aquilis, qui possit dicere, *nostra conversatio in cœlis est*. Citati item Patres idem observant, & quod Regina sit avium, & nos Regiam dignitatem consequamur. Rationem illam per *mutationem pennarum* repetit rursus idem Doctor in Micheæ caput primum *b dilata calvitium tuum, sicut aquila, quoniam captivi ducti sunt ex te*. Modum, quo dicta mutatio fiat, qui sub Hieronymi nomine scripsit ad Præsidium *c*, & Lupus de Olveto in regula Monachorum ex ejusdem scriptis collecta *d*, ut quum senuerit aquila, graventur ejus pennæ, & oculi, & quærat fontem, & erigat pennas, & colligat in se calorem, & sic oculi ejus sanentur, & in fontem se mergat, & ita ad juventutem redeat. Petrus Damiani *e* addit, quod posita contra fontem volat usque ad circulum Solis, illicque in puriori ætheris vastitate vibrata, ad vaporem Solis & alas incendit, & caliginem oculorum prorsus exurit, &c. Innuit id Ambrosius *f*, dum scribit, (renovatis aquilam splendescere exuviis:) nec enim aliàs, quam alas, exuvias renovare dicitur: & quodam sermone *g* perspicuè illud explicat. Quum autem inquit *h*, [quando fuerit mortua, ex suis reliquiis renasci:] vereor ne lapsu memoriæ pro phœnice nominarit aquilam. Pennarum quoque mutationem Euthymius, & Nicephorus exprimunt, sed non modum. Drogo *i* dealvatam aquilam perspicuo frui Sole dicit. Non dubium, quin & antequam dealvavetur, Procopius *k* inquit, quod γῆρας ἀποδύεται, *senium exuit*. Gregorius *l*, quod quum valde senuerit, plumæ ejus, ac pennæ ex omnibus illius membris cadunt. R. *Sabacia citatus* à R. Kimhi, & à Genebrardo, singulis decenniis exui plumas veteres ab aquila, recenteisque indui asserit, per plumarum in igne elementari crematione, & maris immersionem veluti per balneum, usque ad annum centesimum, quo demum interit, dum præ nimia senectute è mari emergere non potest. Recitat etiam Agellius ex Auctore Græco, qui dicat aquilam κατὰ φῦσιν quingentesimo quoque anno, nisi mendose ea nota posita sit pro ρ, quæ centesimum denotat, renovari, adustam à Sole, & mersam in fontem aquæ, rursus innovari. Aliter quidam narrant, ut refert Ulysses Aldrovandus, *m*, & Gesnerus hæreticus *n*. post Vincentium Bellovacensem *o*, qui complectitur ex variis auctoribus quidquid afferri de hac re solet, gravatam senectute super nubes, quam potest altissime sublimem volare; Solis calore consumi hebetudinem, caliginemque oculorum; adhuc in ipso caloris fervore, facto impetu, in frigidissimas aquas se immergere; inde nidum petere, ubi inter pullos jam capturæ aptos, quadam quasi febre correpta, cum nonnullo sudore plumas exuat, & ab illis, donec eas resumserit, sedulo, foveatur, & pascatur. Prodidit id scriptis Albertus *p*, etsi se expertum neget. De accipitre simile quid Job *q* tradit, *numquid per sapientiam tuam plumescet accipiter, expandens alas suas ad austrum?* sic juvari credi potest aquila, ut juvenescat, austri flatu, radiis Solis, æstu ignis elementaris, calore agitari corporis esu serpentum, quo delectatur, & quem cibum ad reparandas etiam hominis vires conferre Galenus *r* scribit, quamvis oculis alia ex parte noceat jam ætate grandiori, ob imminutam digerendi vim, & crassos idcircò elatos ad caput vapores. Aliam ætatis renovandæ rationem ponit hoc loco Augustin. & eum sequuti alii, volentes typum renovationis spiritualis, & corporeæ resurrectionis esse: nempe quum senectute pressa fuerit, & rostri pars superior, quæ supra inferiorem aduncarur, immoderatius creverit, os aperire non posse, inopiaque cibi simul cum ætate, nimium languescere, propterea labium illud suum superius collidere, & percutere ad petram, & excutere, sumtoque cibo vires recuperare, ac post senectutem tamquam juvenem videri. Addit idem de unguibus Haimo, ac de mutatione pennarum. Explicat deinde Augustinus mysticam petram esse Christum *s*, in quo *renovanda juventus nostra t*, qui *inveteravimus u*, *oblitique comedere panem nostrum, exaruimus ut fœnum percussum. x* Epiph. ad Physiol. *y*, ἀετὸν, quasi ἀέτων, & etiam Athanasius *z* docet sive ob πολυετίαν centum annorum testatur incurvato in senecta rostro, & caligantibus oculis, ita ut nec videre, nec possit cibum capere, in altum sese attollere, in præruptam rupem sese projicere, ad quam rostrum allidat, sese frigidis aquis immergere, adversus solares radios sese opponere, tuncque ex oculis cadere lippitudines, ac ita juvenescere. Albertus *a* affirmat, quod supra modum unguium, rostrique excrescentium aduncitatem ad saxa illidendo emendet, & verum, & re ipsa compertum. Prosper in commentario utramque complexus est renovationis rationem, dicens, quod depositis alis, rostroque mutato, in novas vires redivivo vigore juvenescit. Quod exponit mysticè de vitæ novitate spiritualis, ac renovatione, ut nuper alios facere monui. Epiphanius autem admonet, ut hoc exemplo ascendat spiritualis homo, multitudine oppressus peccatorum, in suam ipsius conscientiam, atque ad petram fidei orthodoxæ projiciat; defleat peccata, perpetuisque lacrymarum aquis abstergat; in cœtu fidelium tamquam Solis radius incalescat; in Sancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ properet, lippitudines peccatorum abjiciat. Apud vetustiores Auctores de aquilæ renovatione nihil reperio. Sed Aristotelis *b* sententia est, senescenti aquilæ rostrum superius accrescere; & incurvari adeo, ut demum fame intereat, & huic rei datam fabulam; quoniam quum olim homo esset, hospiti injuriam intulerit. Plinius *c*, quem Bercorius *d* non fideliter citat, pro renovatione juventutis, oppetere scribit, non senio, nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat. Eadem repetunt Demetrius *e*, & Avicenna, quos Rhodiginus *f* profert Ælianus multa scribens de aquila, prorsus non meminit de renovatione juventæ. Immò Theodorus Heraclienſis, quem Consalvus Ponce de Leon citat in notis ad Physiologum Epiphanii *g*, in commentario Psalmi præsentis, ait, non hoc dicere Psaltem, quod aquila renovetur, id enim Phœnicis dumtaxat esse; sed quia aquila imperare videatur omnibus volucribus, (reginam appellat Epiphanius *h*, solam divinam inter aves Aristoteles *i*) asserere senectutem Babylonicam instaurari denuò ad regnum, quia per aquilam regnum denotatur. Hoc non ausim approbare, nec quod Pererius *k* noster docuit aliquando sensum Vatis esse, redintegrandas vires, ita ut robustissimæ aquilarum juventuti comparari possit; aut Dei munere talem evasurum vigore animi, robore corporis, & agilitate, qualis est in sua juventute aquila, robustissimum, pernicissimum, violentissimum animal, nusquam se legisse ait apud Auctores probatos, quod ex senectute ad juventam redeat aquila. Ego verò non paucos probissimæ auctoritatis, licèt non antiquissimæ, in medium attuli. Modus etiam loquendi Psalmi, & Esaiæ, ac Micheæ, quos laudavi, satis id clarè præ se ferunt. Nec mirandum esset, aliqua nos à divinis doceri Scripturis, etiam de natura ipsa, quæ profani Auctores aut non viderint, aut litteris non commiserint. Neque verum, quod Theodorus ait, solam phœnicem renovari. Ne propriè quidem renovatur, sed ex mortuæ cineribus, si fidem habet quod fertur, altera excitatur. Serpens absque dubio, exuta liberide, seu pelle vetere, redit quodammodo ad juventam: de qua re juxta tropologiam præ ceteris Augustinus *l* eaque Virgilius *m* utitur comparatione de Pyrrho,

Qualis ubi in lucem coluber malæ gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruna tegebat:
Nunc positis novus exuviis, nitidusque juventa,
Lubrica convolvit sublato pectore terga,
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

Cervo etiam renovatio quædam cornuum est. De pennis ab accipitre deponi solitis retuli jam prius diserta verba Jobn; tametsi de hoc etiam nonnulli dubitent, ut Pineda *o* item noster, propterea quod apud physiologos veteres nihil extet. Hic equidem etiam repetierim, quod paullò ante de aquila dicebam, habendam Scripturis Sacris fidem, quum quidpiam similibus de rebus memorant, præsertim si earum Enarratores, ita ut ab iis dicuntur, simpliciter accipiant; quod sicut de aquila, quos nominavi, & iis adhuc plures faciunt, ita de accipitre Gregorius,

Physiologia de renovata juventute aquilæ.

a 6. hexam. cap. 9 & de Isaac, cap. 3. & de bono mortis, ca. 5. Philip. 3. 20.

b vers. ult.

c tom. 9 Ep. 29.

d tom. 9. in regul. cap. 17. de laude Religionis, &c. Modi, quibus fit mutatio aquilæ.

e lib. 10 Epist. 28. seu 39.

f de bono mortis, c. 5.

g sermon. 55 edit. Rom.

h 2. de pœnitent. cap. 2.

i tract. de Vas. Dom.

k in Es. c. 41.

l hom. 18. in Ezech.

m 1. ornithol. log.

n 10 de avib.

o specul. natur. lib. 16. c. 56.

p lib. 23. de animal. Accipitris renovatio.

q cap. 39. 26.

r de theriac.

Alia renovandæ ætatis ratio per rostri ad petram collisionem.

Petra mystica.

s 1. Cor. 10.

t Ps. 102. 5.

u Ps. 6. 8.

x Ps. 101. 5.

y tract. de definit.

a lib. 23. de animal. Sensus mystici aquilæ.

b 9. histor. animal. c. 32. Aristotelis de renovatione aquilæ sententia.

c lib. 10. c. 3.

d reductio moral. lib. 7. cap. 2.

e de interpret.

f l. 23. c. 20. Opiniones minus probabiles.

g cap. 6.

h ibid.

i c. hist. animal. cap. 32.

k lib. 47. in Daniel. Scripturis sacris etiam de ipsa natura fides adhibenda.

Serpentis renovatio. Tropologia

l in Ps. 57. & 8. de Civit. cap. 15.

m 2. Æneid.

Cervi renovatio.

n cap. 39. 26.

o ibidem.

rius, & alii passim tractatores Job, Gregorio posterio-
res. Non desunt etiam, qui cuivis avi carnivoræ com-
mune dicant esse pennas quotannis commutare. Denique
paroemia illa ἀετοῦ γῆρας, *aquilæ senecta*, quamvis alio re-
ferant alii, fortassis etiam ortum habuit ab ætate, quam
sibi facit aquila jam senex ea ratione, quam dixi, vivi-
dam, viridemque. Hieronymus *a* certè Micheam *b* de-
clarans, de calvitio aquilæ, ad id refert, & præsentem
locum, & Comici *c* verba dicta paroemia affinia, *visa
est vere, quod dici solet, aquilæ senectus*. Titelmanum ve-
hementer probo, hoc loco scribentem, quamvis eum
quoque sensum afferat, quem dixi placuisse Pererio, cre-
dendum, licet Plinius, aut Aristoteles non scripserint,
id Augustinum ex aliis habuisse fisse dignis auctoribus,
quorum forsitan nobis ignoti sunt libri: id etiam satis es-
se rationi consentaneum, quoniam naturæ instinctu cer-
nantur alia animalia, ut vitam tueantur, aliis non mi-
nus mirandis remediis uti. Fieri præterea potest, *ut ac-
quilinæ istius proprietatis meminisse voluerit Propheta,
quoniam pennarum depositio, & quasi decalvatio, teste
alio Propheta Michea, quemadmodum pridem monui-
mus, designat dissipatos ex patria exules, captivosque;
ut & assumtio pennarum*, instar aquilæ, apud Esaiam,
reditum, & quasi advolationem in patriam. Et Ezechiel
non semel cognominat. Regem Nabuchodonosor aqui-
lam, Psalmi autem argumentum secundùm litteram, de
recuperata libertate detentorum prius in captivitate Ba-
bylonica, ex nonnullorum sententia, præfati sumus.
Congruunt verò sibi etiam duo versus præsentis membra,
*ut repleatur in bonis desiderium, & renovetur ut aquilæ
juventus*; quoniam renovata juventute aquilæ, quod præ
senectute non poterat, cibos liberius, & largius capit.
Quæ recuperantibus pristinam libertatem optimè con-
veniunt. Non prosequar pluribus quos jam prius attigi,
aquilæ sensus mysticos, cuilibet communes justo, privati-
tim Christo, ut idcircò Ambrosius *d* unam hìc nominari
aquilam noluerit; tùm etiam Joanni Apostolo, cui con-
stat attributam aquilam, ex mysticis quatuor animali-
bus, quæ ipsemet *e*, post Ezechielem, *f* describit. Ad-
di ea ratio de Joanne potest, quod ex dolio, sive solio
ferventis olei jam senex, purior, & vegetior exierit, quam
intraverit *g*. Joannes *h* eidem aquilæ similem Ecclesiam
facit: nam inter alia, quotquot in militante degunt Ec-
clesia, *exspoliare* debent *veterem hominem cum actibus
suis, & induere novum, eum, qui renovatur in agnitionem,
secundùm imaginem ejus, qui creavit illum*; i *renovatur spi-
ritu mentis suæ* k: *licet is, qui foris est, homo corrumpatur;
tamen qui intus est, renovatur de die in diem* m. Lege apud
citatos Auctores plura, maximè apud Bercorium, Joan-
nem à S. Geminiano *n*, Luisium de Leone *o*, sive Legio-
nensem, item hoc loco apud Titelm. Cyrilli porrò Alexandrini *p* singularis expositio est, quod Synagoga vetus
in Ecclesiam novam transmutanda sit. Sic verò etiam de-
clarat Esaias *q*, *habitabit juvenis cum virgine, & habi-
tabunt in te filii tui*. Græcè, *Sicut cohabitat, vel marita-
tur juvenis cum virgine, sic cohabitabunt filii tui tecum*, ut
scilicet *propatribus nascantur filii*, qui secundum spiritum
efficiantur eorum patre. Videtur ad hunc locum alludere Ecclesia, canens de Martyribus, *Sanctorum velut aquilæ juventus renovabitur*.

a in Michea cap. 1. b cap. 1. alle-gatus à Plinio. c Terentius. d serm. 57. e Apoc. 4. f cap. 1. & 10. Joanni Apostolo ex mysticis animalibus quatuor cur aquila tribuatur. Ecclesia aquilæ similis. g Hieron. 1. contra Jovin. ex Terent. de præfat. cap. 36. & in c. 20. Matth. h Apoc. 12 14 i Coloss. 3 9. 10. k Eph. 4. 23. l 2. Cor. 4 16 m l. 4. c. 78. num. 4 diam pag. 581. & seq. n in Esa. ca. p. cap. 61. 5. o Ps. 44 17.

Pennarum depositio quid designet.

Aquilæ mystici sensus cuilibet justo communes.

Vers. 6.) Faciens misericordias Dominus, & judicium om-
nibus injuriam patientibus.

Sensus loci.

NON erga se ipsum dumtaxat quæ agat Deus, mereri
laudem, benedictionem, gratiarum actionem di-
cit David, sive quæ erga populum captivum, aut alium
quemlibet particularem justum, sed quæ generaliter et-
iam erga omnes, nam pro infita, & usitata ipsi providen-
tia, & cura, omnibus, inquit, qui patiantur injuriam,
facit misericordiam, judiciumque, subvenit illis, ac li-
berat, & iniquos vexatores vindicat, ut in eductione po-
puli de Ægypto contigit, nec raro aliàs. In judicio au-
tem universali faciet utrumque manifestius, quando jus-
torum renovata juventute ut aquilæ, coronatis ijs *in mi-
sericordia, & miserationibus, repleto in bonis desiderio ipso-
rum*, vocatis ad regnum, vitamque æternam, reprobi
discedere compellentur in ignem æternum: misericordiæ
circa electos, quamvis cum justitia, effectu tunc magis
apparente, justitiæ circa damnatos, nec sine misericor-
dia tamen, opere illustrius existente. Pluribus disputat
hoc loco Augustinus de misericordia, charitateque etiam
inimicis exhibenda, simul de judicio, & jure, quod sal-
va liceat persequi eadem charitate, ac ne opus Dei ode-
rimus, qui est homo, ut homo, sed opus dumtaxat ho-
minis, quæ est iniquitas illius: ut si possumus, ac debe-
mus, istam coerceamus; si non possumus, toleremus:
benigne quoque faciamus homini peccatori, non ut pec-
cator est favendo peccato, sed ut homo, & propter Deum:
immò, & justo ut justus est non per se, ob emolumen-
tum proprium nostrum; multò minus ob finem malum.
Permisit præterea *s* alibi, ut qui vindicari vult, expectet
in extremo judicio vindictam à Domino, quando nullus
jam restat correctionis locus: modo cavendum, ne vin-
dicandi cupiditate amittatur, ut nihil aliud, ipsa patien-
tia. Egi hac ipsa de re Psalmo *t* alio; ubi dicitur *lætatu-
rus justus quum viderit vindictam*. At humanæ imbecil-
litatis Cyrillus *u* Alexandrinus inquit curam hanc esse,
ut credas non vituros supplicia injurantes; humana
pusillanimitate præstantiorem Dominum, *quum male di-
ceretur, nil maledixisse, quum pateretur, nil comminatum
esse* x. Ambrosius *y* secundùm legem magis esse commit-
tere Deo vindictam *z*; secundùm Evangelium *a benedi-
cendos, qui nos maledicunt*. Hac Bernardus *b* armatus for-
titudine, charitateque instructus, expostulans cum In-
nocentio Papa Secundo, sic scribebat; (Extat quidem
tribunal Christi; sed absit, ut ad illud appellem vos, qui
illic, si vobis necessarium, & mihi possibile esset, vel-
lem magis totis viribus insistere, & respondere pro vobis.)
Non denegat opem Deus, inquit Prosper hoc solo, qui
denunciat ultionem: *c* facit misericordiam, facit & ju-
dicium: sed perfectorum est, etiam his, qui injuriam
fecerint: misericordiam magis, quam optare vindictam.
Basilius, Chrysostomus, Theodoretus explicant hunc
locum de redemtione nostra facta *secundùm magnam mi-
sericordiam*, quum videret nos Deus per injuriam ab hos-
te veritatis diabolo pressos contra quem justam senten-
tiam protulit, & jure agere voluit, exacto pretio sangui-
nis filii sui, & sic affixo cruci chirographo nostræ damna-
tionis. Hoc alii Patres plures docent de justitiæ conjun-
ctione cum misericordia in opere redemtionis nostræ.

Misericordia & charitas inimicis exhibenda.

s Epist. 15. t Ps. 57. 11. u 10. in Joa. c. 3. x 1. Pet. 2. 23. y de Abraham c. 6. z Deut. 32. 35. Rom. 12. 19. a Luc. 6. 28. b Epist. 213. c Deut. 32. 35. Rom. 12. 19.

Faciens misericordias Dominus.) Hieronymus, *justitias* צדקות *tsedakoth*. Sed tamen *justitiarum* pro misericor-
diis poni, quæ hìc vocantur ἐλεημοσύναι satis sæpè monui:
& exempli loco sufficiat quod habetur apud Matthæum
d, *attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus*
Græcè πρὸς ἐλεημοσύνην, Eidem illi Hebraicè voci, Syri,
Chaldæi, Arabes usurpant vocem similem, tum pro *jus-
titia*, tum pro *eleemosyna*, sive *misericordia*. Proposito
convenit, ut *misericordia* sumantur, quatenus quum ju-
dicio sive judiciis conjunctæ sunt, quas duas res, & at-
tributa divina sæpius conjungi in divinis litteris, crebro
vidimus.

d Matt. 6. 1

Et judicium.) Hieronymus pluraliter, *judicia*, sicut
Hebraicè משפטים *misphatim*. Cajetanus in plurali nu-
mero utriusque nominis innui vult multas sententias da-
tas, & multas executiones factas contra Ægyptios. Ea-
dem expositio Lyrani, Treveti, Avguani de vindicatis
Ægyptiis & liberatis Hebræis: quamvis non attendant
ad nomina pluralia; potiusque *judicium* sumant pro actu
habitualis justitiæ, quo puniuntur mali. De vindicatio-
ne absque dubio sermo est, sed distinctio actus, habitus-
que non est perpetua. Et Apollinarius loco nominis κρίμα usurpat δικαιοσύνην.

Omnibus injuriam patientibus.) Hieronymus, *cunctis
qui calumnias sustinent*. De Hebræis exponunt, quos prius
dixi in Ægypto; alii in Babylonia: plures de quibus-
libet, ac de toto humano genere sub diaboli tyrannide.
Veteres id significare voluerunt per suas illas Parcas, &
per νέμεσιν ἀδρηστίαν αἶσαν hæcque nil aliud nisi Deum es-
se, quem semper sequatur justitia πιμώρθ: & finxit Ho-
merus peregrinorum habitu versari Deos per Urbes.

ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες
ἐ. γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσι
ἀλλὰ δίκην πέρσι, καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.
*Spectantes hominum facta injusta, aut probitatem;
Namque execratus Deus impia facta beatus.
Justitiamque colit, rebus lætatur & æquis.*

Vers. 7.)

Vers. 7.) Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

Sensus loci.

GEneralem illam præcedentem propositionem confirmat exemplo: aut certè intellectam significat de liberato Hebræo populo ex Ægypto, aut liberationem ex Babylone comparat cum Ægyptiaca. Nam vias illas duas, ad quas universæ viæ Domini revocantur, videlicet *misericordiæ & veritatis* a, sive *judicii*, ac *justitiæ*, docet Moysi notas factas à Domino, quum ejus opera usus est ad liberandum populum, ac iter commonstravit, per quod illum deduceret: deinde verò quod eidem tradidit tabulas legis *b*, quibus rectè vivendi præcepta continebantur, tamquam viæ necessariæ ad vitam æternam *c*: præterea quod eumdem significavit quid exigeret à populo suo, & quid in noviſſimis temporibus pro eorum peculiariter, ac totius mundi salute operaturus esset; utpote, quod sequenti versu habetur, *miserator, misericors, longanimis, multum misericors*. Lucernam legis inquit Paulinus *d*, in eis accendit, & præcepta vivendi dedit. Ipsemet Moyses ostendi sibi petiit *Deum*, sive *faciem*, & *gloriam* e *ejus*, (non *viam*, etsi viæ censeri possint, quia viæ optabat ducem *f*, Hebraicèque exstat *ostende mihi* דרכך *derachecha viam tuam*, pro *faciem*) & responsum accepit fore, ut ipse *misereretur & clemens esset* g; quum autem datis denuò tabulis legis transiisset coram illo, Moyses invocans eum, dixit, quasi edoctus dictas vias Domini; *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax: qui custodis misericordiam in millia; qui aufers iniquitatem, & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem* h. Quibus affinia continentur hìc usque ad 17. versum. Citato autem illo Exodi loco notant Cabalici, quos Genebrardus refert, proprietates Dei tredecim, quas appellant מדות *middoth*, sic distinguentes, juxtà textum Hebræum, virgulis appositis; *Dominator, Deus, misericors, gratificator, longanimis, multæ benignitatis, verax, custodiens benignitatem in millia, aufereus iniquitatem, scelera, peccata, nullum relinquens impunitum, reddens iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, ac quartam generationem*. Joannes benedictus *i* enumerat solum duodecim, omittens opinor ultimam. Cæterum peculiariter Moysi ostensæ sunt hæ viæ cunctæ, quemadmodum & primus accepit nominis quod vocant *Tetragrammaton*, cognitionem. Crevit quippe notitia Dei quum lex data est; sub Prophetis adhuc magis per Christum, & discipulos, maximè quantum patitur viæ, vitæque mortalis conditio. Sed *cuivis particulari dividit Deus sicut vult* k, nulli legi, vel statui astrictus. Non hic vero exigi à me disputatio debet de comparatione Moysi cum aliis, sive prioribus, ut Adamo, sive posterioribus, ut Davide nostro, aut Salomone multo minus, qui pertinent ad Evangelium, secundùm notitiam habitam de Deo, & rebus divinis. Dixi non nihil Psal. 50. *l* & in præfatione operis istius *m*, & insuper libro Ecclesiasticæ *n*. Psalmo etiam 15. *o* indicatur, quod *omnes voluntates suas mirificavit Christus sanctis suis, quæcumque audivit à Patre nota faciens eis* p, declarans ea ratione singularem erga illos benevolentiam suam. Si Judæa *gens, populusque sapiens* q, quem *docebat Deus utilia* r; *beatus, quem erudiebat, & de lege sua docebat* s, *non faciens taliter omni nationi, nec manifestans judicia sua aliis* t; etsi licuit cuidam ex illo populo dicere *u*, *beatisumus nos, quoniam, quæ Deo placita sunt, manifesta sunt nobis*: quanta Christianorum beatitudo, quorum *oculi vident, aures que audiunt, quæ nec Reges, nec Prophetæ*, quantumvis cuperent, *videre, & audire potuerunt* x; quos *unctio docet de omnibus* y; quibus *Paracletus suggerit omnia* z, *docetque omnem veritatem* a, qui *implentur agnitione voluntatis Domini* b *& notæ* illis *factæ sunt* non solùm *viæ vitæ* c, divinorum præceptorum; sed *semitæ* d quoque, atque compendia consiliorum? Spirituali Moysi ex aquis concupiscentiarum extracto, & baptismalibus abluto notæ fiunt viæ Domini; & voluntates ejusdem Israeli secundùm spiritum, qui prævalet in lucta contra externos, & internos inimicos, & in *quo dolus non est* e. *Probat* qui hujusmodi est *quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, perfecta* f; denique *summam voluntatis ejus esse, sanctificationem suam* g. *Docet Deus* hanc *scientiam, & intelligere facit auditum*, seu ea quæ audiri-

a *Ps.* 24. 10.
b *Exo.* 24. 12
c *Matth.* 16. 17.
d *Epist.* 18. apud *Aug.*
e *Exo.* 13. 13. 18.
f *vers.* 12. 15. 16.
g *vers.* 19.
h *cap.* 34. 4. §. 6. 7.
i *ibidem*.
k 1. *Cor.* 12.
l *vers.* 8.
m *cap.* 3.
n *cap.* 1. 12.
o *vers.* 3.
p *Jos.* 15. 15.
q *Deut.* 4. 5.
r *Es.* 48. 19
s *Ps.* 93 12.
t *Ps.* 147. *ult.*
u *Baru.* 4. 4.
x *Luc.* 10. 24
y 1. *Jo.* 2. 27.
z *Jo.* 14. 26.
aie 16. 13.
b *Coloss.* 1. 9.
c *Ps.* 15. 10.
d *Ps.* 24. 4.

Cui notæ fiant viæ domini?

e *Joan.* 1. 47.

Summa voluntatis Dei sanctificatio nostra.

f *Rom.* 12. 2.
g 1. *Th.* 4. 3.

Arint *illos qui sint ablactati à lacte, avulsi ab uberibus* h, tum voluptatum; tum rationum mere naturalium; quoniam, qui *non credit, non intelligit* i. Monitum sequamur Prophetæ *k* quem prius indicavi, ne tradamus alteri gloriam istam, & dignitatem genti alienæ, ne forte *auferatur à nobis regnum Dei, & detur genti facienti fructus ejus* l: quemadmodum deplorando ævo nostro exulantem conspeximus orthodoxam fidem, ad ignotas, novasque gentes immigrasse; & *alios accepisse coronam, quam, qui habebant, retinere noluerunt* m Allegorica ratio Augustini, *Moysi notas factas vias, occultas*, ut per *legem peccatum abundaret ob prevaricationem, & superabundaret gratia Salvatoris* n, medentis ei, qui se tandem, data lege, prævaricatorem agnoscebat, quoniam *ubi lex, ibi prævaricatio* o, nec aliud poterat liberare quam *gratia per Jesum Christum* p, & piscina Passionis ejus turbata propter varias de Christo sententias, in qua passione non nisi unitas sanatur *q*,

h *Isa.* 28. 9.
i *cap.* 7. 9.
k *Baruc.* 4. 3
l *Matth.* 21. Sensus allegoricus.
m *Apoc.* 11
n *Rom.* 5. 20
o *c.* 4. 15.
p *c.* 7. 25.
q *Joan.* 5. 4.

Notas fecit vias suas Moysi.) *Vias* intelligere possumus *opera creationis* r Dei, quæ narrantur in Genesi: modos illos duos, quibus regit DEUS omnia *per misericordiam, & veritatem*, sive *judicium*, aut *justitiam* s: *mandata, & præcepta*, per quæ *ingredi* homines vult *ad vitam æternam* t: illa etiam itinera, quibus duci voluit populum per desertum. Non egent: ista uberiore declaratione. Sed acumen habet, quod *vias* Chrysostomus *Moysi indicatas* vocari inquit, (quoniam erat lex migratio quædam ad futura bona tamquam ad spiritualia exemplaria u. Alibi præterea observat circa hunc ipsum locum, & explanans quod Joannes x *legem* scribit *datam per Moysen*; (misericordiæ fuisse ut eam daret Deus, postquam naturalis lex violata fuerat, non ut par erat puniendo.)

r *Prov.* 3. 12. *Job.* 40. 14. Duæ viæ quibus Deus omnia regit.
s *Ps.* 24. 10.
t *Matt.* 19. 17. Chrysostomi observatio.
u *Hom.* 13. *in Joan.*
x *cap.* 1. 17.

Filiis Israel voluntates suas.) Hieron. *cogitationes*; Has valent עלילות *hhaliloth*; vel *studia*, vel *opera* (quomodo Chaldaicè) vel *consilia* vel *mentem* νόον, ut exponit Apollinarius, nimirum quam expressit Deus præceptis, & responsis suis per Moysen datis, ut nil differant *voluntates* à *viis*, juxtà unam acceptionem. Quæ hic διαλογισμοὶ vocantur, ἐπιτηδεύματα, quæ fiunt quasi ex industria, studio, consilio, Symmachus reddere tolet ἐναλλαγὰς *inversiones*; quum nempe aliud agere videtur quis, aliud spectat; exempli caussa, quum Deus justis infert mala, quærens eorum salutem: bona improbis, quos prævidet damnandos. Voluntates Dei plures dicuntur, etiam si unica, simplicissimaque sit, ejusdem præceptio, prohibitio, consilium, permissio, operatio, ut Magister y sententiarum annotavit: & ita etiam propter multos effectus pluraliter Dei *misericordias* & *justitias*. Obvia sunt exempla: ac de voluntatibus quidem, Psalmo 15. 2 & 110. *a* & in Actibus Apostolorum *b* Theologi distinguunt Dei voluntatem in signi, & beneplaciti; illam in ea, quæ dixi membra, præcepti, prohibitionis, consilii, permissionis, operationis:

Quare Dei voluntates plures dicantur.
y 1. *d.* 43. *litt.* C
z *vers.* 1.
a *vers.* 2. Distinctio Dei voluntatis.
b *c.* 3. 12.

Præcipit, ac prohibet, permittit, consulit, implet.

Posteriorem in voluntatem antecedentem, qua quantum est ex se, quidpiam Deus vult, & id in antecedente caussa, quam ille præparavit, consequi posset, & si conseqeretur, placeret Deo: verbi gratia, ut omnes salventur: Et in Consequentem, qua vult aliquid immediatè, ac secundùm se, cujusmodi est omne bonum quod fit: ita ut hujusmodi voluntas efficax semper sit. Quamvis aliter alii distinguant, nec non dicant primariam voluntatem in Deo versari circa ea, quæ ex se vult, ratione suæ bonitatis; secundariam circa illa, quæ vult provocatus à nobis, ut puniret: *non enim humiliat*, idest affligit, *ex corde Dominus* c. Denique varii modi, qui latent in operibus, quæ Deus vult, aut operatur, dici possunt opera, *exquisita in voluntates ipsius* d: sed proposito nostro convenit *voluntas*, ut appellatur *signi*, cui secundùm diversos respectus convenire potest antecedentis, & consequentis ratio. Lege Suarez nostrum *e*.

Alforum distinctio voluntatis Dei.
c *Thr.* 3. 33.
d *Ps.* 110. 2.
e 3. *de Deo trino & uno cap.* 1.

Vers. 8.) Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors.

HÆ sunt illæ viæ, inter aliàs, quas Deus Moysi notas fecisse dicitur, & quarum in Exodo *f* mentionem his ipsis nominibus fieri dixi, notatque hoc loco Chrysostomus. Est autem vis quædam propria in istis no-

Sensus loci.
f *cap.* 34. 6.

nominibus Hebraicè spectatis; ut primo describatur Deus, veluti ex viscéribus paternis amans: utque versu 13. habetur, *miserens quomodo miseretur pater filiorum*: secundo, liberalis gratiarum largitor, & munerum pro cujuslibet necessitate, gradu, conditione: tertio, patiens, ac indulgens in perferendis peccatoribus, ne vel puniat statim, vel quantum exigunt eorum peccata: quarto, effusus in misericordia, & largitione beneficiorum, superando, & excedendo non merita solum, sed & vota supplicum, immò hæc ipsa præveniendo. Hæc eadem nomina omnia, & sententia extat præterea in psal. 85. *a* addito nomine *veracis*, & ἀληθινὸς, & Hebræo אמת *emeth*, *veritatis*: quod etiam nomen Paraphrastes lingua sua adjecit קשוט *kescior*: est autem omnibus linguis citato Exodi loco, sicut in hoc nostro. Repetuntur eadem fere in libro Numerorum *b*, ubi Moyses admonet Deum horum ipsorum epithetorum, quæ ipsemet docuerit, & revelaverit, *Magnificetur ergo fortitudo Domini*, *sicut juraſti dicens, Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem, & scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem*. Et quidem in Exodo *c* Hebræus textus videtur significare, à Deo ipso pronuncianda de seipso verba illa, vel certè ab Angelo, referente illius personam. Ita sentiunt Hebræi, & Cajetanus, Clarius, Oleaster, Sa, Ystella; sed ultimus non improbabiliter & à Deo, & à Moyse eamdem orationem prolatã putat. Confirmat exemplo, quoniam quod Matthæus *d* dixisse Judæos recitat, *malos malè perdet*, &c. Marcus, *e* & Lucas *f* recitant à Christo ipso dictum, videlicet ita ut Judæorum responsionem repetens Christus approbaverit. Quæ est Chrysostomi, Euthymii, & aliorum in Matthæum sententia. Quo fit, ut hæc à nobis oratio magno animi sensu, atque devotione frequentari debeat; de qua repete quæ dixi psal. 85. *g* Omitto quæ Nebiensis (qui *vias* interpretatur amoris Dei, & proximi) ex Cabalistis etiam refert de triginta duabus viis scientiæ Dei, quas Deus docuerat Abraham, Moysen, & alios ante adventum Christi, & comprehendi volunt decem sephiroth, ac vigingi duabus litteris alphabethi.

a vers. 13.

b c. 14. 17. 18.

c cap. 34. 6.

d c. 5. 45. 7. 11. c. 12. 18. *e* c. 20. 16.

f c. 20. 16.

g vers. 15.

Miserator, & misericors Dominus.) Ordine opposito in psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *miseriors, & miserator*. Hieronymus, *misericors, & clemens*: quo item pacto extat in Exodo *h*. Nescio quem RicKelius Damascenum intelligat, qui dixerit, *misericordem* dici quasi *miserum cor habentem*. Notus Damascenus Græcè scripsit. In prima voce רחום *rachum*. importatur affectus quidam, ut ita dicam, viscéralis, quem verbum Græcum σπλα χνιζεσθαι indicat ἀπὸ τῶν σπλα χνων, à viscéribus. In secunda חנון *channum*, *gratificatio, beneficii gratuita collatio, gratia largitio, in gratiam receptio*, & excludit dignitatem, ac meritum: quasi dicas, *gratificum*, unde ductum nomen proprium, præfixa nota hujusmodi nominum littera יוחנן *jochanan*, lenius, Joannes, à gratia, quam vocant חן *chen*. Illo modo extat in vetere Testamento aliquoties *i* nomen proprium יוחנן *jochanan*, quod Interpres vertit Johannam; & Græcè, Ἰωάνας: qui hac lingua in historia Machabæorum *k*, atque in Testamento novo nominatur Ἰωάννης, Latina *Joannes*. *Viscera misericordiæ Dei* nominat pater Joannis *l*: & Esaias, *m multitudinem viscerum cum miserationibus*: & Deus ipse *Ephraim* appellans *filium honorabilem sibi, & puerum delicatum*, inquit, *ex quo loquutus est de eo, recordaturum ejus, idcirco conturbata esse viscera sua super eum*, & *miserando miseraturum* n: item, *conversum* dixit *in se cor suum, pariter conturbatam pœnitudinem suam, non facturum furorem iræ suæ, non convertendum ut disperderet Ephraim; quoniam* Deus *ipse esset, & non homo*, o Possent ut synonyma sumi *misericors*, & *miserator*, quemadmodum prius *p misericordia*, & *miserationes*. Tamen distinctionem indicat, quod adeo exactè hæc, & sequentia Deus in Exodo distinxerit.

h c. 34. 6.

Joannes, unde deducta nomina.

i 4. Reg. 23. 1. Paral. 3. 25. & alibi sæpe.

k l. 2. & sæpius.

l Luc. 1. 78.

m c. 63. 15

n Jer. 31. 20

o Osea c. 11. 8. 9.

p vers. 4.

Longanimis.) Hieronymus hìc, & in Exodo *q*, *patiens*. Hoc item loco Romanum Psalterium, & Cassiodorus, ut hi quoque omnes in psal. 85. *r* necnon editio nostra Latina: quod ibi docui Hebraicè significare *longum naribus* ארך אפים *erech apphaim*, quod est *esse tardum ad iram*, quoniam qui longas habent nares, majorem facultatem habent inspirandi, & exspirandi, ac proinde liberius cor calidum, æstuansque refrigerandi; propter quam caussam ira defervescit, diffiatusque conceptus corde ardor. Maternum affectum denotat ista longanimitas, & patientia in toleranda insipiscentia nostra, nugis, offensionibus, ingratitudine tamquam infantiæ, & pueritiæ.

q Exod. 34. 6.

r vers. 15.

Cur qui longis est naribus, ig. tardior ad iram

Et multum misericors.) Hieronymus hìc, & in Exodo, *multæ miserationis*. In psalmo 85. idem, & editio nostra, *multæ misericordiæ*: quo item pacto extat apud Augustinum, & Prosperum, ac in vetere Psalterio. Videtur vero Augustinus legisse prætera *verax*, quod habetur in Exodo, & in psalmo 85. Piè Bellarminus quatuor nomina isto versu contenta totidem Dei beneficiis applicat, gratiæ prædestinationis, sive amori æterno Dei, justificationis, remissionis peccatorum, glorificationis. Non dissimilis in Joele *s* sententia, *convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*; ubi Hebraicè, & Græcè sunt eædem plane voces, quæ hìc, & psal. 85. & Exodi 34. quæ loca toties citavimus. Ex quo intelligimus, quod antea monui, quanti æstimari debeat à nobis tam libenter à multis repetita sententia. Id futurum fuisse prædixit Deus, quando Moysi dixit *t*, *ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te*. Nam postea, ut retuli, transiens, ac se ostendens Moysi, protulit dictam de se ipso sententiam, & de illo Moyses, eam repetens *u*. Omne bonum Deus ipse est declaratus secundùm omnia hæc epitheta plena benignitatis, & misericordiæ: ita ut ista dicat bona sua, non sapientiam, potentiam, & similia. Quod Ecclesia cognoscens, illi proprium affirmat misereri semper, & parcere; & omnipotentiam suam parcendo maxime, & miserando manifestare. Ayguanus in cœlo, mundo isto, purgatorio, inferno misericordiam Dei multam considerat. Nos ea de re à penu mero alibi egimus. Perpendi autem cum Augustino debet, quot modis Deus summa nobiscum agens patientia, longanimitate, misericordia, nos vocet. (Vocat, inquit, undique ad correctionem, vocat undique ad pœnitentiam, vocat beneficiis creaturæ, vocat impertiendo tempus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Tunc monet ne abutamur, neque corvina voce *cras*, & *cras* dicendo procrastinemus.) Lege.

s c. 2. 13.

t Ex. 33. 19.

u c. 34. 5. 6.

Dei proprium misereri semper.

Quot modis Deus nos vocet perpendenda

Vers. 9.) Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

Sensus loci.

VIderi posset hìc illud innui ex Exodo, quod nuper citavimus, nec non sequenti versu; qui aufers iniquitatem, & scelera atque peccata, & versu undecimo quod ibidem habetur *qui custodis misericordiam in millia*. Nam *auferre iniquitatem, scelera, peccata*, sive synonymè accipiantur omnia, sive pro peccatis ex ignorantia, fragilitate, malitia *x* est illa condonare; Hebraicè *elevare*, quasi tollatur grave pondus, & ex imo statu peccator erigatur tùm culpæ, tùm pœnæ. Itaque misericordiæ divinæ superiore versu adeo exaggeratæ hunc inquit effectum esse, peculiariter explicando vim primi nominis, *miserator*, ut non perpetuo irascatur, sed iram remittat, & se placari sinat, non semper minitetur, & aspera loquatur, sed blandè etiam, & suaviter agat. *Iratus misericordiæ recordatur x*, non potest oblivisci misereri, nec *continere ira misericordias suas y*. Paternè se gerens arguit, & castigat, ut emendatos in gratiam recipiat, perpetuaque benevolentia, & beneficentia prosequatur. Rectè autem Euthymius monet eumdem sermonem de divina misericordia multipliciter à Davide revolvi, quoniam demonstrare cupit, quod summa ea in nos usus sit Deus. Dionysius Rickelius notat non esse absolutè intelligenda quæ hìc dicuntur, ne incidamus in eorum insaniam, qui pœnas inferni tandem finiendas dixerunt. *Non in perpetuum*, inquit, *irascetur Dominus* electis suis, *neque in æternum comminabitur eis*, quia licèt ad tempus eos flagellet seu deserat, finaliter tamen eis placeatur, secundùm illud Threnorum *z*; *non repellet in sempiternum Dominus, quia si abjecit, & miserebitur secundùm multitudinem misericordiarum suarum*. Inducit Esaias *a* dicentem Deum; *ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te; in momento indignationis abscondi faciem meam*

x Abac. 3. 2. *y* Ps. 76. 10.

Quorundam error pœnas inferni finiendas asserentium. *l*

z c. 3. 31. 32. *a* c. 54. 7.

meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Exstant alia ejusdem Esaiæ *a* testimonia eadem de re, & aliorum *b*. Videtur autem Esaias, agens de liberando populo ex captivitate Babylonica, de qua & in psal. sermonem esse velle nonnullos dixi, præsentem locum transcripsisse, vel imitatus esse. Sic enim loquitur apud illum *c* Deus. *Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar*. Quæ ipsissima verba hic extant Hebraicè, ut postea dicam. Quapropter potest hic locus etiam exponi de vita præsenti, ut & in hac *non in æternum*, idest, semper, *irascatur Deus, nec in æternum comminetur*. Chrysost. quidem, fortassis occurrens Origeniano illi errori de finiendis aliquando damnatorũ pœnis, diserte docet intelligere Davidem præsens sæculum; (nam in futuro, inquit, judicium, atque iram reservavit.) Fayent satis Enarratores Latini cum August. Hoc jam expertos nos Remigius inquit, quia quum peccatores essemus, justificati sumus; cum mala promeruissemus, ipse bona retribuit. Contra eamdem hæresin legimus alibi. Cassiodorus præterea de futura Judæorum conversione in fine sæculi exponit. De captivitatis rursum Babylonicæ liberatione Hieronymus *d*, innuit hunc locum esse, dum tractans ex Michæa duos alios, jungit cum illis. Micheas capite 4. *e*, sic primum loquitur, *Dole, satage filia Sion quasi parturiens; quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem. Ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum*. Deinde in cap. 7. *f Ne læteris inimica mea super me*, Lxx. ne insultes mihi, *quia cecidi, consurgam: quum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec causſam meam judicet*, justificet, & *faciet judicium meum, & educat me in lucem, & videbo justitiam ejus. Non in perpetuum ira Dei permanet, sed ad correptionem in brevi turbat peccatores* g præsertim si sit qui resistat iræ ipsius, deprecans, & *proferens servitutis suæ scutum* h. *Homo homini reservans iram, non quærat à Deo medelam, & cùm caro sit, si reservat iram, non petat propitiationem à Deo* i.

Difficile k, *quam sit animum ab ira flectere*
Jam concitatum, quamque regale hoc putet,
Sceptris superbas quisquis admovit manus
Quæ cepit ire.

Stultum interficit iracundia l; *perdit iracundus animam suam in furore suo* m: & *in sinu stulti ira requiescet* n *tamquam dæmon pessimus* o. Sed egregium est, & omnino regium, & divinum iræ dominari; advocare quum opus est ac remittere. Alibi plura.

Non in perpetuum irascetur. Hieronymus *non in sempiternum judicabit*. Apud Esaiam *p* idem repeti prius monui; *non enim in sempiternum litigabo*. Hebraicè אריב כי לא לעולם *chilo lehholam ariu*. Quod hoc loco legimus לא לנצח ירום *lolanetsach jarim*: Græcè οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ἐκδικήσω ὑμᾶς, *non in æternum ulciscar vos*. Sed נצח *netsach* licet *finem* significet, aliquando etiam eumdem illum usum habet, præsertim quum littera servili denotant præpositionem: sicut & εἰς τέλος quod hoc loco est, Latine in aliis Psalteriis, apudque August. Prosperum, Cassiodorum, *in finem*. Monet Hierony. *q* נחצ *netsach* & *perpetuum*, & *finem*, & *victoriam* significare pro locorum qualitate. Explicat per *del semper* Apollinarius. Idem Hieronymus legit *r* alicubi, *in finem*. Occurrit aliàs antea varia nobis istius vocis notio. Denique verbum ריב *riu* valet *litigare, judicare, irasci*.

Neque in æternum comminabitur.) Addit Hieron. *s* alibi, *Dominus*. In Esaia *t*, *neque usque ad finem irascar* צוץ ולא נצח אקף *velo la netsach ekseph*, δὲ διαπαντὸς ὀργισθήσομαι ὑμῖν, *neque semper irascar vobis*. Ubi etiam נצח *netsach* expositum est *semper*. Hoc autem loco vertit Hier. Hebræa ולא לעולם ועור *velo lehholam itor, neque in æternum irascetur*; quod etiam valent Græca δὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ, atque translatio aliorum Latinorum Psalteriorum, & August. Prosperi, Cassiodori, *neque in æternum indignabitur*. Interpreti Latino visum est μηνιεῖν *iram* denotare *confirmationem*. Et posset utcumque videri minari è Græco ductum. Sed Hebræum יעור *itor* transferunt alii *servabit*. Talis phrasis est citato prius loco Ecclesiastici; ac ita vulgaribus loquuntur modo linguis de ultione secreta, vel quum intus fovent ulciscendi cupiditatem, atque occasionem expectant, ut dicant se servare cupiam, nimirum iram, & vindictam; *ioglio aguardo*, Aie la luigarde. Porro *iram cum sole occidere* vetat Paulus, ac ne *locus detur diabolo* x videlicet ad intrandum; vult dari iræ, ut non intret, sed abeat, & pertranseat irrito ictu. Repeto jam dictum, vere regium esse, vel non irasci, vel iræ moderari, ut fortassis propterea, inter alias causſas vinciatur diademate, cingaturque corona, sive κεφαλοδέσμῳ, & κρηδέμνῳ. Regum caput & *vitta*, *vinculo*, *fascia* religetur, ut cohibendam meminerint sibi potestatem tantam, & in potestate meminerint comprimendam, & constringendam iram. Nam *sicut fremitus leonis, ita & regis ira* y. *Melior autem est patiens viro forti & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium* z. (Si quis alius, ait Dio Chrysost. *a* caput illæsum fasciis obligaret, omnibus esset ludificatui. Ne lædatur, lædatur, stringenda ira.) De illo qui non sic dominatur, ut quem indignum censeam diademate, affirmaverim apud Tragicum *b* cum Agamemnone rege.

Ego esse quidquam sceptra nisi vano putem
Fulgore tectum nomen, & falso comam:
Vinclo decentem?

Fallum quidem vinculum diadema est, quia non tam ornat caput, quam capite minuit, veram tollens libertatem, in veram compinges servitutem; sed fallum etiam, quando ratio capitis non religat furentes perturbationes iræ præsertim.

Quos videt sedere celso, (canit Boetius *c*)
Solii in culmine Reges,
Purpura claros nitente,
Septos tristibus armis,
Ore torvo comminantes,
Rabie cordis anhelos:
Detrahat si quis superbis
Vani tegmina cultus
Jam videbit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido versat,
Avidis corda venenis:
Hinc flagellat ira mentem,
Fluctus turbida tollens:
Mœror aut captos fatigat,
Aut spes lubrica torquet.
Ergo, quum caput tot unum
Cernas sorte tyrannos,
Non facit quod optat ipse
Dominis pressus iniquis.

Bacchæ ob indignationem ῥῖψαν ἀπὸχροτάφων στεφανώματα *projecerunt de temporibus coronamenta d*: & in luctu olim alii ponebant coronas *e*. Nefas id summo Hebræorum Pontifici *f*, nec sapiens ullus demi coronam sinet sibi, quæ laxamentum prohibet iracundiæ.

Vers. 10.) Non secundùm peccata nostra fecit nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis.

Sensus loci.

HOc est esse misericordem Deum, atque non in perpetuum irasci, vel in æternum comminari non eas exigere pœnas quas pro peccatis commeremur, non reddere talionem. Atque hac ratione *non retribuere*, una de retributionibus est, quas hic initio jussit animã tuam Propheta non oblivisci. Non solum autem in hac vita utitur ista Deus moderatione, ut puniat citra condignum, sed in ipsomet damnatorum loco, ut aliquoties docui. Quocirca dicere quivis peccator potest, ac debet, quãtumvis puniatur; *peccavi, & vere deliqui, & ut eram dignus, non recepi* g. Quod non modo comparatione ad alios meliores ipso verum est, ut docet Greg. *h*, sed etiam ut idem notat *i*, explanans alia verba *k*; ut ostenderet tibi secreta sapientiæ; & quod multiplex esset lex ejus, & intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quam mereatur iniquitas tua; quoniam legem si sollicita consideratione pensamus; Auctori nostro quantum delinquamus, agnoscimus i si autem culpas perpendimus, profecto æquanimiter flagella toleramus: nec ex dolore charitas ad impatientiam proruit, quum suo se judicio conscientia addicit, &c. Dolor quippe flagelli temperatur, quum culpa cognoscitur; quia tanto quisque patientius ferramentum medici tolerat,

Qnid sit Deum esse misericordẽ & in perpetuum non irasci.

Quomodo Deus ipsos peccatores secundum meritorum exigentiam non puniat.

a *Isa.* 28. c. 17 16
b *Psal.* 88
Sap. 11. 24.
Habac. 3. 2.
c *c.* 57. 16.

d *in Mich. c.* 4
e *vers.* 10.

f *vers.* 8

g *Sap.* 16. 6
h *c.* 18. 20
i *c.* 18. 21
Eccles. 28. 3. 5
Ire dominari egregium, t
k *Seneca. in Medea. act.*

Iracundia quam periculosa.
l *Jo.* 5. 2.
m *Job.* 18. 4
n *Eccl.* 7. 10
o *Prasihom. li. de ira. c.* 57. 16.

Notio nominis נצח
q *Epist.* 135
r *in Amos cap* 7.

s *in Micheæ c.* 4.
t *c.* 57. 16.

u *Eph.* 4. 26
x *Ibid.*
Regium est non irasci.
Regum caput cur diademate cingatur.
y *Job.* 19. 13
z 16. 32
a *orat.* 66.

b *Seneca. in Troade act.* 2.
Diadema non tam ornat caput quam capite minuit.

c 4. *de cons. Philos.*

d *Oppia. 9. de veniat.*
e *Plato* 7. *de legibus, & alii apud Carolum Paschalium* 2. *de coronis c.* 9
f *Phil. Lev.* 21. 10.

Deus ipsos peccatores secundum meritorum exigentiam non puniat.
g *Job.* 33. 27
h 24 *Mor. c.* 6 *vel* 8. & *seq.*
i *lib.* 10. *c.* 4 *vel* 8
k *Job.* 11. 6
Culpæ cognitio pœnæ dolorem minuit

lerat, quanto putridum conspicit esse quod secat. Qui igitur multiplicitatem legis intelligit, cuncta quæ patitur, quam sint minora perpendit, quia per hoc culpæ pondus agnoscitur, afflictionis pœna levigatur. Mereretur etiam annihilationem peccator, *misericordiaque Dei est, quod non consumatur a*; sed redactus in nihilum, perderet omnem doloris sensum, semelque vindex Dei finita videretur justitia. Reprobus æternas luit pœnas, & sentit, denique semper justus vindex agnoscitur: licèt debitam gravitatem pœnæ mitiget, ac juxta tamen constitutam legem suam *a*, *secundùm mensuram delicti plagarum modum infligat, quantumque glorificaverit se quis, & in deliciis fuerit, tantum det ei tormentum, & luctum c*. Quod æqua proportione in præmiis locum habet, quæ tùm ultra condignum sunt; tùm exactè cuilibet tribuuntur, prout posita lex à Deo exigit. Vocari hæc potest æqualitas proportionis pœnæ, præmiique ad peccatum, & meritum, non æqualitas quantitatis, & propter dictam proportionem dicitur *judicium sine misericordia d* & quod *potentes potenter tormenta patientur e*. Disputatum eodem de argumento alibi. Lege B. Thomam *f*, & Laurentium Justinianum *g* Lenitatis in pœnis laudem absque ulla comparatione multo meretur majorem Deus, simulque liberalitatis in præmiis, quam Persarum Rex, quem hoc etiam nomine sacerdos inter sacrificia laudare præsentem solebat, quod pœnas mitiores errantium criminibus exigeret, redderet vero meritis gratiam ampliorem *h*. Ad hoc propositum Pineda *i* noster id profert ex Proverbiis *k*, *viis suis replebitur stultus, & super eum vir bonus*, hoc est, bonus ultra; stultus, sive improbus citra condignum recipit, ille supplicia, iste præmia. Rickelius præter punitionem citra condignum, attendit quod peccatori gratia restituatur, quam non meretur de condigno: quod *ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia* quod æterna pœna commutatur in temporalem. Adde non solum æternam à damnatis repeti circa condignum, ut dictum est, sed temporalem quoque à justificatis; nec non etiam ab iis qui damnandi sunt, & nonnulla hìc luunt. Lyranus notat ob infinitatem malitiæ peccati non posse pœna æquali, & quanta dignum est puniri. Quod propriè loquendo alii negant, sive spectetur in ratione malitiæ, sive ut offensa contra Deum; quoniam non omnia peccata sunt æqualia, unum autem infinitum in suo genere non potest alio minus, aut majus esse. Ratio communis omni mortali peccato, ut sit aversio à Deo, ipsi intrinseca non est, nec nisi infinitatem secundùm quid communicat, & non immediatè privat peccatum Deo, sed bonitate virtutis oppositæ; aversio autem consequens, privat forma, per quam Deo conjungimur, id. est, charitate, vel gratia; Deo ut objecto, & fine. Cur aversio una non sit alia major, causa non est, quia omnis infinita sit, sed quia nulla privat aliquo definito gradu gratiæ sive charitatis. Eodem modo pœna damnati non est intrinsecè infinita, quia pœna sensus intensive finita est fine dubio: pœna damni privat visione Dei, quæ finita est, Deo autem infinito, quatenus est objectum finisque. Verum subtilius alio loco hæc tractantur, & quare ad exactè satisfaciendum opus fuerit incarnatione. Frequentat versiculum istum Eccl. deprecativè Quadragesimali tempore in missa feriis 2. 4. 6. *Domine non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis*: & quotidie Parisienses Studiosi qui instituuntur in Collegiis hanc ad alias solemnes preces piè adhibent.

Æterna pœna à peccatore citra condignū exigitur.

a Thren. 3. 22.
b Deut. 25. 2.
Quomodo Deus cuiq; secundum delicti mensuram retribuere intelligatur, etiam si gravitatem pœnæ debitam mitiget.
c Apoc. 18. 7.
d Jacob. 2. 13
e sap. 6. 7.
f 1. p. q. 21. a. 4. ad 1. & 4. d. 46. e. 2. a. 2. q. 1. & a. 1. q. 1. ad 1. & q. 2. ad 4.
Lenitatis laudem in pœnis summam meretur Deus.
g serm. de Jacob, & Philippo.
h Diod. Sicul. lib. 2. c. 2.
i in Job. c. 33 26.
k c. 14.
Probatur infinitatem peccati non impedire quo minus æquali pœna puniri possit.
Caussa, cur una aversio non sit alia major.

Non secundùm peccata nostra fecit nobis.) Ambrosius deprecativè legit, *non secundum peccata nostra reddas nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis*. Pronomen non indicat solos Judæos, ut Cajetano placet: sed comprehendit omnes homines: licèt ad litteram David de se ipso agat, vel populo, qui tot affectus beneficiis, toties peccavit in Deum, & leniter tamen punitus est. Hugo *peccata* sumit, ut propriè in Deum: *iniquitates* in sequenti membro, ut contra proximum. Voces Latinæ, Hebraicæ, Græcæ videntur synonymæ, *peccata* inquam, *& iniquitates* כטאים *chataim*, & עונות *hauonoth*, *ἀνομίαι*, & *ἁμαρτίαι*. Itaque cuncta peccata indifferenter hisce vocabulis intelliguntur.

Neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis. Hebræum verbum גמל *gama*, & Græcum *ἀνταπέδωκεν* similia sunt nominibus versus secundi *retributionem* גמולים *gemulim* *ἀνταποδόσεων* & significant *compensationem pœnarum debitam peccatis*. Quam compensationem, & retributionem non facere, retributio una ex illis est, ut dixi, quas ibidem David cavet nos oblivisci. Est autem retributio, quod non ita retribuat, quatenus quodammodo id mereri potest peccator & de congruo, quod attinet ad pœnam æternam, cum gratiæ auxilio: justificatus autem pro temporali satisfacere potest per opera facta cum gratia. Ambrosius *l*, declarans verba psalmi 118. *m*, *retribue servo tuo*, quærit quomodo David in hoc nostro dicat *non secundùm peccata nostra reddas nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis*, ibi poscat retributionem. Respondet hujus loci vocem videri peccatoris esse: illam bene sibi conscii, qui præmia boni operis exposcat. Posse quoque dici, quod de ejus persona psalmus ille formetur, quia natus ex Virgine pro totius mundi redemtione ad dextram patris sedere præsumat. Nec tamen alienum, vel arrogans esse, si etiam David à Domino Deo suo pro egregiis laboribus postulet: prærogativam esse fidei atque justitiæ, de Domini favore mercedem usurpare; Davidem hoc loco quasi adhuc imperfectum secundùm peccata sibi reddi refugisse, atque declinasse: in illo autem psalmo, qui est posterior, quasi fundamentum virtutis processu, retribui sibi secundùm fidei operisque certamina deprecatum. Placet annotatio. Verum hoc loco non est deprecantis oratio; sed rei jam præteritæ narratio. In quatamen quum seipsum David aliis annumeret, locum habet quod observat Ambrosius.

Compensationem pœnarum] debitam peccatis non facere, retributio. est, & quare
l in ps. 118. octon. 3.
m vers. 17. Conciliantur verba ps. 118. retribue servo tuo, cum verbis præsentis ps.

Vers. 11.) Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra corroboravit misericordiam super timentes se.

Vers. 12.) Quantum distat Ortus ab Occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.

Divinæ misericordiæ infinitatem comparat cum spatio maximo, & distantia inter cœlum terramq; secundùm altitudinem, & secundùm longitudinem inter Orientalem cœli plagam, & Occidentalem (latitudo est à Septemtrione ad meridiem) quo spatio ac distantia vulgus nil majus concipit. Ait ergo eminere tamquam cœlum altissimam Dei misericordiam super homines in terra manentes, qui timent eum, illosque ipsa tegi; velutique includi, & mergi ut in abyssо profundissima, *magna enim super cœlos est n*, extendi etiam longissimè ad omnes peccatores, ut eorum peccata verè, propriè, penitus removerit, & abstulerit: & ita distent ab iis in quibus erant, quam procul ab Occidente Ortus abest, hoc est, omnino esse desinant. Hoc videlicet est quod in Exodo *o*, de Deo dictum retulimus, adeo misericordem esse, *ut auferat iniquitatem, & scelera, atque peccata, & custodiat misericordiam in millia*. Significant præterea cōparationes istæ constantem, ac perseverantem Dei misericordiam, atque confirmatam, & stabilitam sicut se habet cœlum ad terram, & diuturnus cursus Solis; quoniam *ordinatione Dei perseverat* dies p, *& præceptum quod ipse posuit, non præteribit* q, & quod quemadmodum à cœlo, & motu ejus, præsertim Solis, pendent inferiorum rerū generatio, & conservatio; sic à Deo cura, & providentia erga peccatores ut fuga ab eis tenebris, & nunc serenitate beneficii, nunc imbre correptionis illos tractet. Item indicatur semel condonata peccata, & pœnas numquam redituras, quemadmodum cœlo terra; Ortus Occidenti numquam jungetur; quia *sunt sine pœnitentia dona, & vocatio Dei*, r ad quam revocatur justificatio, dictaque remissio peccatorum. Denique regenerationis munere, ac justificationis fieri, ut distemus à terrenis, & consociemur cœlestibus, & vetustas occidat, novitas oriatur; constituatur in Oriente innocentia, peccata remaneant in Occidente. Conflatur integer hic sensus ex his, quæ partim Græci, partim Latini dicunt. Unde colligitur adversus hæreticos, remitti peccata verè, propriè, penitus; ita ut nullo pacto remaneant secundùm suam maliam, & coram Deo is, cui remittuntur, verè, propriè, inhærenter, justus habeatur, & sit, non per solam extrinsecam denominationem, & non imputationem: simul enim cum remissione fit infusio gratiæ inhærentis, & informantis. Similis comparatio habetur in Michæa *s*, *quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem*

Senſus loci

n ps. 117.
o c. 34.
p ps. [118. 9.
q ps. 148. 6
Peccata & pœnæ semel condonata non redeunt.
r Rom. 11. 29
Tropolog. Colligitur contra hæreticos, peccat penitus remitti, & eum, cui remittuntur vere justum haberi.
s c. 7. 18. 18

vorem suum, quoniam volens misericordiam est. Revertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Post altitudinem cœli à terra, & distantiam Ortus ab Occidente, æstimant homines maris profunditatem maximam, & quæ in id immerguntur, perdita prorsus, nec amplius reditura, Idem sibi vult, quod *faciat Deus longe furorem suum, propter nomen suum* a: quum *Deum ad ignoscendum* b, Esaias *multam* dixisset *esse*, eumdem sic loquentem inducit: *non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ; neque via vestra, via mea; quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.* Quasi dicat Deus, non debere cuiquam videri impossibile, ut redeat quantumvis peccator ad pœnitentiam, & ipse illius misereatur: tam enim distare misericordiam divinam ab humana, qua unus in alium utitur quam cœlum à terra distat. Chrysostom. c, Esaiæ locum conjungens cum loco isto psalmi nostri, ait, quod non comparando hæc dicunt, quoniam nulla humana clementia divinæ bonitati comparari potest. Sed quia exemplum summæ affectionis nullum nos majus novimus, quam patris ad filium. Verum de hoc exemplo dicendum versu 13. eodem pacto dici potest non aliam nosse nos in corporibus, & spatiis majorem distantiam. Quod idem hoc loco Chrysostomus admonet, atque Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, dicentes sic longiora adhuc interstitia Propheta reperire potuisset, non dubium, quin ea protulisset, ut immensam divinæ bonitatis magnitudinem demonstraret: humanam cogitationem, nec mensuram cœlo sublimiorem, nec longius, quam Vesperæ atque Ortus intervallum reperisse.

a Esa. 48. 9.
b cap. 55. 7.
c Ps. de prov.

Quoniam secundum altitudinem cœli à terra.) Hieronymus, *quantum enim excelsus est cœlum a terra.* Possent numero plurali *cœli* exprimi: in quo etiam solo numero extat Hebræum nomen שמים *sciamaim*: sed collective *cœlum* omnes comprehendit: nec solus ab Apollinario ὁ στερεὸς οὐρανός, *stellatum cœlum* exponi debuit: sunt enim alii superiores orbes. Distantia præterea protendi posset usque ad intimas terræ partes. Theodoretus d, refere nonnullos ex Astronomis cœlum id quod videmus, inter ac terram, interesse tradidisse *quadringenties septuagies dena stadiorum millia* τετρακοσίους ἑβδομήκοντα σταδίων; alios multa plura, quotdam pauciora. Clavius e, noster scribit, instrumentis memoriis vix dimetiri nos posse, etiam ex monte editissimo, quinquaginta milliaria, nedum centum sexaginta milliones milliariorum, & eo amplius, quibus convexa Firmamenti superficies à centro terræ abesse perhibetur. Deinde ait, per molus planetarum peritos Astronomos investigasse primum distantiam Lunæ, quando terris est proxima, nempe semidiametrum concavi orbis lunaris, respectu semidiametri terræ, per diversitatem aspectus Lunæ, Postea exploasse planetarum omnium excentricitates, hoc est, quantum centra orbium excentricorum, in quibus planetæ ab Occasu in Ortum feruntur, à centro mundi distent. Postremo venatos industria mirabili crassities excentricorum pro diametro epicyclorum. Atque ita ex his omnibus distantias cœlorum, id est, semidiametros iplorum concluisse. Verum hæc subtilius expendi modo non possunt, sed apud eumdem Clavium demonstrationes astronomicæ legendæ. Notat vero etiam per eclipses pervestigari proportionem corporum Solis, & Lunæ, ad globum ex terra, mariique constantem. Item distantias, crassities, magnitudines cœlorum, ac stellarum, quamvis tantæ deprehendantur, tamen esse minimas, quæ possint; quoniam Astronomi ponunt excentricum orbem cujusque orbis cœlestis tangere convexum, & concavum ipsius cœli in uno tantum puncto: epicyclum quoque cujuslibet planetæ, & corpus solare tangere convexam, & concavam superficiem orbis excentrici in uno tantum puncto. Credibile autem est orbes esse densiores, ita ut neque excentricus quilibet orbis tangat convexum, & concavum cœli, sed sit immersus intra ipsius cœli crassitiem; neque epicyclus aut Sol superficiem convexam, & concavam excentrici attingat, sed intra ejus quoque crassitiem sit immersus. Præterea, quum ex motu dumtaxat fiat dicta pervestigatio, crassitiem quarti orbis Lunæ, qui concentricus est, diciturque deferens caput, & caudam draconis, investigari nequivisse; ut proinde etiam cœlum Mercurii longius absit à terra, quam ab Astrono-

d 1. de Græc. affect.
De cœli à terra distantia opiniones variæ.
e in sp. c. 1.
Quomodo Astronomi cœlorum à terra distantiam investigaverit.
Unde inteseant proportiones Solis, & Lunæ ad terram, & magnitudines cœlorum, & stellarum.

Amis deprehensum sit. Adde cœlum Empyreum sedem beatorum immobilem, supra omnes alios cœlos, unde major adhuc longe distantia petitur ab eo ad terram usque. Summa porro distantiæ à centro terræ usque ad concavum Firmamenti, secundum Alphraganum, constat milliaribus Italicis, quæ componuntur ex octo stadiis. 80942471. *octoginta millionum, nongentorum quadraginta duorum millium, & quadringentorum septuaginta unius*: quia tot milliariorum est semidiameter concavi Firmamenti. De distantia cœlorum aliorum superiorum, ac Empyrei, subduci ratio non solet, nec facile potest. Ferunt S. Andream Apostolum, paullo post mortem, peregrini habitu quemdam Episcopum liberasse à turpi tentatione, quam diabolus induens puellæ formam, quæ virginitatis propositum simul habet, suggesserat, quum solvisset quæstiones tres ab eodem diabolo propositas, majus in re parva miraculum videri, diversitatem facierum humanarum; terram omni cœlo altiorem esse, Christi corpus in cœlo empyreo; distantiam cœli à terra ipsimet diabolo exploratam, qui ex eo in illam præceps ruerat. Narrat Antoninus f unus quod sciam.

Summa distantiæ à centro terra usque ad concavum Firmamenti secundùm Alphraganum.
Quomodo sanctus Andreas, post mortem, Episcopum quendam à turpi tentatione liberavit.
f 1. parc. summa hist. cap. 9.

Corroboravit misericordiam suam super timentes se.) Hieronymus, *tantum confortata est misericordia ejus super timentes se.* Alii, *corroborata est, prævaluit, augusta est, major est, valens facta.* In Psalterio Romano, ac vetere apudque Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Prosperum, *confirmavit*, Græcè ἐπεκράτησε Hebraicè גבר *gavar*. Utrumque verbum, & sententia similis extat in psalmo 116. g Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus. Euthymius stabile decretum denatari putat; *corroborandi*, seu *confirmandi* verbo ceteri respicere videntur, exponendo, ut ante dixi, de rata, firma, constanti, perseverante misericordia, ac protectione Dei; quemadmodum cœlorum in terram, quam omni ex parte protegunt, efficientia, & influxus perseverat. *Dominus* enim *in circuitu populi sui* h: Alibi eadem phrasi sola significatur eminentia, seu secundum altitudinem quædam victoria, & quasi corroboratio, sive ut quid in ea re prævaleat. Nam quod in Genesi i, legimus quod *quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat*, Hebraicè est גברו *gaveru prævaluerunt*, quod etiam valet Chaldæum תקיפו *thekiphu*, quæ ipsa verba ibidem proxime ante k sunt, ubi Latinè, *aqua prævaluerunt nimis super terram*, Græcè ὕδωρ ἐπεκράτει Lyran. Ayguanus, Valentia observant, quoniam altitudo cœli a terra minor est quam distantia Orientis ab Occidente: propterea per minorem distantiam in isto versu, intelligi remissionem pœnæ, quæ minus malum est, ac ne simpliciter quidem malum: per majorem in versu seq. remissionem culpæ, velut majoris mali, & quæ absolutum nomen mali meretur. Addit Valentia minorem distantiam innuere incarnationem, per quam nobilitata est humana natura: majorem indicari passionem, per quam facta remissio peccatorum. Si autem *Ortum* & *Occasum*, referamus ad concavum firmamenti, duplo major est distantia quam prius tradita à centro terræ ad concavum ejusdem firmamenti, nempe æqualis toti diametro, concavi firmamenti, quæ est milliariorum 161884942. (centum sexaginta unius millionum & octingentorum quatuor & octoginta millionum, nongentorum & quadraginta duorum.) Quod si eadem distantia sumatur penes circumferentiam circuli maximi, erit æqualis dimidiæ circumferentiæ ejusdem circuli maximi, h. e. milliariorum 254. 390. 625. (ducentorum quinquaginta quatuor millionum, trecentorum nonaginta millium, sexcentorum viginti-quinque.) Sed si referatur hic Ortus, & Occasus ad Solem, ut fere hoc loco sumi solet, distantia non erit semper eadem, quia distantia Solis à centro terræ continuo mutatur, sed minima. maxima, mediocris, sive penes lineam rectam accipiatur, ideſt, diametrum circuli maximi per solem ducti, sive penes dimidiam circumferentiam ejusdem circuli: Minima est 8027848. milliarum, octo millionum viginti septem millium octingentorum & quadraginta septem. Media sive mediocris, qualis fere est his temporibus, definitur milliaribus 8366949. (octo millionum trecentorum sexaginta sex millium nongentorum quadraginta octo.) Maxima efficit 8706060. (octo milliones septingenta sex millia quinquaginta); dimidia vero circumferentia nimia 12. 615. 187. (duodecim milliones sexcenta quindecim millia centũ octoginta septẽ.) Mediocris 13148062. (tredecim milliones centum quadra-

g vers. 2.
h ps. 124. 2.
i c. 7. 20.
k vers. 29.
Quorundam observatio.
Varii modi sumendi cœlorum à terra distantiam.

draginta octo millia sexaginta duo.) Maxima 13680937. A

a *ps.*32. 5 *ps* 118. 64.
b *ps.*102. 4.
c *ps.*84. 14.
d *ps* 84. 14.
e *ps.* 107. 5.
f *ps.* 144. 9.

(Tredecim milliones sexcenta octoginta millia nongenta triginta septem.) *Misericordia Domini plena est terra*: a *melior super vitas* b: *non abscondit eam Deus*; c *replet ea omnes* d *magna est super cœlos* e, *miserationes ejus super omnia opera ejus* f quemadmodum ut prius monuimus. Sol cœlumque cunctas inferiores res replent sua efficacitate; cunctis veluti vitam tribuunt: non est ulla ex iis, quæ se abscondat à calore, & influxu ipsorum, omnibus imminent, ac veluti incubant. (Quemadmodum cœlum ratione altitudinis, inquit Rickelius, & excellentiæ suæ terram operit, circuit, fœcundat, illuminat; sic Deus in circuitu populi sui existens, eum in bono conservat, intus illustrat, fœcunditatem operum bonorum impendit.) Cajet. in *corroborandi* verbo attendit Dei misericordiam gratiamque nullis debilitatam peccatis fuisse, sed potius magis roboratam, & confirmatam adeo multis demeritis resistendo, & ut sicut nullæ circa terram mutationes perveniunt ad cœlum, ita gratia, & misericordia Dei perseveret in robore, ac fortitudine sua. Incarnationis gratiæ potissimum id convenit, ante quam debilis quodammodo videbatur gratia, utpote neminiB cœlum referans: & prævaluit Deus homo factus, velutique violentus extitit in amore, cunctas difficultates vincens, præsertim tot tamque gravium peccatorum, quæ tam eximium beneficium impedire videbantur. Idcirco annunciator mysterii tanti Gabriel fuit, significans *fortitudinem Dei*, vel *virum qui sit simul Deus*. Adeo robusta est misericordia, & gratia, ut ex invitis quodammodo faciat volentes & contumaces ad se ac rebelles compellat voluntates, libertate salva. (Incaluit Sol, ait Bernardus, *g* & radii glomeratas iniquitatum nubes dissolvit.) *Salvavit sibi Deus brachium suum, & justitia ejus ipsa se confirmavit*, inquit Esaias *h*, describens arma, quibus debellavit iniquitatem. Perpendit misericordiæ vehementiam Chrysostomus *i*, in incarnatione, cum pessime mundus de Deo meritus foret, ac præsentem ad id ps. locum expendit, simul cum longe distantibus cogitationibus humanis, viisque, cum suis *k*.

Cajetani in corroborandi verbo observatio.

Gabriel quid proprie significet, & quare mysterii incarnationis nunciator fuerit? Misericordiæ & gratiæ vehementia.

g *serm. de nativ. B. M.*
h 59. 16 11. *de provid.*
k *Esa.* 55. 6

Quantum distat Ortus ab Occidente.) Hieron. *quantum longe est Oriens ab Occidente*. Alia Psalteria, & Patres, *quantum distat Oriens ab Occasu*: vel *Oriens ab Occidente*, De Solis ortu; & occasu solet intelligi, non de ortu, & occasu firmamenti, aut primi mobilis, quod veteres confundebant cum eo quod vocamus firmamentum. Dictum prius de distantia in Sole secundum Ortum & Occasum. Initio etiam indicata tropologia de occasu vitiorum, ortu ac luce virtutum. Longissime distant hæres inter se ac longius adhuc *qui elongant se à Deo* peccatores *l*, & quorum *cor longe ab ipso est* m, *& ipse longe à renibus eorum*, n & *a quibus* proinde *salus longe est* o *& qui non censetur in populo, Deo appropinquante*, p & quum non *accedant ad eum, non illuminantur q*; neque *convertuntur, sicut in profundum recesserant* r, *& sicut fuerat sensus eorum ut errarent à Deo, non tantum decies*, idest enim longissimo intervallo, *convertantur requirentes eum* s Longe fugiendum, *& elongandum fugiendo* t, relinquenda Sodoma, abeundo procul *in montem, ut salveris* u. Sic fugere peccatum debes, quam fugam gloriosam vocat Ambrosius *x*, ut Jacob à hortante fugit matre *y*, Moyses à facie Pharaonis z, David à facie Saulis *a* & Absalonis *b*: utquis *à facie colubri c*, tùm vero juxta Pauli monitum *d*, fugienda fornicatio tibi quemadmodum impudicam dominam Joseph fugit. *e*

Veteres primum mobile cum firmamento confundere solebant. Tropologia

l *ps.* 72. 27.
m *Esa.* 29. 13
n *jer.* 12. 2.
o *ps.* 118. 155
p *ps.* 148. *init*
q *pl.* 33. 6.
r *Esa.* 31. 6.
s *Bar.* 4. 28.
t *ps.* 54. 8.
u *Gen.* 19. 17
x *de fuga saculi* c. 4.
y *Gen* 27. 43
z *Exo.* 2. 15.
a 1. *Reg.* 19. 10. 18.
b 2. *Reg.* 16. 10. 18.
c *Eccles.* 3
d 1. *Cor.* 6.
e *Gen* 39. 2.

Longe fecit à nobis iniquitates nostras.) Alia Psalteria & Patres, *elongavit*, accedit ad Deum, qui recedit ab iniquitatibus, ut prius docui. Qui autem distat à Deo, hunc ut Ayguanus notat, necesse est circa illum, & summum bonum errare iis modis, quibus nostrum circa res distantes erat judicium in quantitate, ut videatur minor, alterius coloris, diversæ figuræ. Credit peccator mundi gloriam esse majorem, quam regni cœlestis, ut oculus terra minorem Solem: putat sui similibus patere aditum posse in beatorum domicilium, ut procul remotæ turres, montes, vela existimantur nigra, quum sint alba: suspicatur non esse perpetuam habitationem, ac veluti firmiter conquadratam, perinde ut à longe visam turrim, sibi perluadet rotundam esse, quum sit quadra. Atqui *magna Domus Dei, & ingens locus possessionis ejus* f *nihil illuc intrat coinquinatum* g; *civitas illa in quadro posita est* h, stabilis, æterna.

A Deo distantibus quid accidat.

f *Baruch.* 3 19.
g *Apoc.* 21. 27.
h *Ibid.* 16.

Vers. 13.) Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.

Sensus loci

ILlustrat magis misericordiæ divinæ præstantiam, atq; magnitudinem exemplo, quo in rebus humanis majus nullum visitur; sub patre tamquam sub primario parente, qui constantius ac virilius amat, comprehendendo maternum quoque teneriorem & molliorem affectum. Parentes etiam cum indignati in liberos videntur, castigando, velutique sæviendo, non possunt qui misericordiæ, commiserationisque & viscerum edant signa, atque severitatem temperent benignitate. Atqui Deus *tùm iratus fuerit, misericordiæ recordabitur i*, nec valet *oblivisci misereri, nec in ira continere misericordias suas k*. Potius affirmat *obliturum filii sui, matrem l*. Omnes enim affectus naturales, ait Chrysostomus, Dei misericordia longissime, immò in infinitum excedit. Sed nos nullum affectum novimus majorem quam patris, vel matris. Observat hoc ipsum Elias *m* Cretensis, ut doceat partículas comparativas non importare exactam, & æqualem similitudinem. (Domini enim, inquit, miseratio infiniiis modis, & omnem extra comparationem amplior est, quam humana.) Trita comparatio Dei cum patre, qui *quem diligit, recipitque filium, erudit, castigat, flagellat n*, non tantum ei thesaurizat, & hæreditatem comparat. *Parcam eis* (timentibus me) inquit Dominus, *sicut parcit vir filio suo servienti sibi* o *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis* p. Timentes se filialiter Deus diligit ut filios, ac potius efficit per gratiam, ut ita timeatur, colaturque. Sed peculiariter si quis in *judicando fuerit pupillis misericors, ut pater, & pro viro matri illorum; erit veluti filius altissimi obediens, & miserebitur ille ipsius, magis quam mater q*. Valet huc indulgentissimi patris exemplum, prodigum filium tam benigne recipientis r. Beatus Laurentius Justinianus scribit, quod opportune plurimum volens vates divinæ miserationis commendare affectum, patris ad filios miserationem expressit; quum nemo ignoret erga filios patrem sævire non posse; Deum esse verum & naturalem patrem; præterea veluti matrem, quæ etiam dicitur *non oblivisci infantis uteri sui* t, quia *voluntarie genuit nos verbo veritatis* u, condidit gratis, passione redemit: *quum iratus fuerit, misericordiæ recordari x*, flagella prodire de radice charitatis *y*, *castigando castigare*, sed *morti non tradere z*. Insitus à natura genitoribus est erga natos amor in omni genere animalium, etiam si bestiæ nonnullæ videantur in quibusdam rebus crudeliores, qualis quam Job *a* tradit *durari ad filios suos, quasi non sint sui*. Parentum in filios major amor, quam horum in illos, quia diuturnior, certior, conjunctior. Nam tardius incipiunt filii amare: non tam sunt certi hos, esse parentes suos quam illi, quod ipsi sint sui filii; sunt filii pars quædam ipsorum, & acceperunt esse ab illis. Hoc modo Philosophus *b*. Matrum autem tenerior amor, quia certiores de filii, & habent plures labores circa illos, ut idem Aristoteles *c* docet: Exaggerans amorem suum David erga Jonathan, *amasse eum* dixit *sicut mater unicum filium suum diligit* d, & se Paulus *e* Galatas *ut parturientem*, non solum ut patrem, quod scripserat Corinthiis. *f* (Occidat, dummodo imperet, Neronis respondit mater præsagienti ad filium perventurum imperium, sed ab eodem ipsimet mortem inferendam. Visæ aliquando auditæve matre filios proprios occidisse, *& manus mulierum misericordium coxisse filios suos, ut fierent cibus earum*, *g* quod & de patribus traditum est, ac vicissim de filiis comedentibus patres *h*. Sed hæc aut monstra sunt, aut extremæ famis effecta. Quod natura dictante fieri solet, loquitur hoc loco David, nimirum ut sint parentes indulgentes in liberos, benigni, faciles. Plutarchus *i* naturæ ductum sequentes patres vetat duro asperoque ingenio esse; sed sæpius connivere peccatis filiorum, memores quod & ipsi juvenes fuerint; jubet increpationum rigorem lenitate diluere, velut amara medicamenta dulcibus liquoribus; modo cupiditatibus eorum (non inhonestas intelligo) habenas relaxare, modo rursus illas adducere, quædam peccata ac si nesciant simulare; maxime leniter ferre delicta; (si videlicet paullo sint leviora, vel ut cura tempestivius afferatur) ita demum lascivientem juventutem domaturos. Spectat eodem Terentianum illud k quod.

Pro peccato magno paullum supplicii satis est patri.

i *Abac.* 3. 11
k *ps.* 76. 10
l *Esa.* 49
Dei misericordia omnes affectus naturales superat.
m *in Or.* 3 *Nazianz. Dei cum patre comparatio.*
u *Heb* 11. 6
Prov. 3. 11
Apoc 3. 19.
o *Mal.* 3. 17
p *Jer.* 3. 19
q *Ecc.* 4. 10. *Exemplum filii prodigi*
r *Luc.* 15.
s *Ser. de SS. Philippo & Jacob.*
t *Esa.* 49. 15
u *Jacob* 1. 18
x *Abac.* 3. 12
y *Prov.* 3. 13 *Hebr.* 12. 6 *Apoc.* 3. 19
In omni genere animaliam insitus à natura erga natos amor.
z *ps.* 117. 18
a *Cap.* 39. 16 Quare parentum amor in filios major quam filiorum in parentes.
b *Eth.* Matrum amor quare tenerior.
c 8. *Eth.*
d 1. *Reg.* 1. 26
e *Gal.* 4. 19
f 1. *Cor.* 3. 15
g *Thr* 2. 20 *cap.* 4. 10
h *Jos.* 6. *de bello c.* 25. l. 7. c. 8
4 *Reg.* 6. 29 *Deut.* 28. 53 *Baruch.* 2. 2
i *Ezech.* 5. 9 10
Plutarchi monitum educatione puerorum.
k *De educat liber. in Andria actu* 5. *sc.* 3

Patres liberos suos moderate tractare debent.

Paulus *a* vero inhibet patribus ne ad iracundiam provocent filios. Ubi Ambrosius, meminisse, ait, debere patres, quia, & ipsi fuerunt filii, & noluerunt utique exacerbari à patribus. Hierony., *b* ne irrationabiliter verberent. Moderationis istius exempla extant apud Valerium Maximum *c*, quatuor insigniora, L. Gelii, Q. Hortensii, Fulvii, alterius cujusdam. Ad hoc utcumque redigi potest is, qui coram Car. M. cum filio homicidii accusatus, quum neuter in tormentis confessus esset, uterque vero damnatus ad supplicium, victus amore filii, se reum, filium sceleris est protestatus expertem *d*. Sed ne quid nimis, veniat in mentem Heli, ob nimiam indulgentiam infelix interitus *e*, & quod,

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.

Et sapiens *g* vult eorum *curvari cervicem in juventute, tundique latera eorumdum sunt infantes, ne forte indurent & non credant, & sit dolor parentibus*. Sed simul admonet patres clementiæ *h*, ut *pro animabus filiorum colligent vulnera sua, & super omnem vocem turbentur viscera eorum*, ideſt, ut si contingat eos à se vulnerari, curent vulnera, & ad omnem planctum gemitumve illorum, viscera ipsorum commoveantur commiseratione. Quamvis aliter alii exponant. Boetius *i*, vel potius alius, narrat male à patre institutum post plura, enormiaque patrata scelera, ob patris indulgentiam, quum denique raperetur ad crucem, patre accersito, per speciem pietatis, petendæque veniæ, ac præbendi osculi, nasum dentibus amputavisse, quum diceret, quare à meis primis erroribus incastigatus evasi? Gloriati sunt Romani quidam veteres honestissimo, suavissimo, benignissimo epitheto *patris patriæ*; & Philosophus *k* docet, ut gubernatio patris familias est regia quædam potestas domi, ita regiam potestatem esse civitatis & gentis unius, aut plurium quasi domesticam quamdam gubernationem.

Gubernationis patrisfamilias cum regia gubernatione collatio.

Quomodo miseretur pater filiorum.) Hebraicè בנים על *hhal banim*, *super filios*, ut & sequenti membro, *super timentes se*: sed ille idiotismus est, qui aliquando etiam exprimitur Latinè & Græcè, tùm quando miseratio cadere dicitur super re, ut *super afflictione l*, tùm etiam quum super persona *m*: quod & cum præpositione *in* dicitur *n*.

Miseretus est Dominus timentibus se.) Alia Psalteria, & Patres crebro memorati addunt particulam *ita*, quæ similitudinem Deo applicat, secundùm quamdam proportionem dumtaxat captui nostro accommodatam, cum patribus infinitis, ut ante dixi, superet Dei misericordia omnem humanum affectum. Misericordia ipsa extitit prior, faciens ut Deus timeretur; quamvis feratur quoque in eos, qui jam timent etiam amore filiali. Denique aptè comparetur Dei misericordia cum amore patris, quem Hebræi denominant אב *ab*, ab *amando*, quia prodit ex sincero amore, & communicat esse divinum, sicut pater concurrit ad productionem esse naturalis. Valentia spectat in misericordia patris, ut confertur cum externo, amico, consanguineo; quod externus fere miseretur tantum ore, interdum etiam corde, tamquam proximus: amicus præterea facultatibus: consanguineus inamet ipsius persona: pater assumit filii negotium ut proprium, & semper, & cum proprio sanguine redimit filium. Tali se modo Dei Filium gessisse nobiscum.

Observatio Valentiæ circa paternam misericordiam.

Vers. 14.) Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus.

Sensus loci.

HIc, & sequentibus duobus versibus rationes assignat, quibus videatur Deus commotus ad miserendum, quum hactenus misericordiam attenderit secundùm propriam naturam ipsiusmet Dei secundum se. Novit, inquit, Deus naturam humanam, quam effinxit, & rationem habet imbecillitatis nostræ, utpote quum formaverit nos ex limo terræ, & inseruerit corpori terreno, fragilique animam quidem immortalem, sed ob istam corporis contagionem, cum proclivitate ad malum, & cupiditate rerum terrenarum. Videns Deus, quod *sensus & cogitatio humani cordis in malum prona essent ab adolescentia sua*, constituit *non ultra maledicere terræ, propter homines, nec percutere ultra omnem animam viventem sicut fecerat*. *o* (Novit Deus, inquit Augustinus, quid ipse fecerit, quomodo lapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo dirandum sit. Non importuna digressio foret in causas

Causæ temperandarum pœnarum,

Atemperandarum aut remittendarum pœnarum, quas tradunt Jurisconsulti, præsertim Tiraquellus in opere proprio de hoc argumento, & numerant iram, dolorem, furorem, amorem, somnum, ebrietatem, teneram ætatem, vel grandiorem, sexum, imperitiam seu ignorantiam, ruditatem, simplicitatem, errorem, casum, seu imprudentiam, amicitiam, vicinitatem, pœnitentiam, confessionem, resipiscentiam, dignitatem sive nobilitatem, paupertatem sive famem, mandatum superioris vel blanditias, metum ejusdem, aut alia ratione contractum solum conatum, inveteratam consuetudinem, levem impulsum alicujus rationis, qui minuit dolum, scandalum, plurium idem facientium exemplum, utilitatem aliorum, merita rei, aut necessariorum ejus, eventum criminis prosperum, & alias. Has, aut aliquas ad rem præsentem, respectu Dei, & peccatoris, non ineptè possemus accommodare.

Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum,) Hierony. *plasmationem nostram*. Alii, *factura*m, vel *pronitatem*, vel *conficta*, *stultaque desideria*. Chaldaicè, *concupiscentiam pravam, quæ in errorem abripit nos*. In textu Nebiensis, *fomitem pravum, qui peccatum suggerit*. *Plasmatio & factura* sumi videntur passivè pro ipso Dei opere ac formatione, qua formatus est homo; per alia denotatur activa inclinatio & propensio ad malum, quem vocant *fomitem & concupiscentiam*. Paulus *p* aliquando *concupiscentiam malam* ἐπιθυμίαν κακὴν, & Hebræi *originale peccatum* solent nominare יצר רע *jetser rahh*. Unum ex alio nascitur, si desit originalis justitia, vel quid ei æquivalens, ut nempe conditio naturæ humanæ, quæ secundùm se spectata, lutea veluti est, fragilis, infirma, importet proclivitatem ad malum, non vitio Conditoris, sed propter qualitatem talis naturæ, quemadmodum ferro rubigo naturalis est, & sua rebus aliis vitia quædam naturalia. Quia hujusmodi est nostrum figmentum, quo ficti, factique sumus à Deo, τὸ πλάσμα, & יצר *jetser*, atque ut Apollinarius exponens cum communiore sententia vocat ὃ μικρὸν περ τεκτήνατο χερσὶ, *opus quod patravit manibus*, nimirum Deus; fit, ut nosipsi fingamus nobis, & faciamus figmenta nostra, cogitationes, cupiditates, desideria, conceptiones, chimæras, commenta, &c. hæcque iterum ac iterum variè refingamus, & reformemus. Quibus si voluntati deliberatio accedat, consensusque, peccati ratio varia existet. Ut proinde, hoc est, quia inclinant ista & ipse quasi habitualis fomes, concupiscentiave, & ex originali peccato nata est hæc mala inclinatio, ablata scilicet originali justitia cum gratia, nominetur peccatum, quamvis in se, ac per se tale non sit, absque illo, quem dixi, consensu. In Gen. *r* *cogitatio cordis intenta ad malum*, יצר לב *jetser leu*, seu *in malum prona*, sidem valet quod *figmentum*, cujus notio propria continetur יצר *jetser*; unde Flacus Illyricus finxit, plasmavitque commentum illud suum de originali peccato, quod sit substantia quædam mala. Loco priore, illius ævi hominum, propter quos factum diluvium pravæ memorantur cum consensu concupiscentiæ, figmenta cogitationum, seu appetitionum à voluntate approbata, & in opus etiam liberè deducta. Posterior locus est item de hominibus, qui similia peccent iis, pro quibus immiserat diluvium Deus, hoc est, de concupiscentia solicitante ad malum per sensum appetitus, & per cogitationes jam inde ab adolescentia, quæ peccati capax ætas est actualis, sive eis consentiatur, sive non consentiatur. Utrobique quum dicitur *figmentum cordis*, indicatur istius figmenti Deum auctorem non esse, sed ipsummet cor hominis; quia *Deus hominem rectum fecerat*; *s* de corde autem, tamquam ex officina ubi fabricantur, *prodeunt cogitationes malæ* *u*, &c. In loco posteriore Lxx. interpretati sunt, *propensionem mali cum conatu, ὅτι ἐγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιπλοκῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ, quia incumbit cogitatio hominis diligenter in mala*. Quod si omnia loca ista de peccato etiam ipso originali placeat intelligere, cum R. Moyse *x* Hadarsan, & R. Hya *y*, & Midrasthehillim, *z* quos citat idem Galatinus *a*, & alii; non propterea vel crassissimæ illi hæresi favebimus, quod sit substantia; vel alteri, quod tollatur arbitrium. Ceterum quod hìc habetur, *figmentum nostrum cognitum à Deo*, Cyrillus Alexandrinus *b*, & Gregorius explicant de experimentali scientia Christi, qua similis nobis homo fieri voluit, & ex eadem constare materia, seu figmento, & natura exceptis nimirum imperfectionibus fomitis ignorantiæ, peccati, & similibus. (Quid enim mirum, ait

Gre-

a Ephes. 6. 4
b In commem. brev. c. Lib. 5. c. 9
Cavendum ne nimium pueris indulgeatur.
d Joan. Mag. hist. ort. Goth. c. 29
e 3. Reg. 2.
f Horat.
g Eccles. 30. 12. 13
h Vers. 7
i Lib. de disciplina scholarium. p. 2
k Polit. c. 11
l 2. Reg. 24. 16. Amos 7. 3. 6. Jon. 4. 10
m Marc. 6. 34. cap. 8. 2
n Deuter. 32. 36.
o Genes. 8. 21.
Causæ temperandarum pœnarum,
p Coloss. 3. 5
Quomodo conditio humana per se spectata importet proclivitatem ad malum, & unde ista proclivitas oriatur sine conditoris vitio.
Quomodo fiat peccatum.
q cap. 6. 5
r cap. 8. 21
Commentum Flacci Illyrici de originali peccato.
s Eccl. 7. 30
A corde exeunt cogitationes malæ.
t Matt. 15. 19
u in Genes. c. 6 & apud Galatin. l. 6. c. 5
x in hunc locum.
y in Ps. 27
z supra.
a de fide ad Reginas.
b 3. mopal. c. 9. vel. 23.

Greg. *si figmentum nostrum* dicatur specialiter scire, dum constet nihil esse quod nesciat? sed *figmentum nostrum* scire ejus est, hoc in seipso ex pietate suscepisse. (Eadem ratione vult à Job a Deum nominari *in cœlo testem suum & conscium suum in excelsis*, quia naturam nostram non tolum creando novit, sed etiam assumendo. Et Cyrill.) Numquid, ait, si Dei Verbum homo factum non fuisset humanæ naturæ infirmitatem tamquam rerum conditor exacte exploratam non habuisset? Habuisset utique: ipse enim, ut scriptum est, *figmentum nostrum novit*. Verum ex vero ut maxime noster, nondum tamen (ut aliquid interim in humanum nobis de eo depromere liceat) nondum, inquam, nostros morbos certa experientia cognoverat. At vero posteaquam carnem nostram induit, omnia expertus, perque omnia tentatus est. Neque tamen dicimus, antea quidquam omnino eorum omnium ignorasse, sed scientiæ divinæ, quam obtinebat, eam quoque notitiâ, quam affert experientia accessisse,) sic Cyrill. Arnob. totum fere psal. tractans de misericordiæ operibus à nobis agendis, hoc modo explicat, ut si consideremus in hominibus flentibus, aut egentibus, aut necessitatem patientibus *figmentum nostrum*, (hoc Esaias dicit *carnem tuam non despicere*) *in qua mensura mensi fuerimus* aliorum necessitates, *in ea remetietur nobis* b, & quia consideravi figmentum unum meum, & indigentis, consideret & Deus figmentum meum, recordeturque quia caro sum terrena & pulvis, ex quo, si dignatus fuerit, nos poterit suscitare. Facit ea cognitio, quam Deus habet de figmento nostro, & Christus etiam experimentalem, ut non *sinat nos tentari supra id, quod possumus* c, imponat cuivis *propriam crucem* d assignet *poculum lacrymarum in mensura* e: Christus v, præterea tamquam *tentatus per omnia, compatiatur nobis*. Isid. f infert prævaricatores Angelos ideo veniam non habere, quia fragilis carnis nulla graventur infirmitate: homines idcirco post peccatum ad veniam reverti posse, quoniam pondus infirmitatis ex lutea traxerunt materia: & Psalmistam probare hoc loco quod propter carnis conditionem reditus pateat hominibus ad salutem. Photius g ex Jobio monacho similem eadem de re causam hoc etiam ex loco confirmatam affert, præter alia, nempe ob carnis vincula commiserationi dignum habitum humanum genus, & pro annexa nobis materia incarnationem suam, ceteraque ex ea profecta bona vicissim nobis Dominum donasse, crebra hominis de limo terræ formati h cum opere figulino comparatio in Scripturis. i Multi præ immodico amore sibi somnia fingunt, figmenta propria colunt k, *in figmento suo* l, si nossent, figmenta esse se, & quæ sibi lingunt, saperent. Juvat *descendere in domum figuli, & audire verba fictoris Dei*, & *factoris* m monentis nos nostræ originis, & imbecillitatis, atque dicentis, *humiliatio tua in medio tui*. n Isto luti à Christo collyrio aperiuntur oculi tui: & ipsemet Christus linivit oculos cæci nati o, ut seipsum quodam modo excitare magis tali spectaculo ad commiserationem.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus. In aliis Latinis Psalteriis, apudque Aug., Prosper., Cassiod. & in commentario putati Hier., præterea apud Isidor. p, & Greg. q, in imperativo: *memento*, sic etiam in emendatis Bibliis Græcis Sixtinis, μνησθητι, & apud Apoll., μνῆσαι, in Psalt. quoque Arabico, & Æthiopico. Legit autem Isid. propulvere (terram.) Testatur scholion cum Lxx. Theodotionem legisse in Imperativo: Symmachum cum participio μνημονεύων. Basil. Chrysost. r, Theodor., Euthymius. Nicephorus legunt ἐμνήσθη in præterito, ut habet vulgata, & codices Complutenses, regii, & alii Græcè editi. Nec sane ratio videtur ulla, cur subito transitio fiat ad sermonem deprecatorium, qualis in Job, *s memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me*. Qui eo modo legunt, ajunt converti Prophetam ad Deum, non quod obliviscatur Deus, sed ut perseveret in nobis misericordia ejus, nec ipsi obliviscamur gratiam ejus. Hoc modo Prosper, cum August. Cassiodor. notat non petere Prophetam, ut memor sit Deus, quod ex limo nos formaverit, immortales sua largitate fecerit, ad imaginem & similitudinem suam plasmate dignatus sit; omnia enim ista invidiam magis excitare posse peccatori; sed quod in pulverem nunc redactus sit ariditate peccati, infeliciter se pertulerit, in divino munere minime consistere voluerit delinquendo se graviter perculerit. Quem vocant Hieronymum, indicat orationem esse considerantis judicium sibi mortis pro delictis appropinquare, ne irascatur, ut conterat; quoniam vasa figuli semel confracta

a cap. 26. 19

Dei filius si carnem humanam non assumsisset, morbos nostros non cognovisset notitia. quam affert exoc. zientia.

b c. 38. 6.

c Matt. 7. 12. Quare Deus non patiatur nos tentari supra vires nostras.

d 1. cor. 10. e Luc. 14. 17

f psf. 79. 6.

g Hebr. 4. 15

h 2. de differentis spiritæ. 13. & 14 sentent. c. 11 Quare hominibus, & non Angelis lapsis pareat reditus ad salutem.

i Bibliotb. n. 330. Hominis de terra formati cum opere figulino collatio.

k Gen. fig. 7 l Esa. 29. 16. cap. 55. 9 c. 64. 8. Eccl. 33. 13. Jer. 18. 6. Rom. 9. 20

m Sap. 14. 6 n Abac. 2. 18 o Jer. 18. 2 p Mich. 6. 13 q Joan. 9. 6 r Supra ſ 17 mor. c. 27. vel 34. Hic & hom. 28 epist. ad Rom.

Cap. 10. 9.

Areparari non possunt, sed protinus decidunt & arescunt. Congruunt hujusmodi rationes editioni quoque nostræ, simulque aliæ *pulveris* qualitates alias indicatæ secundùm levitatem, mobilitatem, ariditatem, sterilitatem. De nominibus עפר *bhaphar*, χὸς, actum alibi; & cur pulvis dicatur homo, seu de pulvere factus, & in eum resolvendus t, quem ex omnibus, ut alia mixta, componi constet. Repeto dumtaxat ex dictis à me illud Phocylidis.

Σῶμα γαρ ἐκ γαίης ἐ χομεν καὶ πάντες· ὐς αυ'θις
Αυε μενοι κόνις' σμεν.
Ex terra corpus nobis est, & rursus in illam
Solvimur, & pulvis sumus, (Denique cecinit Lyric.
Pulvis u, & umbra sumus.

Cur homo pulvis dicatur.

t in Sap. 2. 3. c. 71. cap. 1. cap 15. 8. & in Eccl. 3 20. cap. 12. 7

u 4. Calm. Ode 7. ubi Lambi & chil. homo bulla.

Ante quem apud Sophoclem x Ulysses.

Ὁ' ῥῶ γαρ ὑρᾶς ὑγιανὸντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλ ὃ οσπερ ζῶμεν, ἢ κὸφη σκιαν.
Vides enim nos nihil existentes aliud nisi
Simulacra quotquot vivimus, aut manem umbram.

x in Aiace.

BOmnes homines terra & cinis y, *deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem revertetur* z. Tamen nunc etiam in præsenti tempore dicitur, quod *simus pulvis & cinis*, ut præsens conditionis nostræ meditatio magis urgeat nos. Memini quoque monuisse aliàs de monimento, cinerali solemniter usitato in exortu Quadragesimæ vilitatis nos nostræ commonefacit: Deum ad commiserationem nostri commovet: contriti cordis & humiliati index est; suggerit mortis memoriam. *Quid superbit terra & cinis?* a

Formæ b *genus, mores, sapientia, vis & honores*
Non retinent hominem, quin redit in cinerem;

y Eccl. c. 17 ult.

z Job. 34. 15 Quare in præsenti tempore dicatur, quod pulvis & cinis sumus Cinis initio quadragesimæ usitatus ad quid prasit

a Eccl. c. 10. b apud. Oseam in Sap. lec. 16. Vitrei cineris.

Fugat cineris hujus memoriam tentationem, sicut vitreus cinis impedit ne corvus pullos de ovis procreet; tùm etiam si cogites, quod *memoria nostra comparabitur cinere*: c prodest aspersio ejus inquinatis ad emundationem carnis: sicut *cinis vitulæ* d, ut recte cinere nos aspergat Eccl. post carnis privium: fovet devotionem, quemadmodum cinere opertus ignis conservatur, præsertim si sit ex junipero: ornat orationem, ut Abrahami, qui verebatur loqui Cad Dominum, quum se agnosceret pulverem cinerem e, cui orationi redditur à Domino *corona pro cinere* f Lege Oleot. g Sola scriptione in terra Christus adulteræ superbos accusatores expulit h, eademque opera indicavit, nihil mirum, si deprehensa mulier in adulterio fuisset; quia licèt prima ex hominis latere formata exstitisset, per peccatum ipsa & omnes tùm mulieres, tùm viri fictiles ad malum evaserant, tùm verò ad libidinem, quam pronitatem statim testatus est robur ex nuditate i. Pulverosum hominem vanitatis ventus nullo negotio extollit: humor accedens illecebræ in cœnum vertit: rursus accedens æstus iræ, in pristinum pulvisculum redigit. Abraham, de quo paullo ante dixi, numquam se cinerem & pulverem esse professum Gregor. k notat, nisi quum Dei habere meruit collocutionem, & ad immutabilem contemplandum super se raptus est. Eadem repletum ait sapientia Prophetam nostrum hic exclamare, *memento Domine*, (si enim legit) *quod pulvis sumus*. Tandem dixisse Moysi Deum l: *ego sum qui sum*: quoniam solus verace est, qui solus incommutabiliter permanet.

c Job. 13. 12 d Hebr. 9. 13

e Gen. 18. 27 f Esa. 61. 3. g Supra.

h Joan. 8. c. 7. 8. 9.

i Gen. 37. 8 9. 10. 2. Indicatur hominis mutabilitas pulveris similitudine

k 18. Mor. c. 2. c. el. A.

l Exod. 3. 15

Vers. 15.) Homo, sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit. Sensus loci.

RAtio alia concilians homini commiserationem, & misericordiam Dei, quoniam advertit Deus humana vita quam sit inanis, brevis, caduca, irreparabilis. Nam cuncti dies gramini, fœno, herbæ sine cultura provenienti sunt similes, quæ mox ardente Sole exsiccantur, omnemque virorem, vigorem, florem amittunt. Non hic morandum diu, quum de fœni similitudine egerimus antea psalmi aliquot præcedentibus *m*. De comparatione floris extant non minus crebra exempla *n*. Et in apocrypho Esdræ libro *o*, modus exprimitur, ut *exsiccetur flos quum exsurgit ardor, immissus super eum*. Docui commentario libri Sapientiæ *p*, differens de coronarum exrosis, & aliis floribus contextarum, usu, abusu, de quo copiosius postea Carol. Patchalius in erudito de coronis opere, imbecillitatis humanæ hieroglyphicum rosam esse. Relegi etiam possunt dicta in epistolam Petri primam.

m Ps. 36. 2 ps. 75. 16. Ps. 91. 8. Ps. 105. 5. 12

n Esa. 15 Jacob. 1. 10. 1. Petr. 24. Psal. 89. 6 Job. 14. 2.

o 4. Esdr. 15 50.

p in cap. 2. 8 Rosa humanæ imbecillitatis hieroglyph.

mam *a*. Collegit idem *b* Auctor eamdem ad rem testimonia alia, proposito sane nostro commodissima. Recitat ex quodam apud Stobæum.

Η' λεῖς δ' ὁϊα φῦλλα φύει ἀνολυόμβροτος ἠρη
Ε'αρος ὁτ' ἀμφ' αὐγὴ ἄξεται ἠελίω
Οοῖς ἥκελοι πηχυΐοι ἐπὶ χρόνον ἄνθεσ'ν ἥβης
Τερπόμεθα πρὸ θεσ' εἰδότα ἴστε κακὸν
Τ'υτ' ἀγαθὸν.

Nos vero sicuti folia producit floridum tempus
Veris cum illico splendor agetur Solis,
His similes cubitale ad tempus floribus adolescentiæ
Delectamur, proh Dii, nescientes nec malum
Nec bonum.

Ansonius descripta rosæ pernici corruptibilitate, virginem proxime monet mortalitatis.

Colliget virgo rosa, dum flos novus, & nova pubes
Et memor esto ævum sic properare tuum.

Clemens Alexandrin. *c* pulchritudinis & floris noxium dicit usum esse, celeriterque præterire pœnitentiæ supplicio affectum: brevem eorum probari vitam, quia flaccescunt. Quod paullo aliter Plinius *d* scripsit, flores nempe odoresq; in diem gigni, magna, ut palam est, admiratione hominum, quæ spectatissime floreant, celerrime marcescere. Quid? quod Artemid. visus per quietem & coronas è rosis ab ægrotis, infaustus prodit, & morituros prædicere, quòd facile marcescant. Decerpsimus hos ex amœno Pascalii agro flosculos opportunos. Denique.

Prorsus juventa floribus simillima.

Exemplo sit etiam Jonæ hedera, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit. Quod exemplum Deus usurpavit agens de mortalitate humana *e*. Prætentis porro loci explanationem Greg. *f* tradit simul cum eo, in quo Job *g* hominem confert cum flores *qui egreditur & conteritur* egredi, quum nitet in carne conteri, quum reducitur in pulverem: vitam in carne, florem in fœno esse; hominem more floris procedere ex occulto, & subito apparere in publico, statim ex publico per mortem retrahi ad occultum. Infert etiam *h* sanctos viros, quia brevitatem vitæ indesinenter aspiciunt, quasi quotidie morientes vivere, & tanto se solidius manturis præparare, quanto & nulla esse transitoria semper ex fine pensant. Philippus solitarius *i* docet hoc loco exteriorem hominem, ejusq; gloriam fluxam, & caducam cum fœno comparari, & cum flore fœni: corpus esse fœnum, animam spiritum, qui versu sequenti ponitur: si in carne seu corpore fuerit anima, motu agitari corpus, eaque motione, quę ejus naturæ consentanea sunt exequi: si illa inde evolet, corpus perinde esse, ut si numquam vixisset, nec in vita ista floruisset; nec dici posse cujus nā fuerit, vel istud illius, illud hujus nominari: nihil nos denique à floribus, nihil à fœno differre: verno tempore folia virere, autumno decidere, disperire *k*. Basilius colligit quod solus Deus secundum essentiam est, homo omnis temporarius, & mortalis: solus item Deus habet immortalitatem *l*, nimirum per se, à se, impartricipatam, independentem, omnino necessariam.

Homo sicut fœnum dies ejus.) Videntur Hierony. & alii sic distinguere, ut homo dicatur esse sicut fœnum: dies autem ejus sicut flos fœni florere. Nam sic est apud Hier. *homo quasi herba: dies ejus sicut flos agri sic florebit*. Quod exponit is qui translationem sequitur Hieronymi Trevevetus; *homo quasi herba fragilis est, citoque transiens: dies ejus*, ideſt, prosperitas vitæ *florebit sicut flos agri, qui ad tempus modicum durat, & cito arescit*. Sic videtur Hugo etiam legisse, quoniam nomen *dies*, de prosperitate declarat. At *dies* numeri pluralis sunt יְמֵי *jamai*, pro quo legit Hieronymus יוֹם *jom* in singulari. Ut nunc legimus non potest nomen, *dies*, plurale referri ad verbum singulare, *florebit*, sed istud verbum pertinebit ad nomen, *homo*; Clarius diceremus: *homines sicut fœnum dies* nempe sunt, omisso pronomine, *ejus*, quod sæpe abundat. Quemadmodum in psalmo 10. *m*. *Dominus in cœlo sedes ejus*. Nomen autem *hominis* Hebræum hoc loco est אֱנוֹשׁ *eneos*, indicans *miserum, arumnosum, fragilem, infirmum*, vel etiam *obliviosum*, quia in oblivionem cito adducatur, ut alias notavimus *n*. Propterea constitui petit alibi *o* David legislatorem, *ut sciant gentes quoniam homines sunt*. Deus item eadem voce utitur, & simili אָדָם *adam*, quę *formationem ex humo* significat, quum prior potius conditionem, in quam per peccatum prolapsus est, ut hominem prohibeat timorem, quem concipiat homo de homine. *Ego* p, *ego ipse consolabor vos: quis tu ut timeres ab homine mortali* (מְאֱנוֹשׁ יָמוּת *meenos jamuth*, ab homine *calamitoso qui morietur*,) *& à filio hominis* (אָדָם *adam*) *qui quasi fœnum ita arescit?*

Tamquam flos agri sic efflorebit,) Arnobius & Cassiod. *floriet*. August. & Prosper, *florebit*, quapropter non est in compositio, *efflorebit*, vis ulla, quasi ut Glossa vult, sit vel *multum florere*, vel *deflorere*: aut quod addit Hugo *extra*, ideſt, in mundanis, non intra, in conscientia. Sed non recte Haimo, & Dionysius Rickelius explicant *deflorere*, ac *deficere*. *Homo*, non *dies* in singulari numero, ut prius monui, sunt enim *dies* in plurali. De *flore* autem *agri* mentionem etiam potius fieri antea indicavi, quia sponte nascitur, vel non ita excolitur, & radiis Solis, aliisque injuriis magis exponitur, aratro præterea, & falci item conculcanti, bestiæ, vel hominis, carpenti homini, bestiæ pascenti, &c. Unde morientem Euryalum Virgilius flori comparat succiso per aratrum,

Purpureus veluti quum flos succisus aratro
Languescit moriens.

& ante illum Catullus *r*,

——— veluti prati
Ultimus flos prætereunte postquam
Tactus aratro est.

Contrario virginitas comparatur cum flore illibato, indecerpto, in hortis nato.

Ut si, flos in sæptis secretus nascitur hortis
Ignotus pecori, nullo contusus aratro &c.

Bruno Carthusianus observat florem agri citius marcescere, qui secatur, & eradicatur dum ager aratur, quam horti, vel prati, dum evellitur. Notat etiam Hugo comparari hominem in his versibus, cum pulvere, fœno, flore, propter corpus, ætatem, prosperitatem.

Vers. 16.) Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

UT hic versus magis quum priore nexus videatur, utque appareat melius ætiologia hic initio posita, videtur ad florem referendus, de quo prior agebat versus, & *spiritus* pro vento sumendus, applicando autem ad hominem totam comparationem, pro Dei indignatione. Quemadmodū quando ventus aliquis urens florem agri percusserit, hic mox flaccescit, marcescit, esse desinit, ac suum locum ita perdit, ut eum amplius non cognoscat, nec umquam antea videatur habuisse: sic ubi Dei spiritus indignationis, imperii, sententiæ perculerit hominem, confestim virorem, ac vigorem amittit, subsistere desinit, inter mortales locum nullum habet, nedum quum recognoscit. Hunc videtur secutus sensum Esaias *r*, imitans præsentem locum; *omnis caro fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflavit in eo*. Favet apud eumdem aliquando *u* post *quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum; repente flavit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos*. Ante utrumque Job *x*, innuit vim ejusdem similitudinis ac sententiæ. *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritus iræ ejus consumtos esse*. Sed & apud Jeremiam *y* Deus, *nonne quum tetigerit eam ventus urens*, ait, *siccabitur, & in area germinis sui arescet*? apud Amos *z*, & Aggæum *a*; *percussi vos in vento urente & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum*, & Job *b*, *tollet quum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo*. Placet iste sensus non solum Hebræis, sed etiam pluribus, recentioribus, Vatablo, Titelm., Jansen., Flam., malæ sectæ Bucanano, Ariæ Montano, Pereg. Hero, Jo. Campensi, Isid. Clario, Francis. Panigarolæ, Hieronym. Osorio, Agellio, Philippo Desportes, & aliis. Ultimus Gallico eleganti carmine hoc modo modulatur.

Le cours de la race mortelle
Au soir peut estre accompare,
Qui dutant la laison nouuelle
Fleuriſt d'une viguеur si belle,
Qu'il rend tout le camp decore
Mais des la premiere venuee
Du vont importun qui le poingt,
Sa beaute n'est plus reconnuee
Sa la place ne connoiſt point.

Repe-

a in p. 1. 40.
b l. 2. c. 17
c Paed. c. 8
d l. 21. c. 1.
e Jo. 4. 10. 11
f l. 9. Mor. c. 26. vel 27.
g c. 14. 2.
h Mor. c. 14
i Hieopra. l. 3 p. 1.
k epist. 14
l 1 Tim. 6. 16
m vers. 5
n psl. 8. 5. Ps. 9. 21
o psl. 9. 21

Hominis quum flore collatio.

Sensus loci.

p Esa. 51.
q Æn.
r Epigr. ad Furium, & Aurelium.
Virginitas quum flore illibato confertur. in carmine nuptiali.
s 40. 67.
t vers. 24.
x c. 4. 8. 9.
y c. 4. 11.
z cap. 4. 9
a c. 2. 18.
b cap. 27. 21

Reperio eamdem expositionem apud paullo vetustiorem enarratorem Trevetum, de ventu nimirum urente qui pertranseat, ideſt, perflet florem agri. In eodem sensu verbum *pertransseundi*, & διελθεῖν est in psalmo 104. *a ferrum pertransſit animam ejus*, licet ibi non sit Hebræum verbum hujus loci. Item in 41. b *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt*; & 87. c *in me transierunt iræ tuæ*: in Luca *d tuam ipsius animam pertransibit gladius*.

a vers. 18

b vers. 8

c vers. 17

d c. 2. 35

Alter sensus est quem indicavi de spiritu pro ira Dei, ut hìc iræ ac indignationis divinæ *spiritus pertransire* dicatur in figuratum florem, seu in hominem cum flore comparatum, ut scilicet percutiat, & percellat, sicut exemplis docuimus.

Tertium insinuat sensum Euthymius, ut spiritus aerem significet, quem animalia trahunt, & remittunt, ac propterea corruptibilia sunt, & in his homo, quando hunc aerem videlicet amplius attrahere non potest, nec respirare.

Quarto, *spiritus*, ut est is, quem vocant vitalem, efficitque sensum, & motum, quum pertransit, ac deficit, desinit B vita, inquit Lyranus, & Valentia, qui addit spiritum naturalem, & animalem.

Quinto, *spiritus*, pro anima rationali pertransit, quando recedit ab hominis corpore. Quod iidem Lyranus, & Valentia, docent, Euthymius præterea, & maxima pars ceterorum.

Sexto, Græcus anonymus, cujus meminit Agellius, interpretatur Angelum, qui adveniens auferat animam, & occidat.

Septimo Remigius, & Bruno Carthusianus accipiunt *spiritum* pro voluntate, & ratione, quæ (sumendo futurum pro præterito) dicatur *pertransisse* in primis parentibus; & consequenter in nobis ex bono in malum.

Octavo, Ayguanus juxta notionem *spiritus* pro superbia, ait causam nostræ mortalitatis hìc insinuari, fuisse superbiam, ac inobedientiam.

Nono, idem Ayguanus interpretatur transitum de vita, statuque spirituali, in quo primi homines conditi sunt, seu de gratia, & virtutibus, unde peccando recedentes, evaserint mortales cum posteris.

Quis horum sensuum faciliot, & communior

Maxime litterales judicio, primum, tertium, quartum, quintum sensum, deinde secundum, & sextum, ultimos alios plane mysticus; primum faciliorem; quintum, qui communior est graviorum Auctorum, homini, de quo hìc agitur, magis proprium. Juxta quintum ergo illum sensum, ait Propheta rationalem animam, quæ unica in homine est, continens vim vegetativę, & sensitivę, quum pertransierit, & recesserit à corpore hominem amplius non subsistere, vel, quod eodem redit, animam non subsistere intra corpus, nec amplius, aut hominem cognoscere locum suum, quem habebat inter mortalem, vel animam

Resurrectio naturalis non est.

corpus, in quo erat velut in loco, quia naturaliter nec anima revertitur ad corpus, nec homo resurgit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo.) Hieronymus, *quia spiritus pertransiit eum*. Alii multi, quos antea retuli, *ventum* reddunt. Chaldaicè, *ventus impetuosus sperabit in eum*, qui ventus nomine petito ex Hebræis dicitur עַזְפָּא *zahhapha*. In Romano Psalterio, *spiritus pertransiet ab eo*. Hebræum verbum עָבְרָה *hhauerah*, & Græcum διῆλθεν, sunt præteriti temporis; sed hoc poni pro futuro solet ac vice versa. Symmachus transtulit in præsenti, ὅτι πνεῦμα διέρχεται αὐτὸν, *quoniam spiritus pertransit ipsum*. Aquila, teste Græco anonymo, quem citat Agellius, vertit, *avolabit ἀποπτήσει*. Prius docui vim ethiologiæ inesse in prima voce, *quoniam*, cum relatione ad præcedentia; tametsi aliquando exegeticè usurpetur, & pro simplici enunciatione. Deinde monui de varia notione vocabuli *spiritus* quem locum habet etiam in רוּחַ *ruach* & πνεῦμα. Probat de aliquibus acceptationibus Ayguanus Auctoritate Gregorii; occurrerunt autem in hoc opere nobis exempla non pauca. Ad hæc notavi *pertransire*, עָבַר *hhauar* διελθεῖν, significare tum absolutum transitum, tum cum quadam percussive, sive percussione. Hoc secundum convenit primo sensui de vento, & secundo de ira Dei, primum reliquis. Postremo pronomen ultimum in primo sensu pertinet ad florem à vento percussum; in aliis ad hominem. Juxta sensum quintum de anima rationali satis, ut dixi, communem, & quem Apollinarius recte declarat de humana vita.

ἡ λυχνὶς πταμένης μελέων ἐξέφθιτο πᾶσα
Qua anima evolata à membris periit tota.

Hoc, inquam, modo spiritum animæ rationalis, sive humanæ, quæ spiritualis, ac immaterialis est, accipiendo, Cajetanus observat non dici, quod quum homine *desinit*, aut *desivit*, sed *transivit*, seu *transibit in eo*, quoniam spiritus hìc deforis veniens, inquit, hoc est, à Deo per creationem emanans, ad similitudinem transeuntis in homine, tamquam in via, remanet post pergens in locum suæ miseriæ, vel felicitatis. Obitus, abitus, migratio, discessio, excessio, transitus, appositio ad patres, ingressus viæ universæ carnis, ideſt, homini, finis ac, terminus viæ vel peregrinationis, inquisitio futurę civitatis, depositio tabernaculi, & similes formulæ usitatæ scriptoribus etiam prophanis: præterea quod moriens defungi dicatur, & eidem superstites valedicant e. Hæc, inquam, illustrant mirificè præsentem locum, animæque humanæ immortalitatem, quæ hinc à morte hominis abeat aliò, ac separata remaneat. Tertullianus quoque refert, quod si de aliquo jam pridem defuncto, tamquam vivo, quis requirat, præmanu occurrit dicere, *Abiit jam, & reverti debet*, forsassis ut Sapiens *f* loquitur, *ad Deum, qui dedit illum*. De quo reditu consule à me dicta in commentario ejusdem *g*. *Transitum* etiam audiens, cave motum imagineris localem præcedentem, quo animæ rationales quum prius, & ante corpora existerent, in ea descendere jusse sint, ad luendam peccatorum prius quoq; commissorum pœnam. Nugæ sunt istæ Origenianæ, aut Origini affectæ, contraquas eodem illo loco egi. Similis loquendi modus in 145. *h* Psalmo, *exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam*, ideſt, egresso spiritu, homo secundum corpus. Sed præterea transitus hìc spiritus, animæve, denotat à quo tempore in corpus infusa est, cōtinuo festinasse in recessum ab eodem, quia, ut ait Basilius *i*, corpus, quod spiritum hunc pertransire facit, semper fluxum, atque deciduum redditur ex continua mutatione: & quod morimur, atque mortificamur, hujus rei causam totam in corpore, & ex corpore esse dicit Tertullianus. *k* Nam quisquis est ille exitus mortis, sine dubio aut materiarum, aut regionum, aut viarum vitalium aversio est. Ima. teriarum, ut sellis, ut sanguinis; regiorum, ut cordis, ut jecoris; viarum, ut venarum, ut arteriarum: & dum ex Cpropria quaque injuriæ causa vastantur in corpore, ad usque ultimam eversionem, & recessionem vitalium, ideſt, naturalium, finium situum, officiorum, necessario & animæ dilabentibus paulatim instrumentis, & domiciliis, & spatiis, suis, paulatim & ipsa migrare compulsa deducitur in diminutionis effigiem non alio modo, quam quo & aurigam ipsū quoq; defeciise præsumitur, quum vires equorum defatigatio denegavit; quantum de dispositione destituti hominis, non de passionis veritate.

Formulæ animæ immortalitate illustrante.

e *Brissonius lib. 1 de formul. pag. 8. 52. & seq.*

f *Ecclesiast.* 12. 7.

g *ibid. & ca.* 9. 10. 21

Per transitū non intelligitur motus localis, quo animę prius existentes in corpora descendant.

h *vers.* 4

Transitus hìc spiritus, sive animæ, quid denotet.

i *in ps.* 44

Mortis, & vivificationis causa in corpore est.

k *de anima. cap.* 53

Et non subsistet.) Sic etiam Hieronymus; sed propriè ex Hebræo *veenennu*, *& non ipse*, nimirum *erit*, sive *subsistet*. In Psalterio Romano, ac vetere, apudque Augustinum, Cassiodor. Arnobium, *& non erit*. Symmach. καὶ οὐκέτι οὐχ ὑπάρξει πνεῦμα, *deinde non subsistit spiritus*. Exponi potest, quod non subsistet spiritus animæ rationalis in homine, seu in corpore, in quo pertransierit, quia post mortem desinit homo, & informatio corporis, quamvis remaneat anima, & subsistentia incompleta subsistat, si philosophicè *subsistendi* verbum usurpemus. Præterea *non subsistat* homo, quia separata anima à corDpore, & dissoluto, seu resoluto homine toto, perit subsistentiæ modus, qui toti conveniebat homini. Denique *non subsistet* flos, quem *spiritus* ut ventum valet, percusserat, & siccaverat; quamvis floris similitudo ad hominem transferenda sit. Perinde autem est, sive de homine toto hoc dicatur, quod *non subsistet*, sive de corpore illius, & cadavere, quod resolvitur, ac putrefit. Quo ultimo modo videtur intellexisse Apollinarius, quem citavi, dicens, quod vita, ubi evolaverit anima è membris, perit tota, vita videlicèt, quæ corpori communicabatur: Philippus quoque solitarius *l* volens in præcedente comparatione corpus esse fœnum, sive florem, animam spiritum; hoc avolante, corpus nullum esse; citat Chrysost. Is in hujus loci comm. id habet: Quumque avolaverit anima ne priora quidem oris lineamenta agnosci, nec an hoc corpus hujus, illud autem illius esset, constare, si quis in sepulchrum introspiciat. Eadem ferè verba sunt, quæ recitat hoc loco ex Didymi commentario Agellius. Alius præterea sine nomine apud eumdem annotat, per *transitum*, aut *avolationem spiritus*, non innui, quod penitus intereat, & evanescat: id enim putare impium

Animæ dissoluto corpore subsistentia incompleta subsistit

Quænam vita pereat, cum anima à corpore separatur.

l 3. *dioptr. cap.* 5.

esse;

esse; sed intelligi hoc dicendi modo, *τὴν ἐν σαῦδα πολιτειαν καὶ κατάστασιν, præsentem conversationem ac statum* ad quem non revertetur; & quod sequitur, *non subsistet*, *οὐχ ὑπάρξει*, secundùm præsentis vitæ *ὕπαρξιν*, *subsistentiam*, & ut revertatur mortuus homo denuo in hanc vitam *ἐπίπονον*, *laboriosam*. Quod etiam Euthymius, ac Nicephorus dicunt, & hìc *ἀνθρωπεῖαν πολίτειαν i mortali convenientem conversationem* cognominat. Vitandus autem Magistri sententiarum *a* lapsus, & Hugonis Victorini *b*, mortuo Christo, nihilominus Verbum remansisse, ac dici potuisse hominem, quia hinc erat unitum cum anima, hinc cum corpore. Nam constituitur homo ex anima & corpore simul unitis per informationem activam, & passivam, sive quamdiu anima informat corpus. Nec est, quod Magister argutias istas vocet, & argumenta, quæ in creaturis locum habeant, sed fidei sacramentum ab his esse liberum. Sed neque solus loquendi usus obstat, ut Hugo vult: verum res ipsa, & ratio prohibet vivere, ac proprie dici hominem, quum hominis essentiales partes sejunctæ sunt.

Magistri sententiarũ & Hugonis Victorini lũpsut.

a 5.d.23
b *de sacra. p.1.cap.11*

Expositio communior Anima separata naturaliter ad corpus informandum redire non potest.

Et non cognoscet amplius locum suum.) Hieronymus opposito modo, *& non cognoscet eum ultra locus ejus*, B מקומו ולא יכירנו עוד *velo iacchirennu hhod mekomo*. Chaldaicè, *neque notus est amplius locus ejus*; sive quia non cognovit suum locum, qui ex eo transiit, sive quia alius quo in loco is antea esset, sive locus ipse illum, quem continebat prius. Quamvis autem de flore apte intelligi possit, qui loco, siccatus à spiritu per transeunte, & non subsistens, exciderit; communior tamen de homine expositio, vel etiam de spiritu ipso, ut homo non cognoscat locum suum; quoniam naturaliter non redit in hanc vitam, & statum mortalium; nec spiritus & anima, quoniam etiã naturali facultate ad corpus iterum informandum redire non valet; neque quis ex mortalibus cognoscat locum illum, non in quo hìc prius erat, sed quo migravit defunctus. De his quantum sit satis interpreti divinarum litterarum, differui enarrans Ecclesiasten: rectèque Cajetanus hoc ex loco infert resurrectionem non esse naturalem. Idem docet Valentia. Lyranus autem, Ayguanus, Rickelius colligunt, & defunctos ordinarie ignorare quæ in viventium locis geruntur, & viventes quæ in locis defunctorum, prout in libro de cura pro C mortuis docuit Augustinus. Excipiuntur peculiares revelationes, & quod attinet ad beatos, vident illi quæ pertinent ad statum & augmentum beatitudinis suæ, sive in verbo id consequantur, sive aliter: verendum ut non sit, ne preces, votaque nostra non exaudiant, & quos illic habemus honores ignorent, ut Hagiomachi contendunt.

Beati vident quæ pertinent ad statum suæ beatitudinis

b *dioptra. cap.1*
Quarum rerum meminerint animæ separatæ
c *psal.145.4*

Philippus solitarius *b* aliquoties laudatus, asserit animam reprobi meminisse locorum, & personarum, iniquibus & quum quibus alicujus nefarie commissi conscientia urgetur; sed nec obliviscì posse, verum idem affligi, cruciari, pœnam sustinere, quam verbis nemo explicaverit. Quod ait David *c*, *in illa die perituras cogitationes peccatorum*, docet non esse *ψυχικὰς*, idest, *animæ proprias*, sed curas, sollicitudines hujus vitæ, ut de cognatis, liberis, plantatione, agricolatione, ædificatione, vestitu: quæ quum peccato hìc fectitavit, horum prorsus, & tantummodo tunc memorem futuram, Ait præterea, quod anima justa vitiorum, quæ gessit, non recordatur, sed inter Angelos Dominum laudat: animarum tamen in hac D vita, quibus gratiam implorat legitime, memoriam usurpare. Ex Nysseno autem refert, memoria non tenere *τὰ τοῦδε συμπτώματα τοῦ βίου, hujus vitæ eventa*, ut sanitatem, divitias, delicias, gloriam, paupertatem, tribulationem: non quod eam oblivio vincat, & occupet: sed quod præsens regni cœlestis voluptas rerum tristitium recordationem excludat. Quidquid sit de modo, concedenda prorsus notitia rerum hìc gestarum belle, aut male, aut quæ nunc geruntur, si ad pœnam, vel gloriam id conducat, animabus separatis. Ipsamet præteritorum peccatorum recordatio beatam animam exhilabit, & ad gratias agendas Deo magis provocabit, nulla penitus molestia afficiet; Qua de re satis memini alibi me disse ruisse.

d *psl 36.36*

Dixi etiam *d* de phrasi, qua negatur quis *cognoscere locum suum*, aut *ejus cognosci locus*, *& invenire*, aut *inveniri*. Persimilis nostro locus, & unde sumtus noster videri possit, in Job *e*, *sicut consumitur nubes*, *& pertransit*: *sic qui descenderit ad inferos*, *non ascendet*, *nec revertetur ultra in domum suam*, *neque cognoscet eum amplius locus ejus?* item, *f*, *vadam*, *& non revertar*: rursum, *oculos* g, *qui quum viderat*, *non videbit eum*, *nec ultra intuebitur eum locus ejus*. Affinitatem quoque habent alia Scripturarum testimonia, *recordatus h est*, *quia caro sunt*, *spiritus vadens*, *& non rediens*: *non i aspiciam hominem ultra*, *& habitatorem quietis*; *omnes k morimur & quasi aqua dilabimur in terram*, *quæ non revertuntur*.

e *cap.7.9.10*
f *cap 10.21*
g *cap.20.9*
h *psl.77.39*
i *Esa. 38.11*
k *2.Reg.14 14*

Vers. 17.) Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum.

Et justitia illius in filios filiorum,

Vers. 18.) His qui servant testamentum ejus:

Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

Sensus loci.

PEr antithesin opponit ærumnosæ, brevique hominis vitæ, ac morti naturaliter irrevocabili, misericordiam Dei, quæ adversus præsertim cultores suos, quamvis per se tam fragiles, & calamitosos, jam inde ab æterno, utpote illos *charitate perpetua diligens l*, usque in æternum constans perdurat; una cum justitia, sive qua vindicat eosdem, & cunctos ipsorum posteros ab omnibus injuriis, sive qua promissa præstat & complet, sive qua æquum rependit præmium, maxime, si minime degenerantes à patribus suis, vicissim solliciti sint initum cum Deo servare pactum, nec umquam prætermittant quæ acceperint ab eodem præcepta exequi diligenter, non sola illorum contenti traditione, intelligentia, memoria. Quod videlicet unum est ex illis Dei attributis ex Exodo *m* nuper allatis, ut *custodiat misericordiam in millia*; idest, in mille generationes. Possunt perire corpora, & homines interire; sed misericordia Dei perpetua est tùm erga decedentium animas, tùm erga succedentes, quamdiu sic durat mundus. *Vere fœnum est populus*, ait Esaias: *n exsiccatum est fœnum & cecidit flos. Verbum autem Domini Dei nostri manet in æternum*. Hoc pacto, ut antea dicebatur *o*, *corroboratur misericordia Dei super timentes eum*. Imitata videri potest Deipara in cantico locum istum, canens *p*, *& misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum*; simul intelligens, & eos qui præcesserant, & qui tunc erant, postque secuturi.

l Jer.31.3
m *cap.34.2*
Misericordia Dei interire non potest.
n *cap.40.7*
o *vers.11*
p *Luc.1.50*

Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum.) In vetere Psalterio, & apud Augustinum, ac Arnobium: *in sæculo*, *& in sæculum*, in Romano, apudque Cassiodorum, & Cæsariensem Arelatensem *q*: *à sæculo est*, *& usque in sæculum sæculi*. Chaldaicè; *à sæculo isto*, *& usque ad sæculum venturum*. Sic enim sumi potest עולם *hholum* sicut & *αἰὼν* atque *sæculum* pro utraque duratione, ac utroque mundo, seu pro statu præsentis, futuræque vitæ. Vel sensus est à principio ad finem usque mundi: vel à generatione in generationem, denique semper, ut Apollinarius explicat. Ab æternitate vero proprie sumta, misericordia censentur esse secundum prævisionem, prædeterminationem, actum voluntatis divinæ, quamvis in tempore dumtaxat miseria sit, & ejus capax creatura. Explicat Hugo à simili ex agno, qui dicitur *occisus ab origine mundi*; *r* eodemque pacto *in charitate perpetua dilexisse* se Deus ait *s*, & Paulus *t datam gratiam nobis in Christo ante tempora secularia*. Nostra nobis misericordia similis, caduca, brevis, fragilis, momentanea, *quasi nubes matutina*, *& quasi ros mane pertransiens u*. *Ab æterno Dei misericordiam* Bernardus *x* explicat propter prædestinationem, in æternum propter beatificationem, alteram carere principio, alteram nescire finem; quoniam quos Deus ab æterno prædestinat, in æternum beatificat, intercedente media vocatione, una cum justificatione dumtaxat in adultis. Gregorius *y* præterea hunc locum interpretatur de misericordia æternæ beatitudinis, ostendens quomodo simul ea reddatur meritis. Qua de re dictum alias.

q *hom.18*
r *Apoc.13.8*
s *Jer.31.3*
t *2.Tim.1.9*
u *Ose.6.4*
x *epist.107*
y *in ps. 118. parte 9*

Super timentes eum.) Misericordia facit ut timeamus, & eadem timentes munerat. Actum alias de distinctione timoris mundani, servilis, filialis, de illius utilitate ac merito, tùm congrui ante justificationem, tùm condigni post illam. Valet ad præterita peccata odiendum repellendum præsentia, futura cavendum: prodest ad humilitatem contritionis, emundationem confessionis, obedientiam satisfactionis. Lege Ayguanum *z*: *Timentibus Deum in oblectationem venit misericordia* a: *bene est illis cunctis diebus*, *& ipsis Deus misereri*. b

Distinctio timoris mundani. Utilitas timoris.
z *hic, & ad 17.18*
a *Eccl.8.9*
b *Deut 28.2*

Justitia nomen pro misericordia sæpe usurpatur.

Et justitia illius.) Communior expositio de retributione bonorum, & sic etiam Symmachum transtulisse testis Euthymius. Crebro monuimus accipi pro misericordia nomen *justitiæ* tribus linguis, & aliis eis affinibus. Quod si magis proprie *justitiam* sumere placet, eam cum misericordia in opere nostræ redemptionis conjungere Dei filius voluit pro nobis factus homo, & passus, ne quid prætexere diabolus, qui hominem devicerat, posset, ut non semel adnotavimus post Patres, Leonem *a* præsertim. (Non justè, ait, amitteret Diabolus originalem deditii generis servitutem, nisi de eo quod subegerat, vinceretur.) Sed plura ille.

a serm. 2. de nativ. & epiphan. & Sedulius mysticus.

Et filios filiorum.) Idem valet præpositio (*super*) quam alii hic repetunt ex priore membro, Hebr. לבני *liune filiis*, Græcè ἐπὶ υἱοῖς *in filiis*. Simplex ac litteralis sensus est de nepotibus, ac posteris. Mysticè Augustinus, Prosper, & alii, quia multi servi Dei non habent filios, multo minus filios filiorum, accipiunt de mercede operum bonorum. Justorum merita sunt filii eorum, & istorum filii præmia æterna. Quod sensum accomodatitio Hugo illustrat verbis Ecclesiastici *b*, *hi sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt*, tamquam ex matre misericordiæ filii, *cum semine eorum perseveravit bona hæreditas: hæreditas sancta nepotes eorum*, idest, operum misericordiæ quasi proles merces æterna: item ex Ps. alio *c*, *videas filios filiorum tuorum pacem super Israel*, idest, pacem æternam, quæ consistit in Dei visione pro bonorum operum præmio.

b Cap. 44. 10

c Ps. 127. ult

His, qui servant testamentum ejus.) Alii Patres, & Psalteria Latina, *custodientibus*, &c. Hieronymus: *iis, qui custodiunt pactum ejus*. Obscuritatem gignit casus iste dativus, quum proxime præcesserit accusativus: *super timentes eum, & in filios filiorum*. Dixi Græcè in proxime præcedente membro esse ἐπὶ υἱοῖς *in filiis*, & Hebraicè litteram (servilem ejusdem casus לבני *liune filiis*. Hoc modo pronomen, *his*, & participium, *custodientibus*, aptius cohærent contentis dicæo atque adhuc anteriore membro, & sensus est, quod misericordia Domini est *super timentes eum*, & *justitia illius in filios filiorum*, illos inquam, filios, qui servant testamentum ejus: aut *in filiis filiorum, his qui servant*, sive *custodientibus*, &c. Quocirca sic affertur justitia sive retributio, & complementum promissorum divinorum iis tribui, qui successivè majorum secuti exemplum *servaverunt*, seu *custodierint testamentum Dei*, &c. Non displicet quod notat Agellius per dativum pronomen (*his*, & τοῖς) innui non *filios*, sed *patres*, alioqui ponendum fuisse accusativum (*hos* ac ἐπὶ) nempe *in filios filiorum hos, qui servant*, &c. Veterem quoque codicem Vaticanum habere, non ut alii habent υἱοῖς υἱῶν τοὺς, &c. sed ἐπὶ υἱοὺς, &c. Quo etiam pacto in Sixtinis Græcis restitutum est. Ut sit sensus, quod in gratiam patrum, & ipsius servantibus testamentum Dei, reddatur Dei justitia, quando filiis à Deo rependitur propter merita patrum, etiamsi non ipsi quoque filii servent testamentum. Nam re ipsa sic factum est: quia & quum benediceret Jac. nepotibus Joseph, dicitur juxta emendationem editionem Latinam, quod *benedixit Joseph filio suo d*, itaque est in textu Hebræo: quamvis Græcè legatur quod εὐλόγησεν αὐτὸς *benedixit eos*: & Sixtina biblia retinuerint Latinè: *filiis Joseph*, quod verum est, quia propter Joseph patrem ipsorum. Notant quoque Basilius, ac Theod. regnum Judæorum ad quartam usque generationem conservatum, quum tamen perfectam pietatem haud essent assecuti, sed mox initio regni æmulationem ostendissent: Dav. etiam Deum inextinguibilem generis scintillam servasse, licèt multi impii mediis temporibus ex illo prodierint: Chry. ait, quod propter patriarchas Deus populum ex eis postea ortum vocatione, ac visitatione dignatus est, idque per Moysen his verbis indicavit *e*: *Scito quod non propter justitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam*, &c. *custodivit* f *juramentum, quod juravit patribus vestris*. Hinc est præterea quod sæpius interponuntur in precibus nomina meritaque Patriarcharum: Deusque ipse tùm propter illos, tùm etiam propter David flecti se profitetur, ac veluti impelli ad benefaciendum populo suo. Concedendum tamen simul etiam non solis iis dari præmium, qui filios habeant, ac nepotes, sed præterea, qui sint imitatione justorum filii, sicut Apostolus *g* hortabatur Ephesios, ut *essent imitatores Dei sicut filii charissimi*. Hoc præter Latinos docent Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus, Anonymus citatus ab Agellio. Ac Nicephorus quidem diserte declarat de-

Agellii observatio.

Quibus & quando redditur Dei justitia.

d Gen. 48. 15

e Deut 9. 6

f Cap. 7. 8

g Ephes. 5. 1

filiis eorum, qui servaverint testamentum Dei, & hos *filios* seu *nepotes* ἀπογόνους monet νοητέον εἴτε, σαρκικὰς, εἴτε πνευματικὰς *intelligere* oportere *sive carnales, sive spirituales hos nempe qui moribus genitores suos vere exprimant* τὰς ἐκ τῶν πρὸς τὰς προόνους γνησιότητα δια τοῦ τρόπου ἐπαλλυζοντας. *Mortuus pater justus quasi non esset mortuus: similem eum reliquit sibi post se h.* Non placet Hugonis expositio, justitiam punientem sumentis, & eam dici his, qui servant testamentum Dei, &c. quia cedat in commodum istorum, qui *latentur videntes vindictam i*. *Justitia* significat idem, quod misericordia, vel bonorum retributio, vel promissorum præstatio: ut antè dixi. Quid autem sit *testamentum Dei*, alibi docuimus.

Hugonis expositio rejicitur

g Eccl. 30. 4 Justitia quid significet.

i Psal. 57. 11

Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.) Alia Latina Psalteria, Augustinus, Arnobius, Prosper, Cassiodorus, Cæsarius Arelatensis *k*. Gregorius *l*: & *memoria retinentibus mandata ejus ut faciant ea*. Meminisse non est latis, aut in in phylacteriis descripta, more Pharisaico, portare divina præcepta *m*, dicere etiam ac docere, & ad hoc faciendum memoria retinere, non autem opere ipso implere. *Intellectus bonus n*: sed facientibus intellecta. Aristoteles *o*, moralium præceptionum negat finem esse cognitionem, sed actionem: Christus facere incipiens, & docere, *p*, *beatos* dixit, *qui quæ scirent facerent* q; Et *qui audientes verbum Dei custodierent illud* r. *Vapulaturos* vero *plagis multis qui Domini cognitam non facerent voluntatem, pauciores, qui non cognitam* s, videlicet quum cognoscere neglexissent. Nam *nolens intelligere ut bene agat* t, comparandus cum eis, qui *veritatem Dei in injustitia detinent* u. *Auditor legis, qui non item est factor, justus non erit apud Deum, & non justificabitur* x, sed fallit seipsum, *comparaturque viro considerant vultum nativitatis suæ in speculo, ac statim obliti qualis fuerit* y. Conquerebatur apud Ezechielem Deus z de populo quod *audirent sermones ejus, & non facerent eos, sed in Canticum oris verterent illos, & esset eis ipse quasi carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur, & audirent verba ejus, & non facerent ea*. Servare in memoriam, seu memorem tantum esse, & veluti granum in horreo retinere: facere autem, ipsum terræ mandare, vel ex eo panem conficere. Vel servare seu custodire ac φύλασσειν est cavere, quæ fieri minime debent, nec contra negativa præcepta committere: facere, quæ fieri oportet implere, ac affirmativa exequi præcepta. Augustinus, (quem doctissimum patrem hic vocat Cassiodorus, hoc idem perpendens) fatetur memoria se Psalterium non tenere, aut totam legem: frustra extolli quempiam de sola memoria: non exigi ut præcepta retineantur memoria, & reddantur, sed vita, & ut fiant: neminem causari posse multitudinem: quoniam *in duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ a*: quamcumque paginam quis interroget, hoc respondurum, nempe *charitatem præcepti finem b*, non esse cogitandum de multitudine ramorum; illam radicem qui teneat, arborem totam habere in se. De multitudine nimirum contentorum in Psalterio, & lege seu scriptura universa, jubet nos Augustinus non esse sollicitos, & charitatis duobus præceptis maxime studere, non liberans ab onere, quod haber quisque, ut eam teneat scientiam particularium præceptorum, quæ ad illa ipsa duo perficienda charitatis generalia præcepta, & ad officium suum præstandum necessaria sunt, sive distinctè, ac ordine hujusmodi præcepta in decalogo contenta, vel quæ dicuntor Ecclesiæ noverit: sive tantum confusè: dummodo quantum sufficiat, ne ob ignorantiam, dignus sit, *qui ignoretur e*, & cui dicatur in judicio *nescio te d*. Hypocritæ Greg. *e* ait, velle scire divina eloquia, nec tamen facere: docte loqui, nec vivere: quandoque divino judicio fieri, ut pro eo quod non agit quis quæ novit, etiam hoc quod novit amittat, & quia scientiæ suæ puram operationem non faciat, contemta puritate boni operis, & scientiam perdat: quod si contingat, ut eam retineat, inde magis damnandum: quoniam qui mandata Dei memoria retinet, sed nequaquam facit, hic in doctrina verbis sententias, quibus damnetur, tenet. Severior est Rickelii hoc loco sententia, (qui sunt memores mandatorum Domini, non ut adimpleant, sed ut alios doceant quod ipsi non agunt, mortaliter peccare.) Peccare possunt non faciendo quod debent, vel si sic docendo scandalo sint ob exemplum contemtumve doctrinæ. Alioqui, docere quod non facias, per se peccatum non est, ac bene fieri etiam potest, hoc est, cum

k Hom. 19 l 15. Mor. c. 6 vel 7

m Matt. 23 5.

n Ps. 110 ult.

o 1. Ethic. Quam periculosum sit mandata Dei memoria tenere, & non ea servare.

p Acto. 1. 1

q Joan. 13. 16

r Luc. 11. 28

s Luc. 12. 47 48

t Psal. 35. 4

u Rom. 1. 18

x Cap. 2. 13

y Jac. 1. 22 23. 24. 25

z Ezech. 33 31. 32

Servare seu custodire præcepta quid sit.

a Matt. 22 40. Præcepti finis & radix charitas.

b 1. Tim. 1. 5.

c 1. Cor. 4. 39

d Matt. 7. 23 c. 25. Mor. ca 6. vel 7

Explicatur

Sententia Rickenii: Paulo severior.

cum aliquo merito, etiam si adhuc peccator sis, Navarrus *a* quidem docuit, quid advertens se esse in peccato mortali concionetur sine debita contritione, peccare mortaliter, Sed benignior contraria sententia longe communior. Lege dicta pl. 49. *b* Arnobius, qui totum fere psal. hactenus expoluit de Dei misericordia erga misericordes secundum misericordiam temporalem, *justitiam Dei in filios filiorum*, vult ad eos pertinere, qui quoniam non potuerunt pauperum carnalium curam gerere, spiritualium pauperum curam egerunt, uti aut verbo, aut exemplo suo ad justitiæ divitias provocarent spiritualiter mendicantes, qualis describitur mendicus ac pauper in Apocalypsi *c*. Filios Apostolorum esse omnes magistros bonorum consiliorum, & istorum filios, qui audiunt eos: memoria vero tenere mandata Dei, non ut inflentur scientia, sed ut faciant ea, quæ memoriter noverunt. Juvat memoriam hanc practicam divinorum mandatorum, si quis meminisse curet sabbati, *ut sanctificet illum d: quomodo salvi facti sint patres nostri e*, & beneficia, quæ quis acceperit, ut *creationem f*, &c. quæ sint *novissima*, ut mors *g*, &c. *unde exciderit h*, quantaque peccata commiserit: quam parum *Dei tardet ira* i. De his Ayguanus. Quibus licet adhuc plura suggerere: ut *sanctorum nos filios esse k*; quorum sequi exempla oporteat sic ad pugnam suos Judas incitabat *l*: sic Mamercus Æmilius dictator; (agite, ait, nominis Romani, & virtutis patrum, vestræque memores *m*:) sic A. Cornelius item dictator; (veniat in mentem unicuique Deos esse, qui Romanum adjuvent: Deos, qui secundis avibus in prælium miserint. (Sic Tobias *n*, ad tolerantiam seipsum, uxoremque incitabat, memoria sanctitatis patrum suorum. Præcipit item Paulus *o*, ut *meminerimus præpositorum nostrorum, & eorum, intuentes exitum conversationis imitemur fidem*. Exegit à Josue Deus, ut non *recederet volumen legis ab ore ejus, sed meditaretur in eo diebus ac noctibus, ut custodiret, & faceret omnia scripta in eo p*. A populo autem ut lex ac beneficia essent ei *quasi signum in manu, & quasi appensum quid, ob recordationem, inter oculos q*, & scriberet in limine, & ostiis domus. Recte prorsus in libro *Sanedim r*, & in *Tseror tammor*, seu in *fascitulo myrrhæ*, ut noster ante me Serrarius *s* notavit, Rabbini dixerunt: qui sacra litteras legit, neque quod legit, ad actionem confert, similem ei esse, qui crebro seminat, metit numquam: itemque mulieri, quæ parit sæpe, sed natos illico sepelit: demum cantori, qui diem totum canit, neque postea quidquam habet. Josephus *t* suos Judæos scribit Dei legis in animo penitus insculptas habuisse, meliusque illas memoria, quam nomina etiam sua propria teniſſe: Utinam ad faciendum eas. Miratus est M. T. *u* Philosophos turpiter ac longe secus viventes quam doceant. Collegit idem Serrarius egregia Principum Christianorum exempla, qui diligentem divinis litteris operam dederunt Constantini, & Caroli, utriusque Magni, Stephani Hungarorum, Alphonsi Primi Lusitanorum regis, Alphonsi Aragonum, Alphredi Anglorum, Alexii Cemneni Imperatoris, &c. citatumque ex Deuteronomio super eadem re Dei præceptum expendit accurate. In omnibus libris sacris tradit Augustinus *x* timentes Deum, & pietate mansuetos, quærere voluntatem Dei: post hujus operis, & laboris primam observationem, ut noscantur, & si nondum ad intellectum qui sint, & vel mandetur memoriæ, vel omnino incogniti non habeantur, oportere illa, quæ in eis aperte posita sunt vel præcepta vivendi, vel regulæ credendi, solertius, diligentiusque investigare. Tandem audienda paræneſis divina apud Esaiam *y*, qui *redemtorem* cognominat *nostrum*, & *sanctum Israel. Ego Dominus Deus tuus, & docens te utilia gubernans te in vias, in qua ambulas*, (hic nempe doctrinæ utilis finis.) *Utinam attendisses mandata mea; facta fuisset sicut flumen pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui ut lapilli ejus, non interiisset, & non fuisset attritum nomen ejus à facie mea*. Huc usque sermo divinus, qui cum toto hoc nostro affinitatem habet; Apostolus *z* etiam scripturæ utilitatem eo demum refert, dum docet, *arguit, corrigit, erudit in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum constructus*. Frustra thesaurus, cujus nullus usus *a*; fons unde nihil haurias: taberna medica, ex qua nullum remedium petas: mensa cibis instructa, quorum nullum gustes: armamentarium quod arma tibi non suppeditet: speculum, in quo te non inspicias, & emacules: lucerna cujus in caliginoso loco lumine non utaris: amœnus hortus, de quo nullum florem colligas: ager frugifer, ex quo nullum fructum. Primam scripturæ divinæ comparationem assignat Chrysostomus *b*, secundam idem *c*: tertiam adhuc idem *d*, & Auctor operis imperfecti *e*. & Origenes *f*, & Ephrem *g*: quartam ad quam reduci potest comparatio cum manna, de qua is quem dicunt Hieronymum *h*: quintam Auctor de duplici martyrio, Ephreim *i*, Hieronymus *k*: sextam Basilius *l*, Gregorius *m*: septimam Petrus *n*: octavam Chrysostomus *o*: nonam Cassianus *p*.

Vers. 19.) Dominus in cœlo paravit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.

NOn solùm benignus, ac beneficus est Deus, atque in propellendis malis, retribuendis bonis fidelis, justusque: sed potens etiam, quia jam inde à mundi exordio paravit, firmavit, adornavit sibi quasi regium solium in cœlo, alioqui nullo indigens: ut se omnibus celsiorem declararet, regiaque potestate in omnia imperium & dominium absolutum ostenderet se obtinere, ac exercere. Prærerea merito dicebatur prius, *Dei misericordiam esse ab æterno usque in æternum*, hoc est nullo termino constituit sedem sibi, tribunal, thronum, qui *roboratur clementia & custodiunt hunc Regem misericordia & veritas* q, *justitiaque & judicium præparatio sedis illius est* r, quibus duabus virtutibus cunctas res administrat velut de loco superiore, quique complexu suo illas ambiat, & comprehendat: ita ut nemo evadere justitiam, nullus destitui beneficentia ipsius possit, omnes necesse sit illius imperio subjici aut volentes, aut nolentes. De Christo non solum enarratores, maxime Latini, verum etiam Ecclesia versiculum istum intelligit, eum usurpans in officio de Ascensione, totumque Psalmum recitans. Accepit enim tunc peculiari ratione Christus confessum ad Patris dexteram in cœlo, & inde cœpit regnum ipsius omnibus dominari, quum accepit potestatem, seu usum, & exercitium *potestatis in cœlo, & in terra s*, immò & sub terra: *ut in nomine ejus omne genu flectetur cœlestium, terrestrium & infernorum t*. Domini sedem in cœlo esse cecinit quoque Psalmo 10. *u* David, & ipsemet in Esaia *x* Dominus asserit: & profani scriptores passim usurpant, ut Clemens Alexandrinus *y* testatur, proferens Orphum, Sibyllamque: nec quid apud Homerum, Hesiodum, aliosve Poetas Græcos tritius, quam deos vocare ὀλύμσια δώματα ἔχοντας. Hujus indicium rei Philosophus, aliive libri de mundo Auctor *z*, affert, quod manus tollamus sursum vota concipiens: causſam quoque *a*, quod solum cœlum inter corpora sit immortale. Orpheus cum cœlesti sed terreoum scabellum Deo dat, sicut Deus ipsemet sibi apud Esaiam, quem dixi.

Αυτὸς δ' ἂυ μέγαν ἄυδις ἐπ' ἠρανὸν ἑστήρικται
χρυσέῳ ἐνὶ θρονῳ γαιηθ' ὑπό τ' ἐσσὶ πέδυχεν.

Ipse autem in magno constans, & firmus olympo.
Aureus huic thronus est, pedibus subjectaque terra.

Justinus Græcis respondet *b* nos thronum Deo cœlum attribuere, non quasi eo egeat, qui est omnino incircumscriptus, quemque cœli cœlorum capere nequeant, verum ne ad cœli amplitudinem, ac incorruptibilitatem respicientes, Deum ipsum cœlum esse, aut Deo patrem dignitate suspicaremur. Nam sicut domicilium, thronusque illo posteriora sunt, qui ea fecit: sic & cœlum Deo, tamquâ opus opifice. Addit cœlum quandoque pro toto mundo sumi, tamquam præcipuam partem ipsius, ac in cœlo Deum esse dici, quia est in mundo toto. Trevetus quatuor causſas reddit, ob excellentiam cœli præ omni corpore) causſalitatem universalem in omnia inferiora, clariora signa, quibus inde manifestatur Dei potentia: postremo, ut sic innuatur cuncta cognosci à Deo, sicut si quis sederet in cœlo, videret omnia sub illo si nimirum etiam valeret videndi facultate. Unde dicitur Deus *habitans in cœlis irridere iniquos c*, & *de cœlo prospicere super filios hominum d*, & *justi-*

Cap. 317. Quinam Apostolorũ discantui fiant. Quænam maxime juvent meditationem practicam mandatorũ Dei?

d Exod. 20.
e 1. *Mach.* 49
f Eccl. 12. 1.
g Eccl. 7. 40
p 14. 12. *c.* 28. 7.
h Apoc. 2. 5.
i Eccl. 7. 18.
k Tob. 8. 5.
l 1. *Mach.* 49.
m Liv. l. 4.
n cap. 8. 5.
o Hebr. 13. 17.
p Josue 1. 8.
q Exod. 13. 16. *Deut.* 89

r Cap. 17. *in Josue c.* 1. *quæst.* 12. *n.* 6. Cui similis fit, qui sacras litteras legit & quod legit ad actionẽ non confert.

s 2. *cont.* Apso.
t Tusc. 2.

Timentes Deum, voluntatem ejus quærunt.

x 2. *de Doct. c.* 9.

y cap. 48. 17

z 2. *Tim.* 3. 16. Comparatione.

a Eccl. 41. 17

a Quinam thronus Deo cœlum tribuatur.

b Quæst. 5. Quare thronus Deo cœlum tribuatur.

c Psal. 24.
d Psal. 13. 2. *Ps.* 32. 2. *Ps.* 52. 3. In cœlo empyreo quare Deus fedes peculiariter esse dicatur.

b Hom. 3. *in Gen.*
c ibid.
d hom. 29. *in Gen. & hom.* 36. *in Joan.*
e hom. 52.
f in Ps. 37.
g orat. de patien. & compunct.
h in Ps. 147
i supra.
k epist. 27.
l Epist. 1. *ad Nazianz. & hom.* 10. *hexam.*
m Mor. c. 1. *n* 2. *ep.* 1. 19
o hom. in Europ. tom. 1.
p Colla 2. *c* 3. Sensus loci

q Prov. 20. 28.
r Psal. 88. 5.

Quo tempore usurpetur hic ps. ab Eccl.

f Mat. ult. 18.
s
t Philip. 2.
u Vers. 5.
x cap. 66. 1.
y 5. *Strom.*

z cap. 2. *& ult. tom.* 3. *Arist*
a 2. *de spho* 1. 2.

justitia ejus de cœlo a, & *ipse de cœlo in terram* b. Receptum est præterea apud Catholicos, in cœlo, quod etiam empyreum quidam nominant, immobile, distinctumque ab aliis mobilibus, Deum quodammodo sedere, quatenus ibi beatis spiritibus videndum se, ac fruendum præbet. Contra Calvinum demonstrat Fevardentius in Theomachia, certum hunc locum esse, quo beati recipiantur, in eoque habitent: quum Calv. * neget necesse esse certum locum imaginem, & vetet de loco paradisi c curiose, & argute disputare: quod d ascendisse Christus in cœlum dicitur, & sedisse ad dexteram Patris, certum locum minime designare, ostendit eumdemmet Calvinum sibimet contradicere e. Refellit eadem opera Bezam, & alios, idque hæreticorum aliorum oppositis sententiis.

a Ps. 84. 12.
b Ps. 10. 20.
Calvinus negat esse locum certum, quo beati recipiantur.
Lib. 8. c. 1.
* in Luc. c. 16. 22
c in c. 23. 43
d in Matt. c. 22. 44. in Marc. cap. 16. 19.
e in ep ist. ad Ephes. cap. 4 10. in Joan. c. 14. 2. 3. de sens. 2. & 3. contra Vuestphal & lib. contra Hesshusium.

Dominus in cœlo paravit sedem suam.) Hieronymus, *stabilivit thronum suum*. Paraphrastes *verbum Domini* ponit, ut sæpe alias, per quod putant intellixisse Christum. Apollinarius ὅραιον ἀστρόφυτα cognominat. At beatorum sedes cœlum empyreum est, immobile, non stellatum, & mobile; quum Deo autem beati considere dicuntur. Christus quidem per suam œconomiam comparavit sibi, nobis cœlum, & eò ascendit parare nobis locum f: sed non hoc significat כין *hechin* quod velle Jansenius vivetur, ut nec in psalmo 92. *parata sedes tua, Deus*: in 9. h, *paravit in judicio thronum suum*: in 23. i *super flumina præparavit eum*: in 32. k *de præparato habitaculo suo*: rursus in 92. l, *firmavit orbem terræ*: & aliis in locis, in quibus est idem verbum. Neque vero ex isto verbo Cajetanus recte colligit incorruptibilitatem cœlorum, sicut nec sequitur intrinsece talem esse terram, eo quod simili dicendi formula dicatur quoque Deus *terram firmavisse*, aut *fundavisse*; sed tantum quod ut hæc, ita illi perituri non sint. Quamquam ab intrinseco cœlos incorruptibiles esse communior in scholis obtinuit opinio. Arnobius Patrem Filio sedem interpretatur paravisse, ut qui dixerit ei, *sede* m *à dextris meis*. Mysticè Dei sedes, & cœlum ut non semel notavimus, appellatur anima justi, & Angelus, de quo mox erit mentio. Cœlorum soliditas convenit sanctis Angelis, qui in veritate steterunt, ut Greg. n observat; sic etiam accipiens in creatione cœli & terræ o, Angelos per cœlum; itemque in oratione dominica p, *fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra*. Rickelius exponit, Deum sibi sedem parasse in cœlo empyreo; in civibus regni cœlestis, maxime in Angelis, peculiariter in illis, qui dicuntur throni; in quolibet homine cœlestem conversationem in terra habente; præterea Christum sedem parasse tam sibi, quam suis in cœlo empyreo, à principio mundi per creationem, post ascensionem suam per interpellationem, quia se illuc ire dixit, ut *pararet locum* q, & *introiisse* scribit *in cœlum* Paulus r, *ut appareat nunc vultui Deo pro nobis*. Greveus s ostendit animam justi esse cœlum, quia disponit inferiora, hoc est, hominem exteriorem; continet omnia naturalia, idest, sensualitatem, & quæ ad eam spectant; circulariter movetur per resexionem ad seipsum, & æternorum contemplationem, & repercussum radiorum divinorum; habet Solem sapientiæ illuminantis intellectum, & inflammantis voluntatem, Lunam prudentiæ, stellas aliarum virtutum, polum arcticum fidei, polum antarcticum spei. Hugo spectat in anima justi Deum ut Doctorem sedentem in cathedra, secundùm facultatem animæ rationalem; ut Judicem in tribunali, secundùm irascibilem; ut Regem in throno, secundùm concupiscibilem.

f Joan. 14. 3.
g Hebr. 9. 14.
s Serm. 204. Quare anima justi cœlum esse dicatur.

Et regnum ipsius omnibus dominabitur,) Hieronymus, cum aliis Latinis Psalt. & Patribus, qui utuntur illis, in genitivo, *omnium*. Hebræum verbum est præteriti temporis, משלה *mascialah*, Græcum præsentis, δεσπόζει, quod fortassis non vacat mysterio, quia hoc *regnum est omnium* temporum, immò *sæculorum*, & *dominatio in omni generatione, & generationem* t, *sedes in sæculum sæculi* u. De omnibus intellige Israelitis, gentibus, spiritibus, de omnibus regnis, de omnibus rebus. De maxime amplo, & generali regno Christi antea sæpius facta mentio, tùm in 21. x psal. ubi habetur *Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium*: tùm in 44. & 71. præter alios, in quibus alia quoque Prophetarum sunt allata testimonia, quæ illud ejus elogium comprobarent, quo cognominatur *Princeps Regum terræ*, *Rex Regum*, *Dominusque dominantium*. *Gens* y, *& regnum*, Esaias ait, *quod non servierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur*. Vim facit Chrysostomus in verbo *dominandi* τοῦ δεσπόζειν, ac potius id positum, quam *regnandi* βασιλεύειν; quoniam non omnes ipsius regni digni sunt, ut propterea Christus iis, qui evangelicam vitam præstant, cœlorum regnum sit pollicitus. Attamen *dominari* verbum, & δεσπόζειν: in bonam quoque partem sumi dubitari non debet, ut nonnullis ex indicatis locis, ac præterea, quando Gedeon recusans dominium super populum, dixit, *non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus* z, ubi est idem verbum Hebræum, licet Græcum sit ἄρχειν, quod non minus odiosum est, quam δεσπόζειν, aut κυριεύειν: quæ tamdem omnia sunt adiaphora. Mysticè regnum Dei homo est, cujus hominis Paulus a ait esse omnia: regnum intra nos b, justitia est in irascibili, pax in rationabili, gaudium in concupiscibili c: sic autem Deus Rex ac Dominus absolutus est, ut homini tamen in hominem regnandi, dominandique permittat potestatem: quam directive status quoque haberet innocentiæ, quum post peccatum coercive præterea sit. Utrovis modo regnum semper Dei dominari oportet. Ubi vero viri boni sunt, non secus pugnatur, ne quis regnet, domineturve, quam nunc passim grassante ac dominante improbitate, ambitur dominandi, ac regnandi potestas. Quod his ipsis Plato d, verbis dixit περιττὰ χρὴ τὸ τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ νῦν τὸ ἄρχειν. Væ regnanti, sed non ex Deo, Principi, quem ille ignorat e.

Dominandi verbum hic capitur in bonam partem.
z Judic. c. 8. 23.
Homo regnum mysticè dicitur & quare.
a Act. 3. 2. b Luc. 17. 21
c Rom. 14. 17
d in Polit
e Ose. 8. 4

Vers. 20.) Benedicite Domino omnes Angeli ejus potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Vers. 21.) Benedicite Domino omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Sensus loci.

AD laudandum Deum invitat omnia, quia omnibus dominatur regnum ejus: primum cœli incolas angelos, in quo cœlo sedem peculiarem habere antea dicebatur; deinde creaturarum operumque cunctorum Dei universitatem, ac demum seipsum: quæ duo ultima sequenti ultimo exequitur versu. In his autem versibus, quo magis demonstret laudandum ab Angelis Deum, describit illorum naturalem eximiam vim, tùm videlicet ad contemplandum, intelligendum, tùm ad efficaciter quidpiam præstandum, & efficiendum: postea in agendo celeritatem, ac velocitatem tantum in exequendo, ut dictum, quod ajunt, factum putes, vixque ipsum veluti divinæ vocis, præcepti, voluntatis percipiant sonum, cum sine mora, & confestim perficiant; nec aliud in eo quærant, quam ut soli satisfaciant voluntati Dei: nec facere quidquam aggrediantur, aut etiam velint, quod non prius intellexerint Deo placere, velleque eum, ut fiat. Denique cunctos ordines Angelorum, veluti Dei milites, ministrosque advocat, & provocat, quibus Deus utitur ad regendum universum, seu orbes agitando cœlestes, seu elementa, & rerum species ac individua hominum maxime gubernando, *mittunturque in ministerium propter eos potissimum qui hæreditatem capiunt salutis* f, ac in his omnibus voluntatem, & imperium Dei sequuntur, ut tamquam adjutores quidam honorarii, cooperatoresve Dei, qui eorum uti opera dignatur, & propterea sicut bene conscii attributorum ipsius, Deum laudibus efferant, & consequenter sibimetipsi, & ceteris hominibus laudum divinarum suggerat materiam, & laudandi alacritatem excitent, urgeant, promoveant. Ipsamet ista tam nobilium spirituum in laudando Deo cura, diligentia, sollicitudo, perseverantia, incitamentum hominibus est, quorum prius imbecillitas infirmitasque adeo magna descripta fuit, ut sese ad id munus quantum valent excitent, præsertim quum laus hæc invocatio tacita sit opis divinæ, ut *ab inimicis eos salvet* g, à quibus Angeli sancti nihil capere detrimenti possunt. Docet simul Propheta, mentionem faciens angelicorum hymnorum, ac laudum, quibus eos Deum celebrare gaudet, isque hoc nomine gratulatur, dum invitare, ac imperare, ut id faciant videtur, docet inquam David, qui tali muneri vacet, dignitatem Angelis parem habiturum; quoniam, ut ait Græcus anonymus apud Agellium, ὅτι τὸ ἑστιᾶν δεῦμα τὸ αὐτὸ τῆτην καὶ ξίωμα, *quorum studium idem eorum & dignitas eadem*. Addi debet cum Latinis, si Dei voluntati obtemperent, non sola contenti externa laude.

f Heb. 1. 14.
g Psal. 17. 4

h vers. 9.
i vers. 2.
k vers. 14
l vers. 1.
רכים non recte colligitur cœlorum incorruptibilitas Cœlos ab intrinseco incorruptibiles esse communior opinio m Ps. 109. 1.
Sensus mystici.
n 27. moral cap. 15.
o Gen. 1.
p Matt. 6. 10

t Ps. 144. 13.
u Ps. 44. 7.

x vers. 1. 9
y cap. 60 11.
Quare potius dominandi verbum, quam regnandi hic positum

laude. Quod & Chrysost. admonet. Dionysius Carthu-
a in Cel. hierarch. cap. 15
sianus *a* Areopagitam declarans de duplici prophetica illustratione exemplum anagogicæ, sive intellectivæ, quæque sursum ducit, & per immateriales ac abstractas
Sensus mysticus.
fit species, assignat in præsenti sermone, quo David Angelos affatur. Mysticè accomodari hæc possunt ad regni Christi prædicatores, quos ut *Angelos veloces* Esaias
b cap. 18. 2.
b ire hortatur: & hìc invitat vates noster, ut nimirum virtute magna isti Angeli, nuncii, missi, apostoli
c Act. 1. 22.
reddant testimonium resurrectionis Domini nostri Jesu *c* Christi; & aliorum ejusdem mysteriorum, *Voxque Domini sit in virtute d*, & accipiant ab eo verbum evangelizandi virtute multa *e*; ut faciant verbum Dei concipientes animo suo, & persuadentes auditoribus, *verè esse divinum, & non humanum verbum f*: ut ad audiendum vocem sermonum Dei, hoc est, ut à quolibet audiri, & percipi possit, sese ad omnium captum attemperent; *loquendo sapientiam inter perfectos* g, *hac dando* parvulis *h*, *mutando vocem ipsam* i, quatenus convenit: ut procurent quantis maximis possunt viribus reddere alios divinæ B
d ps. 28. 4.
e Esai. 18. 2. 1. Thess. 1. 8.
f 1. Thess. 2. 13.
g 1. Cor. 2. 6
h cap. 3. 2.
i Gal. 4. 20.
voluntati morigeros, quæ *voluntas est sanctificatio* k & *salus omnium* l. Is quem appellant Hieronymum, nuncios veritatis, interpretatur illico, quæ fuerit locutus Deus explentes, & quæ præceperit intelligentes, & virtute illius roboratos verbum Ecclesiis ministrantes. Exponit Bruno Carthusianus petere Davidem ut omnes Angeli, seu Apostoli, & nuncii Dei sint ipsi materia benedicendi Domino, & contuitu dignitatis eorum magnificet Dominum, qui eos adeo dignos fecit, & sublimes, quum fuerint potentes virtute miraculorum, compleverint Dei præcepta promovendo etiam se ad audiendam vocem sermonum ejus, idest, ut alios audire facerent. Sed versum 21. de virtutibus refert ad exercitus ordinesque Angelorum, ut sint contemplanti naturam dignitatis eorum materia benedicendi Domino. Hugo *Angelos* accipit pro sacerdotibus, juxta Malachiæ *m* sententiam: hos
k 2. Thes. 4.
l. Tim. 2. 4.
m cap. 3. 7
præcipuè Deum bene vivendo laudare debere, tùm psallendo, & canendo in Ecclesia; adde, prædicando; reperiri sacerdotem denarii, sive Dagon, avarum *n*; cujus Dagon, *palma manuum abscissa o*, ventris, *p* sive Baal, gulosum, qui Sacerdos rapiat omnia, & comedat, quæ apponuntur *q*: honoris ac dignitatis, sive excellorum *r*, superbum. Ingenioso invento addi facili negotio similia possunt. Indicasse sit satis.
n Ephes. 5. 5
o 1. Reg. 5. 4
p Phil. 3. 19
q Dan. 14. 2. 5
r 3 Reg. 12. 31. 34

Benedicite Domino omnes Angeli.) Hebraicè deest, (*omnes*) Chaldaicè, *nomini Domini*. Alia Psalteria, & patres, (*Dominum*) in accusativo, sicut erat in nostro Psalterio versu primo. Hugo varium affert utum verbi *Benedicendi* in imperativo modo, non solum imperativè propriè, sed præterea hortativè, seu monitivè, prædictivè, vel enunciativè, consultivè, permissivè, vel ironice, optative, indultive, congratulative, vel applausive: & hunc ultimum congruere proposito. Quod alii quoque docent. Possunt vero, ut notat Rickelius, non infimi tantum ordinis spiritus intelligi, quibus generale nomen attribui solet, sed omnes eo generali nomine contenti, quos omnes ait Apostolus *s* esse *administratorios spiritus*, & aliquando ex omnibus ordinibus trium hierarchiarum mitti, probabilius est, ut alibi ostendimus. Ut fortassis propterea vilum fuerit Interpreti addere, *omnes*, nulla quoque ratio suadet ad infimos Angelos restringere, quum cunctis commune sit benedicere Deo, & id ab iis fieri aliæ divinæ litteræ testentur, ut à Seraphim *t* supremi ordinis. Causa item cur invitentur Angeli ad benedicendum Domino, nullum excludit; quia ut ait Chrysostomus, humana natura pro dignitate prædicandis benefactoris laudibus par non est: & hujusmodi exemplo homines incitantur, ut quoad possunt idem præstent; quod tamen eminentes, ac boni faciunt, ut loquitur Hugo. Atqui constat melius Deo benedicere, eumque laudare, qui ejusdem notitia, & amore magis excellit, quales qui inter Angelos ordine, ac hierarchia sunt superiores. Nec ullum reperio qui limitatè de Solis infimis Angelis hunc locum accipiat. Immò Elias *u* Cretensis sic apertè hunc locum intellexit, ita ut commune sit omnibus nomen & *Angelorum*, & quod habetur sequenti membro, *δυνάμεων virtutum*: & hic innuit Nazianzenus *x*, quem exponit. Suppetit præterea cunctis omnino caussa benedicendi Deo tamquam creatori, justificatori, glorificatori: Christo etiam, ut Valentia hoc loco vult, & aliqui alii, velut cepiti ac Domino suo, redemptori, reparatori ruinarum ipsorum, judici. Lege de Christo judice Angelorum per se quoque ac directo Suarez *y* noster. Certe si non meruit Christus Angeli gratiam & gloriam, nec pro ipsis mortuus est, ut revera proprie non est mortuus, quemadmodum nec pro homine nondum lapso, cui item gratiam ex meritis Christi datam negant; nihilominus caput eorum censetur ratione quoque humanæ naturæ, non solum quantum ad externam gubernationem, sed etiam quod attinet ad internum influxum illuminationis, & gaudii accidentalis. Qua de re noster item Vasquez *z*, recte ostendens de ratione capitis in corpore mystico non esse consubstantialitatem naturæ cum membris, alioqui nec secundùm divinitatem dici posset Christus caput Angelorum, quod nemo negat; plus enim differt ab eis secundùm illam, quam secundùm humanitatem. Quamqum & ratione animæ aliquo modo est ejusdem naturæ cum Angelis. Illuminari aut à Christo Angelos tradit quoque Areopagita *a*. Recitat Magalianus *b* noster Auctores, qui sentiunt Christum redemptorem Angelorum esse.
Verbi benedicendi usus varius
s Hebr. 1. 14.
t Esaia 6. 3. Apoc. 4. 8.
Deum melius laudat, eique bene dicit qui ejus notitia excellit.
u in Nazianz. orat. 2 de theol.
x orat. 2 de theol.
Caussa benedicendi Deo omnibus suppetit.
y 3. p. tom. 3 disp. 57. sect. 3.
Quomodo Christus dicatur caput Angel.
z 3 p. disp. 48 49
Christum angelorum redemtorem quidà sentiunt.
a cel. hierar. cap. 5
b in 1 Tim. sect. 3 ann. 6
Quomodo ferendi, qui negant recte Deo benedici à morali virtute destituto.

Potentes virtute.) Hieronymus, *fortes robore*. In Psalterio vetere, apudque August. & Prosperum, *potentes fortitudine*. Virtus itaque, ac fortitudo non accipiuntur moraliter, sed ut idem sunt cum vi, potentia, robore, quod etiam valet ἰσχύς & בח *choach*. Quare nisi accommodatitie loquantur, ferendi non sunt qui tropologiam eliciunt, non recte benedici Domino ab eo, qui morali virtute sit destitutus. Sermo est de virtute, ut dixi, quæ potentiam, & facultatem agendi significat, qua præditus est Angelus naturaliter, tam malus, quam bonus, quia salva, integraque etiam in malo natura, remansit, ut optimus angelicæ naturæ Doctor Dionysius *c*, & post eum ceteri docent. De diabolo locum illum Job *d*, solent interpretari: *non est super terram potestas, quæ comparetur ei*. Exemplo est exterminator Angelus *e*, & is, qui *una nocte occidit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia f*, & alius qui brevi tempore percussit pestilentia
c de div. nom. c. 4
d cap. 41. 24
e Exod. 12. 29
f 4. Reg. 19. 35. Esa. 37. 36.
septuaginta *g* millia sive fuerint hi boni, sive mali Angeli, quod ad rem præsentem nihil refert. Distinguit Carthusianus præter naturalem potentiam in Angelis, etiam supernaturalem. Hanc arbitror vocari à Nazianzeno *h* ἐπίκτητον *ascititiam*. Solis bonis Angelis credibile est supernaturalem comunicari, ut Elias quoque scholiastes indicat, scribens tametsi natura boni potentiæque vim habeant Angeli, quotidie tamen eam per inclinationem quamdam ad Deum augere. Non satis assequor quod hic velit. Nam Angeli sancti nihil de novo merentur, ut sic augeant ipsi potentiæ vim sive hæc sit gratia, sive quidpiam aliud. Utitur Deus opera eorum ad mirifica opera; qua ratione, vim iis novam & supernaturalem, saltem per modum transeuntis, ut dicunt tribuit. Jolius monachus *i* ex perfectione naturali, in qua Angeli conditi sunt, & de qua præsentem sumit locum, caussam collegit, quare non Angelos Deus, & Christus redimere voluerit, sed hominem, cujus natura secundùm se imperfecta. Magna hominis dignitas, tam nobilem suæ habere tutelæ custodiæque deputatam creaturam. Videtur porro Salomon ad hos Angelos *potentes virtute* גבורים בח *gibborim choach* allusisse, constituendo sexaginta fortes, qui lectulum ipsius ambirent k & quorum domus appellaretur *domus fortium*, quam vocant Lxx. *bethangarim* vel οἰκος ταῖς δυνάμεσιν, & in Codicibus Complutensibus οἶκον ταῖς δυνάμεσιν. Gabriel significans *Dei fortitudinem*, vel *fortem Deum*, vel *virum Deum*, destinatus nuncius incarnationis inter fortes insignis erat. De prædicatoribus accipiendo, *potentes virtute* miraculorum edendorum Remigius explicat: sicut Paulus dicebat *prædicationem suam fuisse in ostensione spiritus & virtutis m*.
g Cant. 3. 7
h Nehem. 1. 1
i Apud Photium in bibl. num. 336.
k cant. 3. 7
l Nehem. 1. 1
m 1. corint. 4. 5.
Verbi acceptiones.
catech. mystag. 5
n Mat. 6. 10
Quid faciat potentias virtutis in Angelis.
o hom. 35 in Joan.
p hom. 9 in op. ad Rom.
A quibus ut oportet benedicatur & laudetur Deus

Facientes verbum illius) *verbum* idem hic est, quod *voluntas*, quæ postea ponitur, quum aliàs plures habeat acceptiones pro conceptu mentis, pro sermone prolato, pro filio Dei, pro re factoque quolibet, præcepto, promissione, prædicatione verbi, & aliis. Unde Cyrillus Jerosolymitanus per hunc locum declarans in petitione orationis Dominicæ *n*, *fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra*, per *cœlum* angelos intelligi, citat hoc modo εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ δυνατοὶ ἐν ἰσχύι ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ, *benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes voluntatem ejus*. Facit potentia virtutis in angelis, ut operando non laborent, inquit Chrysost. *o*, qui etiam eos *p* propterea se beatos prædicare dicit, quod ament Deum, & illius dicto ubique pareant. Augustinus autem hoc loco repetit inculcatum

tum documentum benedici Dominum, & laudari ab iis tantum, ut oportet, qui faciant verbum, ac voluntatem ejus: hoc esse *in petra ædificare, non in arena a*: qui invenit quid sit mali, gemere debere, & confiteri; confessione sua posse Dominum benedicere; sed curandum, ut mutatio ipsius in benedictione perseveret. Cæterum ex hac Angelorum sanctorum laude, & similibus, quæ hic sequuntur, liquet quam desipiat Calvinus, erretque, ut eum Fevardentius *b* convincit, dum scribit *c* in iis esse vanitatem, inconstantiam, stultitiam, contagionem, labem peccati; præterea *d* libidinum humanarum turpitudine posse corrumpi, ac depravari: similia ex aliis refert hæreticis. Profectò, si non obediunt Deo perfectè Angeli, quia non possunt, non peccant; si quia nolunt, peccant quidem, at nihil in ea re differrent à dæmonibus, nec minus damnandi essent; quum schola hæreticorum omnia velit peccata esse mortalia, nulla venialia. Angeli, i quibus *Deus reperit pravitatem e*, communi sententia *f* sunt dæmones, *à principio mendaces, nec in veritate stantes* g, *peccantes* h, *non servantes suum principatum, sed* B *derelinquentes suum domicilium. i*.

Ad audiendam vocem sermonum ejus.) Hieronymus, *obedientes voci sermonis ejus*. Alii, *ad obediendum*, seu *ad audiendum in voce*, hoc est, *voci verbi ejus*, vel *obediendo*, &c. vel *attenti videlicet, & intenti ad omnes nutus Dei, ut continuo exequantur*. Quod præterea sic necti potest prioribus, *potentes virtute & facienti verbum illius* non quomodolibet, sed prorsus exactè, ita ut attenti sitis ad vocem ejus, ut eam quam primum exaudiatis, ac impleatis, hucque potentiam, virtutem, vires, facultates, robur omne, quidquid valetis, conferatis, ut promtè quod vult Deus, facere velitis. Nec displicet Cajetani, & Campensis expositio, dici Angelos *facere verbum Dei ad audiendum vocem sermonum ejus*, ut alios, ad quos mittuntur, obsequentes Deo reddant, & ratione carentes res compellant ejus obedire imperio. Ad hoc enim, ait Cajetanus spiritus illi fiunt Angeli, ad hoc fortia efficiunt, ad hoc exequuntur imperium Dei, ut ipsi in voce sermonis Dei audiantur. Quod verum esse apparitiones Angelorum visibiles testantur. Phrasis Hebræa habens literam servilem cum verbo לשמע *lismoahh*, & Græca cum articulo genitivi casus, & accusativo, τῦ ἀκοῦσαι, & Latina cum præpositione *ad*, & gerundio, *ad audiendum*, causam important. Quare suppleri debet, quod attenti, & intenti sunt, seu applicati toti ad audiendum, capessendum omnia Dei jussa, nutusve; quod apud Apollinarium valet,

Οἳ ἐμιμήσαντο ἐφημοσύνην βασιλῆος
Quibus cura est mandatum Regis.

Vel *an audiendum*, idem erit, quod *ad audire faciendum*, seu *obedire*, ut nempe potentia sua, qua valent in faciendo, exequendoque verbo Dei, utantur, & ea referant in eum finem, ut obediatur ab aliis Deo. Favet Chaldæus Paraphrastes, למשמע *lemismahh, ut audiatur vox sermonis ejus*. Quamvis Paraphrasten Nebiensis transierat, *ad audiendam*, &c. Rickelius, ut homines inquit, audiant per vestram executionem, quid Deus eis mandet, & nunciet. Quæ Brunonis etiam Carthusiani expositio est, Ayguani, Valentiæ, & aliorum. Ita quoque video fere in suis carmine adstrictis paraphrasibus recentes exponere: & Panigarolam Italico idiomate utrumque: *E però non noi homini soli, mà benedite anche voi ò Angioli santi, che con prontezza grande obedite à suoi detti; & fate che ancora altri vi obediscano*. Quare, *facere verbum Dei ad audiendum vocem sermonum ejus*, idest, audiendo videtur non satis reddere vim præsentis sententiæ, quamvis eo modo Genebrard. explicet. Certum est ab Angelis olim edoctos homines de Dei voluntate atq; delata ad homines ab Angelis, quæ ipsi accepissent à Deo, vel immediatè, vel alteri ab alteris, juxta subordinationem hierarchiam in purgando, illuminando, perficiendo; de qua Theologi, post Dion. in cœlesti hierarchia, nosq; ipsi in theologicis dissertationibus. Imitemur Angelos, audiendo loquentem Deũ *k*, & qui Domini nobis nomine loquuntur *l*, & quod in nobis est procuremus, ut audiant eum omnes, & requirant, & ei obediant: *facit Deus voluntatem timentium* m *se: præparationem ipsam cordis audit* n: *obedit voci hominis* o quidni potentias omnes exeramus, ut *audiamus vocem sermonum ejus, & faciamus verbum ipsius*?

Benedicite Domino omnes virtutes ejus. Hieronymus, *exercitus*, quos צבאים *tsevaim* significant, & alibi sæpe forma fœminina, צבאות *theuaoth*, atque δυνάμεις, ut sæpius annotavimus. Græci per *Angelos* versu præcedente illos, qui sunt ex infimo ordine, intelligendo per δυνάμεις, sive *virtutes*, volunt reliquos omnes ordines omnium hierarchiarum comprehendi; eodemque pacto per *ministros*, in sequenti membro; & Angelos quidem potius annunciare, ceteros vacare operibus efficiendis. Retuli quoque prius Eliam Cretensem *p* sentire, posse hæc omnia nomina synonymicè accipi pro angelis omnibus. Unus ordo secundæ hierarchiæ *virtutum* dicitur, de quo aliàs. Rectè Haimo, quamvis per *Angelos* unum ordinem accipiat, quod necessarium non puto; sic explanat *virtutes* de omnibus ordinibus. (Nec tantùm moneo (ait inducens loquentem Dav.) unum ordinem Angelorum laudare Deum, sed omnes virtutes ejus, idest, omnes ordines Angelorum, licèt Angeli unius ordinis propriè *virtutes* dicantur; tamen *virtutes* commune nomen accipitur omnium ordinum.) Sic, inquam, ille, & contentit Lyranus, aliique. Alias etiam recordor hoc in opere eadem de re me disputavisse, ac retulisse sententias volentium *virtutes* intelligi, aut occultas quasdam in corporeis rebus inferioribus, aut motrices cœlorum, aut eorumdem influentias aut stellas. Lege in Danielis canticum, ubi ad benedicendum Dominum *virtutes* invitantur, Pererium nostrum ac Pintum; prior credit ibi virtutes rerum creatarũ intelligi, quod hoc nostro loco sentire R. Mosen testatur Dionysius Carthusianus; sed de Angelis magis credo. Non satis philosophica, & theologica ratio videtur, qua Valentia cunctis Angelis *virtutum* vocabulũ tribui vult, propter nescio quas rationes seminales activas, & potentias activas ad operandum in hæc inferiora. Non aliter agunt Angeli per vim naturalem, nisi movendo localiter, & applicando activa passivis. Hinc porro ex enarratorum communi consensu habemus, Angelorum distinctionem in hierarchias, ordinesque, ut omittantur plurimi alii Patres, cum Scripturarum testimoniis, C adversus impudentiam Calvini *q*, & aliorum, quos confutat Fevardent. in Theomachia *r*, & Jodocus Coccius in divite illo thesauro *s*uo, qui non sunt veriti appellare (merum commentum, & insanientem sapientiam conflictam à nescio quo Dionysio, homine Platonico, parum, aut nullatenus Christiano; vel vanitates remque temerariam à scholasticis inventam.) Ipsimet aliàs eadem de re quum theologaremur. Provocant autem Areopagita Dionysio præter Areopagitica Matthæi Galeni, consule Delrii nostri vindicias.

Ministri ejus.) Et hoc nomen commune potest esse cunctis Angelis, qui enim Græcè hìc λειτουργοὶ vocantur, ab Apostolo *t* λειτουργικὰ πνεύματα *administratorii spiritus*: & Apollinarius hos describit hoc loco.

Οἳς τ' ἔας μεμέλητο ἐπ' ἀφανάτοιο ἀρωγῆς
Quibus auris cura fuit in immortalis (Dei) *auxilio.*

Idest, attentam præbuerunt aurem, ut advocati in auxilium D seu ministerium Dei, præsto essent, ac veluti dicerent, adsumus; quod Job *u* de fulguribus dixit. Vocabulum Hebræum משרתים *misciarethim* significat *liberius*, ac *liberalius ministerium*, in quo non requiritur durius, laboriosius, servile opus. Sic Moysis משרת *mesciareth* Josue dicebatur *x* ὀπάονος παρεσφοῖς θεράποντι, non autem δμῶες, sæpeque tribuitur id nomen sacerdotibus, & Levitis faciliora opera, & ministeria præstantibus: Abisag quoque Sunamitis eodem nomine ministrasse scribitur Davidi *y*, per honorificum hoc ministerium, servitusque, ministrũ Dei, ac servum esse. *Sic nos existimet homo*, inquit, veluti gloriabundè Apostolus *z ut ministros Christi*. Prodest hujusmodi ministris, ac servis ipsum ministerium servitusque non Deo, *cui*, ut sæpe repetere soleo, *servire regnare est*, multo magis quam jumentis utile est hominibus servire, barbaris, agrestioribusque parere humanioribus, ac prudentioribus, ut philosophatur Aristoteles *a*, multo adhuc magis, quam utile fuerit Josue, Moysi ministrare, Elisæo, Eliæ, & apud profanos quam Pompilio Theophrasto, Perseo Zenoni, Phædoni, Platonii, & aliis; de quibus Gellius *b*. Ambrosius *c* autem urget exemplum Josue, ut ostendat quanti referat quibus quis adhærescat, & cum quibus conversetur. Utilem Jacob Labano servivit servitutem *d*: Josephus Putiphari *e*: Saul Davidi *f*: Eliezar Abrahamo *g*: Josus Moysi *h*: aliis alii. Ministrorum Dei ac militum numerum inire facile non est *i*: Paulusque

Quinam ordines hierarchiarum nomine Angelorũ, & virtutum intelligantur hoc versu.

Quomodo agant Angeli per vim naturalem. Impudentia Calvini.

a Mat. 7. 26.
b Error Calvini asserentis in Angelis sanctis vanitatem, inconstantiam, &c.
c Theod. 9.
d ach. c. 9.
Omnes Angelos bonos à dæmonibus non differre ex Calvini doctrina colligitur.
e In Joh. 8. 44.
f in Matt. c. 23. in ep. ad Coloss. c. 1.
g Joh. 4. 12.
h 2. Pet. 2. 4.
i ep. Judæ vers. 6.
k Reg. 3. 19. Psal. 84. 9.
l Mat. 10. 16.
m Psal. 114. 19.
n Psal. 10. 18. Heb.
o Jos. 18. 24.
p in orat. 2. de theol. Nazian.
q de Instit. cap. 14.
r lib. 9. c. 20
s tom. 1. l. 4. art. 2.
t Heb. 1. 14.
u c. 37. 35
x Ex. 24. 13 c. 33. 11. 1 Paral. 6 32 Deut. 1. 28 Jos. 1
y 3. Reg. 1. 15
z 1 cor. 4. 1
a 1 Pol. c. 1. b lib. 2. c. 10 c 2 offic. c. 20
Utile ad hæresceré bonis.
d Gen. 29 toto.
e c. 39. 4.
Ministrorũ Dei quam sit difficile inire num.
f 1. Reg. 18. 5
g Gen. 14. 2
h supra.
i Job. 25.

luſque muſtorum millium Angelorum, (*quos omnes administratorios* vocat *ſpiritus* a) frequentiam affirmat *b* Jo: *c*, *numerum* ait *eſſe mille millium*: Chriſtus *plus quam duodecim legiones d*, Lucas *e*, *multitudinem militiæ cœleſtis*: David *f*, *currum Dei decem millibus multiplicem*, *milliaque latantium*: Chaldaicè *multipliciter viginti millia*, & *millia angelorum*: Jacob apud Moyſen in Geneſi *g*, *Caſtra Dei*: Daniel *h*, *millia millium miniſtrantium Deo*, & *decies millia centena millia aſſiſtentium* recenſet: creduntque cuncti ſimul, ut alibi docui, plures eſſe omni multitudine rerum ſenſibilium, ad eum ferè modum, quo corpora cœleſtia longo intervallo ſuperant ſecundùm magnitudinem hæc inferiora. Quo loco exiſtimant aliqui diſtingui Angelos in aſſiſtentes, ac miniſtrantes, ita ut illorum quam horum ſit numeros major, eo quod perfectiores ſunt; ſicut quod ſuperius alio cœlum eſt, ipſe eſt perfectius. Aliis minime neceſſaria diſtinctio videtur; ſed idem eſſe *miniſtrare* & *aſſiſtere*, quia ſolent, qui miniſtrant, aſtare Domino, intentoque in illum oculos habere: differentiam vero illam numeri, valere dumtaxat ad indicandam quamdam innumerabilitatem; ut cùm Chriſtus dimitti peccantibus imperavit non *ſepties tantum*, quo tamen numero definito, indefinitus maximuſque indicatur, ſed, *etiam ſeptuagies ſeptiès* i, nempe ut magis confirmaret abſque certo definitoque numero dimittendum. Sic Maldonatus noſter in Danielem ratiocinatur, & in Matthæum de loco illo Evangeliſtæ, quaſi *ſeptuagies ſepties*, idem ſit quod innumerabiliter innumerabilibus vicibus. Quidquid ſit de exemplo illo Chriſti, in quo, ut quidem recitat Matthæus, Petrus prior interrogaverat an dimitteret *ſepties*, certum ſine dubio deſignans numerum pro eodemmet certo numero, & non pro infinito; quamvis apud Lucam, nulla de Petro facta mentione, quum Chriſtus dicit, ut ſi frater ſepties in die peccaverit & ſepties in die converſus fuerit, dimittatur ei, *ſeptenarium* videatur pro infinito, vel indefinito numero ſumpſiſſe; quidquid ſit, inquam, de iſto exemplo, negari non debet paſſim à Theologis recepta diſtinctio in Angelos aſſiſtentes, & miniſtrantes, ſive illa colligatur ex præſenti noſtri pſ. loco, & excitato Danielis, ſive non colligatur. Raphael unum ſe de ſeptem facit, *qui aſtant ante Dominum k*; Zacharias *l* quoque propheta meminit de *aſſiſtentibus Dominatori univerſæ terræ*: Joannes item de *ſeptem ſpiritualibus in conſpectu throni divini* m. Etſi vero Hugo, Lyranus, Carthuſianus numero eo ſeptenario Angelorum, cenſeant maximum quemlibet eorum accipiendum, tamen quod toties repetatur, ſuadet plane certum deſignare. Neque propterea ſoli *ſeptem aſſiſtentes* ſunt, ſignificat Raphael de ſe ipſo, & aliis ſex loquens *n*, Principes ac præcipuos eſſe. De his noſter Serarius multis in Tobiæ c. 12. quæſtionibus. *Aſſiſtentes* porro vocari puto, quia comparatione aliorum, qui ordinariè mittuntur, videntur aſſiſtere, & aſſidere Deo in cœlo; licèt quod attinet ad aſſiſtentiam, & aſſeſſionem per præſentiam, aſſiſtant, & aſſideant omnes Deo ubicumque tandem ſit, non ſolum eo modo quo cunctæ res ceteræ, ſed quia *ſemper vident*, ac ubivis *faciem Dei p*. Angeli & mittuntur, & aſſiſtunt, inquit Gregorius *q*, quia per hoc quod circumſcripti ſunt, exeunt, & per hoc quod intus quoque ſunt, numquam recedunt: & faciem patris ſemper vident, & tamen ad nos veniunt. Alioqui ſi ſolius verbi *aſſiſtendi* vel *aſtandi* ratio habeatur, conſtat ea tribui Angelis miſſis *r*. Probabilis mihi viſa quoque Serarii conjectura, ſeptem ſpirituum aſſiſtentium numerum præſtantiamque tunc patefactam divinitus, quum Perſicorum Regum in aula Iſraelitæ nonnullam ſimilitudinem vidiſſent. Nec enim extat de iis mentio in ſacris libris, niſi poſt id tempus, & in Eſther *ſ* ſeptem recenſentur ex iis, qui Aſſuero ſemper aderant ſapientes, quorum cuncta faciebat conſilio, ſeptem, inquam, duces Perſarum atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant, & in Eſdra totidem numerantur Artaxerxis conſiliarii, ſive quod eodem numero celebrarentur Græciæ Sapientes, ſive quia tot Principes fuerant, qui tyrannos Magos impetu facto ſuſtulerant, ſive ad imitationem ſeptem planetarum, quibus cœlorum vis omnis, efficientia, dignitas contineri videtur, ſive propter aliam cauſſam. Præterea ſicut apud Zachariam *t* hi dicuntur *oculi*, ita apud reges Perſarum dignitate præſtantes erant, qui vocabantur *oculi* & *aures u*. Nam quemadmodum etiam in capitibus regum Parthorum aurea cornua imponebantur *x*, ſic Aidem ile propheta *y* ſeptem Angelis cornuum tribuit appellationem: in qua re regium quoddam, & divinum inſigne veteres agnoviſſe demonſtrat erudite Carolus Paſchalius *a*. Qua in re, ut id obiter dicam, in ſuo illo cippo Latini cum præſignia tempora gemino cornu confixerunt, ut regem conſtituerunt, & meritis clarum caput *b*, imitati videntur Moyſis Hebræorum ducis ac veluti regis Pontificiſque *cornutam faciem ex conſortio ſermonis divini c*. Denique aſſentior ſentientibus non ſolum ordines virtutum, poteſtatum, principatuum, Archangelorum, Angelorum mitti, ſed interdum etiam thronorum, cherubim, ſeraphim, quoniam Cherub ut miſſus diſertè dominatur in Geneſi *d*, & in Ezechiele Seraphim, in Elaia *e*, & Paulus *f* omnes Angelos appellat *adminiſtratorios ſpiritus*. Quæ non admittunt ſatis commodam expoſitionem præter eam quam ſimpliciter litera præ ſe fert; nempe quod nomina *Cherub*, & *Seraphim* aſſignentur inferioribus, quos illi ſuperiores mittant: quod miniſtrare ſuperiores dicantur per inferiores illuminando, & mittendo: quod Paulus etiam de Solis inferioribus loquatur. Denique communiter Michael habetur omnium prorſus Angelorum Princeps, primus poſt Luciferum: & Gabriel, & Raphael ex primis. Tractant iſtam quæſtionem accuratius de noſtris Ribera in epiſtolam ad Hebræos, & Vaſquez in primam partem *g*. Ceterum ſatis mihi Hugo coactè colligere videtur ordines omnes Angelorum jam inde à verſic. 19. thronos, *Dominus in cœlo*: principatus, *regnum ipſius*, dominationes, *dominabitur*, Angelos, *benedicite Angeli*, Archangelos, *potentes*, cherubim, *facientes verbum ejus*, virtutes, *benedicite Domino omnes virtutes ejus*, ſeraphim, *qui facitis verbum ejus*, poteſtates *miniſtri ejus*. Equidem nemini ſuadeam hæc ad concionem evulgare.

Qui facitis voluntatem ejus.) Hieronymus, (*placitum.*) Idem valet atque ſupra, *facere verbum*. Retuli vero prius citari à Cyrillo *h* Jeroſolymitano pluraliter θελήματα voluntates. Movet quæſtionem Ayguanus ad præcedentia verba, (*facientes verbum illius*,) ſed huc diſtuli, quia idem eſt, ut modo dicebam, *verbum* & *voluntatem Dei facere*; de repugnantibus inter ſe Angelis, ut narrat Daniel *i*. Subiicit Gregotii reſponſionem, tractantis illud Job *k*, *qui facit concordiam in ſublimibus ſuis*. Summa eſt repugnantia in Angelis præfectis provinciarum viſam fuiſſe, quia harum ſibi merita viciſſim contradicebant, & quum uniuſcujuſque provinciæ ſeu gentis vel culpa, vel juſtitia ad ſupernæ curiæ conſilium ducitur, ejuſdem gentis Angelus, vel obtinuiſſe in certamine, vel ſuccubuiſſe perhibetur: ſed omnium una victoria eſt, tui ſuper ſe opificis voluntas ſumma, quam dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, numquam volunt. Veriſimile eſt etiam Angelos illos apud Regem Perſarum pugnaſſe, unum nempe Gabrielem, ac poſtea etiam Michaelem, ut perſuaderet ſolutionem captivitatis Hebræorum, urbiſque Jeroſolymitanæ ac templi reſtaurationem, & ne ſuperſtitione corrumperentur; & quia Daniel, & alii ſancti viri tam diuturnum exilium non merebantur; & jam promiſſi divini ſpatium effluebat: alterum hujus rei dilationem, quod nondum ſatis pro meritis luiſſe pœnarum Hebræos crederet, iiſque etiam promoveri magis ad virtutem; & interim clientes ſuos Perſas in pietate proficere poſſe eorumdem uſu, ac ſocietate exiſtimaret.

---

verſ. 22.) Benedicite Domino omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino.

QUum invitaſſet nobiliſſimas creaturas Angelicorum ſpirituum ad benedicendum Domino, & ad ſe ipſum hac in re adjuvandum, ne longius pſalmum protraheret, nec deſcenderet ad inferiores res, licèt id pueri in ſuo cantico fecerint *l*, & ipſe David in alio pſalmo *m*, & quia ne ab Angelorum quidem multitudine laudari ſatis omnium Dominum ſciebat, & quoniam verendum erat ne homo facere retardaretur, quod angelos facere hortabatur, qui ſcilicet adeo id perfectè faciunt,

Angelos inaſſiſtentes & miniſtrantes diſtingui quidam affirmant, & quidam negant.

Affirmantium opinio probabilior.

Quare aſſiſtentes dicantur.

Quando ſeptem ſpirituum aſſiſtentium numerus & potentia patefacta.

Quæſtio de repugnantibus inter ſe Angelis, & ejus ſolutio.

Quare Angeli apud Perſarum regem pugnaverint.

Senſus loci.

a Heb.1.14.
b Cap.12.22
c Apoc.5.11
d Mat.26.53
e Cap.2.13
f Pſal.67.18
g Cap.32.2
h Cap.7.10
i Mat.18.21.22
k Tob.12.15
l Cap.3.7.9 10.4.14.
m Apoc.1.4 c.3.c.5.6.c.7 c.15.c.16. c.17
n Tob.12.15
p Mat.18.10 c.2.Mor.c.2 vel 3
q Tob.12.15 Zach.2.7 c.4.14.Luc.1 Apoc.1.4.
r c.1.13.14 c.3.9.c.4.10
s Cap.1.13.14.
t Xenophon l.8. & 9. Ariſtid ora. pane, ut Dio. Chryſoſt. or. Troic.
u Chil 10.c.350
x Apulegius de mundo Ariſtoph.
y Ἀράχνη Cum ſcholiaſte Heſiod.l.8.Plutarch. in Artaxer. Æſchius in Perſis cum ſchol.Philoſtr.1.de vita Apollonii Lucian. de mercede conduc. Citat.omnes Briſſon.1.de regno Perſar.pag.103 & ſeq. Parthorum Reges in capitibus cornua aurea ferebant. Ammi. l.10 z c.1.13.19. 21
a 1.de coronis cap.4.
b Ovid.1. met.
c Exod. 34. 29,30
d cap.3.24
e cap.6.2
f Hcb.1.14
Michael omnium Angelorum princeps
g diſput.244 Hugonis collectio coacta nimis.
h Catech. 5. myſtag.
i Dan.3.57
m Pſ.148.2.

ciunt, unico *operum Domini* vocabulo cunctas alias naturas convocat, & provocat, ut quotquot loco quocumque reperiantur, quam longè ac latè ditio, & dominatus Dei protenditur in cœlo, igne, aere, aqua, terra, illum celebrent, laudentque, si minus sermone, certè illa sua promta obedientia, qua omnia serviunt illi *a*, & naturalibus omnibus perfectionibus suis atque nos eo modo vehementer incitant & exstimulant, ut simili ratione potissimum non sola vocis laude, ipsi benedicamus, & quod irrationalia quoque faciunt, pudeat nos non facere. Itaque David talibus permotus exemplis, expressisque, ac tacitis exhortationibus, & expostulationibus, nec non omnibus persuasus rationibus quas Psalmo toto adduxerat, ut se ipsum inflammaret ad benedicendum Domino, quod primis verbis proposuerat, eadem clausula Psalmum terminans unde inchoaverat, repetit directa ad animam suam oratione *; Benedic anima mea Domino ;* nimirum considerans ut laudent eum opera omnia ipsius, quamque sit in te ac in omnes magna ejusdem benignitas, justitia, potentia, sicut hactenus dictum est. Multi vero ultima verba perdere à prioribus volunt, ita ut jubeat David *animam suam benedicere Domino in omni loco dominationis Domini*. Hoc modo ferè Græci, ac Latini vetustiores. Ex quibus Græci, & Cassiodorus discrimen agnoscunt Christiani populi ab Hebræo, quod hic in Babylonica captivitate negaret se cantare posse *canticum Domini in terra aliena* b; videri que hoc loco Prophetam manifestè evangelicum cultum, ac religionem introducere, legique ipsi præferre. Ad eumdem modum notant Christum Samaritanæ prædixisse futurum, ut non uno dumtaxat loco adoraretur Deus, sed *in spiritu & veritate* c, nempè ubique. Malachias *d* etiam vaticinatus est *ab ortu Solis usque ad occasum magnum fore nomen Dei in Gentibus, & in omni loco sacrificandum ei, & offerendum nomini ejus oblationem mundam*. Judæis præscriptum locum certum Augustinus *e* docet, quia tunc erat immunda universa terra : nunc expiatam esse, ac proinde omnem locum oratorium sanctius, quam templi sancta sanctorum, propter spiritualem oblationem. Philo *f* veteris de uno sacrificii loco præcepti causam dat, quia decebat unum Deum : & ut eo peregrinandi necessitas pietatis incitamentum & argumentum esset, atque conciliandæ ac fovendæ charitatis occasio. Quod ex Philone Josephus *g* videtur transcripsisse. Modo hæ cessant causæ, quum toto Deus, & Christus colatur, orbe, unanimi consensu, ritu eodem. Idem hoc loco Augustinus *omnia opera Domini* accipiens pro bonis operibus quæ operamur, & quibus ubique terrarum benedicere Domino possumus, ait nos admoneri hæc omnia opera benedicere Domino, non merita nostra, quia videlicet ex ipsius gratia sunt, qui per nos, & in nobis bonum operatur *h*, nec debere nos extolli, si gratiam ejus respiceremus, unde id consecuti sumus.

Benedicite Domino.) Accusativus casus est Græcè hìc, & sequenti membro, sicut etiam priore versu, & 20. & in primo, ubi Latinè idem casus est, alibi semper dativus. Quod tamen parum refert, Genebrardus quod in isto, & duobus præcedentibus versibus bis, (*benedicite*,) ponatur, alludi vult ad mysterium Trinitatis ; quod membro sequenti semel, (*benedic*) ad unitatem numericam personarum, seu unam numero naturam ; vel ad incarnationem, in qua est unitas personæ in duabus naturis. Alteri ex duabus postremis causis assignari potuerat idem (*benedic*,) in initio psalmi. Non æque semper exactæ, ut piæ sunt hujusmodi notationes.

Omnia opera ejus.) Prosopopœja ad tres quoque irrationales, quæ suo modo enarrare possunt, *gloriam Dei* i, in quo quidquid factum est, vivit, & vita *K* est, ait creditus Hieronymus : non laudis divinæ supperditet materiam, quia per sapientiam omni oratione præstantiorem, universitati conducibile est, & ad divinæ gloriæ prædicationem tendit, inquit Chrysostomus. *Delectat Deus in factura sua ; & in operibus manuum suarum facit exultare* l, sunt enim magna, magnifica, magnificata, & in iis resplendent attributa divina. Exercuerunt sese viri sancti libenter in hoc spiritali exercitio, Deum in creaturis omnibus laudandi, & creaturas ad eumdem laudandum invitandi, ut Antonius Magnus qui suum vocabat librum, ut alter Antonius à Padua cognominatus, qui pisces, ut Franciscus istius Patriarcha, qui cicadam, & similes creaturas invitabant. Nec desunt, qui Bedæ concionanti lapides dicant respondisse, *amen*, quum peroranDo divinam Trinitatem imploraſſet, dicens *per sæcula sæculorum*, in ea concione, quam habuit ad lapides, quod quidam cæcum in templum ingressum irridendi causa hortati essent concionari ad frequentem populum, qui nullus tunc aderat. Athanasius *m* monet virginem, ubi diluculum fuerit, recitare hymnum trium puerorum, cujus ducitur exordium à similibus hujus versus verbis. Eo tempore incipiunt oculis objici opera externa Domini, & aspectu suo, ut loquitur hoc loco Euthymius, & in psalmum 148. propter pulchritudinem suam, magnitudinem, situm, ministerium, perseverantiam, utilitatem, in admirationem, & ad laudem opificis movere. Nazianzenum quoque citat, scribentem quod omnia Deum laudant, & inenarrabilibus, & mutis etiam vocibus Deum glorificant, atque pro his omnibus gratias à se agi Deo, & hoc pacto laudem, qua Deum laudet propter illa, ipsorum etiam laudem effici, dum ab illis laudandi occasionem accipit. Noster Pererius explanans prima cantici Puerorum verba, sex in rebus creatis observat, quæ auctorem suum Deum maximè commendent, ac prædicent ; multiplicem naturam cum summa cujusque in suo genere perfectione ; variam pulchritudinem, ac præstantiam proprietatum, affectionum, accidentium, cum eximia convenientia ; utilitatem, & mirabilitatem operationum, effectuumque ; ordinem, & proportionem singularum inter se, cumque ipsa mundi universitate ; perseverantiam in ordine illo conservando, quem eis Deus imposuit ab initio ; constantiam in præstando hominibus ministerio, servitioque ; obedientiam exactissimam erga Deum, etiam in iis, quæ velit operari præter ipsarum naturam, ut stare Solem, vel retroagi, vel non lucere, ignem de cœlo descendere, aut non urere, & id genus alia : quia omnis *factura factori deservit* n, & *omnia serviunt illi* o. Hæc videri mystica scala Jacob *p* potest, cujus gradus ferant usque ad contemplationem, & laudem Dei, ad quam ipsam nos adjuvant ascendentes, descendentesque Angeli. Sed de hoc argumento crebrius dictum aliàs.

In omni loco dominationis ejus.) Hieronymus, *in omnibus locis potestatis ejus*. Alii, *in omnibus locis dominatio, principatus, potestas ejus est* : Ut sit major expressio operum Domini, quæ benedicere illi debeant, quum omnibus in locis quidquid est, ad ejus ditionem spectet : vel ratio quare id facere debeant, quoniam sunt opera ipsius, utpote qui ubique dominium extendat, & consequenter in cuncta, quæ quoliber loco continentur. Idem sensus consistit eo modo, quo legimus, præsertim si, ut prius monui, verba ista jungamus præcedentibus, ut omnes, quæ in omni loco dominationis Dei extant opera, intelligantur invitari ad benedicendum ei. Quæ multorum recentium expositio est, nec sane improbabilis, & accentu Hebræo *athanach* indicata, licèt Genebrardus, qui nunc hoc loco argumento utitur, alibi soleat negare in Psalmis accentu distinguentes usum suum retinere. Apollinarius favet,

Ἔρ γαπολύκλειτα θεῦ κέχυδήσατ ἄνακτα
Κοιρανέοντι α᾽ καρτῷ αεὶ τεταυμένον ἴσχει.

Opera gloriosa Dei resonate Regem
Dominationibus, quæ robur semper extensũ continent.

Ubi pro *omni loco*, tempus omne posuit ; quamvis extensio innuere simul possit locum. Ceteri antiquiores referunt hæc ad sequentia, ut *anima benedicat Domino in omni loco dominationis Domini* : quemadmodum in alio psalmo *q* volebat David *benedicere in omni tempore*, & *ut semper laus ejus esset in ore suo* : & Paulus *r viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione*. Tamen certa tùm tempora, tùm loca orationi, & laudibus DEI magis apta, dicataque demonstravimus aliàs. Eo Pauli loco Chrysostomus, Theophylactus, aliique Græci notant, quod hic notatum dixi ab enarratoribus etiam Græcis, Hebræos attingi, qui uni templo suo addicti, & adstricti erant : qua de re rursum Basilius in libro de Baptismo *s*, expendens eumdem Christi sermonem ad Samaritanam *t*, de quo antea meminimus : item Chrysostomus *u* locum citatum Malachiæ *x* ; qui præterea docet *y*, (quamvis non possit quis facilè in Ecclesiam orationis causa intrare, posse affixum quoque foro, ac tribunali, saltem cogitatione ; & ubicumque quis existat, posse altare suum constituere : nihil enim locum pro-

a *psf* 118. 91.

Discrimen agnoscitur Christiani populi ab Hebræo.

b *psf.* 136. 4

c *Joan.* 4. 21. 12. 23.

d *cap.* 1. 11

e *Serm.* 130. *de temp.* Causa cur Judæis adorandi locus certus assignatus fuerit.

f 2. *de Monarchia.*

g *Antiq. c.* 7.

Merita nostra ex Dei gratia sunt.

h *Philip.* 2. 13

Genebrardi observatio.

i *psf.* 18. 1

k *Joan.* 1. 4

l *psf.* 91. 5. Sancti viri Deũ in suis creaturis laudare, & easdem ad eumdem laudandum invitare sæpe solent.

m *de virgin.*

In rebus creatis sex maximè Deum auctorem suũ commendant, & prædicant.

n *Sap.* 16. 24

o *psf.* 118. 91

Mysticasca la Jacob.

p *Gen.* 28. 12

q *psf.* 33. 2.

r 1. *Tim.* 2. 8

s *cap.* 8.

t *Joan.* 4. 8. *& seq.*

u *Orat.* 2. *contra Judæos.*

x *cap.* 1

y *Homil.* 79. *ad popul.* Locus non prohibet, neq; tempus impedit orationem,

prohibere, nihil impedire tempus: & tametsi genua non flectat, neque percutiat pectus, neque in cœlum manus extendat, timentem tantum ferventem exhibeat, orationis perfectionem consummaturum; orare posse forum petentem, & ambulantem, in officina sedentem, suentem pelles, servum ementem, ascendentem, descendentem, astantem; Paulum in carcere oravisse *a*, Jeremiam in cœno *b*, Job in stercore *c*, Jonam in ventre ceti *d*, (adde Iatronem in Cruce, tres pueros in fornace, Danielem in lacu leonum, de quibus Basilius *e*. Denique quemlibet sibimet esse templum, Deum ubique, ac propè semper esse.) Quo pertinet apologia illa pro Licentio Augustini *f* adversus matrem Monicam, quæ in requisitis naturæ Psalmum recitari indignum putabat. Retuli eam simili de caussa alibi. Sed & Alexandrinus Dionysius scripsit non fuisse persecutiones impedimento, quo minus festi vitatem Paschalem celebrarent, sive in agro, sive in deserto, sive in insula, sive in carcere *g*. Protulit ex his testimoniis nonnulla Ludovicus Soto major peritissimus Interpres litterarum divinarum, & Magalianus noster in explanatione primæ ad Timotheum epistolæ *h*, præterea ex Augustino *i*, Ambrosio *k*, Prospero *l*. Quantum autem loci commoditas conferat orationi, tradunt iidem Basilius *m*, & Chrysostomus *n*: constatque ritè institui religiosa loca, & sanctas obiri peregrinationes, nec ubivis solemnes preces, & sacrificia celebrari posse, & piè converti ad Orientem altaria, nosque ad eam partem conversos precari. Vesum his de rebus omnibus tùm in hoc, tùm in aliis operibus dissertui, eaque transcribere otio abutentis hominis esset. De peregrinationibus verò satis accuratè scripsit Gretserus & Serarius noster præ aliis. Justinus *o* quæstioni, cur cum noster Propheta in omni loco dominationis Dei Deum nos laudare jubeat, & Apostolus *p* orare in omni loco, Solem versus oremus, respondet, ut meliora sequamur ad honorem Dei: tamen in omni quoque loco Solem sese offerre precantibus, nec fieri posse, ut per eum tempore quatuor cœli partes intueamur: denique sic nos edoctos ab Apostolis; quam Basilius *q*, Origenes *r*, Damascenus *s*, Athanasius *t* inter Apostolicas traditiones numerant, & alii, ut nos ipsi quoque alibi diximus; simul notantes in ea re reprehensum periculum superstitionis à Leone *u*. Extat Concilii Tridentini decretum *x*, ne in privatis domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum cultum dedicata oratoria ab Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum Missæ sacrificium à sæcularibus, aut regularibus quibuscumque peragatur. Ephrem *y* admonet, ut juxta Christi *z*, Paulique *a* præceptum, semper oremus; addit, ut omni etiam loco, quod ex alio sequitur, & non solum postquam sumus Ecclesiam ingressi. (Nescis enim, ait, quando veniet, *qui animam tuam est repetiturus*. Nec expectes diem dominicum, aut festum, locive differentiam; sed, ut inquit Propheta David, *in omni loco dominationis*; sive igitur in Ecclesia fueris, sive domi tuæ, sive in agro; etsi oves pascas, etsi ædificia construas, etsi in symposio versaris, ab oratione cave desistas; & quandocumque poteris, genua flecte; quando non potueris, mente Deum invoca, & vesperi, & mane & meridie. Quod si orationem operi præmiseris; & surgens è lecto, primorum motuum tuorum initia ab oratione duxeris, aditus peccato in animam non patebit.) Sic ille. Eadem propemodum repetit Chrysostomus *b*, & quod lacrymans David, suam ipsius admonens animam, dicebat, *in omni tuæ dominationis ejus benedic anima mea Domino*. (Et tu igitur frater, inquit, ne expectes diem, vel horam; sed etiam cum dormies, ora, & in via, & dum cubas, & cum surgis, & in quocumque loco.) (Est jugis quædam bonitas mentis, ait Bernardus, & bene compositi animi, & ad Patrem Deum in filiis Dei bonitatis ejus quædam similitudo, orare pro omnibus semper, & gratias agere in omnibus; & tot modis in oratione, vel gratiarum actione in Deum se jugiter refundere, quot tam in proximi, quam in suis necessitatibus, vel consolationibus caussales in hoc materias invenit pius affectus.) Bruno Carthusianus per *omnem locum dominationis Dei*, in quo benedici debeat, intelligit omnem statum ejus, tam in bonis, quàm in malis: quasi dicat David, considera qualiter non solummodo dominatur bonis, ut in bonum cedant, sed etiam malis, ut ad quamlibet utilitatem suorum deveniant; & hac consideratione *benedic Domino*, qui hanc mirabilem habet potentiam. Benedicitur, ait Beda, non tantum in remuneratione justorum, sed etiam in justa damnatione malorum.

Benedic anima mea Domino.) Observat Augustinus hunc ultimum esse versum, qui fuerat primus; ut benedictio à capite, benedictio sit in fine; à benedictione profecti, ad benedictionem redeamus, in benedictione regnemus. Perseverari in Dei benedictione debet, inquit Prosper, quæ verè continuatur, si sine cessatione bene vivitur. Dei benedictionem continuam vocat Cassiodorus inexpugnabilem clypeum contra omnes casus: qui enim Deum semper benedicat, ab eo jugiter custodiri. Hoc est cum capite caudam offerre Domino *d*, inquit Hugo, confirmans exemplo Christi, qui sermonem de beatitudinibus eodem promissio regni cœlorum concluśit, quo incepit *e*. De ratione Psalmum claudendi similis sententia ei, quæ collocata fuerit in initio, dixi Psalmo 8. Pridem demum dixi verbo singulari, *benedic* post ter inculcatum plurale, *benedicite*. Unitatem essentiæ in tribus personis observari à Genebrardo piè magis, quam probabiliter. Ejusdem generis esto, quod notat Ayguanus circa primum Psalmi versum, quinquies repeti *benedicendi* verbum in toto Psalmo, ut referantur quinque animi status: primus, in utero matris: alter, quum egreditur in auras: tertius, cum huc, atque illuc ingreditur: quartus, quum recedit de mundo. Omisit quintum, qui possit esse quum redit, seu tendit ad Deum. At anima rei tantum reperitur hic benedicere, aut invitari ad benedicendum Dominum. Nisi animam interpretemur secundo benedicere, quum nominantur interiora, quarto quum jubetur non obliviści. Concilii sexti Constantinopolitani caput septimum præscribit, ut cui non vacat intra Basilicam orare, id ubivis faciat, in sylvis, agris, ubicumque eum hora matutina, vel vespertina invenerit, sciens DEUM ubique præsentem esse, prout hic habetur, & in Psalmo 138. *f*.

Deus in justa damnatione malorum benedicitur.

Observatio Augustini Dei benedictio continua, ad versus omnes casus clypeus est.

a Act. 15. 25
b Jerem. 18. 6
c Joa. 2. 8
d Jona. 1. 12.
e Orat. 1. de Baptism. Quilibet sibi est templum.
f 1. de ordin. cap. 8
g Euseb. 7 hist. cap. 19
h in cap. 1 2 ad Simplic. q. 4. ser. 140 & 14. de tempore.
k 5 de Sacram. cap. 3
l In sententiis 333
m de Baptis. c. 8 & regul. 310. brevior.
n Hom. 3. de incomprehensibili Deinatura & in homil. 36. in 1. Corinr.
o Quæst. 1. 8
p 1. Tim. 28. Quare in omni loco Deum laudare, & in omni loco Solem versus orare jubeamur.
q Lib de spiritu S. c. 27
r Hom. 5. in Numer. 14. De fide, capo 1
s Quæst 14 Extra Ecclesiam, & divino cultui dicata oratoria sanctum Missæ sacrificium peragere non licet.
t Jerem. 7.
u de Nativ.
x sess. 22. de reform.
Ubique orandum.
y Sermo de orando Deo, tom. 1. p. 15.
z Luc. 18. 1.
a 1. Thess. 5. 17.
a Orat. adversus hæret. in pom. 3 Epiph. tom. p. 313
b Ad fratr. de monte Dei circa finem.

PSALMUS CENTESIMUS TERTIUS.

1 Ipsi David.

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem, & decorem induisti: 2 amictus lumine sicut vestimento:
Extendens cœlum sicut pellem: 3 qui tegis aquis superiora ejus.
Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.
4 Quis facis Angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem urentem.
5 Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi.
6 Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus: super montes stabunt aquæ.
7 Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.
8 Ascendunt montes: & descendunt campi in locum, quem fundasti eis.
9 Terminum posuisti, quem non transgredientur: neque convertentur operire terram.
10 Qui emittis fontes in convallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ.
11 Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua.
12 Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
13 Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

14 Por-

Ayguani observato circa primum psalmi versum.
f vers. 7. & seqq.

14 Producens fœnum jumentis, & herbam ser-
vituti hominum:
Ut educas panem de terra; 15 & vinum lætificet cor hominis:
Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.
16 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit; 17 illic passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eorum: 18 montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis.
19 Fecit Lunam in tempora; Sol cognovit occasum suum.
20 Posuisti tenebras, & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.
21 Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à DEO escam sibi.
22 Ortus est Sol, & congregati sunt: & in cubi-
libus suis collocabuntur.
23 Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperum.
24 Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.
25 Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: 26 illic naves pertransibunt.
Draco iste, quem formasti ad illudendum ei:
27 omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.
28 Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
29 Avertente autem te faciem, turbabuntur: aufe-
res spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.
30 Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renovabis faciem terræ.
31 Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis.
32 Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes, & fumigant.
33 Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum.
34 Jucundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in Domino.
35 Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non sint, benedic, anima mea, Domino.

TITULUS, & ARGUMENTUM.

Vers. 1.) Ipsi David.

Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem, & decorem induisti.

Titulus Hebraicè nullus est.

Titulus nullus est Hebraicè, & Chaldaicè, ita ut aliqui propterea non distinguerent à priore Psalmo, quod refellit Lyranus: licet Hebræi nec titulum apponerent, teste Treveto, nec grossam, seu majusculam litteram in principio, nec spatium relinquerent à præcedentis Psalmi fine. In Bibliis Complutensibus, Regiis, & aliis tùm Græcè, tùm Latinè hic titulus extat prolixior Titulus Græcè. ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ὑπὲρ τῆς τῦ κόσμυ συστάσεως, *Psalmus David pro mundi compunctione*. Melius *constitutione* apud Euthymii Interpretem Latinum: in quo Euthymio solo, & Nicephoro reperio hujusmodi titulum, ex Latinis apud nullum nec Bibliorum codicem, nec Enarratorem. Solum aliqui codices Biblici Latini, & quidam Enarratorum habent nomen Psalmi (*Psalmus David*, vel *ipsi David*) credo in titulum Græcum irrepsisse materiam, & argumentum Psalmi, in quo diserte agitur de constitutione mundi, & commendatur Deus à creaturarum conditione, conservatione, gubernatione, qui in Psalmo præcedente ab aliis beneficiis in humanum genus collatis laudatus fuerat. Excitat Propheta seipsum ad benedicendum Domino, præfatus ipsius magnitudinem, decus, splendorem lucis inaccessibilis, ex consideratione omnium operum ejus in cœlo, terra, & jam post illorum enumerationem, & admirationem valde accensus, promittit in fine se quoad vixerit à DEI laudibus numquam cessaturum. In hoc Psalmo RicKelius ait ostendi sanctum David non solum fuisse magnum Theologum, sed etiam excellentem Philosophum; quorum utrumque illi ex divina inspiratione concessum sit. Athanasius *a* Psalmum hunc sicut priorem, & alios nonnullos, ait esse ex adhortatoriis, & præcipiendi, aut consolandi argumentum continentibus: præterea etiam cum præcedente usurpandum volenti ubique, & in omnibus gratias agere DEO. Eugubinus appellans hujusmodi Psalmi quasi quamdam naturalem, ac divinam Philosophiam, quamdam Genesin, quemdam Timæum Platonis, & his tractare similia, quæ Aristoteles (si tamen Aristoteles) in libro de mundo, & Philo Judæus duabus orationibus, & plures alii, demonstrat hocce munus sapientiæ, semper in consideratione rerum divinarum, & admiratione creatoris persistere: & ad hoc, opinione Pythagoræ, videri nos natos, ut cognoscamus & intelligamus præcipuè cœlum, stellas, & creatorem, motorem, ordinem ipsorum: sensisse quoque Architam beatissimum illum, qui iret per rerum omnium ad suum caput conjunctionem, deduceret omnia à principe suo DEO, deinde reflecteretur ab his ipsis ad ipsum principium; rerum veram contemplationem facere, ut cognoscatur Deus, laudetur, suspiciatur, in maxima veritate animus versetur, Deum noscens efficiatur beatus. Possunt hæc pluribus illustrari, & amplificari, quæ non uno loco à nobis hinc inde dicta sunt eodem isto, & aliis operibus nostris: nec hic in limine statim hærendum. Erectos animos exigit hic Augustinus, ut audiamus magna, læta, pulchra, desiderabilia, plena lætitiæ, gaudiorumque munera DEI. Valentia vero ingeniosè demonstrat quinque velut ædificia jussu Dei facta, mundi, arcæ Noe, tabernaculi, templi semel, ac iterum, ædificii spiritualis typum fuisse, hicque non de fabrica dumtaxat mundi, sed de nostra reædificatione, ac recreatione spirituali agi. Distinguit præterea mundum idealem, sensibilem, spiritualem, idest, Ecclesiæ, vel animæ justi, gloriosum. Recitatur Psalmus iste in officio Pentecostes, præsertim propter versum ejus trigesimum.

a ad Marcel.

Argumentū.

Manu sapientiæ.

Quinque ædificia jussu Dei facta.

Quo tempore usurpetur hic psalmus,

In hoc autem primo versiculo, quamvis ex usu Ecclesiastici officii dissecetur, Propheta ad benedicendum, & laudandum Dominum provocat se ipsum, & animam suam ut id ipse faciat magis ex animo. Causam autem cur id facere debeat, vel primum quod ante omnia de Deo celebrare oporteat, dicit esse immensam & infinitam magnitudinem ipsius, quam apertissimè declaraverit ac manifestam fecerit per omnipotentem cunctarum rerum creationem, earumdemque sapientissimam, ac benignissimam conservationem, & gubernationem. Inde sibi comparavisse præclaram & elegantem laudem, qua se omni ex parte circumdederit, vestiverit, ornaverit; videlicet in creaturis suis manifestando dicta attributa potentiæ, sapientiæ, bonitatis, quæ reddunt illum supra modum laudabilem, decorum, gloriosum.

Versus primi sensus.

Benedic anima mea Domino.) Alii, *Dominum*, vide præcedentis Psalmi exordium. Alloqui nos Augustinus vult animam nostram, quia omnium nostrum anima per unam fidem una anima est; & omnes nos quicumque in Christum credimus, propter unitatem corporis ejus, unus homo sumus. Poetis etiam profanis usitatum alloqui, & cohortari seipsos, tùm vero præcipuè quum quid egregium se offert. Sic Homerum observat Eugubinus usurpare de aliquo solitum, quod loquereturπρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμὸν, *adingentis cordis animum suum*. Unde argute colligit animi libertatem, seipsum in quam voluerit partem vertentis, ac sibimet imperantis; & immortalitatem, ob reflexionem in se ipsum, quia sensus non cognoscit seipsum.

Omnium anima per fidem una.

Animi libertas & immortalitas unde colligitur.

Improbi Deo quandoque benedicunt.

seipsum. Benedicunt quoque Deum improbi, si quid eis
a Ecclesiast. 11.5 prosperè succedat, sicut apud Zachariam *a*, dicentes; *benedictus Dominus, divites facti sumus.*

Domine Deus meus magnificatus es vehementer.) Hieronymus, & vetus Psalterium, ac Augustinus (nimis) quomodo interdum noster Interpres reddit σφόδρα, b vers. 2 מאד *meod*, ut Psal. 47. *b*, *magnus Dominus, & laudabilis nimis*. Theodoretus legit ὡς *quam*, aitque ad amplificandum poni. Refert autem idem, ac Basilius vertisse Symmachum κύριος μεγας (alias ἐξ) σφοδρα & *Deus meus magnus es valide*. Magnificatus est à seipso Deus per magna, & magnifica opera, non in seipso, aut sibi ipsi, qui *terribilis Dominus est, & magnus vehemen-*
c Eccl 42. 21 Dei magnitudini nihi accedere nec decedere potest. *ter, & mirabilis potentia ejus* c, sed nobis. Magnitudini ejus, ait Prosper post Augustinum, quem magno plenè judicio redigit in compendium, nec accidere aliquid, nec decedere potest, qui quod est, incommutabiliter semper est: tandem autem vehementius nobis magnificatur, quanto magis se intellectui nostro innotescere facit, ut non
d Matt. 6.6 illius gloria, sed admiratio nostra proficiat. Confirmat Augustinus, quod petamus *sanctificari nomen Dei* d, ut per se sanctum, sit etiam apud homines tale: & quoniam
e p. 38.7 dicit alibi *e* David *mirificatam*, seu *mirabilem factam scientiam Dei ex se*. Quamvis *ex se*, significet supra vires, non quia mira facta sit dum Propheta converius est ad illam; quamvis etiam hoc verum sit. Hoc ipsum notatum aliis in Psalmis, & de Cantico Mariæ, profitentis
f Luc. 1 46 *magnificare se anima sua Dominum* f. (Christus resurrectione magnificatus est, ascensione vehementer, inquit
g Philip. 2. 8 Hugo, quia prius parvificatus vehementer usque ad carnem, mortem, crucem *g*.) Hanc parvificationem hoc ipso die natalitio Christi, quod hæc scribo, celebramus, in
Hugonis observatio. quo tamen Ecclesia simul canit *magnificatum vehementer super omnes Reges universæ terræ*. Sic dicebam Psal. 47. *magnum per se Dominum, & laudabilem nimis*, factum in incarnatione, ac nativitate parvulum, & ideo tamen etiam simul *laudabilem nimis*. Spectat Hugo præterea in *Domini* vocabulo, potentiam, quia *omnipotens nomen ejus*
h Exod 15.3 *b*; in *Dei*, sapientiam, quasi sit à θεὸς παρὰ τὸ θεᾶσθαι, *contemplari*, & *videri*: & *meus* clementiam, quia *parvu-*
i Isa 5. 5 *lus datus est nobis* i, & *filius natus est nobis*: in *magnificatus* humiliatem, seu exaltationem post humiliationem, ut dictum est: quoniam *sapientia humilitati exaltavit ca-*
k Eccl. 13 1. *put illius* k. Docet postremo, magnificari Deum Christumque vehementer ab eo, qui omnes divitias, & se ipsum contemnit, ac relinquit propter ipsum. Valentia
A quo Deus vehementer magnificatur. sensu quodam anagogico satis arguto, sumi Dei magnificationem in Angelorum creatione, quorum commune & maximè proprium officium, Deum laudibus magnificare: indutum confessione ratione primæ hierarchiæ, cui magis peculiariter conveniat dicta magnificatio & laus Dei: decore propter secundam, quæ destinata videtur ad universi gubernationem, Deique honorariam veluti ac decoram assessionem: amictum lumine Angelorum ultimæ hierarchiæ, quorum est singulari quodam modo illuminare mundum per orbes luminosos, quos agitant, & interius animos humanos. Videtur ad litteram significari majorem esse Deum omni laude, nec posse magnificari sicut est ab initio: *omnipotentem esse super omnia opera sua*, idest, adhuc plura posse: quantumcumque quis glorificet, adhuc supervaliturum, quia *admirabilis est magnificentia ejus, terribilis est, & magnus vehementer, & mira-*
Sensus anagogicus. *bilis potentia illius*, ut elegantissima exaggeratione Au-
c. 2. 45. 29. & seq. ctor Ecclesiastici *l* declarat. Notari demum possunt cum
Observatio circa יהוה & אלהים inde Monar. Eugubino, duo nomina, יהיה *Jeovah* & אלהים *elohim*, de quibus non semel dixi, ut primum spectet ad Deum, secundum ad essentiam, alterum ad eumdem, ut respicit creaturas quod & initio Geneseos statim positum est. Philo *m* etiam observat circa τὸν quod Hebræum יהוה *Jeovah* designat, duas primas maximasque virtutes existere ἐνεργέτικα & κολαστήριον, *beneficentiam* & *ultionem*: primæ convenire nomen θεὸς, quia per eam posuit, & ornavit universum, quasi derivetur à τιθημι *pono* secundùm alios, non solum, à θεᾶσθαι ut dixi, sed præterea à θεῖν *currere*, vel αἴθειν *comburere*; secundæ nomen κύριος, quoniam per illam omnium rerum potestas penes eum esse declaratur, Deusque esse non solum hominum, sed etiam Deorum, sunt autem duo illa nomina Græca hoc loco.

Confessionem & decorem induisti.) Aquila ἐπιδοξότητα, καὶ διαφάνειαν *claritatem & decorem*. Symmachus ὕμνον, καὶ ἐυδοξίαν, hymnum & gloriam induisti. Theodotio μεγαλοπρέπειαν secundo loco, quod extat in Complutensi, Regia, & aliorum Bibliorum editione LXX. sed in Sixtina editione ἀνυρέπειαν *decorem*: illo autem illo nomine significatur *magnificentia*, vel, ut ita dicam *magnificentia*. Hieronymus, *gloria & decore indutus es*, idest, ornaris, & commendaris magnificentia, & splendore, agnosceris decorus, & splendidus per opera tua, ut homo per vestem. Unde constat magnificationem prius memoratam, non esse intrinsecam Deo, sed extrinsecam. Propriè הוד *hod*, est *gloria, decor, robur, potentia, dignitas, majestas*, non autem *confessio*; nisi derives à δόξα *jadah*. Lege Psalmum
n vers. 5 29. *n*, ubi vertitur *gloria*, & δοξα, jungiturque sicut hic, cum ירה *hadar*. Retuli anagogen Valentiæ de duplici hierarchia; prima quæ confiteatur, idest, laudet Deum singulari quodam modo; secunda, quæ veluti Anagoge de Hierarchia. corona cingat, ornetque Deum, ei cooperans in regendo mundo. Lyranus, & Ayguanus accipiunt *decorem* pro cœlo empyreo, claro, & splendenti; *confessionem* pro Angelis, qui Deum ibi semper laudant. Augustinus, & Latini alii referunt ad Christum, qui hominibus per confessionem peccatorum mundatis, & decoratis velut veste exor-
B netur juxta illud Esaiæ *o*, *omnibus his velut ornamento*
o Cap. 49. 18 Allegoria tropologiæ mixta. *vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa*. Fusè, ac piè admodum persequitur Augustinus istam allegoriam, tropologiæ mixtam; & in libro de essentia divinitatis *p* confirmat hoc testimonio, vestimenta Domini sanctam esse
p Tom. 4 Vestimenta Domini Ecclesia est. Ecclesiam, quæ per fidem, & dilectionem ei conjuncta est: sicut quum dicit Psalmo 92. *q*, *Dominus regnavit, decorem indutus est*. Bernardus *r* item utitur eadem expo-
q vers 1 r Serm. 3. de resur. sitione de decore ex peccatorum confessione. Gregorius
s 32. Mor. 8. 5 vel 7 *s* explicat hìc Deum confessionem induere, in cœlo decorem, quia quos hic per pœnitentiam confitentes fecerit, illic fulgentes per decorem justitiæ ostendet. Fayet etiam anagogiæ Valentia, quoniam dicit Deum in seipso glorioſum, & dum seipso perfruitur, accedentis laudis non indigentem, speciosis indui vestibus *t*, quia sanctorum Angelorum choros, quos condidit, in usum sui decoris assumsit. Paullo aliter Petrus *u* Damianus scribit ve-
t Job. 40. 5 Quomodo Damianus intelligit vestem Redemtoris esse Ecclesiam. stem Redemtoris esse Ecclesiam; *Confessionem* verò *in-*
u lib. 7. ep. 3. vel 1 27 *ducere*, quum sibi peccatores associat, pœnitendo sanatos; *Decorem*, quum sibimet clementer agglutinat innocentes.
C nitore justitiæ speciosos. Grevæus, tractans hunc eumdem de confessione peccatorum locum, ait esse vestem, quam dolor incidat, timor consuat, lacrymæ lavent, pudor coloret. Nam *scinditur cor*, y *configitur timore*
y Joel 2. 12 z Psal. 118. 12 a Psal 6. 7 b Esa. 1. 18 *carne* z, *lavetur lacrymis lectus, stratumque* conscientiæ *a dealbantur ut nix, & lana peccata* b. Cassiodorus incarnationem indicari vult, per quam confessio, & decus supernæ majestatis innotuit, & homines Christum confessi sunt. Qui dicitur Hieronymus accommodat Christo, quum dixit *c*, *confiteor tibi pater &c.* & quando Pater jus-
c Mat. 11. 25 d cap. 17. 5 sit eum, ut dilectum filium, transfiguratum, audiri *d*. Hugo confessionem laudis Christianorum Christum confitentium; & decorem Ecclesiæ, *non habentis neque maculam neque rugam*
e Ephes. 5 27 e, sensu allegorico, cujusmodi esse sensum illum fatetur, sicut & Haimo interpretatur. Litteraliter sensus est, quem iidem tradunt, Deum laudis confessione, quam edunt creaturæ, quasi quadam veste un-
Sensus litteralis. dique circumdari, undique habere Deum creaturas, quæ ipsum confiteantur decorum, & luminosum, quum sint ipsæ decoræ, & luminosæ. Vel, ut placet Glosæ, significatur decor in essentia Dei, & lux undique, sed vi-
D delicet in opere creationis demonstrata. Denique sensus est, Deo laudem, gloriam, grariarum actionem deferri à creaturis. & honorem, qui magnum, & excelsum decet, μεγαλοπρέπειαν, nempè, ut exponunt Euthymius ac Nicephorus, μεγαλοπρέπειαν τιμὴν: Deum ipsum creatione hoc præbuisse laudis atque honoris sui argumentum, & materiam. Apollinarius reddit αἶνον, καὶ ἀρίπρεπὶς εὐχῇ *laudem, & præclarum decus*.

Vers. 2.) Amictus lumine, sicut vestimento. Extendens cœlum sicut pellem.

VIdetur percurrere opera creationis, juxta dierum nonnullorum distinctionem, ut observat Trevetus; & hoc quidem versu describere creatione luminis, quæ contigit primo die, & Firmamenti, quod secundo, Deus *lucem inhabitans inaccessibilem* f, & *in quo tenebræ non* f 1. Tim. 6. 16 *sunt ullæ* g, & tamen ante mundi creationem *tenebras* g 1. Joan. 1. 5 Sensus loci

quo-

quodammodo *posuerat latibulum suum* a, quatenus ignorabatur à creaturis, orsus est creationem à luce, non tantum spirituali, quæ dicitur de Angelis, qui primo die creati creduntur illis quoque verbis, *fiat* b *lux*, verum etiam materiali, ex qua utraque veluti compositus homo, qui vocatur à Græcis φῶς, *quasi lux*, & ab Hebræis אִישׁ *isch*, *tamquam* אֵשׁ *esch flamma* sive *ignis*, ut quidam volunt; ultimo demum die creatus est ceu compendium omnium creaturarum. Ea autem luce sic Deus postea domum, ac sedem suam, ideſt, cœlum, perfudit, ut videatur ea in modum pallii undequaque amictus. Unde cœlum quoque empyreum pellucidum hic intelligi potest, de quo postea dicetur. Deinde cœlum condidit, in maximam latitudinem expandendo, & extendendo, ut esset quasi scena, cortina, tentorium, tabernaculum, papilio, velum, operimentum, ex pellibus inferioris hujusce domus, quam nobis, & ceteris animantibus construxit. *Extendit enim*, inquit Esaias c, *velut nihilum cœlos*, & *expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum*. Intelligunt alii per *lucem* cœlum empyreum, per aliud *extensum sicut pellem*, id quod continet stellas fixas, & orbes planetarum. Et extensio per modum pellis, innuit magnam operis facilitatem. De mysticis postea.

Amictus lumine, sicut vestimento.) Vetus Psalterium, Augustinus, Prosper, *circumamictus lumen sicut vestimentum*, Ambr. d, *circumdatus luce*. Quidam עטה *hboteh*, activè exponunt, *amiciens lumine* nempè cœlum, &c. sicut postea, *extendens cœlum*, &c. Et ἀναβαλλόμενος potest activè sumi, quemadmodum sequens ἐκτείνων. Chaldaicè, *sicut linteo*, ליט סרינא *bech seaina*, quod candore referat similitudinem luminis cœlestis. Sic per linteum cum pelle; innueretur duplex vestis genus priscis usitatum, ut quod ad pelles attinet, primi parentes sunt testes, quod induit DEUS ipse vestes pelliceas e, & alia. Magius f antiquitatis profert exempla ex Lucretio g. Livio h, Seneca i, Ulpiano K, Paulo l. Jurisconsult. Pollice m, Juvenale n, Ovidio o, Varrone p, Virgilio q, Justino r, Cæsare ſ, Dione Chrysost. t, Athenæo u, Festo x, Plutarcho y, Vegetio z, Homero a, qui etiam meminerunt de pileis, lectisque. Adjice cum Pererio b, Ciceronem c, Strabonem d, Heron. e, Propertium, qui primos Romanæ curiæ Senatores pellitos vocat Accedunt pellicei usi vestibus, Elias f, Joannes Baptista g, & quos *in melotis*, & *pellibus caprinis erraſſe* scribit Apostolus h Nec nemo est, qui *dormire* deducat à δέρμα. Legi possunt etiam, quæ de scenis, ac tentoriis diximus in Apostolica historia i, Lineus, seu linteus vestitus ab Orpheo, & Pythagora præscriptus sacrificiis; laneus ut impurus, rejectus, ut produnt Plinius K. Apulejus l, Martialis m, qui cum Ovidio, Juvenale, aliisque linigeros cognominat: ac tanto ante præscripsit Deus eam materiam vesti sacerdotali, & Leviticæ n, ex qua erat quoque Samuelis Ephod o, & Davidis p, aliorumque q, nec non interdum Angelorum apparentium r, atque hominum sanctorum t, sub nomine *byssi*, & *byssini* quod conveniebat quoque principibus, & locupletibus t. Igitur vis comparationis petitur hoc loco ex lineo, candido, splendentique vestimento; quod si de cœlo affirmamus, erunt in hoc vestimento sydera, tamquam aurei clavi, floresque pellucidi. Sin minus, sensus est Deũ in seipso, ut ait etiam Rickelius, clarum ac fulgidum esse, si lux esset ei vestimentum omnino illum operiens *absque ullis tenebris* u. Affert præterea de Christo allegoriam, induto confessionem, quia *omnis ipsi lingua confiteatur* x, & decorem in corpore glorioso; lumine quoque amictum, quia luminosum est, Intellexit hunc etiam locum Chrysologus y de lumine Dei ipsius, ejusdemq; participatione stolam Angeli candidam visam z fuisse, ac futurum, ut *justi fulgeant sicut Sol* a, talesque vestes nec fœdentur vetustate umquam, nec ullis sordibus obscurentur, sed quas semel dederit resurrectio, perpetuo lumine vestiantur. Rectè cognominatus à profanis ipsis Deus παμφαὴς unà & πάγκρυφος, quia infinita lux reddit *invisibilem*, & *inaccessibilem* b & quoties lucida contuemur juxta Ecclesiastici c consilium de arcu cœlesti quem valde *speciosũ* vocat *in splendore*, *benedicere* debemus *eum qui fecit illa*, ac nobis cum reputare post August. d quam sit Dei domus luminosa, speciosa, decora, & quam incomprehensibilis sit Deus, ut Chrysost. de hac incomprehensibilitate, disputans e argumentatur, si domicilium quod inhabitat Paulus, ut modo retuli inaccessibile affirmavit. Quem Cyrillus Alexandr. g, imitatur. *Splendor in circuitu Dei* g, *adducitque electos suos in lumine majestatis suæ* h. Is idcirco frequenter nube lucida i, rubo ardente K, ac similibus amictus modis apparere dignatus est. Et hoc ipsum indicavit *vestimentum candidum sicut nix*, quod vidit in antiquo dierum Daniel l, & in Christo transfigurato Apostoli m. In hoc sensu Athanasium tractatu de Synodis Arimini, & Seleuciæ præsentem nostrum locum exposuisse Jansonius affirmat. Sed perlecto tractatu id non reperi. Qui *accedere* jubet *ad Deum ut illuminemur* n, gratia ejusdem, id fieri ponit, ut August. notat o, quum per se sit nobis inaccessibilis; & Dionysius p quisquis Deum nosse, ac videre meruerit, ad invisibilem, incomprehensibilem, inaccessibilem lucem pertingere, & ab ea absorberi scribit. Lege præterea Nazianzenum q, qui *amictu* denotari vult restrictionem quamdam, sicut quum præcinctus Deus virtute dicitur r, quia *effrænatam potentiæ ipsius*, *ac luminis vim* τὸ ἄσχετον αὐτοῦ τῆς γωάμεως, καὶ τοῦ φωτὸς non esset, qui posset sustinere. Una vestimenti utendi caussa ornatus, & pulchritudo est. Ut idcirco mystica illa mulier, sive Deipara, sive Ecclesia, sive anima quoque justa, describatur *amicta Sole* ſ; & pulchritudini necessariũ Orpheus, & alii asserebant primo loco splendorem, deinde viriditatem, postremo lætitiam ἀγλαΐην θαλείην, εὐφροσύνην. Denique non insolens etiam aliis Scriptoribus tribuere luci, lumini, Soli, seu Titani, vestiendi quoddam munus t. Nazianzenus u autem hac dicendi formula indicari vult incomprehensibilitatem Dei, de qua dixi, sicut infinitam potentiam, quum dicitur ea *accinctus* x, & *præcinxisse se virtuti*; sed à Deo ipso restrictam, ne sit nobis intolerabilis.

Ceterum cavendus error Eugubini y, locum istum sic interpretantis de cœlo empyreo, ut velit hoc cœlum esse quamdam lucem increatam, DEO coæternam, ex Dei essentia promanantem, in qua Deus habitet, & ad quam beati admittantur, nec tamen ipsa sit Deus. Adducit præterea citatum alium locum, quod *habitet Deus lucem inaccessibilem* z. Verba quoque Christi a, *clarifica me tu Pater*, *apud temetipsum claritate*, *quam habui priusquam mundus esset*: illius vero specimen quoddam in rubo datum b, & in vultu Moysis radiante c & in Christi transfiguratione d. Postremo Basilium e scribentem arbitrari se, si quid erat ante mundi sensibilis constitutionem, id in lumine nimirum fuisse; neque enim Angelorum dignitates degisse in tenebris; & hanc justis hominibus promitti: Homerum etiam indicare, appellando sedem deorum Olympum, quasi *totum collucentem*. Atqui nihil præter Deum est ab æterno, & quidquid non est Deus, à Deo creatum est. Deinde non est nudum, separatumque accidens à subjecto; non etiam corpus, vel spiritus. Tandem cum necessitate quadam ex Dei manet substantia, esset lux illa non magis finita, quam Deus. Lux autem hoc nostro, & aliis locis, ut Deo ipsi tribuitur, est ipsissima ejus essentia, quæ ita vocatur, quatenus mentes illustrat, & à beatis videtur; & quod attinet ad Christum, innotuit mundo post ipsius passionem præsertim. Basilius potius innuit materiale lucidum corpus: quod & passim Theologi f supra cœlos alios constituunt penitus immobile, ac beatorum sedem; & quod indicetur per *cœlum cœli* g, sive *cœlos cœlorum*, & *terram viventium* h, & *regionem vivorum* i, & *tertium cœlum* k, & *civitatem in quadro positam* l. Quod nostris Conimbricens. m videtur non displicere, ut & Molinæ, de quo postea, qui plures de re ipsa citant auctores. Mihi certè non adeo placet, tùm præter alia, quia sine vacuo non sic aptè cum inferiore sibi orbe necti videtur, aut alio aliquo corpore, quo vacuum id repleatur. Refellunt nostri etiam, Pererius n, Valentia o, Molina p acriter commentũ illud Rabinicum, seu ex Rabinis ab Eugubino, acceptum, & argumentis rationum, & testimoniorum. Præterea confutant Cajetanum, qui & in 2. Cor. cap. 12. & in c. 1. Geneseos, sustulisse cœlum empyreum videtur. Convenit autem inter bene opinantes cognomen *empyrei* ab igne esse, qui πῦρ dicitur, ob claritatem, sed quæ propter materiæ subtilitatem aspectabilis non sit. Testatur Damascenus q vocatum à sapientibus hujus mundi cœlum id ἄναστρον, *instellatum*. Adumbratum etiam dixit Isaac Philosophus apud Picum Mirandulanum r, ab Ezechiele per sapphyrum in similitudinem throni, ut lucis nitor denotetur, & stabilitas, immobilitasque in eo cœlo. Sed quod attinet ad ἄναστρον per id Ethnici Philosophi novum cœlum intellexerunt à Ptolomæo deprehensum, centum annis non amplius suo motu, quam gradum unum conficiens; non autem empyreum, quod nec ex motu, nec

a Ps. 17. 12 Angeli primo die creati intelliguntur. b Genes. 1. 3 c Cap. 40. 22 d de Elia 1. 1 e Gen. 3. 21 f 3. miscella. cap. 7 g lib. 5. h de cit. l. 5 i in epistolis. k l. vestis. D. de auro & argento lega. & l. argumento. Extensio per modum pellis facilitatem innuit. l ibidem l. vestis. m lib. 7. c. 15 n Satyr. 6 o Sepe. p 2. de re rust. & cap. 11. Duplex vestiũ genus. q 3. Georg. & 4. & 1. Æneid. & 8 r 2. Histor. f 6. de Bello Gallico. t in fabula Lybica. u l. 14. c. 29 & 16. 6. c. 8 x lib. 6. & 14 y in probl. z lib. 1. c. 20 a Odyss. 1. 4. 7 14. 17. 19. 20 b lib 6. in Gen. c. 3. 21 c in Prorheg. d Tuscul 1 e lib. 15 f epita. ad Nepotian. g 4. Reg. 1. 8. h Matt. 3. 4 i Hebr. 11 37 k Actor. 18. 3 l Lib. 19 m lib. 11 n lib. 12. epig. 29 Lintea materia sacerdotali vesti à Deo præscripta. o Exod. 28, 4 40 42. c. 29 6 8. c. 39. 8 Levit. 6. 10 c. 8. 7 13. c. 10 5. cap 13. 47 59. c. 16. 4 Ezech. 44. 17. 18 p 1. Reg. 2. 18 q 2. Reg 6 14 r 1 Reg. 22. 18 Jer. 13. 1 t Ezech 9 2 3. 11. 6. 10 2 6. 7 Dan. 10 5. cap. 12. 6. 7 t Apocal. 15. 8. 14 Allegoria. u Gen. 41. 42 x Prov. 31. 22 y Ezech. 16. 11 z 3. cap. 31. 15 a 1. Machab. 2 4. 43. Luc. 16 29 Ap. 18. 16 y Joan. 1. 5 z Phil. 2. 11 a Serm. 82 b Marc. 16. 5 c Mat. 13. 43 Quare Deus à profanis recte cognominetur.

g Ezech. 1. 4 h Baruc. 5. 9 Quare Deus nube candida & rubo ardẽte, &c. vestitus apparuit. i Matt. 17. 5 k Exod. 3. 2. l cap. 7. 9. m Matt. 17. 2 n psal. 103. 6. o 2. de actis cum Felice c. 7. & in ps. 118 concio 6. p ep. 5. quam item lege de divi nom. c. 7. de myst. theol. c. 12. 3. 4. q orat. ad 150. epiſt. & in apolog. & or. 42. Vestimenti utendi causa ornatus & pulchritudo. r Psal. 92. 1. ſ Apoc. 12. 1. t Virg. Æn 6 Cic. in pheno Arati Apul de mundo Arnob. 1. Tertull. hic à Brochio citatus tom. 4. 2 sive 2. de Pasch. x Psal. 92. 1. Eugubini error cœlum empyreum esse lucem increatam, Deo coæternam asserentis. y in cosmop. & tract. de naturis comparit. z 1. Tim. 6. 16 a Joan. 17. 1. 5 b Exod. 3. 2. c c. 34. 29. 30 d Matt. 17. 1 e homil. 2. hexa. Eugubini argumenta solvuntur. Theologorum de cœlo empyreo opinio. f 2. d. 2. Theol. 1. par. q. 66. art 3 g Ps. 112. 16. h Ps. 26. 13. Psal 141. 6. i Psal. 114. 9. k 2. Cor. 12. 12. l Apoc. 21. 16 m in 2. de lo. c. 5. 9. 1. n lot in Gen. o 1. P disp. 5. q. 1. punct. 1. p de opere sex dierum disp 3. Empyrei nomen ab igne deductum. q lib. 2. c. 6. Empyreum ἄναστρον dictum. r in heptaleo. c. 1. secund. expositionis. ſ cap. 1. 20. cap. 10. 1.

d 1. Tim. 6. 16 e cap. 43. 12 f 10. confess. c. 34. hom. 3. epist. ad Calosyrium c. 1

ex lumine, nec ex alio effectu potuit ipsis innotescere. Amus, perspicuè hoc evincunt. Qua in re minimè audiendi, qui id negant, Lactantius *y*, Ambrosius *z*, Justinus *a*, Basilius, *b*, Chrysostomus *c*, Theophylactus *d*, Theodoretus *e*, licet alibi *f* veram sequatur opinionem, Procopius *g*, Acacius *h*, Severianus *i*, Euthymius *K*, & alii, quod inter alias, ea ratio movit, quod aquas veras super cœlos esse credentes, ibi si globosum esset, non quadratum, considere posse non intelligeban, cum sponte delabatur præceps ad ima, & decurrat: & quia solidissimo corpori similis convenit figura. De hacq uæstione, licet parum necessariam judicent, Augustinus *l*, & Pelusiota *m*, præ aliis agit diligenter Ascanius Martinengus *n*. Lege quæ dixi ad Ecclesiastæ cap. 1. *o*. Præter id, quod nuper dicebam de usu vestium pellicearum, ex eadem materia castrensia fiebant tabernacula, seu tentoria, & papiliones. Unde apud historicos frequenter *sub pellibus esse*, idem valet, quod sub tentoriis militaribus, ut annotarunt Steuvechius *p*, Lipsius *q*, Turnebus *r*, Valtrinus *s* noster. Sic *arca Dei* dicebatur *posita in medio pellium* t, & nominantur *pelles Salomonis*, cum *tabernaculis Cedar* u, sive fuerunt novæ pelles ad contegendum tabernaculum, sive tentorium aliquod peculiare, sub quo, more Orientalium Regum, quandoque fervente Sole, in via habitaret; sive multiplex papilio militaris: & Esaias *x* præcipit *dilatari locum tentorii, & pelles tabernaculorum extendi*: & Jeremias *y* tabernaculis jungit pelles, cumque tentorii extensione, pellium erectionem; & Abacuc *z* meminit de *pellibus terræ Madian*, simul cum *tentoriis Æthiopiæ*, seu Arabum scenitarum, qui sic vocabantur, quod sub tentoriis, ac pellibus deberent vagi, errabundique, de quibus Ammianus *a*, Plinius *b*, Hieronymus *c*, Hilarius *d*, Procopius *e*, Suidas *f*, Philo *g*. Præter mysticam rationem ex Ambrosio prius allatam, cur cœlum cum pelle, idest codicis membrana comparetur, cui adjice quod in cœlo Deus tamquam aureis astrorum characteribus impressit notitiam sui, ita ut etiam idiota legere possit, ut ait Chrysost *h*, & Basilius *i*, item quod, ait Bernardus *K*, universam faciem terræ operiens in modum tentorii magni, Solis, Lunæ, atque Stellarum varietate tam spectabili humanos oblectat aspectus: aliam Gregor *l* dat, quare Scriptura possit vocari *cœlum sicut pellis extensum*, quia de illa nobis & Sol sapientiæ, & Luna scientiæ, & ex antiquis Patribus Stellæ exemplorum, & virtutum lucent: & *sicut pellis extenditur*, quia per scriptores suos carnis lingua formatam, ante oculos nostros, & per verba Doctorum exponendo displiçatur. Ex eodem *m* elicitur præterea, Rectores Ecclesiarum, qui cœli vocari solent, *sicut pellem extendi* super subditos, quum illos ab injuriis pluviarum, ventorum, pulveris, tentationum, & molestiarum, quas in se excipiunt, defendunt. Quamvis hac ex parte non *cœli*, sed *pellis* tantum similitudo iis conveniat. Eamdem illam similitudinem Scripturæ cum cœlo in pellis morem extenso cum Scriptura, prior August. hoc tradidit loco. Scriptura cœlum Patriarchis & Prophetis velut stellis splendere ait, atque radiare, ac his luminaribus librum generationis, quem Matthæus *n* conscripsit, esse depictum: ante Redemtoris mortem complicatum, & involutum librum, postea extensum sicut pellem, quia prædicatio cœli, verbique immortalis per mortales facta est, atque morituros; cujus rei symbolum pelliceæ tunicæ primorum parentum *o*: plusque tendi post mortem Prædicatorum, Prophetarum, & aliorum, quoniam innotuerunt magis eorum Scripturæ: tandem plicandum esse librum, quia Scripturæ cessabunt *p*, cum prædicatione. Idem fere sibi vult creditus Hieronymus hoc loco, dicens in modum libri cujusdam, sive voluminis, cœlum, vel extendi, vel plicari. Eumdem Augustinum console in Psalmum 9. Cassiodorus affert adhuc duas tropologias, ut cœlum extendi dicatur, quia publicanos & meretrices admittit; item quoniam sic justus per gratiam potest extendi, quemadmodum tensa pellis excrescere. Adderem, extensione mortificationem innui, quæ plicas, ac rugas imperfectionum explanat, & tollit, ut non solum sit *justus sine macula*, sed & quantum hujus vitæ conditio patitur, *sine ruga* q. *Quam pulchra tabernacula ista, & tentoria* r Ecclesiæ! *Extendit* Deus, & Christus *in eam calceamentum suum* s, immo & sui ad eam amplificandam discipuli pellem contulerunt, inprimis Bartholomæus, qui re ipsa quoque illam exuit. Felicius talibus pellibus Ecclesia, quam, taurino dissecto corio Carthago ædificata *t*, inde Byrsa etiam cognominata. Queri nunc

posset

Chrysostomus* quodam sermone ad populum, ex eo quod *extensum* dicatur *cœlum sicut pellis*, vel *testudo*, infert non moveri, sed stellas in eo infixas. Oppositа sententia meliorum Philosophorum, & Mathematicorum est, videlicet moveri, & circumduci ab orbibus suis; & quæ majoribus inhærent, velociores esse in motu. Legatur etiam Augustinus *a*. Ratio est, quoniam si moto astro per se, in immoto cœlo aliud succedit corpus, nunc rarescet cœlum, nunc in densitatem coibit; si non succedit, dabitur vacuum. Deinde constat stellas moveri simul ab Ortu ad Occasum, & ab hoc illum: ergo alter motus convenit ipsis ratione orbis alterius à suo, & sic omnes orbes erunt mobiles, non autem stellæ per se. Recitat Genebrardus post indicatam dictam Eugubini sententiam, tamquam R. Mosis *b*, & R. Elezer, Cabalicorum decem Sephiroth, sive numerationes, per quas Deus cuncta in mundo gerat, & administret, sintque velut ipsius vestimenta, quibus singula attribuant, ac perficiant nomina divina. Lege, si libet, quæ dixi ad Ecclesiastæ cap. 1. *c*. Minimè vero etiam consequens sit ex eo, quod cœlum simile dicitur pelli, ac tabernaculo, esse immobile, atque in eo stellas moveri tantum. Id quidem Chrysostomus *d* hinc intulit, & sensit *e*, sed repugnat communiori, atque veriori sententiæ. Lege Sixtum *f*.

Extendens cœlum sicut pellem.] Hieron., *cœlos* qua forma duali extat solum Hebraicè nomen שמים *sciamaim*. *Extendendi* verbum, & *pellis* nomen, per cœlum possunt innuere aerem, ac reliquum spatium inter cœlum & terram; quod multi putant dici Firmamentum, ut R. Kimhi hoc loco, & Eugubinus, qui Solis vi extensas aquas in aerem significari vult. Quidquid sit de vocabulo *Firmamenti*, verosimilius est, quod sentit Cajetanus, aliique, sumi hoc loco *cœlum* pro aliis cœlis ab empyreo distinctis, quod præcedente membro fuerit indicatum. Facilitatem operis comparatio ista importat, ut Græci observant, etsi absque comparatione longè facilius Deo fuit extendere cœlum, qui solo id verbo fecit, quam opilioni pellem extendere, ut notat Augustinus, & innuit Procopius *g*. Habent cœli rationem pellis, ut pro cortina, velo, tabernaculo, tentorio, papilione, scena accipitur, quem admodum nuper ex Esaia *h* notavi, apud quem pro eo, quod *cœlos* Deus *extendisse* dicitur, *sicut nihili*; Græcè habetur ὡς κεκμάρων *ut fornicem camerarumque*. Nec enim pellis extenditur in longum dumtaxat, sed in rotundum ut uter, vesica, follis. Deus ipse ait, quod *manus suæ tenderunt cœlos i*: & Job *K* quod *extendit Aquilonem super vacuum*; idest, vel spatium à terra in cœlum, vel cœlum ipsum, quod ad Aquilonem est remotius, magisque nobis absconditum; & quod *extendit cœlos solus* l, & Jeremias *m*, quod *prudentia sua extendit cœlos*: & Esaias *n* diu jam citatus, quod *expandit cœlos sicut tabernaculum, ad habitandum*. Eodem respicit Job *o*, scribens *cœlos velut ære fusos*, quasi per quamdam contusione facta expansionem. Huc pertinet quoque illud, *in Sole posuit tabernaculum*, idest, Soli posuit cœlum tabernaculum, ut etiam docet Justinus *p*, & nos eo loco. Ambrosius *q* docet, cœlum per modum tabernaculi, reliqua elementa, quæque in illis versantur, protegere, ac undique complecti: sed simul nimirum, *cœli* nomine comprehendens, quod antea empyreum nominari diximus, addit, *extensum*, vel *quasi pellem*, ad tabernacula, habitationesque Sanctorum, vel quasi librum, ut plurimorum scribantur nomina, qui Christi gratiam fide, & devotione meruerunt, quibus dicitur *r*, *gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo*. Esaias *s* extensionem libri, qui apud Hebræos olim erat longa membrana convoluta circa cylindrum, sive axem ligneum, (de quo Sixtus Senensis *t* notat expressisse orbes cœlestes, qui unum super alium, terram velut medium axem universi, circumplectuntur) usurpavit, & scripsit, quod *complicabuntur sicut liber cœli*. Quem imitatus Joannes *u* dixit, *& cœlum recessit sicut liber*. Neque officiunt hi loquendi modi orbiculari cœlorum figuræ, ut Augustinus *x* admonet; quia secundum eam partem, quæ supra nos est, habent similitudinem cameræ, sive secundum hemisphærium nostrum; ita ut ex parte, quæ infra terram est, sint etiam camera: & pellis potest distendi tùm in planum, tùm in orbem, ut in utre, pila, vesica. Demonstrant Physici, & Mathematici cœlos rotundos esse, quia nobilissima, & capacissima, & motui commodissima figura est, atque ad vacuum vitandum, ut antea dicebam, aptissima: postremo ipsimet motus, quos in illis cerni-

* *homil. 12 ad popul.* Probatur cœlum à suis orbibus circumduci, & moveri.

a 2. *de Gen. ad lit. cap. 10*

b 2. *ducto duobus cap. 27*

c *Vers. 15*

d *homil. 12. ad popul.*

e *homil. 6. & 13. in Genes.*

f 5. *de bibliothecis, cap. 3. & 14*

g *In Esa. 40*

h *Quomodo cœlum habeat rationem pellis.*

i *Cap. 40. 22*

j *Esa. 45. 12*

k *Cap. 26 7.*

l *Cap. 9. 8*

m *Cap. 10 12*

n *Cap. 40. 22*

o *Cap. 37. 17*

Psalm. 18. 6

p *Quæst. 63*

q *11 hexa. c. 6*

Ratio mystica cur cœlum cum pelle comparetur.

r *Luc. 10 20*

s *Cap. 34 4.*

t 2. *Bibl. tit. 1 ber in volumus.*

u *Apoc. 6. 14*

x 2. *de Genes. ad lit. cap. 9*

Quomodo demonstrêt Mathematici cœlos esse rotundos

y *Lib. 3. c. 23*

z *1. hexa. c. 6*

a *Quæst. 130 ad orthod.*

b *homil. 1. hexam.*

c *Homil. 14. & 27. in epist. ad Hebr.*

Ratio negantium cœlos esse rotundos.

d *in epist. ad Hebr. c. 8*

e *ibidem.*

f *Quæst. 20 in Genes.*

g *in Gen. c. 1*

h *in cat.*

i *ibidem.*

k *hoc loco*

Usus pellium ad tentoria confitienda, seu tabernacula frequens antiquum.

l 2. *de Genes. ad lit. cap. 9.*

m *li. 2 epist.* 273.

n *in Gen. c. 1. p. 607. & seq.*

o *vers. 5.*

p *in Veget. l. 1. cap. 3.*

q 5. *de militia Roma.*

r *lib 21. c 15.*

s 4. *de militia Rom. c. 2*

t 2. *Reg. 7 2. 1 par. 17. 1.*

u *Cant. 1. 4.*

x *Esa. 54. 2.*

y *Cap 4. 20. cap. 10. 20. cap 49. 19.*

z *cap. 3. 7.*

a *lib 14.*

b *libro 2. c. 8. & 29.*

c *in Esa. c. 21*

d *in Ps. 119.*

e *in Esa. c. 21 42. 61 63.*

f *verbo Cedar*

g *de sorti tu. & 1. de vita Moysis.*

h *homil. 9. ad popul.*

i *hom. 11. hex.*

K *serm. 27 in Cant.*

l *homil. 1. & 17 in Ezech.*

Alia ratio mystica cur cœlum possit vocari sicut pellis extensum.

m *25. moral. ca. 16. vel 21*

n *Cap. 1. 11.*

Pellicea tunicæ primorum parentum cujus rei symbolum.

o *Gen. 3. 21.*

p 1 *Cor. 13. 8*

Tropologiæ

q *Ephes. 5. 27*

r *Num. 24.*

s *Psal. 59. 10. Psal. 107. 10.*

Cartago unde Byrsa nomen traxerit.

t *Virg. l. 1. Æneid. Silius 1. Punic. Herodian. lib. 5.*

posset Deus *tabernaculum suum vastatum, omnes funiculos diruptos, non esse qui extendat ultra tentorium ipsius, & erigat pelle ejus* a. Duæ sunt adhuc Hugonis tropologiæ, quantum extendat homo suam pellem in pœnitentia, *castigando corpus*, quod Græcè est *lividum facere* ὑποπιάζειν) *& in servitutem redigendo* b: præterea regnum cœlorum extendi, ac exponi venale à Domino, sicut in foro suas pelles expandunt opiliones: illud emi pretio, quod quisque habet, aut pendere potest; denique tantum valere, quantum quisque valet, & est, ut si seipsum dederit, id assequatur. Quæ sententia familiaris Augustino est.

a Jer. 10. 20 Tropologiæ aliæ duæ.

b 1. Cor. 9. 27

Vers. 3.) Qui tegis aquis superiora ejus.

Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.

Sensus loci.

COntinentur hic tria membra: Primum est aut de divisione aquarum ab aquis, ita ut pars expansi cœli superior, seu Firmamenti, ut pro spatio à terra usq; ad cœlum sumitur, aquis tecta fuerit, ubi nubes, de qua membro secundo agitur, & aliæ impressiones gignantur aut de cœlo, quod sit supra stellarum, orbesque planetarum, quod aqueum, & crystallinum vocant ab similitudinem cum diaphanè tate, ac transparentia aquæ; sicut propter splendorem eximium, aliud omnino summum cœlum cognominatur empyreum, ut antea diximus. Secundum membrum est de singulari modo celeris ac benignæ providentiæ Dei, ut nube quasi quadriga vectus, circumferat imbres quocumque opus est, & alia præterea per eam opera mirifica edat, seseque in illa subinde gloriosè manifestet, aut hostes suos tamquam ex curru certans reat ac expugnet. Tertium pertinet adhuc ad incredibilem quamdam velocitatem, perinde ac si ventis ipsis alatus Deus, illico advolet quo libuerit, seseq; præsentem exhibeat, vel iisdem quoque ventis horribiliter adversarios suos concutiat, dejiciat, sternat, affligat: Quæ omnia mysticè, sicut alia declarantur, ut postea videbimus.

Qui tegis aquis superiora ejus.) Hieron. in editione Regia & Fabri; *qui tegit*: apud Trevetum, *qui texit*, in editione Victorii, *qui tegis*, & in omnibus pro *superiora*: sunt, *cœnacula*. In tertia item persona habent alia Latina Psalter. nec non Cassiod & Chrysologus *c*; qui cum Romano legunt, *qui tegit in aquis superiora eius*; quamvis mendosè putem apud Chrysologum scribi, *qui tingit*; Vetus, *qui protegit aquis*, &c. August. & Prosper in secunda persona, *qui protegis in aquis*, &c. Græca & Hebræa in isto & sequentibus versibus tribus videntur legenda in tertia persona, propter pronomina; & in quinto est verbum Hebræum tertiæ personæ. Hieron. ad Suniam & Frætelam *d* asserit in omnibus dictis versibus retinendam ubique personam secundam, præterea etiam adversum usque decimum quintum, cùm perpetua oratione ad Deum. Sic se quidem habet vulgata translatio nostra, quam non mirar ut minus exactam quod Agellius hoc loco facit, sed tueri debemus: quamvis non sit insolens, ut Jansenius notat, nonnihil quoque tacitè carpens Interpretem nostrum in psalmis præcipuè, mutatio, ut nunc ad Deum sermo fiat, nunc de Deo. In affixis Hebræis facilè fuit unum pro alio ponere, & servatis iisdem litteris pro verbo participium esse, ut in vers. 5. pro יסד *jadsad fundavit*, יסד *josod fundans* nempe, *fuisti*, vel *es*. Nec refert modo temporis præsentis verbum poni, modo præteriti, cum promiscue unum pro alio usurpari monuerimus valde sæpe. In *tegendi* verbo ut est Græcè, nempe στεγάζειν, inest notio fulcimenti, & quasi contignationis. Unde alii reddunt, *qui contignat*, vel *contabulat*: *qui ponit trabes cœnaculorum suorum in aquis*: *qui facit velut contignationem cœnaculi sui aquas*: *qui compingit, construit ædificat in aquis domicilium suum altum*: *qui contabulat in aquis fornices suos*: *qui præmunit contignationibus excelsa sua*, aut *ascensiones*, nempe vel *nubes*, aut *cœlum*, &c. Chaldaicè, *qui operit aquis velut contignatione trabium habitacula sua*. Vel in translatione Nebiensis, *qui struit veluti contignationem trabium in aquis*. Alibi e tribuitur nubi ratio vestimenti, sicut & caligini pannorum obvolventium. Tandem quæ Latinus Interpres dixit hic, *superiora*, Hieron. ut retuli exposuit, *cœnacula*. Græcè ὑπερῶα: qæ vox eodem pacto vertitur Latinè in actibus Apostolorum *f*, de qua ibi egimus. In vetere testamento, quæ idem noster interpres *cœnacula* transtulit, non semper eadem hac Græca dicuntur voce, sed nec Hebræa עליות *hhaliioth*, hujus loci à singulari עליה *hhaliiah* unde aulam, & αὐλὴν aliqui derivant: verum aliquando *g* κατώγεια διώροφα, *inferiora bicamerata*, חתתים שנים *thachthim scenim*, quo significat *deorsum*, *unum sub alio cœnaculum*, quæ Symmachus vocat δίστεγα, τριστεγα *binas & ternas contignationes*. In libro Judicum *h* addito *æstivi* epitheto, *cœnaculum* appellatur iisdem nominibus: quę sunt hic in psalmo, simul etiam extat aliud Hebræum חדר *chadar* quod est *cubiculum*, *adytum*, *penetrale*, *locus absconditus & secretus*. Prioris autem suppetunt alia plura exempla simul cum dicto Græco nomine *i*, & significant *locum supra ædes*; ut Livius *k*, de cœnaculo loquitur, apertum cęlo, ad puriorem auram ventumve captandum, æstate præsertim, & ad liberiorem, ac longiorem prospectum. Ergo figurate *superiora*, seu *cœnacula* dicuntur hoc loco in summa domus parte, hoc est, vel cęli stellati, de cœlo quod supra istud est, vocaturq; aqueum & crystallinum; vel de media regione aeris, ubi gignuntur pluviæ, nives, & similia, quibus temperatur Solis & ignium calor. Hoc secundum Diodorus Tharsensis mavult, quem citat Agellius; & ita sentiunt alii qui recentiores, ut etiam Pineda noster *l*, & favet Chrysologus *m*. Primum plures habet sectatores ex enarratoribus loci nostri. Verumtamen cęlum aqueum aut glaciale, seu crystallinum nonnulli *n* ajunt duplex esse, nonum nempè, ac decimum, & qui duo decimum numerant, addunt undecimum *o*; sicque recte appellari, quia quum nullæ in iis fulgeant stellæ, sed translucidi, tamen atque perspicui sint admodum, instar aquarum, & crystalli habent, ac perfrigerandi vim habere creduntur, non quia formaliter, sed quia virtualiter frigidi *p*. Franciscus autem Vallesius *q* diserte affirmat aqueum cęlum esse sedem beatorum, & aqua cęlesti longè ab elementari diversa constare. Justinus *r* ipsum cęli tergum existimat aquis tectum propter loci præsentis auctoritatem; cui adde *aquas super cęlos* nominatas in psalmo 148. *s* & in cantico trium puerorum *t*, præterea quas liber Geneseos *u* collocat super firmamentum: & ut mitigentur sydereri ardores: atque cęli tergum prematur deorsum ne ventis huc illuc agitetur. Adjiciunt alii, ut decidant inde imbres, ac olim largiores illi diluvium efficerent. Pererius noster *x* allatis pluribus aliis argumentis, & auctoribus pro illa sententia, eam demum refellens, decernit, & bene, veram, naturalemque aquam supra cœlum non esse, quoniam grave corpus nonnisi violenter, aut miraculosè ibi esset: non etiam verum est sydera esse calida; & ut verum esset, satius fuerat ab initio temperatum iis calorem communicari, quantum sufficiebat universi conservationis: ex illa quoque alteratione magna aliqua in astris immutatio evenisset, quæ nondum notata est; vel aquæ ipsæ contabuissent ardore syderum re agentium calefactæ: quod contra propositum finem fuisset, nec sine vacui existentia fieri potuisset: denique nec apparet supercęlestes aquas igneam sperare temperare, aut posse, quum adeo distent, aut debere, quum sit maximè subtilis materiæ, ac sufficienter à frigidissima regione aeris media refrigeretur. Acquiescit item illis Pererius, qui aquas super cœlos, & quæ tegant superiora, de veris quidem aquis interpretentur, sed accipiant, *cœlos* & *superiora* pro spatio aeris toto, quod & Firmamentum nominetur; ita ut super Firmamentum & cœlum aereum, Hebraicè numero plurali vocatos *cœlos*, existant in modum tecti, aquæ. Juvant hanc opinionem, mihi quoque probabiliorem, illi loquendi modi, quibus ad pluendum *cataractæ cęli apertæ* dicuntur *y*, prohibere pluvias Deus de cœlo *z*, *claudere cęlum ne pluat* a, rursus *aperire ne pluat* b, *dare multitudinem aquarum in cęlo* c, *æthera firmasse sursum*, (Hebraicè, Græcèque, *nubes*,) *& librasse fontes aquarum* d, nempe decidentium à nubibus. Delrius noster *e*, prolatis multis testimoniis, firmus hæret in opinione de veris super cœlos veros aquis, contendens numero multitudinis (Latinè videlicet, Græcèque, quia Hebræi nominis forma dualis est) non extare *cœlos* pro *aere*, eas autem sub empyreo cœlo constituit, supra totum cœlestium aliorum corporum globum: concedit natura sua corruptibiles aquas illas; numquam tamen corrumpendas; admittit vim supernaturalem iis impressã suspensionemque concursus divini, ne alteratio fiat, qua possent aquæ corrumpi: fatetur se nescire finem, quo ibi posi-

a Jer. 10. 20 Tropologiæ aliæ duæ.

b 1. Cor. 9. 27

c Serm. 101.

d Ep. 135.

Versio vulgata à nobis defendenda non carpenda.

e Job. 38. 9.

f c. 1. 13 Aula, & αὐλὴ unde deriventur.

g Gen. 6. 16

h Cap. 3. 20. 24. 25

i 2. Reg. 4. 37 l. 3. 17. 19. 23 l. 4. 4. 10. 11. cap. 23. 12

k lib. 39

l in Job 26. 7

m Serm. 101.

n Coimbrenses nostri indicant 2. de cęlo, c. 5. qu. 1. ult.

o Clavius in c. 1. Sphar. pag. 46

p Bonav. 2. d. 14.

q de sac. ph. cap. 11. Cælum crystallinum sedem beatorum esse quorumdã opinio est, autoritates & congruentiæ, quibus adducti quidam veras aquas super cælos esse existimant.

r q. 93. ad. 6. Rhod.

s v. 4

t Dan. 3. 60

u Cap. 1. 7

x lib. 1. in Gen. circa opus secundæ diei, & in Dan. c 3

Pererius cœlos pro spatio aeris accipiens, veras aquas super cælos esse asserit.

y Gen. 7. 11 cap. 8. 2. Mal. 3. 10.

z 3. Reg. 17. 1

a Deut. 11. 17 2. Para. 7. 13

b Ibid.

c Jer. 10. 13. c. 51. 16.

d Pro. 8. 18

e in Gen. c. 1 vers 7. Quanti faciendæ Scripturæ autoritas.

positæ fine: postremo majorem esse Scripturæ autoritatem, quam omnis humani ingenii capacitatem, ut de eadem sententia loquens scribit Augustinus. *a* Verum quæ ille pro incommodis non ducit, merito alii pro talibus habere se putant *cælos*: pluraliter de aere dici non unus Scripturæ docet locus *b*. Augustinus varie *locis* variis *c* agitans eamdem istam quæstionem, concedit, mentionem faciens de hac, quam sequimur, opinione, esse diligentiam, considerationemq; laude dignissimam; neque enim contra fidem esse, & in promtu posito documento credi posse *d*. Mystice *tegere* Deum *aquis superiora*, inquit Hugo, est profunda, & alta Sacramenta superficie corticeq; litteræ tegere: aut duo præcepta charitatis, cujus *viam excellentiorem* Paulus *e* vocat *in aquis*, hoc est, in insipiditate ceremoniarum, & legalium observationum: vel nec videri, nec haberi superiora sine aquis tribulationum. Gregorius *f* *aquas super cælos* ait esse Angelos; *cælum*, Scripturam; *superiora*, ejusdem mysteria: hujus cœli superiora Dominum aquis tegere, quia alta sacri eloquii, quæ nimirum de natura divinitatis, vel de æternis gaudiis narrat, nobis adhuc nescientibus, solis Angelis in secreto sunt cognita: nobis tamen idem cœlum, ut alio prius versu dictum est, extendi, dum quædam jam per apertionem spiritus patent. *Tegit* præterea Deus, ut quidem alii tropologicè philosophantur, *superiora aquis*, & ab his *super cœlos aquis* laudatur; quando justi, qui quum cælo comparatur, mens, caput, oculi, lacrymis operiuntur, hisque justitia, & bonitas Dei celebratur. August. & alii hoc loco docent, superiora Scripturæ tegi charitate, cujus præcepto nihil eminentius, & quæ in omni Scriptura maximè sublimem locum obtinet; ac omnes ei subditur libri, militant omnes Sanctorum linguæ omnis motus dispensatorum Dei, & animæ, & corporis. Quo spectat quod Hebraicè *vexillum super nos*, dicitur *charitas*, ubi legimus Deum *jam ordinasse in nobis* g, cuncta siquidem præcepta illam sequuntur. Nazianzenus *h* considerans cur in cœnaculo sit Spiritus sanctus datus *i*, & institutum Eucharistiæ Sacramentum k, ait, ut significaretur ascensio, atque subvectio à terra; & quod partim ad nos Deus ascendit, partim nos ad illum subvehimur: cœnacula vero quædam divinis aquis, à quibus divinæ quoque laudes celebrentur *l* tegi. Quo loco scholiastes Nicetas scribit, homines sublimi, & excelsa mente præditos per *cœnacula* designari, *aquas eos tegentes* esse Angelicas potestates, per quas Deus quoque laudibus celebratur. Arnobius exemplo pellis, de qua prius, & super quam, dum extenditur, aqua aspergitur, docet, ut usque ad peccatores cœlorum regnum extenderetur, illos aqua Baptismi tegi debuisse.

Qui ponis nubem ascensum tuum) Cyprianus, vel Ruffinus in Symbolum, *qui ædificat in cœlo ascensum suum*. Hieronym. tertia persona, sicut monui prius etiam de aliis, *qui ponit nubes currum suum*. Quamvis vetus Psalterium, & Augustinus habeant *ejus*: est enim *αὐτοῦ* ambiguum. *Currum* valet רכבו *rechuo*, cum affixo, Chaldaicè, *qui ponit in nubibus levissimis vehiculum suum*. Sed aliter in Nebiensis textu, nectendo prioribus & sequentibus, *qui struit veluti contignationem trabium in aquis, quæ sitæ sunt super nubes leves, tamquam alæ aquilarum*. *Nubes* Deo pro curru Scripturam assignare vidimus non raro, & in ea crebo apparuisse, Christum in illa quoque constat ascendisse; quomodo Chrysostomus alibi *m* præsentem locum intellexit, & Rabini apud Galatinum *n*, & Gregorius *o*, & Cyprianus, aut Ruffinus in Symbolum, vocem de eadem eidem à Patre prolatam, venturum in ipsa ad judicium, nosque illi obviam. Dominus *ascendisse* describitur *super nubem levem* p: & *ascensurus quasi nubes*, & *quasi tempestas currus ejus* q. Tale quid profani de Jove.

Tugravi curru quaties Olympum.

Et, ----- *namque Diespiter*
Igni corusco nubila dividens,
Plerumque per purum sonantes
Egit equos, celerumque currum.

Denique missis aliis,

t *Quatuor hìc invectus equis, & lampada quassans.* Has ipsas nubes Abacuc *u* intellexit per quadrigas, nimirum ventis huc illuc tamquam ejus alatis tracta. Athanasius vero, quem citat Agellius itemque Chrysostomus hoc loco observant innui, quod ad ipsas usque nubes providentia Dei se extendit. Augustinus, & alii mystico sensu Prædicatores *nubes* vocant, quod & alibi pluribus verbis demonstravimus, hicque repetit Hugo, propter velocitatem, fœcundationem, irrigationem, tonitrua, coruscationes, suspensionem in aere, agitationem à ventis, & circumductionem, &c. Adjice lenitatem, & quamdam quasi immaterialitatem, quodque illis resisti non possit.

Qui ambulas super pennas ventorum.) Chaldaicè, *qui ob ambulat super nubes veloces instar alarum aquilæ*. Pertinet hoc eodem fere, quod præcedens membrum nempè ad velocitatem Dei designandam in operibus, ac providentia sua quasi pedibus circumpositas, non ut Mercurius fingitur, seu talaribus alas, sed pro alis ventos habeat, sicut *ambulare super manus* x, *περιπατεῖσθαι ἐπὶ χειρῶν*, vel *super ventrem*, *ἐπὶ κοιλίας*, quod iis modis repiat, dicitur. Potest simul etiam eadem velox Dei ambulatio concipi, quasi Deus super id, quod inventis levissimum est, cujusmodi essent alæ, si eas haberent, ambulet. Postremo denotare potest summam potentiam, sicut cum Christus (de cujus item ascensione hoc idem sumitur mystice, quemadmodum præcedens membrum) *super aquas ambulavit* y. Ob agilitatem Isidorus z scribit pictorum licentia pennas Angelis datas, sicut, inquit, & juxta fabulas Poetarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem. Quod hujus quoque loci confirmat testimonio. Relege dicta psalmo 17. *a*, *volavit super pennas ventorum*. Attribuunt alas Poetæ rei cuivis celeri etiam inanimatæ, non tantum aquis & animalibus aliis. Unde ille ortum Solis celerem ostendens cecinit *b*,

Α᾽μ᾽ ἠλίῳ πτέρυγι δοῦν.
Unam cum solis ala celeri,

& alius de fumo

c *Volat vapor ater ad auras;*

atque de fulmine,

d *Et ventis, & fulminis ocyor alis.*

postremo,

-----*Celsa sedet Æolus arce,*

Christus asina, & pullo opus se habere dixit *f*, non propter se, sed propter nos, ut se Dominum omnis creaturæ demonstraret, aliisque de caussis. Nam super aquas, ut dixi, ambulaverat *g*. & ocyus ventis, & ventorum alis ambulare poterat. Id Hier. *h* de DEO docet, quoties ei currus attribuitur, aut quid tale. Prædicatio, & verbum Christi currit, ut ait Paulus *i*, & velociter quidem, ut noster David K, *attingens à fine usque ad finem* l, ut Prosp. notat. Præterea idem, & alii cum Aug. animas (quas aliqui velut *ἀνέμους* dictas asserunt propter invisibilitatem, non quod sint ejusdem substantiæ, ut Prosper monet (ventos vocant; pennas duo charitatis præcepta, quibus ad Deum tenduntur: sed quia major, & sublimior est Dei charitas, qua dilexit nos, dici *ambulare super has pennas*; qui & nostram ipse effudit nobis *m*. In ascensione item sua Christus censeri potest *super pennas ventorum ambulasse*, quoniam transgressus est omnes choros Angelorum, qui versu sequenti vocantur *spiritus*, hoc est, *venti*. Hoc modo *fecisse* judicatur *ventis pondus* n, quia sicut loci, ita meritorum sublimitate transgressus est, tum animas, ut ait Gregorius *o*, tum etiam Angelos, ac utrosque, ut interpretari licet, veluti deprimit, ac infra se quasi sub pondere relinquit. Ambrosius *p*, tractans quo pacto Christum diabolus *statuerit supra pinnaculum templi* q, recte ait ibi stetisse Christum, quia de illo scriptum sit, *qui ambulat super pennas ventorum*: super pennas enim ventorum quodammodo ambulare, quum super morum nostrorum alacri conversatione, volatu incedit; pennas namque nobis esse bonos mores, qui nos allevatos à terræ humilibus, in cœli altiora sustollunt, & volatu quodam mentis de tartari tenebris educunt, & ad paradisi amœna perducunt; horum pennas habere Prophetam nostrum desiderantem, dixisse *r*, *quis dabit mihi pennas columbæ, & volabo, & requiescam?* super hanc pinnam templi Salvatorem stare, quasi in quodam fidei nostræ quoniam sumus templum Dei, & *Spiritus Dei habitat in bonis* s. Hugo præter illum sensum de Christo transiliente cunctos meritis virtutum, addit *ambulare per pennas ventorum*, quæ sunt molles, ideſt, super animas pias, misericordes, suaves, benignas: aliquas plumbeas esse, quæ *descendunt in profundum maris* t, hoc est, æternæ amaritudinis, & in puncto ad inferna descendunt *u*.

Vers. 4.

a 2. *de Gen. ad lit. c. 19 & lit. c. 5.*

b 2. *Reg.* 22 22. *Es* 45. 8 *Jer.* 14. 22 & *hoc loco*, & 2. *de Gen. ad lit. c. 4. & 5 & 11. de civ. & ad Gen. imp. c. 8 l. 65 q. 27. 13 Con. cap. 22 c*

c 2. *de Gen. ad lit. c. 4. & 1 Cor. 12. 31*

d *hom. 9 & 17. in Ezec.*

Tropologiæ

e *cant. 2. 4*

f *Orat 44. in pentec.*

g *Act. 1. 13.*

h *ep 2. 1*

i *Luc. 22. 12*

Cur in cœnaculo institutum Eucharist. Sacramentum & Spiritus sanctus datus.

k *Ps. 148. 96*

l *Sap. 8. 1*

m *hom. 20 in Actus Apostolorum.*

n *lib. 8 c. 23*

o *hom 8. in Exech.*

p *Esa. 19 1*

q *Jer. 4*

r *Hor. lib. 1 ode 12.*

s *Ode 34.*

t *Vir. Aen. 6.*

u *Cap. 3. 8.*

Nubes Prædicatores mystice designant.

Lev. 11 27

Cur angelis alæ dentur. y *Matth. 14. 29.*

z 7. *etym. cap. 3*

a *Vers.* 11

b Eurip. in Ione.

c *Virg.*

d *Vir. 5. En.*

e *Virg.*

f *Mat. 21. 2*

g *cap. 14. 29*

h *in Esa. 67*

i 3. *Thess 3. 1*

k *Ps. 47. 15*

l *Sap. 8. 1*

Anima unde dicta secundum quosdam.

m *Rom. 5. 3*

n *Job 28. 25*

o 19. *Mo. c. 4*

p *Ser 30. ed. Rom. de Christi tent.*

q *Mat. 4 6*

r *Ps. 54. 7*

s 1 *Cor. 3. 6*

t *Exod. 15. 9 Job. 6 13*

Vers. 4.) Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.

Sensus loci.

ALiud opus Dei omnipotentis, ut spiritibus prout flatus ac ventos significant, utatur tamquam nuntiis & ministris, similiter igne fulminum, aliarum ignearum impressionum. Nam ventorum ministerio viam Hebræis
a Exo. 14. 21 b Gen. 19. 24 in mari rubro stravit Deus *a*; immissis simul fulgoribus, atque fulminibus: & jam pridem antea consumpserat Sodomitas igne cœlesti *b*: deniq; *ignis, grando, nix, glacies,*
c Ps. 148. 8 d Ps. 77. 49 *spiritus procellarum faciunt verbum Dei* c, & nix immissiones per angelos malos vidimus in alio psalmo *d*, de hujusmodi rebus inanimatis, quibus ad puniendum Deus est usus, à nonnullis intelligi. Hunc sensum tradunt passim Hebræi, & ex Catholicis præsertim recentioribus non pauci. Meminit ex paullo antiquioribus Trevetus, confirmans dictis scripturarum exemplis, & aliis, in quibus est, adhibitos à Deo sæpe ventos & ignes ad varias visiones, & opera. Ceteri tum Græci, tum Latini explicant de Angelicis substantiis, idque vel ita, ut dicatur Deus fe-B cisse substantias istas ad exequenda mandata sua tam celeres quam sunt venti, & *ministros suos*, qui sunt illæ eædem substantiæ Angelicæ, adeo validos, efficaces, ferventes, sive ardentes, quam est ignis accensus: vel ut Angelicas easdem substantias intelligatur fecisse non corporeas, sed spirituales; & *ministros suos*, qui sunt iidem Angeli, *ignem urentem*, hoc est, igneæ potentiæ, virtutis, efficacitatis, energiæ. Quidam tamen speciatim Seraphinos ab ignis ardore sic dictos, per ardentem ignem designari volunt. Quo pacto confirmaretur prius probata sententia, quod omnes ordines Angelorum mittantur ad ministeria saltem aliquando, etiam primi. Expositionem porro de substantiis Angelicis non liceret rejicere, quum afferatur à Paulo disputante adversus He-
e Hebr. 1. 7. bræos *e*; nec debuit Jansenius docere in alio sensu acceptum ab eodem Apostolo hunc locum, quam ferat Hebræus textus, quem interpretatur primo modo, quia nullas vires habuisset Pauli argumentum, juxta explanationem Hebræo textui repugnantem. Postremo Hebraicæ linguæ periti de recentioribus Eugubinus, Flaminius, Genebrard. Titelm. Varlenius, & Cajetanus, qui consultore, ac doctore Hebræo usus est, eumdem secuti sunt sensum: præterea hi, qui epistolam ad Hebræos explanant; ex quibus Ribera noster accuratius id exequitur. Gallus item Poeta perelegans sic transtulit.

In fait des purs esprits ses messagers volans
Ses ministres communs ce sont foudres brulans.

Nihil etiam est in verbis Hebræis, quod non commode patiatur hunc sensum, ut postea ostendetur. Paraphrastes Chaldæus planè favet, dum explicat, *qui facit nuntios suos veloces sicut spiritus, ministros suos fortes sicut ignis flammicans*. Ex duobus porro modis sententiæ secundæ de Angelis, videtur magis consentaneus textui Græco prior; nempè quod fecerit Angelos suos sicut ventos, & ministros sicut ignem; ita ut locum subjecti habeant *Angeli*, ut indicat articulus ante nomen *Angelorum* & *ministrorum* ὁ ποιῶν τὰς ἀγγέλους αὐτῦ πνεύματα, καὶ τὰς λειτουργὰς αὐτῦ πυρὸς φλόγα. Traditur hic modus ab enarratoribus
f Dial. 2 g lib. 2. c. 3 Græcis, nec non à Cæsario Nazianzeni fratre *f*, & à Damasceno *g*, & ex Latinis ab Arnob. & eo, quem vocant Hieron. & à Thoma Aquinate in cap. 1. epistolæ
h 11. Mor. cap. 3 i Hom. 34 in Evang. ad Hebræos, & à Gregorio *h*. Alius est Latinorum ceterorum expositorum, atque etiam Gregorii *i*, videlicet, ut DEUS eos, qui natura sunt spiritus, sive spirituales, ac immateriales, fecerit Angelos suos, hoc est, nuntios; utique nomen *spirituum*, sit nomen naturæ; *Angelorum* vero nomen, sit nomen officii; quod clare præ-
k 5. de Trin. l 1. de Spir. Sa. c. 4. & 7. m 15. de Civ. cap. 23. terea docet Hilarius *k*. Idem innuit Ambrosius *l*, & rursum alibi Augustinus *m*, ad hunc modum declarat, *qui facit Angelos suos spiritus*, ideſt, eos, qui natura spiritus sunt, facit esse Angelos suos, injungendo eis officium nuntiandi. Qui enim Græcè dicitur ἄγγελος, quod nomen Latina declinatione *Angelus* perhibetur, Latina lingua *nuntius* interpretatur. Ubi tamen scholiastes Vi-
Error vivis angelos corporeos esse asserentis n De Spiritu sancto, Observatio Cyrilli Alexandrini. ves ex Augustini contendit sententia corporeos Angelos esse. Quidquid de hoc nunc sit, oppositum potius colligitur ex nomine *spirituum*, sumto pro spiritalibus substantiis, & in eadem modo dicta sententia videtur Dydimus *n* esse, sic etiam intelligens, quod *spiritus rapuit Philippum* o, ideſt Angelus: item Cyrillus Jerosolymitan. *p* afferens varias acceptiones vocabuli *spiritus*, πνεύματος o præterea Cæsarius frater Nazianzeni *q*. Illud porro sequitur, quod Cyrill. Alexandr. *r* notat Angelos esse factos, sive creatos, quia vocantur hìc Dei ministri. Sed nego Chrysost. *s*, nullibi Angelos appellatos *filios Dei*; & hominibus dumtaxat tam suave, ac honorificum nomen communicatum. Oppositum alibi ostendi & patet ex cap. 1. Job *t*. Elias Nazianzeni scholiastes *u* infert, Angelis esse corpora subtiliora, ita ut dicantur tantum corporis experles, ratione nostri, cum re ipsa solus Deus materiæ, corporisque sit expers. Nazianzenus diserte satis indicat prorsus esse incorporeos, quem Elias non bene in aliam partem interpretatur. Quamquam ille idem Pater sub disjunctione dicat vel corporis expertem Angelorum naturam esse, vel à tali natura quam proximè abesse: & non paucorum Patrum Græcorum, Latinorumque ea fuerit opinio, quos Vasquez *x* noster enumerat, prudenter monens nunc ut nimirum absque temeritate defendi non posse. Ex hoc nostro loco nihil pro exacta immaterialitate Angelorum efficitur, sequendo expositionem, quod *Angelos Deus fecerit spiritus*, ideſt, spiritibus, ut pro ventis accipiuntur, similes. Immo potius argumentari videntur Clemens Alexandrinus *y*, ac Tertullianus *z*, & in Concilio Nicæno *a* II. Joannes Thessalonicensis, inde probans Angelos posse pingi; & Claudius Mamertus, seu Mamercus *b*, negans allegoricè accipiendum, quod hìc dicitur, seu figurate, corporeo esse quasi ignitos, & ut dicam, ventosos. Sed ratio comparationis cum dictis corporibus est, ut prædixi, & patres docent præcipuè Nazianzenus, & Damascenus, ob Angelorum agilitatem, ignitionem, fervorem, penetrabilitatem, acumen circa divinum desiderium, atque ministeriorum, & ipsorum sursum ferentem, ab omni materiali intelligentia liberam puritatem & vim, potentiam efficaciam, energiam, tum in aliis, tum in purgando, ac puniendo. Præ ceteris Dionysius *c* optimè persequitur hanc omnem analogiam. Præter Angelicam custodiam, & ministerium, quod communiter hìc observatur ab expositoribus, & à Bernardo *d*, aliisque, tropologiam Augustquum ceteris fere Latinis elicit, & cum Gregor. *e*, de Prædicatoribus, quos Deus faciat spirituales, spirituque ferventes. Talem idem August. maximè Paulum fuisse ait, & Chrysostomus *f*, effusus laudator ejus.

Qui facis Angelos tuos spiritus.) Non debeo repetere alios, ut præcedentia, legere in tertia persona, *qui facit*, &c. Prius quoque retuli paraphrasin Chaldæam, *qui facit nuntios suos veloces sicut spiritus*; ubi suppleta est particula comparationis, quæ solet subintelligi aliis in locis, ut Ribera *g* noster demonstrat. Præterea memini antea duplicis expositionis de Angelicis substantiis, vel *factas*, dictam particulam supplendo, *similes spiritibus*, ideſt, ventis, vel non supplendo, *factas spiritus*, ideſt, substantias spirituales, ac immateriales. Tandem non esse recipiendam expositionem, quod facti sint Angeli veluti aereo, igneove corpore prædìti. Pro verbo *facis*, præsentis temporis, participia sunt, Hebræum עשׂה *hhoseh*, & Græcum ὁ ποιῶν, in quibus potest substantivum cujusvis temporis suppleri. Nazianzenus *h*, & Nicetas *i* Choniata in participio præsentis temporis considerant conservationem, secundum eamdem rationem, qua conditi fuerunt. Athanasius *k* ait præsens poni pro præterito, & hunc esse morem Scripturæ, atque ita sequenti versu in præsenti tempore legi, *qui fundas terram*, &c. Vim etiam facit *l* in verbo *faciendi*, & ποιεῖν, quod non genuisse Deus dicatur Angelos, sed fecisse. In epistola ad Hebræos *m* citatur hic locus isto modo, & ad Angelos quidem dicit, *qui facit Angelos suos spiritus*. Quod habetur, *ad Angelos dicit*, nempe Deus per Scripturam, sensus est, circa Angelos, in Angelos, quod attinet ad Angelos, cùm de Angelis loquitur, &c. hoc enim modo solet usurpari propositio πρὸς, quemadmodum etiam ibi *n*, *neque enim loquuti estis ad me recta*, ideſt, de me. Mutatio illa personarum quandoque fit, dum scitantur testimonia, sine jactura sententiæ. Sic exempli causa; quod apud Esaiam *o* est, *excæca cor populi hujus*, &c. citatur apud Joannem *p*: iterum dixit Esaias, *excæcavit oculos eorum*; & quod idem Propheta *q* habet, *audite audientes*, &c. Matthæus *r*, & Lucas *s* referunt, *auditu audietis*, &c. item quod legimus in eodem Prophe-
t, *vocabunt nomen ejus Emanuel*, haberur in Matthæo *u*, *vocabitur*: & illic LXX. vertunt καλέσεις, *vocabis*:

o Act. 8. 39 p Catech. 16 q Dial. 1. r 2. con. Jul. s Hom. 22 in Genes. t Vers. 6 u Elias Nazianz. scholiastes reprehenditur. u in Orat. 2 de Theolog. x 2 p. d. 178 y 5. Str. c. 9 z 3. Contra Marcion c. 9. a Actor. 5. b 2. de stat. anima. c Celest. hierarc. c. 13. 15 Tropologia. d Ser. 12. in Ps. 90. e 11. Mor. c. 3 f Hom. 1 de Iland. Paul. g In Ep. ad Hebr. c. 1. n. 71. h Orat 2. de Theod. & Orat. 2. de Filio. i 5. Thesaur. cap. 64. k Dial. 6. de Trin. & 2 i Ep. de Syn. Arim. & Seleu: m Cap. 17 n Job. 42. 8. o Cap 6. 10. p c. 12. 40. q Ib. v. 9. r c. 13. 14. s Act. ul. 26 t c. 7. 14 u c. 1. 23.

Vers. 28 Apostoli, & Evangel. in citandis locis veteris Testamenti sensu explicato, ordinem sæpe commutarunt.

cabis: postremo iterum in epistola ad Hebræos citat Paulus, *adorent eum omnes Angeli*; quod in psalmo 96. *a*, *adorate*, &c. Hieron. *b* universè admonet, Apostolos & Evangelistas, in recitandis locis Veteris Testamenti, memoriæ credidisse, & tantum sensu explicato, sæpe ordinem commutavisse, nonnumquam vel detraxisse verba vel addidisse. Admonet præterea Suniam & Fretelam *c*, meliorem esse hanc nostram lectionem in secunda persona, sicut & in sequentibus aliis membris. In Syro textu epistolæ ad Hebræos *d* extat, *de Angelis autem sic dicit, qui facit Angelos suos spiritus*; ubi singulari numero positum nomen *spiritus* indicat omnino Angelos habere se ut subjectum, nec sensum illum consistere, quem primo loco retulimus, quod ventos Deus effecerit Angelos, hoc est, nuncios, veredarios, cursores suos; sed quod Angelicas substantias condiderit spirituales & immateriales. Ceterum facilè cuivis erit ventorum consideranti naturam & proprietates, ad Angelos transferre, quod generatim tantum antea fecimus cum Patribus, juxta illum dicendi modum, quo locus hic exponitur secundum comparationem Angelicarum substantiarum cum spiritibus, ut ventos significant, Angeli ad nos descendunt, & hinc ascendunt ad Deum; deferunt ad nos Dei mandata, & nostra ad eumdem vota referunt; *spirant ubi volunt*, & quo eos advolare vult Deus & *nescis unde veniant, aut quo vadant*: Excitant, concutiunt vivificant, vehunt, refrigerant: denique varios effectus operantur longè plures, & admirabiliores, quam omnis vis, ac varietas ventorum. Videntur Patres, & nominatim is etiam, qui habetur Hieronym. in hoc membros spectare angelos, ut nobis sunt auctores rerum bonarum: & quod ait ultimus auctor, ut inspirant voluntatem Dei, quasi propterea spiritus vocentur: ita ut sequens similitudo innuat potius punitionem. Probabile, nec tamen necessarium discrimen. Ut vero prius *pennæ ventorum* dictæ sunt, sic nunc ventis angeli similes dicuntur, obque velocitatem alatos exhibere solemus, ut alibi notatum est cum Areopagita *e*. Alias quoque dictum de varia notione spiritus; non videtur autem absolutè verum quum ponitur absolutè, pro *Spiritu sancto* sumi, licet id Hieron. *f* ac Augustinus *g* doceant. Lege Salmeronem nostrum *h*.

a Psal. 96. 7.
b lib. 1. in Epist. ad Gal. in fine & lib. de opt. gen. interpr.
c Ep. 135
d Cap. 1. 6
e Psal. 135
f in Mic. c. 2
g 2 ad Simplic. qu. 1.
h Tom. 1. prolog. quinq. 3 quæst. 30.

Et ministros tuos ignem urentem. In Psalterio vetere apudque Augustinum & Prosperum, *flagrantem*: Græcè πυρὸς φλόγα *ignis flammam*: & in epistola ad Hebræos *i* etiam Latinè legimus *flammam ignis*. In codicibus emendatis πῦρ φλέγον *ignem urentem*, seu *lucentem*, *splendentem*, *fulgurantem*, *micantem*, *flammantem*, *ardentem*, *incendentem*, *flagrantem* אש להט *esch lohet*: Aquila πυρ λαβρὸν *ignem vehementem*, *impetuosum*, *voracem*: Symmachus πυρίνην φλόγα *igneam flammam* quod Apollinarius φλογίρον πῦρ *fervidum ignem*. Sic de animi præsentia, & celeritate, deque inflammata juvenum voluntate cecinit ille *k*,

i cap. 1. 7.
k Virgil.

------ *manus juvenum emicat ardens*.

Quocirca quamvis non propriè urant Angeli, non idcirco melius *ignem flammantem* dixisset Interpres, quam *urentem*, ut Eugubinus tamen voluit. Etiam Tertull. *l* *flagrantem* dixit, & pro *ministris* apparitores. Denotatur tot translationibus potentes esse Angelos ad quidvis faciendum, & ad inimicos Dei disperdendum, & ad omnia impedimenta dimovenda, quominus libere valeant operari, nec magis profectò convenit propriè *flammandi* verbum ipsis, quam *urendi*. Supremus ordo Angelorum Seraphim ab igne, ardoreque amoris divini nomen accepisse dicitur, est namque שרף *sciaraph incendere*. Tamen ignis proprietates, quas plus minus triginta sex Dionysius *m* deprehensas de Deo demonstrat, quadam etiam proportione cunctis Angelis convenire possunt. Illam de devastando, ac puniendo tradunt Basil. Theodor. Chrysostomus *n*, Clemens Alexandr. *o* confirmans ex Platonis *p* doctrina de ignitis viris, qui torqueant in inferno. Hieron. *q* vero, aliusque quem appellant Hieronym. de consumtione peccatorum. Nazianzenus *r*, Procopius *s* de purgatione: qualem Esaias *t* expertus est. Hoc Augustin. Prosper, aliique transferunt ad Prædicatores, qui videl. celeres nuncii Dei, ac veritatis tamquam venti spiritu ferventes accendant eos, quos exhortatur, duplicemque habentes efficaciam; & illustrent animas, & adurant, ac eadem vi & ardorem virtutis injiciant, & peccatorum spinas, tribulosque

l 3. contr. Marc. c. 9.

Notio nominis Seraphim Ignis proprietates angelis propositione quadam convenire possunt.

m Cel. hier. cap. 15.
n Hil. & hodè asceus. 10. 1
o 5. strom. c. 6
p vi. de rep.
q in Ezech. c. 28. 5.
r Orat. 2. de filio.
s in esa. c. 6
t Cap. 6. 7

Consumant. *Ignem venit mittere* Christus *u* & *baptizare in igne* x, & *eloquente ardens erat audientium cor* y: & Spiritus sancti adventum, præsentiamque *spiritus vehementis*, ideſt, venti præsentia, *igneisque* linguis voluit designari z, quemadmodum olim populi dux Hebræi duplex columna erat nubis, igniſque: & ipsemet *Deus ignis consumens est* a. Lege Macarium *b* de vi, & efficacia ignis. Jeremias *c* refert dictum sibi: *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in lingua*. Ingeniosè quidam *d* observavit, quod propterea *invaluisse* dicitur *ad Angelum* Jacob, *flendo* e, quia lacrymis, ignis extinguitur, & Deus ipse, qui ut modo dixi, vocatur *ignis* iisdem placatur: ideo reprehensos Athen. ignoto Deo *f* sacrificantes, lacrymas offerendo, quia valent hæ dumtaxat ad verbum placandum Deum: jussum Davidem adoriri Philisthæos *ex adversoflentium*, (quo pacto legunt Hebræi, teste Hieron. *g*, ubi nos *pyrorum*) quoniam ibi illius gentis sacerdotes lacrymis flectere falsos Deos suos, indigne verus tulit Deus *h*. Pactum inter Jonathan, & Davidem firmatum esse fusis lacrymis; quas in digressu intra vasa conditas in terram defoderunt, ut prodit Philo aliusve auctor antiquitatum Biblicarum; lacrymas verò illas nominari potuisse sanguinem album: cum Persæ, ac alia gentes vero cruore fœdera quondam sancirent. Prosper eamdem porro analogiam cum igne, sicut Angeli censentur veluti currus; & quadrigæ Dei sub *nubium* voce, aut *ventorum*, ut antea vidimus: ita iidem possunt intelligi per *ferculum*, *ascensumque eius purpureum*, Salomonis *i*, per *equos igneos* Eliæ *k*, per *carbones ignis ardentes ac lampades, lapidesque ignitos* apud Ezech. *l*: nec inepta prorsus traditio, cujus Pineda *m* quoque noster meminit, de vocabulo *purpuræ* Hebræo ארגמן *argaman*, ut radicales ejus litteræ quatuor posteriores innuant ceu rotas totidem Angelorum ר *Raphaelis*, ג, *Gabrielis*, מ, *Michaelis*, ן, *Nurielis*, qui est idem cum *Uriele*, significat ultimus *lumen*, vel *ignem Dei*: alii *medicinam Dei*, *fortitudinem Dei*, & *quis ut Deus?* ita ut *Michael* respondeat justitiæ sponsi Christi Dei homines; *Gabriel* terrificæ, ac potenti dexteræ illius; *Raphael* mansuetudini, clementiæque: *Uriel* veritati ac doctrinæ: de quibus in psalmo 44 *n*, sed vocem illam alii peregrinam asserunt, & qualis sit non est ei exotica prima littera, sed propria, & ad radicem, ut grammaticè loquar, pertinens.

u Luc. 12. 49
x 1 Cor. 10. 4
y Cap. ult. 32
z Act. 2. 3
a Deut. 4. 24. Hab. 12. 29
b Hom. 25
c cap. 5. 14
Observatio ingeniosa.
d Valderrama exercitat pro feria 5. post Dom. 4. Quadragesim. Hisp.
e Osea 12. 4
f Act. 17. 23
g in Hebr. 12. Par. 14. 14. 15
Pactum inter Jonath. & Davidem lacrymis in terram defossis sanctum est.
h Antiq. Analogia.
i Cant. 3. 10
k 4. Reg. 2. 11
l c. 6. 17. c. 11. 22. c. 28. 14
De vocabulo purpura traditio.
m 5. de rebus Salom. c. 4 num. 9.

Vers. 5.) Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi.

n Vers. 5.

Sensus loci.

DEscendit ad terram, quæ notior est nobis, tamquam habitatio nostra, & ex qua maximè constamus præ ceteris elementis. Orditur autem à terræ creatione, mirabilem Dei potentiam in hoc præsertim considerans, quod tantam ac adeo gravem illius molem collocaverit in mundi medio, absque alio ullo fundamento, ita fixe, immobiliter, constanter, suomet pondere nixam, ut numquam tota simul vacillet, nutet, titubet, impellatur, inclinet in ullam partem extra situm, in quo semel Deus ipsam posuit. Paribus liberata momentis terra undique, dimoveri nequit à centro suo. Tale oportuit esse reliqui mundi fundamentum ædificii, & naturalis terræ gravitas hujuscemodi consistentem statum requirit. Quapropter nugantur qui moveri terram, stare commenti sunt cœlum. De his memini prioribus psalmis *o*, & ad c. 1. *p*. Ecclesiaste; ubi dicitur quod *firmavit Deus Orbem terræ: qui non commovebitur*, *& terra in æternum stat*; & in ps. 118. *q*, *fundasti terram*, *& permanet*, & in Paralip. *r*, *fundavit Deus orbem immobilem*. Est sine dubio, ut anonymus dixit Græcus auctor *s*, hac in re ἑτρὰς ἀσφαλέστερον τοῦ θελήματος, *quavis petra firmior Dei voluntas*; quod innuit etiam Euthymius, *& præceptum illius non præteribit* t, ipsa, vel alia ulla creatura: sed hæc etiam post ipsissima elementorum insita lex, ut sic terra supponatur, ceteris velut basis, ac sunpamentum: nec potest absque totius naturæ perturbatione hic ordo inverti. Improbabilis præterea penitus aliorum opinio, qui alterius corporis adminiculo terræ contingere firmitatem volunt. *Appẽsa est super nihilũ* u, hoc est, absq; ullius ope, ac in seipsa consistens sive in centro, atq; imaginario spatio quod occupat, aliqui procedendum in infinitum foret: ut benè Basilius x ratiocinatur, si cui alteri oporteret inniti terram: cur non enim & illud aliud? ut omittam alias philosophicas de-

o ps. 13 2. ps. 74. 4. Ps. 88. 12. ps. 92. 3 ps. 101. 26
p Vers. 2.
q Vers. 50
r lib. 10. 30
s Apud Ag.
t Ps. 148. 6
Elementorum lex insita, ut terra ceteris velut balis supposita maneat immobilis.
u Job 26. 7.
x hem. hex.

mon-

monstrationes: Hi sunt cardines terræ immobiles, appensaque fundamenta illius **appensa tribus Dei digitis*, (ideſt, summa facilitate, atque dexteritate) *moles terræ, libera*[a] *ti in pondere montes & colles in statera* a.

Nec circumfuso, ait *b* ille, *pendebat in aere tellus*
Ponderibus librata suis.

Item:

——*Et pressa est gravitate sui.*

Quia vero non obvia cunctis naturalis causſa, Deusque ipſe percontatur de quodam, qui ſibi petitior videbatur, *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, ſi habes intelligentiam; Quis poſuit menſuras ejus, ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam? ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis demiſit lapidem angularem ejus*. Videntur interdum Patres rem totam aſcribere voluntati Dei, ut, præter eos quos nominavi, etiam Nazianzenus *d*, Baſilius *e*, Iſidorus *f*, Rupertus *g*, & Nazianzeni Scholiaſtes, Elias id unum reſponderi poſſe ait, quod *in manu Dei ſunt omnes fines terræ h*: tametſi philoſophicam rationem ſatis commode declaret ex proprio, naturalique terræ loco in univerſo, qui medius eſt, & quia æquabili ſpatio undique à ſummo abeſt, ac gravia omnia omni ex parte ad medium tendunt, quo autem feruntur partes, eodem totum etiam impelli neceſſe eſt. Sed hanc, ſimileſque rationes quas cùm eodem illo reſponſo Baſilius attingit, Mathematici, Phyſicique diligentius perſequuntur. Quæ rationes oſtendunt, quod *Dominus ſapientia fundavit terram i*; & ei admirabilem communicavit naturam. Non magis moveri naturaliter terra, quam quieſcere cœlum poteſt, quidquid ſecus de cœlo Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ ſenſerit, quem Abulenſis *k* refellit. Negat Ariſtoteles *l* timendum, ne umquam cœlum ſtet. Stabit tamen poſt diem judicii, quod ille ignoravit, ſic Deo volente, quia nullum uſum haberet motus ipſius, & ob utilitatem hominum ſtetit aliquando ad tempus, ut ſub Joſue *m*, & ſub Ezechia *n*. Lege de ſtabilitate terræ Valleſium *o*. Myſticè fundata ſtabiliter terra, nec ullo umquam tempore de ſua ſede dimovenda Eccleſia eſt, *fundavit eam Deus in æternum p*; & *ſuper firmam petram q*, itaut *portæ inferi non valeant prævalere adverſus eam* r, *Fundamentum ejus Chriſtus eſt*, nec *aliud poni poteſt* ſ: nec enim aliud eſt Petrus fundamentum; quod ipſemet Chriſtus poſuit *t*, tamquam ſecundarium, & vicarium: quemadmodum & *ſuper fundamentum aliorum Apoſtolorum, ac Prophetarum ſuper ædificamur u*, qui unum quid efficiunt cum Chriſto, & dignitatem officiumq; primi, atque principalis fundamenti Petro, poſt Chriſtum, relinquunt, necnon Petri cuilibet legitimo ſucceſſori; cujus numquam *deficiet fides x* ſaltem quatenus dicto illo ſuo fungetur officio, & ex cathedra officii ſui reſpondebit. Quamquam veriſimile quoque ſit pia Eccleſiæ vota, & hactenus exaudita, & deinceps exaudienda, ut Domnum Apoſtolicum Deus in ſancta religione conſervet; ordines item Eccleſiaſticos, ne ſimul omnes errent; ſed hac etiam ratione cenſeatur *fundata Eccleſia ſancta in montibus ſuis y*. Quivis præterea juſtus terra haberi poteſt, quæ ſuſcepto ſemine fructificat z. Is fundatur ſuper ſtabilitatem timoris divini, qui *eſt initium ſapientiæ a*, omniſque juſtitiæ; & quod mirum videri poteſt, ſi timendo, ac tremendo, non movetur, ſed immobilis perſtat: & è contrario *niſi inſtanter in timore illo ſe teneat, citò ſubvertetur domus ejus b*. Quo per quamdam accomodationem applicari, cum Hugone poſſent illa; *poſuiſti c firmamentum ejus formidinem: & terra d tremuit & quievit*; quaſi diceret, in hujuſmodi formidine firmitatem, & in tremore quietem reperiri. Facit hic *timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi e*. ne quis *inclinetur in ſeculum ſeculi* nec ad dexteram proſperitatis, nec ad ſiniſtram adverſitatis; non ſurſum, per ambitionem; non deorſum, per deſperationem: quia in medio conſiſtit, ſicut & quivis habitus virtutis. Denique qui conſtanter timet Deum, non *inclinabitur in ſeculum ſæculi* in inferno. *Sed bene ipſi erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur f*. Magnam ſtabilitatem confert, quia *dies apponit g*, tribuit *fiduciam fortitudinis* h; eſt *fons vitæ, ut declinemus à ruina mortis i*; per *eum declinamus à malo K, in plenitudine commoratur abſque viſitatione peſſima l*: qui in ea eſt, *tota die habebit ſpem in noviſſimo, & præſtolatio ejus non auferetur* m. *Servemus* igitur *hunc timorem, & in eo veteraſcamus n*, ne umquam veteraſcamus. *Demus huic locum o*, videlicet intra cordis noſtri centrum, & ut non ſolum carnes configat *p*, ſed etiam cor, ut numquam refigatur, ac removeatur. Similis hìc timor eſt lignis in ædificium bene compactis & colligatis adverſus vim ventorum, aliarumq; cœli injuriarum *q. Corroborat Deus miſericordiam ſuam ſuper timentes ipſum r*. Paradoxo ſimile videtur juſtum ſemper pavidum eſſe *ſ*, ut antea indicavi: &, quod Tertullianus *t* ait, qui ſecurus agat, nec ſit ſollicitus, non poſſidere tutam & firmam ſecuritatem; ſed qui ſit ſollicitus, hunc vere poſſe eſſe ſecurum. Hoc eſt, *virtutem perfici in infirmitate, u*, & ut quum *infirmatur, quis potens ſit x*.

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam.) Hieronymus, *ſuper baſim ſuam*. Alii pluraliter, *baſes ſuas* מכוניה *mechoneha*. Vetus Pſalterium, Auguſtin. Proſper, Ambroſius *y*, abſque pronomine; qui & in tertia perſona, *fundavit terram ſuper firmitatem ejus*. Aquila & Symmachus ἐπὶ τῆς ἕδρας αὐτῆς *ſuper ſede, aut baſe illius*. Pronomen fœmininum Hebraicè, Græcè que ultimo expreſſum loco, pertinet ad *terram*, ut in ſuamet ſtabilitate, firmitate, baſe, ſede, terra fundata dicatur, non in DEI firmo præcepto, quod *non præteribit z*. Quamvis Dei præcepto iſto & terra, & aliæ res extiterint, ſuamque firmitatem acceperint; *ſapientia* vero *ſua Dominus*, ut antea retuli, *terram fundavit a*. Ambroſius *b* pronomen, *ejus*, refert ad Deum fundantem, docetque quod modo dicebam, & dixiſſe Baſilium atque Nazianz. ut antea retuli, provenire ſtabilitatem terræ potiſſimum ex divina voluntate: & non centro quodam terram, ſed præcepti ſui Deum ſuſpendiſſe firmamento, nec eam inclinari paſſum eſſe. Lege Rupertum *c*. Cur autem præteriti temporis verbum hìc ponatur, eum in præcedentibus membris eſſet præſentis, ſi qua cauſſa reddi debet, illa fortaſſe ſit, quod rem ſtabilem, ac fundatam tempore jam præterito melius videmur exprimere. Græcè nihilominus hoc etiam loco eſt participium ὁ θεμελιῶν, quod in Biblis Complutenſibus ac Regiis Latinè redditur, *qui fundat*: nec difficile fuit, ut legerint Lxx. non יסד *jaſad*, ſed יסד *joſed* non præteritum ſed participium. Athanaſius *d* vero docet poſitam hic θεμελιῶν præſentis temporis participium pro θεμελιώσας, præteriti *i* ſicut & in priore verſu ποιῶν *faciens*, ſeu *qui facit* pro ποιήσας, *qui fecit*.

Non inclinabitur in ſæculum ſæculi.) Hierouymus, *non commovebitur in ſæculum & in ſæculum*. Auguſtinus, arbitrans eſſe difficile de terra iſta hoc accipere, quia ſcriptum ſit, quod *cœlum & terra tranſibunt e*; ad Eccleſiæ firmitatem perpetuam transfert, cujus fundamentum Chriſtus, in quo firmati *non inclinabimur in ſæculum ſæculi*; quia nihil eo firmius; & Eccleſia nominatur *columna, atque firmamentum veritatis f*; doctores etiam ejuſdem vocantur *columnæ g*; & in ipſa dicuntur *exciſæ ſeptem h*, ideſt, multæ; multo meliores duabus illis templi Salomonici, de quibus noſter Blaſius *i* Viegas: & in eadem orthodoxe ac pie perſeverans *columna fit in templo Dei K*, atque Eccleſia triumphante, quemadmodum & ipſiuſmet Dei ſtabilitatem, firmitatemque columna ſymbolicè deſignat, ut Clemens Alexandrinus *l* demonſtrat. Lege etiam de myſticis columnis Gregorium *m*. At nihil impedit, quo minus de ipſo elemento terræ locum hunc accipiamus, quia ut non ſemel monui, tranſibit non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundùm alterationem perficientem.

Verſ. 6.) Abyſſus ſicut veſtimentum amictus ejus, ſuper montes ſtabunt aquæ.

Verſ. 7.) Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.

Verſ. 8.) Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis.

Verſ. 9.) Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur: neque convertentur operire terram.

EXplicat terræ, de qua egerat proximo priore verſu, ſtatu, in principio ſuæ creationis. A quis cinctam undique dicit fuiſſe terram, tamquam veſtibus, ac altiſſimos montes illis coopertos, vel certe vaporibus aqueis, quam videtur auctor Eccleſiaſtici *n* nebulam appellare, qua ſapientia, hoc eſt, Deus, texerit omnem terram. Hæc

eſt

Lignis in ædificium bene compactis aſſimulatur Dei timor.

Stabilitas terræ unde potiſſimũ

Columna Symbolum firmitatis.

Senſus loci.

a *Prov.* 1 26. 29 a *Eſa.* 40. 12 b *Ovid.* 1 *metam.*

c *Job.* 38. 4 5. 6

d *In catena Job.* 26. & 9 *rat.* 2. *de the. olog.* e *In catena Job.* 3 8. & *in Eſa.* c. 13. & *homil. hex.*

f *de nat. rerum cap.* 44 g 1. *ſingen. c.* 34

h *Pſ.* 94. 4 i *Prov.* 3. 19 k 4. *Reg.* 20 9. 25. & 1 *Paral.* 4. *qu.* 18 l 9. *Meraph. c.* 17 m *c.* 10. 13 n 4. *Reg.* 20 11

o *de Sacra Phil. c.* 59 p *Pſ.* 47. 9 q *Mat.* 7. 24 25. *c.* 16. 18 r *Mat.* 16. 18 ſ 1. *Cor.* 3. 13 t *Matth.* 16 21 u *Epheſ.* 2 20 x *Luc.* 22. 32

y *Pſal.* 86. 3

z *Luc.* 8 8 a *Pſ.* 110. 10 *Prov.* 1. 7. *c.* 9 10, *Eccl.* 1 16

b *Eccl.* 28. 4

c *Pſ.* 88. 41 d *Pſal.* 75. 9

e *Pſ.* 18. 10 Timor Domini in medio conſiſtit.

f *Eccl.* 1, 13 g *Prov.* 10 27 h *Prov.* 14 26 *Wirſ.* 27 k *cap.* 15 l *cap.* 16. 6 l *cap.* 19. 23 m *c.* 23. 17 38 n *Eccleſ.* 2. 6 o *cap.* 19. 18 p *Pſal.* 118. 120

q *Prov.* 28 18 t *De cultu fœminar.* u 2. *Cor.* 12. x 1. *Cor.* 12 18

y 1. *Hexae.* 6.

z *Pſ.* 148. 6

a *Prov.* 3. 19 b *Supra.*

c 1. *in* 6. *en. cap.* 34

d *Dialog.* 1 *de Trinit.*

e *Math.* 14 35

f 1. *Tim.* 3. 15 g *Galat.* 2 9

h *Prov.* 9. 1

i *in Apoc.* 3 k *Apoc.* 3. 12

l *Strom. c.* 13 m 17. *Moral. cap.* 11

n *Cap.* 24. 6.

Hæc est abyssus super cujus faciem fuisse tunc tenebras scribitur in libro Geneseos *a*. Deinde narrat, quoniam oberat aquarum & vaporum illud ceu velamentum, elemento terræ, quo minus germinare posset, atque incoli à rebus animatis, & inanimatas etiam alias conservari, & inservire variæ rerum generationi; Deum indignanti & increpanti similem, imperio suo aquas discreviisse non aliter quam cernimus vi tonitrui nubes frangi & dissipari: perinde ac si id exhorresceret, & præ metu dissilirent. Tum eveniisse ait, ut prius obruti aquis, aut vaporibus, & nebula montes existerent, velutique ascendere viderentur; campi autem apparentes remoto eodem illo ceu integumento, descendere censerentur; & utrique deinceps persisterent in suis istis locis, quos ubi reliquerunt aquæ, quasi de novo acceperunt. Nam aquas constitutos divino jussu terminos, inquit, adeo exactè conservaturas, ut nunquam illos transiliant, eo scilicet modo, ut redeant ad operiendam rursus, sicut antea, universam terram. De diluvio alia ratio, quoniam divina voluntate, virtuteque contigit. Terminus porro præfixus maris arena est, quam diserte nominat Jeremias *b* nomine Dei, tali exemplo homines perterrentis. *Audi populе stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis. Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit; & commovebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus ejus, & non transibunt illud: populo autem huic factum est cor incredulum*, &c. Sapienter legem impositam aquis vocat, *ne transirent fines suos, & circumdatum mari terminum, certaque lege & gyro vallatas abyssos*: Job *d* concluſum ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens: nubem vestimentum ejus, caliginem quasi pannos infantiæ, quibus obvolvatur; circumdatum terminis Dei, positumque ipsi vectem & ostia; dixisse autem ipsi Deum; usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Scribit præterea idem Job *e*, quod *terminum circumdedit aquis Deus, usque dum finiantur lux & tenebræ*. Hesychius, quem citat Agellius, docet quod quemadmodum nos tonitru pertimescimus, sic mare τὸν κέμμινον διδὸν ὅρον τῆς ψάμμου *positum timet terminum arenæ*, Ridere Nazianzenus *f* videtur assignantes pro termino arenam, & qui rem istam aliter quam divino præcepto, virtutique definire contendant, non dubitat (inania loquentes appellare, atque Cyatho mare conantes metiri.) Quem loquendi modum præse ferunt plures alii Græci, ac Latini, quos noster memorat Pineda *g*, ipsique ad ea psalmi verba *h*; *congregans sicut in utre aquas maris, ponens in thesauros abyssos*; ubi & de illa quæstione, sitne altior aqua, vel terra. Hanc illa esse altiorem, iterum confirmo, & divinum præceptum, legemve, naturæ legem inditam interpretor; sicut & quum Deus, dicendo præcipiendoque, res alias feciſſe scribitur *i*. Quo etiam pacto de re ferè eadem Poeta *k* cecinit.

Tum freta diffudit, rapidisque tumescere ventis
Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ.

Cur non redundet mare, deque ejusdem æstu nunc accedentis, nunc reciprocantis, actum alibi in Ecclesiaste *l*, nec interpretis divinarum litterarum est in physiologia diutius immorari, facit magis ad rem tropologia Chrysostomi *m*, hac de caussa mare tranquillum, seu pacatum, ac mite passum Deum non fuisse; ut cum divino imperio pugnante natura, divinoque jussu semper vincente, esset Dei potestas prædicabilis; & conturbata, verberata, intrinsecus protrusa, nec suis tamen finibus excedere valens aqua, Dei prædicaret potestatem; sic profecto *mirabiles elationes maris*; *sed mirabilior in altis Dominus* *n*. De aliis mysticis sensibus postea.

Abyssus sicut vestimentum amictus ejus.) In Romano psalterio, apudque Arnobium & Cassiodorum, *sicut pallium*. Hieronymus, *abyssо quasi vestimento operuisti eam*: nempe terram. Quamvis autem pronomen αὐτῆ non sit fœminini generis, cujus est terra, & γῆ, tamen Basilius, vel Theodoretus & Chrysostom. aiunt positum pro αὐτῆς; eodemque modo à Theodotione & Aquila αὐτὸν, pro αὐτὴν, quum vertant ἄβυσσον ὡσεὶ ἔνδυμα περιέβαλες αὐτὸν, *abyssum quasi vestimentum induisti ipsum*, ideſt, ipsam terram. Chrysostomus quoque alibi *o* explicans de tellure à mari circumdata, & citans *abyssus velut vestimentum amictus ejus est*, notat ita Hebraicum habere. Euthymius & Nicephorus, retento αὐτῆ, supplent τῆ τῆς γῆς στοιχείᾳ, *ejus*, nimirum *elementi terræ*. Atque hæc de abysso tamquam vestimento terræ, sententia, Græcis, Latinis, Hebræis ferè placet: quamvis plures ex Græcis maxime, nec non Lyranus, Ayguanus comparans mundum cum ovo, in quo est vitellus, albugo, cortex; Vatablus, & alii recentiores, non præcisè accipiant de tota terra, quando in principio aquis omni ex parte operiebatur; quo pacto exponit Cajetanus, Eugubinus R. Kimhi, Bellarminus, nec pauci alii, atque etiam Rupertus *p*, sed etiam ut nunc est, Oceano circumdata per modum insulæ magnæ; in aliquibus autem locis aquarum quasi veste contecta; & alicubi ad ipsos usque montes, superque ipsos, ac promontoria: & quatenus interdum inundationes quædam existunt, quibus terrarum spatio occupantur, & obruuntur. Et quidem vestimenti ratio favet magis posteriori huic dicendi modo, quia qui vestitur, faciem, pedes, manus detectas habet, & ipsamet veste ornatur: terram priusquam Deus colligi seorsum aquas jussisset, ipsæ, sive abyssus, non tam tegebant veste, quam sepulchro. Verum non adeo exactè sumendum *vestimentum*; cum παμφαὴς Deus undique collucens dicatur *amictus lumine sicut vestimento* *q*: & Job *r* quem prius recitavi de mari loquens, toti attribuit *nubem ut vestimentum & caliginem quasi pannos infantiæ*. Utrumque sensum amplectuntur Genebrardus, Titelmanus, multique alii.

Aliter explicat Agellius, ut pronomen *ejus*, αὐτῆ referatur ad *abyssum*, non ad *terram*; & legerint Lxx. non verbum Hebræum ut nunc est cum affixo כסיתו *chissitho*, *operuisti eum*, sed nomen etiam cum affixo כסותו *chesutho* *amictus ejus*, quo pacto transtulerunt τὸ περιβόλαιον αὐτῆ, & idem intellexerint, quod Job jam pluries nominatus, scribens *posuisse mari Deum nubem vestimentum ejus, & caligine illud quasi pannis infantiæ obvolvisse*; itemque; quod habetur in Genesi *s*, *fuisse tenebras super faciem abyssi*, ita ut per *tenebras* caligo illa significetur, vel aer nondum illuminatus, quo cingebatur, & tamquam fasciis puer obvolvebatur abyssus. Addere potuit idem esse dicere, *abyssus sicut vestimentum amictus ejus*: atque, *abyssi amictus fuit*, scilicet jam dictus; quemadmodum *t*; *Dominus in cœlo sedes ejus*, ideſt, *Domini in cœlo sedes est*: Cujus phrasis occurrent alia exempla. Præterea quod Paraphrastes exponat, *abyssum veluti vestimento operuisti*, quamvis aliter Nebiensis eum transferat. Sed & Apollinarius videtur consentire.

Φάρει θεσπεσίην ἰκέλην περιδὺς κατ' ἄβυσσον

Vestimento divinam similem circumdedisti abyssum,

Campensis explicat de Deo, *tu lates in abyssо tamquam in veste*, Hieronymus explanans Aggæum *u*, docet secundùm Hebraicam veritatem referri hunc locum ad terras, quæ ambiuntur Oceano; tamen secundùm Lxx. translationem, qui dixerunt τὸ περιβόλαιον αὐτῆ genere masculino, & non αὐτῆς genere fœminino, de Deo quod dictum est sentire nos compelli, eo quod investigabilis sit ejus sapientia, & *ponat Dominus latibulum suum* *x*, & non indignis quibusque ejus sacramenta prodantur. Subdit de pallio, cujus Aggæus meminit, quid sit de multiplicis sapientiæ sensibus contextum & verbis. Vix credo id voluisse Lxx. juxta litteralem intelligentiam; nec enim de Deo sermo est, & malim alterum respondere ex dictis vel unius generis pronomen esse pro altero: vel quidpiam supplendum esse. In Hebræo textu affixum pronomen est masculini generis כסיתו *chissitho*, cujus generis, non tantum fœminini, est אתץ *erets* nomen terræ. Penultimæ expositioni obstat multo plurium auctoritas, non vero quod ἄβυσσος, licèt voce sit similis masculinæ, revera fœminina sit, ut Agellius objicit sibi, est enim quoque masculini generis, de cujus notione dixi alio psalmo *y*. Bochius comprehendit tum operimentum tenebrarum, tum aquarum quod chaos profani scriptores vocant.

Hanc (terram ait) *prius ingenti demersam vortice ponthus*
Abdiderat, madidoque salum velarat amictu.

Sed item Josephus *z* appellavit amictum tenebrarum amictam initio terram. Sed facilior via intelligendi de aquis, aut initio terram totam; aut nunc partem operientibus; aut subinde etiam inundantibus, aut quæ universam inundaverunt in diluvio Noe, Ogygis, Deucalionis; etsi solum primũ fuit omnino generale. Ratio vestis innuit removendas fuisse quandoque ex terra aquas, ut non totam semper operirent. Jam vero quod ad mysticum sensum pertinent, tradunt, quoque illum, cujus ante memini, de

a cap. 1. 2

Terminus maris arena est.

b Jer. 5. 21. 22. 23.

c Prov. 8. 27. 29.

d cap. 38. 8. 9. 10. 11.

e cap. 26. 10

f In Catech. Job 26. sive orat. 2. de Theol.

g in Job. 26. 1

h Psal. 21. 7.

Terra aqua altior.

i Gen. 1. 9. 10. Job. 7. c. 36. 37. c. 38. 12. 15. c. 38. 12. Ps. 32. 8. Ps. 148. 5. Judith. 16. 17.

k Ovid. 1. metam. 1. cap. 7.

Tropologia in Cate. Job cap. 38.

l cap. 1. 7.

m Hom. 28. in epist. ad Hebræ.

n psal. 92. 4

o Hom. 28. in epist. ad Hebræ.

p Lib. 1. in Gen. c. 3.

q Ps. 103. 2

r cap. 38.

s cap. 1. 2.

t Psal. 10. 5

u in cap. 1. item in Zach. 3.

x Ps. 17. 12.

y Ps. 32. 8.

z 1. antiq. cap. 2.

Sensus mysticus.

psal. 37. 5 de Deo, cujus judicia dicuntur abyssus multa *a*, & quem veluti vestimentum ipsa ejus obtegat incomprehensibilitas. Chrysost. & Euthymius, prætereaque Origenes *b*, qui simul considerat ingressum Moysis in caliginem, ubi Deus erat *c*. Nititur hic sensus super pronomine, *ejus*, accepto ut est generis masculini, αὐτῆς, quod antea perpendimus. Atera allegoria spectat ad Ecclesiam, quæ ut Augustin. Prosper & alii volunt, velut terra abysso, diluvioque persecutionum ita circumtegenda indicetur, ut quasi vestimento fœdissimæ superstitionis, ut loquitur Cassiodorus, aliorumque malorum, ab impugnantibus operienda sit populis; & quod sequentia verba innuunt, in tantum persecutio crescat, ut etiam in montes, ideſt, in eminentissimos quoque Sanctorum, attollenda sit oppressio persequentium. Huc facit arca in diluvio *d*, & Petri navicula in mari *e*. Tertio, is, quem vocant Hieronymum, cœlestium pallio mysteriorum Ecclesiæ terram circumdatam facit. Quarto, Ayguanus ait abysso divinorum judiciorum, quæ appellatur in alio psalmo *f*, *multa*, circumdari Ecclesiam, ut nemo neque illa, quæ exercentur aliis, neque quæ in seipso, comprehendere queat, quemadmodum pluribus verbis Gregorius demonstrat ab eodem Ayguano citatus. Quintus sensus est Hugonis, ut animam tegat, foveat, ornet, tueatur à frigore æterno consideratio, timorque divinorum judiciorum, quę, ut sæpius repetitum est, comparantur cum *abysso multa: beatum esse, qui hujusmodi vestimenta custodiat, ne nudus ambulet g*, etsi *justitia indutus h*. Affert præterea distinctionem abyssi pro materiali, nempe pro aquis, pro peccato, pro profundo peccatore, pro temporali persecutione, pro pœna æterna, pro corde vano, pro profunditate sacrarum Scripturarum, pro divinis judiciis.

b 6. cons. cœsum.
c Exod. 24. 16.
Allegoria.
d Gen. 7. 7
e Luc. 5. 3
f ps. 35. 7
g Apoc. 16. 15.
h Job. 29. 14
Abyssi distinctio.

Super montes stabunt aquæ.) Chaldaicè, *& erumpunt super montes, stantq; aquæ:* vel *eruptiones aquarum super montes, & permanent aquæ.* Alii *steterunt*, aut *steterant*, aut *stabant*, aut *starent*, nempe, nisi quod hic subditur, *ab increpatione tua fugerent*, &c. Optima expositio, ut futurum juxta tritum idiotismum Hebræum, quem Augustin. non attendens, ait se non animadvertisse pro præteritis futura Scripturam usurpavisse; sed vice versa ponatur pro præterito, denotetq; continuationem rei; & hoc loco quod aliquantisper steterunt, stabantque, ac stetissent aquæ, nisi accedente increpatione, voceque tonitrui præcepti divini, quod formidaverunt, fugissent, & ut alibi *i* dicitur, *videntes Deum timuissent*. Non est restringenda sententia ad solos montes, qui sunt in mari, seu ad promontotia, super quæ, ac altius quam illa, fluctus interdum surgunt, sese erigunt, in rectum consistunt, & videantur montes quidam esse, ut Poeta *K* quoque cecinit,

k Ovid. 1. Trist.

——*quanti montes volvuntur aquarum,*
Jam jam tacturos sydera summa putes.

l ps. 92. 4
m ps. 105. 26.

Hæ *sunt mirabiles elationes maris*, *l*, ut prius quoque dixi, cum *ascendunt usque ad cœlos m*. Præsertim sermo est de prima creatione, quando adoperta erat aquis terra, simul cum suis montibus: nec propterea consequens sit, ut altior sit aqua, quam terra, etiam ubi facta est jussu Dei congregatio ejus *in locum unum n*: nam sensus est, in exordio mundi tectam aquis undique terram fuisse secundùm etiam sublimiores partes, & si vis describi exumescentes fluctus supra montium altitudinem, oborta tempestate; vel si referas ad scaturiginem fontium, lacuumve in celsissimis montium jugis, quod Græci hic fere docent; vel si intelligas de imbribus, qui in media generantur aeris regione, perinde est ad controversiam. Verum alibi de hac re plura. Non etiam necessaria videtur aliorum annotatio, quam refert, nec refellit Agellius, ut censeatur dictum *super montes stabunt aquæ*, ἀνυπόφορος. Rectus autem ordo sit *super aquas stabunt montes*. Nam licet non desint

n Gen. 1. 9.

exempla similia, ut o *posuit in stibio oculos suos* p ideſt, *stibium in oculis*, quod vulgatus habet, *depinxit oculos suos in stibio*: & p. *projecerunt in igne sanctuarium tuum*: quod legimus, *incenderunt igni sanctuarium tuum*, nihilominus hoc ipsum satis significant hoc loco sequentia verba, *ascendunt montes*: & communis expositio est de aquis extantibus super montes, non contra de montibus eminentibus super aquas. De mystico sensu nihil addendum videtur præter ea, quæ membro priore dixi. Adjicit Hugo, super montes montium à terra, & à peccato elevatarum stare aquas sapientiæ.

o 4. Reg. 8 3
p ps. 73. 7

Ab increpatione tua fugient.) Addit Paraphrastes, *ut sese contrahant*, vel *ut currant*. Divinum præceptum circa congregationem aquarum describitur per modum indignantis, nimirum quia ingens est quidam hujus elementi furor. Sic antea recita vi ostia, terminos, vectem, legem, præceptum, ex variis Scripturę testimoniis. Quibus affine in Ecclesiastici libro *q*, quod *stetisse* scribitur *aqua in verbo Dei, sicut congeries*; quod in oratione Manassis, *ligatum mare verbo divini præcepti, & conclusam abyssum & signatam laudabili & terribili nomine ipsius*; quod in psalmo 105. *r*, *increpitum mare rubrum* à Deo: quam formulam Nahum *s* quoque usurpat: Lucas *t* etiam, loquens de tempestate aquæ, quod alii vocant *imperium u*, & *comminationem x*: Ababuc *y iram, furorem, indignationem*: iterum David *z* canit, *viso Deo aquas timuisse, turbatasque abyssos*. Fortassis innuitur malos spiritus excitare hujusmodi tempestates, & has immissiones fieri per angelos malos *a*, quali, qui ventum validum immisit, quo evertit domum, in qua convivabantur filii Job *b*. Celebris descriptio Virgiliana, qua Neptunum coarguentem acriter ventos inducit, *ausos suo sine numine miscere, & tantas tollere moles, imperantemque maturare fugam*, ita ut dicto citius tumida æquora placaret, collectasque fugaret nubes, Solemque reduceret. Eadem hac Dei voluntate disgregatas à terra aquas Mercurius etiam Trismegistus *c* dixit, διεχώρισαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἥ τε γῆ, καὶ τὸ ὕδωρ καθὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς, *separatæ sunt autem ab invicem, & terra, & aqua, sicut voluit Mens*. Et de re ipsa Hesiodus *d*.

q cap. 39. 22
r vers. 9.
s cap. 1. 4.
t cap. 8. 24.
u Matt. 8. 26.
x Mar. 4. 39
y Cap. 38.
z ps. 76. 17.
a ps. 77. 49.
b Job 1. 19.
c in pimandro.
d in theogo.

Πάντων μὲν πρώτιστα γένετ' εὐρὺ στέρνον
Τοῦ ἐυρυστέρνου,
Ante chaos, post hæc facta est lætissima tellus.

Denique, *omnia quæcumque voluit, fecit Dominus*, ait Vates *e* noster, *in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis*. Sed peculiariter à domino in potestatem maris celebratur Deus, quodque *motum fluctuum ejus ipse mitiget*. Non placet mihi Lyrani, Ayguani, Valentiæ explanatio de hominibus, ut fugiant, sese que abdant perculsi fulminum increpatione, voceque tonitruorum, seu fulgurum, quæ multiplicando conturbat homines Deus *f*. De aquis est sermo, quæ nomine generis masculini Hebraicè מים dicuntur, ne quis proper verbum generis eiusdem putet de hominibus, non de aquis esse sermonem. Hugo dissipationem interpretatur diluvii à flatu ventorum, ac tonitruorum, quibus simul homines terreantur. Simplicior opinio, & verior de aquarum collectione prima, & subductione ne terram universam operiret. Minus id etiam probo, quod Ayguanus ait, fulgura, tonitrua, grandines, & similes impressiones futuras non fuisse, si homo non peccasset, esseque tantum quasdam Dei increpationes, propter peccata. Naturalis rerum istiusmodi causa est, nec naturæ cursus propter peccatum immutatus est, quamvis in innocentiæ statu ob originalem justitiam, prudentiam hominis, Dei providentiam, nihil esset, quod homini nocere, ac ne illum quidem perterrere posset.

e ps. 134. 6.
f ps. 88. 10. ps. 17. 15.

Ayguani opinio minus probabilis.

Sensu mystico Latini, duce Augustino, declarant conterendas gentes increpationis divinæ tonitru, impiosque cessaturos Ecclesiam premere, atque Domino tonante formidaturas aquas persecutorum, montes verò à persecutionis diluvio exuendos, ideſt, ac virtute conspicuos. Hic ipse divinæ prædicationis effectus est ab iis editæ, qui vocantur *Boanerges*, *filii tonitrui*; quod cognomen prorsum alioqui duobus Apostolis *g*, communicari potest cum reliquis Apostolis & Apostolicis viris, multo altius, diviniusque tonantibus, quam Demosthenes. De hac figurata dicendi forma Gregorius *h* egregie pro prædicatione superni terroris. Paulus *i*, vero inter officia Prædicatoris unum ponit, ut increpet Deus ipse super adversarios in cœlis, ac de cœlis intus tonans, formidinem incutit *K*, & *increpat per dolorem in lectulo l*, ut fugiant homines vitia *tamquam à facie colubri m*, cum quo fulmen similitudinem nonnullam habet. Chrysostomus increpationem sumit de comminatione *famis audiendi verbi Dei*, *n*, ita ut irato Deo Propheterum aquæ deficiant: *tonitrui* vocem de voce Evangelii, quam Prophetarum aquæ minime fugiant: verum ob supereminentem illam scientiam, quæ in ipso est, reformident.

Sensus mysticus.
g Marc. 3. 19
h 29. moral. cap. 14. vel 15. & seq.
i 2. Tim. 4. 2.
k 1. Reg. 2. 20.
l Job 33. 19.
m Eccl. 21. 2.
n Amos 8. 11.

A voce tonitrui tui formidabunt.) Monet Hieronymus *o* Suinam & Fretelam, codices Latinos mendosos esse, qui omiserunt pronomen *tui*. Chaldaicè, *à voce tonitrui tui conturbabuntur*, *ut effundantur*, vel *revertantur* nimirum *aquæ*. Alii, *festinabunt, præcipitabunt se, præcipites ferentur*, aut *cedent, festinanter dejicientur, accelerabunt, trepide properabunt*. Valet hæc omnia יתפיון

o Epist. 135.

je ba-

iechaphezun, de quo dixi alias, prolato inter alios, Esaiæ
a cap. 28. 16 *a* loco illo *qui crediderit, non festinet*; quamvis ibi sit aliud verbum יחיש *jachis*, *curret*, & Græcum κατασχανθῇ, *confundatur*. Admonui præterea non semel de catachresi vocis pro sono, sive ut nomen speciei usurpetur pro nomine generis. Sic in psalmo præsertim 28. sæpe vox re-
b Ps. 76. 9. bus inanimatis tribuitur, & in alio *b* vox *tonitrui in rota*;
c cap. 10. 3. & in Apocalypsi *c* loquuta dicuntur tonitrua septem voces suas, mysticè totidem inferni pœnas adversus toti-
d Virg. ecl. dem capitalia peccata. Eodem fere modo Poeta *d* facit *montesque feros, silvasque loquentes*. Cajetanus ait non vacare mysterio modum tonitrui, significare enim effectum scissionis terræ, quibusdam terræ partibus elevatis, tamquam tonitrui scissione exilientibus in excelsum; ita quod evectio partium terræ in hoc, quod sint eminentiores, facta primum imperio divino significetur. Recte Rupertus
e in Gen. c. 34. *e* annotat his, ac præcedentibus verbis fortitudinem verbi, & majestatem imperii, quantum potuit homo convenienter cum figura, quæ metaphora dicitur, expressam fuisse.
f cap. 26. 12 Job *f* certe dixit, *in Dei fortitudine repente maria congregata esse*; quamvis non me lateat aliter alios exponere. Illud, quod addit Rupertus non admitto, dum rem Prophetæ noster amplificare, vel exornare nititur, sapientem qui-
B dem, sed pro rei quantitate infantulum, solœcismo quoque usum esse, pro tempore præterito futurum ponendo, *fugient* & *formidabunt*, pro eo, ut diceret, *fugerunt* & *formidarunt*. De hoc jam dixi præcedenti v. 6. non solœcismum esse, sed idiotismum Hebræum, paulloque ante de sensu mystico, quantum sufficit, & psalm. 17. quantopere tonitruis terreantur mortales. Legendus in Misanthropo Lucianus, quamvis jocans, ridensque de Jove scribat *fulgurato e, nubicogo tonante, grandifrepo* Unde etiam Ovi-
g Metam. 1 dius *g*, missis aliis, quoad rem præsentem facit,

Hebræi secundum suum idiotismum futurum pro præterito sæpe usurpant.

Illic & nebulas, illic consistere nubes
Jussit, & humanas motura tonitrua mentes.

Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quem fundasti eis.) Chaldaicè, *ascendunt de abyssis ad montes, & descendunt in valles ad locum istum, quem fundasti eis*. Alii supplentes, (*tunc*) interpretantur in præterito: *tunc ascenderunt montes, descenderunt valles ad locum istum, quem fundasti eis*. Quidam vertunt in futuro sicum membra precedentia, *ascendent & descendent*, cùm Hebræa sint ejusdem futuri tēporis יעלו *jahhalu*, & ירדו *jeredu* Quid quid sit de temporibus, constat de sensu, qui potissimum est, aquas, quæ operiebant terram universam, Deo increpante, quasique detonante, idest, efficaciter jubente diffugisse, ac veluti tremefactas alio evasisse; nec temere tamen ac tumultuarie, sed ita ut apparere incipientibus montibus in loco sublimi, quasi ascendissent, & campis, sive vallibus in loco planiore ac humiliore, perinde ac si descendissent tam montes, tum campi, vallesve constiterint ita in eo situ, locoque quem dedit ipsis Deus, & præparavit, ac ratum, firmumque esse voluit, aquæ vero etiam intra spatio Oceani, cavernas terræ, & similia loca ab eodem Deo pariter constituta. Hoc pacto locus à Deo fundatus intelligetur etiam aquis, quæ paventes à voce tonitrui divini, sese in suum recipiant locum ab eodem Deo præfixum. Placet Genebrardo alius sensus, quem Bellarminus etiam ponit, ut metaphoricè montes & campi aquarum sumantur & intelligantur ab increpatione, voceque tonitrui timentes montes ascendere. idest, fluctus attolli, campi descendere, hoc est, demitti, donec ad sibi paratum locum perveniant. Favet quod nuper citavi.

——*quanti* g *montes volvuntur aquarum?*

h Ovidius 1. Trist. De divina. i Psal. 105. 26. & quod simili translatione M. Tullius *h* dixit: Babylonios in camporum patentium æquoribus habitare, & quod aliqui non de navigantibus, quæ melior tamen est expositio, sed de fluctibus intelligunt illud *i*, *ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos*. Tertium refert idem Genebrardus dissimilem secundo; estque Hesychii, Euthymii (hic tamen primum quoque sequitur primo loco) Nicephori, Chrysostomi, etsi ultimos *nubes* interpretetur per *montes*, quæ per resolutionem descendant; & favent sine dubio Latini his dicendi modis, ut *montes* accipiantur pro aquis; & sententia tota sit de aquis, & mari, quæ scilicèt unde eleventur etiam nunc instar montium, & iterum descendant profundissime tamquam valles ad locum Oceani assignatum à Deo: Nec abhorret Basilius, ac Theodoretus, dum *ascendere montes* idem dicunt esse atque *in montes*; quemadmodum priores auctores idem, quod *sicut montes* idque innuit recitata Paraphrasis & Glossa interlinearis; sed

A Hugo exponentes de montibus & campis apparentibus, quum cessavit diluvium, non probat; quia verba hìc sunt futuri temporis. Mavult intelligere de tranquillitate, quæ quum post tempestatem sequitur, qui videbantur in tempestate montes undarum, rediguntur in planitiem quasi in campum. Nihil officiunt futuri temporis verba, ut pridem ante docui. Etsi vero textus Hebræi, Græcique verba ferre possint hunc alium sensum, *ascendunt montes*, & *descendunt campi*, videlicet aquæ ad locum suum properantes, & montes superabant, & in valles descendebant, ut in locum, quem jusserat Deus, pervenirent; negare non potest Agellius & recentem, & duriorem esse interpretationem: Præterquam quod non ita appareat cur opportuerit, ut aquæ montes ascenderent, quæ prius ipsos montes operiebant. Debuerunt potius descendere de montibus, ut hi existerent. Ergo facilior allata expositio in principio, abeuntibus aquis in locum suum, quod fere descendendo fieri necesse fuit, ascendisse montes visos esse, quoniam eminentes conspecti sunt, campos descendisse, quia infra montes, cum antea omnis terra propter aquas, quibus tegebatur, æquabilis, ac veluti æquor quoddam esset. Sic autem in præsenti oratione; *ascendunt montes*, & *descendunt campi*, idest, *ascenderunt*, &c. ante illam, quæ sequitur supplendum erit, *cùm aquæ pergerent in locum, quem fundasti eis*. Vel post illa verba *à voce tonitrui tui formidabunt*, quod est, formidabant, aut formidaverunt, seu cum formidine ac trepide properaverunt, parenthesi includenda erant, *ascendunt montes*, &c. Idest, tunc ascenderunt, properaverunt, inquam, in locum, &c. Videtur id Ovi-
k l. metam. dius *K* ceciniisse, tametsi verum hujus operis auctorem Deum non agnoscens.

——*quisquis fuit ille Deorum*
Jussit & extendit campos, sub sidere valles,
Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.

Surgere dixit, hoc est, existere, ac apparere qui prius erant sed latebant sub aquis. Nam factos initio montes cum terra, docui alibi, tum ex quadam necessitate materiæ, tum præterea ad ornatum, & utilitatem. Consistit ornatus in varietate: Utilitas in salubritate aeris, soli fertilitate, maturitate fructuum, ut impetus maris frangantur, fræne-
C tur ventorum vis, fontes, flumina, lacus gignantur; *inter que medium mentium*, ut paullo post *l* audiemus; *pertrãseant aque*; item ut provinciæ, nationesque disterminando, bellorum amputent, & vexationum occasiones. Postremo ut scribit Plinius *m*, valent montes ad compages telluris viscеribus densandas, & minime quietas partes coercendas durissima sui materia. Consentit isti opinioni non modo Jansenius, Eugubinus *n*, Titelmanus, Bochius, & alii; nec displicet Genebrardo, Bellarmino, & aliis, sed præterea Basilius *o*, Hugo Victorinus *p*, Ricardus *q* ejusdem cognominis, Rupertus *r*, Ambrosius *s*, Procopius *t*, Damascenus *u*, Severianus *x*, Augustinus *y*, Beda *z*, Junilius *a*, Magister historiæ scholasticæ, & Magister sententiarum, & Aquinas, & Conimbricenses *b* nostri arbitrantur initio perfecte globosam factam terram, tertia vero tantum die montes erectos, quando aquæ coactæ sunt in unum locum cavernas aperiendo, quibus illas includeret, hique terræ molem in altum attollendo. Ferri magis hæc sententia potest, quam auctoris libri de proprietatibus elementorum, quem quidem Aristotelem nominant, in diluvio dumtaxat montes extitisse, rapta tunc
D subductaque nonnullis in locis ab aquis in mare præcipitantibus terra. Elata est arca tempore diluvii, *cubitos quindecim supra montes altiores* c, & *vigesima septima die mensis septimi quievit super montes Armenię, & prima die mensis decimi apparuerunt montium cacumina* d. Extabant igitur jam prius montes. Sapientia quoque vetustatem suam commendat, quod *ante omnes colles parturiebatur, & cum montes gravi mole constituissent* e. Concedi potest secundæ ac tertiæ sententiæ auctoribus, quod etiam fecit Ascanius Martinengus *f*, tum in diluvio augeri potuisse ob rapidam, properamque aquarum concitationem, declivitates, ac exturberantiam terræ, sed die tertia creationis propter similem causam quando in *fortitudine Dei congregabantur maria*, & aquæ omnes, ut Job
g audivimus loquentem. Negari etiam non debet progressu temporis, quod nostri docent Conimbricenses *h*, multos de novo montes genitos fuisse, contraque multos in planitiem coæquatos; & id quidem inprimis aquarum vi, ac impetu. Multa hoc loco differit Valentia cosmographicè, & physicè. Mysticè Augustinus,

Montes initio ex terra facti.

l Vers. 30.
m lib. 36. c. 1 hic, & in Cosmog. o hom. 4. hexa.
p annot. in Gen. l. 1. c. 7 & de Satr. l. 1. p. 1. c. 6. & 21.
q 2. excepti. nam cap. 7.
r 1. in Gen. cap. 1. 2.
s 1. hexa.
t in Gen. c. 1
u l. 2. c. 9 10.
x in Cat. Lapoma in Genes. c. 1.
y 1. de Gen. ad lit. c. 12. & 1 con. adver. leg. & proph c. 13.
Terram initio perfecte globosam factam, mentes vero tertio die erectos quorum opinio.
z de creatione sex dier. a in hexam
Probatur montes ante diluvii extitisse.
b in probl. de terra sect. 1. n. 3. & seq.
c Gen. 7. 20.
d cap. 8. 4.
e ibid. ver. 5
f Prov. 8 25.
g in Glossa magna on Cenes p. 736
h cap. 26. 12
i in probl. de terra sect. 1. n. 4.

Pro-

Explanationes mystic.

Prosper, Cassiodorus, & alii Latini *montes* interpretantur eo modo, quo prius *aquas stantes super montes*, nimirum persecutores, accipiendo, hic *montes* in malam, ibi in meliorem partem: istos montes increpatos, quod de aquis etiam antea dicebatur, quieviſſe, & campos, ideſt, mẽsura quadam formidinis, intra quam ſævientium corda concluſa ſunt: Ut etiamſi aliqui adhuc retineant infidelitatis ſuæ amaritudinem, nam non pauci evaſerunt campi, atque inclinati, & ſubjecti populo Chriſtiano, ſuper dulces tamen aquas, ideſt, fideles populos, nequeant elevari: neque quod continetur ſequentibus verbis, *revertantur tegere terram* fluctus illi magni, & amari, ut Eccleſiæ diluvium inferant. Attigit Gregorius *a* eundem ſenſum, ſimul que de montibus *ut cera fluentibus à facie Domini b*, quia multi, qui prius alta rigiditate, inquit, tumuerant, magno ſunt per pœnitentiam timore liquefacti: & plerique perſecutores Domini ſuperbi contra eum veniunt, ſed ab eo humiles revertuntur: qui montes aſcendunt per tumorem potentiæ, ſed campi deſcendunt, plani videlicet facti per cognitionem culpæ. Idem dici poteſt cum Ayguano, de ſuperbis ad pœnitentiæ humilitatem revocatis, atque ad *campum* vocatis *plenum oſſibus c*, dum eis Deus ipſorum proponit peccata, mortiſque cogitationem & inſufflat ſpiritum ſuum. Hoc videlicet etiam eſt *montes, colleſq; humiliari, & aſpera in vias planas fieri d*, & *montem magnum in planum e*. Exemplum afferunt Hugo & Ayguanus in Paulo converſo *f*. Ayguanus in tyrannis quoque ſubjectis Eccleſiæ. Explicat idem Hugo adhuc tropologicè *montes* eſſe contemplativos, aſcendentes in locum, quem Dominus fundavit eis, ad aſcendendum illuc, nempe cœlum: *campos* activos, qui deſcendunt per compaſſionem ad miſeriam proximorum. Vel *montes* Prælatos per dominium aſcendentes, ac *dominantes in cleris g*, ſeſeque extollentes rectores *h*: *campos* ſubditos, qui deſcendunt per eorum depreſſionem: & montes quidem quercus ferre, porcoſque paſcere, ſed campos ferre fruges, & paſcere homines. Græveus *i* contemplativos ſimiles montibus ait, quia ſtillant aliis dulcedinem *k*, *ſuſcipiuntq; pacem populo atque juſtitiam l*: quia terram ſolo veluti pede tangunt, propter ſolam ſuſtentationem *alimentis, contenti, & quibus tegantur m*: quia muniunt Eccleſiam, & velut ex ſpecula proſpiciunt. Activos comparat cum campis, quia liberius diſcurrunt, *ſataguntque circa frequens miniſterium n*: quia paſcua præbent egentibus: quia periculoſior eorum ſtatus, capique facilius poſſunt, & à beſtiis depaſci. Mixta melior vita ſimilis promiſſæ terræ, montuoſæ ſimul, & campeſtri *o*: Et qui utramque adhibent ac vivunt, ſive mente excedant, Deo excedunt, ſive ſobrii ſint, & de exceſſu illo quid remittant, hominibus ſobrii ſunt *p*, & in eorum utilitatem. Locum Chriſtus ipſe his fundavit, quia exemplo præivit humilitatis *q*, & ædificavit aſcenſionem in cælo. Terminum denique poſuit contemplativis, ne majora *ac altiora ſe quærant r*: & activis, *ne deſcendant in Ægyptum ſ*, ideſt, ne conſiderent malos ſibi in exemplum. Adde cum Hugone, *ut rationabile ſit obſequium eorum t*. Is quem vocant Hieronymum *aquas ſtantes ſuper montes*, accipit pro populis inſipientibus commorantibus ſuper excelſam ſuperbiam: ab increpatione Dei fugiſſe, qua ipſis pœnitentia indicta eſt: *à voce tonitrui formidaſſe*, quando ſignificatum niſi pœnitentiam agerent, perituros: *montes aſcendiſſe*, dum ſancti in ſpiritualem profecerunt intelligentiam: *deſcendiſſe campos*, cum populi eorum doctrinis ſubditi ſunt, ut virtutum floribus replerentur: *in locum, quem fundavit eis Deus*, ideſt, in conventum Eccleſiaſticum: *terminum non tranſgrediendum*, eſſet Catholicam fidem uſq; ad terminum preſentis vitæ cuſtodiendam: *non converti operire terram*, quia flagitia non repetunt, in quibus prius vixerant. Poſtremo accommodari etiam hæc ſententia poteſt ad hominũ varios gradus, ex quibus aliqui ſublimitatem obtinent in vario rerum genere, quidam mediocritatem, prout Dominus in eis præparavit. Nam *omnes homines*, ait Sapiens *u*, *de ſolo, & ex terra, unde creatus eſt Adam: in multitudine diſciplinæ Dominus ſeparavit eos, & immutavit vias eorum. Ex ipſis benedixit, & exaltavit, & ex ipſis ſanctificavit, & ad ſe applicavit: & ex ipſis maledixit, & humiliavit, & convertit illos à ſeparatione ipſorum. Quaſi latum figuli in manu ipſius, plaſmare illud, & diſponere. Omnes viæ ejus ſecundùm diſpoſitionem ejus: ſic homo in manu illius, qui te fecit, & reddit illi ſecundùm judicium ſuum.* Hæc omnia ille auctor.

Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque

Aconvertentur operire terram.) Hieronymus, *terminum poſuiſti, quem non pertranſibunt, nec revertentur, ut operiant terram.* Alibi *x*, *non tranſibunt*. Paraphraſtes, & alii exprimunt terminum poſitum aquis, ſive fluctibus maris. Et Campenſis, quod aquæ non revertentur ſine juſſu Dei, ut operiant terram. Videlicet, quoniam juſſu Dei rurſus operuerunt illam totam in diluvio. *Convertendi* autem verbum, pro *revertendi* verbo poni, ſæpius annotavimus. Terminum iſtum diximus antea eſſe arenam; cui littora jungi poſſunt, atque etiam montes, ut Valentia longa oratione demonſtrat, & Eugubinus perſtringit, admonens non in univerſum, ſed alicubi dumtaxat verum eſſe, quod Poeta cecinit *y*,

x in Jerem. cap. 31.

y Virgil.

Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus.
Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ:
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.

Per ſemetipſum juravit Dominus, quod non *adjiceret ultra aquas diluvii ſuper terras, & non perderet aquis diluvii omnem carnem z*. Tunc vero etiã mare tranſgreſſum non eſſe terminum ſuum, non credo Ruperto *a*; quamvis *cataractæ cæli apertæ* dicantur *b*. Potiſſima diluvii, & efficacior cauſa fuit aqua cœleſtis, ſive pluvialis; nec defuit tamen alia illa. Conſtantiam hujuſce termini, præceptique divini Jeremias *c* adhuc expreſſit, Deum faciens loquentem, & conjungentem cum Sole in lumine diei, & ordine Lunæ, ac ſtellarum in lumine noctis, turbationem maris, & ſonum fluctuum ejus, ita ut non deficerent leges iſtæ ſive ſtatuta coram ipſo, ideſt, ut quod attinet ad mare fluctuſque, non poſſet mare ultra procedere, quam Dei juſſione præceptum ſit; etiamſi ſonantis maris fluctus volvantur ad littora, fragorque gurgitum, & undarum intumeſcentium terribilis audiatur, quemadmodum explicat ibidem Hieronymus. Præter ea, quæ dixi de ſenſu myſtico, Chryſoſtomus interpretatur, quod Prophetæ non omnes ſuas revelationes annuntiant: verum eas dumtaxat, quas patefacere jubentur; ne alioqui multitudine operiant terram, hoc eſt, hominem, qui ea capere nequit, juxta id, quod ſcripſit Paulus *audiviſſe ſe arcana verba, quæ non liceret homini loqui d*. Sic negabat etiam Chriſtus *poſſe diſcipulos omnia tunc portare e*, hoc eſt percipere. Arnobius *aquas, quæ ſtant ſuper montes*, ait eſſe baptiſmatis ſanctificationem, & montes, qui ſurſum habent cor, ſtantque in fide recta, non *circumducti omni vento doctrinæ: ab increpatione Dei fugere* cùm fugiunt facta, quæ increpantur à Deo: *à voce tonitrui eius formidare*, timendo commitantem incendium ſempiternum, & à prohibitis univerſis ſua facta ſuſpendendo; *aſcendere hos montes*, quando cogitant regna cælorum; *deſcendere*, quum cogitant quemadmodum actiones *in locum quem fundavit Dominus*, dirigant, ubi ille *terminum poſuit*, & juſſit *non tranſgredi*, & poſitum terminum non tranſgrediuntur, ut *operiant terram*, ſicut operuit eam Adam; ſcilicet cum ex foliis ficulneis operuit ſe, atque etiam abſcondit. Auctor operis imperfecti *f* terminum impoſitum mari applicat ad eum, quem Deus præfixit carnali copulæ, ut non tranſiliat conjugium. Porro Gregorius Thaumaturgus quum baculum ripæ infixit, ne fluvius deinceps exundaret, ut re ipſa conſecutum eſt, evadente mox etiam in arborem proceram baculo, quæ idcirco Δαχατηφόρος cognomen obtinuit, uſurpavit præſentem locum ut his, qui hoc ab eo petebant, perſuaderet, Dei ſolius eſſe terminis motum aquæ circumſcribere.

z Gen. 9. 11.
a l. 1. in Genes. cap. 34.
b Genes. 7. 11
c Cap. 31. 15.
d 2. Cor. 12. 4
e Joan. 16. 12
f Hom. 1. in Matth.
g Nyſſe. in vita.

Verſ. 10.) Qui emittit fontes in convallibus; inter medium montium pertranſibunt aquæ.

Verſ. 11.) Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua.

Verſ. 12.) Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces.

QUoniam de ſalſis fere aquis locutus fuerat, agit modo de dulcibus, ac potabilibus, commendans Dei ſapientiam & providentiam, ut ex humilioribus terræ locis, Senſus loci.

locis, occultisque montium venis, aquarum scaturire fontes fecerit; quæ jugiter fluerent inter montes & inde videlicet etiam longius dimanarent, per flumina ex fontibus orta. Hinc factum dicit, ut omnis generis animalia, quæ in agris degunt, liberam & copiosam bibendi facultatem habeant; ipsi quoque silvestres asini, valde secundùm naturam sitibundi, & in arentibus locis commorantes, qui ut restinguant saturentque sitim, ad hujuscemodi aquas anhelant. Id præterea consequutum ait, ut juxta hæc, nimirum & flumina, & montes, ex quibus illa per fontes derivantur: aves cœli, hoc est, aeris, in quo volitant, habitarent, nempè inter arborum ibi feliciter provenientium ramos, immò & ex montium celsissimis rupibus, modis suavibus cantillarent. Celebrant Græci præsertim Patres, Dei benignitatem erga irrationales quoque animantes, & has etiam agrestes, ut non tantum ad usus necessarios, sed ad quemdam quasi luxum, relaxationem, voluptatem; cuncta illis paraverit. Christus ipse provocat nos ad considerandam eamdem istam providentiam circa volatilia cœli *g*. Verum de sensibus mysticis postea seorsim commodius.

g Matt. 6. 26

Qui emittis fontes in convallibus.) Chaldaicè, *in fluvios:* ubi tamen Nebiensis vertit, *in vallibus*; quum Chaldæa vox fluvios significet, נחרנותא *neharuatha* sicut Hebræa similis, נהרים *neharim*. Hoc autem loco alia est, נחלים *nechalim*, significans tum *torrentes*, tum *valles*, sive *convalles*, per quas defluunt aquæ, vel defluere possunt, velut per alveos: & interdum sumitur pro fluminibus, ut sumsisse Paraphrastem dixi. Et sic est quoque Latinè in libro Ecclesiastæ *h*, ubi tamen χείμαρροι Græcè, ideſt, *torrentes*, & dictum nomen Hebræum; & redditur alicubi *i* per *rivos*. Quin & Cajetanus reddidit hoc loco *flumina*, & Campensis *fluvios*. *Emissio* sive *deductio* denotat fontes in flumina, seu fluvios derivari, quod fit per convalles, sive per alveos, & fossas. Hoc opus fontium, ac fluminum tribuit etiam Deo Poeta *k*:

h cap. 1

i Esa. 41. 18

k Ovid. 1 metamorph.

Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusque,
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis.

De horum origine disputavi ad cap. 1. *l*. Ecclesiastæ, essetne ex mari, an aliunde. Non dubium, quin quum secrevit aquas Deus unum in locum tertia die creationis, per terræ latebras copia sit earum diffusa, tuncque plurimi fontes, amnesque diversis in locis manarint; ut ea ratione recte idem Deus libravisse fontes aquarum erumpentes dicatur *m*, quasi quodam pondere, ac mensura, ut cuique conveniebat regioni, dispensando. Exemplo sunt quatuor illa Paradisi flumina *n*: satis item constat notiora nobis Danubium, Rhenum, Rhodanum, Dagum, Iberum de montibus prosilire. Sed est æque etiam certum, fontes & fluvios processu temporis profluere primum cœpisse, & novos subinde exoriri ac erumpere, sive ob terræ motum, ruinamque terræ, qua interciditur aquis via, ut aliorsum proinde commeent, novos exitus quærendo: sive quum, denuo terra obdurescente, stringuntur venæ, & scatebræ, ut etiam quærere novum exitum, ac locum cogantur: sive quando silvæ evelluntur; sic enim quæ arborum alimento serviebat, fluere incipit aqua; sive aliis talibus de caussis. Videri potest *emittendi* verbo, & participio ἐξαποστέλλων, atque משלח *meshialleach*, insinuari fontium eruptio, ut loquitur quoque Sapiens *o*, Apollinarius quidem hoc loco id præsentit,

l Vers. 7

m Prov. 8. 24

n Gen. 2. 10 & seq.

o Prov. 8. 24

Tropologia

Ταῖς τραχαμέναις προιεὶς μετὰ ῥήγμασι πηγάς.
Terræ asperæ dimittens cum eruptionibus fontes,

Trita Latinis maximè tropologia, in convallibus humilium fontes, ac flumina div. gratiæ mitti, *superque tales requiescere spiritum Dei p*; atque si quis in Christum credat, *flumina de ventre ejus fluere aquæ vivæ q*; denique *Deum humilibus dare gratiam r*; quo item pacto *valles abundare* dicuntur *frumento s*. Nec insolens notant esse, ut qui montes sunt, propter sancti Spiritus magnitudinem convalles sint, propter sui spiritus humilitatem: sicut Paulus mons erat, dicendo, *non autem ego*: & habebat fontem, dicendo, *sed gratia Dei mecum t*. Sic optimus Augustini discipulus Prosper magistri sententiam complexus est. Eumdem sensum tradit quoque Gregorius *u*, illud afferens præterea ex alio psalmo *x*, *ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum*: item Bernardus *y*, admonens, quod fons ad altiora non ascendit, quam sit locus ejus, unde procedit: & ut paremus rivulos, aggeres autem terenæ, & elatæ cogitationis dispergamus; Conformemur Filio hominis, non primo homini, quia fons gratiæ in cor hominis carnalis, & terreni non ascendit. Posset etiam Christus propterea dici *lilium convallium z*, quia decus parentum humilium, ut observat Rupertus, non flos in regiis hortis, & montibus eorum, qui describuntur à Matthæo *a* in genealogia. Maria, quum se ancillam respondit paratam, ut in se fieret secundùm verbum quod Angelus nunciaverat *b*, sedem gratiæ in sua præparavit convalle humilitatis, ut innuit Bernardus *c*. Licuit tunc non solis volucribus, ideſt, beatis; sed bestiis quoque terræ, hoc est, hominibus *potare de fonte Salvatoris* d; *& cùm descendisset de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ*, quasi emisso in convalles fonte. Hugo prædicationis accipit fluenta in convalles emissa humilium Apostolorum, & aliorum Prædicatorum, ut *hauriant* ceteri *aquas in gaudio de fontibus Salvatoris f*. Observat in compositione nominis *convallium*, geminam charitatem: & in ratione *fontium*, perennitatem doctrinæ numquam deficientis, utpote ab eo provenientis, qui *dat os, & sapientiam, cui nemo possit resistere, & contradicere g*: qui solam habeat cisternam, ideſt, non sufficientem doctrinam, de illa bibere solos debere, non aliis effundere; qui fontes, hoc est, uberiorem, pati, ut *deriventur foras, atque in plateis aquas suas dividere h*. Fontes illi duodecim in Elim *i*, typus totidem Apostolorum erant, ut hoc loco notat Ayguanus. Profluxerunt hi fontes *de petra, qui est Christus* k, & quidem rubra, propter sanguinis effusionem tum ante mortem tum aperto ejusdem latere: Ex rubra namque terra copiosius aquas manare ferunt *l*. Largissime diffusi sunt fontes Apostolicæ doctrinæ, ita ut *omnis populus* nationum *biberit* m, *omnis terra, finesque orbis terræ n*, & essent *tamquam flumina hæ aquæ o*. Fuerunt etiam fontes purissimi *p*, exuti sordibus omnibus, nec non metallis, auri, argenti, quibus carebant *q*, & aliis, quæ vitiant, & inficiunt aquas. Utilitas, atque salubritas eorumdem fontium plane maxima extitit, utpote quod ex montis radicibus fluxerint, id est, ex Christo ipso, & *radice charitatis r*. Eximia quadam frigiditate restinguunt æstum concupiscentiæ, & curandis morbis animi percommodæ sunt. Amplificari possunt ista ex physiologia, historiaque naturali fontium, ad mores translata, & mysticos sensus alios. Illam diligenter collectam comperies in 13. colloquio Simonis Majoli ex his, quæ canicularibus diebus habuit. Ille me præter alios fons admiratione defixum tenet in Hiberniæ Connachia, ceteris pestifer animantibus, uni potabilis homini *f*. Qui dicitur Hieronymus, fontes in convallibus vult Baptismum esse, communicatum gentibus. Tritum nomen fontis baptismalis.

z Cantic. 2. 1

a in Matth. cap. 1.

b cap. 1

c Luc. 1. 38.

d Serm. 4 de Assumpt.

e Esa. 12. 3.

f Matt. 8. Observatio.

g Esa. 12. 3

h Luc. 21. 15

i Duodecim fontes in Elim, Apostolorum typus.

k Prov. 5. 16

l Exod. 5. 17

m 1. Cor. 10. 4

n Ex terra rubra aquæ copiosius manant.

o Vitruv. l. 7

p Num. 20. 8 11.

q Psal. 18. 5 Rom. 10. 18

r Psal. 77. 16

s Ezech. 32 14.

t Aller. 3. 6

Inter medium montium pertransibunt aquæ.) Hieron. *ut inter medios montes fluant*, ubi nomen omisit *aquarum*, quod licèt desit Hebraicè, rectè suppletum est. Chaldaicè, *qui emittit fontes in fluvios, qui inter montes commeant*. Indicatur origo fontium ex montibus, unde defluant in valles interjectas inter ipsos, & inde nimirum longius, per derivatos fluvios. *Aperiam*, ait Deus *t*, *in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deserta in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum*. Est fere in montium cavernis aeris frigidi copia maxima, & ex pluviis collata infernè aqua, ut proinde semper collacrymentur, illicque perpetuæ decidant guttæ, haud secus, quam quum super terras incubant nubes. Hinc fontes existunt, qui temporis progressu nascuntur: quoniam ipso mundi exordio aliquos & fontes: & fluvios fuisse, jam antea ut certum posui. Periti agricolæ facile conjectant de uliginoso solo, & latentibus fontibus, undeque fossa erui queant humo. Sed quos *zacburis* vocant Hispani adeo lynceos homines, ut abditas cernàt profundissimè venas aquarum, ac metallorum in terræ visceribus, immò & quæ animalium contegantur visceribus, & sua sarcophagis sita cadavera, & conditos altè infra terram thesauros, hoc inquam, hominum genus memini alio loco mihi suspectum esse affirmavisse. Id confirmo, si cunctarum rerum istarū illis visio indefinitè concedatur, maxime quàdo adeo densum corpus interjicitur, vel oculis diffusissima transmitti spatia debent. Dæmoniacam operam, pactumque interveniſe non dubito. Lege nostros, Delrium *u*, & Conimbricenses *x*. Vulgares notæ, indiciave ad explorandum ubi aquæ subsint, quod faciunt Aquileges, sunt juncus, vel arundo, rana multum alicui loco incubans: ante Solis exortum nebulosa exhalatio pertenuis longius intuenti apparens: si terra sitiente humidiorem observes locum, tum quum ferventissimus æstus; dieique horæ ardentissimæ sunt. Adi Vitruvium *y*, Pliniumque *z*.

t Ortellius in Hibernia. Esa. 41. 18

Fontium origo unde.

Notæ, sive indicia sub terra latentium.

p Esa. 65. 2

q Joan. 7. 38

r Jacobi 4. 6

s Psal. 64. 14

t 1. Cor. 15. 10

u Homil. 19 in Ezech.

x Psal. 84. 6

Fons altius non ascendit quam sit locus unde procedit

y Serm. 4 in vig. Nativ.

u in Senec. Medeam v. 231. & in 1. Disquis. magic. c. 3. q. 4

x in 2. de anima, c. 7. q. 9.

y lib. 8. c. 1.

z lib. 31. c. 3

Mystologia

Mysto-

Mystologia similis traditæ priore membro. Addi possunt cum Hugone, Testamenta duo, de quibus fontes emanant prædicationis. Vel aquas gratiæ divinæ *inter medium montium*, ut superbos hi designant, pertransire, ita ut *nec ros, nec pluvia super* maledictos *illos descendat a.* August. aliique, *montes*, ajunt Prædicatores magnos, qui de humilitatis convallibus aquas veritatis emittant; de ea vero abundantia nihilo sibi ascribant, nihil quasi proprium vendicent; sed si communis, & media emanatio spiritalium fluentorum: non sit etiam de aquis prædicationis ulla discordia istorum montium, verum pax consensionis, & societas charitatis faciat unum, & commune, quod profluit. Putatus Hier. *montes* intelligit Ecclesias, inter quarum medium pertranseant aquæ, aut lavacri, aut Doctoris, irrigando donis cœlestibus populum.

Potabunt omnes bestiæ agri) Hier. *ut bibant omnia animalia regionum.* Chaldaicè per modum actionis transeuntis *potum dabunt*, seu *suppeditabunt*, nempè fluvii, *omnibus animalibus deserti* vel *agri*. Hanc quoque actionem significat Hebræum verbum ישקו *jasku*. *Agros* autem propriè nomen שדי *sadai*, in singulari, pro שדת *sadeh*, mutato ה *he* in י *jod*. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum *potabunt eas*, videlicet *aquas omnes*, *bestiæ silvarum*. August. & Prosper *bestiæ silvæ*. *Potabunt*, & ποτιοῦζι, multò magis, denotant *potum præbebunt*, ut Paraphrastes ponit; nec non Apollinarius,

Θηρσὶν ὀρεσσικόμοιζι διὰ δρυμὰ πῶμα φανεῖν.
Bestiis montanis per silvas potus apparent.

Et cum Græco nomine θηρία constructio possit consistere in casu accusandi, quum Latinè *bestiæ* sint in nominativo. Legit, opinor, Hier. in Kal. ישקו *iisKu*, activa simplici significatione: non ita propriè nomen Hebræum שרה *sadeh* interpretati sunt, qui *desertum*, aut *silvas*, transtulerunt, quia potius *terram* significat *arvis, pascuis, pratis, hortis, plantis cultam*. Quamvis accipiatur nonnumquam latè pro *agro, campo, rure*, rarius pro *deserto*, & *terra non sativa*, atque *qualibet regione*. *Bestiæ agri*, vocibus Hebræis חיתו שדי *chaithe sadai*, & θηρία ἀγρῶ nominantur apud Esaiam *b*. Quum etiam statim de onagro mentio fiat, videri potest per *agri bestias* non debere illas intelligi, quæ incolunt desertum. Præstat dicere comprehendi omnes, tam quæ versantur in deserto, & silvis, quam quæ in agris & campis, non exceptis cicuribus acque domesticis: peculiari autem alia de caussa *onagrum* egressum, ut postea videbimus. Aquarum & fontium usus in Oriente, ubi psallebat David, maximè commendatur. Ardent enim ibi solaribus flammis omnia, & viatores multis itineribus impositam camelis vectant aquam per fabuli ardentes acervos, nusquam aliam offendentes.

Allegoria. Juxta communem Latinis allegoriam *bestiæ agri*, aut *silvæ*, sunt gentes, ut & quas Noe inclusit in arca †, & vidit in linteo Petrus *, quæ de *aquis inter medium montium pertranseuntibus*, idest, de doctrina Apostolica in medio fluente, propter concordiam communionis potant; quia omnes erant in arca, omnes in linteo: *transeuntes* autem *aquæ* dicuntur, quoniam omnis doctrina, quæ in hoc tempore dispensatur, transit: scientia enim destruitur, & prophetiæ evacuantur, & quia modo ex parte sciamus, & ex parte propheremus, *quum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* c. Vim facit Augustinus in *silvæ* nomine: ad arcam Ecclesiæ construendam, ait concisa esse lingua de silvis, inde esse ligna, inde bestias. Observatio. inde nos venisse. Indicant præterea *bestiæ* cum *onagro*, ut observat creditus Hier. omnibus æqualiter gratiam ministrari, Doctoremque *sapientibus & insipientibus esse debitorem d*: non tantùm volucribus, de quibus paullo post hoc est, excelsioris intelligentiæ, vel meriti hominibus: vel contrario quodam sensu, non solùm Judæis, jam veluti more bestiarum per legem edomitis, sed etiam Gentilibus, adhuc indomitis, instar onagri, ut ait Bruno Carthusianus: licèt Hugo, Ayguanus, August. etiam & alii per *onagrum* Judæos accipiant magis feroces & pervicaces, diutiusque ad mundi finem expectantes: per *bestias*, Gentiles. Quod si pejorem in partem *aquas* accipiamus pro fluxis, per perituris bonis, hæc dicentur bestiæ portare & onagri: nec habebuntur *hæ aquæ fideles e*, quibusque *rigentur montes*. Sed aliæ de superioribus, atque cœnaculis Dei, sive cœlestes, de quibus postea *f*, quam expetentes & expectantes velut *pluviam voluntariam segregatam hæreditati Dei* g, vo-

Alucres cœli, hoc est, justi, *de medio petrarum*, id-est, Christi vulnerum, *dent voces votorum*, *laudumque*.

Expectabunt onagri in siti sua.) Hier. *ut bibant omnia animalia regionum, & reficiat onager sitim suam* Alii, *frangunt*, vel *frangent onagri sitim suam*, idest, *levant*, sive *extinguunt*, aut *levabunt & extingunt*, *sedabuntque*. Chaldaicè *infringent* יהברון *jethabberun*: quamvis Nebiensis vertat, *sustinebunt* וחברון *ithberunt*. Hebræum verbum ut nunc scribitur cum puncto in dextro cornu litteræ ש *scin* ישברו *iischberu*, quemadmodum in pluribus codicibus legi, observavitq; Richardus Cenomanus, & non, quod quidam *h*, lapsu fine dubio memoriæ, non scientiæ docuit, cum sinistro, significat *frangent*, & applicando ad *sitim*, aut *famem*, est illam *sodare, tollere, vincere, reficere*, quo pacto etiam R. Kimhi exposuit *i*: & Latinè dicimus *frangere audaciam* alterius, *bellum, vires, commoda, contentiones, libidinem propriam*, &c. Legerunt LXX. cum puncto in sinistro cornu ישברו *iisberu*, quod est *expectabunt, sperabunt*, & vertitur alibi *i* altero ex his verbo: & hìc *k* infra verbo *expectandi*: Verterunt illi προσδέξονται οὐαγρο ι εἰς δίψαν αὐτῶν: quod habentur in vetere Latino Psalterio, apudq; Augustinum. *Suscipient onagri in sitim suam*: Bqua ratione Prosper etiam, omissa præpositione, legit. *Suscipere* autem *in sitim*, est aquam bibere ac potare ad sitim explendam: Vel quodammodo respondere tacitis interrogationibus, cur sic ore sint hiante, ac inhelante, ut nempè siti satisfaciant. *Suscipere* namque in hac notione non modo Evangelistæ, sed Virgilius *l* quoq; usurpat *Suscipit Anchises*. Quod Symmachus dixit ἀναχτηζασθαι δ' ψαν *recreare sitim*, nominans ἄναψον in singulari, quum tamen etiam Hebraicè sit numerus pluralis פראים *peraim*. *Expectare in siti*, est anhelare ad potum aquæ, ut illa extinguatur: & quod ait idem noster Dadid *m* de cervo, *desiderare ad fontes aquarum*. Quod Apollinarius explicat Deum ipsum expectari ab onagris, quod διψαλέως cognominat. Sic vero etiam *oculi omnium* dicuntur *sperare escam à Domino n*, & *cœli invocare illum o*. Nec vero suspicandum *p* in textu LXX. debere esse, ac fuisse aliquando προσδοκηζονται: quoniam προσδέξονται, quod nunc habent constanter codices omnes Græci, significat *expectabunt*, sicut illud aliud verbum, ut annotavit Budæus *q* linguæ Græcæ scientissimus exemplo tum profano Xenophontis προσδεχόμενος (ὁ κύρος) καὶ ἄλλην στρατιὰν οἰκοθεν ἐκ πρζῶν: *expectans alium exercitum domum ex Persis*: tùm sacro Lucæ *r* de Simeone προσδεχόμενος τὴν παράκλησιν τῦ ἰσραὴλ *expectans consolationem Israel*. Nec deessent alia exempla de Josepho ab Arimathia, *expectante regnum Dei*: *de expectantibus Dominum reverentem à nuptiis* r: de *expectantibus resurrectionem* u: de *expectantibus beatam spem* x: de *expectantibus misericordiam* y: de *expectantibus redemtionem Israel* z, de *expectantibus promissum* a. Jam verò quod attinet ad *onagrum*, quem Latinè diceres asinum sylvestrum, sive agrestem, ab ὄνος & ἀγρὸς, cognominant id animal Græci καταξρον, καὶ διψῶδες, *b. aridum*, vel *exustum & sitibundum*. Nomini Hebræo פרא *pere* arbitrantur aliqui respondere Latinum nomen *feræ*, sed *onagro* accommodari, quod ferarum notissima sit: & pro quavis fera derivant à פרא *para*, vel פרה *paruh*, *multiplicare, augere, fructificare*, quod fœcundiores esse soleant feræ, quam domesticæ animantes. Favet, quod per transDlationem dicitur de homine fero, sive silvestri. Hoc semel tantùm occurrit *c* de Ismaele, non de Esau, ut Pineda *d*, ubi Chaldæus vertit, *ipse erit onager in hominibus*: LXX. ἀγροικος Interpres noster *ferus*; alias autem semper *e* pro illo nomine *onager* ponitur: & apud Danielem *f* Chaldæum vocabulum est; quod habetur etiam hoc loco ערריא *hharadaiia*, vel ערוריא *hharodaiia*. Non est porrò satis notum quod animal sit onager: tantùm abest, ut quia notissimum est, generale *feræ* nomen retineat: nec feritas tanta onagri, ut ferum, ac silvestrem asinum significat, quin, licet non aliter, quam venatu capiatur:

Sapè etiam cursu timidos agitabis onagros:

Captus domari possit *g*, & ad seminationem, ut Varro scribit, adhiberi. Meminit & Auctor Ecclesiastici *h*, leonem imprimis infectari venando in eremo onagrum. Atqui ut ex aliis divinarum litterarum colligitur locis, liberiùs vagatur *i*: ardet libidine *k*: rudit famescens, & oculis deficitur *l*, vel etiã quum sitit *m*, utpote calidas, & siccas tantum regiones Africæ, Asiæq; incolens *n*, ac præsertim Arabiæ *o*, tum in monte, qui Capadociam à Cilicia dividit *p*, vel in Phrygia & Lycaonia *q*, & in monte, qui Narsingæ regnum distinguit à Malabari; atq; pastu vivens herba-

a 3. Reg. 1. 33
b Cap 56. 9
c 1. Cor. 13. 10
d Rom. 1. 14
e Ps. 33. 16 Isai. 57. 13
f Dan. 7. 20
g Virg. 3. Georg.
h Plin. l. 8. c. 44
i Cap. 13. 23.
k Job 11. 12 cap. 39. 5
l Jerem. 2. 14 Osea 2. 9
m Job 6. 5. Jerem. 14. 6
n hoc loco.
o Plin. lib 8 cap. 15
p Xenoph li. 1. Cyrip.
q Plin. lib. 8 cap. 58.
Varro 2. de rerust. cap. 6
h Bellarm.
i Ps. 118. 166 Ps. 144. 15
k vers. 27
l Aeneid. 6. Suscipit Anchises.
m Psal. 41. 2
n Ps 144. 15
o Ps. 146. 9.
p Sicla nse. nius & Bellarm.
q Comment. linguæ Græ. pag. 505.
r Luc. 2. 25
s Mar. 15. 4 Luc. 23. 51
t Luc. 12. 36
u Act. 24. 15
x Tit. 2. 13
y Epist Judæ vers. 21
z Luc. 2. 38
a Act. 23. 21
Notio nominis Onagri.
b Glycas p. 1. annal.
c Gen. 16. 12
d in Job. 6. 5
e Job 6. 5. c. 11. 12. c. 24. 5 c. 39. 5. Jer. 2 24. cap. 14. 6 Es. 32. 14.
f cap 6. 21
Onagri prophetates.
g Virg. 3. Georg.
h Plin. l. 8. c. 44
i Cap. 13. 23.
k Job 11. 12 cap. 39. 5
l Jerem. 2. 14 Osea 2. 9
m Job 6. 5. Jerem. 14. 6
n hoc loco.
o Plin. lib 8 cap. 15
p Xenoph li. 1. Cyrip.
q Plin. lib. 8 cap. 58.
Varro 2. de rerust. cap. 6

herbarum *a*, quam præterea sitim provocat ruditus per horas diei singulas, noctisq; in æquinoctio verno, cum simul pedibus terram terit, ac fodit teste Isidoro *b*, quod malunt alii orygi, aut cynocephalo congruere. Ex eadem onagrorum siti orta fabula cum irrisione Judæorum, ac postea Christianorum, perinde ac si non fabula, sed historia esset, veraq; narratio, quam litteris prodiderunt, Plutarchus *c*, atq; Tacitus *d*, & consutaverunt Josephus *e*, Tertull. *f*, Minutius *g*, Moysen in deserto, quum præ aquæ inopia populus haud procul exitio, totis campis procubuisset, conjecturam ex herbido solo, ad quod grex asinorum agrestium conceserat, fecisse, largas ibi aquas latere, quas etiam aperuerit, ea verò deinceps de causa eum asinum coluisse, sicut & porcum, sementis ac orationis doctorem, sed & idcircò à lepore temperasse, quod colore, auribus, oculis supplicibus tristibusq; mire asinum referat. Quamquam & de re Petrus Crinitus *h*. An verò etiam consentit cum siti asinina, quam ejusdem animalis mandibulæ molari dente, Samsoni siti enecto elicuit Deus, aqua *i*? Id quidem putat Pinena *k*, sed assentior Serario *l*, communis, domesticiq; asini, qui חֲמוֹר *chamor* appellatur, mandibulam fuisse. An similis istius, ingluvies pisces est, cui nomen ὄνῳ *asino*, cognomen ἐκ τραπέλου δ' ἄστρῳ, quod à communi ventris consuetudine discedat, habens illum in corde? Typus quidem ipse Clementi *m* Alexandrino videtur eorum, quorum Apostolus *n* ventrem Deũ esse affirmat & quibus ingenita eidem animali soliditas, ignavia q; conjuncta solet esse: nec non & fruges consumant, & devastent. Sed cave onagrum benè ungulatum, alacrem, bono moderatoq; corpore, venustum, cursorium ac velocem instar venti, pluisq; quam equas *o* argentei, plumbeive coloris, ut eum describit Oppianus *p*, cum onagro confundas Indico, ut ex Volaterrano Gillius *q* de illo scribit. In Unicornem potius conveniunt, quæ affert. Non etiam idem ἔναγρος & μόνιος, & Cyrillus tamen in Oseæ *r* videtur sentire, de qua voce simul cum adjecta ἄγριος, egi psalmo 79. *s*, ubi dicitur Latinè *singularis verus*. Non deniq; idem cum alce. Legatur præter indicatus Solinus *t*, & Julius Cæsar Scaliger *u*, Pineda *x* noster, ex quo mutuati sumus nonnulla, Hier. *y*, Conradus Gesnerus *z*, tametsi damnatæ Religionis Auctor, Petrus † Victorius, Albertus * Oppiani versus sunt hi,

Ἐξόπιν ἐνέπωμεν ἐυσφυρον ἠρόεντα
Κραιπνον ἀελλοποδην χαραπερώνυχον αἰπυν ὄγκλρον
Ὅς τε πέλει φαιδρὸν δέμας ἄγριος ευρὺς ἰδέσθαι
Ἀργύρεος χροιὴν δολιχάατος ὀξύ τάχος θεῖν.

Ad rem facit maximè sitis, quam noster Propheta significat, onagros aquis fontanis eximere; nec enim nisi limpidis puris delectantur. Unde falli eos necesse est, qui beneficio ventorum sine aquis vivere scribunt. Etsi verum est, atq; his cum aliis animalibus commune, ut ob necessitatem, ac inopiam aquæ, aerem frigidum, auramve ore hiante capiant. Hoc unum Jeremias *a* voluit, scribens, quod *onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba*. Sitibundos demum onagros magis facit, illos, præsertim quos Job *b* in Arabia sua indicat in terra salluginis habitare, quoniam libenter vesci videntur pabuli salio, ut malvis salluginosis. Quamvis indiscriminatim, uti Oppianus scribit apud Ælianum *c* ex Gilii additione, pastu herbarum, quas abundè fundit terra. Quod addit Cajetanus, onagros tametsi valdè sitiant, horrere pedem ponere etiã in minimo aquæ rivulos indeque fieri ut sitim non extinguant, nisi invenerint quietam, tutamq; aquam, in qua sicco pede possint bibere; & idcircò dici frangere velut delibantes paullulum aquæ: illam, inquam, proprietatem apud nullum alium legi, nec in *frangendi* verbo vis ea inest, ut liquet ex dictis. Non item vidi, qui diceret, quod Cassiod. & Haimo, onagros adeo fatuos esse, ut licet sitiant, visa tamen aqua, differant sitim: nec quod Aquinas *d*, diu tolerare famem & sitim: nec quod adhuc Hugo & & Dionys. non bibere ex fontibus & fluviis, sed expectare quousq; pluat. Expectatio ista non dilationem, sed vehemens desiderium importat. Quare nec juxta mysticum sensum satis aptè Judæi dicuntur expectare in siti, quod conversionem differant usque ad mundi finem.

Sensus mystici.

Ex hac omni onagrorum Physiologia non erit difficilè mysticos elicere sensus, quos partim quoque attigimus membro præcedente, ubi de Judæis, ac Gentibus deque cuncti generis hominibus: & juxta varias istius animalis qualitates nunc de diis, nunc interpretari possumus de improbis. Præ ceteris Augustinus diligenter ac leganter demonstrat doctrinam Evangelicam & sacram, tam salubrem, namq; vitalem esse, ut pro capacitate utentium neminem sui dimittat exortem, & sive parvulos, sive magnos, sive infirmos, sive fortes habere in ea unde alantur, unde satientur, & leporem parvum, & onagrum magnũ inter quos, seu inter leporem, & domesticum etiam asinum similitudinem formæ Plutarchus observat, inde bibere, sed quemque in sitim suam. Ostendit hac in re differre doctrinam profanam Ciceronis, Platonis, aliorum, ut pauci audeant illuc aspirare, accedere, bibere: psalmum, & similes scripturas etiam pueros audire, delectare, etiam imperitos accedere ad bibendum, & satiari, ac ructare, accommodata singulis præstare documenta. Chrysostomus *onagros* in partem bonam accipit pro iis, qui peccati sarcinam non gestant, & spiritualium aquarum siti laborant, atque huc spectare verba Job *e*, *quis dimisit onagrum liberum, & vincula ejus quis solvit?* Quærit recens Auctor *f*, quare animalia aquatilia & pennigera, & quæ & aerea, à potatione hic excluſa sint. Respondet, quod Angelos sanctos & cacodæmones pennigera designent, in suo jam statu firmiter constitutos; æquatilia homines omnem ætatem in flagitiis traducentes, nec ad beatitudinis aquas aspirantes, nec consequi Dei gratiam merentes. Vel quia denotant & superbos talibus aquis indignos. Atqui de pennigeris mox mentio erit, & visa sunt quoque in linteo Petri volatilia, cum quadrupedibus & serpentibus *g*. Quum de siti, potu, aquis agitur, frustra mentio animalium fieret, aquis immersorum. Quo prima verba Cantici, *osculetur me osculo oris sui*, exponi posse dicit, *bibit me*, seu *bibat amor meus*, & innui votum incarnationis, ut per eam Verbum nostram naturam veluti fugat, & in carne carneum lac bibat: vel, *potum dabit, detur mihi amor meus*, præbendo calicem suum video & ego non abhorrere nec à pietate, nec ab Hebræo verbo יִשְׁקֵנִי si aliter scribatur ac proferatur, & ab alia radice derivetur. Ut nunc extat, יִחָקֵנִי *issaciakeni*, à נָשַׁק *nasciak*, *osculari*, aut *erudiri* est, sicut in psalmo 2. *h*, ubi legimus, *apprehendite disciplinam*, si à שָׁקַה *sciakah*, quod in hoc ipso nostro versu habemus, est *bibere*, aut *potum dare* in hiphil. Possemus huc etiam accersere Etiam *i* ex translatione LXX. qui quod Hebraicè ac Latinè legitur *primo tempore alleviata est terra Zabulon*, reddunt, τῷ πρώτῳ ταχὺ πιε, *hoc primum cito bibe*. Hieron. *k* autem Basilius, Cyrillus, Procopius *l*, Eusebius *m*, Tertullianus *n* interpretantur de primo signa in Chana Galilææ *o*. Ambrosius *p* de bibendo Christo, seu doctrina ejus, & Evangelica.

Super ea volucres cœli habitabunt.) Hier. *morabuntur*. Alii, *juxta illos*, aut *supra*, & vel *fluvios*, vel *fontes*, vel *montes*. Quidam, *super ea flumina*. Amplecti possumus omnia, simulque aquas, ut *super ea*, quod ait Hugo, sit idem, quod *super prædicta*, præsertim per pronomen neutrum *ea*, & ἀπὸ κοινοῦ ut nempè *volucres cœli*, Hebraicè עֵיף *hhoph*, singulari numero collectivo dicantur *habitaturæ*, ideſt, habitare solitæ juxta, seu propè fontes flumina, aquas ipsas frequentando potus causſa, & in arboribus propè aquas illas plantatis nidulando, sive commorando vel super, ac supra montes ipsos degere, similiter ubi arbores plantatæ sint, quiq; alluantur aquis. Pronomen affixum Hebræum masculini generis in עֲלֵיהֶם *hhalehem*, referre potest *fontes* & *convalles*, alias *fluvios* & *montes*, quę nominibus Hebræis masculini quoq; sunt generis. Pro neutro, quo carent, usurpant Hebræi femininum genus, ut credi possit Hier. legisse עֲלֵיהָן *hhalehen* per ן *nun* finale. Non est termo de solis avibus aquaticis, stagna, lacusq; incolentibus, vel fluvios amantibus, & maria; sed in universum de cunctis, quibus ad fontes, flumina, & quaslibet potabiles aquas, dum sitiunt, confugiendum est. Procreatio volatilium ex aquis extitisse proditur in Genesi *q*, simul cum productione piscium, videlicet horum ex crassiore, illorum ex tenujore aqua, qui dici potest aer nebulosus, at una concurrente lutea materia, seu terrea ad oram, superve aquarum superficiem delabente & aere, igneq; interveniente. Constat complura genera volucrum natare, ut pisces, magnaq; similitudo est inter volatum avium & natatum piscium; quoniam ambobus generibus affiguntur caudæ, pennæ, seu pinnulæ, quasique alarum remigia, & illæ aerem incidunt, hi secant aquam: & aqua partim inferius in una labitur pro natantibus, partim pro volantibus in aura flabili erigitur: & ipsamet duo media elementa cognatione naturæ cohærent, ob humorem, mollitiom, permeabilitatem, pelluciditatem mobi-

Volatilia ex aqua pro creata sunt.

Inter avia volatum & piscium natatum similitudo.

a *Petrus Gyllius ad Aelianum l. b. 5.*
b *cap 22. ex Oppiano* Fabula ex onagrorum fidei orta.
c *4 convival quæst. 5.*
d *Lib. 21*
e *2. cont. Apio.*
f *Apolo. c. 16.*
g *in Octavio.*
h *1. de honest. adolescent. c. 9.*
i *Judic. 15. 19*
k *in Job c. 6. 5*
l *in Judic. c. 15. q. vlt. n. 2*
Piscis cui asino nomẽ ventri deditorum typus.
m *2. Pædag. c. 1*
n *Philip. 3. 19*
o *Xenoph. 1. Cyripæ.*
p *in Cyneget. lib 3.*
q *in Aeliani addit.*
r *Cap 8.*
s *vers. 14*
t *cap. 30*
u *Exerc 206 num 4.*
x *in Job cit. loco*
y *quæst. in Gen. in c 36.*
z *de quadr. 320. var. lect. cap. 1.*
* *de animal.*
a *cap. 14. 6*
b *cap 39. 4*
c *Lib 5. c. 22.*
d *in Jer. 14*
e *cap. 39. 5*
f *Tuccius in cant. annot. Oseulabitur, pag 15.* Quare aquatilia & pennigera à potatione hic excludantur.
g *Act. 10. 11*
h *vers. 12.*
i *cap. 9. 1*
k *Ibidem.*
l *in Esa. omnes.*
m *7. demonstr. Evange. c. 4. & c. 9*
n *4. contra Marcion. c. 7.*
o *Johan. 2. 1 & seq.*
p *in Psal. 11*
q *cap. 1. 20*

mobillitiem, & caret utraque species animalis auribus, vesica, mammis exporrectis, lacte. Argumento etiam est, quod, ut observatum Augustinus[a] memorat, supra editiores montes ut supra Olympum, ubi purior & rarior aer existit, nullæ volant aves, utpote quod à crassiore sustineri debeant. De montibus videntur interpretati Aug. Prosper qui Græcè neutro genere vocantur ὄρη. Quo pacto Interpres retinuisset genus idem in pronomine (*ea,*) sicut in libro Sapientiæ[b] *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc,* &c. *hoc* nempe πᾶν τὸ πνεῦμα: cujus alia sunt exempla, ut ibi docui. Cassiod. explicat de convallibus & aquis irriguis: Haimo de montibus & aquis, Beda de montibus, convallibus, campis. Euthymius ac Nicephorus referre videntur ad ὕδατα, quæ genere item neutro significant aquas. *Fontes* in masculino & πηγαί in fœmino: φάραγγες quoq; in illo genere, *Convalles* in isto, potuerunt pronomine neutro, juxta syntaxin Græcam, Latinamq; copulari. In Psalterio vetere, & apud August. & Prosperum *super illos volatilia cæli inhabitabunt*, quod de montibus, ut dixi, exponunt. Non videtur autem apta expositio Remigii, *super ea*, idest, præter ea, nempè præter onagros, & bestias agri. Quod tamen etiam non displicet Brunoni Carthus. & Faber litteraliter quoq; *super ea*, explicat de omnibus præcedentibus, nominando onagros & bestias. Mysticè Latini per *volatilia super montes habitantia* designari volunt animas spirituales, quibus pastus sit, & requies in Apostolis prædicatoribus, Doctoribus, ita ut ab eis non aberrent & inveniant in eis petras hoc est, firmamenta quædam præceptorum; quoniam sicut una illa petra Christus † Verbum Dei, sic multa verba Dei, multæ petræ, de *quarum medio*, (quod sequenti continetur membro) *dant vocem meam*, & illis sonantibus respondent, & resultant petræ, cum disputationibus consonant testimonia scripturarum. Exactè persequitur Augustinus hanc tropologiæ mixtam allegoriam, observans in sacrificio illo Abrahæ, in quo erat Aries, Vacca, Capra, Turtur, Columba, has aves nec divisas fuisse, nec de earum ætate quidquam expressum, sicut de ætate ac divisione aliorum[c]; quoniam spirituales æterna meditantur & transgrediuntur desiderio & intellectu omnia temporalia: præterea de omnibus judicant, & à nemine judicantur[d]; nec dividuntur in hæreses & schismata sicut contigit arieti præpositos Ecclesiæ denoranti Vaccæ, gregem Judæorum trahentium jugum legis; Capræ Ecclesiam de Gentibus, quæ liberis saltibus insultabant, & amaro pascebantur oleastro; omnes autem trini sunt, idest, in tertio tempore gratiæ.

[a] 3. *de Gen. ad lit. c. 2. & 1. de Gener. imperfect. c. 14*

[b] *Cap. 1. 20*

Sensus mysticus.

† 1. *Cor. 10.4*

Allegoria tropologiæ mixta.

[c] *Genes. 15. 9*

[d] 1. *Cor. 2. 15*

De medio petrarum dabunt voces.) Addunt aliqui codices, *suas.*) Alii, *vocem suam*, in singulari, quemadmodum extat Hebraicè, & Græcè. Abest ab Hebræo textu pronomen, & à Græco. Hier. autem vertit, *de medio nemorum.* Quidam, *inter frondes*, *de medio frondium*, *ex mediis arborum ramis*, *ex arboribus frondiferis*; *ex foliis arborum*, *ex fruticetis remisque.* Quia scilicet juxta ripas grandescunt & frondescunt arbores, & invitantur utraque re ad canendum aves, tùm viriditate arborum, tum aquarum præterlabentium, vel frigida aura, vel pellucido aspectu, vel grato strepitu, vel suavi gustu, ac refrigeratione. Addidit Paraphrastes *vocem cantus*, licet *ramusculos* transtulerit.

De voce cantus opinio communis est, præter Euthym. & qui perpetuò hunc transcribit, Nicephorum, de aquis quæ cum impetu, ac strepitu exeunt de petris, & suavi quodam susurro animalia ad potum vocare videntur, ipsosq; homines ad cantum, & divinas laudes movere, quum admirandum omninò videatur, quod ex aridissimis petris natura hujusmodi, humida scilicet, tam copiosè, ac perpetuò profluat. Erit fortassis quum veniant in mentem *enagri rudentes ac rugientes in petroso deserto quum non habent herbam*[e], vel *attrahunt ventum amoris sui*[f], & *deficiunt eis oculi, dum stant in rubibus, ob defectum herbæ*[g], & aquæ. Non destituitur specie omni probabilitatis hæc expositio, cujus Auctorem nullum reperi; nec mihi tamen alia præter communem probatur. Hebræum nomen עפאים *hhophaim* illa significat, quæ retuli ex translatione Hier. aliorumq; Hebraizantium. Richardus Cænomanus arbitratur LXX. hoc loco, sicut & in aliis non paucis, quorum profert exempla nonnulla, Spiritus S. auctoritate paullulum recessisse ab Hebraica lectione, propter sensus mysticos. Citat etiam Augustinus[h] hoc in genere de illis interpretibus admonentem. Bellarminus noster existimat, aut legisse LXX. בפאים *chephaim*, quod

[e] *Job 6. 5 Jer. 2. 24.*

[f] *Cap. 14. 6*

[g] *Cap. 31. 22*

[h] *de civ. 18. 41*

Anomen *petras præruptas* ac *rupes* valet, unde nomen Petri *Cephas*: aut potius sensum respexisse, non verba; quia volucres inter frondes quidem, ramosq; arborum, sed in rupibus & petris montium nidulos ponunt: ut proinde utrumq; sit verum & quod ex mediis frondibus, & quod ex mediis petris cantus suos edant. Si retineatur vox Hebræa ut modo est, quam alii malunt Syram esse, iterumq; in Daniele *i*, ut & ejusdem linguæ aliæ voces, extat: erit elegans paronomasia in עיך *hhoph*, & dicta voce. Suspicatur M. Ant. Muretus in marginali notatione, quam suamet manu, sicut & alias ad alia breviarii sui loca, quod quum reliqua ejusdem bibliotheca in Romano collegio nostro habemus, adscripsit ad psalmum istum, qui tertius est officii matutinalis Pentecostes, pro πετρῶν legendum forsitan πεταλων, quod nomen significat *folia*, ob latitudinem & expansionem. Ægrè locum do suspicionibus, præsertim quum facilè tueri possum traditam vulgò lectionem. Quod autem spectat ad garritum & cantum avium, quas officinas etiam, & aliquas loquaculas vocant sive unius modi ac immutabilem edant sonum, sive alienam imitentur; idque aut ex sese suapte natura, aut exercitio adhibito, Poeta in carmine de Philomela, quod

[i] *Cap. 4. 18*

Variæ formæ & modi cantuum avium.

BOvidii operibus insertum est, varias cantuum formas enumerat, modosq; Ait parum tinninare: acredulam mitilare: turdum trutilare: sturnum pisitare, perdicem cacabare: anserem gratitare, drostram palara sonare, turturem & columbam gemere: palumbem plausitare: anatem tetrinire: gruem gruere: Cygnum drensare, accipitrem pipare: milvum lipire, gallum cucurire: gallinam gracillare, pavonem pupillare: hirundinem trinsare, alii trusare, aquilam clangere, vulturem pulpare: corvum crocitare: graculum frignlare, ciconiam glotorare, passerem pipire, cuculum cuculare: cicadam fritinire: apem, quæ tamen proprie avis non est, bombilare, bubonem bubulare, strigem, & vespertilionem stridere, noctuam cucubare, ululam ululare, butionem bubire, regulum, meropem, prognem zinzilulare. Eadem de re Thomas Rhadinus legendus, & quæ de harmonico musicoque concentu luscinæ Plinius *k*, Ælianus *l* ex Clitarcho de volucris Indicæ scribit, cui nomen hotion. Abiit quoque avium cantus in proverbium, ita ut poeta Theocritus cognominaret μουσῶν ὄρνιθας *musarum aves*. Ceterum provocari aves ad concinendum fontium, fluminumve opportunitate, præter experientiam cecinit quoq; Virg. *m*, de Tyberino flumine agens.

[k] *lib. 10. c. 29*

[l] *17. de anim. cap. 22.*

[m] *Æneid. 7*

In mare prorumpit, varia circumque, supraque
Assuetæ ripis volucres & fluminis alvo
Æthera mulcebant cantu, lucoque volabant.

Similiter prior dixerat Homerus de antro Calypsonis.

Ἔνθα δ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι ἐυκάζοντο
Σκῶπες, ἴρηκές τε, τανύγλωσσοί τε κορῶναι
Εἰνάλιοι τῆσιν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλον,
Hic volucres habitant pictæ, atque ingentibus alis
Buboque, accipitresque, & longo gutture cornix
Æquoreæ, quibus est mos vitam degere in undis.

Frequentiores & gratiores ac suaviores.

—— *n Matutini volucrum sub culmine cantus.*

[n] *Virg. 8. Æn.*

Denique,

o Garrula per ramos avis obstrepit.

[o] *Seneca in Oedipo, actu 2. in choro, vers. 454.*

In parte nonnulla beatitudinis in insulis Fortunatis, Elysiisve campis ponebant veteres, avicularum immortalium usq; & usq; liquidissimos cantus, tenui gutture fusos, ad intimos audientium sensus incredibili voluptate permulcendos Et memini legere pium nescio quem anachoretam dulci volucris harmonia intentum plurimos annos sic in eo otio traduxisse, tamquam in prægustu felicitatis. De mystico sensu vix est, quod addatur ad ea, quæ priore dicta sunt membro, nimirum *de medio petrarum dare voces*, qui sermones suos confirmant scripturarum sanctarum, quæ solidissimæ sunt, auctoritate. Quibus neglectis, merito Aug. reprehendit, qui Platonem, Ciceronem, Pythagoram, similesque in sermonibus, quos habent de rebus Ecclesiasticis, importunè ac putidè crepant. (Modo si dicam vobis, ait, credite, hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Pilato, hoc dixit Pythagoras, quis vestrum non irridebit me? &c.) Hugo etiam accommodat ad spirituales, qui hortentur aliàs *de medio petrarum* duræ, & austeræ vitæ suæ, suggerendo per multas tribulationes intrandum in regnum cœlorum *p*: *angustam esse portam & arctam viam, quæ ducit ad vitam q*: Si *primum à domo Dei*, & à justis *incipit judicium Dei, quem* credendum sit *fore finem eorum, qui non credunt r*? Refert præterea

Sensus mysticus.

Sensus accommodatitius.

[p] *Actuum 14. 22*

[q] *Mat. 7. 14*

[r] *1. Pet. 4. 17*

Hugo ad medium ætatis, & profectus, ut nemo repentè dare vocem velit doctrinæ, sed postquam probatus fuerit. Certè Christus anno cœpit trigesimo *a*. Bernardinus *b* docet sicut Deus, qui est Sol illuminans universum minimè à semetipso discordat: sic sacros scriptores eodem concordi lumine illustratos in omnibus extitisse concordes. Tum citans præsentem locum, declarat de medio sanctæ Trinitatis emittere consonantiam sensuum in scripturis. Grevæus *c volucres* interpretatur Angelos, qui dulces concentus personent cogitationes sanctas & affectiones pias inspirando, atque sublimia secreta revelando de medio duorum testamentorum, tamquam petrarū, iis maximè, qui sanctarum scripturarum scrutinio delectentur: *ac meditatione sua ignem exardescere* faciant *d* quasi collisione petrarum. Cavendum, ne peccando quasi *mittendo lapidem in hæc volatilia, dejiciamus ea e*, & exire compellamus, *arbore nostra succisa f*.

a Luc. 3. 23
b Tom. 2 serm. 2. c. 2

c serm. 217

d psal. 38. 4

e Eccl. 22. 25
f Dan. 4. 11 20

Vers. 13.) Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Vers. 14.) Producens fœnum jumentis, & herbam servituti hominum.
Ut educas panem de terra,

Vers. 15.) Et vinum lætificet cor hominis: Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Sensus loci.

NOn possunt fontes & flumina, loquendo ut plurimum, superiora montium, colliumque loca irrigare, aut ad omnes ægros derivari, propterea docet Deum pluvias subministrasse de nubibus, velut de fontibus cœlestibus vel clepsydris ex alto effusis, ut inde satiata, & inebriata terra (una scilicet cum montibus, qui quod ea irrigatione magis egent, de illis peculiaris mentio facta est) herbas ac fruges proferre valeret in alimenta tùm jumentorum, tùm hominum, quorum etiam utilitati serviunt, atque ita & hic, & illa satisfacerent necessitati, & appetitui ex abundantia fructuum opera Dei provenientium. Nominatim verò exprimit panem usitatum hominis cibum, sub quo alii cibi, præsertim quos terra gignit, comprehenduntur, & vinum ordinarium potum quo cor hominis etiam hilarescit, sicut pane idem, & cum illo vires omnes corporis corroborantur. Olei quoque meminit, cujus ad lætificandam faciem sit usus, dum eo ungitur, aut dum libentiùs cibos, ut herbas, & legumina cum tali condimento degustat; & sic facies nitidior apparet, gratiore nutrimento percapto. *Dat Deus escam in tempore opportuno g*: benè facit de cœlo dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibi & lætitia corda, caliquè testimonio seipsam relinquens, ut vidimus in actibus Apostolorum *h*, ubi etiam *i* Paulus asseverat *nos in ipso vivere, moveri, esse*: & alibi *k*, *neque qui plantat esse aliquid, neque qui rigat* (quam tamen cooperationem exigit Deus, utque *in sudore vultus nostri vescamur pane nostro* l.) *Sed qui incrementum dat Deus: is qui solem suum oriri fecit super bonos & malos, ac pluit super justos & injustos m*. In commentario illo nostro Apostolicæ historiæ comperiet, qui volet, quibus præsentem confirmet ac illustret locum de munifica Dei in cibandis affatim nobis liberalitate, & quam dedeceat memori animo, grataque voluntate & promto obsequio non respondere. Istarum præterea rerum commemoratio panis, vini, olei, usitata locis aliis divinarum litterarum, ut admonui psalmo 4. *n* (quamvis contendant aliqui hoc loco per se oleum non commemorari, sed quod ita vinum exhilaret cor, ut oleum faciem reddit hilarem nitidamque) suggerit nobis parsimoniæ, atque temperantiæ legem, frugalem victum, potum sobrium moderationem voluptatis, fugam crapulæ & ebrietatis. Legendus aliquod locis Jeremias *o*, valdè urgens beneficium divinum in dandis pluviis: item Amos *p*, qui hac ipsa re Deum verum à falsis distinguunt. Sed de sensibus mysticis plura seorsim postea.

g Ps. 103. 27

h Cap. 14. 17
i Cap 17. 28
k 1. Cor. 3. 7

l Gen. 3. 19

m Mat. 5. 45

n Vers. 8.

o c. 5. 23. 24 c. 10. 13 14. c. 34. 22 c. 5. 16
p c. 5. 8. c. 9. 6

Rigans montes de superioribus suis.) Verti potuit, sicut & sequentia, quæ & participiis constant, per verbum vel præteriti temporis, vel præsentis, quia sunt etiam Hebraicè & Græcè participia. Hier. *q*, *qui irrigas montes de cenaculis tuis*. Quamvis affixum pronomen sit tertiæ personæ, מעלותיו *mehhaliiot hau*, quod ipsum non

q Hic. & in Ezech. c. 42

Amen erat vers. 3. ubi de illo egimus. Chald. *qui irrigas montes de domo thesaurorum superiorum sui ipsius*: quod Nebiensis non benè vertit per pronomen secundæ personæ, quum sit tertiæ, cum littera denotante articulum, דלת *deleh*. *Rigare*, sive, ut sonant Hebræum & Græcum participia משקה *mashcheh*, & ποτίζων, *potare*, ac *potum præbere*, quod Apollinarius reddidit πιαίνειν, *pinguefacere*, dicitur Deus *de superioribus*, aut quasi *de cenaculis suis*, vel *tectis palatii sui*, quæ sint veluti contignata & contabulata ex aquis, tamquam ex laquearibus, *nubes* intelligendo. Hæ, sicut hic ὑπερῶα, dicuntur ita generaliter, quæ in sublimi gignuntur & vocantur à Philosophis μετέωρα, Credi potest hic ipse fons esse, qui scribitur imitio r *ascendisse è terra, & irrigasse universam superficiem terræ*, nimirum vapor in nubem condensatus, non ut quosdam dixisse refert Apollinarius in commentario διὰ νεφέλων ἀγασσούμενος, *super nubes attractus*, ac demum resolutus in pluviam. Sensus mysticus tritus & communis est, quem primus ex Latinis dedit August. Apostolos, Prædicatores, Doctores, ceu montes, quam aliis communicant aquam doctrinæ, desuper accipere, divinaq; gratia irrigari & doceri superiora, altaque mysteria & sapientiam, quæ de sursum est. Irrigati sunt, & edocti aliqui immediatè, ut Apostoli à Christo, seorsim verò Petrus visione lintei *s*: Paulus cùm est vocatus *t*, & in raptu *u*. Montes magni erant, ipsiq; cœlo quodammodo contigui. Ab his in inferiores montes, colleisque, & in valles, camposque defluxit ac derivavit eadem doctrina, de qua tamquam tali, hoc est, quod sit cœlestis, judicium pertinet ad Ecclesiam, & ad caput ipsius, qui est summus Pontifex. Accommodatè præterea exponi potest, quod rigentur quilibet Prædicatores & Doctores præsentis etiam temporis de superioribus suis, tùm quia mitti debent à superioribus suis, ut prædicent *x*: tùm, quia non debent à superiorum suorum discrepare doctrina, ideſt, ab ea, quam tradiderunt Apostoli, & priores alii Doctores, quamq; tenuit semper, ac tenet Ecclesia, & qui præsunt Ecclesiæ: Spiritus sanctus in discipulos advenit, *facto repentè de cœlo sono in cenaculo, ubi erant y* congregati, nec ignis tantùm in eos delapsus est, sed sono multæ pluviæ audito, quasi *fulgura in pluviam fierent z*, postq; fulmina descenderet, *facta est pluvia grandis a*. Nonnullos dignatur Deus tanto munere, ut velit per se, ac immediatè illos irrigare & docere tamquam θεοδίδακτους, ut Antonium & servum quemdam barbarum Christianum, de quibus Aug. *b*. Qui didicerunt à Domino Jesu Christo, *mites esse*, & *humiles c*, plus cogitando & orando, inquit Augustin. *d* proficiunt, quem legendo & audiendo: & qui legendo ac ruminando pure Dominum largitorem bonorum omnium deprecatur, omnia, quæ cognitione digna sunt, aut certè plurima, ipso magis inspirante, quam hominum aliquo commonente, perdiscit. Quamquam eo ipso (subdit ille prudenter) quo forinsecùs benè admonentem judicio non errante approbamus: quid aliud, quam internum lumen magistrum nos habere testamur? Porrò ne erremus, approbatio necessaria est Ecclesiæ, ut ante dixi: tametsi verissimum sit, intus Deum esse, *qui erudiat & de lege sua doceat e*, & quod ait Ambrosius *f*, cedere necesse sit ei Doctores, (nempè particulares) quem testimoniorum meditatione cœlestium doctrina Dei docentis imbuerit, qualem se David canebat fuisse, quum diceret, *super omnes docentes se intellexisse, quia testimonia Dei meditatio ipsius erant g*, Pervenit irrigatio divina ad omnes quantum sufficit: & quod ait Job *h*, *Deum aquis universa irrigare*, Gregorius *i* hac ratione accipit, quoniam dono sancti Spiritus ex omni genere hominum ad suam cognitionem vocat. Sed oportet, inquit Arnobius, terram nostram distectam esse, non opertam, cœlo non absconditam, sed patentem, ut riget eam Dominus de superioribus, sive ut imber inde veniens, & cœlestis eam infundat. Immò Hieronymus negat, nisi montes effecti fuerimus, & ad altiora surrexerimus, pluviis Domini irrigandos: aitque, pro diversitate meritorum, de primo, secundo & tertio irrigari nos posse cœnaculo, quæ tria nominat Ezechiel *k*, & hoc loco pluraliter Propheta noster. *Non invenitur sapientia in terra suaviter viventium l*, nec in declivem, & latam Ægyptum decidunt imbres: sed *montuosa terra, & ardua de cœlo expectat pluvias m*. *Anima* justi *quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum n*: sed hortus hic altè stat ad Orientem. Habet quidem *irriguum inferius*, sed eo non contenta, ac ne tanti quidem faciens, petit

Sensus mysticus.

s Act. 10. 11
t Cap. 9. 3. & seqq.
De vero sensu scripturarum judicium ferre ad Ecclesiam pertinet.
u 2. Cor. 12. 2 & seqq.
Sensus accommodatitius.
x Rom. 10. 15

y Act. 2. 1

z Ps. 134. 7
Quidā immediatè à Deo edocti
a 3. Reg. 18. 45
b 1. De doct. in proœm.
c Matt. 11. 29
d Epist. 112. in proœm. & epist. 120. c. ult.

In omni doctrina necessaria est Ecclesiæ approbatio
e psal. 93. 12
f in Ps. 118. octon. 13. v. 3

g Ps. 118. 24. 77. 92. 97. 99 143. 174.
ff Cap. 5. 10
i 6. Moral. c. 7. vel 8

k Cap. 42.

l Job 28. 11.

m Deut. 11.
n Jer. 31. 12.

tit cum lachrymis *superiùs* a. Hoc quando consequuta fuerit, *potabitur torrente voluptatis*, & à fonte vitæ, atq; *inebriabitur ab ubertate domus Dei* b. Petrus c Damiani rigationem spiritualem de superioribus vult esse doctrinam per Angelos factam, qui non *per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem* d, ipsam Dei substantiam luminibus indefessis spectant. Si extaret oratio, quam Thomas Aquinas habuit, cum Lutetiæ laurea Doctoratus donandus, super hoc loco, quem pridie veneranda senex forma jubens ut eam, quam præ modestia detrectabat dignitatem, admitteret, pro themate dictaverat dormienti, disseruit; non dubito præclara suppeditaturum nobis argumenta, quibus hìc idem mirificè locus exornaretur e. Credo id venerabilem illum senem voluisse significare sententia ista, de superiorum voluntate, ac jussu montem irrigandum, ideſt, tam excelsa sanctitate, doctrinaque præditum Thomam Doctoris insignibus ornandum, foreque ut ejusdem adeo præclaræ doctrinæ, atq; sapientiæ imbres emissi f, terram universam irrigarent, atque fœcundarent.

a Jos. 15. 19
b Psal. 35. 9. & com. 2. ser. 31. qui est de Annunt.
c Tom. 2. ser. 31. qui est de Annunt.
d 1. Cor. 13. 12
e Chronic. S. Domin. 1. P. lib. 3. c. 15. §. 2.
f Eccles. 39. 9

De fructu operum tuorum satiabitur terra.) Hebr. *satiabis* חשבע *tisbahh*, vel *satiabitur*. Chaldæus activè transitivè vertit, חשביע *thasbiahh*, *saturari facies*. Mutatur hìc persona ex tertia in secundam in textu Hebræo, in quo prioribus aliquot versibus fuit tertia: licèt perpetuo fuerit secunda, ut admonui. Fructus operum Dei dicuntur proventus terræ, quoniam, ut antea quoq; dixi, ipse est, qui dat tempora fructifera, & incrementum seminatis, ac plantatis: opera etiam Dei sunt, quæ prius nominata sunt superiora, ideſt, aer, ac nubes, & horum centeri possunt fructus imbres, roresq; terram humectantes, ac fœcundantes, ita ut his fructibus satiari dicatur terra. Sic Hebræi sentiunt, & Eugubinus, nec Genebrardo displicet, favetq; quod *pluvia patrem Deum* Job g vocat, ac *roris genitorem*: & meminit Euthymius istius opinionis. Satiatur autem terra vel sumta pro animalibus habitantibus in ea, & de terræ fructibus vitam sustentantibus, præsertim pro homine, qui est compendium omnium rerum terrenarum, immò cujuslibet creaturæ: vel pro ipsamet materiali terra, quæ frugifera & fructifera fruges, fructusque ferro quodammodo appetit, & dum fert, satiari videtur. Quo modo terra potatur, quod antea dixi hic significari in præcedente membro per verbum Hebræum & Græcum, & inebriabitur, ut alibi loquuntur Scripturæ h; eodem modo dici potest satiari. *Rigabo hortum meum plantationum*, ait Sapientia i, *& inebriabo prati mei fructum*. Ex eadem dicendi forma est, quod apud Oseam k ait Dominus *exaudiam, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Jezrahel*. Quasi nimirum Deus cœlos ægrè ferentes impediri, propter hominum flagitia influxus, & pluvias tuas: item cœli terram, quod non sineretur fructus producere; tandem exaudierint, ac utrorumque vehementi desiderio satisfactum sit à misericordi Deo, cœlos exaudiente, & à cœlis terram veluti exaudientibus. Quod allegoricè declaratur de Angelis & sanctis hominibus, exauditis, quum precarentur pro peccatoribus. Figuratum illum dicendi modum utcumque attigit Poeta l,

g Cap. 38. 28
h Ps. 64. 10. 11. Ecclesiastici 39. 28. Es. 34. 7. c. 55. 10.
i Ecclesiastici 24. 42
k c. 2. 21, 22
Allegoria.
l Virgil. Georg. 2

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore fœtus.

m 8. Ath. c. 2
Tale & quod ex Euripide refert Aristoteles m, ἐρᾶν μ' ὁ μβρος γαῖαν ξηραν θέσθαι ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πλησθέ μενον ὁ μβρου πεσεῖν εἰς γᾶιαν, *amare quidem imbrem tellurem arefactam, amare autem cœlum plenum imbris, cadere in terram*. Citat integros versus Athenæus n,

n Lib. 13.

Ἐρᾶ μ' ὁ μβρος γαῖ ὅταν ξηρον πέδον
Ἀ κάρπον ἀυχμῷ νοτίδος ἐνδεὲς ἔχει
Ἐρᾶ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πλησθέ μενος
Ὁ μβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφροδίτης ὕπο.
Amat imbrem tellus, cum humus arida
Squaloreque sterilis, humore indiget.
Cœlum autem venerandum satiatum pluvia,
Venere illectum, labi in terram cupit.

Subdit postea, quis proventus inde; quod ad rem quoque præsentem facit.

Ὅταν δὲ συμμιχθῶσιν ἐς ταυτὸν δύο
Φύουσιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' ἅμα
Ἃ ὧν βρότειον ζῆτε καὶ θάλλει γένος.
In unum verò ambo eum permiscentur,
Nobis generant simul, & nutriunt omnia,
Quibus viget, & vivit humanum genus.

A De sensu mystico actum prius. Monet autem Aug. cum ceteris Latinis, ut nemo glorietur in operibus suis, quasi de proprio habeat, quod habet: sed ut qui *gloriatur, in Domino glorietur* o; quia non meritorum suorum, sed gratiæ fructus est, unde satiatur. Cassiodorus, quasi terræ elemento non conveniat, quod hic dicitur, quum ipsamet fructus pariat, *satiari terram* exponit, quando peccatores in melius commutati utilia, & salutaria, Deo largiente, percipiunt; quando quis ab obstinatione liberatus, præconia Domini didicisse cognoscitur. Quo spectare possunt Elaiæ p verba, *istum esse omnem fructum, ut auferatur peccatum*. Sed hoc fructum secum trahit bonorum operum, & Spiritus sancti fructus in justificato. Quamvis processus ac progressio sensim fiat, ut *ultro fructificet primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica* q: quam parabolam Gregorius r illustrat exemplo Petri, qui adhuc *herba* ab ancillæ ore, subito unius statu sermonis inflectus est s: tunc per devotionem viridis, sed adhuc per infirmitatem tenet: B postea *plenum frumentum in spica*: (fortasse legi debet absque vocabulo *plenum*, aut etiam sine alio, *frumentum*) quando persequentibus Principibus resistebat, dicens, *obedire t oportet magis Deo, quam hominibus*: denique *plenum frumentum in spica*, quando in tritura persecutionis tot verbera pertulit u, & tamen nequaquam palearum more imminutus est, sed granum integrum mansit. *Terram* Hugo *satiatam de fructu operum Christi*, atque meritorum ejus, quæ mundo per Crucem præsertim reliquit, operatus salutem in medio terræ x, interpretatur fideles, qui se, & terram reputant, & imos. Præterea quemlibet justum sumit, gaudentem gustu bonorum operum, & spe fructus ac fruitionis beatæ, quæ quum advenerit, & apparuerit gloria Dei, satiabitur, & secundùm animam, & secundùm corpus.

o 1. Cor. 1. 31
p Cap. 27. 9
q Marc. 4. 28
r 22. moral. c. 19. vel 20
s Marc. 14. 66. & seq.
t Act. 5. 29
u ibid. v. 40
x Ps. 73. 12

Producens fœnum jumentis.) Hier. *germinans herbam*, & in sequenti membro ponit *fœnum*. Symmachus, ἐνβλάστων, *germinare faciens*: Nomen hujus loci, חציר *chatsir*, verti potest Latinè utroq; modo, & *herba* significat idem C aliquando ac *fœnum*. Tamen maximè propriè denotat *fœnum*, & Χόρτον, *gramen* scilicet *oblongum, crassum q; crescens sponte, ac in locis incultis, jumentis*, aut *igni pabulum* atque *falce secari solitum*. Sed עשב *hbesceu*, videtur *tenerior herba continens in se semen* y: licet extendi possit etiam ad *fœnum*. Antithesis jumentorum, & hominis, atque quod postea *educi de terra panis* dicitur, satis innuit magis propriè *fœnum*, quam *herbam* jumentis attribui, & homini non *fœnum*, sed *herbam*. Quamvis si *fœnum* in sequenti membro retineatur. facilè sit respondere synonyma nomina esse, bisque idem repeti, & *fœnum* servituti hominum productum, quia jumenta, quæ *fœno* vescuntur, homini serviunt. Sed præstat communiorem alium sequi sensum. Initio creationis jussit Deus, ut *geminaret terra herbam* z, non activè, sed passivè, materiam germinationi suppeditando, Deo solo activè, ac efficienter producente, idque tertia die, quum nondum existeret Sol & astra, ne quis, ut observat Ambrosius a, Basilius b, Chrysostomus c, Theophilus Antiochenus d, Procopius e, his D adscriberet dictam germinationem, & ea sibi adoranda putaret. Idem Basilius f, Ambrosius g, Procopius h, ac Theodoretus i præterea, plantas docent productas ante animalia, ut hæc paratum sibi pabulum reperirent. In psalmo 146. k repeti videtur sententia 13. & 14 versuum psalmi nostri: *qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluviam, qui producit in montibus fœnum*, ubi Hieronym. (*germen*) *& herbam servituti hominum*, (quæ non extant Hebraicè) *qui dat jumentis escam ipsorum, &c.* Ad *jumenta* pecus revocari potest, quod fœno quoque pascitur, seu sponte prodeunte herba. Licet verò *jumentum* dicatur de bestiis majoribus: tamen בהמה *behemah* de quacumque terrestri, præsertim quadrupede, quæ recta pedibus ingreditur, & κτῆνος etiam de pectore, non solum de jumento, quasi dicas κτῆσιν *possessionem*: in his enim olim erant divitiæ: vel παρὰ τὸ κτεινω *occido & macto*, perinde ac si præcipuè illud quadrupedum significet genus, quæ mactari, ac immolari solebant. Sed prior notio propositio accommodatior: etsi non ignorem etiam equos, & jumenta similia interdum immolata. Appollinarius τετράποδας hoc loco reddidit, ideſt, *quadrupedes*. Ceterum participium *producens* quamvis fœminini quoque sit generis, non tamen cum *terra* ex præcedente membro jungi debet, ut facere

y Gen. 1. 28
z Genes. 1. 11
a 3. hexa. c. 6
b Homil. 5. hexam.
c Homil. 5. & 6. in Genes.
d Observatio. 2. ad Aristolycum.
e in Gen. c. 1
f supra.
g 3. Hexa. c. 7
h in Gen. c. 1
i Quæst. 13 in Genes.
k vers. 2. & 9

Nemo in suis operibus gloriari debet.

Notio nom. κτήνος.

Equi & jumenta interdum immolata

videntur aliqui sensum tradentes mysticum. Masculinum est participium ἑξαγαπέλλων & מְצַבִּיחַ *matbiach*, & refertur ad *Deum*, sicut citato psalmo 146. *qui producit in montibus fœnum*. Hinc, & ex similibus aliis sententiis, quæ hic iunt, colligitur confutatio hæresis quod vel non Deus fecerit res corporeas: vel non nisi per accidens, & ex occasione, ut in iis tamquam in ergastulis, punirentur spiritus, ac præsertim hominum animæ, quæ diu ante peccaverant.

Hæresis antiquæ confutatio.

Mysticus tritior sensus est, quod terra justificata supernisq; fecundata irrigationibus producit ac suppeditat dominici agri cultoribus, Verbi semen seminantibus, quique sunt veluti jumenta, & servi aliorum, boves triturantes, & agricolæ necessaria, ut qui *Evangelium annuntiant de Evangelio vivant a: & horum justorum ac Prophetarum recipiat mercedem. qui receperit illos in nomine justi, & Prophetæ b*, sive, *Christi*, cui κατ' ἐξοχήν competunt ista nomina: sive quod illi sint tales, & ejusmodi munere fugantur: idemq; est, si *discipuli* ratio habeatur, ut scilicet etiam *calix aquæ frigidæ c detur ei*, quia talis est. Christus ipse dixit *dignum esse operarium mercede sua d*: & Paulus e præter id, quod ante attigi, *non esse magnum si carnalia metant, qui aliis spiritualia seminant*. Lectu dignissimus hoc loco hac de re August. hortans ad benignitatem alios pauperes si jumenta triturantia, & homines servientes, idest, Prædicatores non agant. Cassiodor. per *jumenta* mendicantes intelligit, ac passim petentes, & petulanter in vocem erumpentes abiq; verecundia, propter ingluviem ventris: quemadmodum jumenta dum eluriunt, nequaquam possunt à propriis vocibus abstinere: per *homines* eos, qui ratione plenissimi indigentiam suam tolerantiæ viribus tegant. Citat cum August. celebrem locum, quem nondum potui reperire; *desudet eleemosyna tua, donec invenias justum, cui eam tradas*. Hugo explicat fideles Christi servitio mancipatos, quibus ille carnis suæ fœnum produxit, quia per peccatum *facti jumenta f*: per humilitatem *jumenta apud eum facti sunt g*: & Christum ut herbam virentem fuisse in utero Virginis, ac in præsepio: tamquam exsiccatum fœnum in fervore passionis; tandem crevisse in panem Angelorum. Præterea dicit beatis produci fœnum & herbam, atq; panem & vinum, oleum, idest, cuivis id quod desiderat: quemadmodum jumentis placet fœnum ad gustum, herba virens homini ad visum *h*: ceteræ res, ut gustet. Gratianus *i* quoque sic intellexit præsentem locum, ut *producantur fœnum jumentis, & herba servituti hominum*, hominibus colentibus eam, & in hoc servientibus ipsi, hoc est, ut solvantur decimæ parochis. Arnobius in *fœno jumentorum* considerat doctrinam simplicium: in *herba servituti hominum* eam, quæ venientibus ad Deum datur inter initia, quia perfectorum solidior est cibus, & post herbam dat Deus spicam, incipitq; *educere panem de terra*. Ad hæc liberalitas Dei commendanda maximè, ut initio monui, quod etiam jumentis alimenta submitteret, propter nos. Quo argumento reprehendit Christus nimiam de victu curam nostram *k*, simul exemplo jumentorum, ac bestiarum excitandi sumus tùm ad laudes Dei, tùm ad moderatum rerum externarum usum. Laudant etiam Deum suo modo bestiæ: non ita quidem propriè, ut homines. Nec aliud velle Athanasium *l* puto, quum, quia invitantur ad laudandum & benedicendum, colligit intelligere, & cognoscere Deum: & quod si non benedicerent, illis benedicendi munus injunctum non fuisset: nam subdit universæ creaturæ id quoque convenire.

Sensus mysticus.

a 1. Cor. 9. 14
b Matt. 10. 41
c Ibidem. 42
d Luc. 10. 7
e 1. Cor. 9. 11
f Psal. 48. 13
g Psal. 72. 23
h Eccl. 40. 22.
i 13. q. 1. c. 1. § quia ergo.

Exemplo juramentorum ad Dei laudes excitandi sumus.

k Matt. 6. 25
l De Virgin.

Et herbam servituti hominum.) Jam antea monui reddi à Hier. *fœnum*, sed commodiùs videri nomen *herbæ*: & priore loco nomen *feni*. Alii vertunt, *ad usum hominum* vel *obsequium*, vel *ut hominibus serviat*. Quod vulgaribus linguis dicimus *proservitio hominum*. Quidam, quos citat Genebrardus, & sequitur Agellius, malunt *ad culturam hominum*, i.e. ut adhiberent culturam, terramq; colerent quod ad fœni productionem non requiritur. Damnatus est homo ad vescendum pane tuo in sudore vultus sui *m*, qui paradisum voluptatis operaturus erat *n* in statu innocentiæ cum voluptate, sine labore, ad otium transigendum *o*, atq; custoditurus à feris, quæ erant extra paradisum, & ab iis, quæ erant intra, ne culta vastarent, ac protererent *p*: & ne ipse peccando, eum amitteret. Infra versu 23. nomen idem Hebræum, quod hìc habetur Latinus interpres transtulit *operationem*, ἐργασίας Græci. Probabilior est hæc expositio, quam quod *herba* sumatur cum Græcis, & Chrysostomo alia quadam homilia

m Gen. 3. 19
n Cap. 2. 15
o Chrysost. hom. 14. in Genes. August. 8. de Genes. ad lit. cap. 8
p August. sup. cap. 10 sup. c. 10. Basil. ho. 11. in hexam.

Ag pro *fœno jumentorum*, dicaturque hominum servituti producta, quia serviunt homini jumenta. Sic non differret hoc à priore membro. Prima optima. De mystico autem sensu repete prius dicta.

q Hom. de David. et Cant. to. 11.

Ut educas panem de terra.) Hier. *ut educat*. Quomodo etiam extat in Psalterio Romano, & apud Cassiod. Ut educas o Deus, ut educat Deus: idque humana opera, & arte, quam non improbabiliter volunt aliqui per *servitutem* in præcedentibus verbis indicari. Monet Hieron. r Græcè esse *ad educendum* τοῦ ἐξαγαγεῖν; & non posse aliud ad ipsum, aliud ad alium de se ipso dici: & quod aut omnia quasi ad Deum loquebatur Propheta, aut omnia ad alium de eo referebat: quum autem preraq; ad ipsum dirigantur, & ea quæ ambigua sunt, ad ipsius personam redigenda esse. Symmachus εἰς τὸ ἐκφῦσαι τροφὴν, *ut enascatur, alimentum*. Eadem ambiguitas in Hebræo להוציא *lehotsi*. Vide notationes Brugensis. *Educitur panis de terra* mediatè, quoniam inde producitur herba, spica, frumentum, quod postea teritur, pinsitur, commessatur, coquitur. Quamquam nomine *panis* omnis esca comprehendi solet, atq; olera proferuntur & educuntur è terra immediatè, & ad cibum sine paratura alia, vel cum Bperfacili, adhibentur. Quandonam primum cœperit panis conficiendi ars, ususq; non liquet, nec refert admodum sive panem tumas latiùs pro quacumque farinacea massa decocta, ex qualibet illa sit materia, sive ex herbis, ut lotometra *s*, vel asphodelo *t*: sive ex fructibus, ut caricis, glandibus, castaneis: sive ex leguminibus, ut fabis, oryza: seu ex frumento, hordeo, adoreo, farre, milio panico, (quod alii olus faciunt cum fagopyro) sica, sive spelta, alica, typha, olyra, arinca, blatta, scandala, vel secala, & centeno; item tritico propriè dicto, qui etiam panis maximè propriùs hominum. Lege Delrium *u* nostrum. Triptolemo, Saturno, Cerere, seu Iside, Osire Athenien sibus, Ægyptiis, fine dubio antiquior inventio, atq; pistoria etiam ars, quam Pilumnus. Hanc artem Romæ negat *x* Plinius fuisse ad Persicum usq; bellum, anno ab urbe condita 580. tunc verò ipsos Quirites panem fecisse, mulierumq; id opus fuisse, quum sæculis multis pulre victitasset *y*: aut molarum carentes usu fruges Cigne tostas in pilas conjectas pinsissent; gentes verò Asiæ glandibus usu essent *z*: quædam pyris: aut ficubus aut milio, & lotometra, aut amygdalis, aut arundinibus, aut palmis, aut terebintho, aut nasturtio, aut piscibus: nunc Indi occidentales semine, quod *mayz* vocant. De his Alexander *a* ab Alexandro, cum Tiraquello, & Polydorus *b*, Ælian. *c* Bochius hoc loco. Cognomentum quoq; *pistoris* Jovi tribuerunt Ovidio *d* teste ac Lactantio *e*, quoniam ejus monitu panem ex omni frumento, quod habebant factum, in hostium castra quum jactassent soluta est obsidio desperantibus Gallis inopia subigi posse Romanos. Sed minimè dubitandum, quin pervetus fuerit panis coctura. Nam legimus Rebeccam panes coxisse *f*, & datum præceptum de coquendis panibus propositionis *g*, & panificas mulieres *h*, & infinities ferè nomen *panis* repetitur in Scripturis, qui propriè est farinacea massa decocta. Concedo exponi posse, quod *eductus panis de terra* significet, erbam frumenti, & hoc in herbæ spica, quoniam לחם *lechem*, etiam quando specialem cibum significat, quem ἄρτον, *panemque* nominamus, D& non, ut non raro, quamvis escam, quam dentibus incidimus: accipitur interdum pro nondum cocto, aut aptato, quin etiam pro frumento, quum adhuc stat in agro, vel jam demesso, & reposito. Unde *Bethlehem* בית לחם *domus panis & frumenti ferax*. Ex antecedentibus & consequentibus capi lex debet panis notionem certam definiendi, ut in historia de sacrificio Melchisedech *i* pro vero, & proprio pane, quod pernegant hæretici.

Panis usus quandonā cœperit.

s Plin. l. 22. cap. 22.
t Cap. 22.
u in Seneca Hippol. vers. 833. p. 197. & seq.
x lib. 8. c. 11.
y Valer. l. 2. c. 1 Plin. l. 18 cap 8
z Plin. l. 7. c. 56. lib. 16 in proem. & c. 5. Plutarch. in Coriolan. Servius in 1 Georg. & 6 Æneid.
a lib. 3. c. 11.
b 3. de juv. rerum c. 2.
c 3. var. h. c. cap. 39
d 6. Fastor.
e Lib. 1. c. 20
f Gen. 27. 17
g Lev. 24. 5
h 1. Reg. 8. 3.

Quid panis propriè.

Nec minus verò latè patet mystica panis acceptio. Sed hìc ferè omnes *panem de cœlo venientem* interpretātur, sive doctrinam Christi sive Christum ipsum, & quidam quidē etiam, prout est in Eucharistia: atque his omnibus modis pani convenire, quod paullo post dicitur, ut cor cōfirmet. Arnobius, Hugo, Aygua. panem, qui Christus est de cœlo *k*, per fontem perennem, ajunt, venisse nobis de terra Mariæ Virginis, quum *ei Spiritus Sanctus obumbravit l*. August. & alii Latini, arq; Chrysostomus *panem* doctrinę docent *educi de terra*, quum per servorum Dei carnem prædicatur, seu ab iis adhuc in terra, & carne degentibus. Cyrillus quoq; Alexandrinus *m*, pro gratia, & Verbo Dei panem confortantem interpretatur, nec non Hieronym. *n*, & Ambrosius *o*, Cassiodorus & Bruno Carthusianus

i Gen. 14. 18

Panis mysticæ acceptiones.

k Joan. 6. 41
l Luc. 1. 35
m 1. de adorat in spirit.
n in Amc. 8 & in Zach. cap. 9
o 1 serm. 35

panem

panem sumunt materialem, & quidquid propter panem nostrum Christum indigentibus erogatur, potissimùm Prædicatoribus: vel doctrinæ *panem*, quem ab istis recipiunt, qui carnales eis cibos, de quibus priore membro actum est, subministrant, quasi pro fœno, & herba panem lucrentur. Qui vulgò existimatur Hieron. Hugo, ac Bruno rursus, & Ayguanus, præterea Valentia *a*, paullò post Haimo, Beda, Cassiodorus, de *vino lætificante cor hominis*; item Cyrillus *b*, Jerosolymitanus, Nicetas *c*, verus Hieron. *d*, de Eucharistia: de qua item Ecclesia in officio de Corpore Christi.

Et vinum lætificet cor hominis.) Hier. non causaliter, sed enuntiativè *lætificat*. Alibi *e*, *exhilarat*. Is, qui commentariorum auctor est, sub nomine Hier. *lætificat*. Alii supplent *quod*, quasi sensus sit, educere Deum, & hominem de terra, dum eam colit, tùm panem, tùm vinum & quidem vinum, quod lætificat, sive ut lætificet cor hominis. De inventione ponendi ordine vites, ac vineam plantandi ad eliciendum vinum, egi alibi. Quod *vinum cor lætificet*, alia Scripturæ testimonia confirmant, quæ Sapiens edidit, hacq; de re libentiùs nunc scribo, quia hodie recitatum est, quod primum Christus edidit signum aquę conversæ in vinum. *Date f* (ait) *siceram mœrentibus, & vinum his, qui amare sunt animo, bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius*. Deinde *g*, *bibe cum gaudio vinum tuum*. Tandem vinum in jucunditatem creatum est. Scripsit etiam Zacharias *h*, de nonnullis *lætabitur cor eorum quasi à vino*. Jerem. *i*, verbis Dei prædicit inter calamitates, quod *non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre*. Apud Esdram *k* quoq; licèt apocryphum, inter laudes vini ponitur, quod *omnem mentem convertit in securitatem, & jucunditatem, & non meminit omnem tristitiam, & debitum, & omnia præcordia facit honesta*. Sed & ipsamet vitis per prosopopœjam loquens inducitur, quum regnum super ligna detrectaret *l*, *numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter cetera ligna promoveri?* Consule, si te delectat, quæ diximus in libros Ecclesiastis *m*, & Actuum *n*, Apostolorum. Bochius autem hoc loco ex profanis auctoribus non pauca diligenter selecta recitat, quibus illi docent, *tristitiam, vitæque labores finiri mero o, pelli vino uras, compesci dolores* q: *Bacchum tristitiam è pectore dissolvere, & afflictis requiem afferre*: *parare animo curam surgere*, ac *dilui, tunc venire risus, pauperem cornua sumere, dolorem, curas, rugam frontis abire* r: *Bacchum*, seu *Dionysium*, ac *Lyæum* cognominari *s* λαρὸνατ, πολυδέκη *u*, Χκηδόσμιον, ἱλαροτιγέλωτα *y*, φιλοπαίγμονα *z*, *hilarem, multigaudii, datorem lætitiæ, excitatorem risus, amatorem ludi*: Vinum ἀμαύτορα δυσφροσύνων ἄνω *a*, *expellens mœstitias, mœstitiæ, curæ* θεὸς ἔχουλύσιν *b*, *luctuosæ curæ continens solutionem*. Adde οἶνον cognominari ab Homero μεθυσκέα, μελίφρονα, μελιηδέα, εὔφρονα: ab Alcæo Χάρμαβρότοις: ab Apollinario πολυγηθέα: in epigrammate *c*, Χαρμαβροτοῖς. Vocat etiam Virgilius *d*, *munera lætitiamque Dei*. Plautus *e*, *liberi leporem flaccem, cinamomum, rosam, crocum, casiã* &c. Præterea de sententia Platonis refert Bochius reddi hominem, ubi biberit, seipso lætiorem, melioris spei audaciæ, fiduciæ, animique liberioris *f*: Bacchum senum sacro ludoque faventem, levare senectutis austeritatem, ut veluti rejuvenescant, obliviscantur injuriarum, & ipsa durior ex ætate animæ affectio, sicut ferrum in igne molliatur, & flexibilis fiat *g*. Ad hæc Socrates dixisse sopiri vino dolores velut mandragora; excitari autem hilaritates, quemadmodum oleum flammam excitat *h*. Neque omitti debent versus Varronis:

Vino nil jucundius quisquam bibit,
Hoc continet coagulum convivia.
Hoc hilaritatis dulce seminarium,
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt,

Scio equidem pluribus opus non esse, ac ne tam multis etiam, quam multa protulimus, ad vini effectum hunc ostendendum, qui consistit in lætificando, & exhilarando, quum præterea non unum poculum ad sitim sedandam ab Anacharside *i* præscriptum, alterum ad sobriam hilaritatem, tertium ad voluptatem, sed quartum, atq; plura, & plura usque ad ebrietatem, vomitionem, insaniam, morbum, mortem aliquando, non pauci hoc ipso nomine usurpent hilaritatis. Eubulus prudentioribus viris tres tantùm crateras miscebat *k*. Hoc est non lætificare, sed mœstificare, morbificare, mortificare: & quod Socrates dixit *l*, obruere: ita ut tamquam imbribus nimiis irrigatæ plantæ nullo se pacto erigere, vel auris perflari va-

a in 2. expo. psalmi.
b Catech. mystag. 4.
c in Natal. orat. 40. de Baptismo.
d l. 1. in Ezech. in fine, & in Matth. c. 26. de consec. d. 2. c. Accipite. & in Agg. c. 1
Vini propietates, & effectus.
f Prov. 31. 6
g Eccl. 9. 7
h cap. 10. 7 ac. 6. 7
i lib. 3. 20
l Judic. 9. 13
m in c. 2. 3. & in c. 10. 19
n in c. 2. 13
o Horat. lib. 1 ode 7
q idem ibid.
r Tibull. lib. 2. eleg. 2
s eleg. 8
t Ovid.
u Athen. l. 2 & 8
x Hesiodus in erg.
y Athen. l. 1
z Plutarch. in sympos. sept. sapient.
a Anacreon. apud Athen. lib. 11 capit. 1.
b lib. 1. e Æneid. fin Curcul. act. 1.
g Plato 1. de leg. b.
h Plato 2. de legib.
i Xenophon. in sympos.
k Laert. in Anach. Adul. & flor.
Vinum ultra mediocritatem adhibitum quænam damna afferat.
l apud Athen. l. 2. Xenophon. inv. & apud Athen. lib. 11 c. 11

Alentes, frequentius potantis mens, corpusque ab æquitate declinet, ac nec respirare, nedum dicere quidquam possit. Plura in ebrietatem declamat Serarius *m*, & Busæus *n* nostri, & Olkot *o*. *Commorantibus in vino, & qui student calicis epotandis væ* sapiens *p* denuntiat, *rixas, foveas, vulnera, suffusionem oculorum*: præterea *irritationem* q, *iram, ruinas multas*. Vinum, inquit Chrysostomus *r*, ad lætitiam datum est: vinum enim lætificat cor hominis. Vos autem & hanc ejus virtutem destruitis. Quæ namque lætitia non esse in semetipso, innumerosque pati dolores, & omnia se circumferentia spectare, vertigineque detineri, & juxta febricitantes opus habere caput oleo rigantibus: Ait etiam *s*, ex hoc loco intelligi, quousque vini usus progredi debeat, Isidorus demum Pelusiota *t*, scribit vinum ad corporis necessarium usum modicè haustum pectus hominis exhilarare: quod ultra mediocritatem adhibetur vocari ἄσωτον, ὑβριστὴν, ἀχόλαστον *petulans, contumeliosum, intemperans*.

m in Judit. 15. q. 2. & 3. & in Judic. 15. q. 22
n in panar. verbo ebrietas.
o in Sapient. c. 2. lect. 21
p Prov. 13. 29
q Eccl. 31. 38
r hom. 71. ad popul.
s hom. de Davidicis Cant. tom. 1
t l. 1. ep. 495

B Allegoriam *vini lætificantis cor* pro vino consecrato, Christi; sanguine in Eucharistia, priùs attuli, agens de pane, qui cor confirmat. Imitationem passionis Christi, *qui calix* dicitur *salutaris u*, Remigius interpretatur. Epoto isto calice mœstum pectus, ac triste, quod priùs peccatis angentibus premebatur, divinæ indulgentiæ lætitia resolvitur, inquit Cyprianus *x*. De gratia præterea, & lætitia spirituali, præter citatum antea Nicetam *y*, & Hier. *z*, Gaudentius Brixiensis *a*, accipit, tractans aquæ conversionem in vinum à Christo factam *b*, quam hoc nobis tempore, quo commentamur, exhibet Ecclesia, ut prædixi, & observans nuptiali festivitati Dominum ideò interfuisse, quoniam ibi vinum lætitiæ spiritualis deferat, & languebant sitientium convivarum ora vini lætificantis inopia. Cyprian. *c* jam prior notaverat significatum illis nuptiis defectum spiritualis vini in populo Judæorum, Ebrietas hæc sobria est, ut hoc loco loquitur Cassiod. satietas fœlix, quæ merito lætificare dicitur, quia nihil ibi culpabile reperitur. Spiritu Sancto repleti discipuli tam læti erant, ut censerentur *musto pleni d*. Hugo explicat de C gaudio etiam beatitudinis, & inebriatione *ab ubertate domus Dei e*: Hier. *f* de sapientia divina. Videtur de tali vino, & poculo Ambrosius *g* loqui, optans id Gratiano expressum ex botrione, qui pependit in ligno, lætificans cor hominis, sobrietatem inebrians, crapulam fidei, & veræ religionis exhalans, crapulam castitatis infundens, quo crapulatus pacem diligit, fidei exultatione securus timorem mortis expellit, mortem infidelitatis ignorat, patientiam charitatis exhibet, sacrilegia aliena non tenet, fidem pignoribus suis præfert,

Ut exhilaret faciem in oleo) Hier. ita nectit cum priore membro, *& vinum lætificat cor hominis ad exhilarandam faciem oleo*: sed Trevetus ut in connexa exponit, hoc modo, Deum germinasse, ac *produxisse jumentis fœnum, & herbam servituti hominum*, quatenus his jumentis serviunt inter cetera, ad colendam terram: Unde factum ut per jumentorum servitutem educeret panem, idest, fumentum, ex quo conficitur panis: præterea ut vinum pariter eductum de terra per dictam culturam, *lætificaret cor hominis*, deniq; ut etiam oleo simili opera educto *exhilararet* Deus *hominis ejusdem faciem*. Alii *ut faciem nitere* D seu *splendere faciat præ oleo*, Contendit Agellius non fieri per se mentionem olei, tamquam tertii fructus terræ, sed vini exhilarationem præcedentibus verbis, posita similitudine olei declarari; ut quemadmodum oleum sive unguentum, exhilarat faciem, ac splendentem reddit; sic etiam vinum moderatè sumtum exhilarat cor, atq; consequenter etiam faciem; quoniam *cor gaudens exhilarat faciem h*, immò id efficiat plusquam oleum, ut est, inquit, in Hebræo משמן *misseiamen*. Probat autem sic intelligendum locum, quia jam facta erat mentio panis cum vino, sed omissus effectus panis, expresso vini effectu: ut propterea maximè hic sequentia verba, *& panis cor hominis confirmet*, declarent effectum panis; inserta verò ista, *ut exhilaret faciem in oleo*, pertineat ad explicandum effectum vini priùs positum, der comparationem cum oleo, quo facies exhilaratur; alioqui frustra repeti panem sequenti membro, si nempè oleum ut per se distinctus terræ fructus recensetur cum jam priùs nominato pane, & vino. Notat postremo usitatas in divinis litteris redditiones, ut nimirùm duabus rebus propositis duę reddantur per ἀνταφορὰν: exempli caussa; *nigra i sum, sed formosa*; deinde *sicut tabernacula Cedar*, videlicet nigra sum: *sicut pelles Salomonis*; hoc est, pulchra. Ultimum recipio: aliud ut

Allegoria.
u psal. 11. 5. 13 secund. Heb.
x epist. 61
y in Nazian. orat. 40.
z in Amos 8. & Zach. 9
a ser m. 8
b Joan. 2. 9 Observationes.
c epist. 63.
d Act. 2. 13
e psal. 35. 9
f in Mich. 2.
g r. de fide c. ult.
h Prov. 15. 13
i Cant. 1. 8

alienum à communi ententia, quod nec diffitetur Agellius, rejicio. Sed ajo proprium olei, seu unguenti, quod valet שמן *shemen*, effectum hic poni, sicut vini positus fuerat, & mox subjicitur effectus panis. Nec frustra repetitur panis, sed ut dilatus ejus effectus declaretur, & in carmine non sunt omnia tam ad vivum resecanda. Præpositio porrò in משמן *miscemen* non comparationem necessariò significat, sed, *de, ex*; quandoq; *in*. R. Kimhi vim faciens in dicta præpositione, ut significat, *de, ex*, & similia, putat indicari ex variis effectibus olei duo, unctionis in facie potissimùm, vel quod quum eo vescimur splendet facies, ac hilarior est, & lucernæ nocturno tempore, in quo beneficio lucernæ facies nostræ apparent, ac videntur nitere, & splendere. Vix credo posteriorem effectum innui: sicut nec quoties in scriptura, ut pridem admonui sæpè fieri, frumento, & vino accenseatur oleum, tamquam præcipua humanę vitę alimenta. Quare placet quoque magis, ut exhilarationem faciei intelligamus ex sumto olei condimento prodeuntem, non ita verò per se ob extrinsecam faciei unctionem, & capitis; licet hæc etiam esset in usu apud Hebræos, & Orientales, tùm postea etiam apud alios inter convivandum, ut docui psal. 22. ac Sapientiæ 2. *b*, & Ecclesiastæ 9. *c*. *Carnem suam immutatam* canit David *propter oleum d*, idest, macruisse ac exaurisse propter olei pinguedinis defectum, vel propter usum olei neglectum, sive id non ederet, sive illo non ungeretur. Quamvis alii exponant maciem ex pinguedine, seu pinguedinem in maciem mutatam: aut maciem ex usu olei, quum jejunabat, abstinens à carnibus, & delicatioribus cibis. Ipsomet tamen jejunii tempore præcipit Christus ungi caput *e*, ut hilariter jejunemus, ut observavit etiam Ambr. *f*. Nam *luctui* Etaias *g*, *oleum gaudii* opponit. Rogata oliva lignis imperare, negavit, quia non posset, nec vellet *deserere pinguedinem suam, qua & dii utuntur, & homines h*. Ad sacrificia *i*, luminaria sacra *k*, altarium, Sacerdotum, Pontificum consecrationem *l*, oleum adhibitum constat, & Jacob aram inunxit *m*: Unctos item fuisse quibus regni deferebatur potestas, etiam ante Saulem, Davidem, ac deinceps, alios. Judicum *n* liber utcumque indicat, ibiq; cum Abulense *o*, noster opinatur Serarius *p*, idq; psalmo sequenti *q*, *Christos* innuere, quos tangi vetat Deus. Lampadibus ibatur quoq; obviam olim nonnullis honorificè in reverentiæ ac lætitiæ signum *r*: & de lucernatis hac de causa januis, fenestrisve (quod hodie factitari videmus solemniore ac festiviore die, sive sacro, sive profano, ob natales, aut inaugurationes principum tùm Ecclesiasticorum, tùm politicorum) meminere Invenalis *s*, Curtius *t*, Tertullianus *u*, Xiphilinus *x*, Trebellius *y*, Herodianus *z*, Lipsius *a*, Serarius *b*.

Olei effectus.

a *verf.* 5.
b *verf.* 7.
c *verf.* 8.
d *pf.* 108. 24.

e *Mat.* 6. 17. *de Elia c.* 10 & *cap.* 61. 3.

h *Judic.* 9. 9.
i *Exod.* 29. 2 & *feq.* 1. *Levit.* 2. *c.* 6. *c.* 7
k *Exod.* 25. 6 *c.* 35. 8. *Num.* 4
l *Exod.* 39. *c.* 40.
m *Gen.* 28. 18
n *cap.* 9. 8.
o *quæst.* 14.
p *in loc.* 10.
q *verf.* 15.
r *Jud.* 3. 10

s *Satyr.* 12.
t *lib.* 5.
u *apolog. & ad uxorem.*
x *in Nerone.*
y *in Gallien.*
z *in Caracalla.*
a 1. *elect. c.* 3
b *fupr. & in Judit.* 3. *p.* 249.

Olei significationes mysticæ.

c *Catech.* 4. *myst. ag.*

d *in Lev. c.* 5

e 2. *Cor.* 9. 7
f *in pf.* 22.

g *pf.* 22. 5

h *Cate h.* 5. *myst ag*

Myſticè olei significatio multiplex, de qua egimus etiam alibi, & Ayguanus in hujus loci commentario. Chr. ratione sola differre vult *panem*, *vinum*, *oleum*, ut de Dei verbo dicuntur. Auguſt. Prosper, & alii gratiam interpretantur, quæ est hominum ad homines, & conciliat sanctum amorem in nitore divino, quo totum ungitur corpus Christi, qui principaliter unctus, & fons hujus olei est, & ut Prædicatores, ac Doctores quod in se est, gratis prædicent, evangelium non vendant. Is, quem vocant Hier. & Hugo, Haimo, Remigius, Beda, & præterea Cyrillus Jerosolymitanus *c*, explicant de Dei misericordia, per quam hilaritas nobis conceditur spiritualis in hac & alia vita; atq; ut quidquid ad cultum Christi, & devotionem sanctorum impendimus, quod ait Isidorus *d*, totum cum hilaritate faciamus, nihil ex tristitia, aut ex necessitate, quia *hilarem datorem diligit Deus e*; hacq; de causa oleum offerri in sacrificio. Iterum Chrys. *f*, illud oleum, in quo facies cordis exhilaratur, dicit esse illud ipsum, in quo *impinguatur caput nostrum g*, qui est Christus; & faciem esse imaginem & similitudinem Dei in homine. Cum gratia, & misericordia remissionis peccatorum, qua nitescit anima, & hilaris redditur. Bruno Carthusianus conjungit charismata exteriùs nitentia, verbi gratia, curationum, miraculorum, prophetiæ, ita ut vinum denotet interiorem Sancti Spiritus gratiam. Cassiodorus vocans regale chrisma, & Arnobius oleum chrismatis, sive confirmationis, per quod hilari ac forti facie miles Christianus pro Christo, fideque certat. Insinuat id etiam Cyrillus *h* Jerosolymitanus. Valentia designari vult quatuor sacramenta, in quibus olei usus est, baptismum, confirmationem, ordinem, extremam unctionem: sumendo autem oleum spirituale, alia duo pœnitentiæ per oleum misericordiæ, & matrimonii per oleum charitatis: quum jam Eucharistiæ sacramentum per panem, ac vinum fuerit significatum.

Et panis cor hominis confirmet.) Hieron. *panis autem cor hominis roborat*, enuntiative nimirum, non caussaliter explanans. Alij in accusativo, & supplendo, (*ut educat,*) *& panem, qui cor hominis fulcit*, vel *etiam*, seu *quamvis panis hominis fulciat*, nimirum, licèt panis ad victum sufficeret (adde pro potu *aquam*, quia *initium vitæ hominis aqua, & panis i*,) nihilominus ex abundanti Deum dare vinum & oleum. Genebrardus putat *panem* hic sumi de peculiari hominis cibo, prius *k*, magis generaliter. Censeo cum pluribus utrobique idem valere nomen panis, & nunc declarari effectum, quę operatur in homine, quemadmodum expositus fuerat effectus vini, & olei. Hic autem idem effectus aliis modis in scriptura significatur per *firmamentum* l, & *firmamentum panis m*: item per *baculum* aut *virgam panis n*: præterea per verbum *stabiliendi*, ut dicatur *quis stabiliri frumento*, quamvis vino & oleo *o*, simul, ac eicis *p*, adhæc quando dicitur *pane confortari cor*, *ps*, vel stomachus *q*, vel aliquis cibo *r*, rursum per *robur s*, & *robur panis*, licèt hoc aquæ etiam tribuatur *t*: idem quoque indicat *sustentare*, & *sustentari* absolutè, vel etiam *pane u*: idem valent *reficere*, & *refectio*, tum simpliciter, tùm adjiciendo, cibum, potumque *x*: idem *refocillari y*, & similia. Ex eadem caussa vocat Homerus *z*. ἄλφιτα μυελῶν ἀνδρῶν *farina medullam hominum*; & alii ἄρτον cognominat μενοεικέα, καὶ ζωρικέα, quod animum recreet, & vitæ sufficiat. Nec defuit qui *panem* quasi πάντα dictum vellet, perinde ac si omnis in eo victus noster consisteret; vel quia quum omni cibo apponitur; aut quod omne animal id appetat. Sic quidem Isidorus *a*. Augetvim & efficaciam panis appositum nomen hominis calamitosi אנוש *enos*. Nuper docui multorum testimonio *panem confortantem* de Eucharistico sumi, vel etiam de verbo Dei, cui pani, panis opponitur mendacii, quem vetamur desiderare *b*, nempè sapientiæ, ac voluptatis mundanæ. Theophylactus *c*, rectitudinem dogmatum ait hunc panem esse. Antonius *d*, intelligit de sacra doctrina, & Eucharistia. Cyrillus Alexandrinus *e*. De utroq; præsertim de pane Eucharistico simul cum vino loqui videtur apud Oseam *f* Deus, *vivent tritico, & germinabunt quasi vineæ; memoriale ejus sicut vinum libani. Ephraim quid mihi ultra idola? ego exaudiam, & dirigam eum, ego ut abietem virentem: ex me fructus tuus inventus est*. De Eucharistia explanant Rupertus *g*, Theophylactus *h*, & alii: Cyrillus *i* Alexandrinus de virtute spirituali, & participatione æternæ vitæ: hocque sibi velle, qui loco isto nostro dicitur *panis confirmans*. Facit ad utrumvis maximè comparatio ex abiete, vel ex junipero, qui ἄρκευθος nominatur, quoniam tam densa & frondosa arbor est, ut contignatio quædam manufacta videatur, neq; solaribus radius penetrabilis, neq; imbrium influxibus pervia, quamvis magno impetu terrâ irrigent. Idem Cyrillus *k*, gratiæ necessitatem hinc elicit. *Quid paleis ad triticum?* idest, pro Dei verbo prophana in concione afferentibus, nec hominum verum cibum, sed bestiarum potiùs proponentibus. Experiuntur, qui Eucharisticum frequentant panem ea ut par est comparatione animi, quantum inde virium consequantur: & primæva illa Ecclesia tã fortes tulit athletas, sive Martyres, sive Confessores, quod sacri hujus cibi quotidianum usum haberet ἐπιούσιος, *supersubstantialis*, divinam substantiam communicantis. Quo utcumq; pertinere posse liceat asserere, quod valentissimum Celsus *m* frumentaceum panem tradat esse: Galenus *n*, verò gymnasticis maximè accommodatum, qui sine fermento sit. Hic est panis fortium, & robustorum, de quo alias egimus, aliterq; cognominatur Angelorum, de quo in psal. 77. *o*, hic est, qui *castra Madian subvertit, & terra funditùs coaquavit p*: hic est, quem præbet Christus, *ne deficiamus in via q*: hoc refectus Elias pervenit longo itinere *usque ad montem Dei Oreb r*: postquam hunc sumpserunt duo alii discipuli, cognoverunt Christum, & deprehenderunt *cor suum ardens in via fuisse*: hic sedat lęvientem membrorum nostrorũ legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, inquit Cyrillus *t*: & Bernardus *u*, quod sensum minuit in minimis, in gravioribus peccatis tollit omninò consensum, ita ut si quis non tam sæpè acerbos sentiat iracundię motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujusmodi, gratias agere debeat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & Chrysostomus *x*, recedere ab illa mensa homines tamquam leones

i *Eccl.* 29. 28

k *verf.* 24

l *pf.* 71. 16
m *pf.* 104. 16
n *Levit.* 26. 26
Ezech. 4. 16
c. 5. 16. *c.* 14. 18
o *Gen.* 27. 37
p *Hebr.* 13. 9
q *Gen.* 18. 5
r *Judic.* 19. 5
s *Act.* 9. 19
t *Oſea.* 7. 9
u *Eſa.* 3. 1
x *Gen.* 47. 17 *Deut.* 14. 15
3. *Reg.* 17. 6 *c.* 22. 27. *Ecc.* 7. 19. *Eſa.* 50 4. *Notio panis.*
y *Geneſ.* 29 3. *Deut.* 12. 18. *Judic.* 19 22. 2. *Paral.* 28. 15. *Judit* 6. 20. *pſ.* 22. 2 *Eccl.* 40. 5 *Mar* 14. 14
z *Judic.* 15 19 1. *Reg.* 16 23. *c.* 30. 12. *lib.* 2. 16. 14. *Jud* 7. 7. *Thr.* 1. 10.
a *Odyſſ.* 2. b 20 *etym. c.* 1.
c *Prov.* 23. 3 *d in Luc. c.* 11 e 1 *p. tit.* 4. *c.* 13. §. 2.
f *Oſee.* 167

g *c.* 14. 8. 9.
h *ibidem.*
i *ibidem.*

K *ibidem.*
l 1. *de ador. at in ſpiritu.*
m *Jer.* 23. 28

Panis Eucharistici effectus.

m *lib.* 2. *c.* 17
n 1. *de alimen facult.*

o *verſ.* 25.
p *Judic.* 7. 13
q *Mat.* 15. 32

r 3 *Reg.* 19. 9

ſ *Luc. ul.* 32

t *lib.* 4. *in Joan. cap.* 17
u *ſerm. de cœna Domi.*

x *homil* 65. *ad popul.*

nes

nes ignem spirantes, factos diabolo terribiles. Augustinus *a*, explanans *panem quotidianum*, qui petitur in oratione Dominica, & Græco nomine ἐπιούσιον, ut *supersubstantialem* denotat, Eucharistiam esse, ac panem non vulgari similem, qui vadit in corpus, sed vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit, & *de cœlo descendit b*, ait, quod fortes, & firmi fuerunt Martyres, sed propter panem, qui *cor confirmabat c*. Nescio, quomodo probare possit Jacobus Jansonius de Eucharistia intelligi cibum, quo sumpto Paulus confortatus scribitur. *d* Concedam facile recens baptizatum sumpsisse quoque Eucharistiam. Sed illa confortatio ex cibo erat materiali, à quo triduo prius toto abstinuerat *d*.

a Serm. 18. de verb. Dom.

b Joan. 6. 33. 38. 41. 42. 50. 51. 58.

c lib. 50. hom. mil. hom. 14.

d Act. 9. 15.

e ibidem vers. 9.

Vers. 16.) Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit,

Vers. 17.) Illic passeres nidificabunt. Herodii domus Dux est eorum.

Vers. 18.) Montes excelsi cervis: petra refugium herinaciis.

Sensus loci.

INter pluviæ utilitates, de qua egit hactenus, refert præterea, quod non modo ad fœnum jumentis, & herbam servituti hominum de terra educendam confert, sed etiã ad arbores campi frugiferas, atq; etiam præsertim ad valdè proceras, & solidas infructiferas tùm producẽdas, tùm nutriendas; cujusmodi sunt cedri Libani, ob proceritatẽ atq; magnitudinem adeò celebres; nec non aliæ similis generis, ut abietes, cipressi, &c. quas, quum spontè nascantur, & crescant, videtur plantasse ipsemet Deus; simul verò deserviunt habitationi avium nonnullarum, ne tam facilè noceri illis possit. Ex his aviũ habitationibus, nidisve ait habitationem, seu nidum herodii excellere, velutiq; aliorum ducem esse, propter altitudinem, & amplitudinem: vel inter altas arbores illam excellere, ac eminere, in qua dicta volucris nidum construit, quod altissima sit. Qua in re similes docet herodio, ac hujusmodi avibus, cervos in altissimis quoq; montibus commorantes item herinacios latibula sibi quærentes in petra, sive in rupe: aut post aquarum beneficia, terræ quoq; simile beneficium perstringit ei, quod attulerat post remo loco. Ex quibus tacitè simul innuit Dei providentiam, & curam extendere sese ad aviculas, (quod Christus quoq; dixit, de passeribus *e*,) nec locum ullum esse, quamvis arduum, & desertum, qui non aliquem usum habeat, si non immediatè pro hominibus, certè pro aliis animalibus.

e Matt. 10.

Saturabuntur ligna campi.) Hier. *ligna Domini*. Alii, *procera, excelsa, alta, magna, maxima*. Nomen Hebræum est יהוה *jehovah*, sed quidquid eximium, præstans, magnum est, id dicitur Dei, ut *montes Dei f*, *cedri Dei g*; ita per *cedros Libani* quæ hoc loco statim adduntur, putent aliqui declarari *ligna Dei*, seu *Domini*, quæ hic Hebraicè sic dicuntur. Ita sentiunt Theodoretus, Basilius, Chrysostomus, admonentes ab aliis Interpretibus redditum τὰ κυρίου, & infrugifera ligna, *ligna Domini* appellata, quod sint αὐτοφυᾶ, ἃ χειρόκμητα, ἀλλὰ τῷ θείῳ λόγῳ βλαστήσαντα, *sponte nata, non manu labore parata, sed Dei verbo germinantia*. Id sequentia indicant, *cedri Libani, quas plantavit*. Symmachus quidem, & quinta & sexta editio habent, τὰ κυρίου, *Domini*; sed Aquila, & Theodotio, τὰ πεδία κυρίου, *campi Domini*. Addunt alia Psalteria, *omnia*; & Romanum, cum Cassiodoro, qui omittit *omnia*; legit *ligna silvarum*. Quod silvatica ligna, seu arbores designat. Nec omninò probabilis Agellii opinio, lignis campi fructiferas arbores indicari, quia Levitici 26. *h*, quod legimus, pomis arbores replebuntur, extat Græcè, τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, *ligna camporum*: sed ibi est שדה *sadeh* nomen *campi*: hoc loco nomen *Domini*; cujus nominis duplex allata ratio non ita benè convenit fructiferis, ut illis aliis, Cajetani quoque ratio, ut Hebraicè *ligna Domini* dicantur, quæ fructifera sunt, quia primaria intentione plantata sunt propter salutem animalium, parum concludit. Paraphrastes transtulit hic *arbores, quas creavit Dominus. Saturandi* autem verbi nota metaphora est, ejusdem rationis cum ea, qua potari dicantur, aut bibere sensu carentes plantæ: ne quis propter istas dicendi formulas præditas putet sensu arbores, plantasque. Ita verò etiam *saturari fimo pingui sola* Poeta *i* dixit, & *satura præsepia* k. Potiùs ex adjecto *Domini* nomine trahi argumentum potest, exque sequentibus verbis, *quas plantavit*, vehementer despuisse, qui arbores præsertim proceriores tamquam numina, Deosq; coluerũt, ut de Ipsis proditum *l* est. Aristoteles *m* analogiam declaravit, quod per radices arbor, velut per os, attrahat alimentum. Denique parum aptè Ayguanus *ligna saturari* exponit, idest, illis aves, & animalia; *ligni* verò nomen dici etiam de herba. Nec facit ad rem arbor, super quã vidit Nabucodonosor *n*, *habitantes bestias agri, & in ramis ejus commorantes aves cœli, & escam omnium in ea*. Quis umquam herbas vocavit ligna? & quam violentum est *saturari ligna* idem esse, quod iis animalia saturari? Nec verò propter sæpiùs dictum *Domini* nomen, aut quod *plantasse cedros* dicatur Dominus, de paradisi lignis præcisè sermo est, ut Eugubino tamen placet, post R. Salomonem, quem refutat Lyranus. *Campi* vocabulo indicantur, ut conjicit Genebrardus, etiam sativæ, ac fructiferæ arbores, quod etiam lego in Procopio *o*, vacante ξύλα καρποφόρα. Quamvis *campos* quoq; *silva p*, legamus, sive silvosos, quam Paraphrastes *Libani silvam* intellexit. Interpretantur allegoricè Augustinus & alii, *saturata ligna campi* plebes populorum (Judæorum dicit Prosper non ita quidem commodè, nisi mendum sit, quia pauci ex illis conversi sunt:) *cedros Libani* potentes in sæculo contritos priùs, *ut cedros Libani q*, quum prius juxta etymon *Libani*, candidi essent, nitentes, fulgentes in pompis suis, deinde plantati sunt à Domino, (facti nimirum neophyti) quia *omnis plantatio, quam non plantaverit Pater, eradicabitur r*. Quidam, ut quem dicunt Hier. ligna cetera quoslibet fideles, *cedros Libani* excelsiores merito Sanctos, quemadmodum antea per *bestias agri*, & *onagros* interpretantur. Chrysostomus *ligna Domini*, & *cedros plantatas* ab eo justos interpretatur, *meditantes in lege ipsius die ac nocte*, *plantatos secus decursus aquarum s*, &c. Priore nominantur loco *ligna campi*, quam *cedri*, quoniam prius elegit Dominus contemtibiles, quam nobiles *t*, inquit Hugo. Procopius *u*, *cedros Domini* cedris Libani conterendis *x*, citoque transituris *y*, idest, superbis, vanæ opinionis fastu elatos, duris, præfactisque moribus præditos viros, *quæ sursum sunt quærentes z*, & *in cœlis conversationem habentes a*, ait *ligna* quoque *campi* frugifera hoc loco in laudem Dei assumta, homines justos designare. Arnobius per lignum Crucis ait *satiari omnia ligna campi*, idest, omnem turbam simplicitatis, & inter hos esse divites, & sublimissimas potestates. Est qui ex lignis, ut Hebraicè hoc loco, quemadmodum notavi, dicuntur *Dei*, seu *Domini*, quia humana in iis cura, culturave nulla est, eliciat hujusmodi tropologiam: ut illis, qui ab aliena destituti sunt, opituletur Deus *b*. Obstat alia ratio, ut ea denominatio indicet, maximè proceras arbores, & altissimè, firmissimèque nixas, ac proinde operam externam, vel extrinsecam hominis irrigationem non requirentes; sed sola generali, & communi Dei conservatione contentas, qui ab ipso exordio talem vim indidit hujuscemodi plantis, ut sibimet ipsæ, salvo dicto Dei conservantis concursu, quodammodo sufficerent. Atque ita tales arbores, in quibus & cedri sunt, adhiberi potiùs consueverunt in symbolum locupletum, ac potentum, quam inopum, & miserorum.

f ps. 35. 7. & ps. 79. 11.

h vers. 4.

i Virg. 2. Georg.

k idem 3. Georg.

l Alexand. ab Alexandro lib. 6. c. 26. ex Curtio lib. 8. m de juvent. &c.

n Dan. 4. 16.

o in Esa. c. 9.

p ps. 131. 6. Allegoriæ.

q p. 28 5. 5.

r Mat. 25. 13.

s ps. al. 1. 3.

t 1. Cor. 1. 26.

u in Esa. c. 6.

x ps. 28. 6.

y ps. 20. 35.

z Coloss. 3. 1.

a Philip. 3. 20.

Tropologia

b Tineda 6. de Salom. c. 20. in ps. 71. vers. 12.

Et cedri Libani, quas plantavit.) Conjunctio & deest in textu Hebræo, Chaldæo, Græco, translatione Hier. aliorumque ex Hebræo. Quare Bellarminus putat satis probabiliter particulam illam vel irrepsisse in textum vitio scriptorum: vel idem valere, quod *præcipuè*: vel ea omissa, contineri verbis istis explicationem *lignorum campi*, quæ membro præcedente memorata sunt. Ita ut exempli caussa, aut retinendo &, ut valet *præcipuè*, cedri Libani afferantur. Cajetanus refert exponentes per appositionem *ligna Domini*, *qua sunt cedri Libani*; dici autem *Domini*, quia imputribilia sunt. Objici posset, quod Libanus mons sit, non campus, nisi planitiem in montem velis appellare, quemadmodum quum Christus sermonem habuisse scribitur *in loco campestri e*, qui tamen sermo habitus in mõte dicitur *d*, ut scilicet in decliviore parte montis planities, & campus esset. Dixi etiam prius alios velle indicari silvaticas arbores per *cedros*, per *ligna campi* fructiferas. Quid mysticè autem *cedri* significent, & paullò ante dixi, & aliis in psalmis. Passim hoc loco intelligunt Reges, & Principes: Ayguanus quoque Mariam Virginem, Celebrant Vates sacri Libanum frequenter, sicut Poetæ prophani Hippocrenem, Parnassum, Heliconem, Mænalum, Soractem, & similes.

c Luc. 6. 17.

d Mat. 5. 1.

Libanus à sacris Vatibus frequenter celebratur.

Quod

Quod in tertia persona legimus Latinè *plantavit*, Græcè est in secunda, ἐφύτευξας: & si pro נטע *natahh* leges נטעת *notcahh*, participium pro præterito, poterit reddi, *plantans es*, vel *fuisti*. Apud Prosperum reperio *plantasti*, & apud Cassiodorum, & in Romano Psalterio.

Illic passeres nidificabunt.) Vel species pro genere ponitur, vel potius, ut aliàs *a* docui, *passeres*, & στρθία (quod hoc etiam loco monent Euthymius, ac Niceph.) pro quibuslibet avibus, quas in genere quoq; significant צפרים *tsipporim*, ponuntur. *Passeres* propriè sumti, non ita in cedris nidificant, ut in aliis arboribus. Quare illic *passeres nidificare* possumus interpretari non tantum in cedris, sed in aliis quoq; lignis, sive arboribus: aut si arbores hæ silvaticæ sunt, *passeres* accipiemus accipitres, aquilas, & hujusmodi rapacis generis agrestes aves, quarum dux appellatus statim *herodius*, sive *domus ejus*, hoc est, nidus. Arnobii, Augusti., Prosperi Cassiodori, aliorumq; enarratorum loci præsentis, prætereaq; Ruperti *b*, allegoria tropologiæ mixta est, à viris principibus etiã Gentilibus, & infidelibus, ut nominatim docet Arnobius, Christianos sustentari, qui passeres ideò nuncupentur, quia cœlestia, & alta petentes, sic se jugunt conversationibus hominum, inquit ille, ut fugiant ipsos homines in quorum domibus (melius opibus) nidificare probantur. Rara prorsus exempla sunt, si qua sunt, benevolentiæ, ac beneficentiæ istius infidelium erga Christianos. Alex. Mameæ filius amicus Christianis fuit, cum matre *c*, & effigiem Christi coluit in larario suo, inter alia simulachra *d*. Melius alii Patres hoc ipsum accommodant ad illos, qui elegerint humilitatem: & relictis, quæ habebant, aut venditis, nihil sibi in hoc sæculo reservarint, sed divitium Christianorum domibus, ægrisq; susceptis, necessariis solatiis adjuvantur. Augustinus *e* pendens *passeres*, ut sunt minutæ aves, ait eos denotare, qui conditione pauperes, pauca dimiserint: nec iis tamen insultandũ, sicut nec dicentibus discipulis inopibus, reliquisse se omnia, insultavit Christus: multum dimisisse, qui non solum dimisit quidquid habebat, sed etiam quidquid habere cupiebat: *cedros Libani* esse divites, qui *intelligunt super egenum*, & *pauperem* e; atq; attendentes res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, præbent illas servis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant Ecclesias, monasteria, colligunt passeres, ut in cedris Libani nidificent. Hoc est *fugere lac gentium, & mammila regum lactari* f; *nutritios reges habere, & reginas nutrices* g. Magna est gloria illi arbori, ait Cassiodorus, ex cedro passer, ex consulari religiosissimus monachus, pie admodum de laude instituti religiosi differens, ubi nidus iste compingitur: audiat enim à Domino se fuisse plantatum, qui tale continere nascitur institutum. Rupertus *h*, ait tales nidulos, passerum istorum, & cunctas eleemosynas, quas faciunt cedri, hoc est, potentes, ac divites, esse unguenta prima, miriq; odoris, illis quæ affudit Magdalena super Christum, replens domum ex eorum odore *i*. Bruno Carthusianus addit rectè *nidificandi* positum verbum; quia sicut volucris ad tempus nidũ hrbitat, sic & monachi, atq; clerici principum terrenum auxilium ad horam expetunt, non in eo in æternum spe-Desse, demonstrando quanam ratione aucupum laqueos transiliant. Videtur id convenire accipitri, aut simili. Hieron., ut mox dicam, docet milvum nidum construere in altis arboribus. Nomen Hebr. חסידה *chasidah* quod hic habetur, vertit Hieron. in Job *u*, *herodium*, simul, & *accipitrem*: in Levitico *x*, *haredionem*, quod idem valet: in Deuteronomio *y*, autem rursus ponit nomen *erodii*, sed pro alio Hebr. כוס *chos*, *onocrotali* z, pro jam dicto חסידה *chasidah*. Quod attinet ad vocabula Græca, hic exstat ἐρωδιός, in Levitico ἀρώδιος, in Deuteronomio primo loco ἀρωδιός, aut utrobique in emendatis codicibus ἐρωδιός, secundo ἀσίδα], ut & in Job; præterea in Jeremia *a*, ubi Latinè *milvus*, & ἐκσίδα forsan pro ἀσίδα. Sono vocis congruit ὠρίδα cum חסידה *chasidah*: cum ἐρωδιός, sive ἐρωδιὸς, vel ἀρώδιος, *ardea*, aut *ardeola*, quam ab arduo volatu appellatam volunt, quia

——*notasque* b, *paludes*
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

&, ——*quid* c, *ausa volare*
Ardea sublimis penna confixa natanti.

Idem Hieron. in Zachariæ commentario d, ubi *milvum* quoq; reddit pro eadem voce חסידה *chasidah*, cui ἔποψ Græca respondet *upupa*; sed ex translatione Aquilæ, Sym-

a Ps. 10. 2

Allegoria tropologiæ mixta.

b in Cant. c. 4

c Euseb. lib. 5. cap. 5

Sensus accommodatitius.

d Lampridius.

e Ps. 40. 2

f Esa 60. 16 & c. 49. 23

h in Cant. c. 4

i Joan. 12. 5

k Ps. 121. 7

l in Abacuum. 30

m l. p. annal.

n epist. 135 c. 1 17

o c. 1

p in c. 14

q Ornith. c. 8

r ibid.

s in Job. 39. 13

t vers. 4

Quænam avis per nomẽ herodii intelligatur hic inquiritur.

Fulica avis aquatilis.

u c. 39. 13 *x* c. 11. 19 *y* c. 14. 16

z vers. 18

a c. 8. 7

Ardea ab arduo volatu dicta.

b Virg. in Georg. *c* Luc. 5. de bello Pharsal.

d in c. 5

Herodionum tria genera.

Non improbabile hic nomine herodii intelligi ardeã,

a *in isto.*

b *lib.10.c.35*
c *in sem. Ulyss.*
d *3. de anim. lib.c.28*
e *in phan.*
f *2. de divin.*
g *1. Georg.*
h *lib.10.c.35*
i *lib.10.c.22*
Christ. animal.c.1.& 2

Herodii proprietatũ ad mores translatio.

k *Ann. annal.*

l *Exod.15.13*

m *Gen. 49. 27*

Symmachi, Theodotionis ἐρῳδιὸς, ideſt, *herodion*, ſcribit quod Hebræi *milvum* putant ſignificari, per *thaſidam* rapaciſſimã avem, & ſemper avibus domeſticis inſidiantem. Recitat præterea ex his, qui de volucrum ſcripſere naturis, herodionum tria genera, unum album, aliud ſtellatum, tertium nigrum, quod & læviſſimum, & ſanguinarium, & pugnans, & ad coitum impatiens, ita ut ex oculis eorum erumpat cruor. Ad hæc docet upupam, quam nos de Græci nominis ſimilitudine traximus, nam & ipſi ἔποπα appellant, ab eo quod ſtercora humana conſideret, avem ſpurciſſimam cenieri, ſemper in ſepulchris, ſemper in humano ſtercore commorantem. Poſtrcmò Hieron. in epiſtola ad Suniam, & Fretelam magis probat *milvum* in hoc pſalmo tranferri cum Symmacho, & VI. editione, avemq; illam dicit ſemper in excelſis, & arduis arboribus nidos facere, quales abietis, vel cupreſſi. Difficilè profectò eſt definire quæ ſit avis exactè hic nominata *erodius*, aut *herodius*. Minimè autem improbabile videtur eſſe *ardeam*, ſive *ardeolam*, Italicè *airone*, Gallicè *horon*, Hiſpanicè *garza*. Etſi porrò ardea ex mari vivat, non ibi tamen, ſed in terra nidificat, ut Oppianus *a* tradit, & Auctor de B natura rerum, quamvis in aquis cibum ſuum quærat, in ſylvis nidũ collocare affirmat, & Stumplius in abietibus: quod jam antea Hieron., & alios prodidiſſe monui. Quod ardeæ tribuiſſe dixi Virgilium, & Lucanum, ut tam alte volet, hoc herodio Aratus aſſignat: ſicut quod Plinius *b*, indicium tempeſtati eſſe, quum in mediis arenis triſtis eſt, Varro *c*, de milvo præterea, quod de pietate ciconiæ paſſim omnes; id etiam aſſerit Ælianus *d*, convenire herodio. Item quem Aratus *e*, nominat ἐρῳδιὸν Cicero *f*, Latinum faciens *fulicem* vocat (eadem verò eſt fulica) Virgilius *g*, *mergum*. Plinius *h*, Avienus, & alii *ardeam*. Rurſum qui Arato eſt πέτρος, Virgilio eſt *ardea*, Avieno *ſturnus*; lege Turnebum *i*. Ut non ſit mirum, ſi varient ſententiæ circa ſpeciem avis. Conſtat non rarò per catachreſin idem nomen ſimilibus rebus multis dari ab Hebræis, ut aliàs monui. Quem verò vocat Ariſtoteles *k*, inter erodios primæ ſpeciei pellum, narrat cornicem amare, infeſtum noxiis eſſe, tùm aquilæ, vulpi, corydato. Qua de cauſſa dux & quaſi rex haberi poteſt aliarum avicularum, non tantum quia nidi altitudine, ac amplitudine præcellat. Quæ de C illius volucris *erodii*, ſeu *ardeæ* natura, ingenio, moribus citatus affert Aldrovandus poſt κακόδοξον in religione Gesnerum in opere de avibus multæ farruginis quantum ad continentiam, & pietatem, quam vocant *antipelargiam* (ut propterea quidam hoc loco *ciconiam* ſint interpretati) ad noſtros mores ut liter trasferri poſſunt. Quod ad primum attinet, Glycas *l*, herodium tanta præditum eſſe caſtimonia, tradunt, inquit, ut quum ad Venerem acceſſurus eſt, dies quadraginta mœreat: nam avis hæc eſt in mœrore, ſi quando neceſſitate ſic exigente maluam ad conjunctionem pertrahatur. Quæ ſi vera ſunt, ſubdit ille, quid nos quæſo facturi ſumus, qui beneficio rationis ornati, nihilominus vitæ voluptatibus ſumus addicti? Alii qui *herodii* nomen retinent ex enarratoribus paullò antiquioribus, & avem magnam rapacemq; volunt eſſe, quæ aquilam quoque vincant, ajunt deſignare ſimilium morum peccatores. Chriſtus, qui eſt dux paſſerum ſpiritualium, ait Hugo, duxque in miſericordia populo, quem redemit *m*, eſt domus, ac refugium herodii, ideſt D hominum rapaciſſimorum, quantumcumque ſint mali, ſi velint ad ipſum reverti, & facit ut vincant aquilam, ideſt, diabolum: vel *herodii domus*, ideſt, ille, qui prius fuit rapax & malus, dux eſt ſpiritualium, ut accidit in Paulo, & Auguſt. qui erant prius herodii ad prædandum aves Chriſti, poſtea verò facti ſunt duces Eccleſiæ; de Paulo namq; dicitur, quod *lupus rapax* quum eſſet *maneque comederet prædam*, *veſpere diviſit ſpolia* n. Addi poteſt juxta præcedentis membri tropologiam, quod herodii domus dux eſt paſſerum, vel cedrotũ, quatenus viri potentes, ac divites benignè faciunt paſſeribus, qui pauperes voluntarios ſignificabant. Hugo Eccleſiæ Prælatos malos herodio ſimiles facit in lævitia & rapacitate: & montibus ac petræ, de quibus poſtea, quatenus & ſuperbi ſunt & obſtinati. Chryſoſt. herodium dici Petrum poſſe ſcribit, propterea quod Chriſtum ſequi numquam intermittebat: (quemadmodum, inquit, herodium ferunt à Dominis ſuis numquam ſejungi velle, & quemadmodum ille paſſeribus demonſtrat quanam ratione aucupum laqueos tranſiliat, ſic Petrum per negationem irretitum, pœnitentiæ ope, atque auxilio laqueum effugiſſe.) Rectius Chriſto convenit ea ratio, atq; denominatio, ut dux noſter ſit, omnium-

n *Gen. 49. 27*

Aque actionum noſtrarum. Idem alibi *o*, proferens hunc locum, & alium qui ſequitur *p*, *draco iſte, quem formaſti*, &c. ait myſticum eſſe hunc pſalmum totum, omniaque in eo plena Sacramentis, & non unam horam, ſed vix diem ſufficere ad interpretationem.

Montes excelſi cervis.) Vetus Pſalterium, Auguſt. Proſper, *altiſſimi*. Alii, *ibicibus*, vel *damis*, vel *rupicapris*, *capreis*, *hircis ſylveſtribus*, *capreolis*, *feris capris*. Dicuntur enim *ibices capræ* pernicitatis eximiæ in præruptis, inacceſſiſque montium locis habitantes. *Ibices* reddit Interpres *q* alibi יעלים *jehhelim*, & in ſingulari *hinnulum* r; nomen eſt à יעל *jahhal*, aut potius à יעל *hhalah aſcendere*. Vertunt aliquando LXX. ἐλάφους *f*, *cerves*, interdum τραγελάφους πετρας *hircocervos petræ*: nonnumquam πῶλον *t*, *pullum*, Symmachus ac Theodotio ἔλαφον *cervum*. Affinitas eſt in ſono ſaltem יעל *jehhel*, quod non eſt in uſu, ſed fœminino יעלה *juhhalah*, & איל *aial*, atque אילים *aiialim*. Non audeo dicere hoc pro illo lectum nomen ab Interpretibus, quum *cervos* tranſtulerunt. Ælianus *u*, *feras capras*, αἰγαγρέτας, prodit ad ſummos Libycorum montium vertices commorari, maximaq; ad ſaliendum habilitate præditas eſſe. Quibus planè ſimilia de ibicibus Plinius *x* memorat, aliique Phyſiologi. In primo Regum *y*, *ſolis ibicibus pervia* abruptiſſimæ petræ dicuntur, ſuper quas Davidem Saul, ac viri ejus inveſtigabant. Cervos quoque in montibus habitare, ad eoſq; confugere, & quidem ad montes Bether κολωμάτων *concavitatum*, quaſi dicas abruptos, dentatos, ſectos, diviſos, ferratos, conſtat ex Cantico canticorum *z*. Ariſtoteles *z* eſt etiam teſtis ad petras diruptas cervis eſſe confugium. Sed & Ambroſius *b*, de ea prea hinnuloque cervorum ſimul idem ſcribit. De cervorum phyſiologia, indeq; tracta myſtologia, egimus aliàs in hoc ipſo opere, tùm in pſ. 17. *c* ubi canit David, quod *perfecit Deus pedes ſuos tamquam cervorum*, *& ſuper excelſa ſtatuit ſe*, præterea in 27. *d*, quum dicitur *vox Domini præparantis cervos*; quod loco Baſilius *e*, univerſè admonet ſumi hoc animali in Scripturis in meliorem partem; & in 41. *f* Auguſt., cum Proſpero & ſectatoribus aliis, cervos myſticè docet eſſe magnos, præcipuoſq; ſpirituales, qui mandatorum Dei ſublimiſſima quæque ſectantur, & in montibus habitant Scripturarum. Caſſiodorus exprimit harum Auctores Apoſtolos & Prophetas, qui ſanctis prædicationibus ſuis in hoc mundo ſolida cacumina eſſe meruerunt. Favet Hieron: in Zachariam *g*. Hugo ut antè dixi, ſuperbos Prælatos montes excelſos appellat erga cervos, ideſt, Religioſos, qui omnia terrena tranſiliendo reliquerunt. Prior tropologia communior, quam præterea Baſilius *h*, affert de juſtis, qui in altiſſimis ſibi deligant converſationem *i*, *deſtinatum*, ſive *ſcopum*, *perſequentes ad bravium ſuperna vocationis* k. Caſſianus *l*, explicat de illis, qui ſublimioribus, ac ſacratioribus myſteriis ſaginantur, & in ſimplicitate, atque innocentiam perſeverantes, nulli ſunt noxii, vel moleſti, ſed ſua tantum ſimplicitate contenti, ſolummodo ſe ab inſidiantiũ præda deſiderant contutari. Petrus Damiani *m*, *montes excelſos* ait eſſe altas ſcripturarum profunditates, hos autem, qui jam dare contemplationis ſaltus noverunt, altos ſententiarum divinarum vertices, quaſi cacumina montana conſendere. Quod ex Gregorio *n* tranſcripſit Origenes *o*, multa differens myſticè de cervis, præſentem locum ſic explanat, ut montes excelſos quaſi ſolis cervis ſequeſtratos, & ad quos, niſi cervus ſit aliquis, non poſſit aſcendere, dicat eſſe Trinitatis perſonas, ad cujus capacitatem nullus, niſi cervus efficitur, aſcendat: eoſdem verò *montes excelſos* qui hic pluraliter appellantur, ab Eſaia *p* ſingulariter dici *montem excelſum*, quum in eum jubetur *aſcendere*, *qui evangelizat Sion*.

Petra refugium herinaciis.) Sic etiam Hieron. Alii, *hoſpitium*, *opertorium*, *aſylum leporibus*, aut *cuniculis*. Vetus Pſalterium, Arnobius & Auguſt. *petra refugium hericiis & leporibus*: conjungendo ſimul duplicem lectionem, quum ſit, unicum nomen Hebr. שפנים *ſcephannim*, & Græcum λαγωοῖς. Chryſoſtomus refert à Symmacho expreſsos *lepores*, *& echinos*. Refert Hieron. *q*, reliquos Interpretes, præter LXX. tranſtuliſſe χοιροχρύλλις, (Faber fallitur contendens non ſic, ſed χοιρογύλλις legendum, & alii *cirrogrillios*) eſſe autem animal non majus ericio, habens ſimilitudinem muris, & urſi; ut idcirco in Palæſtina ἄρκτομυς (corruptè legitur in quibuſdam codicibus κύμυς) dicatur quaſi *urſi mus*: magnam in illis regionibus hujus generis eſſe abundantiam, ſemperque in cavernis petrarum, & terræ foveis habitare conſueviſſe.

Idem

o *hom. in id, homo quidã erat dives tom. 2*
p *verſ. 21*
c *1. Reg. 24. 3. Job. c. 30. 1*
r *Prov 5. 19*
ſ *hic, & 1. Reg. 24. 3*
t *Prov. 5. 19*
u *lib. 14. c. 16*
x *lib. 8. c. 53*
y *c. 24. 3*
z *c. 2. 17. c. 8 14*
a *6. hiſt. animal. c. 29. l. 9. c. 5*
b *in Pſ. 138 ſerm. 6*
c *verſ. 34*
d *verſ. 9*
e *in homil.*
f *verſ. 1* Explicationes tropologicé, & myſticé.
g *in c. 14*
h *ſupra.*
i *Philip. 3. 20*
k *verſ. 14*
l *coll. 10. c. 11*
m *lib 7. epiſt. 19. ſeu 141* Origenis explicatio myſtica.
n *30. moral. c 15. vel 29 & homil. 9 in Ezech.*
o *hom. 3. in Cant.*
p *cap 40. 9*
q *epiſt. 135*

Idem *a*, alibi legit *leporibus*: item *b*, *herinaceis*, sive *leporibus*. Eodem nomine Hebræo, Græcoq; plurali scribitur in Proverbiis *c*, illa sententia, quæ Latinè continet nomẽ singulare, *lepusculus plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum*. Levitico *d*, & in Deuteronomio *e*, שָׁפָן *sciaphan* redditur Χοιροχρύλλιος, Latinè chœrogryllius, distinguiturq; à lepore, qui vocatur ibidem אַרְנֶבֶת *arnevech*, & δασύπους: sed aliis in locis *f*, pro *ericio* reperimus קִפּוֹד *Kippod*, vel קִפֹּז *Kippoz*, ἐχῖνον. Quo circa oportet *herinaceum*, sive *hericeum* hìc retinere, aspirationem demunt aliqui, & penultimã per e scribunt, & per t) quem nominant etiam *echinum terrestrem*, (cui similis montanus, sed efficacior) & *hystricem*, (quasi suem setosum) qui est magis sylvestris, (marinus enim inter ostracoderma censetur) & *acanthocheron* sive *porcum spinosum*, & *murem Africanum* g, aut *Alpinum* h, & *erem*, & *hericem*. Est animal spinis horridum, sese, dum metuit, ore, pedibusq; contractis in globum convolvens, ne quid comprehendi præter aculeos possit, quos etiam ejaculatur. Sunt qui Echinadas insula denominatas velint ab echinorum copia, vel quod earum solum sit asperum, & spinosum, instar echinorum. Legendi Plinius *i*, Aristoteles *k*, Theophrastus *l*, Plutarchus *m*, Albertus *n*, Conradus Gesnerus *o*, licèt damnatus ob religionem Auctor Ulysses *p*, Aldrovandus, sed hìc de aquatili solo. Suspicor os leporino simile in caussa esse, cur leporis vocabulo appelletur quãdoq; hoc animal, quod Græcè etiam significari nomine λαγωὸς, & non tantum *leporem* asserit, sed probare non potest Pagninus, agens de שָׁפָן *sciaphan*. Verũ lepus propriè non est; ideoque ex lepore petita mystologia non est adeò ad rem. Acutè autem August. jungens cum leporibus ericios, petram, quæ Christum denotat, notat ubiq; utilem esse, in montibus, ubi habitant volatilia, in mari ubi domus est fulicæ; (quam pro *herodio* legit) in terra, pro ericiis, & leporibus: per hos designari homines coopertos minutis, quotidianisque peccatis,) hispidos, & spinosos Prosper vocat, idque significari *ericiorum* nomine) non eis tamen deesse petram, quæ docet orare, *dimitte q nobis debita nostra*, &c. Chrysost., quia lepores, & echini numerãtur inter animalia immunda *r*, & sunt imbecilla, vult per hæc significari gentes, quæ spiritualem petram, hoc est, Ecclesiam, perfugii loco habent, à qua roborentur, ac purgentur. Hugo ait *petram*, qui est Christus *esse refugium herinaciis* idest, illis, quibus adhuc aliquo amore adhærent spinæ divitiarum, vel minorum peccatorum. Præterea docet in malo sensu sumta *petra* pro Prælato obstinato, & incorrigibili, *esse refugium herinaciis*, nempe divitibus spinosis, qui se defendunt, dicentes, quod Prælati Ecclesiæ sunt pejores, quam ipsi. Arnobius ait hetinacios, hericiosve, ac lepores esse illos, qui fugiendo malos operarios, quos canes Apostolus vocat *s*, eorumq; morsus devitando, inveniunt sibi *in petra refugium*, qui nimirum etiam est Christus. Cassianus *t*, hericium spiritualem appellat Monachum, Evangelicæ petræ velamine protectum, idest, memoria Dominicæ passionis. De eodem quoq; sumit locum Proverbiorum *u*, *ericii gens invalida*, in editione nostra (*lepusculus*,) *qui fecerunt in petris domos suas*. Subdit nil invalidius Christiano, nil infirmius Monacho, cui non solum nulla injuriarum vindicta suppeditet, sed ne levis quidem, ta citaq; commotio saltem intrinsecus pullulare concedatur. Gregor. *x*, eumq; imitatus Petrus Damiani *y*, ut ante dixi, ajunt, quod *ericiis*, idest invalidis, *petra refugium est*, quia non valent ad montes pervenire, sicut cervi, nempe ad altos sententiarum divinarum vertices, nec eos sublimiter intelligentia, exercet, sed sola in Christo fides humiliter continet, atq; parvuli, & peccatorum suorum spinis cooperti, & si intelligere alta non possunt in *petra refugio*, idest, in Christi fide salvantur. Hæc sunt *foramina petræ*, inquit Petrus, in quibus delitescere debemus, *cavernaq; maceriæ* z, videlicet vulnera Christi quinque quot sunt sensus, in quibus vulnerati sumus, & Angelorum custodia. Bernardus *a*, hunc eumdem locum eadem ratione interpretatur, ostendens nihil non boni esse in petra, & in vulneribus Christi securam habitationem reperiri, firmam, tutamque securitatem, & requiem. Hieron. *b* describens herinaceum animal parvum & fugax, & spinarum sentibus prægravatum, ideò Jesum monet spinis coronatum, & nostra delicta portavisse, & pro nobis doluisse, ut de sentibus, & tribulationibus fœminarum, ad quas dicitur *c*, in *anxietatibus*, *& doloribus paries mulier*, *& ad virum conversio tua*, *& ipse tui dominabitur*, rosa virginitatis, & lilia castitatis nascerentur, sponsusque *inter lilia pascereturd*, &c. denique petram leporum etiam esse, qui in persecutionibus fugiunt de civitate in civitatem *e*, nec illud timent, *periit f fuga à me*. Idem certè Hieron. *g*, rhamnum affirmat plenam sentibus, hericii similem esse, cujus rhamni spinis coronatum Christum ex aliorum sententia retulimus ps. 57. *h*. Elegans est alia tropologia Basilii *i*, & Ambrosii *k*, sed marino congruens echino, qui admirabili quadam ratione futuram tempestatem, aut tranquillitatem navigantibus prænuntiat: licèt autem illam ad non minus admirabilem Echini terrestris applicare naturam. Si visitationis suæ Deus Echinum exortem non prætermisit, ait Ambrosius, si eum considerat, & futurorum informat inditiis, tua non considerat: Immo verò considerat, &c. Profert argumentũ simile ipsius Christi, ex providentia Dei circa volatilia, & fœnum *l*. Si herinaceum Deus, inquit Basilius, à sua providentia non excludit, ea quæ ad te pertinent non explorat? non conspicit? Ratiocinatur eodem pacto idem Basilius in hujus loci commentario, Græcique ceteri, de providentia, inquam, Dei erga quælibet animalcula. Non est equus marinus, ut quidam *m* dixit: placet nihilominus, ut calculus validus, quem arripit, eumque velut saburram vehit, & tamquam anchoram trahit, ne excutiatur fluctibus: itaque non suis se librat viribus, sed alieno stabilit, & regit pondere, ut inquã hæc pisces industria doceat nos in omni tentatione, ac tribulatione nostra Christo firmiter adhærere.

a epist. 1
b in Es. c. 23
c cap. 30. 25
d cap. 11. 3
e cap. 14. 7
f Esa. 13. 23. Sa. 35. 11. 14. Soph. 2. 14
g Plaut. in Pœnulo. Echinorum proprietat.
h idem in Mena & Nemesianus in Cynege. Echinadæ insulæ unde nomen traxerint.
i lib. 8. c. 35 & 38
k 9. de hist. animal. c. 6. & de nit. ad. andis. Curechinus leporis vocabulo alluadno vocetur.
l fragm. de animal.
m Opusc. utra pruden tiora, &c. Explanationes mystice & tropologicè.
n 1. de animal. tract. 1. c. 8
o 1. de anima lib. de echino. & de hericio.
p 3. de testaceis c. 49
q Matt. 6. 11
r Lev. 11. 5 Deut. 14. 7
s Philip. 3. 2
t coll. 10. c. 11
u cap. 30. 26
x 30. moral. c. 5. vel 29. & homil. 5. in Ezech.
y lib. 7. epist. 19. sive 145
z Cant. 2. 14
a in Cant. serm. 61
b epist. 8
c Gen. 3. 16
d Cant. 2. 16
e Mat. 10. 23
f Ps. 141. 5
g in Acac. c. 3. & in Agg. c. 2
Rhamni spinis coronatus Christus
Tropologia h vers. 10 i lib. 7. hexa. K 5. hexa. c. 9
l Mat. 6. 29 30
m Osorius serm. de SS. Petr. Paulo Ezhini. Marani industria.

Vers. 19. Fecit Lunam in tempora, Sol cognovit occasum suum,

Sensus loci.

POst commemorata ea, quæ quum creationis die tertia consequuntur, videlicet separationem aquarum, & germinationem terræ; ubi ex hoc occasione utilitates earumdem aquarum expositæ sunt, nominatim circa victum animalium; facta simul mentione de quorumdam habitatione, nunc differit Propheta de opere quartæ diei unde cognosci eadem opera potest, vicissitudo, quam servant, & volucres, & animantes terrestres in cibo capiendo, nec non in dormiendo, & vigilando. Primum autem, dicit in hoc versu, factam à Deo Lunam in usum hominum, animaliumque ceterorum, ut opportuno tempore luceret, & Solem, ut non semper splenderet, sed suo etiam tempore occumbens, nocti daret locum. Item ut Lunæ beneficio menses dignosci possent, quos illa perficit novo exortu suo, progressu, plenitudine, declinatione; deinde quæ forent anni tempestates, quarum rerum observatio agriculturæ, medicinæ, & similibus humanis utilitatibus confert: præterea quando celebrandæ neomeniæ, certique alii festi dies, nundinæ quoque, justitium, & forensia similia, seu civilia; denique qui dies essent naturales, artificiales, sacri, profani, critici, forenses; ut & anni, qui solares, lunares, magni, &c. Idem David alibi *n* cecinit, imitatus verba Genesis *o*, Deum *fecisse luminaria magna*, *Solem in potestatem diei: Lunam & stellas in potestatem noctis*. Scribitur autem in Genesi: *facta luminaria in firmamento cœli, ut dividerent diem, ac noctem, & essent in signa, & tempora, & dies, & annos; ut lucerent in firmamento cœli, & illuminarent terram*; ut *luminare majus præesset diei, minus nocti, dividerent que lucem, ac tenebras*. Perstrinxit idem Jeremias *p*, dicens de Domino, quod *dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ, & stellarum in lumine noctis*. Auctor libri Ecclesiastici *q*, pluribus describit, appellans Lunam, *ostensionem temporis, & signum ævi, ab ea esse signum diei festi, mense secundùm nomen ejus esse*.

n Ps. 135. 7. 8
o cap. 1. 14. & 16. 17. 7
p c. 31. 35
q c. 43. 2. 6. 7. 8

Fecit Lunam in tempora.) Mutatur hìc persona ex secunda in tertiam. Hieron. vertit; *per tempora*. Is, qui dicitur Hieron. in commentario legit, *in tempore*, nisi velis mendum esse: Quamvis ita quoque videatur Arnobius legere. Alii, *fecit Lunam ad constitutum suum*, vel *certis modis, temporibusque mutabilem*. Quidam, *propter tempora*, vel *temporibus*, ut nempe distinguantur. Sunt מוֹעֲדִים *mohhadim*, *& καιροὶ stata, rata, certa, accommodata, opportuna, definita, designata tempora*: & Hebræa vox à radice יָעַד *ihhad* usurpatur etiam de loco, in quem conventus tempore certò indicitur, & universè *constitutionem*, atque *definitionem* significat *loci, temporis*, alterius rei, etiam *tesseram militarem*, & similia. A Luna, ut dixi, multæ pendent rerum vicissitudines, ac varietates, solentque observari diligentius, quæ circa illam contingunt: Quamquam anno superiore 1610. cœpit novi perspicilli beneficio, &

Ga-

Galilæi periti Mathematici Florentini diligentia, posteaque nostrorum etiam Romani Collegii Mathematicorũ investigatione, major stellarum quam adhuc antea, & planetarum præterea numerus deprehendi, quin etiam in Venere simile quoddam lunare incrementum, quod & ipsemet observavi: nec duarum quin plura in dies magis nova, & miranda, si quis attendat, deprehensurus sit. Nihil hinc verò pro se malæ, ac maleficæ & superstitiosæ artes habent veterum Chaldæorum, seu Babyloniorum, Planetariorum, Genethliacorum, Judiciariorum, qui etiam Astrologorum seu Astronomorum, atque Mathematicorum per se alioquin honesta nomina, infamia reddiderunt. Quod si quis non ulterius tendat, quam ut ex universalibus immediatis, commensuratis principiis, regulis, canonibus, prædicat generales quosdam eventus, cujusmodi sunt, qui, quas vocant theorias planetarum, ephemeridas, Phænomena, continen, damnandus non est. Et quidam quidem eventus plane necessarii sunt, ut conjunctionum, & oppositionum inter astra, stationum, & retrogradationum, aspectuum, eclipsium, cursus, & revolutionis, &c. De aliis effectis judicium cum formidine B ferri potest, vel cum suscipicione, ut de annonæ caritate, de cujuspiam pueri proclivitate ad hoc, vel illud; hanc, aut aliam rem benè, vel secus cessuram. Inter adeò multos de hac re scriptores ex postremis duo lectu digni Ordinis nostri Pererius *a*, Delrius *b*: legique etiam Sixti V. Bulla debet contra Astrologos; & ex Scripturis maximè Esaiæ *c*, ac Jeremiæ *d*, Prophetia, in quibus Deus ipse ait *irrita se facere signa divinorum*, & negat *augures cœli posse salvare*: & vetat ne quis *juxta gentes discens, à signis cœli metuat, quia leges populorum vanæ sunt*. Rectè autem infert alibi Chrysost. *e*, ex hoc loquendi modo, creaturas exactè obsequi divino præcepto, & exequi id, ad quod semel sunt factæ. Idem præterea hoc loco Chrysost. interpretatur mysticè Synagogam ad legis, & Prophetarũ usque tempora collocatam; Solem, de quo in membro sequenti, Christum, quem *justitiæ Solem* Malachias *f* appellavit, & *occasum suum cognovit*, idest, tempus, in quo erat crucifigendus, quod antequam veniisset, dicebat, *nondum venisse horam suam, ut clarificaretur filius hominis* g, Ambrosio *h*, idem placet de Christo, qui agnoverit propriiC corporis passionem, orando, *Pater* i, *venit hora, clarifica filium tuum*, ut ille occasu suo omnibus donaret vitam æternam, qui perpetuæ mortis urgebantur occasu: sed Lunam refert ad Ecclesiam, quæ habet tempora sua persecutionis, & pacis; & videatur sicut Luna defiere, sed non deficiat, obumbrari possit, deficere non possit, aliquorum in persecutionibus discessione minuatur, ut Martyrum confessionibus impleatur; & effusi pro Christo sanguinis clarificata victoriis, majus devotionis suæ, & fidei toto orbe lumen effundat: quemadmodum Luna luminis imminutionem habet, non corporis quando per vices menstruas deponere videtur lumen, quod mutuatur à Sole. Augustini, Prosperi aliorumq; allegoria est, fundatam Ecclesiam, quæ per temporalia transeat ad æterna: & quamvis ad claritatem destinata sit perpetuam, mutationibus tamen, dum hic degit, obnoxia sit: Christum quoq; quem itidem Solem Sapiens *k* nominat, occasum passionis tuæ agnovisse, quia *volens passus est* l, & quia ipsi placuit, quum *potestatem haberet ponendi animam suam, & potestatem iterum sumendi eam, nec ullus tolleret illam ab ipso, sed* D *ipse poneret eam à seipso* m. Dixit idem discipulis n, *venit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum*. Addit Hugo, quod *Luna facta in tempora*, innuit labilem, & fluxam inferiorum rerum conditionem: *Sol cognoscens occasum suum*, sapientem, qui se moriturum considerat, *melioremque* reputans *diem* bonæ *mortis, quam nativitatis* o, quodque *quum consummam se putaverit, orietur ut Lucifer* p, nempe in tali motte, mortis celebrat diem tamquam natalem, non illum, in quo prodit, in hanc ærumnarum vallem, quemadmodum fecerunt improbi Pharao *q*, Antiochus *r*, Herodes *s*. Quomodo Mariæ Lunæ proprietates conveniant, ostendit Ayguanus hoc loco argutè, ac piè. In qua comparatione cum Luna, demendæ imperfectiones, propter quas Luna stultitiæ symbolum est *t*, atque inconstantiæ.

Sol cognovit occasum suum.] Idem valet *agnovit*, quo vetus Psalterium, August., Prosper. utuntur: & *occubitum*, quo Hieron. &, *tempus occasus sui*, quo Paraphrastes: &, *novit occasus suos*, quo pacto legit Ambrosius *u*. *Cognoscere* autem, vel *agnoscere Sol occasum* dicitur non propriè, quasi anima rationali præditus, sed metaphoricè, quæ

Anno 1610. major stellarum quã antea deprehensus est numerus.

De quibus eveniis futuris tuto fieri possit judicium.

a tom. 1. in Genes. aut. loris de magia.
b 4. disquis. magic. cap. 3 quæst. 1 c cap. 44 25 cap. 47. 13
d cap. 10. 2
Explicationes mysticè *e in Ps. 110.*
f cap. 4. 2
g Joan. 12 23
h 4. hexa. c 2
i Joan. 17. 1.
Allegoria.
k cap. 5. 6
l Esa. 53. 7
m Joa. 10. 18
n Marc. 14. 41
o Eccl. 7. 2
p Job 11. 17
q Gen. 50. 20
r 2. Mach. 6. 7
s Marc. 6. 21
t Eccl. 27. 12
Luna stultitiæ, & inconstantiæ symbolum est.
u epist. 38. edit. Rom.

Aniam præcisè sequitur τὸν θεῖον ὅρον, *divinam definitionem, ordinatione* enim *Dei perseverat dies* x. Quum dies horas suas, ait Ambrosius *y*, complere cœperit, Sol debitum sibi cognoscit occasum. Simili phrasi legimus de *loco* dictum, quod *non cognoscit amplius eum*, cujus erat *z*: ipse Sol *exultare ut gigas* a; *cœli enarrare gloriam Dei, opera ejus annuntiare Firmamentum: dies diei eructare verbum, nox nocti indicare scientiam* b: & aliàs crebro eadem dicendi formula occurit apud sacros, profanosq; scriptores. Ex his Homerus de Sole canit, quod πάντ' ἐνορᾷ, κ' πάντ' ἐπακούει, *cuncta cernit, & cuncta audit*: & Latinus Poeta *c*.

Quomodo Sol occasum cognoscere dicatur.
x Ps. 118. 91
y 4. hexa. c. 2
z Ps. 102. 16
a Ps. 18. 6
b ibidem.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,

c Virgil. 4. Æneid.

Axiomaverum.

Denique verum illud axioma, quod opus naturæ opus est intelligentiæ, quodque omnia agunt propter finem, quoniam à Deo diriguntur in illum, & constantissimè ad sibi destinatum tendunt. Cognoscit quoque Sol ortum, & progressum suum, quos מבוא *mavo*, non *occasum* dumtaxat, potest significare. Non idem de Luna dicitur, quod & ipsa cognoverit occasum, quoniã non propriè occidit; & lumen mutuatur à Sole; quum hic à seipso lucem habens eamque diffundens, cognoscere illam tamquam Auctor ipsius censeatur. Varia & vaga est Luna, nunc meridionalis, nunc septemtrionalis, nunc pauca, nunc magna, quasi oblivisa, & incertæ mentis, ut ideirco cum illa stultus comparetur *d*, quemadmodum prius dixi, & quod nulli alteri planetę convenit, plurali numero reperiatur, *e* propter dictam mutabilitatem, quasi sit multiplex, toties videlicet innovata: eodemque nomine menses appellantur *f*, ut indicat etiam Auctor Ecclesiasticig. Sunt item, quos Eugubinus refert, qui in מבואו *mevoo*, pronomen affixũ ad *Lunam* referant, ut Sol non suum occasum, sed Lunæ cognovisse dicatur, quia creatus viderit, & cognoverit in ortu super horizontem, illam occidentem, & ad alterum hemisphærium tendentem, effentq; dum crearentur, oppositi ex diametro hi planetæ, & Luna plena, secundùmque perfectionem suam creata fuerit, utpotè quum etiam factus credatur mundus verno æquinoctio, ac ipsomet die quo Christus incarnatus, & postea passus est. Lege Alcanium *h* Martinengum. Missa facienda deliria Thalmudistarum, & Mahometi, Solem, ac Lunam initio conditos æquales claritate, sed quum Luna suggessisset Deo, ut Solis minueretur lux, lucis propriè diminutione punitã: vel quum Angelus volaret per aerem, alæ attactu Lunam obscurasse. Legantur in cap. 1. Geneseos Lyranus, Abulensis, Dionysius. Quanta verò celeritate Sol ab ortu tendat ad occasum, dixi psalmo præcedente. De mystico sensu repete prius dicta. Ambrosius *i*, autem explanans, quod novit Sol, quando pleno orbe suo luceat, quando exinanito, admonet illum, Lunam ac stellas aliàs nebulis obductas interdum vanescere, ac ministerii hujus mundani usus sustinere *non sponte*, *sed in spe*, quia sperant etiam hujus gratiam *ab eo, qui subjecit eas* k: quum præterea sciant Dominum suum, & creatorem omnium suscepisse nostri corporis fragilitatem, conditionisque servitutem, & peccatum mundi, ac se humiliasse usque ad mortem, ita ut fieret male dictum. Ex quo infert, quod Angeli ipsi beati in istius mundi laboribus diversa sustinent ministeDria, ut circa pœnas, ærumnas, excidia, oportere etiam ut nos passiones hujus temporis futuræ spe, & expectatione consolemur gloriæ. Si Sol occidit, ait creditus Hieronymus, non putamus nos sempiternos esse? oremus autem, ut non nobis occidat Sol justitiæ.

Luna non propriè occidit, & quare.
Quare stultus cum Luna comparetur.
d Eccl. 27. 12 e Deut. 33. 14
f Exod. 2. 2
g cap. 43. 8
Quo tempore, & die creatus fuerit mundus Thalmudistarum de Lunæ claritate diminuta delirium.
h in Glossa in Gen. pag. 992. & seq.
i epist. 38. edit. Roma.
k Rom. 8. 20

Vers. 20.) Posuisti tenebras, & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylvæ.

Vers. 21.) Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

Vers. 22.) Ortus est Sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Vers. 23.) Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperum.

Sensus loci.

MAgis nunc declarat utilitatem vicissitudinis in die, ac nocte, luce, atque tenebris. Nam quum suum Sol occasum cognovit, & occidit aerque tenebris obductus

ctus est, noxque advenit, quod interdiù non audent, exiliunt feræ, ac impetu facto non solum per sylvas discurrunt, sed etiam extra sepes, & macerias perrumpunt, cuncta loca omnia proculcant, vastant, demoliuntur, ut aliquam prædam dirripiant. Præsertim leonum catuli paullò jam grandiores, ac robustiores rugitus tunc edunt, ut solent quum quidpiam captare concupiscunt, & veluti offerri sibi escam optant à Deo, & obviam fieri, quam nempe præbere ipsis homines minimè solent. Sed exoriente rursum Sole, subtrahunt se leunculi, feræq; & contrahunt & undiq; ubi dispersæ prædando erant, colligunt, & se recipiunt, abduntq; in cubilia, & lustra, veritæ lumen & venatores, quia *terrorem, & tremorem hominum voluit Deus esse super omnia animalia terræ* a, jamq; saturæ, conquiescunt & dormiunt. At homo quum diluxit, belluæq; recesserunt, exit post nocturnam quietem vicissim de urbe, villa, domo, in agrum, vel quovis alio, ut agriculturæ opus, ac negotium quodlibet suum tractet, & *operetur, donec dies est*, ut etiam Christus loquitur b.

a Gen. 9. 2

b Joan. 9. 4

De utilitatibus & commodis diei, noctisque invicem, ac alterna vice sibi succedentibus, egimus ps. 18. Ut meritò tres pueri *benedici Deum* jusserint *à noctibus & diebus à luce, ac tenebris* c. In eo psalmo canitur, quod *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam*, quasi & dies & nox ipsum sciant Deum, & Dei commendent magnificentiam, atque providentiam.

c Dan. 3. 71. 72

Posuisti tenebras, & facta est nox.) Redit ad orationem in secunda persona. *Appellavit* autem *Deus lucem diem, & tenebras noctem* d; idest, sic docuit homines, ut appellarent: aut humano more sic Deum Moyses describit, ut quum scribit quoque dixisse, vidisse, quievisse, aut idem hoc valet ac disposuisse, sanxisse, fecisse, ut postea talibus nominibus hæc vocarentur. Observant aliqui cum Augusto e, dici in Genesi, quod *facta est lux*, non autem, quod *facta tenebræ*, quia nihil sunt, solaque privatio. Atqui hoc loco dicitur quoq; *facta nox*: & Dominus appellat se ipsum *formatorem lucis, & creatorem tenebrarum*, sicut *factorem pacis, & creatorem mali*, denique *factorem horum omnium* f. Divisit lucem Deus à tenebris, hemisphærium superius luci, tenebris assignans inferius: & quia luci tenebras certò horarum intervallo statuit succedere.

d Gen. 1. 5

Observatio. e *de Genes. imperf. c. 5. & 1. de Gen. contra Manich.*

f Es. 45. 7

Sensus mysticus.

Sensus mysticus Latinorum plurium est, quum passus est Dominus, conturbata tenebris formidinis esse corda Apostolorum, & quamdam illic noctem factam, quum occisus est, qui redemtor omnium videbatur. Arnobius locũ hunc totum sic mysticè tractat cum priore versu. Lunam dicit factam in tempore passionis, lucentem in tenebris: tunc solem justitiæ occumbendo, ipsa sexta hora diei posuisse tenebras, & noctem consecutam, & transiisse Pharisæorum ferocitatem tamquam bestiarum sylvestriũ necnon eorum, qui devorant plebem Dei sicut escam panis, qui vocari possunt bestiæ tùm spirituales tùm carnales: propterea Lunam datam in nocte, ut per lumen cęleste morsus illos evedamus; in illa tenebrositate ejusdem noctis leonum catulos abundare, ideſt, filios dæmonum hæreticos non docentes sancta, sed rugientes, ut sibi rapiãt escam, & quærant à Deo tollere: orto Sole justitiæ, vel ab inferis Domino à Judæos resurgente, vel exsurgente per assertionem catholicam contra hæreticos, diffugere bestias ac sese collocare in cubilibus suis, Judęos in Synagogis infidelitatis; hæreticos in synedriis malæ credulitatis; & quamdiu resplendet nobis justitiæ Sol, non audere exire ad lucem, illos etiam, qui oderunt fratrem, in odio dormire: qui non fera, sed homo sit, exire ad opus suum, benè credendo & operando, & sic perseverando usq; ad vesperum, quamdiu in luce Solis justitiæ perdurat. Huc quoquo modo referri potest expositio R. Mosis *g* Hadarsan *tenebras ponendas, ac noctem*, esse captivitatem Israel, quum obtenebraverint opera sua: *in ipsa nocte omnes bestias silvæ pertransituras*, ac rapturas, Gentiles conculcantes Israel, *catulos leonum rugientes ad rapiendum*, illos eosdem negãtes Deum verum: *quærentes autem à Deo escam sibi*, quia nihilominus aliquando requirent illum: *& orto Sole* regis Messiæ, *congregabuntur*, occidet verò ipsis idololatriæ Sol. Quod Chrysost., Hugo & alii explicant etiam allegoricè de tenebris ab hora sexta, usq; ad horam nonam quando Christus crucifixus *h* est, idque ait primus ad perfectam noctem, propter tridui resurrectionis Christi mysterium assumtũ est: tropologicè de tenebris cordis & cæcitate mentis. Hieron. *i* indicat significari pastorum ignorantia & negligentia à bestiis, de quibus deinceps mentio fit, qui sunt hæretici, gregem Domini devorari. Gregorius *k* ait, quod *tenebras* Dominus *ponit*, cum peccatis judicia rependens, lumen suæ intelligentiæ subtrahit: *noctem efficit*, quia pravorum mens ignorantiæ suæ erroribus cæcatur: *in eo omnes bestias silvæ pertransire*, dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes, in reproborum cordibus pravitates suas explendo percurrunt: in eadem *catulos leonum rugire*, quia nequissimarum, sed tamen eminentium potestatum, ministri spiritus, importunis tentationibus insurgunt: tamen *à Deo escam appetere*, quia capere animas nequeunt, nisi justo judicio prævalere divinitus permittantur: *orto Sole congregatas, & in cubilibus suis collocatas*, aut *se collocasse*, quia veritatis lumine per carnem apparente, à fidelium mentibus excussi, quasi ad cubilia sua reversi sunt, dum sola infidelium corda tenuerunt; & si quando etiam fidelium ingressi sunt, in eis morari non potuerunt.

g in Gen. c. 30. & ad Gal. lib. 5. cap. 2

h Matt. 27. 45

Sensus allegoricus.

Sensus tropologicus.

i in Ezec. 32

k 27. Moral. c. 16. vel 17

Rectè verò etiam dicere possis de peccatoribus, præcipuè de infidelibus, quod *in tenebris, & umbra mortis, & in nocte ipsa sedeant* l, non solum ambulent, quoniam ibi otiosè, desidiosè, incogitanter, sineque ulla salutis cura conquiescant, ramquam tuti & securi, atque velut in cathedra, licèt pestilente *m*. Feratum est, non hominum, *pertransire & ambulare in tenebris*, quod si etiam homines. Id conetur, *nescient, quo vadant* n, nec operari quid poterunt à tenebris comprehensi, sed aut vacabunt mox, cessabuntque, aut impingent, aut nullum dignum laude opus conficient.

Luc. 1. 79

m Psalm. 11

n Joan. 12. 35

In ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.) Hieron. *movebuntur*. Alii singulari, *reptat*, vel *pervagatur*, vel *discurrit*, vel *movetur*. Verbum futuri temporis est תרמוש *thirmos* in singulari, & nomen חיתו *chaito* in eodem numero: tempus autem futurum solet innuere id, quod solet fieri: & dictum verbum, præter dicta, significat etiam *calcare*, sicut & cognitum רמס *ramas* per ם *samech*. Unde רמש *remes* in versu 25. *repelle*. Psalterium Romanum & Cassiodorus, *silvarum*; licèt Faber, *silvæ* recitet ex Romano Psalterio. Vetus Psalterium, Augusti. Prosper, *ibi*: non satis aptè, quia de tempore sermo est, non de loco: & Græcè ἐν ὕλῃ legitur, nempe νυκτὶ, *nocte*, quæ immediatè antè nominatur. *Bestias silvæ pertransseuntes* diximus vel Pharisæos, aliosque interfectores Christi, vel malignos spiritus intelligi. De his Chrysostomus, Augustinus, Prosper, Hugo & alii, simulque *catulos leonum* interpretantur: aut de hominibus peccatoribus, qui sunt potentes, superbi, raptores tùm potentia, tùm fraude. Chrysost. quidem ait dæmones, quo tempore Christus in Crucem tollebatur, rugiisse, arbitratos se prædæ tempus habere, quia videbant Judam prodidisse, Petrum negasse, reliquos Apostolos fusos & dispersos. Sunt item *bestiæ nocte grassantes* malæ cupiditates, quæ, quum deficit lumen, ac fervor divinæ gratiæ, foras egrediuntur & insaniunt, ut indicat Cyprianus, aliusve de operibus Christi cardinalibus Auctor *o*. Ayguanus in peccatore tenebris obscurato, peccatorum *omnes bestias* dicit *pertransire*, quia super ipsum habent illa potestatem & Dominum, Sed Hieron. *p* exponens *has bestias* esse dæmones, necnon leones, *qui circumeant quærentes, quem devorent* q, observat *quærere à Deo escam sibi*, hoc sensu, quia non quærunt homines infideles, non eos qui foris sunt, & quorum carnes Rex Assyriorum in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinare; *escas ejus* secundùm Abacuc *r*, *electas esse*: Job subvertere cupere *s*, & devorato Juda, ad cribrandos Apostolos expetere potestatem *t*: difficilè leonem inveniri in die, sed semper in noctibus circuire ut de Ecclesia Christi rapiat. Salutare porrò Augustini *u* monitum, ne quis, quamvis justificatus, quasi jam de plena securitate se tractet, sed potius servet humilitatem quæ penè una disciplina Christiana est: nec *superbiat terra & cinis* x, donec nox ista tota transeat, *in qua pertransiunt omnes bestiæ silvæ*, donec transeat omnis ista tentationum materies atque umbra terrena; & ille, qui numquam deficit jam nobis illucescat sempiternus dies, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis *& tunc laus erit unicuique à Deo* y: Affert etiã illam Job sententiam, quod *tentatio* z *est vita hominis super terram*: præterea Christi dicentes a, *in hac nocte postulavit Satanas vexare vos sicut triticum*: propterea neminem esse, qui non nunc ingemiscat, cui non per pœnitentiam sic esse displiceat: qui non tota humilitate supplicans, divino adjutorio se exaudibilem præbeat.

o Serm. de Circumcis.

p Epist. 22. & in Nahu. c. 2

q 1. Pet. 5. 8

r cap. 1. 16

s cap. 40. 18

t Luc. 22. 31

Augustini monitum.

u Libr. 50. hom. in 50

x Eccl. 10. 9

y 1. Cor. 4. 5

z Job. 7. 1

a Luc. 22. 31

Catuli leonum rugientes, ut rapiant & quærant à Deo escam sibi.) Hieronym., *leones rugientes ad prædam, & quæ*

quærentes à Deo escam sibi. In vetere Psalterio, apudque August. & Prosperum, *ut rapiant quærentes*, &c. Hieron. *a* alibi, *rugientes rapere & quærere*, &c. Hi infinitivi sunt etiam Græcè præfixo articulo τοῦ & Hebraicè prænotata servili littera ל *lamed*, quibus notis indicatur caussalis particula, (*ut*) *catuli leonum* σκύμνοι dicuntur, & כְּפִירִים *chephirim*: de quibus nominibus & aliis, quibus appellatur leo, egimus aliàs. Diximus etiam ps. 21. *b* quomodo leo rugiat, & dum rapit, & antequam rapiat pressus fame. *Quærere* autem dicuntur *catuli leonum escam sibi à Deo*, quod æquè verum est de aliis, sed exempli loco illud animal notius & ferocius affertur, quoniam *providit Deus escam omni carni* c, *& dat jumentis escam ipsorum* d, juxta cujusque naturam ac temperamentum. Sed & multi homines sæpènumero, ut Euthymius refert, conspexerunt, famis aut sitis tempore, animalia cœlum ipsum intueri, & ineffabili quodam quasi sermone factorem suum invocare. Clamare ac invocare corvos, eorumve pullos Deum, Job *e* nostrorque testatur David *f*, quando vagantur, eo quod non habeant cibos: & Joel *g* quod *bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspiciunt ad Deum*, exsiccatis fontibus aquarum: denique *oculi omnium* etiam brutorum, *in Deum sperant, & ipse dat illis escam in tempore opportuno* h, qui

Genus atque alimenta ministrat
Omnibus, atque ejus vivunt sub nomine cuncta.

Quamvis, ut hoc loco Chrysost. observat, *à Deo petere*, ratione præditorum sit, *quærere*, etiam brutorum. Orygem capræ silvestris genus memorat Plinius *i* in exortu caniculæ contra stare, ac veluti adorare, quum sternuerit, quasi pluvias præsentiat & expetat. Quod Ælianus *k* capris aliis commune facit, atq; Plutarchus *l*. Porrò feras, seu belluas aliàs, vespertino, nocturnoq; potissimum tempore, pabulari, docent etiam lupi, quorum sævitiam scripturæ declarant *m*, cognominando *lupos vespere*, seu *vespertinos*, aut *ad vesperam vastantes*; quod Virgilius *n* canit facere *nocte super media*, quum præsertim ventos perpessi sunt, & imbres: & apud Oppianum *o* cognominatur lupus νυκτιπόρος *noctu ambulans*, atque νυκτερινὸς ἁρπακτὴρ *nocturnus raptor & hyæna*, νυκτιπλανὴς *noctu errans* p. Jacob etiam in una benedictionum, *lupum rapacem* appellans, *manè comedere prædam, vespere* dixit *dividere spolia* q. Consule in Abacuc primum caput, Antonium Guevaram, & nostrum Franciscum Riberam atq; ex eodem ordinem Chistophorum à Castro in Jeremiam *r*. Vix est quod ad mysticum adjici sensum debeat, legique præter prius ac alibi dicta, Hieronymus *s* potest de leone, quem Banaias *t* occidit, & David *u*, & Samson *x*, & de illo, qui Prophetam interfecit *y*, & de pluribus, qui nescientes judicium Dei in Samaria *z* Augustinus cum ceteris Latinis, bestiis quidem aliis malignos spiritus quoscumque, sed catulis leonum sæviores dæmones intelligi volunt, furentes ad rapiendos in escam suam, quos in tenebris infidelitatis invenerint, (adde peccatorum aliorum tenebras, vel injuriam salutis, negligentiamque) quibus tamen nihil noxiæ inferre possint, nisi Deus permiserit. Exemplo sit Job, quem petiit Satan, ut tentaret *a*: & Apostoli, quos ut antè diximus, expetivit, ut cribraret *b*. Idem Augustinus *c* hoc extendit ad tentatores, per quos *diabolus quærit quem devoret*, nec habeant tamen potestatem, nisi in eos, quos receperint. Subdit autem. In tam periculosa, & tentationibus hujus sæculi, nocte, quis non timeat, quis non medullis omnibus contremiscat, ne dignus judicetur, qui devorandus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Auctor quæstionum apud Athanasium *d*, *catulos leonum*, hìc vult innuere Prophetas, qui rugierunt, clamantes ac Prophetantes incarnationem Filii Dei: sed quum Sol exortus est, nempe quum venit Christus, Prophetas tacuisse, qui prophetaverunt usque ad Joannem *e*. Simili ratione exponit alium psalmum *f*, *tenebrosa aqua in nubibus aeris, præfulgore in conspectu ejus nubes transierunt*. Grevæus *g* leones quoque in meliorem sumens partem, proprietates ejusdem ad justum accommodat, præcipuè contemplativum, qui apertis dormiat oculis, febriciter, famelcens rugiat, rapiat, à Deo escam quærat. *Quærere à Deo escam sibi*, Hugo interpretatur sævos Principes, qui rapiant bona Dei, idest, religionum & pauperum hominum: quoniam quod uni ex minimis Christi faciunt, sibi Christus factum deputabit, quando Sol justitiæ orietur, qui nunc est misericordiæ, tunc congregabuntur bestiæ in judicium, & ad cubilia inferni amandabuntur, postquam prodiit homo ad opus, & operationem, quam operatus est, usque ad vesperam mortis, ut recipiat sententiam.

Ortus est Sol, & congregati sunt. Hieronymus, *oriente Sole recedent*: quo pacto Symmachus ὑποχωρήσουσι. Alii: *sese recipient* vel *proripient*: futuri temporis est יֵאָסֵפוּן *jeasephun*: & in emendatis Græcis σαυαχθήσονται: quemadmodum & Hebræum primum verbum תִּזְרַח *thizrah* futuri temporis est, Sed mutuum usum habent tempora, ut crebro monuimus. Latinum autem participium masculinum, *congregati*, leones proximè respicit: quamvis bestias aliàs sylvestres non excludat.

Et in cubilibus suis collocabuntur.] Hieronymus, *& in speluncis suis cubabunt.* Alii, *in habitaculis, antris, lustris.* Romanum Psalterium, Arnobius & Cassiodorus, *& in cubilibus suis se collocabunt*. Vetus Psalterium, August. & Prosper, *cubabunt*. Gregorius *h*, *collocaverunt*. Vocant μάνδρας LXX. quæ significant *claustra & septa*, quibus noctu clauduntur pecora: item *cubilia, receptacula, stabula, caulas, speluncas, antra, lustra*, *specus*: deniq; ipsas ὕλας *sylvas*. Admiranda Creatoris providentia, ignobilioribus noctem feris assignãtis, homini nobiliori diem utque illæ noctu melius, quam interdiu cernerent, ac humidioribus & crassioribus præditæ oculis, lucem refugerent, in tenebris viderent, ut leones, lupi, seles, &c. Legunt etiam quodammodo maleficia sua belluæ, noctis involucro: homo, quem oportuisset *in die honestè ambulare* i, honesti sæpè rationem nullam ducit die clara, solumq; ut nebulo interdiu ac tenebrio similis bestiis est, ut ferociat tunc, vel fraudet: quod sola plerumque nocte audent bestiæ. Quidquid agat homo, agere se meminerit *in oculis Dei lucidioribus super Solem* k, foreq; ut quod in occulto agit, ponat illud Deus aliquando *in oculis Solis*, l ac universi mundi. Quando Christus ut Sol occidit, inferius limbi quasi hemisphærium sua illustravit præsentia, dum per hoc in sua quadam nocte liberè vagarentur, & furerent prædabundæ bestiæ dæmonum & Judæorum, discipuli ut homines intus *congregati essent propter metum illorum* m: Ubi rediit idem ad nos Sol, mulieres quidem summo diluculo exierunt ad opus pietatis *n*: exterriti verò sunt sepulchri custodes *o*, gavisi demum visu illo discipuli *p*.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, usque ad vesperam. Hieronymus, *egredietur homo ad opus suum & ad servitutem suam, usque ad vesperam.* Alii, *& ad culturam suam* vel *agriculturam.* Nomen secundùm Hebræum עֲבוֹדָה *hhavodah* est idem hic, quod versu 14, ubi erat Latinè, *servitus*; & Græcè δουλεία. Utrobiq; idem est nomen אָדָם *adam*, appellativum quidem omni homini conveniens, sed primo parenti per attributionem, cui colendi terram imposita servitus *q*, prius antè peccatum jucunda cultura & custodia *r*, ut antea quoque dixi, *Non sum Propheta*, dicit quidam apud Zachariam *s*: *homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.* Usitatior priscis agricolatio, & nomen τοῦ ἔργου, cui synonymum facit Euthymius ἐργασίαν, de tali opere maximè usurpatur, ut testantur ἔργα καὶ ἡμέραι Hesiodi. Nec antiquior ars ulla, utpotè victui, ac degendæ vitæ necessaria suggerens. Ut sit omninò falsum, quod

Ante t Jovem nulli subigebant arva coloni.

& quod in ætate aurea sub Saturno,

u *ipsaque tellus*
Omnia liberius, nullo poscente ferebat.

vel quod,

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Concedo de agricultura imprimis hìc agi, & ἐργασίαν de ea dici, ut & ἐργάτους significare γεωργοὺς *agricolam*, & ἐργᾶν *colere terram*, ἐργάτας τοὺς ἐπ' ἀγρῷ δικέτας, *servos, quorum opera in agris utimur.* Latius tamen extenditur *operis* ac *operationis* ratio, ad quam exitur non in agrum dumtaxat, sed in alia quoque loca. Quod orto autem Sole ad opus se homo, operationemque accingat, & ad ipse invitetur ac excitetur luce: confirmat Eugubinus Homeri de Ulysse, Virgiliique testimonio de Evandro. Adde Senecam *x* scribentem de variis operis, quum dici describit exortum.

Labor exoritur durus, & omnes
Agitat curas, aperitque domos
Pastor, gelida cana pruina
Grege immisso, pabula carpit, &c.

---

a in Nahum.
b vers. 19.
c Ps. 135. 25
d Ps. 146. 9
e cap. 38. 41
f Ps. 146. 9
g cap. 1. init.
h Ps. 144. 15
i Lib. 2. c. 40
k Lib. 7. c. 8 De opus utra animal. &c.
l Quæst. utra terra vel mar. &c.
m Jerem. 5. 6
n Æneæ. 9
o l. 3. de Venat.
p Lib. 3. 7
q Gen. 49. 27 Sensus mysticus.
r in cap. 3 Isa. Nahum. 2 Paralip. 25. 22
s 1. Reg. 17 35. 36
t Jud. 14. 6
u 3. Reg. 13. 26
x 4. Reg. 17 25. 26
a Job. 1. 12
b Luc. 22. 31
c Ser. 157. de tempo.
d quæst. 86
e Matt. 11. 13
f Ps. 17. 12. 13
g Serm. 219
h 27. Mor. c. 17. vel 19
i Rom. 13. 13
k Eccl. 23. 28
l 2. Reg. 12. 11
m Joan. 20. 19
n Mat. 20. 14
o ib. vers. 5
p Joan. 20. 3
q Gen. 3. 19
r cap. 2. 15
s cap. 13. 5
t Virgil.
u Ovid. 1. met amorfo
x In Hercule furente, actu 1. in chore.

Agriculturæ ars antiquissima.

Notio עבר

Tropologia

a *in epist. ad Gala. c. ult.*
b Ga lat. 6. 9
c ib idem.
d Joan. 9. 4
e 2. Cor. 6. 2
f Luc. 10. 13
g Ezech 7. 17
h 1 Thes. 3. 10
i Ephes. 5. 16
k Matt. 12. 36
l Præfat. in Luc.
m Gen. 30. 19
n Joan. 6. 27
† Amos 8. 9
o Ps. 54. 18
p 2. Tim. 4. 5
q Matt. 24. 12
r 5. ait 8. c. 11

Putant idcirco nonnulli בקר *boker mane* dictum à *quærendo* ac *discernendo* עבר *hoever*, inter alias notiones, à *ligando* quasi nox homini, adducto somno liget manus, eas die solvat, laborique reddat. Hinc elicienda verò tropologia cum Hieronymo a, ut *bonum facientes, non deficiamus:* b *dum tempus habemus operemur bonum* c, ut *operemur dum dies est*, ac donec *veniat nox, in qua non licebit operari:* d ut *recipiamus tempus acceptabile, diemq; salutis* e: ut *negotiemur, donec veniat* de nocte Dominus f: ut *hoc tempore, quod venit, ac die qua appropinquavit, emamus & vendamus* g, velutique nundinemur: ut, *qui non vult operari, non manducet* h: ut *tempus redimamus, quia dies* i *mali* & laboriosi. Ortus est nobis Dei sermo, inquit Hieronymus: Sol verus, & congregatæ sunt bestiæ, recedentes in cubilia sua: procedamus nos ut homines, ad opus nostrum, & usq; ad vesperam laboremus. Titi præterea exemplo Imperatoris proposito, qui nocte sero recordatus in cœna nihil boni die illa fecisse, dixit amicis: hodie diem perdidi: nos putamus, ait, non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, quum otiosum verbum loquimur, pro quo reddituri sumus rationem in die Judicii k. Quod si hoc ille sine lege, sine Evangelio, sine Salvatoris & Apostolorum doctrina, naturaliter & dixit, & fecit, quid nos oportet facere? Ambrosius l perpendit non otiosè dictum homini, quod nulli aliorum animantium: *in* m *sudore vultus tui manducabis panem tuum:* his enim animalibus, quæ natura irrationabilia sunt, justu Dei terram pabulum ministrare præceptum esse; soli autem homini, ut rationabile quod accepit, exerceat, vitæ cursum in labore præscribi. Tùm infert recusare non debere, qui labore tanto victum requirit brevem, si laborem pro vita subeat æterna. Hoc est nempe est *operari non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dat nobis*, * Necessaria in opere constantia & perseverantia usq; ad vesperam, usque ad finem, usque ad mortem, ne *Sol occidat in meridie*, † & careas perfecta & completa die, in qua te bonis oportet operibus *vespere, & mane, & meridie narrare & annuntiare* n, ac Deum laudare. Postquam ortus fuerit Sol justitiæ, ac per pœnitentiam fugerint omnes bestiæ, & peccata, & effectus fuerit, qui prius ceciderat, talis, qualis & antea fuerat, iterum exire debet, ut ait putatus Hieronymus, *ut operationem nostram usque ad vesperam*, hoc est, usque ad consummationem.

Satis etiam commodè per hunc unũ hominem exeuntem orto Sole ad opus, operationemq; Prædicatores secundùm rectam rationem viventes, & in charitate unanimes intelliguntur, qui recepto post Resurrectionem Spiritu Sancto, hoc opus Dei, Christiq; operati sunt, ut Evangelium prædicarent, quod opus Evangelistæ nominat Apostolus o, & ministerium *usque ad vesperam*, mortis suæ, vel usq; ad mundi finem, quando tempore Antichristi refrigescet charitas p. Id August. & alii ex Latinis indicant, præsertim Ayguanus. Antonius q notat quod homo exit ad opus virtuale, Deo principaliter movente, ad criminale diabolo internaliter suggerente, ad manuale, ingenio naturaliter agente: quod attinet ad ultimum innui bonam conscientiam, dicendo, *exibit ad opus suum*, debitam convenientiam, *ad operationem suam*, debitam permanentiam, *usque ad vesperam*: ad quodam cogere necessitatem, aliud cupiditatem invenisse; tertium inductum à vanitate. Hæc ille pluribus.

A autem August. & alii admirationem hanc, qua magnificentia stupetur operum divinorum, ad utramque pertinere conditionem dicunt, idest, & mundi hujus & Ecclesiæ, quia temporalium pulchritudo gloriam significat æternorum, & per visibilia, ea quæ non apparent, *intellecta conspiciuntur* r, *omnia* verò *in sapientia facta esse*, idest, in Christo, qui est *Dei virtus & Dei sapientia*: t plenam esse terram Christianis, qui sunt possessio *ac novacreatura*, *novusque homo* u. Amplificat ista piè admodum, & doctè August. quem Latini ceteri redigunt in compendium. De Græcis etiam Chrysost. consentit. Ambrosius x verò etiam scribit, quod Propheta noster videns hunc mundum, qui est divinæ majestatis insigne, ut per ipsum Dei sapientia manifestetur, simul & ad indivisibilia oculos mētis attollens, hoc modo exclamavit. Ceterum videntur hæc verba illis respondere in principio psalmi, *Domine Deus noster magnificatus es vehementer, confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento*: nam quod ibi de Deo, hic de Dei dicitur operibus, vel ostenditur magnificatio Dei magis expressè in operibus ejus, laus quoque, decor, lumen sapientiæ, in illis enitescere. Accommodatè Gugo personas Trinitatis hìc observat. Patris potentiam, *quam magnificata sunt opera*: Filii sapientiam, *omnia in sapientia fecisti*, Spiritus S. bonitatem, *impleta est terra possessione tua: Spiritus* enim *Domini replevit Orbem terrarum* y. Applicat idem præterea ad opus misericordiæ, quod maximè proprium est Dei, quum videatur *alienum & peregrinum ab illo* vindicativæ justitiæ *opus* z: illud esse magnificatum, quia remunerat supra meritum: in sapientia factum, quia elucet in eo *altitudo Sapientiæ* a: quod aliquos prædestinet Deus, & non alios, impletam terram viventium possessione ejus, idest, electis, quia eos Deus maximè possidet, à quibus *aufert iniquitates & peccata*. b

Quam magnificata sunt opera tua Domine.) Hieronym. *quam multa*. Alii, *multiplicata*, vel *quanta*. (*Multa*) etiam transtulit Paraphrastes סגיעין *seghibhin*. Sed רבו *rabbu quantitatem* utramque significat, & magnitudinis & numeri: lausque major est ab excellentia magnitudinis, nempe qualitatis & virtutis, quam à sola multitudine: & multitudo sequentibus verbis declaratur, *impleta est terra possessione tua*. In similem exclamationes erupit Paulus, *ò altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt judicia ejus* &c. post quam de multis mirandis & maximis rebus narrasset. In ps. 91. d simile epiphonema est, *quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ*. Ubi Hebræum verbum est גדלו *gadelu*, significans præcisè *magnificata sunt*, cum רבו *rabbu*, at dixi, & hoc, & *multiplicari* significet. Ut obique est idem Græcum ἐμεγαλύνθη. Vocantur item in ps. 110. e, *magna opera Domini* גדלים *ghedolim*, μεγάλα. Hic fructus debet elici ex contemplatione divinorum operum & creaturarum, ut rapiamur in admirationem & amorem Creatoris, atque ut in alio psalmo f vidimus, non sicut insipientes, qui non cognoscunt, & stulti, qui non intelligunt, quemadmodum oportet, delectemur delectatione divina, & in iis exultemus, & factis manuum Dei meditantes, *expandamus ad ipsum manus nostras* g: & quod hìc subjicitur agnoscamus ac profiteamur nos cogitationes, verbo, facto possessionem divinam, ut nullius alterius dominio, nisi propter illum, nos submittamus, denique *confiteamur Domino, quia terribiliter magnificatus est, & mirabilia sunt opera ejus, & illa cognoscat anima nimis*, idest, quam maximè potest, *anima nostra* h, practica, devota, efficaci cognitione. Chrysostomus * perpendens de Deo scriptum, quod quum singula crearet, vidit bona esse, ac ea laudavit, *i* ut nos ipsi ad cognoscendum & laudandum Auctorem illorum provocaremur: sicut & Sapiens k admonuit, adjicit hanc ex comparatione cum nostri Prophetæ præsenti sententia, ratiocinationem. Nam si beatus Propheta David, quum dispositionem visibilium consideraret, exclamabat dicens, *quam* l *magnificata sunt opera tua Domine?* Si, inquam, vir tanto spiritu præditus, & *cui incerta & occulta sapientia divina manifestata* m *sunt*, sit exclamabat; quid dicemus nos, qui *terra & cinis sumus* n, & debemus continuo vultum submittere, & obstupescere universorum Domini indicibilem misericordiam? Subdit mox illam aliam indicatam prius exclamationem Pauli, *o* in cujus laudes, more suo digrediens quoties quævis se offert occasio; appellat animam cœlo vagari solitam, corpore circumdatum, & cum incorporeis virtutibus certantem, in terra

Fructus, qui elici debet ex divinorũ operum contemplatione.

r Rom. 1. 20
s 1. Cor. 1. 24
t 2. Cor. 6. 17
u Eph. 4. 24
x 1. Hexaem. 5
Sensus accommodatitius.
y Sap. 1. 7
z Esa. 28. 19
a Rom. 11. 33
b Exod. 34. 6
c Rom. 11. 33
d *vers.* 6
e *vers.* 2
f Ps. 91. 7
g Ps. 142. 6
h Ps. 138. 14
* *Hom. 4. in Genes.*
i Genes. 1. 4 10. 12. 18. 21 25. 31
k Sap. 13. 5 & *seqq.*
l Ps. 91. 6
m Ps. 50. 8
n Eccl. 10. 9
o Rom. 11. 33

Vers. 24.) Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Sensus loci.

EX tot divinæ providentiæ operum tam admirabilium quæ hactenus enumeravit, & contemplatus est, ingenti stupore abreptus, & narrandi abrumpens cursum, in exclamationem prorumpit, vociferansque ita ut omnes exaudiant, & quasi hoc intermedio auditores reficiens ait excellentissima esse illa opera, maximè præstantia, & eximia tùm qualitate tùm numero, omniq; commendatione dignissima: præterea in iis elucere maximã sapientiam, ut nullum non summa ratione, judicioque factum sit, nihil in ullo quod aut redundet, aut deficiat: postremo istis operibus tam excellentibus, quæ sunt conditoris & conservationis, ac Domini sui Dei possessio, universã ampliſſimam terram, & mundum plenum esse. Meritò

in terra ambulantem, & mentis promtitudine in cœlo vagantem, & tamen quum in unam partem dispensationū Dei incidisset de Judæis ejectis & Gentilibus introductis secum dubitasse, & internorum oculorum vertigine laborantem, exclamavisse. Idem rursum Chrysa. quum diseruisset de admirabili opificio mundi, monuissetq; post enumerationem nonnullorum operum, non oportere incomprehensibilia, & innumerabilia persequi, sed in unoquoq; hoc repetere: *quam magnificata sunt opera tua Domine? omnia enim in sapientia fecisti*, occurrit infidelium objectioni, mundi magnitudinem, ornatum, abundantiam, copiam in omnibus maximam criminis esse causam: nisi enim magnum & pulchrum Deus fecisset mundum, non ipsos illum consecraturos fuisse; sed magnitudine illius perculsos, atq; pulchritudinem admiratos, Deum illum esse putavisse. Respondet hanc superstitionem illorum ignorantiæ, stultitiæq; deputandam; quia Christiani oculis iisdem aspicientes mundum, eamdem animam habentes, idem corpus possidentes eamdem calcantes tellurem, non idem sentiunt. Præterq; quod iidem inquit, honores divinos decreverunt vilissimis rebus, simiæ, cani, &c. revera *evanescentes in cogitationibus suis, obtenebrato insip. corde stulti facti b.* Deinde contendit convinci posse, quod corruptibus, & marcescibilis mundus existat: quia quos miracula edere voluit, Deus permisit flagellari, pelli, carcere includi, ægrotare, in continuis tribulationibus esse, mori, interfici, ne signorum multitudo ipsos Deos apud homines putari faceret.

Omnia in sapientia fecisti.) *Valdè* nimirum *bona*, ut prius dixi ex Genesi *c*, *omnia in numero, pondere, mensura d.* Ideo toties tribuitur fabricatio mundi ipsi sapientiæ. *Dominus sapientia fundasse terram* dicitur, & *stabiliviſſe cœlos prudentia & sapientia Dei erupisse abyssos, & nubes rore concreviſſe e; quando præparabat Deus cœlos adfuisse; quando certa lege & gyro vallabat abyssos; quando æthera firmabat sursum & librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo fuisse cuncta componentem f.* Præterea vocatur *sapientia omnibus mobilibus mobilior, & attingens ubique g, omnium artifex h; effusa à Deo super omnia opera sua i; fecisse in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texisse omnem terram k.* Quæ omnes formulæ innuunt divinam scientiam & sapientiam ut practica est: secundùm quam rationem respicit ea tantùm, quæ sunt extra Deum, & liberè ab eo fiunt, cum dominio in illa; & habet rationem tùm prudentiæ, tùm artis. De secunda verò Trinitatis persona sapientiam per attributionem passim omnes Theologi intelligunt, sicut & λογον, ideſt, *verbum*, quia procedit Filius à Patre per intellectionem; quo etiam videntur allusisse Philosophi, qui nomen idem λογε usurpabant, eoq; conditum dicebant mundum, atq; à Deo, quem *παντοφον* cognominabant *cuncta sapientem*, vel *νοερν mentem*, ut hic, & in perenni Philosophia observat Eugubinus. *In sapientia facere*, est facere sapienter, non autem inde rebus quæ fiunt, sapientiam, ut & quum dicuntur *omnia opera Dei in fide l*, non significatur inesse operibus fidem. Auctor operis imperfecti *m* inquit, *omnia, in sapientia Deum fecisse:* hominem non solum in sapientia, sed etiam *ad imaginem & similitudinem suam n.*

Præter enarratores verò Latinos & Chrysost. hoc loco alii adhuc, sic eumdem nostrum locum de omnibus in sapientia factis, hoc est, per sapientiam increatam, quæ est Verbum & Filius Dei, interpretantur, ut Athanas. *o*, vocans *κόσμος, και παντων δημιυργον, mundi, & omnium opificem, και κτίζοντα & creatricem:* item Ambrosius *p*, qui etiam observat hìc dici *omnia in sapientia facta*, non *ipsam ipsam sapientiam*, quia cum omnia in sapientia facta sint, Christus autem Dei sapientia sit, non accidens utique, sed subsistens & permanens in æternum, si facta esset sapientia, jam deteriore conditione facta esset, quam omnia, eo quod sapientia per sapientiam fieri non potuit: ad hæc Gregorius *q* Bæticus, qui simili ratiocinatione uti videtur: innuit id præterea Novatianus: August. *r* adhuc apertius exponit *in sapientia* idem esse, quod in Filio, quemadmodum quod primis verbis Geneſis, *in principio*: Cyrillus *s* Alexandrinus hoc ipsum docet, & Hier. *x*, Rupertus *y*, Beda *z*, Fulgentius *a*.

Impleta est terra possessione tua.) Sic etiam Hier. Alii, *possessionibus tuis*: sed numeri singularis est קניניך *inianecha*, videlicet absque *jod* ante ך *chaph* finale: sicut & Chaldæum קנינך *kinianah*. In aliis Latinis Psalteriis, & apud Arnobium, August. Prosperum, Cassiodorum, *repleta est terra creatura tua*, & apud Hieron. *b* alibi *repleta est terra creatione tua*: nomine verbali, quod propriè respondet Græco κτισεως per *i* jota, nam per *ι* nita, κτήσεως *possessionem* significat. Cognata sunt inter se perfecta, absolutaque possessio, & creatio, ac in hominibus quò aliquis aliquid perfectius producit, eo possessionem ejus magis perfectam habet, magisq; absolutum dominium. Sic Eva filio Cain imponens, causam reddidit, dicendo, *possedi hominem per Deum c possidere* namque קנה *Kanah* valet. Sed in benedictione Melchisedech *d*, quod legimus de Deo, qui *creavit cœlum & terram*, Græcè ἔκτισεν, Hebraicè est קנה *Kanah*, *possedit*; quod Græcè dici deberet ἔκτησεν. Ideo cœlum ac terra sunt possessio Dei, quia Deus creator eorum est. Ibidem paullò post *e* jurat Abraham, *levans manum suam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ*, קנה *Koneh*, quod tamen etiam Græcè redditur, ὁ ἔκτισε, *qui creavit*. Simili formula dictus est Abram cum Sarai & Lot filio fratris, *fecisse animas in Haran f*, ideſt, acquisiviſſe, ac possedisse, vel gignendo & educando, vel emendo, permutando, aliter comparando. *DEUS possedit renes nostros g*, ideſt, fecit & creavit. Quandoque ut res exprimatur melius, cumulare tria simul adhibentur, *nonne ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit te, & creavit te?* Benè Eugubino teste, Plato homines appellavit κτήματα, *possessiones Dei*. Et Philo rectè argumentabatur, si unus est verus & stabilis Dominus, necesse est, ut veri servi simus nos, in universo autem verum Dominum esse, cui liceat dicere, ὅτι παντα ἐμου κτήματα, *quod cuncta rei sint possessiones ipsius*. Sed melius dicturum Proclum Delrius *h* noster ait *omnia esse Dei possessionem & creaturam* seu *prolem*, quam *omnia esse Dei possessionem*, aut *prolem*: quoniam unum ad alterum consequitur, ea ratione, quam diximus. Peculiari autem modo possideri dicuntur à Deo justi, quia reguntur ab eo non reluctantes, eique prona voluntate servientes: & optant ac petunt ab eodem Deo, ut possideat, quærentes ab aliis se olim possessos *i*, quum aut idolis servirent, aut peccatis: *qui enim facit peccatum, servus est peccati k*: & *idolorum servitus* vocatur *cupiditas l*: & *venter quorumdam Deus m*. Postremò *impleri terram Dei possessione*, est ornari, nihilque in ea supervacaneum esse, nihil non optima factum ratione, nihil non valdè bonum, prout, ut primus monui, Deus ipse vidit & laudavit *n*. De ista plenitudine terræ in psal. 23. *o* egimus, quæ nos etiam nostri monere debeat officii, ne *in vacuum gratiam Dei recipiamus p*, nec *illa in nobis vacua* sit *q*, sed *opera plena r*.

Vers. 25.) Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis.

LAudatis huc usque divinis operibus in cœlo, aere, terra, & cum, quod attinet ad ultima, quia videbantur comprehendi non posse, perstrinxisset brevi sententia ultimorum prioris versus verborum descendit ad mare, commendans Dei sapientiam, ob maris amplitudinem in profunditate, longitudine, latitudine, & innumerabilem in eo multitudinem piscium tum magnorum, tum parvorum, ita ut hi quoque ibi consistant, neque consumantur, quamvis ab illis comedantur. Pertinent ista ad creationem diei quintæ ut annotant Trevetus & Eugubinus. Cyrillus autem Jerosolymitanus *f*, hunc locum citans, contemplandam nobis quoque proponit maris profunditatem & latitudinem, aliaque ad id pertinentia.

Sensus mysticus est, quod possessio Dei, vel creatura, qua *implevit Ille terram*, videlicet homines per gratiam ab illo possessi ac renovati, peregrinantur in hac vita, nec possunt ad patriam pervenire, nisi per hoc magnum, & inquietum mare, inter pericula transeundo innumerabilium animalium omnis generis, ideſt, tentationum, atque persecutionum internarum & externarum, magnarum & parvarum à potentibus & infirmis inimicis, à visibilibus & invisibilibus, ab iis, qui fraude agunt, & quivi, potentiaque. Hugo addit ex alio Hugone, *hoc mare* esse concupiscentiam, *reptilia* monstruosas cogitationes: ex Bernardo *t*, *mare* esse hunc mundum, in quo transeunt Prælati, navi similes Noe, continentes pontifices similes Danieli; conjugati vado, similes Job. Ultimorum

---

a *Homil. 10. ad popul.*

Occurritur objectioni asserentiū, mundi magnitudinē, & in omnibus copiam criminis esse causā,

Quare Deus eos, quos miracula edere voluit in continuis tribulationibus esse permisit.

b *Rom. 1. 22*

c *C. 1. 4. 10. 12 8. 21. 25. 35*

d *Sap. 11. 21*

e *Prov. 3. 19*

f. *8. 27. 28 29. 30*

g *Sap. 7. 24 Iuvers. 21. c. 8 6. c. 14. 2*

i *Eccl. 2. 10*

k *cap. 24. 6*

Sapientia de secunda Trinitatis persona per attributionem passim omnes intelligitur.

Quid sit in sapientia facere.

l *Psal. 32. 4*

m *Hom. 16*

n *Gen. 1. 26*

o *disput. seu orat. 2. & 3. & 5. contra Arianı & in decretis Nicæ Synodi.*

Quare omnia in sapientia, non ipsa sapientia facta esse dicatur.

p *De Noe c. 26. 3. de side c. 3. & l. 5. c. 7*

q *De Trinit. Tom. 4. bibl. Patrum.*

r *De Trinit. lib. 31. apud Tertull. l. de Civit. c. 32*

s *Dialog. 5. de Trinit. in Es. c. 65 & in Gen. c. 3 & in Joan. 8.*

x, Rupertus *y*, Beda *z*, Fulgentius *a*.

z *De fide ad Petrum c. 2*

a *in Es. c. 65*

b *Genes. 4. 1*

c *Cap. 14. 19*

d *Vers. 22*

e *Cap. 12. 5*

f *Ps. 138. 18*

g *Deut. 32. 6*

h *in Genes.*

Quare peculiari modo justi à Deo possideri dicantur.

i *Es. 26. 13*

k *Joan. 8. 34*

2. *Petr. 2. 19*

l *Galat. 5. 20*

m *Phil. 3. 19*

n *Genes. 14. 30. 12. 18. 21. 25. 3*

o *Vers. 1.*

p 2. *Cor. 6. 1.*

q 1. *Cor. 15. 10*

r *Apoc. 3. 2*

Sensus loci.

f *Catech. 6.*

Sensus mysticus.

t *Serm. de tribus ordin. ad Patres in Capitulo congregat.*

rum periculum majus esse: minus primorum, secundorum minimum: tamen & istis cavendum, ne quis in ponte alteri se velit æquare, ne retro respiciat: ne ibi consistat: compingi pontem triplici ligno pœnæ corporalis, paupertatis, obedientiæ: primos in navi nunc *ascendere usque ad cælos*, nunc *descendere usque ad abyssos* a, spiritualia, cœlestiaque, & infernalia, ac horribilia facta dijudicando. Ayguanus cum eodem Bernardo, monet, ut in isto mari respiciamus stellam, invocemus Mariam: utque *b* Syrenas caveamus, quarum una voce cantat humana, idest, luxuria: secunda pulsat lyra, quasi λίρᾳς μιρᾶν utens, hoc est, superbia, quæ maxima stultitia est: tertia canit tibia, nempe avaritia, quia sicut corporis velut radix tibia, sic *omnium malorum cupiditas* c. Ferri potest pium studium, quamvis non adeo exacte limatum. Nam quidquid sit de tibiis, dicanturne à cruribus cervinis, ex quibus primum confectæ sint *d*: vel tamquam tubæ *e*: mare ponte non transitur. Aliter alii, ut Bruno Carthus. qui terram implendam dicit Judæor. conversione, mare autem Gentilium, per manus Prædicatorum.

Hoc mare magnum, & spatiosum manibus.) Quidam, ut notat ex Pelbarto Burgensis, corruptè *navibus*. Hieron. *latum manibus*. Quod alii, ut Lyranus, Trevetus, & qui ex Hebr. vertunt, exponunt *locis*, *littoribus*, *plagis*, *regionibus*, *spatiis*. Uno nomine composito vocant Lxx. εὐρύχωρον, *lata regionis*, omittendo *manus*. Hier. citans alibi *f*, etiam sine *manibus*, sicut est in aliis Psalt. Latinis, apudque Arnob. Aug. Prosperum, Cassiod. Hilarium *g*, annotat *h*, additas ex Hebraico, & ex Theodotionis editione in LXX. sub asterisco, & Aquilam sic esse interpretatum, aliosque. Hebræa sunt רחב ירים *rechau jadaim*: & יד *jad*, *manum* significans, non infrequenter ab Interprete per nomen *loci* transfertur *i*, vel *fornicis* *k*, & quam vocat *manum Absalonis* *l*, titulus erat ab illo erectus: vertit etiam per *fluenta*, nempe Jordanis *m*, על יד הירדן *haal jad haiiarden*; aliter, *juxta ripam*, vel *terminum*: nempe quia manus sunt partes extremæ corporis. In 2. Reg. *n*, *juxta agrum meum*, Hebraicè est *juxta manum meam*, vel *ad manum meam*, ידי אל *el jadi*: item *juxta introitum* o, *portæ in via*, השער עך יד דרך *hhad jad derech hasciahhar*, *juxta manum viæ portæ*: præterea in libro Judicum *p*, *intrabimus in regionem latissimam*, תארץ רחבת ירים *harets rachavath judaim*, *terram latam manibus*, quæ ibidem Græcè dicitur, εὐρύχερ@ Χερσὶν. In libro Numerorum *q*, ubi legimus quod *singuli per loca*, *& ordines suos proficiscebantur*, & in Deuteronomio *r*, quod *erat locus extra castra*, *ad quem egrederentur ad requisita naturæ*, pro *loco*, & *locis*, est nomen *manus*, יד *jad*. Ita ut suspicari liceat hoc loco excidisse Χερσὶν, non autem irrepsisse, ut Eugub. tamen, & Brugensis asserunt ex aliis Interpretibus Græcis, aut ex translatione Hieronymi. Ex eodem tropo est, quod Abacuc *s* canit, *altitudo manus suas levavit*, idest, pars Jordanis superiora arca, & altior populo, sustulit terminos, ripas, litora, margines, quibus, ceu brachiis, manibusque contrectabat, & complectabatur terras. *Spatiosum* autem *esse manibus* dici videtur aliquid, sumta ab hominis, qui solus proprie manus habet, similitudine: sumitur enim latitudo illius à distantia manuum extensis brachiis; sicut longitudo à distantia verticis usque ad pedes. Nec abhorret hoc à vulgari linguarum multarum forma, ut sinus varii maris intelligantur, quæ *brachia* vocant, quibusque terram universam veluti apprehendit, & amplectitur: peculiariter vero etiam dicant Oceani maximi maris, ceu *manus*, & *brachia*, minora alia maria, ut Adriaticum, Ligusticum, Ponthicum, Rubrum, &c. Idem sibi volunt epitheta maris Græca εὐρύπορ@ *t*, εὐρεῖας *u*, πολύῤῥοιζ@ *x*, ἀπειρσίνη *y*, & Ponthi εὐρὺς *z*, ἀπείρων à πλαμυγίδης b, ἀμέτρητ@ c. Latina vero, *mare vastum* d, *immensum* e, & similia: tum etiam, quod *magnas obeuntia terras maria* dicantur *f*; & *brachia longo margine terrarum porrigere* g. De maris magnitudine actum alias, & an insulæ modo terram comprehendi ab Oceano sit verum, ut cecinit ille *h*.

Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem.

Et alius *i*,

Qua latam Nereus cærulus ambit humum.

Item Græco carmine quidam *k*,

πεζὸς ἐδραμε γαῖαν ἅπασαν.

Percurrit terram universam.

Parum apte *mare spatiosum manibus* interpretatur Haimo ad navigandum, quasi videlicet manibus remigium, ut etiam Ayguanus ait, & in quo multi simul navigare possint: quod indicant præterea Remigius, Bruno, Beda, & alii, quamvis mysticè, declarando, quod multis sanctis liceat opera exercere circa conversionem Gentilium. Antoninus *l* præterea de manibus multorum rapientium, & injustè acquirentium. Magis ineptum accipere nomen *manibus* non à recto calu *manus*, sed *manes*, ut Ayguan. idem facit, ac Antonin. *m*, perinde ac si *spatiosissimum manibus mare esse*, sit in eo versari, aut frequenter apparere manes, sive deos infernales. Recte autem notat Haimo per pronomen, *hoc*, quasi præsens mare demonstrari, quia, ut ait Eugub. David proximus erat mari, dum hoc diceret, non multum à littoribus Syriæ Judæa interius recedente: parte alia haud magnis itineribus instabat mare Oceanum. Præter dicta de mystica maris magni spatiosique notione, Anastasius Synaita *n*, humanam naturam docet significare, quæ est lata, & abundans multitudine, ita ut *reptilia*, quæ proximè post hic nominantur, sint gentes ambulantes, super pectus, & ventrem, iræ servientes, & voluptati. Olympiodorus *o*, tractans de fluminibus intrantibus in mare *p*, docet mare esse præsentem vitam, cujus salsedinem Evangelicorum Apostolicorumque flumina sermonum, in dulcorem mutent: mare autem illud non impleatur, quia non omnium est fides. Procopius *q*, gentium multitudinem per *mare* intelligi vult simul cum *reptilibus*, & *dracone*, de quibus statim fit mentio: neque enim Davidem piscium differentias, neque draconem illum aquis innatantem, cui Deum illudere dicit, sed rerum in vita tempestates, perturbationesque, quarum in medio mente conceptus draco vagatur describere voluisse. Præcipuum hunc esse sensum concedi potest, sed primum illum alium de materiali mari, piscibus, dracone. Unde Hilarius *r* allegoricam intelligentiam appellat de sæculi hujus motibus, & fluctibus, cum undantis maris æstibus comparatis, qui dominatus, sit diaboli incolatus. Auctor operis *s* imperfecti *mare* dicit esse hoc sæculum, quod à diversis peccatis, & variis tentationibus, velut quibusdam fluctibus æstuat. Hier. *t*, *latissimum*, *& spatiosissimum mare*, ad *latam*, *& spatiosam viam*, *quæ ducit ad mortem* u, applicat, in quod Christus, ac deinde Apostoli cum navibus descenderint; de quibus postea. Bernardus *x*, *mare hoc* de sæculo accipit, in cujus latitudine, habitu, victuque versantium multa sint millia piscium mundorum, idest, hominum justorum: non solum in fluvio, qui designat ordinem prædicatorum excurrentium ad irrigandas diversas terras, nec tantum in stagno, quod claustrales denotat, servientes Deo in spiritu, & veritate. Rursum Hieron. declarat *y*, de amaritudine, & salsugine peccatorum, quæ in sua comminatione Christus destruxerit, humiliando draconem in mari regnantem, & malitiæ exsiccando gurgites. Denique Cyrillus Alexandrinus *z*, sic locum hunc nostrum de mundo, accipit, docetque crebro per *mare* aliis in locis designari. Chrysost. accipiens hoc loco *mare* in bonam partem, ait esse baptismum, cujus magna gratia est, ingentiaque mysteria complectitur, spatiosa autem, eo quod universam Spiritus Sancti operationem concipit: *reptilia* esse peccatores ad terrenas opes prorepentes, *quorum non sit numerus*, quia plurimi sunt, vel quia solis justis numerari convenit, juxta illud, *dinumerabo* a *eos*, idest, amicos Dei; illa eadem, *& animalia magna cum parvis*, homines moribus, & mentibus tam dissidentibus, quam faciebus externis. Antoninus *b*, quem prius nominavi, mundum istum per *mare* declarat, *spatiosum manibus*, quia in eo plurimi sunt raptores, & injusti acquisitores. Attendit porrò moraliter pravas maris qualitates; amaritici, fluctuationis, periclitationis: concupiscentiam carnis per *reptilia*, *quorum non est numerus*, quia vitium hoc latissime grassatur: superbiam vitæ, per *animalia magna*, quorum præda sunt parva: concupiscentiam oculorum seu avaritiam, per *mare spatiosum*, *manibus* alienas res usurpantibus. Enumerat vero, ac distinguit hujus generis malas, ac diabolicas manus fœneratoriam, raptoriam, furatoriam, bellatoriam, damnificatoriam, participatoriam, sacrilegam, injustè judicatoriam, in judicio inique assistoriam, fraudatoriam, falsificatoriam, proditoriam, simoniacam, impeditoriam, lusoriâ, turpis lucri operatoriam, locationis & conductionis vitiatoriam, detractoriam, personæ læsoriam, animarū prædatoriam. Diceres qui fit talis, Briareum esse centimanum, et capitibus, pectoribus, ventribus constante quinquaginta, & magnitudine ceteros gigantes superantem, ac ignem ex ore

Explicatio nes mysticæ

1 2. part. tit. 2. cap. 1.

m sup. §. 1.

n §. antepen. contempl. in hexa.

o in Eccl. c. 1

p Eccl. c. 1. 7.

q in Es. c. 24

Allegoricus sensus.

r in Ps. 51.

s hom. 23 in Matt. apud Ch. §.

t in Zach. c. 10. & in Jonæ c. 1. & in Nahum c.

u serm. 1. de S. Andr.

x in Nah. 1.

y in Zachæum, 106.

z Ps. 138. 18.

a p. 2. tit. 2. cap. 1.

Latitudo hominis & longitudo unde sumatur.

a Es. 106. 26.

b Ayguan. in Ps. 39. n. 653.

c 1. Tim. 6. 20 Tibia noto. de Isid. 3. etym. cap. 20 eadem l. 11. cap. 1.

d Vide Ovid. 1. Metam. & 9 Trist. Virg. 1. Georg. Lucret. lib. 2. f. 6. Æneid.

e Ovid. 1. Metam.

f in Nahum 2. & in Esa. 21. & 27. & in Jonæ 1.

g in Ps. 51.

h Epist. 135.

i Esa. 56. 5.

k 1 Reg. 15. 12.

l 2. Reg. 18. 18.

m Nu. 13. 30

n cap. 14. 30.

o cap. 15. 2.

p cap. 18. 30.

q cap. 2. 17.

r cap. 23. 12.

s cap. 3. 10.

t Iliad. o.

u Phocyl.

x Nicand.

y Calab. l. 5.

z Iliad. ζ.

a Odyss. δ.

b Dionys.

c Pind. ode 1 Isthm.

d Virg. 2. Æn.

g Senec. in Oedipo. act. 2. in choro.

h Ovid. ad Dei audria.

i Dion. Asf.

k Dion. Asf.

ex ore eructantem quasi βομφὸν fortem, ac *robustum*. Æ- Amonstrifica multa reperiri scribit in aquis perplexis, &
geonem quoque vocabant eumdem *a*: & cum illo Cor- in semet aliter atque nunc flatu, nunc fluctu convolutis
tum, Gygem, Cyclopes, Brontem, Steropem, Argum, seminibus, atque principiis, ut vera fiat vulgi opinio,
cui centum dabant oculos, annumerabant, & ex aqua quidquid nascatur in parte naturæ ulla, & in mari esse,
genus eorum derivabant *b*. Sed missis fabulis, idem An- præterque multa, quæ nusquam alibi. Creatis piscibus,
tonius remedium evadendi dictas manus ait esse in na- & avibus Deus benedixit, dicens *g*, *crescite & multiplica-* g Gen. 1. 22.
vibus pertranseuntibus, quæ hic paullò post memorantur: *mini*, *& replete aquas maris*, *avesque multiplicentur super*
quas ille tres facit, Universalis Ecclesiæ, Vitæ Regula- *terram*. Ubi replendæ dicuntur piscibus aquæ maris. Op-
ris, pœnitentiæ virtualis. Hæc ille magna rerum copia pianus quidem sic exoritur carmen.
persequitur. Notatu dignum quod Christus discipulos
evocavit prius ex mari, & in montem sustulit, quam in
mare descenderit cum ipsis.

Illic reptilia quorum non est numerus.) Hieronymus, *in-*
numerabilia: Vetus Psalterium, Augustinus, Prosper,
repentia. Hilarius *c*, *serpentes*. Alii, *pisces*, & sane pi-
sces sunt, qui mares incolunt; qui numero singulari vo-
cantur hoc loco רמש *remesch*. Quod nomen apud Aba-
cuc *d*, jungitur cum nomine *piscium* דגים *daghim*, & *fa-*
cies hominis quasi pisces maris, *& quasi reptile non habens*
Principem. Esse namque synonyma, nec *reptilia* significari eo loco *jumenta*, *serpentes*, *amphibia*, ut quidam vo-
lunt, persuadet quod ibidem subditur *e*, *totum in hamo* B
sublevavit, *traxit illud in sagena sua*, &c. præterea quo-
niam illo exemplo confirmatur quod proximè *f* ante dice-
bat *devorari justiorem ab impio*: vetere enim parœmia
(grandes comedere consueverunt pisces parvulos *g*,) quod
Seneca *h* dixit (fieri prædam majori minorem.) Isidorus
i docet pisces ideo *reptilia* nominari; quia natando reptan-
di speciem & naturam habere videantur, & quamvis se
in profundum immergant, tamen in natando repunt. Id
confirmat hujus loci sententia, quem tractamus. Hugo
S. Victoris *k* reptilium genera tria distinguit, trahen-
tium, serpentium, repentium, sed sub illis pisces non
comprehenduntur: Bonaventura *l* rem clarius, propo-
sitoque nostro accommodatius explicat. (Si, inquit, re-
ptile movetur impellêdo se pedibus in anteriora, est gres-
sile: si alis, volatile: si movetur trahendo seipsum an-
trorsum vi oris est vermis: si vi costarum, & ventris,
serpens: si vi pinnularum, piscis: si minus proprie dica-
tur repere, est lacerta, stellio, & similia, quæ licèt pe-
des habeant, hi sunt perexigui, parumque illa se humo
attollunt, & magnam partem corporis applicant terræ, C
dum moventur.) Igitur pisces quia moventur in aquis, ad
eum ferè modum quo quæ reptilia vere sunt, in terris, vo-
cati sunt vocabulo ἑρπετῶν, & *reptilium*. Eadem fere de
amphibiis ratio, ut de fibris, lutris, hippopotamis, quæ
quamvis pedes habeant, dum sunt in aquis, non iis gra-
diuntur, sed rependo utuntur pro remigio. Aug. *m* no-
tat animalia natantia reptilia esse appellata, quia pedi-
bus non ambulant. Qua de re legendi præterea Basilius
n, Ambrosius, *o* Procopius *p*. In Genesi *q* est Deum di-
xisse, *producant aquæ reptile anima viventis*; ubi est no-
men שרץ *sceretz*, & verbum שרץ *sciarats*. Significant
autem *ebullitionem quamdam*, & *scaturiginem in maxima*
copia, proindeque innuunt innumeras piscium species, quę
hìc dicuntur esse sine numero. Sed & non proprium *pisci-*
um דג *dag* derivatum videtur à רוא *daga* quod est *multiplica-*
re. Copiæ tam ingentis supra formas terrestrium & vola-
tilium, ut ovorum testatur, vel ex uno pisciculo multi-
tudo tanta, causam Aristoteles *r*, Plinius*que* *s* referre
videntur ad miram generandi facilitatem & celeritatem,
& quod anni tempus quodlibet generationi sit idoneum *t*, D
& quia cito adolescunt *u*; & quoniam humoris aquei na-
turalis quædam quasi luxuria *x* est, ita ut generationis
principium generale habeatur. Eodem pertinet, quod
pisces brevioris vitæ sint, ob exiguum calorem, & abun-
dantiorem humiditatem: quod minores esca sint majo-
rum; quod vastissimum aquæ elementum animalibus re-
pleri decuit: quod pluribus piscium generibus vescimur,
quam aliorum animalium. Postremò Plinius *y*, percenset
piscium centum, & septuaginta sex genera; aliquando se-
ptuaginta *z* quatuor, præter triginta, qui sunt crustis in-
tecta. Isid. *a* ex Plinio numerat omnium in aquis viventiũ
genera centum quadraginta quatuor. Accedit quod dilu-
vio extincti pisces non sunt, sed caro tantum, *quæ move-*
batur super terram, *b* & animantia, quæ erant *super faciem*
terræ c: nec vero dubium postea repertas multò plures
alias piscium species, ac admirabiliores, quam quæ vi-
santur in terra: nam

d *marmoreo fert monstra sub æquore ponthus*.

Negat etiam Ambrosius *e*, animalia quæ in mari mulò
sunt plura, quam in terris, numerari posse. Plinius *f*,

Lorini in Psal. Tom. III.

Mystica reptilium horum seu piscium ratio prius indica- Sensus mysticus.
ta est, hominesque piscibus similes non Abacuc modo ci-
tatus, sed Christus ipse fecit, faciens *de piscium pescatori-*
bus piscatores hominum h, quos & Deus missurum se pro- h Matt. 4. 19
miserat *i*. Id Ambrosius *k* præ ceteris optime demonstrat, i Jer. 16. 16.
explicans etiam quid sibi piscis velit, in cujus ore Petrus k 5 hex. c. 2.
reperit staterem *l*; licèt in multis imitetur Basilium *m*. 3. 6. & in
Collegit plura Ascanius Martinengus in glossa magna Luc. c. 5.
mystica in Geneseos caput primum. Repeti quoque debet l Mat. 17. 26
quod ante dixi, reptilium numerum nullum centeri, quia m hom. 5. &
sunt typus improborum, qui numero sunt indigni. Quum 7. in hexa.
Chrisost. in hujus loci comm. Hier. *n* alicubi notavit: ne- Reptilia improborũ typus.
que enim, inquit, digna sunt numero, quæ cum dracone n in Nahum
(qui paullò post hìc nominatur) conversantur. Nul- c. 1.
lum animal minus capax disciplinæ: creditur non respi-
rare, memoria carere, ac phantasia; vel sicut alios sen- Piscium proprietates malæ ad peccatores transferri possunt.
sus infirmiores habere, ac hebetiores: ex aqua extractum
perit. Quæ proprietates cum similibus aliis, ad pecca-
tores transferri possunt: quamvis bonæ quoque aliæ bo-
nis applicari valeant, ut demonstrat in glossa magna my-
stica capitis 1. Geneseos Ascanius Martinengus, ex Basilio,
Ambrosio, aliisque qui de operibus sex dierum disputant.

Animalia pusilla cum magnis.] Parum refert quod le- Omnium animalium quæ maxima, quæ minima, quæ media sunt.
gant alia Psalteria, & Patres *pusilla & magna*. Hieron.
parva cum grandibus. De piscibus agitur, ex quibus an-
te dixi, majorum minores esca sunt, aves minimæ, me-
dia terrestria. De magnitudine piscium postea, quum de
dracone, sive Leviathan.

Vers. 26.) Illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.

EX occasione laudatarum aquarum propter amplitu- Sensus loci.
dinem, propterque tot in iis animalia pusilla, &
magna; alia duo inseruntur. Alterum est de navibus, et-
iam maximis, & onustissimis, quibus tot ac tam vasta
spatia percurruntur summa celeritate, magnoque homi-
num commodo, ita ut qui locus piscibus attributus erat,
hominum etiam fieri locus posset, atque pisces sub eorum
redigerentur imperium. Alterum de dracone, qui Levia-
than vocantur Hebraicè, & maximis navibus major est,
graviorque: tamen non solum aquas maris pertransit, sed
in iis, etiam ludit, huc illuc se circumvolvens: & illu-
ditur etiam ac ridetur ab hominibus, qui arte ac ingenio
quod acceperunt à Deo, tam immanem, vastamque be-
stiam capiunt. Mysticè aliter, ut postea dicemus.

Illic naves pertransibunt.) Hieronymus, *per transeunt*, o in Nahũ.
& alibi o, *per ambulant*. Psalterium vetus, Augustin.
Prosper, *commeabunt*. Hebraicè est futurum יהלכון *je-*
hallechun: Græcè præsens διαπορεύονται, & Aquila vertit
περιπατεῖ nempe πλοῖα. Sed facile tempora permutantur:
& futurum indicat id quod factum est, fierique solet, fu-
turum etiam est. De navigatione disserui, explanans libr.
Sapientiæ *p*: si libet, lege, mihi repetere non licèt. Fe- p in cap. 14. &
licissima navigatio ad animarum lucra faciendum, quod in seq. usque
nostra ætate tam prospero successu multi, & de ordine ad vers. 8.
nostro non pauci factitarunt. Ut in talcs quadrare non
dubitem, quod longè alio alius *q* dixit sensu, de navigan-
tibus indefinitè, (aut insanire, aut mori cupere, aut q Alexis apud Stobæum serm. 1.
mendicare.) Insaniunt sano amore Dei, mori pro illo
cupiunt, parvo contenti, quo ad navigent: animas emen-
dicant Deo, non merces sibi, gemmas, metalla. De his
Hieronymus, *r* Esaiam *s* interpretatur: *volabunt in na-* r in Zach. c.
vibus alienigenarum, *& mare pariter deprædabuntur*. 10. s c. 60. 9.

In Ecclesiis enim de numero Gentium congregatis, toto, inquit, Apostoli orbe volitarunt, ut deprædarentur mare, & draconis spolia tollerent, qui regnabat in mari. Tum citato loco isto, & quod de dracone in eodem dicitur, subdit, quod qui super mare sunt, & in ipso mari volitant in navibus, audient cum Salvatore; *tu a dominaris potestati maris*, &c. Auctor libri de substantia dilectionis & amoris *b*, docet, qui sola quæ transeunt, appetit, hunc quasi sine navi laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis secum trahit: qui æterna credens, transitoria diligit, hic juxtam navem naufragium facit: qui æterna bona credit & diligit, hic in mari positus, fluctuantis maris undas securus pertransit: item quod fides integrè servata, navis est: navem fidei inhabitans per amorem, diluvii hujus naufragium effugit. Nullum periculosius vitæ genus, arive, quam navigandi, ut in citato loco docui: nec res pluribus exposita periculis, quam navigatio, & piscatus animarum: ita ut summæ maledictionis forma videatur peti ab iis, qui parati sunt suscitare Leviathan *c*, de quo postea. Antonius *d*, de triplici navi differit, ut ante monui, Ecclesiæ, ordinis Religiosi, pœnitentiæ. Primam, quæ dicitur Petri *e*, describit similem externæ, in principio & fine arctam, paucosque homines continentem, in medio latam & cum pluribus: gubernatorem esse Deum, ac Prælatos gubernaculum fidem, & prælatorum constitutiones; Angelos remiges; arborem seu temonem, Crucem; ventos prosperos, inspirationes Spiritus S. qui vehuntur, choros sanctorum: vela Evangelicæ doctrinæ: ventos contrarios, ac piratas, dæmones, tyrannos, hæreticos, malos Christianos; portum, qui cognominari potest bonus *f*, beatitudinem. Secundam dicit eam, in *quam ascendente Jesu secuti eum sunt discipuli* *g*. Ibi exactissimè obedientiam servari gubernatori ab omnibus cujuscumque conditionis ibi etiam incontinentes continere; ibi vitam austeriorem agi, proculque occasionibus peccandi esse; ibi nihil navigantes habere ad victum, nisi necessaria: clausam esse navem illam versus terrena, apertam versus cœlestia: inde cadavera pravorum ejici, ne inficiant: si allidatur ad saxa, terramve, distringi, quum nempe sæcularia tractat: sentinam expurgandam sæpius à minoribus etiam peccatis: cavendum nimium onus externarum occupationum, vel alarum, quæ sint supra vires, & institutum; simul verò vitandam inanitatem, vacuitatem otii: ex æquo secundùm proportionem distribuenda onera: conspirandum ad conservationem navis, ut perveniatur ad portum, ut impedimenta removeantur, ac projiciantur, ut mutuo sibi opitulentur: semper procedendum etiam edendo, ac dormiendo: nullum vestigium relinqui, ne humana laus quæratur: merces in ea pretiosas esse doctrinæ, virtutisque, quarum etiam jactura, & damnum longe majus est, quam qui non ibi navigant; Tertiam vult indicari per lignum exiguum, cui homines animas credere scripsit Sapiens *h*, & vocari potest *Arca Noe*, quæ licèt in se magna esset, respectu eorum, quæ continebat, exigua erat. Philippus Grevæus *i*; naves quæ pertranseant, licet cum periculo, ait esse activorum bonorum in mundo, qui in vasis fictilibus & fragilibus thesaurum *k* portant; calcant mare, cœlum contuentur, malo utuntur Crucis, velo sepulturæ, ac Passionis Christi, moventur vento Spiritus S. habent spei anchoram *l*. Naves quæ confringuntur, & submerguntur attribuit malis activis in mundo, qui *merguntur in interitum* m, & *naufragant* n, saltem ea, quæ per dilectionem operatur: illarum malum esse latronis mali Crucem, & afflictionem: velum, ignorantiam, & oblivionem Dei, & Passionis Christi: ventos ac procellas, diabolicas tentationes. Naves quæ fluctus non timent assignabat bonis religiosis, quas comparat cum navibus quas *Simon Machabæus sculpsit super sepulchrum patris, & fratrum suorum, erecto ædificio alto cum columnis, quibus arma imposuit cum dictis navibus, quæ videri poterant à navigantibus mare* o: per *Simonem* namque juxtà etymon, denotari *obedientem*, cui mortuus est carnalis affectus, ita ut *nesciat patrem, matrem, fratres, filios* p, per *ædificium altum*, contemplationem *conversationemque in cœlis*: per *columnas*, constantiam, & fixam in claustro sedem: per *arma*, disciplinam regularē, jejunia, vigilias, &c. per *naves sculptas*, activos qui negotiorum caussa discurrere videntur, nec sunt tamen naves veræ, sed sculptæ, ut ideo maris fluctibus non mergantur: *istas naves videri à navigantibus*, quia seculares immersi negotiis, hos suscipiunt; hæc omnia ut quæ construxit Simō, esse *in memoriam æternam*, quia memoria talium quum laudibus vivit in æternum, *omnes in generationibus gentis A sua gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus*. *q* Aliam sepulchralium istorum elegantem mysticam expositionem apud Galfridum *r* reperies tum allegoricam, tum propologicam. Juvat quod modo referebamus ex Grevæo, & sine dubio ex Galfrido transcripsit ipsissimis ejusdem verbis, quum naves interpretatur de Religiosis, qui coguntur quandoque actionibus exterioribus intendere; sed esse positas juxtà columnas, quia sancti viri in vita sua non projiciunt intima sua, sed tunc præcipue juxtà se sunt, quum remoti videntur à se, etquum terrena dispensant, cœlestia non omittunt; & si quando foras exeunt, non tam occupati sunt, quam, ut sculptæ naves, videntur esse occupati.

Draco iste, quem formasti ad illudendum.) Hier. *Leviathan istum plasmasti, ut illuderet ei*, sed apud Trevetum, *ut illuderes in eo*. Apud Lyranum, *ad ludendum in eo*. Alibi *s*, *quem plasmasti ad illudendum ei*, vel *t ut illuderet ei*, nempe aliquis. In aliis Psalt. apudque Aug. & Prosperum, *finxisti*. Alii, *Leviathan*, sive *balæna*, vel *cete*, *quod formasti ad ludendum in eo*; vel *quod in hoc finxisti, ut in eo ludar*: id est, ipsi B eas vires tribuisti ut ridere audeat, & contemnere reliqua quæ degunt in mari: huic animali bene noto, & qui veluti digito monstrari possit ab eo, qui oculos intendat in mare, quia tantum, ac adeo vastum est, dedisti tam ingentem molem, & robur, ut liberè per mare divagetur, ac veluti jocetur, nihil timens. Hic est sensus primus, ut hoc animal illudere dicatur mari, non autem ut ei alludatur: intelligatur autem illudi, aut quia lasciviat, discurset, exultet, sicque ludat in mari; aut quia ibi ludat super aliis piscibus, irridendo eos, contemnendo, devorando, absumendo. Sic exponunt plures Græci, notantque Basilius, Chrysost. Theodoret. in Hebr. ac Syro sive Chald. textu, *mare* in masculino genere usurpari nempe יָם *jam*, cui respondet cum præpositione affixum pronomen ejusdem generis לוֹ *lo*: & Theodoretus ait positum pro ταύτῃ (αὐτῇ melius) quod refertur ad θάλασσαν, pronomen δυσὶ: Aquila quidem, & Symmachus verterunt αὐτῇ. Ratio necessaria non est, quia posset eodem pronomine Hebræo innui *draco*, sive *Leviathan*. Quamvis ea opinio placeat R. Kimhi, & aliis Hebræis, ac Hebraizantibus, nostroque Bellarmino. Secundus sensus, ut & sequentes alii, C sumit illusionem passivè, ut illudatur draconi, ac primum quidem, ut illudatur ei à Deo ipso, quatenus, ut refert ex quorumdam sententia Trevetus, hoc animal masculum, & fœminam unicum est, neque commiscentur, & sic frustatur benedictione illa Dei communi, *crescite* u, *& multiplicamini*. Sed hoc Judaicum delirium est. Tale aliud eorumdem, quod tertii sensus loco recitari potest, cum Lyrano, & Hier. à sancta fide *x* & Sixto Senense *y*, quod quum Deus prævideret si multiplicarentur hæc animalia, impediretur navigatio propter immanem molem ipsorum, fœmellam occidit, sale condiens in escam justis post resurrectionem: tribus verò horis ludit post prandium cum masculo, qui dicitur *Leviathan*, hocque sibi velle, quod hic dicitur *quem formasti ad illudendum ei*, seu *eum eo*, i. e *ad colludendum cum eo*. Præterea quod est apud Job z, *numquid illudes ei, quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis*. Quartum Judæorum indicat creditus Hier. quod hoc animal magnum quum est in mari, dicitur *Leviathan*; quando resedit Oceanus, *draco* vertitur; quasi constat illusio in hac conversione. Quintus D Lyran. Ayguan. Rickelius, Cajet. quum istud animal persequitur alios pisces, ut eos devoret versus ripam fugientes, natare non posse, ob aquæ defectum; tuncque facile capi, & occidi, & sic illudi ab aliis piscibus, vel potius ab hominibus sua spe frustatum. Illusio facta à piscibus parvis, confirmari potest ex eo, quod Job *a* de *Behemoth* scribit: *omnes bestiæ agri ludent ibi*, nam Elephanto, quem dicunt esse *Behemoth* mus illudit, quem odit ipse maxime: suis terretur grunitu: à camæleonte conficitur, quem imprudens devorat: hirundinem in potu hauriens, dolore intolerando afficitur: à vermibus cæruleis prope Gangem proboscis ejus comprehenditur, & abstrahitur, ut Plin. Solinus, Ælianus, & alii memorant. Addit Rickelius symphoniam, qua trahatur ad ripam: & gallinam assatam quā insequatur, donec deficiant eum aquæ. Ultimum prior Hugo retulerat. Haim. quod naves ante illum illusæ prætereant, Deo illum tantum, & voracissimū, urgente. Faber, quod orcæ genus aliud piscium, admirabili ratione occidat balænas, ut ad ipsum Conr. Gesner. in opere de aquatilib. post Rondelet. Oppianum, Bellonium, tradit: & de ceteris omnibus fusè. Agellius nihil de modo dicens, contendit indi-

a Psal. 88. 10. hæc. apud Aug. tom. 4.

b Lib. 3. 8. d. 10. c. 22. & seq.

Navis triplex describitur mystice.

c Lucæ 5.

d Act. 27. 8.

e Matt. 8. 23.

f Sap. 14. 5.

i Serm. 120. Naves quæ transeant.

k 2. Cor. 4. 7.

Naves quæ confringuntur.

l Hebr. 6. 19. m 1. Tim. 6. 9 n c. 1 19.

o 1. Mach. 13 27. 29. Notio Simones.

p Deut. 33 6 Philip. 3. 20.

q Eccl. 44. 7.

r in 1 allegb. & Tropolog. utriusq; testam.

s in Esa. 27.

t in cap. 11.

Primus sensus.

Secundus sensus.

u Gen. 1. 22. Tertius sensus.

x 1. cont Jud. cap. 6.

y lib. 1. Biblioth. quem de libris Esdræ.

z c. 40. 24. Quartus sensus.

Quintus sensus.

a c. 40. 15. Elephas à quibus bestiis maxime illudatur.

indicati, quam facile bellua tam immanis capiatur, & occidatur hominis ingenio, & redeatur ab illo tam vastum corpus, & immanis moles. Id prior Genebrardus docuerat, citans Anonymum, qui בו *bo*, exponat per מכנו *mimmennu*, ut, *in eo*, dicatur, ut est idem, quod *de eo*: & ut homines quum ceperint, insultent ei, velut in triumphum portent, jugulent, partiantur, de horribili forma illius, & magnitudine rideant, & jocentur. Objicit Bellarminus Job, *a* describendo hoc animal, seu Deum ipsum apud illum, ostendere difficillimum esse ut capiatur, & ex aquis extrahatur, atque potius formatum esse, ut potentia Dei per eum agnoscatur, quem ut ei illudatur ab homine. Ita quidem est: sed non repugnat, ut quod secundùm naturam viribus maximis præditum est, expugnari, capique possit non cujuslibet, sed præstantis hominis ingenio, arteque quam utriusque auctor animalis Deus communicaverit *i*: & cujus rei ratio fortassis ætate Job nondùm reperta fuerat. Sextum innuunt, qui exponunt formatum *draconem*, idest, diabolum, *ad illudendum ei*, hoc est, homini. Sic hoc loco creditus Hier. multosque monachos, & clericos præcipitavisse. Septimus, ut litteraliter agatur hìc de diabolo. In ea sententia est Isidorus *b*, Abulensis *c*, Leo Castro *d*, & alii, de *Behemoth*, quem Job *e* quoque describit, idem sentientes, qui multi sunt, citanturque à Pineda nostro in eumdem Job, accuratè de *Behemoth*, deque *Leviathan* differente: indicant etiam Cyrillus Alexandr. *f*, Procopius *g*, Ribera noster *h*. Tunc vero *illudi ei* dicunt tum à Christo, tum ab Angelis, tum à sanctis hominibus, Favet R. Aben-Ezra *i*, quem citat Genebr. docens hoc esse סוד *sod secretum*, *arcanum*, *mysterium*, nec juxta auditum, idest, litteram, accipiendum: & Hebr. aliqui alii, ut Eugub. meminit, quasi mactandum diabolum, & comedendum in diebus Messiæ allegorizabant, illusionem accipiendo per comestionem, quia *Leviathan* piscis est. Id forsitan quoque voluit Paraphrastis translatio in textu Nebiensis, *Leviathan hic quem creasti ad ludendum in convivio justorum, habitat in eo*. Lege apud Origenem *k*, figmentum de diagrammate Ophianorum, cujus auctor dicebatur *Leviathan*, & in cujus ex decem circulis invicem complexis ultimo esset *Behemoth*. Arbitror hoc loco de vero animali marino sermonem esse, notabilis supra modum quantitatis, sive cum ceto, & balæna idem sit, sive aliud, quod nominetur *dræco* Græcè, ac Latine, ob similitudinem cum terrestri, nam eodem nomine vocatur peculiariter, aut *dracunculi*, pisciculus quidam. Eusebius ab Eugubino prolatus, tradit, quod Vates noster διὰ τῶν δράκοντος καὶ τῶν μεγάλων παρεδήλωσε κήτη, ἃ ἐν τοῖς μεγάλοις πελάγεσιν ἐμφιλοχωρεῖ, *per draconem magnos indicavit cetos, qui in magnis finibus libenter commorantur*. Vox autem Hebr. de qua nonnihil egi alibi *l*, לויתן *Leviathan*, *additamentum* significat, vel *associationem*, seu *copulationem*, & *comitatum* à לוה *lavah*, & à תנין *thannin*, qui sunt *serpentes*, & *dracones*, etiam marini, quos ad laudandum Deum Propheta *m* noster invitat, sicut pueri tres cete *n*: quasi ob magnitudinem videatur conjunctus, & compositus ex multis, quemadmodum בהמות *behemoth* ex pluribus bestiis terrestribus, vel quia plurimæ ipsi squamæ fortissimè adhærescunt, membraque validissime nexa sunt, vel quia multis piscibus ipse se adjungit in mari: vel ipsi, alii adhærescunt pisces minores, ut Physiologi *o* testantur. Deinde placet non genus grandiorum piscium, sed infimam speciem per *Leviathan draconemque* sumere, cujus individuum designari possit per pronomen demonstrativum *draco iste*, &c. & alibi *p*, quoties idem nomen *Leviathan* exprimitur, indicatur singulare animal. Cetaceum genus est, piscium tam ingenitum, ut montibus videatur æquale, teste Isidoro *q*, qui confirmat exemplo ceti Jonam excipientis. Plures species recensent Æliani *r*, Leonem, libellam, pardalim, physeterem, pristim, maltham: quibus addi potest balnæa, thunnus, alii. *Gigantes sub aquis gementes*, apud Job *s*, de his intelligi possent cum Pineda noster, idest, immensi quidam pisces ibi geniti, & ut LXX. exponunt, *formati*, vel *nutriti* μεμωδηθέντες, quia quum quodam gemitu formatio, ac generatio fit. *Cete grandia* in Genesi *u*, nominantur. Incredibilis autem pene magnitudinis marinorum animalium Plinius *x* mentionem facit, Dionysius *y*, Strabo *z*, Solinus *a*, Olaus Magnus, *b* Ælianus *c*, & alii, quos citat idem Pineda, priorque ipso Simon Majolus *d*: postque istos Joannes Bochius hoc loco seipsum etiam testem affirmans oculatum. Oppianus, *e* vero cecinit non

a Iap. 40. 10. & seq.

Sextus sensus.

Septimus sensus, *b* 8. etym. c. de damonibus. *c* Matth. 22. q. 62. *d* in Es. c. 27 & c. 40. 19. *f* in Zachar. num. 10. *g* in Es. 23. & 24. *h* in Micheæ 5. num. 38. *i* in Gen. c. 6.

k Cont. Celsum.

l Ps. 73. 14. & Ps. 148. 7. *m* Dan. 3. 79 *o* Plin. li. 11 c. 37 lib. 32. ea. 1. Ælian. lib. 10. cap 6 Oppia. 5. hal. Arist. 5 hist. anim c. 12. Strabo l. 16. Plutar. utrum ter. restr. prudentiora sint aquatil. *p* Job. 3. 8. c. 40. 20. Psal. 73. 14. Esa. 27. 1. Cetacei generis species. *q* 12. etymol. cap. 6. *r* 10. de animal. cap 2. & cap. 26. 5. ibid. n. 15. *u* cap. 1. 21. *x* l. 9. c. 2. 3. lib. 32. c. 1. de situ orb. *z* l. 15. & 16. *a* cap. 35. *b* l. 12. c. 10. *c* lib. 20. c. 25. lib. 13. 15. & 17. *d* colleg. 11. c. 2. habetur.

Terrestribus magnitudine animalia marina antecedere dicuntur *f* ho. 7. hexa. Balænarum magnitudo, & latitudo quanta. *g* 5. hex. c. 11 *h* Dionys. *i* Strab. lib. 15 *k* idem l. 15. *l* Pl. l. 9 c. 3. *m* Solinus c. 46. Plin. li. 9 cap. 30. *n* Plin. l. 9. c. 3. Solin. c. 36

o Plin. lib. 9. cap 15. Balænæ cujusdam miranda magnitudo, Caussa magnitudinis ingentis. *p* sec. 10. peobem.

q 10. de sui. silu.

r in naturæ hist. c. 219. Quintus sensus probabilior. *s* Prov. 8. 32.

Quæ Oppianus vocat

βῆδ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ' ἄπαλλε δὲ κήτεα ἵπ' ἀνυδὴ
πάντοθεν ἐκ κευθμῶν ὃδ ἠγνόησεν ἄνακτα.
Impulit in fluctus currum, exiliereque passim
E latebris ceti, proprium agnovereque regem.

βριμογύια πελώρια θαύματα πόντου
Validis membris horrenda miracula ponthi.

Sed allatæ caussæ faciunt, ut illusionem potius accipiamus, quæ fit isti generi animalis, quam quæ fit mari, vel in mari ab ipso. Quod hìc *formatus draco* dicitur à Deo, idem valet, atque quod in Genesi *t*, Deum *creavisse cete grandia*, idest, plasmavisse, formavisse, effecisse ex aqua, sed non sine aliis elementis, non ex nihilo. Unde parum solida Brunonis annotatio circa *formandi* verbum, quod formosum sit valde, & pulchrum, ad Dei magnificentiam spectans, quod draco à fidelibus illuditur. Ipsimet autem Deo hoc opus peculiariter tributum notavit Gennadius *u*, quia eximia magnitudine præditum est: quæ ratio etiam fuit, cur nominatim exprimerentur cete, non alia ulla certa species ceterorum brutorum: & ut admiraremur ac vereremur Dei potentiam, & bonitatem qui præesse hominem voluerit omnibus piscibus cum ceteris rebus *x*, etiam cetis adeo immanibus, quidquid Theodoretus *z* contradicat communi opinioni, tum Basilius.

t cap. 1. 21.

¶ Annotatio Brunonis parum solida.

u in catena ¶

x Gen. 1. 16. *y* qu. 20. in Gen. *z* ho. 10. hex.

Draco tam marinus quam terrestris pro diabolo sumitur.

Ceterum *draconem* non modo terrestrem pro diabolo sumi, quum pro præliatis dicitur Michael *a*, sed marinum quoque, constat non tantum ex Enarratoribus hoc loco, ut antea dixi, verum etiam ex aliis, aut ex eorum nonnullis in aliis ipsorum scriptis, de quibus Ps. 73. *b* item fecimus mentionem ad illa verba: *tu confregisti capita draconis in aquis*. De Athanasio testatur Eugubinus: ab eoque citari, quod & Chrysost. Basilius, Theod. hoc loco faciunt. Job *c*, τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ πλάσματος ὃν ἐποίησε πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀγγέλων αὐτοῦ, *hoc est principium fictionis Domini factum, ut eluderetur ab Angelis ejus*: quod Latinè legimus, *ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium ejus*, & Symmachus ποιήσαντα, προσαχθῆναι τῇ μαχαίρᾳ αὐτοῦ, *factum ut admoveatur gladio ejus*. Sed ibi sermo est de *Behemoth* animali terrestri, quem putant esse Elephantum. Hier. *d* tamen præterea enarrans Esaiam *e*, *visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leviathan, serpentem vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum*, utitur eodem testimonio juxtà eamdem lectionem ad idem propositum, simul cum alio ex Apocalysi *f*, quod attigimus, & ex Luca *g*, de data potestate *calcandi super serpentes*, &c. Ait *h* item in hoc loco significari, quod regnans in aquis draco humiliandus esset, & malitiæ exiccandi gurgites quum alii *reptilibus*, *quorum non est numerus*, ideſt, cum dæmonibus, aut improbis hominibus; qui quod cum dracone versentur, numero digni non sunt. Denique *i* dicit, quod non solus draco formatus est, ut lusui haberetur à Domino, qui & *principium plasmationis ejus factus est Angelis ludicrum* *k*: neque illum solum dabit Deus quasi passerem parvulum, sed si quis alius crudelis, & mentis tyrannicæ fuerit, tradetur sermoni Dei in derisum. Idem adhuc, aut Philippus presbyter in Job, *Angelos* accipere videtur pro hominibus probis: ab iis autem diabolum illudi, quoniam per gratiam sancti Spiritus, & meritum sanctitatis eis subditur, & invocato nomine Christi, effugatur: quemadmodum prædictum fuit ab Esaia *l*, *delectabitur infans, ab ubere super foramine aspidis, & in cavernam reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam*. Aug. in commentario Ps. fuse persequens hunc sensum, utiurpat sæpius dictum Job locum, ac inter alia, inquit: (Vis illudere draconi? esto Angelus Dei; sed nondum es Angelus Dei, donec sis, si eum cursum tenes ut sis, sunt Angeli qui illudant draconi, ne tibi noceat. Præpositi enim sunt Angeli cœlorum super potestates aereas, & inde procedit verbum quod sit hìc.) Cyrillus *m* Alexandrinus quasi hìc de diabolo sensus litteralis esset ποῖον γὰρ αἴνιγμα φαμὲν ἐν τῇ αἰσθητῇ δρακόντα τὸν δράκοντα πεπλασμένον εἰς τὸ ἐμπαίζεσθαι παρὰ τοῦ πάντων κρατοῦντος θεοῦ; *qualem enim esse diximus in hoc sensibili mari draconem plasmatum ad illudendum ab omnipotente Deo?* Ubi noster Pontanus de suo addidit (*ad illudendum homini*,) sed quamvis verum sit multis modis illudi hominibus à dæmonibus, idque permissu Dei, & quum eos vicerint, illudere captis, tamen homo non nisi prorsus violente intelligi potest in verbis loci præsentis. Chrysostomus *n*, docet Dominum tentationes ab inimico sustinuisse, ut homini quidem victoriam reportaret, diabolum verò illuderet, secundùm quod David ante prænunciaverat. *Piscis* Christus, Ἰχθὺς cujus nominis elementa singula reddunt Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ, *Jesus Christus Dei Filius, Salvator*; sed piscis vocalis, dæmonium mutum ejecit *o*: quia silentii symbolum piscis est, colebaturque Dagon Ab Assyriis *p*, piscis figura vel inferne, vel in ipso capite, ipsaque vox *piscem* significat, & alios iidem illi adorabant, Cicerone *q*, ac Xenophonte *r* testibus, Vere *Leviathan* Diabolus est, ideſt, *additamentum*, quia mortem nobis intulit persuasione callida, divinitatem additurum se perhibens, & quotidie persuadendo adducit, ac extendit, ut ait Gregor. *s*, & Isidorus *t*: atque sibimet addidit superbiam, & quasi supra naturæ bonum in tumorem morbo elationis excrevit, ut inquit Philippus *u*: postremo adjecit sibi socios cocadæmones, quotidieque homines peccatores adjungit, ut notat Hier. *x*. Petrus Blesensis *y*, docet isti draconi illudi à Deo, ab homine, ab Angelo: A Deo, dum permittit ei, nocere homini, ut homo inde proficiat: Ab homine, quia dum eum plus debilitat, invenit fortiorem: Ab Angelis, quos considerans sublimes in gloria, abundantes in gratia, fulgentes in claritate cœlesti, divinis laudibus resultantes, recordatur unde ceciderit, & de aliorum gaudiis ingemiscens, ira & livore tabescit. Secutus est eamdem loci hujus allegoriam Procopius *z*, dicens ipsi θεὸν ἐμπαίζειν *Deum illudere*. Augst. *a* alibi, legens citatum pridem locum Job *b*, ex translatione Lxx. hoc est *initium figmenti Domini quod fecit ad illudendum ab Angelis suis*, huicque præsentem conionare dicens, negat sic intelligendum, ut existimemus diabolum talem ab initio creatum, cui ab Angelis illuderetur, sed in hac pœna post peccatum, ordinatum: & quoniam Deus, quum eum conderet futuræ malignitatis ejus non erat utique ignarus, & prævidebat quæ bona de malo ejus esset ipse facturus, propterea in Ps. dici, *draco iste, quem finxisti ad illudendum ei*, ut in eo ipso, quod eum finxit, licet per suam bonitatem bonum, jam per suam præscientiam præparasse intelligatur, quomodo ille uteretur, & malo, & de illo bonis prodesset, quoniam, sic illuditur, quum sanctis prosunt tentationes ejus, quibus eos depravare conatur. Hoc autem loco admonet idem Aug. ne quis draconem istum timeat, quia sic est fictus ut illudatur, perdidit magnam potestatem; vult nocere saluti quæ promittitur, sed non permittitur, si quis habeat caput Christum, & repellat caput draconis, suggestioni ejus non consentiens, à via sua non labens. Cassiod. hoc etiam loco citat Job, & Ps. 90. *super aspidem*, &c. illudi autem ait diabolo ab Angelis sive per justissimas increpationes, quod creatus ad obtequium Domini, fœdis videatur perversitatibus implicari; sive quando ei animæ confitentium imperio superno de pernicioſa potestate tolluntur: præterea à fidelibus viris, dum incentiva vitiorum ejus detestabili horrore refugiunt. Valentia declarat illusum draconi à Christo, quando tentari se permisit ab illo *c*, & quum in Cruce hic mordit escam humanitatis ejus, sub qua latebat hamus divinitatis, *illius* autem *nares* Christus *perforavit*, & *linguam ligavit*, *d* quod Gregorius *e* diligenter explanat: præterea illudere quotidie Christum eidem per sacramenta, quum possessuum jam diu hominem diabolus uno momento perdit, recurrentem ad pœnitentiam: hoc ipso modo illudi à parvis veluti piscibus, hoc est, ab humilibus, atque pœnitentibus. Hugo istam allegoriam alia declarat allegoria draconis, qui diruptus est, devorata massa composita ex pice, adipe, pilis simul coctis à Daniele *f*, quæ significant luxuriam, superbiam, avaritiam igne pœnitentiæ, charitatisque coctas, & per confessionem collectas in massam, atque in os diaboli projectas, quia totum in caput ejus reverteretur quidquid peccant homines. Plura ille, ac de proprietatibus draconis ad diabolum applicatis, hisque versibus comprehensis, quas omnes marino cõvenire de quo diximus, certum videtur:

Sibilat, ignivomus eremi, Babylonis, arena
Et maris incubitor, crista tus, edax, volat ingens:
Os breve, cauda ligans elephantem, pervigil æstu
Aspiciens, pugnans, sensus petit, est capitosus.

Licebit cui libebit de vario piscationis grandioris istius animalis artificio differere, atque physiologiam transferre ad tropologiam. Satis diu moratum in hac materia. Refert Basilius *g*, vidisse se admirabilem hominum in capiendis balenis solertiam, & ingeniosum valde artificium, quod videtur & Strabo *h* narrare.

Verſ. 27.) Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.

Verſ. 28.) Dante te illis, colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

Verſ. 29.) Avertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.

Verſ. 30.) Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.

Sensus loci.

QUum differuisset de volucribus, terrestribus, aquatilibus animantibus, docet spectari circa omnia communem providentiam Dei, quod victum illis pro eorum necessitate, & appetitu suppeditet opportune, atque convenienter cujusque naturæ; ita ut quum Deus dat per efficientiam caussarum secundarum, quibuscum concurrit, illa cibum colligant, indeque vivant, & quum larga manu escam præbet, expleant tã liberali bonitate eumdẽ appetitum,

---

a Apoc. 12. 7 *b* verſ. 14.

c c. 40. 14.

d in Esa. c. 27 *e* c. 27. 1.

f cap. 12. 7. *g* cap. 10. 19. *h* in Nahum cap. 1.

i in Abac. c. 1

k Job 40. ſec. LXX.

l cap. 11. 8.

m in Zach. p. 106.

n hom. 5. ex var. in Mat.

Nominis elementa singula quid reddant.

Piscis silentii symbolũ *o* Luc. 1 14. *p* 1 Reg. 5. 3. *q* 1. de natu. deo. *r* 1. de Cyri exped.

Quare diabolus Leviathan seu additamentum dicatur.

s in Job. 40. *t* 8 etymolo. *u* in Job. 40. Allegoria. *x* in Ez. 29. *y* in Job c. 2

z in Esa. c. 13 & 14. *a* 11 de Civ. c. 15. & 17. & 11. de Geneſ. ad litt. c. 22. *b* cap. 40.

Diabolus non timendus.

Quando diabolo illudatur.

c Matt. 4. 1.

d Job. 40. 20 *e* 33. Mor. c. 9. vel 12. Allegoria alia.

f c. ult. 28.

g hom. 10. in hexa. *h* lib. 2.

zitum, atque necessitatem suam. Contra verò accidere A dicit, ut si forte quasi infensus faciem avertat, ac favorem subtrahat, & benignè respicere desinat, continuo turbentur, languent, deficiant, ablato vitali spiritu, quem conservabat Deus per alimenta, sicque demum redeant, ac resolvantur in aridum pulverem, sive terram, ex qua potissimum facta erant, licet una cum aliis elementis. Tandem ait Deum, si velit, posse à dicto interitu, languore, defectu animalia liberare, si spiritum suum, ac vim vitalem, qua illa gignit, vivificat, fovet, alit, recreat, & aliquando iratus retrahit, negatque, dignetur, iterum emittere, atque communicare fertilitatem locis tribuendo, unde trahuntur nutrimenta. Vel si jam defecerint inopia, mortuaque sint animalia, posse denuo alia excitare aut creando, aut formando, ex materia, sive ex elementis, aut fœcundando animalia, quæ superfint, ut crescant, & multiplicentur, paratosque reperiant ab ipso sibi cibos. Quo autem cumque modo fiat, asserit fore, ut lurida veluti terræ facies, propter vel absentiam mortuorum, vel famescentium animalium languorem, vel frugum, aut fructuum defectum, innovetur, exhilaretur, reflorescat. Hæc videtur maximè litteralis intelligentia, quæ magis per partes percipietur, simulque de mystico sensu agetur.

Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.) Hieron. *omnia in tesperant, ut des cibum eis in tempore suo.* Pronomen est Hebraicè in עתו *hhittho*, aliud in כלם *chullam omnia ipsa*, quod emphasin habet; & אליך *elecha* significat *ad te*, quod Græcè habetur πρός σε: & Ambros. *a* legit, *omnia ad te spectant*. Verbum omnibus linguis est idem, quod verbum quemvis hoc loco sit futuri temporis Hebræum. *Tempus opportunum* intelligitur, & bene quidem *opportunum*, ut sonant τὸ εὔκαιρον. In vetere Psalt. apudque Aug. & Prosperum, *omnia à te expectant Domine ut des illis escam in tempore opportuno*. Similis in Psalmo *b*, alio sententia: *Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno* בעתו *behhittho*, ἐν εὐκαιρίᾳ. Præterea *c*, *dat escam omni carni*: *dat* d, *escam esurientibus*: *dat* e, *jumentis escam ipsorum*. Qua de re dictum alias. A Deo victus, ut vita pendet: ab illo speranda esca potissimum, sed tamen in sudore, atque cooperatione: escam velle debemus in tempore, & εὔ- C καιρον, non præmaturam, alieno tempore, nobis non convenientem, & statui, conditionique nostræ. Simoniacos Hugo carpit, qui vendunt, emuntque spiritualia: illos etiam, qui conferunt, accipiuntque beneficia in tempore non suo, quo scilicet valeant administrare; quum fidelis servi sit dare familiæ in tempore tritici mẽsuram, non extra tempus & superflua. Idem & alii post Aug. admonent bene viventis cibum esse Christum, recedentem à Christo, cibum draconis esse, cui (nempe terrestri) assignata pro cibo terra est *f*; ita ut qui cibus ejus esse non vult, esse terra non debeat, nec *sapere quæ sunt super terram* g. Denique notant draconem diabolum, qui cibum expectat, quæritque electum *h*: à Deo expectare, & quærere, quatenus potestatem sibi fieri à Deo tentandi petit, ut videre fuit in Job *i*. At Deus in tempore permittit opportuno, quia non *sinit nos tentari supra id quod possumus*, ac nisi per nos stet, *cum tentatione etiam proventum faciemus, & poterimus sustinere* k. Christus inventus etiam est ad escam suam, & inde de cœlo tamquam aquila, contemplatur, *oculique ejus de longe* D *prospiciunt* l, non tantum Angelos & beatos, sed mortales etiam hic degentes, & quidem peccatores.

Dante te illis, colligent.) In Psalt. vetere, apudque Aug. & Prosperum, *quum dederis eis, colligent*. Ex Hebr. *dabis eis, colligent*. תתן להם לאטון *thitthen lahem illkotun*. Putat Agellius *colligendi* verbo, ac etiam simplici *dandi*, denotari parce tributam à Deo escam, ab animantibus autem, quasi à pluribus locis, per quæ dispersa sit, collectam. Sed sequenti membro significari liberalem largitionem, ita ut liceat impleri; & in promtu, ac ubivis abunde consequi. At Basilius, Chrysost. Theod. copiam, ubertatemque hìc agnoscunt: ibi largiendi facilitatem; ut quemadmodum digitos contractos extendere facile est; eodem pacto sit facile Deo bona omnia dono dare. Collectio fragmentorum ex panibus, quæ superfuerant *m*, non parcitatem, sed copiam potius indicabat. Apollinarius accipiens futurum pro optativo, pro συλλέγειν *colligere*, ponit κομίζειν, *reportare*.

πᾶς δ' ἄρα δωτίνην ἀγαθὴν ἑκάστοτε κομίσσοι.

Quilibet vero utique munus bonorum reportet.

Hebræo etiam verbo utitur Scriptura, narrans collectionem manna *n*, & aliarum rerum indefinite. Ayguanus arbitratur *collectionem* pertinere ad animalia, quæ sibi comparant escas in longum tempus: in sequenti membro illa, quæ in diem victitant, quærendo cibum sibi. Innui Hugo vult per *colligere* parcitatem, ut quod de manna *o*, dictum est, *colligat quisque ex eo, quanto sufficit ad vescendum: gomor per capita singula*: & beneficiatus uno sit beneficio contentus, nec requirat plura, vel ad luxurium, vel ad pompam.

Aperiente te manum tuam.) Omittit Ambrosius *p*, *tuam*. Addit Aug. cum vetere Psalt. *autem*. Hebraicè, *aperies.* הפתח *thiphthach*. *Aperire manum* ad facilitatem retulerunt Græci, quos paullò ante citavi. Ego etiam ad copiam, & liberalitatem: sicut & in Psal. 144. *q*, quem quoque attulimus, *aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*. Hæc eadem formula utens, præcipit Deus *non contrahere manum, sed aperire eam pauperi*: & Sapiens inter laudes mulieris fortis, quod *manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem* s. Idem per prosopopœjam tribuit largæ pluviæ *manus aperire* t. Eadem vis in *porrigendo manus ad accipiendum*, cui opponitur *colligere addandum* u: præterea in *porrigendo manus pauperi* x. Job *de manu Domini* profitebatur *accepisse bona* y: & describens munificentiam ipsius, ascribit manui ejusdem z; & iterum Sapiens, *condere, bibere, ostendere animæ suæ bona, de manu Dei affirmat esse*. Euthymius, ac Nicephorus interpretantur Χεῖρα τὴν Χορηγὸν δύναμιν, *largitricem potentiam*: & ex Jamblico Eugubinus observat δεξιὰν, *dexteram* dici, non solum quia δέχεται, *recipit*, sed etiam quia est δεκτὴ, hoc est, *capitur*, & *apprehenditur* ab accipiente. Id sibi voluentes Gentiles per ἑκατόγχειρας *centimanos*, Briareum, Gygem, Solem, quod vernum tempus herbas, flores, frondes ubertim fundat: hyems jam collecta, & congesta in varios usus distribuat: Sol innumera beneficia conferat. Quod Latinè legimus in Esaia *a*, *levate manum*, legitur Græcè, παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ, *adhortamini*, aut *consolamini manu*. Procopius autem exponit non solum de nutibus, ac strepitu manuum in bello, sed ut μεταδοτικῇ Χειρὶ, *largitrice manu* sublevetur aliena paupertas, potius quam adhortando ad patientiam: & hoc maxime spectare ad Principes, ut exemplo præeant: denique confirmat loci præsentis testimonio.

Mysticè multa significat manus, ut alibi vidimus. Hoc loco, Augustinus, & alii pro Christo sumunt, & *manus apertionem* illius revelationem; sicut quum Esaias *b* quærit brachium Domini cui revelatum est? sed & citato loco Procopius innuit *apertione manuum* significari explicationem Scripturarum.

Omnia implebuntur bonitate.) Hier. omittens *omnia*, quæ suppleta sunt ex versu 27. *replebuntur bono*. Romanum Psalt. & Ambrosius *c*, atque Cassiodorus, *replebuntur ubertate*. Aquila locum totum sic reddit ἀνοίξεις σὺ τὴν Χεῖρά σου πλησθήσεται ἀγαθοσύνης, *aperies manum tuam, implebuntur bonitate*. Symmachus, ἀνοίξαντος σου τὴν Χεῖρά σου, Χορτασθήσονται ἀγαθῶν *aperiente te manum tuam satiabuntur bonis*. *Satiari*, i. *saturari* significat ישבעון *iisbehhun*; sicut v. 16. expressum est: *bonitas*, sive *bonum* טוב *tou* & Χρηστότης, bonum cum utilitate, voluptateque conjunctum, & ex Dei benignitate profectum: *solemnitas præclara* d, Hebraicè, *bonas videre in bonitate*, e & *dies bonos* f, *frui bonis* g, & similia pertinent ad lætitiam, & hilaritatem. Hic infert Ambrosius fertilitatem terrarum non calori Solis adscribi, sed divinæ indulgentiæ deputari. Præterea *h* escam, cibumve, quem Deus hominibus subministrat, accipit de illo, quem Christus suum dicebat, nempe *facere voluntatem Patris* i; estque maxime salutaris: Hæc sunt omnia bona, quæ Augustinus, aliique his advenire dicunt, quibus aperit Deus manum suam, idest, Filium suum Christum. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum* k: deosque suos Gentiles appellabant δοτῆρας ἐάων l, ψυ Χιτρὲφυς m, πατρόφυς n. Nos veri Dei trini in personis, unius in substantia personæ tertiæ attribuimus nomen *doni*, & *datorem munerum* appellamus Spiritum Sanctum, præsertim quæ sunt gratiæ, ordinisque supernaturalis.

Avertente autem te faciem turbabuntur.) Habent alia Psalteria Latina, & Patres, qui eorum lectione utuntur sæpius nominari, pro nomen *tuum*, prout est in textu Hebr. פניך *panecha*, quum verbo futuri temporis, תסתיר

n *Exod.* 16 5 18. 21. 22. 26 27.

o *Exo.* 16. 16

p 4. *hexa. c.* 2 Manuum apertio, & collectio ad quæ potissimum referantur

q *vers.* 16.

r *Deut.* 15. 8 11.

s *Pro.* 31. 20.

t *Eccl.* 40. 14

u *Eccl.* 1. 36.

x *cap.* 7. 36.

y *Job.* 2. 10.

z *c.* 12. 9. 10. *Eccles.* 2. 24.

a 4. *hex. c.* 2.

Dexteræ notio.

b *Ps.* 144. 15.

c *Ps.* 135. 25.

d *Ps.* 145. 7.

e *Ps.* 146. 9.

c *cap.* 13. 2.

f *Gen.* 3. 14.

Manus aceptio mystica.

g *Coloss.* 3. 2.

h *Abac.* 1. 16

b *cap.* 53. 1.

i *c.* 1. 11.

k 2. *Cor.* 10. 23.

l *Job.* 39. 32.

c 4. *hex. c.* 2.

Bona, quæ adveniunt eis, quibus Deus manũ aperit.

d *Zach.* 8. 19

e *Ps.* 105. 5.

f *Ps.* 33. 13.

g *Sap.* 2. 6.

h *in Ps.* 43.

i *Joa.* 4. 34.

k *Jacob.* 1. 17

l *Hesiod. Theog.*

m *Sibyll.*

n *Sibyll.*

m *Job.* 5. 12. &c.

a *vers. 8.*

rhashhir. Geminus huic locus in Ps. 20. a *aversisti faciem tuam à me: & factus sum conturbatus*, Insinuatur autem verbo *turbandi*, præsertim juxtà vim Hebr. בָּהַל *bahal*, horror quidam, ac tremor, oppositus exultationi, & subsultationi lascivientium animalium, præ copia escarum: simul etiam tristitia, & mœstitia opposita lætitiæ, hilaritati, nitori vultus, qui proveniebat ex benigno divinæ faciei aspectu, atque favore. Ostendit hic locus, ut Ambrosius paullò ante citatus colligit, quam arcte, necessarioque pendeant animalia secundum substantiam, & facultates, & operationes à Deo, quod sepius repetivimus. Quod multo magis locum habet in esse, operibusque gratiæ, ut hoc loco Aug. & alii argumentantur, admonentes quod interdum Dominus avertit faciem suã, & qui videbatur plenus bonitate, turbantur, ut per subitam inopiam intelligat illam boni abundantiam, quod etiam citato Psalmo 29. *b* noster præfert Poeta, non sibi fuisse de proprio, nec debere quemquam in abundantia sua apud se diceret; *non movebor in æternum*; sed cogitando se, quidquid habent accepisse, ideoque gloriari non debere *quasi non accepissent* c, & *omnem sufficientiam suam ex Deo esse* d: *si dimittat nos* Deus, Christusve *jejunos, deficiemus in via* e; Hoc est quod sequitur.

Verbo turbandi quid insinuetur.

b *v. 7. & 8.*

c *1. Cor. 4. 7.*
d *1. Cor. 3. 5.*
e *Marc. 8. 3.*

Auferes spiritum eorum, & deficient.) Didymus *f* legit, *spiritum tuum*. Augustinus *g* alibi, *auser*. Alii, *colliges, tolles, removebis, retrahes, congregabis, consumes, finies* Hebraicè תוסף *thoseph*, ab אסף *asaph*. Significatur *exanimatio*, vel inchoata per magnum defectum spirituum, & virium, vel perfecta, quum penitus vitalis spiritus, vitaque ablata est. Hoc secundùm proposito magis congruit, propter adjectam reversionem in pulverem. In quo sensu Job *h* scribit de Deo: *si direxerit ad eum cor suum* (opponendo se illi, & obfirmando se contra ipsum) *spiritum illius, & flatum ad se trahet* (suum, quem homini communicat, cohibendo, ac detinendo, & non insufflando, ac immittendo in eum, tamquam *Deus spirituum universæ carnis* i, cui etiam *Patri spirituum obtemperandum, ut vivamus* k, quum etiam initio *inspiraverit in Adam spiraculum vitæ* l, sicut postea Christus insufflavit in discipulos *m*) *deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem revertur* πᾶς γὰρ βροτὸς εἰς γῆν ἀπελεύσεται, ὅθεν καὶ ἀπλάδη: *Omnis enim mortalis in terram redibit, unde & plasmatus est*. Ubi est עפר *hhaphar*, sicut hìc in sequenti membro. Sed & pro verbo *trahere*, Græcè συσχεῖν, & κατασχεῖν *continere*, ac *detinere*, idem extat verbum אסף *asapho*, denotans Deum, qui est auctor vitæ, ac respirationis dividendo veluti, & dispergendo per aliàs substantias viventes, quam in se habet simplicissimi unitam, collectamque vitam, & spiritum hunc iterum unire, atque colligere, & redire facere ad se ipsum tamquam ad principium, ut *redeat ad eum, qui dedit illum* n; quod non de hominis anima immortali tantum, sed suo quoque modo intelligi de quolibet animali potest. Qua de causa sæpè congregare, & colligere dicitur Deus viventia, quum interficit *o*; & colligi dicuntur, atque *congregari*, quando moriuntur *p*: quamvis alii referant harum dicendi formularum causam ad morem ossa mortuorum colligendi; aut quia qui moriuntur, plurimis, idest, mortuis aggregantur: aut quia quum quis aliquid tollere vult, & convellere, colligit in unum locum: aut quia in magna strage, acervantur cadavera: aut quia fruges absumendæ demeruntur, & colliguntur. Notavit hæc ante me Pineda noster *q*. In Ps. 25. *r* vidimus quod legimus *ne perdas vitam meam*, Hebraicè dici *ne auferas* אל תאסף *al theasoph*. Cajetanus ait in hac tota sententia verbis his hìc positis comprehensa, postquam prius de individuorum conservatione actum fuisset, agi de conservatione specierum, ut individuis consumtis, alia Deus instauret. Unicus cuique spiritus immortalis, & anima: hujus spiritus & vita est gratia Spiritus S. *s*, quæ persona tertia ideo inter aliàs causas ita nominatur, quia ut extat in symbolo Niceno, vivificans est, & vitam supernaturalem communicat. Quamdiu vivere mortalem vitam hìc datur, potest sæpius mortua anima reviviscere ad vitam gratiæ, ablatus Spiritus S. ei restitui, iterum creari, & innovari *t*. Non tam deforme, fœtens, inutile, tabificum sine anima cadaver, quam sine gratia anima. Utilis admodum per antithesin attenta utriusque collatio. Docebere detumescere, hoc si sedulo, serioque perpenderis: & si auferatur à te superbiæ spiritus, vel hoc loco Aug. & alibi *u* quum aliis pie philosophatur, converteris in pulverem tuum, agnoscens quod terra sis, pœnitebitque te quod superbieris, ut rursus bonitate implearis. Ora Deum ut auferat spiritum hunc tuum malum à te, sed non suum sanctum *x*: & ut *velociter exaudiat*, quando *iste deficit* y; nec *te derelinquat, quum defecerit virtus tua*. Dic imitatus Aug. *z*, (Impleat me spiritus tuus, quia defecit spiritus meus. Ipsa est caussa ut cito exaudias, quia defecit spiritus meus, nempè superbiæ. Factus sum jam *pauper spiritu*; beatum me fac in regno cœlorum *a*) subdit; (In quo enim vivit spiritus ejus, superbus est, spiritu suo extollitur contra Deum: fiat in illo bene, quod alibi scriptum est: *auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur*, ut confitentes dicant, memento *b* *quia pulvis sumus*. Quum autem dixerint, *quia pulvis sumus*, memento, tunc dicant, *anima mea velut terra sine aqua tibi*, &c. complue me, confirma me, ne sim pulvis, quem *projicit ventus à facie terræ*, &c. *emitte spiritum tuum*, &c. aliquando abundabam, & *dicebam in abundantia mea non movebar in æternum* d. Verum à te mihi erat quidquid abundabam; & ut hoc probares à te mihi fuisse, avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus, &c. Avertisti faciem tuam à superbo, redde humili.) Hucusque ex Aug. Eum sectatus Gregorius *e*, auferri ablato, & subducto spiritu superbiæ interpretatur *hominem deficere, & in pulverem suum reverti*, quoniam nihil de se esse cognoscit, & *reverti in pulverem*, quoniam humiliatur ex infima conditione. Hoc pacto justus fulgere, & *sicut scintillas in arundineto discurrere* ait f, quia dum peccatoribus hìc permiscentur, eos exemplorum suorum igne succendunt, atque per omne quod nitent, in cinerem redeunt; quia pietatis flamma consumti dum infirmitatem conditionis suæ conspiciunt, nihil aliud quam tavillam se esse cognoscunt, ut à superbiæ suæ duritia resoluti dicant *g*: memento Domine, *quia pulvis sumus*. Affert præterea cum exemplo nostri Davidis, hæc modo recitata verba proferentis, de quibus egimus priore Ps. exemplum Abrahæ, qui in cinerem quoque reversus, dicebat *h*; *loquar ad Dominum meum, quum sim pulvis, & cinis*. Ad hæc quemadmodum *audita sapientia Salomonis, & visis ministris domus ejus, Regina Saba, non habuit ultra spiritum* i, sic Ecclesiam electorum de gentibus congregatam, cognita Christi gratia, & Evangelicæ doctrinæ inventis magistris, abjecto superbiæ spiritu, omnique elatione, fastuque deposito, didicisse de seipsa diffidere, & in regis sui misericordia magna sperare. Denique observat non peti ut emittat Deus spiritum suum, & recreet, nisi post ablatum superbiæ spiritum, quoniam receptaculum spiritus Dei quisquam effici nequit, nisi spiritu suo primitus evacuetur, nec requiescit spiritus Dei, nisi super humilem, & quietum, & *trementem sermones Dei* k. Adde per accommodationem, quod *spiritus Dei non permanet in homine, quia caro est* l: hoc est quia carneo, brutoque spiritu ducitur, non Dei; oportet consumi carneum istum spiritum, & cor divinis flammis. Germanici Drusi filii Caligulæ patris cor, cetero cremato corpore, cremari non potuit, priusquam dissecti pus ejiceretur ex veneno quo extinctus putatur, contractum *m*. Ad eundem modum, ne flammis quidem divinis cremari quorumdam cor valet, peccati adeo lethali veneno infectum. Cyrillus *n* Alexandrinus explanans Abacuc *o* juxtà lectionem Lxx. ἐν τῷ παραδοῦναι τὴν ψυχήν μου, ἐλέους μνησθήσῃ, *quum conturbata fuerit anima mea, misericordia recordaberis*, docet, irascente Deo propter transgressionem Adami, nos conturbatos esse, ac periisse, damnatosque illa pœna, ut rediremus in terram *p* sed misericordia ejusdem, qui eramus ἐν ἐκλείψει τοῦ πνεύματος, τοῦ ζωοποιεῖν τε καὶ ἀποβολῇ τῆς ψυχῆς, *in defectu spiritus*: *hoc est, in depositione & abjectione animæ*, quia φράσσεται ἔτως ἐν ἡμῖν ὁ θάνατος & efficitur sic in nobis mors: restitutos in incorruptionem, & vitam: utrumque præsenti sententia significari, ac denuo ad id quod erat in principio reformatos, & innovatos esse, ac salvatos. Non decet profecto *spiritum Dei habentem in naribus* animæ, & *halitum, loqui labiis iniquitatem, & lingua meditari mendacium* q: & *spiritu illo viventem, non eodem ambulare* r. Origenes *s* docet, quod qui privatur divino Spiritu, terrenus efficitur; qui aptum se ipsum fecerit ad susceptionem ipsius, & eum acceperit, renovatur, & denuo creatur, atque vivificatur vivificatione divina. Sed minus placet, si litteraliter accipi velit *spiraculum vitæ*, quodque *homo* scribitur *factus in animam viventem* t.

Et in pulverem suum revertentur.) Commune omnibus animalibus est, atque mixtis aliis perfectis, in elementa, potissimum autem in terram, quæ prædominatur, resol-

x Ps. 50. 13.
y Ps. 142. 7.
z Ps. 70. 9.

a in Ps. 142.

b *Matt. 5. 3.*

c Ps. 102. 14.

d Ps. 2. 14.

e Ps. 29. 7.

f *24. Mor. c. 12. vel 17. l. 29. c. 14. vel 19. & in Ps. 7. pœnit.*

g *Sap. 3. 7.*

h Ps. 102. 14

i *Gen. 18. 2.*

k *3. Reg. 10.* Observatio Sensus accommodatitius.

l *Esa. 66. 2.*

m *Gen. 6. 3.*

n *Sueco. Plin. lib. 11. cap. 37.*

o *in Abacuc 3. 2. 37.*

p *cap. 3. 4.*

q *Gen. 3. 19.*

r *Job 27. 4.*

s *Gal. 5. 16. 25. tomo 13. in Jo. c. 4.*

t *Gen. 2. 7.*

Resolutio in elementa homini pœna est, & quare.

i *Num. 27. 16.*
k *Hebr. 12. 9.*
l *Gen. 27.*
m *Isa. 20. 22.*

אסף quid hìc denotet.

n *Eccl. 12. 7.*

Qua de caussa colligere & congregare dicatur Deus quum interficit.

o *Jerem. 8. 13. Osea 4. 3. Soph. 1. 2. 3.*
p *Num. 31. 2. 4. Reg. 22. 20. 2. Paral. 34. 28. Esa. 57. 1. Genes. 49. 29.*
q *in Job. 34. 14. nu. 5.*
r *vers. 9.*

Sensus mysticus.

s *Augustin. sermon. 6 de verb. Dom. & ser. 10. de verb. Apost.*
t *Ps. 50. 12.*

Anima sine gratia deformior quam cadaver sine anima.

u *in Ps. 142. & 10. de Genes. ad litt. cap. 8.*

resolvi. Sed homini pœna est, quia nisi peccasset, resolutus non fuisset, sed incorruptus, ac immortalis. Pro *pulvere* sunt hic עָפָר *hhaphar*, & χοῦς. Hebræum nomen valet *minutum, vileq; pulvisculum*; non autem quid ex terra, & aqua mixtum, & Eugubinus affirmat. Quamvis, quia non est idoneus aridus pulvis ad plasmandum, ex limo homo fermatus dicatur, quod Job *a lutum* vocat: & Sapiens b *hominem* γηγενέα: Paulus *c* χοϊκόν, quem facto nomine ut Latino, Tertullianus *d*, atque Hieronymus *e choicum* ab altero vocabulo χοῦς, quod hic esse dixi. Sed minus quoque probabilis derivatio Eugubini, licèt alios habet Auctores à χέω, & idem denique esse χοῦν quod χάος, quum potiùs descendat à χάω de hisco, nec quidquam habeat affinitatis *chaos* cum pulvere, χάος & χοῦς. De sensu mystico quæ præced. membro dixi.

Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Idem est, *innovabis*: in vetere Psalter. & apud Augustin. Prosperum, nec non, *instaurabis*: apud Hieron. Sed Romanum Psalt. & Cassiod. creditus Hieron. Remig. Hugo, Lyran. Ayguan. atque Hieron. *. Gregor. *f*, Ambros. *g* legunt *emitte*. Reperi etiam apud Athanas. *h* his in imperativo ἐξαπόστειλον Lyranus, ac Hugo imperativum exponunt per futurum, quod futurum extat Hebraicè, & in omnibus fere codicibus Græcis, & constat quod servi nonnumquam imperativo, Litteralis sensus est, Deum posse restituere spiritum vitæ illis viventibus; quibus abstulerit, sivè in specie substituendo alia individua pro iis, quæ perierunt, quæ quum generantur, formantur, producuntur per causas secundas, adjutas à prima, creari dicuntur sumta hujus verbi significatione ampliore; sive in eodem individuo: quod solus Deus ut principalis causa facere potest, & fere solum fecit circa humana individua facietque circa ista omnia in generali anastasi. De hac Resurrectione hominum universali, atq; præterea de spirituali animorum renovatione per gratiam, & missionem, donumve Spiritus Sancti, cui attribuitur sanctificatio, & justificatio nostra communi satis consensu Enarratores, & alii Patres præsentem locum interpretantur; & Ecclesia ipsa in officio de Pentecoste, & de Spiritu Sancto, quotiesq; solemni prece invocat Spiritum Sanctum, recitans item in eodem officio de Pentecoste hac ipsa de causa psalm. istum totum. Citavimus antea de renovatione in spiritu præter Enarratores, August. aliis in locis, Gregorium, Cyrillum Alexandrinum, Origenem. Addit Gregor. *i renovari faciem terræ*, dum virtute renovationis immutamur, & sicca dudum mens, gratia veniente compluitur, & post ariditatem pristinam, quasi productis herbis scientiæ viriditate vestitur. De Resurrectionis renovatione, in qua etiam terra nova, & cœli novi creentur *h*, idest renoventur, explicat Andreas Cæsariensis *l*, & Irenæus *m*. Ex hoc ipso loco divinitatem Spiritus Sancti tamquam Creatoris æq; ut est Pater, ac Filius, argumentatur Athanas. *n*, ita ut ille spiritus, qui creari dicitur, non Spiritus Sanctus, sed noster esse intelligatur, itemq; ille, qui innovatur, & sanctificatur, & consors sit divinæ naturæ, quiq; accipit sanctificationem, & innovationem, creatura sit, non ille qui hanc dat, qui facit illud consortium, qui sanctificat, & innovat. Hieron. *o* explanans quod legimus in Genesi *p*, *Spirtus Dei ferebatur super aquas*, Hebr. מְרַחֶפֶת *merachephet*, *incubabat*, sive *fovebat in similitudinem volucris ova calore animatis*, ex eo intelligi scribit, non de spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrantur, sed Spiritu Sancto, qui & ipse vivificator omnium à principio dicitur. Si autem, inquit, vivificator, consequenter & conditor: quod si conditor, & Deus; *emite enim*, ait, *spiritum tuum & creabuntur*.) Idem fere dicit Ambr. *q*, confirmans præterea Spiritum Sanctum esse creatorem (quo etiam nomine in hymno vocantur) testimonio Job *r*, *Spiritus divinus, qui fecit me*. Elias Cretensis *s* utroque loco idem probat. Utitur eadem ratione hoc loco creditus Hieron. si Spiritus creat, ergo Deus est; ita enim creat, quomodo & Pater. Verus autem Hieron. *t*, & de Spiritu Sancto interpretatur sententiam istam, & de eodem ut suscitante mortuos. Nyssenus *u* ad idem probandum adhibet quum aliis eumdem locum explicans de nova creatione, deque renovatione terræ, quæ consenuit in peccatis; Spiritum verò istum spirandi instrumenti non expelli, spargi, dissipari, sicut nec verbum vocalibus enuntiatum instrumentis in aere diffunditur, sed in sua utrumq; persona existere, & esse æternum, & creatorem. Nisseni germanus Basilius *x* ostendit Spiritum Sanctum creationis ex nihilo Auctorem esse, ejus, quæ est ex prioribus ad meliora, denique quæ dicitur de resurrectione: de ultima explicans hanc sententiam. Confirmat & hinc Didymus *y* creatricem virtutem convenire Spiritui Sancto, qui fabricaverit in Maria corpus Christi, dum supervenit in eam *z*. Eugenius Charthaginensis Episcopus in ratione fidei ad Hunericum scripta, efficit quoque creationem esse à Spiritu Sancto propter loci præsentis auctoritatem. De eodem Spiritu Sancto sanctificante, & renovante animas nostras per gratiam, intellexit locum istum rursus Origenes *a*, Basilius *b*, August. *c*, Bernard. *d*. Ambros. *e* accipit *Spiritum* pro divino, & creatore, juxta etiam allatum locum Job; & ex psalmo alio *f*, *Spiritus oris ejus omnis virtus eorum*, nempe cœlorum, & talem putat spiritum, qui dicitur immissus post diluvium super terram, quum cessavit aqua *g*, negans ventum fuisse. Quod ultimum non placet: quamvis mystico sensu admitti possit dictus spiritus cum Bernardo *h*, qui disjiciat mare, & antiquæ salsuginem damnationis, & faciat apparere aridam, terræque faciem renovatam. Subtiliter verò ratiocinatur, quum melior sit novata terra, quam creata, si novat Spiritus Sanctus, etiam creare: aut si creavit Pater, & Filius absq; Spiritu Sancto, videri id quod factum est, ejus quod accedit, egere præsidio. Reperies idem apud Cyrillum *i* Alexandrinum, & Fulgentium *k*. Augustin. tradit pro illis, qui arbitrantur animas ex parentibus sicut corpora, creari, hoc est, gigni, hoc videri sonare priùs hic dicitur, *aufer*, seu *auferes spiritum eorum*: ut *spiritum eorum* propterea dixerit David, quod eum homines ex hominibus acceperint: qui quum mortui fuerint, non eis potuerit ab hominibus reddi, ut resurgant, quia non rursus quemadmodum quando nati sunt à parentibus ducitur, sed Deus eum reddet, qui resuscitat mortuos: ac per hoc eumdem spiritum dixerit eorum, quum moriuntur: Dei autem, quum resurgunt. Docet præterea posse illos, qui non parentibus, sed Deo mittente animas venire asserunt pro sua opinione sic intelligere, ut eorum dixerit spiritum, quum moriuntur, quia in eis erat, & ab eis exiit; Dei autem, quum resurgunt, quod ab ipso mittitur, ab ipso redditur. Sed quia in ista quæstione perplexus semper fuit, addit neutris quidem hoc testimonium adversarii; se vero arbitrari melius intelligi de gratia Dei, qua interius renovamur, cum ablato spiritu proprio superborum secundum hominem terrenum viventium, accipiunt spiritum Dei, ut non jam sibi, sed Christo vivant *l*. At locus hìc litteraliter de vita, & respiratione intelligitur, nec de homine magis, quam de quovis animali, ut ante docui: & Didymus, ut etiam retuli, legit, *auferes spiritum tuum*: & spiritus vitæ in quolibet animali rectè dicitur tum ipsiusmet animalis, quia illum habet, illoq; vivit; tum Dei quoniam dedit, conservat, auferre, ac iterum emittere potest, & dare. Jam vero ambigi amplius non potest, animam cujusq; nostrum, non ex parentibus, sicut corpus creari, sive generari, nec propriè mitti, quasi priùs esset, quod est Pythagoricum, & Origenianum, sed simul mitti, & creari à solo Deo, quia omnino spiritualis est, ac immortalis. Qua de re aliàs, & in hoc ipso opere, & in physicis tractatibus.

De allegoria porro, tropologia, anagogia dictum antea satis: legatq; qui plura desiderat, citatos Auctores, maximè Origenem, & Bernardum. Ubi quod attinet ad tropologiam, Rickelius *faciem terræ* sumit pro corpore, quæ facies renovetur, quum spiritui corpus obedit, & honeste, ac sobrie agit. Notat quoq; non accipi *Spiritum* hic pro tertia persona Trinitatis, sed pro voluntate, imperio, potestate; adde pro auxilio, & dono. Colligebat Irenæus *m* unum eumdemq; Deum & æterna, & præsentia fecisse, per illa intelligens ea, quæ semper durabunt. Sic nimirum idem pluribus modis locus exponitur, eadem vox secundum varias acceptiones sumitur. Sed Spiritum Sanctum hic accipiendo, quod emitti dicitur, nempè secundùm effectum externum, cujus ei attribuitur efficientia, indicat processionem ipsius ab alio, sicut & quando idem de Filio dicitur. Et quia procedit à Patre, & Filio, ab utroq; mitti reperitur: ipse autem non mittit aliam personam increatam, quia nulla procedit ab eo; sed tantum creatam naturam: Quo pacto Christus à Spiritu se Sancto & unctum, & missum dicit *n*. Nec deest, qui saltem accommodatitiè *spiritum*

sumat

a cap. 10. 9. b sap. 7. 1. c 1. Cor. 15. 47. d de resurr. car. c. 49. e contra Ruff. Notio nominis χοῦς

f q. in Gen. & in ps. 8. & penitent. & 29 moral. c. 14. vel 19. g l. hexa. c. 8. h dialog. 3. de Trinit. et disp. contra Arium Laodicæa. Sensus litteralis.

Quare hìc psalmus in officio de Pentecoste recitentur, 29. moral. c. 14. vel 19. k Es. 65. 17. & in Apocal. serm. 22. seu in cap. 63. l lib. 5. c. 33. Spiritui Sancto non minus quam Patri & filio, vim creatricem convenire, ex hoc loco asseritur. m epist. ad Serap. Spiritum Sanctum non esse creaturam & tract. de humana natura suscepta; & tract. de comm. essen. Pat. & Fil. Spir. S. & duabus aliis ep. ad Serap. de Spir. Sanct. & dialog. 3. de Trinit. & disput. cont. Arium Laodicæa.

n q. in Gen. p cap. 1. 2. q. hexa. c. 8 r cap. 5. s q. 4. t in orat. 6. Nazian. de Spir. Sancto u in Ezech. 1. & 37. x in fragmentis ex lib. de cogn. Dei tom. 3. bibl. Patrum.

y lib. de Spiritu Sancto. z Luc. 1. 35.

a 1. Periarch. c. 3. b 5. contra Eun. c. 18. de Gen. ad litter. cap. 8. d serm. 3. de Ascens. e de Noe, & arca, cap. 16. & 2. de Spir. Sanct. c. 5. Sensus mysticus. f ps. 32. 6. h Gen. 8. 1. de amorem Dei, c. 8. i dialog. 7. de Trin. & lib. quod Spir. Sanct. sit Deus. k lib. ad Donatum, c. 1.

l Gal. 2. 20. Tropologia

m lib. 4. c. 10.

n Es. 61. & Luc. 4. &

Sensus accommodatitius.

sumat pro eo, quem emisit Christus in Cruce, traduntque; capite inclinato *a*, ac versus terram prono, quasi inde animam suam daret, spiritumque; & efficeret eum *spiritum oris nostri* b, eum quodammodo insufflando per expirationem in humanam naturam nostram mortuam, sine spiritu vitæ, deformem, in pulverem redactam, *factus nobis in spiritu vivificantem* c, ac nos recreantem, quoniam Pater quum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, ipsius essemus factura. *Creati in Christo Jesu* d, & *renovaremur spiritu mentis nostræ*, *induentes novum hominem, qui secundum Deus creatus est in justitia, & sanctitate veritatis* e, quoniam *si quis spiritum Christi non habet, hic non est* f. Emisit quoq; Christus Spiritum suum, inclinans sed ad terram inferiorem, in qua expectabant eum justi in Abrahæ sinu, ut eos recrearet, ac veluti faciem illorum exhilarando renovaret. Tandem non erit difficile monstrare in facie peccatoris oculos, aures, manus, pedes, membra cetera vita spirituali, ejusdemq; functionibus privata, sed has recuperata gratiæ vita in justo iterum exercentia, ut jam non *sint oculi pleni adulterii* g, non *manus plenæ sanguine* h, non *pedes ad malum currentes* i, non *aures prurientes* k, non *os loquens mendacium* l: denique non vivat ipse peccator, sed postquam evasit justus, *vivat in ipso Christus* m. Illustrari omnia hæc possunt parabola, qua Ezechieli ossa arida ostensa sunt, quibus immissus à quatuor ventis spiritus vitam restituit n. De hac hoc loco Ayguanus. Itaq; spiritus Dei emissus creans & renovans litteraliter est vis generativa animalium: mysticè est Spiritus Sanctus justificans, & vivificans quoque mortalia corpora in resurrectione, ac renovans terram: accommodatitiè Spiritus Christus, ut ejus animam significat, idque modis variis, prout dictum est. Mystici tamen illi sensus magnam habent auctoritatem, propter unanimem fere consensum Patrum, & enarratorum, & Ecclesiæ tacitum assensum, quæ videtur simul innuere peculiarem Spiritus missionem in Pentecoste o, per quam discipuli creati sunt Prædicatores, & *novantes sibi novale* p, *impleverunt faciem orbis semine* q divino. Posset etiam creatio indicare justificationem ex nihilo, idest, sine meritis, ut alias docui r; renovatio redundantem quandandam perfectionem in naturalia, ut imago Dei, quæ penitus perierat ob peccatum, si spectetur ut consistens in gratia, denuo creetur; similitudo, si consideretur in naturalibus, nec omnino exciderat, sed passa nonnihil fuerat, renovetur. Favet Paraphrastes, nominans *Spiritum Sanctum*: & R. Kimhi sentit hic aperte de resurrectione sermonem esse. Demonstrat etiam Eugubinus Pythagoram, Virgiliumq; visos esse carmen hoc nostrum legisse, quum Deum dixerunt esse animum, ac spiritum omnia subeuntem, & intus alentem, mentem infusam veluti per artus, atque molem corporis magni, cui se immisceat, agitantes; unde hominum existat, pecudumq; genus, volantium, & sub æquore viventium, quæ redeant ad Deum, atque alto succedant cælo. Qua tamen in re veritatem liquide non attigerunt.

a *Matth.* 27. 27. *Joa.* 19. 30.
b *Thren.* 4. 20.
c 1. *Cor.* 15. 45.
d *Eph.* 2. 10.
e *cap.* 4. 24.
f *Rom.* 8. 9.
g *Pet.* 2. 14.
h *Isa.* 1. 15.
i *Prov.* 1. 16.
k 2. *Tim.* 4. 3
l *Jerem.* 9. 5
m *Gal.* 2. 20
o *Act.* 2. 1.
p *Jerem.* 4. 3
q *Es.* 27. 6.
r *Ps.* 50. 12.

Vers. 31.) Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis.

Sensus loci.

DIvinorum meditatio operum rapit Prophetam in varios affectus: & sicut 24. versu prorupit in Epiphonema præ admiratione; ita nunc vehemens promit desiderium, votumq; per modo peccantis, ut laudetur semper Deus, ac pro tot, tamque magnificis operibus gloria ei reddatur ab omni creatura, præsertim rationali, corde, ore, opere, seu vita, & moribus: indeq; namq; futurum, ut se Deus more nostro, ἀνθ ρωπο παθῶς loquendo lætetur quæ operatus est operatum, nec pœniteat, doleatve; quemadmodum quando videns malitiam hominum, tactus dolore cordis intrinsecus, dixisse scribitur *f*, *delebo à facie terræ ab homine usque ad animalia, à reptili usque ad volucres cæli: pœnitet enim me fecisse eos*. Fiet etiam ut memori mente, ac laude priorum delectatus, & provocatus Deus, eadem illa, majestatem ejus decentia & prodentia opera liberalissimè pergat operari, & cum amore, atque voluptate illa conservare, fovere, communicare: nec ut olim, delat diluvio, aut igni, aut simili aliquo flagello homines, animalia viventia, mixta inanimata. Postremo videtur imitari David Moysen, qui narrat Deum post singulorum fere dierum creationem, sibimet placentem, & quasi plaudentem, vi-

f *Gen.* 6. 6. 7.

disse quod conditæ res essent bonæ, ac demum quod *cuncta quæ fecerat, valde bona* t; *lusit in Orbe condendo* Deus, *ac delitiatus est cum hominibus* u: hilariter dedit, qui *datorem hilarem* x: *jubilant coram eo astra matutina* y, & *cæli enarrantes gloriam ejus* z, omnisque creatura, licet jam *ingemiscat more parturientis*, *a* quum Auctorem suum, qui esse ipsis communicavit adeò large, sine invidia (ut philosophantur etiam Plato *b*, & Plotinus *c*) absque dolore, cum eximia lætitia, offendi cernit ab homine, cui servire cogitur, propter imperium ejusdem conditoris. Platonem, quem nunc nominavi, quum asserit elatum Deum gaudio ἀγαοθῖναι καὶ ἐυφραν θῆναι mundi universitate perfecta; August. *d* monet non uiq; adeò despuisse, ut putaret illum sui operis novitate factum beatiorem; sed sic ostendere voluisse, artificio suo placuisse jam factum, quod placuerat in arte faciendum. Athan. *e* inquit licet non extraneum quiddam aliunde sibi acquirat Deus quod gaudium ei conciliet; propriè enim lætari Patrem, quum intuetur se ipsum in sui ipsius imagine, quod est Verbum ejus; tamen *delitias ejus, ut sit filii homini* f; idque non ex superventitio gaudio, sed quod tum quoque videat ad sui imaginem opera sua esse perfecta, adeò ut exhilaratio illa Dei ex imagine ipsius æterna caussam trahat. Thomas Aquinas *g* aliam caussam cur in suis creaturis lætari dicatur Deus assignat, quia suam in illis impletam voluntatem videt. Adde quod *universa propter semetipsum operatus est Altissimus* h. Idem Pilato *i* ludum Dei quendam affirmat esse hominem, quod inter prospera & adversa constitutus Deo spectaculum præbeat. Idipsum Clemens observat Alexand. *k*. Similia scripsit de providentia disputans Seneca in cap. 2. Chrysostomus vero in 2. tractatu de incomprehensibili Dei natura, idcircò ludentem, in condendo mundo facit, quod tanta facilitate, creaverit, quasi tugurium per ludum faceret.

t *Genes.* 1. ult.
u *Prov.* 8. 31.
x 2. *Cor.* 9. 7.
y *Job.* 38. 7.
z *Ps.* 18. 1.
a *Rom.* 8. 22
b *in Tim.* 40.
c *Ennead.* 5. l. 8. c. 8.
d 11. *de civ.* *cap.* 21. Exhilaratio Dei in operibus suis unde trahat caussam.
e *ser.* 3. *cont. Aria.*
f *Prov.* 8. 31.
g 1. *contr. Gen.* 7. 19.
h *Prov.* 16. 4
i 7. *de legib.*
k 7. *Strom.*

Mysticè insigniora illa opera Dei degnantur, quæ ad incarnationem spectant, atq; redemtionem, & salutem nostram, unde summa si qua alia ulla, lætitia Deo provenit, qui *non lætatur in perditione vivorum, nec mortem fecit, sed creavit ut essent omnia* l, & *lætatur bene nobis faciens, nosque multiplicans, lætaturus* tamen etiam, si obedientes ei non fuerimus, *disperdendo, atque subvertendo nos, & auferendo de terra* [viventium *m*.] Esaias *n* vaticinatur, quod *super adolescentulis Israel non lætabitur Dominus, & pupillorum ejus, & viduarum non miserebitur*: ut *non lætari* sit perdere, & vicissim *lætari*, conservare. Apud eumdem *o* Deus ait *exultaturum se in Jerusalem, & gravisurum in populo suo*. Præterea significat hæc sententia, Deo reddendam gloriam & si quid laudandum, si quid lætandum ab homine agitur, opus Dei esse, & munus gratiæ ejus, qui aufert spiritum superbum, & dat Spiritum Sanctum: Et inspice, ait Cassiodorus, Augustinum, & Prosperum sectatus, quod ubicumq; commemorat, *operibus* [*suis*] dixit, non [*tuis*] ne toties admoniti, insanum Pelagii, sequeremur errorem: cujus nefandum venenum hinc evidenter agnoscimus contra quod toties antidotum cœleste porrigitur, ne futura pericula graisarentur.

Sensus mysticus.

l *Sap.* 1. 13. 14.
m *Deut.* 26. 63.
n *cap.* 9. 17.
o *c.* 65. 19.

Sit gloria Domini in sæculum.] Hieron. *in sempiternum*, לעולם *lehholam*: εἰς τὸν αἰῶνας *in sæcula*, in emendatis Bibliis εἰς τὸν αἰῶνας. In vetere Psalt. August. Prospero, *in æternum*, in Psalt. Romano, & Cassiod. *in sæculum sæculi*, in Arnobio, *in sæcula sæculorum*; *Deo & Christi Patri gloriam esse in sæcula sæculorum* Paulus *p* affirmat, nec dubitari, aut esse aliter potest. Nihilominus optat justus id esse quod est, eritque seu complacet sibi ita esse, cupitque, ac petit ut pluribus innotescat gloria Dei, & eam illi plures deferant, ac sanctificent nomen ipsius *q*. Referri per Deo gratia nequit, propterea semper ei gratias habere debemus. Exactis hujus vitæ sæculis omnibus, numquam finiendum, in quo Dei gloria erit maximè illustris; nam *in templo Dei omnes dicent gloriam* r, & *habitantes in domo ejus, in sæcula sæculorum laudabunt illum* s. Hoc summis votis toties flagitamus, præsertim finito quolibet psalmo, ex præscripto Damasi Papæ, quem ad hoc Hieron. *t* hortatus fuerat: quum antea tamen apud aliquos esset in usu accinentes *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto*: *sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum amen*. Hymnum quoque *Gloria in excelsis*: ab ore Angelorum Ecclesia rapuit, instituente Telesphoro Papa, sive totum, sive usque ad *laudamus te*, ita ut hinc ad finem Hilarius com-

p *Gal.* 1. 5.
q *Matth.* 6. 9.
r *ps.* 28 8.
s *ps.* 83. 5.
t *epist. ad Damasum.*
u *Sozom. l.* 3 *c.* 24. *Tripar l.* 4. *c.* 35. *Niceph. l.* 9. *c.* 22. *Athan. de Virg. Cassian.* 2. *inst. c.* 8 *Basil. de Spir. S. c.* 28. Quo tempore & quam ob caussam finito quolibet psalmo dici cœperit Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, &c.
Hymnum Gloria in excelsis: &c. sive ab Angelis acceptum sive ab Apostolis editum, aut ab alio quocunq; Telesphorus in Missa recitari jussit.

composuerit *a*, aut Symmachus Papa *b*; sive totus ab Apostolis editus sit, quia extat apud Clementem *c* recitari vero Telesphorus in Missa jusserit. *Repleatur* hic interim *os*, *nostrum laude*, *ut cantemus gloriam Dei*, *tota die magnitudinem ejus* d, Tam dulcis, & desiderabilis est vox ista *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, &c. ut etiam si die, noctuque dicatur, ait Vasense Consilium *e*, fastidium non possit generare. Pareamus Davidi præcipienti, ac prædicenti *f*, *jubilate Deo omnis terra*, *psalmum dicite nomini ejus*, *date gloriam laudi ejus*.

Lætabitur Dominus in operibus suis.) Alii explanant imperative, sicut membrum præcedens, vel optative; quod ipsum membrum Apollinarius in futuro etiam interpretabatur,

Ἔσται κῦδος ἄναντος ἀεί, παναγήρατον ἔσαι.
Erit gloria Regis semper, immortalis erit.

Sæpè quoque notavimus tempus futurum usurpari pro imperativo. Parentes in filio, artifices in opificio, Poeta, Orator, quivis alius in opere suo lætari, ac delectari naturaliter solet: ipseque Pater æternus *delectum Filium suum* nominavit, atque *in eo sibi complacere* dixit *g*. Contingit idem beneficiis erga illos, in quo beneficium contulerunt, etiamsi hi illis in nulla re sint utiles, ut Aristoteles *h* docet, confirmans ex artifice, qui opus prorium magis amat, quam ab opere amaretur, si animatum fieret; & Poeta, qui suum poema perinde ac filium supra modum amat; & ex matre, quæ plusquam pater amat, quia laborat magis in generando. Illud ipsum de operis proprii amore, quod ad Poetas attinet scribit etiam Plato *i*, & Cicero *k*: & de Geometris, Astrologis, Musicis, Pictoribus, aliis, exempla suppetunt permulta, ut Nicia pictore, Archimede Geometa, &c. Antea diximus, quum scribitur Deus *vidisse quæ creabat; bona, & valde bona esse*, significari, quod approbaverit, & sibi complacuerit in eis. Præterea cum *complevisse*, & *quievisse* dicitur *die septimo ab universo opere*, *quod patrat* l, Paraphrastes primum exposuit חמיד *chamid*, *delectatus est*. Spectat eodem, quod canticorum: quod in judicio *lætus erit unicuique à Deo* m: quod jubebit electos Christus *intrare in gaudium Domini sui* n, quæ, ait Theophylactus *o*, ineffabilis lætitia est, quam habet Deus gaudens in operibus suis; quod filiæ, ac sponsæ suæ Deus decorem concupiscit *p*. Maximus *q* Monachus scribit, quod non quasi indigens cujuspiam Deus, per omnia plenus, in vitam induxit creaturas, sed ut ipsæ ipsius pro sua quæq; portione participes, Conditoris bonitates fruerentur, ipse vero in suis operibus lætaretur, videns eadem lætari, & rebus non satiantibus insatiabiliter semper saturari, hoc est, non reperire satietatem in illis. Solus homo inter creaturas contristat Deum, & ex oculis Christi lacrymas *r* elicit, qui exultabat in spiritu, quod Pater dignaretur mysteria parvulis revelare *s*. *Pœnituit Deum fecisse hominem* t, quia sicut *filius sapiens lætificat patrem* ita *stultus mœstitia est ei* u. Invitus Deus *consolationem capit ex vindicta de hostibus suis* x, tamquam de *alieno*, *peregrinoque opere* y; & imitatus Deum *justus lætatur videns vindictam*. z Si *revertatur peccator*, *ut audiat vocem Domini Dei sui*, *faciatque universa mandata ejus*, *revertetur ipse Dominus*, *ut gaudeat super eum in omnibus bonis*, *sicut gavisus est in patribus ejus* a, qui scilicet obedierunt illi. *Reddet* oratus Deus *lætitiam salutaris sui* b, & *lætificabit animam servi* c, *consolationibus suis* d, *in gaudio cum vultu suo* e. *Delectat nos ille in factura sua*, & *in operibus manuum suarum facit exultare*; *sed insipiens non cognoscit*, *stultusque non intelligit* *, abutens beneficio, & contristans benefactorem. *Renui consolari anima justi*, & *in alia re delectari*, quam *in Dei memoria* f: *oblivioni* mavult *dexteram suam dari*, quam non ponere *in principio lætitiæ Jerusalem* g cœlestem, opus Dei excellentissimum. *Delectatur* quis *in Domino*, *h* quum iis delectatur, quibus Deus, nempe virtutibus, & rebus, quæ per se bonæ sunt, atq; absolutam etiam in Deo dicunt perfectionem. Christus tamquam caput lætatur in operibus in quibus lætantur membra ipsius, quando illa exercent: quemadmodum è contrario diabolus colletatur iis, qui *lætantur*, *quum male fecerint*, & *exultant in rebus pessimis* i; sed bona, quæ facit justus, Deus ipse operatur in illo, ut propterea dici possit lætari in operibus suis: *omnia namque opera operatur in nobis Dominus* k, potissimum opera gratiæ.

a Alcuin. de divin. offic. c. de celebr. Missarum. Hugo de S. Vict. lib. 2. & alii.
b Bern. de offic. Missæ, cap. 25.
c 7 constit. cap. 48.
d psf. 70. 8.
e cap. 4.
f psf. 65. 1. 2.
g Matth. 3. 17. c 17. 5. h 9 Eth. c. 7 & lib. 2. c. 1. Mater plus, quam Pater amat.
i 11. Polit. k 14. ad Attic. ep. 22.
l Gen. 2. 2.
m 1. Cor. 4. 5
n Matth. 25
o 21. 23. ibidem.
p psf. 44. 12.
q de char. centur. 3. num. 46. Solus homo Deum contristat.
r Luc. 10. 21. Joan. 11. 35. Hebr. 5. 7.
s Matth. 11. 27.
t Genes. 6. 6.
u Prov. 10. 1.
x Esa. 1. 24.
y cap. 28. 21
z psf. 57. 11.
a Deut. 30. 8. 9.
b psf. 50. 14. Quando quis in Domino delectetur, & è contrario.
c psf. 85. 4.
d psf. 93. 19.
e psf. 20. 7.
f psf. 91. 57.
g psf. 76. 4.
h psf. 136. 5. h psf. 36. 4.
i Prov. 2. 14.
k Esa. 26. 12.

A Vers. 32.) Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

OStendit Deum sic esse omnium, quæ extant, Dominum, & conditorem, ut solo aspectu tremefaciat, & concutiat universam terram, ac si velit, solo tactu excelsas, firmasque moles montium consumat, & in fumum, auraſque convertat. Simul innuit, quanti referat vigere semper gloriam Dei, ut in suis potiùs lætetur operibus, quam doleat. Nam quemadmodum quando lætatur, multis illis beneficiendi rationes videtur invenire, atq; commodis illorum, & incolumitati studere; ita quum dolet, suppetunt ipsi modi animadvertendi in peccatores, cujuscumq; conditionis sint, infimi, summi; propter ipsorum peccata mundi machinam universa funditus evertendi. Deniq; hac sententia ostenditur, eadem virtute, qua condidit Deus universa, posse in nihilum redigere, ac proinde denuo restaurare: quod ea conservet, intelligant omnes ex ipsius pendere voluntate, qua placet ei, ut consistant, & lætatur in earum conservatione, nulla re egens. Alludi autem videtur ad montem Sinai terribilem, & fumigantem, quum descendit Dominus *l*. Quæ res cum similibus, quas de illo produnt divinæ litteræ, horrorem, timorem, terrorem incutiunt, faciuntq; ut nonnullam de ipsius potentia notionem animo complectamur, ut admonet Chrys. *m*. Mysticum sensum Prosper ex Aug. summa fide, ac brevitate, ut solet, elicit: inter Dei opera, in quibus ille lætatur, hoc esse, convertere aversos, aspiciendo ad terram præsidentem sibi, ac de suis viribus præsumentem, & faciendo eam tremere, dum agnoscit peccator, quia Deus in ipso operatur, ut bonus sit præterea tangendo montes, ideſt, sublimiores, & potentiores sæculi, qui tacti fumigent, ideſt, Deo dent confessionem, precesq; ipsorum ad Deum, qui illos tetigit, quasi fumus *n*, ascendat. (Melior est tremor humilitatis, inquit Augustinus, quam confidentia superbiæ,) & *operanda salus quum metu & tremore* o, cum Deo, *qui operatur in nobis* p, & *requiescit super humilem*, *& quietum*, *& trementem verba ipsius* q: Quum tangit Deus montem, ideſt, superbum, incipit flere, & fumus excutit lacrymas. Mons erat Saulus adhuc spirans minarum, & fumigans contra Christum, ab illo tactus, & dejectus, alio modo fumigavit, & anhelavit. Alii, ut creditus Hieron. explicant de tremore terræ in die judicii, & quia omnes Sancti per ignem salvabuntur, quia non haberent fumum, nisi ignis esset. Priora item idem ad idem tempus refert, *sit gloria Domini in sæculorum*, quando nos æterni glorificabimus illum, & ille *lætetur in operibus suis*, quando benedicemus eum in die resurrectionis. Sed quod ait de salvandis per ignem sanctis, alibi *r* docui absolutè verùm non esse. Hugo refert id ad damnatos, ut fumigare censeantur, & *fumus esse in furore Dei*, *ignisque tota die* s, ac perpetuo contremiscant.

Qui respicit terram, *& facit eam tremere.*) Vetus Psalterium, August. Prosper, atq; Novat. *t*, *aspicit*. Hieron. *tremet* תְּעָרְעֵר *thirbhad*, legerunt forsan LXX. יִרְעִיר *jarhhid faciet tremere*, vel מְרַעְיִד *marhhid* participium, cujusmodi est etiam מביט *mabbit*. Similitudinem quum hoc habet locus Abacuc *u*; *Aspexit*, *& dissolvit gentes*, *& contriti montes sæculi*. Talis in alio psal. *x*, *& peribunt à facie tua*, quamvis *iram* quoq; significet. Efficax aspectus, ac nutus Dei secundum effectus naturæ, & gratiæ, ut sæpius vidimus. Ad primum genus pertinet quod increpando dicatur exsiccare mare *y*, aut quid ejusmodi facere, ut psalmo præsertim 17. demonstratum est. In secundo genere fuit, quum respiciente Petrum Christo, *ille flevit amare* z, & quum toties *vultus*, ac *facies*, & *respectus Dei* usurpantur vel pro favore, vel pro furore. Isto autem dicendi modo profani etiam poetæ sunt usi,

l Ex. 19. 18.
m lib. de incomprehens. Dei natura & homin. 2. de eadem re.
n psf. 140. 2. Apoc. 8. 4.
o Phil. 2. 12
p vers. 13.
q Esa. 66. 2.
r in 2. Petr. 3. 7.
s Esa. 65. 5.
t de Trin. c. 3. apud Tertull.
u cap. 3. 6.
x psf. 9. 4.
y Nahum. 1. 4.
z Luc. 22. 62.

—— a μὲ γαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον
Magnum tremefecit olympum.

a Homil. 1 Iliad 1.

Quod suo Virgilius *b* carmine cecinit

—— *totum nutu tremefecit olympum.*

b Æn. 9. & 10.

Et alius *c*,

Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem, *qua terram*, *mare*, *sidera movit*,

c Ovid. 1. Metam.

Et alter *d*,

Concussitque caput motu, *quo celsa laborant*
Sidera.

d Luc. 7. Theba.

Postremo id quidam *e* expressit per supercilium, scribens, quod

e Horat. lib. 3. carm. ode 1.

Regis

Reges in ipsos imperium est Jovis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio moventis.

Ridentur Gentes quod Jovem Patrem Deorum appellarint.

Ridet merito Arnob. *a* Gentes, quod rectorem illum poli Jovem patrem deorum, & hominum, supercilio, & nutu totum motantem, & tremefacientem cœlum asserent, & tamen ex viro, & fœmina concretum, & fœminæ effusum alvo, nutricem habuisse, suxisse fluenta mammarum, vagitum edidisse, repsisse, atq; ut fletum exponeret ineptissimè tractum, crepitaculis obticuisse auditis, & ad somnos inductum esse in mollissimis cunis jacentem, & vocibus delinitum infractis. Infans Christus infantibus similia expertus est. Sed erat idem Deus. Optima ratiocinatio Chrysost. *b*, si sanctorum præsentia facit vires dæmonum imbecilles, multo magis Dei: si ejus fulgur apparens omnes terrore afficit, multo magis præsentia ab interitu aliena. Explicat illud psal. 9. c *infirmabuntur, & peribunt à facie tua*: & præsentem citat locum. Ceterum tropologiam illam, quam priùs eodem ex Chrysost. *d* attigi, de sancto quodam horrore, quem concipere debemus erga tantam potentiam Dei, & innuitur etiam à Novatiano *e*, Auctor Ecclesiastici *f* lucu. lenta tradit oratione, qua locus hic etiam noster mirificè declaratur. *Non dicas, à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyssus, & universa terra, & quæ in eis sunt in conspectu illius* (ἐν ἐπισκοπῇ αὐτοῦ *in inspectione*, aut *visitatione ejus*) *commovebuntur: montes simul, & colles, & fundamenta terræ, quum conspexerit illa Deus, tremore concutietur. Et in omnibus his insensatum est cor* (καὶ ἀξίως δ διανοηθῆναι ἐπ' αὐτοῖς καρδία *& digne non cogitabit super his cor*) quæ nempe sunt dicta de Dei terribili potentia & ejusdem omnia penetrante scientia. Docet, nec distantia propriæ habitationis, nec multitudine hominum Deum impediri, quo minus hominis cujusq; singularis notitiam habeat, & si sit opus, puniat. Hieron. *g* de se ipso usurpat hunc locum scribens quod frequentibus morbis suam quoq; terram Deus fecit contremiscere, & oblitum conditionis humanæ crebro admonuit, ut hominem, & senem etiam, jamq; moriturum se esse noverit. Origenes *h*, *tremorem terræ* interpretatur de peccatore, ad eum modum, quo dicebamus hìc exponi ab aliis mysticè; tametsi litteraliter accipere videatur, ut & alia loca, in quibus *terra* nominatur. Sed cavendum, quod videtur appellare *terram* animal sensu & ratione præditum, virtutis, ac vitii, præmii, & pœnæ capax; atque id hinc, & ex aliis probare scripturæ locis. Putat Sixtus Senensis *i* corruptum ab aliquo Origenem. Quidquid sit, verum est in hujusmodi formulis prosopopœjam esse. Chrysost. *k* adhuc respectum Dei, quo terram quatiat, ut aliter incutiat terrorem, suamq; indignationem ostendat, declarat exemplo cujuspiam domini, vel regis, qui ex alto prospicit, ut quum eum servi viderint, timeant, & desistant in atrio, aut platea petulanter, ac intolenter se gerere. *Tangit montes, & fumigabunt*, & tam tremendam majestatem, inquit Bernard. *l*, audet irritare vilis pulvisculus, uno levi flatu mox dispergendus, & minimè reccolligendus. Rickelius tactum benignum gratiæ divinæ in montibus accipit, ideſt, in magnis, & perfectis, qui *fumigent*, hoc est, lacrymis fluant præ desiderio existendi cum Christo. Transfert etiam ad terræmotum, quum orassent Apostoli, qui fumigaverint fumo verborum ignitorum cum fiducia *m*, & ad alium in carcere, quo *Paulus, & Silas* detinebantur, *laudandes Deum* n.

Deus quominus cujusque singularis notitiam habeat impediri non potest.

Cavendus Os genis error terram animal ratione præditum asserentis.

Qui tangit montes, & fumigant.) Omisso pronomine *qui*, Hieron. *fumigabunt*, sicut & in futuro legunt alia Latina Psalt. & Patres, qui sequuntur eorum editionem; atq; rursum alibi *o* Hieron. Eadem sententia est in psal. 143. *p* sed in futuro etiam Latinè, & Græcè, quum tam hic, quam ibi Hebræum verbum sit futuri temporis יעשן *jehhesciann*, à עשן *hhasçian fumus*, qui & καπνὸς, unde καπνίζεσθαι. Exponit Salmeron *q* noster de fulminibus, quibus tactæ in montibus sylvæ conflagrent, fumentque, quemadmodum Poeta *r* dixit:

De cœlo tactas (ideſt fulminatas) *memini*
prædicere quercus.

Allusio ad montem Sinai, de qua prius dixi fumigantem & quam omnes fere hic agnoscunt, prætereaque Chrysost. in Genesin *s*, non requirit sylvas, & arbores in montibus, multique montes fumigant, quum tanguntur to-

Atru, fulmine, terræ hiatu, motuve, aut alio modo grandem exhalantes, terribilemq; in modum fornacis, fumum. Idem hoc sibi vult, quod *vapor fumi* t, ut Hieron. *u* docet, qui vapor, seu exhalatio excitari potest aliunde, quam ex combustis. *Tangendi* verbum in hac notione Scriptoribus Latinis probis frequens est; nec arbitror tamen *tactu* levem fulminationem tantum indicari, sed quamcumq; quamvis accidat sæpe, ut etiam notavit Minutius *x* ignibus fulminum corpora tacta non absumi. De montibus potiùs facta mentio, quia sæpius

y —— *feriunt que summos*
Fulmina montes.

Quemadmodum,

z Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsa graviore casu
Decidunt turres.

Ut idcirco Græci κεραύνια & ἀκροκεραύνια nomina verint summa montium, quod iciantur crebro fulminibus. Ipsamet fuminis materia sulphurea, piceæq; similis est, & *turbine fumantes piceo montes* a. (Ipsa altitudo attonat summa,) inquit Seneca *b* ex Mecænatis libro, qui Prometheus inscribitur, hoc est, attonita habet summa, ut quantum ad potentiam accesserit, accedat & metus. Sed & levissime tacti superbi fere fumigant, & fumant, ideſt, irascuntur, succendent immo succenduntur furore ac excandescunt. Abiit in proverbium, Tange montes, & fumigabunt,) de hoc genere hominum, qui nullo negotio ira inflammantur. Reperi deinde hoc inter adagia sacra Polydori Virgilii *c*, qui translationem derivat à torre, qui quum extinguitur, tum maximè fumat, hærereq; vult in eos, qui in eminentia constituti, vel multum valentes, plus nimio potentiæ, aut vitibus fidentes, ut quopiam afficiuntur incommodo, perinde à summo protinus ad imum decidunt, animoq; deficiunt, ut semiustus torris, quum ab igne separatur, totam domum suffiendo, in fumum evanescit. Monet etiam vulgus versa vice, secus uti hac sententia, quum vult significare non esse irritandos potentes, utpote qui tantillum injuria lacessiti, more accensi ignis, exardescant ira, fæviuntq; sine modo. Priorem explanationem probat magis. Ut sit, non est hoc, ut ipse tamen contendit, Davidis carmen fiduciæ plenum, qui divinum implorans auxilium adversus Philisthinos, ita futurum speret, ut inimici, quamvis instar montis elati superbia esset, Deo juvante, redigerentur ad nihilum. Concedi hoc potest de psl. 143. *d* qui sententiam istam affert per modum precantis, & in titulo habet, *adversus Goliath*. Præsens psal. non orationem, sed laudationem Dei continet. Tropologiam cum allegoria priùs allatam paullo aliter Arnob. explanat, *fumum* esse nubes montium ex oculis egredientium eorum, qui plorant peccata sua, & lavant ea eleemosynis, & festinant ad fontem, quo sordes abluant, & per quas fruges, arboresque, bonorum nempe operum, nascendi copiam accipiunt. Sed non ita propriè nubes montium *fumus* appellantur, is, qui ex tactu Dei, hoc est, fulminum, provenit.

t *Joel. 2. 3. Act. 2. 19.*
u *in Es. c. 4.* Tangendi verbi notio
x *in Oct. av.*
y *Horat. lib. 2. carm. ode 10.*
z *ibid.*
a *Virgil. 3. Æneid.*
b *epist. 19.*
Tropologia Adagium à torre fumante translatum, in eos quadrans, qui facilè ira inflammantur.
c *num. 9.*
d *vers. 5.* Tropologia allegoriæ mixta.

Vers. 33.) Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo quamdiu sum.

Vers. 34.) Jucundum sit ei eloquium meum; ergo vero delectabor in Domino.

Sensus loci.

REdit ad suum illud votum in versu 31. expositum, ut Deum glorificent omnes in sæculum, propter adeo multa, & magnifica potentiæ, providentiæ, clementiæ illius opera; qua de causa ipse veluti lætetur Deus tamquam fructu quodam eorum. Nam adjungens aliis David sese, protestatur se, quemadmodum optat Deo laudem, gloriamq; deferri ab omnibus, cantaturum voce, quoad vixerit, Domino, & sonitu illum psalt. celebraturum. Orat autem, petitq; ut quem assiduè decantat, & decantare vult in Dei laudem, hymnus ejusdem sit gratus majestati; significans, proponens, ac pollicens has sibi delicias futuras, & singularem in amando, colendo, laudando Deo, voluptatem percepturum, quum sciat illud ex hoc pendere, ideſt, Deo placere carmina, hymnos, laudes ejus, nec aliter qui delectetur in ipso, *& oret psallatq; spiritu, ac mente* e, ex sincero animo, ex ardenti desiderio, ex accurato studio eidem placendi. Hic est contemplantis opera divina affectus, effectusq; in amorem Auctoris, quem admiratur, inardescere, illum animo, ore, quacumque alia valeat ratione prædicare: nullum

c 1. *Cor. 14. 15* Contemplantis opera divina affecta est, in amorem Auctoris inardescere

e *tom. 1. prolog. 5. reg. 17.*
f *Virgil. Ecloga 1.*
g *tom. 1. prolog. 5. reg. 17.*
h *hom. 4. in Ezech.*
i *bibliothec. annot. 233.*
k *in psal. 18.*
l *serm. 16. in Cant.*
m *Act. 4. 31.*
n *cap. 16. 25.*
o *proœm. lib. 14. in Es.*
p *vers. 3.*
q *tom. 1. prolog. 5. reg. 17.*
r *Virgil. Ecloga 1.*
s *in. 37.*

nullum honestius otium arbitrari, nihil jucundius ducere, utilitatem nullam existimare, quę conferri quum hac re queat: velle, quamdiu vita supperit corde, & carne *exultare in Deum* a, dum vivit, benedicere Domino, quia *non laudent eum mortui, neque descendentes in infernum* b: non est *quisquam in morte memor ejus, non qui confiteatur ei in inferno* c; *non confitens infernus, non laudans mors*, sed *vivens* d; nimirum exteriore humanæ vocis, organiq; musici sono: quia exutus corpore animus, in Dei domum templumq; admissus, more Angelorum, *in sæcula sæculorum laudabit illum* e, & *gloriam dicet* f; vocalem autem & sonoram editurus laudem, quum corpus glorioſum receperit. Non aliud hic mysterium quærendum. Quamquam Augustinus & discipuli, referant istam sententiam, ad humilem, proque divina gratia gratum, qui omnia ad laudem Dei referat, eumq; in omnibus rebus sine fine laudet: delectatur hujuscemodi humili confessione, atque gloriatione non in seipso, sed in Deo.

a *psl.* 83. 3.
b *psl.* 113. 17.
c *psl.* 6. 6.
d *Esa.* 38. 18.
e *psl.* 83. 5.
f *psl.* 144. 21.

Cantabo Domino in vita mea.] Chald. *laudabo*, aut *glorificabo*, אשבח *asciabbach*. Cantum namq; intelligit, qui Dei laudem, gloriamq; contineat. Idem optat, votetq; David psl. 62. g, *sic benedicam te in vita mea*, & in psl. 145. h, *laudabo Dominum in vita mea*. Nec dispar aliorum psalm. ratio, quum pollicetur sibi beneficio videlicet Dei, *se non moriturum, sed victurum, & narraturum opera illius* i, vel quod *vivet anima sua, & laudabit Dominum* k. Indicatis quoque prius locis res eadem exprimitur; tum quod universe pronuntiet David *nos qui vivimus, benedicimus Domino* l; & Ezechias, *vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini* m: Etenim à mortuo quasi nihil perit confessio; *confiteberis vivens, & sonus* n. Hugo & Ayguan. huc applicant Esaiæ o locum, & de confessione peccatorum explanant; *sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita, bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit*. Ayguan. ex nescio quo Ricardo cantum distinguit in gravem, acutum superacutum contritionis, confessionis, mortificationis. Hugo in cantu notat peccata quatuor, notas transilire, falsificare, diminuere, discordere, quum quis confessione tacet aliqua peccata, mentitur, excusat, ex corde non pœnitet.

g *vers.* 5.
h *vers.* 2.
i *psl.* 117. 17.
k *psl.* 118. 175
l *Isa.* 38. 18.
m *Esa* 38. 9
n *Eccl.* 17. 27
o *Esa.* 23. 16.

Cantus distinctio. In cantu peccata quatuor.

Psallam Deo meo, quamdiu sum.] In Romano Psalt. apud Cassiod. *ero*, quod in eadem sententia psal. 145. p, editio nostra habet *fuero*, etiamsi utrobiq; sit ὑπαρχω, & בעודי *bekhodi* quod utrovis modo reddi potest, significans propriè *in adhuc*, vel *quum adhuc ego*, vel *sum*, vel *ero*, seu *fuero*. Quare non satis apte Ayguanus, *cantabo Domino in vita mea*, de præsenti, *psallam Deo meo quamdiu sum*: de futura vita interpretatur, quod *psallere* sit observare divina præcepta; id autem hic fieri perfectè non possit, & post hanc vitam homo sit, quia principalior ejus pars existit, scilicet anima. Non dicitur hic *quando sum*, vel *ero*, sed *quamdiu sum*; Deniq; violenta, & coacta expositio est; quamvis mystica illa psallendi notio admittatur, de qua dictum alibi. Synonyma sunt *cantare in vita mea*, & *psallere quamdiu sum*: hocq; secundum Arnobium explicat, *quamdiu vivo*. Melior tropologia, ut *dum tempus habemus, operamur bonum* q, & *in hac die, quę ad pacem nobis* r, & *dum dies, ac lux est*, s, *dum viventes, vivi, sani sumus* t, quia *nescimus quamdiu subsistemus, etsi post modicum tollet nos factor noster*; u, & fieri potest ut *hac nocte*, immo momento hoc, *repetant animam nostram à nobis* x. Eadem de re dictum ad illud ex psl. 33. *benedicam Dominum in omni tempore*, &c. Quod Poeticè dictum potest huc tranferri,

p *vers.* 2.
Tropologia
q *Galat.* 6. 10
r *Luc.* 19. 42.
s *Joan.* 9. 4.
t *Eccl.* 17. 28
u *Job.* 12. 22.
x *Luc.* 12. 20

----- *y grates persolvere dignas*
Non opus est nostra, Dido: (genitor) *nec quidquid ubique est*
Gentis Dardanię, (Humanæ gentis) *magnum quæ spargitur orbem*,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbra
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

y *Virg.* 1. *Æneid.*

Jucundum sit ei eloquium meum.) Hieron. *placeat ei eloquium meum*. Alii, *dulcescet ei*: vel, *dulcis sit ei, & suavis servo meus: sermo de illo meus dulcis, & jucundus: grata sit illi, & coram illo cantio, & oratio mea*. Psalt. vetus, Augustin. ac Prosper legunt: *suavis sit ei disputatio mea*: quam valet διαλεξις apud Symmach. nec non διαλογὴ, qua utuntur LXX. Explicant autem hi Patres A disputationem istam esse *confessionem peccatorum*, (ut confitearis quod es, faciisque bona opera, prout ipsemet Deus apud Esaiam z loquitur; & ut indices te Deo scienti, ille se tibi nescienti.) Petrus Damiani *a* recitat *suavis sit ei laudatio mea*, quæ Romani Psalt. editio est, extatq; in Arnobio, & Cassiod. Aquila dixit ὁμιλία. Nomen Hebræum est & שיח *siach*, de quo alias egi. Agnoscit Propheta nihil offerri Deo dignum posse nullam parem meritis, & majestate ipsius laudem exhiberi, infra illum esse quidquid creata intellige tia commentetur ac proferat: orandum in spiritu humilitatis, & in animo contrito, ut *sic fiat sacrificium laudis nostra in conspectu ejus, ut placeat ei* b; Sed orationi Prophetæ mixta excitatio, atq; cohortatio suimetipsius est, ut quanta maxima possit suavitate, dulcedine, consonantia mentis, oris, organi, Dei laudes tractet, & celebret. Hoc legimus in ethnicis poetis, qui suos invocant Deos, musasque, ac iis placere in suis carminibus vovent, studentq; Hic finis hominis, & ad hoc creatus est, ut in bonis operibus, opificis laudem, & gloriam, imitationem quantum licet, quærat, ut Nazianzenus *c* docet. *Eloqui colloqui, laudare, disputare cum Deo*, quæ variis translationibus exprimi dixi, arguunt magnam orationis dignitatem, & vim, ut ex *colloquii* vocabulo hinc infert Chrysost. Arnobius laudationem suavem catholicis assertionibus suavificatam interpretatur, nihil morbo Judæorum nihil morbo Hæreticorum circumferentem. Complacent eloquia oris Deo illius, qui studet esse *immaculatus, & emundari à delicto* c. *Bonus hic psalmus; Deo jucunda, decoraq; laudatio* f, *qua speciosa non est in ore peccatoris* g, nec *enarrari* fert *ab eo justitias suas, & assumi per os ejus testamentum suum* h. Ad hoc valet *confessio peccatorum*, quam dixi Augustinus. Prosperumq; hoc loco intelligere; de qua Greg. *i* etiam *eloquium* illud exponit, quod Job k *dimittere* velle dicit, *adversum se*, & quidem *loquendo, in amaritudine animæ suæ*, nam confessio hæc, ut Ayguan. bene hic observat, & illius eloquium debet esse amarum ex parte contentis, ut amaritudo puniat, inquit idem Gregorius, quidquid lingua per judicium mentis accusat (quæ vocari potest *recogitatio in amaritudine animæ*) sed ex Dei acceptantis patre jucundum est. Exemplo potest esse Magdalena, Petrus, publicanus, Zachæus, latro pœnitens. Rectè præterea juxta translationem aliam, quę pro *eloquio* habet *disputationem*, idem Ayguanus probat quod confessioni, conveniat ratio *disputationis*, prout non tantum in Esaia *l* priùs citato ipsemet ait Deus, verum etiam, quia Job *m* dixit *cupere se disputare cum Deo* addere potuit Jerem. *n*; tametsi non nisi accommodatitie ad peccatorum confessionem hi loci referri possint. In confessionem magnum certamen homo sustinet, inquit Ayguanus, nam verecundia arguit non debere confiteri quod secretum est, cum famæ jactura satisque esse soli Deo confiteri: nec videri divinum ullum præceptum ad rem adeo difficilem astringere. Propterea Greg. *o* explanans verba Job *p*, *si abscondi peccatum meum quasi homo*, affirmat non minùs admirari se in Job confessionem humilimam peccatorum, quam castitatis continentiam, integritatem justitiæ, viscera pietatis, patientiæ vigorem, tot alia sublimia gesta virtutum. Scio enim, inquit, quia per infirmitatis verecundiam, plerumq; gravioris est certaminis commissa peccata prodere, quam non commissa vitare, & unumquodq; malum quamvis robustius vitetur, tamen humilius proditur. Lege quæ Guilielmus *q* Parisiensis disserit de confessione secundum nomina ejusdem, quibus appellatur accusatio sui ipsius, testificatio allegatio, divini juris recognitio, revelatio, sui ipsius condemnatio, computio sive rationis redditio, quibus, adjungit vomitum spiritualem, qui non ita facit ad rem præsentem.

z *cap.* 1. 6.
a *lib. epist.* 39. *sive* 143
b *Dan.* 3. 41.
Homo ad quem finem creatus.
c *ora.* 39. *in sancta lumina.*
d *hom.* 30. *in Gen.*
e *psl.* 18. 14.
f *psl.* 146. 1.
g *Eccl.* 15. 9.
h *psl.* 49. 16.
i 9. *moral. c.* 33. *vel* 23. & 24.
k *cap.* 10. 1.
l *Esa.* 38. 15.
m *cap.* 1. 18.
n *cap.* 13. 3.
o *cap.* 12. 1. Quantum in confessione sustineat
p 22. *moral. c.* 14. *vel* 10.
q *cap.* 31. 33. *de sacra pœnit. c.* 12.

Ego vero delectabor in Domino.) Hieron. *lætabor*. Vetus Psalterium, Augustin. Prosper, *jucundabor*. Alii declarant, nectendo cum priore membro, propterea petiisse ut jucundum esse eloquium suum Deo quia ipse in eo delectabatur: vel idcirco id optasse, ut gaudere liceret sibi, quod haberet propitium Deum, vel corrigere se quodammodo, quod optare se significaverat, ut jucundum esset Deo eloquium suum, quum Deus semetipso sit plenus, itaq; si quid eloquium ejus afferre possit, quod sit delectabile, id sibimet delectationem afferre, non ipsi Deo proprie. Omnia vera, & commoda. Mutua, & reciproca inter Deum laudatum, & laudantem animam voluptas, & oblectatio. Deus, *qui lætantur in operibus suis* r maxi-

r *sup. vers.* 31

maximam lætititiam percipit in homine ceterorum operum compendio, atq; in opere, quo nullum excellentius exerceri potest ab homine, quum sit ipsummet, quod exercent beati, ut Deum laudent: ac proinde hac ipsa Dei laude, quæ ipsi tantopere placet, delectari semper velle profitetur David. *Dilectus meus mihi*, canit sponsa *a*, *& ego illi*: sponte vocem, eloquiumque sponsus à dulcedine prædiat *b*, quodq; *favus distillans essent labia ejus & lac sublingua* c: vicissim sponsa sponsi labia comparat cum liliis distillantibus myrrham primam *d*. Dulcedo, delectatio, voluptas eloquii nostri, quæ Deo placet, ac jucunda est, ex illo proficiscitur, qui est ipsissimus fons, initiumq; dulcoris. Jucundum orationis suæ qui experitur eloquium, quia scit ex divina dulcedine provenire, alacriter in eadem pergit, ut magis, ac magis in eodem Domino oblectetur. *Memoria sola Dei delectatum se* David dixit *e*: & hortatus est alios delectari in Domino, ut accipiant *petitiones cordis sui* f; *gustare item, & videre quoniam suavis est Dominus* g, (O quam suave commercium, immo quam inenarrabilis dulcedo in humanis visceribus oritur, inquit Petrus Damiani *h*, quum Creator & creatura alterius in se invicem affectibus delectantur, sicut per Prophetam dicitur, *suavis si ei laudatio mea, ego vero delectabor in Domino*.) Subdit quod hæc est summa cujuslibet animæ mundi nexibus expeditæ, atq; hic totam versari debere intentionem, ut ad amorem Dei per omnium suorum operum incrementa contendat, & quandoq; in veri sponsi delectabiliter amplexibus requiescat. Affert similitudinem initiati gradibus Ecclesiasticis, ut ad Sacerdotii culmen attingat, & Virginis dotatione subarrhatæ, ut nubat; ad eumdem namq; modum omnes sæculum relinquentes ad hoc debere semper eniti, ut Auctori suo valeant arctius in amore conjungi: alioqui nihil prodesse jugum Ægyptiacæ servitutis abrumpere, rubrum mare transire, si terram lactis, & mellis irriguam, non daretur intrare: qui nempe Christus est carne constans, seu humanitate, atq; divinitate, sicut lac fructus carnis est, mel labitur de supernis. *Dulciora sunt* justo, *faucibus, oriq; illius eloquia Dei super mel, & favum* i, Augustinus expertum se testatur initio conversionis k suæ. Manet Deus in anima sancta, & has in Deo *l*, cœnat Deus cum justo, & justus cum illo *m*, delectatur Deus in justo, justus in Deo. Sed hac de re non uno loco egimus. Posset hoc loco *delectandi* verbum idem esse, quod *cantandi*: sicut in psal. 236. *n* quod legimus, *hymnum cantate*. Hebr. שמרה *simchah*, *lætitiam*, in Concilio Niceno secundo *o* narrantur de Theod. Archimandrita, quum cuperet in hymnorum melodia Davidem imitari, cœpisseq; propterea Psalt. edisc ere, sed valde in ea re laborans, non posset in decimoseptimo, progredi, meditabundum in Christophori oratorio projecisse se in faciem, Deum precando, ut se redderet docilem: ubi autem à pavimento se levasset, atq; attentius Dei imaginem spectaret, sensisse dulcedinem ori suo insertam, melle suaviorem: Deo gratias egisse: deinceps facilè Psalterium memoriæ mandasse. In hoc illud impletum dici potest *p*, *delectare Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*.

a *Cant.* 6.2.
b *Cant.* 2.14
c. 4. 3.
c *cap.* 5. 11.
d *can.* 5. 13.
Dulcedo eloquii nostri quæ Deo placet, ab ipso Deo est.
e *ps.* 76. 4.
f *ps.* 36. 4.
g *ps.* 33. 9.
h *lib.* 7. *ep.* 29. *vel* 143.
Summa cujuslibet animæ esse debet, ut ad Dei amorem per omnia sua opera contendat.
i *ps.* 18. 11. *ps.* 118. 103.
k *conf.* c. 4. & 6.
l 1. *Joa.* 4. 15.
m *Apoc.* 3. 20.
n *vers.* 3.
Quomodo Theodorus Archimandrita omni difficultate superata, Psalterium memoriæ mandaverit
o *act.* 4. *tom.* 3. *conc. edit. Rom. p.* 519.
p *ps.* 36. 4.

Vers. 35.] Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint: benedic anima mea Domino.

Sensus loci.

NOvus hic affectus indignationis, zelique sancti adversus eos, qui Deo delectari nolunt, sed *esse sub sentibus delitias putant* q, qui benedicere, cantare, celebrare laudes Dei non curant, vel ut par est, non celebrant: quia pro Dei opetibus hactenus enumeratis, gratias non agunt, sed *insipientes non cognoscunt, stulti non intelligunt*: r abutuntur etiam contra ipsorum Auctorem, hisq; illum offendunt: qui potius eos, qui delectantur in Domino, & laudibus ejus occupantur, rident, & impediunt. Cupit istos omnes peccatores, portenta magis, ac monstra, quam homines, utpote ab hominis fine adeo abhorrentes, & hunc ipsum quodammodo mundum contaminantes, tolli de medio, vel quatenus tales sunt, ut scilicet conversi ad Dominum, desinant esse peccatores: aut, si converti nolint, & resipiscere, ut infra terras amandentur, nec ultra compareant. Quid autem sit, hoc sibi omnino certum, ratumque esse reperit, quod initio dixit, ut *benedicat anima sua Dominum*, ut eum amet, colatq; ut *iniquos odio habendo, & abominando, legem Dei*

q *Job.* 30. 7.
r *ps.* 91. 7.

A *diligat* s, ut *eos, qui oderunt illum, oderit, super inimicos illius tabescat, perfecto odio prosequatur, inimicos proprios habeat* t: ut solum Deum benedictione, laudeque dignum dicat, nec ab munere umquam cesset. Sed & benedicit, agitq; gratias Domino, quod se ea etiam jure exaudiendum sentiat, ut scilicet *deficiant peccatores de terra, & iniqui ita ut non sint*.

s *ps.* 118. 163.
t *ps.* 138. 21. 22.

Deficiant peccatores à terra.] Sæpius occurrerunt similes formulæ imprecatoriæ, quas licet quoq; interpretari, ut precatorias, sive pro conversione peccatorum, ut Latini hoc loco fere tradunt. Græciq; sive ne hi sint justis impedimento: vel ut prædictorias interitus, atque perditionis obstinatorum peccatorum, ut addit Euth. exponens præterea de dæmonibus. *Si pereant*, cecinit Debora *u*, *omnes inimici tui Domine; qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet ita rutilent. Non si bonum impio*, inquit Salomon *x*, *nec prolongentur dies ejus, sed quasi umbra transeant, qui non timent faciem Domini. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. Maranatha* y. Plura exempla suppetunt alibi allata. Mystico sensui attribuendo censeo *deficere à terra viventium*, idest, *beatorum*, ut impii tollantur, *ne videant gloriam Dei* z: aut ut hæc terra sublatis illis vindicetur, atq; purgetur à contumeliis, quas patitur ab ipsis; aut quod ante retuli, placetq; Augustin. & aliis hoc loco, nec non Hieron. *a*, ut convertantur peccatores. Theophilus, Alexandrinus *b*, Origenis errorem quempam sectantibus, nisi pœniteant hac ipsa sententia imprecatur.

u *Judic.* 5. 31
x *Eccl.* 8. 13.
y 1. *Cor.* 16. 27. Sensus mysticus.
z *Esa.* 26. *sec.* LXX.
a 1. *cont. Pelag.*
b *Epist.* 2. *Paschali*.

Et iniqui.] Cassiodor. *injusti*, Hieron. *impii*. Hos רשעים *reschaïm* significant: & Arnobius, quamvis mystice, de Judæis, ac Hebræis, explicat: sed pro quibuslibet iniquis, injustis, & peccatoribus accipi posse, & synonymum esse priori חטאים *chattaim*, sicut & ἁμαρτωλὸς atq; ἄνομος crebro antea vidimus. Quocirca non dicuntur hìc peccatores in ordine ad se, *iniqui* ut aliis nocent: nec primi de primis montibus, initiisq; peccandi; secundi de completis peccatis. Notavit hæc Hugo: Ayguanus autem primum, & utquumq; ferri possunt per accommodationem.

Ita ut non sint.] Hieron. *ultra non sint*. Alii: *donec non sint*, donec ipsi, nempe sint, ultra non ipsi, nimirum sint vel erant עוראינם *hhodenam*. *Deficere peccatores ita ut non sint*, exponitur satis communiter, ut antea monui, quamvis mystico potius, quam litterali sensu, ut deficiat in eis peccatum, nec sint amplius, qui erant prius, nempe peccatores, sed conversi, ac justi. Quod illud pertinere volunt ex Proverbiis *c*; *verte impios, & non erat*. (Conversi namque impii non erunt ait Greg. *d*, non quia non omnino non erunt in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa. Sic verò etiam explicat, quomodo nosmetipsos relinquere, *nos ipsos abnegare* e possimus, (si mutemus quod vetustatem fuimus, & ad hoc nitamur, quo per novitatem vocamur.) Simili ratione usurpari potest quod scribit Esaias *f*, *vivent mortui tui, interfecti mei resurgent*, nimirum mortui, interfectiq; peccato, in vitæ novitate vivent, ac resurgent. Rursum Gregor. *g* docet quod, (apud omnipotentem, & misericordem judicem nec illi fallax habetur, qui ad veritatem revertitur etiam postquam mentitur: quia dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo judicio hoc quod erravimus abscondit.) Quod autem Deus abscondit, & non habet pro tali, nec imputat, penitus tollit, ut ostendimus pl. 31. *h*, ne quis dicat in justo peccata remanere, sed per extrinsecam solam non imputationem ablata censeri, non esse, quum adhuc sint.

c *cap.* 12. 7
d *homil.* 12. *in Evang.* Quomodo nos ipsos abnegare possimus.
e *Matth.* 16 24.
f *cap.* 26. 19.
g *hom.* 25. *in Evang.* Apud judicem misericordem psal. lax non habetur: veretens ad veritatem post mendacium & quare.
h *vers.* 1. 2.

Benedic anima mea Domino.) Græcè τὸν κύριον *Dominum*, sicut in vetere Psalt. & apud alios. Relege prima verba psalmi, quæ sunt eadem quum istis. Quare autem repetantur hic, antea dixi; vel ad renovandum affectum, & ardorem divinæ laudis remotis impedimentis, ut quando David orabat liberari de sanguinibus, & si id consequeretur, futurum dicebat, ut *exultaret lingua ejus justitiam Dei* i: vel ut agat gratias sive pro sublatis peccatoribus, sive pro conversis: vel ut periodali psalmo innuat, quod finis bonorum similis est principio neque sit de numero eorum qui *quum cœperint spiritu, carne consummant* k. Dignum initium psalmi, ait Cassiodor. dignus & finis, illum semper benedicere, qui nequaquam desinit fidelibus, aliquando præstare. Anima quę benedicit, impinguabitur: & qui inebriat (videlicet

i *ps.* 50. 16.
k *Gal.* 3. 3.

Deum

Deum ipsum quodammodo, dum illum prolixè, hilariterque laudat) ipse quoque inebriabitur *a*. Hoc *freno laudis divinæ infrenatus, non ingeribit* b. Benedicat & anima nostra Dominum cum Augustino, quia donare dignatus est facultatem, & sermonem nobis, ut & magno labore quæsita, & inventa magno labore nunciaremus, & disputaremus. In textus Hebræi fine extat הללויה *hallelujah*. In translatione Hieronymi à Fabro, & a Bibliis Regis omissum est, sed qui extant codices Hebræi omnes id hoc loco habent, & editio ejusdem Hieronymi apud Trevetum atque Victorium, non autem in principio, ut nihilominus asserit collector scholiorum in Bibliis Sixtinis ex editione LXX. ad exordium psalmi sequentis. Significat *laudate Deum*: & Cajetanus per hoc significare Davidem notat, non sufficere sibi animam suam; sed invitare omnes ad laudandum, & benedicendum Deum. Verum LXX. id verbum atque omnes fere Catholici pertinere putaverunt ad principium psalmi sequentis, fierique potest ut interpretes illi ita repererint in codicibus suis Hebræo etiam nunc quidam psalmi habent *hallelujah* in principio unius, & in fine præcedentis; aliqui tantum in fine; nonnulli solum in principio, ut suis locis videbimus. Augustinus præfatione in ps. 105. refert varios modos hac in re circa psalmos, qui vocantur *hallelujatici*, refertque consuetudinem magis receptam esse, ut *hallelujah* ubicumq; legatur, eidem psalmo attribuatur; in cujus capite, seu exordio & quasi titulo invenitur. Testatur quoque pauciss mos codices Latinos nimirum, esse nullum autem Græcum, quem inspicere potuerit, qui habeat *hallelujah* in fine, præter centesimum quinquagesimum psalmum. Tamen neque hoc ait posse præscribere consuetudini, etiamsi omnes codices haberent; fieri enim potuisse, ut psalmorum liber totus, seu ultimus, quia eum dividunt quidam in quinque, ita claudendus fuerit, post omnia quæ cantata sunt. De hoc nos ipsi diligentius psalmo sequenti.

a Prov. 11. 25. *b* Esa. 48. 9.

Consuetudo magis recepta hallelujah attribui psalmo, in cujus initio invenitur.

PSALMUS CENTESIMUS QUARTUS.

Alleluja.

1 CONfitemini Domino, & invocate nomen ejus: annunciate inter Gentes opera ejus.
2 Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia ejus.
3 Laudamini in nomine sancto ejus: lætetur cor quærentium Dominum.
4 Quærite Dominum & confirmamini: quærite faciem ejus semper.
5 Mementote mirabilium ejus, quæ fecit: prodigia ejus, & judicia oris ejus.
6 Semen Abraham, servi ejus: filii Jacob electi ejus.
7 Ipse Dominus Deus noster: in universa terra judicia ejus.
8 Memor fuit in sæculum testamenti sui: verbi, quod mandavit in mille generationes.
9 Quod disposuit ad Abraham; & juramenti sui ad Isaac.
10 Et statuit illud Jacob in præceptum: & Israel in testamentum æternum.
11 Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.
12 Quum essent numero brevi, pauciss mi & incolæ ejus.
13 Et pertansierunt de gente in gentem & de regno ad populum alterum.
14 Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis Reges.
15 Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
16 Et vocavit famem super terram; & omne firmamentum panis contrivit.
17 Misit antea eos virum; in servum venumdatus est Joseph.
18 Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus,
19 Donec veniret verbum ejus.
Eloquium Domini inflammavit eum.
20 Misit Rex, & solvit eum; princeps populorum, & dimisit eum.
21 Constituit eum dominum domus suæ: & principem omnis possessionis suæ.
22 Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum; & senes ejus prudentiam doceret.
23 Et intravit Israel in Ægyptum, & Jacob accola fuit in Terra Cham.
24 Et auxit populum suum vehementer; & firmavit eum super inimicos ejus.
25 Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus; & dolum facerent in servos ejus.
26 Misit Moysen servum suum; Aaron, quem elegit ipsum.
27 Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in Terra Cham.
28 Misit tenebras, & obscuravit: & non exacerbavit sermones suos.
29 Convertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.
30 Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum.
31 Dixit & venit cœnomyia; & cinises in omnibus finibus eorum.
32 Posuit pluvias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.
33 Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contrivit lignum finium eorum.
34 Dixit, & venit locusta, & bruchus, cujus non erat numerus:
35 Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.
36 Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
37 Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in Tribubus eorum infirmus.
38 Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
39 Expandit nubem in protectione eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.
40 Petierunt, & venit conturnix: & pane cœli saturavit eos.
41 Diripuit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.
42 Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.
43 Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.
44 Et dedit illis regiones Gentium: & labores populorum possederunt;
45 Ut custodiant justificatioces ejus, & legem ejus requirant.

Titu-

Titulus, & Argumentum.

Alleluja.

Titulus est hallelujah] qui hic primum usurpatur.



On alius titulus est, quam vocis Hebrææ חללויה *hallelujah*, quæ primum usurpata legitur à Davide, sed non ita verum est, quod primus Christus *amen* usurpaverit, ut Ayguanus tamen asserit. Ut autem priore psamo admonui, textus Hebræus nunc passim in omnibus codicibus constituit eam vocem in fine illius, non autem in titulo istius. Iterum in fine iste illam habet: præterea sequens, & 112. 113. 115. 116. 134. 145. 147. 148. 149. 150. vel juxta computum, & enumerationem Hebraicam præcedens 104. præsens hic numero 105. & deinceps 113. 114. 116. 117. 135. 146. 147. 148. 149. 150. In initio autem psalmi notati eodem vocabulo apud Hebræos sunt 106. 112. 113. 135. 146. 147. 148. 149. 150. Atque ita viginti, & duabus vicibus repetitur *hallelujah*, quot sunt alphabeti Hebræi litteræ. Sed adhuc principium psal. 47. sumitur ab *hallelujah* ultra titulum. Biblia Latina correcta id constituunt in principio psalmorum 104. 105. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. qui sunt viginti, & in fine aliorum quatuor, 147. 148. 149. 150. quot sunt elementa Latini Alphabeti. In Bibliis Græcis emendatis ponitur quemadmodum in Latini initio psalmorum 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. numquam autem in fine, quod tamen faciunt Regia, Complutensia, & alia biblia tum Latina tum Græca in fine istius 104. in aliis autem ita notant, & exprimunt aliquando, ut ad finem præcedentium referre videantur, non ad titulos sequentium. Athanas. *a* numerat distinctè omnes istos psalmos, in quibus sit ᾠδὴ ὑπακοῆς ἢ ἔχετα τὸ ἀλληλούια, *ode sive cantus, qui habet subauditum alleluja*. Mamini extremo præcedente psalmo referre Augustin. in commentario psalmi sequentis, opinionem, quod omnes *hallelujatici psalmi* habeant in fine *hallelujah*, non omnes in capite: & qui non habent in fine, nec in capite habere, quod autem in ejus capite videtur esse, ad finem superioris pertinere. Sequi autem ipse se dicit multorum consuetudinem, qui ubicumq; legunt *hallelujah*, eidem psalmo attribuunt, in cujus hoc capite inveniunt. Addit paucissimos codices esse, in ullo autem Græco se reperisse, qui habeant in fine *hallelujah*, præter centesimi quinquagesimi contextionem. Negat præterea etiamsi omnes codices id haberent, posse hoc præscribere consuetudini; fieri enim potuisse, ut aliqua ratione laudationis Dei totus psalmorum liber, post omnia, quæ cantata sunt, ultimo *hallelujah* clauderetur: nec tamen idcirco necesse, ut omnes *hallelujatici*, psalmi in fine habeant *hallelujah*. Deinde inquit quum in capite psal. geminantur *hallelujah*, post numeri notam, qua psalmus inscribitur quotus sit, perinde esse atq; quando interdum Christus bis repetit *amen*. Tandem repetens prævaluisse fortasse alicubi imperitam consuetudinem, & aliquid adferri posse, quod adhuc ignoret, unde magis doceri debeat à judicio veritatis, quam à præjudicio consuetudinis, desinit interim ubicumque post numerum psalmi sive bis conscriptum inveniatur *hallelujah*, secundum celeberrimam Ecclesiæ consuetudinem, ei psalmo tribuendum, qui eodem numero prænotatur. Fatetur quoque se arcana omnium titulorum, qui sunt in psalmis, & ordines eorumdem psalmorum, & magna esse credere, & nondum, sicut vellet, penetrare potuisse. Cassiodor. etiam nescire se scribit, quare viginti tantum psalmis *hallelujah* præfigatur; in illis verò magnalia Domini describi, & copiosa in eis exultatione gauderi: eorumdem numerum in parili societate novi, & veteris testamenti gloriam designare, ut potentia Creatoris semper debeat, & ubique laudari. Ipsum autem *hallelujah* Ecclesiis votivum vocat, sanctis festivitatibus decenter accommodum: hoc ornari linguam cantorum: istud aulam Domini lætam respondere, & tamquam insatiabile bonum tropis semper variantibus innovare. Perstrinxit his paucis verbis præcipuas laudes istius epodici hemistichii, allato etiam etymo, ut הללו *hallelu*, quod notatum cum daghes, ut notari posset pronuntiaretur *hallelu*, significet *laudate*, & יה *jad Deum*. Sed Græci ad molliendum aspirationis asperitatem proferunt ἀλληλούια cosq; imitati Latini *alleluja*. Citat Hieron. in commentario præsentis psalmi; ubi quum nihil extet hac de re, argumento est inter alia, commentariorum in psalmos, qui dicuntur nunc Hieronymi, Hieronymum Auctorem non esse. Hæc ipsa paullo diligentius explanata fuerunt, ut prodessent pluribus psalmis, & aliis divinarum litterarum locis, in quibus extat *hallelujah*, hoc est, in Tobia, *b* & in Apocalypsi *c*. In jamdiu edito commentario singulari in psal. 67. cum eo, qui erat in Ecclesiasten, quod ex Turrecremata *d* retuli Hieron. interpretatum [hale] *cantate* (lu) *laudem fac* (jah) *ad Dominum*: Ambr. (alle) *lux* (lu) *virtus* (ja) *vita*: Gregor. (alle) *Pater* (lu) *Filius* (ja) *Spiritus Sanctus*: hæc, inquam, tantis Doctoribus indigna sunt, nec apud eos reperiuntur. Ejusdem generis, quæ tribuit Beda in collectaneis, & floribus August. (alle) *saculum*, fortasse *salvum* voluit dicere, (lu) *me fac* (ja) *Domine*. Hieron. (alle) *laudem* (lu) *date* (ja) *Dominum*, forsitan error est pro *Domino*: Greg. (alle) *Pater* (lu) *Filius* (ja) *Spiritus Sanctus*: Ambros. (alle) *lux* (lu) *vita* (ja) *salus summi Dei*. Ista Bedam ferio, vel omnino, vel ex sua scripsisse sententia non credo, ut neq; quæ illo eodem opere plurima continentur. Similia Germanum Constantinopolitanum *e* ut (al) significet *venit*, seu *apparuit* (el) *Deus* (via) *laudate & celebrate viventem Deum*. Vel (al) *Pater* (el) *Filius* (via) *Spiritus Sanctus*. Vel (alleluja) *Deus fortis, potens, laus Dei, laudate Deum, qui est*. Vel *laus Deo qui est*. Vel, ut indicet divinam laudem trifariam, propter tribus personis distinctam Patris, Filii, & Spiritus Sancti singularem Deitatem, Vel præco Evangelii vociferans Dominus venit. Vel laudate, celebrate. Ayguan. ait quosdam sic interpretari (al) *altissimus* (le) *levatus in cruce* (lu) *lugebant Apostoli* (ja) *eam surrexit*. Etymologiam nominis vocat, non significationem. Et ista tamen tam parum apta, ne quid aliud dicam, dicuntur pro concione, audiunturq; Cogor in his tempus terrere, sed non frustra, si dedoceam errantes, vel errorem prohibeam. Cujusmodi error in eodem Auctorem alioqui non malo, quum Joannem Cassianum inducit scribentem de *alleluja*. Nescio an id Simon de Cassia potius scripserit. Antiquior Ayguano est: reperire nondum licuit, nec vero diutius in re parum utili laborare libuit. Ubi vero idem Beda affirmaverit Græcum vocabulum esse, ut ei Joannes Stephanus *f* Durantus ascribit, non reperi, quum sæpius *g* de illo agat. Appellat Hieron. *h* carmen musicum etiam rusticorum. Leteq; filiam Paulam adhuc balbutientem id occinuisse, & Paulam ad collectam, seu chorum hac voce virginis convocasse. Victor Urinensis *i* hallelujaticum melos. Justinus *k* ὕμνον μετὰ μέλους. Narrant Beda *l*, & Ado *m* victoriam insignem relatam à neophytis de Gentilibus in Anglia, cum emensa Paschali solennitate, Germanus Antisiodorensi Episcopus jussit, ut se *hallelujah* intonantem omnes vocibus sequerentur. Proditum etiam est in historia Tripartita *n* ex Sozomeno, quum diruendum esset Serapidis templum jussu Theodosii, audivisse Olympium Philosophum clausis adhuc januis decantatum *alleluja*, hocq; signo, quum quod futurum esset, cognovisset, latenter aufugisse. Legendi de *hallelujah*, & usus ejus in Ecclesia illi qui scribunt de ritibus Ecclesiasticis, & officiis divinis maximè recentior Joannes Stephanus Durantus *o*, quem paullo ante nominavi, & Baronius *p*: præterea qui enarrant psalmos, Tobiam, Apocalypsin: ex aliis Ambros. *q*, Hieron. *r*, August. *s*, Gregor. *t*, Epiphanius *u*, Soxomenus *x*, Nicephorus *y* Auctor Tripartitæ *z*, Balsamo *a*, qui meminit in Officio defunctorum decantatum *hallelujah*, at item Hieronymus *b*, & scriptor vitæ sanctæ Radegundis *c*, quod & de præfatione Paschali testatur Lindanus *d*, Theodoretus *e*, Bernardus *f*, Jansenius *g*, Beda *h*. Conveniunt citati Doctores Ecclesiam retinere voluisse cum aliis nonnullis, ut *Amen*, *Osanna*, *Abba*, *Maranatha*, *Racha*, *Ephod*, Hebræum istud vocabulum, tum ne primum ex Judæis congregata quidpiam ad credentium scandalum innovaret; postea non potuisse semel suscepta mutari *i*, tum propter sanctiorem auctoritatem *k*, tum quia non ita commode transferri potuerunt *l*, tum quia in cœlo id Angeli cantare auditi sunt *m*. Amalarius *n* causam secundam reddit, cur certo tempore pro *hallelujah*, recitetur *Laus tibi Domine Rex æterna gloria*, quum *hallelujah* nihil aliud sonet, quam *laudate Deum*: nempe ut humiliore lingua Latina, quam Hebræa, admoneamur nos debere informari ad humiliorem conversationem in tempore Septuagesimæ, quam in alio tem-

Etymon vocis hallelujah.

a tract. de interpret. psal. ad Marcum.

Psalmi hallelujatici qui & quot sint.

b cap. 13. 21. c cap. 19. 1. 3. 4. 6. d in reg. S. Benedict. c. 72. e in theoria retum Eccl. f 2. de tribus Eccl. c. 20. g hic, & in homil. Dominic. infra oct. Asc. & in Apoc. 19. h Epist. 17. i 3. de persecut. Vandal. k q. 50. ad or. thod. l 1. hist. Angl. c. 10. m in chron. ætate 6. n lib. 9. c. 27. o 2. de litibus Eccl. c. 20. p al. an imal. q in ps. 118. r epist. 17. 10. 136. 137. cont. Vigilan. s hic, & in ps. 105. 106. 110. 118. 148. epist. 86. 119. cap. 15. 17. & epist. 178. 2. de doct. c. 11. tract. 8 in ep. 10. ser. 9 15. 1. de temp. & l. 50. hom. in 16. t lib. 7. ep. 64. u l. de vita Proph. quum de Agæo. x 7. hist. c. 19. y lib. 12. c. 34. z lib. 9. c. 39. a in canone 106 Conc. Cartha Quare retentum vocabulum Hebræum Hallelujah. b epist. 30. c lib. 2. d tract. de Hallelujah e in ps. 146. f serm. 1. de Septuages. g concord. Evang. c. 110 h hic, & in collect. & in Apoc. c. 19. & hom. infra oct Ascens. Caussa cur loco Hallelujah, quandoq; recitetur Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ. i Hier. epist. 137. k Aug. 2. doct. cap. 11. Isid. 6 etym. c. 19. & 1. de offi. Eccl. c. 13. l idem Aug. sup. & Hier. epist. 137. ex Orig. Isid. supra. m Apoc. 19. n Isidor. supra Remig. Antisiod. de celebr. Missæ, & aliis. n 4. de Eccl. offi. cap. 22

tempore. Ceterum quamvis certis diebus cantetur *halle-lujah*, omni die id cogitamus, inquit Augustinus *a*, quoniam laus Dei, etsi non in ore carnis, in ore cordis semper debet esse *b*. Quod autem 67. citato psalmo docui in *hallelujah* importari vim lætitiæ cujusdam ineffabilis, ac propemodum redigentis ad insaniam, propter notionem verbi הלל *halal*, facit, ut satis exprimi non potuerit per *laudate Deum*, & ut non tam verbi atque nominis rationem habeat, quam interjectionis, sicut, & *osanna*, הושענא *hosciahhna*, ex verbo, alia particula compositum: & quemadmodum apud Latinos *quæso sodes*, *amabo*; *age* &c. quæ longè aliter sonant, significantque quatenus verba, quam ut pro interjectionibus usurpantur. Præter psalmos, in quibus affixum *hallelujah*, aut in titulo, aut in principio, aut in fine est, ut dixi, fertur Hieronymus à Damaso petiisse, ut ibi Deus & homo honorabili cantatur, sive prædicatur, *halleluja*, semper quum omnibus psalmis affigeretur, & in omni loco communiter responderetur nocturnis temporibus. Extat epistola tomo primo Conciliorum *c*. Facit de ea quoque Albinus *d* mentionem, dicens causam fuisse ad psalmorum divisionem, qui prius indifferenter recitabantur. Gregorius *e* etiam indicat eadem: ponitur autem in tomo nono operum Hieronymi, numero 21. Vocant aliqui hoc canticum gloriæ, gratiæ, *Gloria in excelsis*, naturæ, *Te Deum laudamus*. Tandem quod attinet ad psalmi nostri titulum, non satis assequor, quid sibi velit Apollinarius.

τετράδ' ἀλληλουια βοηθείων στρατιαων
ψαλμὸς ἑκατοστὸς καὶ τεσσαρτὸς πελέθει.

Quaternionis alleluja auxiliorum exercitium.
Psalmus centesimus & quartus est.

Alludit forsitan ad angelos auditos in Apocalypsi *f* canere *alleluja*, quod ibi quater reperitur. Ex dictis de titulo communi pluribus psalmis, argumentum quoque commune colligi potest, hymnos, ac laudes de Deo continere, atque ad illas celebrandas invitare. Recenset autem beneficia multa in Hebræos collata, tum illud, quo pacto ex tantillo tantus tam amplus, adeo numerosos evaserit: promissa olim facta, postea completa in gratiam eorum, quibus Deus illa fecerat, ut posteri sic excitentur ad imitationem majorum suorum: destitutum deinde ab eodem Deo populum, propter ingratitudinem. Athanasius *g* appellans psalmorum volumen velut paradisum, in quo sunt omnia ligna plantata earum rerum, quæ continentur aliis libris divinis, monet omnem hunc psalmum in eo genere argumenti versari quod tractatur in Exodo. Collocat præterea inter psalmos, qui habent συμπεπλεγμένην ἐξομολόγησιν, *complexam confessionem*, una scilicet, quum 8. 74. 105. 106. 117. 135. 136. annumerat his, qui describunt ἀρίστην βίον *studiosam*; seu *ex virtute vitam*, quum 111. 118. 124. 132. iterum associat 70. 99. 105. 107. 110. 117. 135. 137. qui serviant genti confessione. Potuerat simul enumerare quum 43. 77. 88. 101. 105. 113. quos proponit assidue revolvere volenti beneficia Dei in Hebræos, dum proficiscerentur ex Ægypto, & in solitudine erant, quanquam ingrati sint mortales adversus tam bonum Deum. Nyssenus *h* universe disputans de inscriptione *alleluja*, docet, (quando vox hæc alicui psalmo præscripta est, cogitari oportere id, quod subditur, ad Dei laudationem, & prædicationem ducere: inscriptione vero ista multos ex postremis potissimum psalmis insigniri, ficq; intelligi, qui jam ad perfectionis culmen ascenderint, inque præcedentium psalmorum partibus expurgati sint, horum munus esse, Deum in laudibus prosequi, & in his versari, in quibus etiam Angelorum natura versari creditur, & occupari, ita ut qui vitam ad virtutem exigunt, ab illis nihil aliud agatur, quam ut eam efficiant, quasi perennem laudem. Quo fit, ut quum qui *alleluja* inscriptum habent psalmi, omnes propemodum in ultima psalmorum sectione reperiantur, perspicue intelligatur, postremam psalmorum sectionem superiorem esse omni excelsa per psalmos ascensione, utpote in qua maxima pars Dei laudis contineatur, vel cohortatio ad celebrandas divini numinis laudes.) Omnia hæc ex Nysseno. Affirmat quoque Nazianzenus *i* conditum hominem εἰς δόξαν καὶ αἶνον τοῦ ποιήσαντος καὶ θεοῦ μίμησιν ὅσον ἐφικτὸν, *ad gloriam & laudem opificis, & Dei imitationem, quantum fas est*. Hæc tota occupatio beatorum, ut Boetius *k* ait in Dei laude. Angelum quoque definiunt aliqui *animal laudans Deum*. Primi in eo genere Seraphim perpetuo concinunt trisagion hymnum *l*, quorum Ecclesia in præfatione Missæ optat socia exultatione voces suas conjungi. Quamquam Deus non tam laude, quam honore prosequendus, utpotè maximum bonum, ut Aristoteles *m* de illo docet, atque de ipsa fœlicitate: laudabilia enim dici cum quadam relatione ad aliud, & ridiculas esse laudes, quibus laudare nitimur Deum, quippe multo infra illius majestatem. Nec proinde abstinendum à Dei laude, immo, ut ait Aristotele sapientior *n*, quantum possumus tantum audendum, quia *major omni laude*, nec laudandus vulgari, & communi aliis modo, sed longè præstantiore, non ut justus, fortis, beneficus, præcise, propterve acceptum beneficium ab illo duntaxat, sed ob infinite excellentiorem dignitatem ipsius in se, qua fœlix, ac beatus prædicatur, εὐδαίμων καὶ μακάριος. Ea enim etiam de causa Eudoxus apud eumdem Aristotelem *o* respondebat, (voluptatem, cujus ut summi boni patronus erat, non laudari, quia referrentur omnia ad ipsam, & quos homines maximè divinos dicimus, beatos nominamus.) Tale discrimen Architas *p* statuit inter virum bonum, & beatum, ut qui beatus est, sit etiam bonus, non quisquis bonus, item beatus; atque laudationem bono, ac virtuti tribui, beato, & beatitudini prædicationem superiorem. Simile discrimen Synesius *q* agens cum Arcadio Imperatore, constituit. Apulejus *r* demum tres puellas describens gratissima specie idoneas, quæ celebrari posse laudibus humanis credebantur, puellæ junioris tam præcipuam, tam præclaram pulchritudinem nec exprimi, nec sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria potuisse scribit, quod haberetur dea. Hoc videlicet, ut in re nostra sacra insistamus *hallelujah*, sicut & *jubilatio*, important, quæ nonnisi à beatis sciri, ac, ut oportet, valeant usurpari. Hic ergo noster ærumnosus conquiescat sermo, & illuc suspiremus. Ceterum est isto psalmo primi quindecim versus extant in primo libro Paralipomenon *s*: deinde adduntur duodecim *t* ex 95. tum tres *u* ex 105. nempe primus, & ultimi duo: ibi autem dicitur David fecisse *principem ad confitendum Domino Asaph*, & *fratres ejus*. Quare in titulo nomen *Asaph* hic poni non minus potuisset, quam in quibusdam aliis psalmis. Eodem libro indicatur editum psalmum istum cum illis aliis, eorum ve partes in unum compositas, quando transferret David arcam de domo Obededon Gethæi in Civitatem suam Hebræi vero tradunt hunc decantari solitum, quousque templum constructum esset singulis diebus mane, & nonagesimum quintum vesperi.

Vers. 1.) Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: annuntiate inter gentes opera ejus.

Vers. 2.) Cantate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia ejus.

INvitat devotus, fervensque spiritu Propheta populum Dei ad confitendum ei confessione laudis, & ad implorandum nomen, atque auxilium illius, ut id melius præstare valeat, ac in aliis rebus necessariis juvari, vel *nomen*, idest, gloriam ejus celebrandam, vel, ut se nominari populum Dei glorioſum sibi ducent, & prædicarent: præterea ad sermonem disseminandum, & inter se, & inter alias gentes de mirificis, laudeque dignissimis operibus Dei, ut ex his illæ quoque excitentur ad cognitionem, laudem, invocationem ipsius: postremo modum præscribit confessionis, & invocationis, ut fiat cantu, & musico instrumento: mysticè verbo, & opere benè tum dicendo, tum vivendo.

Confitemini Domino.) Chaldaicè, *laudes dicite coram Domino*. *Confitendi* verbum hoc loco id valet, non autem vel profiteri fidem, vel exponere peccata, nisi juxta tropologiæ sensum, aut accommodationis. Dictum de hoc verbo aliàs, quod est Hebraicè, הודו *hodu*, Græcè ἐξομολογεισθαι. Quare non est sensus litteralis, quem putatus dat Hieronymus, confitemini, & dicite, quoniam peccatores sumus, tu autem misericors, & misereberis nobis. Chrysostomus favet, docens initium profectus in hoc situm esse, ut peccata nostra confiteamur, ac per fructus bonos pœnitentiam agamus: tum vero Dei nomen nos invocare minimè dubitare, gratiasque à Deo promanantes consequi: postea prodesse aliis: deinde donatos divina lætitia ipsi canere, & psallere posse: postremò divi-

Senſus loci.

Senſus mysticus.

a in pſ. 106.
b pſ. 33. 2.
c in edit Romana, pag. 707.
d de div. offic. & de celebr. Miſſæ.
e lib. 7. ep. 64.
Halleluja canticum gloriæ dicitur.
f c. 19. 1. 3. 4. 6.
Argumentum.
Pſalmorum liber quaſi paradiſus ab Athanaſio vocatur, & quare.
g de interpr. pſal. ad Marcel.
h tract. in pſal.
i orat. 39. in ſancta lumina.
k de Trinit.
l Iſai. 6. 3. Apoc. 4. 8.
m 1. Eth. c. 2.
n Eccleſiaſtici 43. 33.
o ſupra.
p in fragmentis.
q de regno
r 4. de aſino aureo.
ſ cap. 16. 8 uſque ad 28
t verſ. 23. uſque ad 33
u verſ. 34. 35. 36.
Quando editus pſalmus.

divinæ Scripturæ arcana explicare, quæ sunt Dei mirabilia, seu mirabilia. Accommodatitiè, & moraliter potest hoc recipi, ut & quod ait Hugo, per istud membrum incipientes innui, hoc est, pœnitentes, proficientes per sequens, qui nempe orationi vacant: perfectos per tertium, nempe qui alios docent. Vel designari triplicem statum, laicorum, qui debeant confiteri, & simul cum Ecclesia fateri fidem clericorum, quorum sit invocare; Prælatorum, quibus incumbit prædicare.

Et invocate nomen ejus.) Addita est conjunctio &. Augustinus, & alii monent præmissa laude invocationem sequi solere ubi desideria peccator allegat (nescio an non melius legeretur *precator*) ideoque & ipsam orationem Dominicam habere à capite brevissimam laudem, *Pater noster, qui es in cœlis*; quæ autem petuntur, deinceps consequi: sic etiam in aliis psalmis dici *b*, *Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuum*: item *c*, *laudans invocabo Dominum*. Alii sensus, quos indicavi, commodi sunt, & litteræ coherentes, ut laudaturus imploret opem ad hoc melius faciendum, ut celebret nomen Dei; ut se profiteatur Deo subjectum, tamquam ab eo Domino denominatum. Omnia comprehendere potest τὸ ἐπικαλεῖσθαι, prædicationem nominis divini, id quod Symmachus posuit, καρύσσειν: cognomen à Deo quod alius interpres Eusebio teste, ἐπικαλεῖσθαι ἐνόμασε αὐτοῦ, *invocate in nomine ejus*, quomodo extat in Paralip. *d*: etsi hoc quoque aliis quadrare sensibus potest. Apollinarius utrumque membrum simul complexus canit,

μέλψατε λισσόμενοι παναγήρατον ὄνομ' ἄνακτος.
Cantate precantes immortale nomen Regis.

Sed in Latino composito verbo vis non est, quem repetit hic Ayguanus, quasi sit *intus vocare*, & *in cordis purgati domum invitare*. De hoc aliàs monui; nec piget sæpius monere, ut consulam imperitis.

Annunciate inter Gentes opera ejus.) Hieron. *notas facite populis cogitationes ejus*, aut in Bibliis regiis, *in populis*, juxta Hebræum בעמים *bahhammim*. Alii, *cognoscere facite in populis opera ejus*, vel *prædicate egregia facinora ejus, consilia, admiranda stratagemata, opera cum summa prudentia, & artificio facta*. Valet hæc omnia nomen עלילות *hhaliloth*, pro quo alibi Lxx, usurpant, ἐπιτηδεύματα. Gentes autem & ἔθνη non qui Gentiles, & Ethnici, Paganive dicuntur dumtaxat, sed Hebræos quoq; significare possunt, ut & nomen Hebræum עמים *hhammim*, quod *populos* denotat, ut alibi notavimus. Tamen probabile est peculiariter innui alienos à notitia Dei, & religione. August. de Græco ad verbum exprimi, & alios Latinos codices habere *evangelizate*. Nullũ legi vel Græcum, vel Latinum codicem, in quo sit *evangelizandi* verbum. Quamvis admitti possit expositio mystica Arnobii, de Evangelii prædicatione ad Gentes, ita ut quod hìc imperatur, impleri cœperit in die Pentecostes, & tunc primum cantari *alleluja*, cùm locuti sunt Apostoli *magnalia Dei* e. In libro Paralip. est, *notas facite in populis adinventiones ejus* γνωρίσατε ἐν τοῖς τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ: etiamsi Hebræa non varient. Mirabiles fuerunt adinventiones Dei ac modi veluti quidam ejus proprii, atq; ab eo excogitati, seu *opera exquisita in omnes voluntates ejus* *f*. Adinventiones Dei, ait Abulensis *g*, sunt miracula ab eo facta, quæ vocantur *opera*, in quantum ab eo fiunt; *cogitationes*, in quantum quidquid agit Deus eum consilio agit: *adinventiones*, ut pertinent ad quamdam cautelam, vel prudentiam, cujusmodi erat fonitus curruum, & equorum in castris Syriæ *h*. Syriorum exæcatio *i*, & similia. Vocari possent stratagemata, quum scilicet eventum habent, quem Deus intendit longè diversum ab ordinariis causis, judicioq; humano, & expectatione. Quærit Abulensis *k*, an tenerentur Israelitæ prædicare gentibus. Respondet agens etiam de prædicationis Evangelicæ obligatione, ex peculiari præcepto debuisse id aliquos facere, ut Jonam: alios; quum adigerentur ad superstitionem, astrictos fuisse ad veritatis confessiones: cereros, quum sese offerret occasio, ex quadam supererogatione prædicare potuisse, non ex necessitate communis præcepti, quia lex solis Hebræis data erat, ut necessaria, ac ipsis etiam vetita erat communicatio cum Gentibus, ne perverterentur idololatria *l*. Itaque hoc loco aut rei futuræ prædictio est, ut Arnob. dicebat, aut indicatur charitas Davidis, qui non contentus cognoscere solus Deum, ac laudare, à multis, immò ab omnibus omnino cognosci, ac laudari cupit, atque quod in se est, ut id aliis consequatur, studet, dumque intus audit spiritum, & sponsam vocantes, ac dicentes, *veni*, dicit & ipse alteri *veni* m, vel Christo ut ad alios venire dignetur.

Cantate ei, & psallite ei.) Chald. Paraphrastes, *laudes dicite coram eo, psallite*, aut *psalmos dicite coram eo*, (*Dicere psalmos*) erit adhibito psalterio, aliove musico instrumento simul voce modulari, *cantare*, sola voce. Alioqui *psallere* per se solum instrumenti concentum importat. Mysticè cantus corde, ore, seu voce fit, psalmus opere. Quamvis psallendum sit etiam Domino in corde *n*, & canendum *o* musica Christi, quæ incipit à tono humiliore, constatque sex concordibus vocibus, humilitatis cordis, mortificationis carnis compassionis, consolationis, orationis, devotionis, de quibus Ayguanus ex Hugone *p*, deque triplici sonorum specie, qui eduntur pulsu, flatu, cantu, operis, devotionis, sermonis.

Narrate omnia mirabilia ejus.) Hieron. *loquimini in universis mirabilibus ejus*, ideſt, de universis mirabilibus ejus, de admiratione dignis & egregiè gestis ejus. In Paralipomenis additur Latinè, & Græcè, & præterea Græcè ἃ ἐποίησε κύριος *quæ fecit Dominus*, item, *narrate in omnibus mirabilia ejus*. γνώσασθε ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὰ θαυμάσια αὐτοῦ, ita ut בכל *bechal* non pertineat ad *mirabilia*, sed ad eos quibus narranda sunt. Ibi etiam emendati codices habent πᾶσι absque propositione. In psalmo 9. q & 25. r *narrate omnia mirabilia tua* dicitur sine præpositione. Parum refert sive dicas *narrate in omnibus*, ideſt, omnibus, nempè gentibus, populis, hominibus; sive *omnia mirabilia*. Tamen translatio nostra sequenda: & phrasi Hebræa præpositio quandoque perinde est, ac si abesset: idem est *narrare in omnibus mirabilibus*, atque *omnia mirabilia*. Eodem psalmo 9. & 25. atque in aliis sæpe sumus de mirabilibus Dei, quæ separata dici possunt נפלאות *niphlaoth*, nimirum à communi naturæ usu, & hominum opinione. Affert Abulensis *t* discrimen inter *mirabilia*, *prodigia*, *judicia*, quæ in Paralipomenis *u*, hìc autem paullo post etiam, sed *signa* pro *prodigiis*. Diximus & nos aliàs de eadem re. In tropologia de doctore, & prælato, qui prædicare debent, observat Hugo *narrare*, quia res nostræ non disputandæ proponuntur populo, sed credendæ, & à Christo in parabolis, fictisq; narrationibus multæ traditæ sunt; item, ut omnia narret, quod prior monuit Cassiodor. nihil præ timore, vel pudore, vel alia de causa tacens, quod scire auditores oporteat. Adde ut annotavit ps. 9. *x*, *omnia mirabilia narranda* isto ipso sensu, quæ narrari oporteat, & conveniat: *facit* enim *Deus magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus* y. Vel ut quæ narrantur, omnia sint mirabilia, & divina, ut indicat Cassiod. etiamsi non omnia narrentur, quę sunt hujusmodi. Vel, omnia per hyperbolen ponuntur pro multis.

Vers. 3.] Laudamini in nomine sancto ejus, lætetur cor quærentium Dominum.

POst laudem, & cantum exteriorem, invitat nunc ad interiorem lætitiam, & exultationem, & ut hanc sibi maximè comparare studeant, eaque una glorientur, quæ consistit in nomine Domini, ideſt, ut quis nulla alia in re, seu nulla alia de re lætari, & gloriari velit, quam de Domino, & in Domino prout etiam Apostolus *z* præcipit, ut quidquid habet, adscribat gloriæ, & nomini Domini; ut se operibus bonis talem reddat, in quo laudetur Dominus *a*; ut per honorificum ducat subditi tali Domino & nominari servos ipsius, sed *invocari nomen ejus super se* *b*, ut *in hoc glorietur scire & nosse Dominũ* & *c*, ut laudem velit per se à Deo solo, vel non nisi propter ipsum ab aliis: ut cum lætitia, & alacritate Dominum quærat, quo nullum melius bonum. sed nec ulla ratione cum illa comparandum: ut sibi persuadeat etiam, dum quæric Dominum, tanta lætitia cumulandum, eosque ipsius dilatandum, ut alias res hujus mundi quærere negligat, & anxias curas, atque sollicitudines abjiciat: ut sciat se quando in tribulatione Dominum quæret, de ipsius lætaturum præsentia. Omnes hi dicendi modicum sententia commodè adhæresçunt, & singuli, si quis benè attendat, egregia documenta moralia suppeditant.

Laudamini in nomine sancto ejus.) Hieron. *exultate*. Sed apud Fabrum mendosè præfigitur, &. Alii, *collaudate sanctum nomen ejus*. Vel *gloriamini*, seu *gratulamini*

Sensus loci.

Quid discriminis sit inter psallere & cantare.

---

a Mat 6. 9
b ps 74. 2
c ps. 17. 4
d lib. 1. 16. 18
e Act. 2. 11
f ps 110. 8
g in 1. Par. 16.
h 4. Reg. 7. 6
i Ibid.
k in 1. Par. 10. q. 19.
l Exo. 34. 15 & seq. Deu. 7. 2. & seq.
m Apoc. 2. 17.
n Ephe. 5. 19
o Coloss. 3. 16
p de duode. abusion. in 11.
q v. 2.
r v. 7.
s ps. 71. 14. 6 ps. 80. 17. ps. 71. 17. ps. 74. 2 ps. 76. 15 ps. 77. 11. 12. 32. ps. 85. 10. ps. 87. 11 13. ps. 18. 6. ps 95.
t in 1. Par. 16. q 16
u lib. 1. 16.
x v. 2.
y Job. 9. 10
z 2. Cor. 10. 17.
a Mat. 5 16
b Esa. 4. 1
c Jer. 9. 24

mini vobis, seu *laudate vos ipsos*, *& beatos æstimate*, *ac dicite in nomine sancto ejus*, *cujus nempe numen*, *vimque experti estis*. Aquila καυχᾶσθε, *gloriamini*, quod placuit etiam Eusebio, Basilio, Theodoreto, Chrysost., Euthymio, Nicephoro, & ultimi quidem duo, qui addunt aliud synonymum μεγαλορημονεῖτε, de nomine Christiano interpretantur: alii, præterque ipsos, Latini multi, ea ratione, qua dixi præcipere Apostolum *a*, ut *qui gloriatur*, *in Domino glorietur*. Chaldaicè, *laudate* שבחו *sciabbachhu*. In Paralipomenis *b*, *laudate nomen sanctus ejus*, ibi sunt ea prorsus Hebræa, quæ hic התהללו בשם קדשו *hithhalelu beschem kodischo*. Græca vero αἰνεῖτε ἐν ὀνόματι ἁγίῳ αὐτοῦ, *laudate in nomine sancto ejus*, quod hic passive habetur αἰνεισθε, sed quum sit mediæ vocis, potuisset reddi activè. In psalmo 33. *c* eadem penitus phrasi dicit David, *in Domino laudabitur anima mea*, & ita quoque redditur à Hieronymo. Quare juxta interpretationem libri Paralipomenon, idem esset *laudari in nomine Domini*, ac *illud laudare*. Et sane unum ex alio sequitur, ut qui laudat nomen Dei dignum se reddat, qui laudetur in nomine ipsius, idest, ea de caussa, quod nempe ipse laudet nomen Dei, sive laudetur ab hominibus aliis, sive à Deo, à *quo laus erit unicuique* d, *& glorificantes se glorificare*. *e* Hebræum verbum includit actionem in seipsum, & quod laudabunt seipsos aliqui, aut laudabuntur à seipsis, nimirum si faciant ad quod illos hortabatur, hoc est, si confiteantur Domino, invocent nomen ejus, annuntient opera ejus, cantent ei, & psallant, narrent omnia mirabilia ejus. Involvit idem verbum, cujus radix est הלל *halal*, unde *halelujah*, de quo egimus in titulo, ineffabilem quandam exultationem fere usque ad insaniam, & in quadam, ut hoc loco Trevetus notat gesticulatione corporis consistentem. Lege dicta psalmo 33. *f* Rectè autem Abulensis *g* conciliat hujus loci translationes, & eam, quæ est in Paralipomenis *h* quia non solum homo, inquit, debet laudare nomen Domini, ut est in translatione Paralipomenon, sed etiam seipsum debet laudare, & dicere, se esse felicem quia talem Deum habet, ut est in psalmo 143. *i* & 145 *k* & qua etiam de caussa Moyses laudabat populum Hebræum *l*: præterea debet propterea *exultare*, ut Hieronymus transtulit. Nomen Christianum, seu cognomen à Christo esse caussam, cur qui id gerunt laudari possint & gloriari valde magnam, non citati dumtaxat Græci docent, sed etiam Arnobius, & Hieron. hi nempe, qui istis nominibus vocitantur Auctores commentariorum. Inducit prior sic in concione loquentes Apostolos die Pentecostes cum Gentilibus præsertim. (Nolite laudari in virtute Regum vestrorum, neque in potentia præliorum vestrorum sed deponentes *potentias arcuum & scutum & gladium & bellum m*, pacem assumite, & Christum, quem prædicamus vobis, vestro nomini sociate, ut vos, qui dicimini Gentes, dicamini Christiani, & laudemini in nomine sancto ejus, & lætetur cor vestrum, qui quæritis Dominum.) Ipsi Apostoli *ibant gaudentes à conspectu concilii*, *quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*, *n* & eorum Princeps scripsit *beatos esse*, *qui exprobrantur in nomine Christi*, *quoniam quod est honoris*, *gloria*, *& virtutis Dei & qui est ejus spiritus*, *super eos requiescit o*; & admonebat, *si quis pateretur*, *ut Christianus*, *ne erubesceret*, *sed glorificaret Deum in isto nomine p*. Lege illius loci commentarium nostrum.

Lætetur cor quærentium Dominum.) Chaldaicè, *lætetur cor illorum*, *qui quærunt doctrinam à conspectu Domini*, sed generalior est sententia, quomodocumque quærat quis Deum, & non tantum ut doctorem. Gaudebant Hebræi illata in castra arca, Philisthæis ingemiscentibus *q*: & Elias Deum verum implorans, insultabat sacerdotibus Baal, qui tristes, quum suos deos invocarent, percutiebant se lanceolis usque ad effusionem sanguinis. *r* *Quærere Deum*, non est tantum *invocare*, sed qualibet ratione colere. Nam sic aliquando Israelitæ faciebant pactum, ut quærerent Dominum, *& ex more corroborabant fœdus*, *ut quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde*, *& in tota anima sua*, & edicebant, ut *si quis non quæreret*, *moreretur à minimo usque ad maximum*, *à viro usque ad mulierem s*: & Elaias hortabatur, ut *quærerent dum inveniri poterat*, *& invocarent*, *dum prope erat*, t & ut *si quærebant*, *quærerent*, idest, serio, ac sedulo, alacritèr, ac diligentèr *in toto corde*, *tota anima*, in tota voluntate. *u* Hoc est *lætari cor quærentium in Deo qui fecit eos*, *& in Rege suo x*, læte illum quærere, promte, expedite, non

Asseguiter, tarde, cum mœstitia, tædiove. Dum hìc degimus, *lætatur cor quærentium*, non invenientium; quia licèt inveniri ex parte possit, ut pollicetur citatus Elaias, *y* tamen non perfectè, sed inventus, quærendus adhuc est, ut sequenti versu notatur, & annotat Aug. *z*. Sic enim ait,) Sunt in comprehensibilia requirenda, ne se existimet nihil inveniisse qui quam sit incomprehensibile quod quærebat, potuerit invenire. Cur ergo sic quærit, si incomprehensibile comprehendit esse quod quærit, nisi quia cessandum non est quamdiu in ipsa incomprehensibilium rerum inquisitione proficitur, & melior meliorq; fit quærens tam magnum bonum, quod & inveniendum quæritur, & quærendum invenitur? Nam & quæritur, ut inveniatur dulcius, & invenitur, ut quæratur avidius.) Confirmat ex Sir. *a* (*Qui edunt me adhuc esurient*, *& qui bibunt me*, *adhuc sitient*: manducare enim, & bibere, quia inveniunt, & quia esuriunt ac sitiunt, adhuc quærere. *Bonus est Dominus sperantibus in eum*, *animæ quærenti illum*: *b* quanto magis invenienti? & quanto major ei lætitia: ut argumentatur August. *c*. Interim *spe gaudemus*. *d Exultemus*, *& lætemur* semper. *quærendo Dominum e*. Qui temporalia quærit, solida bona non quærit, sed spinas, ac laborem, denique umbram, & nihil, quod apprehendi nequit *f*, & capi *g*. Similes quidam sunt iis, qui pro David statuam reperiunt, caprinis pellibus involutam *h*. *Non invenitur sapientia in terra suaviter viventium*, in luxuria, & gula, *non in mari* superbiæ, invidiæ, iræ, *non in abysso* avaritiæ, & acediæ *i*. Sed nec sufficit Deum quærere operibus tantum externis, *in gregibus enim suis*, inquit Oseas K. *& in armentis suis vadent ad quærendum Dominum*, *& non invenient*: videlicet, quia non ex corde, anima, mente quærunt, & diligunt Deum. Deus & Christus inveniri potest, quoniam *odore trahit l*, sparso pœnitentiæ cinere investigatur *m*, signo, vestigioque sanguinis fusi reperitur *n*, *à magnitudine creaturæ cognoscibiliter videtur o*, *& attrectatur p*. Christum invenerunt pastores in præsepio *q*, parentes in templo *r*, lictores in horto *s*, in cruce alii, in via peregrinantes discipuli *t*: rursus in horto Magdalena *u*. Ubique lætitia etiam in cruce, sed non eadem de caussa, nec semper honesta. Ter *quærendi* verbum inculcatur, hic semel bis versu sequenti. Primo jungitur lætitia, secundo confirmatio, tertio perseverantia, ut designetur status incipientium, proficientium, perfectorum, sive pervenientium. Initio vere suos exhilarat Deus, tùm jubet paratos esse ad tentationem *x*, qui vero majores processus fecerunt, quæ retro sunt obliti ad anteriora se extendunt, nec arbitrantur se adhuc comprehendisse *y*. Legem Greveum *z*.

Vers. 4.) Quærite Dominum, & confirmamini quærite faciem ejus semper.

Sensus loci.

Lætos in quærendo, alacres, & currentes incitat magis, urgetque, adhibitis veluti calcaribus, ut assidue, serioque agant quod agunt, & ut Elaias *a* loquitur, *si quærunt*, *quærant*, non defatigentur, sed quasi viribus integratis, & semper instauratis quærere pergant, atque numquam intermittant benignam sibi Dei faciem, & favorem illius procurare. Quod multo melius convenit fidelibus, ut quem jam Deum invenerunt per fidem, per spem, desiderium que quærant, & per opera ex ejusdem amore provenientia atque mandatorum ipsius observationem ad illum pervenire sustinent, remotis impedimentis, ita ut *quærentes regnum Dei*, *quærant & justitiam ejusdem*, *b* quærentes ad *vitam ingredi*, *quærant & servare mandata c*. Quæ prius recitavi ex Augustino pertinent ad hunc quoque locum; illa etiam quæ tropologicè disserui. Idem hoc ipso loco August. docet, non modo id quod modo dicebam, inveniri à charitate per fidem Deum, & per spem quæri, ut habeatur per speciem, additis nempe bonis operibus; verum etiam quæri ab iis, qui *face ad faciem vident illum sicut est d*. (Est sine fine quærendus, inquit, quia sine fine amandus, & qui præsens habetur, charitate perpetua, ne fiat absens, optatur.) Probat ex vulgari usu loquendi, quo (etiam præsenti alicui dicimus, non te quæro, idest, non te diligo; & quia quem quisque diligit, etiam quum videt, sine fastidio semper vult esse præsentem, hoc est, semper quærit eum esse præsentem.) Prior sensus de inquisitione absentis proposito magis congruit, & Arnob. applicat ad Apostolos, quasi hortantes in Pentecoste, ut quia Christus ascenderat, &

a 1. Cor. 10. 17.
b lib. 1. 16, 10
a vers. 8.
d 1. Cor. 4. 5
e 1. Reg. 2 30.
f vers. 3.
g in 1. par. 17
h Conciliatio textus Paralipomenon & præsentis loci.
i l. 1. 16. 10.
k vers. 15.
l vers. 5. Deut. 4, 6.
m ps. 75. 4.
n Act. 5. 41.
o 1. Per. 14.
p vers. 16.
q 1. Reg. 4. 57.
r 3. Reg. 18. 26. & seqq.
Quærere Deum quid sit.
s 2. Par. 15. 12, 13.
t c. 55. 6. Luc. 21. 12.
x 2. Par. 15. 22, 13.
y Is. 149. 2.
y cap. 55. 6.
z tr. 15. de Tr. c. 2.
a c. 24. 29.
b Thr. 3. 25.
c in Solil. c. 36.
d Rom. 12.
e ps. 69. 6.
f Eccl. 11. 20
g Luc. 5. 5.
h 1. Reg. 19 16.
i Job. 28. 13
k c. 5. 6.
l Cant. 1. 3
m ps. 147. 16
n Dan. ult. 23.
o Exod. 12. 13
p Sap. 15. 15.
p Act. 17. 27
q Luc. 2. 16.
r vers. 49.
s Joan. 8. 1.
t Luc. ult. 13
u Jo. 20. 15.
Caussa cur quærendi verbum ter hic inculcetur.
x Eccl. 2.
y Phil. 3. 12.
z Ser. 22.
a c. 21. 12.
b Matt. 6. 33. c. 19, 17.
d 1. Joan. 3. 2

paraverat nobis gaudium sempiternum, quamdiu ad eum pertingamus, quæramus faciem ejus semper, Chrysostomus, & Euthymius explicant etiam non solum de semper quærendo divino auxilio, custodia, protectione, per meditationem rerum divinarum, & profectum in virtutibus, sed etiam de quærendo Christo, qui est invisibilis Dei imago, *ipsiusque substantiæ figura* à & Chrysostomus ait excitari Gentilium præcones, ut constanter, *& virtute multa evangelizent* b.

Quærite Dominum, & confirmamini.) Auctor c libri de salutaribus documentis citat (*inquirite Dominum dum tempus est:*) addens, opinor, aliquid desuo. Hierony. (*& virtutem ejus:*) quo etiam pacto legitur in Paralipomenis d: aliique hoc loco reddunt (*fortitudinem, robur, potentiam.*) Exponit autem R. Kimhi, & Vatablus de Arca, quod in ea virtus se divina exhiberet: atque eodem nomine appellatur ps. 77. e *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum* עזן *hhuzzo virtutem ejus*. Paraphrastes autem hoc loco legens etiam nomen interpretatus est *legem* תורית *orait*. Legerunt Lxx. hoc loco עזן *hhozzu* verbum, non nomen, suppleveruntque καὶ. & August. legit (*confortamini:*) atque hoc de Græco expressius sic interpretatum, ideſt, προστώθητε, quamvis verbum minus Latinum videatur: in aliis codicibus esse, (*confirmamini*) in quibusdam, (*corroboramini*) Deo autem dici f *fortitudo mea, g & fortitudinem meam ad te custodiam*. Præter allatas prius istius verbi expositiones, non displicet quam dat Lyranus, ut David per illud *quærentes* jubeat certos esse, se inventuros. Hoc pacto *lætari cor quærentium Dominum* in priore versu, *& confirmari* erit idem, denique erit *spe firma & certa gaudere* h.

Quærite faciem ejus semper.) Chaldaicè, (*accipite*) quod est quasi pendere à facie ideſt, à Dei favore & præsentia, ut ante diximus, & allegoricè à Christo præsertim etiam si *facies* accipiatur pro *Arca*, quemadmodum prius nomen virtutis juxta translationem ex Hebræo, quod ibi citati R. Kimhi, & Vatablus explicant, & Abulensis in Paralip. i, eo quod præsentiam suam Deus in ea exhibeat, & dicebantur Hebræi illuc venientes apparere coram Domino, seu in conspectu ejus: erat enim Arca typus Christi. De Dei facie quid sit, aliàs dictum satis. Paulo autem ante de continuo studio Deum quærendi, præcipue dum hic vivimus. Affinis ibi ex Augustino allatæ sententiæ, qualem quoque habet exponens Jo: Evangelium. k Sententia Hilarii l est: (Curre lenius, si quid ei putas ultimum esse: eum semper invenies; quia cum semper intendas, semper est quo intendas: sermo in eo deficiet, non natura claudetur. Iterum revolve tempora, esse semper invenies, & cum calculi numerus in sermone defecerit, Deo tamen semper esse non deficit.) Leo m scribit quod (nemo ad cognitionem veritatis magis propinquat, quem qui intelligit in rebus divinis, etiamsi multum proficiat, semper sibi superesse quod quærat: nam qui se in ad quod tendit, perveniſse præsumit, non quæsita reperit, sed in inquisitione defecit.) Huc facit, ut refert August. n, locus Ecclesiastici o, *quum consummaverint homo, tunc incipit*, (quia invenientem capaciorem facit Deus, ut rursus quærat implere, ubi plus capere cœperit, donec ad illam vitam veniamus, ubi sic impleamur, ut capaciores non efficiamur, quia ita perfecti erimus, ut jam non proficiamus.) Addit eos, quos Apostolus p reprehendit *semper discentes, & ad scientiam veritatis numquam pervenientes*, quum de hac vita exierint, jam non futuros discentes, sed erroris sui mercedem recipientes; quia semper hic sunt ambulantes, & numquam ad viam pervenientes. Admonemur præterea in cursu virtutis, donec ad metam perveniamus, quæ in morte est, non consistere; sed *currere* semper, *sique ut comprehendamus* q. Iratus est merito Elisæus regi Joas, quod tres tantum jeciſset contra Syriam sagittas, penitus delendam, si plures jeciſſet r. Quod toties inculcatur adhortatio, ut *quæratur Dominus, ejusque facies*, & quidem semper, eum rei quærendæ, tùm pretio, tùm difficultate, quæ duo præ se ferebat sponsa, tam sedula in quærendo sponso, innuit vehementem Prophetæ charitatem, de qua etiam dixi versu primo. Hujuscemodi item illius charitas erat, qui sciscitabatur: *Quo abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus? & quæremus eum tecum* s. Ubi notat Nyssenus animæ studium perfectioris in aliis ad sponsi notitiam adducendis; & Philo Carpathius, nihil jucundius esse animæ fideli, quam de Christo cum matre Eccl. loqui, & subinde interrogare, quo pacto quæri, ac inveniri debeat prout scriptura hoc ipso loco hortatur, & alibi, t *Videant pauperes, & lætentur, quærite Deum, & vivet anima vestra*. Greg. demum, Ansel., Cassiod., Beda eodem loco ajunt indicari quæstionem quo modo quæri Christus debeat, vel in quorum ille cordibus requiescat, ut eorum exemplo anima pia hoc quærens ædificetur, & se quærentibus sociam adjungat. Sic initio Nathanaelem Philippus, And. fratrem Simonem adduxit ad Jesum, gratulati se illam inveniſse u; aut potius eum à non quærentibus inventum esse x. Ceterum *quærere faciem Dei semper*, aut *Deum facie sua exquirere & faciem ejus requirere* y, si acciamus de oratione, & non tantum ut *provideamus Dominum in conspectu nostro semper* z (quod ipsum moderationem suam quoque habet) oportet illud *semper* interpretari ad eum modum, quo quum præcipitur, ut *semper, ac sine intermissione oremus* a: nempe horis competentibus. Annotavit id Abulensis in commentario Paralipomenon, b & in suo ad hunc psal. Chrysost. amboque, & quem vocant Hieronymum confirmant eo Regis præcepto, quo jubebatur *ter in anno apparere omne masculinum in conspectu Domini* c. Ultimus verò auctor, (& quæ justitia, inquit, hæc erat? quid autem grande aliquid faciebant *ter in anno apparere in conspectu Dei?* Ibi ad parvulos loquebatur, hic autem Propheta dicit credentibus in Deum, *semper eum quærere*, quemadmodum, & in Evangelio scriptum est, *sine intermissione orare*.) (Quid si non detur pervenire quo volo? ait Richardus Victorinus, d quid si currendo deficio? gaudebo tamen inquirendo faciem Dei mei semper, pro viribus accurriſse, desudasse, &c.) Clemens quoque Alexand. e laudans quod universi hujus effectorem invenire valde difficile dixisset esse, hortatur ne pigeat laboris in inquirendo. Quærebat sponsum sponsa *quæ non inveniebat*, ideſt, non comprehendebat. Nyssenus f istius psalmi præsentis testimonio confirmat opportunitatem, ac tempus Deum querendi esse totam vitam: (per adjectionem enim, inquit, ejus quod est semper, ostendit Rex Propheta perpetuum, & quod numquam intermittitur, studium.) Postremò sedulum, quod ante declaravi, quærendi Deum studium semper, & semper, non solum arguit, de quo etiam dixi, in illius cognitione profectum, sed etiam in gratia, charitate, virtutibus aliis, ita ut nullus viventibus, quoad vivunt, præscriptus sit gradus perfectionis, ultra quem procedere non possint. Fuit hæc una ex hæresibus Begardorum, & Beguinarum, posse etiam viribus naturæ hominem in præsenti vita finalem consequi beatitudinem juxta omnem gradum perfectionis, quem habiturus est in cœlesti patria, hicque reddi impeccabilem, ac tanta cumulatum gratia, ut amplius in ea proficere non possit g. Oremus Augustini, h verbis Deum, (Domine Deus meus una spes mea exaudi me, ne fatigatus nolim te quærere, sed quæram faciem tuam semper ardenter. Tu da quærendi vires qui invenire te fecisti, & magis magisque inveniendi te spem dedisti.)

a *Hebr.* 1. 1. b *ps.* 67. 12. c c. 50. *apud Aug.* 10. 1.

d *lib.* 3. 16. 11

e *vers.* 61.

f *ps.* 17. 2. *ps.* 30. 4. *ps.* 42. 2. *ps.* 117. 14.

g *ps.* 51. 10.

h *Rom.* 12. 12 Faciet pro aria usurpatur.

i *in l.* 1. 6. 16.

k *tract.* 63. l 2. *de Trin.*

m *Serm.* 9. *de Nativ.*

n *tract.* 63. *in Joannem.* o *Ec.* 18. 6.

p 2. *Tim* 37

q 1. *Cor.* 9. 24.

r 4. *Reg.* 13. 19.

s *Cant.* 5. 17

t *ps.* 68. 33.

u *Joan.* 1. 41

x *Esa.* 65. 1.

y *ps.* 26. 7.

z *ps.* 15. 8.

a *Luc.* 18. 1. *Nhem.* 5. 17. b *in l.* 1. *Paral. c.* 16.

c *Ex.* 25. 17. e. 34. 24.

d 3. *de Trin.* c. 1.

e *Paral. ad Gent.*

f *Cant.* 5. 6 g *hom.* 7. *in Eccles.* Opportunitas Deum quærendi est vita tota

Hæresi Begardorum, & Beguinarum quæ fuerit.

h *Clementinam Ad nostrum de hæret.* i 13. *de Trin. c.* ult.

Vers. 5.) Mementote mirabilium ejus, quæ fecit prodigia ejus, & judicia oris ejus.

Vers. 6.) Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus.

MOdum ac materiam laudis divinæ tradit, quoque ratione hi, quos invitavit ad confitendum Domino, ipsum invorando, & ad cantandum, & psallendum, ad annunciandum, & narrandum opera, mirabiliaq; illius, ad quærendum eumdem, possint hæc omnia præstare: nempe si redigant ad memoriam, atque recogitent fideliter, piè, & devotè mirabilia, & prodigiosa, naturæq; superantia vires opera ab eo patrata per Moysen, Josue, Samuelem, quibus potentiam suam demonstravit, & vindicem justitiam significari voluit adversus Pharaonem, alios persecutores, & qui prevaricatores erant in populo. *Judicia* quoque denotare possunt, præsertim ut dicuntur *oris Dei*, leges varias, & præcepta, quæ Deus idem populo suo dedit, sapientiam suam manifestans. Ut vero magis commoveat, & persuadeat, nominatim appellat illos, quibus loquitur, *semen Abraham, & servos Dei, filios*

Sensus loci.

filios Jacob, & electos ejusdem, iisdem nimirum cognominibus, quæ interdum tribuuntur illis Patriarchis, tum præterea, qui ab alio cognomine *Abrahæ*, quo dictus est *Hebræus*, totus populus ita etiam nominatus est, & ab altero nomine *Jacob*, nempe *Israel*, sic totus populus vocatus aut *Israelitæ* & quandoque ipsomet nomine *Jacob*, postea ab uno ex filiis Jacob, cui nomen *Judas*, *Judæus*: denique propagatus erat hic populus ab Abraham per Jacob, ac proinde per Isaac non per Esau, vel Ismaelem, & Deus dicitur elegisse *Jacob Israel in possessionem sibi* a. Allegoricè pertinet hæc adhortatio ad semen Abrahæ, & filios Jacob, seu Israel secundum spiritum, promissionem Dei, imitationem fidei, ut sæpius admonet Paulus *b* vocans *Abraham patrem credentium*, & *sectantium vestigia fidei, quæ erat in præputio ipsius*. Objurgati sunt etiam à Joanne Baptista *c*, & à Christo *d* gloriantes patre Abraham, illius autem opera non imitantes.

a *ps.* 134.4 Allegoria

b *Rom.* 4.11 12.16. *Gal.* 3 6 7.8. *Gal.* 3 6 7.8.9 14.16. 28.

c *Mat.* 3.9

d *Jo.* 8.37.39 40

Mementote mirabilium ejus, quæ fecit.) Hieron. hic, & in Paralipomenis *e*, *recordamini*. Augustin. *mirabilia*; quæ constructio melius cohæret cum sequentibus positis in eodem casu accusativo. Meminisse jubentur, ut aliorum suggerant memoriæ, & enuncient, narrentque, ut Abulensis notavit. Latini usurpant *meminisse*, pro eo quod est, *mentionem facere*, & *commemorare*, idque in gignendi casu, vel præfixo propositione *de*, in auferendi, & Græci τὸ μεμνῆσθαι, similiter plerumque cum genitivo, aut solo, aut cum præpositione περὶ. Hebræi verbi זָכַר *zachar* usum istum non ita reperio. Quanti referat memoria divinorum operum, & beneficiorum, alias dixi. Joanni, qui *Dei gratiam* sonat, datus est pater Zacharias, qui significat *memoriam Dei*: & à Manasse cujus etymon est *oblivio*, ablata est dignitas primogenituræ *f*, & post alia crimina, tamquam majus ponitur à Sapiente, g *Dei immemoratio*, nempe post sanguinem, homicidium, furtum, fictionem, corruptionem, infidelitatem, turbationem, perjurium, tumultum bonorum, quamvis & alia adhuc adjiciantur. Ubi, ut docui in commentario, quidam legunt *bonorum Dei immemoratio*: Græcè autem habetur Χάριτος ἀμνησία, *gratiæ immemoratio*. Plura nos ibidem, & in psalmo 102. *b*. Et quidem cui nondum licet altiora illa contemplari mysteria, & quasi faciem Dei ipsam quærendo, reperire retro eum per vestigia mirificorum operum, & beneficiorum sequi debet. Hoc admonet Augustinus, & alii, perindeque id esse, ac dum Deus præfatus, *Ego sum qui sum*, quod capere humanus animus facilè non poterat, expositum nomen facilius ad intelligendum, *Ego i sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*. Mirabili opera ista intelligit quidem David potissimum perpetrata in Ægypo contra Pharaonem, & deinceps; sed & prius non excludit, ut ipsiusmet diluvii, postque illud quum flagellavit Ægypti Regem, qui Abraham uxore privaverat *k*, quum Pentapolim diruit *l*, cum uxorem Isaac abalterius Regis manibus liberavit, *m* cum vepribus arietem hærentem pro Isaac substituit ex sterilibus genito *n*, cum uxorem Lot in statuam salis convertit *o*, cum Laban vexantem Jacob increpavit *p*, cum admirabili providentia Josephum, de quo in hoc psalmo *q*, postea evexit *r*.

Etymologia Joannis, Zachariæ, [& Manasis.

f Gen. 48 17. & seq. Dei immemoratio crimen maximum.

g Sap. 14.15 26

h v. 2

i Exod. 3.14

k Gen. 12.17

l c. 19, 24

m cap. 20.3 & seq.

n c. 21.12

o c. 19, 26

p c. 31. 29

q v. 17. & seq.

Prodiga ejus.) Hieron. *f*, *signorum*. In Paralipomenis Græcè non hæc tantum, & *judicia*, sicut in accusativo, sed etiam in membro præcedenti, *mirabilia*, Θαυμάσια, τέρατα, κρίματα, & Latinè omnia in genitivo, *mirabilium*, *signorum*, *judiciorum*: sicut & antea retulit Augustinum legentem *mirabilia*. Euthymius notat abuti Lxx. quarto casu pro secundo, quos noster quoque Interpres sequutus est. Nisi dicas esse sensum, *memetote mirabilium ejus, quæ mirabilia sunt prodigia & judicia oris ejus*, ita ut eadem sint *prodigia*, & *judicia*, quatenus prodigia illa, ut docent Basilius, Chrysost. Theodor. edita sunt à Deo juste, ut per ea judicaret, atque puniret injustitiam, ac superbiam Pharaonis præsertim, & aliorum populi Hebræi persecutorum. *Mirabilia* dicuntur quoniam excellenti quadam potentia facta: *Prodigia* Latinè, seu *signa* Græcè τέρατα, Hebraicè מוֹפְתוֹת *mophetoth*, ut ad confirmationem veritatis, & aliquid portendendum, unde etiam nomen *portentorum; judicia*, ut pœnam inflixerunt. De horum distinctione Abulensis *t*, ubi & demonstris; quæ naturæ quodam errore fiunt, & mali semper aliquid præsignificare creduntur. Nos alibi eadem de re.

Inter prodigia, & judicia discrimen.

r c. 31.17

s hic, & 1. Paralip. 16.12

t in 1. Paral. 16, 9, 10

Et judicia oris ejus.) Hieron. *x*, *judiciorum*. Præter id quod modo dixi, nempe pœnas ore Dei decretas in Pharaonem, & prius in Pentapolim, possunt *judicia oris Dei*, ut Euthymius, & Niceph. docent, omnesque fere Latini, nec ex Hebræis pauci, significare præcepta ejusdem Dei ore tradita per Moysen. *Nec* enim *Deus fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit illis* y. Chrysost. extendit ad leges inditas aliis rebus quibuscumque naturalibus etiam inanimatis. *Mirabilia, & prodigia* Hugo refert ad gratiæ justificantis donum, & ad suscitationem spiritualem peccatoris, quæ ab Augustino, & Gregorio censetur majus miraculum, quam cœli terræque creatio, de quo beneficio David loquatur, z, *in æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me: (judicia* vero *oris Christi*) ad verba quibus significavit pœnitentes in misericordia judicandos esse *a*, *pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat: nemo te condemnavit? neque ego te condemnabo*. b

y *ps.* 147. ult.

z *ps.* 118. 93

a *Mat.* 4.17.

b *Joan.* 8.7

Semen Abraham servi eius.) Nomen *servi*, est casus rectus numeri pluralis, epithetum non *Abraham* sed *seminis ipsius*: est enim Græcè δοῦλοι, tam hic, quam in Paralipomenis *c*. Quamvis utrobique Hebraicè sit genitivus singularis, עַבְדּוֹ *hbaudo*, pro quo legerunt Lxx. עַבְדָּיו *hbaudau*, & pro *Abraham* in libro Paralipomenon omnibus linguis legatur *Israel*. Quæ differentia non est magni momenti: sicut monuimus de aliis psalmis, qui recitantur paullo aliter alibi, quam extent in ipso libro psalmorum, ut de 17. & 95. quod Abulensis quoque observavit. Quod autem nomen *servi* nominativus pluralis esse debeat etiam Hebraicè, persuadet, quia in eodem casu, ac numero est nomen *electi*, hìc & Paralipomenis, בחיריו *bechirau*. Quamquam in singulari posset adhuc עבדו *hbaudo* collectivè exponi de semine Abraham, ut dicatur servus Dei, seu servi Dei illi, qui sunt de semine Abraham. Id postea notatum deprehendi à Richardo Cenomano, qui etiam testatur se in quodam exemplari invenisse δοῦλοι. Sed facilior prima dicendi ratio, ut mutatis punctis, quæ non erant in usu tempore Lxx. legisse illos asseramus עַבְדָיו *hbaudau* in plurali, ut *jod* nota numeri pluralis exciderit. Nam, ut dici, in sequenti membro legimus pluraliter בחוריו *bechtrau*. Abraham sine dubio servus Dei fuit, itaq; cognominatur in Genesi *d*, & in Exodo *e*: ipse namque, aliis ad idololatriam declinantibus, confessus est se soli Deo servire, tempore Nembroth, inquit Lyranus: quemadmodum & Jacob electus merito appellari potest, ut de illo sequens membrum idem auctor, aliique interpretantur, quoniam adhuc in utero matris prælatus est fratri Esau *f*, & iste reprobatus *g*. Verum, ut dixi, nomina sunt hæc multitudinis de semine Abraham, & filiis Jacob non de isto, & illo. Latini fere omnes per allegoriam *semen Abraham*, & *servos Dei* ajunt esse Judæos sub timore constitutos, nec habentes perfectam charitatem, quæ foras illum mittit, b *filios Jacob* & *electos*, illos, qui vitiorum supplantatores sunt, iuxta notationem vocabuli *Jacob*: aut primos esse plures vocatos, secundos pauciores electos *i*. Vim quoque faciunt, & alicubi *k* præterea Hieron. in *seminis* vocabulo, quasi denotet imperfectionem, ut quicumque, quod ait Hieron. adhuc semen est, nec formatus in filium, servus sit Domini: quemadmodum quibus dicebat Christus *l*, *scio quia semen Abrahæ estis*, (tamen *filii* legimus:) ac si diceret, necdum filii, quia opera Abrahæ non faciebant. Chrysostomus, Euthymius, Nicephor. Blemmida ad Apostolos utrumque accomodant, ut *semen sint Abraham*, quia ex eo secundum carnem orti; *servi Dei*, quoniam illis Christus dixit *m vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis; (filii Jacob)* quia ex eodem descendentes; *electi*, quoniam eosdé Christus præ aliis Apostolos elegit *n*. Transfert Hugo ad Religiosos, qui ut Abraham, *exierunt de domo sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui* o, & immolaverunt propriam voluntatem tamquam filium *p*: præterea sicut Iacob *q*, supplãtaverunt diabolũ, mundum, carnem & fugerunt à Laban *r*, qui *dealbationem* sonat, hoc est à gloria mundi dealbata, ne mundus auferret ei Liam activæ vitæ, & Rebeccam contemplativæ. Appellat etiam Augustin. & Dominicum nomine *Abraham*, tamquam patres multarum gentium; nomine *Iacob*, quem Scriptura describit *s simplicem, & habitantem in tabernaculis*: Benedictum, & Franciscum, simplices, & pauperes. At Franciscí soboles, & fœtus numerosissimus novæ prolis, ut Ecclesia eum vocat; Benedicti autem Ordo reditibus Ecclesiasticis semper vixit. Magno debet esse ad virtutem incitamento majorum virtus, & exemplum, ut hoc ex loco colligit Origenes *t*. Esaias *u* quoque jubet, ut

c *lib.* 1. 16. 13

d *in* 1. *Par.* 16. 9. 16.

e c. 26 14

f c. 32. 13

g *Rom.* 9. 13

Allegoria

h 1. *Joa.* 4. 18

i *Mat.* 3. 8.

k *in Es* c 6

l *Joa.* 8. 37

Sensus accommodatitius.

m *Joa.* 13. 13

n *Luc.* 6. 13. *Joa.* 6. 17. c 15. 16. 9.

o *Gen.* 12. 16

p c. 22. 10.

q c. 27. 36

r c. 31. 17

Majorum virtus, & exemplum ad virtutem magno incitamento esse debet posteris

t *Es.* 20. *in Je*

Hebræi *attendant ad Abraham patrem suum, & ad Sa-*
a Jo 8. 39 | *ram, quæ peperat eos.* Sed & Christus urgebat eosdem.
b Heb. 13. 7 | *Si filii a Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Paulus *b* volebat *nos esse memores Præpositorum nostrorum, qui nobis*
1. Cor. 11. 1 | *loquuti sunt verbum Dei, ut eorum intuentes exitum conversationis, imitaremur fidem.* Exigebat etiam, ut *essent ipsius imitatores, sicut & ipse Christi* b: & a Tito, ut
c Tit. 2. 7 | *in omnibus seipsum præberet exemplum bonorum operum.* c. Matathias ad fortiter pugnandum commemorabat
d 1. Mach. 2. 26 | patris Phinees exemplum *d.* Nescio quomodo, inquit
e 2 de Trin. c. 9 | Aug. *e* amplius & in ipsius formæ charitatem excitamur per fidem, qua credimus vixisse sic aliquem (nimirum ex virtute) & spem, qua nos quoque ita posse vivere, qui homines sumus ex eo, quod aliqui homines ita vixerunt, minimè desperamus, ut hoc & desideremus ardentius, & fidentius precemur. Id vero multo habet locum magis in iis, qui peculiari ratione nobis ad imitandum propositi sunt, quia majores, & institutores nostri.

Filii Iacob electi ejus.) Numeri pluralis Nominativi casus est etiam *electi*, non Latinè tantum, ubi posset esse æquivocatio, sicuti diximus de nomine *servi*, nec solum
f Jth. 4. 13. 12 | Græcè ἐκλεκτοὶ, sed etiam Hebraicè בחיריו *bechirau*, tum hic, tum Paralipomenis *f*. Ut sit mirum, Lyran. & Trevetum, qui Hebraicè linguæ peritiam profitentur, exponere in Genitivo singulari, velut epithetum *Iacob*, quem præ Esau elegit Deus, & cujus tota generatio electa est in duodecim Patriarchis, quod non accidit in Isaac vel Abraham, cum Esau, Ismaelq; rejecti fuerint. Eodem
g Ib. | errore lapsus est Abulensis *g*, Rickelius, & alii. Fatetur tamen Rickelius, quod res est, ac solum per se hìc verum est, nomina *servi*, & *electi* referri posse ad *semen*,
h Deut. 4. 37 c. 10 15 i c. 7. 6. 7 c. 14. 2 k c. 26. 15 | & *filios*. Hebræo populo Moyses dicebat *h*, *En Domini Dei in cœlum est, & cœli cœlorum & tamen* patribus vestris *conglutinatus est & amavit eos elegitque semen eorum post eos*: item *i*, *te elegit, ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram*: præterea *k*, *Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris*. Sed
l Luc. 23. 35 | multo potiore jure cognomen *electorum*, convenit Christianis, qui sunt discipuli *Christi Dei electi* l, quemque pater appellat *puerum suum, quem elegit, & in quo bene cõplacuit anima sua* m, præterea Apostolorum electorum
m Mat. 12. 18 Esa. 42. 1 | *n*, & nonnumquam cognominantur *electio*, quamvis id
n Luc. 6. 13 Ioan. 6. 71 | magis peculiariter non electis dumtaxat ad fidem, vel justitiam, gratiamve, sed etiam ad beatitudinem *p* conveniat. De electione populi Hebræi sub appellatione *Jacob*,
o 1. 9. 16 Act. 13. 2 p Eph. 1. 4 Coloss. 4. 12. | aut *Israel*, cecinit David in præcedentibus psalmis *q*, aut
p Mat. 13. 48 cap. 20. 16 Marc. 13. 20 | sub nomine absoluto *electorum* r, sicut & in sequentibus
Ioan. 13. 18 Rom. 8. 33. | *s*, rursusque infra in isto *m*. Longo sermone Justinus *t*
q ps. 88. 4 | convincit Tryphonem Judæum, quæ de Jacob, ejusque
r ps. 104. 5. ps. 134. 4. | semine in multis Scripturarum continentur locis, nonnisi
s v. 43 | Christo, Christianisque posse congruere. Inæstimabile
t dialog. cum Trypho longe post medium. ps. 21. 24 | est electionis ad gratiam, gloriamque beneficium, de quo nunc non agam, contentus egisse aliis locis. Tandem non videtur planè necessarium illud inter *semen* & *filios*, discrimen antea saltem sensum mystico allatum, quoniam sicut *semen Abraham*, ita quandoque dicitur *semen Iacob* u, *universum semen Jacob glorificate eum*.

Verſ. 7.) Ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicia ejus.

Sensus loci

AGgressus narrare mirabilia opera, magnaque beneficia erga populum Hebræum, ponit hoc velut fundamentum, Deum, de quo dicturus est, quemque peculiariter Hebræi populi Deum nominat, ac Dominum, habere quoque in universam terram imperium, ac tamquam supremum Dominum, Regem, Monarcham, Judicem, sua sibique judicia exercere. Inde vero vult pluris æstimari, quæ dicturus est de beneficentia tanti, tamq; magni Dei, & Domini, ut sit dignatus unius anguli terræ, & adeo exigui populi, paucorumque hominum tantam rationem ducere, ut ab iis peculiariter coleretur & vulgo eorum Deus, ac si non aliorum etiam esset, propriè, ac singulariter appellaretur. Mystica vero communis expositio est, describi spirituales filios Abrahæ, &
Expositio mystica. | Jacob, sive promissionis, toto orbe dispersos, quos propheticus hìc sermo cohortetur.

Ipse Dominus Deus noster.) Supplendum censet Trevetus, *qui facit mirabilia*, quæ scilicet narranda sunt. Abulensis *x*, quod ipse, qui est Dominus Deus noster, est
x in 1. Par. 16. | A Deus universæ terræ, & Deus noster, & judicia ejus sunt in universa terra. Sufficit supplere verbum substantivum. Attribuit hæc verba Hugo Religioso, cujus *Deus pars & hæreditas* y.

y Nu. 18. 20. Ps. 15. 5

In universa terra judicia ejus.) Ubique si non ut misericors cognoscitur Deus, certè ut exercens judicium, & justitiam; innotuerunt etiam universæ terræ judicia & supplicia, quæ exercuit in illos, qui sunt adversari Patriarchis, populoque ipsius: quemadmodum in progressu psalmi narratur. Posset præterea *universa terra* sumi pro omni dictione Hebræi populi. Nam *annuntiavit Deus verbum suum Jacob, justitias suas, & judicia sua Israel*; *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis* z, ideſt, peculiaria præcepta in quibus erant nonnulla, quæ propriè vocabantur *judicialia*. Hoc allegoricè extendunt Catholici ad Ecclesiam Catholicam, quæ censetur, licèt ex multis constet, una gens in adoptionem vocata, ut ait Augustinus, extra quam nulli genti manifestata censeantur judicia Dei, quoniam qui ea non crediderunt, etiamsi annuntiata sint, manifestata
a Es. 7. 9 | eis non sunt, quia *nisi credant, non intelligent*. *a* Quod si accipiamus *judicia Dei*, ut justam providentiam circa omnia significent, rectè Marcus Exercitator *b* admonet, si consideraveris, quod *in universa terra judicia Domini*, quidquid acciderit, erit tibi ad divinam cognitionem adipiscendam magister. Addo ad animi in omni casu tranquillitatem. Porro *judicia* hic sumendo cum multis, pro pœnis, quibus vindicabit Deus, ac punivit alios, Abulensis *c* recte demonstrat Hebræos frequentius & gravius punitos, quam Gentiles. Nam Gentiles non puniebat si quid agerent contra leges, quas vocant positivas, proprie datas populo Hebræo pro peccatis contra ipsum, ut pro idololatria, & blasphemia, interdum quidem *d*. sed raro, & levius, quia non tam facilè veri Dei notitiam habebant, magis graviter, & crebro quando erant peccata contra proximum, ut futurum, homicidium, adulterium, & similia *e*. At Hebræos prævaricatores particularium præceptorum, aut in idololatriam labentes, aut alia peccata contra proximum committentes, eo quod cum beneficiis aliis peculiaribus veram Dei cognitionem Cac religionem habentes, minus excusandi erant, sæpius & acerbius Deus puniebat, ita ut habita comparatione cum istis, videretur Gentilium peccata dissimulare, & omnino non punire. Quocirca nominabat ipse se Deus *æmulatorem populi sui*, quum vetaret ne irent *post Deos alienos cunctarum Gentium, quæ in circuitu ipsarum erant*, *f* quasi non æmularetur inter illas Gentes: Dicebat præterea *g*, *tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras*.

b de lege spirituali.

c in 1. Par. 16. 9. 22.

d Deut. 18. 12

e Gen. 19. to. to Deut. 29 23. Lev. 18. & seq.

f Deut. 6. 14

g Amos 3. 2

Verſ. 8.) Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes.

Verſ. 9.) Quod disposuit ad Abraham, & juramenti sui ad Isaac.

Verſ. 10.) Et statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum.

PRimum beneficium, & mirabile opus Dei est, quod tam magnus Deus, & totius mundi Dominus inire pactum cum particularibus hominibus, Abraham, Isaac, Jacob & cum particulari populo dignatus sit, atque juramento suo sancire, & in perpetuum confirmare, ac in mille, sive quascumque secuturas generationes stabilire: quamvis autem inter tempus quo sic primum promisit, & ejus affectum, longum spatium intercesserit, nec difficultates multæ defuerunt, quibus effectus impediri posse, ac debere videretur, tamen promissi illius sui numquam oblitus fuerit, sed mandaverit, ut ad omnium generationum cognitionem data, testataque fides sua perveniret. Typus hic erat novi, & æterni testamenti, in quo sub nomine *Chanaan*, *terræque promissionis*, promissio continebatur æternæ patriæ.

Memor fuit in sæculum testamenti sui.) Hieronymus, *recordatus est in æternum pacti sui*. Sed in Paralipomenis *b*, *recordamini in sempiternum pacti ejus*. Quo modo pertinet ad eos, qui ut laudent Deum, invitantur. Meminit Augustinus editionis, quæ habet, *in æternum*.
h lib. 1. 15. 16

Utro-

Ubique nomen ברית *berith*, διαθήκη est idem: *testamentum* autem, *pactumque* synonyma sunt licet à testificatione *testamentum pactum* dicatur à promissione. De his vocibus actum alias. *Memor fuisse* Deus dicitur, quia quod promiserat Deus Abrahæ, non erat complendum, nisi post quadringentos, & eo plures annos; *a* ita ut humano more loquendo, suspicio esse posset, fore ut Deus oblivisceretur, quod minimè accidit. *Deus memoriam fecit mirabilium suorum* requirens ut populus memor esset: & ipse *memor est in sæculum testamenti sui*; quæ duo in alio psalmo *b* conjunguntur. Testamentum pactumve istud in sæculum, aut in æternum sive sempiternum duravisse. Abulensis *c* explicat, quamvis jam diu ejecti sint Judæi de terra promissionis, ad eam non amplius reversuri, accipiendo hoc spatium pro longo, & quum *servire quis dicitur in æternum* d. Unde Augustini ratio hoc loco necessaria non videtur, si de præsenti loquamur sæculo, non debuisse reddi *in æternum*, qui tamen ultra quinquaginta non poterat annos *e*: vel quia duravisset semper cum mundo, nisi eorum peccata obstitissent, præsertim quo Christo credere renuerunt, & illum occiderunt; alioqui enim in eadem terra, inquit, mansissent cum quadam excellentia inter Christianos, quoniam ex eorum semine erat Christus, & Apostoli. Ratione rei significatæ, istest, novi testamenti, post quod nullum aliud erit, absolutè censeri potest *æternum testamentum*, ut id vocat Paulus *f*, ac post eumdem Ecclesia in consecratione calicis, & nos alibi docuimus. Egimus etiam aliquando de jugi memoria Dei habenda, & quam sit crimen grave tanti benefactoris de nobis semper cogitantis, nec ullo momento non bene de nobis merentis oblivisci.

Verbi, quod mandavit in mille generationes.) Hieron. *quod præcepit* in Paralipomenis *g*, *sermonis, quem præcepit*. Alii hoc loco, *promissionis, quam nunciavit ad infinitas generationes*, Sensus est quod *verbum* sive *sermonem* דבר *dauar* λογον ideſt, promissionem verbo editam aut rem ipsam promissam jussit Deus ratam esse, ac omnino firmam.

Quare ex *mandandi* verbo non concluditur, ut præ se fert Augustinus non agi hic de promisso, sed re à nobis agenda, ut de credendo. Euthymius, *mandavit*, exponit, *promisit*, id sibi vult alius psalmus, *mandavit æternum testamentum suum*: *Mille generationes* Arnobius conatur demonstrare in tot gentibus, quæ ex tribus filiis Noe propagatæ fuerint, numerans in linguis septuaginta duabus, patrias *generationum mille*, quibus Christus per lignum suæ passionis occurrit.

Sed quidquid sit de numero linguarum, eaque distinctione gentium γενεᾶ *generatio* דור *dor*, ut sæpe vidimus, potius denotat *ætatem*, sive *sæculum*, *certemque durationem*, vel *homines in ætate aliqua*, *sæculo*, *duratione degentes*. *Mille generationes* pro multis ponuntur, sicut in alio psalmo *h*, *mille anni*, & in Apocalipsi *i*, ut hoc loco admonent Enarratores, & alibi adhuc August. *k*, & Greg. *l*, exponentes *mille generationes*, ideſt, *omnes*. Confirmat August., quia *centum* etiam sumitur pro universitate, ut in centuplo, quod promisit Christus *m*, quanto magis, inquit, *mille*, ubi est soliditas ipsius denariæ quadraturæ? quoniam denarii numeri solidum quadratum decem decies, & hoc decies usque ad mille pervenit.

Exemplum aliud est in Job *n*, *non poterit respondere ei unum pro mille*: & Greg. *o*, eamdem rationem arithmeticam reddit, quam August. *p*. Argumentatur etiam August. quoniam quamlibet paucis annis generatio determinetur, quam minimam quidem quindecim annorum terminaverunt; ex qua homo incipit posse generare, non solum à tempore Abraham, quando ei facta est ista promissio, usque ad tempus novi testamenti, sed ab ipso Adam usque ad terminum sæculi, nemo audeat dicere 15. annorum millibus hoc sæculum extendi Gregorii *q*, ratio similis, quia nequaquam credendum sit, quod ad centum generationes mundus extendatur. Lege quoq; Abulensem *r*. Ut ut sit, constat profanis quoque scriptoribus usitatum esse *mille* dicere pro indefinito maximo numero, & ut in nostris magis immoremur, *bonum sibi* David *s*, *legem oris Dei canebat esse super millia auri, & argenti*, hoc est, super quaslibet divitias, & Dominus apud Moysen, *t* de seipso affirmabat. *Ego Dominus faciens misericordias in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea*; & Rebeccæ *u*, dictum est *crescas in mille millia*. Qua de causa coarguuntur Chialistæ, seu millenarii, qui sui erroris ansam ex mille annis in Apocaly-

Apsi *x*, nimis crasse intellectis acceperunt. Melius infinitum Deum, si quo fas sit eum nomine vocare *y*, quam Isidem myrionymum, ideſt, mille nominum, liceat appellaret *z*, & (ei nomina mille dare *a*,) propter misericordiam in primis, quæ *est super omnia opera ejus*, b quaque omnipotentiam suam cum infinitis attributis aliis ac divinitatem ipsam maximè manifestat. Accommodat Hugo sententiam ad religiosum pauperem, cui Christus memor est relinquere *testamentum pacis* c, & *mandatum charitatis* c, quia diligat mille generationes nempe omnes, non bonas tantum, sed malas, amicas & inimicas, præterea quoniam *charitas numquam excidit*. d *Quop dispposuit ad Abraham.*) Hieronym., *quod pepigit cum Abraham*, in Paralipom. *e*, *quem* nempe sermonem, *pepigit cum Abraham*. A verbo Græco διατίθεμαι est διαθηκη, nomen *testamenti*, quasi dicas *dispositionem*. Rursum infra hoc eodem psalmo *f*, *quoniam memor fuit verbi sancti sui*, *quod habuit ad Abraham puerum suum*. Quo fortassis allusit in Cantico Joannis pater, *g* & *memorari testamenti sui sancti, jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis*, & in suo Maria *h*, *Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ: sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in sæcula*. Quater in Genesi legimus pactum, fœdus, testamentum, promissionem, jusjurandum factum Abram sive Abraham à Deo cùm præcepit *egredi de terra sua* i, &c. quando prolem ei promisit, & injunctum ille certo ritu sacrificium obtulit, soporeque divino correptus est k; eum imperavit ei circumcisionem *l*; iteumque pollicitus est sobolem, quum proprii filii *m* exigit immolationem. Sed de terra Chanaan promissio nominatim tribus primis locis continetur.

Hugo tropologicè observat in his quæ contigerunt, quando quater Deus promissum suum Abrahæ declaravit totidem verè charitatis præsertim in religioso affectus, egressionem è mundo, carnis mortificationem, circumcisionem cordis à vanitate, ut sit pura ejus intentio, propriæ voluntatis occisionem, seu abdicationem: primum pertinere ad prudentiam; secundum ad temperantiam, tertium ad justitiam, ne quis gloriam, quæ Deo debetur, usurpet; ultimum ad fortitudinem.

Notandum etiam cum Ayguano, promissionem eamdem tribus Patriarchas Abraham, Isaac, Jacob factam, quia primus excelluit humili obedientia, Isaac patientia, Jacob cum laborum tolerantia, religiosa devotione, quibus virtutibus Christum adumbraverunt, quo nihil humilius, & in obediendo exactus, nihil patientius, nihil devotius. De mysteriis in promisso, quod narratur capite decimo quinto Genesis, lege Pererium nostrum.

Et juramenti sui ad Isaac.) In Paralipomenis *n*, *juramenti illius cum Isaac*. Eo enim loqui non Deus memor dicitur: sed alii monentur, ut recordentur. Explicant alii, ut R. Kimhi, Lyranus, Genebr. Vatabl. juramentum factum Abrahæ de Isaac, vel pro Isaac, ut in eo vocaretur Abrahæ semen *o*, ut *illum qui egrederetur de utero suo haberes hæredem*, *p* ut hic *esset in nationes, & reges populorum orirentur ex eo* q, ut in hoc *semine benedicerentur omnes gentes terræ*. *r* Sed ipsimet Isaac juramentum factum indicat articulus Hebr. Dativo serviens לישחק *leischack*, & Græcus dativus cum articulo τῷ Ισαακ, & quia Paralipomenis translatio Latina, ut retuli habet, *cum Isaac*, ubi textus, Græcusque nihil differunt à textu psalmi.

Denique narratur Deus ipsemet Isaac renovasse sponsionem prius factam, & juratam patri, *tibi enim* ait *s*, *& semini tuo dabo universas regiones has, complens juramentum, quod spopondit Abraham patri tuo*.

Quod se Deus confirmavit juramentum prius factum completurum, censetur perinde ac si denuo juravisset, ut notat Abulensis *t*, quin etiam Deus *juravisse se Abraham, Isaac, Jacob* confirmat *daturum terram* u. Quo autem pacto conveniat *jurare* Deo, docuimus alias *x*. Causas cur id faciat, Paulus reddit *y*, ut *ostendat immobilitatem consilii sui*, & ut *fortissimum inde solatium habeamus*. Lege Suarez *z*.

Et statuit illud Jacob in præceptum.) Hieron. *& firmavit illud cum Jacob in legem*, ideſt, ut esset firmum, ait Trevetus, tamquam legis statutum. Alii, *& statuit illud ipsi Jacob in statutũ stare fecit illud ipsi Jacob in decretum*: ideſt ratum fuit illud fœdus juratum, ita ut haberetur vice legis: obligavit se Deus ipsi Jacob veluti certa lege, sicut præceptum semel à Deo positum rebus

naturalibus non præterit *a*, & impositum homini servari debet ab homine, ita voluit promissum, ac pactum suum Deus cum Jacob firmum, ac perpetuum esse, atque tamquam præcepti, legisve obligationem sibimet imponere, significat חק *choK*, & προσάγμα *statutum*, *decretum*, *ordinationem certam*, *constitutionem*, seu *constitutum*, *jussum*, *imperium*, &c.

a *ps.* 148. 6.

Juramenti notio.

Denique *juramentum* Latini denominant à *jure*, quod haberi juris instar debeat, propterea etiam vocant jusjurandum. Græci ὅρκος, quasi ἕρκος *sceptum* quod transilire non liceat. Hebræi שבועה *scevabhah*, à שבע *sevabh septem* quod jurare non oporteat, nec id fieri soleat, nisi multis adhibitis idoneis, & confirmatis tùm testibus, tùm caussis. In Psalmo 2. *b*, *præceptum prædicandum à Christo*, est decreta ipsi Gentium hæreditas, & possessio terminorum terræ; in Genesi, cap. 47. *c*, *ut Regibus Ægypti quinta pars ex agrorum fructibus solveretur factum* scribitur *quasi in legem*, εἰς πρόσαγμα, לחק *lechoK in taxatam definitamque mensuram*, *& portionem*. Quod confirmat etiam Agellius ex Demosthenis oratione περὶ στεφάνου, in qua hortatur Athenienses ad publicè contribuendum. Attamen mihi placet magis prior sensus communior, & simplicior, & cum vocum proprietate magis consentiens.

b *vers.* 6.

c *vers.* 16.

Et Israel in testamentum æternum.) Hieron. *cum Israel in pactum sempiternum*. In Paralipomenis *d*, *& Israel in pactum sempiternum*, synonyma sunt illa cum præcedentibus, ut & nomina *Jacob*, *atque Israel*.

d *lib.* 1. 16.

Additur epitheton *æterni*, quo magis explicatur, quid sibi vellent versu octavo *mille generationes*: & ut intelligamus loquentem Deum cum Patriarchis, ac promittentem longius respexisse, quam ad populum ipsorum, nempè ad universitatem hominum omnium, quos per Filium suum Christum ex iis nasciturum secundum carnem, redimere volebat, & ad viventium terra transportari.

Observatio tropologica.

Tolerari potest quorumdam observatio tropologica in vocabulis *Jacob*, & *præcepti* ex una parte, & ex altera in *Israel*, & *testamenti* sive *pacti*, quod *præceptum* conveniat Jacob adhuc luctanti, & servienti, *testamentum*, Israeli jam videnti Deum, & prævalenti adversus ipsummet Deum, denique Filio Dei.

Similia sunt quum dicitur, *tradita via disciplinæ Jacob puero Dei*, *& Israeli delicto*, *ejus*, e, item, *in Jacob inhabita* (quasi hoc colonus, & operarius) *& in Israel hæreditare* f: præterea, *pascere Jacob servum suum*, *& Israel hæreditatem suam* g. Attingit Hugo, & jam pridem de aliis mysticis nonnihil diximus, & constat ex Christi sententia *h*, quod *filius regni ejectis in tenebras exteriores*, nempè Judæis, qui secundum carnem descendunt ex Abraham, Isaac, Jacob, *multi alii venient ab Oriente*, *& Occidente*, aliisque mundi plagis, *& recumbent cum Patriarchis illis in regno cœlorum*.

e Baruch 3. 37
f Eccl. 24. 13
g *ps.* 77. 71
h Mat. 8. 11. 12.

Ceterum testamentum, pactumve quum Jacob à Deo factum traditur in Genesi cap. 28. *i*, post visionem scalæ quum huic Deus innixus, dixit. *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui*, *& Deus Isaac: terram in qua dormis*, *cibi dabo & semini tuo*, &c. *& ero custos tuus quocumque perrexeris*, *& reducam te in terram hanc*, *nec dimittam te*, *nisi complevero universa*, *quæ dixi*.

i *vers.* 13. 14. 15

Vers. 11.) Dicens tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

Vers. 12.) Quum essent numero brevi, pauciissimi, & incolæ ejus.

Sensus loci.

HÆc summa testamenti, verbi mandati, dispositionis, juramenti, statuti, præcepti ad Abraham, Isaac, Jacob, ad singulos sigillatim, seorsimque, ut idcirco ponatur hic loquens Deus tamquam singularium personæ; daturum Deum cuique illorum, in ipsorum videlicet posteris, & semine terram Chanaan, perinde ac si jure hæreditatis pertineret ad ipsos, idque per fortitudinem regionum, postquam funiculis distinctæ, distributæque fuissent.

Adjungit vero David ad rei admirabilitatem, quod pauci homines, quique vix sufficerent ad unam domum inhabitandam, iidemque abjecti, infirmi, inopes, peregrini possessuri essent adeo amplam, & spatiosam terram, quam septem Gentes occupabant. Nimirum promiserat Deus una cum possessione terræ, generis Hebræi multiplicationem, *similem multitudini stellarum*, *& arenæ* h. Longe majorem habet admirationem divinum consilium, sapientia, dignatio, quod pusillus grex electorum ex cuncto hominum genere sit electus, cui daretur magna illa domus Dei, & ingens locum possessionis *i*, cœlestis ac beatæ in æternum hæreditatem, cujus erat promissionis terra typus quidam & figura.

h Gen. 22. 17. c. 32. 12.

i Baruch 3. 24.

Dicens tibi dabo terram Chanaan. Jam dixi, cur in singulari ponitur pronomen, *tibi*. *De terra Chanaan*, quæ & aliter *Palestina* nominatur, dictum alibi. Promissio de hac terra ad Abraham habetur Genesis cap. 12. *k* 13. *l*, 15. *m*, & Deuteronomii ad eumdem cum Isaac, & Jacob 34. * & Exodi 33. *n*, ubi numerantur sex, Gentes, quibus additur septima in libro Josue *o*, quibus adjungi possunt, qui propriè vocantur *Philistæi*, sive *Palestini*.

k *vers.* 7
l *vers.* 15
m *vers.* 18
n *vers.* 4
o *c.* 24. 11.

Funiculum hæreditatis vestræ.) De funiculo distributionis egimus Psalmo 77. *p*, ubi extat eadem sententia. *Et ejecit à facie eorum gentes*, *& sorte divisit eis terram in funiculo distributionis*. Fit quoque mentio in Psalmo 15. *q* de funibus cadentibus in sortem, deque hæreditate, quam & Græci à sorte, atque à distributione appellant κλῆρον-νομίαν. Suppetunt alibi *r*, sæpe de funiculis istis mensoriis exempla: item partitione sortibus facta *s*. Agit Budæus *t*, de vario metandi agros genere. Quum autem hic sit pronomen possessivum secundæ personæ *vestræ*, putat Abulensis *u*, cantores istius Psalmi induci, tamquam sermonem convertentes ad populum. Potius dicerem Deum ipsum loqui, sicut in priori membro, & dicere cuivis particulari Patriarchæ, *tibi à Abraham*, vel *Isaac*, vel *Jacob dabo terram Chanaan*, *qui est funiculus hæreditatis vestræ*, ideest, posterorum tuorum, ita ut ceteris nationibus cedant aliæ regiones, vobis illa, & illa ipsa per geodesiam, seu geomoriam dividatur inter vos mensoriis funiculis, tum sortibus. Novem porro sortes factæ sunt per novem tribus una pro dimidia Tribu Manasse, ut colligitur ex libro Josue capite decimo quinto, usque ad vigesimum, aliæ duæ Tribus Ruben, & Gad, atque dimidia Tribus Manasse possessionem acceperunt extra terram Chanaan in terra duorum regum Amorrhæorum ad Orientem Jordanis, ut narratur Numerorum trigesimo secundo, Deuteronomii vigesimo nono, & Josue primo. Potuit absque ullius injuria, ac sine etiam ullius culpa, rex atque universæ terræ Dominus Deus terram, & regna transferre ex uno, quamvis justo possessore, dominoque in alium, sicut olim egressis Hebræis Ægyptiorum suppellectilem donavit.

p *vers.* 54.
q *vers.* 6.
r Josue 17. 5. 14. c. 19. 49. 29. 2. Reg. 8. 2. *lib.* 4. *c.* 13. 1. Par. 16. 17. Amos 7. 7. Zach. 2. 1. Ezech. 40. 3. *ps.* 128. 3. Deut. 32. 9. Esther 15. 17.
s Josue 14. 2. *c.* 15. 1. *c.* 16. 1. *c.* 17. 1. Num. 34. 13.
t *ad le uit.* D. *si mensor*.
u *falsum modum dixerit in* 1. Par.

Quamvis utroque in casu non defuerint justissimæ id faciendi caussæ, atque demerita in illis, à quibus res, ac regiones eæ ablatæ sunt. Quod attinet ad Chananæam, Ephrem *x*, Epiphanius *y*, Augustinus *z*, Cassianus *a*, aliique asserunt rediisse quasi postliminio ad Hebræos descendentes ex Sem, quoniam posteri Chanaan inde vi eum, & ejus posteros exturbaverant. In Genesi *b*, significatur dejectos à DEO Amorrhæos ob completas iniquitates. In libro Judicum *c*, indicatur DEUM dono dedisse, eoque jure pervenisse in Hebræorum ditionem. Cassianus, & Augustinus veterem de hac re traditionem majorum citant: hic præterea multa nefanda, & inaudita Chananæorum fuisse crimina testatur, quod elicitur etiam ex Levitici 18. *d* & Deuteronomii etiam 18. *e*. Data igitur, vel restituta Hebræis tota illa terra est, non modo ut vectialis ac tributaria, verum tamquam sedes, & hæreditaria, quemadmodum sonat hoc loco vocabulum *hæreditatis*, & quod in Deuteronomio *f*, dare dicitur possidenda Lege Serarium *g*, ac Pererium *h*, nostros, prior *i* de terræ bonitate multa desserit, & de amplitudine. Hieronymus *K* contendit quum adeo magnificè terram illam Scripturæ sacræ describunt, quæ tamen sit angustior, augustiorem velle intelligi, quæ cœlestis est, diciturque *terra viventium* l, de qua etiam Paulus *m* disserit. Sic se, idem Pater ait, non loqui quidem in sugillationem terræ Judææ, aut historiæ veritatem de promissa materiali terra auferre, sed velle decutere supercilium Judæorum, qui Synagogæ angustias Ecclesiæ latitudini præferunt. Qua de re etiam August. *o*. Juvit dicta sortibus facta distributio ad concordiam conciliandam, ad comprimendam invidiam, ut constaret approbari etiam à Deo rerum divisionem dominiaque particularia: & ad ipsum pertinere cunctarum rerum dominium absolutum: ut innotesceret facilius unde Christus oriretur, ut ad *mansiones multas* cœlestes

x *apud Anast. l.* 1. *de parad.*
y *Hæres.* 66.
z *ser.* 105. *de temp.*
a *coll.* 6. *c.* 24.
b *c.* 15. 16.
c *c.* 11. 24.
d *vers.* 24. 25.
e *vers.* 12.
f *c.* 19. 10.
g *in Josue c.* 1. *q.* 8. *& in c.* 13. *quæ & seq. mult.*
h *in Gen.* 15. *disput.* 20.
i *in cap.* 13. *Josue q.* 2. 3. 4.
k *Epist.* 129. *ad Dardanum.*
l *psal.* 23. 13.
m *Hebr.* 11. 10. 13. 14. 15. 16.
n *in ps.* 34.

in de-

in domo Patris a bonis assignandas filiis animus assurgeret, iuxta gratiam *secundùm mensuram donationis Christi* b acceptam, & conservatam, nec non juxta cujusque merita. De istis, & aliis caussis quem cita vi Serarius c disserit.

Quum essent numero brevi.) Hieronymus, *quum essent viri pauci*. Alii, *viri pauci numero*, vel, *homines numeri* מתי מספר *methe mispar*, ideſt, qui quæ paucitate numerari possent. In paralipomenis d pro Hebræis, quæ sunt eadem Latinè, legitur, *quum essent pauci numero*. Græcè ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ὀλιγοστοὺς ἀριθμῷ, *cum essent ipsi pauci numero*: hoc autem loco ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, *quum essent ipsi numero breves*. Chaldaicè, *quum essetis populus numero modicus*: sunt מתי מתים *methim moth mori*, omnes homines ut sunt conditiones mortales, & Latino nomine *mortales* vocantur absolute: si, quod malunt alii à מתים *mathab*, quia pro *mortuis* deberet scribi nomen id cum *tsere* מספר *methim*, quicumque homines indefinitè absque conditione dicta moralitatis: sed quatenus pusillo, ac imbecillo constant numero, quod magis exprimitur addito alio nomine מספר *mispar*, vel מעט *mehhat* quæ hic etiam habentur, & significant *numerum*, & *modicitatem*, quem admodum & ad expressionem majorem Christus appellavit *pusillum gregem* e. Hoc pacto Jacob dixit f, & *ego viri numeri*, ut sonant Hebræa ואני מתי מספר *vaani methe mispar* quod translatio nostra habet, *nos pauci sumus* Græca ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐναριθμῶ, *ego autem pauciſſimus sum in numero*. Illum locum citat R. Kimhi in hujus nostri commentario. Similia sunt exempla nonnulla in Deuteronomio g, *remanebitis pauci: peregrinatus est in paucissimo numero: remanebitis pauci numero*: & *sit* (suppliè non) *parvus non in numero*. Quibus locis ad מתי *methe* additur מספר *mispar*, vel מעט *mehhat*, & Græcè dicuntur ὀλίγοι ἀριθμῷ vel ἐν ἀριθμῷ βραχεῖ, cui opponitur πολὺς ἐν ἀριθμῷ *multus in numero*. quod Græcè habetur in postremo ex citatis locis, & de Simeone dicitur. In psalmo 16. h bis ponitur מתים *methim* & exponitur per *paucos*. Apud Latinos, ut scribit Gellius i nomen *mortalium*, ut de hominibus dicitur, ad longe lateque amplius, prolixius, fusius significandam eorundem multitudinem valet, quam quum dicuntur *multi homines*, & modo, ac sensu quodam inenarrabili, omne fere genus quod in civitate sit & ordinum & ætatum, & sexus comprehendunt *multi mortales*. Oppositа ratio in מתים *methim*, quod solo puncto mutato, ideſt, *sceva* in (*tsere*) *mortales* significat, & cum *sceva* numerum exiguum, ut dixi. Iidem Latini *numerum* absolute usurpant pro turba, proque hominibus nullius classis, loci, ordinis, nec aliter censendis quam quod sint, quos vocabant *capite censos*, & *sine nomine vulgus*, vel οὔτε τριτους οὔτε τεταρτους, non primæ, secundæ, tertiæ notæ aut palmæ, non in paucis, qui præstantiores habentur sed in multis habiris, cujusmodi quoque qui vocabantur *unus è multis*, vel *multorum*, ἐς πολλῶν, denique *numerus* k. At hoc loco *homines numero brevi*, aut *numero breves* ἀ ὀλιγῳ βραχεῖς: aut *homines numeri* sunt non eximii; aut in numero habendi, sed simul pauci, simul parvi pretii, quos adhuc magis significat sequens hic nomen ὀλιγοστῶν. *Brevi* autem *numero esse* dictum est pro pauco conjungendo epithetum quantitatis continuæ cum quantitate discreta, ut alias non raro. Sic etiam *censum brevem* quidam dixit poeta l. Frequentius nomen Græcum de paucis dicitur, non tantum de parvis, & exiguis, quæ longis opponuntur.

Paucissimi) Hieronymus, *modici*. In Paralipomenis m, *parvi*. Utrobique כמעט *chimhhat*, *sicut parum*, seu quasi modicum, quod aliqui cum R. Kimhi non ad homines pauci, parvique numeri referunt, sed ad זמן *zeman ad tempus*, conjungendo cum sequentibus verbis, ut totius sententiæ sit sensus, cùm essent viri pauci numero, & pauco tēpore peregrini fuissent in ea, nempe terra Chanaan: quo modo ו *vau* in sequenti ונרים *vegarim* retrahunt in præcedentem istam dictionem וכמעט *vehmehhat*, sed non recedendum ab interpretatione communi. Per *paucissimos* autem, & ὀλιγοστὸς possemus intelligere non tam, vel certe non tantum paucos, quos verba membri præcedentis designabant, quam modicos secundùm imbecillitatem, & infirmitatem. Id sibi vult Hieronymi translatio citata, & alia in Paralipomenis, ubi Græcè legitur ὡς μικρους, *sicut parvos*; Aliud autem nomen ὀλιγοστὸς ibid. in priore membro cum ἀριθμῳ *Parvos viribus* exponit Abulensis, & locum istum totum aut de solo Abraham, cui facta est promissio; aut simul de Isaac cum filiis hujus Jacob & Esau, cùm peregrinarentur in Chanaan; aut quo tēpore descendit Jacob in Ægyptum cum septuaginta n; aut de Hebræis, quando egressi sunt de Ægypto, qui licet essent sexcenta millia o virorum, respectu aliarum gentium pauci erant, quemadmodum ipsis Moses dicebat p *Non quia cunctas gētes numero vincebatis, vobis junctus est Dominus, & elegit vos, cùm sitis omnibus populis pauciores*. Melior & communior expositio est secunda. De Abraham loquebantur illi apud Ezechielem q, *Unus erat Abraham, & hæreditate possedit terram; nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem*. In Esaia r qui appellatur *vermis Jacob* תולעה *tholahhah*, vocatur Græcè ὀλιγοστὸς *parvulus*, *perexiguus*, idem quod ὀλίγιστος & ὀλιγίστατος, quod tamen etiam Procopius s, & alii referunt ad numerum exiguum duodecim Apostolorum, & discipulorum septuaginta. Hugo hunc locum mysticè applicat ad doctores, claustrales, scholares, tāquam designatos per *Abraham*, *Isaac*, *Jacob*. Extenditur id aptiо ad adeo multiplicatos fideles opera tam paucorum illorum, ut dicebat Procopius: quod & secundùm proportionem affirmari potest de fundatoribus Ordinum religiosorum.

Et incolæ ejus.) Hieronymus, & *advenæ in ea*. Alia Psalteria, & Patres, *incolæ in ea*, & Augustinus meminit quosdam legere, *pauciſſimos*, & *incolas*, debere autem, sequendo phrasin Græcam, sic locum totum legere, *in ea esse illos numero brevi pauciſſimos*, & *incolas in ea*, sed Latinè dic *quum essent*, pro eo quod Græcè, *in ea esse illos*. Quamvis Græcè non ita, ut Augustinus refert, nunc legimus, videlicet pro nomen *ea*, non est in primo membro ἐν τῷ εἶναι γύτες ἀριθμῷ βρο χεῖς ὀλιγοστὸς καὶ παροίκους ἐν αὐ τῇ supplevit fortassis ipsemet. In Paralipomenis t, & *coloni ejus*, alii *peregrini*, nempe terre Chanaan, sive in terra Chanaan. Sunt proprie גרים *garim peregrini*, & *advena*. *Incolæ*, *inquilini*, & *coloni* junta proprietatem vocabulorum alios significant quam peregrinos; sunt nec iidem sunt παροικοι, qui hic vocantur, & ἐπιδημοι, περιπιδημοι, προσηλυτοι, ξενοι, & similes, de quibus alibi egimus u. Ut peregrinus Abraham cum filiis & nepotibus habitavit in Chanaan, Jacob postea cum familia in Ægypto, ut incola, quoniam ibi fixerunt sedes suas. Sed quia cinde erant in promissam terram egressuri, etiam ibi in Ægypto existimari possunt tamquam peregrini habitaviſſe. *Fide*, ait Paulus x, *Abraham demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Jacob cohæredibus repromissionis ejusdem*. Stephanus autem in concione y, narrans exisse Abraham jussu Dei de terra Chaldæorum in eam in qua tunc quando concionabatur habitabant Hebræi, ait, Deum non dedisse illi hæreditatem in ea, nec passum pedis, dixisseque quod semen ejus esset accola in terra aliena. Hoc ultimum est in Genesi z. *Scito prænoscens, quod peregrinū futurum sit semen tuum in terra non sua*, nempe in Mesopotamia, Chananæa, Aegypto. Singulari potentia Dei opus fuit, ut pauci numero, parvi viribus, aliunde advenantes tam amplam sibi ditionem compararent. Sed voluit eosdem Deus per multos prius labores, variosque peregrinationum casus exerceri. Et nobis tamen gravis videtur qualiscumq; & quantulacumq; crux, qua regnum cœlorū cōparatur. De spirituali peregrinatione dixi alias a.

Vers. 13.) Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

Vers. 14.) Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges.

Vers. 15.) Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

Sensus locis

HOc est aliud beneficium singularis providentiæ Dei erga Patriarchas, ne in peregrinationibus quas illos obire necesse erat, læderentur. Id antea monuimus de Abraham, b quibus in periculo fuit ob uxoris suæ pulchritudinem; de Isaac c, qui bis simile periculum adiit; de Jacob d, qui parum abfuit quin multa pateretur tum à Laban socero, tum à fratre Esau, liberavit istos Deus, nec permisit, ut eis quisquam noceret: immò & verbis & flagellis corripuit reges Aegypti, & Geraræ, præterea etiam Laban. Visus est quoque illis inhibendo dicere, ne attingerent, aut mali quid machinarentur contra eos,

quo

a Jean. 14. 2
b Eph. 4. 7.
c in Josue c. 23. 7. ult.
d lib. 1. 16. 19.
e Luc. 12. 38
f Gen. 34. 30
g c. 4. 27. c. 26. 5. c. 28. 62. c. 33. 6.
h Vers. 14.
i lib 13. c. 27
k Hor. lib. 1. ep 2. ad Lollium & ep. 6. ad Numicium & lib. 1. Sat. 9.
l Idem 2. carmi. ode 15
m l. 1. 16. 19.
n Gen 45. 1.
Exo. 1. 5
o Exo. 12. 37
p Deut. 7. 7
q c. 33. 24
r c. 41. 14.
s ibid. Expositio mystica.
t lib. 1. 15. 19
u In 1. Pet. 1. 2.
x Hebr. 1. 19
y Act. 7. 2. 3 4 5 6 7
z Gen. 15. 13
a in 1. Pet. 1. & cap. 2.
b Gen. 12 13 & seq. c. 20 2. & seq.
c cap. 37. 7. & seq.
d 31. c. 32.

quos ipse peculiari sibi ratione tamquam unctos consecraverat, & sanctitate, simulque prophetiæ dono insignes reddiderat. Addunt alii plagas Aegyptiacas, & submersionem Pharaonis, item victoriã de Amalechitis, & de Chananæo rege Arad, & de Sehon, & Ogregibus Amorrhæorum, denique de regibus triginta, & uno per varias clades occisis. Verum agitur hic per se de Patriarchis.

Et pertransierunt de gente in gentem.) Pro גוי *goi* Paraphrastes Chaldæus usurpant עם *hham* nomen populi. Sæpe dixi hæc aliquando synonyma esse, quemadmodum & nomina ἔθνος καὶ λαός. Notæ sunt Patriarcharum peregrinationes ex Genesi, & populi totius Hebræi ex Exodo, tametsi de primis per se sermo hoc loco sit, ut ante monui. Omnes justi in hac vita *peregrinantur à Domino*, *& per fidem ambulent a*, confitentes quasi *peregrini*, & *advenæ super terram b*, *futuram inquirentes c*. Quod sumus natura, simus & voluntate, inquit Chrysostomus. *d* Hebræos nos esse in spiritu oportet, idest, transitores, de præsenti seculo ad futurum transire festinantes, ut ait Hieronymus *e*, & *declinantes triplex væ super omnes, qui habitant in terra*. *f* Hugo demonstrat bonum esse transire de mala gente ad bonam, ne inficiamur, comprimamur, impediamur, demus eis malignandi occasionem, irritemus illas, involvamur cum illis, ut confundantur mali, ne minuatur auctoritas bonorum, ut convertantur ad cor. Confirmat scripturæ testimoniis. Apostolici muneris est peragrare diversa mundi loca, ut Dei propagetur notitia, cultus, honor, atque ad hoc jubet nos nostri ordinis ratio, ac institutio promptos ac expeditos esse.

a 2. Cor 5.6.
b Heb. 11.13
c c. 13. 14.
d hom 16. in 2. ad Corinr.
e in Esai c. 7. & in Osee cap. 4.
f Apoc. 8. 12

Et de regno ad populum alterum.) Idem repetitur aliis verbis, *Ægyptus*, & *Gerara* vocantur in scriptura *regna*, etiam dum viveret Abraham, Isaac, Jacob. Si autem *regni* nomen de Chanaan quoque sumatur, dicetur de illa, ut Augustinus, & alii docent, quia futurum erat regnum Israel. Tamen antequam ibi esset regnum Israel, nominantur in historia Josuæ *g* Reges Chanaan cum regibus Amorrhæorum.

g cap. 5. 19

Non reliquit hominem nocere eis.) Hieron. *non dimisit hominem, ut noceret eis*, Augustinus, & vetus Psalterium, *non dimisit homini nocere eis*, Romanum psalterium, Cassiodorus, & qui putatur Hieronymus, *non permisit hominem nocere eis*, Arnobius, *non permisit homines nocere eos*, quam Augustinus vocat Græcam phrasin. In eodem casu accusandi alibi, *h* extat ejusdem verbi constructio. Atque sic etiam locutus est Plautus. *i* In Paralipomenis *k*, *non dimisit quemquam calumniari eos*. Hebræa utrobique sunt eadem. Ibi Græcè est οὐκ ἀφῆκεν ἄνδρα σῦ διαστεῦσαι αὐτούς, hic οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπος ἀδικῆσαι αὐτούς, significat διαστεῦσαι despoticè dominari, ac veluti tyrannicè, ἀδικῆσαι injuria afficere, עתק *hhaschiak calumniari*, *vexare*, *vim facere*, *injuria afficere*, *aliena bona occupare*, *vi capere*, *abalienare*, *opprimere*. Vexati durissime sunt Hebræi in Aegypto; itaque non de illis quamdiu ibi erant, sed quando liberati sunt, & quamdiu sunt peregrinati: vel potius de tribus sæpè dictis Patriarchis locus hic intelligendi est, quod & sequentia verba magis innunt. *Non est, qui noceat bonis ambulatoribus l*, quia nemo proprie læditur, nisi à seipso. Sed & externa removet Deus nonnumquam nocumenta, quum sic expedit, & ut intelligatur ipsi in his etiam suos curæ esse. Obvia sunt exẽpla non pauca, & frequẽtes eadem de cura ac providentia Dei sententiæ, præsertim in hoc opere toto.

h Num. 5. 19
i Plaut. Amph. 1. 1. Apoc. 11. 5 & in Milite.
k lib. 1. 16. 11
l 1. Pet. 3. 13

Et corripuit pro eis Reges.) Alii, *coarguit*, *castigavit*, nempe verbis *increpavit*, *objurgavit*. Hanc vim habet יוכח *jocheach*, interdum tamen re ipsa *castigare* significat. Apollinarius exponit.

ἀλλ' ἅτι τῶνδ' ἐδάμασε χάειν βασιλῆας ἐλέγχωι.
Sed adhuc horum domuit gratia Reges.

Correptionis divinæ in reges exempla.

De Abraam narratur in Genesi, quod Pharaonem, quoniam captus pulchritudine Sarai uxoris ejus, illam sustulisset in domum suam, ut haberet sibimet in uxorem, quam nesciebat esse uxorem alterius, sed sororem putabat, *flagellavit Dominus plagis maximis & domum ejus*, ita ut honorifice eam reddiderit, & deduci præceperit cũ viro suo, & omnibus, quæ habebat *m*. Iterum cum rex Geraræ Abimelech simili ratione tulisse eamdem Sarai, *Venit Deus ad eum per somnium nocte, & ait illi, en morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum.* Excusationem autem justam Deus quum admisisset, de adulterio, licet non de raptu, reddi uxorem minis denuo adjectis præcepisset, reddidit rex donatam cum viro muneribus, & postquam Abraham pro rege oraviſſet Deum, *sanavit Deus regem, & uxorem ancillasque ejus, & peperunt, quia concluserat omnem vulvam domus regiæ propter Sarai uxorem Abraham*. *n* Postea cùm idem rex *videns per fenestram Isaac jocantem cum Rebecca uxore* (ideſt liberius agentem, quam soleant viri graves cum aliena, illumque reprehendisset, quasi mentitum sororem esse, omni populo præcepit, proposita morte, ne quis illam tangeret, edoctus nimirum exemplo priore, ac memor prioris correptionis, & castigationis *o*; aut potius non idem, quem oportuisset regnasse plus centum annis, sed fortasse filius ipsius. In primo casu potissimum enituit correptio verbis & factis, quia flagellatus est Pharao; si non ut adulter, quia ignorabat conjugatam, certe ut raptor. *Plagas maximas* Theodoretus *p* morbum generice interpretatur, Judæi coeundi impotentiam, quam vocant *gonorrhæam*, qua quem significaret Sarai, percuteret Angelus custos, eo nimirum fere modo, quo suus Agnetem adversus impudicos custodiebat; Philo *q* cum gravi cruciatu corporis perpetuam inquietem ani, ac remorsum. Josephus *r*, citans Eupolemum seditiones atque pestilitatem: reliqui subitam sterilitatem Aegyptiarum fœminarum. Favet ultimæ sententiæ similis plaga sterilitatis, qua retuli percussam uxorem Abimelech, & ancillas, seu coarctationis, ut nec eniti valerent puerperæ, nec à viris mulieres cognosci. Non potuit res hæc tam brevi tempore deprehendi, si verum scripsit idem Josephus *s* secunda vespera remissam Sarai marito. Se epithetum *maximarum plagarum* innuit gravius quid passum Pharaonem, quã impedimentum illud in fœminis, quod diximus, nempè acerbum aliquem doloris sensum aut ex morbo, aut ex vulnere, aut ex ulcere. Attigit pœna domum Regiam, non modo propter iniquitatem Domini, sed quia, ut Chrysostomus *t* advertit, satis sua sponte ad libidinem propensum vehementius incenderant, immodice laudando pulchritudinem Sarai, ablatamque viro ad regem adducendo. Addit Abulensis *u*, quod attinet ad Abraham, Deum pro eo reges corripuisse, quando liberavit eum de Ur Chaldæorum *x*, & quando expugnavit reges quinque auferens prædam, & liberans consobrinum Lot. *y* Quadrat ut cũque hoc ultimum, ut victi reges ab Abraham correpti dicãtur à Deo pro Abraham, quia pro Lot in gratiam Abraham. Liberatio de Ur juxta commentum Judaicum de fornace ardente, quam vivus evaserit, combusto Aram fratre, *z* vel potius de tribulatione multiplici, quam sit perpessus ab idololatris Chaldæis in Ur civitate, qui phrasi Hebræa, qua quælibet tribulatio nominatur *ignis*, vocatur *ignis*, *a*, non includit per se ullam correptionem regis, aut principis pro Abraham, hoc est Nemrod regis Chaldæorum, qui conjecerit illum in ignem. Præterquam quod Abraham natus creditur anno regni Nini, qui erat filius Nemrod, sive alio nomine Beli, quadragesimo tertio; & Thare pater Abraham, quem nugantur Judæi filium regi illi flammis incendendum tradidisse, quod more gentis colere ignem nollet, idololatra, non fuit quamdiu saltem in Chaldæa vixit; sed pro vera religione cum familia tota inde pulsus est. Legatur Pererius noster in Gen. c. 11. *b* & 15 quẽque nos ipsi explanantes concionem Stephani perstrinximus *c*. De correpto rege Abimelech pro Isaac dictum satis prius. Quod spectat ad Jacob, nullum regem pro illo correptum proprie legimus, sed compulsum fugere minas fratris occidere volentis *f*, & post labores multos toleratos à Laban *g*, is cum fugientem comprehendisset, eidem Laban à Deo dictum, *caveret ne quidam asper ipsi loqueretur h*, tandem fratrem flexisse ad sibi conciliandum *i*. Deinde quod *terror Dei invasit omnes per circuitum civitates*, & *non sunt ausi persequi recedentes* Jacob, & filios *k*. Rupertus *l* verba quidem ista, quæ tractamus, in quibus *reges* nominantur, ad reges, quos dixi, refert; præcedentia, *non reliquit hominem nocere eis*, ad Laban. Quæ tamdiu post secuta oppressio est Israelitarum in Ægypto, & Pharaonis tam dura correptio flagellatioq; cum Ægypto tota, non ita facit ad rem præsentem, ubi de solis Patriarchis proprie agi videtur, ut jam non semel notavi, & indicant quæ sequuntur. Quamquam verissimum sit, quod coram populo Hebræo ascendente in terram promissam, non solum in ipsa Ægypto, *irati sunt populi (tremuerunt) conturbati sunt principes Edon, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan* m, *nec ullus contra filios Israel mutire ausus est*, *n* Habent reges quod sibi timeant, & summo regum *serviant in timore*, *ac tremore o*, illi, in quam *qui*

m Gen. 12. 17 usque ad finem capitis.
n c. 20 vsque.
o c. 26. 7. 8. 9 10. 11. 12.
p quæst. 61. in Gen.
q l. de Abraham.
r l. 1. antiq. cap. 8.
s 6. de bello Judaic. c. 11
t hom. 32. in Gen.
u in 1. Paral. 16.
x Gen. 15 7.
y c. 14. toto.
z Hieron. meminit in tradit. Hebr. & alii in Genes. cap. 11.
a 2. Esd. 9. 7 Abraham quo tempore natus. Thare idololatra non fuit, quamdiu in Chaldæa permansit.
b tom. 2. in Genes. disp. 16. & 17.
c Act. 7. 34.
f Gen. 27. 41 & seq.
g c. 29. & 30
h c. 31. 17. 24. 29.
i c. 33. toto.
k Gen. 35. 5
l 17. in Genes. cap. 43.
m Exo 15. 14
n Josue 10. 21.
o Ps. 2. 11.

auferet

aufert spiritum principum, & terribilis est, ac terribilem exhibet apud omnes reges terræ a, quia *fortioribus fortior instat cruciatio* b. Solatur hic etiam locus pios, & probos, ne reformident faciem potentum cum talem pro se vindicem, ac protectorem habeant, qui eorum valeat elidere superbiam, eorumque contumaciam dextera suæ virtute prosternere. Narrat Rupertus in vita Heriberti Colonienſis Archiepiscopi c admonitum in somnis Henricum Imperatorem, ut siniſtras de illo deponeret suſpiciones odiaque, ipsumque Heriberto post amplexus, & oscula, ac narratum visum, dixisse, illum, qui corripit pro suis Reges, ipsum pro eo corripuisse.

a *psl.* 75. 13
b *Sap.* 6. 9. A pius & bonis facies potentium non reformidanda & quare.
c *cap.* 16

Nolite tangere Christos meos.) Augustinus alio loco d, *tetigeritis*. Hebraicè, משיחי *meſciçhai*. Græcè, Χριστῶν μου, & *tangere* hoc loco est etiam *leviter percutere*, aut *lædere*, ut explicat idem e, quod in alio ps. f, *fulminare*, aliter ve *concutere*. Hæc autem verba licet in libris ejus historiæ, inquit Augustinus non legantur, tamen intelligenda sunt vel latenter dicta, sicut Deus in cordibus hominum loquitur occultis, & veracibus visis, vel etiam per Angelum expressa. Probat allatis testimoniis de Rege Aegypti & Rege Geraræ bis, & de aliis, quid divinitus admoniti sunt, ne nocerent Abrahæ, Isaac, Jacob. Si non eadem conceptis verbis, re ipsa eadem sententia fuit, vel certe non tam verbis, quam factis, nempe flagellis, ut ante vidimus. Abraham porro, Isaac, Jacob vocantur *Christi*, sive *uncti* secundum satis communionem opinionem hoc loco, & præterea Cyrilli Alexandr. g, & Hieron. h, qui ait etiam Abraham appellari Regem, ut & alios sanctos, unctione spirituali qua & qui κατ' ἐξοχὴν nominatur *Christus*, dicitur *unctus* apud Esaiam i, & in ps. 44. k & omnes Christianus Joannes l *unctionem habere à Spiritu sancto* scribit. Tanti tamen viri peculiariter *Uncti* dicuntur, quia singulari, ac insigniori quadam gratia præditi, Deo dicati, electi, ac destinati in auctores, ac duces veræ Religionis populiq; colentibus Deum. Addit Augustinus Prosper, & alii, quia Patriarchæ illi, etiamsi latenter, jam erant Christiani, cognoscentes venturum, & credentes in Christum, cujus nominatim *diem Abraham videndo, gavisus est* m; denique *unus Deus, & unus mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus* n. Rationem quoque reddunt, quare de spirituali unctione locus hic intelligi debeat, quoniam unctio externa, ex qua nomen *Christi* impositum est Regibus, à Saule cœpit o. Colligit citatus Cyrillus, licere quidem, non sufficere tamen ad veritatis notionem, atque confessionem plenam, si quis *B. Mariam* semper Virginem cognominet *Christiparam*, Χριστοτόκον: quoniam possent etiam Jeremiæ, ac Joannis Baptistæ matres, in quarum uteris illi sanctificati sunt, Χριστοτόκοι appellari. At *Maria* non nudum hominem more aliorum, Spiritus S. gratia unctum, sed unctum in Deum, atque Deum Verbum, quod ex Patre processit, incarnatum peperit, ut idcirco debeat vocari non tantum Χριστοτόκος *Christipara*, sed etiam Θεοτόκος, *Deipara*. In Concilio Constantinopolitano secundo, canone sexto prohibetur, ne *Maria* vocetur *Christi genitrix*, seu *Christipara*, & Χριστοτόκος. Si quis ita vocet cum exclusione, ac in fraudem potioris nominis, quod est Dei mater, *Deipara*, Θεοτόκος, quasi Christus non sit Deus. Eadem docuit Damascenus p, nosque alibi q. Ex apologo olivæ, quum illa detrectans regnum super alia ligna negat *posse se deserere pinguedinem suam, qua & dii utuntur, & homines* g, & quod iviſſe inducatur ligna, *ut ungerent super se Regem* r; & quia Rhamus dixisse fingitur, *Si vere me Regem constituitis* Χρίετέ με, משחים אתי *moſcechim othi, ungitis me*. Serarius s noster infert, Abimelech oleo externo inunctum in Regem Sichemitarum, tanto ante tempus Saulis t; & viguisse hunc morem tunc apud Orientales, quem deinde in suis Regibus Israelitæ retinuerunt, & in nostris Christiani. Abulensis u de Abimelecho consentit. Quidquid sit de Abimelecho, & more Orientalium, quem idem Serarius hìc innui putat, & servatum in Patriarchis indicat, ut & Isidorus x, immo & Hieron. y, quem videtur ille transcripsisse; & Reges dici possent, quia primarii viri, atque etiam primogeniti, cum quo jure connexa erat Sacerdotalis dignitas, quæcumque sit tandem hujus rei verisimilitudo, atque contra Judæos contendentes nostrum non esse verum Christum, quia non est unctus oleo materiali, ex hoc loco eam de spirituali explanando, argumentatur creditus Hieron. & Galatinus z, citans Hebræos sic exponentes. Non placet, quod præsentem locum de omnibus Israelitis idem Abulensis a accipit, quia Deus illos haberet ut Reges, & Sacerdotes, sive *in regnum sacerdotales* b. Toties dixi agi nunc de Patriarchis, non de omnibus Israelitis; proniorq; sum in sententiam communiorem de spirituali tantum unctione Patriarcharum, & quia designati duces, atq; auctores populi Hebræi erant. Nam hæc de caussa de Moyse aliqui c Abacuc d interpretantur, *egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo*; & Cyrum videtur Deus vocare *Christum* e, licet esset Rex prophanus, quamvis Galatinus f neget. Video Hieron. g asserentem omnes, qui de Aegypto egressi sunt, in primo Paralipomenon libro, quem locum Abulensis exposuit, *Christos* vocari, hic autem Patriarchas. Sed caussam differentiæ non video: quia in eo libri loco recitatur hìc ipse psalmus. Ibidem Hieronym. multiplex *Christorum* genus distinguit, docetque errorem esse, quem dixi Galatinum defendere. Legendus omnino Hieron. de dicta distinctione. Extenditur deinde per accommodationem sententia non solum ad Christianos omnes, qui in Baptismo inunguntur ut Reges, in Confirmatione ut pugiles; in morte ut Sacerdotes Deo sacrificantes. De chrismate Confirmationis magis peculiariter Cyril. h Jerosolym. exponit, sed ad unctos chrismate, vel oleo Sacramenti Ordinis, quos hinc Optatus i tametsi non admodum efficaci argumento colligit *non esse tangendos*, idest, potestate Ordinis, quod frustra Donatistæ conabantur, spoliando. Indidem præterea Hugo trahi dicit canonem latæ sententiæ, de violenta manuum injectione in Clericos, & Religiosos, qui sunt uncti Domini; (proprie Sacerdotes, licet canon ad alios extendatur) quemadmodum & ex verbis Domini apud Zach. k, *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, alias *sui*: tangi autem, ac lædi, vel manus injiciendo, vel detrahendo, vel maledicendo, vel bona eorum malè tractando, vel jura illorum diminuendo, vel debitum honorem non exhibendo. Sed canon ille non comprehendit omnes hos tangendi modos. Gregorius l hunc etiam profert locum adversus eos, qui clanculo, aut publicè Episcopum suum, idest, *unctum Domini*, detractionibus, aut vituperationibus dilaniant. In quo sensu ad idem propositum utitur hoc loco Synodus Parisiensis m, sub Ludovico, & Lotario Imperatoribus, & Greg. Papa IV. Ratiocinatur Justin. n ex collatione majorum & minorum adversus Judæos, quorum Archisynagogi, Principesque post preces conviciis Christum proscindebant, si quis eorum aliquem attingat, qui Deo sunt εὐάρεστοι hoc est *illi placent*; perindeque habet, atq; si pupillam Dei attigisset, quanto magis qui directum illum Dei Filium? Zachariæ o locum insinuat, ubi etiam Cyr. p Alexandr hunc nostrum illi simlem quadam ratione jungit. Oportet quemlibet quidem Christianum, qui Christus quidam est, ut è contrario Antichristi sunt multi q, ut ratiocinatur Origenes r, sed sacrarius Deo dicatum, agnoscere, ac venerari dignitatem suam, seque ipsum spectare, tractare, tangere, tamquam rem sanctissanctam, cum toties ore, manibus, pectore sanctorum sanctum sumat, & attrectet. Paulinus s Valgii senis ex gentili Christiani, cum *Victoris* nomine, quod Christus mirabiliter illum in naufragio gubernans, aurem ejus attrectasset, tam assidue retractabat, venerationis causa, ut penè detereret, & voluisset vel unius partem auris abscindere, nisi illi vulneris, quæ sibi pignoris res fuisset. Nec dubitabat hujuscemodi senis tactum locorum tractu præferre, quæ sancta nominantur, & ligno ipsius sanctæ Crucis. Quid immundus ego Sacerdos de meis dicam digitis, labiis, pectore, quibus nulla umquam facta intermissione quotidie à viginti jam & fere 8. annis totius Auctorem sanctitatis Christum tango, gusto, & pectore condo?

a *Ps.* 75. 13
b *Sap.* 6. 9. A pius & bonis facies potentium non reformidanda & quare.
c *cap.* 16
d 17 *de Civ.* c. 9
e *ibid. psl.* 103. 32
f *psl.* 17
g *epist.* 1
h *lib.* 1. 9 *in Esa.* c. 5. 1
i *cap.* 61. 1
k v. 8
l *ep.* 3. 20
m Jo. 8. 56
n 1. *Tim.* 2. 5. Ratio quare hic locus de spirituali unctione intelligi debeat.
o 1. *Reg.* 10. 1
Christi genitrix Maria dici non debet.
p *lib.* 3. c. 12.
q *in Joa.* 2. 20. & *in Act.* 3. 6
r *Jud.* 9. 9
s v. 8
t *in Jud.* c. 9. 6. 10
u 1. *Reg.* 11. 1
x *Judg.* 9. 24
y 2. *de offic. Eccl.* c. 25
z 12. *in Esa.* 45. *Sabb.* c. 12

Et in prophetis meis nolite malignari.) Hieron., & *Prophetas meos nolite affligere*. Alii, & *Prophetis meis ne malefaciatis*, nolite mali quid quam facere, nolite injurii esse, אל תרעו *al tharehhu* μὴ πονηρεύεσθε. Solet Interpres *nolendi* verbo uti, cùm quid cavetur, etiamsi non sit in Hebræo, vel Græco textu. Non est probabilis Abul. t expositio de omnibus Israelitis, qui sic appellentur à Deo dignitatis caussa, respectu aliarum Gentium, eo quod illis responderet per Sacerdotes, & Prophetas, *nec esset alia natio tam grandis, quæ haberet deos appropinquantes sibi, sicut aderat Dominus cunctis obsecrationibus eorum* u, & *esset omnis populus sanctorum, atque ipsis esset Dominus*, ut Moysis, ac Aaron Core insultans dicebat x. Contradicunt ceteri de Patriarchis antea vocatis Christi, interpretantes: putatque Trevetus alludi ad unctionem, qua Prophetæ etiam ungebantur. De hoc disputatum alias.

Sensus accommodatitius.

a *in* 2. *Par.* 16
b Ex. 19. 6
c *Aut. Guevara in Abac.* 4. *Magist. in Cant. Mosis sect.* 5. *annot.* 1.
d *Abac.* 13.
e *Es.* 41. 5
f *lib.* 4. c. 17
g *in Abac.* 3
h *catec. myst.* 3
i *cons. Par.*
k *cap.* 2
l *lib.* 2. *ep.* 32
m *lib.* 1. c. 19
n *cont. Tryphon.*
o c. 2. 8
p *num.* 13
q *Joa.* 2. 18
r 6. *contra Celsum.*
s *epist. ad Macarium.*
t *in* 1. *Par.* 16
u *Deut.* 4. 7
x *Nu.* 16. 3

Prophetæ nomine Deus ipse appellavit Abraham, dicens Regi Abimelech *a*, *nunc ergo redde viro tuo uxorem, quia Propheta est & orabit pro te*. Sic etiam Josue successor Moysis vocatur *in Prophetis* b, ἐν προφήταις *in prophetis*, nempe quia probi erant, & pii, familiarius cum Deo versari, mysteriaque, & futura edoceri ab eo soliti, ad populum pro munere concionari, eumque instituere, ac Dei voluntatem illi declarare, ex ejusdem præscripto, responsoque illum regere. Sepè, in commentario præcipuè Actuum Apostolorum *c*, & in posteriorem Petri epistolam *d*, de hac Prophetæ, propheiandique varia notione admonui. Attamen quod propriè Propheta Abraham fuerit, Christus testis optimus, dicens *vidisse diem suum* e; & proditur in Genesi, præter adeo crebros, & mysticos Dei ad illum sermones, & mysticam adorationem unius, præsentibus tribus *f*, visio divina, & irruens sopor *g*, תרדמה *thardemah* cum extasi, similes ei, quem Adam habuit *h*. Idem *i* judicium de benedictionibus, quas Isaac, & Jacob *k* sub mortem pronunciando prænunciaverunt. (Ergo Propheta Abraham, ait Rupertus *l* Prophera Isaac, Propheta Jacob, sed majore Patriarcharum nomine hoc ipsum nomen in illis pene opertum est,) Docet etiam Angelicus *m* Doctor præsentem locum specialiter esse de Abraham, Isaac, Jacob, propheticè instructis de his, quæ pertinent ad fidem divinitatis excellentiori quodam modo, quia jam oportebat circa hoc institui, non solum speciales personas, aut quasdam similes, sed totum populum; propterea Dominum dixisse Moysi *n*, *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente*, &c. Addit, quod prima revelatio ante legem facta est Abrahæ, cujus tempore cœperunt homines à fide unius Dei deviare, ad idololatriam declinando: ante enim necessariam non fuisse, cum omnes in cultu unius Dei persisterent. Isaac factam inferiorem, quasi fundatam super revelationem factam Abrahæ, quia dictum est ei, *o Ego sum Deus Abrah m patris tui, & Deus Isaac*. Posset in ratione propheticè comparatio fieri inter istos Patriarchas. Verum quidquid sit de revelatione divinitatis, commendatur Abraham peculiariter à Christo, quod Christi *videre diem exultaverit, videnſq; sit gavisus* q, Jacob etiam crebriores, & quodam pacto sublimiores visiones, ac revelationes narratur. Soli veri Prophetæ appellantur Prophetæ Dei. Sic de Samuele scriptum est *r*, *cognovisse universum Israelem, quod fidelis, & Propheta esset Domini*: eos autem, qui vident falsa, & stulta, appellat Deus non suos, sed populi Prophetas *s*. Denique non incommode possis totam sententiam Christo tribuere, cum capi se sinens in horto, dixit *t*, *si ergo me quæritis, sinite hos abire*, quasi diceret, *nolite tangere Christos meos*, & *in Prophetis meis nolite malignari*. Nec Petrum lesit quisquam, quod sanè magnam habuit admirationem, etiam quum exemit gladium, etiam postquam abscidit servi Pontificis auriculam *u*. Atque ex eodem illo imperio Christi, ut sinerent abire Petrum, Jacobum, Joannem, Cajetanus non improbabiliter colligit, adolescentem, qui nudus profugit, sindone relicta, ne caperetur *x*, non fuisse Joannem: nec enim ullum ausurum fuisse in eum, vel in alium ex Apostolis illis manum injicere post tam authenticam Christi prohibitionem. Sinunt eos abire, ait August. *y*, quos non vult perire.) Chrysostomus *z* observat benignitatem Christi erga discipulos ad ultimam usque horam, tum subuit non omittendam profecto sententiam. Admirari autem quis posset, cur non comprehenderint etiam cum *Jesu*, ut verberarent discipulos, & Petrum maximè, qui eos, servi aurem abscindendo, irritarat. Quis ergo eos continuit? Nemo alius, quam quæ eos retrorsum projecerat potentia. Subdit etiam, Petrum hoc voce, & his, quæ jam facta viderat, frerum, contra irruentes armatum esse. Hugo applicat mulieribus, *ne tangant Christus Domini* hoc est, ne fornicentur cum Sacerdolibus, & clericis, (adde Domino dicatos Religiosos *z*) & *in Prophetis ne malignentur*, hoc est, (ludendo in sono verbi) ne malo igne luxuriæ accendantur in eis, qui debent aliis bona prædicare. *In Prophetis* etiam dicit *malignari* tum Judæos, tum Hæreticos, qui prophetias malignè exponunt.

(*Vers.* 16.) Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit.

NArraturus singulare beneficium, quod ex maleficio elicuit Deus, ideſt, multiplicationem populi Hebræi in Aegypto, atque liberationem ex servitute, quam ibi postea durissimam passus est, & quomodo, quod ante *a* dictum est, non solum Patriarchæ, sed etiam Hebræi *de gente in gentem, & de regno ad populum alterum*, cujus totius rei occasio fuit impietas fratrum lævissima, qua Josephum vendiderunt, per quem subventum est fami ipsorum fratrum, & patris Jacob, cunctæq; familiæ, non solum Aegygti, in quam illi commigrarunt; facit hic velut fundamenti loco mentionem de gravissima fame jorta super terram tempore Jacob, cujus occasione idem Jacob, ut nunc dicebam, transmigravit in Aegyptum, & in ea vixit cum tota familia. Igitur ait, Deo auctore, famem venisse, tamquam ab illo vocatam, & venire jussam, ut solet famulus, aut etiam integer exercitus ex uno in alium locum vocari; atque rem magis explicans, famem declarat per contritionem, & comminutionem victus, quo vita nostra velut fulcro, baculo, virga sustentatur. Peregrinationis Abrahæ in Aegyptum fames caussa fuerat *b*, & Isaac ad Abimelech Regem Palæstinorum in Gerara *c*, interquam, & primam illam aliam interceſisse innui videtur, quando commemoratur ista, propter quam Isaac peregrinatus est. Agitur hic de illa alia, quam dixi accidisse sub Jacob, cum filios misit in Aegyptum pro annona. Describitur hæc fames, & septem annorum inopia, quos prædixerat Joseph in Genesi, cap. 41. & in universo orbe prævaluisse dicitur, in cuncta autem terra Aegypti panis fuisse, ita tamen ut oppressis fame ipsismet Aegyptis, Joseph panem venderet, non solum hominibus aliarum provinciarum in Aegyptum venientibus, & in c. 42. narrantur missi fili à Jacob in Aegyptum ex Chanaan eadem de caussa, & in c. 43. iterum remissi. *Alit Deus suos in fame* d, *& in diebus famis saturat* e, *nec affligit in fame animam justi* f, *& in fame eruit de morte* g: attamen non subvenit semper per corvos *h*, aut inopes viduas *i* sed vult hominem propria industria, diligentiaq; periculum depellere, ac vitare, non Deum tentare. Utitur etiam Deus fame quandoque, ut lictore, sicut de Abraham loquitur Chrysost. *k* ut eo necessitatis injecto vinculo viri pii, ac sapientes ad alias peregrinari provincias compulsi, eas tum doctrina, tum exemplo illustrent, atque perficiant. Quod in Abraham, Isaac, Jacob, locum habuit, insigniter in Josepb, de quo quæ in psalmo sequuntur.

Et vocavit famen super terram.) Sæpe numero Scripturæ famem immitti tradunt à Deo, sed & nonnumquam hac ipsa phrasi produnt *vocari* ab eodem Deo, *l* aliquando *congregari* m, *imponi* n, quandoque dicunt *vocari ab Oriente autem* o, *gladium* p, *formidinem* q, (milites formidabiles) *templis* r, (condictos ad condictum locum homines, aut tempus vindemiæ, ac maturitatis, ut ad calcandum) *stellas* s, item *frumentum, ita ut non imponatur fames* t, r adhæc *aquas maris* u, (dum subtiliores partes calore in altum sublevat, indeque pluviam facit, ac dimittit) *judicium ad ignem* x (punitionem ad ignem, ut urbs igni ardea *contritionem super contritionem* y, postremo *siccitatem super terram, & super montes, & super triticum & super vinum, & super oleum, & super homines, & super jumenta, & super omnem laborem manuum* z. In genere autem Paulus *a* pronuntiat, quod *vocat Deus ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt*. Nimirum nihil non volente fit Deo, sed *omnia serviunt ei* b, dicuntque non solum quæ percipere justa ipsius possunt, verum etiam ratione carentia, quum ab ipso vocantur, *adsumes* c, etiam *clades pœnæ, supplicia*, quæ & *immissiones* dicuntur *per angelos malos* d, quamvis fieri possint & per bonos; & immediate à Deo ipso. Nec Deus tantum loqui cùm hujusmodi rebus dicitur, verumetiam Angeli aliis Angelis tamquam ministris talium plagarum, ut ille in Apocalypsi e, qui *clamabat voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari dicens, Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus*. Aliqui, quorum Abulensis *f* meminit, existimant per dictas vocationes innui Deum vocantem, & jubentem præsidibus Angelis, ut certas calamitates immittant quod quum per eos facit, censeatur ipse immittere, congregare imponere. Augustinus hoc ipso loco facit de ea sententia mentionem, apudque homines quosdam tales deos consecratos, ut Febrem, Pallorem. Magis

Sensus loci

a Gen. 20. 7
b Eccl. 46. 1.
c In c. 2. 16. c. 3. 21. c. 13. 1 & 15. 32 alibi c. 2. v. ult. & Joa. 8. 56
d 1. Pet. 1. 10.
e v. 25
f Gen. 18. 2
g c. 15. 12
h c. 2. 21.
i c. 27. 28. 29. 40
k c. 49. 1. & seq.
l lib. 5. in Gen. c. 4.
m q. 174. ar. 6. in corp.
n Exod. 6. 3
o Gen. 26. 24
p c. 28. 13
q Joa. 8. 56
r 1. Reg. 3. 20
s Thren. 1. 14
Causa cur Christi discipulos, ipso capto, nemo lederе ausus sit.
t Joan. 18. 8.
u v. 10
x Marc. 14. 51. 52.
y tr. 22. in Joan.
z hom. 83 in Joan.
Sensus accommodatitius.

a Rom. 4. 17
b Psal. 118. 91. quomodo ratione carentia, & inanimata voci Dei vocantis obedire intelligantur.
c Baruc. 3. 35
d c. 7. 1. 3
e Psal. 77. 49
f 4. Reg. 8. 6.

l 2. Reg. 8. 1
m 1. Esdr. 5. 16
n c. 36. 29
o Esa. 46. 11
p Jer. 25. 29
q c. 49. 20
r Thr. 1. 15
s Bar. 3. 33
t Ezec. 36. 29
u Amos 5. 8
x c. 9. 6
y Jer. 44. 13
z Agg. 1. 11.

a Psal. 32. 19.
b Psal. 36. 19
c Prov. 10. 3
d Job. 5. 19
Homo propria industria periculum vitare, & depellere debet.
e 3. Reg. 17
f ibid
g hom. 30. in Genes.

gis expedita ratio illa alia prior, magisque Augustino A probata, obedire res omnes Deo per potentiam, quam dicunt obedientialem, idem est, quia earum Auctor uti ad arbitrium ipsis potest, non quod iusit iis intelligendi vis, ut quidam perperam philosophati sunt, contra quos alibi egimur. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum faciunt verbum Dei a*, cumque vult, *amat creaturam* ceu exercitium; *adulationem inimicorum*, ut *pugnet cum illo Orbis terrarum contra insensatos*, *b* Trita etiam illa divinis litteris formula, qua *vocari* usurpant pro *esse dicere*, pro *facere*. Legitur quoque Christus imperasse febri *c*, ventis, mari *d*, ficui *e*. Sed placet denuo mihi quod in commentariis Actuum Apostolorum dixi, explanans concionem Stephani loquentis de hac ipsa fame, *vocatam illam famem* dici, quia non modo naturali, & per ordinarius naturales causas contingit, ita ut Joseph ob ejus prænotionem, & prædictionem laudem sapientiæ tantam meruerit *f*. Ibi dicta cognoscat qui volet, repetere haud libet mihi, ut nec de famis malo, curque illam speciatim Jacob sit permissus pati, Divino famem nutu, ac judicio vocari, mittique præter ea, quæ dixi, demonstrat, quod inter judicia pessima, eum gladio, peste, malis bestiis connumeratur *g*, quasi dicas atrocis iræ divinæ judices, & carnifices. Gravitatem vero calamitatis hujus inde Chrysostomus *h* exaggerandam censet, quoniam Jacob sæpius negatum Beniamin cessit tandem deducendum in Ægyptum compulsus fame. Druthmarus *i* etiam illas Christi minas, *malos male* k *perdet*, interpretatur de fame, quam Judæi passuri erant in obsidione Romana, ita ut liberorum carnibus vescerentur. Adiice circa vocationem, quod innuit Chrysost. in hoc loco *vocari famem* à Deo, & similia flagella, pœnasque, quoniam culpa ipsa nostra illas vocat prius. Quo referri potest illud *de absſum invocante l*; multoque melius, quod Sapiens *m* negat *à Deo mortem factam, sed impios manibus & verbis accersisse illam*. Distinguit Ayguanus tropologicè, præter famen cibi corporalis, quæ prodigum reverti fecit ad se, & redire ad patrem *n*, & effecit ut fratres Joseph errorem suum agnoscerent, quod vendiderant illum *o*, aliam famem verbi Dei *p*, ut vel quis propter sua peccata eo careat, vel piè ac studiosè illud esuriat: & famen pœnæ infernalis, sive quam patientur in inferno damnati. Invehitur Græveus *q* in divites fastidiosos, qui data opera famem vocant, & appetitum exacuunt, quum à se pauperes famem repellunt, nec reperiant, qui vel micas rident (virgisolim Græci ex ædibus repellebant dicentes, *foras famem, intro divitias & sanitatem*, ἔξω βάκκαν λιμόν, ἔσω πλοῦτον, καὶ ὑγίειαν *x*) idque vel oberrando, vel condimenta comparando, vel varios cibos deliberando, vel exquisitos in pretiosis quoque vasis imponendo. Deinde laudat procurantes famam spiritualem, quique sunt famelici, ac esurientes spirituales, quos solus Deus saturat *y*, *& implet bonis z*, & qui famem acquirunt percurrendo spatia mansionum cœlestium, saporem aceti, fellisque Dominici comparando: prægustando, & videndo quam suavis est Dominus, novas escas, & novis vasis contentas sacramentorum sumendo.

Et omne firmamentum panis contrivit.) Hieronymus, *virgam*. Hanc, sive *baculum* significat מטה *matth*. Nec aptiore verbo uti potuit Propheta, quam *conterendi*, etiamsi August. velle videatur melius esse verbum *consumendi*: quia contritio, & confractio optime convenit *virgæ*, sive *baculo*. De phrasi ipsa dictum satis ad illa verba psalmi præcedentis *a*, *panis cor hominis confirmet*. ubi est στηρίζειν, unde hujus loci nomen στήριγμα. *Conteritur omne firmamentum panis*. quum vel hic, omnisque per eum designata deficit esca: vel demitur ab hac vis & facultas nutricandi, procedens ab ore Dei. *b* Quum Rex Israel apponi præcepisset latrunculis regis Syriæ panem, & aquam, refert sacra historia *c* appositam eis ciborum magnam præparationem: Præterea dicitur Putiphar nescivisse quæ circa eum erant, præter panem, quem edebat; permissa nimirum cura rei domesticæ Josepho *d*, aridum vero Putiphar, ac solum panem non edebat. Sed hæc panis pro quolibet cibo notissima notio est, vel ex quotidiano pane, quem in oratione Dominica *e* petimus quotidie.

Vers. 17.) Misit ante eos virum, in servum venundatus est Joseph.

OCcasione famis venturæ, ut consuleret potissimum Deus Jacob, totique familiæ ipsius, præmisit filium unum Jacob, nempe Josephum, permittens ab ipsismet fratribus, qui odio, ac invidia illum prosequebantur, vendi mercatoribus, tendentibus in Ægyptum: Celebris hæc historia cum reliqui ejusdem partibus, quæ sunt in versibus sequentibus usque ad 23. continetur in Genesi, cap. 37 39. 40. 41. 46 Ia 45. autem Joseph *e*, tamdem consolans fratres, jussit ne paverent, neque durum ipsis videretur, quod vendidissent eum in illis regionibus, quia pro salute ipsorum misisset eum Dominus ante ipsos in Ægyptum, & præmisisset eum Deus ut reservarentur super terram, & escam ad vivendum haberi possent, non ipsorum consilio, sed Dei voluntate illud missum esse: ceterum ut quamprimum adducerent patrem ipsius. Ubi notatu dignissimum quod se à Deo missum ter inculcat, quo procul dubio hic alludit Propheta noster. Stephanus in concione *b* commemorativ hujusce historiæ summum, ex cujus loci commentario nostro petat qui cupit quæ hìc dicenda essent. Cur enim tempus terram? Dixi quoque nonnulla in Sapientia. *f*

Sensus loci.

Misit ante eos virum.) Hieronymus, *ante faciem eorum* לפניהם *lipnehem*. Chaldaice additur epithetum) *sapientis*) *misit ante eos virum sapientem* גבר חכים *ghevar cacchim*: & emphasis in primo nomine, quod etiam Hebræum est, potest esse, quemadmedum in איש *isch*, quod habetur in textu Hebræo, quamvis ἄνθρωπος quemcumque hominem significet. Insignis vir erat Joseph, ac vere vir, neque impudicæ fœminæ sollicitatione mollitus, neque carceris exilique tribulatione fractus, neque fraterna injuria superatus. Observanti viri notionem Hugo, & Rupertus. *g* Alludere Prophetam paullo ante monui ad Josephi orationem, in qua adeo exaggerate missum se à Deo semel, secundo, tertio repetit. Hic vir Joseph missus ad consulendum fami suorum, & universæ Ægypti, aliarumque provinciarum, allegoricè Christus est Dei Filius, *quem misit quando venit plenitudo temporis e*, ante quam erat velut temporis inanitas, & sterilitas, & quæ *virum mulier circumdedit f*, cujus *venter sicut acervus tritici* h, *& quum qua veneruni nobi omnia bona pariter* h. *Venditus est in servum* à Juda, quia servire quum fecimus nos iniquitatibus nostris; *humiliati sunt in compedibus pedes ejus*, fortassis nocte, quæ præcessit crucifixionem, in qua quum manibus pedes confixi sunt: *ferrum pertransit animam ejus*, ideſt, Matris *i*, quam ut animam suam diligebat *donec veniret verbum ejus*, quod per Simeonem de matre prædixerat *k*, aut etiam per Zachariam *l*, de ferro lanceæ, quod mortuum quidem transfixit, sed ex vulnerati corpore ac si esset animatum, *sanguis & aqua exivit m*, tamquam fons patens ut Propheta ille loquitur: *Eloquium Domini inflammavit eum*, ideſt. Patris præceptum ut talia ferret, vel fervor prædicandi, Dac docendi, qui mortis ei causa extitit: *misit Rex* Pater ipsum ad mortem, *& solvit eum* suscitando ipsum, idem, inquam, Rex qui Princeps est populorum, dimisit eum liberum ab omni miseria: *constituit eum Dominum domus suæ & Principem omnis possessionis suæ*, dans ei *omnem potestatem in cœlo, & in terra* n, *& nomen super omne nomen* o, collocansque ad dexteram suam: *ut erudiret Principes ejus sicut semetipsum, & senes ejus prudentiam doceret*, mittendo de cœlo Spiritum sanctum in Apostolos *p* quos *constituit Principes super omnem terram*, *q* qui Spiritus sanctus, *doceret omnem veritatem, & suggereret omnia quacumque diceret* r ipse per illum, & confirmaret in doctrina eorum, quæ vivens docuerat, & à Patre audita nota illis fecerat: *s* tunc *intravit Israelem Ægyptum, & Jacob accola fuit in terra Cham*, ac Apostoli, ubique prædicaverunt; sic vero Deus auxit populum suum vehementer, firmavitque super inimicos ejus, quando fidelium numerus in immensum ferè excrevit, ac superior tyrannis, ac aliis hostibus evasit; quamvis hi ac nominatim Judæi, odissent Christianos ex corde, & quod aperto non poterant matre, dolis ac fraude persequerentur. Longius adhuc procedit per psal. allegoria, quam ingeniosè tradit Hugo: sed quod superest commodius postea notabitur. Aliam comparationem Christi cum Josepho attigi in commentario Actuum Apostolorum *t*, ex Ruperto *u*, aliis-

Allegoria comparatio Joseph cum Christo.

a *psſ.* 148. 8.
b *Sap.* 5. 18.
c Luc. 4. 39.
d Mat. 8. 26
e *c.* 21. 19. *in c.* 7. 12.
f *Genes.* 41. *toto*.
g Ezec. 14. 21
h *hom.* 64. *in Genes.*
i *in Mat. c.* 21.
k Mat. 21. 41
l *psſ.* 41. 8
m *Sap.* 1. 13. 16.
n Luc. 15. 18
o Gen. 42. 21
p Amos 2. 11
q *serm.* 221.
r Mat. 15. 17
x *in Adagiis Saguntina fames.*
y 1. Reg. 2. 5
z Luc. 1. 53.
a *vers.* 15
b Deut. 1. 3.
c 4. Reg. 6. 23
d Gen. 39. 6.
e Mat. 6. 11
f Ver. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. 23.
g Act. 7. 8. *usque ad* 15
h *in c.* 10 13 14
i 8. *in Gen. c.* 33.
k Gal 4.
l Jer. 31. 22.
m Cant. 7. 2
n Sap. 7. 11.
o Luc. 1. 35.
p *ibid.*
l. 3. 13. 3.
q Jo. 19. 30
r Mat. ul. 13
s Phil. 2. 9.
t Act. 2. 4.
u *psſ.* 44. 17.
x Jo. 14. 26.
y *c.* 15. 25.
z *in c.* 7. 10.
a *lib.* 8. *in Gen. c.* 40.

pulo beatorum, qui perfectè recreetur, & laudet Deum, & sicut nec satis aptè per *os infantium* in psal. 8. *a*, viatores per *os lactentium* beatos intelligit: ex quo duplici ore dicitur laus perficienda. Quidquid de illo loco sit, non egent beati Scriptura, qui in ipsomet legunt libro vitæ. Melior *b* Pepini tropologia, jubere Spiritum sanctum scribi divina mandata *c*, antiquorum gesta, tùm proborum *d*, tùm improborum *e*, superventura mala ante judicium, singulorum opera in libro scientiæ Dei, & conscientiæ cujusque malorum supplicia, justorum præmia. De utilitate scriptionis, in quo commendentur posteris documenta, & exempla, nonnihil egi ad ea verba psalmi 77. *f. Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera: filii, qui nascentur, & exsurgent, & narrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscansur operum Dei.* Nec Lycurgo, nec Socrati acquiescendum, qui scribendam negabant legem, vel quid aliud: Vitam memoriæ historiam Cicero *g* nominat, nunciamque vetustatis, ac testem temporum, & idcircò lucem veritatis, magistram vitæ. Tandem secundùm versus membrum admonet nos, quanti fieri beneficia Dei debeant, & quam gratos erga illum pro ipsis exhibere nos debeamus. Qui beneficiis magnis ab aliquo afficitur, creaturam illius vocare solent, quasi ex nihilo acceperit esse. Quia verò pauci officio respondent in referenda, agenda, habenda gratia, rectè qui id præstet denuò creatus videri possit. De vitio ingratitudinis numquam non grata tractatio est, quia nemo non eam in alio reprehendit, etiamsi forsitan ea laboret. Audisse se Esdras *h* testatur in apocrypho libro, Deum dicentem, quod *qui non cognovissent eum, viventes beneficia consequuti, hos oporteret post mortem in cruciamento cognoscere.*

Ayguant anagogia minus probabilis.
a *vers.* 3.
a *serm* 86.
Tropologia
c *Tesit.* 6. *c.* 31.
d Exod 7.
e Jerem. 27
Scriptionis utilitas.
f *vers.* 6.
g 2 *de orat.*
Ob Dei beneficia quã grati esse debeamus.
Ingratitudo ab omnibus reprehenditur.
h *lib.* 4. *Esd.* 9. 10. 11.

Scribantur hæc.) Hebraicè, & Græcè, *scribatur hæc*, זאת תכתב *zoth thichatheu*, γραφήτω αὕτη, Hier. vertit ut est in editione nostra, accipiendo videlicet pro plurali singulari positum, & fœmininum genus pro neutro, quia isto carent Hebræi, quod non semel monui: verbi gratia quum dicitur, *Utinam petii à Domino i*, &c. & *Hæc facta est mihi k*: Ut idem sit, *scribatur hæc*, atq, *scribatur hoc*: seu, *hæc res*, aut *oratio*: & numero multitudinis, *hæc* vel dicta, vel dicenda, vel utraque. Chaldaicè in te, tu Nebiensis: *scribatur oratio eorum hæc*, צלותהון דין תתכתב *thithchatheu tselothehon den*: nempè *oratio humilium*, de qua priore versu. Chrysostomus quoque ac Euthymius, & Nicephorus referunt pronomen fœmininum αὕτη προσευχὴν, sive δέησιν, *orationem*, & *precem*, vel ad pollicitationem integra psalmi oratione contentam, in cujus etiam titulo est προσευχὴ, *oratio*. Varium scripturæ genus Innocentius attingit, superioris & inferioris, interioris, & exterioris.

i Psal. 26. 4.
k Psal. 83. 56.

In generatione altera.) Hier. *in generatione novissima*, idest, posteriore, futura, ultima, sequenti, hæc enim omnia valet אחרון *acharon*. Præposita autem littera servilis cum suo puncto ל, *le*, dativo servit, quem casum LXX. per accusativum expresserunt cum præpositione, γενεὰν ἑτέραν, *in generationem alteram*: quo pacto Latinè legitur etiam in vetere Psalterio apudque Augustinum, ac Bedam, & in quibusdam codicibus Hieronymi, *in generationem novissimam*, & idem est ac de generatione, propter generationem in gratiam generationis. De diversa generationum forma dictum hìc antea satis, & alibi de notione vocis Latinæ, tùm דור *dor*, γενεᾶς,

Et populus, qui creabitur.) Hier. eodem modo, quamvis sit Hebraicè, & Græcè participium נברא *nibra*, ὁ κτιζόμενος, & primum jungi potest omni tempori, secundùm quandoq; pro futuro sumitur, ut ὁ ἐρχόμενος *veniens*, pro *venturus*. Nihilominus notat Aug. aliique Latini dictum, non, *qui creatus est*, sed *qui creabitur*, ut intelligatur prædici populus, quem vocavit Apostolus *l novam creaturam*, & spectat ad novum testamentum & recreatur, sive regeneratur per gratiam, cujus productionem aliqui creationem appellandam censent. Qua de re dixi psalmo 50. *m cor mundum crea in me Deus*; ut & de *creandi* verbo, quod non semper accipiatur de propriè dicta creatione. Neque enim David (ait Athanasius *n*, agens quum Arianus abutentibus contra Filii Dei divinitatem, quia sub nomine *sapientiæ* dicatur, quod Dominus *creavit* ὁ ἔκτισε, alias ἔκτησε, *possedit*) de populo essentialiter condendo loquutus est, neq; aliud cor, quam quod habebat, optavit accipere; sed eam, quæ secundùm Deum est, innovationem, instaurationem denuq; votis quæsivit. Mentionem quoq; faciens de nonnullis Pauli similibus locis, subdit: Neque item Paulus essentialiter duos condendos in Domino significavit, neque revera alium hominem nos induere jussit, sed per hominem secundùm Deum, innuit nobis vitam secundùm virtutem, ac per duos in Christo condendos, duos populos in eo renovandos indicabat. Addit & ex Jerem. testimonium, acriterque Arianos urget, vel ob ignorantiam, vel propter blasphemiam, quod aut non intellexerint scripturas, aut quod ex David, & Paulo audientes τὸ ἔκτισεν *creavit* non ὅτι ἂν, vel γενέσιν *essentiam*, aut *generationem* intelligant, sed ἀνανέωσιν *renovationem*: contra ubi audirent ex Deo illud idem verbum essentiam ejus cum creaturis in eodem grege statuerent. Videtur etiam longè post in eodem loco renovationem istam per *creationem* designatam, & generationem *generationis alterius*, referre ad corporis gloriosam immortalitatem: *Domino retribuente pro nobis* in corpore suo mortali, & *opus manuum suarum non despiciente p*, quod per peccatum mortem incurrerat. Idem adhuc alibi *q*, ex eo quod præcipiebantur filiis Israel custodire sabbata εἰς τὰ γενεὰς αὐτῶν, colligit adventante *generatione ista altera*, de qua hìc mentio fit, oblationem sabbati transisse in diem Dominicum, quo die homo recreatus est, sicut illo creatus, ita ut non sit ampliùs necessitas τὸν λαὸν τῶ τοῦ τυρεῖν τὸ τῆς προτέρας κλίσεως τέλος pooulum *hunc custodire prioris creationis finem*, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν τῆς δευτέρας κτίσεως ζητεῖν *sed exordium secundæ creationis*, quod cœpit, quando Christus resurrexit; secundam creationem finem non habere, ideoque nec quietem assumpsisse, sed usq; in præsens operari, & sperari à nobis sabbata sabbatorum, in quibus finem non habebit nova creatura, sed manifestabitur, & perpetuò finem colet. Hìc est sabbatismus, de quo Paulus *r*, requieseque ad quam nos festinare jubet. Procopius *s populum* τὸν κτιζόμενον exponit idem esse, atque ἀνακτιζόμενον *creatum* idem quod recreatum, quique ad imaginem Dei (ut pro gratia sumitur) redeat, & vetere homine deposito, novus evadat, & nova creatura, & reformatus in novitate sensus. Videtur quoque R. Salomon hoc loco, quem Galatinus *t* citat, *populi creationem* accepisse. Nam exponit quod videntes salvationem, dicent, *inscribatur hæc salvatio, ut narretur generationi novissimæ, & populus qui creabitur*, idest qui fiet *nova creatura*, de servitute egrediendo ad libertatem, & de tenebris ad lucem, *laudabit Deum*. Argumentum non valdè necessarium, quia Hebræi, & alii etiam denuò nasci, vel recreari dicunt illum, qui de infelici statu transit ad felicem. Argumentatur ex hoc loco Hieron. à S. Fide *u* ex Judæo Christianus pro conversione Gentium. Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus *x* locum præsentem usurpat, & ex psal. 144. *y Generatio, & generatio laudabit opera tua*, & ex 39. *z annuntiavi, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum*, ut persuadeat crucem tametsi celebrata sit à multis, adhuc & ab aliis esse laudibus extollendam, & quum hìc dicitur λαὸς ὁ κτιζόμενος *populus qui creatur*, idem sibi videri ac ὁ ἀεὶ γινόμενος, *qui semper fit*, sive *nascitur*. Eruete Hieronymum *a* alicubi puto ex *creandi* verbo facilitatem simul, & multitudinem convertendorum ad Christum. Nam præsenti sententia illustrat illam Esaiæ *b*, scribentis nomine Dei, *Numquid parturiet terra in die una, aut parturietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos?* Hìc autem populus inquit, uno creatus est die, quem illustrat Sol justitiæ. Refert id etiam ad illud tempus, quando una die tria millia *c*, & quinque millia *d* de Judaico populo crediderunt, & de universis gentibus, quæ sub cœlo sunt, erunt in Jerusalem, qui audiebant variis *linguis loquentes magna alta Dei e*. Theophylactus *f* his accommodat locum istum, qui cum triumpho intrantem Christum in Jerusalem laudabant.

Laudabit Dominum.) Corde, ore, opere, diligendo, confitendo, obsequendo, grates referendo, ut ad perfectam laudem conveniant vita, lingua, conscientia, inquit Innocentius, & ut ait Gregorius, in operibus suis Deum laudant, qui bonum quod faciunt, nequaquam sibi, sed gratiæ Dei attribuunt. Nulla aptior gratiarum actio, quam pro gratia, nihil propiùs accedit ad creationem quam gratia, quia gratia ut gratia fit ex nihilo, idest, ex nullis meritis; nec, ut ante dixi, convenientiùs potest attribui talis laus actionis gratiarum,

l 2. Cor. 5. 17 Gratiæ productionem quidam creationem appellandã censent.
m *vers.* 12.
n *orat.* 3. *contra Arian.*
o Prov. 8. 22.
p Psal. 137. 8.
q *tra. de sab. bato & re. surrect.*
r Heb. 4. 9.
s *in Esa. c.* 42
t *lib.* 11. *c.* 7.
u *cap.* 10.
x *oratio in adorat Crucis in media jejunii tempore.*
y *vers.* 4.
z *vers.* 6.
a *in Esa. c.* 66.
b *c.* 66. 8.
c Act. 2. 41.
d *c.* 14. 4.
e *c.* 2. 11. Accommodatitius sensus.
f *in Luc.* 19.

Qui denuò renasci & recreari à quibusdam dicantur.

Qui Deum verè laudet

tiarum, quam populo qui creatus dicitur per gratiam, quæ nobilioris ordinis est, quam esse, quod confertur per creationem propriè sumtam, quamvis versetur circa substantiam, eamque præsertim completam. 1 1. epist 29. *Vos autem genus electum*, inquit Petrus *a*, *regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, virtutes annuntietis ejus, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.*

Vers. 20.) Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit.

Vers. 21.) Ut audire gemitus compeditorum, ut solveret filios interemtorum.

Sensus loci. VEl hæc & sequentia sunt quæ scribenda esse dictum est præcedente versu, simul etiam cum iis, quæ in aliis prioribus continebantur: Vel causam indicant quare laudetur Deus, eo quod nempè de sublimi illo, & sancto solio suo dignatus sit benignos & faventes oculos conjicere in abjectos, & ærumnosos homines, & inde usque è cœlis in imam istam terram, & ergastulum captivorum prospicere, ut attenderet ad gemitus eorum, eosque solveret à vinculis, & servitute, qui vel morti destinati erant, tamquam filii mortis, vel ita tractabantur, ac si tales essent, vel filii eorum erant, qui jam crudeliter interemti fuerant, præsertim in bello. Simili prius modo quum detinerentur Hebræi, ac vexarentur in Ægypto, dixit Deus Moysi: *Clamorem eorum veniſſe ad ſe, vidiſſeque afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimebantur* b. *Flectebatur etiam Dominus miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cade vaſtantium* c. Perspicua est de Christo liberatore filiorum iræ, mortis damnationis, captivitatis, allegoria. Cajetanus interpretatur de solvendis ac liberandis patribus in limbo veluti compeditis, ac gementibus expectando redemtionem animarum suarum, ut frui Deo liceret, ac in cœlum ascendere; præterea, ut hi, qui ad. huc vivebant condemnati æternæ morti, ad hac liberarentur. Prior id Innocentius docuerat, *filios interemptorum* nominans ex Adam, & Eva ortos, qui omnes interemerunt, ipsimet interemti. Hugo idem ferè habet. Juxta tropologiam, ait Gregorius *compeditos* esse, qui perfectionis amore, vinculis quibusdam severioris disciplinæ seipsos astringunt, ac devincunt Deo, quos & Sapiens *compedes* vocat, *torquem*, *vincula*, sponsa *monilia* d, *filios interemtorum*, qui martyres imitentur, dando sese totos mortificationi carnis, hancque crucifigendo cum vitiis & concupiscentiis e: illos compeditos gemere continuè exilii sui tenebras, & indesinenter ad claritatem visionis Dei suspirare audiri per accessum ad Patrem, beneficio incarnati Filii concessum. Innocentius hoc differt à Gregorio, quod exponat de hominibus ante adventum Christi, gementibus, ac exspectantibus illum. Ait præterea, quotidie Deum, & illos, qui propriorum peccatorum vinculis compediti sunt, & qui aliena peccata sectantur tamquam *filii interemtorum*, par pœnitentiam revocare ad salutem.

Allegoria. Tropologia. b Exod. 3. 9. c Judic. 2. 18. d Ezech. 16. 25. 16. 30. 31. e Cant. 10.

Quia prospexit de excelso sancto suo.) Chald. *de cœlis excelſis ſanctitatis ſuæ*, aut *ſanctuarii ſui*. Hier. quoq; editio Victorii, Fabri, Treveti tribuit; *de excelſo ſanctuario ſuo*, quamvis in bibliis Regiis recitetur eo modo, quo nos in nostris legimus. In Psalterio vetere, & apud Augustinum, & Prosperum, *ex alto*. Litteraliter idem est quod *cœlum* sequenti membro, & alibi *f*, *excelſum cœlorum habitaculum Dei*, vel *ſurſum*, *g*, vel *locus habitaculi ejus in cœlis h*, vel *ſublime habitaculum i*, vel *habitaculum ſanctum k*, vel *ſedes in cœlo l*. Pro verbo *prospiciendi*, est Hebræum תשקיף *hiskiph*, Græcum ἐξέκυψεν. Eadem omnia sunt in aliis psalmis *m*, qui præcellerunt, ubi declarata sunt. Græcum præsertim prospectum innuit diligentissimum, quasi per secretas fenestras cancellosque, unde videat quis, nec videatur, quo modo dilectum sponsa prospexisse dicebat *n*. Mysticè Deus Pater de excelso sancto suo, ideſt, de Christo, ut ait Innocentius, quia humano generi providit, mittendo ipsum in mundum, ut illud redimeret sanguine suo pretioso. Vel, ut eidem placet, & Gregorius docet, atque Cassiodorus, Haimo, Remigius, Beda Christus ipse de sublimitate suæ divinæ, & de cœlo ejusdem in terram humanæ miseriæ, ut miseros homines liberaret. Bruno Carthusianus addit terram, in quam aspexit Dominus esse uterum Virginis, quæ sit incorrupta terra, cui benedixit, ab omni propterea contagione peccati libera (nota sententiam sanctissimi viri de immaculata Mariæ conceptione) per quam vitæ viam agnovimus, & promissam veritatem accepimus. Ayguanus philosophans circa videndi modum per intus susceptionem, perque *prospectum*, intelligens incarnationem, qua Dei Filius suscepit, & assumsit humanitatem; *de cœlo in terram aſpectum* ejusdem Filii Dei explicat, quod de illa, quæ cum cœlo comparatur, carnem assumens, in terram, ideſt, in peccatores aspexerit misericordia sua; quasi dicas, intus accepisse quam vocant speciem, & similitudinem hominis, quum verè factus est homo, quo modo locutus est Paulus *o*; ita ut ex humanitate, & illo fieret unum, sicut ex objecto & potentia fit quadam ratione unum. Quarto Hugo *excelſum ſanctum Dei* sumit pro bono Prælato, de quo respiciat populum suum quando per illum docet eos, & exemplo informat. *Sancti* epithetum rectè appositum est excelso loco, unde prospexit Deus ad miserendum, quia miseriæ locus iste inferior beatitudinis opponitur loco, propter peccatum, nec melius percipitur benigna misericordia Dei, quam quod ipsissima sanctitas de loco sancto suo celsissimo, est hanc infimam peccatorum vallem descendere dignata sit. *Surſum manſit, ac deorſum* Salvator, per incarnationem *apparuit*, inquit Chrysostomus ἄνω μένων, κ κάτω φανείς, ut Græcè loquitur, ex ipso, ut puro mutuatus Nicephorus: & Euthymius per *aſpectum* denotari vult adventum Christi, & rationem assignat cum Chrysostomo, quod proprium sit iis, qui desuper prospiciunt manere in alto, & videri ab iis, qui inferiùs sunt, deniq; per *excelſum* intelligi aut cœlum, in quo peculiari quadam ratione habitare dicitur Deus, nullo non loco alioqui existens; aut ipsam divinitatis celsitudinem. Latini etiam vim faciunt in *proſpiciendi* verbo, quasi tendat *aſpectus* porrò & longè in eos, qui longè sunt, non tantùm qui propè, in Gentiles, & Judæos, pacem utrisque afferens, ut innuit Apostolus *p*. Convenit Dei Filio, qui sapientia Patris est, dicique oculus ejus potest, ut *proſpicere de excelſo ſancto ſuo, & de cœlo in terram aſpicere* per incarnationem dicatur. Oculus ille fuit septuplex in lapide cœlatus, sculpturque à Deo *q*. quoniam simul omnem virtutem Spiritus septiformis gratiæ creatæ, & plenitudinem ipsam ejus accepit, ut homo, ut Deus ipsummet spiritum habuit, ut Gregorius *r* indicat. Symbolum etiam Dei oculus erat baculo infixus, ac superpositus *s*, vel certè Sol, quæ virgo quoque vigilans, de qua Jeremias *t*, censeri potest. Meritò cognovit Abraham montem, in quo voluit sacrificari filium, & oraculi divini promissum accepit montem Dominus videt, ac deinceps appellatus est *Dominus videbit u*, ab iis nempè, qui auxilium ejus optabant. Quod allegoricè spectat ad seriam mactationem futuram in cruce, vel ad preces exaudiendas in templo construendo in Moria.

f Galat. 5. 14. In quo dif. ferat Innocentius à Gregorio in expositione hujus loci. g Deut. 26. 15. h Ps. 33. 27. i 3. Reg. 8. 30. k 2. Par. 6. 30. l Esa. 63. 15. Jer. 25. 30. Zach. 2. 13. m Ps. 10. 4. Pſal. 102. 19. n Ps. 1. 2. Ps. 52. 3. Ps. 84. 12. Cant. 2. 9. Mystice expositiones. o Philip. 2. 7. p Eph. 2. 13. q Zach. 3. 10. Oculus baculo infixus symbolum, erat Dei. r 19. Moral. c. 16. vel 30. s Cyrillus contra Juli. Diod. l. 4. c. 1 Macrob. l. 1. c. 21. Plut. opuſc. de Iſide, & Oſiride. Sensus allegoricus. t cap. 1. u Gen. 22. 1.

Dominus de cœlo in terram aſpexit.) Hieron. *de cœlo terram contemplatus eſt*; Alia Latina Psalteria, & Augustinus, Cassiodorus, Prosper, *in terram proſpexit*, quod verbum erat in priore membro, licèt aliud Hebr. הביט *hibbit*, & Græcum ἐπέβλεψε. Magna dignatio despexisse etiam in infimam usque terram, & fieri carnem Verbum voluisse *x*, ut antea juxta mysticum sensum notavimus, & jungere terram cœlo. *Aſpectus* hic idem convincit atheos, & negatores providentiæ, quasi *nubes latibulum ſit Dei, & ſuper cardines cœli ambulans noſtra non conſideret, y* & quasi non curet, quod ini. què pauperes vexentur à potentibus.

x Joan. 1. 14. y Job 22. 14.

Ut audiret gemitus compeditorum.) Hieron. *gemitum vincti*: est enim numeri singularis אסיר *asir*, sed collectivè pro multis. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & in commentario Innocentii, *vinculatorum*. In Prospero lego *ut videret*, sed fortè mendum irrepsit. *Dominus ſolvit compeditos z*, & vinculatos, per quos quinam intelligantur mysticè, priùs dixi. Distinguit Innocentius vincula corporis paupertatis pacis, charitatis, sapientiæ, legis, doctrinæ, timoris, peccatorum, tenebrarum, tormentorum. Qui peccandi consuetudinem habet, compeditus dici potest, & impedi-

z Ps. 145. 8. Vinculorū distinctio multiplex.

Myrtilum aurigam; novercæ cujusdam, de qua Philostratus *a*, quæ Timasionem Ægyptium; Faustæ Maximiani filii, uxoris Constantini magni, quæ Crispum privignum à patre immerentem occisum, sumto deinde etiam de calumniatrice supplicio, super quo argumento lusit egregie Stephonius noster tragœdia: suntque alia duo exempla similia in libro de fluminibus, qui tribuitur Plutarcho, in Hebro, & Lycorma. Incluſit suo Theatro *b* hæc omnia Theodorus Zvingerus hæreticus. Adjice ex Crantzio *c* Mariam Aragonum Regis filiam, uxorem Othonis III. Imperatoris, ream necis Comitis cujusdam, quem de attentata pudicitia calumnioſe accuſaverat, quum ab eo ipsum sollicitante passa repulsam esset, sed justissimi sententia Imperatoris viri proprii pœnam flammis luit. Longe antiquius, quam cetera, Josephi nostri exemplum, ut plane falsum esse Origines *d* demonstret Celso hanc Josephi castimoniam, atque ob eam afflictionem desumtam à scriptoribus prophanis de Hippolyto, & Bellerophonte. Tametsi Origenes etiam moneat, Celsum penitus præterviſſe tam laudabilem Josephi temperantiam multo præstantiorem, quam Bellerophontis, quod in carcere includi maluerit, quam castitatem amittere. Revocari hunc possunt Joannis Baptistæ vincula, morsque quod incestas Regis nuptias libera oratione improbaret *e*. Medii inter utrumque alii in vetere Testamento vincula, & carceres pro defensione veritatis passi sunt, quos in genere nominat Paulus *f*, ut Jeremias *g*; & Micheas *h*. De ferro compassionis fraternæ in Prædicatore antea dixi, eodemque percellitur, quisquis compatitur Christo passo pro omnibus.

Donec veniret verbum ejus) Hieronymus, *usque ad tempus donec veniret sermo eius*. Exponendo autem cum eodem membrum sequens, *eloquium Dei probavit eum*, posset esse sensus, tamdiu durasse carcerem, & vincula, & periculum mortis, & probatum esse eloquio Dei, hoc est, arcano Dei secreto, quod decreverat de Joseph, quoad eveniret verbum prædicationis, quod ediderat pincernæ, & pistori in ipso carcere. Sic Vatablus, & alii. Quod cum translatione nostra cohærere potest, ut dicemus. *Verbum eius*, intelligi potest active, non solum illud de pincerna, & pistore, sed etiam de somniis suis, donec nimirum veniret tempus, ut implerentur: præterea passive de divino decreto, quo constituerat carceris tempus, & id, quo liberari eum vellet, & exaltari. Hoc ultimo modo putatus Hieronymus verbum ipsius Domini dicit, inquit, qui eum liberavit. Occasio proxima, cur liberaretur Joseph de carcere, fuit prædictio facta pincernæ *i*, de qua etiam communior hujus loci expositio est, simul cum explanatione somniorum Pharaonis *K*. Euthymius, & Nicephorus explanant, tum τὴν σοφίαν καθ' ἣν ἤλυσε τοὺς ὀνείρους, *sapientiam, secundum quam dissolvit somnia*, nempe & ministrorum Pharaonis, & Pharaonis ipsius: tum τὴν γροντίδα ἣν ἐφρόντισεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, *curam, quam de illo gessit Deus*. Illud quoque verissimum, quod inter Joseph summa patientia ferebat carcerem, expectans tamquam vinctus spei, ut Zacharias *l* loquitur, Dei voluntatem, & opem, qui nec *in ipsis viculis dereliquit eum* m. Nam custos carceris intra carcerem absolvit eum, victuque commodiore, quam reliquos, uti permisit, ut historicus Josephus *n* prodit. *Erat* quippe *Dominus cum Joseph, & misertus illius dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris, qui tradidit in manu illius universos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quia quid fiebat, sub ipso erat, nec noverat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat* o. Oportuit, quod Philo *p* monet, Josephi carceris custodem, qui alioquin à vinctis non parum nequitiæ colligere solet, honestissima adolescentis indole mitigari, cui retinens nomen, ac speciem sibi, rem, & officium custodis cessit. Qua de re Ambrosius *q* etiam, & Rupertus *r* legendi.

Eloquium Domini inflammavit eum.) Augustinus meminit alterius lectionis, *ignivit*. idque de Græco ἐπύρωσεν magis exprimi. Ambrosius *s* legit, *ussit*. Hieronymus, *probabit*. Id valet צרפתהו *tseraphthahu*. Præterea quod purgavit eum igni, seu examinavit, conflavit, sudit ad purgandum, excoxit, exploravit. Explicant vero Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus de igniculo rationis, & lege naturali, quæ reddit Josephum castitatis zelo succensum, & in oblata dominæ impudicæ sollicitatione; & in criminationis, carceriſque tribulatione constantem, atque invictum, tamquam purgatissimum in igne aurum. Addunt Basilius, ac Theodoretus, *ignis* nomine indicari propositum à Deo ceteris Josephum in exemplum conAspicuum, & illustre virtutis, quasi dicerent *lucernam ardentem, & lucentem* t. Latini fere declarant de eloquio prophetico *ignito vehementer* u. quod in Josepho fuerit, sicut postea in Elia, *tamquam ignis*, & *facula ardens* x, in Jeremia *velut ignis intra ossa ipsius* y, *tamquam linguæ igneæ* super Apostolos z. Genebrardus exponit, quod hoc ipsum eloquium propheticum, ob somnia, per quæ illi communicatum est, quæque ille fratribus narraverat, occasio fuit, ut fratrum in se invidiam concitaret, & hi eum venderent, ipseque cetera in Ægypto pateretur. Placet etiam aliis innui, quod Joseph inflammatus eloquio divino intus suggerente spem in Deum inter tribulationes, ardenter ipsum carcere detentus invocaverit, ut propterea exoratus Deus, quod hìc statim subditur, per ipsummet Regem Pharaonem liberaverit illum. Spectat ad tropologiam explanatio Ambrosii, quod isto eloquio Domini ignito Joseph restrinxerit ignitas diaboli sagittas, sive tela *a*. Sic solet major minorem flammam consumere. Videri autem potest hoc eloquium esse, quod Auctor historiæ Machabæorum *b* vocat *mandatum*, scribens, quod *Joseph tempore angustiæ suæ custodivit mandatum*, ne qua re læderet fratres, dum videntes angustiam animæ illius, ac deprecantem ipsos, non audiebant *c*, & ne alienum thorum violaret. Necnon verum est spiritu ferventem fuisse *d* in ipso carcere, ut de Apostolo proditum est *e*, custodem carceris, & custodias omnes commissas ab illo, sibi, ad sui, & virtutis amorem inflammasse, ita ut, quod ait Philo *f*, propterea, sed maxime ob ipsius Doctoris utilissima exempla, damnarent vitam præteritam, exprimentes has voces resipiscentiæ, (Ubi tamen) bonum tamdiu latuit, à quo tamdiu aberravimus? Ecce jam effulgente hoc, tamquam in speculo nostra dedecora videntes, erubescimus.) Tandem *eloquio divino inflammatum Josephum* licet interpretari, ut nihil nisi omnino verum, ac bene purgatum in suis potissimum prædictionibus promeret. Sunt enim *eloquia Domini casta, utque argentum igne examinatum, & purgatum septuplum* g, sine ulla scoria falsitatis. Inflammatus eloquio divino Joseph fuit quidem semper, sed maximè in fornace tribulationis, ac *vexationis, in quæ solet intellectum dare* h. Ibi, hoc est, in carcere, cognovisse Joannes opera Christi scribitur *i*. Omnia recipio, sed rationem habendam puto notionis Hebræi verbi, ut innuit tentationem, probationem, tribulationem, de qua ignis crebro dicitur, & patientiam in illa per eloquium Dei, quod & occasio fuerit patiendi, & vim patiendi tribuerit. Quocirca non censeo necessarium dicere, vitio librariorum esse hic צרף *tsaraph*, pro שרף *sciaraph*, ut Bellarminus credit: nam in צרף *tsaraph* etiam involvitur *unctio*, ac *inflamatio*.

Vers. 20) Misit Rex, & solvit eum. Principes populorum, & dimisit eum.

Vers. 21.) Constituit eum Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ.

Vers. 22.) Ut erudiret Principes ejus sicut semetipsum, & senes ejus prudentiam doceret.

POstquam evenisset verbum prædictionis in carcere factæ ad Principes pincernarum, & pistorum, & Pharao ex priore id resciviſſet, cupiens interpretationem somnii sui, eduxit Josephum honorifice, ac de somnio ab illo edoctus, summam ei in regno post se dignitatem, potestatemque concessit, illi, inquam, qui prius in servum venundatus fuerat, & hanc potestatem voluit, ut exerceret etiam in proceres regni principesqu; perinde ac si Rex esset, sublato jure ad regem appellandi, atque ut quoslibet quovis gradu præcellentes coerceret, & tametsi annos tantum triginta natus esset, senes sarientiæ fama celebres, regiosque consiliarios instituere tuamet sublimiore sapientia. Mysticum de Christo, & aliis sensum jam pridem superius notavimus. Hujus autem rei historia est in Genesi k, in libro Sapientiæ l, in Actibus Apostolorum m, nosque in Commentario duorum postremorum librorum de ea egimus. Quum Pharao audita somnii sui interpretatione atque futuræ sementis tum abundan-

a 6. de vita Apollo.

b vol. 1. l. 2. pag. 203. ultima edit. c 4. Sax. c. 26.

d lib. 4. contra Celsum.

e Marc. 6. 18 f Hebr. 11. 36 g Jer. 38. 6. h 3. Reg. 22. 27.

i Gen. 41. 9. & seq. k vers. 15. & seq.

l c. 9. 12. m Sap. 9. 14.

n 2. antiq. c. 3. vel 4.

o Gen. 39. 21 & 23.

p de Joseph.

q de Joseph c. .

r in Gen. c. 35. & 36. s epist. 7. ad Simplic.

t Joan. 5. u Ps. 118. 140

x Eccl. 48. 1. y Jer. 5. 14. c. 20. 9. c. 23. 29.

z Act. 2. 3. Occasio, quæ fratres Joseph moverit ad ipsum vendendum,

Tropologia

a Eph. 6. 16

b lib. 1. 2. 53

c Gen. 42. 21. d Rom. 12. e Act. 18. 25 f de Joseph.

g Psal. 11. 7.

h Esa. 28. 19 i Matt. 11. 2

dantiæ, tùm sterilitatis prædictione, *talem inveniri* negaret *posse virum qui spiritu Dei plenus esset*, nec *sapientiorem, & consimilem ei*, voluit ut Joseph *esse super domum suam, atque ad oris ejus imperium cunctus populus obediret*, ita ut *uno tantum regni solio rex præcederet constituit illum super universam terram Ægypti, dedit annulum suum in manu ipsius signatorium* cognominat historiæ scriptor Josephus *a: vestivit stola byssina*, Flavius Josephus *b purpuram* nominat, fortasse byssum infectam, ac imburam : *collo torquem auream circumposuit : fecit ascendere super currum suum secundùm, sella curulis* dicitur Josepepho *c, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti :* eidem dixit, quod *absque illius imperio non moveret quisquam manum vel pedem in omni terra Ægypti, vertitque nomen ejus, vocans eum lingua Ægyptiaca Salvatorem mundi, deditque illi uxorem Asenet filiam Putipharis Sacerdotis Heliopoleos* d diversi nimirum a principe militum, cui antea Joseph servierat. Quod si, ut non paucis videtur, idem erat factus postea Sacerdos, & quum ipsemet Joseph abuti voluisset, infrigidatus est : justo Dei judicio id contigit, ut nempe ex servo, gener domini evaderet Joseph. Liber Machabæorum *e factum* dicit *dominum Ægypti quum in tempore angustiæ suæ custodivisset mandatum*. Stephanus *f* appellat *præpositum super Aegyptum, & super omnem domum Pharaonis*. Philo *g protegem*, aut *regem* potius : Auctor libri Sapientiæ *h*, *allatum* ait *illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant, & mendaces ostensos, qui maculaverunt illum, & datam illi claritatem æternam*. Hic innocentiæ fructus, quæ innocentia, qua ratione detecta fuerit non liquet. Digredi verò hìc liceat in exempla similia rerum mirabiliter absolutorum, & ex vinculis ad sublimem dignitati gradum evectorum. Paulus *i* vinculorum suorum utilitatem, triumphumque prædicabat, ut nempe magis ad profectum veniret Evangelii, & manifesta fierent in Christo, in omni prætorio, & in ceteris omnibus. Usurpare potuit Joseph apud fratres, & patrem, *Perieratis, nisi periissem*.

Misit Rex & solvit eum, princeps populorum, & dimisit eum.) Synonima sunt *Rex*, *& princeps populorum*, secundùm tamen majorem potentiam, & ditionem exprimit, quamvis aliqui codices Græci habeant λαῶν in singulari, ficque Theodotio legat. Amplissimum erat Ægypti regnum. Ad regis imperium eductum Joseph de carcere totonderunt, ac veste mutata obtulerunt regi *k*. Post longam carceris illuviem attonsum detractis sordidis pannis, eleganter vestitum, ceteriscque nitoribus expolitum ad regem, ait Philo introducunt. Aperta & admodum trita Christi suscitati allegoria, prius quoq; indicata, & à Ruperto præsertim declarata, & quo pacto illi conveniant ornamenta quatuor, annuli regii, stolæ byssinæ, torquis aurei, regii currus. Ostendit etiam pro compedibus torquem redditum Josepho, pro servili nomine regium annulum, ac vestitum honorificum titulũ, pro carcere humilitate altum imperii currum. Id Philo *l* prior notaverat. Non placet quod Trevetus per *principem populorum* Putipharem interpretatur, illum, qui Josephi Dominus fuerat, & erat princeps militum, qui colligebantur ex diversis populis. Valde impropria locutio hæc esset, vocare *principem* ἄρχοντα, & משל *moscel Dominantem*, seu *dominatorem populorum*.

Constituit eum Dominus domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.) Hieronymus, *posuit eum Dominum domui suæ i & principem in omni possessione sua*. Prius recitavi ex Genesi quam latè Pharao Josephum in omni sua ditione imperare voluerit. Ibi additur *m*, quod quum *esuriente cuncta Aegypti clamaret populus ad Pharaonem, alimenta petens : respondit, ite ad Joseph* (proprio nomine notorior erat, quam mutato) *& quidquid ipse vobis dixerit facite*. Narratur etiam *circuivisse omnes regiones Aegypti n*. Adhæc ipsemmet dixit *factum se quasi patrem Pharaonis* o, idque aliqui volunt innui voce *Abrech* p, aut significari *patrem tenerum*, vel *teneri*, nimirum regis junioris. Thargum verò Jerosolymitanum præconem clamare jussum ait de Josepho (Vivat pater regis, qui est Princeps in sapientia, & tener in annis.) De similitudo *patris reges* apud Ægyptios, & Tyrios, mentio fit in Paralipomenis : *q* apud Persas in Esther *r*, rursus apud Ægyptios in historia regum *s*, apud Romanos & Latinos in jure civili *t*. Videtur nunc illi respondere dignitas, & magistratus Cancellarii. Lege Pinedam nostrum *u*. Per

a 2. Esdr. c. 3. vel 4
b ibid.
c ibid.
d Genes. 41. 38. & seq.
e lib. 1. 2. 54.
f Act. 7. 10
g de Joseph.
h c. 10. 14
i Phil. 1. 7. 14
k Gen. 41. 10
l de Joseph.
m c. 41. 55
n vers. 46
o cap. 45. 8
p cap. 41. 4
q lib. 2. 2. 14. c. 4. 16
r c. 15. 6. c. 16 11
s lib. 4. 5. 16
t Inst. de Patriatu. u de rebus Salom. c. ult. n. 6. lib. 3. c. 1 n. 24. & seq.

Accommodationem scribit Bernardus *x* Eugenio Papæ, quod locus in quo ipse stabat, est locus Petri principis Apostolorum ; & illius, quem *constituit* Dominus *Dominum domus suæ*, & *principem omnis possessionis suæ*. Evasit servus domini sui dominis. *Servo sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via ejus* y. *Servus sapiens dominabitur filiis stultis* z. Quod accidit Josepho, non tantum quia erat secundus à rege, sed etiam peculiariter respectu heri prioris, si vera est sententia, quod Asenech uxor ejus erat filia ejusdem : *servo sensato liberi servient*. a

x epist. 115
y Prov. 14. 15 & c. 17. 5
z Eccl. 10. 18

Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum.) Hieronym. *secundùm voluntatem suam*, sed apud Trevetum, *ut castigaret*, &c. quod exponit, ut moderaretur, & regeret officia aliorum principum. Alii, *ut alligaret principes ejus secundùm animam suam*. ideſt, ut in vinculis etiam contineret, si opus esset principes viros, sicut detentus prius ipse fuerat. Vel, ut imperio tanto, quod ei Rex attribuerat, simil cum regendi peritia qua pollebat, veluti ligaret ipsos principes ad animum suum, ad suam sententiam, ad suum votum, ad suam voluntatem, ad suum arbitrium, & ut arbitrio suo, potestatique devinctos, & subjectos teneret. Æquivocatio est in verbo, *erudiret*, & in vocibus, *sicut semetipsum*, præsertim juxta linguas alias. Nam לאסור *leosor*, si א *aleph* ad thema pertineat, significabit *ad ligandum*, & *vinciendum*, sicut in Ps. 149. b *ad alligandum Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*. Si verò א *aleph* sit positum pro י *jod*, quæ sunt litteræ permutabiles, erit nostræ translationis significatio : quamvis etiam יסר *jasar* significet non solum *erudire*, atque *corripere* & *castigare*, sed etiam *ligare*, atque *vincire*; *coercere* item, & *corrigere disciplina, legibus, vinculis, pœna, re* denique *magis, quam verbis*. Valet hæc παιδεύειν, quod hìc ponitur, & nomina παιδεία, ac מוסר *musar*. Postremo eosdem usus habent *erudire*, & *eruditio*. Utroque voluit modo Pharao erudiri à Josepho principes ipsos, & doctrina, etsi necesse esset etiam pœna. Alia æquivocatio vocum, *sicut semetipsum*, in eo est, an sicut Pharaonem, an sicut Josephum, ideſt, utrum Pharao voluerit ita erudiri, & corripi Principes à Josepho, ideſt, ea potestate, qua ipsemet erga illos antequam præfecisset illum utebatur, vel ut Joseph eos erudiret juxta eam scientiam, qua ipsemet præditus erat, Hebraicè בנפשו *benaphscio*, quod videntur legisse Lxx. cum כ *caph*, nota similitudinis, *in anima sua*, vel *secundùm animam suam*, ideſt, secundùm scientiam, quam habebat in anima sua. Sed translatio Latina exprimens accusativum cum causali, *ut erudiret sicut semetipsum*, plane indicat, ut Joseph sicut semetipsum eruditet Principes, non autem sicut Pharaonem: dici namque debuisset, *sicut ipse Pharao erudire solebat*. Hoc ex loco inferunt aliqui Ægyptios, si sapientiam perceperunt ab Hebræis, eam non ab Abram, qui parum apud eos hæsit, remissus brevi à Rege, sed vel à Jacob, septemdecim ibi vixit annis, vel potius à nostro Joseph, qui per annos octoginta præfuit in Ægypto secundus à Rege, & sapientiæ laude insignis percepisse. Credibilius est, quod alibi * dixi sermonem esse de politica per se eruditione spectante tum ad mores, tum ad rectam administrationem, qua occurreretur futuræ sterilitati. Hoc ultimum notavit Trevetus, docens voluisse Pharaonem, ut moderaretur aliorum principum officia, & informaret eos de fame futura, & de reponendis, atque custodiendis frumentis usque ad tempus famis. Ambrosius *c* etiam demonstrans non fuisse revera Josephum servum, licèt externam subiisset servitutem, hoc satis indicat. Quomodo hìc servus (inquit) qui erudivit Principes populi in illa frumentaria dispensatione, ut futuræ inopiæ consulerent, & providerent? Idem innuit Gregorius *d*, ut & de Daniele, qui princeps magistratum effectus est in Babylonia *e*, quos, ait, sapientiam & intrinsecus vivaciter tenuisse, & curas mundi extrinsecus solemniter ministrasse, ac Josephum quidem famis tempore totius Ægypti curas suscipientem non solum Ægyptiis alimenta præbuisse, sed vitam quoque exterorum advenientium ministerii sui arte servavisse. Appellat item superna sapientia providentia providum, qua frumenta congessit, & futuro periculo necessitatis obviavit *f*. Nazianz. *g* σοφίαν ὑπερβαλλόσαν, καὶ λόγους οἰκονομίας *sapientiam excellentem atque certas rationes œconomiæ*, ipsi tribuit, vocãs σιτομέτρων *cibi demensorem*. Istũ arbitror maximè litteralẽ sensum, aliis quoque admissis, ut nempè id vellet in primis Pharao, quod è Republica potissimum erat, ut cujus gratia illum præfecerat Ægy-

Joseph octoginta anno præfuit in Aegypto. * in Act 7.1

c epist. 4. ad Simplician.

d 18. mor. c. 15. vel 19
e Dan. 5. 19

f 6. mor. 14
g orat. 14 Aegyptiorũ adventum.

to, simul tamen etiam cuperet, ut quem præstantissimum in omni scientiarum genere arbitrabatur aliis eas communicaret principibus præcipuè, ac senatoribus. Quare Augustinus notans nec hoc legi de Joseph in ejus sublimitate, quemadmodum nec compedes in ejusdem humilitate, sic ratiocinatur à minore ad majus. Sed unde fieri posset, ut vir tantus unius veri Dei cultor, in Ægypto alendis tantummodo corporibus, & rebus tantum corporalibus gubernandis esset intentus: & quo eos meliores redideret, curam non gereret animorum? Sed ea conscripta sunt in illa historia, quæ secundùm intentionem scribentis, in quo Spiritus Sanctus, rebus futuris in illa narratione significandis sufficere judicata sunt. Sic ille. Certè est credibile placuisse Pharaoni, ut Josepho liceret erudire de alia religione. Voluit id quod dixi, ut floreret Respublica annonæ copia, & scientiarū peritia, quæ habebantur in pretio, & vulgo celebrabantur. Existimavit etiam fortassis conjectationem somniorum, in qua Josephum excellere expertus erat, arte tradi, & studi artes a Josephum percepisse scribit, prodigiorum sagacissimum fuisse, somniorum primum intelligentiam condidisse, nihil divini juris humanique ei incognitum visum fuisse, tantaque ejus experimenta extitisse, ut non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. Hoc postremum prorsus sic erat, non videbantur tantum, neque magicis artibus instructus erat, sed scientia divina, quam profitens Pharaoni apertè dixit b, *absque me respondebit Deus prospera Pharaoni*, significans non humanæ sapientiæ, sed opus Dei esse: quod Chaldæus interpretatur, *non ex mea sapientia, sed à facie Domini respondebitur pax Pharaoni*. Igitur Paulus Orosius c jure Justinum seu Pompejum Trogum, cujus ille breviator est, reprehendit. Julius porrò Firmicus d tradit originem Serapis idoli Ægyptiaci ex Josepho natam, cui post mortem Ægyptii ob accepta ab illo beneficia sacrificabāt ita ut etiam capiti modium superponerent, quo esurientibus, & ementibus frumentum diviserat: *Serapis* autem vocabulo nominatum, quasi Σαρᾶς ἀπὸ, quia nepos erat Saræ: id invito Josepho accidisse, immò ut dictum est, mortuo; neque enim ad hoc facinus religiosum animum, & Deo summo dicatum adduci potuisse, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitiosis hominibus ipse præberet, præsertim quum sciret hæc esse in Dei sacrosanctis legibus, ne quis hominum tale aliquid aut veneraretur, aut coleret: hunc in Ægypto coli, hunc adorari, hujus simulacrum neocororum turbam custodire, & ad memoriam vetustatis errantem populum, ordinem sacrorum in honorem integerrimi ac prudentissimi hominis constitutum contentiosa usque ad eum diem animositate custodivisse. Attingit idem Ruffinus e, Svidasque f. Longè diversa ex variis Auctoribus in historia Deorum Lilius g Giraldus collegit: tritaque nominis ratio est, ut *Serapis* dictus sit quasi *Sorapis* ab Apis tauri nomine, & σορός, quod *arcam* significat, & σαγκυράγον, in quo taurus mortuus positus sit: etsi alii nomen Regis Argivorum velint Apim esse, qui pariter in sarcophago, quem σορὸν vocabant, primum colebatur, aut taurum Apim quoque dictum, qui in ejusdem regis honorem deliciis affluentibus alebatur. De modio, vel calatho, vel cubito causa redditur, ut aquæ mensuram significaret, Nilumq; designaret, quem sub *Apis* nomine venerarentur Ægypti: vel cum mensura, modoque cuncta Jovem, sub eodem nomine *Serapis* intelligebatur, moderari. Aliud etymon Plutarchus h reddit, si nomen sit Græcum παρὰ τὸ σύνεσθαι τῷ σῶσθαι πάντα τὸ πάντος ἅμα αἰτίαν, quod sit universi motus Auctor. Sed quum sit nomen Ægyptium *Istitiam* potius, & *hilaritatem*, docet significare, Ægyptios enim τὰς Χαρμόσυνα *hilaria festa*, σωρεῖ appellare. Cetera notatu dignum, quod Joseph erudiebat alios, sicut semetipsū, quoniam boni Principis est præire cum doctrina etiam exemplo. Hoc modo nec alii Principes inferiores, quamlibet delicati ullum laborem detractabunt, nec recusabunt senes junioris imperium. Regem, Principemve Salomon i leoni similem facit, gallo, arieti, ut terrore, vigilantia, tolerantia subditos gubernet: vel fortitudine, vigilantia, bonis legibus, quæ Jansenius k in Christo demonstrat.

Et senes ejus prudentiam doceret.) Hieronymus *sapientiam*. Ad verbum *ut sapientes redderet*, quasi dicas, ut sapientiaret חכם *jehacchem*. Augustinus Græca καὶ τοὺς πρεσβυτερους αὐτοῦ σοφίσαι, exponit, *& seniores ejus sapientes faceret*, πρεσβυτέρους enim Græcus habet, inquit, quos dicere solemus *seniores*, non γέροντες, ideſt, *senes*, σοφίσαι autem, quod uno verbo Latino dici non potest, *à sapientia* dictum est, quæ σοφία Græcè dicitur non *à prudentia*, quæ φρόνησις appellatur. Etiam pro *prudentia* sumi *sapientia* potest, idemq; est sive *senes*, sive *seniores* dicas. Talem Pharao Josephum judicavit, qualem Josephus ipse ad consulendum annonæ, Ægyptoque præficiendum requirebat l, virum sapientem, & industrium φρόνιμον, καὶ σοφὸν וְנָבוֹן וְחָכָם *navon vechacam*. *Senes*, intelligit, opinor, senatores, & consiliarios regios; hæc enim ætas consiliis dandis aptissima, & apud Hebræos, hoc ipso nomine *seniorum* dicebantur, qui ea dabant, interdum addito nomine *m Principum* apud Romanos.

A senibus nomen mite Senatus habet.

Et γερουσίαν Lacedæmonii vocabant Sapientum suorum consilium. *Super senes* Joseph noster *intelligebat, quia mandata Dei quæsierat* n, invenerat, custodierat, dignus *sedere in medio senum, quia Deus dederat ei honorem senectutis* o, quum ætatis non esset amplius annorum triginta, & canos habebat sensus πολιὰν φρόνησιν prudentiam pro canitie, *senectutemque venerabilem, non diuturnitate ævi, neque annorum numero computandam* p. Illud sibi volebat præco clamare jussus, ut prius retuli ex Thargum Jerosolymitano q, (Vivat pater Regis, qui est princeps in sapientia, tenet in annis:) Quasi id significet *Abrech*, quod est in textu Hebræo, & exponit etiam Abulensis r. Sed de senectute moris potius quam temporis cognosce quæ diximus in Sapientiæ s commentario. Ad Christum anno trigesimo t docere egressum *acceſſerunt principes Sacerdotum, & seniores docentem in templo* u. *Stupebant etiam super doctrina ejus, erat enim docens tamquam potestatem habens* x. Leo y Christum ait, ideò in Ægyptum fugisse, ut Hebrææ gentis cunabula repeteret, & principatum veri Joseph majoris providentiæ potestate disponeret, & illam ditionem omni inedia liberaret, famemq; qua Ægyptiorum mentes laborabant veniens de cœlo panis vitæ, cibus rationis, auferret. De prudentia digreditur Ayguanus disputando.

Vers. 23.) Et intravit Israel in Ægyptum, & Jacob accola fuit in terra Cham.

Sensus loci

PRæfectus Joseph in causa fuit, sive occasionem dedit, ut Jacob, qui & Israel, cum liberis, familiaque intraret in Ægyptum, quæ aliter *Cham* nominatur, ibique tamquam incola moraretur. Erant cum filiis, & familia Jacob, computando illum, & Josephum, sine uxoribus, sed cum duobus filiis Joseph nimis in Ægypto, quum Ægyptum ingressi sunt omnino septuaginta, ut est in Genesi z, & in Exodo a, & in Deuteronomio b. Explanans verba Stephani c numerantis ex cognatione Jacob, quam Joseph accersivit, animas septuaginta quinque, conciliavi numerorum, discrepantiam, ut potui. Præter Auctores ibi citatos, legendum censeo Canum, d & Delrium nostrum, e quamvis difficultatem insolutam relinquat Canus. Delrius idipsum respondet quod nos ibi, comprehendi in numero septuaginta quinque Jacob, & Josephum, ipsum, & natos ex Josepho filios duos, atque nepotes eos, qui ex ingressis orituri erant vivo adhuc ipso Josepho progenitos quinque, ex Ephraim duos Sutalaam, & Taam, ac ex priore Edem: ex Manasse verò Machit, & ex hoc Galaad. Ait præterea, quum variat numerus in Scripturæ locis, uno loco poni ingressos actu cum Jacob, in alio additos etiam potentia ingressos. Postremò notat in eo catalogo habitam potius rationem posterorum ex Joseph, quam ex fratribus oriundorum, tùm quia Joseph, fuit causa ingressus in Ægyptum: tùm quia sicut computati sunt postea nepotes Judæ, eo quod Regnum duarum Tribuum in illis mansit, sic computandi fuerunt nepotes Joseph, quoniam ex ipsis decem Tribuum Regnum oriturum erat in Jeroboam, & privilegium primogenituræ Ruben ademtum, divisum fuit in Judam, & Josephum.

Quot fuerint ingressi cum Jacob in Ægyptū.

Et intravit in Ægyptum.) Potest *Israel*, sicut & *Jacob*, vel singularem unum hominem designare, vel familiam quoque ipsius, vel universum populum, qui postea in Ægypto auctus vehementer dicitur. In etymo vocabulorum nihil morandum, quia satis perspectum & alias inducatum. Non intelligo quod Euthymius & Chrysostomus, *Misraim*, si interpretemur, sonare *Ægyptum*, & Ægyptum fuisse filium Chami seu potius nepotem ex Cha-

a *lib.* 25

b Gen. 41. 16

c 1. *Hist. c.* 8

Serapis idolum.

d *de errore prof. rel. c.* 19

e 1. *hist. c.* 23

f *verbo Serapis.*

g *Syntag.* 6

Ratio nominis Serapis.

h *Op. de Isid. & Osir.*

Princeps bonus exemplo præire debet.

i *Prov* 30. 29 30. 31

k *ibidem.*

l Gen. 41. 33.

m 1. *Esr.* 1. 9

n Ps. 118. 100

o *Dan.* 14. 39

p *Sap.* 4. 8

q *Gen.* 41. 43

r *ibidem.*

s *Sap.* 4. 8

t *Luc.* 4. 14

u *Matt.* 11. 14

x *Marc.* 1. 44

y *serm.* 4. *de Epiphan.*

a *cap.* 46. 17

a *cap.* 1. 15.

b *cap.* 10. 11

c *Act.* 7. 14

d 1. *de locis Theol. c.* 18

e *in Gen.* 46. 17

Chanaan, & probabile esse, quum Jacob Ægypti regionem ingressus est, Chamum ipsum *Misraim*, seu *Aegypti*, in ea regione habitasse, filio ipsius Chanaan in Palæstina sedem habente. Illud verum est, quod alibi monuimus, nomine *Chanaan* aliquando Ægyptum ipsam intelligi. Unde cum in Exodo *a* habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto fuisse tribitur quadringentorum triginta annorum, LXX. exposuerunt ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἧς ἐγῆ Χαναάν, licèt Ægyptus expressa sit sola Hebraicè, denominatione sumta à potiori, ac longiori habitatione; & quia prima peregrinatio Abrahæ fuit in Ægyptum: & quia secundùm etymologiam *tenebrarum*, importat *miserias & afflictiones*. Constat præterea non hic dumtaxat in sequenti membro, sed aliis in locis *b*, vocabulo *Cham* intelligi *Aegyptum*. Atqui nomine proprio dictus homo *Aegyptus* non fuit idem qui *Mesraim*, sed Danai frater, & filius Beli Ægypti, cui defuncto, quum ejecisset Danaum, successit in Regnum, circiter annis quadringentis post egressum Hebræorum ex Ægyptio, ut supputat Pererius noster *c*. Antiquiore vocabulo dicebantur *Melampodes*, qui eam regionem incolebant, & alio regio Æ ia, sed antiquissimo מִצְרַיִם *mitsraim*, à *Mesraim* Chami filio. Sunt qui apud Abacuc *d demum impii* sumant pro Ægypto, quatenus denominatur à Cham impio Non filio, seu pro Ægyptiis posteris illius. Eodem sensu vocata sunt ps. 77. *e tabernacula Cham*. Vixisse adhuc in Ægypto Cham, quando Jacob est ingressus in Ægyptum, caret probabilitate: Excessisset enim non paucas annorum centurias in vita; quod post diluvium concedi facilè non debet; & quod Melchisedech eumdem cum Sem aliqui faciunt, refellitur.

Et Jacob fuit in terra Cham.) Hieronymus, *advena*. Peregrè in Ægyptum venisse significatur. Id sibi vul גָּר *gar*, & παράσιτον. *Cham* autem sumi pro *Ægypto* antea hic dixi, & psalmo 77. *f* Sed non propterea quod Cham filius Noe adhuc ibi viveret, cum Jacob in illam regionem est ingressus. Refellit Delrius *g* noster eos, qui *alchimiam*, aliter *chemiam* derivant ab Arabico articulo *al* & *chemia*, quasi Ægyptia, quod Ægyptus, Plutarcho *h* teste, diceretur *Chamnia*, sacra lingua à Sacerdotibus. Arnobius pro *Cham* legit *Chanaan*, sed corruptè, quia longè alia regio est; & quamvis appellativè dicatur quandoque de qualibet mercaturam exercente, ut de Chaldæa, quemadmodum alibi *i* docui, non memini de Ægypto dictam.

Vers. 24.) Et auxit populum suum vehementer, & firmavit eum super inimicos ejus.

SEquitur aliud beneficium Dei, ut populum illum exiguum septuagintaquinque, demtis mulieribus, in infinitam prope multitudinem in Ægypto augeret, atque superiorem redderet inimicis suis Ægyptiis, qui post mortem Joseph eos vexabant. Narrat liber Exodi *k* quod *mortuo Joseph, & universis fratribus ejus, omnique cognatione illa, filii Israel creverant, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleverint terram*, ita ut Rex novus, *qui ignorabat Joseph*, quæreretur *multum populum esse, & fortiorem Ægyptiis*, propterea *opprimendum, ne multiplicaretur magis, & si ingrueret contra Ægyptios bellum, adderetur inimicis ipsorum, expugnatisque Ægyptiis egrederetur de terra*. Relegens quæ hac ipsa de re sum commentatus ad eam partem concionis, in qua Stephanus commemora multiplicationem istam *l*, nihil addendum censeo, ac ne transcribendum quidem. Josephus historicus *m* cum hominum multitudine auctas etiam virtutis, ac laborisingenio apud Hebræos opes, Ægyptios scribit animadvertisse. Auctus quidem vivente Christo fidelium numerus ita ut suscitatus plusquam quingentis apparuerit *n*, sed postquam de cœlo misit Spiritum sanctum, *crevit verbum Domini, & multiplicatus est numerus discipulorum in Jerusalem valde, multaque etiam turba Sacerdotum obediebas fidei* o, & una concione nunc tria millia *p*, nunc quique convertebantur *q*, & *Dominus augebat, qui salvi fierent quotidie in idipsum* r, *& magis auge-*

Abatur credentium in Domino virorum, ac mulierum, & verbum Domini crescebat, ac multiplicabatur t, fortiter crescebat, & confirmabatur u, deinceps ubique gentium sine numero. Ayguanus ex Origine refert tropologiam. Si moriatur in te Joseph, idest, si mortificationem Christi in te susceperis, & mortifices membra tua peccato, multiplicari in te filios Israel, scilicet sensus bonos, & spirituales: si enim sensus carnis mortificantur, sensus animæ crescere, & morientibus in te vitiis virtutes augeri. Præterea recitat Gregorii allegoriam postquam mysticus Joseph Christus pro omnibus mortem suscepit, & destruxit eum qui habebat mortis imperium, multiplicatum, & auctum esse populum fidelium, *granumque mortuum multum fructum attulisse x*. Uterque sensus Origenis est homilia prima in Exodum, apud Gregorium nondum licuit reperire, sed in Augustino *y* etiam secundùm. Facta verò hæc propagatio est ex duodecim Apostolis, tamquam ex totidem Jacob filiis.

Et auxit populum suum vehementer. Hieronymus, *& crescere fecit populum suum nimis*. Tribuit Deo, quod in Exodo *z*, & in Actibus Apostolorum *a* narratur factum absolutè, ut creverit populus. Ibidem docui cum Augustino *b*, peculiari quodam concursu Dei, præter eum, qui in causis naturalibus ordinariè poterat esse, prolificationem illam, atque multiplicationem factam esse. Divinitus fœcundatum multiplicatione crevisse populum scribit Augustinus. Quod verò attinet ad augmentum fidelium de quo prius dixi, non satis aptè Hugo adverbium *vehementer* hìc exponit, quia cum violentia, eo quod Judæi, qui poterant, tunc resistebant. Nihil tale importat σφόδρα, & מְאֹד *meod*, & *nimis*, sed copiam, & multitudinem magnam.

Et firmavit eum super inimicos ejus. Hieronymus, *& roboravit eum super hostes ejus*: super inimicos, vel hostes, vel vexatores firmum, fortem, robustum reddidit, idest, magis quam illos. Hoc valet ὑπερ, & præpositio Hebræa מִן *min*. *Quanto opprimebant Hebræos Aegyptii, tanto magis multiplicabantur, & crescebant*. c Hoc est, ut ita dicam, ingenium, mosque rerum à Deo institutarum, ut firmius stent, ac magis excrescant, quo premuntur magis. Vidit id, & experta est Ecclesia, & Ecclesiæ non ignobilia membra, Ordo ferè quivis religiosus, & pro sua quilibet justus parte. *Confitere* jubet *d Christus, quia ipse vicit, etiamsi in mundo pressuram habeamus*: & certus de victoria Paulus *e* benedicit Deo, *qui dederit victoriam per Christum*. Monet autem Petrus, *f* ut custodiamus nosmetipsos, *ne insipientium errore praeducti, excidamus à propria firmitatem*; sed ut *crescamus in gratia, & cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi*: & iterum Paulus *g*, ut *veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ut ambulemus digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, & in omni virtute confortati, secundùm potentiam claritatis ejus, in omni patientia, & longanimitate cum gaudio* h.

Vers. 25.) Convertit cor eorum, ut odiret populum ejus, dolum facerent in servos ejus.

HOc est, quod ex Exodo *i* recitatum est, à Rege novo Ægyptio vexatos Hebræos, & afflictos, videlicet *oneribus duris, luti, & lateris, omnique famulatu*; odio habitos, & illusos atque jussos interfici masculos quum primum orirentur, Stephanus quoque dixit, quod Rex ille *circumveniens genus Hebræorum afflixit eos, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur*. k *Circumvenire*, & κατασοφίσασθαι, quod verbum Græcum est in Actibus Apolorum *l*, & in Exodo *m*, idem valet, quod hoc loco *dolum facere*, κοχλιάσωμεν, הִתְנַכְּלָה *hithnacchelat*, sed in Exodo est הִתְחַכְּמָה *hithchacchem*, quod est *sapienter agere*, idest vafre, cautè, fallaci arte. Hoc satis declaratum à nobis in explanatione historiæ Apostolicæ. Uno autem verbo videtur Elaias *n* rem complexus, quum dixit, *in Aegyptum descendit populus meus à principio, ut colonus esset ibi, & Assur* (à sævitia sic nomina-

Aegyptus secundùm etimologiã quid importet. *b* Psf. 77. 51. ps. 105. 23. & hic supra 17 *c* in Exod. c. 9. num. 30 *d* cap. 3. 14 *e* vers. 51 *f* vers. 53 *g* disquisit. mag. car. c. 5 qu. 2 *h* de Iside, & Osir. *i* Act. 7. 22 Sensus loci. *k* c. 1. 6. 7. 8 9 10 *l* Act. 7. 17 *m* l. 2 ant. iud. c. 5. vel 9 *n* 2. Cor. 15. 6 *o* Act. 6. 1. 7 *p* cap. 1. 41 *q* cap. 4. 4 *r* cap. 1. 47 *s* cap. 5. 14 *t* cap. 11. 24 *u* cap. 19. 20 Tropologia. Allegoria *x* Joan. 11. 14 *y* serm. 84. de temp. *z* cap. 1. 7 *a* cap. 7. 17 *b* 18. de Civ. 6. 7 *c* Exod. 1. *d* Joan. 16. 33 *e* 1. Cor. 15. 57 *f* 1. Epit. *g* Eph. 4. 15 *h* Col. 1. 10. 17 Sensus loci. *i* c. 1. 7. & seq. *k* Act. 7. 18. 19 *l* lib. vers. 19 *m* cap. 1. 10 *n* cap. 52. 4

Rex Aegyptius quare dictus Assur

minatus Rex Ægyptius, vel quia Reges ejus provinciæ A trahebant originem ab Assur filio secundo Sem, nepote Nembrod) *sine caussa calumniatus est eum*. Difficultatem hic facit sententiæ membrum primum, in quo dicitur, quod *ipsemet Deus eorum convertit cor Ægyptiorum, ut odirent Hebræos, & dolum facerent in eos*, qui populus ejus, ac servierant. Respondet Augustinus, & alii hanc

Quomodo dicatur Deus eor Aegyptiorũ convertisse ad odium.

esse illam admirabilem bonitatem, per quam Deus bene utitur, etiam malis, vel Angelis, vel hominibus: Ægyptios, antequam odissent populum ejus bonos non fuisse, sed malignos, & impios, quumque tales essent, facile incolis suis fœlicibus invidisse: in eo quod Deus populum suum multiplicavit, hoc, inquam, beneficio suo malos, ad invidendum Deum convertisse, quoniam, invidia est odium fœlicitatis alienæ; denique non illos faciendo malos, sed Hebræis bona largiendo, quibus illi jam mali facillimè possent invidere, dici ad odium incitasse: hoc tamen illorum odio usum Deum, & ad exercitationem populi sui, & ad gloriam nominis sui. Utitur exemplo Solis Rupertus *a*, eamdem sequutus doctrinam, qui lutum indurat; ludens nempe simul in opere B luti, quo Hebræos Ægyptii afflixerunt, aitque verbis istis potius indicari Ægyptios nimium peccatores. Quo pertinet quoq; eorum Regis induratio, quæ aliquoties attribuitur *b* Deo; sicut Hebræorum una cum aggravatione, & excæcatione, *c* & conquæruntur & apud Esaiam *d*, *quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis, induraſti cor nostrum, ne timeremus te?* Jeremias *e* etiam quæritur, se à Deo seductum. Exposui non uno loco istius operis, & aliorum, tùm in ultimum caput Actuum Apostolorum *f*, quid sibi velint dicendi modi, quamque abhorreat à Deo: ut ulla ratione Auctor peccati dici verè possit. Permittit Deus peccata, subtrahit majorem gratiæ copiam, facit bono fine nonnulla, unde pejores evadunt, qui mali erant: elici ex malis bona hujusmodi, ut ea quodammodo mala illuc destinasse, ac voluisse videatur; tanta præterea nonnullorum improbitas quandoque est, cæcitas, surditas, duritia mentis, & obstinatio, ut juxta vulgarem loquendi formulam, censeatur non aliter id esse posse, quam quod ipsemet Deus mentem eripuerit, induraverit, excæcaverit, &c. po- C stremò est etiam in consuetudine sermonis positum, ut quando quidpiam contingit ex facto tuo, quamvis præter consilium, ac voluntatem, dicatur à te factum, perinde ac si deliberate, & consulto, & ex animo voluisses. Hoc ultimum illustrant non parum verba mœrentis Jacob, atque filium Beniamin à se in Ægyptum dimittere nolentis, quum ceteri filii sibi redeundi negarent potestatem factam ab Ægypti Præfectò, nisi eum adducerent, *in meam hoc feciſtis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem* g. Similis Hebræorum de Moyse, & Aarone quærimonia, *præbuisti* h *ei* (Pharaoni) *gladium, ut occideret nos*. Eadem vis psalmi alterius *i*, *qui diligit iniquitatem, odit animam suam*, quamvis enim omne exitium animæ suæ intendat, nec eam propriè oderit, quia facit id peccando, ex quo accidit animæ exitium, dicitur *odisse animam suam*, voluisse, quæsivisse, *accersiviſſe*, etiam, ut Sapiens K loquitur, *manibus, & verbis mortem æternam*. Nihil frequentius, quam dicere intemperantem, imprudentem, contentiosum, aut simili aliquo vitio laborantem, morbum, D mortemve sibi data opera comparavisse. Similem huic nostræ sententiam protulit Stephanus *l*, *convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiæ cœli*, hoc est, ut ibi exponebamus, retraxit se, inflexit, se avertitse, videlicet tùm permittendo idololatriam, tùm subtrahendo gratiæ auxilia majora, sine quibus, una cum aliis occisionibus factum est, ut delaberentur in idololatriam. Accedit etiam ad allatas expositiones, quoniam Deus præsidet voluntatibus quoque malis, ut quamvis propria vitio fiant malæ, tamen ab ipsius providentia ordinentur permissivè, ad unum potius malum, quam ad aliud, & positivè ex tali malo intendat certum quoddam bonum. Quod optimè declaratur ab Hugone Sancti Victoris *m*. Voluit Deus, ut Augustinum audivimus, exerceri populum suum ab Ægyptiis ad patientiam: præterea ut graviter ab iis afflictus egredi cuperet, sicque fundaretur Synagoga in lisiero, ac religioso cultu Dei, & magnis illis beneficiis afficeretur, quæ postea sunt consequuta, hicque deinceps in psalm. recensentur: deinde ut hoc ipsum ob odium odio majore prosequeretur impuros mores, ac superstitiones impia Ægyptiorum. nec ad eosdem umquam revertendi cupiditatem susciperet.

Convertit cor eorum, ut odirent populum suum.) Nescio cui venire potuerit in mentem interpretari de Pharaone, ut ipse cor populi sui convertisse intelligatur ad odium Hebræorum, quum dixit ad populum suum, *ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum*, &c. quod odium in populo Ægyptio postea fuit *o*. Refert absque nomine Ayguanus aliquos ita exponentes, verentesque, ne Deus fieret caussa peccati. Huic timori occursum satis prius. Totus verò psalmi contextus ostendit de Deo sermonem esse. Deinde admodum dura syntaxis, *convertit Pharao cor eorum*, idest, Ægyptiorum, *ut odirent populum suum*, hoc est, Dei; & perinde est, si cum Hieronymo dicas, *ejus*. Nec melior R. Kimhi, & aliorum explanatio, ut sumatur verbum חפך *haphach* activum, tamquam verbum יצא *jotse*, in transitivum: sitque sensus, quod est conversum cor eorum. Euthymii quoque lectio, & Nicephori, *convertit cor ejus, ut odire populum ejus*, mirum Deus cor Pharaonis, ut oderet populum Dei, repugnat communi aliorum lectioni, licèt in Bibliis Complutensibus, ac Regiis numeri singularis pronomen αὐτοῦ bis ponatur, In emendatis priore loco habetur, αὐτῶν, & in textu Hebræo cum nomine singulari amxum pronomen plurale להם *libbam*. Cur hoc odium Deus permiserit, præter illa, quæ antè dixi, Chrysostomus caussam dat, quoniam Hebræi ex eo quod Ægyptiis honore afficerentur, ad idolorum cultum devenerant; voluit autem Deus, ut odio habiti, ac oneribus pressi, ad ipsum confugerent, & ut sic promissio Abrahæ facta impleretur; quemadmodum Josephum post tentationem, per quam se dignum reddidit, gloria affecit. Probat verò idololatriæ in Ægypto Hebræos studuisse verbis Josue *p*. *Nunc ergo timete Dominum, & servite ei perfecto corde, atque verissimo, & auferte Deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac servite Domino*. Addi potest Ezechiel *q* inducens Deum sic loquentem: *In idolis Ægyptii nolite pollui: & irritaverunt me, noluerunt que me audire, unusquisque abominationes oculorum suorum non projecit, nec idola Ægyptii reliquerunt*. Confirmat Serarius noster *r* testimonio Hebræorum, qui etiam illud ad idem citant *f* *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua*: nec non Cyrilli Alexandri *t*, Theodoreti *u*, Hieronymi *x*, quamvis ambigat Epiphanius *y*, & negare videatur: Suspicatur Pradus noster *z* id innuisse Israelitas, quum dicerent Moysi *a*: *Nonne iste est sermo, quem loquebantur ad te in Aegypto, dicentes, recede à nobis, ut serviamus Aegyptiis*. Quamvis referant alii ad quærimoniam præpositorum; quod propter Moysen gravarentur ab Ægyptiis exactoribus. Eamdem illam sententiam tuetur Abulensis *b* de idololatria Hebræorum in Ægypto, & hanc fuisse caussam permissi à Deo odii, atque vexationis Ægyptiorum contra illos. Profert alium locum Ezechielis *c*, in quo Deus exprobrat idololatriam ab Hebræis in Ægypto commissam sub similitudine mulieris in adolescentia sua fornicantis. Quo loco citati Hieronymus, ac Theodoretus consentiunt. Item argumentatur, quoniam statim ferè ut egressi sunt Ægypto, prolapsi sunt in adorationem vituli *d*, seu bovis Apis, Ægyptiaco more. Censet nihilominus haud ita probabilem istam sententiam Pererius noster *e*; quod de tanto scelere Moyses in Pentateucho nusquam reprehendit Hebræos: & quia Josepho vivente, fratribusque, credi vix potest deditos idololatriæ fuisse: post mortem verò istorum, odisse cœperunt illos Ægyptii, & perierunt, quod facturi tantopere non viderentur fuisse, si religione similes habuissent: nec Deus tantum multiplicasset, & bonis tantis cumulasset, non sine miraculo, & usque ad odium, ac invidiam Ægyptiorum. Quod autem ex Ezechiele objicitur, respondet intelligi de idololatria, quæ ad montem Sina commissa est, ut quia in ipsa egressione, atque profectione ex Ægypto contigit, in Ægypto ipsa evenisse dicatur. Media forsitan tutior sententia, non omnes communiter, ac ne majore quidem ex parte etiam, idololatria infectos Hebræos extitisse in Ægypto, attamen nonnullos, propter quos concitari Deus persecutionem permiserit, sive quia remissius castigabatur paucorum peccatum à pluribus, sive ne malum serperet latius: horrori esset error eorum, ac impietas,

Invidiæ definitio.

a *lib 1. in Ex. cap 5*

Quomodo induratio, & excæcatio Deo tribuatur.

b *Ex. 4. 21. c. 7. 3. c. 9. 12. c. 18. 1. 20. 27. c. 14. 4. 8. 17*

c *Esa. 6. 10*

d *cap. 63. 17*

e *cap. 20. 27*

f *vers. 27*

g *Gen. 42. 6*

h *Ex. 5. 21*

i *Ps. 10. 6*

K *Sap. 1. 16*

l *Act. 7. 42*

Quare Deus suum populũ exerceri voluerit ab Aegyptiis;

m *1. de sacr. p. 5. c. 29*

n *Ex. 19. 19*

o *vers. 23*

Caussa alia cur Deus populum suũ odio haberi ab Aegyptii permiserit.

p *cap. 24. 14*

q *cap. 20. 18*

r *in Josue 24 quæst. 2*

f *Ps. 105. 7*

t *13. de ador.*

u *in Jer. 1. c. 7 & Ez. 20*

x *in Ezec. 20 & in Ep. ad Galat. 3*

y *lib. 2. pes. princ.*

z *in Ex. 20. 1*

a *Ex. 14. 12*

b *in Exod. 19 quæst. 7*

c *c. 23. 2. & seq. & vers. 8*

d *Exod. 32. 6*

e *in Ex. c. 1. disput. 7.*

Tutior sententia.

pietas, quos erga se tam inhumanos sævosque experirentur. Non insolens Deo unius ob noxam plectere plures.

Et dolum facerent in servos ejus. Hieronymus, *ut dolosè agerent contra servos illius*. Hebraicè להתנכל *lehithnacchel*, ubi ל *le ut* significat, non autem &. De verbo Hebræo dixi nonnihil initio versus, & quodnam ei respondeat in Exodo aliud ejusdem linguæ, quod Græcum verbum in utroque significat נכל *nachel, malum machinari, struere insidias, dolis agere*. In hithpael eodem verbo de fratribus Joseph dicitur, usurpando futurum pro præterito, quod יתנכלו אתו להמיתו *lehamitho iithnacchelu otho*, *cogitaverunt contra eum ut interficerent eum* a, ἐπονηρεύσαντο ἀποκτεῖναι αὐτόν *malignati sunt, ut occiderent illum*. Chaldaicè *cogitaverunt*, &c. חשינו *chasivu*. Non dolis tantum, sed vi postea usi Ægyptii sunt, ut Augustinus notat b. De hac re satis prius, & alibi: simulque quod hic typus fuerit persecutionis justorum.

a Gen. 37. 18

b serm. 86. de temp.

Vers. 26.) Misit Moysen servum suum, Aaron, quem elegit ipsum.

Vers. 27.) Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.

Sensus loci. cc. 2. 23. 24 25. cap. 5. toto & cap. 10. & seq.

QUum post multum temporis, ut narratur in Exodo, *c mortuus esset Rex Ægypti, & ingemiscentes filii Israel propter opera, vociferarentur, ascendissetque clamor eorum ad Dominum ab operibus, & audivisset gemitum eorum, ac recordatus esset fœderis quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Jacob, & respexisset filios Israel, & cognovisset eos*: Moysen post mysticam apparitionem, ac visionem in rubo, præfatus ei se Deum illorum Patriarcharum atque *vidisse se afflictionem populi sui in Ægypto, & clamorem ejus audivisse, propter duritiam eorum, qui præerant operibus, & scivisse dolorem ejus, & descendisse ut liberaret eum de manibus Ægyptiorum, & educeret de terra illa in terram bonam, & spatiosam, quæ fluebat lacte, & melle, quia clamor filiorum Israel venerat ad se, & viderat afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimebantur*; post hanc, inquam, adeò piè exaggeratam afflictionem populi Hebræi, Moysen appellans, dixit ei: *Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Ægypto*. Ceterum Moyse subterfugiente, ac detrectante sæpius, iratus demum Dominus, associansei fratrem, dixit *d*; *Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sit, ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te lætabitur in corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis: ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa*. Ad hæc proditur eodem libro *e* dictum Aaroni à Domino: *Vade in occursum Moysi in desertum, illumque perrexisse obviam ei in montem Dei, & osculatum esse eum: narravisseque Moysen Aaroni omnia verba Domini, quibus miserat eum, & signa quæ mandaverat: venisseque simul, & congregavisse cunctos seniores filiorum Israel, locutumque esse Aaron omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moysen, & fecisse signa coram populo*, nempe Moysen, & *credidisse populum, audivisseque quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem illorum: & pronos adoravisse*. Hæc narratio continet clariorem expositionem recitatorum psalmi versiculorum, quibus exprimitur missio Moysis, & Aaronis, data illis potestate edendi signa, ut à Deo missos crederent tùm Hebræi, tùm Ægyptii. Præter ea quæ notavi cap. 7. *f* Actuum Apostolorum, vindicandus nunc mihi Moyses videtur ab eorum sententia, qui renitentiam ipsius damnant peccati. Hebræi quidem aliqui grave peccatum affirmant, eaque de caussa noluisse Deum, ut populum introduceret in terram promissam. At hujus rei caussam perspicuè reddit Scriptura *g*, quod ad aquam contradictionis cum fratre no glorificaverit Deum. Nec verior, quam R. Salomon as-

d cap. 4. & 4. 15. 16

e vers. ad finem.

f vers. 34. 35 Renitentia Moysis à peccato vindicatur.

g Num. 20. 12. cap. 27. 14. Deut. 32. 51

Afert, ratio, ideò sacerdotalem dignitatem ab ipso translatam in Aaronem. Primogenituræ jure Aaroni dignitas ea collata est, nec Moysis umquam promissa, quamvis eidem simul cum fratre concessa, ut alio psalmo *h* docuimus. Excusatio illa & recusatio Moysis ex profundiore humilitate, modestiaque proficiscebatur, sicut Saulis *i*, & Jeremiæ *k*. Iram autem adversus illum Deus salva demonstravit amicitia, quemadmodum solent inter se amici aut filius parentes, ut quid sit agendum doceant, atque ut ad id agendum inducant subirasci. Certè Moysem (quem Clemens Alex. * refert ante circumcisionem vocatum *Joachim*, in cœlo *Melchi*) Deus diffidentiæ, aut incredulitatis, aut contumaciæ non arguit: visus potius est exaudire fratrem legationis socium dando, ac nihilominus liberatoris Hebræorum, ducis, legislatoris munus tribuendo. Ne leve quidem in eo peccatum agnoverim cum Abulense, *l* atque Cajetano *m*; quoniam laudatum reperio de illa tergiversatione, ac excusatione à Basilio, *n* Hieronymo *o*, Gregorio Magno *p*, & Nazianzeno *q*. Nec vel eorum, ait ultimus, qui ad gubernandum vocati sunt, culpandam timiditatem, qui pedem subduxerint, vel qui ad impositum sibi munus impigrè se accinxerint (qualis Aaron, & Esaias) reprehendendam alacritatem. Præterea dicit bonum esse, & Deo sese parum subducere, ut Moyses fecit, ac Jeremias; & rursus ad vocantem promtè, atque impigrè occurrere, quemadmodum Aaron, & Elaias, modò utrumque fiat εὐσεβῶς, alterum ob propriam imbecillitatem; alterum ob vocantis potentiam Gregor. *r* Moysen asserit utrobique humilem extitisse, utrobique subjectum, & quum præesse populis, semetipsum metiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præsumendo consensit. Confirmat Hieron. cujusdam Hebræi præceptoris sui sententia, comparantis inter se Moysem, & Elaiam, utrumque laudabiliter fecisse, illum ex humilitate, istum ex confidentia in Deum. Faciunt eodem quæ differit Ambrosius *s* de Esaia, & Jeremia. Josephus *t* negat Moysem ullo modo promissis Dei diffidisse, vel verbis ejus non credidisse, loquentemq; inducit cum Deo, non esse se tam inlanum, ut parere dubitet. Philo * scribit Deum pudore Moysis delectatum, & quum periculosũ esset amplius contradicere, profectum esse Moysem.

Sacerdotalis dignitas Aaroni primogenituræ jure concessa,

h Ps. 98. 6

i 1. Reg. 9. 21

k cap. 1. 6

* Strom. c. 13

l in Ex. 4. q. 6

m ibid.

n in Es. c. 6

o epist. 142

p 35. moral. c. 12. & 1. p. Past. cap. 7

q ora. 1. apolog. & ora. 4. in Paschia.

r 1. p. Past. c. 7

s in psal. 118. serm. 14

t 2. Antiq.

* 1. de vita Moysis.

Quod attinet ad Aaronis electionem, ea tùm primum videtur facta, quando, ut antea recitavi, Deus præcepit ut iret in concursum fratris. Is, inquit idem Philo *u*, jam antequam adjungeret sibi Moysen comitem, habebat præparatam divinitus animam ad obsequium, ut incunctanter assentiret, sequereturq; Addit Josephus *x* Moysem cum Aarone mox ulterius progressum obvios invenisse præstantissimos quosque Hebr., qui adventum ejus præsenserat. Istam primam Aaroni factam apparitionem in Ægypto credibile est, ac de ea intelligi verba Domini ad Heli *y*: *Numquid non apertè revelatus sum domui patris tui, quum essem in Ægypto in domo Pharaonis*, ideſt, in eadem Ægypto, ut passim omnes declarant, & Lyranus ait etiam tunc ei revelatum, fore, ut sacerdotio summo fungeretur, etiamsi non sit expressum in Exodo. Hoc pacto sensus præsentis loci esset, Aaronem electum fuisse à Deo non solum ut sermonem haberet pro Moyse ad populum, sed etiam ut fungeretur sacerdotio, quod ei postea ipsemet Moyses contulit tamquam Sacerdos, sive Pontifex extraordinarius. Deus apud Micheam *z* exprobrans ingratitudinem populi, adjungit Mariam, dicitque, *Populе meus quid feci tibi? responde mihi, quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo servientium liberavi te: & misi ante faciem tuam Moysem, & Aaron, & Mariam*? Mysticè Hieronymus *a* in misso Moyse spiritualem legem accipit, in Aarone magno sacerdote signaculum sanctitatis in fronte, quod Deus Pater signavit, & in Maria vaticinium Prophetarum, quia prophitissa erat *b*. Observavi alias *c* plures fratrum combinationes inter Apostolos innuere charitatem legis Evangelicæ majorem quam veteris, in qua par unum erat, Moysis, & Aaronis, ut idcicò rectè Philadelphia cognominari possit Ecclesia. Hugo in Moyse servo Dei sæcularem Principem designari vult, in Aarone electo ecclesiasticum, qui nimirum præcellit dignitate, & selectior est, & electione sola constituitur. Quamvis pro sua modestia hierarcha servorum Dei ser-

u ibidem.

x 2. ant. c. 13

y 1. Reg. 2. 17

z c. 6. 3. 4

Sensus mysticus.

a in Micha 6

b Ex 15. 20

c in Act. c 1. 13. cum de Jacobo, fratre Joannis.

vum se appellet, ut alibi notavimus. Typum præterea activæ vitæ Hugo in Moyse, qui assumtus est de aquis, seu vsque dicitur innui docet, in Aarone contemplativæ, quia *montanum* significat, & *electus* vocatur; in Maria, quæ tympanum pulsabat, pœnitentes mortificantes carnem, & pugnate activam contra mundum, contemplativam contra diabolum, pœnitentes contra carnem.

Misit Moysen servum suum, & Aaron, quem elegit ipsum.) Hieronymus, *quem elegit sibi*; quamvis in Bibliis Regius editio Hieronymi careat pronomine. Pro αὑτῷ, in emendatis est ἑαυτῷ, licèt illo modo legerit Euthymius, Athanasius *a*, & Apollinarius.

a ad Marcel. de interpret. at psalmo 9

ἀνηθεῦν τ' Ἀαρῶνα ὃς οἱ προλελεγμένος ἦεν
Divinumque Aaronem, qui ipse electus erat.

Hebraicè est בו, *bo*, *in eo*, vel *ei*. Sensus autem potest esse, non solùm quod Deus elegerit sibi Aaronem, quo modo dicitur Jacob elegisse sibi *b*, sed etiam, quod elegerit Moysi socium & adjutorem. (Sufficeret, ait Augustinus, *quem elegit*, sed nihil in eo quærendum est, quod additum est, *ipsum*. Locutio scripturarum est, sicuti est, *in qua habitabunt in ea* c, qua locutione divinæ paginæ plenæ sunt.) Sic ille. Memorem oportet principem quemlibet esse missum se à Deo, & quidem ut servum ejus: atque ut serviat pro illo commodis aliorum. Et si quavis inest in pronomine, *ipsum*, Hugo notari vult debere principem præsertim Ecclesiasticum, regere per seipsum, non per Vicarium dumtaxat. Richardus Pampolitanus neminem debere *assumere sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron* d. Ad exaggerationem verò vocationis, & electionis facere posset expressio pronominis, *ipsum*. Alium, præter prius allatos, mysticum sensum tradit Ayguanus, ut qui de peccati servitute alios cupit liberare, Moysen adhibeat, & Aaronem, hoc est, scientiam & charitatem.

b Ps.134.4.

c Ps.73.5 Princeps omnis memor esse debet se à Deo missum.

d Hebr. 5. 13

Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.) In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum pro *Cham* est, *Chanaan*, sed versu 23. monui videri lectionem corruptam, & in Psalterio Ecclesiæ Vaticanæ, quod est idem cum Romano, habetur *Cham*. Pro *prodigiis*, *portenta* Hieronymus ponit, quod non refert. Et *verba signorum* sunt, vel res in quibus illa signa consistebant, vel potestas ea edendi, vel præscripta & certa signa, quæ verbis suis Deus edi velle declaraverat, vel cum potestate signorum loquendi auctoritas, & audacia, coram Pharaone præsertim. Sed alii verbum, *posuerunt*, red dunt pluraliter, ad Moysen, & Aaronem referentes, ut hi posuerint verba signorum Dei, atque prodigia in Ægyptiis, seu inter istos, vel ut præscriptis à Deo verbis ederent signa, & prodigia. Hebræum verbum nunc est שמו *sciamu, posuerunt*. Quidam declarant de signis, & prodigiis editis ante Israelitas, ut scilicet etiam Deus posuerit in eis, aut Moyses, & Aaron posuerint. Moyse præsente fecit signa Aaron coram populo, prius quam accederent ad Pharaonem *e*. Sed quod alter fecit, alteri tribui potest; quemadmodum Joanni quod Petrus, quando iste claudum sanavit *f*. Rursus Aaron per se solus aliqua signa edidit *g*, quædam cum Moyse *h*, vel certè Moysen juvando. Cajetanus explicat quod Israelitæ posuerunt in Moyse & Aarone verba signorum & prodigiorum sibi concessorum à Deo & populus acceptavit, atque constituit, ut verba facerent coram Pharaone juxta signa, & mirabilia Dei promissa. Porrò LXX. si non legerunt שם *sciam*, quod legisse credo; maluerunt, ut Genebrardus notat, referre ad primum Auctorem, & causam, quod miracula propriè fiant à Deo, ut Petrus *i* professus est quum populus miraretur curatum claudum, & ipsum, atque Joannem intuerentur, quasi sua virtute aut potestate fecissent eum ambulare: & ejusdem historiæ Auctor *k* scribit, *quod virtutes non quaslibet*, idest, non vulgares, & parvas *faciebat Deus per manum Pauli*. Chaldaicè verbum est numeri pluralis, licèt Nebiensis vertat singulariter. Similis in Jeremia *l* loquendi modus: *Qui posuisti signa, & portenta in terra Ægypti, usque ad diem hanc & in Israel, & in hominibus*. In psalmo 77. *m* clarius exponitur locus noster, *Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in Campo Taneos*. Unde primarius sensus videtur, edita signa & prodigia in Ægyptiis sive inter Aillos. Observavit autem rectè Græcus Auctor ab Agellio citatus, positum pronomen αὐτῷ, ne quis, quia Moyses eruditus erat in Ægyptiorum sapientia, suspicaretur inde opera illa edidisse. sed Dei virtute, cujus erant. Moraliter in homine pio, & religioso prædicatore verba ipsa sunt signa prodigiaque, propter ipsam pietatem ac religionem, quam spirant, & ob doctrinam prodigiosam, & plane paradoxam non modo mysteriorum, & miraculorum, sed etiam præceptorum de humilitate, abdicatione sui, mortificatione, inimicorum dilectione, patientia, postremo quoniam ipso suo exemplo, ac vita signum & portentum est in auditoribus suis, qualis Esaias *n* & Ezechiel *o*. Petrus *p* ut qui loquitur, quasi sermones Dei loquatur.

e Exod. 4. 30

f Act. 3. 4. 12

g Ex. 7. 10. 19 cap. 8. 6. 17

h cap. 9. 10

i Act. 3. 12

k cap. 18. 11

l cap. 32. 20

m vers. 13

n Es. 2. 18. 4. 23. 3

o Ez. 12. 6. 11

p epist. 4. 19

Vers. 28.) Misit tenebras, & obscuravit, & non exacerbavit sermones suos.

Sensus loci. *q in Amos cap. 1*

Decem plagæ Ægyptiis inflictæ. *r in Exod. 8 s in cap. 7 t in Ex c. 15 u Speculi hist. l. 2. cap. 5 x in Cant. Moysi.*

DEinceps recenset signa, & prodigia plagarum in Ægypto, non omnium, nec quo sunt ordine factæ, sed octo dumtaxat, quia non texit historiam, sed carmen pangit, sicut & in psalmo 77. ubi diem admonuimus, notatque Hieronymus *q* una cum ordine psalmorum. Numerus decem plagarum carmina ista, quod recitant Abulensis, *r* & Hugo *s*, & additio ad Magistrum historiæ Scholasticæ *t*, & Vincentius Bellovacensis *u*. Exponit easdem carmine suo Magalianus noster *x*:

Sanguis, rana, culex, musca, pecus, ulcera, grando,
Brucus, caligo, mors, pignora prima necando.
Prima rubens unda, tubes, ranæque secunda,
Inde culex tristis, post muscæ nocentur istis,
Quinta pecus strauit, vesicas sexta creavit,
Pone subit grando, post brucus dente nefando.
Nona tegit Solem, primam necat ultima prolem.

Fuit penultima ex decem plaga hæc triduanarum tenebrarum, de qua egimus in libro Sapientiæ *y*. Inde, ac ex Exodo *z* petenda illius descriptio. Ait Deum immisisse tenebras, atque obscuritatem in Ægyptios, hinc ordiens potissimùm, quia tùm demum Pharao ad Hebræos dimittendo compulsus est. Dicit præterea quod in hujusmodi opere effecit, ut suis sermonibus ac præceptis obtemperarent Ægyptii & iis crederent. Aut ita egit cum Moyse, & Aaron, ut qui ipsos dicere, & facere jubebat, persuaderet libenter facere, sicque etiam cum Israelitis, tùm Ægyptiis fidem facerent ipsi vera esse, quæ ejusdem nomine denunciabant, quamvis creditu difficilia, & Ægyptiis factu etiam acerba viderentur. *Densa* dicuntur *tenebræ*, *& horribiles*, *ut palpari possent*, *nec alter alterum videre posset*, vel *suo se movere loco*, *in quo erat*; appellantur etiam vincula & catenæ tenebrarum, spelunca, carcer, tenebrosum oblivionis velamentum, horrorem, pavorem, perturbationem, tristitiam personarum, subitanei ignis apparitione incutiens: item impotens nox ab infimis, & altissimis inferis superveniens: ad hæc gravis nox, & imago tenebrarum, quæ superventura Ægyptiis erat (nempe exteriorum æternarum) ita ut ipsi sibi graviores essent tenebris. Non potuit ullus poeta melioribus rem epithetis repræsentare. Verum quæ in Sapientiæ commentario disputavi, abundè sufficiunt. Prodigiosarum alia exempla tenebrarum Bocchius hoc loco colligit tùm vetera, tùm recentia, & illa ex Herodoto *a*, Halicarnasseo *b*, Obsequente *c*, Cedreno *d*, Theophane *e*, Zonara *f*, Urspergense *g*. De perpetuis Cimmeriorum tenebris, quas Homerus *h*, non tantum Ovidius *i* cecinit, & eum Strabo *k*, ut serio locutum, secutus videtur, meritò fabulosum censetur. Legatur Adagiographus adagio *Cimmeria tenebræ*, *& Palpare in tenebris*, quorum posterius illustrat Aristophanis *l*, atque Platonis *m* testimonio: ortum autem videri potest ex tenebris Ægyptiacis. Mystica porrò de tenebris his intelligentia notissima pro cæcitate mentis in Pharaone, ceterisque Ægyptiis: pro obscurissimis ac impenetrabilibus divinæ providentiæ rationibus: pro crassissima ignoratione, & errore, in quo jacebat ante Christi adventum mundus; & etiam nunc jacent in his qui Ægyptiacè, mundanè vivunt, ita ut

y c. 17. tototh cap. 18. l. 2.

z c. 10. 22. 23.

a lib. 1

b lib. 2

c de prodigiis

De Cimmeriis tenebris commentum fabulosum.

d anno 470

e in annalib.

f to. 3. annal.

g anno 1154

h odyss. 8 in Metram. Kilb. 1

Mystica de tenebris intelligentia

i in Thaet. m in Phaedone.

Observatio.

dici

dici triduanæ tenebræ queant, quæ non ante legem dumtaxat, & in lege scripta, sed nunc quoque vigeant, præterquam in Gessen, ubi fideles degunt, rectæ fidei mores etiam rectos conjungentes. Tropologica quoque ratio est Cassiodori, Hugonis, & aliorum, cur quæ nona ordine fuit plaga, narretur prima, quoniam cæcitas mentis initium, & causa omnis mali est, Gravissimam Euthymius omnium plagam vocat, quia lucem adimit rerum omnium pulcherrimam, & hominibus maximè opportunam, Augustinus *a* decem plagas totidem præceptorum accommodans prævaricationi, nonã nono sic upplicat, quod magnæ sint animi tenebræ, non esse contentum uxore sua, nec advertere nihil esse, quod magis doleat patiens injuriam istam, nec quod minus vellet sibi fieri, qui eam facit. Hugonis alia tropologia est, quando manus Prælatus in altum extendit per arrogantiam, & cupiditatem tenebras producere in Ecclesia, & ex ea scientiæ clavem *b* tollere: sicut Moyses extendens in cœlum manus tenebras advocavit. Alias hìc septem plagas enumeratas ait esse carnalem amorem, litigatores, & Advocatos, maledicos, oppressores, adulatores, apostatas.

Sensus Tropologicus.

a Aug. de decem plagis, &c.

Lilia tropologia.

b Luc. 11. 52.

Misit tenebras, & obscuravit.) Hieron., *& contenebravit.* Addit Chaldæus, & Psalterium Romanum atque Cassiodorus, *eos*, nempe Ægyptios: nec enim illas tenebras patiebantur Hebræi, ut citato libro Sapientiæ demonstravimus. Sic etiam Apollinarius,

ἐφ' ὅρμην προέπεμψεν ὑπὲρ νειλῶδα γαῖαν
Inde caliginem misit super Niliacam terram.

Præter dicta paullò ante, fusiùsque in librum Sapientiæ, * quem citavi, addi potest, quod R. Aben-Ezra ait, non potuisse tunc præ aeris crassitie accendi lucernas, sicut se narrat expertum in Oceano.

Et non exacerbavit sermones suos.] Tenebricosus, & obscurus locus propter variam lectionem, & expositionem. Ordiar ab Hebræis. Hieronymus vertit sententiam Hebr. ut non est, ולא מרו את ברו *velo, maru ethdo varau, & non fuerunt increduli verbis ejus*: quopacto etiam Symmachus καὶ οὐκ ἠπείθησαν. Quod Trevetus exponit de Moyse, & Aarone, non fuisse incredulos verbis Dei prædicentis se inducturum talem plagam. Alii, non repugnasse jussis divinis, aut adversus ea rebellasse, sed strenue exequutos, ut videlicet quam se promtos in obediendo exhibuerunt, tam, ac multo magis paratum sint Deum experti in præstandis signis, ad quæ edenda jussit Dei sese applicabant. Cajetanus, & Placidius Parmensis interpretantur populum assensum Moysi, & Aaroni, ut loquerentur, signaque facerent coram Pharaone, quemadmodum illi sibi imperatum dixerant. R. Kimhi, quem sequi videntur Arias, Buchananus hæreticus, Philippus de Portis, & alii, declarat, præter illum primum dicendi modum, qui est de Moyse, & Aarone, quod ipsi sermones Dei de signis, & prodigiis edendis non rebellaverunt quodammodo, sed omnino evenerunt. Affert idem alias Rabinorum non dissimiles expositiones, quas omitto. Recitat Agellius aliam lectionem Hebræam, quæ habeat, *& non lumen exacerbavit sermones ejus*, ut sit sensus, misit Deus tenebras, & Ægyptum dumtaxat obscuravit, quum lumen ceteris in locis jussa Dei non exacerbaret, ideſt, non contemneret, sed exequeretur, illam illuminando, atque etiam partem illam Ægypti, in qua degebant Hebræi. Additur sic מאור *maor, lumen* & ex plurali singulare verbum ex מרו *maru*, מרת *marah*. Conficta lectio potius est, nec ex ullo codice, vel idoneo Auctore alio, quamvis acuminis nonnihil expositio habeat. Textus Græcus sic se habet in correctis Bibliis, & in sexta editione, καὶ παρεπίκραναν τὰς λογους αὐτου, *& exacerbaverunt sermones ejus.* Quam lectionem sequitur Theodotio, & quinta editio. In Bibliis Complutensibus, & Regiis ex translatione LXX. pro καὶ est ὑπὸ παρεπίκραναν *quia exacerbaverunt.* Quam lectionem sequitur Euthymius, & Nicephorus, Apollinarius autem eodem ferè modo:

οἱ δὲ ἔπειθον αὐτοὺς ἐναντία πιαρὰ θεοῦ.
Ipsi vero verborum moliebantur contraria acerbo Dei.

Sensus harum Græcarum translationum, quæ affirmant, est, quod Ægyptii, potissimùm autem Pharao, resistebant, atque rebellabant, & ad amaritudinem provocabant Deum, nolendo dimittere Hebræos. Meminit Euthymius lectionis habentis negationem, οὐκ παρεπίκραναν, ita ut referatur ad Moysen, & Aaronem, qui mandatis Dei non contradixerint, sed quæ jussi erant, faciebant, ut explanant ea utentes lectione Basilius, sive, Theodoretus, (cui tamen collector notationum ad Biblia Græca Sixtina tribuit lectionem cum affirmatione) atque Chrysostomus. Hesychius juxta eamdem translationem declarat, quod Moyses, & Aaron suas pollicitationes non præterierunt, nec ementiti sunt signa, quæ professi fuerant, nec suo muneri umquam defuerunt, licèt sæpius repuli, ac territi. Quidam alius negativè quoque legit, sed cum verbo singulari, καὶ ἐκπαρεπίκρανεν, *& non exacerbavit*, scilicet τὸ σκότος τὸ ἀποσταλὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ, *obscuritas missa à Deo*, ἀλλ' ὑπήκουσε, καὶ προθύμως ἐξυπαρεπίσαν, *sed obedivit, & promte servivit.* Qui erat sensus ex Hebraizantibus ante recitatus universè de aliis signis, ac prodigiis, seu plagis. Postremo quod spectat ad Latinas lectiones, vetus Psalterium, & Augustinus legunt absque conjunctione, & negatione, *exacerbaverunt sermones ejus.* Testatur verò Augustinus, ubi addita esset negativa particula, vix duos codices potuisse reperire, viderique mendositatem propter sensum faciliorem abundavisse, quum nihil facilius intelligatur, quam quod dictum est, *exacerbaverunt sermones ejus*, utique contumacibus suis, sermonibus nimirum Ægyptii; quod si admittatur negatio, sensum esse, in Moyse, & Aarone, quia eos etiam durissimos patientissimè pertulerunt, donec omnia, quæ Deus in eis facere disposuerat, ex ordine complerentur. Sequutus est Prosper posteriorem lectionem cum conjunctione, *& non exacerbaverunt sermones ejus:* exponit autem, quod Moysen, & Aaron Ægyptii, quamvis durissimi patienter tulerunt donec omnia, quæ Deus facere disposuerat, complerentur. Sic intelligens Augustinum, quasi Ægyptii fuerint, qui non exacerbaverunt sermones Dei, ideſt, non detrectaverint. In Romano Psalterio, apudque Cassiodorum sine conjunctione, & absque negatione, & cum causali particula, & in plurali, *quia exacerbaverunt sermones ejus.* Quod Cassiodorus de pervicacia Ægyptiorum accipit. Beda legit, ac Augustinum ita legisse asserit, *exacerbavit sermones suos*, explicatque, quod Deus exacerbavit Ægyptiis sermones suos, quia illi contumacibus suis responsis oppugnaverunt sermones Domini, ita ut ideò sermones illi fuerint ipsis exacerbati. Qui dicitur Hieronymus legens in commentario, *& exacerbavit sermones suos*, rationem dat, quia duri eis erant, scilicet Ægyptiis, sicut quosdam, inquit, Evangelium dixisse refert, *durus est hic sermo, qui eum audire possit:* Itaque de Deo intelligit, exacerbante sermones suos, quatenus acerbi videbantur. Sed secundùm lectionem, qua nunc utimur, *& non exacerbavit sermones suos*, ait Beda sensum esse, quod Moysi, & Aaroni Deus sermones suos non exacerbavit, quia quod eis dixit, hoc in opere exhibuit. Si enim aliquid promitteret, quod non impleret, tunc sermones ejus acerbi viderentur. Non fecit videre acerbos, & falso, ait Haimo, acerbi enim, & rejiciendi viderentur, si non prout ipse ordinaverat implerentur. Remigius eodem ferè modo dicit, quod Deus exacerbaverit sermones suos, quia legatio Moysis, & Aaron recepta est à filiis Israel, qui obedientes illis fuerunt. Nisi talia miracula faceret Dominus, sermones eis, quos ad Pharaonem habuerunt Moyses, & Aaron jussu Dei, acerbi essent illis: quippe causa, quare acerbi punirentur, inquit Bruno Carthusianus. Hugo vim verbi *exacerbandi* attendit in hoc, ut qui promissa non solvit, dicatur *exacerbare sermones suos*; sicut ille dulces facere, qui solvit. Res enim, quæ remanet acerba non pervenit ad finem intentum naturæ, ut Ayguanus docet, spectans hìc à fructibus immaturis comparationem. Quod confirmari posset, quoniam quum fruges, & plantæ aliæ non respondent spei, quam de se concitant, mentiri dicuntur. Unde ille *d*,

c Joan. 6. 60.

Vis Verbi exacerbandi

d Horat. lib. 2. epist. 7.

Spem mentita seges,

a Tibul. l. 1. el. 5. Et alius *a*,

Neu seges illudat messes fallacibus herbis,

Atque è contrario,

b Idem. *b Segetis certa fides meæ,*

Tale illud aliud,

c Virg. eclog. 2. *c Nec varios discet mentiri lana colores,*

Ideſt, non inficietur alieno colore, ſed varios habebit nativos. Ad eumdem modum ſermonibus ipſis nunc tribuitur amator, & dulcedo, ſi falſi, ſive ſint veri. Genebrardus idem vult eſſe, atque ſi patrio ſuo ſermone diceretur, *n'apas faict à regret ſes paroles, ſes promiſſes, ou manaſſes*, non amaro, acerbo, illibenti animo, ſed immutatum numerum à LXX. quod putarent in fonte eſſe myſterium Trinitatis. Dionyſius Rickelius quamvis recipiat jam allatum ſenſum, qui eſt item Pampolitani, adjicit, quod non irritos fecerit Deus ſermones ſuos, ſed adimpleverit, nempe quod eos amaros non fecerit, ſed dulcoravit, quibus minabatur Ægyptiis: Pharaone enim pœnitentiam promittente & Moyſe exorante, plagæ ceſſabant. Hoc ipſum Ludolphus amplexus eſt, addens, quod Deus patientiſſimè pertulit eos duriſſimos, ſcilicet Ægyptios, donec omnia, quæ in eis facere diſpoſuerat, ex ordine complerentur. Idem placet Valentiæ, qui explicat, quod & Deus, & Moyſes non exacerbavit ſermones ſuos, quia Moyſes ſemper cum benignitate exhortabatur, & loquebatur Pharaoni, ut dimitteret populum, & quum Pharao ceſſabat à malitia, & promittebat, pariter ceſſabat plaga, & ſic ſermones Moyſes quum dulcedine procedebant. Eadem expoſitio Lyrani, Turrecrematæ, Lucretii Tyreboſchi, Raynerii. Noſter Bellarminus contendit verbum *exacerbavit*, numeri ſingularis poni pro plurali, & ſpectare ad Moyſen, aut ad Aaronem, aut ad utrumque: quod autem Græcè legitur in Bibliis correctis ὅτι, debere corrigi, ut legatur ὅτε, & ſit non *quia*, ſed *neque*, ſicut Græcos nonnullos vidimus legiſſe; pronomen verò *ſuos*, ſumi pro pronomine *ejus*, ſicut in Hebræo, & Græco confunduntur: denique ſenſum eſſe, quod Moyſes, & Aaron *non exacerbavit ſermones ſuos*, ideſt, *ejus*, nimirum Dei, qui juſſit eos mirabilia facere, quæ illi ſtrenue perfecerunt, nec detrectaverunt, aut mandatis Dei repugnaverunt.

Ex omnibus recitatis explanationibus, ſectando, ut par eſt, noſtram translationem, quæ non patitur, ut *ſermones* ſint nominativi caſus, aut *ſermo* in ſingulari ſecundùm variam lectionem in דברו *devarau*, & דברו *devaro*, & interpretemur, quod *ſermones*, aut *ſermo Dei multiplex non exacerbaverunt*, ideſt, non aberrarunt ab eo, quod prolati ſunt, omiſſa, inquam, illa, vel alia translatione ſimili, inter alias, quæ congruunt cum noſtra, minimè placet illa, in qua Agellius addit nomen מאוד *maor*. Nihil enim addendum, quamtumvis afferat ſubtilem paronomaſiam, aut intelligentiam. Secundùm locum probabilitatis minores habet apud me, quod populus *non exacerbaverit ſermones Dei*, ſed aſſenſerit, atque placuerit ei, ut Moyſes, & Aaron eos complerent apud Pharaonem. Eum ſenſum tradidit Placidus Parmenſis, ut dixi, etiam juxta vulgatam editionem noſtram. Miſſi ſunt quidem primum Moyſes, & Aaron ad populum, prius quam ad Pharaonem, quumque audiſſet illos, & vidiſſet ſigna, *credidit*, *& pronus adoravit* d: & ſic videri poſſet non exacerbaſſe ſermones Dei. At nihil magnum diceretur de populo, qui paullò poſt etiam adverſus Aaronem, & Moyſen graviter indignati ſunt poſtquam iſti conqueſti eſſent de oneribus apud Pharaonem e. Idem tertio ſentio de populo Ægyptio, qui tulerit patienter Moyſen, & Aaronem. Etenim quamvis non occiderint, non fuit ob inſignem patientiam, ſed propter eximiam cum Dei peculiari providentia reverentiam, quam ab ipſis extorquebat patratio rerum adeò mirificarum: nec verè, ac propriè tribui patientia poteſt Pharaoni, populove ipſius. Quarto, plura ſupplenda ſunt in illa expoſitione, quæ verbum ſingulare de duobus accipit, Moyſe, & Aarone, pronomenque *ſuos* loco pronominis *ejus*, A & ad Deum rejicit, cujus Moyſes, & Aaron *ſermones non exacerbaverint*. Videtur ſimplicior, facilior, ac proinde melior ſenſus de Deo, ut ille ipſe, qui proximè præcedentibus verbis iſtius verſus dicitur miſiſſe tenebras, & obſcuraviſſe, intelligatur quoque non exacerbaviſſe ſermones ſuos proprios. Quinto igitur demum probabiliorem cenſeo interpretationem, ut Deus *non exacerbaverit ſermones ſuos*, quia remiſſe, ac lente egit per Moyſen, & Aaronem cum Pharaone, & Ægyptiis, expectando illos ad pœnitentiam, quam ut non exacerbaverit, non faciendo irritos ſermones, quos dixerat, tùm promittendo in gratiam Hebræorum, tùm comminando contra Pharaonem, quod cum aliis citatis tradit etiam Martinus Alphonſus de Puteo Cordubenſis. Nimis remota metaphora eſt, ac durior etiam phraſis, ut *non exacerbare ſermones*, ſit eos non reddere irritus & falſos. Suſpicor in textu Hebræo non fuiſſe olim מרו *maru*, quod מר *marah*, pluralis, numeri eſt, magnificatque *mutaverunt*, *tranſgreſſi ſunt*, *rebellaverunt*, *non obedierunt*, &c. Sed כרר *marar* in ſingulari, vel in Piel מרר *marer*. quod ſignificat *amaricare*, *& amaritudine afficere*, Levi flexu, aut productione fit ex ו *vau* ר *reſch*, & contra. Opportuno autem loco dum de nona plaga mentio inſtruitur, dicitur quod Deus *non exacerbavit*, *non amaricavit*, *non amaros reddidit ſermones ſuos*, quoniam tamdiu in præcedentibus plagis expectaverat Pharaonem, totieſque pro illo Moyſen exaudierat. In ſenſu myſtico diutius hærendum non eſt, quum ſatis diu verſati fuerimus circa litteralem. Hugo prælatum malum, ob arrogantiam & cupiditatem in Eccleſiam tenebras inducentem ignorantiæ, ait *non exacerbare ſermones ſuos*, quia non arguit acerbè, non *increpat dure* f, ſed *loquitur placentia*, g *conſuit pulvillos ſub omni cubito manus*, *facitque cervicalia ſub capite univerſæ carnis ad capiendas*, ad decipienda, *animas*, *& quum capit*, decepitque, *vivificat*: h vivum ac vigentem eſſe aſſerens quum *beatum dicit*, *decipit* i.

Interpretatio probabilior.

f Tit. 1. 13
g Eſa. 30. 10
h Ezech. 13
i Eſa. 3. 12

Verſ. 29.) Convertit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſces eorum.

HÆc omnium prima plaga, de qua prius in pſal. 77. k. *Et convertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres, eorum, ne biberent*: & in Exodo *l* narratur *percuſſam ab Aarone virga aquam fluminis coram Pharaone, & ſervis ejus verſam eſſe in ſanguinem & piſces: qui erant in flumine mortuos*: idem accidiſſe in aliis fluviis, rivis, paludibus, lacubus, ligneis vaſis & ſaxeis, nec potuiſſe bibi aquam fluminis, ita ut *foderent Ægyptii per circuitum fluminis aquam, ut biberent, & duraſſe plagam per ſeptem dies*. Sed de hac de re repete dicta pſ. 77. quæque de eadem prodiderunt Philo in vita Moyſis *m*, Joſephus in Judaicis antiquitatibus *n*, qui ſiti enectos Ægyptios multos ſcribunt, Hebræis autem haurientibus fuiſſe potabilem aquam. Tanto res ea mirabilior accidit, quod ſereno cœlo Ægyptios uti perpetuo teſtetur Strabo, *o* & nubibus pluviiſque non turbari aerem Plato *p*, ne quis colorem ſanguineum, ſeu ſanguineo ſimilem tali tribuat cauſſæ. Martinus à Baumgarten in itinerario ſuo *q* vidiſſe ſe narrat lacum ingentem, Nilo contiguum, quem ſingulis annis rubeſcere ferant inſtar cruoris, idque videri poſſe ſuſpicatur, in memoriam plagæ iſtius Ægyptiæ, qua aquæ omnes in ſanguinem verſa ſunt. Voluit Deus hujuſmodi rerum extare veſtigia, ut de ſtatua uxoris Lot, orbitis currum Ægyptiorum intra maris rubri alveum, Sodomiticis pomis alias *r* meminimus: & Epiphanius *ſ* teſtificatur ſuomet tempore, multis in locis eodem die, horaque, qua Dominus aquam vertit in vinum, hoc ipſum, quotannis renovari ſolitum: ſe bibiſſe de Cybiles urbis Cariæ fonte, fratres ipſius de fonte qui erat in templo Geraſæ in Arabia: multos in Ægypto prodidiſſe, Nili aquis idem accidere multis in locis. Neſcio an quid tale oleat quod Pauſanias memorat in terra Hebræorum non longè à mari in agro finitimo urbi joppe, ſanguineis coloris aquam eſſe. Meritò primam Nilus plagam paſsus eſt, quia habebatur ab Ægyptiis pro Deo, & in eo pueros Hebr. extinxerant. Hoc notant Origenes, Euſebius, Auguſtinus,

Senſus loci, K verſ. 44 leap. 7. 17. uſque ad finem.

m lib. 5
n lib. 2. cap. 5

o lib. 16
p in Epinomide.
q lib. 1. c. 18 Lacus Nilo contiguus ſingulis annis rubeſcit

r in Act. 7. 36
ſ Hereſ. 51

Nilus ab Ægyptiis pro Deo habitus ideoque merito primâ paſſus plagam.

Agellii traſlatio improbatur.

d Ex. 4 30. 31

e cap 5. 20. 21

stinus, *a* aliusve; illud Philo *b*, ac Theodoretus *c*. Quod Genebras hoc loco ait, marinas quoque conversus in sanguinem, non placet Pererio nostro *d*, quia liber Exodi nullum de marinis verbum facit, & videtur facta tantùm plaga circa potabiles, ut siti cruciarentur Ægyptii. Si valet hæc ratio, nec aliæ, præter marinas non potabiles conversæ essent, quumque pisces occisi dicantur, etiam de marinis, ac in primis quidem videtur intelligendum qui ad cibum aptiores, pluresque, quem Ægyptiis universæ frequentem fuisse cibum constat *e*. Accedit, quod non solum in hoc loco psalmi aquæ nominantur in universum, sed etiam quum in Exodo *f* Latinè vocantur *omnes lacus aquarum*, Chald. appellatur *omnis locus congregationis aquarum*, quæ etiam Hebraicè dicitur כלמקנהר *col mikueh*, *omnis collectio*, Græcè πᾶν συναγωγὴ ὕδατος *omnis congregata aqua*: *Congregationes* autem *aquarum* vocant Hebræi *maria* *g*. Nec defuerunt, qui mare rubrum, quod Ægypto adjacet, in sanguinem conversum velint, ac ita propterea vocatum *h*, quamvis alias istius nominis causas alibi *i* attulerimus. Credo Abulensi, *k* qui Josephum *l* citat, aquas etiam Gessen in sanguinem versas, quoniam ibi quoque habitabant Ægyptii: Sed quando Hebræi bibere volebant, rediisse in propriam naturam, colorem, saporem. Denique non excipit Exodus ullum locum, sicut cum nonnullis aliis plagis agit, ut muscarum *m*. Quàvis responderi posset in puteis, cisternis, vasis Hebræorum aquam conversam non esse, quemadmodum ubi Hebræi habitabant, nec tenebræ postea fuerunt *n*, nec pestis læsit possessiones eorum. *o* Sed si hoc fuisset, Ægyptii non ignorassent, vique facta aquam illam exhausissent. Itaque probabilis est hæc opinio, illaque Genebrardi. Tametsi Nyssenus *p* affirmat Ægyptios aquæ limpidioris, quam apud Hebræos inveniebant, permixtione sanguineam, suam sitim mitigasse; Quæ etiam de aquis in Gessen minimè conversis Augustinus *q* sententia placuit. Is qui sub ejusdem nomine scripsit de mirabilibus Scripturæ *r* demonstrat in verum sanguinem vi divina mutatam aquam: Si absque præjudicio simplicis veritatis, quam præ se fert historia Exodi, concedi possit, quod non sanguis verus fuit in dicta conversione, sed verus tamen color, noxiusque sapor, equidem id admiserim. Videor tamen communiter asseri verum fuisse, atque ea etiam in re is quæ vocant Justinum *s* statuit discrimen à Magis, quod hi tantum apparentem fecerint; Aaron omnino verum. Idipsum fecisse hos quod ille, diserta satis oratione Scriptura narrare *t*, Sed verum adhuc intelligere sanguinem possemus, idest, non apparentem per præstigias, constantemq; vero colore, quamvis non vera & propria sanguinis natura. Quod si vera erat sanguinis natura, eam verisimile est humanæ speciei fuisse, quod etiam indicant verba Sapientiæ *u*, *Humanum sanguinem dedisti injustis*: & Philo ait emicasse tamquam è vulnere. Favet vera conversio transubstantiationi calicis in sanguinem, sicut & ea, qua vertit idem Christus aquam in vinum *x*. Præter prodigiosas sanguineas aquas enumeratas à Bochio in psal. 77. lege apud Paulum Orosium *y*. Sed quod initio monui, relegenda dicta ad psal. 77. prætereaq; in librum Sapientiæ *z*. Tradit Hugo * allegoriam de Judæis excæcatis juxta præcedentem plagam, secundum hanc vero, quia sapientia, aut multitudo eorum versa est in carnalitatem, cæsique sunt à Romanis. Vel quod legis intelligentia carnalis in Christi sanguinem transierit, & rubuerit sanguine ipsius, Tropologicè quoq; docet Ægypti, hoc est, mundi flumina quatuor Dominum convertisse in sanguinem, idest, in abominationem; nempè sapientiam, opulentiam, vanitatem, voluptatem. Tandem accommodat ad sapientiam, atque divitias Ecclesiasticorum, præsertim Prælatorum, quæ in consanguineorum amorem convertuntur, ita ut occidantur pisces, videlicet simplices, pauperesque, qui nutriri deberent talibus aquis in anima, & corpore. Grevæus *a* disputat moraliter etiam circa eumdem locum, de aqua Sapientiæ mundi, carnisque: utramque Christi virga, idest, cruce damnatam: item de sanguine carnalis affectus, aut intellectus, atque de sanguigis perpetuò clamantibus *affer*, *affer* b. *Pisces sine aqua computrescentes* c: esse homines Dei sapientia carentes.

Convertit aquas eorum in sanguinem.) Idem valet *commutavit*, quo utitur Hieronymus, aut, *mutavit*, *vertit*, & similia, quibus alii. Dixi antea quas Aquas, ad marinas quoque, quod psalmo etiam 77. *d* examinatum est, ubi adjunguntur fluminibus imbres, per quos quid intelligatur ibidem diximus, nempè non propriè decidentes de nubibus aquas, pluviasque quod cerni non solet in Ægypto: sed quaslibet aquas alias. *d* verſ. 44.

Et occidit pisces eorum.) Hebraicè *piscem eorum* דגתם *degatham*, collectivè pro multis piscibus. Pro ἀπέκτεινεν Aquila, & Symmachus habent ἐθανάτωσεν *morti tradidit*. De horum occisione non est in psalm. 77. mentio, sed in Exodo. Quum dicuntur Magi *fecisse similiter incantationibus suis* *e*, de qua sufficerit intelligere, non autem de occisione piscium: si eas convertere visi sunt, quas effoderant, vel quas dæmones ante ipsos attulerunt. Quamvis nec quidquam officit, quin eadem opera pisces allata, & occisi sunt. Verum neque conversio illa fieri naturaliter etiam à dæmonibus potuit. Idcircò ea in re non fecerunt Magi, sed quatenus aliunde allatum exhibuerunt simB milem illi sanguinem, in quem propriè conversæ fuerant aquæ ab Aarone. *e* Exod. 7. 22.

Vers. 30.) Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum.

COmmemoramur in psalmo 77. *f* plaga ista, *Misit ranam*, *& disperdidit eos*: & in Exodo * ponitur secundo loco, ubi fuisse describitur, & in 19. capite libris Sapientiæ *g*. Primo, & secundo loco, sed potissimùm primo de eadem diximus. Legendus quoque Glycas *h*, qui solùm omne Ægypti ranis coopertum scribit, quod Scriptura dicit opertam terram. *f* verſ. 45. * cap. 8. & ſeq. uſque ad 15. *g* verſ. 10. *h* 2a par. ann.

Edidit terra eorum ranas.) Hier. *ebullivit*, quod valet שרץ *sciarats*, quo etiam verbo liber Exodi *i* utitur, seu *scaturire*, *eructare*, *producere copiosè*, *ac in multitudine repetilia proferre*. In Romano Psalterio Fabri, *misit in terram eorum ranas*. In eo quod usurpat Basilica Vaticana C *misit terra*, apud Cassiod. *misit in terram*, in vetere Psalterio, & apud August. *& dedit terra eorum ranas*: citatque Brugensis alios codices, quasi diceret, inquit Augustinus, *terram eorum convertit in ranas*, tanta enim ranarum fuerat multitudo, ut hoc per ὑπεροχὴν convenienter diceretur. Prosper *k* *dedit terra eorum ranas*, quamvis idem dicens in commentario, atque August. videatur eamdem translationem secutus. Hebraicè deest conjunctio שרץ ארצם צפרדעים *tsephadehhim sciarats artsam*: neque in textu Græco est ἐξεῖρψεν, vel ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους. Hier. ad Sutram, & Fretelam *k* legit ἐξέρρηψεν, quamvis in editione Victorii sit ἐξεῖρψεν, quod propriè significat *ejecit*, explicat autem ipse *ebullivit*, nullamque in sensu mutationem esse, nec voluisse antiquam interpretationem sequendo, *edidit*, quod non nocebat, mutare. In Exodo *l* *ipse fluvius ebulliviſſe* scribitur *ranas*, *& Aarone extendente manum ſuper fluvios rivos*, *paludes*, *aquas*, *educta rana*, *& aſcendiſſe*, *operuiſſeque terram Ægypti*. Sed quia dum ascendebant, D & operiebant terram, ex terra ipsa videbantur existere, producebantur verò etiam ex limosa terra, seu ex permixta aquæ terra, idcircò dicitur hoc loco, quod *terra edidit ranas*. Vel innuitur, præter pure aquaricas, extitisse alias quoque ranas, ut quas vocant calamitas, rubetas, buffones, &c. Vel etiam ad magnitudinem miraculi indicatur, quod ipsamet terra ranas genuit aquaticas. Unde Apollinarius: *i* cap. 8. 3. *k* epiſt. 135. *l* cap. 8. 5. 6.

Χθὼν ὑδατοτραφέων βατράχων ἀνέτειλε γενέθλην.
Terra in aquis nutritarum ranarum ebullivit sobolem.

In penetralibus Regum ipsorum.) Hieronymus, & Psalterium Romanum, atq; Cassiod. qui addit (& *in cubilibus*: ἐν ταμείοις τῶν βασιλέων בחדרי מלכיהם *bechadre malchechem*. Ponit plurale pro singulari, inquit Trevetus, quia unus erat Rex Pharao, vel *Regum* nomen tribuit principibus Ægypti. Hoc secundùm respondent Hugo, Rickelius, Ayguanus, alii, Euthymius, ac Nicephorus videntur legisse ἐν ταμείοις τῶν βασιλειῶν αὐτῶν *in penetralibus regiarum*, *ipsarum*, vel *ipsorum*, ut eo quoque ranæ penetrarent, quo tutissimùm solet esse confugium, & ar-

a in Exod. c. 7. 11. conſ. *b* l. de mirabilibus Script. c. 27. *c* q. de vita Moyſis. dq. 9. in Ex.

c in Exod. 7. *d* p. 13. n. 87. Num 11. 5. 12. *e* ſap. 7. 19.

f Gen. 1. 10. *g* Pſittilla in Exod. c. 7. refert. *h* in Act. 7. 36. *i* in Ex. c. 7. *k* eſt 8. *l* antiq. c. 2. Opinio probabilior. *m* ſap. 8. 22.

n cap. 10. 23. *o* ſap. 9. 4.

p de vita Moyſis.

q q. 23. in Exod. *r* lib. 1. c. 18.

s q. 26. ad orthod.

t Exod. 7. 19. & ſeq.

u cap. 11. 9.

x Joan. 2. 9.

y lib. 4. c. 5.

z in c. 11. 7. * hic & in pſal. 77. Allegoria.

Tropologia.

Senſus accommodatitius.

a ſerm. 22. 3.

b Prov. 30. 15. *c* Eſa. 50. 2.

& armati omnia noxia removent: Quod Apollinarius indicat.

Δῶμασι θωρηχθέντων ἐρισθενέων βασιλήων.
In domibus armati erant præpotentum Regum.

Obſervant Baſilius, ſive Theodoretus, & Chryſoſtom. quemadmodum quia Hebræum infantes Ægyptii projecerant in flumen, aquam Deus mutavit in ſanguinem; ſic ranas illinc oriri feciſſe interfectorum infantium more pro repentes. Plura citatis locis diximus.

Verſ. 32.) Dixit, & venit cœnomyia, & ciniphes in omnibus finibus eorum.

Senſus loci.

DE cœnomyia dictum pſalmo 77. *a*, ac de eadem, & ciniphibus aliquoties in libro Sapientiæ *b*, atq; in libro Eccleſiaſtæ *c* de muſicis, etſi in ultimo loco non ut pertinent ad plagas Aegyptiacas, nec de ciniphibus adeo accuratè. In Exodo ponitur *ciniphum*, ſeu *ſciniphum* plaga tertio loco *d*, quarto autem *omnis generis muſcarum*. *e* Dictis ad ea loca vix eſt quod addendum videatur, ſive de vocabulo *cœnomyia*, ſive de re ipſa. Quod attinet ad *ciniphes*, Plutarchus *f* accolas rubri maris verſus Aegyptum narrat ex Agatarchide, affligi exilibus animalibus in ſuris, & brachis, ut ſi quis ea attingat, intro refugiant, atq; inflammationes tolerandas excitent, ſeſe intra partes muſculoſas volutando. Poteſt inde intelligi quantus fuerit cruciatus ex morſibus tum cœnomyiæ, tum ciniphum. Accidit ſimilis in Saporis exercitu plaga culicum, ciniphumque, deprecante Jacobo Niſibenſi, quem Ephrem ad execrationis tela in eum jacienda compulerat. Nam animalculorum illorum examina, tamquam nubes Perſarum copiis circumfuſa, elephantorum proboſcidas, equorum, & aliorum jumentorum aures, nareſque compleverunt, ita ut ferre morſum cum non valerent, fræna rumperent, ſeſſores dejicerent, aciem diſturbarent, relicto exercitu fugerent *g*.

Plaga culicum in exercitu Saporis.

Dixit.) Non extitit muſcæ plaga opera virgæ, hominiſque, ſed ipſemet Deus ſcribitur eam immiſiſſe. *h* Propterea ſolum Dei verbum, ſive juſſio hic poni, nulla alia actio, videri poſſet. Atqui verſu 34. eodem modo habetur. quod *dixit, & venit locuſta*, &c. cum tamen extenta ſuper terram virga Moyſes plagam illam perfecerit *i*. Si quæritur, quando dixerit, inquit Auguſtinus, in verbo ejus erat antequam fieret, & ſine tempore ibi erat, quo tempore fieret: quamquam & per angelos, & per ſervos ſuos Moyſen, & Aaron etiam tunc quodammodo dixit, ut fieret, quando fuerat faciendum.

Et venit cynomyia: Venit quaſi vocata, & venire juſſa. Nomen autem *cynomyia* ſatis examinatum eſt pſal. 77. & in libro Sapientiæ notatis locis. Quum legat *cynomyiam* is, quem vocant Hieron. verus autem Hieron. *k* contendat legi debere *cynomyiam*, juxta Hebraicam, intelligentiam, & vertat *omnimodam muſcam* cum Aquila, qui παμμῖαν vocat, indicio eſt, alium eſſe à Hieronymo. Idem ille myſticè *cynomyiam* caninam muſcam interpretans, ait deſignari luxuriam, quæ plerumque compreſſa pullulat, quia illud animal in cœno, ac ſtercore volutatur. Gregorius *l* interpretatur inſolentes curas deſideriorum carnalium. Alibi de ſenſu myſtico egimus.

Et ciniphes.) Hier. *ciniphes in univerſo termino eorum*. Alii, *pediculi*, aut *culices*. Campenſis autem in priori membro reddit *omnis generis muſcas*: in hoc *cynomyiam*. Quod ſi verum eſſet, utrobique plaga unica eſſet, & *cynomyia*, ſpecies muſcæ, quæ cognominatur *canina*. In libro Sapientiæ, quas interpres noſter vocat *muſcas* Græcus textus appellat σκνῖπα in ſingulari. Deſcribitur plaga iſta in Exodo *n*, ita ut percutiente Aarone virga pulverem terræ, fierent animalcula illa in hominibus, & jumentis, & omnis pulvis terræ verteretur in eadem; malefici verò id præſtare nequiverint, ſed fateri coacti fuerint digitum Dei ibi eſſe. Eo loco nomen Hebræum eſt idem, quod in iſto, nempè כנים *chinnim*, Chaldæum קלמיחא *balmetha*, Græcum σκνῖ (corruptè σκνῖ) quod in genitivo inflectunt alii, σκνῖπος, quidam σκνῖφος, & nonnulli demta littera prima κνῖ κνῖπος, vel κνῖφος, licet contendat Genebrardus ſcribi debere κύνιπ à κύων *canis*, quod ſit *canis pediculus*, ponaturque ſpecies hæc pro genere, & ſic propius accedere per alluſionem, ſonumve vocabuli, ad Hebræum כנים *chinnim*, & proferti Latinè *ph* prop, ſicut trophæum pro τρόπαιον. Latinè nunc legimus *ciniphes*, nunc *ſcinyphes*, nunc *ſciniphes*, nunc *ſciniphes*, ſed per y non ſatis emendare, quidquid Genebrardus dicat, quia Græcè ſemper per ι. Multa de hoc nomine κνῖ, vel σκνῖ, Auctor theſauri Græci, & meminit vocatas κνῖφας ab Ætio; tandemque oſtendit ex variis aliis auctoribus, culicem ſignificari hoc nomine, & aliquando vermiculum naſcentem invite, vel in folliculo ulmi. Apud Apollinarium hoc loco ſunt σκνῖφες. Ulyſſes Aldrovandus in opere de inſectis * accuratiorem inſtituit diſputationem de nomine, neque natura iſtius animalis. Sitit maximè id animal hominum ſanguinem, ſed ejus crudiorem partem, & ad putredinem vergentem, ut puſtulæ, quas relinquunt, indicant. Ab hoc Ægyptios tum Alexandrinos, Herodotus prodit maximè infeſtare. Myontem verò fuerunt Joniæ urbem derelictam, deſolatamque Miletum civibus commigrantibus; Atharnenſium præterea civitatem juxta Pergamum Aſiæ *o*, & alium in India locum *p* propter culicum infeſtationem, Ledit per aculeatum morſum ſuum hoc animal, quod culicem nominant, & corpore vermi ſimile eſt, capite, aliiſque muſcæ, proboſcide quadam elephanto, pruritu noxio, interiora etiam ſubit per aures, nareſque, & involat in oculos, bomboque ſuo ſomnum diſturbat. Novum Pererius *q* noſter arbitratur fuiſſe genus animalis id, quo in plaga tertia Ægyptii cruciati ſunt, aut nobis certè incompertum. Non eſt quidem pediculus, qui ex humano gignitur corpore, ut Joſepho *r* tamen viſum, Hebræis aliis, Cajetano præterea, & Oleaſtro: ex pulvere namque percuſſæ virga terræ ortum eſt, non ex humanis corporibus, ut Joſephus ſcripſit, ſcaturivit. At quale deſcripſimus fuiſſe præſtat hoc afferentibus paſſim credere, quam novam excogitare, cum ceterarum plagarum etiam animalia novi generis non eſſent, ſed vulgò ſatis cognita. Nequierunt Magi educere hujuſmodi animal. Non quia hordei grano minùs minimè valeant, ut Hebræi nugantur apud Lyranum, & Abulenſem in Exodum: Quidni enim ſi potuerunt majora & perfectiora? nec ideo quod incantationes eorum ad hoc appropriatæ non eſſent, ut loquitur eodem loco Cajetanus: quoniam vis incantationibus per ſe ac naturalis non ineſt. Sed quidquid illud eſt, quod fieri ab incarnationibus, præter naturæ ordinem videtur, à dæmonibus ipſis præcipuè fit. Myſtica ratio eſt Auguſt. *ſ*, defeciſſe Magos in tertio ſigno; quia veteres philoſophi de Patre ac Filio aliquam, nullam de tertia perſona notionem habuerunt; quam perſonam Magi per Dei digitum deſignaverunt, dicentes ibi illum eſse. Nec alterius generis alia cauſsa, quam affert Gloſsa, quia iidem Philoſophi, & alii Ethnici, tùm potentia nonnulla prædita fuerint, quæ Patri tribuitur, tùm ſapientia quæ Filio: defuerit autem illis bonitas, ſanctitaſque, quæ Spiritui ſancto. Expedita maximè cauſa eſt dicere, Deum impediviſſe; quam reddit ſecundo loco Cajetanus, & approbat Pererius; ut dum à Magis præſtita majora ſunt, intelligeretur Dei permiſſio, ſine qua præſtare minora non valuerunt. Quod Rupertus *t* docuit, viſus quidem à Magis productos ciniphes eſse ſecundum formam externam, ſed quum non morderent, deprehenſum veros non fuiſse, propterea que dici tunc defeciſse in illo ſigno, quia tunc fallacia innotuit, quæ nihilominus fuerat in præcedentibus duobus ſignis ſanguinis, & ranarum, ſed nondum detecta, hoc, inquam, Ruperti reſponſum novum non eſt, ut Pererius objicit, nec ab illo uno excogitatum. Nam Græcus Auctor citatus ab Agellio idem propemodum docuit, nempè ubi fallendi oculos erat locus vana ſpecie Magos τοῦ ἐλαχίστην *leviorum hominum* aſpectum luſiſse, ubi per ſenſum veritas rei productæ confirmabatur: ἔδακνον γὰρ οἱ σκνῖπες, *mordebant enim ſcinipes*, ibi nihil valuiſse, ut intelligeretur neque illos priùs riva animantia produxiſse, vel exhibuiſse; ſed quod τῶν ἀφρονεστέρων τὴν ὄψιν, *ſtultorum hominum aſpectum* παρεκρόουτο *fallebant*, ac *fruſtrabantur*. Profectò non improbabile eſt, non eoſdem effectus operatum ſanguinem illum, in quem aquam Magi, vel ranas, quas produxiſse viſi ſunt, quos res illæ ipſæ, ut ab Aarone factæ, ſed adeo brevi evaniſſe, ut

Notio ciniphu.

* *lib. 3. cap. 6*

Ciniphes humanum ſanguinem ſitiunt. Culicum infeſtatio gravis.

o Pauſanias in Achaicis. Ælianus.

Culicis deſcriptio, & qualitates.

q in Exod. 8. diſp. 2. nu. 11.

r 2. ant. c. 5

Cur magi in tertio ſigno defecerint, rationes variæ.

Ratio myſtica Auguſtini. *ſq. 25 in Ex.*

Cauſa expeditior.

t lib. 1. in Ex. cap. 23

a verſ. 45
b in c. 11. 16. & 16. 9 c. 19 10
c in cap. 10. 1. de 1. 9. & ſeq.
d verſ. 21. & ſeq.
e verſ. 21. & ſeq.
f 3. Symp. q. 9
g Theodor. 2. hiſtor. c. 30
h Ex. 8. 21. 24
i cap. 10. 13
k ep. 135. ſub finem.
l 18. moral. c. 25 vel 28.
m cap 19. 10
n cap. 8. 16. 17. 18. 19

pro veris rebus absque alio experimento, habitæ sint. A At culices quum primum eos Aaron eduxit, pupugerunt; hi quod Magi repræsentabant, irrito conatu abierunt. Quare opinioni Ruperti non denegarem probabilitatem & placuisse Agellio videtur, tametsi de Ruperto non facit mentionem. Nihil habet probabilitatis opinio R. Aben Ezra, etiamsi Genebrardus minimè refellat, quum admonet historia Exodi * muscam non fuisse in terra Gessen, ubi habitabant Hebræi, innuere plagas priores communes fuisse Hebræis cum Ægyptiis, nimirum sanguinis, ranarum, ciniphum. Discrimen non fuit, quod in ipsa terra Gessen musca omninò orta non est, etiam in Ægyptios, sed quod non offendit ibi Hebræos, sicut Ægyptios. Id verò quamvis in aliis plagis tum prioribus, tum posterioribus acciderit, peculiariter in muscæ plaga expressum est, ut Augustinus *a* docet; dicens opportunè hoc ibi apertè positum, unde jam incipiant signa, quibus Magi similia nec conati sint facere; quousque deficerent, nihil de ejus terræ segregatione dictum esse. Quamquam, ut modo dixi, segregatio terræ non B videtur ad omnes in ea habitantes extendenda, sed ad solos Hebræos, ut etiam notavit Abulensis, *b* scribens quod sicubi essent permixti Ægyptiis Hebræi, vel in Gessen, vel extra, muscæ non erant in ea parte domus quam inhabitabant Hebræi, aut iis non erant molestæ. Eadem ratio de aliis animalibus, ut ranis, & ciniphubus. Agnoverunt in ea plaga Magi digitum Dei, hoc est, plagam ab eo esse, ut Paraphrastes Exodi *c* declarat, & manuum ipsius potentiam, atque punientium unum quasi digitum, quia non tam graves plagæ erant, quam esse poterant, & Sodomitarum, ac mundi universi diluvio submersi fuerant, atque decem futuræ erant, quot sunt in manibus digiti. Vel quoniam non diabolico, ut à se, sed spiritu divino etiam inviti fatebantur edi plagas à Moyse, & Aarone: quo modo se affirmavit Christus ejecisse dæmonia *d*: procedit autem Spiritus Sanctus ex Filio velut ex manu, ut ille ex Patre, tamquam ex brachio, & plura Spiritus ejusdem, ceu digitorum charismata sunt, & prosperis dexteræ manus, & sinistræ adversus utilia. Spiritum sanctum Magi, præter intentionem significaverunt, ac ne verum quidem Deum quem prædicabat Moyses, crediderunt, si credimus Lyrano; sed superiorem vim dæmonis alicujus. Quamvis concedi potest Deum quoque verum tunc agnovisse, & confessos esse, sicut fecerat sæpius Pharao, licèt ad priorem improbitatem, ac impietatem redierint ut & postea Balaam, Nabuchodonosor alii, Abulensis *e* observat plagam istam respondisse culpæ Ægyptiorum, qua oppresserant Hebræos duris operibus terræ, & luti.

Secundum mysticum sensum Augustinus *f* opponit ciniphum plagam decalogi præcepto tertio de Sabbati observatione, in qua continetur etiam requies cordis, mentisque tranquillitas ex bona conscientia, à qua re longiùs absunt, qui rixas amant, seminant discordias, contentionis magis quam charitatis amatores sunt, diversis autem passionibus inquietantur atque compunguntur. Innuit idipsum [Gregorius *g*, D quem aliquanto ante citavi, Comparat præterea idem Augustinus *h*, idem animal captiosis philosophis, & callidis hæreticis, qui subtilibus verborum stimulis animas terebant, tantaque calliditate circumveniunt ut qui deceptus fuerit, nec videat, nec intelligat unde decipiatur. Hoc etiam loco creditus Hieronymus post Origenem *i*, & verum Hieronymum *k* in ciniphe dialecticæ artis stimulum intelligit, quæ licèt parum videatur habere seductionis aculeum, gravissimè tamen sauciat mentes humanas. Plutarchus *l* culici similem facit amatorem inordinatum; Lucianus *m* gulosum, & helluonem: Plautus lenonem: sed seditiosum, qui obstrependo alios, inquietat, sanguineque delectatur.

In omnibus finibus eorum.) Hoc est, ut exponunt Basilius, sive Theodoretus, & Chrysostomus, extra Ægyptiorum fines nihil tale fieri quisquam cernebat.

Opinio Aben Ezra retellitur. *f cap.8.12*

a n.26. in Ex.

b in Ex.8.9. 21

c n.18. 19

d Matt.12. 28. Luc.11.20

e in Exod.8 post q.8.

Sensus mysticus. *f tr.de decem plagis &c.*

g 18. mor. c. 25. vel 28

h serm.87.de temp.

Callidorum Hæreticorum cum cinipheus collatio.

i in Exod. In ciniphe dialecticæ stimulus intelligi potest.

k contra Helvid.

l contra Stoicos.

m in Gallo.

Vers.32.) Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.

Vers.33.) Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contrivit lignum finium eorum.

IN psalmo 77, *n* hoc idem sic describitur. *Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina: Et tradidit grandini jumenta eorum, & possessionem eorum igni.* Sed in Exodo *o* fusius; ubi notatur quod *in terra Gessen ubi erant filii Israel grando non cecidit p*, ubi autem cecidit cum igne, tonitruis, fulguribus, læsit homines, jumenta, omnem herbam, omne lignum regionis, linum & hordeum quia hoc *erat virens*, illud jam *folliculos germinaret*: triticum excepto, & farre, quia *serotina erat*. In libro quoque Sapientiæ *q* de re eadem fit mentio, quo loco nos multa satis: tum de pluviis, quarum priè sumtarum, aliqui *r* negant casum in ea plaga. Egimus aliis etiam locis *s* de diritate grandinis. Exemplum præ aliis illustre accidit sub Josue, de quo tùm liber historiæ ipsius, *t* tùm Ecclesiastici *u*. Recitat alia Bochius in psalmum 77. & Serarius noster in Josue *x*: ex quibus notatu dignissima grando, quæ cecidit anno 1183. teste Bergomate, in qua insculptum erat Crucis signum, Christi facies, nomen hoc Jesus Nazarenus: & alia, in qua, ut prodidit Cronologiæ compilator, anno 1392. facies viriles cum barba, mulierbres cum crinibus, & peplis apparuerunt. Quemadmodum porrò in Aegypto pepercit grando Hebræis, dum sæviret in Aegyptios, sic tempore Josue accidisse credendum, & idem scriptor Ecclesiastici satis insinuat, dum ait, quod impetum fecit grando virtutis valdè fortis contra gentem hostilem, & in descensu perdidit contrarios. Vult Abulensis *y* respondisse plagam grandinis afflictioni, quam intulerant Hebræis Aegyptii cogendo, stipulas colligere per Aegyptum. Mysticè Origenes *z* & Augustinus *a* exponunt voces doctrinamque cœlitus missam, per quam castigatus mundus agnoscere possit culpam suam: grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascentia: ignem, qui missus à Christo in terram, spinas ac tribulos depascatur peccatorum, & incentiva voluptatis, libidinisque consumet. Rursus Augustinus *b* assignat hanc plagam septimo decalogi præcepto, ut quod per furtum subducit quis de cœlo perdat, & habeat justum damnum pro injusto lucro.

Sensus literalis. *n vers.47.48 o cap.9.18.& seq.*

p vers.26

q c.16..6.17 18.19. c.19. 19.20

r Pererius in Exo.9.disp.4

s in Sap. 5. 23. in ps. 67. 15.

t cap.10.14

u c.46.6.7.8

x in c.10.c.11

Exemplum illustre grandinis.

y in Exod.5 post q.9

Sensus mysticus.

z in Exod. a ser.87. de temp.

b de convenien. decem plaga & decalogi.

Posuit pluvias eorum grandinem.) Hier. *dedit pluvias eorum grandinem.* Multi exponunt posuisse ac dedisse Deum pro pluvia grandinem, vertisse pluviam in grandinem, quasi diceres, pluisse grandine, ita ut non fuerit imber seu pluvia diversa, ac separata à grandine. Oppositum docui in commentario Sapientiæ *c* quum ibi distinctè nominantur, præter pluvias, & aquas etiam grandines. Immò in Exodo *d* disertè habetur, quod orante Moyse, ut cessaret plaga ista, non ultra stillavit pluvia, & vidit Pharao cessasse pluviam & grandinem, & tonitrua. Itaque pluviis permixtæ grandines erant cum igne, qui memorantur ibidem, videlicet fulminum, atque similium impressionem. In aliis Latinis Psalteriis, apudque Augustinum, Prosperum Cassiodorum, *posuit pluvias eorum in grandinem.* Quæ lectio etsi parere videatur dictum primum sensum, tamen potest etiam significare, quod pluviæ desierunt in grandines.

c In c.36.16

d c.9. 33.3

Ignem comburentem in terra ipsorum.) in Romano Psalterio, & in Cassiodoro additur, *&*, Hier. reddit, *flammantem*. Hebraicè, *ignem flammarum* להכות אש *esch lehavoth*. In psalm. præcedente vocatus est *ignis urens*. אש לו הט *eschlobet*, cum quo Angeli comparantur. Intelliguntur ignes cœlestes sive fulgurum, & fulminum.

Et percussit vineas eorum, ficulneas eorum.) Hier. *vineam, & ficum*, collectivè singularis est Hebraicè pro plurali. Psalm.77. *e* cum *vineis* memorantur *mori*, & *pruina* cum *grandine*. Frequentius in Scriptura *f* simul nominantur *vitis*, sive *vinea*, & *ficus*, seu *ficulnea* tamquam symbola tranquillæ, ac opimæ vitæ, quum proferunt fructus suos, licetque sub ipsis vivere, & comedere. Inter arbusta vineæ ficum Plinius *g* numerat.

e vers. 47

f Num. 13. 24. cap.20.5 Deut. 8.8.8. Reg.4.25. l. 418.3 l. Esa. 34.4 cap.36 16. Jer.5.17. c.8.13. Osea. 2.12. Joel.1 12. c.2. 22. Michæa 4 4. Abacuc.3. 17. Ag 2. 20 Zach.3.10 1.Mac.14.12

g lib.17.c.24

Et contrivit lignum finium eorum.) Hieronymus, con-

fre-

fregit. Lignum, ξύλον, עץ *hhets* accipiuntur pro arbore, & Chaldaicè ponuntur *arbores*, pluraliter, אילן *ilan*. Addunt alia Psalteria, & Patres: *omne* quod habetur Græcè πᾶν. Hier. *a* ait, id esse additum, & superfluum. Nec refert multum quod singulari numero habeatur ὅλον, & גבול *ghebul*. Potest & hic *finis* nomine designari quod versu 31. dicebatur extra Aegyptiorum fines, idest ubi plantæ ipsorum erant, plagam istam non nocuisse. Gregorius *b vineam posicam in desertum, & ficum decorticam ac denudatam*, de quibus Joel *c*, exponit de anima, cujus fructus bonorum operum per insidias malignorum spiritum humanæ laudis cupiditate dissipantur atque humilitatis tegmine, sive cortice privantur, & albi fiunt rami, seu candescunt, dum de sanctitate operum nomen sumitur, sed ista siccantur. Hugo in vinea compunctionis vinum considerat sive contritionis; in ficu dulcedinem animæ, sive devotionem, in ligno finium, quam dicit esse olivam, misericordiam, quæ comitatur nos in fine, hoc est, in morte, quasi suculus nobiscum *. Hæc omnia destrui abigne, & grandine, quæ succedunt pluviæ, quando Prælati comminationibus, & oppressionibus corda subditorum ita scindunt, & urunt, ut neque contritionem de propriis peccatis, neque devotionem de Dei de beneficiis, neque pietatem de proximorum miseriis habeant.

a *epist.* 135

b 8. *mor.* c. 10 *vel* 37. Sensus mysticus.

c *cap.* 1. 7

* 8. *Eccl.* 17 18

Vers. 34.) Dixit, & venit locusta, & bruchus, cujus non erat numerus.

Vers. 35.) Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum,

Sensus loci

d *vers.* 46 c c 10. 4. *usque ad* 15.

Aliis verbis plagam hanc octavam descriptam vidimus psalmo 77. *d Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ*. Copiosius autem in Exodo *e*, ubi narratur *virgam extensam à Moyse ad locustam, & inductum à Domino ventum urentem tota die & nocte, qui ventus manè levavit locustas innumerabiles, quæ corroserunt, atque devoraverunt, & quidquid residuum fuerat grandini, omnem herbam, & quidquid pomorum in arboribus erat: quæ grando dimiserat; ita ut nihil omninò virens relinqueretur in lignis, & in herbis terrâ in cuncta Ægypto*. Adjicit Philo *f* vento illo austrino, & urente, invectum Aegyptiis dolorem capitis, & gravedinem, languorisque tædium, præsertim cum ea Regio ad Austrum opposita sit, & exposita solibus, ut quamprimum is ventus movetur, æstu exurat omnia. Quoniam hic *fructuum* fit mentio, & in Exodo *g pomorum*, quæri potest, quamdiu duraverint seu quantum temporis comprehenderint plagæ omnes. Existimat Genebrardus tempus unius ferè anni fuisse, & (in Chronologia duodecim mensibus legationis munere Moysem functum apud Pharaonem affirmat.) Ita ut deciderit grando sub finem Februarii, quia non attingit frumentum, & triticum, eo quod essent serotina, & adhuc in herba: post duos menses circa Majum venerit locusta, quando, frumenta spicata eranti redeunte verè alio percussæ vineæ, & ficulneæ. In magna Hebræorum chronologia, quam vocant *Seder Olamrabba*, idem tempus traditur, & probatur, quoniam mense Iar, idest Aprili, missi sunt Hebræi ad colligendas paleas: exierunt ex Aegypto mense Nisan, quiest Martius, Tantundem temporis assignatur ibidem plagis Job, & futuro judicio Gog, & impiorum in Gehenna. Quidquid ineptiant Rabini in alii., probabilius in hac duratione loquuntur quam Magister *h* historiæ scholasticæ, attribuens quinquennium, vel eo amplius. Nam, ut Hugo, *i* argumentatur, Moyses erat octoginta annorum, quando stetit ante Pharaonem *k*; quadraginta anni fuit in deserto: centum & viginti vixit *l*. Excusat Magistrum, quod fortè non apposuit notulam illam numeri. Illa certè nunc, quod equidem viderim, non extat. Existimat autem infra annum omnes plagas factas. Consentit quoque Rickelius *m*. Nosier Pererius *n* viginti septem dierum continentium spatium plagis assignat, primam contigisse circa medium mensem Adar, qui Februario nostro respondet, ultimam decima quarta, aut decimaquinta Nisan, sive Martii. Abulensis *o* occurrens difficultati de *pomis fructibusque*, ait vel accipi pro folliculis: qui mense Martio deformarentur in folia, frondes, fructus, vel propter terræ caliditatem fructus ibi extitisse initio Martii, qui in Hispania mense Majo. Ceterum contendit *p* uno mense, aut paullo plus plagas durasse, nec plures quam decem fuisse, & rejicit qui dies, quos Kalendaria vocant, Aegyptios, nempè singulis mensibus binos, & dicuntur mali hominis, à plagis Aegypti denominatos, quoniam sic fuissent viginti quatuor, & ob Aegyptiorum peccata, ceteri homines essent pœnis obnoxii: denique quia id superstitiosum est. Inclinat animus in mediam sententiam, & censeo difficile, ut adeo brevi spatio dierum viginti septem continentium satisfiat proposito argumento. Ex duobus verò dicendi modis Abulensis de fructibus, minus displicet prior. Nec enim Aegyptus tantæ caliditatis erat, ut poma & fructus ferret Martio mense. Josephus *q* Verè jam adulto decidisse grandinem scribit, fructusque contrivisse: deinde locusta superveniente, si quid grando reliquisset, ita absumtum, ut fructum colligendorum spes omninò adimeretur. Itaque significat nondum fructus ad maturitatem perveniisse: alia autem ex parte tempus ἱκμὸς ἀμαζονος *veris adulti* diei propriè nequit quarto vel quinto die Martii, quo juxta Pererii supputationem septima plaga grandinis accidit. Obstat allatum Hugonis argumentum, quod etiam facit Abulensis, de annis Moysis. Sed eo tantum efficitur brevius tempus fuisse, quam ut ad annorum numerum adjectio fiat; non ita tamen, ut intra mensem includatur. Non repeto quæ dixi psal. 77. *r* deque locusta in Ecclesiastæ *s* commentario, & sapientiæ *t*. Cladis hujus exempla eodem illo psalmo profert Bochius. Appellavit ipsemet Pharaó istam plagam nomine *mortis u*. Mysticè Rickelius *x* adulatores, simulatores, seductores intelligit, quod Hugo in hujus loci commentario pluribus declarat considerans proprietates locustæ.

Dies mali hominis rejecti.

Probabilior sententia.

p *in c.* 12. 9. 4

q 2. *ant* 14. 3 c. 3

r *vers.* 56

s *in cap.* 12. 8

t *in cap.* 16. 8

u Ex. 10. 17

Expositio mystica.

x *in Exod.* 10 *art.* 19

Multa volans, saltans, inimica satis r retro major. Gregorius *y* autem acceptiones locustæ mysticas quinq; tradit, pro Judæis, Gentibus ad Christum conversis, resurrectione Christi, Prædicatoribus, adulatoribus Joannes Cardinalis Vitalis *z* exponit de carnali & lascivo, qui ventri servit sicut id animal ferè totum ventre constat.

Locustæ acceptiones mysticæ quinque.

y 31. *moral.* c. 20

z *Speculo moral. script. fol.* 103.

Dixit.) Quæ dixi de hoc verbo versu 31. huc etiam pertinent. Ita dixit Deus, *& ventum urentem induxit qui levavit locustas*, *a* ut Moyses etiam extenderet virgam super terram Aegypti. *b* Numquam jussus legitur Aaron manus extendere in cœlum, sicut Moyses *c*, qui nunc super terram; quia, inquit August. *d*, Aaron datus erat ad populum, Moyses in iis quæ ad Deum pertinent. *e* Addunt Lyranus, & Rickelius, ut doceatur, posse id quod minus est eum, qui quod est majus potest, non è converso quod, inquit, verum est in potestatibus subordinatis, in quantum hujusmodi. Huc refellit Abulensis *f*, & meritò; quia elevare in cœlum, aut super terram aliud ve cœlo inferius, non indicat majorem, vel minorem potestatem, opusque, cum, quando Aaron elevavit manum super aquas verterit eas in sanguinem; quando super terram ranas, & ciniphes, produxerit, quod utrumq; opus mirabilius est quam grando, quæ descendit elevante Moyse in cœlum: item non fuit opus adeo magnum in grandinis plaga, in qua Moyses elevavit manum in cœlum, quam productio locustarum, in qua extendit super terram. Causa vera est, quam idem Doctor tradit, quoniam grando, fulmina, fulgura, tonitrua ignes, imbres de superiore veniunt loco. In plaga nihilominus vesicarum, sive ulcerum sexta, sparsit quoque Moyses cinerem in cœlum *g*; ut inde cinis ille polvisque vim intelligeretur nocendi sumere.

a *Exo.* 10. 13

b *vers.* 12

Quare Aaron manus ad cœlum extenderet sicut Moyses non Jussus.

c *c.* 9. 7. 22 23. *c.* 10. 21. 22

d *q.* 31. *in Exod.*

e *Exod.* 4. 16

f *in Exod.* 10 *q.* 4

g *Exo.* 9. 8. 10

Et venit locusta & bruchus, cujus non erat numerus. In Psal. 77. *h* nominatur *ærugo cum locusta*. Nomina Hebræa hic sunt ארבא *ardeh*, & ילק *jelek* Græca ἀερὶς & βρῦχος, quod etiam scribitur βρέχος ἀπο τῦ βρύκειν, seu βρυχᾶν *comedere* adhuc χλωρὶς, νεογενὴς, ἄπτερος ἀκρὶς, *viridis, recens nata, pennis carens locusta*: in psal. 77. חסיל *chasil*, & ארבה *ardeh* ἐρυσίβυς, & ἀκρὶς, in Exodo unicum, ארבה *ardeth*, & ἀκρὶς. Ultimum hic expressum nomen Hebræum generalius est. De his omnibus nos alibi, & Ribera noster: i *chasil* vero, & ἐρυσίβη, ut & *rubigo*, censetur potius morbus quidam frugum. Quæri potest, quomodo scribatur in Exodo k, *locustas innumerabiles fuisse, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ erant*, qui hìc dicitur *bruchus, cujus non erat numerus*. Nam Deus apud Joelem *l* provocat *senes, & omnes habi-*

h *in Ex.* c. 19

Bruchi etymologia.

i *in Exod.* 9 Moyses centum & viginti vixit annis.

k *Exod* 7. 7

l *Deut.* 34. 7

m *in Exod.* 9 *art.* 17

Opinio asserentium plagas 27. dies tantum durasse.

n *in Exod.* 7 *disp.* 12. *n.* 66

o *in Exo.* 10 *q.* 5

i *in Joel.* c. 1

Movetur quæstio.

k *cap.* 10. 14

l *cap.* 1. 2. 3. 4

habitatores terra, ut audiant si est factum in diebus ipsorum, aut in diebus patrum suorum, ut residuum eruca comederit locusta, & residuum locustæ comederit Bruchus & residuum bruchi comederit rubigo, ubi sunt גזם *gazam*, priusquàm nominata *arbeh, ielek, chasil* & κάμπη, ἀκρὶς, βρῶχος ἐρυσίβη. Idem quoque Propheta *a*, videtur hæc locustarum genera vocare *populum multum, & fortem, cui similis non fuit à principio, & post eum non erit usque in annos generationis, & generationis*. Respondet Rickelius *b* Joelem non de multitudine loqui locustarum, sed de successiva devoratione; vel figuratè de diversis gentibus, quæ vastaverunt Hebræos: vel plagam istam graviorem fuisse intensivè, illam de qua scribit Joel, extensivè, atque secundum durationem. Aliter occurrit Abulensis *c*. Joelem vaticinatum Tribubus Judæ, & Beniamin in quibus à principio tantæ, aut tales locustæ non fuerint, nec postea futuræ sint: tamen fuisse majores in Ægypto; & fortè aliquando in aliis populis. Optima responsio secunda, quæ Hier. *d* etiam est, ac Lyrano teste, nostris expositoribus magis communis, & à Ribera *e* benè declaratur. Nomen generale ארבה *ardeh* à רבה *ravah*, *multiplicare*, indicat hoc animal suaptè natura facilè multumque propagari, quod etiam Nahum *f* significat illis verbis, *Congregare, ut bruchus, multiplicare ut locusta* כארבה *chaarbeh*. Tantus tamen penè absque numero numerus in singulari ac numero unius exprimitur, non solùm ob tritum illum loquendi modum tam sacris quam profanis auctoribus ut notavit Augustinus *g*, sed etiam, quia ut idem *h* docet per hanc loquendi consuetudinem aliquid amplius solent homines intelligere, quam quum pluraliter dicitur. Disputans Bongus una quum numerorum mysteriis de multitudine ostendit hanc, quæque innumerabilia dicuntur, in deteriorem partem accipi: quum verò etiam de electis, & amicis Dei similis forma usurpatur *i*; nihilominus in designato quod illum numero esse; *sapientia* item *Dei numeram non esse k*, quoniam trinus in personis Deus & sic numeratus, numerari secundum naturam nequit, quæ unica est, ac proinde nec absolutè, ac propriè numerabilis est; prout numerus concipitur, ut ordinem efficit. Confirmat Cerealis testimonio adversus Maximum. Adde Bernardum *l*, qui sic hac de re scribit. Quum sint tres personæ, quis numerum neget? nam verè tres sunt quis numeret tamen? nam verè unum sunt & paullo post, (Dicamus ergo tres, sed non ad præjudicium Unitatis, dicamus Unum, sed non ad confusionem Trinitatis.

Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.) Fructus, & *labores* vocant in psal. 77. *m*, in Exodo *n herbæ poma arborum, quidquid erat virens in lignis, & herbis*, ut ante monui: *fœnum* & Χόρτος pro *herba* sumitur, quam עשב *hhesu* significat, & Chaldæum כוכרא *huchera*, & in Exodo pro eodem Hebræo nomine est *βοτάνη & herba*, licèt Chaldæum sit עשכא *hhisba* simile Hebræo. Ultimum membrum non extat in Romano Psalterio Fabri, licet sit in eo quo utitur Basilica Vaticana. Non etiam reperitur apud Theodoretum, sive Basilium: nec modo in emendatis Bibliis Græc. Aquila legit καὶ ἐφαγοντὸς καρπὸν χοὸς αὐτῶν *& comederunt fructus terræ eorum*. Symmachus καὶ ἐφαγον πᾶν γέννημα τῆς χώρας αὐτῶν, *& exederunt omne genimem regionis eorum*. Theodotio καὶ κατέφαγον τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτων, *& devoraverunt fructum terræ eorum*. Apollinarius tantum reddidit,

οἰχοὸς ἐξβλάσταξαν ὅλην πολυανθέα πρόην.
Qui terræ depopulati sunt totam floridam herbam.

Vers. 36.) Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.

Sensus loci. *o* vers. 51 Ps. 14 4. 5. 6. 76. 12. 1. 13 23. 23. 29. 30. c. 13. 10 *q* cap. 18. 5. & seq. usque ad vers. 20 1 vers. 8

ULtima plaga fuit occisio primogenitorum Ægyptiorum ab homine usque ad pecus. Idipsum cecinit David psal. 77. *o* iisdem ferè verbis, *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham*. Narratio continetur in Exodo *p*, & in libro Sapientiæ *q*. Ibi plura differui, atque nonnihil psal. 77. Repetitur eadem res psalm. 134. *r*. *Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus*. Unum adjiciendum circa id quod comminatus est Deus de ista plaga loquens, *Et in cunctis diis Ægypti faciam judicia ego Dominus*. Ubi Græcè est ἐκδίκησις *ultio*, & Chald. מעות *thahhuath idola*. Hebræi existimanti idola lapidea tunc in pulverem comminuta, lignea putrefacta, vel redacta in cineres, metallica resoluta, & liquefacta, præsertim Serapim, seu Apim bovem, qui maximè colebatur ab Ægyptiis. Quidam, ut Abulensis *s*, qui præcedentis quoque meminit sententiæ, præterea Oleaster *u* mutilata dicunt, & dejecta ad eum modum, quo postea idolum Philisthinorum Dagon *x*. Cajetan. *y* ait vel cecidisse, vel deleta, seu comminuta fuisse. Hier. *z* refert, & Isidorus *a* Hebræorum traditionem de templis destructis, aut motu terræ, aut fulminibus. Acquiescit his omnibus Pererius noster *b*. Indicat etiam Hugo de simulacris dejectis citans illud Esaiæ *c*, *Ecce ascendet Dominus super nubem levem & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Aegyptiorum à facie ejus*. Lyranus, Rickelius, Ystella, Emmanuel Sa, Vatablus, Clarius, Joannes Benedictus, opinioni Hebræorum non abnuunt. Equidem vix possum quin abnuam, quia rem tantam, multoque majorem, quam plagarum ipsarum nonnullas, præteritam ab historia Biacra, & à Josepho: atque à Philone persuadere mihi nequeo. Sed & Magister historiæ scholasticæ, alioqui læpiusres inserens haud adeo semper certas, vel Vincentius Bellovacensis, vel Antonius, vel Freculphus, vel alii historici alicujus notæ nullam hac de re mentionem fecerunt: ceteri tantum recitant quid Hebræi tradiderint, nihil definitè affirmant, præter Vatablum, & Oleastrum: & scribunt Hieron. ac Isidorus, quod illud Hebræi autumant. Ad Exodi verba illa (nam locus Esaiæ non est ad rem, nisi per quamdam accommodationem) quæ denuò repetuntur in libro Numerorum *d*, responderi commodè posset, quod nec Oleaster diffitetur, *Deos Aegypti* accipi pro viris principibus sicuti antea *e* comminatus fuerat Deus *morituram omne primogenitum, à primogenito Pharaonis usque ad primogenitum ancillæ*, Frequens est ea deorum, אלוהים *Elohim* acceptio, ut læpiùs vidimus. Aut certè judicia, & ultiones suas Deus tunc maximè declaravit in diis, quos colebant Ægyptii, ac in idolis, cum, ut innuit Clarius, confusi sunt tamquam vani, fractaque inter tot clades, ac fortasse potissimum in ultima invocati. Poterat tunc illud usurpari in Ægyptios, quod postea Moyses in suos Hebræos in idololatriam lapsos, nomine veri Dei *f*; *Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam*, &c. *Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam (Aegyptios) & ego vivere faciam (Hebræos) & non est, qui de manu mea possit eruere*. Gaudentius Brixianus *g*, & Isidorus *h* declarat allegoricè occisionem primogenitorum, & judicia facta in diis Aegyptiorum, de principatibus, & potestatibus, & mundi rectoribus tenebrarum harum, & de inventoribus falsarum religionum, omnique idolorum, ac perversorum dogmatum cultura per Christum extincta, ac deleta. Addit Gaudentius, quum descendit Christus ad inferos, quem vocat Aegyptum inferiorem ut animas ibi positas visitaret (hoc est, in limbo) tunc fecisse vindictam in omnes immundos spiritus Aegyptiorum Deos, interficiendo in primogenitis principatus eorum: hoc passioni proximum significasse. *i Nunc judicium hujus mundi, nunc hujus mundi Princeps ejicitur foras, & ego quum exultatus fuero, omnia trahvm ad meipsum*: quæ sibi nempè iniquissimi usurpatores divinitatis rebelli spiritum manciparant. Videntur hi Auctores ex Origene *k* mutati istam mystologiam, quod & Aug. *l* fecit; qui præterea *m* ultimo Decalogi præcepto de re aliena non concupiscenda plagam istam assignat; ut qui volunt rem alienam tamquam justè possidere, censeantur sine hærede se quærere à morientibus fieri. Alia in Ruperto *n* legenda. Noster etiam Pererius *o* primogenita diaboli vocat peccatum & mortem, mundi concupiscentiam carnis, & oculorum, & superbiam vitæ, carnis eum, qui ejus fomes dicitur, sive concupiscentia, tot malorum seminarium. Primogenita patris unigenitique mors mortem his omnibus primogenitis attulit, & sanguine ipsius tincti, ab Exterminatore, exterminioque liberati possunt. *Primogenitam mortem* appellat Scriptura *p*, sive diabolus sit, *per quem mors intravit q*, oppositus *primogenito mortuorum*,

a cap. 2. 3
b in Exod. 10 art. 19 Quæstiones solutiones variæ.
c ibid. q. 5
d in Joel. 1 ibid. q. 8. 9 10
e cap. 3. 19
f in ps. 72. lib. 65. quæst. h l. locut. in Exod.
i ps. 138. 18 Apoc. 7. 9. k ps. 146. 5
l 5. de consid.
m vers. 46
n cap. 19. 15
g tract 6. de Exodo.
h in Exodo cap. 14
i Joan. 12. 31
k in Exodo l serm. 87. de tempore. m de conv. præcept. & plag.
n 2. in Exo. c. 17. & seq.
o in Exod. 13. disput. 4 num. 13
p Joa. 18. 13
q Sap. 1. 13
s Exod. 12. 12
t ibid. post q 16
u ibi d. x 1. Reg. 5. 3
y in Exod. 10
z Epist. 127 manss. 1.
a in Exo. 14
b ibid. disp. 2 num. 7
c cap. 19. 1
n cap. 33. 4
e Exod. 11. 5
f Deut. 32. 37. 38. 39

Serapis seu Apis Deus Ægyptiorum.

Opinionis Hebræorum existimantium Ægyptiorum idola in hac plaga, deleta censura.

Sensus allegoricus.

rum, & ex mortuis *, sive acerbior mors ac pœna majori peccatori, quasi primogeniti at florenti debita, sive quid aliud. Sunt item primi motus peccatorum veluti primogeniti & *parvuli allidendi a*, & occidendi. Primas cogitationes prima peccandi initia, vias primas radicitus tollendas. Nyssenus *b* hinc elicit confirmatque Christi auctoritate inhibentis adulterum aspectum iræ commotionem, & similia *c*. Hugo cum primis motibus conjungit septem capitalia vitia. Origenes *d* hoc antea dixerat, solum Christum *butyrum melque comedisse*, & priusquam faceret, aut proferret maligna, *elegisse bonum e*, Davidem *f* deprecatum, *ne Deus delicta juventutis ejus, & ignorantias meminisset*. Ricklius *percuti primogenita*, in malam partem sumit, quando perversis fides ipsa tollitur, sine qua *impossibile est placere Deo g*. Notatu porrò dignum contra pervicaciam Judæorum, quod in libris Cabalæ traditur eadem ipsa die quinta decima mensis Nisan, hoc est, Martii, redimendum esse Israel in diebus Messiæ, quemadmodum redemti tunc sunt Hebræi; atque hoc innui verbis illis. *In diebus egressionis tuæ*, vel *secundum dies egressionis tuæ ostendam mirabilia h*. Hugo denique tropologiam persequitur de omnibus plagis hìc explanatis, excepta plaga ciniphum. Lege etiam Macarii Ægyptii homiliam 47. de simili argumento, & alterius Chrysocephali orationem de exaltatione Crucis *i*, & quæ recitat ex Hugone de Foilleto Collector allegoriarum, & tropologiarum, & Prosperum in prædictionibus *k*, & Bedam in Exodum *l*, qui præterea similes ostendit plagas contra Ecclesiæ persecutores.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum.) In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, *in terra Ægypti*, quo pacto legit etiam Theodoretus, seu Basilius ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. In emendatis codicibus ἐκ τῆς γῆς αὐτῶν, *de terra eorum*. Cujusvis primogenitum intelligit animalis una cum homine, quod in Ægyptiorum esset potestate ac possessionem: cujusmodi non erant feræ degentes in abditis desertisque locis, nec per aera volantes aves; non etiam illa, quæ uno partu edere plures fœtus absque primogenitorum ordine solent, ut ferè etiam pisces faciunt, qui non etiam ita subsunt homini. Quo autem pacto in hominibus accipiendi fuerint primogeniti, & an Pharao primogenitus esset, docui in libro Sapientiæ *m*.

Primitias omnis laboris eorum,) Sic etiam psalm. 77. *n*, ubi & in Commentario libro Sapientiæ docui, quare primogenitæ dicantur primitiæ laborum in animalibus quæ generant, præsertim in hominibus. Etsi verò aliorum, ut dixi, animalium primogenita occisa sunt, primitiæ laboris videntur ad hominum primogenita referri, sicut & pronomen, *eorum*, in utroque membro homines demonstrat. Hier. *o* vertit *primitias*, vel, *principium universi partus eorum*. Quod si ad partum seu fœtum bestiarum referre velis, quæ pertinebant ad Ægyptios, licebit quidem: itaque Augustinus exponit, Beda, Bruno Carthusianus: sed non ad fructus aliarum rerum insensibilium, quemadmodum frugum primitivarum, ut volunt Hugo, Rickelius, Haimo item Bruno, Turrecremata, Tyroboscus, alii. Non etiam placet interpretari universè cum Campensi, prima quæque de rebus, vel præcipua omnium laborum, propter quæ in agris colendis sudaverunt. Omissæ sunt hìc duæ plagæ, quinta, pestis animalium & sexta, vesicarum in animalibus, & hominibus, quemadmodum in psal. 77. sexta, nona, tertia: Quare memoria lapsos oportet Cassiodorum, & Hugonem dicentes, hìc numerari tantum septem, cujus quoque rei causas Cassiodorus aliquas reddere conatur; inter alias quod septem deinceps beneficia Hebræis collata in psal. recenseantur.

A

Vers. 37.) Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in Tribubus eorum infirmus.

Vers. 38.) Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.

POst enumeratas plagas Aegyptiis illatas in gratiam Hebræorum, ut hos illi dimittere compellerentur beneficia potiora enumerat collata in Hebræos, & hìc quidem quod onustos argento, auroque abire fecerit, nullo ullum impediente morbo, aut imbecillitate corporis. Fecit præterea, ut Aegyptii Hebræos non modo discedere permiserint, nec retinuerit, propter vasa aurea, & argentea, quæ ipsis commodaverint sed ut eosdem ad discedendum sollicitaverint, atque in eorum discessu lætati fuerint, quoniam discedentibus illi liberari se metu arbitrantur, ne-perirent omnes, quemadmodum periisse jam viderant primogenita omnia. Refert Augustus Prosper, Cassiodorus, Remigius, Haimo, Bruno uterque, Beda, Ayguanus, Trevetus, Turrecremata lætitiam istam ad tempus post demersionem Aegyptiorum in mari rubro, ut qui in Aegypto remanserunt lætati fuerint, se tantum evasisse periculum, & quod non reverterentur Hebræi ad interficiendum illos. Sed expositionem nostram sequuntur Hugo, Lyranus, Rickelius, Ludolphus (quamvis priorem quoque recipiat) Valentia, Cajetanus, Titelmanus, Jansenius, Genebrardus, Bellarminus noster, alii recentiores, ferè omnes; tum etiam cuncti Hebræi, ac Hebraizantes, nec non enarratores Græci, qui lætitiam ex ablato timore declarant, quem conceperant διὰ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν δεινὰς μάστιγας, *propter flagella divinitus sibi propter ipsos illata*, ita libertatem eorum beneficii in se collati loco ducerent. Non tam propriè profectio & discessio Hebræorum dicitur postquam jam transierant mare rubrum, quam quum ex ipsamet abirent Aegypto. Denique melius convenit hoc narrationi in Exodo *p* contentæ. Ibi habetur mutuò data Hebræis vasa argentea, & aurea vestemque plurimam, sive supellectilem: Pharaonem imperasse ut omnes egrederentur ad immolandum cum ovibus, & armentis: ursisse Aegyptios ut exirent Hebræi velociter, timentes ne omnes morerentur. Qua de causa, hoc est, ob maximam metus perturbationem, aut, ut obliti repetere quæ ante postremam plagam concesserant; aut quo citius illi abirent, ne curarunt quidem repetere. Concesserant autem res illas, dante in conspectu Aegyptiorum Deo gratiam Hebræis, sive quod ipsis Hebræis gratiosam nescio quam qualitatem inderet; sive quod animos & corda Aegyptiorum ad eos benevole tractandos inflecteret. Extat præterea in libro Sapientiæ, quod *reddidit Deus justis mercedem laborum suorum q*, & quod *justi tulerunt spolia impiorum r*: quamvis hoc ad spolia submersorum in mari rubro magis pertinere videatur, ut ibidem docuimus de spoliis utrisque disputantes. Ut necesse non sit diutius hìc immorari, ac demonstrare quam fieri jure potuerit illa Aegypti spoliatio, & non sola permissio, aut dispensatio doli permixta fuerit. Ita quidem de permissione cum Augustino, Prospero, Remigio, Beda, loquuntur non pauci Latinorum in hujus loci commentario, & Nyssenus in vita Moysis. Sed citato loco demonstravi, non solum optimo jure privatos Aegyptios Dei jussu propter peccata, sed ea ratione mercedem redditam justis, hoc est, injustè vexatis Hebræis, idque præter alios doceri à Prospero *f*. Quo etiam pacto Græci sentiunt in istius psalmi enarratione, facientes mentionem de compensatione ministerii, variisque servitii Aegyptiis præstiti. Quin & Aug *t* alibi monet, ne quis exemplum sumat ad proximum isto modo spoliandum, qui Hebræi Deo jubenti ministerium præbent; qui noverat quid quemq; pati oportere. Dicebam tamen ego citato loco, jure ipso compensationis, quum sua quis recuperare non potest aliter, alium spoliare posse, vitando scandalum, & alia incommoda majora. Nec dolum fateri cogimur, quia potuerunt Hebræi velle reddere, postea justis de causis mutare sententiam. Legendus Aquinas *u* multis locis. Ait Haimo noluisse Dominum, ut pretium suæ servitutis amitterent. Cassiodorus longæ operationis mercedem, vocat nec dubitari posse sine culpa videri factum quod imperio Dei

Sensus loci.

B

C

D

* Coloss. 1. 18 Apoc. lib. 5

a Psal. 36. 9

b de vita Moysis.

c Matth. 5. 22 & seq.

d hom. 14. in Exod.

e Esa. 7. 16 f psal. 24. 7.

g Hebr. 11. 6

h Matt. 7. 13

i apud Grat. serm. to. 2. de Cruce pa. 227. & seq.

k 1. p. c. 36

l c. 7. 8. 9. 10. 11

Quorũ animalium ab hac plaga eximantur primogenita.

m in c. 18. 5

n vers. 51 Primogenita primitiæ dicta.

o hìc, & ps. 77. 51

p c. 3. 21, 22 c. 11. toto c. 12 31. & seq.

q cap. 10. 17

r vers. 19

Aegypti spoliatio ab Hebræis quo jure facta.

s de prædic. 1. p. cap. 37 t q. 39. in Ex. & 22. c. Faustum, c. 71. 83. 99. 9. 53

Jure compensationis quo modo possit quis alium spoliare.

u 1. 2. q. 5. a. 5 ad 2. q. 10. ar. 8. ad 3. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad 1. q. 10. 4. a. 4. ad 2. in 3. d. 37. ar. 4. ad 3 ar. 6. ad 1. qu. 13. de malo ar. 4. q. 15. 4. 2. ad 8.

Dei constat impletum. Hugo *b* negat fraudem fuisse, quia præcepit Deus, cujus sunt omnia, & quoniam Hebræos Aegyptii fraudaverant in multis. Eadem sententia Lyrani *b*. Treveti, Ayguani, & aliorum plurimorum. Isidorus *c* scribit quod Moyses, & populus proficiscens auro & argento spoliavit Aegyptios jussu Domini Dei, nihil injustè jubentis. Rupertus *d* docet justa vice spoliatos oppresso es, & Hebræos non ut dominorum direptores fuisse, sed hostium victores. Chrys. oratione quadam contra Judæos *e*, feciisse dicit Deum, ut quoniam longo tempore Hebræi servierant, nec mercedem receperant, inscientibus ac nolentibus etiam peterent. Addit Isidorus sensum mysticum, in auro, argento, veste Aegyptiorum significatas quasdam doctrinas, quæ ex ipsa consuetudine Gentium non inutili studio discuntur. Prior id Augustin. in alio opere *f* diligenter observaverat, docens (si quæ fortè Philosophi vera, & fidei nostræ accommodata dixerunt, hæc ab eis tamquam ab injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda; aurum & argentum esse liberales disciplinas: vestem, quædam instituta accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possumus.) Profert in exemplum Cyprianum, Lactantium, Victorinum, Hilarium, innumerabiles Græcos, Moysem ipsum eruditum omni sapientia Aegyptiorum *g*. Usus tum aliàs hoc eodem Augustin. testimonio, quum de Moysis agerem eruditione in commentario Actuum Apostolorum *h*, præterea que idem dicentium Ruperti *i*, Prosperi *k*, Nysseni *l*, quod & Hier. *m* indicat. Rupertus vult, ut sive aurei sint circuli dialecticorum sive argenteæ Rhetorum phaleræ: sive quarumlibet artium philosophicarum telæ, ac vestes, quibus Aegyptius malè utens, mendacium ornat ac vestit, non permaneat horum quidquam quin cum hujusmodi Hebræis transeat in servitium verbi Dei, ad ornatum veritatis, ad famulatum Dominæ nostræ sapientiæ cœlestis. Aliam Isidorus *n* assignat allegoriam, quem transcripsit Beda *o*, quod ex ipsis Gentibus animæ pretiosæ tamquam vasa aurea, & argentea cum suis utique corporibus, quæ vestes significant, adjungunt se populo Dei, ut simul de hoc sæculo tamquam de Aegypto liberentur. Innuit Cyprianus *p* allegoriam eamdem, dum contra Novatianum scribit, non ipsum, suosque quos colligebat, aurum esse, ut ille jactabat: sed vasa aurea, & argentea, quæ ab Aegyptiis excussa sunt, in Dominica esse potestate, idest, in Christi Ecclesia perseverare. Macarius *q* ait in eductione Hebræorum describi liberationem animæ per Christum, ac inter alia, dum exit è tenebris anima argentea, & aurea vasa accipere, nempè suas probas cogitationes septuplo ardentiores, quibus inservitur Deo, & Deus conquiescit in illis: quia occuparant qui prius erant ejus vicini dæmones, ac dissipaverunt illius cogitationes. Qui creditur esse Hieron. in commentario psalmi animas interpretatur educi in argento confessionis lucidæ, & auro puritatis splendidæ, sublata omni infirmitate peccati. Arnobius exponit, qui sequantur Apostolorum fidem educi in argento, & auro veteris testamenti, quod bonum erat, & novi quod melius. Hugo loquentiam confessionis peccatorum, & probata opera satisfactionis, cum sanitate, firmitate, fortitudine faciendi pœnitentiam, & resistendi tentationibus, Rickelius scientiam rerum creatarum, & sapientiam divinorum vel fidem, & charitatem, vel quod primo loco dictum est, naturalem philosophiam, studiumque, seu liberales disciplinas. Pampolitanus bonum opus, & fulgorem contemplationis divinæ. Martinus Alphonsus infusionem gratiæ, donaque Spiritus sancti cum liberatione ab infirmitate.

Et eduxit eos cum argento & auro.) Sic etiam vertit Hier. quamvis Hebraicè, & Græcè sit præpositio ב ἐν, & idem *r* alibi cum eadem legat, ut & is, qui habetur Hier. in commentario, prætereaque alia Latina Psalteria & Patres, qui eorum sequuntur lectionem. Sed & Ambrosius *s* annotat in his particulis *in* & *cum* quas vocat syllabas, nullam esse discretionem, sed utramque syllabam conjunctionis esse, & sæpè in Scripturis reperiri alteram interpositam, alteram intellectam. Affert præter hoc exemplum ubi, *in argento, & auro* idem est, atque *cum argento, & auro*: alia exempla, ut *Introibo in domum tuam in holocaustis t*: & *Non egredieris in virtutibus u*, hoc est, *cum holocaustis, & cum virtutibus*. Argentum, & aurum intelligit factum, & ad ornatum comparatum, quo uti velle prætexebant, petentes ab Aegyptiis Hebræi, ut celebrius, festivius, hilarius perficerent sacrificium suum: quemadmodum solent, ut Oleaster *x* notat de Lusitanis solis, festo solemni mancipia ipsa sericis involvi, & torquibus & aliis jocalibus ornari à dominis suis. Hoc videtur sibi velle quod Deus dixit, ut *vasa argentea, & aurea, ac vestes acciperent Hebræi ab Aegyptiis & ponerent eas super filios, & filias suas y*. Unde per *vasa* possent intelligi non tantum instrumenta aliquorum, & aliarum rerum capacia, & instrumenta grandiora, sed quodlibet instrumentum etiam minoris quantitatis ornatus caussa factum; latius enim patet vas, כְּלִי *cheli*, ut aliàs monuimus. De vestibus mentio fit bis in Exodo *z*, quumque dicatur *spoliata Aegyptus*, * & Deus de hac re præloquens Abrahamo dixerit, quod *gentem cui servituti erant ipse judicaret* (quod fecit per plagas atque submersionem in mari rubro) *& post hac egrederentur cum magna substantia a*, oportet magnas ab Hebræis divitias asportatas ex Aegypto, quamvis majores fuerint, quas ex submersorum spoliis collegerunt, ut sæpiùs notato sapientiæ libro demonstravi.

Et non erat in Tribubus eorum infirmus.) Chald. *& non adjudicati sunt cum Aegyptiis ad offendiculum*, ideſt, nullius ex plagis damno affecti sunt, sicut Aegyptii, & quum discedendum fuit, nullum detinuit ullus morbus, aut imbecillitas, nullus erat כּוֹשֵׁל *chosel*, *labans, nutans, corruens, invalidus, languidus, imbecillis, impingens, offendens, debilis*, ὁ ἀσθενῶν, & ut exponit Apollinarius ἄπεδος quasi ἄπους, & ἄπους *sine pedibus qui pedibus ing; edi non posset, qui claudus esset. Genua debilia b* dicuntur שְׁלוֹתֵי *ch seloth*. Vix credo Agellio ex tot millibus hominum nullam etiam mulierum fuisse, quæ pedibus iter facere non posset, nullam, quæ jumento indigeret. Præter sexcenta millia virorum, peditum, absque parvulis, & vulgus promiscuum innumerabile *e*, nullam extitisse prægnantem fœminam vectura egentem, nullumve senem creditu difficile est. Mulcò minus credibile est, hanc valetudinem toto peregrinationis tempore perduravisse. Mortui namq; sunt omnes in deserto duobus exceptis *d*: certum verò est, ut argumentatur Ayguanus, quod mortem naturaliter præcedit infirmitas, & alio mortis violento genere, aut prorsus extrinseco mortuos esse affirmari cum probabili ratione, vel auctoritate gravi nequit. Nec ullum legi, qui aliter quam de ipso articulo, ac necessitate migrationis exponeret. Nisi videatur excipiendus Euthymius, qui ait, ea ratione provisum ne aliquis ob ægritudinem in itinere relinqueretur. Sed non relinqui in itinere est etiam non impedire ab ineundo primum itinere. Quum ergo Pererius noster *e* scribit inventum, qui aut propter morbum remanere cogerentur in Aegypto, aut propter debilitatem iter una cum aliis persequi non posset, sed omnes fuisse sanos ac valentes ad iter alacriter, atq; constanter peragendum, intellexisse non dubito persequi, ac peragere iter, quantum pertinuit ad egrediendum, & aliquo tempore continuandum iter, non quod quamdiu peregrinati sunt, sic fuerit sanitatis, valetudinisq; perpetua & communis in omnibus prærogativa, ut fuit quod per totos quadraginta annos vestimenta vetustate non defecerunt, nec subtriti calcei, sive consumti *f*: præterea tum columna nubis, & ignis, tum manna. Nihil in Exodi historia de hac omnium egredientium valetudine diserte proditur, seu Euthy. id satis ex eo intelligi posse ait, quod ægrotasse nusquam traditur. Et fortassis, inquit, beatus David aliunde hoc didicit, vel ex aliquo apocrypho libro, vel ex seniorum sermone, seu traditione, vel à divino Spiritu edoctus est, à quo multa perdidit. Hoc ultimum respondet Nicephorus. Hinc rectè Bochius erroris convinci monet Tacitum *g*, Trogumq; Pompejum, sive Justinum *h*, scribentes quod orta per Aegyptum tabe, quæ corpora fœdabat, Ammonis oraculo jussus est Rex Bocchoris Hebræorum genus djis invisum aliàs in terras avehere, ne sua scabie & vitiligine alios interficerent. Refellitur eadem calumnia Lysimachi à Josepho *i*. Abhorrebant Hebræi à porcina carne, quod scabiei pustulis ac lepra hoc animal infestetur, ut Plutarchus *k* testatur. Quid mysticè sit infirmum non esse, dictum antea satis, licèt obiter. Arnobius ait nullum in omnibus baptizatis inveniri, qui peccatum habeat in hora baptismatis: alioqui si peccatum habeat, non credidisse; omnes qui crediderunt, venientes ad consignationem, firmos & confirmatos esse. Innuit forsitan per consignationem & confirmationem aliud sacramentum quod appellatur

b hic & in Exodo.
b hic & in Exodo.
c in Exod. c. 35.
d lib. 1. in Exod. c. 35.
e erat. 2. Sensus mysticus.
f 2 de doct. c. 40. & 22. confess. cap. 31.
g Act. 7. 22.
h in c. 2. 22. 1 1. 1. in Exod. cap. 15.
k de prad. ie. 1 p cap. 37.
l de vit. Moysis.
m in Ez. c. 22.
Allegoria.
n in Ex. c. 16 & quæst. in Exod. c. 17.
p ad Novate.
q hom. 47.
r in Ex. c. 22.
s 2. de Spiritu S. c. 10.
t psal. 65. 13.
u psal. 43. 10.
x in Exo. c. 5.
y Exod. 3. 22.
z c. 22. c. 10. 35.
* *cap. 3. 22. c. 12. 36.*
a Gen. 15. 14.
Hebræorum nullum ab egressione ex Ægypto retinuit morbus vel imbecillitas
b Esa. 35. 3.
e Exod. 12. 28.
Hebræorum firmam valetudinem toto peregrinationis tempore duravisse incredibile est.
d Nu. 40. 30.
e ib. Exod. 13. disp. 4. n. 18.
f Deut. 8. 4. 29. 5. 2. Esa. 9. 21.
g 5. hist. c.
h lib. 3. 6.
i 2. contra Apionem.
k 4. Symph. cap. 5.

tur Confirmationis, & mox à baptismo conferri olim solebat.

Lætata est Ægyptus in profectione eorum.) Hieron. *quum egrederentur*, בצתאם *betsetham in egredi eos eo quod egrederentur, & abierunt.* Quod prius expolui de lætitia, non postquam submersi sunt alii Ægypti, ita ut qui remanserant lætarentur, se tali periculo non involutos? tum etiam, quia non revertebantur Hebræi ad ipsos interficiendos.

ἃ πῶς νισσομένῳ νῶν ἐχάρη νεηλὼις ἄρουρα
πάντες γὰρ βεβόλητο δυσασθεῖ δείματι θυμῷ.

O quo pacto abeuntibus, (ait Apollinarius) *exultavit Niliaca tellus:*
Omnes enim percussi fuerant tetro pavore, animo.

Lætantur improbi quum decedunt probi, vel se abduntin monasterium, inquit Hugo, Pampolitanus, Rickelius, quia ob vitæ dissimilitudinem graves sunt eis etiam ad videndum: *a nec amat pestilens eum, qui se corripit b*: gaudet amator mundi de recessu amatoris cœli, quia non est *conventio Christi ad Belial c*. Alii gaudii causa etiam in maximè necessariis, si pietatis studiosi non sint, ut facultates occupent, quas reliquit moriens aut naturaliter aut civiliter in ordine religioso. Ut sit de altera talium morte nonnumquam simulatus dolor, fucata tantum tristitia.

a Sapr. 15
b Pr. 15. 12
c 4. Cor. 6. 15

Quia incubuit timor eorum super eos.) Hieron. *quoniam irruerat terror eorum super eos*: nempè quia Ægyptii timebant sibi ab Hebræis, Hebræi timori erant Ægyptiis, Ægyptios invaserat timor ex præcedentibus plagis proveniens, maximè ex postrema occisionis primogenitorum, quas propter detentionem Hebræorum experti fuerant. Ideo urgebant discessum eorum, ut ante diximus.

Hoc interdum ad litteram contigit, inquit Rickelius, ut percuterentur evidenter infideles propter persecutiones Christianis illatas, ut in Agnetis extat historia, & in aliis. Rem pluribus non exaggero. Unum Christi exemplum non abs re videtur, quem Geraseni tota effusi civitate, ac regione, cum magno timore tenerentur, ne similes alias ederet stragis, rogaverunt ut transiret à finibus eorum, quia grex porcorum, ipso potestatem facienre, *per præceps in mare abierat, & in aquis mortuus erat d*. Qua in re Isidorus *e* per dæmoniacum quidem à legione curatum designari docet Gentilem populum multorum cultibus dæmoniorum obnoxium, pastores verò fugientes ait significare Principes impiorum, qui dum fidem Christi fugiunt, virtutes tamen ejus stupentes mirantur & prædicant. Suspicatur Cajetanus *f* porcos illos alicujus Gentilis fuisse, à quo civitas timeret sibi, si sequaces fuissent Christi Auctoris talis damni. Toletus *g* autem noster observat solere etiam nunc nonnullos similitudine quadam abigere spirituales, ac recta consilia dantes, ne ab eis impediantur facere malum, quod placet: aut cogantur ea dimittere, quæ cupiunt. Alter ex eodem Ordine nostro bonus Interpres Maldonatus *h* nunc multos ait esse, quos vulgo politicos appellamus, qui Christum potius, ideò, eos, qui Christum sequuntur, quam porcos atheos, hæreticos, & omnibus vitiis inquinatos homines simili specie humanæ prudentiæ ex suis civitatibus expellunt. Expulerunt potius Hebræos Aegyptii, quam liberos dimiserunt.

Sensus mysticus.
d Mat. 8. 32 & 33. 34. Mar. 5. 16. 17. Lu. 8. 36. 17
e lib. allegor. novi Testam.
f in Mat. c. 8
g in Luc. c. 8. annot. 80
h in Matth. 8. 34

Vers. 39.) Expandit nubem in protectione eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.

Sensus mysticus.
i vers. 14
k inc. 10. 17 & c. 18. 3. & c. 19. 7
l c. 13. 21 22. & c. 14. 20. 24

HOc idem cecinit Propheta psal. 77. *i Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Egimus ea de re ibi, ac in libro Sapientiæ *k*: in Exodo *l* autem sub nomine *columnæ nubis, igniſque* describitur, & aliis locis, quæ alias notavimus: & docuimus præter columnam, quæ figuræ angustioris est, opus fuisse nube ad protegendum, ac inumbrandum adversus æstum diurnum tantam hominum multitudinem, tum etiam ad frigus temperandum. Philo *m* dicit, quod παιχα πῶν ὑπάρχωντις ἦν τῷ μεγάλῳ βασυλέως ἀφανὴς ἄγγελος ἐγκατεκρυμμένος νεφέλῃ προηγήτωρ, ὃν ἐ δήμις σώματος ἐφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι, *fortassis Præfectorum aliquis erat, magni Regnis invisibilis Angelus involutus nube præduc, quem non liceret corporis oculis cernere.* Non *fortassis* dicere debuit, ac dubitanter, sed omnino asseveranter, quia legimus, quod Dominus *præcedebat Hebræos ad ostendebam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut Dux esset itineris utroque tempore* n: quod *Angelus Dei præcedebat castra Israel* o, *Dominus respiciens supra castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubes interfecit exercitum eorum* p, & quod *in columna nubis præcedebat eos per diem, & in columna ignis per noctem* q: quod *præcedebat eos in via, & metabatur locum, in quo tentoria figere deberent nocte ostendens eis per ignem, de die per columnam nubis* r, quod *in columna nubis ductor eorum erat per diem, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis in via, per quam ingrediebantur* s, quod *mittebat Angelum suum, qui præcederet populum, & custodiret in via, & introduceret in locum, quem paraverat* t: etsi nonnulli *u* exponant de Josue, alii de Moyse. Denique ratio persuadet, quia non poterat ab insita naturali virtute talis motus, quisque nubis, & columnæ proficisci, nec tam Bvarium iter præmonstrare. Sed aliàs, ut dixi, copiosius hæc tractata sunt. Mysticè Gregorius *x*, *ignea columna* Deum terribilem peccatoribus in judicio, blandum verò justis per *columnam nubis*, ac *nubem* significatum scribit *s* quemadmodum per fulgureum aspectum, & niveum vestimentum Angeli apparentis post resuscitatum Christum *y*. Ambrosius *z* de nubis mysteriis differens circa Christum, pronuntiat, universè, quod semper Deus quos post injurias perducit ad requiem, protegit eos nubis umbraculo. Confirmat autem præsenti exemplo, Deum enim nubem expandisse, ut post multum laboris in terram promissionis Hebræos inducens, refrigerii foveret umbraculo, ne in siccitate eremi fatigarentur etiam Solis ardore. Hugo utrumque in B. Virgine demonstrat, & *nubem* (dicitur namque *thronus ejus in columna nubis a*) mediam inter Solem, terramque, ut iram Dei contra peccatores mitiget, quum sit imbre gratiarum plena, & *ignem*, Cac velut *murum igneum* b, ut præluceat, exemplis suis, arceatque insultus tentationum, ac diaboli. Item ad Christum applicat, cujus *nubes* corporis expansa fuerit in Cruce, ad protegendum nos ab ira Patris, *ignis* verò fuerit, secundùm divinitatem, *quia Deus ignis consumens est, c* atque *lux ista luxerit in tenebris* d. Velut *e* Christus discipulis esset *nubes* in die, quamdiu vixit inter eos, *ignis*, quando misit Spiritum *f* sanctum. Deniq; juxta tropologiam *nubem* attribuit tribulationi in die prosperitatis; *ignem* illuminationi in nocte adversitatis, ne quis vel efferretur, vel desperet: propterea enim quod attinet ad membrum secundum, Petro in carcere posito de nocte *Angelum astitisse, & lumen effulsisse* g. Eumdem sensum, ne quis in adversis turbetur aliquando, vel in prosperis, tradiderat jam prior Hieron. *h*. Eugenius Papa III. in litteris ad Conradum Regem Romanorum quas refert Ottho Frisingensis *i*, *in columna nubis* patientiam, *in columna ignis* charitatis ardorem observat, sub quarum virtutum protectione per desertum hujus vitæ intrepidi perducamur. Pampolitanus explicat dulce Drefrigerium *nubis* supernæ consolationis in protectionem ab æstu tribulationis, & *ignem* divini amoris, ut fulgeat per noctem mortis, in qua mali horribiliter turbantur. Rickelius accipit *nubem* pro gratia contra æstus tentationum, & concupiscentiarum carnalium: *ignem* pro radio veritatis, & sapientia salutari, ne quis erret in adversitatis nocte, atque periculi. Arnobius vocat *nubem* Ecclesiam, quæ suos protegit: *ignem* fidem lucentem in tenebris mundi. In utrobique creditus Hieron. denotari Spiritum sanctum vult, qui nos & ab æstu diei defendit, & in nocturnis tenebris illuminat. Idipsum Nazianzenus K insinuat, cum scholiaste Niceta. Hic explanat similitudinis vim, quod homines in turbinis animi motibus comprimendis laborantes inumbret, ac refrigeret Spiritus sanctus, Solis verò in malam partem accepti æstum, atque ardorem arceat, à quo etiam semina illa petris mandata exsiccantur *l*: *ignem* dici, qui ad Apostolos in forma ignis accessit *m*. Adjicit Christum *columnam esse*, ob trinam dimensionem, *ignem* propter divinitatem, ut antea dictum est: in erroris autem nocte palantes ad veritatem ducere, scientiæ facem præferendo,

n Exod. 13. 11
o cap. 14. 19
p vers. 24
q Nu. 14. 14
r Deut. 1. 33
s 2. Esd. 9. 12
t Exod. 23. 20 c. 32. 34 c. 34 a
u Justin. de Trypho. Tertul. contra Jud. c. 9. 9. cont. Mar. c. 216. Raba in Exod. Sensus mysticus.
x hom. 22. in Evang.
y Mat. ult. 5.
z ser. 6. edit. Rom.
a Eccl. 24. 7
b Zach. 2. 5
c Deut. 4. 24
d Joan. 1. 5
e idem Hugo in psal. 77
f Act. 2. 3 Tropologia.
g cap. 12. 7
h in Esa. c. 4.
i in Friderico lib. 1. cap. 6
k orat. 41 quæ est 1. de Pascha te.
l Mar. 14. 5
m act. 2. 4

rendo, Ioannes Vitalis Cardinalis *a* misericordis conditiones in his duabus agnoscit, ut in die prosperitatis reprimat incendium animositatis, & in nocte adversitatis tollat refrigerium pusillanimitatis. Alius Cardin. Drogo *b*, *nubem* declarat de corpore Christi, quod sumimus in altari, in quo velatur nobis altitudo dici, immensitas majestatis Christi, cujus & calorem, & splendorem mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix *nubes* interposita & ardorem temperaret desuper, & tutam subtus Christum viam præmonstraret. *Ignem* ait esse Spiritum Sanctum, qui super Apostolos in linguis igneis apparuit *c*, & cæcitatis nostræ caliginem illuminat, atq; sursum erigit: in duobus discipulis arsisse intus *columnam ignis* d, quia foris *columna nubis* loquebatur ad eos. Stephanus Cantuariensis *e columnam* Christum interpretatur, quia rectus, & firmus, & fulciens iniquitates nostras: præcessisse ut *columnam nubis* in die, quia nulla luce claret illis, qui se putant esse in die, superbis scilicet, & præsumtuosis: ut *columnam ignis* in nocte, quia qui se infirmos reputant, igne sui amoris illustrat. Adjicit duplicem ejusdem Christi adventum: quoniam in primo blandus fuit, & humilis: in secundo erit asper, & terribilis. Postremo idem explicat, quod justum tamquam diem Dominus nube obumbrat, peccatorem ceu noctem igne illuminat. Videtur ex Isidoro *f* mutuatus primos duos mysticos sensus, quamvis in secundo dicat Isidorus, quod lucebit Christus in judicio justis, & ardebit injustis. Eadem reperiuntur apud Bedam *g*, Isidoro etiam posteriorem, & quidem ad verbum. Chrys. *h* comparat Crucem cum *nubis columna*, & ante oculos visam abigere malam voluptatem, si quid protegebat illa Hebræos, ne quid mali ab Ægyptiis paterentur. Nazianzenus *i* dicebat se relictis omnibus rebus, Crucem unam habere, quæ tamquam clarissima vitæ suæ quædam columna præluceret. Macarius Chrysocæphalus *k* ait hac duplici columna denotari, quod ignis, & aeris natura per Crucem nobis salutem subministrat, non tantum aquæ natura, quę divisa est per virgam. Seda *l* congerit sensus multos mysticos de vetere, & nova lege, de prosperitate mundi cum vetere lege, & obscuritate misteriorum in nova, simul per comparationem ad vitam: futuram: de vita activa, & contemplativa: de littera, & sensu: de Christi divinitate in carne Virginis. Ad extremum notatu dignum, quod Clemens Alexandr. *m* de Trasybulo scribit, quum exules ex Phyla reduceret, & latere vellet, ducem, ei factam columnam, visumque ipsi præcedere ignem, quum nec luceret Luna, hybernumq; cęlum esset, & caliginosum, qui ignis postquam citra ullam deduxisset offensionem, defecerit, ubi ara constituta est φωσφόρῳ, ideſt, *Luciferæ*, sive *Veneris*. Citat versus quosdam Græcos eadem de re, aitque per *columnam* significari, quod affingi Dei nequit imago, & quod ejus firma, stabilis, immutabilis lux sit: priusquam formarentur imagines, cultas pro statuit columnas: *ignem*, qui columnę similis erat, & ingrediebatur per loca invia, symbolum, ac signum lucis fuisse, quæ transitu per terram, & in cęlum rursus recurrit per lignum (ideſt, per Crucem) per quam etiam datum est nobis videre per intelligentiam. Similem de visa in Balearibus insulis, columna, quum Judæis plurimi converterentur, scripsit Evodio Severus Minoricensis Episcopus *n*, licet ductoris officio non fungeretur.

Expandit nubem in protectionem eorum.) Hieron. *in tentorium*. Chald. *expandit tentorium suum in nubibus tamquam velamen*: quam vis in editione Nebiensis extet solum, *expandit nubem tamquam tentorium*. Alii, *in operimentum, tegumentum, umbraculum*, לסוכך *lemasach*. Ambr. *o*, *expandit nubem ad protegendum eos*. Ostendit *expandendi* verbum, & nomen *protectionis*, sive *tenorii*, cum aliis synonymis præter columnare, nubem arctiorem, & angustiorem, opus fuisse nube, quæ ambiret castra tantę multitudinis locis distantibus dispositæ. Id innuit etiam Paulus *p*, scribens *omnes Patres sub nube fuisse*, quod Theophylatus per præsentem declarat locum.

Et ignem, ut luceret eis per noctem.) *Ignem columnam* intelligit, sicut aliquando per *nubem* absolutè positam intelligitur *nubis columna*. In Deut. *q*, *qui præcessit vos*, inquit, *in via*, &c. *nocte ostendens vobis iter per ignem*: in numeris *r* appellatur *species ignis*: in libro Sapientiæ *s lux stellarum*: ut intelligamus, non fuisse ignem nostrati similem, quemadmodum id ultimi libri commentario demonstravi.

Verſ. 40.) Petierunt, & venit coturnix, & pane cęli saturavit eos.

PErtinet ad alimenta hoc beneficium conturnicis, & mannæ, de quibus psalm. 77. *t* actum est, ac in libro Sapientiæ *u*. Prolixior historia continetur in Exodo, *x*, &, in Numeris. *y* Opinantur autem aliqui, ut Abulensis *z*, Genebrardus *a*, Bellarminus *b*, bis missas conturnices, ac secunda vice populum punitum propter petitionem carnium; hic quę ubi sola beneficia commemorantur, de prima tantum petitione sermonem esse. In commentario libri Sapientiæ dixi videri mihi contrariam sententiam probabiliorem, quæ Titelmano *c* quoque placere videtur: nec alium legi, qui revocaret in dubium. Quum tanto autem Hebræi murmure, ac pervicacia petierunt carnes à Moyse, ut, Josepho teste *d*, arreptis eum saxis lapidare tentaverint, interitus sui Auctorem clamitantes; ille vero fecunda & efficaci oratione fiduciam in Deum persuadente, atq; veterum divinorum beneficiorum oblivionem exprobante, saxa ipsis excusserit de manibus. Quum jurgaretur sitens populus contra Moysen, conquestus est ad Dominum ille, quod *adhuc paullulum, & lapidaturus esset se* e. Voluisse rursus populum lapidare Moysen cum Aarone, post exploratam terram promissionis, idem Josephus *f* existimat. Origenes *g*, Rupertus *h*, Cajetanus *i* affirmant de Josue & Caleb. Serarius *k* noster & hos, & illos, Bedæ allegoria est in Exodum *l*, *vespere*, ut ibi *m* scribitur, *dotas carnes, & mane panes*, quia ad vesperam mundi Verbum caro factum est, sed adventu suo novum scientiæ lumen ostendit, atque justitiæ, & post resurrectionem præsertim communicavit intelligentiam scripturarum: item carnes vespertini temporis, sive volatilia, denotare veteris Testamenti eloquia, quæ carnalibus data sunt, ut eos elevarent, & finem habuerunt: à manifesto autem lumine fidei datum manna, qui est Christus, panis vivus, coturnices item esse humanitatem Christi, manna divinitatem: alia demum hujusmodi eodem loco prosequitur, maximè de manna; quæ omnia ex Isidoro * transcripsit: & tum de corpore Christi, tum de verbo interpretantur. Hoc loco Arnobius ait hominibus veteris Testamenti petentibus carnem, data coturnices volantes, ut cœlestia cuperent; nobis dari carnem, quæ ascendit super Cherubin, & volavit, estque panis cœli. Is quem vocant Hieronymum monet, cavendum ei, qui sentit liberum ex Ægypto, & illuminatum à Spiritu Sancto, ne rursum desideret ollas Ægypti, ideſt, concupiscentias carnis, quæ ei generant fatuitatem, vel vitia sicut nauseam coturnix, sed corpore agni accepto reficiatur. Chrysostomus quoque ait quod panis ille cęli, seu manna, panis ejus, qui Ecclesiæ ministerio datur, imaginem gerebat. Hugo *coturnicem* regiam vocans avem, austroq; advocatam, interpretatur gratiam Spiritus Sancti, & Corpus Christi per *panem cęli*. Vel consolationem spiritualem cum manna sacræ scripturæ, & dicto Corpore Christi, quæ, qui, ut par est, tumunt, non nauseant; sed magis magisque esuriunt *n*. Richardus Pampolitanus *coturnicem* ipsam pro Christi Corpore sumit, *panem cęli* pro dulcedine cœlesti. Dionysius Rickelius *coturnicem* interpretatur cogitationum humilitatem, sive cogitationem humilem, circa discussionem propriæ conscientiæ occupatam, non cœlestia inaniter scrutantem, nec Majestatem comprehendere quærentem, quia coturnix circa terram volat: *panem cęli*, Eucharistiam, Corpusque Christi. Rursum Isidorus *o* volucrum escas exponit prædicationis divinitus missas, quæ transcurrunt per verba sonantia, quasi per aerem volatilia pennata, & illis per fidem pascuntur hi, qui ad patriam regni cœlestis pervenire contendunt.

Petierunt, & venit coturnix.) Hieronymus, *& adduxit ortygometram*. Alii, *petiit*, nempe populus, *& addixit* seu *venire fecit*, nempe Deus, *coturnices*. Verbum singulare שאל *scial* redditum est pluraliter, ut & nomen שלו *scelau*, quod habet gratiam similitudinem cum dicto verbo tandem pro יבא *iave*

Sensus l

Coturnix avis regia.

a in speculo cordis scripto verbo Misericordia.
b ser. de Passione Dom.
c Act. 2. 3.
d Luc. ult. 32
e apud Gotofred. in alleg. & tropolog. fol. 109.
f in Ex. c. 18.
g quæst. in Exod. c. 19.
h ser. de Joseph. tom. 1.
i de hominis miseria.
k erat. de exalt. Cruc.
l in Exod. cap. 13.
m lib. 1 strom. c. 12
n Bar. tom. 5. anno 412.
o ser 60. edi. Rom. qui est de Tentec.
p 1. Cor. 10. 2
q c. 133.
r cap. 9. 16.
s cap. 10. 17.

a Ex. 16. 4. usque ad finem de manna sed v. 13. de coturnice.
b c. 11. 7. 8. 9. & vers. 18. usque ad finem.
c Exod. 16. post q. 6. & Num. 11. q. 77 & 80.
d in psal. 77.
e hoc loco.
f in psal. 77.
g 3 antiq. c. 1
h Exod. 7. 4.
i lib. 2.
k hom. 8. in Num.
l lib. 1. in Num. c. 36. Allegoria.
m in num. 14
k lib. 1 in Josue c. 8. q. 9.
l in cap. 10. m v. 8. 12.
n Eccl. 24. 19
o in Ex. c. 23

in hiphil, ut nunc extat, legerunt interpres יבא *iavo*, in kal, videlicet pro *venire fecit* explicantes *venit*. Chaldaicè, *petierunt carnes, & adduxit coturnices*. Sive bis, sive semel tantum petitæ dataeq; sunt carnes hæ, sive petitæ carnes in genere, & date coturnices, censeri potest inter beneficia Dei, & duobus locis, quibus hujus rei continetur historia *a*, mentio fit de murmure populi, quamvis in posteriore tantum de illius castigatione. Quocirca nihil obest, quominus hic utramq; coturnicum concessionem comprehendi affirmemus, & non primam solam *b*. Nec satis queo discernere majores, ac meliores de populo petiisse, non quod ipsi murmurarent, & quererentur, ut innuit August. Prosper, & alii, sed in gratiam minorum & imperfectorum, ut murmur illorum comprimeretur. *Vulgus promiscuum, quod ascenderat quum eis flagravit desiderio sedens, & flens, junctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes* c? Dicitur quoque *omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron murmuravisse* d, quamvis excipiendi videantur Josue & Caleb, pauciq; alii justi.

Et pane cœli saturavit eos.] In psalmo 77. *e*: *Panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo*: in libro Sapientiæ *f*: *Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore*. Quibus locis caussas attulimus, cur manna sic describatur. In Exodo *g*, *pluisse* dicitur Deus *panes de cœlo*, & in Esdræ libro 4. *h* apocrypho inducitur Deus dicens, *Ego dedevi gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam, panem Angelorum manducastis*. Simili miraculo mannæ penuriam sublevatam narrat Evagrius *i*, quæ accidit sub Valentiniano, & Ætio in Cappadocia, Cilicia, Galatia, Phrygia. Severus quoque Minoricensis Episcopus Evodio scripsit, dum Judæi plurimi ad fidem accederent, decidisse grandem minutissimam melle dulciorem, præter splendidum globum Solis igneæ similem columnæ *k*. Serarius noster *l* testatur legisse se in decies mille martyrum historia manuscripta, manna iis aliquamdiu pascendis delapsum.

a Exod 16.3. Num. 11. 4.

b Bellarm.

c Num 11 4.

d Ex. 16. 2.

e vers. 14. 25

f cap. 16. 20.

g cap. 16. 4.

h cap. 2. 19.

i lib. 2. c. 6.

k Bar. 2. 5. anno 4. 18.

l in Josue c. 5. 3. 37.

Vers. 41.) Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina,

SIcut famem priore jam dictum modo, ita sitim Deus ista ratione restinxit, de qua in psalmo 77. m *Interrupit petram in eremo, & adaquavit eos veluti in abysso multa: & eduxit aquam de petra & deduxit tamquam flumina aquas*. Exodi liber *n*, & Numerorum *o* ejusdem rei historiam narrant, nec non liber Sapientiæ *p*, & aliis *q* in locis indicatur, bisque idem miraculum contigisse opinio est. Sed nos in psalmo illo 77. & libro Sapientiæ satis multa. Si ratio ea valeret, qua nonnulli movebantur priore versu, ut existimarent ibi agi de prima coturnicum concessione, quam volunt fuisse duplicem, quia in secunda castigati leguntur Hebræi, hic autem de beneficiis agitur: oporteret aut omnino prætermitti præsentem historiam, si una tantum vice contigit, aut eam tantum narrari, in qua non fit mentio de minis, et quadam castigatione contra Moysen, et Aaron. Qui eductionem duplicem aquæ ponunt, ajunt in secunda puteum dumtaxat, sive fontem extitisse, non ut fluvium longe ac late diffusas aquas, quemadmodum in prima. Sic quidem Genebrardus in psal. 77. *r* Retuli alios præterea in libro Sapientiæ, qui bis aut sæpius etiam idem contigisse miraculum sentirent. Bellarminus *s* bis putat eductas aquas, sed inter unam eductionem, et aliam intercessisse annum unum dumtaxat: Genebrard. fere quadraginta. Argumentum Oleastri *t* cur semel tantum contigerit, est, quia qui adversus Moysen & Aaron contendebant, erant illi ipsi, qui ex Ægypto egressi fuerant: quoniam tam in libro Numerorum, quam Exodi conqueruntur se de Ægypto eductos, & significant sibi melius fuisse in Ægypto perire: at mortua Maria post annum quadragesimum ab egressu, soli ex iis, qui egressi fuerant Moyses, Aaron, Josue & Caleb vivebant. Respondent assertores opinionis contrariæ, in Exodo *u* multos ex egressis videri superfuisse, quia qui conqueruntur de liberis quoq; mentionem faciunt; qui

m ratio loci. m vers. 15. 16.

n cap. 17. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

o l. 20. 2. usq; ad 14.

p cap. 11. 4. Eductio aquæ e rupe quotuplex.

q psal. 105. 32 ps. 121 8. Deut. 8 15. Esa. 43. 20.

r 46. 21. 1. Cor. 10. 4.

s vers. 20.

t in ps. 77.

u in Num. 20

u cap. 17. 13.

Ain Numeris *x* non item, ita ut Ecclesiæ nomine qui fuerit educta in solitudinem possint illi, qui posteriore loco loquuntur, intelligere genitores suos ex Ægypto egressos, ac de seipsis loqui in eorum persona, in quorum lumbis sunt egressi. At idem responderi potest ad Exodi locum, quoniam potuerunt in deserto nati natorum esse, ac primorum, qui sunt egressi, nepotes. Qui negaret eductionem aquæ contigisse post mortem Mariæ, licèt in libro Numerorum narretur post illam, nullo negotio defenderet unicam fuisse. Ad quam sententiam propensior sum, propter maximam similitudinem circumstantiarum, ex quibus Adricomius *y* illam ponit, ut propterea Moyses & Aaron prohibiti sint ingredi terram promissionis, quum tamen arbitretur bis aquas eductas. Profectò credibile est bis comminatum idem Deum Moysi, & Aaroni, bisque hos circa idem peccavisse, præsertim spatio unius anni, juxta Bellarmini sententiam eo modo, quo peccaverunt, quoniam aliquo modo revera peccaverunt, aut diffidendo, aut non simpliciter proferendo, sed sub dubio, quod simpliciter, ac absolutè proferri volebat Deus, unde populus occasionem sumeret dubietatis, aut diffidentiæ, aut quod appellaverint Hebræos rebelles & incredulos; aut quod animo commoti verba protulerint indignationis; aut quia percusserint bis petram; aut quia aliam, quam Deus jusserat: aut quia nihil ad petram sunt locuti, prout jussi fuerant; aut quia non statim ad injunctum opus sese applicaverint, sed prius populum objurgaverint, ita ut hic ea de caussa turbatus, viso quoque miraculo non glorificaverit Deum, sicut, si objurgatus non fuisset, fecisset. Ex quibus dicendi modis, ultimus Abulensi *z* merito placet magis, qui bene tenet etiam peccatum non diffidentiæ, aut alterius modi, sed jam dicti ordinis in edendo miraculo præteriti, quem Deus præscripserat. Idem *a* Auctor ex libro de situ Terræ sanctæ refert in Raphidim, seu in petra Horeb, exitisse ad illud usque tempus fontem productum à Moyse, ac illo vallem totam irrigatam. De mystica petra Christo dictum alias, ex cujus latere dirupto fluxerint aquæ baptismi, & abjerint in sicco flumina, idest, ad gentes siccas, incultas, aridas, invias, desertas ita ut, quod vaticinatus est Esaias *b*, *scissæ sint in deserto aquæ, & torrentes in solitudine: Et quæ erat arida, eris in stagnum, & sitiens, in fontes aquarum*. Sic Hugo allegoricè, Rickelius, Pampolitanus, is qui dicitur Hieronymus, Tropologicè autem de corde contrito per sanguinem hircinum, idest, per vindictam peccatoris, quod cor ponit ut adamantem, ne audiat legem & verba, quæ misit Dominus *c*: ita ut fluant deinde aquæ, & flumina tum lacrymarum ab oculis pœnitentis peccatoris: tum gratiarum à Deo in animam conversi. Similia traduntur ab Isidoro *d*, & Beda *e*. Sed citatos alios nostros commentarios lege in Psalmo 77. & in libr. Sapientiæ.

x Num. 20. 10.

y in Theatro terræ sanctæ. pag. 217. & 216. Propter quodnam peccatum prohibiti fuerint ingredi terrâ promissionis Moyses & Aaron.

z in Num. 20. quæst. 5.

a in Exod. 17 quæst. 3. & in Numer. 20. qu. 4. [Petra mystica Christus.

b cap. 35. 6. Tropologia

c Zach. 7. 12.

d in Ez. ca. 24.

e in Ex. 16. & q. in Exc. cap. 25.

Dirupit petram & fluxerunt aquæ.) Hieronymus, *aperuit*. Hoc valet פחה *parach*, quod in Psalmo 77. *f* est יבקע *jevakkahh* in futuro: utrobique διέῤῥηξε, quod *fractionem* significat. Quo id modo acciderit, consule indicata alio loco. In Esaia *g*, *scidit petram & fluxerunt aquæ*.

f vers. 15.

g cap. 48. 20.

Abierunt in sicco flumina.) Hieronymus, *concurrerunt in aridam flumina*, idest, per arida loca instar fluminum vel per illa loca invehebant flumina. Græcè ἐν ἀνύδροις *in inaquosis*. Hebraicè etiam pluraliter בציות *batsiioth* & verbum חלכו *halechu*, aut jungi potest cum מים *maim* abierunt *aqua*, tuncque ad נחר *nachar*, *flumen* subintelligi debet כ *che*, nota similitudinis, *sicut flumen*, & collectivè *flumina*, aut cum נהר *nahar*, & sic nomini singulari collectivè sumto copulatur verbum plurale, *abierunt flumen*, idest, flumina, *Flumina* quoque nominantur Psalmo 77. *h* in 113. *i* *stagna aquarum*, in Deuteronomio *K*, *rivi*, in Numeris *l*, *aqua largissima*, in Esaia *m*, *flumina in invio*, *aqua in deserto*. Chaldaicè hoc loco, *ambulaverunt per aridam, sicut flumen*. Apollinarius:

h vers. 16.

i vers. 8.

k cap. 8. 5.

l cap. 20. 11.

m ca. 43. 20

ῥιξάμενος πέτρην ὀδίων ἐξηγαγε χεῦμα,
καὶ ποταμοὶ δαπέδοισι βίη κελάρυξον ἀνύδροις.

Frangens saxum, aquarum eduxit fluxum:
Et flumina in campis impetu resonabant inaquosis.

Nec

a *Philip. De portes* a

Nec minus eleganter Gallus Poeta *a*,

D'une simple beguette il ouurit le rocher :
Les eaux obeissans à gros bouillons en sortent
Par ces lieux sablon neux on les voit desmarcher,
Et si font un chemin comme fleuves qui portent.

Chrysostomus annotat, si legamus non ut nunc extat πρὰμοὶ, in casu nominandi, sed ποταποῖς, effici hunc sensum, quod ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοῖς, *abierunt in siccis fluminibus*, quoniam Jordanem quidem revera solum transierunt, potestate autem etiam alios omnes, qui ad transitum ipsis impedimento erant.

Vers. 42.] Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.

Sensus loci. b *vers.* 8. 9. 10.

REpetit, ac inculcat quod sub initium psalmi *b* dixerat, beneficiorum tantorum, quæ adhuc enumeravit, causam fuisse, non propria Hebræi populi merita sæpius de Deo male meriti, sed liberale promissum, atq; sanctum jus jurandum, quod juraverat Deus ad Abraham servum suum præsertim, licèt id etiam pactum, fœdusque renovaverit cum Isaac & Jacob, ut est ibidem dictum, quorum simul Deus fidei ac pietatis rationem habuit. Monuit Hebræos Moyses *junctum ipsis Deum, & elegisse, quia dilexit, & custodivit juramentum, quod juraverat patribus eorum* c. Non expresserat Deus sigillatim, & particulatim singula beneficia ista, quando pollicitationem suam Abrahæ declaravit : continebantur tamen eadem, & his similia in illis verbis *d* ; *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis, verumtamen gentem cui servituti sunt, ego judicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia.*

c Deut. 7. 7. 8.

d Gen. 15. 13. 14.

Quoniam memor fuit verbi sancti sui.) Hoc est epithetum promissi jurati, atque cujusvis juramenti, ut sanctum dicatur, quum pertinet ad religionem, & eo modo, quo usurpatur à Deo, utcumque revocari potest ad eamdem, non propter ipsum Deum, sed propter nos, ut sic facti certiores, & conceptam cum majore fiducia, perfectius ipsum colamus. Joannis pater cognominavit *testamentum Dei Sanctum*, sive *jurandum, quod juravit ad Abraham* e.

e Luc. 1. 72.

Quod habuit ad Abraham puerum suum.] Hieronymus, *cum Abraham servo suo*. Pluribus verbi circumlocutus est Interpres noster cum LXX. ad æquivocationem tollendam, docendumque quod ipsi Abrahæ locutum Deum fuisse significare voluit David. Pervertit hunc sensum Munsterus, quum vertit, *recordatus est verbi Sancti sui, & Abraham servi sui*. Non est Hebraicè conjunctio, sed particula את *eth*, in qua ille supplet ו *ve* conjunctionem perinde ac si את *eth*, haberet hoc loco usum articuli. Ceteri omnes aliam notionem ejus agnoscunt pro præpositione. Potuit quoque tota oratio reddi, omissis duabus dictionibus, *ad Abraham puerum suum*, sive *servum suum* : quia את *eth ad* etiam significat, ut cuivis leviter in Hebraicis versato constat. Denique nomen idem Hebræum, pro quo erat versu sexto, *servus*, sed in plurali habetur hoc loco, & utrobique δοῦλος, ibi in plurali, pertinens ad semen Abraham, hic in singulari spectans ad ipsum Abraham. Nam tritum est *pueri* voce intelligi non solum ætate parvum, aut filium, sed etiam servum, sicut & Græca voce παιδός. Hieronymus *f* monet in quibusdam codicibus Græcis fuisse ὄνκιθετο, nempe λογον *verbum quod dispositit*, sed hæc radenda esse. Idem dicere potuerat de Latinis, *quod habuit*. Utrumque servit majori perspicuitati.

f Epist. 135.

A

Vers. 43.] Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Sensus loci.

VIdetur hoc beneficium pertinere ad tempus, quo Pharaone submerso in mari rubro, populum suum Deus eduxit, canentem cum exultatione, atq; lætitia magna, *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est*, &c. g Æstimari potest exultationis lætitiæq; magnitudo ex gravitate periculi, quod evaserant. Similis in Elaia *h* sententia : *In lætitia egredieminí, & in pace deducemini ; montes, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu*. Sed magis ad rem alia in libro Sapientiæ *i* : *Ideo justi tulerunt spolia impiorum, & decantaverunt : Domine, nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter quoniam sapientia aperuit os mutorum & linguas infantium fecit disertas*. Josephus *k* scribit Hebræos tum sua salute, tum inimicorum supplicio lætos magis quam ullo antea homines, in hymnis & hilaritate noctem exegisse. Lyranus, Trevetus, Ayguanus, Rickelius exponunt de tempore, quo Josue introduxit populum in terrum promissam, sed *eductionis* nomen indicat quod dixi.

g Ex. 14. & 15.

h cap. 55. 12.

i c. 10. 19 20

k l. 2. antiq. cap. ult.

B

Et eduxit populum suum in exultatione.) בששון *besason*. Quod nomen quodlibet *gaudium & lætitiam* significat, non propriè ἀγαλλίασιν, & *exultationem*, ut in externo gestu corporis, & in incondita voce consistit, quasi propterea populo rudiori tribuatur. Potius id convenit sequenti nomini רנה *rinnah*, & ששון *sason* : docent ad animi oblectationem spectare. Sed confunditur nominum sæpè significatio. Distristribuit Moyses populum in choro virorum, præiens viris carmen ; sororem vero dans fœminis præcentricem, ut Philo *l* scribit. Etsi Oleaster *m* putet fœminas idipsum repetiisse quod orsi essent viri canere : Abulensis *n* totum à Moyse solo decantatum canticum, postea sæpius ab aliis, quos docuerat. Credi potest cantores musico instrumento usos esse, & huc alludi psalmo 67. o *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus in medio juvencularum tympanistriarum. Maria quidem sumsit tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens : Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem projecit in mare* p. Qua de re dixi etiam citato psalmo 67. Auctor operis de mirabilibus sacræ scripturæ falso existimatus Augustinus *q* tradit, quod (considerantes filii Israel validissimam potestatem, quam in sui liberatione Dominus fecit, Moyse præcinente consono carmine canticum Domino, universi pariter decantabant.) Tum subdit, ubi enormi satis admiratione accidit dignum miraculum, ut pariter cunctis senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirati flamine, uno quasi ex ore, nulla præmonitione edocti, eadem concinerent litteras, & decantarent in unum. Deinde miraculi rationem declarans, ait : Sed naturæ inquisitor in hoc loco securus efficitur, ubi non consuetudine humani ingenii, sed divino spiritu cantorum pectora, & ora inspirantur. Sed in his cantoribus nil idem spiritus contra naturam effecisse dignoscitur, in quibus per linguas & ora, habitus & vox ad verba movetur. Et quod per verbum, & studium ipsi facere poterunt, consonum omnes carmen decantare in uno momento Dominus illis donavit. Et qui paullo antea in profundo coram eis apparuerit, ipse postmodum in tali cantico eorum linguas, & ingenia gubernabat. De cantico Ambrosii & Augustini simile quiddam proditum aliàs monui, hoc est, sunm quemq; versiculum vicissim impræmediatè depromsisse. Attamen communis opinio de alio cantico est, id ab uno Moyse compositum esse, cujus, & passim canticum denominatur. Fictitium puto, quod Auctor ille retulit, & quod coram Hebræis Dominum apparuisse dicit, suspicor ab Hebræis hausisse, quod Lyranus *r* memorat Cantici verba *ſ iste Deus meus* sic exponere solitos, ut affirment facere demonstrationem ad sensum, tuncque Hebræos illos Deum vidisse, ac ostendisse eum digito super mare rubrum, in aliqua tamen similitudine visibili, & clarius quidem quam postea viderint Prophetę. Contradicit Scriptura ipsa

l Quomodo distribuerit populo Moyses ad canendum Domino.

l 3. *de vita Moysis, &*

m *de agricult.* m *in* Ex. 15.

n *ibidem.*

o *vers.* 26.

p Ex. 15. 20. 21.

q *lib.* 1. *cap.* 8 *apud Aug. tom.* Canticum Moysis an ab eo solo, an vero concinente populo compositum.

r *in Exod.* 15.

ſ *vers.* 2. An ante vel post transitum maris rubri intelligi debeat hæc populi exultatio.

a Exod. 14. 24.
b *vers.* 19.
c Deut. 1. 15. 16.

a, quæ *respexisse* ait *Dominum super castra Ægyptiorum per columnam nubis, & ignis*. Vocat etiam non Deum *b*, sed Angelum ejus, qui regeret columnam: præterea caviſſe Moyſes *c* dixit Deum apparitiones ſub certa forma, ne daret occaſionem idoloſatriæ: poſtremo, quis credat profectius viſus ab univerſa multitudine Deum, quam à Prophetis? Sic diſputant noſtri Pererius & Magaſianus in explanatione illius Cantici. Ceterum exultationem, lætitiamque populi cenſeo intelligi ſimul poſſe, ac debere, quando primum de Ægypto ſunt egreſſi, quamvis nulla propriè mentio fiat, quo ſigno eam demonſtraverint *per turmas ſuas eadem die* d *videntibus cunctis Ægyptiis* e. Lætatam Ægyptum in profectione Hebræorum hic paullo ante vidimus *f*. Quis dubitet longe majorem iſtorum fuiſſe lætitiam? ſed tempus exigebat, ut modeſtia ſimul, ac moderationem vultu præferrent, non inſoleſcerent, inſultarent, aut aut etiam canarent, occupatis præſertim Ægyptiis circa ſepulturam primogenitorum ſuorum, quos percuſſerat Dominus *g*. At ubi Ægypto egreſſi ſunt, atq; extra Ægyptiorum conſpectum evaſerunt, ſe ſeq; liberos ſervitute, ac pretioſa onuſtos ſupellectili, & ad poſſeſſionem opimæ terræ tendere viderunt, quin gaudio exultaverint, ac triumphaverint, omnibuſque lætitiis inceſſerint non ambiget, qui de ſeipſo in re ſimili judicium faciet. Quid vero facere decet hominem libertate, qua eum Chriſtus gratia ſua, & veritate liberavit *h*, liberatum, divinis tot muneribus donatum, ad regni cœleſtis hæreditatem vocatum? Canat omni contentione Domino, qui *diripuit vincula ipſius* i, *& ſacrificet ei hoſtiam laudis* k, ſeque ipſum totum.

d Exod. 12. 51.
e Num. 33. 3.
f *vers.* 38.
g Num. 33. 4.
h Jo. 7. 32. 36. Galat. 5. 1.
i pſ. 115. 17
k *ibidem*.

Et electos ſuos in lætitia.) Hieron. *in laude electos ſuos*. Chaldaicè *in glorificatione* בתשבחתא *bethusbachtha* Hebræum nomen רנה *rinnah*, ut paullo ante dixi, & alibi non ſemel, ſignificat *jubilum*, *lætam vocem*, *ovationem*, *contentam vocem laudis*, aut *precationis*, *exultationem*. Quæ omnia optimè conveniunt Cantico, de quo egimus antea. *Electos* porro appellat Hebræos omnes, quos *in populum peculiarem Dominus elegit ſibi* l. Item nomen *electorum* in hac notione legitur aliquoties in apocrypho Eſdræ libro quarto *m*: in pſalmi præſentis verſu ſexto, & in ſequenti quinto. Qui dicantur electi in novo Teſtamento aliàs docui. Egi etiam non raro de una lætitia, qua hic Ayguanus. Quanta quoque ſit lætitia ſpiritualis, & prædicatorum, aliorumque doctorum, qui animas convertunt, & animarum, quæ convertuntur, oſtendi alibi.

l Deut. 7. 6. 7. 14. 26. 18. pſ. 32. 12. pſ. 46. 5. pſ. 34. 4.
m cap. 15. 31. 35. 56.

Verſ. 44.) Et dedit illis regiones Gentium, & labores populorum poſſederunt.

Senſus loci.

POſtremum tandem beneficium fuit, introductio populi, duce Joſue, in regiones Chananæorum ſeptem, & in harum agros, urbeſque, quas homines illi exolverant, atque conſtruxerant proprio labore, & ſumtu, idque juxta promiſſum, de quo dictum eſt tum verſu 42. tum 9. 10. 11. Ad eumdem prorſus modum Deus inducitur à Joſue *n* inter beneficia ſua recenſens, quod *introduxiſſet in terram Amorræi*, *Pharezæi*, *Chananæi*, eſt enim hoc nomen particularis populi, quamvis idem alioqui ſit aliis commune, *Hethæi*, *Gergeſæi*, *Hævæi*, *Jebuſæi*, *terram in qua non laboraverant*, *& urbes quas non ædificaverant*, *ut habitarent in eis*, *vineas*, *& oliveta*, *quæ non plutaverant*. Prior Moyſes eadem de Deo retulerat *o*. Videtur Chriſtus ad has alluſiſſe ſententias, & ad ſuum traduxiſſe propoſitum, dicens *p* Apoſtolis; *Ego miſi vos metere quod vos laboraſtis*: *alii laboraverunt*, *& vos in labores eorum introiſtis*. Fortaſſis hinc quoque fluxit apud Hebræos proverbium, de quo etiam Chriſtus *q*: *In hoc enim eſt verbum verum*, *quia alius eſt qui ſeminat*, *& alius eſt qui metit*, Tale quod ait Cicero *r* (non dubitare agricolam, quamvis ſenem, quærenti cui ſerat, reſpondere, diis, immortalibus, qui ſe non accipere modo hæc à majoribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodire.) Citat etiam ex Statio in Synephebis.

Serit arbores, quæ alteri ſeculo proſint.

n c. 24. 6. ſeq; ad 13.
o Deut. 6. 10. 11.
p Joan. 4. 38.
q *verſ.* 37.
r de Senect. & Tuſc. 1.

A Denique ſenes laborare in eis, quæ ſciunt nihil ad ſe omnino pertinere. Labor aliquis eſt in meſſe, at in feminatione major, quia cum fletu mittuntur ſemina, cum exultatione portantur manipuli *ſ*: unde lenitur meſſis labor. Eamdem vim habet aliud Sapientiæ proverbium *t*, *Multi cibi in novalibus patrum*, *& aliis congregantur abſque judicio*. Dicere poſſumus, *abſque labore*. In hanc *miſeriam magnam* conjecit Gentes illas quarum Hebræi regiones, & labores poſſederunt, ut *homines hi extranei illarum divitias*, *& ſubſtantiam & honorem devorarent* u. Meſſis illa, de qua loquebatur Chriſtus, ſpiritualis eſt, nec non ſeminandi, quem Patriarchæ ac Prophetæ pertulerunt ſanctis moribus, inſtitutis, ſcriptis; meſſem autem collegerunt, non vitio ullo ſuo, ſed quia tempus differebatur uſque ad legem evangelicam; præſertim ſi de Judæis agatur, in quibus inerat ſemen illud, & ad quos ſe miſſum Chriſtus dixit, *x*, vocans *regiones albas ad meſſem* y, & affirmans *meſſem eſſe multam* z. Nam reſpectu Gentium, quæ carebant ſemine tali, atque diſpoſitione, cenſeri poſſunt Apoſtoli primi ſeminatores, quomodo Paulum plus aliis laboraſſe *a* intellexit Irenæus *b*. Quamquam & in Judæis ipſis dici poſſunt ſuperſeminaſſe, ut more periti, ac diligentis agricolæ, id quod jam ſeminantem erat excitarent, inſpiſſarent, adjuvarent, ſupplerent: ſicut ille verſus æſtatem ſuperſeminat, quum opus judicat etiam ſi hyeme ſeminaverit, quemadmodum notavit Albertus *c*.

ſ Pſ. 125. 6.
t Prov. 13. 23
u Eccl. 6. 2.
x Matth 15. 2.
y Joan. 4. 35.
z Matth. 9. 37.
a 1. Cor. 15. 10.
b lib. 4. 4.
c in Joan. 4.

Et dedit illis regiones Gentium.] Hieronymus, *terras*. ארצות *arſoth*. Chaldæus vocat *populos* עממיא *hammemaia*. Sic ſynonyma ſæpe ſunt populi, & gentes, λαοὶ, & ἔθνη גוים *goim*, & quod eſt in ſequenti membro לאמים *leummin*, *Terrarum* quoq; vox latius patet pro determinata particulari civitate, opido, villa, &c. ut alibi notatum eſt.

Et labores populorum poſſederunt.) Hieronymus, *tribuum*: quas tamen haud ita propriè ſignificant לאמים *eummin*. *Poſſeſſionem* vero *veluti hæreditariam* ſignificat יורשן *iiraſciu*, & κατεκληρονο μησαν. Et quamvis pro quocumq; genere poſſeſſionis hæc uſurpentur, tamen hæreditario jure debitas fuiſſe illas regiones pridem antea monuimus, de quorumdam ſententia, quoniam Chananæi pepulerant inde ſobolem Sem, ex quo Hebræi deſcendebant. *Labores* quoque prius dixi, innuere exculcos agros, & ædificia. Hoc ipſo pſalmo verſu 26. & in 77. *d*, idem valet *labor*: præterea in 108. *e*, & 127. *f*, ſæpius in Eccleſiaſte, & alibi: poſtremo in univerſum dicitur *labor* de quacumque re, quæ cum labore acquiritur: Quod ſi regiones illæ debebantur Hebræis, non erant compenſandi labores, ac impenſæ à Chananæis in illis factæ, tum quia Deus condonare potuit Hebræis, tamquam abſolutus dominus: tum quia qui domino invito, quidpiam facit in alieno ſolo, ejus dominium ſibi non comparat. Ceterum etſi alieno labore frui dulce eſt, nihilominus longe dulcius & charius quod ſuomet quis acquirit labore, ac induſtria, ut Ariſtoteles *g* docet, experimentoq; comprobatur. Utrumque in acquirenda promiſſa terra fuit, & labor proprius, & rei jam elaboratæ poſſeſſio: utrumq; etiam contingit in felicitatis acquiſitione, & de labore quidem ſtatim mentio ſubjicitur.

Terra Chanaam Hebræo populo hereditario jure debita.

d *verſ.* 46. ſ 51.
e *verſ.* 11.
f *verſ.* 2.
g 9. *Eth. c.* 7.

Verſ. 45.] Ut cuſtodiant juſtificationes ejus, & legem ejus requirant.

Senſus loci.

HAc veluti lege, pactoque, & hoc quaſi impoſito tributo promiſit, & tradidit Deus regiones Gentium, & labores populorum Hebræis, ut obſervarent mandata ipſius, atque ſummo deſiderio, ac ſtudio legem ejus exquirerent, & modu, quàm exactiſſimè implendi. Hæc legis obſervandæ conditio, ſeu promiſſio terræ ſub ea conditione aliquoties repetitur in Pentateucho *h*, & poſtea Joſue *i* comminatus eſt prævaricantibus *fore*, *ut eos Deus auferret*, *atq; diſperderet de terra illa optima*, *quam tradiderat*, *eo quod præteriiſſent pactum*, *quod pepigerat cum ipſis*. Qui ſemel terram in æternum viventium, & regionem vivorum, ideſt, beatorum, iniit, iſti periculo minimè obnoxius eſt, ut vel amplius prævaricetur, vel damnum, & jacturam beatæ poſſeſſio-

h Ex. 23. 22. 13. c. 54. 11. & Deut. 6. 11. 21. ſeq. c. 7. & ſeq. 16. c. 23. 15. 16.

possessionis patiatur. Hæc vera, & maximè propria merces virtutis, atque meritorum, & filiorum promissiones, sive electorum. Bona temporalia cadunt quoq; sub meritum de congruo, ut vocant, & quum expedit, justis etiam conceduntur, ac interdum ex divina misericordia jam præparata, in quibus quærendis possent negotiatissimis laboribus occupari, ut ad hoc vacent, inquit Augustinus, Prosper, & alii, unde bonum æternum possit acquiri. *Quærendum regnum Dei ante omnia, & justitia ejus, tunc alia externa bona*, quatenus opus fuerit, *adjicientur* a. Admonet Gregorius *b* præsentis vitæ prosperitatem aliquando idcirco dari, ut ad meliorem vitam provocet, sic datam rudi populo Hebræo, qui promissionibus Dei in longinquum non crederet, si à promissore suo, non etiam à vicino aliquid percepisset, ac proinde nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad spem tractum esse. Occupavit Ecclesia, populusque Christianus Gentium regiones, & facultates. Peculiari tamen modo Clericis, atque Religionis attribuuntur, sine proprio eorum labore, ut impensione cura, & quietiore otio vacent coltui Dei, & exactiori observationi divinorum præceptorum in primis; quæ spectant ad religionem. Cavendum utrisque, quod Moyses *c*, ac Josue *d* admonuerunt Hebræos, ne tantis absque labore perfruentes bonis, oblivisceantur Domini, sed timeant eum, & serviant ei perfecto corde, atque verissimo. Quod canunt quotidie, præstandum sibi proponant, *lege me cepone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper*. Audiant hoc Monachi, ait Monachus Carthusianus Ludolphus, qui ideo in Monasteria introducuntur, ut cunctis sollicitudinibus abjectis, solius Dei, lege, & servitio perfruantur. Abmonuit hoc ipsum prior Dominicanus Monacus Hugo Religiosus, Clericos, Prælatus, qui possessiones, ac reditus habent de labore pauperum, ut soli Deo vacent, & saluti animarum, ut in se, & subitis custodiant justificationes Dei, legem ejus requirant, meditando, & meditationi per opera bona respondendo, ut caveant minas illas, & exprobatione Dei: f *induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus, & optima illius,* & *ingressi contaminasti terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem: Sacerdotes non dixerunt, Ubi Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me*. Inter causas, cur sinat Deus vivere improbos, una sint probis adjumento circa temporalia, absque melius vacent spiritualibus. Sic *Salomon quos exterminare nequiverat, fecit tributarios, de filiis Israel non constituit servire quemquam* g. Sic Josue Gabaonitas reservavit, ut viverent, sed ita, ut *essent in usus universæ multitudinis, & ministerio cuncti populi, & altaris Domini, ligna cædendo, & aquas comportando* h. Sic Babylonis Regis præfectus Nabuzardan *de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas* i. Sic Eliam corvus pascebat k, vorax animal, typusque divitis omnia usurpantis sibi, & præcepit Deus viduæ etiam pauperi, ut eum pasceret, priusquam seipsam l. Sic Danieli paratum operariis prandium misit m. Christus paucis panibus, piscibusque alienis pravit bis toto millia hominum, qui confectabantur ipsum n, Hugo dominium, atque possessionem regionum explicat tropologicè de septem vitiis, quæ nos etiam alibi quum septem Chananæorum gentibus contulimus, & labores populorum de multitudine vanarum cogitationum, quum prius isti *populi meditabantur inania* o, & *ut inique agerent, laborabant* p. Quum hoc dominio conjuncta est justificationum custodia, & requisitio legis, ut *justificationem, quam cœperimus tenere non deseramus* q; & quia pluraliter *justificatores* hic dicuntur, conserventur quæ in justificatione nostra reperiuntur gratia, motus fidei, contritio, venia peccatorum, & semper magis ac magis quæramus, ac requiramus, quid placeat maximè Deo.

Bona temporalia sub meritum de congruo cadere possit.

a *Matth.* 6. 33. *Hujus vitæ prosperitas aliquando datur, ut ad meliorem vitam provocet.*

b 3 *p. Pastoral. adm.* 27. *Quare concedantur reditus Clericis, & Religiosis, sine proprio suo labore.*

c *Deut.* 6. 10. *& seq.*

d *Josue* 24. 6. *& seq.*

e *Psal.* 118. 33.

f *Jer.* 2. 7, 8.

Improbi sæpe probis adjumento sunt circa temporalia bona.

g 3. *Reg.* 9. 21. 22.

h *Josue* 9. 20 21. 26. 27.

i 4. *Reg.* 25. 25.

k 3. *Reg.* 17 6.

l 2. *Reg.* 9. *& seq.*

m *Dan. ult.* 22. *& seq.*

n *Matth.* 14 15 *seq. c.* 15. 32. *& seq.* *Joan.* 6. 1. *& seq.*

o *Psal.* 2. 1.

p *Jer.* 9. 5.

q *Job* 27. 6.

Ut custodiant justificationes ejus.] Cajetanus vertit, *propterea custodient præcepta ejus*. Id potest significare בעבור ישמרו חקיו *bahhaour iusmeru chukkau*, & ultimum nomen *præcepta cerimonialia*, ut alias dixi, licet Hugo *moralia* interpretetur, & per *legem* in sequenti membro *cæremonialia*. Ut synonyma possunt ambo sumi. Nec nisi accomodatitiè *justificationes* accipiuntur, quod hominem justificent, ut accipit Rickelius, & Ayguanus.

Et legem ejus requirant.) Hieron. *& leges ejus servarent*. Est enim plurale תורות *thoroth*, pro quo legerunt alii תורת *thorath*. Puto idem hoc, & præcedenti membro significari, quamvis aliter alii, ut retuli, & qui dicitur Hieron. ac Haimo declarent de diligenti mysteriorum legis intelligentia, utq; in figuris veteris legis, ac Testamenti aliud intelligatur, & inquiratur.

In fine est *Alleluja*, in Hebræo, & Græco textu: quamvis aliqui codices habeant duo, ut initio notavimus.

F I N I S.

RERUM MAGIS INSIGNIUM

Tam ad S. Scripturam, quam ad Hiſtoriam, & Eruditionem in hoc opere exquiſita pertinentium

INDEX LOCUPLETISSIMUS,

Primus numerus indicat paginam, ſecundus columnam, littera litteras interlineares.

A

Aaron Chriſtum pontificem præfiguravit 130. 1. d
Abaddon dæmon eſt præſes luxuriæ 346. 1, b c
Abbatis exemplum in pugna cum Sacerdotibus prodeuntis 96. 2. d
Abel etymon 374. 2. a
Abnegare noſmetipſos debemus 620. 2. c
Abominatio deſolationis quid ſit 62. 1. a
cum Abraham quater pepigit Deus 629. 1. b
quo tempore natus 632. 2. c
Abſinthii ſalubritas 90. 2. d
Abuſus opum cavendus 34. 2. c
Abuſus miſericordiæ, & patientiæ Divinæ quam ſit noxius 160. 1. b
Abyſſi quid ſint 125. 2. d
eorum diſtinctio 587. 1. c
Accumbendi conſuetudo an viguerit tempore Chriſti 509. 1. b
Accipitris renovatio 556. 1. c
Achor idolum muſcarum 166. 1. d
Actio quæque pro Deo, ſi ſpectetur ſecundum ſe, eſt pene nihil 229. 2. b
Activorum cum campis comparatio 589 1. b
Acridophagi locuſtis victitant 168. 1. b
Adam nominis ſignificatio 372. 1. d
de jus creatione opinio 410. 1. d
in Adam omnes percuſſi 517. 1. d
illum fuiſſe impœnitentem uſque ad mortem Abelis minus probabile eſt 519. 2. c
Adeps frumenti myſticè eſt Euchariſtia 232. 1. b
ſine Adjutorio quando & quomodo factus ſit Chriſtus 308. 1. c
in Adjutorio Dei habitat, cujus oculi ſemper ad illum ſunt converſi 390. 1. c
Adminicula parva dedit Deus rebus robuſtioribus; 342. 1. d
Adonidis horti qui 375. 1. d
Adoratio nulla latriæ poteſt deferri creaturæ 488. 2. d
Adverſa in beneficiis divinis computanda ſunt 289. 2. a
Ædificia quinque juſſu Dei facta 577. 2. b
Ægyptiorum ſpolia ab Hebræis detracta 72. 1. c
illis illarum per aquas ſupplicium quam fuerit aptum 166. 2. a
illorum plaga ſumma 171. 1. a
fuerunt primi Geometræ 175. 2. a
eorum cum Phrygiis contentio de antiquitate linguæ 518. 1. a
Æſchines de quo Demoſthenem accuſaverit 403. 2. c
Æſtus maris parit maximam admirationem 426. 1. b
de illo magis recepta ſententia ibid. 1. c
Ætates hominis diverſæ deſcribuntur & comparantur 374. 2. b c
Ætatis nomen quomodo conveniat Chriſto 300. 1. c
in Æternum durare dicuntur, quæ diu ſtant 349. 1. a
Æternitati quid proprium ſit 528. 2. c
Æthiopes cur dicti idololatræ 71. 2. a
eorum Rex quomodo Cambyſem ſuperaverit 97. 2. d
Agareni qui populi ſint 248. 1. a
Agathangelus per 28. annos tormenta ſuſtinuit 397. 1. b
Agriculturæ ars antiquiſſima 605. 2. c
Alæ velocitatis ſymbolum 582. 2. a
Angelis datæ 1. b
Alexandri magni exercitus per mare Pamphilium traductus 142. 2. b
de Alexandria Urbe condenda augurium 518. 1. d
Alieno malo ſapere eſt beneficium gratiæ divinæ 156. 2. c
Altiſſimi nomen peculiariter tribuitur Patri 389. 2. d
Amalecite qui 248. 2. b
Amando aſcenditur ad Deum 261. 1. b
Amanti quævis mora longa eſt 267. 1. b
Ambigere cur dicatur Deus 229. 2. c
Ambulantium in lumine differentiæ 339. 1. d. 2. a
Amicitias decet eſſe immortales, inimicitias mortales 273. 2. a
Amicorum exempla 322. 1. b
Ammon quis 148. 2. b
Amor divinus quid præſtet 55. 1. c
in eo qui roboratur, à propria virtute deficit 257. 1. d
Amor idem eſt in Divinis Perſonis 204. 1. a
Anagrammatis uſus cui tribuatur 311. 1. d & ſeq.
Ancillæ ſumus, & ſervi ſumus quomodo 292. 1. b
Anchoræ ſimilitudo ſpei tribuitur 402. 1. d
S. Andreas quomodo poſt mortem Epiſcopum quemdam à turpi tentatione liberaverit 562. 2. a
Angelicam & corporalem naturam ſimul eſſe creatam ex quo loco deducatur 543. 1. d
Angelus Gabriel quid propriè ſignificet, & quare myſterii incarnationis nuntius fuit 563. 1. b
Angelorum cibus cur manna vocetur 150. 2. a
eorum undecim conditiones Sacerdotibus applicatæ 2. d
ſunt ſepes 359. 2. a
illis qua in re præferantur homines 240. 1. b
à principio extrinſeco convenit illis quædam mortalitas 241. 2. c
illis utitur Deus ad prohibenda mala 403. 1. b
gerere curam noſtri quo loco deducatur ibid. 2 c.
probatur ratione 404. 1. a
illorum cuſtodia incipit à nativitate uſq; ad mortem ib.
cuſtodiunt etiam reprobos ibid. d
Chriſtus ullum eorum habuit cuſtodem ut homo ib. c
in illos non cadit meritum vel demeritum 2. b
illos poſſe peccare fuit error Origenis ibid.
Chriſtum in Euchariſtia venerantur 472. 2. a
eorum caput quomodo Chriſtus dicatur 572. 2. a
quibus Angelis duplex potentia conceſſa & quomodo 2. b nihil de novo merentur 2. c
quomodo dicantur intra nos eſſe 550. 2. a
primo die creati ſunt 579. 1. a
in illis potentia virtutis quid præſtet 572. 2. d
ſunt ſpiritus 583. 1. a & ſeq.
in illis reperiri vanitatem eſt error Calvini 573. 1. a
bonos non diferre à dæmonibus eſt error ejuſdem ib. b
quomodo agant per vim naturalem 573. 2. b
diſtinguuntur in aſſiſtentibus, & miniſtrantibus 574. 1. a
quare apud Perſarum regem pugnaverint ibid. 2. c
de Angelis inter ſe repugnantibus quæſtio ibid.
non ſunt corporei 583. 1. d
quomodo agant per vim naturalem 573. 2. b
Angeli mali per quos fiunt immiſiones quinam ſint 171. 2. a & ſeq.
in illo non cadit correptio remedii 353. 2. a
eorum peccatum cur non fuerit remediabile 160. 2. b
364. 1. a cur non redemti 572. 2. c
poſſunt dici iræ Dei 321. 1. c
Angeri Japonii peregrinatio 287. 2. c
Anima Chriſti erat inceſſabiliter in gaudio beatificæ fruitionis 285. 1 b
compaſſa eſt carni 307. 1. a
Anima pro ſalute corporali aliquando ſumitur 17. 1. b
adhærens Deo quid interdum experiatur 55. 1. b
aliquando ſumitur pro toto homine 78. 1. c
nulla eſt in cujus conſcientia non loquatur Deus 275. 2. d magis eſt ubi amat, quam ubi animat 284. 1. b
animæ mortuæ per peccatum corpus eſt ſepulchrum 117. 1. c illam repellere quid 319. 1. b
animæ beatæ dotes in ſole comprehenduntur 356. 2. a b

ad Deum laudandum cur illa invitetur 549. 2. b
illius contemplatio & cum illa locutio familiare Hebræis 549. 2. c
formulæ illustrantes illius immortalitatem 567. 2. a
dissoluto corpore illius subsistentia incompleta subsistit ibid. c
animalia omnium per fidem una 577. 2. d
separata à corpore naturaliter ad corpus redire non potest 568. 1. a
anima justi cur cœlum esse dicatur 571. 1. c
sine gratia deformior quàm cadaver sine anima 614. 1. d
non à parentibus creatur, sed à Deo 615. 2. c
non redit ad Deum nisi ab ipso convertatur 160. 2. d & seq.
Animalia marina terrestribus anteire dicuntur 677. 2. a
in omni genere animalium insitus est à natura erga natos amor 563. 2. c
Animum dimidiare cum Christo & Mundo quam sit durum 114. 1. a
illius capacitatem solus Deus implere potest 555. 2. a
ejus libertas & immortalitas unde colligatur 577. 2. d
Anni Sanctorum in Scriptura exactè computantur, secus autem malorum 36. 1. c
Anni distinctio apud Hebræos & alios 76. 1. c d
millesimum annum nemo umquam attigit 373. 1. a
anni ætatis non computantur à conceptione, sed à nativitate 380. 1. b
ad illorum mutationem allusio 545. 1. d 2. a
Annonæ caritatis prognosticon unde sumatur 167. 2. d
Antichristus futurus est excellens in omni scientia & fraude 245. 1. d
Antonii Magni monitum 381. 1. c
Antropomorphitæ Deum corporeis constare membris putabant 434. 2. b
Apostoli proprium officium 86. 1. a
Apostolorum limina quotannis ab Episcopis visitabantur 267. 2. c
facti sunt principes in Ecclesia 302. 1. a
derelinquendum Christum non amiserunt fidem 312. 2. c
cum illis judicabunt, qui illorum fidem habuerint 509. 1. c
eorum filii qui dicantur 570. 1. a
eorum typus 590. 2. b
illos Christo capto cur nemo læserit 654. 1. a
Apum examini cur numquam in Scriptura comparetur Ecclesia 504. 1. b
de Aquæ & sitis necessitate Hebræorum quid scriptores prodiderint 144. 2. d
illa extinguitur ignis zelotypiæ 193. 1. c
major est terra 348. 1. d & seq.
illam à Deo creatam aliqui negabant 447. 2. c
Aquatica, & pennigera à potatione quo in loco excludantur 592. 2. c
Aquilæ ingenium frangendis in testudinibus 526. 2. d
ejus proprietates 555. 2. d
sensus mystici 556. 2. b
de ejus renovata juventute Physiologia 556. 1. a
ut mutetur ibid.
mystici sensus aquilæ cum justo communes 557. 1. b
Aquilone & Austro latitudo terræ describitur 334. 2. a
Arabiæ etymologia 19. 2. c
regio Persarum appellata ibid. d
prima omnium gentium fidem recepit ibid.
Aranea telæ comparatur vita nostra 378. 1. a & seq.
per illam quid intelligendum 380. 2. c
Arbores sensu præditas esse impium est affirmare 169. 2. b
Arbores hieroglyphicæ 170. 1. c
Arca ubi reposita fuerit dum Judæi captivi erant in Babylone 277. 2. d & seq.
illam portasse seipsam, & in transitu Jordanis etiam Sacerdotes qui illam gestabant, refellitur 395. 1. d
fuisse scabellum pedum Dei unde colligatur 484. 2. c
Archidamantis ad filium apophtegma 140. 2. b
Ardea ab arduo volatu dicta 600. 2. d
Ariani refelluntur 255. 2. c
Aristippus nullius rei se indigere dicebat 513. 2. a
Aristoteles non potuit perscrutari Euripi naturam 426. 1. b
arguitur erroris 434. 1. d
Ascensiones in corde disponere quid sit 260. 2. c & seq.
Ascensus & *ascensiones* ad contemplationis altitudinem refertur 261. 2. a
Asmodæus dæmon est præses luxuriæ 346. 1. b c
Aspicere Dei est misereri 291. 2. b
Aspide designantur hæretici 205. 2. c
præstat malitia ibid.
ejus proprietates 406. 2. c
Assidæi apud Judæos sanctissimi 190. 1. c
Assyriorum etymon 94. 2. b
eorum, & Syrorum confusa nomina inter se ibid. c
illorum Monarchia omnium prima 248. 2. d
Astronomi quomodo cœlorum distantiam à terra investigaverunt 562. 1. c
Atrium duplex erat in templo 419. 1. d
quid mysticè designent 500. 1. a
Avari servando ammittunt, quæ largiendo servant 190. 1. a
Avaritia ad acquirendum tanto ferventius inardescit, quanto citatius relictura est quod acquirit 416. 2. c
Auctor malorum quomodo dicatur Deus 360. 2. d
Auctores profani sunt fures divinarum litterarum 144. 1. b
Audientibus quatuor necessaria 133. 1. a
Audiendi Deum & verba ipsius tria impedimenta 227. 2. b
Audiendi actoritas vacuo tribuitur ab Aristotele 434. 2. b
Aversio à Deo cur una major alia 561. 1. c
Averti, converti, reverti aliquando idem significant 79. 2. d
in Avibus quæ ad sacrificia adhibebantur 258. 1. d
trium Avium similitudo ad tres peccatorum ordines refertur 521. 1. d
ex tribus Avibus comparatio Hebræorum habitationem in captivitate exprimit 523. 1. d
Avium canentium variæ formæ & modi 593. 2. a
Auris Dei inclinatio & exauditio 306. 2. c
Aurum Arabicum purissimum 19. 2. b
Auxilium non tardat qui dedit votum 515. 1. c

B

Babylon typus confusionis 297. 2. b
Balenæ magnitudo & latitudo quanta 611. 2. a
cujusdam magnitudo ibid. b
ejus causa ibid.
Baptismi vis 70. 2. b
est causa totius sanitatis 552. 2. c
Basiliscо diabolus designatur 405. 2. c
cur ita dictus 406. 2. d
ejus descriptio ibid.
symbolum hominis male affecti 407. 1. b
ejus qualitates Antichristo applicantur ibid.
Beatitudinis præstantia declaratur 259. 2. c
gloriæ vocabulo explicatur 260. 1. b
vera quid exigat 555. 2. b
Beatorum præmium est sine tempore, reproborum pœna est in tempore durante 231. 2. a
in illis remanebunt virtute morales 264. 1. c
non se habent merè passivè in actu visionis beatificæ 269. 1. b
illorum gaudium est inenarrabile 305. 2. a b
præmia illorum, & damnatorum supplicia nequeunt plenè à nobis intelligi 385. 2. a
illi panem sine cinere, damnati cinerem sine pane manducant 525. 2. a
illos peccare posse fuit error Origenis 545. 2. c
vident quæ pertinent ad statum suæ beatitudinis 568. 1. b
non recipiuntur certo loco 571. 1. a
recordantur præteritorum 568. 1. d
Begardorum & Beguinarum error 264. 2. c
senserunt creaturam quamcumque rationalem naturaliter esse beatam 269. 1. c
illorum hæresis quæ fuerit 626. 2. c
Bellum unde dictum 97. 2. d
in illo quomodo adjuvet Deus 390. 2. b
Belus ferreo gladio primus usus est 97. 2. d
Benedictionis distinctio 367. 2. a
ad illius materiam præstandam quid agendum 549. 2. c
Benedicendi verbi usus varius 572. 1. c
Benedicendi Deo causa omnibus suppetit 81. d
Benedicit melius Deum qui noscit ibid.
à quibus oportet benedicatur Deus ibid. 2. d
Benedictio Dei continua adversus omnes casus est clypeus 576. 2. a
de Benedicto Pererio anagramma 311. 2. a
Beneficia Dei in homines quanta sint 123. 1. d
quare dicantur retributiones 551. 1. b
ea adnumerantur 552. 1. a
Davidi collata 553. 2. b
S. Bernardi monitum de sanctitate 284. 2. b
Blasphemia quæ sit 147. 1. b
Bonorum & malorum circa prosperitatem inæqualitas turbat etiam

etiam juſtos 39.1.c
illis corpus eſt æquus 49.1.b
cur dicantur inſulæ 467.1.d & ſeq.
in illis quum regnat Deus iraſcuntur populi cur 484.1.d 2.a
ab illis facies potentum non formidatur 633.1.a
Bonorum temporalium cum ſomnio comparatio 45.2.c
cur vocentur tympanum 218.2.a
ſub meritum de congruo cadere poſſunt 639.1.a
Brachium pro viribus cur in ſcriptura ponatur 334.1.c
Brevitas vitæ hominis 379.1.a
Bruchi etymologia 650.2.d

C

CAdaveribus agri impinguantur 250.1.c
eorum nomen quid importet 190.2.a
Caduceus Mercurii quid ſignificet 279 1.d
Cæſar primum te malle eſſe in oppido Alpium, quam Romæ ſecundus dicebat 267.2.b
de Cain ſignum quale 293.1.b
Calandrii avis proprietas 31.1.b & ſeq.
Calceamenta de pedibus ſolvere cur juſſi ſint Moyſes & Joſue 51.2.c d
Calculi candidi uſus 18.2.a
Calices vitrei olim in uſu in Eccleſia 91.1.d
Calix uſurpantur pro ira Dei 89.2.c
Cantantium Deo merces 93.1.c
Cantantes in Pſalterio decachordo qui ſint 411.2.c
Canticum graduum qui canant 261.1.c
Cantico triplici cantatur Domino ſecundùm renovationem 456.1.c
Canticorum quindecim totidem Pſalmis reſpondentium diſtinctio 480.1.d
Cantorum præfecti ex ſola Tribu Levi erant 305.1.b
Cantus diſtinctio 619.1.b
illius impedimenta 476.2.d
Canuti Anglorum Regis vox ſuperba 332.2.d
Captivitas Babylonica duravit ſeptuaginta annis 273.1.b
Caput regium cur diademate cingatur 560.2.a
Carentia ratione quomodo obedire voci Dei dicantur 634.2.d
Caritatis prognoſticon ſumitur ab exercitu locuſtarum 167.2.d
Carmen quomodo dicatur fons 303.1.b
contra Carnis concupiſcentias ſemper in acie ſtandum 158.1.a
ad Carnis illecebras poſt guſtatas ſtudii ſpiritualis ſuavitates exire eſt pœna moleſtior ipſa gehenna 228.2.c
Carnium & piſcium pluviæ variæ 152.2.d
de eorum uſu ante diluvium controverſia 151.2.d
Caroli Magni inſtitutum 508.1.d
Carthago unde Byrſa cognominata 580.2.d
Caſtitatis exactio quid 193.1.a
Cedro comparatur generis propagatio 417.2.c
ejus qualitates 418.2.c
ejus & palmæ collatio cum fructibus ſanctorum operum ibid.d
eſt ſymbolum bonæ patientiæ 420.2.c
Cenſorum Romanorum antequam Magiſtratum inirent mos 344.1.d
in Cera notantur humilitas, caſtitas, & charitas 470.1.d
Certitudo de præſentia Dei per gratiam non requiritur, nec ordinariè habetur 503.2.b c
de Ceto marino controverſia 70.2.c d
Charitatis effectus eſt pax 280.2.a
ex illius unione oritur gaudium 288.2.d
eſt ſignum quo maxime dignoſcuntur Chriſtiani 292.2.c
illam maxime impugnat detractio 507.1.a
eſt finis & radix præcepti 569.2.c
Chiliaſtæ unde ſui erroris anſam ſumſerint 629.1.d
Chriſma eſt quaſi perfectio baptiſmi 298.2.a
Chriſtianos appellari ampliſſima nobilitas eſt 18.1.b c
eorum ſolum nomen olim fuit in crimine 246.1.b
illorum timor eſt pietatis non infirmitatis 277.2.a
paganorum improperia in illos 394.1.d 2.a
illorum nemo nominatus eſt Jeſus propter reverentiam 500.2.a
eorum fidei laus 540.2.b
Chriſti in carnem deſcenſus placidus 8.1.c
ejus adumbratio per arietem inhærentem cornibus 55.2.b
cur in Golgotha mori voluerit 69.1.a
ejus ſeptuplex poteſtas in opere redemtionis 125.2.d
quomodo in parabolis impleret prophetias 133.1.d
cum diſtuliſſe quomodo dicatur Deus 358.2.a
quare appellatur Deus abſconditus 245.2.b
eſt virtus in quam ambulatur & itur 264.1.b
appellatur ſalutare & miſericordia, quia per ipſum conſecuti ſumus miſericordiam 274.2.b
illi ſoli convenit abſolutè titulum ſancti 284.1.c
ut humo ſemper occupabatur in actu divinæ contemplationis 285.1.a
quomodo dicatur natus in Jeruſalem 299.2.d
ei quomodo conveniat nomen ætatis 300.1.c
dum vivet nemo illo felicior, nemo calamitoſior 306.1.a
paſſiones & dolores veré pertulit 307.1.a
ejus anima compaſſa eſt carni ibid.
quomodo ejus vita appropinquavit inferno 1.d & ſeq.
quando vitus ſit ſine adjutorio 308.1.c
fuit inter mortuos liber quomodo 309.1.b
ejus anima revera in infernum deſcendit 311.1.b
quæ ejus oratio dicatur non exaudita 318.2.c
quomodo clamaverit in paſſione derelictum à Deo ibid.d
ejus aſſumtio eſt ſcutum noſtrum 341.1.b
ejus digiti qui 344.2.b
quot modis vocetur primogenitus 350.1.d 2.a
ejus ſedes ſunt membra ipſius 356.2.a
peculiari ratione eſt magis adjutor noſter quam Pater & Spiritus Sanctus 391.2.a
quare dicatur ſuſceptor noſter ibid.2.d
ut homo nullum propriè habuit Angelum cuſtodem 404.1.c
ambulavit ſuper aſpidem & baſiliſcum in incarnatione, conculcavit leonem & draconem in paſſione 406.1.b
ejus omnis oratio fuit exaudita 408.1.c
eſt cornu unicornis 415.2.c
dicitur brachium & dextera Patris 477.2.a
numquam legitur nociuiſſe cuiquam in corpore 504.2.a
in agonis preces & ſanguinem fudit 514.1.c
applicatio ad ejus tentationes 522.2.c
proprietates paſſeris illi applicantur ibid.
quare cum triumpho ingreſſus ſit Jeruſalem 526.2.c
adventu ſuo reſtituit lucem 527.2.a
in æternum permanet 528.2.d
non poteſt obliviſci miſericordiæ ſuæ 529.1.a
factus eſt homo ſine converſione ſui in aliam naturam 546.1.a
Chriſti nomen, & Meſſiæ dicitur etiam de Regibus, Prophetis, & Sacerdotibus 265.2.d 266.1.a
Cicadæ metaphora ut pauperi oranti conveniat 534.2.d
Cinerem tamquam panem manducare quid 527.1.a
eſt ſymbolum pœnitentiæ 1.c
cui conveniat 2.b
cinis initio Quadrageſimæ quid deſignet 531.2.c
Ciſon torrens ubi 249.2.c
Civitatis proprietates quales 294.1.d
Clamor bonus qui ſit 514.2.a
ſub *Clavium* vocabulo quatuor ponuntur in poteſtate Dei 498.1.b
Clementis VII. ſymbolum 369.2.d
Clemens Anciranus per 28. annos tormenta ſuſtinuit 397.1.b
Cœlum eſſe ſphericum quomodo probet Origenes 126.2.d
eſt locus animarum quibus nihil ad purgandum ſuperſit 161.2.b
quid myſticè deſignet 543.2.d
illud & terra an interituri ſint 544.1.a
& quomodo ibid.c
in cœlo Empyreo cur ſedes Dei peculiariter eſſe dicatur 570.2.d
cœli nomen à cœlando dicitur 544.2.d
quantum ſecundùm aliquos diſtet à terra 562.1.c 2.c
cœlos ab intrinſeco corruptibiles communior opinio 571.1.c
cœlum Empyreum eſſe lucem increatam Deo coæternam Eugubini error 579.2.b
de illo Theologorum opinio ibid.
cœlum à ſuis orbibus circumducitur, & movetur 580.1.a
quomodo habeat rationem pellis 580.1.b
illos eſſe rotundos quomodo oſtendatur 580.1.d
qui negent 2.a
cryſtallinum duplex 581.2.b
ſed Beatorum eſſe quorumdam opinio ibid.
ſupra illos nullam veram aquam eſſe probatur 2.c
qui aſſerant eſſe ibid.
Cœna triplex Chriſti ante ejus mortem quomodo peracta ſit 509.2.a
Cogitationes malæ exeunt à corde 564.2.c
Cognitio Dei vera quæ ſit 95.1.d
S. Columbanus poſt triduanam inediam quomodo cum diſcipulis paſtus fuerit 153.2.b
quod Colit unus quiſque, hoc eſt ei Deus 408.2.d
Columna nubis non erat in uſu tempore Samuelis 493.1.a

Columna symbolum firmitatis 585. 2. c
Columnæ prius quam statuæ ad adorandum erectæ 144. 1. c
Comedendi oblivio quid importet 517. 2. c
Commutatio Christi quid sit 365. 2. d 366. 1. a
Commutationis verbi propria significatio 367. 1. a
Conceptio Virginis Mariæ per terram quam prospexit Dominus de cœlo, obumbrata 537. 2. a
Concionator in mortali prædicans non peccat 570. 1. a
Concludere in gladio quid 180. 1. d
Conculcatio significat redigere in potestatem 405. 2. b
Concucupiscentia qualis erit in justis 161. 1. d
Conditiones septem tributę Deo 291. 1. d
Conditiones bonæ senum 416. 2. b
Confessionis veritas quum oritur de terra conscientiæ nostræ meretur suavitatem justitiæ faciendæ 281. 2. c
ejus utilitates quinque 411. 1. b
ejus tardatio quum suppetit opportunitas aggravat peccatum 445. 1. d
Confessio cum pulchritudine confertur 459. 2. a
à Confessione in portis transitur ad perfectam confessionem in beatitudine 500. 1. a
Confiteri Domino peccata quibus modis possit 411. 1. a
hominibus divina potestate carentibus, aut parum, aut nihil juvat ibid.
Conglutinatur indivulsè Deo qui abjecit superbiam 277. 2. a
Consilium quandoque ponitur pro voluntate 50. 2. c
Consolatio viduæ est opus pietatis divina cuivis est in promtu 181. 2. c
Constantini in reos clementia 538. 1. b
ejus celebre responsum 235. 1. a
Constantius senior quosnam sibi fideles putaret 508. 2. a
Contentio petentium usum calicis, cum petitione aquarum in deserto confertur 451. 2. a
Continere in ira misericordias quid sit 119. 2. b
Conventus sacer ad quid institutus 539. 1. a
Conversio & justificatio non est à nobis, sed à Deo 274. 1. a
Conversio omnium gentium facienda est sub finem mundi 288. 1. b
Converti quid sit 204. 2. b
Converti ad cor quid 277. 1. b
Convictus impiorum vitandus 507. 2. c
in Conviviis Persarum de quibus ante cibum, de quibus ante potum disputaretur 508. 1. a
Convivæ à quibus abstinere debeant ibid. 1. b
Cor castum gratis amat Deum 53. 1. a
est maximum omnium rerum 268. 1. a
ejus figura scuto comparatur 395. 2. d
positum est in sinistra cur 400. 2. b
est primum vivens ultimum moriens 117. 1. d
quorumdam peccatorum cor ne flammis quidem divinis cremari potest 614. 2. c
Cor quietum qui non habet, non potest habitare libenter in corde suo 404. 2. b
Cor parvum quid 505. 2. d
Corda obdurare quomodo dicatur Deus 451. 1. a
Core tituli ubi prefiguntur, ibi nihil est triste 270. 1. c
Coritę templi aditum observabant 267. 1. d
Cornua nonnullis armentis capiendo cibo obstantia apud Garamantas 93. 2. c
justorum cornua quæ ibid. d
Monocerotis cornu venena expellit 185. 1. b
illud peccatoribus non dari quid significet 340. 2. a
cujus exaltetur ibid. 2. b
Coronæ notiones 554. 1. c
Corporis summa valetudo periculosa 44. 2. a
vocatur tabernaculum 296. 1. a
& sepulchrum animæ mortuæ per peccatum 317. 1. c
ejus dextera pars validior 401. 1. a
Correptio remedii non cadit in Angelos malos 353. 2. a
Correptionis divinæ in Reges exempla 632. 1. d 2. a
Corvi renovatio 556. 2. d
Coturnices Austro volare cur neget Plinius 152. 1. d
eas antiqui non edebant & cur 154. 1. a
earum hieroglyphicum ibid. b
Creatio duplex 536. 2. a b
Creationis novæ est opus Deum invocare 196. 1. d
Creaturam quamcumque rationalem naturaliter esse beatam senserunt Beguardi & Beguinæ 269. 1. c
per se impeccabilis cur nequeat produci 546. 1. b
illi si daretur æternitas, non posset esse independens ibid. c
de Cruce descendere cur noluerit Christus 313. 1. c
de Crucifero Roderici historia 400. 1. a
Culpæ cognitio pœnæ dolorem minuit 560. 2. d
Cultus Dei in quo maximè consistit 549. 2. d
Custodia in nocte quæ 373. 2. b
Cynici bonitatem pro summo bono prædicabant 166. 1. c
Cynomyia animal audax & temerarium. 166. 1. a

D

Dæmonis signa quinque quæ circa suos facit 292. 2. b c
nonnulli sunt præsides certorum vitiorum 346. 1. b
quinam præsint peccatis capitalibus ibid. b c
meridianum dæmonium quis 398. 1. a
ejus nomen explicatur ibid. 2. c
illi conditi sunt in proxima dispositione ad gloriam 400. 2. a
de Damnatorum pœna Origenis error 118. 2. b
Dans cito bis dat 515. 1. b
David meditationes quales 115. 2. a
illi & populo Israelitico cur tot mala acciderint post tam magnifica promissa à Deo illis facta 357. 2. c d
composuit omnes psalmos 305. 1. d
ejus etymon 344. 2. b
numquam apellavit Deum patrem suum 349. 1. b
cur Deum suum, non Deum nostrum dixerit 392. 1. d 2. a
Decachordum Psalterium quid 411. 2. c d
Defectus ab inferioribus ad superiora bonus est 157. 2. a
Defunctorum preces non sunt meritoriæ 534. 2. a
Delectatione ipsa graviter puniuntur peccatores 228. 1. c
Deliquii animi causæ & effectus 52. 1. d
Deorum nomen falsò adscribebatur diis gentium 446. 1. a
Derelictio importat neglectum 352. 2. d
Derelictum se quomodo dixerit Christus in passione 318. 2. d
Descendere in lacum quid 308. 1. a
Descriptio culicis 648. 2. b
Desiderium pro re desiderata ponitur 153. 2. d
Detractio maximè impugnat charitatem 507. 1. a
per illam condemnatur sanguis innocens 442. 2. d
Detractores abigendi sunt ibid.
illos qui non admittit seipsum peccato liberat ibid. b c
Deus quomodo ponat mala & bona iniquis 43. 2. b
quomodo tenere dexteram nostram dicatur 50. 1. d
in eo sunt omnes partes boni pastoris 57. 2. c
eum sphæram intellectualem cur nominet Trismegistus 69. 2. b.
quomodo odio haberi possit quum sit summum bonum 82. 1. b non alia virtute citius ascenditur ad eum, quam humilitate ibid. 1. d
est judex peculiariter contra superbos 88. 2. a
Deus Jacob cur dicatur 100. 2. a
ejus memoria delectationem affert 112. 2. c
ea continua in homine debet esse 113. 1. a
quomodo dicatur oblivisci misereri 119. 1. c
plus confert propitius, quam abstulit iratus ibid. 2. b
ejus misericordia est exposita, ira condita 120. 1. a
illius beneficia in homines quanta sint 123. 1. d
quomodo exaudiat 154. 1. c
ejus in nos ira quando sit major 154. 2. c
non punit immediatè, licèt immediatè præmia largiatur 171. 1. c
quomodo faciat *viam semitę iræ* suæ 172. 1. a & seqq.
ejus ira non est perturbatio 193. 1. a b
per sex recordatur peccatorum nostrorum 195. 1. d
quot modis regat populum suum 201. 2. b
in illo est prima vocatio in nobis sine nobis ibid. d
ejus facies quid sit 204. 2. d
cur peccatores vocet populum suum 224. 2. b
se non communicat nisi volenti 226. 2. d
quomodo induret corda 228. 1. b 451. 1. a
quidquid pro eo agitur, si spectetur secundùm se, est pene nihil 229. 2. b
cur dicatur ambigere 2. c
quomodo dicatur Auctor malorum 360. 2. d
ei indivulsè conglutinatur, qui abjicit animi tumorem 277. 2. a
habet appellationem ipsi rei convenientem 286. 2. d
est causa efficiens non objectiva tantum gaudii Beatorum 303. 2. d
visitat ad correctionem, ad consolationem 353. 1. c
illi soli propriè erigitur altare cur 389. 1. d
confertur cum medico 392. 1. a
in creatione & redemtione est Deus omnium, in tentationibus est tamquam proprius cujusvis electorum 392. 2. c
vocatur nostrum salutare 409. 2. c

non ſolo ore laudandus eſt 411. 1. b c
in eo ſunt omnes perfectiones 434. 2. d
illi uni perſpectæ ſunt cogitationes noſtræ 435. 2. c
quot modis tenet 451. 2. c
præceptori comparatur 452. 2. c
illum abuti potentia eſt impoſſibile 487. 1. b
ſolus per ſe abſolutè adoratur 495. 1. c
in ejus poteſtate ſub *clavium* vocabulo quatuor ponuntur 498. 1. b
ab eo diligitur magis miſericordia, quam judicium 502. 2. b
manum & faciem averſere dicitur tam in bonam, quam in malam partem 514. 2. d
ejus cultus in quo conſiſtat 549. 2. d
ejus immutabilitas ab Ethnici cognita fuit 546. 2. b
facies illius à ſex peccatorum generibus avertitur 527. 1. b
illi non deeſt modus tranſmutandi miſeros in meliorem partem 528. 2. a
nomen non eſt illi neceſſarium, & cur 523. 2. b
non poteſt à creatura nominari adæquatè ibid.
ejus nomen quo pacto terribile ibid. d
quàm gratis ejus beneficientiæ eſſe debeamus 536. 1. a
illum qui verè laudent 526. 2. d
ejus æternitas & immutabilitas per tempus præſens explicatur 544. 2. a
quare immutabilis 545. 2. c
toto corde diligendus eſt 549. 1. d
cum quomodo pœniteat 546. 1. d
quomodo dicatur annos habere 2. c.
illi ſervire quam ſit utile 573. 2. d
ſolus ille in noſtram ſubſtantiam illabi poteſt 550. 2. a
quare damnator dici non debeat 550. 2. c
medicinæ omni medico peritior 555. 1. a
ejus proprium eſt miſereri ſemper 559. 2. b
ejus tredecim proprietates 558. 1. b
ejus voluntas eſt ſanctificatio noſtra ibid. d
cur plures dicuntur ejus voluntates 2. c
quot modis non vocet 559. 2. b
illum eſſe miſericordem, & in perpetuum non iraſci quid ſit 560. 2. d
quomodo ipſos peccatores juxta exigentiam non puniat ib.
cuique ſecundùm delicti menſuram retribuit, etiamſi gravitatem pœnæ debitam mitiget 561. 1. a
hominis ejuſque notitiam habet 618. 1. a
ab illo diſtantibus quid eveniat 563. 1. d
ejus miſericordia omnes affectus naturales exſuperat 2. a
non patitur nos ſupra vires tentari 565. 1. b
ſex maximè in rebus creatis Deum auctorem commendant 575. 2. b
ejus magnitudini nihil accedere, nec decedere poteſt 578. 1. a
à quo vehementer magnificetur ibid. c
à profanis rectè nominatur 579. 1. d
cur nube candida, & rubor ardente veſtitus aparuerit 2. a
ab eo quinam immediatè edocti 498. 2. c
quum interficit cur dicatur colligere, & congregare 613. 1. c
cur dicatur ludens in Orbe terrarum 616. 2. b
quare dicatur fuiſſe memor 629. 1. a
cur juraverit ibid. 2. d
ejus providentia admirabilis 636. 1. b
quomodo dicatur convertiſſe cor Ægyptiorum ad odium Hebræorum 642. 1. a
ei quomodo tribuatur excitatio & induratio ibid. 1. b
cur populum ſuum ab Ægyptiis exerceri voluerit ibid.
Deus recens eſt quodvis peccatum 225. 1. d
Dexteræ notio 613. 2. b
Diabolus eſt fur & latro tam reſpectu noſtri, quam reſpectu Dei 17. 2. c
timet ſolos adverſa tolerantes 32. 2. b
quomodo inſtruat mentes ſibi ſubditas 36. 2. a
cum dracone comparatur 71. 1. b
in baptiſmo omnem vim amittit ibid. c
illius typus eſt Rex Sodomorum 284. 1. b
an ab uno ſuperatus poſſit tentare alium 346. 1. b & ſeq.
ejus cum venatore collatio 393. 2. b
quando tranformetur in Angelum lucis 399. 1. b
quare Leviathan dicatur. 612. 1. d
non eſt timendus 2. a
quando ei illudatur ibid.
Dicendi verbum in Patre reſpectu Filii modum gignendi importat 240. 2. d
Diadema non tam ornat caput, quàm caput minuit. 560. 2. b
Dies pernullos eſt ſine tribulatione quomodo 286 2. b
pro proſperitate accipitur 305. 2. d
ejus nomen in feminino genere non ſignificat niſi *tempus* apud Latinos 314. 2. b
poſterior eſt prioris diſcipulus 378. 2. c
mortis quàm incertus & cur 525. 1. a
mali hominis rejicitur 650. 2. a
Diei cœli, & diei terræ diſtinctio 352. 2. d
Digiti Chriſti qui 344. 2. b
Dii Gentium quare dicantur dæmonia 456 2. b
Dilectio Dei propter ſe non poteſt conſiſtere cum peccato 474. 1. a
Dimidium dierum accipere quid ſit 541. 2. d
in eo mors amariſſima cur ibid.
Diocletianus vitam ſe egiſſe jucundiorem abdicato imperio, quam quum imperaret, dicebat 268. 1. a
Diogenes in faciem ſepeliri voluit cur 238. 2. b
Dionyſii clibanum intrantis exemplum 408. 1. d
Dionyſii philoſophi dictum 513. 2. b
Diſciplina inchoanda eſt à domeſticis 504. 2. c
Diſtinctio quindecim canticorum cum totidem pſalm. 480. 1. d
Diſtuliſſe Chriſtum quomodo dicatur Deus 358. 2. a
Divinitas Chriſti oſtenditur 6. 1. d
ejus incomprehenſibilitas probatur 126. 2. d & ſeq.
ea in Sacerdotibus quomodo conſideranda 235. 1. b
Divinum numen ſyderibus ineſſe Græci arbitrabantur 269. 1. a
Divitiæ pauperis quæ 513. 2. b
Divitum ſuperbia unde 35. 1. d
miſera conditio 99. 2. d
eorum & Sanctorum conſolationes diſſimiles 112. 2. c
quinam ſint ſimiles ſimulacris 471. 2. d
eorum & pauperum anthiteſis 534. 1. b
Doctrinæ ſuæ internæ nemo ita credere debet, ut nolit eam Eccleſiæ judicio ſubjicere 436. 2. b
Dolor & percepto malorum erat in Chriſto 307. 1. b
ejus vehementia appetitus deſtructionem, & cibi oblivionem affert 517. 2. b
Dolores quos paſſa eſt Maria in paſſione Chriſti quam fuerint intenſi 638. 2. b
Dominantur in hoc ſeculo impii, in futuro torquentur 231. 1. b
Dominica Palmarum nomen unde 418. 1. d
in Domino quando quis delectetur 617. 1. d
Domitianus quotidie ſtatuto tempore muſcas captabat 378. 1. c
Domus felicitas ubi maximè ſita ſit ſecundum ſeptem Sapientum ſententias 260. 1. a
Donatiſtæ confutantur 12. 2. a
Donum perſeverantiæ eget gratia ſpeciali 439. 2. d
Dormire dicuntur mortui propter futuram reſſurrectionem 309. 2. d
Draconis & Elephantis pugna 71. 1. a
ejus proprietates 1. b
ſymbolicæ imagines ibid. c. & ſeq.
illo denotantur occultè inſidiantes 405. 2. c
ejus proprietates Diabolo applicatæ 612. 2. c

E

Ecclesia eſt ſanctuarium 42. 2. b
ejus comparatio cum quadrigis Aminadab 48. 2. c
eam quomodo poſſedit Deus & Chriſtus 58. 2. a
ejus maxima nota eſt eſſe univerſalis 287. 2. b
cur dicatur fundata in *montibus ſanctis* 295. 1. c
veluti mater alit fideles 299. 1. b
ejus auctoritas in declarandis libris pro canonicis 301. 2. a
cujuſvis doctoris auctoritati præferenda eſt ejus auctoritas 487. 2. d
cur in Scriptura numquam comparetur examini apum 504. 1. b quare dicatur terra 543. 2. c
cur iteret verſiculos in officio divino 550. 2. d
aquilæ aſſimilatur 557. 1. c
ejus eſt ſcripturas interpretari 594. 2. b
in omni doctrina neceſsaria eſt ejus approbatio ibid.
Eccleſiaſticæ unctionis à ſæculari diſtinctio 344 1. c
ab Eccleſiaſticis bella non ſunt immediatè gerenda 96. 2. d
avari notantur 320. 1. c
Echnidorum proprietates 602. 1. b
cur leporis nomine aliquando vocentur ibid.
eorum induſtria quid nos doceat ibid. 2. b
Educatio filiorum quanta ex Plutarcho 563. 2. d
Eductio aquæ de petra quotuplex 658. 1. c
Effecta incarnationis 271. 1. b
Effundere preces quid 513. 2. d
Elementor. lex ut terra ſupponatur, & fiat immobilis 584. 2. d
Elias quando ſacrificaverit 491. 1. a
Eloqui noſtri dulcedo Deo placens à Deo eſt 720. 1.

Eman Ezrahita quis 304. 2.d & seq.
Empyreum cœlum unde dictum 579.2.d
de illo Eugubini error 579.2.c
theologorum opinio ibid.
Endor ubi sita 250. 1.a
Epaminondas cur coquo indignatus fuerit 416. 1.d
Ephraimitarum arrogantia unde 139. 1.d & seq.
eorum bellica fortitudo 2.c
Episcopis quæ prohibentur 504. 1.b
Equi & jumenta interdum immolata 595. 2. d
Eremitarum tria genera 523. 1.a
Erubuscentia de peccatis in hac vita est utilis 254. 1.b
Eruditio magna ex meditatione mortis 384. 2. b
Ethan etymologia 324. 1.a
Etrusci quomodo locum Urbis ædificandę designarent 296. 1.b
Etymologia nominum Joannis, Zachariæ, & Manassis 627. 1.b
Eva tentata fuit de pluribus peccatis 346. 1. b
Evangelica doctrina est lingua nova 222. 1. c
Evangelistæ in citandis locis veteris testamenti sæpè ordinem commutant 584. 1. a
Eucharistia dicitur panis Angelorum cur 150. 2. b
illi congruunt proprietates Libani 22. 1.b est compendium mirabilium Dei 151. 1.c est adeps frumenti 232. 1. b est scabellum pedum Domini 488. 2. c ejus typus fuit arca 489. 1. d Angelos venerari Christum latentem in illa testantur historiæ 472. 2. a ad illam primi fideles quotidie accedebant 518. 1. b de illa locus 529. 1 c cur in cœnaculo instituta 582. 1. b ejus effectus 598. 2. c
Euripi naturam Aristoteles nequivit perscrutari 426. 1. b
Exactio castitatis quid 193. 1. a
Exaltatio quid 342. 2. b
Excæcatio & induratio quomodo tribuatur Deo 642. 1. b
Excelsa & altaria evertenda in nobis 389. 2. b
Exempla circa hostiæ sumtionem 154. 2. c
Exempla mulierum libidinosarum 637. 2. d
Exemplum majorum causantur posteri 176. 2. c
malum est rete, & laqueum 393. 2. d
est incitamentum ad posteros 627. 2. d
Exemplum illustre grandinis 649. 2. b
Exerceri ab Ægyptiis populum suum cur voluerit Deus 642. 1. d
Exhilaratio Dei in operibus suis unde oriatur 616. 2. a
Exilium Hebræorum triplex 206. 2. b
Expoliatio malorum habituum quàm difficilis 33. 2. d
Exprobrationes à quibus intolerabiles 77. 1. c
Extensio per modum pellis facilitatem innuit 574. 1. a
Exulare à patria grave genus pœnæ 631. 2. a

F

FAbula de Leviathan confutatur 71. 2. c
in Faciem Christi cur Deus oretur ut respiciat 266. 2. b
Facies Dei quid 204. 2. d
Facies brutorum peccator sumit 237. 1. a b
Facies indignationis quid 527. 1. a
Facies pro arca usurpatur 626. 1. b
Fames & similia flagella quare vocentur à Deo 635. 1. b
Febris ut Dea colebatur à Romanis 634. 2. d
Felicitas iniquorum umbratilis & imaginaria 44. 2. d
Feminæ piæ acutum responsum 413. 2. c
In Feminis major est virtutum pulchritudo 473. 1. b
Feriæ unde dictæ 65. 2. d
Festa cur dicantur pollui 65. 2. d
Sanctorum cur celebrentur 386. 2. a
Festum tubarum cur institutum 220. 1. c
tabernaculorum cur celebraretur 2. b
Fides Christiana ubi maxime vigeat 203. 1. d
propter quid laudanda 540. 2. b
Fides orando impetrat quod lex imperat 450. 2. d
cum Fiducia Deus est orandus 286. 2. c
Filii persona & non Patris, vel Spiritus Sancti cur ad nos venerit 204. 1. a
ejus generatio æterna 546. 1. a
Filii Lot qui 249. 1. a
Filii interemtorum qui dicantur 538. 1. d
Filii prodigi exemplum 563. 2. d
Filiis à parentibus nimis indulgendum non est 564. 2. a
Filius & pater pro homicidio ad supplicium damnati, nec confitentes pater pro filio se reum facit 564. 1. a
Fingere quomodo usurpetur 442. 1. c
Finem quod habet non est longum 409. 1. d
Finis omnium operum quis 315. 1. d
Flagellari in delicto bonum est 32. 2. c
Fletus & vociferationis usus quibus prosit vel noceat 519. 1. b
Flori & fœno comparatur vita humana 375. 1. a
Fluvii nomen aliquando mari tribuitur 74. 2. b
Fluvios cur tauriformes antiqui pinxerint 482. 2. a
Fœderis feriendi apud veteres ritus 327. 2. a.
Fœnum est vita nostra 527. 2. d
Fomes peccati quid sit 553. 2. d
Fons altius non ascendit quàm sit locus unde procedit 590. 1. d
in Hibernia soli homini potabilis 590. 2. c
Fontes duodecim in Elim Apostolorum typus ibid. b
per Fontes quid intelligatur 303. 1. a
Formido quomodo ponatur fundamenrum 359. 2. b
sensus mysticus ibid. 2. d
Fornicationis verbo, comprehenditur quodlibet mortale peccatum 54. 1. c
Fortis non est qui convitio victus pugno percutit 423. 1. d
S. Francisca Romana assessorem Angelum habebat 171. 2. c
S. Francisc. in quanta reverentia habuerit nomen Jesu 486. 2. c
Fulgura, tonitrua & ceteræ impressiones adhuc fuissent in statu innocentiæ, & quando 585. 2. c
Fullica avis aquatilis 600. 2. b
Fumi distinctiones variæ 515. 2. d
illo perit qui fumos vendit ibid. 2. c
illi comparatur vita hominis ibid. & 517. 1. c
Fundamentum fundamentorum Deus 294. 1. d
ejus proprietates Christo applicatæ 294. 1. d
Funiculus hereditatis quid 175. 2. a b
Futurum pro præterito sæpe ab Hebræis usurpatur 588. 2. c

G

GAbrielem Archangelum docuisse Josephum septuaginta idiomata est fabula 221. 2. d
in Gaudiorum montibus ad Deum non perveniet, qui non disposuerit ascensiones in valle lacrymarum 261. 2. b
Gaudium paritur ab unione charitatis 288. 2. d
beatorum est inenarrabile 303. 2. a b
illius caussa efficiens est Deus ibid. 2. d
Gaudium amantis justitiam non potest turbari 440. 2. b
Gebal quæ gens sit 248. 1. b
Gedeonis signa 9. 1. c
an peccaverit ea petendo ibid. d
In Gemellis unius corpus alterius corpori cõpatitur 408. 2. b c
Gemitus & fletus in adultis nullus fructus 519. 1. c
à Generationis munere qui vacat proximus fit Deo 288. 2. d
Generis comparatio comparatur cedro 417. 2. c
Generatio duplex patribus attributa 325. 2. b
Gentiles summos deferebant in bello occisi honores 191. 1. d
intelliguntur in Scripturis nomine populorum 301. 1. a
coluerunt Deum ultorem 430. 1. a eorum dii quare dicantur dæmonia 458. 2. b eorum cum Judæis in unam Ecclesiam coalescentium figura 532. 2. a quare æternos ignes alerent 546. 2. d irridentur & cur 618. 1. a
Geraseni cur Christum rogaverint ut à finibus eorum recederet 654. 1. b
Germanici Drusi filii Caligulæ patris cor cremari non potuit corpore cremato, cur 614. 2. c
de Glauco reviviscente fabula 316. 1. d
Gigantes unde dicti *Enacin* 33. 1. d
Gloriæ vocabulo beatitudo declaratur 260. 1. b
quomodo habitet in terra animæ nostræ 278. 1. a b
illam & gratiam disparem cur pueri habeant in cœlo 419. 2. c
quid sit 461. 1. a illa multipliciter sumitur 533. 1. d
Gloria Dei non nostra quærenda 340. 1. c
Gloria Patri quo tempore, & cur in fine Psalmorum dici cęperit 616. 2. d
Gloria in excelsis sive ab Apostolis, sive ab Angelis in missa recitari jussa à Telesphoro 617. 1. a
Gradus primus scalæ qua ascendimus ad Deum est humilitas 261. 2. b c
Græci arbitrabantur divinum numen inesse syderibus 269. 1. a
Grandinis illustre exemplum 649. 2. b
quid mysticè significet ibid.
Gratiæ & naturæ opera sine concursu primæ caussæ non fiunt 287. 1. c
ejus necessitas probatur contra Pelagianos 120. 2. d
illius tantum bona absolutè bona dicuntur 269. 2. a
duplex est præveniens & subsequens 274. 2. c
cum præveniente cooperatur liberum arbitrium 272. 2. c d
illius motus an valeant deprehendi experimento 339. 1. a

principatum tenet inter opera Dei 412.1.d
implendæ legis gratiam tribuit ipſe legis auctor 263.2.b.c
ſufficiens non defuit Judæis, ſed efficax 427.2.c
præueniens non ſemper adeſt actu 450.2.c
prima ſub meritum cadere nequit 554.2.a
illius productio ab aliquibus appellatur creatio 536.1.d
Gregorius Thaumaturgus quum baculum ripæ infixit ne fluvius exundaret quo verſiculo uſus 589.2.c
Gulæ vacans ſibi carcerem munuit 34.1.a
Guloſorum typus 592.1.b

H

HAbitare libenter in corde ſuo non poteſt, qui illud habet inquietum 504.2.b
Hæreditas Domini quid ſit 180.2.b
ſua cuicumque eſt præclara 189.1.a
Chriſti ſit per charitatem 242.2.c
Hæreticorum eſt vocum novitas 226.1.a
venatoribus comparantur 393.2.d
illos punire & cogi ut poſſint doceri, prodeſt 505.1.d
conferuntur cum cyniphibus 649.1.c
Hallelujah in quo ſolo Pſalmo reperiatur in fine 621.1.b
dicitur canticum gloriæ 623.1.a
ejus vocis etymon 622.1.d
pro illo cur aliquando recitetur *laus tibi Domine* ibid.2.d
Hebræorum traditio impugnatur 147.2.c
eorum mala converſio 162.2.a exilium illorum triplex 206.2.b cur ſint collocati in medio terræ 210.2.a illorum circumlocutiones 345.2.b illos inter & Chriſtianos diſcrimen 575.1.a eos cur ab Ægyptiis exerceri voluerit Deus 642.1.d an in Ægypto idola coluerint ibid.2.c an jure ſpoliaverint Ægyptios 652.2.c illorum nullum retinuit infirmitas ne ex Ægypto egrederetur 653.2.b
eorum valetudinem toto tempore peregrinationis firmam duraviſſe eſt incredibile ibid.
illis hæreditario jure debita erat terra Canaam 658.2.b
Heliogabali convivia 147.1.d
Hemiſferia ſe mutuo inſpiciunt 202.2.b
Herbæ comparatur brevitas vitæ 374.2.b
Hermon & Thabor etymologia 335.2.d
Herodii nomine quæ avis intelligatur 600.2.b
Herodiorum tria genera 601.1.a
proprietates ad mores conferuntur ibid.c
Hierarcarum nomine quinam Angeli intelligantur per *virtutes cœlorum* 573.2.a
Hippolytus an ab Eſculapio excitatus 316.1.d
Hirundo excellit in conſtruendo nido 259.1.c
Hiſtoria de geſtante in prælio labarum 400.1.a
Honor quid 461.1.a
Honor Reginæ redundat in Regem 487.2.c
Honorii IV Papæ ſymbolum 53.1.b
Homerus de divino numine non bene ſenſit 564.2.b
Hominibus poteſtate carentibus confiteri aut parum aut nihil prodeſt 411.1.a
Homo concurrit cum ſua juſtificatione 39.2.d
per hoc inanelcit per quod intumeſcit 44.1.d quomodo incipiat de malo in bonum 121.1.a quomodo dicatur tentare Deum 146.2.c ejus peccatum cur fuerit remediabile, Angelorum autem non 160.2.b 565.1.b qua in re præferatur Angelis 240.1.b quomodo ſit ſimilis Deo ibid.2.c ejus triplex notio 241.2.b ſperando & deſperando periclitatur 291.1.d terrenus an terra oblivionis 317.2.c datur cuicumque ſuus dæmon oppugnator 346.2.c quomodo numquam in eodem ſtatu permaneat 376.2.a ejus proprium eſt ſperare in Deum cur 408.2.d à Deo de immortalitate animæ docetur quomodo 435.1.c propria induſtria periculum vitare, & depellere debet 634.2.b fœno comparatur ſecundùm ſuas ætates 517.1.c quomodo mereri poſſit perſeverantiam in gratia 554.1.a de terra formatus quum ſit, comparatur operi figulino 565.1.c cur dicatur pulvis 565.2.a quare in præſenti tempore hoc dicatur ibid. ejus mutabilitas indicatur pulvere 2.c ejuſdem cum flore collatio 566.1.b quare myſticè dicatur regnum 571.2.a ſi non peccaſſet an ſubditus fuiſſet grandinibus, tempeſtatibus, &c. 587.2.c ejus longitudo & latitudo unde ſumatur 608.1.d pœna eſt ejus in elementa reſolutio 614.2.d ille ſolus Deum contriſtat 617.1.c ad quem finem creatus 619.2.a in confeſſione magnum ſubit certamen ibid.2.b inter bonum & beatum hominem diſcrimen 623.2.b qui habet oculos tenebris affuctos ad lumen veritatis illos attollere nequit 521.2.d
Homo Dei quid 368.2.a
Homo & homo phraſi hebræa quid ſignificet 300.1.a
Horti Adonidis qui 375.1.d
Humana conditio quomodo ad malum procliva ſine vitio conditoris 564.2.b
Humanitas à Chriſto aſſumta per miſericordiam & veritatem ſignificatur 279.1.a
dici poteſt brachium Verbi 344.2.b
Humiliare quid 636.2.d
Humiliare animas quid ſignificet 637.1.b
Humiliavit ſemetipſum Chriſtus, non fuit ab alio humiliatus 320.2.d
Humilis eſt tamquam petra 423.2.d
Humilitas eſt gradus primus ſcalæ qua aſcenditur ad Deum 261.2.c d
Humilitatis ſcala 262.1.a

I

JAbin nomen quid ſignificet 249.2.b
Jacob flendo invaluit & cur 584.2.a
cum illo quot ingreſſi ſint Ægyptum 640.2.c
Idearum diſtinctio ſumitur ex diverſis reſpectibus ad illarum rationem ſpectantibus 324.2.c
Idolatria ſæpe dicitur fornicatio 53.2.d & ſeq.
Idolum nominis notio 458.2.a
Idolorum cultus proceſſit ex opinionis divinitatis ſtatuæ conjunctæ 458.2.c
Jejunium eſt vitiorum ſepultura 156.1.d
Jeremiæ ſepultura ubi 142.2.a
Jeruſalem nominis compoſitio 96.1.a
Jeruſalem quatuor modis in ſcripturis debet intelligi 295.2.b
in illa quomodo dicatur natus Chriſtus 299.2.d
Jeſu & Joſue nominum comparatio 486.1.b
Ignes æterni apud Gentiles & quare 546.2.d
Ignis quomodo comedat 180.2.c
Ignorantia duplex 194.1.a
ejus miſeria 324.2.d
Imagines ſculptæ magis obnoxiæ ſunt idololatriæ quam pictæ 471.2.b
earum adoratio reprehenditur ſi per ſe tendat in illas ib.c
Immobilitas terræ unde confirmetur 85.2.b
Immortalitate digna cur dicantur digna cedro 418.2.d
Immutabilitas Dei ab ethnicis cognita fuit 546.2.b
Imperatores extra Apoſtolorum veſtibula ſepeliri volebant 267.2.c
Impii in hoc ſæculo dominantur in futuro torquendi 231.1.d
ponuntur ut rota quomodo 252.1.a
eorum convictus eſt vitandus 507.2.c
Imprecationes prophetarum quomodo interpretandæ 193.2.a
Imprecationis formula apud Ethnicos 327.2.b
Improbi Deo quandoque benedicunt 577.2.d
lætantur quum boni recedunt cur 654.1.a ſæpe ſunt adjumento probis circa bona temporalia 659.1.b 2.a
Improbitas tanto eſt major, quàto ad plures porrigitur 510.2.b
Inanimata quomodo dicuntur obedire voci Dei 633.2.d
Incarnationis effecta 271.1.b
ſine illa Verbum non cognoviſſet morbos noſtros notitia experimentali 565.1.a
Incendii ſylvarum cauſſæ 253.1.b
Inclinatio auris Dei eſt exauditio 306.2.c
Incubi dæmones mulieribus pulchros habentibus crines maximè ſunt infeſti 393.2.c
Indurare corda quomodo dicatur Deus 228.1.b 642.1.b
Inferni profunditas 70.1.a
in eo punit Deus citra condignum 272.1.c ejus à noſtra terra profunditas quanta 290.1.c eſt quadruplex ibid.d in quem deſcenderit Chriſtus 2.a in eum verè deſcendit anima Chriſti 311.1.b illius pœnas finiendas error aſſerentium 559.2 d & ſeq.
Inferno appropinquavit quomodo intelligatur de Chriſto 307.1.d
Infernus inferior quid 289.2.d & ſeq.
Infirmitates & languores dantur ad exercitiũ virtutis 551.2.d
Infirmitatum ſpiritualium & corporalium collatio 552.2.d
Infirmitatis humanæ conditio 159.2.a
Ingratitudinis diſtinctio 141.2.a
ejus effecta 549.2.c ab omnibus reprehenditur 536.2.b
cavenda 551.2.a
Inimici nomen abſolutè poſitum ſignificat Diabolum 345.2.b
Inimici cum miſericordia & charitate tractandi 557.2.a
Inimicitias decet eſſe mortales amicitias immortales 273.2.a

Iniqui ipsa peccandi delectatione puniuntur 228.2.c
Iniquitates nostras in conspectu tuo quomodo ponat Deus 377.1.a
ab *Initio* & *in principio* ut distinguenda 58.1.d
Injuriam proximo factam Principis est punire 505.1.c
Innocentia non significat solam privationem 187.1.b
est omnium virtutum Regina 504.2.a
Insipientem inter & stultum differentiæ 413.2.d.
Insipientium genera quinque 433.2.c
Inspiratio Dei potest abjici 101.2.b
Intulæ cur vocentur boni 467.1.d & seq.
Intellectum in linguâ habere qui dicantur 187.2.c
Intellectus noster post peccatum est similis noctuæ 522.1.d
Intemperantia circa cibos quam noxia 156.1.d
Intemperantis vivere est mori 432.2.a
Inventis suis multi perierunt 228.2.d
Invidia auctorem excruciat 29.2.a
omnibus insita est 192.1.d ejus definitio 642.1.a
Inungendi Reges mos quando cœperit 653.1.d
Invocantes te non propter se quomodo Deus non exaudiat 286.1.d
Invocatio à Dei laudibus incoanda 83.1.b
Joannes Baptista an locustis victitarit, an plantarum summitatibus 168.1.b c
à quibusdam intelligitur nomine justitiæ 282.1.b
Joanni Apostolo cur Aquila tribuatur 557.1.b
Joannis nomen unde deductum 559.1.c
Jordanis divisio qualis 74.2.c
Joseph comparatur Christo 635.2.b
cum eo Prædicatores conferuntur 636.1.a
quomodo ferrum pertransierit animam ejus 637.1.a castitas illius fuit excellentior quam Bellerophontis 638.1.a qua occasione moti fratres illum vendiderint 2.a quomodo erudierit princeps Pharaonis 639.2.a b quot annis præfuit Ægypto ibid.c an post mortem cultus fuerit ab Ægyptiis nomine Serapis 640.1.b
Ira in Deo non est perturbatio 193.1.a b
ejus definitio 193.1.c distinctio 115.1.c hyerogliphicum 57.2.a illi dominandum 560.1.b quàm sit periculosa ib.c.
Ira Dei magna est non statim irasci 448.2.a
ejus quanta sit vis 148.2.c quale signum 228.1.b comparatur cum Sole 272.1.b suscipitur à Deo tamquam ab invito 273.1.a quænam ejus sit causa 377.2.d peccatores statim non punire est Dei magna ira 383.1.b
Iris non potest definiri quo tempore excitetur 357.1.b c
Ismaelitarum mores 247.2.b
Judæa est umblicus & medium Orbis habitabilis 68.2.d
tota est montana 295.1.a b
Judæi, ut plurimum timuerunt Deum propter finem temporalem 277.1.d
cur existimaverint Christum ad quinquaginta annos pervenisse, quum non excesserit annos triginta quatuor 319.2.c d
illis non defuit gratia sufficiens, sed efficax 427.2.c cur illi propiores Christo eum non viderunt, sed Gentiles longe remoti 479.2.c d cuncta carnaliter intelligunt 535.2.c
illis cur proprius adorandi locus fuerit assignatus 575.1.c
an tenerentur Gentibus prædicare 624.1.d
de Judæo in cloacam die sabbathi illapso historia 65.2.d
Judaicus populus cur à Jacob nomen acceperit 125.1.a
Judex misericors quid præstet 620.2.d
Judicabunt cum Apost. qui illorum fidem habuerint 509.1.c
in Judicando rectitudo est argumentum recti affectus 237.1.c
Judicii futuri egregium symbolum 85.2.a b
in eo pronunciabitur prius sententia in electos, quam in reprobos cur 103.2.c illud ambiguis tantum & lubricis Christianis præparatum esse voluit Zeno Veronensis 502.1.a
ejus timor quibus potissimum prosit 532.1.d in ejus die Sancti fumigare dicuntur, quia per ignem salvabuntur 617.2.c
Judicii dilectio Regem reddit honorabilem 487.1.d 2.a
Judicium jucundum Dei contra diabolum 5.2.d
Julianus anachoreta quam veneraretur nomen Dei, & Jesu 486.2.c
Jumenta nos ad laudandum Deum invitant 596.1.c
Jurpiter quasi juvans Pater apellabatur à Gentilibus primus Deorum 349.2.c
Juramento imprecatorio Deus non jurat 356.1.a
Jurandi variæ formulæ 356.1.a
Jurare adversus aliquem quid propriè sit 524.1.b
Jurat semel Deus cur 355.1.c
cur Juraverit Deus 629.2.d
Jure cõpensationis quomodo quis possit aliũ spoliare 65.2.a
Jurisconsulti centum annis ætatem hominis definiunt 379.2.b
Justificatio creationi æquiparatur 616.1.b
Justificare plus est quam resuscitare 315.2.b
Justificationem primam meremur quia impetramus illam à Deo 284.2.a
Justificatus non debet esse securus 604.2.d
Justitia vera semel habita potest amitti irreparabiliter 284.1.b
illa qua justi sumus & grati est inhærens nobis 488.1.d
ponitur pro misericordia 569.1.a quid significet ibid.2.a
Justitia Dei quibus & quando reddatur ibid.1.b
Justitiæ & judicii differentiæ 337.1.c & 2.d
Justum ex impio facere est majus opus quam cœlum & terram creare 315.2.c
Justus comparatur palmæ 417.2.c
aliquando dolet quando improbus non punitur 431.1.b
ejus munera oculus Domini non aspernatur 535.1.b
quomodo Deum concipere & generare valeat ibid.2.c
quare peculiari modo dicatur possideri à Deo 607.2.b

K

K Littera damnationi affligi solita apud Judices antiquos 6.1.a

L

Labia Dei mysticè sunt prophetæ 355.1.a
Lacrymant pueri quum nascuntur cur 112.1.b
Lacrymæ flentium sunt calidæ, ridentium frigidæ cur 206.1.a
ille sunt similes unionibus & margaritis cur 207.1.c eas baptismo præstantiores quis nimis audacter asserat 526.2.c
earum vis quanta 584.2.a
illis sancitum est pactum Jonathæ & David ibid.
Lacrymarum vallis vocatur mundus 262.2.c
Lætandum de victoria, & timendum de pugna 289.1.b
Lætantur improbi quum justi recedunt cur 654.1.a
Lætitia spiritualis spiritualem vitam agenti est necessaria 285.2.a
ejus mater est timor 289.1.a
certa non est in hoc sæculo sed quasi lætitia 303.2.b
Lacus inferior quis 320.2.d 311.1.a & seq.
Lacus Nilo contiguus singulis annis rubescens 646.2.c d
Lanæ proprietates 10.1.c
Lanceæ vulnus vocatur dirum cur 310.1.a b
Lanx justitiæ præponderabat ante incarnationem 281.1.b
Lapidibus nullum incrementum concedit auctor 370.2.b
illis cur primus Martyr potius quàm alio genere mortis extinctus fuerit 551.1.b illorum nomine quis intelligatur 550.2.d eorum proprietates 552.1.a
Latitudinem cordis habere est regium 507.2.b
Latriæ nulla adoratio deferri potest creaturæ, etiam humanitati Christi seorsim spectatæ 488.2.d
de Latrone extincto historia 381.2.c
à Laudibus incipiendum est antequam à Deo aliquid petamus 445.2.b
Laus & gloria Dei spectatur in ejus misericordia 25.1.d
Lenitatis laus 561.1.a
Lenticula adhibita in untione Saulis an fuerit fictilis & cur 347.2.c d
Leo robore præstat 405.2.c
illo denotantur apertè sævientes ibid.
ejus natura 604.1.a
Leprosæ manus Moysis significatio 68.1.c
Lethes quæ Dea apud veteres 317.2.a
Levandi manus multiplex ratio 59.2.d
Levatio animæ quid 285.2.b
Levitarum denominatio 71.2.b
Lex evangelica in novissimis diebus intelligitur data 529.2.d
Libanus à sacris vatibus frequenter celebratur 599.2.d
Liber inter mortuos quid 308.2.c & seq.
Liberalitatis conditio 515.1.b
Liberatus protegitur cur 408.1.a
Liberum arbitrium cum gratia præveniente cooperatur 272.2 c d comparatur cum jumento 48.2.d
Libidinosarum mulierum exempla 637.2.d
Linguæ antiquitas inter Phrygios & Ægyptios contendentes quomodo probata 518.1.a
Lini proprietates 10.1.c
Lintea materia sacerdotali vesti à Deo præscripta 579.1.c
quæ Liquefiant tardius, citius, numquam 85.1.d
Litteras sacras legens cui similis 570.1.c
Lites si absint, vita est beata 207.2.d & seq.
Locus sepulturæ gentilium 177.1.d

Locuſtæ acceptiones myſticæ 650.2.b
Locuſtis victitant quidam populi in Orientè 168.1.b
Longitudo dierum eſt vita beata 409.1.b
Loquendi formula familiaris in ſcripturis 99.2.a
Ludere in Orbe terrarum cur dicatur Deus 616.2.b
Luminis boni & mali diſtinctio 339.1.d
Lunæ ſignificationes myſticæ 7.2.a
eam quo pacto imitari oporteat ibid. ei Diabolus comparatur 111.2.d eſt ſymbolum ſtultitiæ & inconſtantiæ 603.1.d
non propriè occidit & quare ibid.2.b
de illa Thalmudiſtarum delirium 2.c
Lupi proprietates 250.2.c
Lutheri error 554.2.a
Lux eſt ſymbolum lætitiæ 475.1.a
Lycurgus & Socrates cur pauca Diis offerri vellent 206.2.b

M

MAcies unde proveniat 519.1.b
Madian quæ 449.1.d
Magdalena cur ſteterit retro pedes Jeſu 266.1.b
in illius converſione miſericordia & veritas obviaverunt ſibi 279.2.a fuit quaſi pellicanus & paſſer 522.1.c
Magi cur gaviſi dicantur viſa ſtella, viſo puero non 338.2.b
Magi Pharaonis cur in tertio ſigno defecerint 648.2.b
Magiſtratus & Reges ſunt baſes Reipublicæ 239.1.b
Magiſtratus quilibet vocatur onus 405.1.b
vocis *Maheleth* variæ notiones 304.2.b
Mahometes unde ortus 247.2.b
Mala quæ per pœnitentiam auferuntur 552.1.a
Maldonati elegans ſimilitudo 637.2.d
Maledicta quomodo toleranda 523.2.d
Malorum auctor quomodo dicatur Deus 360.2.d
in Malorum damnatione Deus benedicitur 576.2.a
Malum nullum pœnæ eſt per ſe malum 474.1.c
Malus perfica amiſit venenum in Italia 209.2.c
Mandata Dei memoria tenere, & non ſervare quam ſit periculoſum 569.2.b
ea ſervare quid ſit ibid.
eorum memoriam practicam quæ juvent 570.1.a
Manducatio fuit prima cauſſa humanæ miſeriæ 155.1.c
Mane deſignat tempus gratiæ 318.1.a
Mane & nocte deſignantur res proſperæ & adverſæ 411.1.d
Mane & matutinum tempus ſumitur pro lumine gratiæ, reſurrectionis & gloriæ 785.2.c
Manibus Deum exquirere quid ſit 110.1.b
Manichæorum delirium 402.2.d
† Mannæ miracula 151.1.b
inter illum & panem Chriſti quindecim differentiæ ibid.1.a
de illo narrationes 149.1.b
Manipulorum fœneorum uſus 375.1.b
Manſuetudo quid ſignificet apud nonnullos 382.2.a
Manſuetus quaſi manu aſſuetus 103.2.b c
Manu apprehendere eſt actus dominii 384.2.a
ea quomodo uſurpetur 449.2.b
ejus acceptio myſtica 613.2.b
Manuum apertio & collatio ad quæ potiſſimùm referantur ibid.2.a
† Mariæ cum vellere collatio 8.1.d
illam in peccato conceptâ non ſentit noſter auctor 271.1.a
comparatur cum terra promiſſionis 279.1.a cur vocetur porta 296.1.a b civitas ibid.d per illam tamquam per ſecundam mediatricem poſt Chriſtum omnia munera gratiæ nobis tribuuntur 298.2.c comparatur Soli 356.2.b item throno ibid. vocatur adjutorium Altiſſimi 390.2.a poſt Chriſtum maximè commorata eſt ſub protectione Dei 391.2.a
in Paſſione Chriſti quam intenſos paſſa ſit dolores 637.2.b
Maris æſtus parit maximam admirationem 426.1.b
de ipſo magis recepta ſententia ibid.1.c d ejus aqua cur non turbetur ſed cæruleum colorem retineat 523.2.d
illius terminus eſt arena 586.1.a
Martyres Lugdunenſes cur nollent martyres appellari 357.2.a
Mathematici ætatem hominis 120. annorum ſpatio definiunt 379.2.b
eorum variæ opiniones de menſura diametri terræ 446.2.c
quomodo oſtendant cœlos eſſe rotundos 580.1.d
Matris præſentia augebat dolorem Chriſto crucifixo 308.1.c
Matrum amor in filios tenerior quam Patrum 563.2.d 617.1.b
Mauritii conſtantia in jugulatione filiorum 421.1.c
Medicinæ ſpiritualis diſtinctio 316.2.c
cum Medico confertur Deus 392.1.a
Medicorum opera in corporalibus infirmitatibus utilis 557.1.3
Medicus in Hiſpania mortuum vulneribus vitæ reſtituturum ajebat 316.2.b
Meditantes in ſeptuaginta annis ſunt qui de terrenis, in octoginta qui de æternis cogitant 381.1.b
Meditationis effectus 113.2.d
Meditationes David quales fuerint 115.2.a
Meditatò peccare pejus eſt quam temerariè 378.2.d
Mel de petra eſt ſapientia Chriſti 232.1.b
Mellis proprietates ibid.1.d
Membra Chriſti ſunt ejus ſedes 356.2.a
Mendatio numquam Princeps poteſt uti 508.2.a
Memor fuiſſe quando dicatur Deus 629.1.a
Memoria culpæ in cœlo lætitiam parit, potius quam dolorem 325.1.a b
à Memoria cur quædam non recedant 551.2.b
Memoriale quid ſit, & eo nomine quod intelligatur 529.1.b
Mentiri eſt vitium ſervile 230.2.c
Mercurii caduceus quid ſignificet 279.1.b
Meretrix unde dicatur 54.1.b
Merita fiunt cum gratiæ auxilio 554.2.b
ſunt ex Dei gratia 439.2.d 575.1.c
Meteorologicæ impreſſiones ab Angelis quandoque excitantur 330.1.d
Michael eſt omnium Angelorum Princeps 574.2.b
Milites unde dicti manipularii 375.1.b c
Millenarium pro tempore indefinito accipitur 372.2.d
Milleſimum annum nemo attigit 373.1.a
Miniſtrorum Dei quàm ſit difficile inire numerum 573.2.d
Mirabilia ſoli Deus & Chriſtus propriè faciunt 24.1.d
Mirabilium in cœlo, terra, mari, inferno diſtinctio 83.1.d
Mirtilli egregium facinus 396.1.c
Miſcendi verbum pro propinare ſumitur 91.2.b
Miſerendi verbum repetitum quid ſignificet 430.1.b
Miſericordia Divina non eſt abutendum 160.1.b
ejus cum juſtitia myſtica altercatio 278.2.a illius fontes ſuppeditantur peccanti & pœnitentiam agenti 279.1.d
ejus opus eximium 280.1.b poſt incarnationem juſtitiam in ſublime levavit 281.1.b ejus diſtinctio 289.2.c
illam cum juſtitia temperat Deus 306.1.a illam non adhiberi quandoque eſt miſericordia 310.1.d præcedet faciem Chriſti in judicio extremo 337.2.c eam quomodo ſervet Deus in æternum 351.1.d magis diligitur à Deo quam judicium 502.2.b ejus Deus non poteſt oblivici 529.1.a alio modo ſpectatur in judicio, alio in coronatione 554.1.d quare poſſit nominari gloria 2.b adhibenda eſt inimicis 557.2.a Dei carere non poteſt 568.2.b carens principio & fine 2.d
de Miſericordia paterna Valentiæ obſervatio 564.1.c
in Miſſa Angelorum in introitu cur recitetur Pſ. 102. 550.2.a
Miſſæ nomen ab Hebræo derivari eſt probabile 518.1.d
Miſſæ Sacrificium extra Eccleſiam & Oratoria divino cultui dicata peragere non licet 576.1.c
Mithræ cornua unde 87.1.a
Mitigatio non ſolam imminutionem, ſed etiam ablationem iræ quandoque ſignificat 272.1.b
Mitis quomodo ſit Deus 286.1.b
Moab quis 247.2.d
Mobile primum cum Firmamento quomodo confunderent veteres 563.1.c
Madragonius per æſtuaria in inſulam Zelandicam pedibus pervenit 142.2.c
Monocerotis cornu venena expellit 185.1.b
Montani deliramentum fuit prophetas non intellexiſſe quæ dicerent 341.2.a
Montes ardentes recenſentur 253.2.a
de illis ſuper quos fundanda Jeruſalem Hebræorum nugæ 294.2.a eorum altitudines Deus ſolus dimetiri poteſt exactè 447.2.b eorum myſtica ſignificatio 2.a ab initio facti ſunt ex terra 588.2.c
Mora quævis eſt longa amanti 267.1.b
in Mores optimos de peſſimis plurimi tranſeunt 18.2.c
Mori melius eſt quam uſque ad ebrietatem bibere 508.1.b
Morituri an videant Angelum bonum & malum 362.1.d
Mors quomodo vocetur manſuetudo 382.1.d
Mortem dupliciter ignominiosè paſſus eſt Chriſtus 308.1.b
ſolam umbram paſſus eſt Jeſus 311.2.b c ab ejus debito Chriſtus unus fuit liber cur 362.1.d ex ejus meditatione magna oritur eruditio 384.2.b illius hierogliphicum eſt noctua 522.1.a ejus dies quare incertus 525.1.a
Mortis mentio ſuperbiam deprimit 241.1.c

Mortui quomodo dicantur de manu Dei repulsi 310.2.a
inter *Mortuos liber* quid 308.2.c & seq.
Mortuos tantum tres cur suscitaverit Christus 315.2.c
Morus arbor sapientissima cur 170.1.a
Moyses quare vocetur Propheta 638.1.d
quare legislator ibid.2.c de illius sacerdotio controversia 490.2.b & seq. utrum ille an David prophetia excellentior 491.1.d quare vitulum aureum in pulverem redactum Hebræis potandum præbuerit 518.2.a ejus renitentia vindicatur à peccato 643.1.d ejus humilitas 2.b in eo designatur Princeps temporalis ibid.d vixit 120. annis 659.1.d propter quod peccatum prohibitus fuerit ab ingressu terræ promissionis 656.2.a quomodo distribuerit populum ad canendum Domino 657.2.b illius canticum an ab eo solo præcinente, an à populo concinente compositum ibid.c
Mulierum libidinosarum exempla 637.2.d
sub Mundi finem omnium gentium conversio facienda 288.1.b
Mundus est fanum Dei 104.1.d
ab Ecclesia vocatur vallis lacrymarum 262.2.c quo tempore creatus 603.2.b illum esse criminum caussam rejicitur 607.1.a
Murmur primum Judæorum cur tolerarit Deus 149.2.a
Muscæ in Anglia segetes depascentes 148.2.c
illas non fuisse in terra Gessen refellitur 549 1.a
Mutatio dexteræ excelsi quæ 120.1.b
Mutatio annorum quid 544.2.a
Myricæ distinctio & proprietates 534.2.c

N

NAres longas habens tardior est ad iram & cur 559.2.d
Nasci quandoque in scripturis sumitur pro manifestari 299.2.d 300.1.a
Naturæ miseria 324.2.c
Natura humana Dei gratiam meretur, quia ipsius imago est 363.1.d
Naturæ & gratiæ opera non fiunt sine concursu primæ caussæ 287.2.b
ab ea miræ excitantur voluptates 412.1.c
Nausea Judæorum circa coturnices qualis & quanta 155.2.b
Neomenia tuba quæ 219.1.a
Negotium perambulans in tenebris vocantur philosophi cur 397.2.c
Nidus solis avibus convenit 259.1.b
Nilus colebatur ut Deus ab Ægyptiis 646.2.d
est unicus Ægyptii fluvius 165.1.b
ejus ostiorum denominationes 142.1.b
Nobilitas vera non est ex genere, sed ex sanctitate 298.2.b
Noctuæ etymologia de sapientibus mundi 521.1.c
est mortis hieroglyphicum 522.1.b
Noe factus reconciliatio 367.1.b
Nomen Dei est communicabile secundùm similitudinem 235.1.c
Nomen Domini quo pacto terribile 532.2.b
ejus distinctio 539.1.c
ejus apices adorandi 550.2.c
Nomen Dominicæ Palmarum unde ortum sit 418.1.d
Nomina locis ab eventu ponere fuit Hebr. familiare 148.2.b
Nomina & merita Patriarcharum quare in precibus interponerentur 569.1.d
Nomine quo vocantur multi sunt indigni 486.2.d
Nominum propriorum etymologia pro ipsis nominibus crebro ponuntur 96.1.b
Novatiani peccatoribus pœnitentiâ negabant 206.1.c 353.2.c
eorum opinio refellitur 484 2.d
Nox pro adversis, dies pro prosperis rebus usurpatur 305.2.d 411.1.b
illa & tenebræ terribiles iter agentibus 396.2.c
Noxios metu suspensos relinquere melius est, quàm perdere innocentes 511.1.c d
Nubes quos significent mysticè 216.1.c
designant prædicatores 582.1.d
Numen divinum syderibus inesse Græc. arbitrabantur 269.1.a
Numerus septenarius universitatem designat 93.2.b
Nycticorax à Nycteride vix differt, & dicitur quasi nocturnus corvus 521.1.a

O

OBdurare corda quomodo dicatur Deus 451.1.a
Objectum spei est Deus 402.1.a
Occasio quæ fratres movit ad vendendum Joseph quænam 368.2.a
in Occidentali parte templi non erat porta quare 499.2.b
Oculi sunt nostri inimici 114.2.d
Domini Sole sunt lucidiores 377.1.d eorum imperfectiones 401.1.d 2.a justi habent quamdam virtutem 407.1.b senum cur melius remotiora quam propinqua videant 480. 1.a illos inclinare quid 507.1.d 2.a
Oculus fixus sceptro apud Ægyptios quid significaret 314.1.d baculo infixus symbolum erat Dei 538.2.c constat septem tunicis 434.2.c imperitus aliud judicat, aliud artificis regula 493.2.c
ad Odium convertisse cor Ægyptiorum quomodo dicatur Deus 642.1.a
Offensio pedis quid significet 405.1.d
Officii nomen antiqui Reges gerebant 249.2.b
Officium dare possunt homines discretionem non 342.1.d
Oleum sanctum institutum est à Deo in Regis inauguratione 343.2.a
ejus compositio ibid. duravit citra diminutionem usque ad captivitatem Babylonicam ibid.b missum à Deo ad Clodoveum Franciæ Regem perseverat Remis ibid.c ejus effectus 598.1.a significationes mysticæ ibid.
de Olympo philosopho quid tradant historiæ 622.2.c
Olympus mons excedit totum aerem humidum 447.1.c
Onagri nominis notio 591.2.c
Onagrorum fabula 592.1.a
Onera vocantur apud prophetas malarum rerum prædictiones 311.2.d
Oneris nomine vocatur quilibet magistratus 405.1.b
Opera gratiæ & naturæ non fiunt sine concursu primæ caussæ 287.1.c
quæ in nobis operantur quare dicantur nostra 387.2.d
bona sunt necessaria 547.2.c
Opera omnia bona Christi solis prædestinatis profuturæ, quomodo 315.2.a
Operibus suis nemo gloriari debet 595.2.a
Operit Deus peccata quomodo 271.2.d
Operum distinctio 369.1.d
finis quis 315.1.d
ex Operum divinorum contemplatione quis fructus elici debeat 606.2.c
Opportunitas quærendi Deum est vita tota 626.2.b
Optimi deligendi sunt ad Reipublicæ administrationem 510.1.b
Opus gratiæ tenet principatum inter opera Dei 412.1.d
Orandi vetus ritus 158.2.c
Orandum cum fiducia 286.2.c
ubique 576.1.b
Oranti minus attentè non desperandum 286.1.c
Orare pro Christo quomodo dici possit 20.1.b
Orare debemus magna supplicationis instantia 511.1.b
quare Solem versus 516.1.b
Oratio comparatur cellæ vinariæ & rori matutino 285.1.d
ejus conditiones 109.1.d 306.1.b 514.2.a in ea perseverandum 111.1.d ejus effectus 113.2.d submovet Dæmones 285.1.c ejus ingressio apud Deum est acceptatio ejus 306.1.d
habet qualitates boni nuncii ibid.2.b
nulla prævenit Deum 318.2.a
est scutum 396.1.b
junipero similis esse debet 535.1.a
humiliantis se penetret cœlos 514.1.a
humilium exaudita cur oculis Dei tribuatur 535.2.b
illam locus non prohibet, nec tempus impedit 575.2.d
Oratio quæcumque Christi fuit exaudita 408.1.c
Orationes sex quæ in duobus versiculis continentur 387.2.c
Orbem portant, qui curas hujus sæculi tolerant 238.2.b
in Orbem terrarum ludens cur dicatur Deus 616.2.b
Oreb etymon 250.2.c
Origenes quomodo probet cœlum esse sphericum 126.2.d
ejus error de pœna damnatorum 118.2.b
alius ejus error notatur 161.1.d
ejus opinio circa creationem refellitur 370.1.c
Angelos putavit posse peccare 404.2.b c
Originale peccatum, quum unum sit, quomodo multiplex dici possit 552.1.c
de illo Origenis error 551.1.d
Flacci Illirici commentum 564.2.d
Oculorum distinctio 280.1.d

P

PAccatorum, patientium, pacificorum distinctio 96.2.a
Pacem loqui est loqui pacificè 276.1.c
Pactum inter Jonatham & David lacrymis sanctitum 584.2.a
Paganorum in Christianos improperia 394.1.d 2.a
Palmæ comparatur justus 417.2.c
ejus qualitas 418.1.b
cur sit symbolum victoriæ ibid.
ejus cum justo in modo florendi collatio 2.a
est symbolum bonum patientiæ 420.2.c
Pan Gentilium quid adumbraret 57.2.d
Panis Angelorum cur dicatur Eucharistia 150.2.b
Panis quilibet non consecratur in corpus Christi 233.1.a
illo designatur omnis alia esca 635.1.d
pro quibus sumi soleat in Scriptura 517.2.d
ejus notio 598.2.b ejus usus quando cœperit 596.2.b
quid propriè sit ibid. de eodem mysticæ acceptiones ibid.
Panis subcineritius Judæorum quando factus 524.2.d
Panum & piscium reliquiæ quid significent in Evangelio 104.2.b
Parentum amor in filios quare major quam filiorum in Patres 563.2.c 564.1.a
Passeris bonæ & malæ proprietates 258.2.b
accommodantur religiosæ vitæ ibid.c ejus & Pellicani similitudines de Christo 513.1.b illius proprietates Christo applicantur 522.2.c quare à Propheta postremo loco positus ibid.2.d de illo opiniones diversæ 523.1.c
numquam in malam partem sumitur ibid.
Passiones & dolores verè pertulit Christus 307.2.a
Pastor debet tondere non deglutire 194.1.d
† Pastoris nomen aliquando pro Rege sumitur 103.1.a
Pastoritiæ artis cum politica comparatio 57.2.a
Patientia divina non est abutendum 160.1.b
Pater æternus per Filium incarnatum exsurexit 530.1.b
Patres quàm moderatè tractare debeant filios 564.1.a
Patris persona est fons & principium divinitatis 255.2.b
Patris familias & Regis in gubernando collatio 564.1.c
S. Paulinus S. Felicis templum verrebat 267.2.a
† S. Paulus primus Eremita floruit ut palma 418.2.b
Pauper apud Hebræos quis 319.2.b
spiritu & voluntate habitat perfectissimè in adjutorio Dei 390.2.a ejus & divitis antithesis 534.1.b quomodo illi conveniat cicadæ metaphora 2.d ejus nomine quis intelligatur 513.1.d
Pauperes & filii pauperum an distinguantur & quomodo 5.2.a
Paupertas gloriosa quæ sit 80.1.a
est paries religionis 212.1.a
spiritus non est fugienda 319.2.b
Pax pro prosperitate sumitur 29.2.c
mundi cum conscientia litigat ibid.2.d Christi & iniquorum quæ 30.1.a peccatorum ibid.b illius nomine quæ significentur 69.1.a in cœlo erit plena 276.1.c
est effectus charitatis 280.2.a
Peccando contrahitur novum mortis reatum 241.2.a
Peccantes non punire est grandis ira Dei 383.1.b
Peccanti & pœnitentiam agenti misericordiæ fontes suppeditantur 279.1.d
Peccare Deo, in Deum, sibi quomodo distinguatur 146.1.a
Peccare ex sententia Platonis quid sit 538.1.b
Peccata clamant coram Deo 178.1.b
eorum per sex Deus recordatur 105.1.d illorum habitus non statim tolluntur per gratiam sanctificantem, sed per habitus contrarios 271.2.d ea quomodo operiantur à Deo ibid. quædam minora permittit Deus, ad vitanda majora 371.2.b sunt causa brevioris vitæ 381.2.c non solùm non imputantur, sed etiam expunguntur 487.2.b illorum reliquiæ non sunt peccata 525.1.b eorum cum vinculis comparatio 538.1.b cur illorum remissio dicatur retributio 552.2.a postquam remissa sunt quæ difficultates resideant ad virtutem ibid. illorum infirmitas in carne relicta post remissa in baptismo quomodo curetur 552.2.c semel condonata non redeunt 561.2.d illa penitus remitti contra hæreticos locus 561.2.d
Peccati quidam sunt gradus 396.2.b
Peccatoris elongatio à Deo quæ 53.2.a
ejus cornua quæ sint 53.2.d ille prius in se quam in Deum peccat 177.1.b illos cur vocet populum suum Deus 224.2.b faciem sumunt brutorum 237.1.a b illos facit diabolus non Deus 287.2.c obstinati sunt vulnerati dormientes in sepulchris 310.1.b illis Deus non remittit peccata sine castigatione 352.2.c eorum retributio in extremo judicio videbitur 401.1.d illorum grave tormentum quale erit ibid.2.a sunt similes montium 470.1.a clamantibus est bene sperandum 514.2.c quare mutabiles 545.2.d quorumdam cor ne flammis quidem divinis cremari potest 614.2.c
Peccatum omne est Dei contemtus 430.2.c
commissum levius est, quam de commisso gloriari 432.1.a veniale non imputari à Deo est falsum 494.1.a nullum est irremissibile 552.2.d ejus fomes quid 553.2.d ejus infinitas non obstat quominus æquali pœna puniri possit 561.1.c
Pedem ponere est actus dominii 348.2.a
Pellicanorum duo genera aquatile & solitarium 520.1.c
de eorum natura & proprietatibus variæ opiniones 520.1.c quomodo pullos suos mortuos resuscitent ibid. & 2.a proprietatum applicatio 521.1.b eorum cum Christo comparatio 521.1.b illos albos esse probabile est ibid.
Pelliceæ tunicæ primorum parentum cujus rei symbolum 580.2.c
Pellium usus ad tentoria conficienda 580.2.a
Pennarum depositio quid designet 557.1.a
in Pennis suis portat nos Christus 395.1.c
Peoniam collo appensam comitiali morbo mederi produnt medici 316.2.a
Perceptio malorum in Christo quid 307.1.b
Percussio in posteriora Philisthæor. quid sibi voluerit 182.2.c
Perdicis pulli matris vocem agnoscunt 451.2.c
Perfectio virtutis definitur 334.2.c
cujusque rei consistit in adhæsione ad suum principiũ 55.1.a
ad Perfectionem cujuscumque artis nemo nisi ex ordinato progressu pervenit 264.2.b
de Periandro Cnidum nobiles pueros ut castrarentur mittente historia 529.2.d
Persarum Regum antequam regnum inirent mos 344.1.d
in illorum conviviis de quo ante cibum, de quo ante potum disputaretur 508.1.a
Peripatetici philosophi septuaginta annis communiter vitæ hominis assignatis duas annorum hebdomades addiderunt 379.2.b
Persecutionibus quomodo anima crescat 319.2.a
Perseverantia an cadat sub meritum 284.1.d
cadit sub meritum de congruo & de condigno ibid.2.a
illius donum eget gratia speciali 439.2.d
Persica malus venenum amisit in Italia 209.2.c
Personarum acceptio est maximum peccatum 236.1.d
Petitiones sex quæ in duobus versiculis continentur 387.2.c
Petram ex qua aquæ elicerentur circulatam per desertum est opinio parum probabilis 145.2.a
Petri martyris opinio exploditur 106.2.a
S. Petrus non est execratus Christum 313.1.a
Petrus Alexandrinus cur in throno sedere noluerit 352.1.c
Petrus anachoreta cur sacra loca inviserit 531.1.d
Philippi Apostoli singulare privilegium 343.1.b c
Philosophis resurrectio semper visa est mirabilis & incredibilis 315.2.b
Phœnix in palma nidum conficit 418.1.a
Physicorum sententia de mutatione contingente in corpore humano 379.2.c
Picturæ cur in Ecclesia adhibeantur 301.1.a
Pii in protectione Dei commorantur 391.1.a
Piscator in Scriptura capitur in bonam partem 393.1.d
Piscium pietas 245.2.d
natantium & avium volantium similitudo 592.2.d quare reptilia nominentur 609.1.b illorum quot genera ibid.d cur numero multo majores quam terrestria animalia ibid. proprietates malæ ad peccatores transferri possunt ibid.2.b
Plaga summa Ægyptiorum 171.1.a
Plagæ Ægyptiorum recensentur carmine 644.2.b
quantum temporis duraverint 650.1.c d
Platonis opinio de umbris insepultorum 190.2.c
de novem ætatibus 380.2.b
Pleni dierum quinam dicantur 409.2.a
Pluvia rarò decidit in Ægypto 165.1.b
Pœna in anima spectatur secundùm triplicem ejus facultatem 199.1.c
illius reatus aliquando manet 494.2.d
quibus de caussis aliquando temperanda sit 564.1.d & seqq.
Pœnam quamdã fuisse animæ Christi descensus in infernum, non propriè dicitur 311.1.c
Pœnitentiæ passio 257.2.d
cur & quomodo agenda 519.2.c ejus symbolum 525.1.c

tegit

tegit peccata 545.2.d
Pollionis scitum responsum 416.1.b
Pontificum nullus appellatur Petrus 486.2.b
Populorum nomine in Scriptura intelliguntur gentiles 301.1.a
Populum suum quot modis regat Deus 201.2.b
cur illum ab Ægyptiis exerceri voluerit 642.1.d
Populus oves pascuæ Dei cur dicatur 449.2.a
Portæ mysticæ Jerusalem 295.2.c d
Portare in manibus quid 405.1.a
in Portis solebat reddi jus ibid.2.c
illarum tropologica distinctio 499.2.c
Potentatus quid significet 380.2.b
Potestas definitè respondendi de fide soli Petro & successoribus fuit concessa 491.1.b
in Potestate Dei sub *clavium* vocabulo quatuor ponuntur 498.1.b
Pravus doctor est arcus dolosus 177.1.b
Præcepta Dei non adimplentur observatione tantum externa, sed etiam interna 187.1.a
Præceptori Deus comparatur 452.2.c
Prædicatores cum Christo judicabunt 98.2.a
illis tria necessaria 412.1.a debent esse velut ossa & firmamentum Ecclesiæ 519.2.b cavendum illis est ne ludicra prædicent 538.2.d sunt ignis urens 584.1.d comparantur cum Joseph 636.1.a
Prædictiones de quibus eventis tutò fieri possint 603.1.a
Præfecti cantorum ex sola Tribu Levi erant 305.1.b
Prælati sunt sepes 359.2.a
illis necessaria est pietas matris cum disciplina patris 347.2.b c
Præmium beatorum est sine tempore, pœna damnatorum est in tempore semper durante 231.2.a
duplex duplici corona designatur 554.1.a
Præmia beatorum, & supplicium damnatorum nequeunt plenissimè intelligi 383.2.a
Prævenire Deum quid 445.1.b
Primi motus non sunt in nostra potestate 29.1.b
Primogenitus quot modis dicatur Christus 350.1.c
Primogenitus & Unigenitus in Scripturis pro eodem sumitur ibid.2.a
Primogenita dicuntur primitiæ 652.1.c
Principis peccata, ceteris paribus, sunt graviora peccatis inferiorum 242.1.b
ejus est punire injuriam proximo factam 505.1.c
simulatione prudenti, numquam tamen mendacio uti potest 508.2.a
quos eligere debeat adjutores sibi in Reipublicæ administratione ibid.d alios exemplo præire debet 640.1.d
memineat se missum à Deo 644.1.b
Proclivitas ad malum quomodo fiat peccatum 564.2.c
Promissum omne est debitum 325.1.d
Promissio Dei de Messia venturo non pendebat ex conditione operum legis 352.2.a b
post Promissionem bonorum cur tanta mala acciderint Davidi 357.2.b c d
Prophetæ nominis notio 67.1.a
Prophetarũ imprecationes quomodo sint accipiendæ 193.2.a
illi vocantur Sancti 342.1.a
mysticè sunt labia Dei 355.2.a
illos non intellexisse, quæ dicerent, fuit delirium Montani 341.2.a b
Prophetiæ tria genera 341.2.b
tam Prospera, quàm adversa inter divina beneficia sunt computanda 289.2.a
Prosperitas hujus vitæ aliquando datur ut ad aliorem vitam perducat 639.1.a
Providentia Dei admirabilis 636.1.b
Proximum esse Deo quid sit 53.1.d
Proximus fit Deo per incorruptionem, qui à munere generationis vacat 288.2.d
Prudentia ubi consistat 258.1.a
Psallere & intelligere confert ad vitam immaculatam 503.1.d
inter *Psallere* & *canere* distinctio 624.2.a
Psalmi omnes à Davide compositi sunt 27.1.c 305.1.d
Psalmus 72. continet consolationem piorum, qui impiorum felicitate turbantur 27.1.c
in Psalmi 73. titulo cur mentio non fiat hymni, neque Psalmi, neque cantici 56.2.c
vocatur Psalmus lamentationis à Cassiodoro 57.1.b
Psalmi 74. titulus explicatur 82.1.a
agit de futuro judicio 1.b
Psalmi 75 titulus 94.1.c
continet vaticinium destructionis Assyriorum 2.a
in Psalmo 76. cur reperiantur nomina *Idithum* & *Asaph* in titulo 108.2.c
Psalmus 77. continet enarrationem mirabilium operum Dei pro populo Hebræorum 131.2.d
in Psalmo 78. defletur ruina populi, templi, civitatis 188.1.d
totus versatur in colloquio 2.c
Psalmus 79. habet formam orationis 200.2.a
in illo prædicitur captivitas populi sub Assyriis 201.1.a
Psalmus 80. cur gerat titulum pro torcularibus 217.2.b c
Psalmi 81. argumentum 234.1.a & seq.
Psalmus 82. continet formulam precatoriam contra hostes, & quinam hi sint 243.1.d & seqq.
Psalmi 83. argumentum 256.1.c
Psalmus 84. agit de Christi adventu 270.1.b
Psalmi 85. argumentum 283.1.d
Psalmus 86. continet laudes Jerusalem terrestris, & mysticæ 293.2.d
Psalmi 87. titulus incognitus 304.2.a & seqq.
continet orationem hominis afflicti 305.2.a
de Psalmi 88. auctore falsa opinio Hebræorum 323.2.d
Psalmi 89. an Moyses fuerit auctor 368.2.b
Psalm. 90. continet promissionem de Dei protectione 388.2.c
hujus testimonio abusus est Diabolus quum Christum tentavit ibid.
quo tempore illum frequenter Ecclesia 389.1.a
de Psalmi 91. argumento Rabinorum sententiæ 410.1.d
Catholicorum 2.a
Psalmus 92. continet Dei laudes pro mundi creatione, & recreatione 421.2.d
Psalmus 93. cur inscribatur *quarta Sabbati* 429.1.a & seqq.
docet patientiam in adversitatibus 1.c d
Psalmus 94. cur sit sine titulo apud Hebræos 444.1.a
Psalmi 95. titulus explicatur 453.1.b
Psalmus 96. quando & cur compositus à Davide 466.1.d 2.a
Psalmo 97. quare frequenter utatur Ecclesia 476.2.a b
Psalmus 98. sensu mystico agit de regno Christi 483.2.c
Psalmi 99. titulus & argumentum 495.2.d 496.2.a
Psalmus 100. de quo agat 501.1.c
Psalmi 101. argumentum ex titulo colligitur 512.2.c d
Psalmus 102. omnes invitat ad laudandum Deum 549.1.b
Psalmus 103. an habeat titulum & quale 577.1.d 2.a
Psalmi 104. titulus est hallelujah 622.1.a
quando editus sit à Davide 623.2.b c
Psalmi nonagesimi testimonio cur Christum diabolus tentaverit 388.2.c
Psalmi allelujatici qui 622.1.b c
de Psalmis anepigraphis Hebræorum regula 388.2.b
in Psalterio decachordo qui canant 411.2.c
Ptolomæus Philadelphus Biblia per 70. interpretes transferri fecit in Græcum 535.2.a
M. Publicola quid præmii re bene gesta acceperit 295.2.c
Pueri cur habeant disparem gratiam & gloriam in cœlo 419.2.c
illis non est nimis indulgendum 564.1.a
Pugna unde dicta 97.2.d
Pulchritudo cum confessione comparatur 559.2.a
Purgatorii pœnas vix est qui evadat 515.1.b
Purpura regia non propter se adoratur 489.1.a
de illius vocabulo traditio 584.2.b

Q

Quadragesimæ initio cinis ad quid prosit 565.2.b
Quærere Deum quid 625.1.d
Quæstio de transfusione sanctitatis vel improbitatis patrum in filios 176.2.c
alia quæstio movetur & solvitur 651.1.a
Quæstiones quatuor excitantur, & diluuntur 461.2.d

R

Rabbinorum fabula 61.2.a
Rahab nomine intelliguntur Chananæi 297.1.c
Ranatiratum hæresis 367.1.c
Ranæ multæ ad Ægyptiorum supplicium ab Angelis adductæ 166.2.c
earum distinctio 167.1.a
Ægyptiacæ quomodo de terra editæ, dicantur 647.2.c
Raphael significat medicina Dei 316.1.b

Rebus grandioribus Deus dedit parva adminicula 342.1.d
in parvis relucet Dei ſapientia 413.1.a
Rectitudo in judicando eſt teſtimonium recti affectus 237.1.c
Redditus ſine proprio labore cur Clericis concedatur 659.1.a
Redemtio à quibus malis potiſſimùm liberet 549.1.c
Redigere ad nihilum quid ſignificet 46.2.d
Reformatio ad imaginem Dei per gratiam redemtionis efficitur 287.2.c
Refugia bona & mala quæ 369.2.a
Regendi benè tres rationes 187.2.c
Reges & magiſtratus ſunt baſes Reipublicæ 239.1.b
quantum ad officium ſunt ſupra homines, & medii inter populum & Deum 343.2.d
quare juſti vocentur 533.1.a
myſticè quinam dicantur 538.2.c
Deo ſervire debent 539.1.a 2.b
cur diademate cingantur 560.2.a
Parthorum in capitibus cornua aurea geſtabant 574.2.a
Regium eſt habere latitudinem cordis 507.2.b
Regna veluti homines habent ſuas ætates 362.1.a
Regnare & dominari quomodo differant 571.1.d
Regni Chriſti, ſeu Eccleſiæ fines 12.2.b
Regnum Davidicæ ſtirpis vix ad quingentos annos pervenit 361.2.d
Rhamni ſpinis coronatus eſt Chriſtus 602.2.a
Relatio rationis à Deo aquiſita poſt creationem 546.2.a
Religio Chriſtiana quid ſit 540.2.c
illius paries eſt paupertas 212.1.a
Religioſæ vitæ accomodantur paſſeres & turtures 258.2.c
Reliquiæ peccatorum non ſunt peccata 525.1.b
Reminiſcentia calamitatis & laboris quum ad meliorem pervenerimus fortunam, gaudium affert 386.1.c
Remoræ nomen cur & quando datum 529.2.d
Remuneratio plus conſolatur, quam tentet probatio 440.2.b
Renaſci & creari denuo qui dicantur 536.2.c
Renitentia Moyſis à peccato excuſatur 643.1.d
Repleri bonis deſideria quid 555.1.d
Repleri domibus iniquos quid ſignificet 79.1.c
Repellere animam quid 319.1.b
Reprobatio impiorum non imputatur Deo 179.2.a
ejus argumentum quale 228.1.a
Reproborum eſt propter pœnæ metum pœnitere 157.2.d
illorum pœna eſt in tempore ſemper durante 231.2.a
recordantur eorum cum quibus peccarunt 568.1.c
Reptilium diſtinctio 609.1.b
Rerum & vocum novitas vitanda 225.2.c
Reſiſti Deo quomodo dicatur 101.2.a
Reſpicere Dei eſt miſereri 291.2.b
Reſpondendi verbum quomodo intelligatur 540.1.c
Reſpublica Romana quomodo numquam fuerit 246.2.a
Reſurrectio philoſophis ſemper viſa eſt mirabilis & incredibilis 315.2.b
non eſt naturalis 567.1.c
Retributio peccatorum in extremo judicio videbitur 401.1.d
Revelationes ſeptem Davidi factæ in Pſalmo octogeſimo ſexto 294.1.a
Rex Ægypti quare dicatur Aſſur 642.1.a
Riſum ut Deum coluerunt Lacedemonii & Hipanenſes Theſſali 338.2.c d
Romani Pacem, & Concordiam ut Deos colebant 11.2.a
Roris ſignificationes 9.1.b
illi comparatur oratio 285.1.d
Rotæ ſimilitudo quibus conveniat 251.2.d
Roſa humanæ imbecillitatis eſt hieroglyphicum 565.2.d

S

SAbbatum noſtrum eſt intus in corde 410.2.b
Sacerdotium collatum fuit Aaroni propter primogenituram 643.2.a
Sacerdotum dignitas eſt omni laica ſuperior 241.1.a
quantum ad officium ſunt ſupra homines, & medii inter populum & Deum 343.2.d
illis ut figuram gerat Moyſis tria neceſſaria 490.1.d
illorum propriè eſt invocare Deum 491.2.d
Sacra Scriptura non omnibus eſt legenda 301.1.d
Salomon non exactè fuit typus Chriſti 18.1.a
Samuelem fuiſſe ſacerdotem negat Cajetanus 491.2.b
ex Tribu Levi fuiſſe probabile eſt ibid.c
fuit ſacerdos diſpenſatione, non progenie 492.1.a
illi Deum locutum eſſe in nube non conſtat 2.d
tempore legis columna nubis non erat in uſu 493.1.2
ejus nullum peccatum narratur in ſcripturis 1.d 2.a
non peccavit ægrè ferendo peti à populo Regem 494.2.a
Sancti quomodo dicantur eſſe in circuitu Dei 331.2.b
eorum vita ſpeculum & exemplar eſſe debet 115.2.a
illorum & divitum conſolationes diſſimiles 112.2.c
eorum feſta cur celebrentur 386.2.a
ex cujuslibet rei conſideratione aſſurgunt in Dei contemplationem 413.2.b
in creaturis Deum laudare, & illas ad laudandum invitare ſolent 576.1.d
Sancti nomen ſoli Chriſto abſolutè convenit 284.1.c
Sanctuarii nomine abſolutè intelligitur Chriſtus 251.1.d
Sanctum & Sancta quid ſint 60.2.a
qui Sanentur ſibi, qui Deo 477.2.b
Sanguinem hominum ciniphes ſitiunt 648.2.a
Sanguis menſtruus cur immundus 219.2.a
Sanguis innocens per detractionem condemnatur 442.2.d
Sapientiæ ſedes in homine 52.2.b
ejus munus quale 577.2.b
Sapientia Dei elucet in rebus parvis 413.1.a
Sapientia de ſecunda Trinitatis Perſona per attributionem paſſim intelligitur 607.1.c
in Sapientia cur omnia, non autem ſapientia, facta eſſe dicantur ibid.d
Saporis exercitum culices diſſolverunt 648.1.b
Satietas ſine faſtidio quibus contingat 507.2.c
Saturnus filios vorans quid ſymbolicè ſibi velit 545.1.b
Scala humilitatis 262.1.a
Scenopegiæ feſtum cur Hebræi celebrarent 386.2.a
Scientia Dei de futuris contingentibus poſſibilibus qualis ſit 229.1.c
Scopæ proprietates 117.1.c
Scopere quid propriè ſit ibid.
Scriptionis utilitas 536.1.a
Scriptura Sacra non litteraliter tantùm, ſed etiam myſticè debet intelligi, & unde probetur 133.2.c
illi eſt vacandum 98.2.a
cur vocetur populorum & Principum 300.2.c
illius verus ſenſus à Judæis ablatus eſt, & Chriſtianis conceſſus 535.2.c
ejus auctoritas quanti facienda 581.2.d
illi etiam de ipſa natura fides eſt adhibenda 556.2.d
de ejus vero ſenſu judicium ferre ad Eccleſiam pertinet 594.2.b
Sculptæ imagines magis obnoxiæ ſunt idololatriæ, quam pictæ 471.2.b
Scuti figura tribuitur cordi humano 395.2.d
Scutum magis defendit, quàm offendit 396.1.d
Scythica potatio 91.2.d
Sæculi nomen quomodo accipiendum 371.1.c 377.2.a
ethymologia ſecundum Varronem 379.2.b
Sectæ non habent progreſſum in virtutibus 265.1.a
Sedecias quomodo perfuſus ſit confuſione 361.2.d
Sedes Chriſti ſunt membra ipſius 356.2.a
Seminis diſtinctio multiplex 548.2.c
Sententia de capite alicubi nonniſi matutino tempore fertur 511.2.b c
Senum triplex diſtinctio 380.2.a
conditiones bonæ 416.2.b quando illi ſunt vicini morti, magis ſuſcipiunt timorem & cultum Dei 420.2.a illorum oculi cur melius remotiora, quàm propinqua videat 480.1.a
Septuaginta interpretes futurum apud Hebræos in præteritum referre ſolent 385.2.c
Sepulchra olim poſita erans juxta viam 317.2.b c
Sepulti quomodo dicantur de manu Dei repulſi 360.2.a
Seraphim nomen nullus Angelorum reproborum retinuit cur 399.1.a
ab igne & ardore amoris divini nomen trahit 584.1.c
qui faciem Dei velabant alis, quid deſignent 544.1.d
Serapis idolum 640.1.b 651.2.a
ejus nominis ratio 640.1.c
Sermonis divini & humani differentia 275.2.c
Serpentes ex mortui hominis ſpina procreari quidam credunt 156.1.d
Serpentis renovatio 556.2.d
Servi ſumus, & ancilla ſumus quomodo 292.1.b
Servile vitium eſt mentiri 230.2.c
Servilis timor ſuo modo concurrit ad juſtificationem 254.1.c
Servitus geminatur, ubi ſervitur Vernaculis 636.1.c
Servorum obligatio circa vota 107.2.b

eorum

eorum genus duplex 547.2.d
notio mystica 530.2.d
Servum se vocat Christus non solum respectu membrorum suorum, sed etiam respectu sui 284.2.c
Sensori Regi Ægypti quid Rex captivus responderit 251.2.c
Sessio super Cherubim quod innuat 202.2.b
Servus Imperator fumo perire jubet suam vendentem benevolentiam 515.2.c
Signa quinque quæ circa Deus facit 292.2.b
in Signis postulandis veterum formulæ 293.1.a
Signum iræ Dei 228.1.b
in Cain quale 293.1.b
Sion quatuor modis in Scripturis debet intelligi 295.2.b & 533.2.b
ejus mystica notio 529.2.b
Silentium trifariè ab Innocentio Papa distinctum 529.2.c
Similitudinem Dei in se exprimere unicuique conandum 244.1.c
eam reformandi duo modi 2.a
Similitudo elegans Maldonati 637.2.b
Simulacri nominis notio 472.1.a
Simulatione prudenti uti potest princeps, numquam mendacio 508.2.a
ad Sinistram locus habitus est honoratior, quam ad dexteram 394.2.c d
Sisaram quomodo Deus perterruerit 249.2.a
Socratis vis in dicendo 85.1.d
pauca dicebat diis offerenda & cur 106.2.b
Sodomorum Rex typus est Diaboli 284.1.b
Sol quomodo occasum suum cognoscere dicatur 603.2.a
ejus magnitudo unde innotescat 562.1.d
ejus in res inferiores efficacia 563.1.a
Soldani captivi responsum 251.2.c
Solemnitatis mense Septembri ab Hebræis celebratæ ratio 217.2.d
Solonis sententia de felicitate 260.1.a
Somnia fœda, si sine nostra culpa fiant, sunt spernenda 397.1.a
Somnium quid 341.2.b
Sperando, & desperando homo periclitatur 291.1.d
Sperantium, desperantium, & frustra sperantium distinctio, descriptio 390.1.c d
Sperare Deum, Deo, in Deum quomodo distinguatur 137.1.a
Sperare in Deum est proprium hominis 408.2.d
Spes pro re sperata ponitur 153.2.d
propriè confirmat ad modum anchoræ 393.1.a
ejus objectum est Deus 402.1.a
confertur cum galea ibid. c
illi tribuitur similitudo anchoræ ibid. d
comparatur cum mola 443.1.c
Spina non est molesta ei, qui rosa delectatur 440.2.d
quibus Spinis coronatus sit Christus 602.2.a
Spiritus variæ notiones 567.1.a b
Spiritus Dei emissus creans quid litteraliter, quid mysticè designet 616.1.b
Spiritus Sanctus quomodo tractandus 96.2.a
eum non esse creaturam quomodo probet Sanctus Athanasius 129.2.d
illi etiam convenit vis creativa 615.1.c
mittitur, sed non mittit cur 2.d
Spiritus non redit ad Deum nisi ab ipso convertatur 160.2.d
Spiritus & *carnis* significatio 161.1.c
Spirituum assistentium numerus & potentia quando patefacta 574.1.d
Stare Dei quomodo sumatur 234.2.b & seqq.
Stellarum numerus major quàm antea anno 1610. deprehensus est 603.1.a
S. Stephanus cur lapidibus potius quàm alio mortis genere interfectus 531.1.b
Sto est verbum militare, & quomodo usurpetur 439.1.b
Stoici suos Deos igni perituros autumabant 470.1.d
plantis animam sustulerunt 169.2.a b
Stoliditas Judæorum 331.1.c
Studiosi litterarum stomaco laborant & quare 517.1.b
Stultum inter & insipientem differentiæ 413.2.d
Suilli capitis imago lapidibus portæ Jerusalem insculpta fuit à Romanis 61.2.d
Superborum fastus deprimitur 87.2.b
illis peculiariter Deus est judex 88.2.a
Deo magis resistunt quàm alii peccatores 102.1.b
Superbiæ varii gradus 60.1.b
est vitium viri potentis, & divitis 86.1.d
cur præ ceteris puniatur, tres causæ 430.2.d
illius prima ostensio solet esse in oculis 507.1.d
Superbus est tamquam fumus 423.2.d
quibus sit similis 507.1.b
Supplicia damnatorum, & præmia beatorum nequeunt plenissimè à nobis intelligi 383.2.a
Surgere, & *exsurgere* quomodo usurpentur 136.1.d
Susceptor noster quare dicatur Christus 391.2.d
Syderibus divinum numen inesse arbitrabantur Græci 269.1.a

T

Tabernaculi Moysis columnæ sexaginta 86.1.c
Tabernaculorum trium moralis distinctio 64.2.b
Tabernaculum pro domo & familia sumitur 402.2.d
Tangendi verbi notio 618.2.a
Tædere cœpit quomodo dicatur de Christo 307.1.c
in Templis cur picturæ adhibeantur 301.1.a
Templum Jerosolymitanum Tito Imperatore succensum 60.2.b
ejus columnarum interpretationes 85.2.c
Templum sibi quilibet est 576.1.a
Temporalia bona sub meritum cadere possunt 659.1.a
de Temporalibus qui cogitant sunt in septuaginta annis meditantes 381.1.b
Temporis nomen quid significet in scriptura 362.1.c
Templus duplex externum & internum 231.2.b
Tempus unicuique mortalium à Deo dimensum & definitum est 541.1.c
Tenebræ quibus conveniant 311.1.c
horribiles sunt iter agentibus 396.2.c
mystica intelligentia 644.2.d
de Tenebris Cimmeriis commentum fabulosum ibid.
Tenere quomodo usurpetur 438.2.a
Tentandi verbum variè usurpantur 146.2.c
Tentare & probare quomodo differant 451.2.d
Tentat Deus quomodo 451.2.c
Tentatione triplici tentatus fuit Christus 346.1.b
Tentationum quatuor modi ex Hugone 399.1.b c
earum septem genera ex Richardo ibid.c
Terra promissionis mysticè designat Ecclesiam 57.1.c
Terra oblivionis quæ 317.2.a
Terra Chanaam Hebræis hereditario jure erat debita 658.2.b
Terra initio creata 543.1.c
cum cœlo simul fundata 2.a
de ejus medio controversia 69.1.b
ab ejus centro usque ad concavum Firmamenti summa distantia 652.2.a
ejus stabilitas ab elementis 584.2.d
à voluntate Dei 585.2.a
de ejusdem stabilitate ratio philosophica ibid.
initio facta fuit globosa 588.2.d
Testamentum cur æternum & novum dicatur 225.2.c
Testamentum servi Dei quale intelligatur 359.1.a
Testis in cœlo fidelis quid 357.1.a
Thare pater Abraham non fuit idolatra 632.2.c
Thau litteræ significationes figuratæ 162.2.b
Theodorus archimandrita quomodo psalterium, superata omni difficultate, memoriæ mandaverit 620.1.c
D. Thomæ Aquinatis responsum Christo scisciranti 53.1.a
argumentum orationis quam insigniendus laurea doctorali habiturus erat, divinitus edoctus est 98.1.d 595.1.a
Thomas Morus sacerdoti sacrificanti ministrabat 268.1.c
Throni Dei explicatio symbolica 337.1.c d
Thronus Deo cur cœlum tribuatur 570.2.c
Tibiæ notio 608.1.a
Timentes Deum voluntatem ejus quærunt 570.1.c
Timere non potest qui sub Dei protectione commoratur 391.1.b
Timor servilis suo modo concurrit justificationem 254.1.c
Timor est mater lætitiæ 289.1.a
Timor nocturnus, & negotium perambulans in tenebris indicant fures 396.2.b
Timor Domini in medio consistit 585.1.d
assimilatur lignis in ædificium bene compactis 585.2.a
à Timore nocturno timendum, & non à nocte cur 396.2.a
Timoris mundani distinctio 568.2.d
Titi Imperatoris dictum 606.1.a
à Torre fumante in iracundos translatio 618.2.d
Totum quandoque sumitur pro parte 315.1.a

Tran-

Transitus spiritus sive animæ quid denotet 56[illegible]
Transmigrationis error 77[illegible]
sine Tribulatione quomodo nullus sit dies 286.2.b
ejus duodecim utilitates 386.2.b
illius necessitas, & exemplum 515.1.b
quo exemplo perferenda 602.2.b
Trinitatis quælibet persona est magna 288.1.b
Tristitia quælibet remediabilis, excepta Dei jactura 112.1.a
vehemens cibi oblivionem affert 517.1.b
Triumphantibus dabantur vestes palmatæ 418.2.a
Tuba neomeniæ quæ sit 219.1.a & seqq.
Turbandi verbo quid insinuetur 614.1.a
Turturis proprietates 258.2.b
accommodantur religiosæ vitæ ibid.c

V

VAcuo tribuitur audiendi auctoritas ab Aristotele 434.2.b
S. Valeriani illustre exemplum 308.2.c
Vana gloria vocatur sagitta volans 396.1.b
Velleris proprietates 10.1.b
denotat mansuetudinem 382.1.b
Vellus Gedeonis 9.1.c
Venatio prohibetur Episcopis 504.1.b
Venator in Scriptura capitur in malam partem 393.1.d
illi comparantur Hæretici ibid.1.a illius qualitates 394.1.b
Veniale peccatum non imputari à Deo est falsum 494.1.a
est inevitabile & cur pro eodem quotidie ab Ecclesia iteretur oblatio 552.2.a
Verba signorum quid 644.1.b c
Verbum asperum quid 394.1.c
Verbum increatum nullum salutis suæ augmentum merito suæ passionis accepit 477.1.d
Veritatem quomodo juret Deus 365.2.a
Veritas venerationem meretur 354.2.c
Veritati conversionis respicit de cœlo justitia 279.2.b
Versio vulgata à nobis defendenda non carpenda 581.1.c
Vestes palmatæ dabantur triumphantibus 418.2.a
Vestem Redemtoris esse Ecclesiam quomodo intelligat Damianus 578.2.b
Vestimenta Domini Ecclesia 578.2.b
Vestimenti similitudo cœlis melius convenit, quam terris 544.2.d
Vestimenti utendi causa ornatus & pulchsitudo 579.2.b
Vestis mutatio in quo consistat 545.1.c
Vestis est symbolum mutationis 2.a
Vestium duplex genus 579.1.b
Vetustas in cœlis non secundùm diminutionem, sed quoad usum intelligenda 544.2.c
Viarum Dei, angelorum, hominum & dœmonum distinctio 404.2.c
de Victoria lætandum, de pugna timendum 289.1.b
ejus symbolum quare sit palma 418.1.b
Videre mala quid 394.1.c
Videre in Scriptura quid significet 409.2.c d
Viæ Domini cui notæ fiant 558.1.d
Viæ duæ quibus Deus omnia regit ibid.2.a
Vigiliæ apud Hebræos quot 115.1.a
earum usus apud Christianos comprobatur 116.2.b
Vinculorum distinctio multiplex 537.2.d
Vini componendi ratio apud veteres 92.2.a
cum aqua miscendi consuetudo 525.2.d
ejus proprietates & effectus 597.1.a
ultra mediocritatem adhibitum quæ damna inferat ibid.d
Virga Dei est instructiva 353.2.b
Virginitas cum flore confertur 568.2.c
B. Virgo est terra in quam aspexit Dominus 537.2.a
Viri divitiarum quinam sint 99.2.c
Viro bono omnis dies festus 65.2.c 104.1.d
Virtus in quam ambulatur & itur est Christus 264.2.a
est gradus ad gloriam 340.1.c
majorum est incitamentum posteris 627.2.d
Virtute morali destitutus adhuc rectè Deo benedicit 572.2.a
Virtutes morales in beatis remansuras communis est opinio 264.1.c
Virtutum comparatio cum variis rebus quæ surgunt 264.2.a
earum major est pulchritudo in feminis 473.1.b
illarum innocentia est regina 504.2.a b
Visio quid 341.2.b
Visitare Dei quomodo sumatur 353.1.c
Visitare in virga quid ibid.
Visitationis suæ tempus non cognoscentes deplorandi 530.2.a
Vita secura mare mortuum est appellata 333.1.b
vitæ nomen quomodo usurpetur 19.2.c
in ea festinatur 157.2.a
appellatur *hodie* 373.1.b
ejus brevitas herbæ comparatur 374.2.b
flori & fœno 375.1.a 527 2.d
cum tela aranea confertur 378.1.a & seqq.
cur fumo comparetur 515.2.d
cur nunc brevior quàm antea 541.1.b
desiderium vitæ longioris est honestum 541.2.c
ejus prosperitas aliquando datur ut ad meliorem vitam perducat 639.1.a
Vitam spiritualem agenti lætitia est necessaria 285.2.a
Vitulus aureus comminutus ab Hebræis potatus est quare 518.2.d
Vivere in Scripturis quid aliquando significet 19.1.d
Vivere ita debemus ut videntes opera nostra glorificent Deum 503.1.a
Vivificandi verbum aliquando sumitur pro liberatione à periculo mortis, aut à pœna 274.1.c
Vivis error asserentis Angelos corporeos 583.1.d
Ultorem Deum coluere Gentiles 430.1.a
Umbra est imago vitæ nostræ 527.1.d & 2.c
ejus distinctio 527.1.b
quo tempore magis propriè dicatur inclinare 528.1.d
Umbram solam mortis passus est Christus 311.2.b c
per Umbram inclinatam quid intelligat Cajetanus 527.1.b
Unctionis Ecclesiasticæ & sæcularis distinctio 344.1.c
Unicornis cornu est Christus 415.2.c
Unigenitus & *primogenitus* in Scripturis pro eodem usurpantur 350.2.a
Vocatio prima est à Deo in nobis, sine nobis 201.2.d
Vocum novitate quando utendum 226.1.b
Volatilia ex aqua procreata 592.2.d
super montes habitantia quid mysticè designent 593.1.b
Voluntas beneplaciti semper impletur, signi quando non 229.1.d
Voluntatis Divinæ summa est sanctificatio nostra 558.1.d
ejusdem variæ distinctiones 2.c
cur plures dicantur ibid.
Voluptates miræ excitantur à natura 412.1.c
Vota solvenda, & non solvenda quæ sint 106.2.c
fideliter sunt reddenda 107.1.a
circa ea servorum obligatio ibid.2.b
Usuræ & iniquitatis nomine intelliguntur omnia peccata 17.1.d ejus triplex divisio 2.a
distinctio ibid.
prima *contracta in* primorum parentum peccato ibid.
ab usuris internis & externis redemtio Christi 2.c
Vulnerati dormientes in sepulchris sunt peccatores obstinati 310.1.b
Vulnus lanceæ vocatur dirum cur ibid.1.a b

Z

ZAchariæ nominis etymologia 627.1.b
Zeb etymon 250.2.c
Zeno ambiguis & lubricis Christianis tantùm præparatum esse judicium voluit 502.1.a
Zorobabel non fuit Rex sed Dux 349.1.c

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Psalmi

Com. in

op.ª
59
4
Num: 16

B 39

C. 3.
N. 32

A
3995
1055